~~II III no~~

BIBLIOTECA NAZIONALE
13
16 E
47

V. II 12.

13-16 I. 36

Digitized by Google

Commentaria in Bullam Coenae Domini.

COMMENTARIA

IN BVLLAM

S. D. N. D. PAVLI PAPAE V.

Lectam in die Cœnæ Domini Anno M. DC. XVIII.

In tres Libros distincta.

AVCTORE LEONARDO DVARDO MANICALCIATENSI,
Ordinis Clericorum Regularium Theatinorum Presbytero,
Theologo, ac V. I. D.

Additis scholijs eruditissimorum eiusdem Auctoris Germanorum, Abbatis D. Alexandri Congregationis Montis Virginis, Ordinis S. Benedicti, Sacræ Theologiæ Professoris, D. Cæsaris, & Io. Vincentij V. I. DD.

Opus Prælatis præcipuè, Iuris peritis, ac Magistratibus omnibus perutile, & Confessarijs ad audiendas confessiones perneccessarium.

Cum duplici Indice, quæstionum scilicet, & rerum memorabilium copiosissimo.



NEAPOLI, Apud Octauium Beltranum Impress. M.DC.XXXVII.

Cum Romanæ Eccl. Superiorum Permissu, & Regiæ Sanctionis Assensu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

ILL.MO AC EXCELL.MO DOMINO

D. CAROLO DE TOCCHO

MONTISMILITVM PRINCIPI.

Leonardus Duardus Presbyter Regularis
aternam optat Felicitatem.

COmmentarios in Bullam cœnæ Domini, qualeſcunque induſtriæ meæ labores iampridem editos, vna cum germanorum fratrum meorum ſcholijs recens additis, prælo denuò daturus; nulla ipſos protectionis aura fœlicius appelli, nec alacrius, aut propenſius ab ſtudioſis excipi poſſe ſum arbitratus (Excellentiſſime Princeps) quàm ſi ampliſſimi nominis tui titulo illuſtratos æternitati traderem: tum quòd

in Oppido, Ditioni tuæ ſubiecto, nos arridentis fortunæ beneficio Natura ediderit, tibique proinde addixerit, ac tuo commiſerit patrocinio: tum etiam, quòd Naturæ Author & gratiæ, tanto Magnatum, Heroumque ſplendore te decorauerit, ac tanta inſignium virtutum laude illuſtrauerit, vt iure merito cum Clariſſimis nedum huius Regni, ſed Italiæ totius Primatibus de gloria contendere poſſis, quin etiam pleroſque antecellere videaris. Enimuerò Tocchorum familia ſidus eſt fulgentiſſimum, nobilitatis radios longè, latèq; diffundens ſiquidem à Regia ſtirpe quemadmodum propagatam Hiſtorici quam plurimi litteris commendarunt, & plurimis in locis Regalia ſunt teſtimonia; ita ſuarum virtutum eminentia & admiratione, eo amoris nodo Regum animos deuinxiſſe traditur, vt ab eis innumera propè munera, ac magni momenti dignitates fuerit aſſecuta. In ea enim authoritates conſpiciuntur, componendæ pacis inter Imperatorem, & Anglicanum Regem, concludendi matrimonij, & conducendæ Reginæ ſponſæ ad Regem Ladiſlaum Dirrachienſem, Officium Magni Siniſcalchi Friderici ex Sueuis Imperatoris, Generalis Vicariatus Roberti Regis, Generalis Præfecti claſſis maritimæ, primò in mari, poſtea in Terris exercitus in Sicilienſi apparatu pro Regina Ioanna prima, Generalis Adminiſtratoris in Græcia pro Roberto Andegauenſi; Rectoris poſtea Domini, & poſſeſſoris illorum ſtatuum. Præ oculis omnium habentur magnæ conſanguinitates, cum Athenarum Duce, cum Sannine Deſpoto, atque ideo abſoluto Domino, cum Rege Seruiæ, cum Imperatoribus Connenis, & Paleologis, ac cum Nepte Regis Ferdinandi Domina Franciſca de Aragonia, Regales immunitates, & priuilegia, ſtatuum amplitudo, & nobiliſſimi tituli Deſpotatus Arthæ, ſeu Sanctæ Mauræ, Comitis Cephaloniæ, Ducis Leucadis, Principis Acaiæ, & præſenti tempore tua Excellentia (optime Princeps) poſſidet caſtrum illud nomine, *Refrancore*, in Inſubribus propè Alexandriam, quod nomine dotis à Paleologis conceſſum, & traditum eſt ipſis de Toccho propter Andronicam datam in vxorem; & qui contenti fuerunt tantùm Caroli, & Leonardi nominibus aſſumptis: & ijdem, vt non incerta fama eſt apud veridicos Hiſtoricos, totum Pirri, & Vliſſis Imperium conſequuti ſunt.

Sed

Sed de his hactenus. Hæc pauca ex ampliſsima Tocchorum nobilitatis ſegete demeſſui: etenim ſi Heroes ſingulos, & omnes Comites, Duces, & Principes, qui Tocchorum familiam propagarunt, eorumque immenſam ſeriem, illuſtria geſta, & promiſcua matrimonia Regalia recenſere velim, non breuem epiſtolam, ſed integram, eamque grauiſsimam, ſeu panegyricam orationem expoſcerent. Sed hæc omnia, etſi egregia; circum te tamen, & tibi cum tuis Naturæ beneficio ſunt communia. At tua propria, & propriæ animi tui dotes (Inclite Princeps) cunctis patent, & propterea ſuperuacaneum mihi duxi hoc loco celebrare, quàm in ſapientiæ Theatro, tam bellicas, & equeſtres, quàm litterarias, & ſcientificas facultates curſu tam celeri didiceris, vt cuiuis, in eiſdem tunc eminenti impar nullatenus videreris. De ſingulari tua prudentia, & iuſtitia ad Populi regimen auita Ditione ſubiecti; quibus malos compeſcere, & bonos fouere ſtudueris, non loquar; ſiquidem pax, qua potiuntur ſubditi, teſtis eſt oculatus. Non tamen ſilentio prætereundum cenſeo, quòd quamuis in omni virtutum genere ſufficienter profeceris; virtute tamen Religionis adeò fulges, vt eam ex pleno fonte Beati Andreæ de Auellino Congregationis noſtræ Presbytero, quem benigna numinis Diuini prouidentia, teneros pueritiæ annos non dum egreſſus, Chriſtianæ perfectionis inſtitutorem, ac ducem propè ſexennium habuiſti, hauxiſſe videaris. Etenim cùm primùm Princeps regere cæperis, hoc tibi vnum in votis, hoc in delitijs fuit, Auguſtam Deo, eiuſdemque Auiæ Deiparæ matri Beatæ Annæ domum ſuperedificare: quamobrem in præcipuo Ditionis tuæ oppido conſtruendum ſtatim Cœnobium curaſti, ac Templum ipſi Dei Genetricis matri dicatum, ac venerabilibus Dominicanæ Religionis Fratribus colendum traditum pro deuotione ſingulari pretioſiſsimi, & inæſtimabilis theſauri Pedis eiuſdem Beatæ Annæ à Proauis tuis euecti è Græcia in Italiam, ac tibi tandem concrediti, quem magna veneratione, & cura hactenus domi tecum aſſeruas. Sapui igitur ego, quamuis aliàs inſipiens, qui lucubrationes iſtas qualeſcunque, tanto Principi volui eſſe commendatas. Sic ergo excipias rogo, vt foueas ſpero, in exiguum munus non reſpiciens; ſed in non exiguam animi in te mei, qua illud offero obſeruantiam,

Id

Id si feceris, ex animi tui ea facies magnitudine, qua Diuinum Numen imitatus, minima ex animo oblata facis maxima. Vale, & perennem tibi, tuisque offero obsecrando fœlicitatem. Datum Neapoli XIII. Kalen. Martij. MDCXXXVIII.

PROOEMIVM
AD LECTOREM.

ORDO in rebus omnibus adeò magna res eſt, & admiranda, vt eo cunctis inſito, cuncta mirabiliter perſeuerent. Is quantum ſplendoris, ac dignitatis afferat, & ipſa Vniuerſi continuata ſeries, ac Maiorum noſtrorum mira in doctrinis tradendis diſpoſitio teſtificantur. Ordinis deceſſu, omnia velut artus ſine neruis, nexuque iacent, & in futilem, ac turbatam confuſionem diſſoluuntur. Hinc meritò cecinit optimus ille Vates.

Ordine ſeruato, mundus ſeruatur; at illo
Neglecto, peſſum totus, & orbis abit.

Quocirca, Diuino confiſus ipſe præſidio, potiuſquam vllis ingenij mei viribus, quas exiguas eſſe non ignoro, in vaſtiſſimo Bullæ cœnæ pelago, quòd nauigandum ſuſcepi, ordine primùm, ceu gubernaculo quodam vtens, hos Commentarios in tres libros diuidendos cenſui; ſic ſperans nauiculam tractationis huius, Auſtro Diuinæ gratiæ flante, portum celeriter aſſecuturam. In primo libro de præludijs ad Bullam cœnæ, eiuſdemque inſcriptione, ac proœmio agimus, cauſas, quæ in ea conſiderantur, proprietateſuè aperientes; iuxta illud Ariſtot. Phy. lib. 1. *Tunc opinamur vnumquodque cognoſcere, cum & cauſas cognoſcimus primas, prima principia vſque ad elementa.* In ſecundo viginti Canones, quos Bulla ipſa continet, cum ſuis quæſtionibus copioſiſſimè explicantur. In tertio, & vltimo denique libro in reliquos octo paragraphos eiuſdem Bullæ traditur expoſitio; quam plurima ad ipſius durationem, vim, efficaciam, abſolutionem, ac reſeruationem pertinentia, diſponentes. Illud interea te monitum velim, Lector optimè, ab innumeris auctorum allegationibus me conſultò abſtinuiſſe, non vt labori parcerem; ſed vt moleſtiſſimę prolixiati conſulerem. Igitur incitandis auctoribus, hanc mihi perpetuam fuiſſe legem intelligas, ex Recentioribus, ſiuè à mea ſtent, ſiuè pro alia ſententia diſputent, nouiſſimum, qui de huiuſmodi argumento ſcripſerit, vt plurimum citari cum hoc additamento, vel ſimili: *Cum alijs, quos allegat.* Apud ipſum habes reliquos per integras quandoque paginas recenſitos; quos tranſcribere, nec mihi per ocium licuit, nec tibi aliquando vſui eſſe poteſt. Malui autem, vt ait Menander, opere, quàm ſermone laborioſus eſſe. Tu vale, & fruere.

D. Stephanus Medices Præpoſitus Generalis Congregationis Clericorum Regularium.

SCholia recens addita ad Commentaria in Bullam Cœnæ Domini Patris D. Leonardi Duardi noſtræ Congregationis Theologi, & V. I. D. virorum Doctorum iudicio approbata, vt typis mandentur, ſi ijs ad quos ſpectat videbitur, facultatem concedimus. Datum Romæ in ædibus S. Syluestri in Monte Quirinali die 18. Februarij 1631.

D. Stephanus Medices Præpoſ. Gen. Cong. C. R.

D. Bernardus Caſtagninus Secret.

Locus † ſigilli.

SCholia, & Additiones Amodum Reuer. Patris Abbatis Don Alexandri Duardi noſtræ Congregationis Montis Virginis, Ordinis S. Benedicti, ſacræ Theologiæ Profeſſoris, & ad præſens Vicarij Generalis Iuriſdictionis ſpiritualis, & temporalis eiuſdem ſacræ Congregationis, ad Commentaria in Bullam Cœnæ Domini Admod. R. P. Don Leonardi Duardi eiuſdem Germani, ac ſacræ Congregationis Clericorũ Regularium Conſultoris, vt typis demandentur; Licentiam concedimus, ſi ijs, ad quos ſpectat videbitur. Datum in noſtro ſacro Monaſterio Montis Virginis de Monte die 15. Nouembris 1631.

D. Io. Iacobus Iordanus Abbas Gen. Montis Virginis.

D. Laurentius Cuſſ. à Ceppalono Sec.

Locus † ſigilli.

COmmentaria hæc, in Bullam Cœnæ Domini ſatis quidem erudita, & optimæ doctrinæ, Auctore Admod. Reuer. D. Leonardo Duardo, Clerico Regulari: aliàs excuſſa Mediolani; digniſſima exiſtimo, quæ denuo in hac noſtra florentiſſima Ciuitate, prælo ſubijciantur; additis ſcholijs, Germanorum celeberrimi Auctoris. Datum Neapoli die vlt. Septembris 1636.

D. Io. Dominicus Auliſius, Doct. Theol. Collegialis Can. Dep.

Idem cenſeo

Ego D. Thomas de Aquino Cler. Regul. Deput.

IMPRIMATVR.

Felix Tamburellus Vic. Gen. Neap.

REuer. Admod. P. D. Leonardi Duardi Cleric. Regul. Theologi, ac V. I. D. Commentaria in Bullam Cœnæ Domini, Mediolani, ſexdecim circiter annis iam elapſis impreſſa, nec non ſcholia ad ea nouiſſimè addita Excellentiæ tuæ iuſſu vidi, & nihil in eiſdem Catholicæ fidei, ac bonis moribus repugnans reperi; imò omnia pietatem maximam, doctrinam ſanam; ac ſingulari eruditione firmatam, redolent. Quare in communem Reipublicæ Chriſtianæ vtilitatem, ea reimprimi poſſe, & ſcholia prædicta typis mandari iure meritò cenſeo; vbique omnem præcor felicitatem. Vale. Neapoli die 26. Auguſti 1636.

Excellentiæ Tuæ.

Addictiſſimus ſeruus.

Ioannes Dominicus Coſcia Comes Palatinus, & primam iuris pontificij in hocalmo Gymnaſio Regens Cathredam.

IMPRIMATVR.

Tapia Reg. Brancia Reg. Zuſia Reg. Caſanate Reg.

INDEX QVAESTIONVM

Quæ in hoc opere continentur.

Quæſtiones Libri Primi.

Cap. I.

QVOT, & quænam ſint cauſæ ad editionem bullæ cœnæ concurrentes. Q.1.
De cauſa efficienti Bullæ in cœna Domini. Quæſt. 2.
De cauſa materiali Bullæ in cœna Domini. Q.3.
De cauſa formali Bullæ in cœna Domini. Q.4.
De cauſa finali Bullæ in cœna Domini. Q.5.

Cap. II.

An vis excuſet à cenſuris in Bulla cœnæ contentis. Q.1.
An metus excuſet à cenſuris, quæ in Bulla cœnæ continentur. Q.2.
An metus ſcandali excuſet à cenſuris in Bulla cœnæ contentis. Q.3.
An ſecluſo ſcandalo ob aliquam neceſſitatem quis excuſetur à cenſuris in Bulla cœnæ contentis. Q.4.
An ignorantia excuſet à cenſuris, quæ in Bulla cœnæ cõtinentur. Q.5.

Cap. III.

An cenſuræ, quæ in Bulla cœnæ continentur ſint latæ ſententiæ, vel ferendæ. Q.1.
An ad incurrendas cenſuras in Bulla cœna contentas requiratur aliqua prænontio. Q.2.
An cenſuræ bullæ cœnæ ſint mutabiles. Q.3.
An verba cenſurarum in Bulla cœnæ contentarum, tantum ligent, quantum ſonent. Q.4.
An ad effectum cenſurarum, quæ in Bulla cœnæ continentur, conſiderandum ſit tempus actionis initæ contra illius formam. Q.5.
An Bulla cœnæ obliget vniuerſalem Eccleſiam. Q.6.
An Bulla cœnæ ſit edita per viam legis, an per viam ſententiæ generalis: ſcil an ſit iuris, vel ab homine. Q.7.

Cap. IV.

Quare Bulla cœnæ inſcribitur, litteræ proceſſus. Q.1.
Quare Romanus Pontifex dicitur S.D.N. Q.2.
An Romano Pontifici, cui conuenit Sanctiſſimi nomen, debeatur aliqua adoratio. Q.3.
An Romano Pontifici, vti Sanctiſſimo, & Domino noſtro, non modo conueniat adoratio, ſed etiam orationis cultus. Q.4.
An Romanus Pontifex aliquo iure teneatur nomen ſibi mutare, ſtatim poſt ipſius electionem. Q.5.
An Bulla cœnæ obliget, ſi in eius inſcriptione nomen Romani Pontificis non exprimatur. Q.6.
Quare Romanus Pontifex appellatur Papa. Q.7.
An Bulla cœnæ ſtatim poſt editam obliget, etiam ſi non promulgetur. Q.8.
An Bulla cœnæ valeat ſine data. Q.9.

Cap. V.

De proœmij diuiſione. Q.1.
Qua Romanus Pontifex appellat ſe Epiſcopum. Q.2.
Quare Romanus Pontifex appellat ſe ſeruum ſeruorum Dei. Q.3.
Quid ſignificant verba: Ad futuram rei memoriam. Q.4.
Quomodo Eccleſiæ vnitas ab Apoſtolo Petro dicitur dimanare. Q.5.
Quid per ſpiritualem gladium, & ſalutaria iuſtitiæ arma intelligat hoc loco Romanus Pontifex. Q.6.

Quæſtiones Libri Secundi.

Can. I.

De diuiſione ſupradicti canonis. Q.1.
Quid ſignificent verba: Excommunicamus, & anathematizamus: & an inter ſe differant. Q.2.
Quare Romanus Pontifex inferendis cenſuris vtitur inuocatione Sanctiſſimæ Trinitatis. Q.3.
Quare S. Pontifex auctoritate Beati Apoſtoli Petri dicitur ferre cenſuras. Q.4.
An Romanus Pontifex cenſuras dicatur ferre auctoritate Apoſtoli Pauli, ſibi ab eo communicata, & transfuſa. Q.5.
An Romanus Pontifex verè dicatur propria auctoritate ferre cenſuras. Q.6.
An Hæretici, de quibus in noſtro canone fit mentio dicantur nominatim excommunicati. Q.7.
An Hæreticos, vt ſupra notatos, quamuis nominatim non ſint

INDEX

ſint excommunicati, denunciati, & declarati tales, tenemur vitare. Q. 8.
Quid ſit Apoſtaſia, ſeu Apoſtaſia, & quotuplex. Q. 9.
De Apoſtatis à fide, quinam ſint, quomodo ab Hæreticis differant, & quot ſint eorum ſpecies. Q. 10.
De Apoſtata à fide interno tantum. Q. 11.
De Apoſtata à fide externo tantum. Q. 12.
De Apoſtata à fide interno, & externo ſimul. Q. 13.
De Apoſtata ab obedientia, an incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 14.
De Apoſtatis ab Ordine, an & quando incidant in excommunicationem Bullæ cœnæ. Q. 15.
De Apoſtaſia, & Apoſtatarum à Religione definitione. Q. 16.
De diuiſione Apoſtaſiæ à Religione: & quando ab eadem Apoſtata incidant in excommunicationem Bullæ, aut in aliam. Q. 17.
An excommunicatio contra Hæreticos ita ſit de iure humano, vt ſit etiam de iure Diuino. Q. 18.
Quomodo differant inter ſe, temerarium, erroneum, & hæreticum. Q. 19.
Quis ſit hæreticus, & quotuplex. Q. 20.
An ad conſtituendum aliquem hæreticum, requiratur omnino, quòd ſit baptizatus. Q. 21.
An, vt aliquis dicatur hæreticus, errorem ſemper exigat in intellectu fidei Catholicæ contrarium. Q. 22.
An ad conſtituendum aliquem hæreticum ſatis ſit ſi dubium habeat in intellectu fidei Catholicæ contrariam. Q. 23.
An dicatur propriè hæreticus, is aut in cenſuram præſentis canonis incidat, qui errorem fidei Catholicæ, contrarium in intellectu habēs non manifeſtauit. Q. 24.
An ad conſtituendum aliquem hæreticum, exigatur, vt omnino ſit pertinax circa errorem, quem habet in intellectu. Q. 25.
An Hæreticorum credentes dicantur formaliter hæretici. Q. 26.
De pœnis Hæreticorum, & eorum credentium. Q. 27.
Quinam dicantur Hæreticorum receptatores. Q. 28.
An conſanguinei, & affines recipientes hæreticos, non vt eorum hæreſi faueant, ſed, vt occultari iuſtitiæ manus effugiant, & infamiam deuitent, hæreticos receptantium pœnis ſubiaciantur. Q. 29.
An ad incurrendas pœnas contra receptatores hæreticorum latas, requiratur, quòd hæretici receptati ſint nominatim excommunicati, ac denunciati. Q. 30.
An Hæreticum occultans, receptans, eidemque fauens ad hæreſes diſſeminandas, ac ad effugiendas iuſtitiæ manus, ſi non diſſeminauit, captuſque eſt excommunicationem incurrat. Q. 31.
Quinam dicantur fautores, ac defenſores Hæreticorū, ſub diſpoſitione noſtri canonis comprehenſi. Q. 32.
De pœnis Receptatorum, Fautorum, & Defenſorum Hæreticorum. Q. 33.
An legere libros Hæreticorum ſit intrinſecè malū: vel tantum malum, quia prohibitum humano iure. Q. 34.
Quomodo, & quando legentes libros prohibitos, incidāt in excommunicationem in præſenti canone, aut in Indice librorum prohibitorum contentam. Q. 35.
An ignorantia craſſa excuſet à cenſura præſentis canonis legentes libros Hæreticum. Q. 36.
An ignorantia affectata excuſet legentes libros hæreticorū ab excommunicatione præſentis canonis. Q. 37.
An ignorantia conconcomitans excuſet ab excommunicatione legentes libros hæreticorum, hæreſim continentes, aut de Religione tractantes. Q. 38.
An ad incurrendam excommunicationem in præſenti canone contentā, opus ſit, vt hæreticorū libri tractent de hæreſi ex profeſſo, vel ſufficiat, ſi incidentur. Q. 39.
An ad contrahendam prædictam excommunicationē à legentibus hæreticorum libros, neceſſe ſit, vt libri tractent de Religione, & hæreſi ſimul: vel ſatis ſit ſi tractent de Religione tantum. Q. 40.
An ad ſupradictā excōmunicationē incurrendā à legentibus hæreticorū libros, exigatur, vt libri tractēt de religione ex profeſſo, an ſatis ſit ſi incidēter. Q. 41.
Quinam libri dicantur de Religione tractare. Q. 42.
An legentes ſcholia, & additiones hæreticorū, quæ continentur in libris catholicorum, incidant in excommunicationem præſentis canonis. Q. 43.
An legentes Epiſtolam, aut concionem hæretici, hæreſim continentem, incidant in excommunicationem præſentis canonis. Q. 44.
An legentes compilationes aliquas hæreticorū hæreſim continentes, aut de Religione ex profeſſo tractantes, incidant in excommunic. præſentis canonis. Q. 45.
An legentes minimā partē librorū hæreticorū hæreſim continentium, vel de Religione tractantium, incidāc in excommunicationem noſtri canonis. Q. 46.
An legentes libros hæreticorum hæreſim cōtinētes, aut de Religione tractantes, non tamen illos intelligētes, incidant in excommunic. noſtri canonis. Q. 47.
An audentes legere libros hæreticorum, hæreſim continē tes, aut de Religione tractantes, incidant in excommunicationem præſentis canonis. Q. 48.
An audentes legere libros hæreticorum, hæreſim cōtinentes, aut de Religione tractantes, ſi deinde aliqua ex illis memoriæ mandata recitent, incidant in excommunicationem præſentis canonis. Q. 49.
An legentes libros Græcorum, Armenorum, & ſimilium, græcanicos ritus, & non latinos continentes, in aliquam cenſuram incidant. Q. 50.
An, & quando retinentes libros hæreticorum, incidant in excommunicationem præſentis canonis. Q. 51.
An tenentes libros hæreticorum, & quacunque ex cauſa prohibitos poſſine illos propria auctoritate comburere, vel corrumpere. Q. 52.
Quinam faculatem legendi, ac retinendi libros, vt ſupra damnatos, concedere poſſint. Q. 53.
Quinam dicantur Imprimentes hæreticorum libros, ac quomodo incidant in excommunictionem huius canonis. Q. 54.
Quinā dicantur hæreticorū libros defendentes, & quādo in excommunicat. huius canonis incidant. Q. 55.
Qui propriè dicantur ſchiſmatici, comprehenſi ſub diſpoſitione noſtri canonis. Q. 56.
Quibus caſibus contrahitur excommunicatio huius canonis, & quibus effugitur. Q. 57. & vlt.

Can. II.

De diuiſione canonis. Q. 1.
In quo differt iſte canon à Conſtitutionibus Pij II. & Iul. II. ſupramentionatis. Q. 2.
Cur vi huius canonis Interdictum fertur contra Vniuerſitates, Collegia, & Capitula, & non potius excommunicatio, ſicut contra ſingulares perſonas, vt ſupra appellantes. Q. 3.
An interdictum, quod fertur in hoc canone ſit perſonale, vel potius locale, aut miſtum. Q. 4.
An capitulo appellante à ſententijs S. P. ad futurum Concilium, ſi Epiſcopus concurrat, vt vnus de Capitulo, in Interdictum incidat vna cum alijs. Q. 5.
An fauentes huiuſmodi, & auxilium dantes, vi huius canonis excommunicentur principaliter, vel acceſſorie. Q. 6.

Qui-

QVAESTIONVM.

Quibus caſibus contrahitur excommunicatio, ſeù interdictum huius canonis, & quibus effugitur. Q. 7. & vlt.

Can. III.

De diuiſione huius canonis. Q. 1.

Quinam ſint Piratæ, Curſarij, ac Latrunculi maritimi. Q. 2.

An ad contrahendam excommunicationem iſtam, exigatur, vt Piratæ Pontificium mare diſcurrant, vel ſatis ſit, ſi quodcunque aliud mare percurrant. Q. 3.

An Piratarum diſcurſus per mare pontificium, ſatis ſit ad contrahendam excommunicationem noſtri canonis, etiam nulla ſubſecuta depredatione. Q. 4.

An ad contrahendam prædictam cenſuram, exigatur, vt Piratæ mare pontificium diſcurrant ad deprædandum Chriſtianos, vel ſatis eſt, ſi diſcurrant ad deprædandum Infideles dumtaxat. Q. 5.

An Pirata fidelis, qui in mari alium fidelem Piratam deprædatur, incidat in excommunicationem huius canonis. Q. 6.

An depredantes infidelium naues onuſtas bonis fidelium, vel prædis factis ex bonis ipſorum fidelium: & è contra, qui deprædantur naues fidelium onuſtas bonis infidelium, excommunicationem iſtam contrahant. Q. 7.

An ſi inter eos, qui in eadem naui vehuntur, ſequatur deprædatio, vel occiſio, excommunicatio prædicta contrahatur. Q. 8.

An Piratæ nauigantes in mari, ſi deſcendant in terram, & prædentur Chriſtianos in ea degentes, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 9.

An Pirata, qui in fluminibus deprædatur, incidat in prædictam excommunicationem. Q. 10.

An Pirata, vel Latrunculus maritimus diſcurrens, vt ſupra mare pontificium plures, plures contrahat excommunicationes, vel vnam tantùm. Q. 11.

An ſupradictæ perſonæ vi præſentis canonis excommunicentur principaliter, vel acceſſoriè. Q. 12.

An metu mortis Piratis fauentes ad diſcurrendum, ſeù deprædandum, vt ſupra, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 13.

Quibus caſibus contrahitur excommunicatio præſentis canonis, & quibus effugitur. Q. 14. & vlt.

Can. IV.

De diuiſione præſentis canonis. Q. 1.

Quomodo differunt inter ſe Iura, & Bulla circa naufragorum bona ſtatuentia. Q. 2.

An ſi naues naufragium paſſæ ſint Chriſtianorum, & bona infidelium, furripientes ea incidant in excommunicationem præſentis canonis. Q. 3.

An furripientes bona è nauibus Chriſtianorum Piratarum, naufragium paſſis, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 4.

An è ſcapbis naufragium paſſis, Chriſtianorum bona furripiens, incidat in excommunicationem huius canonis. Q. 5.

An nauibus, boſtium, aut Piratarum impulſu expugnatis, bona Chriſtianorum ex eis, vel in mari protecta, aut in littore inuenta furripiens, dictam excommunicationem contrahat. Q. 6.

An furripiens Chriſtianorum bona ex nauibus non dum naufragium paſſis, ſed in ipſa naufragij trepidatione, incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 7.

An furripiens naufragorum bona, paulò vltra littus ventorum impetu tranſmiſſa, incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 8.

An domino nauis naufragium paſſæ, naufragata bona apud aliquem in maris littore deponente, iſi depoſitarius depoſitum huiuſmodi neget, in prædictam excommunicationem incidat. Q. 9.

An furripientes Fidelium naufragorum bona, vt ſupra, non animo ſibi appropriandi, ſed eis tantùm vtendi per aliquot tempus, & deinde verò domino reſtituendi, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 10.

Quanti valoris debent eſſe bona naufragata, adhuc, vt illa furripiens, incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 11.

An ſinguli, ſingulas res minimas fidelium naufragorum furripientes, quæ ſimul iunctæ facerent quantitatem magnam, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 12.

An furripientes bona naufragorum fidelium, in mari protecta, & ab eiſdem habita pro derelictis, incidant in excommunicationem præſentis canonis. Q. 13.

An auferens naufragorum bona, quæ, eius dominus pro derelictis non habuerit; ſi ea tamen habiturus non fuiſſet, incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 14.

An recuperans naufragorum bona cum propriæ vitæ periculo, teneatur ea proprijs dominis reſtituere: alias incidit in excommunicationem noſtri canonis. Quæſtione 15.

An furripientes dumtaxat, vel etiam rapientes Fidelium naufragorum bona, incidant in excommunicationem huius canonis, Q. 16.

Quare furripientes naufragorum bona priuilegio non iuuantur, quominus excommunicationem contrahant: quia nullo, vel quia vi huius canonis reuocetur? Q. 17.

An Romanus Pontifex non modo iniuſta, & inualida priuilegia; ſed etiam valida, cuilibet, & à quocunque conceſſa reuocare poſſit. Q. 18.

An vi noſtri canonis improbantis conſuetudinem circa furripientes naufragorum bona, cenſeatur improbata conſuetudo præterita, vel etiam futura. Q. 19.

An verba, Longiſſimi etiam immemorabilis temporis poſſeſſionem, intelligantur de conſuetudine præſcripta, vel de formali præſcriptione. Q. 20.

Virum naufragorum bonorum dominium, poſſeſſione longiſſimi, aut immemorabilis temporis comparari poſſit. Q. 21.

Quibus caſibus contrahitur excommunicatio huius canonis, & quibus effugitur. Q. 22. & vlt.

Can. V.

De diuiſione textus. Q. 1.

An impoſitio pedagij, aut alterius tributi reſpiciat territorium ſubiectum ei, qui tributum, ſeù pedagium imponit. Q. 2.

Noua pedagia quæ dicantur, quæue antiqua. Q. 3.

Quid ſit pedagium, ſeù gabella, & quomodo vi noſtri canonis imponi prohibeantur. Q. 4.

In quibus caſibus ſit permiſſum a iure Principibus ſupremis noua pedagia, ſeù gabellas imponere. Q. 5.

An Principes ſuprem, qui poteſtatem habent imponendi noua pedagia ſi illa imponant iniuſtè, & in caſibus à iure non permiſſis, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 6.

An Princeps imponentes noua tributa ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 7.

An augere noua tributa, ſit noua tributa imponere. Q. 8.

An exigentes noua tributa in caſibus à iure non permiſſis, & ſine licentia S. P. aut ſuprem Principis à ſponte dantibus, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 9.

INDEX.

An exigentes noua tributa ex parte omnium causarum, iuſta, ſed iniuſta ex parte eorum, à quibus exiguntur, incidãt in excõmunicationem huius canonis. Q. 10.

An, & quando exactores tributorum, quæ illicita ſunt, teneantur ad eorum reſtitutionem. Q. 11.

An fraudantes gabellas, & alia tributa, ſiue iuſta ſint, ſiue iniuſta, peccent mortaliter, & ad reſtitutionem teneantur. Q. 12.

Quibus caſibus contrahitur excommunicatio in hoc canone lata contra imponentes noua pedagia, ſeu gabellas, & imponi, aut augeri prohibita exigentes: & quibus effugitur. Q. 13. & vlt.

Can. VI.

De diuiſione præſentis canonis. Q. 1.

Quomodo differant inter ſe excommunicationes, quæ in c. dura, 9. adijcientes, c. ad falſarium, de crimin. falſ. & in noſtro canone continentur. Q. 2.

An mandantes litteras Apoſtolicas falſificare, incidant in excommunicationem præſentis canonis. Q. 3.

Qui per falſarios litterarum Apoſtolicarum intelligantur in hoc canone. Q. 4.

An falſificantes litteras Apoſtolicas iniuſtas, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 5.

An falſificans litteras Apoſtolicas, vim non habentes, incidant in excommunicationem noſtri canonis Q. 6.

An falſificans litteras, vel ſupplicationes Apoſtolicas in modico aliquo, incidat in excommunicationem præſentis canonis. Q. 7.

De Vicecancellarij ſignificatione, & officio. Q. 8.

An falſarij litterarum Apoſtolicarum alijs pœnis temporalibus afficiantur, vltra cenſuram huius canonis. Q. 9.

Quibus caſibus contrahitur excommunicatio præſentis canonis, & quibus effugitur. Q. 10. & vlt.

Can. VII.

De diuiſione huius canonis. Q. 1.

An noſter canon prohibeat omnia, quæ prohibent ſupradicta iura ſimul iuncta. Q. 2.

Qui dicantur Saraceni, Turcæ, & quinam Chriſtiani nominis hoſtes, & inimici. Q. 3.

An ad incurrendam excommunicationem propter delationem armorum ad hæreticos, opus ſit, vt hæretici ſint nominatim declarati. Q. 4.

An deferentes ea, quæ in noſtri canonis prohibita ſunt, ad ſchiſmaticos, incidant in ſupradictam excommunicationem. Q. 5.

An deferentes arma, & alia, vt ſupra prohibita ad Chriſtianos, in infidelium, aut hæreticorum terris commorantes, vel negotiantes, incidant in excommunicationem noſtri canonis, Q. 6.

An deferentes ſupradicta ſpecialiter prohibita ad infideles, & hæreticos, in terris Chriſtianorum Catholicorum commorantes, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 7.

An deferentes arma, & alia vt ſupra prohibita ex vna terra Infidelium, ſeu Hæreticorum ad aliam, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 8.

An ementes ab Infidelibus, & Hæreticis arma, & alia vi noſtri canonis prohibita; & deferentes deinde eadem ab Infideles, incidant in prædictam excommunicationem. Q. 9.

An deferentes arma, & alia ad vſum bellicum pertinentia ad Infideles, & Hæreticos: & deinde pœnitentia ducti, eiſdem non tradentes, ſed reportantes, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 10.

An licitum ſit deferre, quæ in hoc canone prohibentur, ad Infideles, & Hæreticos, ad redimendos captiuos Catholicos. Q. 11.

An deferentes ad hoſtes metu mortis compulſi res illas prohibitas, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 12.

An Milites, qui arcem armis inſtructam, aut galeas, vel naues armis onuſtas, ab Infidelibus impugnatas, metu mortis anſugientes dimiſerint, cum probabiliter potuiſſent illas ab inimicis defendere, ſi fortiter dimicaſſent, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 13.

An deferentes hæc prohibita ad Infideles hoſtes, non ad impugnandos Chriſtianos, ſed ex alia cauſa, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 14.

An mandantes deferri hic prohibita ad Infideles hoſtes, incidant in excõmunicationẽ huius canonis. Q. 15.

An mãdans alicui Chriſtiano, vt ferat arma, & alia prohibita ad Saracenos, in excommunicationem ſtatim incidat, etiam non ſecuto effectu. Q. 16.

An ratam habens delationem, ſeu tranſmiſſionem rerum, in hoc c none prohibitarum ad Saracenos, incidat in excommunicationem. Q. 17.

An fideles in terris ſuis arma Saracenis vendentes, vel quocunque alio titulo Chriſtianis tradentes, quos certò ſciunt ad Saracenos fore delaturos, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 18.

Quenam Equorum appellatione veniant: & an non ſolum deferentes equos, ſed etiam mulos, camelas, aut aſinos comprehendantur ſub excommunicatione noſtri canonis. Q. 19.

Quæ veniant armorum appellatione. Q. 20.

An appellatione ferri veniant vena ferri, cultri, & claui, ita vt hæc omnia vi noſtri canonis expreſsè prohibeantur. Q. 21.

Quæ veniant ſub metalli nomine. Q. 22.

An Alchimiſta deferens ad hoſtes ſecretum, quo aurum, argentum, aliudue metalli genus confici poſſit, incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 23.

Quenam veniant appellatione bellicorum inſtrumentorum. Q. 24.

Quæ veniant appellatione lignaminum. Q. 25.

An appellatione lignaminum veniant naues, galeæ, & alia nauigia: necnon & turres ligneæ. Q. 26.

An ſi vi noſtri canonis expreſsè prohiberentur nauigia, nulla facta mentione lignaminum, deferentes lignamina an Infideles, eſſent excommunicati. Q. 27.

Quæ veniant ſub cannabis, & ſunium prohibitione. Q. 28.

Ibi (Alia deniq; huiuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant.) Quorum delatio prædictis verbis prohibeatur Q. 29.

Quid per ſtatum Chriſtianæ Reipublicæ: & damnum Catholicæ Religionis hoc loco intelligitur. Q. 30.

Ibi, per ſe, vel per alios. Quinam per hæc verba ſub diſpoſitione noſtri canonis comprehẽdantur. Q. 31.

An vi tormentorum compulſi edocentes Chriſtiani, ac Catholici nominis inimicos res ſtatum Reip. Chriſtianæ concernentes, vt ſupra, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 32.

An certiores facientes Turcas de his, quæ iam nouerant, itaut nihil nouæ ſciant, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 33.

Ibi, Illiſq; ad id auxilium, cõſilium, vel fauorẽ, &c. Quoſnam referat relatiuum illud, ipſos ne hoſtes, an Chriſtianos, Catholicorũ ſecreta reuelantes. Q. 14.

An fauorem auxilium, ſeu conſilium præſtans prædictis hoſtibus contrà Principem aliquem Chriſtianum tam fortior fiat, vnde ab alijs reſiſti non poſſit incidat

dat in excommunicationem. Q. 35.

An Princeps christianus bellum gerens cum alio Principe Christiano, possit aduocare milites infideles pro sui suorumque bonorum tutela, aut recuperatione, & illis arma, & alia ad bellum necessaria subministrare citra censuram huius canonis. Q. 36.

Ibi, Non obstantibus quibuscúq; priuilegijs. *An S. P. reuocet supradicta priuilegia vi valida, vel declaret non obstare tanquam nulla.* Q. 37.

Quibus casibus contrahitur excommunicatio præsentis canonis: quibus verò effugitur. Q. 38. & vlt.

Can. VIII.

De diuisione canonis. Q. 1.

Impedire, & inuadere quid significant. Q. 2.

An alicuius Ciuitatis Dominus per alios impediens deferentes res supradictas ad Romanam Cur. incidat in excommunicationem huius canonis. Q. 3.

An Dominus impediens aliunde deferentes necessaria ad victum, aut vsum Romanæ Curiæ, vt res illæ in Ciuitate sua, maxima penuria laborante, remaneant, incidat in dictam excommunicationem. Q. 4.

Quæ victualium nomine comprehendantur, & quæ res ascantur ad vsum Romanæ Curiæ necessaria. Q. 5.

Quid per Romanam Curiam intelligi ille can. Q. 6.

Ibi Prohibent, impediunt, seù perturbant. *Quonam modo verba ista inter se differant.* Q. 7.

Ibi, Seu hæc facientes defendunt. *An hæc facientes mandantes defendi, incidant in excommunicationem.* Q. 8.

An vi præsentis canonis excommunicentur consilium dantes ad impediendum deferentes victualia, & alia ad vsum Romanæ Curiæ. Q. 9.

Quibus casibus contrahitur censura præsentis canonis, quibus verò effugitur. Q. 10. & vlt.

Can. IX.

De diuisione canonis. Q. 1.

Ibi, Venientes, & recedentes *An Canon iste intelligendus sit de eisdem venientibus, ac recedentibus, vel de diuersis.* Q. 2.

An offendentes volentes venire ad S. Apostolicam, vel ab ea recedere, incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 3.

Ibi ista, vel aliorum opera. *An vi nostri canonis excommunicentur, non modo facientes crimina in eo damnata, sed etiam fieri mandantes.* Q. 4.

An mandans prædicta crimina commuta, si mãdatum reuocauerit ante secutum effectum, in excõmunicationem incidat, illo demum secuto. Q. 5.

An mandans ad S. A. accedentem verberari tantum, si mandatarius mandatum excedens, illum occiderit, aut mutilauerit, incidat in excommunicationem nostri canonis. Q. 6.

An vnus habentes crimina, vel eorum alterum, quæ vi nostri canonis prohibentur, incidant in excommunicationem in eo contentam. Q. 7.

An omittens obuiare criminibus vi nostri canonis prohibitis, incidat in excommunicationem in eo contentam. Q. 8.

An interficiens accedentem ad S. A. cum occidendi animum non habuerit, sed leuiter tantùm verberandi, incidat in excommunicationem nostri canonis. Q. 9.

An leuiter vulnerans accedentẽ ad S. A. qui non vi vulneris, sed ex suo malo regimine, Medicorum negligentia, aut imperitia sit mortuus, incidat in excommunicationem nostri canonis. Q. 10.

An interficiens vnum tantùm hominem accedentem ad S. A. & non plures, incidat in excommunicationem nostri canonis. Q. 11.

An si plures simul concurrant ad interficiendum aliquem accedentem ad S. A. incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 12.

An plures diuisim concurrentes ad interficiendum accedentem ad S. A. incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 13.

Quid sit mutilare. Q. 14.

An ad incurrendam excommunicationem nostri canonis, exigatur totius mẽbri mutilatio: vel satis sit, si eiusdem pars aliqua detruncetur. Q. 15.

An si quis dentem euellat accedenti ad S. A. aut ab ea recedenti, incidat in excõmunicationem nostri canonis. Q. 16.

An verberibus debilitans membrum accedenti ad S. A. itaut reddatur inutile ad operandum, sine tamen alicuius eiusdem partis incisione, incidat in excommunicationem. Q. 17.

An abscindens membrum iam aridum accedenti ad S. A. aut ab ea recedenti, incidat in excommunicationem nostri canonis. Q. 18.

An mutilans mortuum, qui dum accederet ad S. A. in itinere interijt: incidat in excommunicationem nostri canonis. Q. 19.

Quid sit spoliare, & quæ sub spoliationis nomine comprehendantur. Q. 20.

An furtim furripientes bona aliqua accedentibus ad S. A. vel ab ea recedentibus, incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 21.

An rapientes scripturas, quas secum deferunt accedentes ad S. A. incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 22.

An rapiens vxorem, filias, filios, aut seruos, quos secum defert accedens ad S. A. vel ab ea recedens, incidat in excommunicationem nostri canonis. Q. 23.

An accedentes ad S. A. si Christiani non sint, & spolientur à fidelibus, spoliantes eos incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 24.

Quid in iure significari capere, ac detinere. Q. 25.

Quomodo, & quando in excommunicationem incidant offendentes, vt supra in Curia morantes. Q. 26.

An ad contrahendam excommunicationem nostri canonis, requiratur, vt omnes actiones in eo prohibita simul fiant, vel sufficiat earum altera. Q. 27.

An vnum, vel plura crimina vi nostri canonis prohibita committens, incidat in vnum, vel plures excommunicationes iuxta numerum delictorum. Q. 28.

An qui vno ictu mutilat, aut interficit plures homines accedentes ad S. A. vel ab ea recedentes, incidat in plures excommunicationes præsentis canonis. Q. 29.

An capiens detinens, mutilans, aut interficiens vnum clericum ad S. A. euntem, in vnam tantum, vel in plures incidat excommunicationes. Q. 30.

An percutiens, aut vulnerans, non tamen capiens, detinẽs, spolians, mutilans, nec occidens accedentes ad S. A. incidat in excommunicationem nostri canonis. Q. 31.

An prædicta crimina, vel eorum alterum committens in accedentes ad S. A. non, vt accedentes sunt, sed propter particulares inimicitias, aut ex alia causa incidat in excommunicationem nostri canonis. Q. 32.

Ibi Temere. *Quæ sit huius aduerbij de iure significatio.* Q. 33.

Ibi Morantes. *Quid intelligitur per dictionem illam.* Q. 34.

An mandantes occidi in Curia commorantes, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 35.

Quid per Curiam in hoc canone intelligitur. Q. 36.

Qui-

Quibus caſibus contrahitur cenſura, præſentis canonis: quibus verò effugitur. Q. 37. & vlt.

Can. X.

De diuiſione canonis. Q. 1.
Quid in iure ſignificet vulnerare. Q. 2.
Qui propriè dicuntur deprædari. Q. 3.
Quinam dicantur Romipetæ, ſeu peregrini. Q. 4.
An omnes Peregrini gaudeant priuilegio noſtri canonis. Q. 5.
Quinam dicantur deuotionis, ſc peregrinationis cauſa ad Vrbem accedere. Q. 6.
An Romipeta, ſeu peregrinus, aliquod crimē vi noſtri canonis prohibitum, committens in perſonam alterius Romipetæ, ſeù peregrini, deuotionis cauſa Roma ſimiliter petentis, prædictam excommunicationem contrahat. Q. 7.
An committens crimen aliquod, vi noſtri canonis prohibitum, in accedentem Romam, non deuotionis, ſeu peregrinationis gratia, ſed ad implendum votum aliquod, in excommunicationem ſupradictam incidat. Q. 8.
An committens crimen aliquod ex ſupradictis contra accedentem ad Vrbem, non modo deuotionis gratia, ſed etiam animo negotiandi in Curia, incurrat vnam, vel plures excommunicationes. Q. 9.
An committens crimen aliquod ex prædictis in peregrinū, ſeu Romipetā, vt nō talem, ſed vt particularem ſibi inimicum, incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 10.
An Romæ domicilium habentes, ſi extra Romam repetiantur, & eam petant deuotionis tantùm gratia, gaudeant beneficio noſtri canonis. Q. 11.
An Romam petens deuotionis cauſa, & oblitus alicuius rei, domū redeat ad ſuſcipiendam eam, ſi in reditu vulneretur, vulnerans incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 12.
An deuotionis cauſa Romam petens, ſi in ea nullum pietatis opus faciat, recedens gaudeat beneficio præſentis canonis. Q. 13.
An prædictum priuilegium conceſſum ad Vrbem accedentibus, ſi vi noſtri canonis expreſsè datum non fuiſſet etiam in ea commorantibus, & ab ea recedentibus, commorantes ipſi, ſeù recedentes illo potirentur. Q. 14.
An clerici peregrini ſine ipſorum ſuperiorum licentia Romam petentes, gaudeant beneficio huius canonis, ita vt vulnerantes eos excommunicationem iſtam contrahant. Q. 15.
Quinam propriè dicantur dare auxilium, conſilium, vel fauorem ad committenda crimina in hoc canone damnata. Q. 16.
An conſulens alicui, vt Romipetam, aut peregrinum vulneret, aut ad id auxilium, vel fauorem impertiatur, ſtatim in hanc cenſuram incidat, etiam ſi effectus non ſequatur. Q. 17.
Quibus caſibus contrahitur excommunicatio præſentis canonis, quibus autem effugitur. Q. 18. & vlt.

Can. XI.

De diuiſione canonis. Q. 1.
Vtrum actiones in ſupradictis iuribus prohibitæ, virtute contineantur in hoc canone. Q. 2.
Quid hoc loco ſignificet percutere: & an idem ſit, quod vulnerare. Q. 3.
Ibi, capientes, carcerantes, detinentes. Quid hoc loco denotant prædicta verba. Q. 4.
Quid eſt hoſtiliter inſequi. Q. 5.
Cardinalis quinam propriè dicatur, vt offendentes eum, in prædictam excommunicationem incidant: & an maiorem Epiſcopo habeat dignitatem. Q. 6.
Ibi, Ac Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, S. A. Legatos, vel Nuncios. Quinam ſint Patriarchæ, & alij ſupra nominati. Q. 7.
An offendentes ſupradictos Epiſcopos electos tantùm, & non conſecratos, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 8.
Quomodo, & quando dictæ perſonæ dicuntur eiici à ſuis Diœceſibus, Territorijs, Terris, & Dominijs. Q. 9.
An dicta crimina committentes in clericos, aut Religioſos, qui ſint de familia Cardinalium, aut dictorum Antiſtitum, & Prælatorum, incidant in prædictam excommunicationem. Q. 10.
An eiſdem caſibus, quibus canones excuſant ab excommunicatione percutientes clericos, excuſent etiam offendētes Cardinales, & alios Antiſtites ab excommunicatione noſtri canonis. Q. 11.
An mandantes prædicta crimina committi in ſupradictos Antiſtites, incidant in excommunicationem non ſecuto effectu. Q. 12.
An ſi mandantem Antiſtitem percuti, mandati pœniteat; ſed mandatarium de mandati reuocatione certiorem facere non potuit, ſi ſequatur effectus, ipſe mandans in excommunicationem incidat. Q. 13.
An mandantes ex tribus Cardinalibus vnum determinatum percuti, ſi mandatarius alium percutiat, ipſe mandans in excommunicationem incidat. Q. 14.
Quid ſit ratihabitio ad effectum contrahendæ cenſuram noſtri canonis. Q. 15.
An Cardinalis incarcerationem nomine Titij factam, ſi Titius ipſe prius improbauerit, & deinde ratam habuerit, in prædictam excommunicationem incidat. Q. 16.
Quando dicitur præſtari auxilium, conſilium, aut fauorem. Q. 17.
An conſulens Epiſcopum percuti, ſi priuſquam ſequatur effectus, conſilium reuocet, excuſetur ab excommunicatione noſtri canonis. Q. 18.
Vtrum non prohibens Antiſtitem percuti cum poſſit, incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 19.
An Cardinales, & alij Prælati de quibus agitur offenſi, poſſint offendentes declarare incidiſſe in excommunicationem huius canonis. Q. 20.
An Cardinalis, ſaltem à latere poſſit abſoluere ipſum percutientem ab excommunicatione huius canonis. Q. 21.
Quibus caſibus contrahitur excommunicatio præſentis canonis: quibus autem effugitur. Q. 22. & vlt.

Can. XII.

De diuiſione canonis. Q. 1.
In quibus differat, ac conueniat excommunicatio huius canonis ab excommunicatione lata ſupra, canone nono. Q. 2.
An per litteras, negotia, & cauſas agentes in Romana Curia, vi noſtri canonis protegantur. Q. 3.
An occidentes proſequentes ſuas cauſas in Romana Curia, vnam, vel plures contrahant excōmunicationes. Q. 4.
An pugnis, aut fuſte ſine aliquo vulnere percutientes perſonas in hoc canone nominatas, incidant in excommunicationem eiuſdem canonis. Q. 5.
An percutiens infidelē ad Romanam Curiam recurrentem intuitu cauſarum, aut negotiorum, incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 6.
An auferentes bona, quæ ſecum non deferunt recurrentes ad Romanam Curiam, ſed ea, quæ domi reliquerunt, incidant in hanc cenſuram. Q. 7.
An offendentes eos, qui recedunt à Romana Curia pro ſuis negotijs, & cauſis, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 8.
Quibus caſibus contrahitur excommunicatio huius canonis

nonis, quibus autem effugitur. Q. 9. & vlt.

Can. XIII.

De diuisione canonis. Q. 1.

Quenam dicatur friuola appellatio. Q. 2.

An si appellatio huiusmodi non sit friuole interposita, sed ad manifestum iniuriam, ac Iudicis iniquitatem repellendam, incurratur excõmunicatio nostri canonis. Q. 3.

Quid est appellationem admittere. Q. 4.

An potestates seculares prohibentes litteras Apostolicas executioni demandari, nisi prius ab eisdem examinentur & assensus præbetur, incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 5.

An Tabelliones à Notarijs differant, & quomodo. Q. 6.

Quomodo supradictæ personæ inter se differant. Q. 7.

Ibi Præsumptuosè. Quid aduerbium istud importat in hoc canone. Q. 8.

Quibus casibus contrahitur excommunicatio huius canonis: quibus vero effugitur. Q. 9. & vlt.

Can. XIV.

De diuisione canonis. Q. 1.

Ibi Per se, vel per alios. An vi supradictorum verborum sub excommunicatione præsentis canonis comprehendantur mandantes. Q. 2.

An ad incurrendam dictam excommunicationem, requiratur vt actiones vt supra prohibitæ fiant auctoritate iudiciaria. Q. 3.

An ad incurrendam supradictam excommunicationem, requiratur vt prædictæ actiones fiant auctoritate iudiciaria laica, vel satis sit si fiant auctoritate iudiciaria Ecclesiastica. Q. 4.

Quæ sint causæ spirituales, & spiritualibus annexæ: & quando auocantes eas à Iudicibus Ecclesiasticis incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 5.

An ad contrahendam excommunicationem hanc satis sit auocare causas spirituales, aut spiritualibus annexas ad Curias seculares à quocunque Iudice Ecclesiastico. Q. 6.

Quando causæ spirituales dicuntur auocari à Iudice Ecclesiastico ad Curias seculares. Q. 7.

An vbi Iudex Ecclesiasticus est negligens in cognoscendis causis spiritualibus, & alijs Ecclesiasticis, Iudex laicus possit illas sibi auocare, & in seculari Curia definire. Q. 8.

An impedientes executionem litterarum Apostolicarum prætextu violentiæ prohibendæ incidant in excommunicationem præsentis canonis. Q. 9.

An si pendente supplicatione ad Romanum Pontificem, Resp. pax perturbatur, Princeps secularis impediens executionem litterarum Apostolicarum, incidat in excommunicationem præsentis canonis. Q. 10.

An Princeps secularis Catholicus, in terris hæreticorum aut paganorum sibi subditis, si nullus adsit Iudex ecclesiasticus, impediens executionem dictarum litterarum prætextu violentiæ prohibendæ, prædictam censuram contrahat. Q. 11.

An si Romanus Pontifex, non modo contra ius positiuum sed etiam contra ius naturale, aut Diuinum suis litteris molestet aliquem super causis spiritualibus, illarum executionem impediens, incidat in hanc censuram. Q. 12.

Quibus casibus contrahitur excommunicatio præsentis canonis, quibus vero effugitur. Q. 13. & vlt.

Can. XV.

De diuisione canonis. Q. 1.

Ibi Ex eorum prætenso officio, vel ad partis instantiam. Quidam hoc loco dicta verba significant. Q. 2.

Quenam dicantur personæ Ecclesiasticæ, itaut trahentes eas ad forum seculare, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 3.

An Clerici coniugati dicantur personæ Ecclesiasticæ, atq; adeo gaudeant priuilegio canonis, & fori. Q. 4.

Ordines Militares, an dicantur personæ Ecclesiasticæ: itaut trahentes eos ad seculares Curias, incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 5.

An Eremitæ dicantur personæ Ecclesiasticæ, ita vt trahentes ad forum seculare incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 6.

An Rectores Hospitalium, & Confraternitatum laicorũ, dicantur personæ Ecclesiasticæ, & vi nostri canonis pro hibeantur trahi ad Iudicem secularem. Q. 7.

An Episcoporum, ac etiam aliorum Clericorum, eorum Ecclesiarum serui, atque coloni possint duci personæ ecclesiasticæ, ita vt gaudeant priuilegio fori, & trahentes eos ad forum seculare, incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 8.

Quid sint Capitula, Conuentus, & Collegia Ecclesiastica. Q. 9.

An quocunq; modo trahentes personas Ecclesiasticas ad Tribunalia secularia, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 10.

In quibus casibus personæ Ecclesiasticæ possunt de iure trahi ad Curias seculares. Q. 11.

Quomodo personæ Ecclesiasticæ dicuntur trahi indirectè ad Tribunalia secularia. Q. 12.

Ibi Nec non qui statuta. Cum hæc eadem censura feratur in c. Nouerit, de sent. excom. quæritur igitur, an & in quibus differat ab excommunicationem nostri canonis. Q. 13.

An suprascripto casu Princeps, seu Resp. incidat in excommunicationem d. c. nouerit: sicut si è contra statuta condita abrogat à capitularibus suis, eis tamen vtatur, ac seruari faciat. Q. 14.

De diuisione, ac definitione libertatis Ecclesiasticæ. Q. 15.

De libertate, seu immunitate Ecclesiæ, vt templum materiale est. Q. 16.

De immunitate Ecclesiasticarum personarum quoad se, et bona, tam earum ecclesiarum, quã patrimonialia. Q. 17.

Quo iure sit libertas, seu immunitas Ecclesiastica, Diuino, vel humano. Q. 18.

Quanam statuta dicantur contra libertatem Ecclesiasticam. Q. 19.

Quomodo, & quando statuta dicantur edita contra libertatem Ecclesiasticam in genere, vel in specie. Q. 20.

Ibi Quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint. An ad contrahendam censuram nostri canonis, exigatur, vt statuta condita contra libertatem Ecclesiasticam publicentur. Q. 21.

An Scriptores talium statutorum incidant in excommunicationem nostri canonis Q. 22.

An Communitates, seu eorum Consules, & Rectores facientes statuta contra libertatem ecclesiasticam, incidant in excommunicationem præsentis canonis. Q. 23.

Ibi Vel factis, & ordinatis vsi fuerint. Quando quis dicatur vti statutis factis, & ordinatis contra libertatẽ Ecclesiasticam. Q. 24.

Ibi Seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quouismodo restringitur. Quomodo libertas Ecclesiastica dicatur læsi, deprimi, aut restringi. Q. 25.

Ibi Ac quarumque Ecclesiarum. An statuentes cõtra priuilegia, ac iura alicuius particularis Ecclesiæ, incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 26.

Ibi Directè, vel indirectè, vel expressè præiudicatur.

tur. Quomodo, & quando indirectè, seu tacitè dicitur ſtatuto aliquo, Eccleſiaſticæ libertati, & Eccleſiarum iuribus præiudicium inferri. Q. 27.
Quibus caſibus contrahitur excommunicatio huius canonis, & quibus effugitur. Q. 28.

Can. XVI.

De diuiſione canonis. Q. 1.
Ibi, Ordinarios. An impedientes Ordinarios tempore viſitationis, quominus eorum iuriſdictione vtantur, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 2.
Ibi, Directè, vel indirectè. Quomodo indirectè impediantur Ordinarij, quominus eorum iuriſdictione vtatur. Q. 3.
Ibi, Impediunt. An ad incurrendã prædictam excõmunicationẽ, exigatur, vt impedimentum inferatur auctoritate laico publica: vel ſufficiat, ſi priuata. Q. 4.
Ibi, Quominus ſua iuriſdictione, &c. An impedientes Ordinarios, quominus ſua iuriſdictione vtantur in delictis, & cauſis miſtis incidant in prædictam excommunicationem. Q. 5.
An ad incurrendam excommunicationem noſtri canonis ſatis ſit recurſus ab eccleſioſticis Iudicibus ad ſæculares Curias, etſi nihil agatur contra eorũ decreta. Q. 6.
Quibus caſibus contrahitur excõmunicatio huius canonis: & quibus effugitur. Q. 7.

Can. XVII.

De diuiſione canonis. Q. 1.
An excommunicatio noſtri canonis differat ab excommunicatione lata in d. c. 11. Conc. Tr. de ref. ſeſſ. 20. Q. 2.
Ibi, Iuriſdictiones. Quę iuriſdictionis nomine vi præſentis canonis comprehendantur: & an omnes iuriſdictionem vſurpantes excommunicentur. Q. 3.
Ibi, Fructus, reditus, & prouentus. Quæ veniant appellatione dictorum terminorum: & quomodo res illas vſurpantes, aut ſequeſtrantes, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 4.
An Poteſtas ſecularis, cuius iuriſdictio ab eccleſiaſticis vſurpatur, poſſit ſequeſtrare eorum bona, ratione Eccleſiarum eiſdem prouenientia, vt eo ipſo effectu ab vſurpatione deſiſterent. Q. 5.
Ibi, Eccleſiarum. An vſurpantes prouentus, ad Eccleſioſticos pertinentes ratione alicuius Oratorij, vel cœmeterij, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 6.
Ibi, Monaſteriorum. An appellatione Eccleſię veniat Monaſterium, & è contro. Q. 7.
An appellatione Monaſterij veniat tantùm Conuentus Monachorum: vel etiam Canonicorum, aut Clericorum Regularium. Q. 8.
Ibi, Beneficiorum eccleſiaſticarum. Quę veniant hoc loco beneficij eccleſiaſtici appellatione. Q. 9.
Ibi, Vſurpant, vel ſequeſtrant. Quid importent ſupradicta verba. Q. 10.
An vſurpantes fructus, ſeu prouentus alicuius Eccleſiæ vacantis, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 12.
Quibus caſibus contrahitur excommunicatio huius canonis: quibus verò effugitur. Q. 13.

Can. XVIII.

De diuiſione canonis. Q. 1.
Ibi, Decimas, collectas, talleas, præſtantias. Quæ veniant in hoc loco prædictorum terminorum appellatione. Q. 2.
Ibi, Abſque Rom. Pontificis ſpeciali, & expreſſa licentia. Quid importent dicta verba in præſenti capitone poſita. Q. 3.
Ibi, Imponunt. An ad incurrendam dictam cenſuram, ſatis ſit imponere collectas perſonis eccleſiaſticis ſine licentia S. P. vel exigatur etiam, vt ſubſequatur exactio. Q. 4.
An imponentes, & exigentes collectas, & alia onera pro bonis patrimonialibus eccleſiaſticorum, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 5.
An collectas imponentes eccleſiaſticis, & ab eiſdem illas exigentes pro bonis, ipſis donatis, aut emptionis titulo acquiſitis, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 6.
An imponentes, & exigentes dictas collectas à clericis, qui habitum clericalem aſſumpſerunt in fraudem collectarum, & ſine vlla intentione clericandi, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 7.
An imponentes, & exigentes collectas, ſeu gabellas à Clericis negotiantibus, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 8.
An imponentes, & exigentes collectas ab eccleſiaſticis pro bonis, quę habent pro communi, & indiuiſo cum eorum Patre, & fratribus, incidant in excommunicationem prædictam. Q. 9.
An Domini imponentes, & exigentes collectas ab eccleſiaſticis eorum feudatarijs, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 10.
An imponentes, & exigentes collectas ab emendis reditus eccleſiaſticorum, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 11.
An imponentes, & exigentes collectas ab eccleſiaſticis pro conſtructione viarum, pontium, murorum Ciuitatis pro arcendis prædonibus, pro cuſtodia Vrbis tranſitione belli peſtis, & pro quacunque damno vitando, incidant in dictam excommunicationem. Q. 12.
An imponentes, ac exigentes collectas à Clericis coniugatis, incidant in excom noſtri canonis. Q. 13.
An imponentes, ac exigentes collectas à famulis Clericorum, incidant in prædictam excommun. Q. 14.
Ibi Exigunt. An quocunque modo exigentes collectas, & alia onera ab eccleſiaſticis, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 15.
Ibi Etiam à ſponte dantibus. An exigentes collectas ab eccleſiaſticis ſponte dantibus, aliquando excuſentur ab excõmunicatione huius canonis. Q. 16.
Ibi Directè, vel indirectè. Qui dicantur indirectè Clericis collectas imponere, aut impoſitas ab eiſdem exigere. Q. 17.
Ibi Aut qualis etiam Pontificali. An Prælati eccleſiaſtici imponentes prædicta onera eccleſiaſticis ſine licẽtia S. P. in prædictam cenſuram incidant, etiam ſi eccleſiaſtica poteſtate id agant. Q. 18.
Ibi Inuocantes decreta, &c. An vi huius canonis illa etiam cenſura, quatenus ad ſucceſſores extenditur ex tex. in c. aduerſus de immun. Eccl. reſeruata ſit. Q. 19.
Quibus caſibus contrahitur excommunicatio huius canonis, quibus autem effugitur. Q. 20.

Can. XIX.

De diuiſione canonis. Q. 1.
Ibi Quoſcunque Magiſtratus, & Iudices. An Magiſtratus a iudicibus differant. Q. 2.
Ibi Notarios ſcribas. An iſti duo termini ſint inter ſe differentes. Q. 3.
Ibi in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus. Quænã cauſa dicatur criminalis, ſeu capitalis. Q. 4.
Ibi Proceſſando. quando quis dicitur proceſſare, vt incidat in excommunicationem huius canonis. Q. 5.
Ibi Sine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa Sedem A. licen-

QVAESTIONVM.

licentia. Quid denotant hæc verba. Q. 6.

An dentur caſus, in quibus Iudices ſecuiares poſſint ſe interponere quoad cauſas criminales Eccleſiaſticorum ſine ſpeciali licentia S. A. Q. 7.

An conſuetudo longiſſimi temporis poſſit tribuere laico iuriſdictionem cognoſcendi de cauſis criminalibus Clericorum. Q. 8.

Quibus caſibus contrahitur excommunicatio huius canonis: quibus verò effugitur. Q. 9.

Can. XX.

De diuiſione canonis. Q. 1.

Ibi Inuadere, deſtruere, occupare, & detinere. An ad incurrendam cenſuram huius canonis debeant omnes dictæ actiones copulatiuè concurrere, vel ſufficiat earum aliqua tantùm. Q. 2.

An committens omnia dicta crimina ſimul, vnam, vel plures contrahat excommunicationes. Q. 3.

An inuadere, deſtruere, occupare, & detinere prædicta loca, debeant eſſe cum hoſtili incurſu ad incurrendam prædictam excommunicationem. Q. 4.

An inuadere, occupare, ſeu detinere ſupradicta loca, debeat eſſe cũ intentione ſubtrahendi ea ex dominio S. A. ad incurrendam ſupradictam cenſuram. Q. 5.

An ſi quis aliquo probabili titulo, & bona fide aliquem ex prædictis locis inuadat, occupet, & detineat, exiſtimans de iure ſibi competere, incidat in prædictam excommunicationem. Q. 6.

Ibi Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiecta. Quenam loca ſint immediatè ſubiecta Romanæ Eccleſiæ, quæue mediatè. Q. 7.

Ibi Necnon ſuprematam iuriſdictionem, &c. Quanam ſit ſuprema iuriſdictio: et qualiter vſurpantes eã, vel perturbantes, incidant in prædictam cenſuram. Q. 8.

An excommunicatio hæc qua ſingulis annis promulgatur contra occupantes Eccleſiæ Terras, ſatis ſit ad interrumpendam quamcumque præſcriptionẽ. Q. 9.

Quibus caſibus contrahitur excommunicatio huius canonis, & quibus effugitur. Q. 10.

Quæſtiones Libri Tertij.

§. I.

Ibi Fiant, aut publicentur. An ad hoc, vt prior Bulla expiret, exigatur, vt poſterior nõ ſolum fiat, ſed etiã publicetur: vel ſufficiat earum alterum. Q. 1.

An prior Bulla dicatur expirare per poſteriorem ſolemniter editam, aut publicatam non in die cœnæ, ſed alia die. Q. 2.

§. II.

Ibi Nullus per aliũ, quàm per Romanum Pontificẽ. An facultas abſoluendi a caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ contentis, ita ſit Romano Pontifici reſeruata, vt ipſe per ſe ipſum teneatur abſoluere. Q. 1.

Ibi Niſi in mortis articulo. Quando quis dicitur eſſe in articulo mortis, vt ab alio, quàm à Romano Pontifice abſolui poſſit à cenſuris, & caſibus in Bulla cœnæ reſeruatis. Q. 2.

An conſtitutis in articulo mortis poſſit à cenſuris noſtræ Bullæ abſolui ab alio, quàm a R. P. etiam ſi ipſe Pontifex id non expreſſiſſet. Q. 3.

An R. Pontifex poſſit adeo ſibi reſeruare abſolutionem à caſibus, & cenſuris noſtræ Bullæ, vt nec in articulo mortis abſolui quisque per alium, quàm per Summum Pontificem. Q. 4.

An laicus abſoluere poſſit excommunicatum in articulo mortis conſtitutum. Q. 5.

An Clericus ſimplex, atque adeo non Sacerdos abſolue re poſſit excommunicatum vi noſtræ Bullæ, in articulo mortis conſtitutum. Q. 6.

An Sacerdos, qui in defectum Superioris, cui caſus eſt reſeruatus, cepit excom. confeſſionem audire in articulo mortis conſtituti, ſi ſuperior ſuperueniat, poſſit ipſe Sacerdos Sacramentum perficere Q. 7.

An impediti extra mortis articulum abſolui poſſint per alium, quam per R. P. à caſibus, & cenſuris in noſtra Bulla reſeruatis. Q. 8.

An facultas abſoluendi impeditos à reſeruatis Apoſtolicæ Sedi, quam habet Epiſcopus, competat etiam ipſius Vicario. Q. 9.

An impediti omnes, poſt abſolutionem ipſis impenſam à caſibus, & cenſuris Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, teneantur R. P. adire, ſicut diximus de abſolutis in articulo mortis. Q. 10.

An extra mortis articulum per alium, quàm per Rom. Pontificem abſolui quis poſſit a caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ reſeruatis; ex delicto tamen occulto prouenientibus. Q. 11.

An a caſibus Bullæ cœnæ, ſaltem quoad hæreſim, poſſit quis abſolui ab Inquiſitore hæretica prauitatis, extra mortis articulum. Q. 12.

An extra mortis articulum abſolui quis poſſit ad cautelam à caſibus, & cenſuris, in Bulla cœna contentis, per alium, quàm per R. P. Q. 13.

Ibi Nec etiam tunc, &c. Quænam præſtare debet abſoluendus in articulo mortis à cenſuris in Bulla cœnæ reſeruatis. Q. 14.

An cautio præſtanda ab eo, qui abſoluendus eſt in mortis articulo à cenſuris Bullæ cœnæ, ſatis eſt, ſi ſit iuratoria, vel oporteat eam eſſe fidei-iſſoriam, aut pignoratitiam. Q. 15.

An ſi ſupradicta cautio omittatur ab excommunicato cum præſtari poſſit teneat abſolutio. Q. 16.

An exigatur aliqua ſpecialis forma ad impendendam abſolutionem à cenſuris noſtræ Bullæ. Q. 17.

Ibi Prætextu, &c. Quid intelligatur hoc loco per dictionem illam, Prætextu. Q. 18.

Ibi Quarumuis facultatum, & indultorum: Quando leges abrogantes priuilegia incipiant obligare. Q. 19.

§. III.

An ſupradicta excõmunicatio lata contra abſoluẽtes à cenſuris noſtræ Bullæ, ſit etiam Romano Pontifici, ac in eadem Bulla reſeruata. Q. 1.

An ſi quis vnica abſolutione plures à cẽſuris noſtræ bullæ abſoluerit contra prohibitionem præſentis §. incidat in vnam, vel in plures excommunicationes. Q. 2.

Ibi, De facto præſumpſerint. An bona fide abſoluentes à cenſuris noſtræ Bullæ, credentes facultatem habere cum non habeant, incidant in prædictam excommunicationem. Q. 3.

An abſoluens à caſibus in noſtra Bulla contentis, non autem à cenſuris, in prædictam excommunicationem incidat. Q. 4.

An Religioſus conuerſus, qui Ordinem non habeat, Monialis, aut laicus abſoluentes à dictis cenſuris, incidant in cenſuram noſtri canonis. Q. 5.

§. IV.

Ibi, Declarantes, ac proteſtantes]. An declarare, ac proteſtare, inter ſe differant. Q. 1.

Ibi, Etiam ſolemniter. Quænam excommunicationis abſolutio dicatur ſolemnis, & quæ minus ſolemnis: quomodo conueniant, & differant inter ſe. Q. 2.

Ibi

INDEX.

Ibi, Cum vero propoſito. *An excommunicatus dum abſoluitur ab excõmunicationibus noſtræ Bullæ, ſi propoſitum habeat ſimilia committendi, eius abſolutio ſit valida. Q. 3.*

Ibi, Ex Archiuijs, ſeù Capitularibus, &c. *Quenam dicantur archiuia, & capitularia: & quomodo ex eis non delentes ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, ſint excommunicati. Q. 4.*

Ibi, Quin etiam huiuſmodi abſolutionem, &c. *Quiſnam ſint Romani Pontificis intentus, per ſupradictam poteſtatem. Q. 1.*

§. V.

De antiquitate huius §. & aliis. Q. 1.

Ibi, Derogatoriarum derogatorijs. *Quid importent verba iſta. Q. 2.*

Ibi, Quod excommunicari non poſſint, &c. *Quã vim habeant verba iſta. Q. 3.*

§. VI.

Ibi, Quæ omnia, &c. *Quam vim habeant hæc verba. Q. 1.*

Ibi, Cæteris contrarijs quibuſcunque. *Quid hæc verba denotant. Q. 2.*

§. VII.

Ibi, Nullam poſſint, &c. *An contrauenientes Bullæ cœnæ ſtatim poſt eius publicationem Romæ factam, incidant in eiuſdem cenſuras, eſtò quod ad eorum notitiam non peruenerit. Q. 1.*

Ibi, in virtute ſanctæ obedientiæ. *Quam vim habeant dicta verba. Q. 2.*

An temporales Principes prohibere poſſint in eorum terris Bullam cœnæ promulgari. Q. 3.

§. VIII.

Ibi, Tranſumptum litterarum. *An Prælati, & alij eccleſiaſtici in hac bulla nominati, tranſumptum bullæ apud ſe habere nolentes, aut legere, ac percipere contemnentes, peccent mortaliter. Q. 1.*

An Rom. Pontifex ſi pœnam imponeret Confeſſarijs, trãſumptum bullæ apud ſe habere recuſantibus, in dubio cenſeatur eos obligare non ſolum ad pœnam, ſed etiam ad culpam. Q. 2.

Ibi, Penès ſe. *Qualiter penès ſe Confeſſarij tranſumptum Bullæ cœnæ habere debeant, vt excuſentur à culpa. Q. 3.*

Ibi, Vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica, &c. *Qui propriè dicantur eſſe in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ. Q. 4.*

Ibi, Hanc paginam noſtræ excommunicationis, &c. *Quare Rom. Pontifex appellat Bullam cœnæ paginam excommunicationis, &c. Q. 5.*

Ibi, Infringere, vel ei caſu temerario contraire. *Quidnam denotant ſupradicta verba. Q. 6.*

Ibi, Indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli. *An præmiſſis verbis cõtrauenientes aliqua pœna afficiãtur. Q. 7.*

FINIS.

COM:

COMMENTARIORVM
LEONARDI DVARDI

Ordinis Clericorum Regularium Presbyteri,

In Bullam S. D. N. D. Pauli Papæ V. lectam in die cœnæ Domini,

ANNO M.DC.XVIII.

LIBER PRIMVS.

In quo tractatur de Præludijs ad ipsam Bullam, eiusdemque inscriptione, ac proœmio.

De causis quæ in Bulla Cœnæ considerantur: Caput Primum.

Quot, & quænam sint causæ, ad editionem Bullæ Cœnæ concurrentes. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Causæ, quæ in rerum omnium vniuersitate considerantur, sunt quatuor, efficiens scilicet, materialis, formalis, & finalis.*
2 *Creatio ex nihilo fit, & propterea potentiam exigit infinitam.*
3 *Causæ morales à physicis non distinguuntur omninò.*
4 *Causa finalis iuris ciuilis nõ differt a fine iuris canonici.*
5 *Lex non exigit ad sui essentiã quòd feratur in scriptis.*
6 *Causa materialis vtriusque legis sunt actus humani boni, vel mali.*
7 *Causa efficiens legis, tum canonicæ, tum ciuilis, quænam sit, declaratur.*
8 *Collegium Cardinalium non habet facultatem condendi legem, Sede vacante, sicut nec Capitulum, deficiente Episcopo.*
9 *Bulla cœnæ est edita per viam legis, & constitutionis.*

1 ARISTOTELES Peripateticorum ille Princeps, rerum omnium vniuersitatem considerans, quatuor ad eas singulas producendas concurrere causas, efficientem scilicèt, materialem, formalem, ac finalem, 4 lib. 2. Phys. cap. 3. & 5. Metaph. cap. 2. sufficienter demonstrauit. Suppositio nanque in rerum natura nouum aliquod fieri, vt citra omnem controuersiam à cunctis omninò conceditur, & experientia docet, cùm à seipso produci nemo valeat; assignari necessariò debet aliquid aliud, à quo fiat; hoc autem causam efficiẽtem appellamus. Et quoniam ex nihilo nihil naturaliter fieri contingit; nam creationem, quam ex nihilo fieri constat, soli Deo tribuendam esse, cùm potentiam exigat infinitam, 2 Theologi communiter tradiderunt; necesse est subiectum aliquod supponi ad actionem causæ efficientis; id verò, quod supponitur, causa dicitur materialis. Oportet præterea, vt efficiens in huiusmodi subiectum rem aliquam introducat, aut ex eo deducat, aliàs nihil nouum censeretur efficere; illud ergo, quod introducitur seu educitur, formalis causa nuncupatur. Denique, cum omne agens propter finem agat, necessariò sequitur præter causam efficientem, materialẽ, & formalem, dari quoque finalem. Cùm igitur in rerum omnium vniuersitate quatuor istæ causæ conspiciantur, easdem ad nostræ Bullæ constitutionem concurrere, non iniuria fatendum est. Etenim morales causæ à physicis non omnino 3 distinguntur: nam licèt actus ex eo dicantur morales, quòd à voluntate sint dependentes; tamen voluntas nostra dum liberè operatur, physica causa est suæ operationis.
Has easdem causas ad cuiuscunque legis constitutionem 4 exigi, siue canonica sit, siue ciuilis, communis est tum Theologorum, tum etiam

Iuriſtarum ſententia. Finalis enim cauſa tam ciuilis, quàm canonicæ legis, licet Fortun. Garcia in tract. de fin. vl. vtriuſiur nu 2. & 6. contendat, quòd ſit eadem, cùm exiſtimet finem iuris ciuilis eſſe non ſolùm externam pacem, & Reip iuſtitiam, ſed etiam veràm, & internam hominis felicitatem ac ſalutem; tamen ſecundum ſententiam magis receptam finis iuris ciuilis à fine canonici iuris ſatis differt. Etenim finis iuris ciuilis naturæ limites non egreditur, & conſequenter eſt felicitas quedam naturalis, exacta, ac perfecta, non ſimpliciter, ſed quantum in humana communitate obtineri poteſt. At finis Eccleſiaſticæ legis eſt felicitas ſupernaturalis, & æterna: eo quòd per ſe primò data eſt ad dirigendos homines in felicitatem æternã, & ſupernaturalẽ vitæ futuræ: vt optimè declarat Suar. lib. 3. de legib. c. 11. & 12. & lib. 4. c. 8. Sic etiã formalis cauſa vtriuſque legis eſt ſignum aliquod ſenſibile humanæ cognitioni accommodatum, ita vt ſenſibili modo Legislatoris voluntatem ſuo ditis manifeſtet: qualis eſt vox, aut ſcriptura, quia de forma, ac ſubſtantia legis eſt, quòd ſit clara, & intentionis Legislatoris manifeſtatiua: ne per obſcuritatem quid in captionem contineat: vt in can. erit autem, 4 d. Non tamen de ratione legis eſt, vt ſit ſcripta, licèt optimus modus ferendi leges ſit ſcriptura: vt habetur ex Suar. eodem lib. 3. de leg. c. 15. Quam quidem formam dicit eſſe extrinſecam; nam de intrinſeca ratione legis tractat ibidem, c. 17. & lib. 1. c. 7. dum probat promulgationem. & quòd pro bono publico feratur, eſſe de intrinſeca ratione legis. Cauſa verò materialis, ſeu materia, circa quam, vtriuſque legis ſunt actus humani boni, vel mali. Semper tamẽ leges humanæ dicuntur verſari in materia honeſta: quoniam vel præcipiunt honeſtũ, vel prohibent quod malum eſt. Legis demum cauſa, quæ dicitur efficiens, eſt Legis conditor; ciuilis ſcilicet, Imperator, Rex, & aliquando Regina, ciuitates liberæ, ſub Imperio exiſtentes, Principes, ſuperiorem non recognoſcentes, & alij, quibus à dictis Potentatibus conceditur legis latiua poteſtas. Eccleſiaſticæ vero Legis cõditor eſt Romanus Pontifex, Concilium Generale, Concilium prouinciale, Cardinalis in Eccleſia proprij tituli, Legatus in ſua Prouincia, Nuncius Apoſtolicus, Mandatarius, à S. Pontifice ſpecialiter ad id deputatus, Archiepiſcopi, Epiſcopi, etiam in dependenter à Capitulo: dũmodò ſupradicti Rom. Pontifici inferiores, non ſtatuant aliquid contra ius commune. Idem dicendum eſt de Prælatis Religionum, & de nonnullis alijs Communitatibus Eccleſiaſticis, de quibus latè tractat Ioan. de Sal. de legib. diſput. 7 ſec. 7. ad 15. & diſp. 8. à ſec. 4. ad 19. Suar eo. tract. lib. 3. cap. 7. 8. & 9. & lib. 4. c. 4. 5 & 6. vbi etiam probat, Collegium Cardinalium Sede vacante, non habere facultatem legis condendæ, ſicut nec Capitulum, deficiente Epiſcopo.

Si igitur ad editionem cuiuſcumque legis, tũ ciuilis tum etiam canonicæ, prædictæ quatuor cauſæ concurrunt, efficiens ſcilicet, materialis, formalis, & finalis, eaſdem ad Bullæ noſtræ promulgationem confluere, ſufficienter probatum ſuiſſe, conſtat. Etenim Bulla cœnæ per viam legis, ac conſtitutionis edita fuit: atque adeo vera, & propria lex canonica dicitur, & conſtitutio eccleſiaſtica, vt infra, Deo duce, latius dicemus. cap. 3. q. 7.

ADDITIO.

Cauſas. Licèt circa cauſarum numerum multa, & varia ſint veterum Philoſophorũ placita. Nam quidam, aliam cauſam præter materialem non agnouerunt: alij tantùm efficientem: alij ſolam finalem: alij tres cauſas poſuerunt, Deum ſcilicèt, materiam, & formam; alij cauſas dant idealem, & inſtrumentalem: & alij denique, omiſſis alijs, inter rerum cauſas priuationem, caſum, fortunam, & fatum connumerare videntur. Nihilominus, quatuor tantùm rerum cauſæ, materialis ſcilicet, formalis, efficiens, & finalis, ex Ariſt. 2. Phyſic. cap. 3. & 5. Met. cap. 2. & ex communi Peripateticorum ſententia ſufficienter aſſignantur. Siquidem præter rationem, hoc loco allatam, eam eſſe docet idem Ariſtot. phyſ. tex. 28. 29. 68. & 69. quòd per hæc cauſarum genera adequatè reſponderi ſolet ad interrogationem, propter quid res ſit; nempè, quæ ſit cauſa rei; & quatuor modis inquiri, & interrogari de veris cauſis; à quo ſcilicet, res ſit: ex quo ſit: & propter quod ſit.

Vndè licèt per antiquos Phyloſophos aliter cauſæ traderentur; id tamen prouenit ex eo quòd cauſæ nomen varijs modis acceperunt. Et quamuis Ariſtot. Phyſic. lib. 1. cap. 5. priuationem inter cauſas connumeret; ibi tamen cauſam pro principio phyſico accipit. Cauſæ verò idealis, ac inſtrumentalis non ſunt diſtincta genera cauſæ, ſed ad effectiuam præcipuè reducuntur, vt rectè poſt alios Suar. in Met. tom. 1. de Phyloſ. de cauſis inſtrum. Ideal. caſu, fortuna, & fato, ſec. 1. 2. 3. & 4. vbi caſum quoque, fortunam, & fatum habere rationem cauſæ per accidens, ſufficienter oſtendit. Ex quibus conſtat, quam ridicula fuerit Democriti, Epicuri, ac ſequacium opinio, exiſtimantium, primam cauſam fuiſſe caſum; nempè mundum cauſali athomorum concurſu, atque adeò caſu factum fuiſſe, vt refert Ariſtot. 2. Phyſic. tex. 44. Etenim hanc mundi machinam, & ordinatiſſimam rerum diſpoſitionem à Dei ſummo conſilio, & ante creatam fuiſſe, ex Geneſi cap. 1. ſatis conſtat, in illis verbis, *In principio creauit Deus cælum. & terram*, & ex alijs innumeris Scripturæ locis. Et non minus veteres Gentiles delirantes Fortunam finxerunt quamdam Deam eſſe, eamque propitiam, vel aduerſam. Conſtat enim Fortunam, nihil aliud eſſe, niſi ſpeciem caſus, quæ ob id dicitur bona, vel mala: & D. O. M. eſſe primam, & vniuerſalem, ac voluntariam omnium cauſam, infinita ſua ſapientia res humanas, & omnia taliter gubernantem, vt ipſius reſpectu nullus detur fortuitus euentus, quaſi præter eiuſdem diſpoſitionem, cognitionemque contingens: ſed ipſe Deus prudens, & volens eſt euentuum cauſa; qui reſpectu ſecundarum cauſarum dicuntur fortuiti, & in quibus bona, malaque fortuna

nun

nuncupatur, iuxta illud Ariſtot. 2. Phyſ. tex. 56. Et multò magis inter deliſantes connumeramus eos, qui Fatum eſſe volunt rerum vniuerſalem cauſam; atque adeò omnia Fato fieri, atque diſponi, ita vt Fatum cauſa ſit neceſſaria, Fortunæ, & caſui oppoſita, & eſſe quid ſuperius ipſi Deo: Siquidem ſecundùm Catholicam Fidem, Fatum nihil aliud eſt quàm Omnipotentis Dei voluntas, poteſtas, prouidentia, & gubernatio: qua cuncta ordinat, & diſponit, & cauſa eſt vniuerſalis omnium rerum, vt ſectè probat D. Thom. 1. part. queſt. 116. art. 1. D. Auguſtin. lib. 3. de Ciuit. Dei, cap. 1. & alij. Abb. Alex.

De cauſa efficienti Bullæ in Cœna Domini. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa efficiens dicitur principium, vnde motus.*
2 *Cauſa phyſica non ſolùm dicitur cauſa corporea, ſeu naturalis; ſed etiam quælibet alia influens in effectum.*
3 *Cauſa moralis appellatur illa, quæ domina eſt ſuarum operationum; & eſt duplex.*
4 *Qui cauſam damni dat, damnum feciſſe videtur.*
5 *Deus eſt prima cauſa efficiens Bullæ Cœnæ; vniuerſalis, moralis, non imputatiua ſolùm, & pura moralis; ſed etiam phyſica, tanquam liberè efficiens, immediata, & totalis.*
6 *Leges omnes poſitiuæ à Dei lege ſumma, & æterna deriuantur.*
7 *Legem Dei æternam, etiam Gentiles Philoſophi cognouerunt.*
8 *Lex eſt recta, & à numine Deorum tracta ratio, imperans honeſta, prohibensque contraria.*
9 *Deus eſt immediata cauſa Bullæ cœnæ, & ſecundùm quid tantùm mediata.*
10 *Deus per ſe, ac virtute ſua immediatè influit in effectum, & operatur cum cauſa ſecunda.*
11 *Deus non mouet cauſas ſecundas, eaſdemque ad agendum applicat, velut artifex inſtrumentum.*
12 *Deus ita vult, vt cauſa ſecunda operetur, vt cum ipſa ſimul agat.*
13 *Romanus Pontifex eſt Bullæ cœnæ cauſa efficiens ſecunda, particularis, moralis imputatiua.*
14 *Leges omnes humanæ promulgantur, & fiunt mediante dictamine rationis, & lege naturali, quæ eſt participatio legis æternæ.*
15 *Lex æterna dicitur lex per eſſentiam: & omnis alia per participationem.*
16 *Cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit illud.*
17 *Omnia noſtra facimus, quibus noſtra impertitur auctoritas.*
18 *Bulla cœnæ fuit edita à Romano Pontifice vi Summæ poteſtatis legis latiuæ, & iurisdictionis coerciuæ.*
19 *Præſcriptio cum poſſeſſione malæfidei, à iure ciuili permiſſa, reprobatur de iure canonico.*
20 *Lex ciuilis illegitimis alimenta denegans, reuocata eſt per ius canonicum.*
21 *Romanus Pontifex habet ſupremam coercendi iuriſdictionem per totum Chriſtianum Orbem.*
22 *Infidelium dominium per Chriſti aduentum in Eccleſiam fuit translatum, & in Romano Pontifice, vti ſummi, & veri Regis Vicario reſidet.*
23 *Romano Pontifici Imperator, & innumeri ferè Reges iuramentum fidelitatis præſtiterunt.*
24 *Romanus Pontifex tranſtulit Imperium à Grecis in Germanos, poteſt electores eligere, & Imperatorem electum confirmare, vel reuocare.*
25 *Romanus Pontifex habet poteſtatem promouendi Reges, & Duces.*
26 *Imperio vacante, Imperij ſubditis Pontifex iuſtitiam adminiſtrat.*
27 *Romanus Pontifex certis caſibus iuriſdictionem exercere poteſt temporalem, etiam in terris, quæ non ſunt de patrimonio Eccleſiæ.*
28 *Romanus Pontifex ſtatim ac eſt electus, poteſt Bullam cœnæ, & quaſcumque alias cenſuras ferre: eo quòd abſque alia confirmatione plenam à Deo iuriſdictionem conſequitur.*
29 *Romanus Pontifex ſtatim facta de ipſo electione à duabus partibus Cardinalium, à Deo confirmatur, & plenam iuriſdictionem accipit: non ſic alij Prælati inferiores, & ideo indigent confirmatione.*
30 *Romanus Pontifex ſtatim ac eſt electus, etiamſi aliàs Presbyter non eſſet, poteſt Bullam cœnæ, & quaſcumque alias cenſuras edere.*
31 *Laicus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi.*
32 *Laicus de iure diuino non prohibetur exercere iuriſdictionem Eccleſiaſticam.*
33 *Romanus Pontifex de potentia abſoluta homini purè Laico, ac etiam fœminæ poteſt tribuere facultatem ferendi cenſuras.*
34 *Romanus Pontifex non alligatur cenſuris in Bulla cœnæ contentis.*
35 *Epiſcopus non alligatur cenſuris à ſe latis.*
36 *Excommunicatio contra hæreticos non eſt de iure Diuino, ſed tantùm de iure humano.*
37 *Romanus Pontifex communicans cum excommunicato à ſe non contrahit excommunicationem minorem; non ſic Epiſcopus, & quæ ſit ratio.*
38 *Romanus Pontifex etiam volens, non alligatur cenſuris.*
39 *Romanus Pontifex hæreticus, antequàm deponatur, ſi ferat cenſuras, contrauenientes eis alligantur.*
40 *Romanus Pontifex hæreticus, ſi velit ſe corrigere, non eſt deponendus.*
41 *Actus, pro quibus cenſuræ feruntur, debent eſſe externi.*

PRO determinatione huius difficultatis eſt annot. quòd cauſa efficiẽs ex Ariſt. 5. Met. cap. 2. dicitur principium vndè motus. Et communiter diuiditur à Philoſophis in primam, & vniuerſalem, quæ eſt Deus omnipotens; & in ſecundam ac particularem, & hæc eſt creatura. Vtraq; autem partitur in phyſicam, & moralem.

2 Cauſa phyſica non ſolùm dici poteſt cauſa corporea, ſeu naturalis per materialem motum agens: ſed quælibet cauſa verè ac realiter in effectum influens, vndè cauſa phyſica nõ modò dicitur ignis vsens reſpectu ſuę concremationis, ſed etiam Deus, dum creat, poteſt non immeritò nuncupari cauſa phyſica creationis: & Intellectus noſter dum intelligit, cauſa phyſica ſuę intellectionis.

Cauſa moralis illa dicitur, quę domina eſt ſuasum operationum; huiuſmodi eſt agens per voluntatem, & intellectum. Homo enim qui per voluntatem, & intellectum operatur, in tantum

tum cenſetur moraliter operari, in quantum actus ipſius a deliberata voluntate procedunt: quod ſi a voluntate non producantur, qualis eſt dormientis percuſſio, actus hominis appellantur, non tamen morales, vt benè docet D. Th. 1.2 quæſt. 1. art. 1. in corp.

Sub diuiditur cauſa efficiens moralis in eam, quæ ita dicitur, vt a cauſa phyſica omnino ſe-
2 cernatur: & in eam, quæ dicitur moralis, non tamen omnino diſtinguitur a phyſica.

Cauſa efficiens moralis priori modo eſt illa,
4 quæ per ſe non influit in effectum, moraliter tamen ita ſe gerit, vt ei tribuatur effectus. Hinc Sempronius ex Titij mandato aliquem interficiens, licèt homicidij cauſa phyſica nuncupetur, cùm per ſe hominem interfecerit; Titius tamen, qui mandauit, dicitur cauſa purè moralis: quia per ſe non commisit homicidium, ſed mandauit per Sempronium committi: & moraliter qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur. l. 1 §. deiecit ff. de vi, & vi arm. l. hoc iure §. deiecit ff. de reg. iu. & l. qui per alium eo. tit. in ſexto Quod diximus de mandante, extendimus ad conſulentem, rogantem, non impediẽtem cùm poſſit, ac debeat, & per ſe cauſam applicantem. Vnde qui conſulit, aut rogat, vel non impedit aliquem occidi, cùm poſſit, ac debeat, cauſa purè moralis, ſeu imputatiua dicitur illius homicidij: ſicut cauſa imputatiua combuſtionis domus appellatur ille, qui applicat ignem domui. Nam licèt applicans ſit cauſa per ſe phyſica illius applicationis; combuſtionis tamen eſt tantùm cauſa moralis imputatiua: quoniam applicanti ignem domui imputatur illa domus combuſtio. Qui enim cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur l. quid ergo, §. 1. ff. de his qui not. infam. & cap. final. de mitt.

Cauſa verò efficiens moralis poſteriori modo, quæ non omnino diſtinguitur à phyſica, dicitur illa, quæ per ſe influit in effectum quamuis liberè. Sic voluntas noſtra dum liberè amat, vera, & phyſica cauſa eſt ſui amoris, quem tamen liberè efficit. Item dum aliquis conſulit, vera, & phyſica cauſa eſt ſui conſilij; quod tamen libere dat. & dum mandat, vera, & phyſica cauſa eſt ſui mandati; quod tamen liberè præbet. Et rogans, vera ac phyſica cauſa eſt ſuarum precum, quas tamen liberè fudit. Vnde quamuis conſulentes, rogantes, aut mandantes homicidium fieri, ſint cauſa moraliter imputatiua homicidij, eo quòd ipſis imputatur: nihilominus dicuntur cauſa phyſica per ſe liberè agens conſilij, precum, mandati: quoniam per ſe liberè conſulunt, rogant, & mandant: & prædicti actus ſunt à voluntate dependentes. His breuiter ſic annotatis, ſit.

Prima concluſio.

5 DEus Optimus Maximus eſt Bullæ cenæ prima cauſa efficiens, vniuerſalis, moralis, nõ imputatiua ſolùm, & pura moralis; ſed etiam phyſica, tamquam liberè efficiens, immediata, & totalis.

Dicitur Deus cauſa efficiens prima, & vniuerſalis noſtræ Bullæ: quoniam Deus eſt omnium rerum principium, & finis. Deus enim fecit omnia, & omnia per ſe fecit. Nam ſicut vniuerſum nemo alius creauit niſi Deus; ita ptopter alium, niſi propter ipſum Deus creare nõ potuit. Hinc ait Dominus Apoc. c. 1. *Ego ſum Alpha & Omega, Principium & finis.* & Ioan, c. 8. *Ego Principium, qui loquor vobis.*

Appellatur quoquè Deus eiuſdem Bullæ cau-
6 ſa moralis non imputatiua & pura, ſed phyſica tamquam liberè efficiens: quia Deus per ſe illam libere edidit, & Phyſicè ac realiter ad eam promulgandam influxum præbuit. Omnes enim poſitiuę leges à Dei lege ſumma, & æterna deriuantur; quę ſecundùm D. Thom. 1. 2. q. 93. art. 1. in corp. dicitur ratio Diuinę Sapientię, mouentis omnia ad debitum finem: atque adeo ipſa, media ratione naturali, præcipit, conſulit, vel approbat, vt leges humanę fiant. Nam ſicut lex humana nihil aliud eſt, quàm dictamen practicę rationis in Principe, qui gubernat aliquam perfectam communitatem; ita cõmunitas Vniuerſi gubernatur ratione Diuina; cùm manifeſtum ſit, Mũdum Diuina prouidentia gubernari. Hęc autem ratio gubernationis rerum in Deo, ſicut in Principe vniuerſitatis exiſtens, legis habet rationem. Et quoniam Diuina ratio nihil concipit in tempore, ſed æternum habet conceptum; idcirco huiuſmodi lex dicitur æterna. Ita D. Thom. 1. 2. q. 91. art. 1. in corp. Hac Diuina, & æterna Dei lege Reges regnant, iuxta illud Prouer. cap. 8. *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Per me Principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam.* Hinc D. Auguſt. de ver. Relig. cap. 31. Legem Dei æternam legem omnium artium appellat. Et Conditor legum temporalium ſi vir bonus eſt, ac ſapiens, inquit, *illam ipſam conſulit æternam, de qua nulli animæ iudicare datum eſt, vt ſecundum eius incommutabiles regulas, quid ſit pro tempore iubendum, vitandumque diſcernat.* Et 1. de lib. arb. cap. 6. *Arbitror* (ait) *in iſta temporali lege nihil eſſe iuſtum, atque legitimum, quod non ex hac æterna ſibi homines deriuarint.*

7 Sed non modò Theologi, & Sancti Eccleſiæ Doctores hanc Dei legem æternam cognouerũt verùm etiam philoſophos gentiles nulla lege edoctos ſed lumine tantùm naturali ductos, illã agnouiſſe refert Gentilis ille Philoſophus, & eloquentię flumẽ Cic. lib. 1. & 2. de legi. ſic inquiẽs; *Hanc video ſapientiſſimorum fuiſſe ſententiam, legem neque hominum ingenus excogitatum, neque ſcitum aliquod eſſe Populorum, ſed æternum quiddam, quod vniuerſum mundum regeret, imperandi, prohibendique ſa-*
8 *pientia.* & in Philip. 2. Lex (inquit) *nil aliud eſt, niſi recta, & a numine Deorum tracta ratio, imperans honeſta, prohibensq; contraria,* iuxta tex. in l. 2 ff. de legib. vbi ex Demoſthene quoque habetur, legem eſſe inuentionem quandam, & donum Dei.

Dicitur præterea Deus cauſa immediata Bullę cenę: quoniam Deus per ſuam immenſitatem neceſſariò eſt vbique præſens, & proinde immediatè concurrit, & immediatè influit in omnem operationem, non modò immediatè immediatione virtutis, verùm etiam immediatè immediatione ſuppoſiti. Quod quidem adeò verum eſt, vt id negare erroneum eſſet in fide: vt rectè probat Suar. in Met. diſp. 22. ſec. 2 num 6. contra Ferr. 3 contra Gent. c. 70.

9 Et licèt ſecundum quid Deus mediata cauſa dici poſſit, quatenus cauſæ ſecundę proximè

agit.

agenti dat,& conſeruat virtutem agendi,dicitur tamen ſimpliciter cauſa immediata; quoniam inter Deum & effectum non mediat cauſa ſecu-
10 da,cùm Deus per ſe, ac virtute ſua immediatè influat in talem effectum, & operetur cum cauſa ſecunda Et ſic quamuis Deus, quatenus dat virtutem agendi cauſæ ſecundæ, illamque conſeruat, ac ad agendum mouet, per eam operari dici poſſit; nihilominus, quatenus immediatè cooperatur Creaturæ, per illam propriè non cenſetur operari, ſed per ſe ipſum & per ſuam potentiam & virtutem.

Nec Deus mouet ſecundas cauſas, eaſdemque
11 ad agendum applicat velut artifex inſtrumentũ, nullam ei virtutem præter motionem imprimens; quoniam cauſæ ſecundæ nõ ſunt ad inſtar inſtrumentorum, quæ immota nihil operantur, ſed ex ipſo quòd fuerunt à ſummo Artifice productæ, vires ac facultates ſuæ naturæ accomodatas acceperunt, quibus poſſent, non quibus agerent ſine Deo. Vnde cùm operantur, nõ operantur, niſi Deo volente, & decernente, vt operentur. eſto quòd nullam virtutem denuò recipiant, qua poſſint operari. Sic ignis, licèt ab inſtanti ſuæ productionis potentiam vrendi naturaliter habeat, non tamen eo ipſo habet, quo vrat, niſi Deus velit, vt vrat. Et homo, quàuis ex ſui natura liberum arbitrium habeat, quo poſſit velle, & eligere bonum, ſi mentis ſit compos; nihilominus non eo ipſo vult, & eligit, niſi Deus velit, vt velit, & eligat; quia Deus nõ ſolùm mouet, & formas applicat ad operãdum vt Artifex, ſed etiam dat formas rebus & conſeruat, ioeſt vult, vt cauſa ſecunda operetur ea vi ac facultate, quam ab initio ſuæ productionis, ſuæ naturæ proportionatam accepit: ita vt ſi ſit libera, operetur liberè: ſi naturalis, naturaliter agat: nũquam tamen operabitur, niſi Deus velit, vt operetur Imò ita Deus vult, vt cauſa ſecunda ope-
12 retur, vt cum ipſa ſimul agat. Nã non ſolùm homo cùm vult, non eo ipſo vult, & eligit, niſi velit Deus, vt velit, & eligat, verùm etiam ad actionem ipſam liberam vnà cum cauſa libera concurrit Deus: quicquid enim boni fit, non niſi Deo volente, & cooperante fit. Sic ignis cùm lignum vrit, Deus non ſolùm vult, vt vrat, ſed etiã influit in actionem, qua lignum ab igne comburitur, vt ex D. Th p.p.q.105 art. 5 ad tertium, Scot. & alijs, declarat Azor. lib. 1. inſtit. moral. p. 2. cap. 21. in fine.

Eſt denique Deus cauſa totalis noſtræ Bullæ: quoniã, vt infra dicemus, totus effectus procedit à cauſa prima, & vniuerſali, & totus á cauſa ſecũda & particulari; in diuerſo tamen genere cauſæ.

Secunda Concluſio.

S D.N. Paulus PP.V. eſt præſentis Bullæ cauſa
13 efficiens ſecũnda, particularis, moralis, impuratiua. Probatur concluſio quoad primam partam ex tituli inſcriptione: inſcribitur enim Bulla, *Litteræ proceſſus S. D.N. Pauli PP.V.*

Dicitur cauſa ſecunda, ſeu particularis: quia
14 Creatura nõ niſi virtute diffuſa à Deo finita, ac limitata operatur, vt ſupra probauimus. Vnde eadem vi S. Pontifex præd. Bullam condidit, ſicut & alias leges, & canones promulgauit; & prout omnes legum alij conditores leges ediderunt, & ſanciunt. Nam, mediante dictamine rationis & lege naturali, quæ eſt participatio legis æternæ. incunans rationalem creaturam ad debitum actum, & finem, & Deo mouente, applicante, & cooperante vt ſupra, omnes leges humanæ, ſiue Eccleſiaſticæ ſint, ſiue ciuiles, pro-
15 mulgantur & ſtunt. Eſt enim lex æterna per eſſentiam, & omnis alia lex per participationem; ergo neceſſariò ſequitur, vt omnis alia lex ſit ef-
16 fectus legis æternæ. Hioc meritò legitur prou. c. 21. *Cor Regis in manu Domini; quocunque voluerit inclinabit illud* Et D. Paulus ad Rom. c. 13. iuxta iam dicta intelligendus eſt, dum ait: *Non eſt poteſtas niſi a Deo, quæ autem à Deo ſunt, ordinata ſunt; itaque qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.* Io. etiam c. 19 ait Dominus ad Pilatum. *Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper,* Et D. Aug. in Io. tract. 6. *Deus* (inquit) *ipſa imperia hominum per Imperatores, & Reges diſtribuit.*

Dicitur denique Rom. Pontifex noſtræ Bullę
17 cauſa moralis imputatiua, quoad ſcripturam, & promulgationem. Nam Bulla cœnæ non ſcribitur, nec promulgatur à Rom. Pontifice, ſed ſcribi & promulgari ab eo mandatur, itaut in die cœnæ Domini publicè, ac ſolemniter, voce alicuius S.R.E. Cardinalis, præſente ipſo Romano Pontifice, & aſtante innumera Populi multitudine, promulgetur. Inſcribuntur autem Bullæ ſub nomine Romani Pontificis; quia omnia noſtra facimus, quibus noſtra impartitur auctoritas, arg. tex in l. vnica, de nou. Cod. fac. §. nos verò in proœm. ff. & in Inſt § cumque hoc. in proœm. Beneuerum eſt, quòd licèt Romanus Pontifex dicatur cauſa impuratiua Bullæ cœnę; eſt tamen cauſa moralis liberè efficiens ſui mandati: atq; adeo etiam phyſica immediata, & totalis: quia verè per ſe voluit. & mandauit, Bullam & cenſuras in ea contentas ſcribi, imprimi, edi, ac promulgari: & ita dicitur cauſa totalis dicti mandati, vt eiuſdem quoque ſit cauſa totalis Deus: nam cauſa ſecunda ita cum Deo concurrit, & influit in effectum, vt ab vtraque cauſa pẽ-
c deat effectus, & totus effectus. c Neque ex hoc ſequitur, quòd cauſa prima cũ ſecunda ſint partialia agentia; quoniam non fit pars effectus ab vna cauſa, & pars ab alia; ſed totus effectus prouenit à ſingulis in ſuo genere. Totus ſcilicet effectus á prima cauſa in genere cauſæ vniuerſalis; & totus effectus á ſecunda in genere cauſę particularis. vt benè docet D. Th. 3. contra Gent. c. 70. Ex his patet, quòd citra omnem controuerſiam dicere poſſumus. Deum coodiuiſſe præſẽtem Bullam, & eandem editam fuiſſe à S D N. Paulo PP.V. Deum per ſe, & immediatè, Rom. Pontificem per ſuos Miniſtros; atque adeo per alios, & mediatè. Deus verè dicitur cauſa totalis Bullæ, & Pontifex ipſe, licèt non ſit eiuſdem cauſa totalis phyſica, cùm á ſuis miniſtris fieri, ac promulgari præceperit; eſt tamen ſui præcepti, ſeu mandati, quo præcepit Bullam, & cenſuras in eas contentas condi, & promulgari, ſicut eiuſdem præcepti cauſa totalis phyſica dicitur ipſe Deus.

Tertia Concluſio.

18 B Vlla cœnę fuit edita à Romano Pontifice vi ſummæ poteſtatis legislatiuę, & iuriſdicti-

nis coercinæ. Nam Rom. Pontifex inter omnes Principes legislatiuam facultatem habentes,
d supremum locum d sibi vẽdicat; quoniam cùm sit Dei Vicarius in terris, omnium Principũ superior, fons & origo totius iurisdictionis appellatur, vt est tex. in extrau. vnam sanctam, de maior. & obed. quam latè explicat Mart. de iurisd. p. 1. c. 9. cum pluribus seq. atque adeo vtrumque gladium habet, ita vt possit, non modò canonicas, sed etiam ciuiles, & politicas ferre leges in totum Christianum orbem, etiam in terris, quę nõ sunt de patrimonio Ecclesiæ, ad finem saltem spiritualem. vt habetur ex Ioãne de Sal. de legib. disp. 7. sec. 5. & 6. & Suar. eo tract. lib. 4. c. 6.

19 Hinc meritò Romanus Pontifex vi supremæ legislatiuæ potestatis in c. vnico de præscr. & in c. possessor, de reg. iu. in 6. reprobauit præscriptionem cum possessione malæfidei, à ciuili iure permissam, de qua in auth. malęfidei, C. de præscr. long. temp. Et eadem potestate in c. cum haberet, de eo, quidux. in matr. &c. vbi Glo. Panor.
20 & alij, legem ciuilẽ damnat, illegitimis alimenta de negantem, vt in auth. licet, C. de natu. liber. & in auth. ex cõplexu, C. de incest. & inutil. nupt. Quem quidem canonem per totum Christianum Orbem seruari debere, contra Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, n. 45. de const. probat Mol. de iust. & iur. disp. 169. t. 1. & alij, quos refert, & sequitur Io. de Sal. in d. sec. 5. propè finem

Habet etiam Rom. Pontifex suptemam coer-
21 cendi iurisdictionem per totum mundum; atq; adeo potest omnes cuiuscunque conditionis, ac dignitatis coercere. etiam si Reges sint, & Imperatores; sicut de facto nonnullos Reges, ac etiam Imperatorem ipsum deposuit, vt patet in Inn. IV. qui deposuit Frider. II. c. ad Apostolicæ, de sent. & re iud. in sexto. Et in Conc. Lugd Lusitaniæ Regi, ad Regni administrationem inepto Alphonsum eius fratrem vicarium adiunsit, c. grandi. de suppl. negl. præl. in sexto. Zacharias Papa, Hildericum Francorum Regem, eo quòd Regno inutilis esset, similiter deposuit, & Pipinum Caroli Magni fratrem pręposuit, c. alius, 15 q. 6. Item Rom. Pontifex, Imperatores, & alios porentatus Sedi Apostolicæ contumaces, gladiaria persecutione dignos declarare potest, bellum contra illos conuocare, & ab eorum fidelitate vaxallos absoluere. c. nos sãctorum, ea. cau. & q. Et hos siue fideles sint, siue infideles: nam
22 per Christi aduentum, omne dominium infidelium in Ecclesiam fuisse trãslatum, & in Romano Pontifice, vti sũmi, & veri Regis Vicario residere, atque adeo posse eorũ Regna, si fidei Christianę sint aduersantes iure suo donare quibus voluerit, tenet Host. in c. quod super his, de vot. Panor. in c. nouit, de Iud. & Couar. in regula peccatum. p. 2. § 9. n. 7. Hinc Alex. VI. Regibus Castellæ dominium contulit Indiarum occidentalium, & nouum Orbem inter Reges Castellæ ac Lusitanię diuisit, vt patet ex Const. quę incipit, Inter cętera: edita Nonis Martij 1493. anno primo sui Põtificatus. Hanc eandẽ supre-
23 mã legislatiuam. & coerciuam potestatem probat iuramẽtum fidelitatis, quod Romano Pontifici Imperator pręstitit in c. tibi Domino 63. d. sicut innumeri ferè Reges hoc ipsum eidẽ prę-stiterunt, recognoscentes eum etiam in tempo-
24 ralibus superiorem, de quibus latè Mart. de iurisd. p. 2. c. 26. Hac eadem suprema potestate S. Pontifex transtulit Imperium a Græcis in Germanos, eisdemque facultatem dedit eligendi Imperatorem: sicut potest ipse electores eligere ex causa mutare, electũ examinare, approbare, confirmare, inungere, cõsecrare, coronare, si est dignus, vel reijcere si est indignus, & rationabili existente causa, etiam per se ipsum alium eligere, vt in c. venerabilem, de elect. Hac eadem suprema potestate, à Romano Pontifice nonnulli,
25 in Reges fuerunt promoti, quos recẽset Pius V. in const. quæ incipit; Romanus Pontifex: edita Kal. Septembris 1569. anno IV. sui Pontificatus. Et idem Pius V. Cosmam à Medicis Florentinũ Ducem, magni Ducis in Ethruria titulo decora-
26 uit. Vacãte Imperio, Imperij subditis Romanus Pontifex iustitiam administrat, c. licet, de foro com. clem. Pastoralis. §. fin. de sent. & re iudic. & in extrau. 1. ne sed. vac. Idem dicendum est de quocunque alio Regno vacante: quia Romanus Pontifex potest cognoscere tam de causis feudalibus, quàm de alijs pertinentibus ad iurisdictionem Imperatoris, seu Regis, mediatã, & immediatam. Non tamen è contra, Sede Apostolica vacante, Imperator, aut Rex potest cognoscere de causis, ad Ecclesiasticum forum pertinentibus, vt rectè probat Mart. de iurisd. p. 4. ca-
27 su 197. Denique Romanus Pontifex licèt potestatem temporalem in terris, quę non sunt de patrimonio Ecclesiæ per se non exerceat; tamen in certis casibus, etiam proximè, ac per se exerce-
e re illam potest in eisdẽ terris, e vt cum iudex ciuilis iuxta leges, & iura suo munere nõ fungitur; aut non adsit temporalis Iudex, qui iustitiam administret, & in alijs casibus, de quibus per Glos. in c. per venerabilem, in ver. Certis causis: qui fil. sin. legit. & Mart. loc. cit. casu 92. Hæc omnia cum probent Romanum Pontificem habere supremam, & pleniſſimam iurisdictionem, tum spiritualem, tum etiam temporalem, saltem quoad finem spiritualem; & pleniſſimam, ac supremam legis condendæ facultatem per totum Christianum Orbem; consequenter vi supremæ, ac pleniſſimæ potestatis legislatiuæ, & iurisdictionis coercinæ, quam habet per totum terrarum Orbem, potest promulgare prout de facto promulgauit, & edidit Bullam cœnæ, qua ligantur omnes Christiani cuiuscunque conditionis, ac status, etiamsi Imperatores sint, ac Reges; quoniam, vt suo loco, Deo duce dicemus, censuras ferre non pertinet ad potestatem ordinis; sed cum sint pœnę, pertinet ad potestatem iurisdictionis coerciuę. eo quòd pęnarum irrogatio ad coerciuam iurisdictionem spectat; atque adeo ad censuras ferendas satis est iurisdictio Ecclesiastica in foro exteriori. vt est Glo. in cap. transmissam, in ver. de talibus, vbi Panor. n. 2. de elect. Couar. in c. Alma mater. §. 2. num. 1. de sent. excom. in sexto. Nau. in Manu. c. 27. num. 5. & alij relati à Say. lib. 1. Thes. tom. 3. cap. 5.

Ex hoc infertur primò quòd cùm potestas fe-
28 rendi censuras pertineat ad iurisdictionem coerciuam, Romanus Pontifex, statim atq; est electus, sicut plenam iurisdictionem cõsequitur, vt in c. vbi periculum. de elect. in sexto, & latè Glo. super data, 6. Decr. in fine: ita etiam potest Bullã cœnæ condere, ac promulgare, & quascunque alias censuras ferre. Nam Romanus Pontifex

post

poſt electionem non indiget confirmatione ad
iuriſdictionem exercendam, ſicut Epiſcopi, Abbates, & alij ſimiles, qui quamuis eligantur: nihilominus nõ ſtatim, facta electione, iuriſdictione vtuntur, niſi fuerint confirmati, & eorum Eccleſiarum poſſeſſionem adepti, vt in extrau. iniunctæ, de elect. in extrau. com. & Panor. in d. c. tranſmiſſam, n. 3. eo. tit. Ratio autem, cur Romanus Pontifex confirmatione non egeat, hæc
29 eſt: quia ſola electione à duabus partibus Cardinalium ſuffragium habentium de eo facta, ſtatim plenam iuriſdictionem accipit; & à Deo cõfirmatur, vt in c. in nomine Domini, 23. d. & Nau. in Man. c. 27. num. 145. Beneuerum eſt, quòd ait Gloſ. loc. citat. ſuper data Decr. Romanum Pontifi cem electum dumtaxat, & non cõſecratum, nec coronatum, moribus introductum eſſe, Põtificatum non ſcribere in literis datis, nec ſe ſimpliciter Epiſcopum nominare; ſed tantum poſt conſecrationem, & coronationem, & loco, Data Põtificatus noſtri, &c. ſcribere: Data ſuſcepti à nobis Apoſtolatus, &c. quod tamen Zachar. poſt Panor. in pcoem. Decret. dicit eſſe falſum: nam Papa etiam ante coronationem vocatur Epiſcopus: vt habetur in extrau. Clem. V ſub tit. de ſent. excom. quæ incipit: Quia nonnulli in extrau. cõmunib. quæ eſt omnium nouiſſima, cõtinetque excommunicationem Papalem contra oppoſitum aſſerere præſumentes.

Secũdò infertur, quòd cenſura, cùm non ſit a-
30 ctus Ordinis, ſed iuriſdictionis. Romanus Pontifex ſtatim electus, etiam ſi alias Presbyter nõ eſſet, ſed tantũ Diaconus Cardinalis (Cardinalis. n. de iure eſſe debet, niſi inter Cardinales ad Pontificatum non reperiatur idoneus; nam tunc etiã non Cardinalis in Pontificem eligi poteſt, vt in d. c. in nomine Domini. 23. d. c. oportet, &c. nullus. 79. d.) poteſtatem habet Bullam cœnæ promulgandi, & quaſcunque alias cenſuras ferendi: quia ad hoc, vt aliquis capax ſit iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſufficit, vt ſit Clericus; vt in c. decernimus, de iudic. dummodo non ſit Clericus coniugatus; quoniam clerici coniugati ſunt incapaces iuriſdictionis Eccleſiaſticæ: vt eſt Gloſ. in c. 1. de cler. coniug. in ſexto, & alij DD. quos allegat, & ſequitur Say. lib. 1. Theſ. t. 1. c. 5. n. 12. in fin. Et à fortiori purè Laicus Vicarius Epiſcopi
31 eſſe non poteſt, c. innoua. 16. q. 7. Panor. in c. cum cauſam, &c. decernimus, nu. 12. de Iudic. Quod quidem verum eſt, non quia cenſura ſit actus clericalis Ordinis, ideſt primæ tonſuræ; ſed quoniam hic Ordo, ſeu ordinis initium iure humano facit hominem capacem Eccleſiaſticæ iuriſdictionis. vt bene probat Felin. in c. dilecta filia, nu. 3. de maior. & obed. Dixi iure humano, quia de iure Diuino non prohibetur Laicus exercere iuriſdictionem Eccleſiaſticam. Vnde ſi in ſummum Pontificem eligeretur merè Laicus (vt eligi omnino prohibetur in d. c.
32 nullus, 79. d.) tunc proculdubio poſſet iuriſdictionem Eccleſiaſticam exercere; atque adeo Bullam cœnæ, & quaſcunque cenſuras ferre, & pœnas imponere; ſicut de potentia abſoluta
33 viro purè laico, immo feminæ, & non baptizato ferendi cenſuras facultatem tribuere poteſt: vt docet Sav. cum alijs ab eo allegatis loco citato, nume 18. Quod quamuis communiter tecipiatur quo ad Laicum, & feminam; non baptizato tamen Suar. in ſuo tract. de cenſu. diſp 2. ſec. 3. nu. 12. contra Vgol. probat Romanum Pontificem non poſſe huiuſmodi facultatem concedere, non modo de poteſtate ordinaria; ſed nec etiam de poteſtate abſoluta; quoniam non baptizatus non ſolùm Eccleſiaſtico iure, verum etiam Diuino, & naturali quodammodo incapax eſt iuriſdictionis ſpiritualis. At S. Pontifex non eſt ſupera ius Diuinum, & naturale: eo quòd ipſe ita eſt ſubiectus Diuinæ, ac naturali legi, ſicut quilibet alius, vt eſt tex. in cap. 1. 40. d. & Panor. in c. propoſuit. à n. 18. ad 21. de concef. præben.

Tertiò infertur, quòd cenſura cùm ſit actus
34 iuriſdictionis, ſi Romanus Pontifex contra Bullam fecerit, non alligatur cenſuris in ea contentis: quia in exercendo iuriſdictionis actu, requiritur vt alter ſit ſuperior, & alter inferior, & ſubditus, c. cùm inferior, & ibi Gloſ. in verſ. Inferior. d. 21. & c. cùm inferior, de maior. & obed. Modò cum nemo ſibi ipſi ſuperior, & inferior eſſe poſſit, conſequenter dicendum eſt, Romanum Pontificem non alligari cenſuris ab eo latis. Idem fateri neceſſè eſt de Epiſcopo, qui
35 generaliter excommunicat quemcunque, hoc, vel illud facientem; nam ſi ipſe contrafecerit, non erit excommunicatus, vt per Nau. in Man. cap. 27. num. 6. vbi hoc limitat, niſi Epiſcopus eſſet denunciator excommunicationis Papæ, vel alterius ſui Superioris; quia tunc contrafaciens, excommunicationis vinculo, ab eo denunciatæ alligaretur: eo quòd denunciare non eſt iuriſdictionis actum exercere. Sic etiam Superior mandans alicui Prælato, vt excommunicet hoc, vel illud facentes, vel non facientes, Prælatus ille, qui mandatum ſuſcepit, ſi contrauenerit, ipſum excommunicare non poterit. nam hoc eſſet iuriſdictionem in ſe ipſum exercere; quod non poteſt. Ita Say. lib. 1. Theſ. 1: 1. c. 5. n. 22. ex Mar. Socc. & alijs in c. à nobis, il 1. de ſent. excom. Immo adeo verum eſt Romanum Pont. cenſuris in Bulla contentis, non alli-
36 gari, vt etiam ſi in hæreſim inciderit (quod abſit (excommunicatus non erit: quia excõmunicatio contra hæreticos ſecundum ſententiam magis receptam, non eſt de iure Diuino, ſed tantùm de iure humano, vt latè probat Suar. de cenſur. diſp. 2. ſec. 1. Azor. lib. 4. Inſt. moral. p. 2. cap. 7. quæſt. 1. ver. Quærat quiſpiam. Modò S. Pontifex eſt ſupra omne ius poſitiuum: vt in c. propoſuit, de conceſ. preb. Bal. in cap. 1. circa finem, de alien. feud. Deus enim Papæ, & Imperatori leges ſubiẽcit, ita vt eorum ceſſitudini nulla lex imponi poſſit. leg. fin. C. de legib l. Princeps, ff. eo. Sic etiam Romanus Pontifex, cùm ſit ſupra omnia iura, & canones, non incidit in
37 cenſuram, à quocunq; canone latam. Eadem ratione S. Pontifex communicando cum excõmunicato à ſe, non incidit in excommunicationem minorem, ſicut nec à quocumq; alio. Nõ fit Epiſcopus, non enim poteſt communicare cum excommunicatis à ſe ante formalem abſolutionem ab excommunicatione: & ſi communicet, incidit in excommunicationem minorem, ſicut & alij ipſo iure contra communicantes latam: cum excommuuicatio huiuſmodi ſit lata à canone, cui ſubditur Epiſcopus, vt in c. cum deſideres, & ibi Panor. nu. 2. de ſen-

ten

ten. excommun. Inn. in c. quod in dubijs eo. titu.cum aliis Doctoribus allegatis per Say. numero 28.& 29. vbi etiam addit, quòd Sum. P. communicando cum excommunicato, non per hoc censetur illum absoluere, nisi aliter de ipsius mente constiterit.

Quartò infertur, quòd cùm censura sit actus
38 iurisdictionis, S. Pontifex non solùm non alligatur censuris in Bulla cœnæ contentis nolens, & inuitus; sed nec etiam volens per expressam legem, aut constitutionem ab ipso latam: quia S. Pontifex, etiam volens, non potest se submittere alterius iurisdictioni; ergo nec pœnis legis à se latæ. Vt per Ioan. Andr. Panor. & alios in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. & in cap. significasti, de for. comp. cum aliis relatis ab Azor. lib. 4. Inst. moral. p. 2. cap. 7. q. 6. vers. Cæterum constans est: & Graff. lib. 1. suorum consil. de pœnit. & remiss. cons. 20. num. 5. infine. Et hac eadem ratione non potest S. Pontifex alteri potestatem conferre, vt in ipsum excommunicationis, aut alterius censuræ sententiam ferat. Sicut diximus de Collatore volente transferre potestatem in aliquem, vt sibi beneficium conferat: nam ipse Collator non posset ab illo beneficium consequi: eo quòd ille Collatoris personam repræsentat, & sibi beneficium conferre nemo potest, vt in cap. fin. de Instit. quia cum hoc sit iurisdictionis actus, debet esse distinctio inter Collatorem, & eum, cui beneficium confertur. Sic etiam Patronus non potest præsentare se ipsum: quoniam debet esse distinctio inter præsentatum, & præsentantem. cap. peruenit. de iur. patr. & Graff. loco citato. num. 6. & 7.

Quintò infertur, quòd extante censura iuris-
39 dictionis actu, esto quòd Sum. Pontifex in crimen hæresis (quod absit) inciderit, donec à Pontificia dignitate amoueatur, si Bullam cœnæ ferat, excommunicationes in ea contentæ ligant contrafacientes: quia S. Pontifex non eo ipso, quòd in hæresim fuerit lapsus quantumuis notoriam, est Pontificia potestate priuatus;
f sed tantùm venit priuandus. f Vnde retinet adhuc potestatem Ordinis, ac iurisdictionis, & ea omnia, quibus suo publico munere fungi possit. Sicut de cæteris quoque Episcopis diximus, qui non statim ac sunt hæretici, ipso iure à Pontificatu, ac iurisdictione amoti censentur, donec sententia legitimè fuerint condemnati. Vnde interim valida sunt, quæ tractant ratione. publici muneris. Et quod dixi de hæretico, extenditur etiam ad hæreticorum receptatores, ac fauores: vt contra nonnullos contrarium sentientes, tenet Caiet. Sot. & alij, quos refert, & sequitur Azor. lib. 4. Inst. moral. par. 2. cap. 7. q. 1. Immo si Papa hæreticus velit se corrigere, non
40 est deponendus: quoniam ille Pontifex venit priuandus, qui pertinax permanet in sua hæresi;
g vt in cap. dixit Apostolus, g & Azor. loco supra citato, in fine. Vbi etiam probat, quòd Papa non potest statuere, vt ob hæresim accusari non possit: quoniam tale statutum esset contra ius Diuinum.

Sextò infertur, quod cùm censura sit actus
41 iurisdictionis externæ, requiritur, vt actus, pro quibus censuræ feruntur, siue in Bulla cœnæ contineatur, siue extra Bullam, sint externi: quoniam Ecclesia non iudicat de internis. Est enim Ecclesia visibilis, ac sensibilis & ideo sicut directè potestatè non habet, nisi in homines sensibiles, & animas non nisi corporibus vnitas; ita potestatem non habet, nisi in actus externos, seu qui ex internis & externis componuntur. Hinc est, quòd excommunicatio contra hæreticos lata in can. 1. nostræ Bullæ, non ligat hæreticos purè internos, nisi sint etiam externi, vt infra suo loco, Deo dante, latius dicemus. Hæc de causa efficienti, quæ consideratur in Bulla cœnæ Domini, sequitur modò videndum de eiusdem causa materiali.

ADDITIO.

a Secernatur. Causa ista cùm per se propriè non influat in effectum, sed est veluti occasio, vt alia causa per se, ac directè operetur; alio vocabulo appellatur à Philosophis causa per accidens, ad differentiam causæ per se, quæ talis dicitur ex eo, quòd per se vere, ac directè influit, & à qua vere egreditur operatio. Vnde causa, quæ hoc loco appellatur moralis à physica omnino distincta, potest etiam quodammodo dici causa per accidens: & quæ est moralis, & omninò non distinguitur à physica, potest vocari causa per se. Vt cùm aliquis consulit, mandat, &c. Siquidem cùm per se influat in consilium, & mãdatum, est per se causa sui consilij, seu mandati; & propterea, qui mandat hominem occidi, si homicidium sequatur, quatenus hominem occidit per alium, potest nuncupari causa per se sui mandati: atque ideo vnus & idem respectu diuersorum potest appellari causa per se, & causa per accidens alicuius effectus; & si causa per accidens propriè illa sit, quando effectus per se primò non est interrus ab agente; vt patet in eo, qui hominem occidit ad sui defensionem: siquidem per se primò intendit sui defensionẽ; occisionem verò tantùm per accidens. Abb. Alexan.

b Imputatiua. Vltra supradictas causas datur causa applicans, cùm quis applicat ignem ligno datur causa remouens prohibens; atque adeò tollens impedimentum, operationem prohibens, vt patet in remouente tabulam lapidi suppositam, eius descensum impedientem: datur etiam causa non impediens, quæ cùm posset, vel deberet effectum impedire, non impedit, de qua Arist. 2. Phys. tex. 30. Datur causa assistẽs, quæ ita se habet, vt ad eius præsentiam alia causa operetur verè influens. & producens effectũ, vt se habent Sacramenta ad infusionem gratiæ, iuxta sententiam eorum, qui volunt non per se efficere ipsam gratiam. Sed hæ causæ re vera reducuntur ad causam moralem imputatiuam. quatenus referuntur ad agens liberum, & per voluntatem operans. Datur quoque causa regulans, & dirigens, vt se habet notitia practica respectu praxis, id est operis, quod per eam notitiam regulatur, ac dirigitur; ad quod genus causæ ideam pertinere, post alios probat Auersa in sua Philos. tom. 1. q. 14. de causa effectiua vers. Septimò erit. Denique datur causa efficiens vniuoca, & æquiuoca, perficiens, præparans, adiuuans, & consilians, de quibus latè D. Thom. 2.

Phy-

Phyſ Lec.5.p.2.Abb.Alex.

c Totus effectus. Ex dictis patet quàm à veritatis via aberrauerint veteres Philoſophi quorum alij omnem agendi modum rebus creatis negabant, aſſerentes, Deum ſolum omnia efficere citra alium concurſum cauſæ effectiuæ,ad eius tamen præſentiam,vt teſtatur Auer.9.met. com.7.& D.Thom p.1. q.115.art.5.& 3. contra Gent. c.69. Alij verò res corporeas ſaltem non habere vim operandi opinabantur; ſed omnes effectus, qui in mundo conſpiciuntur, effici à ſubſtantia quadam ſpirituali, omnia corpora penetrante, vt habetur ex Auicebr.in lib.fontis vitæ,quem refert idem D.Thom.d.q.115. art.1. Alij exiſtimarunt, omnes effectus, ac actiones fieri à formis, & Ideis; quam ſententiam Platonicam eſſe,teſtatur D Thom.loco cit.& 3.contra Gent c.69. Alij denique putauerunt, cauſas corporeas ad ſummum efficere accidentia, & diſpoſitiones; quandam verò Intelligentiam ſeparatam eſſe, quæ formas ſubſtantiales efficiat, vt per Auicen.lib 1.ſuffic.c. 5.& lib 4.met. c.4. Horum enim opiniones ſunt manifeſtè falſæ; ſiquidem res creatæ verè,ac propriè operantur, ſuas actiones exercentes, & effectus producentes; & ſignanter res corporeæ non tantùm accidentia efficiunt; verùm etiam ſubſtantiales effectus producunt, vt patet ex communi tum Theolog. tum etiam Philoſ placito, quorum ſententia adeo vera eſt,vt D.Thom. in 2. ſent.d. 1.q.1.ar.1.oppoſitam ſtultam appellet: & Suar. diſp.18.met. nu.1. tom.1. & alij vocant eam temerariam, & erroneam: ſiquidem eſt contra Sacram Scripturam,in illo Gen.1. *Germinet Terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum, &c.* Non tamen ex hoc ſequitur actiones,& operationes cauſarum creatarum ab ipſis dumtaxat, per ſe, & immediatè fieri, & non ſimul à Deo, vt malè videtur ſentire Ariſt.& ſequaces, quos defendit Dur.in 2.d. 1.q.5.& d 37.q.1. exiſtimantes, remotè tantùm, & mediatè operationes cauſarum ſecundarum dependere à Deo, quatenus Deus ab initio res condidit, eiſdemque dedit virtutem ad operandum. Etenim id eſt falſum, vt rectè hoc loco fuit explicatum, ſub num.8.& ſeq. Etenim Deus ſecundum communem Philoſophorum ſententiam per ſe, ac immediatè concurrit ad omnem actionem,& effectum cuiuſcúque cauſæ creatæ, efficiendo,ac producendo eumdem effectum,eamdemque operationem,iuxta illud 1. Corinth. 5. *Deus operatur omnia in omnibus*. Nec Deus, & cauſa ſecunda ob id poſſunt dici partialia agentia: quoniam, vt rectè poſt alios docet hic Duard. non fit pars effectus ab vna cauſa,& pars ab alia; ſed totus effectus prouenit à ſingulis in diuerſo genere cauſæ. Abb. Alex.

d Locum. Et id, quoniam apud Roman. Pontificem non ſolùm eſt poteſtas ſpiritualis, ſed etiam temporalis ad coercendos omnes homines, vt latè habetur per Doctor in c. nouit, de Iudic.Mart.de iuriſd. p.1.c.18.& ſeq. Comitol. in tract. Apologet.c.3. per totum, Peſant. de Poteſt.Pontific.diſp.2. & ſeq & alij quamplurimi, quos citat Chriſtophor.de Anguian. tract. de leg.tom.1.lib.2.contr.17.num.29. & Nau. in d.c.nouit. Hinc Rom.Pontifex in extrau.vnam Sanctam,expreſsè decreuit,ac declarauit,quòd vterque eſt in poteſtate Eccleſiæ, ſpiritualis gladius, & materialis: & paulò infra ait, *Oportet gladium ſub gladio eſſe, & temporalem authoritatem ſpirituali ſubijci poteſtati*. In tex.in c.1. 22. d. habetur pariter, *Chriſtus Petro æternæ vitæ Claues ſimul & cæleſtis Imperij commiſit*. Et in c.authoritatem,t 5.q 6.mandat ipſe S.P.quibuſdam,vt ſpirituali ſimul& temporali gladio ma lignos inſequerentur. Ob id etiam Rom.Pontifex poteſt cognoſcere, & decernere lites inter Principes ſupremos, ſuperiorē in temporalibus non recognoſcentes, vt docet Mol.de iuſt.& iu. tom.1.tr.2. diſp.29. cum alijs, quos allegat Sot. in 4.d.26.q.2. ar.1. concl. 4. latè Anguian. loco citato,num.79. Et quamuis aliqui velint, Rom. Pontificem non habere temporalem poteſtatem directè, ac puram; ſed ſummam tantùm ſpiritualem ex vi Pontificalis muneris, quæ indirectā extenditur etiam ad omnia temporalia, quatenus id eſt neceſſarium ad ſalutem mortalium ſpiritualem,vt latè Suar.poſt alios lib.3.de Primat.S.P.cap.22.& 23. & in tract de leg.lib. 3.cap.22.Bellarm. contr.3. lib.5. cap. 6. Molin. loco citato,concl.3.Azor.p.2.Inſtit.moral. lib. 1.cap.5.q.6 Barboſ.in collectan. tom.2. lib. 4. tit.17. cap 13,num.27.Bobadil.in Polit.to. 1. li. 2.cap.18.num.2.& ſeq.& alij, quorum ſententiam parum differre à priori, inquit Nau. in d. c.nouit,not.3.ſub n. 1. de iudic. & eam ipſe ſequitur, ac latiſſimè explicat per totum illud not.3.à num.1.vſque ad num.169.incluſiuè: nihilominus in hac re tanti ponderis non eſt recedendum à dicta opinione, quam primo loco retulimus, tum quia eſt communis, vt teſtatur Nau.loco citato:tum quia fortioribus fundatur iuribus,& argumentis. D.Cæſar.

e Terris. Adde hic alios caſus, quos enumerat Nau. in c. nouit, not. 3. num. 21. de Iudic. vbi eoſdem explicat ſub num.123.& 124.D.Cæſar.

f Priuandus. Ex hoc patet, falſam eſſe ſententiam eorum, qui dicunt, Poteſtatem Eccleſiaſticam ita fundari de iure Diuino in fide, vt qui ea careat,carere quoque neceſſario dicatur hac poteſtate; ſiquidem nullo iure Diuino eſt inducta pœna priuationis ipſo iure ob hæreſim ante binam ſaltem monitionem,vt rectè probat Th. à Viuio,tom.1.tr.1.de author.Papæ,cap.23. Et ita dicendum eſt de alijs Prælatis inferioribus, vt non perdant ipſo facto ſuas dignitates propter hæreſim omninò occultam, vt patet ex tex. in cap.audiuimus, à contrario ſenſu, 24. q 5. & poſt communem Doctor. opinionem Nau. in c.nouit,not.3.num.142.de Iudic.vbi veriùs putat,hanc poteſtatem fundari in charitate Baptiſmali, ar.tex.in c.1.& c.veniens, de Presbyt.non baptiz. Et multò magis falſa eſt ſententia Pauperum Lugdunenſium, & Vualdenſium, condemnatæ Concil.Conſtanſien. poſt ſeſſ.45. dicentium,poteſtatem ipſam Eccleſiaſticam ita iure Diuino fundari in charitate, vt nemo eam habere poſſit, niſi charitatem quoque habeat, & ſit in ſtatu gratiæ gratum Deo facientis; quoniam nemo ſcit, an odio, vel amore ſit dignus, vt in cap.9.Eccleſiaſt.Imò ſecundùm talem errorem ſequeretur, quòd qui caderet à gratia gratum faciente, caderet quoque ipſo iure à Pontificia dignitate, & à quolibet alio beneficio, iuriſdictionem annexam habente; atque

adeou

adeò citra nouam electionem non posset esse Papa: nec Episcopus, Parochus, &c. sine noua promotione; quod tamen est manifestè falsum. Et denique non minus falsa, & erronea est opinio Bohemorum, qui existimabant, non solùm Deo gratum; sed etiam ab ipso prædestinatum esse oportere illum, qui alicuius potestatis Ecclesiasticæ futurus sit particeps, vt rectè reijcit eam Nau. loco citato. D. Cæsar.

g Hæresi. Secundùm sententiam Doctorum grauis ponderis, non est curandum de quæstione illa, in qua quæritur, quid faciendum esset de Romano Pontifice, si in hæresim laberetur, de qua Farin. in tract. de hæresi. Etenim S. P. quamuis vt priuata persona, & vt Doctor ex ignorantia possit errare; nunquam tamen potest hæreticus esse, vt rectè probat Suar. in tr. de fide, disp. 10. sec. 6. dub. 4. nu. 11. Bellarm. lib. 4. de Rom. Pontifice, c. 9. & seq. Baron. tom. 2. & 10. & alij, quos refert, & sequitur Bonac. in explic. Bull. cœn. disp. 1. q. 2. pu. 1. sub num. 12. vbi contraria dissoluuntur. Abb. Alex.

De causa materiali Bullæ in cœna Domini. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Materia triplex, ex qua, in qua, & circa quam; quæ quidem diuisio non est rerum, sed respectuum.*
2 *Materia, ex qua, potest etiam dici materia, in qua, & circa quam.*
3 *Anima rationalis dicit respectum vnionis, non eductionis: quia non educitur de potentia materiæ.*
4 *Materia, circa quam, est prior natura, & tempore se ipsa, vt materia, ex qua, & in qua.*
5 *Propositio alla Arist. Causa in potentia non est necessariò simul esse cum effectu, sed potest esse prior: quomodo intelligitur.*
6 *Bulla cœnæ dupliciter considerari potest,*
7 *Causa materialis seu materia circa quam, Bullæ cœnæ, est culpa mortalis.*
8 *Bulla cœnæ est lex penalis.*
9 *Censura à censendo deducitur.*
10 *Censura significat correctiuam Iudicis Ecclesiastici sententiam.*
11 *Bulla cœnæ versatur circa actus moraliter prauos.*
12 *Bulla cœnæ est lex penalis, spiritualis, medicinalis.*
13 *Subiectum medicinæ, sicut est homo sanabilis, ita subiectum legis penalis spiritualis, est homo moraliter, & spiritualiter sanabilis.*
14 *Subiectum Bullæ cœnæ est homo spiritualiter sanabilis.*
15 *Materia, circa quam, pœnitentiæ sunt peccata.*
16 *Pœnitentia sacramentum, magnam continet connexionem cum censuris.*
17 *Pœnitentia dicitur lex penalis.*
18 *Pœnitentia virtus, est dolentis vindicta, puniens in se, quod fecisse dolet.*
19 *Pœnitentia dicitur quasi pœnæ tentio; & pœnitere quasi, pœnam tenere.*
20 *Excommunicatio, & Interdictum ad alligandos contrauenientes, exigunt culpam mortalem.*
21 *Pœna debet commensurari delicto.*
22 *Excommunicatio, & Interdictum sunt grauissimæ pœnæ.*
23 *Præceptum sub pœna excommunicationis, obligat ad mortale, etiamsi sit de re indifferenti.*
24 *Excommunicatio respicit culpam propriam transgredientis, sicut etiam suspensio.*
25 *Anima, quæ peccauerit, ipsa moriatur.*
26 *Interdictum respicit, non modò culpam propriam transgredientis, sed etiam alienam, etiam innocentium.*
27 *Interdictum, vt ferri possit, exigit letalem culpam grauiorem illa quam excommunicatio requirit.*
28 *Interdictum generale loci, vt ferri possit, satis non est culpa cuiuscunque, & idem dicendum est de Interdicto personali generali, aut multorum.*
29 *Peccatum mortale internum, non satis est ad censuras contrahendas.*
30 *Culpa mortalis, ad hoc vt sufficiat ad censuram incurrendam, debet esse actus perfectus.*
31 *Culpa mortalis debet esse cum contumacia coniuncta ad censuras nostræ Bullæ contrahendas.*
32 *Peccatum est priuatio.*
33 *Peccatum est nihil.*
34 *Malum dicitur priuatio, seu corruptio boni.*
35 *Peccatum quodlibet, duo continet, primarium scilicet, & positiuum.*
36 *Finis vltimus rationalis creaturæ, est Beatitudo.*
37 *Peccatum priuat actum rectitudine, donis gratuitis, & in naturalibus peccatorem vulnerat.*
38 *Naturalia in Angelis post peccatum omnia integra permanserunt.*
39 *Peccator per peccatum efficitur minus habilis ad operandum secundum rectam rationem.*
40 *Peccatum est hominis naturæ aduersum.*
41 *Peccatum dicitur actus, priuationem habens annexam.*
42 *Infantes, & mentecapti censurarum sunt incapaces.*
43 *Amens contrauenies Bullæ cœnæ non incidit in censuras in eo contentas, etiamsi sua culpa demens fiat.*
44 *Naufragorum rem aliquam minimam surripiens, excommunicationem aliquam non contrahit.*
45 *De minimis non curat Prætor.*
46 *Naufragorum bona surripiens, non ascendentia ad valorem duorum aureorum, non incidit in excommunicationem Bullæ cœnæ.*
47 *Excommunicatio non fertur, nisi pro re non vulgari.*
48 *Ignorantia probabilis excusat à censuris, in Bulla cœnæ contentis.*
49 *Metus mortis, infamiæ, & quicunque alius cadens in constantem virum, excusat à censuris Bullæ cœnæ; vbi non tractatur de re intrinsecè mala.*
50 *Hæretici purè interni, aut qui per actus indifferentes, vel bonos eorum hæresim manifestant, excommunicationem Bullæ cœnæ non incurrunt.*
51 *Excommunicatio lata contra Iudicem, odio, vel amore iudicantem, non comprehendit eos, qui iustam sententiam ferunt, & si odio, vel amore iudicent.*
52 *Excommunicatio lata contra Simoniacos non comprehendit internos Simoniacos, dantes, vel accipientes rem spiritualem pro temporali nisi pactio præcesserit.*
53 *Simoniæ internæ actus expressiuus non est exterior datio; sed exterior pactio rei spiritualis pro temporali.*
54 *Nauem onustam armis ad Christianos nostros inimicos deferens, si ante illorum effectualem delationem pœniteat eum, & reuertatur, excommunicationem Bullæ non contrahit.*
55 *Executionem literarum Apostolicarum impedire tentans, si cum effectu impedire illam non potest, in excommunicationem Bullæ non incidit.*
56 *Excommunicatio lata contra eligentes indignum, non ligat, si suffragium non fortiatur effectum: sicut lata contra eligentes simpliciter, non comprehendit incohantes electionem.*
57 *Surripiens naufragorum bona, probabiliter ignorans excom-*

excommunicationem Bullæ cœnæ desuper latam, excommunicationem ipſam non contrahit.

58 *Excommunicatio non ligat, niſi ratione contumaciæ, & contemptus.*

59 *Excommunicatus, ſi à contumacia reſipiſcat, & paratus ſit ſatisfacere, ſtatim eſt abſoluendus.*

60 *Excommunicatio ferri non debet pro peccato iam commiſſo.*

61 *Cauſa finalis, & obiectiua non ſunt rei intrinſecæ, ſed extrinſecæ.*

62 *Peccatum eſt in peccatore quoad reatum, & obligationem.*

63 *Peccatum, quod eſt materia, circa quam, Bullæ cœnæ, & Sacramenti pœnitentiæ, non poteſt dici eorundem materia, ex qua.*

64 *Vbi militat eadem ratio, militat etiam eadem iuris diſpoſitio.*

65 *Materia ex qua, in Bulla cœnæ, verè ac propriè aſſignari non poteſt.*

66 *Actus pœnitentis appellantur à Conc. Trid. quaſi materia Sacramenti pœnitentiæ.*

67 *Materia, ex qua, verè & propriè reperitur tantùm in naturalibus compoſitis.*

68 *Cenſuræ, quæ in Bulla cœnæ continentur, ſunt eiuſdem quaſi materia, ex qua.*

69 *Peccatum mortale, quod eſt materia, circa quam, Bullæ cœnæ, poteſt dici etiam ipſius quodammodò, quaſi materia, ex qua.*

70 *Peccatum cur dicatur cauſa materialis remota Bullæ cœnæ, & cenſuræ ipſius cauſa proxima.*

71 *Peccatum dicitur materia remota Sacramenti pœnitentiæ reſpectu ipſius partium eſſentialium.*

72 *Peccatum mortale, quod eſt materia, circa quam, Bullæ cœnæ, poteſt etiam dici eiuſdem materia, in qua, ſimpliciter tamen dicitur Chriſtianus contumax.*

73 *Lex homini tantùm imponitur, vt ei nus efficiatur non ſolùm metu pœnarum, ſed etiam, præmiorum exhortatione.*

74 *Subiectum in ſcientia ciuili, eſt homo politicus, quatenus dirigibilis conſtitutionibus legalibus in bonum ſimpliciter humanum.*

75 *Materia, in qua, ſeu ſubiectum Bullæ cœnæ, eſt homo Chriſtianus contumax.*

76 *Subiectum canonicæ ſcientiæ, eſt homo Catholicus, dirigibilis conſtitutionibus Eccleſiaſticis in bonum ſimpliciter humanum, & diuinum.*

77 *Ius canonicum verſatur circa humanas operationes, ſecundùm quod congruit humanæ ſocietati, non ſolùm ciuiliter, ſed ſecundùm fidem viuenti.*

78 *Bulla cœnæ eſt lex pœnalis, ſpiritualis, medicinalis.*

79 *Cenſura non imponitur, vt puniatur homo, ſed vt à culpa & contumacia reſipiſcat.*

80 *Subiectum ſacramenti pœnitentiæ, eſt homo peccator.*

81 *Femina contrauenicns Bullæ cœnæ, in ipſius cenſuras incidit.*

82 *Maſculinum concipit ſemininum.*

83 *Dæmon contrauenicns Bullæ, excommunicationem aliquam non contrahit.*

84 *Is, contra quem fertur cenſura, debet eſſe talis, qui poſſit à contumacia reſipiſcere, capax correctionis fraternæ, ac bonorum ſpiritualium.*

85 *Dæmones, qualiter excommunicatione fugatos fuiſſe legatur.*

86 *Clauium poteſtas indirectè exercetur ſupra Dæmones.*

87 *Clauium poteſtate liberantur animæ fidelium à pœnis Purgatorij à Romano Pontifice indirectè, non autem directè.*

88 *Excommunicatio, quas Sancti vſi ſunt ad fugandos dæmones, non eſt cenſura.*

89 *Bruta non ſunt excommunicationis capacia.*

90 *Locuſtæ irrationabiliter excommunicantur.*

91 *Bruta, atque adeo irrationales creaturæ adiurari qualiter poſſint.*

92 *Anima rationalis ſeparata cenſurarum eſt incapax.*

93 *Mandans Cardinalem percuti, ſi antequàm ſequatur percuſſio, moriatur, in excommunicationem non incidit, etiam ſi poſtea delictum perficiatur: & idem dicendum eſt de mandante percuti clericum.*

94 *Mortuus, per mortem deſinit eſſe homo.*

95 *Mandatum extinguitur morte mandantis, quando non eſt tale, quod poſt eius mortem debeat adimpleri.*

96 *Animæ mortuorum, non humano, ſed Dei iudicio ſubſunt.*

97 *Hæreticum inſtituens, excommunicationis vinculo qualiter alligetur.*

98 *Voluntas teſtatoris eſt ambulatoria vſque ad mortem.*

99 *Subſtantia incipit per primum ſui eſſe, & deſinit per primum ſui non eſſe.*

100 *Excommunicatio lata contra inſtituentes hæredem hæreticum, & ſe ipſum occidentem, non eſt propriè cenſura.*

101 *Hæretici poſt eorum mortem, ſi in hæreſi deceſſiſſe comprehendantur, qualiter excommunicati declarentur.*

102 *Eccleſia licèt poteſtatem non habeat ſuper defunctorum animas, habet tamen poteſtatem ſuper eorum corpora.*

103 *Excommunicatus pœnitens, quamuis abſolutus ſit apud Deum; tamen non eſt abſolutus apud Eccleſiam.*

104 *Excommunicatus pœnitens, mortuus, ſi eius excommunicatio eſt reſeruata, non poteſt abſolui poſt mortem ab inferiori, ſed à quo viuus abſolui poterat.*

105 *Excommunicatus pœnitens, mortuus qualiter eſt abſoluendus poſt mortem.*

106 *Infidelis contrauenicns Bullæ cœnæ, in ipſius cenſuras non incidit: nec in alias.*

107 *Catechumeni contrauenientes Bullæ cœnæ, ipſius cenſuras non contrahunt, nec alias quascunque ex cauſa latas.*

108 *Eccleſia, licèt non poſſit cenſuris afficere infideles directè, poteſt tamen illos temporaliter punire.*

109 *Infantes, & amentes, ſi Bullæ cœnæ, & aliis cenſuris contrauenianr, eiſdem non alligantur.*

110 *Impubes doli capax, ſi contrauenias, in cenſuras incidit.*

111 *Interdicto generali perſonali infantes, & amentes non priuantur Eccleſiaſtica ſepultura.*

112 *Amentes ante furorem delinquentes priuantur Eccleſiaſtica ſepultura ratione interdicti generalis perſonalis, etiam ſi in furore decedant.*

113 *Impubes doli capax, licèt in excommunicationem iuris incidat, à Iudice tamen propter contumaciam excommunicari non poteſt.*

114 *Mandans percuti clericum media nocte, ſi ſomno tunc temporis corripiatur, quo percutitur ipſe clericus, an excommunicationem contrahat.*

115 *Mandatum non reuocatum perſeuerat cum tempore ſomni, tum etiam tempore furoris.*

116 *Pœna iuris humani aliquando incurritur ob effectum, ex culpa enatum: vt patet in eo, qui ſponte ſua efficitur ebrius, aut amens.*

117 *Romanus Pontifex contrauenicns Bullæ, in cenſuras non incidit.*

118 *Cenſura numquam fertur, niſi in Chriſtianum ſubditum.*

119 *Exem-*

119 *Exempti à iurisdictione Ordinarij Episcopi, ab eo excommunicari non possunt.*

120 *Religiosi loquentes cum monialibus, an incidant in excommunicationem Episcopi loci ordinarij sub excommunicatione id prohibentis.*

121 *Religiosi quamuis exempti, in multis sunt ordinario Episcopo subiecti.*

122 *Religiosi semel approbati ab ordinario Episcopo, an & quando iterum examinari possint, & eorum licentias ad audiendas confessiones revocari.*

123 *Suspensio ab Episcopo lata contra Regulares exemptos ab audiendis confessionibus, quid operatur.*

124 *Regulares iurisdictionem audiendi confessiones habent à P. non autem ab Episcopo.*

125 *Regulares extra monasterium habitantes, sunt subditi Episcopo quoad causas civiles, mercedum, & in multis alijs casibus.*

1 PRo determinatione huius difficultatis est annot quòd materia in naturalibus communiter diuidi solet in materiam, ex qua, in qua, & circa quam: quæ quidem diuisio, non tam rerum, seu materiarum, quàm respectuum, ac officiorum eiusdem materiæ à Philosophis existimatur. Nam materia, si consideretur respectu compositi, quod ex illa constat, vel respectu formæ, quæ ex ipsa educitur, appellatur materia, ex qua, quam definiuit Arist. 2 phy. c. 3. dicens: Materia; ex qua, dicitur, ex qua aliquid fit, cũ insit. Hæc vna, & eadem materia, si consideretur vt subiectum, nuncupatur materia, in qua, quia in ea subiectatur forma quæ si sit materialis, eiusdem respectu di
2 citur etiam, ex qua: si vero sit immaterialis, vt est anima rationalis, licèt respectu ipsius non dicatur, ex qua; quoniam anima rationalis nõ educitur de potentia materiæ, alias esset corruptibilis; sed dicitur, in qua; eo quòd in ea creatur à Deo. atque adeò dicit respectum vnionis, non eductionis: tamen respectu compositi dicitur etiam materia, ex qua; quia ex illa constat, cùm
3 homo ex anima constet, & corpore. Si denique consideratur materia respectu agentis, appellatur, materia circa quam, quæ etiam respectu potentiæ dicitur obiectum, & respectu passionum, ac proprietatum, quæ de ipsa prædicantur, nuncupatur quoque subiectum.

Quamuis autem eadem materia, circa quam,
4 dicatur etiam materia, in qua, & ex qua, vt diximus; tamen prior natura & tempore est materia, circa quam, se ipsa vt materia, ex qua, & in qua; nam prius disponi debet materia, vt ex illa postea educi possit forma, esse formæ subiectum, & ex vtraq; cõstet cõpositum. Sic ignis, quia prius disponit materiã ligni, vt ex illa postea generetur ignis, dicitur primò versari circa materiã ligni: cũ verò generatur ignis, eadẽ materia, circa quã, est materia, ex qua: quia ex eius potẽtia educitur forma ignis, & ex ea constat cõpositum: & quoniã eadem materia est subiectũ formæ ignis, idcirco hæc eadem materia, circa quã, & ex qua, dicitur materia, in qua. Hoc idem patet in compositis artificialibus: prius enim statuarius versatur circa materiam lapidis, disponendo illam, & postea ex ea iam disposita resultat figura, quæ in eadem subiectatur: atque adeò idem lapis dicitur materia, circa quam, ex qua, & in qua. Hoc pacto intelligi potest pronunciatum illud Arist.
5 5. met c. 2. dicentis: *Causa in potentia non est necessario simul esse cum effectu, sed potest esse prior.* Loquitur enim de causa circa quam; nam de materia, ex qua, inquit *causa in actu, simul est cum effectu in actu*: quoniam, si est causa, ex qua constat actualiter compositum, iam compositum actu est. Sicut igitur philosophati sumus de materiali causa in naturalibus, & artificialibus; ita etiam in hac morali nostra tractatione, ad inuestigan-
6 dam Bullæ Cœnæ materialem causam proportionaliter philosophãdum esse videtur. Et quoniam Bulla ipsa dupliciter, considerari potest: Primò vt compositum quoddam artificiale. Secundò, vt res quædã moralis; nos igitur omissa priori consideratione, cùm ad rem nostram sit impertinens; posteriori tantùm modo considerandam duximus: atque adeò eiusdem causam materialem morali modo, ad instar tamen physicæ, ac artificialis inuestigare conabimur. Etenim si artificialiter consideranda esset, clarum est, materiam Bullæ, res ipsas esse, ex quibus artificialiter constat; nempè chartam, seu membranam, bullam plumbeam illi appensam, & scripturas in eadem contentas. Quocirca, vt ad rem ipsam deueniamus, sit.

Prima conclusio.

7 CAusa materialis, seu materia, circa quam Bullæ Cœnæ, dicitur esse culpa mortalis. Hæc cõclusio habet duas partes. Prima pars est, quòd materia, circa quam, Bullæ, sit culpa: Secũda, quòd sit mortalis. Probatur conclusio quoad
8 primam partem: quia Bulla Cœnæ est lex pœnalis, cùm censuras contineat Ecclesiasticas, latas per viam legis ac constitutionis, vt infra, Deo iuuante, dicemus c. 3. q. 7. Constat enim nostra Bulla ex duplici censuræ specie, excommunicatione scili et, & Interdicto, quæ sunt essentialiter pœnæ: Nam omnis censura pœna est. Et enim
9 censura a censendo deducitur, atque adeò censere, idem est quòd præcipere, seu constituere, vt est tex. in l censere, ff. de verb signif. Hinc fuit apud Romanos antiquitus censuræ Magistratus, ad singulorum ordinum mores corrigẽdos institutus, cui à censendo censoris nomen fuit impositum: eo quòd ea, quæ Censores cẽsuissẽt rata ab omnibus haberentur. Quo circa ipse Magistratus, censura, & Magistratum huiusmodi gerentes, Censores appellari consueuerunt. Qui quidem, quoniã iniquos hominum mores corrigebant, ab omnibus formidari meritò cœperunt. Vndè ex ampliata, ac extensa vocis significatione, pœnam aliquam formidantes, hi censuram formidare dicebantur quapropter censuræ nomen, temporalibus olim accomodatum, scriptores Ecclesiastici sibi vsurpantes, ad significandam cẽsionem, seu correctiuam Iudicis Eccle-
10 siastici sententiam transtulerunt: vt bene declarat Say. lib. 1. sui Thes. tom. 1. c. 1. & Suar. de censur. Eccl. disp. 1. sec. 1. Si igitur nostra Bulla, cùm ex censuris constet, lex pœnalis esse dicitur; ergo versatur circa actus morales prauos atque adeò circa culpam: quoniam lex omnis, siue ciuilis sit, siue canonica, versatur circa humanos actus bonos, vel malos: eo quòd leges, vel præcipiunt honestum, vel prohibent quod malum est, vt supra diximus, quæst. 1. Non versatur Bulla circa bonos

actus

21 actus, quia non præcipit; ergo verſatur circa malos, nam per eam prohibetur, & puniuntur per viginti canones, quæ mala ſunt: & ſic verſatur circa peccata, non vt facienda; ſed vt deteſtãda, reprobanda, puniẽda, corrigenda. Sic ſtuppa dicitur materia, circa quam, ignis; quoniam ignis verſatur circa ſtuppam, non ad conſeruandam ac perficiendam illam, ſed ad ipſum comburendam ac deſtruendam.

Confirmatur, quoniam Bulla noſtra eſt lex pe-
22 nalis ſpiritualis, medicinalis, cùm cenſuras contineat, quę medicinę ſunt ſpirituales, vt in c. 1. de ſent. excom in ſexto; ergo ſicut medicina habet pro obiecto morbũ, & verſatur circa morbos, ita Bulla ipſa habet pro obiecto culpam, & verſatur circa culpam, quę morbus dicitur animę. Et propterea quemadmodum medicinę ſubiectum eſt homo ſanabilis; ita ſubiectum legis
23 pęnalis ſpiritualis, eſt homo moraliter, & ſpiritualiter ſanabilis; nam finis legis ſpiritualis atque pœnalis, eſt mutare hominem ex prauo in bonum, cohibere homines à malo, & prouocare ad bonum, & dirigere illos in vitam ęternam, vt in cap. iam vero, §. Et his, in fine. 23. q. 6. Etenim per appoſitionem pęnę quis comprimitur à ſua malitia, & timore pœnæ quis deſiſtit a malo, & aſſumit bonum: vt habetur ex Panor. in cap. ad
24 reprimendam in prin. de offi. ordin. Eſt igitur culpa materia circa quã; atque adeò homo ſpiritualite ſanabilis, ſubiectum noſtræ Bullę.

Denique hæc eadem concluſio roboratur, &
25 confirmatur magis, ac magis: quoniam peccata quoque ſunt materia, circa quam, pœnitentiæ, ſiue pęnitentia conſideretur, vt virtus quædam moralis eſt, ad iuſtitiam vindicatiuam pertinẽs; ſiue vt Sacramentum: nam pęnitentia ſimiliter verſatur circa peccata, non vt facienda, ſed vt deteſtanda, reprobanda, delenda. Ità Sot. in 4. d. 14. quæſt. 1. art. 2. & alij, quos refert Suar de pęn. diſp. 18. ſec. 1 ergo & peccata, quoque dicuntur materia, circa quam, noſtræ Bullæ: quoniã Bulla cùm cenſuras contineat, magnam connexio-
26 nem habet cum pęnitentiæ Sacramento: nam ferre cenſuras eſt actus clauium, ſicut abſoluere à peccatis: & propterea Theologi agentes de Sacramento pœnitentiæ, ſimul de cenſuris diſputarunt in 4. d 18. 19. & 20. vt bene aduertit Suar. de cenſur. in præfat.

Immo ea quæ ſupra diximus de cenſuris, pro-
27 portionaliter dici poſſunt de pœnitentia: nam ſicut cenſura rationem habet medicinæ; ita etiã pęnitentia, ſiue conſideretur vt virtus, ſiue vt Sacramentum; quoniam per pęnitentiam cùm deleantur peccata, ſanatur anima: iuxta illud Ierem. capite 17. *Sana me Domine, & ſanabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero*: Et Propheta Pſal. 40. *Ego dixi Domine miſerere mei, ſana animam meam, quia peccaui tibi*. Cenſuræ pariter, ſeu Bulla noſtra cenſuras ipſas continens, ſicut lex dicitur pœnalis, vt ſupra diximus; eodem modo pœnitentia nuncupatur: quoniam per eam rerum male geſtarum, quaſi, vindicante natura, intra nos ipſos ſupplicium ſumimus. Hinc meritò D. Auguſtinus, relatus à Magiſtro ſent. in 4 d. 14. definiens virtutem pœnitentiæ, ſic ait, *Penitentia eſt dolentis vindicta puniens in ſe, quod feciſſe dolet*. Vndè pęnitentia non deducitur à ponetenendo, quaſi pęnitere nihil aliud ſit, quam poſterius conſilium tenere, vt impiè arbitrantur Hæretici noſtri temporis, negantes in pœnitent. a neceſſitatem dolotis, & afflictionis ob culpam commiſſam, & eam ſolùm reſipiſcentiam eſſe contendentes; ſed pœnitentia deriuatur ab hoc nomi-
29 ne, pœna, ita vt pęnitentia dicatur quaſi pœnæ tentio, ſeu pęnam tenens: & pęnitere, quaſi pęnam tenere, vt ſemper quis in ſe puniat vlciſcendo, quòd commiſit peccando, vt in c. pęnitentia, il 2. de pęnit. d. 3. ſi igitur ſupradicta communia ſunt pęnitentiæ, ac noſtræ Bullæ. & cenſuræ cum pęnitentia maximam habeant affinitatem: ergo ſicut pęnitentia habet pro obiecto ſeu materia, circa quam, peccatum; ita etiam & noſtra Bulla: & eo magis quia non poteſt aſſignari diuerſitatis ratio.

Probatur modò concluſio quoad poſteriorẽ
30 partem, nempè quòd mortalis culpa ſit materia, circa quam, noſtræ Bullæ: quoniam Bulla, vt diximus eſt lex pęnalis ſpiritualis, duplicem pœnarum ſpiritualium ſpeciem ſtatuens, excommunicationem ſcilicet, & Interdictum: vt de Interdicto conſtat can. 2. & de excommunicatione ex eodem, & ex omnibus alijs. Sed excommunicatio, & Interdictum ad alligandos contrauientes exigunt culpam mortalem; quia omnis pœna, quatenus pœna eſt, punitio dicitur, & vindicta culpæ: vndè conſequens eſt, vt grauis pęna non feratur, niſi ob grauem culpam, cùm pœna debeat commenſurari delicto, c. non afferamus, 24. quæſt. 1. c. quæſiuit, de his quæ fiu. à maior. par. capit. & Panor. in c. Si quis, nu 6. de Simon. Interdictum autem, & excommunicatio ſunt
31 grauiſſimæ pœnæ: nam excommunicatio dicitur maxima omnium pęnarum intenſiuè, vt in c. corripiantur, 24. quæſt. 3. & Interdictum dici-
32 tur etiam grauiſſima, & excommunicatione grauior extenſiuè; quoniam per illud aliquando interdicitur tota aliqua Communitas, Ciuitas, Prouincia, Regnum, itaut ſub tali interdicto innocentes etiam comprehendantur: ergo ad ferendas dictas cenſuras exigitur mortalis culpa. Ità Say. lib. 1. Theſ. tom. 1. c. 9. in prin. & lib. 5. c. 11. à nume. 2. ad 5 cum alijs, quos allegat. Hinc fit, quòd vbi ſub pœna excommunicationis, aut Interdicti aliquid ab homine, aut à lege præcipitur, eſto quòd ante illud præceptum, id age-
33 re letalis culpa non eſſet; nihilominus quod ita præcipitur, vel prohibetur ſub pœna excommunicationis, aut Interdicti, ipſo facto materia peccati mortalis conſtituitur; eo quòd comminatur pœna, quæ ferri non poteſt niſi propter letalem culpam: & propterea præſumitur intentionem Legiſlatoris fuiſſe obligare tranſgreſſorem ad culpam mortalem, vt habetur ex Sot. in 4. d. 22. quæſt. 1. art. 2. con. 1. Couar. in c. Alma mater, §. 9. nu. 2 de ſent. excom. in ſexto, Say. in d. c. 9. num. 5. & alijs.

Beneuerum eſt, quòd excommunicatio reſpi-
34 cit culpam propriam tranſgredientis; quoniam ad excommunicationem contrahendam exigitur culpa propria illius, contra quem fertur excommunicatio, vt in c. Si habes, 14. q. 3. Sicut etiam ad contrahendam ſuſpenſionem c quia ſæpe de elect. in ſexto. Hinc filius excommunicari non poteſt, nec ſuſpendi pro crimine patris, & è contrario, ſed contraueniens dumtaxat; quia ſcriptum eſt: *Anima, quæ peccauerit, ipſa moriatur*,

vt habetur ex Ezech. c. 18. & in d. c. si habes. At
25 verò Interdictum respicit non modo culpam propriam delinquentis, sed aliorum, etiam innocentium: quoniam ad interdictum contrahendum satis est alterius culpa; eo quòd propter
26 vnius culpam potest interdici tota aliqua Ciuitas, Prouincia, vel Regnum, vt in c. Si sententia, de sent. excom. in sexto. Et ob id ad ferendam censuram Interdicti, exigitur culpa letalis, gra-
27 uior illa, quàm excommunicatio exigit, cùm extensiuè, vt supra diximus, sit maior excommunicationis pœna.

Immo regulariter satis non est culpa cuiuscu-
28 que ad ferendum Interdictum generale loci, vel personæ, aut multorũ quomodolibet. Etenim non conuenit pro vnius priuati delicto totam Ciuitatem, Prouinciam, aut Regnum interdici. Quocirca ad ferendum huiusmodi Interdictũ, requiritur specialis Papæ licentia, quæ sine magna difficultate concedi non solet, vt bene declarat Say in d. c. 11. nu 7. vbi docet etiam ordinem seruandum ad Interdictum ferendum.

Item ad hoc, vt culpa mortalis sit materia,
29 circa quam, nostræ Bullæ satis non est, vt mente concipiatur sed exigitur, vt verbo, aut aliquo alio signo per se culpæ expressiuo, exterius sit expressa: quia censura, vt diximus, pertinet ad iurisdictionem Ecclesiasticam coercitiuam, & exteriorem.

Item culpa mortalis, debet esse actus perfe-
30 ctus, alias contraueniens per actũ imperfectum, in censuram, illum prohibentem, non incidit: quia lex penalis, & eius verba sunt stricte, & proprie intelligenda, c. odia, de reg. iu. in sexto, &c. pœnæ, de pœnit. d. 1. Et demum culpa mortalis debet esse cum contumacia coniuncta, alias cõ-
31 trauenies Bullæ, in censuras in ea contentas nõ incidit, nec in alias: quia censura cùm sit medicina, nunquam fertur, nisi propter contumaciã. Ita D. Th. in 4. d. 18. q. 2. ar. 1. quæstiun. 3. Panor. in c. P. & G. nu. 7. de offic. Deleg. Couar. in c. Alma Mater, cũ aliis, quos refert, & sequitur Suar. de censur. Eccl. disp. 4. sec. 5. n. 6. & Say. in d. c. 9. n. 4. Ex quibus constat, quòd materia, circa quã, nostræ Bullæ, est culpa mortalis, quandoque propria, quandoque etiam aliena, exterior, perfecta, & cum contumacia.

Dices, Bulla cùm sit lex penalis, versatur, vt
32 diximus, circa morales actus malos; sed peccatũ mortale non est actus; ergo Bulla ipsa non versatur circa peccatum mortale, atque adeo letalis culpa, seu peccatum mortale non potest dici materia, circa quam, nostræ Bullæ. Maior patet. Probatur minor. Omne peccatum est priuatio; ergo non est actus. Clara consequentia: quoniã priuatio dicit negationem cuiuscunque actus, sicut cæcitas dicit negationem visus, & tenebræ dicunt negationem lucis. Antecedens constat ex communi Theol. sententia, præcipuè Scot. in 3.
33 sent. disp. 25. vbi idcirco dicunt, quòd peccatũ est priuatio: quoniam est nihil, iuxta illud D. Augustin. Ioan. c. 1. in illa verba: *Et sine ipso factum est nihil*, vbi per ly. Nihil, intelligit peccatum; sicut eodem modo intelligit Ansel. de casu Diab. & de concep. Virg. c. 4. & 5. Confirmatur, quia peccatum est malum; ergo est priuatio, quoniã malum dicitur corruptio, seu priuatio boni.

Pro solutione huius contrarij est annot. quòd
34 in quolibet peccato duo cõsiderantur, alterum, quod dicitur positiuum; & alterũ priuatiuum. Primum se tenet ex parte materiæ: secundum se tenet ex parte formæ. Positiuum, & materiale
35 peccati est actus, qui cùm sit ens, & Dei creatura, bonus est, quia bonum, & ens conuertuntur: & cùm sit Dei creatura non potest esse malus: quoniam Deus est author solius boni, cùm sit summè bonus. Diabolus dumtaxat fuit author mali, & inuentor malitiæ secundum Theologos. Priuatiuum est priuatio, priuans actum illum debito ordine, ideſt virtute, illi peccato contraria, seu priuans actum illum rectitudine,
36 per quam dirigebatur ad finem. Finis autem rationalis creaturæ vltimus quẽ præcipuè considerat Theologus, est Beatitudo æterna; ad quẽ finem lex Diuina nos dirigit, vt instrumentum. Vndè peccatum priuat actum rectitudine, nempè priuat obseruantia legis Diuinæ, seu respectu & ordine, cnm recta ratione, & Dei lege conueniente: priuat quoque donis gratuitis, ideſt virtutibus peccato contrarijs: & in naturalibus vul-
37 neratur ipse peccator: nõ quòd aliquid naturalibus, vel proprijs principijs, aut conditionibus Naturæ sit ex toto, aut ex parte detractum: quoniam, vt ait Dionisc. de Diuin nominib. in Angelis post peccatum naturalia omnia integra
38 permanserunt. Neç item per actum malum aliquid in homine sit genitum, aut inuectũ in animum, quod post actum permaneat: nam & si ex peccatis sæpius repetitis soleat habitus generari malus; non tamen peccatum semper prauum generat habitum, sed per peccatum vulneratur peccator in naturalibus: eo quòd per peccatum
39 homo fit minus habilis, & idoneus ad agendum secundum rectã rationem. Vt enim corpus vulneratum minus aptum efficitur ad suas operationes exercendas; ita animus per peccatũ redditur minus idoneus & habilis ad bene, & honestè viuendum. Et cùm peccatum ipsum sit rectæ
40 rationi contrarium, hoc ipso est hominis naturę aduersum, & proinde vulnus: eo quòd per illud ratio, intellectus, memoria, & ingenium obtenebrantur, & debilitantur, vt bene docet Scot. in 2. d. 35. q. 1. §. ex ista solutione in fine. Gabr. 1. d. 37. q. 1. ar. 4. dub. 3. & Azor. lib. 4. Inst. moral. p. t. c. 2. Hæc omnia exemplo clarissimè patent; nam vesci carnibus fer. 6. v. g. contra præceptum Ecclesiæ, est peccatũ gulæ, quod includit duo: positiuum scilicet, & priuatiuum: primum se tenet ex parte materiæ: secundũ ex parte formæ: positiuum est actus ille comedendi carnes, qui cum sit ens, & Dei creatura bonus est; priuatiuum autem est priuatio priuans actum illum virtute abstinentiæ, seu temperantiæ, gulæ contraria, seu priuans recto ordine, & alijs supra relatis. Et sic peccatum in genere nõ est tantùm priuatio, nec etiam tantùm actus, sed est compositum ex actu, tanquam ex parte materiali, & ex priuatione, tanquam ex parte formali; atque adeò pec-
41 catum dicitur actus priuationem habens annexam, & ita remanet solutum argumentum, & firma nostra conclusio, quòd letalis culpa sit materia, circa quam, nostræ Bullæ.

Ex hoc infertur primò, quod letalis culpa cùm sit nostræ Bullę materia, circa quã, infates,
42 & mente capti, vsum rationis non habentes sicut peccati mortalis, ita sunt censurarum incapaces.

paces. Vndè quantumuis contra cenſuras huius Bullæ egerint; nunquam cenſura ligantur ali-
43 qua. Quod adeò verum eſt, vt etiàm ſi quis ſua culpa fiat amens, vt accidit in ſponte effectis ebrijs, ſi contra Bullam egerit, ſicut non peccat contrafaciendo; ita quoque in cenſuras non incidit. Quod quidem quomodo procedat latè diſputat Azor. lib. 1. inſt. moral. p. 1. c. 7.

Secundò infertur, quòd ſi quis rem minimam
44 naufragorum furto ſubtraxerit, quia non peccat mortaliter, non incidit in canonem quartũ, noſtræ Bullæ: quoniam ſicut pro re modica non committitur ſimonia, c. ſi quæſtiones de Simon. & pro re modica non datur actio de dolo, l. & eleganter, §. vlt. ff. de dol. ita pro re modica non committitur letalis culpa: eo quòd de minimis non curat Prætor, l. quòd ſi Epheſi, ff.
45 de eo, quod cer. loc. Immo ſi furtum bonorum naufragorum non excedat duos aureos, vel ſaltem ad eos non aſcendat, quamuis ſur peccet
46 mortaliter; non tamen contrahit excommunicationem prædicti canonis: quia excommunicatio maior, cùm ſit maxima omnium pœnarum, non debet ferri pro re vulgari, vt habetur in Conc. Trid ſeſſ. 25. de reform. c. 3. vbi prohibetur pro rebus perditis ferri excommunicationem, niſi res perdita ſit magni momenti, & a non vulgaris. Res autem non vulgaris dicitur duorum ſaltim aureorum: ar. tex. in l. ſi oleũ, in fin. cum l. ſeq. ff. de dol. Et ita in terminis noſtris renuiſſe Præceptorem ſuum (cuius ſententiam licet atteſtari, l. dicere, ff. de recept. arbitr. refert Steph. Quaranta in ſum. Bull. ſub tit. Bona naufragantium, & in d. can. 4. fuſius, Deo fauente, dicemus.

Tertiò infertur, quòd ſi quis ex capite proba-
47 bilis ignorantiæ excuſatur à culpa mortali agẽdo contra aliquem canonem noſtræ Bullæ; eadem ratione excuſatur etiam à cenſuris in ea contentis. Vnde, ſi quis contra diſpoſitionem ſecundi canonis appellaret à ſententia Romani Pontificis ad futurum Concilium Generale, probabiliter ignorans hoc ipſum illicitum ſibi eſſe, & vi noſtræ Bullæ prohibitum, ſicut non peccat mortaliter appellando, ita etiam excuſatur ab excommunicatione in d. canone lata ſaltem in foro conſcientiæ.

Quartò infertur, quòd metù mortis, infamiæ,
49 ſcandali, aut quocunque alio metu cadente in conſtantem virum agens contra dictam Bullam in ijs, quæ non ſunt intrinſecè mala; ſed tantùm mala, quia prohibita, ſicut excuſatur à peccato mortali; ita etiam excuſatur à cenſuris in ea contentis: vt colligitur ex his, quæ habentur ex Nauar. in Man. c. 27. n. 239. Suar. de Sacr. to. 3. diſ. 66. ſec. 4. Say. lib. 1. Theſ. to. 1. cap. 18. num. 41. & lib. 2. cap. 3. num. 27. & 28. & infra fuſiùs Deo duce dicemus, c. 2 queſt. 2. Hinc metu cadente in conſtantem virum impedientes eos, qui victualia Romam deferunt: vt quia ſub comminatione mortis, aut publicationis bonorum, hoc ipſum ab eorum Principe fuerit eis iniunctum, ſicut iſti excuſantur à peccato; ita etiam excuſantur à cenſura, quæ in can. 8. huius Bullæ continetur.

Quintò infertur, quòd cùm ad incurrendas
52 cẽſuras exigatur culpa mortalis exterius expreſſa verbo aut aliquo alio ſigno, per ſe culpæ expreſſiuo, nec ſufficiat, vt culpa mente ſit retenta, vt ſupra diximus, Hæretici, aut Hæreticorum credentes purè interni, aut qui eorum hæreſim per actus indifferentes, aut bonos indieauerũt, non incidũt in excommunicationem in primo canone contentam, vt ibi, Deo dante, fuſiùs agemus. Hoc idem dicendum eſt de excommunicatione lata contra Iudices, odio, vel amore iudicantes; nam non comprehendit Iudices iuſtam ſententiam ferentes, etſi odio, vel amore ferant: quoniam iuſta illa ſententia eſt actus bonus, & proinde non eſt culpæ internæ expreſſiuus: nempe odij, vel amoris. Vnde ad hoc vt locum ſibi vendicet, dicta ſententia debet eſſe iniuſtè lata, ar. tex. in clem. 1. §. verùm, de Hæret.

Excõmunicatio pariter lata cõtra Simoniacos, non comprehendit internos Simoniacos, dantes, vel accipientes rem ſpiritualem pro temporali: quoniam illa exterior datio, ſeu acceptio rei temporalis, pro ſpirituali, nõ eſt actus per ſe ex-
53 preſſiuus internæ ſimoniæ, ſed eſt actus indifferens: actus enim ſimoniæ internæ expreſſiuus, eſt exterior pactio rei ſpiritualis pro tẽporali, vt eſt tex. in c. mãdato, & c. tua nos de Sim. Suar. de cenſ. diſp. 4. ſec. 2. & Say. lib. 3 Theſ. t. 1. c. 4. n. 19.

Sextò infertur, quòd cùm materia noſtræ Bul-
54 læ ſit culpa mortalis, prouẽniens ex actu perfecto & cõpletõ, per ipſam prohibito, ſicut aliarum quoque cenſurarum; hinc ſit, quòd ſi quis nauem aliquam, armis vſui bellico idoneis onuſtam à littore maris Chriſtianorum impulerit, animo deferendi arma prædicta ad Saracenos, aut ad alios Chriſtiani nominis inimicos cõtra can. 7. ſi deinde eum pœniteat, & reuertatur, ita vt cum effectu ad præfatos infideles arma ipſa non deferat, non incidit in excommunicationẽ in d. canone contentam. Sic etiam, ſi quis tentauerit impedire executionem litterarum Apo-
55 ſtolicarum, & cum effectu executionem ipſum non potuit impedire non alligatur cenſura can. 14. quoniam actus non ſunt perfecti. Eadem ratione excommunicatio lata contra ferentes ſuffragium pro indigno, ſi ſuffragium non ſortiatur effectum, non alligat ferentem illud: ar. tex. in c. perpetuò, de ſent. excom. in ſexto. Excom-
56 municatio pariter lata contra eligentes, non comprehendit incohantem electionem, & non perficientem. Idem dicendum eſt de ſimonia conuentionali, quæ non peruenit ad effectum, ſeu traditionem rei, ex vtraque parte: tunc enim propter imperfectionem actus, cenſura contra Simoniacos lata non incurritur. Ità Suar. de cenſur. diſp. 4. ſec. 3. nu. 2. & per totam: vbi etiam alios enumerat caſus.

Septimò infertur, quòd cum materia noſtræ Bullæ ſit culpa mortalis, contumaciam habens annexam, vt ſupra diximus, ſi quis furto ſubtraxerit rem quantumuis magnam eorum, qui nau-
57 fragium paſſi ſunt contra diſpoſitionem can. 4. probabiliter ignorans cenſuram eiuſdem canonis, non erit excommunicatus; eſto quod peccet mortaliter, rem notabilem alterius furto ſubtrahens: quoniam licèt talis Deum offendat, cuius legem ſcienter preuaricatur, furtum committẽdo; non tamen conditorem dicti canonis iniuria dicitur afficere, aut ei rebellis efficitur, cùm canonem ipſum probabiliter ignoret, & ſit ab omni culpa immunis reſpectu illius. Solùm igi-

tur venit puniendus pœna legis Diuinæ, quam præuaricatur; non autem pœna excommunicationis, quæ non ligat, nisi ratione contumaciæ,
58 & contemptus, vt in c. Sacro, de sent. excom. & c. nemo Episcoporum, 11. quæst. 3. qui contemptus nõ est in casu nostro respectu canonis, per ea quæ dicit Say. lib. 1. Thes. tom. 1. c. 18. nu. 32. Adde, quòd postquam Ecclesia aliquem excommunicauit pro crimine aliquo, si ille recedat à
59 contumacia, atque adeò respiscat, & paratus sit satisfacere, ac Ecclesiæ parere mandatis, statim, est absoluendus, vt idem Say. probat loco citato, c. 9. nu. 14. & Suar. de censur. disp. 4. sec. 5. à n. 6. vsque in finem: vbi soluit contraria Caiet. & alio-
60 rum existimãtium, pro peccato iam commisso, præcisa omni contumacia, censuram ferri posse. Ratio autem hæc est; quia censura Ecclesiastica cùm sit medicina, vt in c. 1. de sent. excom. in sexto, cessante contumaciæ morbo, cessare debet censuræ medela: & tanto fortius, quia pœnæ medicinales secundũ Phil. 2. Eth. sunt adinuentæ pro delinquentium resipiscentia.

Secunda conclusio.

61 MAteria, ex qua, licèt in naturalibus eadem sit ac materia, circa quam, vt supra diximus; nihilominus in hac morali tractatione, culpa mortalis, quæ est eiusdem materia, circa quam, non potest dici materia, ex qua: quoniam materia, ex qua, dicitur, ex qua aliquid fit cùm insit: at nostra Bulla, non fit ex peccatis, nec peccata insunt in ea, nec ex eis componitur, tanquam ex altera parte essentiali compositi; sed habent rationem obiecti, & finis: nam cùm nostra Bulla sit lex pœnalis, versatur circa culpam, & fuit edita propter culpam, vt patet ex his, quæ docet Suar. de censur. Eccl. disp. 4. in prin. At causa finalis non est rei intrinseca, sed extrinseca, sicut etiam obiectiua: eo quòd in naturalibus quoque videmus, quòd visus non dicitur fieri ex colore, qui dicitur ipsius obiectum, nec auditus ex sono; ergo peccatum, non potest inesse nostræ Bullæ, tanquam eiusdem pars materialis.

Præterea, peccatum est in peccatore quoad
62 reatum, & obligationem ad pœnam, & quoad inimicitiam Dei, ac priuationem Diuinæ gratiæ: ergo non potest esse in Bulla, nec in alio extra rationalem creaturam.

Confirmatur; quia peccatum, quod dicitur
63 materia, circa quam, Sacramenti pœnitentiæ, non dicitur eiusdem materia, ex qua, vt benè declarat Suar. de pœnit. disp. 18. sec. 1. sub nu. 2. ergo nec nostræ Bullæ potest dici materia, ex qua: nam ipsa Bulla cùm censuras cõtineat, magnam connexionem habet cum pœnitentiæ Sacramento, vt supra probauimus: & non potest assignari diuersitatis ratio, cur peccatum, quod est materia, circa quam, Sacramenti pœnitentiæ, non sit eiusdem materia, ex qua, & sic nostræ Bullæ. Si igitur in vtroque casu militat eadem
64 ratio, militat etiam eadem iuris dispositio, ar. tex. in l. illud, ff. ad l. Aquil.

Tertia conclusio.

65 MAteria, ex qua, in nostra Bulla, verè ac priè assignari non potest: quoniam in moralibus, cùm tractetur de humanis actibus, actus omnes sunt transeuntes, atque adeò non possunt esse alicuius rei propriè, ac verè materia, ex qua; eo quòd materia, ex qua, dicitur, ex qua aliquid fit cùm insit. Hinc Concilium Tridentin. sess. 14. cap 3. tractans de Sacramento pœnitentiæ, cuius tractatio est moralis, actus pœnitentis, nempe contritionem, confessionem, & satisfactionem, quæ sunt eiusdem partes quantitati-
66 uæ, & se tenent ex parte materiæ, non appellat simpliciter materiam Sacramenti pœnitentiæ; sed quasi materiam, dicens, *Sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsius pœnitentis actus, nempe contritio, confessio, & satisfactio.* Immo non desunt, qui in dicto Sacramento negẽt omnino materiam, ex qua, vt tenet Scot. in 4. l. 14 q. 4. & d. 15. q. 1. quem sequitur Maior ibidem, q. 3. & Gabr. eodẽ loco in prin. quorum opinio communiter reijcitur à Doct. vt refert Suar. de pœn. disp. 18. sec. 2. nu. 4. vbi ait, quod ideo Concil. Trid actus pœnitentis appellat quasi materiam, per analogiam:
67 nam materia vetè, & propriè reperitur in compositis naturalibus. Vndè sicut in Sacramento pœnitentiæ non datur verè, ac propriè materia, ex qua; sed quasi materia, ex qua, distincta à materia, circa quam: ita etiam in hac morali nostra tractatione concludimus non dari propriè materiam, ex qua, sed tantùm quasi materiam, ex qua, distinctam ab eiusdem materia, circa quam, & propterea quasi materiã, ex qua. huius
68 Bullæ dicimus esse censuras, quæ in ipsa Bulla moraliter continentur: quoniam Bulla Cœnæ, cùm sit lex pœnalis spiritualis, ac medicinalis, essentialiter constat ex censuris.

Potest etiam dici peccatum, quod est mate-
69 ria, circa quam, Bullæ, eiusdem quodammodo, & quasi materia, ex qua, quoniã ex peccato mortali oriuntur censuræ, atque adeò sine ipso, & nisi præcedat, excommunicatio & Interdictum, quibus proximè constituitur nostra Bulla, contrahi non possunt: nã censura, cùm sit essentialiter pœna, ex culpa oritur, eandemque cõsequitur. Sicut in naturalibus ex materia oritur forma, fit, & educitur, eademque consequitur.

Nec peccatum mortale dicitur materia, cir-
70 ca quam, & remota nostræ Bullæ: & eiusdẽ censuræ causa proxima: sicut aqua, & terra respectu statuæ æreæ, cũ æs fiat ex terra, & aqua, ex quo statua ærea proximè constituitur; quia censuræ præteritè nõ fiunt ex peccatis effectiuè, & materialiter, sicut ex ex terra & aqua, & ex eo statua; sed culpa mortali potest dici causa remota, & materialis huius Bullæ, respectu ipsius partiũ essentialium nempe censurarum: nam cũ censura sit essentialiter pœna, dicit essentialiter ordinem ad culpam: eo quòd pœna alicuius culpæ dicitur pœna. Sic etiam culpa, quæ est materia circa quã, & remota Sacramenti pœnitentiæ, non dicitur materia remota, sicut terra & aqua respectu statuæ æreæ, quæ proximè constituitur ex ære; sed appellatur materia remota respectu ipsius essẽtialium partium: ex quibus proximè conficitur dictum Sacramentum: atque adeò respectu cõtrictionis, confessionis, & satisfactionis: nam cõtrictio Sacramentalis, alicuius peccati est contrictio: confessio quoque peccati dicitur accusatio: & deniq; satisfactio, eiusdẽ appellatur vindicta; vt habetur ex Suar. de pœn. disp. 18. sec. 1. n. 2.

Quarta

Quarta concluſio.

72 Licèt peccatum mortale, quod eſt materia circa quam, noſtræ Bullæ, & ſub aliqua ratione quaſi materia, ex qua, poſſit dici quoque eiuſdem materia, in qua, quatenus excommunicatio & interdictum, quibus Bulla ipſa eſſentialiter conſtat, ſubiectantur in peccato mortali, cùm peccatum mortale ſit dictarum cenſurarũ fundamentum, ſine quo cõſiſtere, nec contrahi poſſunt, vt ſupra probauimus, concl. 1. nihilominus materia, in qua, ſeu ſubiectum ipſius Bullæ ſimpliciter dicitur homo, Chriſtianus, con-
73 tumax. Prima pars concluſionis patet; quoniam Bulla Cœnæ eſt lex; ergo homini tantùm imponitur, iuxta illud pſal. 18. *Legem pone mihi Domine.* & ob id, vt efficiatur bonus non ſolùm metu pœnarum; ſed etiam præmiorum exhortatione, vt habetur in tex. in l. 1. ff. de Iuſt. & iu. Hinc ſubiectum in ſciẽtia ciuili hominẽ politicum eſſe do-
74 cet Panor. in Proœm. Decr. in prima lect. ſub. n. 16. & 18. quatenus dirigibilis eſt conſtitutionibus legalibus in bonum ſimpliciter humanum: eo quod ius ciuile intendit hominem dirigere in bonum commune, ſecundum quod congruit humanæ ſocietati ciuiliter viuenti.

Probatur modo concluſio quoad ſecundam
75 partem: quia Bulla Cœnæ lex eſt eccleſiaſtica; ergo homini Chriſtiano tantùm debet imponi: atque adeò homo Chriſtianus eſt ipſius materia, in qua, & ſubiectum: quoniam is tantùm efficitur de foro Eccleſiæ: & ſubijcitur iuriſdictioni eccleſiaſticæ per Sacramẽtum Baptiſmatis; Infideles autẽ foris ſunt, & extra Eccleſiã, & ideo de
76 his non pertinet ad nos, iuxta illud D. Pauli. 1. Chor. 5. Quocirca non immeritò ſubiectũ canonicæ ſcientiæ, idẽ Panor. loco citato probat eſſe hominem Catholicum, dirigibilem conſtitutionibus Eccleſiaſticis in bonum ſimplicitea humanum & Diuinum. Etenim ſcientia iuris cano-
77 nici verſatur circa humanas operationes ſecundum quod cõgruit humanæ ſocietati: quia non ſolùm ciuiliter viuit, ſed etiam ſecundum fidem in Deum tendendo, & vitam aliam expectando.

Probatur præterea tertia pars cõcluſionis: quo-
78 niam Bulla Cœnæ eſt lex pœnalis, ſpiritualis, medicinalis; ergo eiuſdem ſubiectum, ſeu materia, in qua, neceſſariò eſt homo Chriſtianus contumax: nam cenſura, quæ pœna eſt ſpiritualis, medicinalis, non fertur niſi in hominem Chriſtianum, & contumacem, vt corrigatur, & reſipiſcat à contumacia: quoniã ferentes cẽſuras, qui medici ſunt ſpirituales, debent illas ordinare ad ſpiritalem ſalutem eorum, contra quos feruntur,
79 non ſecus ac medici corporales eorum medicinas ad corporalem hominum ſanitatẽ dirigunt. Non enim cenſura imponitur, vt puniatur homo, ſed vt a culpa & contumacia reſipiſcat, vt eſt tex. in c. 1. de excep. in ſexto, c. ex literis de conſtit. & c. 1. de Iudic. Hinc Apoſt. Paul. 1. Cor. 5. excommunicãs inceſtuoſum illum, ſic ait: *Iudicaui tradere huiuſmodi hominem Sathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Et ſicut medicina dum eſt, incorpore, licèt applicetur infirmitati; in re tamẽ homo eſt, cui applicatur, in hæret, & ſanatur; ita cenſura, quæ ſpiritualis eſt medicina, quamuis applicari videatur peccato mortali, & quodammodo eſſe dem inhærere, & in eodem ſubiectari, qua ratione diximus peccatum mortale, quod eſt materia, circa quam, noſtræ Bullæ, & quaſi materia, ex qua, poteſt etiam dici materia, in qua; nihilominus cùm hæc ſit pœna ſpiritualis homini propriè, & veré infligitur: nec peccatum eſt, quod propriè corrigitur, ſed homo, qui corripitur.

Confirmatur denique quoniam homo cõtu-
80 max eſt ſubiectum & materia, in qua, excommunicationis, & aliarum cẽſurarum, vt probat Saylib. 1. Theſ. tom. 1. c. 8. & alij: & Sacramenti pœnitentiæ ſubiectum eſt homo peccator, vt habetur ex Suar. de pœn. diſp. 18. ſec. 1. nu. 2. ergo idẽ homo Chriſtianus, peccator, & contumax erit materia, in qua, & ſubiectum noſtræ Bullæ. Et enim Bulla ipſa eſſentialiter eſt cẽſura Eccleſiaſtica, lata per viam legis, & conſtitutionis: & cẽſuræ magnam affinitatem habent cum Sacramento pœnitentiæ, vt ſupra declarauimus.

81 Ex hoc infertur primò, quòd homo cũ ſit materia, in qua, & ſubiectũ Bullæ Cœnæ, ſicut etiam aliarum cenſurarum, ſi femina contraueniat ipſi
82 Bullæ, proculdubio in excommunicationẽ incidit; quoniam hominis appellatione femina continetur, & maſculinũ concipit femininum, vt in cap. Si quis, & ibi Doct. 17. q. 4. Vndè ſicut maſculus percutiẽs Cardinalẽ, aut Epiſcopum incidit in canonẽ vndecimum noſtræ Bullæ; ita etiam femina vt per Vgol. in explicat. d. cã. §. 1. ſub. n. 1. Nam de iniuriẽtibus manus in alias Eccleſiaſticas perſonas ſic dixit Glo. in d. c. Siquis ſuadẽte diabolo, quã Doctores communiter ſequuntur, & eſt tex. in c. mulieres, c. ea noſcitur, & c. de monialibus, de ſent. excom. Eadem ratione ſi mulier appellet à ſententijs Romani Põtificis ad futurum Concilium, contrahit excõmunicationem in can. 2. latã. ſicut & viri appellantes incurrunt: quoniam licèt canones noſtræ Bullæ loquantur de maſculis; tamen nõ per hoc excludunt feminas, ſi contraueniant: quia vt dimus maſculinum concipit femininum; & hominis appellatione venit etiam femina.

Secundò infertur, quòd materia in qua, ſeu ſubiectum noſtra Bullæ, cùm ſit homo, ſi Dæmõ
83 contraueniat ipſi Bullæ, in excommunicationẽ non incidit; atque adeo ſi Cardinalem, aut Epiſcopum percutiat, cenſurã, quæ in d. can. 11. cõtinetur, non contrahit. Nã cenſura cùm ſit pœna medicinalis, is contra quem fertur debet eſſe
84 talis, qui poſſit à contumacia reſipiſcere, capax correctionis fraternæ, ac bonorum ſpiritualiũ, quibus excommunicati per cenſurã priuantur: at Dæmon talis non eſt, & ideo excommunicari
85 non poteſt. Et quamuis legatur, D. Bernardum excommunicatione dæmonem fugaſſe à quadã muliere in Aquitania, ab Incubo ſex annis incredibili abuſu libidinis vexata, & quamplurimos alios ſanctos excommunicatione vſos eſſe ad fugandos Dæmones; tamen id fieri poſſe vna cum exorciſmis, inquit frater Hyer. Meng. in ſuo trac. fuſtis demon. c. 9. in fine; & lib 3. ſui compen. c. 3. Vndè Authores Mall. malef. p. 2. q. 2 c. 1. dicunt, quòd ideo ſancti vſi ſunt excommunicatione ad fugãdos Dæmones; nam licèt poteſtas clauium conceſſa Petro, & ſuis ſucceſſoribus locum habeat ſupra viatores tantùm, & non ſuper aereas poteſtates, & ſic ſuper Dæmones, tamen quia

84 personæ quæ à dæmonibus molestantur, sunt sub iurisdictione Ecclesiastica, non mirum; si in-directè huiusmodi potestates virtute clauiũ arceantur: sicut etiam potestate clauium animas in directè à pœnis Purgatorij Summus Pontifex
87 liberare potest, nõ obstante, quòd potestas clauiũ data sit super terrã, & animæ in Purgatorio existentes sint sub terra; Immo dicunt, pie quoque existimari posse, quòd si ægritudines à Maleficis virtute Dæmonum inflictæ excommunicétur cum ipsis maleficis authoribus, & Dæmonibus nõ adeò in ipsos infirmos sæuirẽt, & quòd citius liberarentur, adhibitis super hoc etiã aliis exorcismis licitis. Sed re vera ego non video quomodo Dæmones censuræ sint capaces non modò directè, sed nec etiam indirectè, vt ex suprascriptis patet. Vndè dicamus, quòd quando legimus, sanctos vsos fuisse excommunicatione
88 ad fugandos Dæmones, illa excommunicatio non dicitur censura, sed maledictio, & detestatio. Sic intelligenda est excommunicatio lata contra Angelos ad Gal. c. 1. & contra hæresim in c. Ego Berengarius, de consecr. d. 2.

89 Hæc, quæ diximus de Angelis, seu Dæmonibus multò magis dicere possumus de brutis. Vndè si canis Cardinalẽ, aut Episcopum mordeat, excommunicationem non contrahit: quia licèt sit animal sicut homo: homo tamen non est, cùm ratione careat, atque adeò cùm contumax esse non possit, nec à comtumacia resipiscere, nec capax correptionis fraternæ, ac bonorum spiritualium quibus excommunicati priuantur, materia, in qua, seu subiectum nostræ Bullæ nullatenus esse potest.

90 Hinc est, quòd irrationabiliter quidam simplices excommunicationem tulerunt contra locustas, vt bene docet Nauar. lib. 5. suorum consp. 2. de sent. excom. cons. 5. & Rodriq. par. prima suæ sum. c. 7. cõcl. 3. Et licèt in quibusdam locis, locustas excommunicatione fugatas, & interemptas fuisse. vulgò feratur; tamẽ Sancti viri excommunicantis, & maledicentis virtuti tribuendum est, potiusquàm clauium potestati; quamuis hoc ipsum asserere non audeant authores Mall. malef. p. 2. q. 2. c. 1. Bene verum est, quòd irrationales creaturæ possunt quodammodo adiurari, nõ vt adiuratio directè feratur ad illas, sed ad mouentem. Vndè cùm irrationales creaturæ à Deo mo
91 ueantur, cuius dispositione mouẽtur omnia: vel ex Dæmone Dei permissu, vbi vtitur creaturis ad nor ẽdum: idcirco dupliciter adiurari possũt, vno modo per modum compulsionis, quæ refertur ad Dæmonem: alio modo per viam deprecationis ad Deũ directè. Quocirca, omissis superstitionibus à simplicibus fieri solitis ad expellẽdas præcipuè locustas, optimum & Catholicum remedium est, ad ieiunium & orationem recurrere; ita vt adiurantes animalia huiusmodi vestibus induantur sacris, aqua benedicta terrã aspergentes, & illis orationibus vtentes, quę ab Ecclesia adhunc effectum ordinatæ sunt. Ita Nauar. & Rodriq. locis supra citatis.

Tertio infertur, quòd cùm homo dumtaxat
92 sit materia, in qua, & subiectum nostræ Bullæ, & aliarum censurarum, anima rationalis separata in censuras in ea contentas incidere non potest. Vnde si quis mandaret alicui, vt S.R.E. Cardinalem percutiat, carceret, aut interficiat contra dispositionem canonis 11. ipsius Bullæ, & antequàm mandatarius mandatum adimpleat, man-
93 dans moriatur, anima ipsius mandantis excommunicationem non cõtrahit, etiam si post mortem sequatur effectus; quia mãdans regulariter censuram non contrahit, nisi secuto effectu, vt secundùm communem sententiam dicemus in d. can. 11. quo tempore mandans per eiusdem mortem non erat amplius homo: eo quòd anima separata non dicitur homo, cùm constet homo ex anima & corpore. Quod dixi de mandãte occidi Cardinalem, extenditur etiam in mandantẽ clericum percuti: nam si antequam sequatur effectus, mandans moriatur, excommunicationem c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. non contrahit; etiam si post mortem eius mandatarius mandatum exequatur: quoniam per mortẽ quis definit esse homo; qui solus dicitur mate-
94 ria, in qua, seu subiectũ censuræ, & non alia creatura. Ita Glo. in c. mulieres. §. fin. in ver. Auctoritate, vel mandato, & ibi Inn. & Panor. de sent. excommun. Anch. in c. cum quis, n. 9. eo. tit. in sexto. Hugol. de censu. eccl. tab. 1. c. 17. §. 2. nu. 5. & Say. lib. 1. Thes. tom. 1. c. 8. à. nu. 8 ad 13. vbi prædicta ampliat ex Richar. Io. Andr. & aliis, siue mandatarius certior factus sit de morte mandantis antequam percusserit clericum, siue non: & siue mandans pœnitentiam egerit in morte de tali mandato; siue pœnitentiam non egerit. Et hoc ideo, tum quia extinguitur mandatũ morte mã-
95 dantis: vt in Linter causas, §. 1. ff. mand. cap. relatum, & c. licet, & ibi Glo. in ver. Re integra, ff. de offic. Deleg. & eò magis, quia mandatum, de quo agitur, non est tale, quod post mortem mandantis debeat adimpleri: tum etiam quia mortuorum animæ, cùm nõ sint super terram, non subsunt humano, sed Diuino tantùm iudi-
96 cio: tum denique quoniam anima separata, vt diximus, non est homo, qui solus est materia in qua, & subiectum censurarum, & non alia creatura. Eisdem rationibus, si quis sub conditione excommunicetur, nisi intra decem dies residеat in loco Beneficij, aut Titio satisfaciat, si talis infra determinatum tempus moriatur, ita vt residere non possit, aut Titio non satisfecerit, excommunicatus non erit, vt habetur ex eodem Say. loco citato, nu. 11.

Dices instituens hæredem hæreticum excõ-
97 municationis vinculo alligatur, vt in c. si Episcopus, de hæret. sicut se ipsum occidens: vt in c. placuit, 23. q. 5. Modò sic arguitur. Aut isti excommunicẽantur ante mortem: vel post mortem. Non potest dici primum, cùm non fit consummatum delictum: nam per mortem testatoris vires habet testamentum, in quo est hæredis
98 institutio, cùm voluntas testatoris ambulatoria sit vsque ad mortem, ar. tex. in l. 1. ff. de iniust. rupt. & irr. fac. testam. §. posteriorem, in Inst. quibus mod. testam. infirm. & Apst. ad Hebr. c. 9. Sic etiam per mortem se ipsum occidentis, consumatur occisio; ergo si excommunicantur, necessariò excommunicantur post mortem. Confirmatur, quia non possunt excommunicari in instanti, immediatè ante mortem; eo quòd tunc nõ essent viatores: nam illud instans est primum non esse sui, cùm substantia secundum Philosophos, sicut incipit per primum sui esse; ita desinit per primum sui non esse.

Huic

Huic argumento aliqui reſpondent, quòd iſti excommunicantur in illo tempore, quo eorum vita eſt deſperata. Sed contra, quia vel tunc poſſunt reſipiſcere, & tunc non eſt conſummatum delictum: vel non poſſunt reſipiſcere, & tunc nõ poſſunt excommunicari, cùm deſit finis excommunicationis. Vndè dicamus, quòd excõmuni-
100 catio in dictis iuribus contenta, non dicitur formaliter cenſura; ſed pœna quædam vindicatiua, lata contra cadauer, ne ſepeliatur in loco Sacro, & ita reſponderi poteſt etiam ad tex. in c. ſanè il 2. 24. q 2. & in c. neque, 88. d. vbi hæreticus excommunicatur poſt mortem. Vel ſecundò, & melius reſponderi poteſt ad dicta iura, quæ loquuntur de hæreticis, quòd non loquantur de excommunicatione, quaſi hæretici poſt mortem excommunicentur; ſed de declaratione excommunicationis; nempè, quòd poſt mortem declarentur excommunicati: eo quòd poſt eorum mortem fuerunt reuelata peccata, ab eis commiſſa dum viuerent, habentia excommunicationem annexam, quod in crimine hæreſis fre
quenter accidit. Solent enim poſt mortem eo-
101 rum, qui mortui iam deprehenſi ſunt hæretici, libelli adſcribi, & ſententiæ pronunciari, quibus publicè declarantur hæretici, & in hæreſi mortui. Vndè eorum corpora exhumantur, & igni traduntur concremanda ad hæreſis deteſtationem. Eccleſia enim licèt ſuper animas defunctorum poteſtatem non habeat; habet tamen iuriſdictionem ſuper eorum corpora, itaut poſ-
102 ſit illa Eccleſiaſtica ſepoltura priuare, & fidelibus, nè pro illis publicè fundant preces, aut oblationes recipiant, prohibere. Quæ omnia non ſolùm in eo, qui contumax & impœnitens mortuus eſt, procedũt; ſed etiam in eo, qui pœnitẽs in excommunicatione deceſſit: nam quamuis excommunicatus pœnitens mortuus abſolutus
103 ſit apud Deum; nihilominus non eſt abſolutus apud Eccleſiã quousque ab eo abſoluatur mortuus, à quo viuus abſolui potuiſſet. Immo ſi excommunicatio reſeruata eſt, & in ea pœnitens aliquis deceſſerit non poteſt mortuus per quẽ-
104 libet ſacerdotem abſolui (vt poſſet in articulo mortis) ſed per ſuperiorem, cui eſt reſeruata, & à quo viuus abſolui poterat, eſt abſoluẽdus. Beneuerum eſt, quòd ſi in loco Sacro cadauer pœnitentis excommunicati ſepultum reperiatur, non eſt exhumandum, & ſolemni ritu flagellandum: ſed ſatis eſt ſepulcrum ipſum flagellare ad
105 eius abſolutionem. Quod ſi in loco non Sacro ſepultum reperiatur, tunc exhumandum eſt, & poſt abſolutionem Eccleſiæ ſepulturæ tradẽdum, iuxta ea quæ habentur in c. à nobis, il 2. de ſent. excom. quia tunc Eccleſia dicitur exercere iuriſdictionem ligandi, & ſoluendi ſuper terram, cùm ſupra corpus excommunicati iudicium ferat, & viuentes prohibeat pro excommunicatis ſuffragia exhibere. Super defunctorum autem animas cùm Eccleſia iuriſdictionem non habeat, excommunicare, vel cenſura aliqua eas afficere non poteſt.

106 Quartò infertur, quòd materia, in qua, ſeu ſubiectum noſtræ Bullę, cùm ſit Chriſtianus, atq; adeò baptizatus, ſi Iudæus, etiam Principi Chriſtiano, aut Rom. Pontifici quoad iuriſdictionem temporalem ſubiectus, arma, & alia ad vſum bellicum pertinentia ad infideles, & Chriſtiani nominis inimicos deferat contra can. 7. ipſius Bullę, in excommunicationem nõ incidit: quoniam Iudæus, & alij infideles, quamuis homines ſint; tamen cùm Baptiſmo careant, ſunt extra Eccleſiam, eiuſdemque iuriſdictioni quoad ſpiritualia non ſubijciuntur: eo quòd de his, qui foris ſunt non pertinet ad nos, vt 1. Cor. c. 5 & c. gaudemus, de diuor. & eo magis, quia non-
baptizati non ſunt capaces bonorum ſpiritua-
107 lium, qualis eſt cenſura, quæ medicina dicitur ſpiritualis, c. poſtulaſti, de Iudęis. Quod quidem verum eſt, etiam ſi non baptizati catechumeni eſſent: nam hi licèt ſint fideles, tamen donec baptizentur, adhuc ſunt extra Eccleſiam, & conſequenter cenſuris non alligantur, vt patet ex his, quę docet Nauar. in Man. c. 27. n. 13. Beneue
108 rem eſt, quòd licèt Eccleſia non poſſit Iudæos & alios infideles, etiam in Chriſtianorum terris commorantes ſpirituali gladio directè punire, & coercere; indirectè tamen quodammodo poteſt contra illos Eccleſiaſticis vti cenſuris, excommunicando ſcilicèt Principes Chriſtianos, ipſos infideles non punientes. Item pecuniaria pœna, ac etiam corporali poteſt eos contrauenientes multare; quoniam Romanus Pontifex habet vtrunque gladium, ſpiritualem ſcilicèt, ac temporalem: atque adeò licèt contra infideles non poſſit vti ſpirituali gladio, cùm non ſint de iuriſdictione Eccleſiæ; poteſt tamen vti contra quoſcunque gladio temporali, ad finem ſaltem Spiritualem in terris, quæ non ſunt de patrimonio Eccleſię, vt ſupra diximus. Non tamen poteſt infideles compellere ad dimittendos eorum ritus, & ſe conuertendum ad noſtros, & ad noſtram fidem, vt declarat Syl. in ſum. in ver, Papa num. 7. & 8.

109 Quintò infertur, quòd ex quo materia, in qua, Bullę cœnę, eſt Chriſtianus contumax, infantes, & amentes, ſi ipſius diſpoſitioni contraueniant, in excommunicationem non incidunt, quoniã hi cùm careant animi iudicio, non ſunt capaces contumaciæ, correptionis fraternę, reſipiſcentię, & aliorum, quę ad cenſurę ſubiectum requiruntur; & conſequenter non ſunt cenſurarum capaces. Hinc, interdicta Ciuitate eo quòd appellauerit à ſententijs Rom. Pontificis ad futurum generale Concilium contra diſpoſita per canonem 2. dictæ Bullę, infans, quem ſecum defert Pædagogus, non excluditur à Miſſa: quoniam infans non magis cenſetur moraliter preſens Miſſę, quàm brutum. Eadem ratione infas intrans clauſtrum Monialium, non incidit in excommunicationem latam in Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 5. contra intrantes clauſtra, & ſepta Monialium. Nec obſtat tex. in c. 1. & fin. de ſent. excom. in quibus impubes excommuni-
110 catur: quia iura illa loquuntur de impubere doli capace; ſecùs autem ſi doli non eſſet capax: nam tunc, citra omnem cenſuram Monialium clauſtra ingrederetur, & tempore Interdicti, Miſſæ, & alijs Diuinis officijs intereſſe poſſet.

Benè verum eſt, quòd huiuſmodi infantes, & amentes tempore Interdicti in Eccleſia ſepeliri non poſſunt ſecundùm aliquos: quia ſepulturę prohibitio aliam rationem habet, quę non deducitur ab aliqua cognitione prohibitionis eius actus; ſed tantùm ex eo quòd Eccleſia tempore Interdicti nullum corpus, ſeu cadauer admittit;

offi-

officia verò Diuina prohibentur, ne quis ea audiat, aut celebret: quę actio aliquam eius actus cognitionem prærequirit. Ita contra Natar. & alios tenet Couar. & quamplurimi Doctores, quos refert, & sequitur Say. lib. 5. Thes. t. 1. c. 4. num. 21. & 22.

Sed re vera prędicta ratio quoad sepulturam,
115 mihi non probatur: quia infantes aliàs priuarẽ tur Ecclesiastica sepultura propter Interdictum generale personale; quod non admittit Suar de censur. Eccl. disp. 36. sec. 2. n. 8. dum ait: Quòd infantes priuantur sepultura per Interdictũ generale locale, non autem per interdictum generale personale: quia Interdictum personale afficit personas, locum autem ipsum habilem relinquit: & ideo cùm tale Interdictum per se, ac directè non liget has personas, non est cur à loco non interdicto expellantur quoad sepulturam Ecclesiasticam. At verò locale Interdictum afficit locum, & absolutè prohibet in illo fieri Ecclesiasticam sepulturam, qualis erit, etiam si infans, aut demens sepeliatur. Addunt tamen Doctores quòd si infantes, & amentes vt supra, tempore Interdicti generalis personalis sepeliũtur in Ecclesia, tunc orationes, quæ in sepultura fieri solent, ianuis clausis, & summissa voce fieri debent, iuxta ea, quæ habentur in c. Alma mater de sent. excom. in 6.

Cæterùm hæc omnia, quæ de infantibus, &
112 amentibus dicta sunt, limitãtur vera esse in infantibus, qui dolo capaces non sunt, vt diximus: & in amentibus in furore delinquẽtibus: nam si infantes doli sint capaces, & amentes ante furorem crimen cẽsuram habens annexam commiserint, à censura non excusantur, vt latè probat Say. lib. 1. Thes. t. 1. c. 8. n. 2. & 3. vbi n. 4 etiam addit, quòd impubes doli capax, licèt in excom-
113 municationẽ iuris incidat; à Iudice tamen propter contumaciam excommunicari non potest: quia in ea ætate est, vt vim verborum præcepti Iudicis, & ordinem Iudicij percipere non censeatur, ar. tex. in l. t §. impuberes, C. de fal. mon.

Dices, ex prædictis videtur inferri, quòd man-
114 dãs percuti clericum in media nocte, sequuta percussione, non erit excommunicatus: quoniam tunc mandans ipse somno correptus, non esset mentis compos; ergo si amentes excusantur à censura, excusabitur etiam mandans, vt supra dormiens.

Respondetur, quòd mandatum non reuoca-
115 tum perseuerat, tum tẽpore somni, tum etiam tempore furoris, c. maiores, § fin. de Bapt. nimirum si in excommunicationem incidat secuta percussione clerici, etiam tempore, quo mandans dormit. Immo aliqui volunt, quòd sæpè incurritur pœna iuris humani ob effectũ ex culpa enatum, etiam si quando subsequitur, inuo-
116 luntarius, & peccatum non sit, vt colligitur ex tex. in c. si quis, 15. q. 1. vbi habetur, leuiorem pœnitentiam esse imponendam ei, qui insaniens alium occiderit. Vndè si quis spõte sua in ebrietatem, aut dementiam incidat, optans sanus existens, ex tali ebrietate, & amentia clericum percutere, & insuper effectum illum sequuturum prævidens, tunc si in ebrietate, vel amentia sic procurata clericum percutiat, hoc casu volunt aliqui ebrium, & amentem huiusmodi cõtrahere censuram cõtentam in c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. quia totus ille effectus fuit à voluntate & causa præcedenti; esto quòd percussio illa sit effectus peccati, non tamen peccatum. Sic etiam si quis sagittam in clericum iaciat, & mox antequam ad ipsum perueniat, doleat, cùm postea sagitta illa clericus confoditur, ille dolor sagittantem ipsum ab excommunicatione non reddit immunem: nec etiam ab irregularitate, si eũdem clericum interemerit, & tenetur ad omnia damna, quæ ex illo effectu peruenerunt: quoniã pœnæ non tantùm malefactoribus irrogantur ob voluntatis affectum; sed etiam ob externum effectum inde productum. Hinc meritò Ar. lib. 3. Ethic. c. 5. & lib. 2. Polit. c. 10 in fine, ait: Ebrios duplici pœna esse plectendos, tum quia apud homines puniuntur effectus ex peccato profecti; quoniam & si peccata non sint; sunt tamen aliis incommodo: tum etiam, quia aliquando ebrij rationis vsu non omninò, sed ex parte priuãtur. Dixi, quòd sæpè aliquis incidit in pœnas iuris humani ob effectum ex culpa ortum: quoniã hoc non est vniuersaliter verum & quoad culpam aliter videtur dicendum, vt benè declarat Azor. lib. 1 Inst. mor. p. 1. c. 7. q. 1. ver. Quòd si obijcies.

Sextò infertur, quòd cùm materia, in qua, seu
117 subiectum nostræ Bullę sit Christianus contumax, necesse est, ad contrahendas censuras in ea contentas, vt contraueniens sit subditus: nam superior subdito, aut æqualis æquali, contumax propriè esse non potest. Et eò magis, quia, vt supra diximus, censura est actus iurisdictionis: modò iurisdictio exercetur in inferiorem, & subditum, dumtaxat, & non in superiorem, & æqualem: vt in c. cùm inferior, de maior. & obedi. Quocirca si Rom. Pontifex contrauenit dispositioni ipsius Bullæ, non incidit in excommunicationem: quia Rom. Pontifex omnibus præest, & neminem superiorem habet, vt in cap. cuncta per mundum, 9. q. 3. & pro suo territorio, ac Diœcesi habet totum terrarum Orbem, vt inquit Card. in clem. Pastoralis, § illud, n. 4. de re iud. Et tota Christianitas est generalis eiusdẽ Prouincia, vt per Host. in c. tua nobis de offic. ordin. atque adeò nulli contumax esse potest. E contra verò, cùm omnis Christianus sit Rom. Pontifici subditus, omnis Christianus potest esse materia, in qua, & subiectum Bullæ cœnæ: quoniam omnis Christianus rationis compos, est capax contumaciæ & resipiscentiæ. Vndè meritò Bulla ipsa vniuersalem obligat Ecclesiam, vt infra, Deo duce, dicemus. Ex quibus patet, quòd cùm materia, in qua, seu subiectum dictæ Bullæ sit Christianus contumax, consequenter sequitur, quòd sit creatura rationalis, baptizata, viua, & subdita.

Has etiam conditiones exigit subiectum cu-
118 iuscunque censuræ, siue à iure lata sit, siue ab homine: siue à Rom. Pontifice, siue ab alijs inferioribus. Nunquam enim censura fertur, nisi in Christianum subditum, vt latè probat Say. lib. 1. Thes. tom. 1. c. 8. Vndè quamuis respectu Rom. Pontificis, is dicatur subditus, qui est baptizatus, cùm per Baptismum efficiatur de iurisdictione Ecclesiæ, vt supra diximus; nihilominus quoad alios Prælatos Ecclesiasticos, quantumuis supremos, aliter dicendum est; cùm non habeat iurisdictionem vniuersalem in totum Christianum orbem, sicut ipse Romanus Pontifex

habet

habet, ſed eorum iuriſdictio eſt limitata in tali Regno, in tali Prouincia, & in hac, vel illa Diœceſi.

Immo nonnulli ſunt in prædictis locis commorantes, qui ab Ordinarijs loci ſunt exempti, & immediatè ſubiecti ſunt Apoſt. Sedi, nec ab alio, quàm à Rom. Pontifice cenſura ligari poſſunt. Huiuſmodi exemptionis priuilegium ſolet
119 habere Imperatores, Reges, Reginæ, & eorum filij. Et hodie omnes ferè Religioſi ſunt ab Ordinarij Epiſcopi Iur ſdictione exempti, & in ſpeciales filios Sanctæ Rom. Eccleſiæ recepti, vt habetur ex Say. lib. 1. Theſ. to. 1. c. 6. n. 36 & c. 8. n. 7. & lib. 4. c. 2. n. 12. Quocirca excommunicatione lata ab Epiſcopo contra loquentes cum Monialibus, ſi colloquentes ſint Religioſi, vel alij exempti, qui loquerentur cum Monialibus non exemptis non includuntur, etiam ſi in propria Epiſcopi Diœceſi habitent. vt benè docet Tab. in ſua ſum. in ver. excommunicatio, 4. nu. 4. per tex. in c. à nobis, il t. de ſent. excom. Say. in d. c. 6. n. 40. in fine, Graff. lib. 4. ſuarum Deciſ. p. 1. c. 6. n. 2 & lib 2. caſ refer. de alloc. Monial. c. 5. n. 23. vbi etiam ait, quòd quamuis prædicta vera ſint in habentibus plenam exemptionem, vt ſunt ferè omnes Religioſi, qui ſunt exempti ratione quoque delicti commiſſi in loco, etiam non
120 exempto, vt per Nauar. de Regul. t. 2. n. 63. nihilominus non militant in illis exemptis, qui plenam non habent exemptionem: nam ſi loquantur cum Monialibus in loco nõ exempto, ligantur cenſura & pœna ſtatuti, vt eſt tex. & ibi Gemin. Io. Andr. & alij, in c. 1. de priuil. in ſexto. Immo idem Graff. locis citatis quoad Religioſos, & alios, qui ſunt omninò exempti à iuriſdictione Ordinarij, videtur docere, quòd ſi Epiſcopus auctoritate Apoſtolica excommunicationem tulerit contra loquentes cum Monialibus non exemptis, ſub illa excommunicatione comprehẽduntur, etiam plenam exemptionem habentes; atque adeò Religioſi omninò exempti: Ad quod allegat Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap 5. quod incipit: *Bonifacij Octaui*.

Sed re vera ego non video auctoritatem Apoſtolicam in ea re tribui Epiſcopis à Conc. Trid. loco citato. Vndè ſi Epiſcopus ſpecialem non habeat à Sede Apoſtolica auctoritatem contra omnino exemptos quoad moniales non exemptas, non poteſt illos excommunicare. Nã Cõc. Trid. ibi renouãs tex. in c. periculoſo, de ſtat. Regul. in ſexto, auctoritatẽ S. A. tribuit Epiſcopis ſuper monaſterijs monialium exemptis dumtaxat, & ſibi non ſubiectis ad violatam eorum clauſuram reſtituendam, & inuiolatam conſeruandam. Super monaſterijs verò monialium non exemptis, & Ordinario ſubiectis, præcipit Cõcilium, vt Epiſcopi iuriſdictione ordinaria clauſuram prædictam, vbi violata fuerit diligenter reſtitui, & vbi inuiolata eſt, diligenter conſeruari maximè procurent. Vndè cùm Epiſcopi nõ niſi ordinaria iuriſdictione vti poſſint ſuper Monaſterijs Monialium nõ exemptis, & ſibi ſubiectis, nec ſuper eis iuriſdictionem à Sede Apoſt. delegatam vigore Conc. Trid. ſupra citati, habeant: ſed tantùm ſuper exemptis, conſequenter deducitur, eos auctoritate Apoſtolica non poſſe excommunicare, ſuſpendere, aut alijs pœnis afficere Religioſos, & ſimiles omninò exemptos, loquentes cum Monialibus non exemptis, & ſibi ſubiectis.

Benè verum eſt, quòd Religioſi quantumuis
121 priuilegiati, & alij plenam exemptionem habentes, in multis ſunt Ordinario Epiſcopo ſubiecti ratione domicilij, vel habitationis in loco vbi reſident; & quoad aliquos actus illi obedire, & aliquam ſubordinationem ſeruare tenentur. Nam in primis ex Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 15. de Reform. Religioſi indigent approbatione Epiſcopi ad audiendas ſæcularium confeſſiones, iuxta declarationem traditam à Suar. de pœnit. diſp. 28. ſec. 6. n. 4. Nec poſſunt prædicare ſine licentia eiuſdem Epiſcopi, & minus, eo contradicente, etiam in Eccleſijs ſuorum Ordinum, vt in Conc. Trid. ſeſſ. 4 c. 2. & ſeſſ. 24 c. 4. Immo ap-
122 probatio ſemel ab Epiſcopo facta de Regularibus, poteſt ab eo ex iuſta, & rationabili cauſa reuocari, ſicut ſucceſſor ſimpliciter etiam poſſet approbationem à ſuo prædeceſſore reuocare: eò quòd non tenetur ratas habere omnes facultates à prædeceſſore conceſſas. Qua propter poteſt, vt ſuæ conſcientiæ ſatisfaciat ad examen vocare omnes approbatos, & quos idoneos non inuenerit, reprobare, vt benè declarat Suar. loco citato, ſec. 8.

Ex hoc patet, quid dicendum ſit de ſuſpen-
123 ſione ab audiendis confeſſionibus, lata ab Archiepiſcopo Capuano contra Religioſos, & Parochos recuſantes audire publicam caſuum conſcientiæ lectionem. Dicimus enim Locorum Ordinarios non iniuria ſtatuere id potuiſſe, ac poſſe contra Religioſos maximè, nullo prævio examine, approbatos. Nam ſi poteſt approbationes ſemel factas ex iuſta cauſa reuocare, tanto fortiùs eaſdem poteſt ſuſpendere. Etenim rationabilis cauſa eſt ſuſpendendi Religioſos ab audiendis confeſſionibus ſæcularium, cùm lectionem caſuum conſcientiæ nullatenus audire velint: quia poſt approbationem, etiam prævio examine, ſi ſtudio caſuum conſcientiæ non vacent, poſſunt proceſſu temporis ad audiendas confeſſiones ſe reddere minùs idoneos, ar. tex. in c. accepimus, de ætat. & qualit.

Non tamen huiuſmodi ſuſpenſio ab audien-
124 dis cõfeſſionibus dicitur cenſura ſtricto modo ſumpta, de qua in c. quærenti, de verb. ſignific. quoad ipſos Religioſos, ſed eſt ſuſpenſio in larga ſignificatione conſiderata. quæ comprehendit ſub ſe quodcunque impedimentum, aut prohibitionem vſus officij, vel facultatis Eccleſiaſticæ. Vnde ſuſpenſio iſta quoad Religioſos, nihil aliud eſt, niſi approbationis ſemel factæ ad arbitrium Ordinarij ex cauſa reuocatio. Nam Religioſi cùm ſint exempti, non poſſunt cenſura ligari ab Oordinarijs Locorum, vbi degunt, & eò magis, quia iuriſdictionem audiendi confeſſiones ſæcularium non habent ab Epiſcopo; ſed illam habent ex delegatione Rom. Pontificis: ab Epiſcopo verò approbationem ſolùm conſequuntur: quæ approbatio non dat illis iuriſdictionẽ; ſed eſt vltima diſpoſitio quodammodo ad illam, vt habetur ex Suar. de pœnit. diſp. 28. ſec. 6. n. 55.

Dixi ſuſpenſio iſta quoad Religioſos: quoniam non eodem modo eſt dicendum de ſuſpenſione ab audiendis confeſſionibus, lata contra Parochos, & alios Confeſſarios non Regulares, ac Epiſcopo ſubiectos; quia tunc ſuſpenſio huiuſ-

modi

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

modi eſt vera cenſura: eo quòd lata eſt ab habente poteſtatem contra ſuos ſubditos, qui pẽdent ab eo quoad approbationem, & iuriſdictionem. Quocirca ſi aliquis confeſſarius, qui Regularis non ſit, contrauenies in ſuſpenſionem incideriſi ſuſpenſione non obſtante, Sacramẽtum pœnitentiæ adminiſtret, atque adeò confeſſiones audiat, irregularis efficitur; quoniam cenſura ligatus per adminiſtrationem Sacramenti pœnitentiæ, irregularitatem contrahit: ſicut ſi alium Ordinis actum exerceret, vt bene docet Palud. in 4.d. 18.q.4.ver. Quintus effectus: quem refert Say.lib.7 Theſ.tom.1.c.10.nu.8 Nam abſolutio pœnitentis in foro conſcientiæ, ſicut & Miſſæ celebratio, ſiue publicè, ſiue priuatim fiant, actus Ordinis Sacerdotalis ſunt, nec à quouis, qui Sacerdos non eſt fieri poſſunt. Non ſic dicẽdum eſt de Regularibus vt ſupra exemptis; nam cùm dicta ſuſpenſio reſpectu illorum nõ ſit verè cenſura; conſequenter ſi celebrent, aut pœnitentiæ Sacramentum impendant, non obſtante ſuſpenſa vt ſupra eorum approbatione, non efficiũtur irregulares; quia Sacerdoti non habenti iuriſdictionem, & adminiſtranti Sacramentum pœnitentiæ nulla de iure impoſita cenſura reperitur, vt ait Suar de pœnit diſp.33.ſec 7.nu.1.

Sunt præterea Religioſi quãtumuis exempti, ac priuilegiati, & alij plenam exemptionem habentes ſubiecti Epiſcopo loci, ſeu eorum domicilij ex Conc.Trid.ſeſſ.7.c.7.de reform. quotieſcumque degũt extra monaſterium: quoniam in ciuilibus cauſis, mercedum, & miſerabilium perſonarum, coram Epiſcopo loci ordinario conueniri poſſunt, non obſtante exemptionis priuilegio; etiam ſi certum iudicem à S. A. deputatum in partibus habeant.

Dixi quotieſcumque degunt extra Monaſterium: quia Regulares intra clauſtra Monaſterij degentes nullo modo conueniri poſſunt coram Epiſcopo: etiam ſi cauſa ciuilis ſit, mercedum, aut miſerabilium perſonarum; ſed conueniri debent coram eorum competenti iudice: quia Cõcil. Trid. loquitur de Regularibus, extra Monaſterium habitantibus, Vt bene aduertit Nau. de Regul.com.2.n.63.propè finem. Vbi ait reſpondiſſe ſe conſultum, nõ potuiſſe Vicarium cuiuſdam Epiſcopi Neapolitani cognoſcere de quodam cenſu, qui petebatur à quodam conuentu Religioſiſſimi Ordinis Minimorùm Sancti Fráciſci de Paula, habentium exemptionem cum derogatione c.1.de priuil.in ſexto.

Domicilium autem Regularis, in quo eſt citandus, eſt Monaſterium, in quo debet reſidere: vt ait Bal.in l.omnes populi, per illum tex.C.de Epiſc.& cler. Addens idem dicendum eſſe de Abbate: quoniam tam Abbas, quàm Monacus efficiuntur ciues Ciuitatis, in qua ſitum eſt eo Monaſterium.

Bene verũ eſt, quòd licèt Epiſcopus non poſſit ſe intromittere in cauſis Regularium, intra clauſtra Monaſterij degẽtium; ſiue cauſæ ciuiles ſint, ſiue criminales, etiam ſi crimina extra Monaſterium ab eis fuerint commiſſa: tamen, ſi Regulares cum populi ſcandalo extra clauſtra deliquerint, & à ſuis Prælatis non puniantur, ab Epiſcopo monitis, tunc Epiſcopus ipſe poteſt huiuſmodi Regulares pro dictis criminibus caſtigare, vt in Conc.Trid.ſeſſ.25. c. 14. de Regul.

Sunt denique nonnulli alij caſus, in quibus Regulares ſunt Epiſcopo ſubiecti, quos enumerat Mart.de iuriſd.p.4. caſu 182. quorũ primus eſt, vt Epiſcopus tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatus poſſit compellere Regulares ipſos ad reddendam rationem alicuius vltimæ volũtatis, & de mala adminiſtratione eos punire. Secundus caſus eſt, vt Epiſcopus poſſit procedere contra Regulares in omnibus criminibus, quæ ſint depoſitione digna; niſi quoad hoc reperiãtur priuilegiati, vt ſunt Regulares noſtræ Congregationis, & Ordinis Minorũ, de quorum priuilegio tractat R.P.D. Alexander Pellegr. in eõpẽ. noſtr. priuil. ſub titu. Correctio, §. 3. Tertius caſus eſt crimen hæreſis: nam pro huiuſmodi crimine Regulares non poſſunt puniri, niſi ab Epiſcopo, vel Inquiſitore. Quartus caſus eſt quotieſcumque Regulares expulſi ſunt ab eorum Ordine: quoniam ſtatim debent ſe præſentare Epiſcopo, & efficiuntur de illius Iuriſdictione. Quintus caſus eſt, vbi Regularis incidit in excommunicationem, à iure latam: nam tunc Epiſcopus poteſt illum publicè denunciare, vt vitetur. Sextus caſus eſt, vt Epiſcopus in delictis poſſit præfigere terminum Regulari exẽpto, infra quem debeat ſe præſentare ſuo ſuperiori. Septimus caſus eſt, vt quilibet Regularis extra Monaſterium degens, etiam ſui Ordinis prætextu, ſi deliquerit, ab Epiſcopo loci tanquam S. A. delegato poſſit inquiri, corrigi, & puniri, vt ſupra diximus ex Conc.Trid.de reform. ſeſſ. 9.c.3. Ex dictis patet quomodo cauſa materialis, in qua, ſeu ſubiectum Bullæ Cœnæ, ſit homo, baptizatus, contùmax, atque adeò viator, inferior, & ſubditus.

ADDITIO.

a Non vulgaris. Imò in Archiepiſcopali Curia Ciuitatis Neapolis non conceduntur monitoria pro excommunicatione ad finem reuelandi, pro minori ſumma, quàm quinquaginta ducatorum, vt teſtatur Gen. in ſua praxi, c. 1. ſub num.3. vbi etiam ait, aliquando in curia id fuiſſe conceſſum pro minori ſumma, 10. 20. vel 30. aureorum, conſiderata petentis paupertate: quod totum arbitrio Epiſcopi relinquitur. Et hoc verum eſt non ſolùm ſi vnus, vel plures ſimul quantitatem illam ſubtraxerint; verùm etiam ſi plures tale damnum intulerint, licèt non ſimul, ſed ſeparatim, & ſinguli parum acceperint, non continens letalem culpam; etiamſi citrà conſenſum inter ſe, nec inuicem ſe videntes rapiant: nam licèt ſinguli in rapiendo non committant letalem culpam; in retinendo tamen, ſi poſt ſcientiam damni non reſtituant, peccant mortaliter, vt rectè probat ipſe Duard. infra lib.2.cap.4.q.12. conel.2.& 3. à num.7.ad 9 & propterea pro ea quantitate poteſt ferri excommunicatio, & concedi monitoria; etiam quòd in foro exteriori non competat actio, vel li ſententia fori exterioris tranſitum fecerit in rem iudicatam contra actorem; dummodo fuerit iniuſta, vt per Gen. loco cit. n.2.& 3.cum plurib. ſeqq. vbi latè probat, quibus caſibus concedi poſſint monitoria ad finem

reue-

reuelandi, & quibus caſibus ſint deneganda: an, & quando Principalis, & alij teneantur, vel nun teneantur reuelare: & quomodo hæc omnia ſeruentur in praxi. D. Cæſar.

b Fœmininum. Non tamen è contra fœmininum concipit maſculinum, vt in l. ſi ita ſcriptum, ff. de legat. 2. & propterea ſi ſtatuto caueatur, vt fornicariæ non habitent in locis honeſtis, tale ſtatutum non extenditur ad fornicarios. Imò regula illa, Maſculinum concipit fœmininum, non eſt vniuerſaliter vera; etenim regulariter tunc maſculinum concipit fœmininum, quando maſculinum profertur à lege, vt patet ex iuribus ab ipſo Duardo allatis: quibus adde tex. in c. quia in inſulis de Regular. vbi prohibitio, ne quis profeſſionem emittat ante 18. annum in inſulis, extenditur ad fœminas. Et diſpoſitio facta de Mendicantibus, ne poſſint tranſire ad alias Religiones, extenditur etiam ad Monales mendicantes, vt latè habetur per addentes à Panor. in c. ſignificauit, de reſcript. Idem dicendum eſt ſi Maſculinum proferatur à ſtatuto, vt per Iaſ. in l. ſi quis id, quod, ff. de iuriſd. omn. iudic. Vndè ſi ſtatuto caueatur, vt nullus incedat de nocte ſine lumine; hoc ſtatutum non tantùm maſculos, ſed etiam fœminas contrauenientes alligat, vt per Bart. in l. iura, in fin. ff. de legib. Et ſtatutum puniens violentias cum armis, comprehendit pariter fœminas, Bald. in l. ſi conſtante, §. fin. ff. de ſolut. matr. Eſt tamen verùm, quod Archid. in c. ſi quis ſuadente Diabolo, 17. q. 4. licèt putet id ſimpliciter verum in ſtatutis Eccleſiaſticis; ſiue ſin eis agatur de odio, ſiue de re ſauorabili; id tamen limitat in ſtatutis ſæcularium odioſis. Hinc ait, quòd ſi ſtatuto ſæcularium caueatur, vt mater non ſuccedat filio, non prohibetur ſuccedere filię. Non ſic ſtatuta Eccleſiaſticorum; ſi quidem hæc cum magna conſideratione conduntur; & propterea in eis indiſtincte maſculinum concipit fœminum. hæc eadem Regula ampliatur, vbi maſculinum profertur à priuilegio: Vndè ſub priuilegio legitimandi ſpurios comprehenditur etiam priuilegium legitimandi ſpurias, vt per Iaſ. in d. l. ſi quis id quod, n. 8. ff. de iuriſd. omn. iudic.

Hanc eamdem regulam pluribus alijs modis ampliat Iaſ. loco citato, & Archid. in d. c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. & multipliciter limitant: & inter alios limitant non procedere in diſpoſitione facta a lege, vel ſtatuto, quæ nun poteſt conuenire vtrique ſexui. Vndè fœminę, quia de iure non ſuccedunt in feudis, inueſtitura facta proſe, & filijs, non extenditur ad filias, vt in c. 1. de ſucceſſ. feud. niſi de eis ſit facta expreſſa mentio, vel adſit conſuetudo in aliquo loco concedendi feudum tàm maſculis, quàm fœminis, vt habetur ex Panor. & ex alijs ad ipſum additis, in c. ſignificauit, de reſcript. Sic etiam diſpoſitio facta de Abbatibus, vt poſſint conferre Ordines minores, non extenditur ad Abbatiſſas; quoniam hæc diſpoſitio non conuenit vtrique ſexui. Item regulam prædictam limitant, quando maſculinum profertur à ſtatuto, vel lege in odioſis, & odium eſt irrationabile, vt in l. quiſquis, §. ad filias, C. ad l. Iul. Maieſt. vbi ſi pro crimine læſæ Maieſtatis quis factus ſit rebellis ipſe, & ſui; ſub ly (ſui) non veniunt fœminæ. Eadem ratione ſi pro delicto Patris lege, aut ſtatuto caueatur, vt puniantur ſui deſcendentes non comprehenduntur filiæ. Et ſi ex forma ſtatuti filij bannitorum non poſſunt habitare in Ciuitate, ſub eo non continentur fœminæ, vt per Bald. in l. quicunque, C. de ſeru. fugit. latè Iaſ. in d. l. ſi quis id quod, ſub n. 16. Præterea regulam ipſam limitant, vbi maſculinum profertur ab homine in odioſis, etiamſi odium non ſit irrationabile; quia tunc maſculinum non concipit fœmininum. Hinc exhæreditatio facta de filijs, non extenditur ad filias, l. 1. §. quare, ff. de ventr. in poſſeſſ. mitten. Dixi (in odioſis) quia in fauorabilibus maſculinum concipit fœmininum, etiam ſi proferatur ab homine. Vndè ſi teſtator tutorem filijs in teſtamento dederit, cenſetur etiam filiabus tutorem dediſſe, l. ſi ita ſcriptum, ff. de legat. 2. Et qui duos mulos legauit, nen habens niſi duas mulas, cenſetur mulas ipſas legaſſe, l. qui duos, ff. de legat. 1. Denique hanc regulam limitant in contractibus, maximè ſi ſint ſtricti iuris: ſiquidem in ijs maſculinum non concipit fœmininum; nam in contractibus verba ſunt ſtrictè interpretanda, vt in l. quidquid aſtringendæ, ff. de verb. obligat. Hinc eſt, quòd ſi Emphyteuſis concedatur pro ſe, & filijs, non extenditur ad filias; quia contractus huiuſmodi eſt ſtricti iuris. Quod verum eſt, niſi expreſsè fœminæ comprehendantur, aut adſit conſuetudo in contrarium, vt per Iaſ. loco citato, vbi quamplurimas alias limitationes affert, & Euerard. cum alijs quos allegat in loc. com. iur. loco, Ab vſitat. ſeu ſolit. 10. Vinc.

De cauſa formali Bullæ in cœna Domini. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Forma dicitur, quæ dat eſſe rei.*
2 *Actus humani in tantum dicuntur morales, in quantum pendent à voluntate hominis.*
3 *Bulla cœnæ conſtituitur in ſuo eſſe per ſcripturam, & bullam plumbeam cum alijs, vt infra.*
4 *Bulla, & Breue, quomodo differant.*
5 *Bulla cœnæ, niſi in ſcriptis ſint, & bulla plumbea in ſcriptura appendatur, non poteſt ſortiri nomen Bullæ.*
6 *Index cenſuras ferens oretenus, & non in ſcriptis, ipſo facto eſt ſuſpenſus per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ;*
7 *Cenſura licèt ore feratur dumtaxat; eſt tamen valida.*
8 *Regularis Prælatus oretenus tantùm ferens cenſuram, non ob id eſt ſuſpenſus.*
9 *Regulares Prælati in ferendis cenſuris non tenentur ſeruare iuris ordinem ſicut alij Prælati ſæculares.*
10 *Bulla cœnæ exigit ad ſui conſtitutionem, vt legatur, & publicetur in die cœnæ Domini.*
11 *Bulla cœnæ dicereturtalis, etiam ſi non legatur in die cœnæ Domini, ſed illa die affigeretur in valuis Sancti Petri Romæ.*
12 *Excommunicatio in ſcriptis redacta non exigit ad eius eſſentiam, vt ore memoriter proferatur.*

1 PRo huius rei explicatione eſt annot. quòd ſicut forma in naturalibus dicitur illa, quæ dat eſſe rei, vt per Ariſt. 2. phy. tex. 81. ita in moralibus cauſa formalis dici poteſt, quæ dat eſſe mo-,

morale humanis actibus. Quocirca cauſim formalem Bullæ Cœnæ, illam dicere poſſumus, quę
4 dat illi eſſe, ſeu ſecundùm quam in ſuo eſſe conſtituitur.

Conſtituitur autem in ſuo eſſe Bulla Cœnæ
2 primò per voluntatem Rom. Pontificis: nam cum Bulla ipſa ſit actus humanus, actus humani in tantùm dicuntur humani, ſeu morales, in quantum pendent à voluntate hominis, vt aliàs diximus.

Secundò Bulla Cœnæ conſtituitur in ſuo eſſe
3 per ſcripturam, & Bullam plumbeam, ſine quibus Bullæ nomen ſortiri non poteſt. Nam literarum Apoſtolicarum, licèt plures ſint ſpecies; tamen quoad rem noſtram attinet, litterę Apoſtolicę ſunt in duplici differẽtia: quædam enim
4 dicuntur Breuia, quæ ex ipſa ſcribendi forma; eo quòd in forma breui ſcribi conſueuerunt, tali nomine nuncupantur; vndè Breue dicitur compendioſa ſcriptura, l. inter, C. de conuen. Fiſc. debit, lib. 10. & quędam literæ Apoſtol. appellantur Bullæ, quæ à Bulla plumbea, illis appenſa, Bullę nomen acceperunt. Et huiuſmodi literæ tunc dicũtur expeditę, quando ſunt plũbatæ, ita vt ante appoſitum plumbũ, Bullæ dici non poſſint. Ita Lud. Gomeſ. in Regul. vtriuſque ſign. comp. circa medium, & Say. in explicat. præſentis Bullæ lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 3. nu. 4.

Ex hoc infertur, quod Bulla Cœnę, cum ſint
5 eſſentialiter literæ, licèt non ſit de eſſentia cenſurarum, vt in ſcriptis ferantur; debent tamen cẽ ſurę, in Bulla Cœnæ contentæ, ex quibus ipſa cõſtat, inſcriptis redigi, aliàs Bullæ nomen ſortiri non poteſt. Beneuerum eſt, quòd licèt aliæ cenſuræ prohibeantur oretenus ferri, vt eſt tex. in c.
6 1. de ſent. excom. in ſexto, adeò quòd iudex oretenus, & non in ſcriptis cenſuras ferens, ipſo facto per menſem ſuſpenditur ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſi infra dictum tempus celebrat, efficitur irregularis; cum quo ſolus Papa diſpenſare poteſt, vt ait Abb. in c. ſicut. de ſent. & re iud. & Suar. de cenſu. liſp. 3. ſec 13. nihilominus ſi cenſuræ fuerint ore prolatæ, ligant contrauenientes
7 & ſuum ſortiuntur effectum, vt bene docet Glo. in d. c. ſicut. in ver. Cauſam: & alij Doct. quos refert, & ſequitur Say. lib. 1. Theſ. t. c. 13. n. 2. quia Rom. Pontifex noluit illam formam præſcribere, vt eſſentialem, ſed ſolùm vt neceſſariam ex præcepto ipſi Iudici facto, vt habetur ex Doctoribus ſupra citatis. Et eo maximè, cùm cenſura fertur à S. Pontifice, qui eſt ſupra omne ius poſitiuum, vt in c. peruenit, de conceſ. præben. c. nemo iudicabit. 9. q. 3.

Et quod dixi de Rom. Pontifice quoad excom
8 municationem, ore tantùm prolatam, idem dicendum eſt de Prælato Regulari: nam Prælatus Regularis ſi oretenus, & non in ſcriptis excommunicauerit ſibi ſubditum, excommunicatio non modò valida eſt: ſed etiam excuſatur à pœnis contentis in d. c. 1. de ſent. excom. in 6. quoniam in huiuſmodi Prælatis non ſeruatur iuris ordo, ſicut in ſæcularibus, vt probat Lap. alleg. 73. n. 4. Fel. in c. Sacro. n. 7. de ſent. excom. quos refert, & ſequitur Tolet. lib. 1. ſuę ſum. c. 9. maximè quando Prælati vigore ſtatutorum proprij Ordinis, vel approbatæ conſuetudnis, aut vbi periculum eſt in mora, cenſuras pronunciant. Quod militat in omnibus, qui ſub prædicta forma dictas cenſuras proferunt, vt probat Syl. in ſum. in ver. Excommunicatio, 1. n. 14.

Eſt denique de forma Bullæ cœnæ Domini, vt
10 pro mulgetur, & legatur in die cœnæ Domini. Nam hæc Bulla continet proceſſum Papæ, quo die Iouis ſancta excommunicat varium peccantium genus. Vndè ſi alia die Bulla feratur, Bullę nomen retinere quidem poteſt; ſed Bulla cœnæ Domini non dicetur. Benè verum eſt, quòd ſi
11 Bulla ipſa non legatur, ſed in die cœnæ affigatur in valuis S. Petri Romæ, arbitror, quòd tunc Bullę cœnæ nomen adhuc fortiretur: nam habet omnia requiſita, cùm ſint literæ Apoſtolicæ, bullatæ, & publicatæ die cœnæ Domini. Et eò
12 magis, quia excommunicatio in ſcriptis redacta non exigit ad eius validitatem, vt ore proferatur, quamuis in tex. in d. c. 1. de ſent. excom. in ſexto, id præcipiatur, vt habetur ex Suar. de cenſur. Eccl. diſ. 3 ſec. 13. n. 8. & ſec. 14. n. 3. Inn. in c. 1. de poſt. Prælat. & facit tex. in c. cauſim quæ, de dol. & cõtum. maximè ſi in Bulla dicetur, quòd ſufficiat affixio in valuis S. Petri, vt benè notat Say lib. 1. Theſ. to. 1. c. vlt. nu. 33. Hæc breuiter ſufficiant de cauſa formali Bullæ cœnę: nam ea, quæ pertinent ad cauſim formalem excommunicationis, & aliarum cenſurarum, latè tractat Suar. de cenſ. diſp. 3. ſec. 2. Say. lib. 1. Theſ. 1. c. 11. & alij, quos ipſi allegant.

ADDITIO.

4 Eſſe. Et ſic in moralibus forma dicitur, quæ dat eſſe morale actui morali; cuius forma eſt deliberata voluntas: ſiquidem homo in tantùm dicitur moraliter operari, in quantum actus ipſius à deliberata voluntate procedunt; quòd ſi à voluntate non proueniant, qualis eſt dormiẽtis percuſſio; actus hominis dici poſſunt, non autem morales, vt habetur ex D. Thom. 1. 2 q. 1. in corp. Adeò forma dat eſſe rei in moralibus, vt actus actentatus contra eiuſdem formam ſubſtantialem, ſit ipſo iure nullus; etiam ſi ex neceſſitate ſeruari nequeat, vt habetur ex Panor. in c. debitum, num 2. de Baptiſ Imò forma debet ſeruari ad vnguem, ac ſpecificè, & non per æquipollens: & propterea quando ſtatutum exigit trinam monitionem, non ſufficit vna citatio peremptoria. Bald. in l. ceſſante, col. vlt. C. quom. & qoand. Iudex. Eò quòd forma tradita à ſtatuto, aut lege, ſi non ſeruetur, actus redditur nullus ipſo iure; etiam ſi lex, & ſtatutum non procedat vlterius annullando actum, vt habetur ex eodem Bald. in l. non dubium, in 2. & antepen. col. C. de legib. & in l. certa, C. quando prou. non eſt neceſſ. ac Salyc. in l. ſtatutis, C. de ſent. ex breuil. recit. Forma autem dicitur tradita à lege, vel ſtatuto, quando requiritur fieri ante actum, vel in ipſo actu, vt in auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſanc. Eccleſ & in l. cùm hi, §. ſi Prætor, ff. de tranſact Gloſ. in c. dudum, de teſtam. Paul. de Caſtr. conſ. 71. & latè Addent. ad Panor. in c. cùm poſt, ſub n. 1. de elect. vbi etiam dicunt, quòd id, quod poteſt ex interuallo interuenire ad actum, non dicitur requiri pro forma, vt per Bart. poſt Gloſ in l. vniuerſa, C. de precib. Imper. offer & Alexan. in l. 1. ff. de liber. & poſthum. Ampliatur, vt

for-

forma data à lege, vel ſtatuto, ſeruari debeat, etiam à ruſtico, muliere, ac minore, vt per Bartolum in l. iuris, C. qui admit. ad bonorum poſſeſ. & Addent. ad Panormitan. in dicto capit. cùm poſt, vbi idem dicendum eſſe volunt de forma in priuilegio: nam ex illius defectu, res caret priuilegio: & defectus formæ arguit falſitatem litterarum Apoſtolicarum, ſpecul. in titul. de reſcript. præſent. §. 4. in principio. Vndè ex his infertur, quòd electio attentata contra formam ſubſtantialem ipſius eſt ipſo iure nulla, vt contra Hoſtienſem, dicentem eſſe annullandam, docet Panormitanus in dicto capit. cùm poſt, de elect. Pro qua ſententia allegat Ioannem Andream: & hanc dicit eſſe communem: ſiquidem actus forma non ſeruata, habetur pro infecto, vt per Cardin. in Clementin. 1. §. 1. quæſtione 10. de rebus Eccleſ. non alienand. Et ob id ait, quòd forma non ſeruata infringit alienationem rei Eccleſiæ: quia defectus formæ ſemper inducit nullitatem actus, vt habetur ex Panormitano in capit. nulli, ſub num. 7. eodem titulo. Et eadem ratione defectus formæ annullat diſtractionem rei Vniuerſitatis, Alexander conſil. primo, volum. 4. quæ tamen quomodo vera ſint latè explicat Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum, num 1. & Addentes ad ipſum, littera A. de conſtitut. Ampliatur præterea eadem concluſio, vt locum ſibi vendicet, etiam in Sacramentis, quia ſi in eis omittatur forma, nihil fit, vt per Gloſam in capit. qui perfectionem, 1. quæſtione 1. ſiquidem forma illis quoque dat eſſe, Innocent. in rubric. de conſecration. Eccleſ. vel Altar. Ampliatur denique, vt vbi forma certa datur, paria ſint aliquid facere contra, præter, vel citra formam, Panormitan. in capit. ſuper quæſtionem, §. verum, num. 4. de officio delegat. Et quamuis in hac re quidam diſtinguant de forma præſcripta à lege, vel ab homine, vt patet ex iis, quæ habentur ex Cardin. Clementin. 1. quæſtion. 30. de decim. Innocen. in capit. cùm dilectus, de reſcript. Alexand. in l. cùm lex, ff. de fid. inſtrument. & ex alijs, quos refert, ſed non ſequitur Panormitanus in cap. cùm olim, ſub num. 6. de arbitr. Nihilominus verior eſt opinio eorum, qui dicunt, verum eſſe, quod diximus, vbi forma ſit data alicui, non habenti poteſtatem faciendi ſine forma, & ita procedit dictum Panormit. loco citato: ſecus autem, ſi tradita ſit forma habenti poteſtatem faciendi ſine forma, vt per Gloſ. in Clementin. 1. vbi Cardin. q. 7. de iur. patronat. & Addent. ad Panor. in d. cap. ſuper quæſtionem, §. verum, num. 4.

Limitantur autem hæc, quæ diximus de forma, vt det eſſe rei, quæ ſi non ſeruetur in moralibus, actus efficitur ipſo iure nullus, vt vera ſint de forma ſubſtantiali: hæc enim dat eſſe rei: ſecus autem dicendum eſt de forma accidentali; quoniam iſta poteſt eſſe, & abeſſe, præter ſubiecti corruptionem, vt per Gloſ. in l. pacta conuencta, ff. de contrahen. empt. Gemin. in cap. vt citra, §. 1. num. 13. de elect. in ſexto. Et quo ad formam traditam in conſtitutione cenſus conſignatiui per Pium V. extat Deciſ. Rotæ, 116. poſt Cenc. tractat. de cenſib. impreſſa, in illa Bononien. cenſus, vigeſimaſexta Iunij 1600. coram Cardinali Pamphilio: & deciſ. 146. à num. 1. vſque ad 9. poſt eiuſdem Cenc. tractat. in vna nullius, ſeu Milliuicenſis cenſus, 26. Maij, 1614. coram Reuerendiſſimo Domino Coccino Decano. In dubio autem forma data à lege, vel ſtatuto præſumitur ſubſtantialis, ita vt omiſſa, vitiet actum, vt per Baldum in l. 1. C. vt in poſſeſſ. & in l. ſi tutor, C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. Ioan. Vincent.

De cauſa finali Bullæ in Cœna Domini. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ agentes non temerè, & caſu agunt, ſed omne agens agit propter finem.*
2 *Agens dupliciter agit propter finem.*
3 *Cauſa finalis Bullæ cœnæ eſt multiplex.*
4 *Cenſura non debet ferri in eum, quem Iudex nouit à contumacia non receſſurum.*
6 *Cenſuram latam contra aliquem, quantumuis iuſtè, ſi Iudex nouerit eos non proficere, ſi citra ſcandalum fieri poteſt, debet eundem abſoluere.*
7 *Cenſura lata contra aliquem perſeuerantem in contumacia, non per hoc deſinit eſſe medicina.*
8 *Membrum putridum reſecandum eſt, ne totum corpus putreſcat.*

1 PRO determinatione huius quæſtionis eſt annotan. quòd cauſæ per ſe agentes non temerè, ac caſu agunt, cum omne agens agat propter finem, vt rectè docet Ariſtoteles ſecundo phyſic. cap. 3. vndè præter cauſam efficientem, materialem, & formalem, meritò, ſicut quartam cauſam dicunt Philoſophi dari in naturalibus, quæ dicitur finalis; ita & hanc eandem dari dicimus in hac morali noſtra tractatione. Quæ quidem cauſa finalis, vt finalis cognita eſt à cauſa efficienti noſtræ Bullæ. Nam dupliciter contingit, vt aliquis propter finem agat. 2 Vno modo ſine finis cognitione, ſed ſolùm in finem, ab alio agente directum cum illius cognitione, quo pacto ſagitta emiſſa à ſagittario ad occidendam feram aliquam, dicitur moueri propter finem, non quòd eum ſagitta cognoſcat, ſed ſagittarius, à quo in finem, ideſt ad occidendam feram, dirigitur: & in hoc ſenſu vniuerſalis eſt Ariſtotelis maxima, loco ſupra citato: quòd omne agens agit propter finem: ſeu naturam omnem propter finem agere: quia à Deo eam in finem referente, dirigitur. Altero

modo aliquid agit propter finem, ex eo quòd agit cum cognitione finis. Et hoc rursus bifariam contingere potest, primò cùm quis agit cum cognitione rei, quæ est finis, non tamen cũ cognitione finis, vt finis est: secundò cùm aliquis agit cum cognitione finis, quatenus finis est, id est, quatenus est id, cuius gratia aliquid fit. Primo modo bruta dicuntur agere propter finem: nam dum potum, ac cibum sumunt, fame, ac siti compulsa, sitim, ac famem sensu percipiunt, sicut cibum, & potum, quorum desiderio mouentur, non tamen agunt propter finem, vt finis est: quoniam non cognoscunt respectum, & ordinem, quo id, quod est ad finem, tanquam idoneum, & aptum ad eum assequendum refertur. Solus igitur hominis est propter finem moueri, & agere cum cognitione nõ solùm rei, quę est finis; sed etiam finis, quatenus finis est: quia cognoscit, & adhibet ea, quæ sunt ad finem vtilia ad illum essequendũ, vt bene declarat Azor. lib. 1. Inst. moral. p. 1. c. 1. q. 4. Est igitur causa finalis Bullæ cœnæ edite à Romano Pontifice, cognita ab eo, vt causa finalis est.

Hæc autem causa finalis est multiplex: nam
3 prima est, vt vnitas, puritas, & integritas fidei ca-
4 tholicæ, & Religionis Christianæ retineatur, & conseruetur: quem finem respicit canon primus ipsius Bullæ, qui contra Hæreticos fuit editus, ac contra Apostatas, & Scismaticos. Secunda causa finalis est publicæ pacis, ac iustitiæ conseruatio: quæ cùm variis modis violari possit, per 18. canones in Bulla contentos defenditur, ac protegitur, vt patet ex proœm. eiusdem Bullę, & ibi Say. Tertia causa est, vt acerbiori pœna quã antea pro culpis in Bulla damnatis fideles exteriti, ab eisdem abstinerent, vt per Tol. in expl. d. Bullæ in prin. in ver. Primò Bullam. Quarta est illa, quæ communis est omnibus censuris, nempè, vt Christi fideles Ecclesiæ obtemperando, Deum in hac vita colant, & eodem in cœlis Beati perfruantur. ar. tex. in c. audi, 11. q. 3. & c. sed illud d. 45. Quinta quæ similiter omnibus
5 censuris communis est, dicitur, vt hominum contumacia refrenata, ipsorum animæ saluentur, cùm censura dicatur medicina, cap. 1. de
4 sent. excom. in sexto, vndè ferentes censuras, debent illas referre ad spiritalem profectum eorum, contra quos ferunt. Quocirca non debet
5 Iudex excommunicationis sententiam in eum ferre, quem nouit, aut verisimiliter opinatur à
6 contumacia non recessurum. Immo si postquã excommunicationis sententiam, aut aliam censuram Iudex in aliquem tulerit, & nouerit censuram ipsam, etiam iustè latam ipsi non profututam, sed potius ex inde cor indurandum magis, ac magis suspicetur, illam si discretè, & citra
7 scandalum fieri potest, tollere debet, eumque etiam, durante contumacia, absoluere, ad instar optimi medici, qui si viderit medicinam infirmo non prodesse, eam omnino subtrahit. Ita Pauor in c. ab excommunicato, nu. 20. de rescr. & alij, quos refert, & sequitur Sayr. lib. 1. Thes. tom. 1. c. 8. nu. 3. in fine. Quòd si discretè, & sine scandalo, id fieri non possit, & excommunicatus se rebellem, & contumacem exhibuerit, licèt tunc excommunicatio letalis illi dicatur esse, & non medicinalis; alijs tamen Ecclesiæ membris medicina dicitur, dum eius exemplo, & pœna à
8 peccando desistunt, & corripiuntur. Resecandum est enim membrum putridum, ne totum corpus putrescat, vt in c. resecandæ, & c. corripiantur, 24. q. 3.

ADDITIO.

a Retineatur. Causa finalis huius Bullæ deducitur ex eiusdem proœmio, vt patet in illis verbis, *Vnitate, atque integritate retinenda, & conseruanda, &c.* Siquidem narrata in proœmio, tanquam causa finalis considerantur, Bart. in l. fin. ff. de hęred. instit. Bal. in l. vt liberis, C. de collat. Gozad. cons. 1. col. 3. latè Cassan. in proœm. Constit. Burgund. vers. Istud est proœmium. Ex proœmio enim mens disponentis declaratur, l. fin. ff. de hæred. instituit. l. regula, §. fin. ff. de iur. & fact. ignor. l. Titia, §. idem respondit, ff. de verb. obligat. Bart. & Bald. in l. cùm hi, in princ. & §. eam, ff. de transact. Vndè causa finalis præsentis Bullæ est spiritualis, & propterea Bulla ipsa ligat vniuersalem Ecclesiam, etiam Ciuitates, & Regna, quæ non sunt de patrimonio Ecclesiæ: quod tamen quomodo verum sit, infrà declarat Duard. ipse, cap. 3. q. 6. eod. lib. Io. Vinc.

b Recessurum. Excommunicatio dicitur medicina non solùm propter excommunicatum, vt conuertatur; verùm etiam, vt alij de Communitate terreantur, vt rectè docet Couar. in in initio relect. cap. Alma Mater, de sent. excommunic. in 6. vndè Episcopum posse excommunicare illum, cui excommunicationem scit non profuturam, vt alios terreat; nisi excommunicatus efficeretur deterior, probat Abb. in cap. ab excommunicato, de rescript. & Felyn. in cap. ad Apostolicę, de except. Et hoc ideò, quoniam expedit Reipublicæ aliorum delicta nota esse, l. eum, qui nocentem, ff. de iniur. Imò quamuis regulariter excommunicatus petens absolutionem, & offerens satisfacere, statim sit absoluendus propter mala, quæ secum affert excommunicatio, vt per Glos. communiter receptam, in cap. qua fronte, de appellat. nihilominus dantur casus, in quibus absolutio potest differri, etiamsi præcedat satisfactio, nempè quando aliquis est absoluendus coram hominum multitudine, vt magis confundatur, si commiserit grauc delictum, quale est sacrilegium, vt diutius confusus existat; aut si multum deliquit, maximè in contemptum Ecclesię, vt per Glos. in cap. si quis autem, dist. 18. & latè Genuens. in sua praxi, cap. 23. num. 1. 2. & 3. vbi etiam testatur, pluries fuisse in Archiepiscopali Curia Neap affixos cædulones contra aliquos temerarios, non obstante, quòd petierint absolui, antequam affigerentur, vt ipsi maiori afficerentur confusione, abstinerent in futurum, & alij terrerentur: & id fieri posse pluribus comprobat; quamuis Addentes ad ipsum Genuens. loco citato, sub num. 24. eiusdem sententiam multipliciter limitent. D. Cæsar.

De cau-

De cauſis excuſantibus à cenſuris, in Bulla Cœnæ contentis. Caput Secundum.

TRactauimus ſuperiori capite de cauſis, Bullam Cœnæ conſtituentibus; ſequitur modò videndum de cauſis, ab eiuſdem cenſuris excuſantibus: Et quoniam de multis poteſt eſſe controuerſia, ideò circo de his omnibus per ſequentes quæſtiones duximus, Deo duce diſcutiendum.

An vis excuſet à cenſuris, in Bulla Cœnæ contentis. Q. I.

SVMMARIVM.

1 *Vis dupliciter infertur; ab intrinſeco ſcilicet, & ab extrinſeco.*
2 *Voluntas dicitur trahi precibus, ac ſuaſionibus; non tamen cogi.*
3 *Contrauenies Bullæ cœnæ per vim intrinſecè illatam, non excuſatur à cenſuris in ea contentis, ſicut per eandem vim contrauenies legi, non excuſatur à pœnis ſtatutis à lege.*
4 *Contrauenies Bullæ cœnæ per vim, ab extrinſeco ſibi illatam, quam poterat propulſare, non excuſatur à cenſuris, quæ in ea continentur.*
5 *Tacitè, & expreſſi eadem eſt virtus.*
6 *Fauere dicitur, qui cùm poſſit, manifeſto facinori deſinit obuiare.*
7 *Agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur.*
8 *Contrauenies Bullæ cœnæ per vim, ab extrinſeco ſibi illatam, & eiu reſiſtere non potuit, excuſatur à cenſuris in ea contentis.*

1 PRO determinatione huius quæſtionis eſt annot. quòd uis alicui dupliciter poteſt inferri. Vno modo intrinſecè: cùm magnis precibus, ac perſuaſionibus flectitur voluntas eius ad aliquid volendum aut nolendum. Quo caſu volũtas vulgò dicitur trahi, non quòd inuita cogatur nam ſi volutas compelli poſſit inuita, eo ipſo
2 vellet, & non vellet: quod implicat. Si enim cogitur, ergo inuita vult: ſi vult, eo ipſo quòd inuita vult, non vult: quia cogitur, vt velit; & ſic voluntas ſimul vellet & nollet. Dicitur autem voluntas ſupraſcripto caſu compelli, non quòd verè cogatur, ſed quia alioquin voluntas nollet, niſi preces, ac ſuaſiones huiuſmodi adhibitæ fuiſſent. Secundo modo contingit vim alicui ab extrinſeco inferri. Et id quoque dupliciter euenire poteſt. Primò, quando quis per vim, & nolens cogitur agere, vel non agere, non tamen per corporis facultates; cùm poſſit, repugnat, vt patet in virgine, quæ per vim, & nolens ſtupratur, non tamen clamat, nec ſe defendit, cùm commodè poſſit. Altero modo vis ab extrinſeco inferri dicitur quando contra voluntatem noſtram facultates, & membra noſtra ad aliquid feruntur, & illata vi pertrahuntur, aut cũ aliquis, ligatis manibus, ac pedibus, inuitus ad locum aliquem defertur: quæ vis dicitur maioris rei impetus, qui repelli non poteſt, vt in. l. 2. ff. de eo quòd met. cauſa. His adnotatis, ſit.

Prima Concluſio.

3 COntrauieniens Bullæ Cœnæ per vim, intrinſecè illatam, non excuſatur à cenſuris in ea contentis. Probatur, quia cõtrauentio huiuſmodi, eſt voluntaria ſimpliciter, inuoluntaria verò ſecundum quid: ex quo trahitur tantũ voluntas, non tamẽ cogitur, per ea, quæ dicit Arist. 3. Eth. & D. Tom. 1. 2. q. 6. Vnde ſi quis precibus, ac ſuaſionibus quantumuis magnis, induceretur ad deferendum arma, & alia vſui bellico Idolea ad Turcas, & ad alios Chriſtiani nominis inimicos, proculdubio incideret in excommunicationẽ contentam in. 7. can. noſtræ Bullæ: quia licèt huiuſmodi contrauenientis voluntas ad deferendum prædicta, tracta fuerit precibus, ac ſuaſionibus, non tamen inuita dicitur compulſa.

Secunda Concluſio.

4 COntrauenies Bullæ Cœnæ per vim ab extrinſecò ſibi illatam, non tamen corporis facultatibus reſiſtens cùm poſſit, tũc, eſto, quòd inuitus contrauenerit, incidit tamen in cenſuras in Bulla contentas. Probatur, quia dũ vim vt ſupra ſibi illatam corporis facultatibus non reſtitit potens, cenſetur contrauentioni illam per vim vtſupra factam tacitè voluiſſe: modò tacitè, & expreſſi eadem eſt virtus, l. cum quid. ff. ſi cert. pet. Confirmatur, quoniam licèt non concurrat tacita voluntas; eſt tamen in culpa, quia cùm poſſet vim ui repellere & uitare actum malum,
5 non fecit, ſicut dicimus de uirgine, quæ dum violaretur, potens clamore ſaltem repugnare, non repugnauit; tunc non ſatis eſt ad euitãdum peccatum mortale ſi voluntate contrãdicat; nam tenetur hoc caſu, etiam corporis facultatibus, ſi poteſt reſiſtere vt benè docet Azor. lib. 1. Inſt. moral. p. 1 c. 9. q. 3.

Ex hoc infertur, quòd ſi quis arripiens gladiũ de manu alicuius, Epiſcopum percuſſerit cõtra-
6 can. 11. noſtræ Bullæ, ſi is, in cuius manu erat gladius poterat reſiſtere, & non reſtitit, & paſſus eſt illum de manu ſua eripi, ſciens arripientem gladio percuſſurum dictum Epiſcopum, non modo vulnerans excommunicationis vinculo alligatur, ſed etiam is, de cuius manu fuit ſublatus gladius: quoniam in dicta clauſula non modò excommunicantur uulnerantes, interficientes, &c. ſed etiam fauorem præſtantes. At fauere eo caſu is dicitur, qui cùm poſſit, manifeſto ſaci nori definit obuiare. tex. eſt notabilis in c. quantæ de ſent. excom. vbi ſic ait Inn. 3. *Quantæ præſumptionis, & temeritatis exiſtat in Rectores Eccleſiarum inuicere violentas & infrà. Ne autem ſolos huiuſmodi violentiæ authores aliquorum præſumptio exiſtimet*
7 *puniendos; facientes, & conſentientes pari pœna plectendos catholica condemnat authoritas. Eos delinquentibus fauere interpretamur, qui cùm poſſint, manifeſto facinori deſinunt obuiare.* Et licèt glo. reſtringat rex. illum ad eos, qui ex officio teneantur aliquem defendere; tamen Abb. & nonnulli Mi. ibi, intelligunt dictum tex. ſine vlla limitatione.

Tertia Concluſio.

8 CONtrauenientes Bullæ Cœnæ per vim ab extrinſeco ipſis illatã, ita vt vim inferẽti reſiſtere nullo modo poſſint, ſicut excuſantur à peccato, ita etiam excuſantur à cenſuris, in ipſa Bulla contentis. Probatur, quia iſti nec tacita, nec expreſſa voluntate dicuntur contrauenire, neque aliquam culpam contraxerunt: nam facultates eorum corporum tali impetu fuerunt compreſſæ, vt impetus ille repelli non potuerit. Vndè, ſicut is, in cuius manu turribulũ per vim infertur, & ea inferentis manu compreſſa, ita vt reſiſtere non valeat, thura idolo offerat, non peccat, vt in c. 1. 32. q. 5. ita is, cuius manu aut gladio percutitur Epiſcopus, non incidit in excommunicationem in can. 11. contentam, ſi vim illam repellere non potuit. ar. tex. in d. l. a. ff. de eo quod met. ca. Quę diximus de cenſuris, quæ in hac Bulla continentur extendimus etiam ad alias cenſuras, & pœnas: quoniam militat eadem ratio, vt eſt tex. in cap. in Sacris, de his, quæ vi met. cauſa fiu-

ADDITIO.

a Reſiſtere. Sed quid dicendum eſt, ſi tenens gladium in manu, non poſſit reſiſtere, quin gladius ſibi auferatur ad occidendum Epiſcopum; niſi vt auferre contendentem interimat: an ad id teneatur ad effugiendam excommunicationem, dè qua agitur? Reſpondetur hoc caſu pro defenſione proprij Epiſcopi poſſe, ac debere; ſicut teneretur vaſſallus, nè Dominus occideretur: aliàs non ſolùm eſſet excommunicatus, ſi Dominus eſſet clericus; verùm etiam feudum perderet: ſicut, & miles teneretur pro belli Prepoſito; aliàs capite plecteretur. Imò fortè ad id obligaretur quis, non ſolùm ad euitandam mortem patris, filij, aut alterius coniuncti; ſed etiam cuiuslibet extranei, ſi citra ſui periculum poſſit, vt in c. non inferenda, 23. q. 3. cap. error, 23. d. Etenim homo homini officium debet, l. ex meo, ff. de ſeruit. ruſtic. præd. & quilibet de populo poteſt quemlibet impunè defendere, Cyn. in l. 1. C. vndè vi, Bart. in l. ſi quis in ſeruitute, in fin. ff. de furt. & in l. vt vim, & ibi Gloſ. ff. de iuſt. & iur. Gloſ. pen in Clem. 1. de homic. & in ſum. 15. quæſt. 8. Innoc. Panor. & alij in c. ſi verò, 1. de ſent. excom. idem Panor. in c. penul. de cler. percuſ. Nauar. in ſuo Manual. cap. 15. ſub num. 2. in verſ. Quintò propter defenſionem proximi, & Syl. in in ſum. ver. Bellum, 3. ſub n. 8. vbi id limitant ad euitandam pœnam ciuilem vel canonicam; ſecus autem ad euitandam irregularitatem: nam licèt occidens, vel mutilãs defendendo ſe ipſum vitet pœnam irregularitatis; non tamen eam effugit, ſi alterum defendat; etiam ſi patrem, filium, aut aliam perſonam coniunctam defendat, vt eſt Gloſ. in Clem. Furioſus, de homic. Imò Bart. in d. l. vt vim, ad tollendum omne dubium, conſulit, vt faciat quis ſibi mandari, vt defenſionem præbeat, clamãdo, defendite, ſuccurrite, &c. An autem, quomodo, & quando percutiens ad ſuam, aut aliorum defenſionem debeat ſeruare moderamen inculpatæ tutelæ, optimè declarat Nauar. loco citato, ſub num. 3. D. Cæſar.

An metus excuſet à cenſuris, quæ in Bulla Cœnæ continentur. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Metus duplex, nempe vnus hominis, & eadem inconſtantem virum.*

2 *Metus cadens in conſtantem virum, eſt graue malum: metus autem vnius hominis dicitur, quo timetur leue malum.*

3 *Malum quoddam dicitur intrinſecè tale: & quoddam malum, quia prohibitum.*

4 *Metus vnius hominis, non excuſat contrauenientes clauſulis in Bulla Cœnæ contentis, ſiue cenſuræ latæ ſint pro malo intrinſecè, ſiue pro malo, quia eſt prohibitum.*

5 *Metus cauſa geſtum, tunc non habetur ratum, quando metus eſt maioris mali.*

6 *Metus reuerentialis regulariter à geſtis non excuſat, niſi in quibuſdam caſibus: quia metus qui nullo pacto, aut certè non niſi cum difficultate repelli poteſt, excuſat a pœnis a iure ſtatutis, & tali metu geſta reſcindit.*

7 *Metus cadens in conſtantem virum, non excuſat contrauenientes à cenſura lata pro eo, quòd eſt intrinſecè malum.*

8 *Malum intrinſecè nunquam eſt eligibile, cùm nulla circumſtantia fieri poſſit bonum.*

9 *Peccatum non eſt committendum, ad euitandum quodcunque malum.*

10 *Ariſtot. ſententia, dicentis: Virum conſtantem metu mortis poſſe facere aliqua turpia; declaratur.*

11 *Mendacium nec metu mortis eſt dicendum.*

12 *Peccatum quantumuis veniale, non eſt committendum, etiam ad vitandam mortem.*

13 *Mala non ſunt facienda, vt veniant bona.*

14 *Epiſcopum occidens ad ſui defenſionem, non eſt excommunicatus.*

15 *Vim vi repellere, eſt de iure naturali; cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ.*

16 *Metu mortis agens aliquid in contemptum Eccleſiæ non excuſatur.*

17 *Ermigildi factum narratur, qui mori potius elegit, quam Euchariſtiam ab hæretico Arriano ſumere.*

17 *Sacerdos publicè excommunicatus, ſuſpenſus, aut interdictus, ac denunciatus, metu quantumuis iuſto, pœnitentiæ Sacramentum miniſtrans, non excuſatur à peccato, nec ab irregularitate.*

19 *Metu mortis, aut quocumque alio cadente in conſtantem virum, contra faciens Bullæ Cœnæ, excuſatur à cenſuris in ea latis pro eo, quod non eſt intrinſecè malum,*

20 *Lex humana, etiam Eccleſiaſtica non intelligit obligare cum periculo mortis, ſi ſit lata pro eo, quod non eſt intrinſecè malum.*

21 *Lex diuina poſitiua lata pro eo, quod non eſt intrinſecè malum, non intelligit obligare ad ipſius obſeruantiam cum periculo mortis.*

22 *Metu mortis legentes hæreticorum libros excuſantur ab excommunicatione in can. 1. Bullæ Cœnæ contenta; niſi legere huiuſmodi libros eſſet illi proxima cauſa infectionis.*

23 Idem

23 *Metu iusto, vt mortis, &c. licitum est vesci carnibus 6. fer.*

24 *Metu iusto, vt supra, licitum est cum excommunicato quantumuis denunciato communicare.*

25 *Metus iustus, seu cadens in constantem virum non solùm dicitur, quando malo imminenti propriæ personæ; sed etiam quando imminent personis filiorum, vxoris, & similium.*

26 *Metu mortis, aut quouis alio iusto metu violatio legis positiuæ, etiam diuinæ, non excusat, si cum contemptu fidei, Religionis, aut cum iniuria, aut graui scandalo Ecclesiæ fiat.*

27 *Metus iustus, seu cadens in constantem virum, non excusat violantes diuinam legem positiuam cum aliorum detrimento, & offensione.*

28 *Metus cadens in constantem virum non excusat ab obseruantia legis diuinæ positiuæ, si ob salutem propriam spiritualem, aut alienam, necesse sit eam adimplere.*

29 *Metus cadens in constantem virum, non excusat à violatione legis positiuæ eum, qui de facili poterat occurrere comminatis malis.*

30 *Metus cadens in constantem virum non excusat violantem positiuam legem, prohibentem aliquid non intrinsecè malum, si metus proueniat ex præcedenti delicto.*

31 *Matrimonium, metu mortis contractum, tenet, si metus proueniat ex præcedenti delicto contrahentium.*

32 *Metu mortis, proueniente ex præcedenti delicto promissa, quibus casibus in foro exteriori rescindantur.*

33 *Contrauenientes Bullæ præcipienti, aut prohibenti aliquid quod non est intrinsecè malum, etiam cum periculo mortis, metu mortis non excusantur.*

34 *Lex humana Ecclesiastica potest obligare ad sui obseruantiam cum periculo mortis.*

35 *Episcopus, prudenter in plebem peste, potest presbyteris cum mortis periculo imperare, nec ex vrbe proficiscantur.*

1 PRo determinatione huius quæst. est annot. quòd metus secundùm Vlp. in l. 1. ff. de eo, quod met. cau. est instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatio. Et est duplex, vani, & hominis, & cadens in constantem virum, vt in l. metum, la 2. ff. eod. Metus vani hominis solet alio vocabulo nũcupari metus iniustus, improbabilis, & leuis, ex leui, & vana causa prouenies. Metus autem cadens in constantem virum alio nomine dicitur metus iustus, probabilis, & grauis, ex iusta, probabili, & graui causa prouenies. Huiusmodi est timor mortis, amissionis omniũ bonorum, vel maioris partis, metus infamiæ, captiuitatis, verberum, & vinculorũ, vt est tex. & ibi glo. & Doct. in l. nec timorem, ff. eod. tit. supracitato, & Syl. in sum. in ver. metus. Item metus excõmunicationis dicitur metus cadens in constantem virum, quia excommunicatio est magnum malum; eo quòd dicitur maxima omnium pœnarum, c. corripiantur, 23. q. 4. modò
2 metus cadens in constantem virũ dicitur graue malum, ex graui, & iustâ causa prouenies. Sicut timorem vani hominis, & leuem dicimus, quo timetur leue malum. Ita contra Sot. in 4. d. 29. q. 3. ar. 2. tenet Panor. in c. Abbas, de his, quæ vi met. can. fin. & alij, quos refert, & sequitur Azor. lib. 3. Inst. moral. p. 1. c. 16 q. 7.

3 Secundò est annot. quòd malum est duplex, nam quoddam malum dicitur intrinsecè, & ex sui natura tale, vt adulterium, homicidium, & alia, de quibus in præceptis negatiuis legis: & quoddam malum nõ dicitur intrinsecè tale, sed dicitur malũ quia prohibitum, vt esus carnis 6. fer. Sabbato, & Quadragesima. Cùm igitur duplex sit malum, intrinsecè tale, & malum quia prohibitum, dupliciter etiã contingit ferri censuras, quæ in Bulla cœnæ continentur: nam vel feruntur pro eo, quòd est intrinsecè malum, vt patet in excommunicatione lata in can. 4. cõtra surripiẽtes bona naufragorum: vel denique feruntur pro eo, quòd est malum quia prohibitum, vt in excommunicatione; quæ habetur in clausula 7. contra deferentes arma, & alia vsui bellico idonea ad Turcas, & alios, Christiani nominis inimicos. His annotatis, sit

Prima conclusio.

4 METus vani hominis, seu iniustus, improbabilis, & leuis non excusat contrauenientes clausulis in Bulla cœnæ contentis, quominus earum censuris alligentur: siue censuræ latę sint pro eo, quòd est intrinsecè malum, siue pro eo, quòd est malum, quia prohibitum. Hæc cõclusio est communis, & patet ratione. nam {quod
5 metus causa gestum est, tunc non habetur ratum, quoniã metus est maioris mali, vt in l. metum, la 1. ff. de eo, quod met. cau. Vndè metus vani hominis cùm non sit talis, sicut nõ annullat, nec rescindit, nec tollit actum requirentem liberum consensum, ita etiam non excusat, vt notat Panor. in c. veniens, de sponsi. Confirmatur, quia ille metus excusat à pœnis à iure statutis, qui aut nullo pacto, aut certè non nisi cum difficultate repelli potest.

Hinc sequitur, quòd metus reuerẽtialis, cùm
6 fine magna difficultate repelli possit, gesta per talem metum, nisi monæ interuenerint, aut verbera rata habẽtur in foro exteriori, vt per Abb. in c. cùm virum, nu. 8. de regular. & c. causam, sub nu. 5. de offic. deleg. ac Alex. cons. 56. vol. 3. vndè obligatio facta à filio in vtilitatem alicuius tertij ob sui patris metum reuerentialem non rescinditur, sed firma remanet: secus autem si contractus fit initus cum ipso patre, vt bene notat Anton. Fran. in add. ad Abb. in d. c. cùm virum, sub litera cap. Sic etiam valet datum, aut acceptum ab vxore, vel quocunque modo aliquid ab ea gestum ob solam reuerẽtiam, quam habet erga virum.

Dixi in foro exteriori, quia in foro interiori,
7 quãdo metus reuerentialis fuit causa finalis cõtractus, maximè donationis, talis contractus rescinditur, & ex tali metu accepta, sunt restitutioni obnoxia. Quod quomodo procedat, latè habetur ex Azor. lib. 1. Inst. moral. p. 3. c. 11. d. 17. & Syl. in sum. in ver. Metus, q. 52. in fine.

Secunda conclusio.

7 QVotiescumque vi Bullæ cœnæ prohibetur aliquid intrinsecè malum, contrauenies metu quantũuis iusto, & cadente in cõstantem virum, sicut non excusatur à peccato, ita nõ excusatur à censura. Hęc cõclusio habet duas partes. Prima pars est, quòd contrauenies Bullæ metu iusto, non excusatur à peccato. Secunda

pars eſt, quòd non excuſatur à cenſura.

Prima pars concluſionis patet, quia quòd eſt
8 intrinſecè malum nunquã eſt eligibile, eo quòd nulla circumſtantia poteſt fieri bonũ, vt in c. ſuper eo, de vſur. & c. primum, & c. nequis, 22. q. 2. ergò culpa non caret cõmittens intrinſecè malum metu quantumuis iuſto. Cõfirmatur, quia omne lethale peccatũ eſt mors animæ; ſed hic eſt, quòd lõgè peior eſt mors animæ, quã mors corporis: ergo cõtra rationem eſt eligere mortem animę ad euitandam mortem corporis, aut ſimile temporale damnũ. Hinc ait Ar. 3. Eth. c. 6. Impia, vt eſt furtum, & adulterium, nullo metu eſſe admittenda. Et D. Aug. lib. de mendac. & in lib. contra mendac. probat non eſſe peccandum, vt aliud malum deuitemus.

Dices Ar. 3. Eth. c. 1. ait eſſe aliqua turpia, quæ vir conſtans metu mortis poteſt efficere: ergo
9 metu iuſto citra culpã poſſunt aliqua intrinſecè mala committi. Imo Euſtratius in Cõment. in Ar. docet ob metum mortis incuſſum à tirãno, poſſe aliquando, non ſolũ mentiri, ſed etiam rem habere cum fœmina ibi nõ nupta, aut cum vxore aliena: quia hoc non eſt malum abſolutè admittere, ſed malũ deterius, & grauius deuitare, Sic etiam Cyn. in l. 1 C. vnd. vi, cõcludit excuſari ſeruũ, qui iuſſu Domini ſub cõminatione mortis interfecit illius vxorem, de adulterio ſuſpectam. Et hoc ideò; quoniam ſeruus homicidiũ cõmiſit ad tutelam ſui corporis: nam ſicut excuſatur, quis occidendo aliũ ad ſui defenſionẽ, vt in Clem. ſi furioſus de homic. ita excuſatur huiuſmodi ſeruus, qui, vt ipſe non occideretur, vxorem Domini interfecit. Hoc idem videtur ſentire Glo. in l. pen. ff. ſi fam. fur. fec. dic. Bart. in l. ſi ſeruus, §. is, qui per illũ tex. ff. de nox. act. Iaſ. de act. §. ſi minas, nu. 17. & Io. Anan. in c. interfecitti, n. 18. de hom. dum ait, quòd ſi tirannus dicat: Occidam te, niſi talem interfeceris, excuſetur occidens illum, ne ipſe occidatur.

Sed re vera iſti Doctores falluntur, vt bene probat Pan. in c. Sacris de his, quæ vi met. c. fin. & Azor. lib. 1. Inſt. moral. cap. 10. q. 12 p. 1. quoniam in ſupraſcriptis caſibus verè committitur homicidium, quod eſt intrinſecè, & ex obiecto malũ, & ideò nullo vnquã caſu poteſt eſſe licitum: quia debet quis potius omnia mala pati, quã malo conſentire. c. ita ne, 32. q. 5. Nec valet, dicere, quòd homicidium ſupponitur commiſſum ad tutelam ſui corporis & licitè quis alium occidit cauſa defenſionis, quoniam hoc verum eſt, quando quis occidit iuſtum aggreſſorẽ, quo caſu non committit homicidium, quia homicidiũ dicitur occiſio hominis iniuſta, qualis non eſt iſta cum tunc aggreſſor dicatur ſeipſum occi-
b dere b. Ad tex. in d. l. ſeruus, §. is qui, ff. de noxal. act. in quo fundatur Bar. & alij ſupra citati Doctor. dicimus, quod eo caſu ſeruus non dicitur deliquiſſe, eo quòd iure ciuili non venit puniẽdus; ſed non ex hoc ſequitur non peccaſſe mortaliter cõtra legem diuinam naturalem. Ad auctoritatem denique Ariſtot. reſpondetur, quòd
10 dum Ar. ait virum conſtantem metu mortis poſſe facere aliqua turpia, per turpe, non accipit id, quod eſt per ſe malum, vt exiſtimauit Euſtratius, ſed quod in opinione hominum reputatur, nempè vile.

Ex hoc infertur falſam eſſe opinionem dicen-
11 tium, metu mortis poſſe aliquem mentiri; cùm mendacium ſit intrinſecè malum, & eſt expreſsè contra tex. in c. ſuper eo, de vſur. & c. ne quis, 22. q. 2. & licèt mendacium huiuſmodi ſit officioſum, eſt tamen mendacium, quod per ſe rectæ rationi aduerſatur.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd Abraham deſcẽdẽs in Aegyptum metu mortis rogauit Saram, vt ſororem eius ſe eſſe mentiretur, dicens. *Nouit quidem, quod ſis mulier, & quod cùm viderint te Aegyptij dicturi ſint, vxor illius eſt pulcra, & interficient me, ſeruabuntque te: dic ergo obſecro te, quod ſoror mea ſis, vt bene ſit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui*: quoniam reſpondetur, quòd Abraham eo caſu non induxit Saram ad dicendum mendacium, ſed ad celandam veritatem, quòd vxor illius ſit: nam Sara erat ſimul vxor, & ſoror Abrahæ; eo quòd filia fratris erat, vt in c. quæritur, 22. quæſt. 2.

Nec etiam Iacob, dicẽdo ſe eſſe Eſau primogenitum, fuit mentitus: nã licèt Iacob non fuerat primogenitus naſcendo, erat tamen primogenitus, ius primogenituræ, illo vẽdente, itẽ adeundo; ſicut Chriſtus Ioannem Baptiſtam dixit eſſe Heliam, non perſona, ſed imitatione virtutis, vt ibidẽ habetur ex Grat. § 1. Ex quibus patet, quòd nũquam licitum eſt mentiri: na ſemper mentiens committit peccatum ſaltem veniale. Et D. Auguſt. lib. contra mendacium, c. 8.
12 docet peccatum veniale, nullo metu eſſe committẽdum, ſed potius mori debemus, quã peccare venialiter: ex quo non ſunt facienda mala,
13 vt veniãt bona: eſſet enim aperta repugnantia in terminis: nam ſi eſſent facenda, ſcilicèt licitè, & ſecundum rectam rationem, iam non eſſent mala. Ita Suar. de cenſ. Eccl. diſp. 6. ſec. 3. nu. 5. in fin. & Sayr. lib. 2. Theſ. tom. 1. c. 4. n. 38.

Secunda. Pars Cõcluſionis probatur quoniã omne lethale peccatum eſt mors animæ, ſi ergo cõtrauenientes, vt ſupra nõ excuſatur metu mortis corporalis à morte animæ, tãto minus excuſabitur à cenſura, quæ nõ dicitur mors animæ, ſed pœna, c. corripiantur, 23. q. 4. Aliis rationes vide apud Panor. in d. c. Sacris; de his, quæ vi met. cau. fiu. Say. lib. 1. Theſ. to. 1. c. vl. n 41. Suar. in d. ſec. 3. ex Palud. in 4. d. 18. q. 6. ar. 3. cõ. 1. Sãch. de matr. p. 2. lib. 9 diſp. 31. n. 4. & 6. & alios, quorum ſententia eſt communis.

Ex quo infertur, quòd ſi quis metu mortis ſidẽ apoſtatauerit cõtra can. 1. Bullæ, ſicut non excuſatur a culpa, ita non excuſatur ab excommunicatione. Sic etiam, ſi quis Epiſcopum, Archiepiſcopũ, aut S. R. E. Cardinalem percuſſerit, aut hoſtiliter fuerit inſecutus metu quantũuis iuſto, peccat grauiter, & incidit in excõmunicationem, intra in can. 11. contentam: quia ſupraſcripta crimina ſunt intrinſecè mala: & ideò ſicut contrauenientes non excuſantur à culpa, ita quoque non excuſantur à pœna. Quod qui-
14 dem verum eſt, niſi animo ſe defendendi ſupraſcriptas perſonas percutiat detineat, aut occidat vt quia ſciat quiſe ab huiuſmodi perſonis iniuſtè occidẽdum, niſi eas detineat, incarceret, hoſtiliter inſequatur, vel etiam occidat: quoniam tũc nõ peccat, nec in aliquã excõmunicationem incidit, cùm vim vi repellere cuiquam de iure naturali liceat. l. vt vim, ff. de Iuſt. & iu. Quod ta-
15 men intelligẽdum eſt cum moderamine inculpatæ

patæ tutelæ iuxta ea, quæ latè tradunt Doct. in cap. fi verò, il s. de sent. excom. Sayr. lib. 3. Thes. tom. 1. c. 27. cũ tribus seqq. Dicitur autem defensio fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ ex Sayr. loco citato, nu. 17. & 18. cum aliis, quos allegat; cùm quis vim vi incontinenti repellit, & citra vindictã id agit, sine quo aliter se, suos, & sua defendere non potest.

Secundò, Infertur, quòd si quis metu mortis, aut alio timore quantũuis iusto ageret aliquid quod resultaret in contemptum Ecclesiæ, & fidei Catholicæ, si actio illa habet excommunicationem annexam, non excusat à culpa, nec à cẽsura: eo quòd actio illa est intrinsecè mala. Quapropter si tirannus incutiat metum mortis Sacerdoti, nisi celebret coram excõmunicatis, si id fiat in cõtemptum Ecclesiasticæ censuræ ad ostendẽdum, vanam esse Ecclesiæ potestatem; celebrans metu mortis peccat mortaliter c, eo quòd agit dictum intrinsecè malum: nã virtute negat fidem exterius, aut virtute contemnit, vel saltem contemptori cooperatur: & cõsequenter non excusatur à censura, de qua in c. Episcoporum, de priuil. in 6. Et ita intelligitur tex. in d. c. Sacris, dum in eo habetur, quòd communicans cum excõmunicato metu inductus, nõ excusatur ab excommunicationis sententia, lata cõtra communicantes cum excõmunicatis: loquitur enim ille tex. de cõmunicatione in contẽptum Ecclesiæ, eiusque clauium, vt benè docet Suar. de censur. disp. 6. sec. 3. num. 10. & tt. Azor. lib. 8. Inst. moral. p. 1. c. 11. in resp. ad primum arg. q. 1. & alij: qui contemptus cùm sit intrinsecè malus, non est admittendus, etiam ad euitandam mortem. Secus autẽ si præcisè clauiũ cõtemptu communicatio vt supra fieret, quoniã tũc metus iustus excusationem præberet, vt infra dicemus. Ita intelligunt aliqui factum Ermigildi, qui potius mortem elegit, quàm Sanctissimum Eucharistię Sacramentum ab Arriano hæretico sumere, vt in c. superueniente, 1. q. 1. & c. vl. 24. q. 1. intendebat enim impius eius Pater cogere filium ad sumendum Eucharistiæ Sacramentum de manu illius hæretici in contemptum catholicę fidei. Et quod dixi de contemptu Ecclesiæ, idem dicendum arbitror, quoties cumq; communione cum excommunicatis, aut violatione alterius censuræ, grauis offensa, iniuria, aut scandalum ipsi Ecclesiæ proueniret: nam tunc metu mortis violantes non excusantur; quia eorum actio esset intrinsecè mala, per ea, docet Suar. loco citato nu 7.

Tertiò infertur, quòd si Sacerdos publicè excõmunicatus, suspensus, aut interdictus, iusto d metu perterritus, pœnitentię Sacramentum ministret, sicut non excusatur à peccato, ita etiam non excusatur ab irregularitate: quia tunc Sacerdos facit actum intrinsecè malum: eo quòd cùm sit publicè censura alligatus, ac denunciatus, caret iurisdictione: & proinde Sacramẽtum pœnitentiæ nullùm cõfert, sicut nullùm etiam, in alium censuram ferret, ex Suar. ibidem n. 3.

Tertia conclusio.

QVotiescumque vi Bullæ cœnæ prohibetur aliquid, quod non est intrinsecè malũ, sed tantùm dicitur malum quia prohibitum: tunc contrafaciens metu mortis, sicut excusatur à peccato, ita etiam excusatur à censura. Hæc cõclusio est vniuersaliter vera quoad omnes cẽsuras, & pœnas: vt latè probat Sot. in 4. d. 22. q. 1. ar. 4. Io. de Sal. de leg. disp. 11. sec. 1. Suar. & Say. locis citatis cum aliis, quos allegant. Ratio autem hæc est, quia lex humana, etiam si Ecclesiastica sit, nunquam intelligit obligare regulariter homines ad obseruãtiam ipsius pro eo, quod non est intrinsecè malum cum periculo mortis; nã, etsi Ecclesia possit homines cum illo rigore obligare ad obseruantiam suæ legis, vt infra dicemus, ex suauitate tamen eius prouidentia nõ vtitur huiusmodi potestate, nisi maxima, & vrgẽti militante causa: ex quo neque ad cõmune bonum id necessarium est, neque expedit. Et eadem ratione lex diuina; positiua, non intelligitur obligare cum periculo mortis ad eiusdem obseruãtiam pro eo, quòd non est ex sui natura malum. Nam Dauid ne vna cũ suis fame deficeret, panes propositionis comedit: quod lege diuina laicis erat omnino prohibitum, vt patet. 1. Reg. c. 21. Et tamen hoc factum Dominus nõ damnauit, vt habetur Matt. c. 12. Sic etiã Mathatias cũ suo exercitu necessitate cõpulsus pugnauit cõtra hostes in die Sabbati, vt Leu. c. 24. & Hebręi circũcisione vti prætermiserũt per spaciũ quadraginta annorum, quo fuerunt per deserta peregrinati, Deuter. c. 28. Et hoc ideò, ne ingrauescẽte vulneris dolore in via, aut mortis periculum incurrerẽt, aut ab incepto retinere desisterent, vt benè declarant Doctores supra citati.

Ex quo infertur primò, quòd si quis iusto me tu perterritus hęreticorũ libros legeret contra can. mottræ Bullę, non incidit in excommunicationem in ea contentam: quia legere libros hæreticorum non est intrinsecè malũ, sed dicitur malum, quia prohibitum: aliàs sequeretur, quòd nunquã licitum esset illos legere; eo quòd intrinsecè malum nunquam est eligibile, vt supra diximus. Quod verum puto, nisi legete libros hæreticorum esset legenti proxima causa infectionis: quia non vitare proximam causam peccandi est contra rectam rationem, & consequenter intrinsecè malum; & ideó illo casu tenetur potius mortem subire, quàm huiusmodi libros legere.

Secundò infertur, quòd licitum est metu mortis vesci carnibus 6. fer. Sabbato, ac vigilijs: quia vesci carnibus dictis diebus, nõ est intrinsecè malum; sed malum, quia per Ecclesiam prohibitum.

Tertiò infertur licitam esse cum excommunicato quantũuis denunciato, iusto metu cõmunicare, quia communicatio cum excõmunicatis secundum sententiam magis receptam: non est intrinsecè mala, aliàs nunquam esset licita quacunque ex causa: ar. tex. in c. super eo, de vsur. sed tantùm dicitur mala, quia prohibita. Vndé si Princeps aliquis excommunicatus ad ostendendum se non esse excommunicatũ velit Sacrum audire, & iniurias sibi inferri ducat, si Sacerdos coram illo celebrare nollet, tũc Sacerdos metu iusto illato coram eodé celebrando, non peccat, nec censuram aliquam contrahit; eo quòd Ecclesiæ hoc casu non tanti referet prohibere cum excommunicato cõmunicationem, quam vitam hominis conseruare. Dũmodo

do metus realiter inferatur, & ex cenſuræ violatione cenſurarum contemptus ſcãdalum, aut iniuria Eccleſiæ non proueniat, iuxta ea, quæ ſupra diximus ex Suar. de cenſur. diſp. 6. ſec. 3. & nouiſſimè, Alter. eod. tract. diſp. 8. de interd. c. 6. Metus autem iuſtus intelligitur, non modò quando mors, vincula, verbera, dehoneſtatio, carcer, &c. cominantur Sacerdoti, ſed etiam ſi cõminarentur eius Patri, Matri, fratribus, &c. niſi coram ipſo excommunicato celebret; quia metus cadens in conſtantem virum, non ſolùm dicitur ille, qui imminet propriæ perſonæ, ſed etiam perſonis propinquorum, vt benè docet Syl. in ſum. in ver. Excommunicatio, 5. quæ 3. & alij Doctores, quos ſupra retulimus.

Supraſcripta cõcluſio limitatur primò, vt nõ
26 procedat, quando violatio poſitiuæ legis, ſiuè diuina ſit, ſiuè humana, fieret cum contemptu fidei, Religionis, aut cum iniuria, & graui ſcãdalo Eccleſiæ, vt ſupra diximus. Sic Elezarus, & eius filij mortem potius ſubire voluerũt, quam in contemptũ legis diuinę ſuillam carnẽ edere.

Secundò limitatur, vbi violatio legis Diuinę
27 eſſet cum aliorũ detrimento, & offẽſione, nam tunc non eſt licitum contra legem agere, eſtò quòd præcipiat aliquid, cuius tranſgreſſio non eſſet intrinſecè mala, aut aliquid prohiberet, quòd non eſſet contra rectam rationem, vt per Azor. lib. 1. Inſt. mor. p. 1. c. 11. q. 2. ver. in hac re.

Tertiò limitatur, quotieſcunque ob ſalutem,
28 & bonum aliorum neceſſe ſit præcepta diuinę legis adimplere: nam tunc metu mortis præcepta ipſa non adimplentes non excuſantur. Hinc tempore peſtis, famis, aut belli, incẽdij, vel naufragij, non excusãtur Epiſcopi, & Curati, ſi metu mortis greges ſibi commiſſos deſtituant. Sic etiam paruulus in mortis articulo cõſtitutus, ſi Baptiſmo egeat, teneor illi Baptiſmi Sacramentũ miniſtrare, nec poſſum excuſari metu mortis. Itẽ cũ periculo mortis vnuſquiſque tenetur ad obſeruantiam legis diuinæ, quando id neceſſarium eſſet ad propriam ſalutem. Quo circa ſi diuinum præceptũ confitendi peccata, aut Baptiſmũ ſuſcipiendi vrgeat, tenetur quis ad ea præcepta adimplẽda, etiã cum periculo mortis, amiſſionis bonorum, famæ, &c. nec ſatis eſt ad euitandam mortem, & alia mala ſimilia habere votum ſuſcipiendi dicta Sacramenta, cùm ipſa, vel re, vel voto percepta ſalutem afferant; nobis enim non poteſt conſtare verã cordis pœnitentiam, ſeù contritionẽ, extra Sacramenta ad ſalutem neceſſaria habere: & ideò cùm de ea dubitemus, cogimur Sacramenta ſuſcipere, quæ ex inſtitutione Chriſti, vim habent gratiam conferendi. Ita Azor. loco citato.

Quartò limitatur, vt noſtra concluſio tunc
29 procedat, quando is, cui metus infertur, non poteſt occurrere comminatis ſibi malis, niſi legem violando: ſecus autem ſi poſſet illis obuiare, aufugiendo, ſuperiorem adeundo, &c. quia tunc à peccato, & à cenſura non excuſaretur: eo quòd metus huiuſmodi non dicitur iuſtus, ſeù cadens in conſtantem virum, ar. tex. in c. fin. de elect. c. Paſtoralis, de offic. deleg. & l. quibus diebus. ff. de condit. & demonſtr.

Quintò limitatur concluſio, vt locũ ſibi non
30 vendicet, quotieſcunque aliquis contra legem humanam, aut diuinam poſitiuam, prohibentẽ aliquid, quod non eſt intrinſecè malum, ageret metu mortis, prouenięte ex ſuo præcedẽti delicto; quia iſte nõ dicitur iuſtus metus, tex. eſt in l. ſi mulier, ff. de eo, quòd met. ca. vnde ſi Princeps aliquis hæreticus Titio ſuo ſubdito, qui homicidiũ commiſit, præciperet, vt ſuos libros hæreſim continentes, aut de Religione tractanses legeret contra diſpoſitionẽ can. 1. noſtræ Bullę, alias velit pro dicto homicidio pœna mortis, vt iuris eſt, illum condemnare; tunc Titius metu mortis huiuſmodi libros legens, non excuſatur à culpa, nec à cenſura lata propter dictã culpã: quia talis metus non eſt iuſtus, vt in d. l. ſi mulier, vbi habetur, quòd ſi mulier contra patronum ſuum ingrata, aliquid ei dederit, aut promiſerit, nè in ſeruitutem redigat, valet donatio, ſeù promiſſio: quoniam ipſa ſibi hunc metum intulit. Sic etiam mulier promittens condẽnato ad mortem, vel captiuo apud hoſtes, ſe propria pecunia illum à morte, aut ſeruitute redẽpturam, ſi promittat ducturum eã in vxorem,
31 vim habet promiſſio ſi fiat. Itẽ ſi Iudex iuueni, qui virginem violenter ſtuprauit, promittat, ob id ſe illum non puniturum, ſi eam in vxorẽ duxerit, facta, & acceptata promiſſio valida eſſe dicitur: tex. eſt in l. cõtinet §. ſed, vim, ff. de eo quòd met. cau. Stãte pariter ſtatuto, quod damnati ad mortem abſque pœna liberi dimittantur, ſi meretrices duxerint in vxorem, damnatus ſi metu mortis cum meretrice matrimoniũ contrahat, valet matrimonium, vt benè docet Couar. de matr. p. a. c. 3. § 4. n. 17. Quæ quidem adeò vera ſunt, vt nec in prædictis actio detur in Iudicio, qua reſcindatur, quod tali metu geſtum eſt.

Benè verũ eſt, quòd licèt geſta metu proue-
32 niente ex præcedenti delicto ſimpliciter rata ſint, tàm in foro interiori, quã in foro exteriori, ſunt tamen aliqui caſus, qui tenent in foro cõſcientiæ, ſed poſſunt reſcindi in foro exteriori, vt cùm adulter in adulterio deprehẽſus donat, aut promittit aliquid comprehenſori, ne occidatur. Vel ſi fur in furto, aut in aliquo crimine deprehenſus, deprehẽſori aliquid donet, aut promittat, ne prodatur, accuſetur, aut in vincula conijciatur. In his n. caſibus promiſſiones, & contractus huiuſmodi metu celebrati, quamuis validi ſint in foro interiori nihilominus in foro exteriori datur actio, vt poſſint reſcindi, vt in l. nec timorem, & l. iſti quidem, ff. de eo quod met. cau. & latè Azor. lib. 1. Inſt. mor. p. 1. c. 10. q. 11. vbi rationem diuerſitatis in his caſibus hanc eſſe ait: quoniam fur, & quiſque alius in aliquo flagitio deprehenſus de iure prodi, & accuſari poteſt. Vadẽ accipiens pecuniã; aut rem aliam, ne prodat, carcerct, accuſet, vel occidat, malè accipit, & contra commune bonum; nimirum ſi leges repetitionem concedant. At verò in prioribus caſibus promiſſiones, obligationes, & contractus, ideò in Iudicio non reſcinduntur, quia aliquid accipere in his euentibus, non eſt contra bonos mores, nec contra legem aliquam.

Quarta concluſio.

33 VBi vi Bullæ Cœnæ prohiberetur aliquid, quod non eſſet intrinſecè malum, & expreſſe præciperetur præcepti obſeruatio, etiam

cum

cum periculo mortis, tunc contrafaciens metu quantumuis iusto, peccaret, & censuram cõtraheret pro huiusmodi transgressione latam. Probatur hæc conclusio; quia lex humana Ecclesiastica ex vi suę potestatis, potest sub lætali culpa,
34 & cum periculo mortis obligare fideles ad aliquid agendum, vel vitandum, etiam quòd non sit ex sui natura, & intrinsecè malum, vt latè probat Caiet. t. 2. q. 96. ar. 4. Sot. in. 4. d. 22. q. 1. art. 4. quam sententiam cõmunè esse testatur Say lib. 2. sui Thes. tom. 1. c. 14. nu. 39. licèt Io. de Salas eã limitet. vt videre est apud ipsum in tract. de legi. disp. 11. sec. 5. Ratio autem hæc est, quia si Rex temporalis, seu Resp. propter bonum publicum potest exponere vnum, vel plures ciues morti; ergo à fortiori, Ecclesia, fideles ligare potest ad suæ legis obseruantiam sub peccato mortali, & cum periculo mortis.

Ex hoc infertur, quòd si vi Bullæ Cenæ præci-
35 peretur obseruantia can. 1. circa lectionem librorum Hæreticorum, etiam cũ periculo mortis, tunc contrafaciens metu mortis, sicut non excusatur à culpa, ita etiam non excusaretur à censura. Sic etiam Episcopus tempore pestis potest presbyteris etiam cum mortis periculo imperare, ne ex vrbe discedant, & quòd necessaria Sacramenta petentibus subministrent. Potest quoque Princeps, aut Resp. ciuibus præcipere, vt arma sumant contra irruentes hostes: &. Medicis ne, prævalente peste, à Ciuitate discedant, similiter cum periculo mortis, vt bene declarat Azor. lib. 5. Inst. moral. p. 1. c. 11. q. 1.

ADDITIO.

a Finalis. Adde hic Nauar. in suo Man. cap. 22. sub num. 51. & de Regular. com. 2. sub num. 67. vers. Addo decimotertiò, ibi Quibus addo, vbi ait, quòd quando metus fuit causa principalis, vel causa, sine qua non, voti Religionis, & matrimonij spiritualis, votum est inualidum, ad quod allegat Glos. in cap. præsens, ver. Patrem, 20. q. 3. vbi idem videtur tenere de matrimonio carnali: Siquidem, vt ait idem Nauar. loco citato dicti Comment. de Regular. & in Man. cap. 17. sub num. 29. vers. Per metum autè, in foro conscientiæ omnis metus, qui verè est causa principalis, vel sine qua non fieret actus, excusat tantum, quantum timor iustus in foro exteriori. Pro qua re vide omninò Genu. in sua praxi, cap. 87 sub. n. 8. D. Cæsar.

b Occidere. Imò hoc casu aggressorem occidens ad sui defensionem, vt iustè occidat, debet seruare moderamen inculpatę tutelę; nempè vt id tantùm agat, sine quo iniuria effugi non posset: & propterea non est licitum maiorem vim adhibere in se defendendo, nempè vti armis contra eum, qui sine armis aggreditur, vt in l. 1. & ibi glos. & Doctor. C. vndè vi: quod verum est, nisi pugnus inuadentis esset ita, vel paulò minus fortis, quàm gladius inuasi, vt per Glo. in d. l. 5. quam refert, & sequitur Nauar. in Man. cap. 15. sub num 3. vbi idem sibi videtur dicendum, quando nisi se armis defenderet, iniuriam maximam honoris, aut personæ pateretur: siquidem si pro defensione bonorum citrà culpam potest homo occidi; multò magis id conceditur pro defensione honoris, cùm bonor plus valeat, quàm bona fortunæ, c. suam, & ibi Glos. in ver Molestiæ, de pœn. & in extrau. ad conditorem, §. rursus, ver. Honori, de verb. signif. Hinc est, quòd si is, quem alius aggreditur, non potest citra sui turpitudinem, & absque suo dedecore aufugere, non tenetur fugam arripere: & si non potest vitare alapam, aut vulnus, quod sibi alter molitur inferre, nisi ipsum interimat; potest interimere, vt habetur per Bald. in l. 1. col. 6. vndè vi, quem refert, & sequitur Nauar. d. cap. 15. sub num 6. vbi tamen id limitat, non procedere in eo, qui iam vulneratus, vel quem agressor iam reliquit, & fugit: quoniam tunc non posset citrà culpam illum occidere; cùm id ad vindictam tenderet, & defensionis limites transgrederetur; nisi iniuria affectus magnum sui honoris detrimentum pateretur, si fugientem non fuerit persequutus: tunc enim citra culpam posset eum insequi, & percutere tantum, quantum ad sui honoris defensionem satis esset: siquidem licèt id non esset defendere personam, neque fortunas; esset tamen defendere honorem Quænam defensio dicatur cum moderamine inculpatæ tutelæ, rectè explicat ipse Duard. hic, sub num. 15. D. Cæsar.

c Mortaliter. Sic Maritus quamuis impunè occidat vxorem, in adulterio deprehensam, vel etiam adulterum, vt in l. Graccus. & ibi Doctor. C. de adulter. peccat tamen mortaliter occidendo, vt per Glos. in cap inter hæc, 33. q. 2. per illum tex. vbi rectè explicat, an, & quando maritus, & quo iure possit impunè uxorem, & adulterum interimere. & habetur etiam ex Nauar. in suo Man. cap. 15. sub num. 3. in fine. D. Cæsar.

d Iusto metu. Iustus metus non tantùm dicitur cadens in constantè virum, vt dixit Duard. sub num. 1. sed etiam iustus metus appellatur, qui cadit in constantem mulierem: siquidem ait Glos. in cap. cùm locum, de sponsal. quòd minor metus excusat magis fœminam, quàm masculum; cùm fœmina fragilior sit ratione sexus, cap. indignantur, 32. q. 9. Vndè secundùm Panorm. in d. c. cùm locum, ex parte mulieris exigitur metus, qui possit cadere in constantem mulierè: & quòd minor metus requiritur, quando cum fœmina concurrit tenera ætas, vt quia non sit pubes: tunc enim concurrunt duæ qualitates, sexus scilicèt, & ætatis, vt rectè consuluit Aret. cons. 24. col. 2. Soc. cons. 263. lib. 3. & extat Decis. Rotæ Rom. in vna Nicensi Matrimonij, 6. Martij, 1687. coram Illustrissimo Seraphino, & latè Genu. in sua praxi, cap. 87. sub num. 2. & 3. vbi quoque ait, quòd probatio metus cadentis in constantem virum, uel mulierem, arbitrio Iudicis relinquitur, vt per Glos. communiter receptam in cap cùm dilectus, de his, quæ ui, metusque cauf. fiu. Imò coniecturis, ac præsumptionibus sufficienter probatur, vt in l. metum, C. quòd met. cau. Alexan. cons. 156. lib. 5. Cepol. cons. 2. Hinc iuuenis si fuerit comprehensus cum puella, propter quod incontinenti cum ea matrimonium contraxit; tunc matrimonium mortis metu præsumitur contractum; si in ipso crimine deprehensus verisimiliter poterat occidi, vt patet ex ijs, quæ habentur ex Panor. in c. veniens, 1. de sponsal. Idem dicendum est, si in loco contractus matrimonij fuit auditus cla-

clamor, & armorum strepitus, & inuenit ex loco illo exiuerit tremens, aut vultu pallidus, ut rectè post alios declarat Genu. loco citato, ubi nu. 5. cum plur. seq. probat, quòd durante causa metus, semper præsumitur durare metus. Vndè etiam si puella rixit, dum desponsaretur raptori, eumque fuerit deosculata; nihilominus, quia perseuerat metus causa, præsumitur metu consensisse, ut rectè docet Panor. in cap. super hoc, de renunc. Bart. in l. pen. ff. de cõd. ob turp. caus. & in l. 2. C. quòd met. caus. Alexan. cons. 99. num. 7. lib. 5. & alij, quos allegat Genu. loco citato. Vbi etiam à num. 6. usque ad 8. recenset nonnullas coniecturas, quibus præsumitur, metum, quo prætenditur fuisse patrimonium contractum, iam esse purgatum: inter quas illa præcipua est, quando uir, & mulier diù simul cohabitauerint, cùm mulier à uiro, & uir à muliere citrà omnem mali formidinem potuissent recedere; & eo maximè si cùm eis fuerit subsequuta copula: quoniam tunc omninò præsumitur consensus, nisi per uim extorta probaretur, vt in c. consultationi, de sponsal. Habitatio autem, an & quando dicatur diuturna ad effectum, vt metus præsumatur purgatus, iudicis arbitrio remittitur, vt habetur per Mench. de præsumpt. in 4. præsumpt. num. 25. & Genu. ibidem, sub n. 6. Io. Vincent.

An metus scandali excuset à censuris, in Bulla Cœnæ contentis. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 Scandalum sumitur dupliciter.
2 Scandali metus excusat à censuris latis pro eo, quod non est intrinsecè malum.
3 Præcepta plura incompatibilia si concurrant, tunc seruandum est, quod artius, & maius extat.
4 Præceptum non scandalizandi, est diuinum, & naturale.
5 Scandalum aliorum maius peccatum est, seu malum; quàm propria infamia.
6 Scandalum, aut infamiam vitandi gratia, potest Sacerdos, occultè excommunicatus celebrare citra censuram aliquam.
7 Monialis affligata censura papali ad euitandum scandalum & infamiam, si censura est occulta, & non est in mora petendi absolutionem communicare, ac etiam diuinus interesse potest.
8 Sacerdos, qui occultè excidit aliquem, permissa confessione, ac contritione, potest celebrare ante obtentam dispensationem ab irregularitate, si probabiliter dubitet delictum manifestari, aut de illo infamari, nisi celebret.

ADtituli explicationem est annot. primò quòd nos non loquimur de censura, quæ fertur in Bulla pro eo, quod est intrinsecè malum: eiusmodi enim est hoc casu contrafacientes non excusari, sicut non excusantur metu mortis, vt supra diximus; sed sermo noster est de censura lata pro eo, quòd est malum quia prohibitum. Secundò est annot. quòd scandalum sumitur duplicitèr. Primò pro vulgari quadam admiratione ex aliqua noua, & extra ordinaria occasione in plebe excitata cum frequenti fermocinatione circa talem effectum, & causa eiusmodi rumoris, & frequenti dictitatione oriatur regulariter quod quidem, nisi infamia ex huiusmodi rumore, & frequenti dictitatione oriatur regulariter sine peccato esse potest. Secundò scandalum sumitur pro occasione, quæ aliis tribuitur ad peccandum, siue peccatum sit in actione simili, vt si subditi ex violatione Interdicti facta à Principe, ipsi quoque illud violent. siue peccatu sit in actione dissimili, vt si subditi videntes Principem violare Interdictum, ea occasione indurantur ad murmurandum grauiter, & ad temerè iudicandum, non solùm in ea occasione, sed etiã in alijs, vt benè docet Suar. de censu. disp. 6. sect. 3. num. 19. Nos igitur non loquimur de scandalo primi generis: nam illud propriè non dicitur scandalum, nisi inde infamia oriatur, vt supra diximus; sed de scandalo 2. generis, eo quòd per istud grauiter læditur charitas, & ideo quodlibet scandalum huiusmodi, præsertim publicum, est magnum damnum. His annotatis, sit

Vnica Conclusio.

2 COntrauenies Bullæ Cœnæ metu scandali circa ea, quæ non sunt intrinsecè mala, excusatur à censuris in ea contentis: Pro hac conclusione faciunt ea, quæ ferè tenet communis Doct. sententia, nempe Nauar. in suo Man. c. 27. num. 239. Suar. de Sacram. disp. 66. sec. 4. & de censu. disp. 6 sec. 1. Sayl. lib 2. Thes. tom. 1. c. 3. nu. 2. & cum alijs, quos allegant. Dicunt enim licitum esse agere contra obligationem censuræ ad euitandum scandalum: nam quotiescunque concurrunt duo præcepta incompatibilia, tunc

3 seruandum est quòd artius, & maius est, ut in c. Iulianus, & c. si Dominus, 11. q. 4 sed in casu nostro concurrunt simul præceptum positiuũ, & humanum sub commoratione censuræ: & præceptum non scandalizandi, quod est diuinum,

4 & naturale, & sic maius; ergo hoc potius seruandum est, quàm illud.

Secundò maius malum est aliorum scandalũ

5 quàm infamia propria; sed metus propriæ infamiæ, cum sit metus cadens in constantem virum excusat à censura, ut q. proxima probauimus, ergo multo magis metus scandali, ad quod uitandum ex præcepto charitatis, quod grauius est, & magis obligat, tenemur.

Vnde hac ratione ad euitandum scandalum, quod magnum futurum probabiliter scit Princeps, in sua Ciuitate, nisi instrumentum ab ea extrahentes, & Romam deferentes impediat, uidetur quòd citra ullam censuram posit illos impedire, ne deferant; non obstante can. 8. nostræ Bullæ: quia prohibitio illa ui Bullæ est positiua, & humana: & uitatio scandali est à iure diuino, ac naturali præcepta; modo quando concurrunt duo iura circa idem, quorum alterum uemit uiolandum, tunc minus cedit maiori, & seruatur maius.

Sic etiam ad euitandum scandalum, aut infa-

6 miam potest Sacerdos, occultè excommunicatus celebrare citra censuram aliquam, ut bene docet D. Thom. 3. p. q. 83. ar. 9.

Monialis pariter occultè incidens in censu-

7 ram papalem, potest communicare ante morã petendi absolutionem ad euitandum propriam infamiam, aut Monasterij, uel graue scandalum.

Item

Item licitum eſt Sacerdoti poſt debitam con-
8 tritionẽ, & confeſsionem, ante diſpenſationem Sacrũ celebrare, qui occultè interfecit aliquẽ, & probabiliter putat delictum manifeſtari, aut de illo infamari, niſi celebret: quia lex diuina, & naturalis præcipientes vitationem ſcandali, & defenſionem famæ præferunrur legi humanę prohibẽti celebrare in irregularitate. Ita Nauar. in ſuo Man. c. 27. num. 239. & cap. 7. num. 1. & 2. Suar. loco citato, num. 17. & alij.

Quæ quidem omnia tunc uera eſſe dicuntur,
9 quotieſcunque fraus, & dolus abeſt, nec cenſura alligatus ſit in mora petendæ abſolutionis: uel niſi Sacerdos alias infamatus ita ſit per indicia, ut maius ſequatur ſcandalum èx celebratione, quàm ſi crimen proderetur. His enim concurrentibus Sacerdos præmiſſa cõtritione: & peccatorum confeſsione, licèt oon obtenta abſolutione, ſecundum ſententiam magis receptam, & hoc propter cenſuram reſeruatam ſuperiori abſenti, Miſſæ, & officijs intereſſe, & aliquando citra culpam, & irregularitatẽ celebrare poteſt.

Bene uerum eſt, quod tenetur in tali euentu
10 diligenter procurare alia uia, quoad fieri poteſt, uitationem ſcandali, aut propriæ infamiæ: quia quando citra mendacium ſcandalum, & infamia alia uia uitari poſſunt, tunc ceſſat cauſa, ac neceſsitas cõmunicandi: ut luculẽtè probat Say. loco ſupra allegato.

ADDITIO.

a Occaſione. De hac ſpecie ſcandali latiſſimè tractat Nauar. in Man. cap. 14. a num. 27. vſque ad num. 32. Syl. in ſum. in ver. ſcandalum: vbi etiam definitionem ſcandali aſſignat, illudque rectè diuidit in actiuum, & paſſiuum. D. Cæſar.

b Celebrare. Imò hoc caſu poſſet præmittere ſuſceptionem Sacramenti pœnitentiæ: ſiquidem Suar. de pœnit. diſp. 21. ſec. 3. num. 6. inquit, quòd quoties excommunicatus, qui non poteſt abſolui ab excõmunicatione propter occurrentem occaſionem, poteſt licitè Euchariſtiæ Sacramentum ſumere; poteſt etiam licitè percipere pœnitentiæ Sacramentum, quantum eſt ex parte excommunicationis: ſiquidem excommunicato non minus eſt prohibita ſanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ ſuſceptio, quàm Sacramenti pœnitentiæ, cùm vna, & eadem lege vtriuſque Sacramenti perceptio prohibeatur: & maior prohibitionis ratio militat in ſuſceptione Euchariſtiæ, quàm pœnitentiæ, tum quia ad illam recipiendam, ratione dignitatis maior diſpoſitio requiritur: & cõmunicatio in Diuinis, qua præcipuè intendit priuare excommunicatio maior cernitur in perceptione Encharistiæ, quàm alterius Sacramenti. Vndè ſuppoſita neceſsitate communicandi ad euitandum ſcandalum, nulla eſt deordinatio eo caſu præmittere confeſsionem; Sed ordo huiuſmodi ſumptioni Euchariſtiæ Sacramenti, valdè eſſet conſentaneus. Abb. Alexan.

An ſecluſo ſcandalo, ob aliquam neceſſitatem quis excuſetur à cenſuris, in Bulla Cœnæ contentis. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Neceſſitas triplex, abſoluta ſcilicet, opportuna, & proficua.*

2 *Neceſſitas abſoluta excuſat contrauenientes à cenſuris latis pro eo, quòd non eſt intrinſecè malum.*

3 *Cenſura omnis, eſt de iure poſitiuo quoad inſtitutionem.*

4 *Neceſſitate famis aliena bona ſubtrahens, non dicitur furtum committere, ſed potius propria bona percipere.*

5 *Neceſſitatis tempore omnia ſunt communia.*

6 *Neceſſitas opportuna, & proficua, non excuſat contrauenientes a cenſuris.*

PRo tituli intelligẽtia eſt annot. quòd in hac re nobis non eſt ſermo de cenſuris latis pro eo, quod eſt intrinſecè. & ex ſui natura malum: nam clarum eſt per ea, quæ ſupra diximus, ab huiuſmodi cenſuris nullam neceſsitatem contrauenientes excuſare, ſed loquimur de cenſuris latis pro eo, quod eſt malum, quia prohibitum.

Secundò eſt not quòd neceſsitas quo ad rem noſtram attinet, eſt triplex. Nam primá dicitur
1 abſoluta, qualis eſt eius, ſine quo Indiuiduũ conſeruari non poteſt. Secunda neceſsitas dicitur opportuna, & eſt eius, ſine quo vita ſuſtentari poteſt, ſed in commodè notabiliter. Tertia nuncupatur neceſsitas proficua, & eſt eius, ſine quo vita conſeruari poteſt, ſed non vtiliter. Ita Syl. in ſum. in ver. neceſsitas. His annotati, ſit.

Prima concluſio.

2 NEceſsitas abſoluta excuſat à cenſuris in Bulla contentis, quotieſcumque latæ ſunt pro eo, quod non eſt intrinſecè malum. Probatur, quia abſoluta neceſsitas in vniuerſum à lege poſitiua excuſat, quando lata eſt de eo, quod nõ eſt contra rectam rationem, & malum ſecũdum ſe, vt in. c. licet, de feriis. & ex dictis ſupra clariſsimè patet, modò omnis cenſura dicitur de iure
3 poſitiuo quoad inſtitutionem ſaltim, vt ſuo loco. Deo duce, dicemus; ergo &c.

Hinc ſequitur, quòd impedientes eos, qui frumentum ab ipſorum Ciuitate extrahentes, Romam deferunt, tempore quo Ciuitas ipſa reperiatur in tanta penuria, vt non habeat pro victu Ciuiũ victualia ſufficientia, non incidunt in can. 8. noſtræ Bullæ, excommunicantem impedientes, victualia Romam conuehi: nam hoc caſu vrget abſoluta neceſsitas pro conſeruatione Indiuiduorum dictæ Ciuitatis, vt in d. clauſula latius Deo fauente, dicemus.

Sic etiam Naufragorũ bona furripientes propter abſolutam famis, aũt veſtium neceſsitatem, non alligantur excommunicatione in can. 4. contenta, quæ fuit lata contra nauſragorum bona furripientes. ar. eorum, quæ dicunt Doct. in. c. Si quis propter neceſsitatem famis, de fur.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd furtum eſt intrin-
4 ſecè malum, & ideo à peccato furti non excuſat abſoluta neceſsitas: quoniam reſpondetur quod quan-

quando quis propter abſolutam famis neceſsitatem, aut veſtium, bona aliena ſubtrahit; non dicitur formaliter bona aliena rapere, & conſequenter nec furtum committere, ſed potius bona propria, & quæ iure naturali ſibi debentur, vendicare: eo quòd tempore neceſsitatis omnia
a ſunt communia, vt in c. diſcipulos, de conſecr.
5 d. 5. & latè Syl. in ſum. in ver. Furtum q. 5.

Secunda concluſio.

6 NEceſsitas opportuna regulariter non excuſat à cenſuris in Bulla contentis. Probatur, quia huiuſmodi neceſsitas non excuſat à peccato in totum, ſed pro parte: non tamen ex hoc peccatum ex mortali fit veniale, vt eſt tex. in d. c. ſi quis propter neceſsitatem famis, vbi Panor. & alij, & Syl. loco citato, in ver. Neceſsitas. Dixi regulariter, quia quando ad ſuperiores non poteſt haberi de facili recurſus, & vrget neceſsitas opportuna, tunc neceſsitas illa excuſat, etiam ſine aliqua ſuperioris diſpenſatione, vt per Syl. loco citato. Quòd ſi opportuna neceſsitas excuſationem non præbet à tranſgreſſione legis poſitiuæ, tanto minus proficua.

ADDITIO.

a Communia. In extrema neceſsitate conſtitutus, pro cibarijs, & veſtibus, non ſolùm pro ſe; ſed pro alio in eadem neceſsitate poſito, poteſt aliena ſubtrahere. Imò licèt, quis in extrema neceſsitate non reperiatur, poterit quoque pro eo, qui tali neceſsitate præmitur, aliorum auferre bona, ſi ipſe auferens de ſuo non habeat, nec aliter ei ſubuenire valeat: ſiquidem neceſsitatis tempore omnia ſunt communia, vt in cap. ſicut ij, 47. d. c. diſcipulos, de conſecr. d. 5. Panor. & alij in cap. ſi quis propter neceſsitatem. de furt. Nauar. in Manual. cap. 17. num. 118. Sylu. in ſum. in ver. Furtum, q. 5. Sot. lib. 4. de iuſt. & iur. q. 7. ar. 1. in reſp. ad 4. & alij communiter. Quod adeò verum eſt, vt ſi in extrema neceſsitate conſtitutus ad pinguiorem fortunam deuenerit, ea quæ abſtulit, vt extremæ ſuæ neceſsitati conſuleret, & iam conſumpſit, non teneatur reſtituere, vt habetur ex Sot. & Syl. locis citatis, quam ſententiam communem eſſe Theologorum in 4. diſt. 15. teſtatur Nauar. d. cap. 17. num. 61. & id per tex. in cap. ſuggeſtum, de decim. Addit inſuper Syl. ibi, ver. Secundùm, quòd eſto quis non reperiatur in extrema neceſsitate, propter quod regulariter non excuſatur à toto, ſed à tanto, vt in cap. ſi quis propter neceſsitatem; nihilominus poterit aliquando excuſari etiam à toto, quando aliena bona auferens ita egeat, & is, à quo auferuntur ſic abundet, vt de præcepto ſubuenire ei teneatur, iuxta ea, quæ habentur ex eodem Syl. in ver. Eleæmoſyna, ſub num. 2. Limitat tamen prædicta, niſi is, cui bona ſublata fuerunt, eſſet in æquali neceſsitate; quoniam eo caſu auferre non eſt licitum: atque ideo ablata reſtitutioni ſunt obnoxia: ſiquidem in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, l. ſi ob turpem, §. porro, ff. de condit. ob turp. cauſ. Et quamuis Adrian. in 4. d. 15. q. 33. quem ſequitur Nauar. in ſuo tract. de redit. Eccleſ. q. 2. monit. 4. & in ſum. d. cap. 17. ſub num. 61. & alij, contrariam ſententiam putent eſſe veriorem; quoniam in extrema neceſsitate bona non ſunt comunia, quoad dominium; ſed tantùm quoad vſum; atque adeò poſt vſum, remanet rei reſtituendæ obligatio; & eo maximè, quòd extremè indigenti abundè ſubuenitur per rem mutuatam, vndè qui rem ablatam in extrema neceſsitate conſumpſit, ſubiectus remanet reſtitutioni; nihilominus non eſt recedendum à communi opinione: ſiquidem ad fundamenta contrariæ ſententiæ rectè reſpondet Sot. loco citato. Etenim licèt in extrema neceſsitate omnia ſint communia quoad vſum; nos tamen non loquimur de auferente res, quæ vſu non conſumuntur, hæ nanque, ceſſante neceſsitate, efficiuntur obnoxiæ; vt ſi quis ad effugiẽdum mortis periculum alienum equum abſtulerit, eodemque fuerit vſus ad arripiendam fugam; ſed loquimur de ſubtrahente cibaria, & alia, quæ vſu conſumuntur: ſiquidem in his, quæ vſu conſumuntur, ad vſum lege naturę ſequitur dominiũ, inquit Sot. vbi ſupra: vbi cõcludit, quòd bona eſſe communia quoad vſum, denotat, quòd indigens res alienas poſſit inſumere, ac ſi ſuæ eſſent. Eſt tamen verum, quòd ſententia Adrian. Nauar. & aliorum obligantium auferentes aliena neceſsitatis tempore, ad reſtitutionem, ſi ad meliorem fortunam peruenerint, eſt valde probabilis, & rationes, quas affert Nauar. locis citatis, ſunt ferè conuincentes. Et re vera, quamuis fateamur cum Soto, quòd auferens res alienas in extrema neceſsitate, ſi conſumpſerit, & res ipſæ ſint vſu conſumptibiles, earum acquirat dominium; non tamen ſequitur reſtitutioni earum nõ eſſe obnoxium: nam mutui dominium transfertur in mutuatarium; & nihilominus mutuatarius tenetur eamdem rem, non in indiuiduo, ſed ſpecie reſtituere. Quòd ſi hæc vera ſunt de ſubtrahente aliena ex cauſa neceſsitatis, multo magis æquitati, ac rationi conſentanea erunt de eo, qui non exiſtens in extrema neceſsitate bona abſtulit ab eo, qui ita abundat, vt de præcepto ei ſubuenire, & ipſius paupertati cõſulere teneretur: nam ſi deuenerit ad pinguiorem fortunam, procul dubio efficitur reſtitutioni obnoxius: niſi ex probabilibus coniecturis conſtaret ablata fuiſſe ſubtrahenti ab eorum Domino donata: quod probabiliter credi poteſt ex paruitate rei ablatę, ex liberalitate, cõiunctione, amicitia, ex diuitijs eius, à quo auferatur, vt habetur ex Nauar. d. c. 17. n. 118. & 119. vbi etiam ait, quòd omnes conueniunt, peccare eos, qui extra neceſsitatem extremam occultè res alterius ſuperuacaneas ad ſibi, vel alteri ſubueniendum ſubtrahit, vt in cap. fortè, & cap. denique, 14. b. 5. D. Cæſar.

An ignorantia excuſet à cenſuris, quæ in Bulla Cœnæ continentur. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantiam etiam inuincibilem, non excuſare à cenſuris, qui teneant.*

2 *Papa comprehenditur ſub nomine Ordinarij, quoad ea, quæ pro ſolo Romano Epiſcopatu tractantur.*

3 *Bulla*

3 *Bulla Cœnæ non fuit edita à Rom. P. vt Episcopo Rom. Episcopatus, sed vti pastore vniuersalis Ecclesiæ.*
4 *Ignorantiæ diuisio multiplex.*
5 *Ignorantia consequens, seu improbabilis, & vincibilis censuræ, non excusat contrauenientes.*
6 *Ignorantia crassa æquiparatur dolo, & propterea non excusat à censura.*
7 *Ignorantia non excusat Confessarios absoluentes à censuris, in Bulla Cœnæ contentis absque licentia Rom. P.*
8 *Ignorantia an excuset legentem libros, quos verisimiliter suspecatur esse hæreticorum, si tales reuera sint.*
9 *Ignorantia crassa rei, propter quam fertur censura non excusat à censura.*
10 *Ignorantia Episcopi ordinantis clericum alienum absque proprij Ordinarij licentia, non excusat ipsum à suspensione.*
11 *Ignorantia eius, quod quis scire tenetur non excusat à culpa.*
12 *Ignorantia improbabilis non excusat contrauenientem, etiam si daret operam rei licitæ.*
13 *Voluntarium directè, vel indirectè non mutat speciem peccati.*
14 *Ignorantia crassa excusat à censura requirente expressè scientiam.*
15 *Ignorantia inuincibilis censuræ excusat à censura.*
16 *Actus procedens ex ignorantia inuincibili, non est volitus nec in se, nec in causa.*
17 *Ignorantia inuincibilis Bullæ Cœnæ, licèt excuset à censura contrauenientes in foro interiori, non tamen in foro exteriori, etiam quoad actus nullitatem.*
18 *Ignoratia inuincibilis excusat à censura, etiam si lata fuerit pro re intrinsecè mala; non tamen a culpa.*
19 *Contumacia erga legislatorem est causa censuræ.*
20 *Pœna quantitas debet comensurari quantitati culpæ.*
21 *Ignorantia inuincibilis circumstantiæ culpæ, excusat à censura lata contra talem culpam, ratione talis circumstantiæ.*
22 *Clericum percutiens ignorans inuincibiliter Clericũ esse, esto quòd sciat percutere hominem, non tamen incidit in excõmunicationem can. si quis sundẽte Diabolo, 17. q. 4*
23 *Percutiens Sempronium clericum, existimans percutere Titium similiter clericum, non excusatur ab excommunicatione.*
24 *Percutiens Cardinalem, aut Episcopum putans percutere simplicem Clericum, licèt incidat in excommunicationem can. si quis suadente Diabolo; non tamen incurrit excommunicationem can. 12. Bullæ Cœnæ.*
25 *Inconsideratio, seu naturalis oblivio excusat à censura, nisi coniuncta sit cum grani negligentia.*
26 *Inconsideratio, ac naturalis oblivio faciunt actum inuoluntarium, & ideo excusant à culpa.*
27 *Ignorantia quantumuis inuincibilis, nunquam excusat ab irregularitate, quæ contrahitur ob defectum Sacramenti, vel quæ ex delicto non prouenit.*
28 *Ignorantia inuincibilis excusat ab irregularitate, quæ ex delicto prouenit secundùm sententiam magis receptam: & idem dicendum est de inconsideratione, & naturali oblivione.*
29 *Ignorantia inuincibilis non excusat à lege, irrogante pro aliqua actione pœnam ciuilem acquirendam.*
30 *Ignorantia pœnæ excusat à pœna exorbitanti, quando est inuincibilis, non autem à pœna ordinaria.*
31 *Delinquens se ipsum subdit pœnæ ordinariæ.*
32 *Affixio censuræ in valuis S. Petri Romæ, sufficit quoad obligationem censuræ ratione præsumptionis in foro contentioso; secus autem in foro conscientiæ, quia si censura probabiliter ignoratur, non obstante quòd affigatur vt supra non ligat.*
33 *Absens, & ignorans incurrunt excommunicationem latam ab homine, præmissa monitione, non excommunicationem iuris.*
34 *Doli capax, quamuis sit impubes, est capax censuræ.*
35 *Textus in cap. cùm illorum, de sentent. excom. exponitur.*
36 *Ignorans censuram, nunquam monitus dici potest, nec à iure, nec ab homine.*

1 IN hac re videtur prima facie dicendũ, quòd ignorantia nullo vnquam tẽpore excuset cõtrauenientes à censuris, quæ in Bulla Cœnę continentur. Probatur ex his, quæ docent Couar. & alij, quos ipse citat in c. Alma mater, p. 1. §. 10. nu. 9. de sent. excom. in sexto, dicentes, Ignorantiã, etiam inuincibilem solius censuræ, siue censura ipsũ lata sit pro eo, quod est intrinsecè malum, siue pro eo, quod est malum, quia prohibitum, nõ esse satis, vt excuset contrauenientem. Vndè secundum horum sententiam non modò incidũt in quartam clausulam nostræ Bullę, bona naufragorum surripientes, esto quòd inuincibiliter ignorent dictum clausulam, in qua fertur excommunicatio contra huiusmodi bona auferẽtes, & sic pro eo, quod est intrinsecè malùm; sed etiam legentes libros Hæreticorum incidunt in excõmunicationem primæ clauſ. quamnis illam probabiliter ignorent, & lata sit pro eo, quod non est intrinsecè malum, sed tantùm malum quia prohibitum.

Probatur hæc sententia primò, quia ignorantia pœnæ non excusat à pœna, vt patet inductione: nam fur, homicida &c. non excusantur à pœnis à lege impositis contra huiusmodi, & similes malefactores, ex eo, quòd pœnas ipsis ignorauerint. Sed censura est pœna, vt sæpe diximus, ergo ignorantia censuræ non excusat à censura.

Secundò. In excommunicationibus, adhoc, vt alligent contrauenientes, sæpe sufficit affixio in valuis Sancti Petri Romæ, nec exigitur, vt per omnes Prouincias, & Regna publicentur. vt patet in excommunicationibus; quæ in nostra Bulla continentur, ergo ignorantia censuræ non excusat à censura: quoniam est impossibile, vt post publicationem Bullæ Cœnæ, Romæ factã, de ea notitiam statim habeat vniuersalis Ecclesia.

Tertiò probatur ex tex. in c. cum sit Romana, §. vltimo, de appellat. vbi habetur quòd absens excommunicari potest, ergo & ignorans: quia absens, & ignorans æquiparantur. Immo expressè colligitur ex illo tex. per glo. in c. Apostolicę, in ver. Probabilis, de cler. excom. ministr. vbi per ly. *Irrequisitum*: intelligit ignorantem.

Quarto facit tex. in c. vlt. de sent. excom. vbi impubes incidit in excommunicationem can. si quis suadente diabolo ob clerici percussionem, & tamen impuberes in ea ætate sũt, vt quicquid vident, ignorent l. 1. §. impuberes C. de falſ. mon

Quintò probatur per tex. in c. cum illorum, de sent. excom. vbi ignorantia iuris infligentis excommunicationem pro manuum iniectione in clericum, non releuat illum, qui memor facti, & iuris ignarus ordines in eo statu susciperat.

In hanc eandem Couar. sententiam videtur pro parte inclinare etiam Panor. in c. à nobis, il 2. de sent. excom. Scot. in 4. d. 6. q. 8. Adr in 4. q. 3. de clauſ. Maior in 4. d. 18. q. 4. ver. Præterea nullus, & sequaces, dum distingunt, quòd aut

tractatur de censuris latis per statuta Episcoporum, seu Ordinariorum, sub quibus comprehenduntur omnia statuta particularia Prouinciarũ, Diœcesium, Religionum, Communitatum, & cõsequenter etiam statuta ipsius Rom. P. pro solo Romano Episcopatu lata (nam secundùm illum
2 respectum, Papa comprehenditur sub nomine Ordinarij) Aut verò tractatur de censuris latis à Papa, vt est Pastor vniuersalis Ecclesiæ, sub quibus comprehenduntur leges Concil. Generalis, quas oportet esse à S.P. confirmatas, vt vim habeant obligandi. Dicunt igitur præfati Doctores, ignorantiam censuræ in prioribus legibus, si est inuincibilis, excusare à censura; in posterioribus autem minimè. Probant hanc eorum sententiam ex tex. in c. vt animarum de constit. lib. 6. vbi habetur quòd statuta Ordinariorum non ligant ignorantes; ergo à contrario sensu statuta, quæ non sunt Ordinariorum, sed sunt leges generales conditæ à S.P. vt est Pastor vniuersalis Ecclesiæ, ligant etiam ignorantes. Vndè secundum horum opinionem ignorãtia quantumuis inuincibilis, non excusat contrauenientes à cen-
3 suris, quæ in Bulla continentur: nam Bulla Cœnæ non fuit condita à S. Pontifice, vt Episcopo Romani Episcopatus, sed vt Pastore vniuersalis Ecclesiæ, cùm obliget totum terrarum Orbem.

His tamen non obstantibus contrariam sen-
4 tentiam dicimus de iure veriorem esse. Pro cuius rei explicatione est annot. quòd Ignorantia licèt multipliciter per Doctores diuidatur, vt benè colligit Azor. lib. 1. Inst. moral. p. 1. cap. 12. q. 1. tamen quoad rem nostram attinet, est duplex. Nam quædam ignorantia dicitur facti, & quædam Iuris. Ignorantia facti appellatur cùm factum aliquod ignoratur: ignorantia autem iuris, vbi alicuius legis, statuti, vel constitutionis notitia non habetur, vt v. g. Ignorare Titium percussisse clericum, est ignorantia facti. At ignorare percutientem clericum esse excommunicatum, est ignorãtia Iuris. Hęc autè ignorãtia, siuè iuris sit, siuè facti, quædã dicitur antecedẽs, seù inuincibilis, seù probabilis, quæ antecedit omnem actum voluntatis, & est causa volendi. Vndè est inuoluntaria, quia deponi, & excludi aut non potest, aut non debet, adhibito diligenti studio, qualis est ignorãtia Titij idiotæ, dubitantis de contractu, quem cũ Sempronio celebrare volebat, an sit vsurarius, propterea quòd cùm peritos consuluisset, & responsum ab eis accepisset, quòd non sit vsurarius, cùm re vera sit talis, contractum præfatum cum ipso Sẽpronio perfecit. Hæc ignorãtia proculdubio dicitur iuris probabilis, & inuincibilis. Facti autem ignorantia inuincibilis, seù antecedens dicitur, cùm quis ignorat aliquam circunstantiã actus, quam non tenebatur scire, & ex hoc aliquid agit, quod non faceret, si sciret, vt cùm, diligentia adhibita, nesciens aliquem transire per viam, proiicit sagittam, qua transeuntem interficit. vt benè docet D. T. 1. 2. q. 6. ar. 8. in cor. Patet etiã exẽplũ in Iacob Patriarcha, cui tuit supposita Lia pro Rachele, vt declarat Sayr. lib. 1. Thes. t. 1. c. 18. n. 6.

Quædam verò ignorantia dicitur consequẽs, seù vincibilis, seù improbabilis, quæ cõsequitur actum voluntatis, & per consequens est volita: quoniam, adhibita diligentia, excludi potest, aut debet. Hæc autem est etiam duplex: nam altera dicitur affectata, seù directè volita, vt patet in eo, qui, vt legem ignoret, ex proposito illam legere, aut audire recusat; & hæc dicitur iuris: nã facti potest exemplificari in eo, qui duos rixantes videns, aufugit, ne vulnera sibi inuicem inferentes videat. Altera denique consequens, seù vincibilis, & improbabilis ignorantia dicitur crassa, seù supina, quæ est in eo, qui negligenter se habet in sciendis iis, quæ alioquin nosse debet. Dicitur autẽ crassa huiusmodi ignorantia, quia ex desidia prouenit: nam qui crassi, & pingues sunt, solent esse desides, & pigri: & dicitur pariter supina; quoniam qui sunt desides, dicuntur veluti supini dormientes. Vndè huiusmodi ignorantia est indirectè volita, & propterea dicitur consequens, eo quòd cõsequitur actũ voluntatis. His annotatis, sit.

Prima Conclusio.

5 IGnorantia consequens, seù vincibilis, & improbabilis censurarum, quæ in Bulla continentur, non excusat contrauenientes, quo minus in illas incidant, siuè censuræ latæ sint pro eo, quod est intrinsecè malum, siuè pro eo, quod est malum, quia prohibitum.

Probatur, quoniam ignorãtia vincibilis aliarum censurarum nõ excusat, vt patet ex cõmuni Doctorum sententia, quã refert Nauar. in Manu. c. 27. nu. 16. Azor. lib. 1. Inst. mor p. 1. c. 15. q. 6. Sayr. lib. 1. Thes. to. 1. c. 18. nu. 10. Nam aut huiusmodi ignorantia est affectata, & dicitur directè volita: aut est crassa, & est volita indirectè: quapropter æquiparatur scientiæ, & dolo, vt in l. ce-
6 dere diem, §. vlti. l. latæ, & l. magna, ff. de verb. sign. & latè Dyn. in c. Ignorantia, de regul. iu. in sexto. Confirmatur ex tex. in c. vt animarum, de consti. in sexto, vbi apertè habetur, quòd ignorantia crassa, seù supina non excusat à sententijs, per statutum latis. Modò censuræ in Bulla Cœnæ contentæ, licèt differant ab alijs quoad peculiarem quandam reseruationem, non tamen differunt essentialiter. & proinde subduntur cõmunibus regulis aliarum censurarum.

Ampliatur primò hæc conclusio, vt non mo-
7 dò vera sit, quando ignorãtia huiusmodi est iuris, sed etiam si est facti, per ea, quæ docet Couar. in c. Alma mater, p. 1. §. 10. n. 16. de sent. excom. in sexto. Syl. in ver. Ignorãtia, Nauar. & alij Doctores suprà citati. Ex hoc sequitur, quòd Cõfessarius contrauenies alicui clausulę nostræ Bullæ, non excusatur ab excommunicatione ex capite ignorantiæ, quia ignorantia huiusmodi in Confessario est ignorantia iuris crassa, & supina: eo quòd quilibet Confessarius tenetur scire censuras, quæ in ipsa Bulla cõtinentur, & Bullæ transumptum apud se habere, illudq; diligẽter legere, ac percipere, ut in fine Bullæ Confessarijs ipsis præcipitur. Sic etiã si quis ex propo-
8 sito legat librum aliquem, quem suspicetur esse alicuius Hæretici, & nolit scire authorẽ cũ possit, & debeat, si liber ille sit ab hæretico editus, secundùm aliquos incidit in can. 1. Bullæ; quia huiusmodi facti ignorantia est affectata, ac directè volita; licèt nos aliter fortè dicemus infra, lib. 2. can. 1. q. 39. quoniam ad contrahẽdam huiusmodi censuram requiritur expresè scientia.

Secundò ampliatur dicta conclusio, vt pro-

cedat

9 cedat non modò in ignorantia craſſa, ſeu affectata cenſuræ, ſed in ignorantia craſſa, ſeu affectata rei propterquam fertur cẽſura. Vndè percutiens S.R.E. Cardinalem, quem ex Ignorantia craſſa, vel affectata ignoret Cardinalem eſſe, non excuſatur à can. 11. Bullæ, in qua fertur excommunicatio contra offendentes S.R.E. Cardinales, Archiepiſcopos, & nonnullos alios Prælatos; ſicut non excuſatur, ab excommunicatione lata in c. Si quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. is qui clericum percuſſerit ignorans vincibiliter clericum eſſe, vt per Gloſ. & Doct. in c. Si verò, il 2.
10 de ſent. excom. Epiſcopus pariter incidit in ſuſpenſionem contentam in c. eos qui, de tempor. ordin. lib. 6. ſi clericum alienum ſine proprij Ordinarij licentia ordinauerit: quia Epiſcopus in hac re præſumitur ſcienter talem ordinare: nec ignorantiam prætendere valet, cùm ad Epiſcopum ſpectet hoc ſcire. & tanto fortius, quia igno
11 rantia eius, quod quis ex officio ſcire debet non excuſat à peccato, vt bene probat Nauar. in Man. c. 25. nu. 233. Quæ quidem doctrina hodie difficultatem non habet, cũ extet Bulla Sixti V. quæ incipit: Sanctum & ſalutare: edita anno 1588. nonis Ianuarij, Pontif. eiuſdem anno 4. vbi S.P. Epiſcopum ſic ordinantem alienum clericum maioribus, aut minoribus, ſiue id ſcienter, ſiue ignoranter egerit, niſi debita diligentia adhibita, iuſtus error, & probabilis ignorãtia excuſet, à collatione quorumcumque Ordinum, atque adeo ipſius cenſuræ, & ab executione omnium munerum pontificalium eo ipſo ſuſpendit, & ab ingreſſu Eccleſiæ arcet.

Tertiò amplio dictam concluſionẽ, vt ſit ve-
12 ra, ſiue operans det operam rei licitę, ſiue illicitæ: nam, qui ex ignorantia vincibili, & craſſa tranſgreditur legem, etiam ſi aliàs det operam rei licitæ, voluntariè dicitur tranſgredi legem illam; & conſequẽter peccat eadem ſpecie pecca-
13 ti, ac ſi directa voluntate peccaret: quia voluntarium directum, & indirectum non mutant ſpeciem peccati, aliàs etiam ſi quis daret operam rei illicitæ, mutaretur ſpecies peccati, quia tunc eſt actus indirectè voluntarius. Ita contra Couar. tenet Suar. de cenſu. diſp. 4. ſec. 10. num. 13. & 14. vbi alias rationes affert.

Sic ampliata, limitatur hæc concluſio vbi ad
14 contrahendam aliquam cenſuram exigitur expreſsè ſcientia, aut præſumptio: nam tunc ignorantia craſſa excuſat à cenſura, vt latè probat Sanchez lib. 9. de Matr. diſp. 32. nom. 36. & hoc, niſi ignorantia eſſet craſſiſſima vt per eundem ibi num. 39. aut eſſet affectata. nu. 40. Hoc idem docet lib 2, Decal. cap. 10. num. 38. & in lib. 2. in explicatione primi canonis. Q. 36. latius, Deo duce, dicemus.

Secunda Concluſio.

15 IGnorantia inuincibilis cenſurarum, quæ in Bulla Cœnæ continentur, excuſat contrauenientes, ita vt in eas non incidant. Hæc concluſio eſt vniuerſaliter vera quoad omnes cenſuras, & pœnas, ſiue ab homine latæ ſint, ſiue à iure. Inuincibilis enim ignorantia cenſuræ excuſat à cenſura, & à quacunque alia pœna, vt rectè docet Suar. de cenſur. diſp. 4. ſec. 9. n. 2. & lib. 5. de legib. cap. 12. Sayr. lib. 1. Theſ. to. 1. c. 18. & lib. 2. c. 15. & hanc ſententiam communẽ eſſe, teſtatur Couar. licèt eã ipſe non ſequatur, in c. Alma mater p. 1. §. 10. num. 9. de ſent. excom. lib. 6.

Probatur quoniam actus patratus ex ignorã-
16 tia inuincibili, & probabili non eſt volitus nec in ſe, nec in cauſa, ergo non eſt peccatum; eo quòd omne peccatum eſt voluntarium: vbi autem peccatum mortale non eſt, excommunicatio ferri nõ poteſt. c. nullus, 11. q. 1. Ex hoc infertur, quòd ſi quis inuincibiliter ignoret fuiſſe latam excommunicationem contra legentes libros hæreticorum, de qua habetur in primo cã. Bullæ, ſi libros hæreticorum legat, excommunicatione illius clauſulæ non alligatur. Nec obſtat ſi dicatur quod in §. pen. ipſius Bullæ, qui incipit: Vt verò præſentes, &c. ſtatuitur, vt ij, quos proceſſus huiuſmodi concernunt, quoad ipſos non peruenerint, aut quòd ipſos ignorauerint, nullam poſſint excuſationem prætendere, aut ignorantiam allegare; quoniam reſpõdeo, quòd
17 ex vi Bullæ, contrauenientes non poſſunt allega re ignorãtiam quoad forum exterius, aut quoad actus nullitatem, iuxta ea, quæ dicit glo. in clem. 2. de Hæret. in ver. ex tunc, quam refert Nauar. conſ. 32. de Regul. lib. 3. ſecus autem quoad forum interius: nam ignorantia probabilis excuſat cõtrauenientes ab excommunicatione, cùm de ratione excommunicationis ſit contumacia: modò contumax dici non poteſt, qui probabiliter excommunicationem ignorat: vt bene docet Suar. de cenſur. diſp. 4. ſec. 9. nu. 2. & infra, Deo duce, latius dicemus in d. §. pen.

Ampliatur primò dicta cõcluſio, vt procedat
18 in cenſura pro re, quæ non modò non eſt intrinſecè mala; ſed etiam in cenſura lata pro re mala ex ſui natura, intrinſecè, & ſecundum ſe; nam ignorantia cenſuræ adhuc in hoc caſu excuſat, quando eſt probabilis, vt colligitur ex Io. Andr. in c. vt animarum, de conſt. in. 6. Panor. in c. à nobis, il 2. de ſent. excom. Inn in c. nouerit, eo. tit. & hanc ſententiam communem eſſe, teſtatur Couar. licèt ipſe eam non teneat, in c. Alma mater, p. 1. §. 10. nu. 9. Suar. de cenſur. diſp. 4. ſec. 9. n 2. Sayr. lib. 1. Theſ tom. 1. c. 18. num. 31. & latè Azor. lib. 1. Inſt. moral. p. 1. c. 15. q. 3. Ratio autem hæc eſt, quia cenſura incurritur propter contumaciam, ſed ignorans inuincibiliter cen-
19 ſuram, contumax dici non poteſt, ex quo non eſt monitus à lege, cùm legem cenſuram continentem ſupponimus ignorare: nec ab homine, vt patet; ergo &c. Et ſi diceretur, per legem ſatis moneri, cum ſciat prohibere aliquid intrinſecè malum, tunc dicimus, quòd ſi inuincibiliter ignoret cenſuram, legi annexam eſſe, re ipſa non admonetur ſub comminatione cẽſuræ; ergo nõ ſatis admonetur, vt poſſit cenſuram incurrere,
20 vt docet Suar. loco citato nu. 2. Confirmatur, quia quantitas pœnæ debet proportionari quãtitati culpæ, ſed faciens contra canonem, prohibentem aliquid iure diuino damnatum, ignarus legis humanæ, & conſcius diuinæ, offendit Deũ tantùm, cuius legem præuaricatur, & non conditorem canonis, cuius pœnam ignorat; ergo pœnam dumtaxat iure diuino impoſitam luere debet, & non pœnam cenſuræ à canonis Conditore ſtatutam. Maior patet ex tex. in c. ſelicis, de pœn. lib. 6. Minor probatur quia conditori legis non eſt contumax, cenſura autem nunquam fea-

tur niſi propter contumaciam,ar.tex.in c. ſacro de ſent.excom.& c. nemo Epiſcoporum 11.q.3. Immo eadem ratione videtur dicendum quòd ignorantia inuincibilis cenſurarum Bullæ cœnę, etiam quæ latæ ſunt pro eo,quod eſt intrinſecè malum, excuſet ab eis contrauenientes, licèt ſciant pro eiſdem criminibus eſſe in corpore iuris communis cenſuram ſimiliter impoſitam,vt v.g.contra ſurripientes bona naufragorum fertur excommunicatio,nõ modò in can.4. noſtræ Bullæ;ſed etiam de iure communi in c. excommunicationi, de rapt. ſi Titius ignarus inuincibiliter excommunicationis Bullæ, conſcius autem excommunicationis d.c.excommunicationi,ſurripuit bona Chriſtianorum naufragantiũ, tunc videtur,quòd Titius ipſe excuſetur ex capite probabilis ignorãtiæ ab excommunicatione,quæ continetur in ipſa Bulla,& incidat in excommunicationem quæ habetur in d. cap. excommunicationi dumtaxat: eo quòd licèt fuerit contumax conditori d. c. excommunicationi quod ſcienter fuit prætuaricatus; non tamen fuit contumax conditori Bullæ Cœnæ, quam probabiliter ſupponimus ignorare.

Secundò ampliatur,vt non modo ignorantia
21 inuincibilis cenſuræ excuſet à cenſura;ſed etiam ignorantia inuincibilis circunſtantiæ,ſeu qualitatis eius, quæ ſpeciem peccati conſtituit, aut grauiorem reddit,excuſet à cenſura lata contra talem culpam ratione talis circumſtantiæ. Vt ſi v.g.ſententia excommunicationis feratur contra quoſcunque ſacrilegium committentes,ſi quis rem aliquam ſacram furto ſubtraxerit credens eſſe profanam, licèt peccet peccato furti; quia tamen excuſatur à peccato ſacrilegij, excommunicationem non incurrit:nam ſicut ignorantia eius, à quo ſolo pendet tota malitia operis excuſat à tota malitia peccati; ita ignorantia circunſtantiæ,& qualitatis, à qua malitia operis partim pendet, ab ea malitia & ſpecie peccati excuſabit,quæ ab illa circunſtantia, & qualitate ignorata,deducta, & conſtituta fuerit. Vndè cùm in caſu propoſito ignoretur id, à quo partim pendet malitia operis, eo quòd ignoratur rem eſſe ſacram; ignorantia illius circumſtantiæ,à qua malitia operis partim pendet, ab ea malitia, & ſpecie peccati excuſabit, & conſequenter à cenſura lata pro tali circumſtantia
22 peccati. Hac eadem ratione percutiens clericum inuincibiliter ignorans clericum eſſe, & ſi ſciat hominem eſſe,in excommunicationem latam in c. ſiquis ſuadente diabolo, non incidit; quia pœna huiuſmodi infligitur ſolùm contra Percuſſores temerarios clericorum, non autem contra percuſſores hominum, vt ſic:hic autem verè,& formaliter,non clericum, ſed hominem tantùm dicitur percuſſiſſe, cùm ſolùm hominẽ percutere voluerit. Sed dices, ſi quis volens percutere clericum percuſſerit laicum, ſacrilegus erit,& tamen excommunicatus non eſt,ergo,&c.Reſpõdetur quòd diuerſa ratio militat in primo, & diuerſa in ſecundo caſu. Ideo enim clericum percutere volens excommunicatus nõ
23 eſt in ſecundo caſu,vt nota Glo. in c. ſi vero, il 2. de ſent. excom. quia non ſufficit mala voluntas in excommunicatione incurrenda, ſed requiritur actus exterous. Non ita tamen erit dicendum de eo qui volens percutere Petrũ clericum, percutiat Sempronium ſimiliter clericũ; quia tunc excommunicationis vinculo alligatur:quoniam licèt errauerit in Indiuiduo; clericum tamen formaliter percutere voluit, & percuſſit. Vt colligitur ex tex. in d.c.ſi vero. Idem dicendum erit de eo, qui percutiẽs clericum ex probabili ignorantia crediderit percutere laicum eo animo, vt nihilominus percuſſiſſet illũ ſi ſciuiſſet clericum eſſe: quia tunc erit excommunicatus: nam hæc ignorantia non eſt cauſa actus involuntarij; & ideo à pœna canonis non excuſat. Quæ quidem omnia verà ſint, ſiue detur opera reflicitæ,ſiue non,vt ſupra diximus ex Sayr.loco citato.& D. Th.1.2.q.76.ar.1. 2. & 3. Ex quibus patet quid dicendum ſit de eo, qui percuſſit Cardinalem, aut Epiſcopum, exiſtimans eſſe ſimplicem clericum, & probabiliter ignorans eſſe Cardinalem,aut Epiſcopum.Nam
24 videtur fortè probabiliter dici poſſe,huiuſmodi percutientem non incidere in excommunicationem contentam in can.11. noſtræ Bullæ, latam contra offendentes Cardinales, Epiſcopos &c. ſed tantùm alligari excommunicatione, quæ continetur in d.c.ſi quis ſuadente diabolo, lata contra percutientes clericos: quia iſte talis non habuit animum percutiendi Cardinalem aut Epiſcopum,nam ſi ſciuiſſet illum eſſe Cardinalem,aut Epiſcopum,non percuſſiſſet,ſed tantum habuit animum percutiendi clericum ſimplicem.

Tertiò ampliatur ſupra dicta concluſio, vt non modò ignorantia inuincibilis cenſuræ ex-
25 cuſet à cenſuris tam in Bulla contentis, quàm ab alijs; ſed etiam inconſideratio, & naturalis obliuio,dummodò non ſint coniunctæ cũ graui negligentia,ita vt craſſa & affectata] quodammodo dici poſſit,vt bene declarat Azor. lib. 1. Inſt.moral.p.1.c.16.q. 3. & 4. & Suar.de cenſur. diſp.4.ſec.8.nu t 1.Probatur quia huiuſmodi inconſideratio,ſeu naturalis obliuio excuſat à culpa;ergo,& à pœna.Clara conſequentia. Probatur antecedens, quia inconſideratio, ſeu naturalis obliuio reddit actionem inuoluntariam,tàm directè,quàm indirectè. Directè inquam, quoniã volũtas nihil poteſt actu directo velle,niſi quod
26 intellectus actu cogitat; inconſideratio autem tollit actualem cogitationẽ obiecti, & ideo tollit directum voluntarium. Indirectè verò,quia ibi nullum poteſt eſſe voluntarium indirectum, niſi ratione cauſæ quæ eſt ipſa met inconſideratio; ſed ipſamet inconſideratio eſt inuoluntaria,vt ſupponitur;ergo nou poteſt ratione illius actio eſſe indirectè voluntaria, ſeu in cauſa. Ita Suar.loco citato. Poteſt autem aliquo modo naturalis inconſideratio, ſeu obliuio ex Azor. dici craſſa,& affectata, vbi culpa aut vitium interuenit,memoria non retinendo id,quod oportet. Vnde quoad rem noſtram attinet æquiparantur in hoc inconſideratio,naturalis obliuio, & ignorantia;quamuis in ordine ad forũ externum facilius poſſit ignorantia, quam inconſideratio,ſeu obliuio probari. vt per Graff. lib. 4. deciſ.p.1.cap.9.nu.29.

Hæc concluſio ſic ampliata, limitatur primò
27 vt locum ſibi vendicet in cenſuris ſtricto modo ſumptis,nempè in excommunicatione, ſuſpenſione,& Interdicto:ſecus autem in cenſuris largo modo conſideratis,qualis eſt irregularitas,

quæ

quæ contrahitur ob defectum Sacramenti. Vt ſi quis per ignorantiam quantumuis probabilem duxerit in Matrimonium corruptam feminam; vel vxorem ſuam adulteram cognoſcat: nã tunc non obſtante probabili ignorantia, vti bigamus irregularis efficitur. Idem dicendum eſt in omnibus aliis irregularitatibus, quæ ex delicto non proueniunt. Vt quando irregularitas contrahitur ob vitium natalium, ob defectum ætatis idoneæ, & conuenientis literaturæ, libertatis, aut lenitatis, vel per morbum corporis aut animæ: nã irregularitates huiuſmodi, non tàm pœna ſunt, quàm impedimentum. Idem dicendum eſt de irregularitate, quæ contrahitur propter infamiã nam probabilis ignorantia ab huiuſmodi irregularitatibus non excuſat. Vt bene docet Azor. lib. 1. Inſt. mor. p. 1. c. 15. q. 7. Immo Azor. ibi, idẽ opinatur de irregularitate, quæ ex delicto naſcitur, ad quod allegat tex. in c. cùm illorum, de ſent. excom. Vndè ſi quis ſciens ſe maiori excommunicatione alligatum, ſuſpenſum, aut interdictum, rem diuinam fecerit, efficitur irregularis, licèt probabiliter ignoret ſic contrauenientes, & diuina tractantes irregularitatem contrahere. Sic etiam ſciens ſe baptizatum, ſi iterum baptizari paſſus fuerit, incidit in irregularitatem, quamuis probaliter ignoret pro tali delicto imponi irregularitatem. Et idem poſſe dici videtur de eo, qui ſcienter baptizauit aliàs baptizatum. Sed re vera hæc Azor. ſententia quoad irregularitatem, quæ ex delicto naſcitur, licèt ſit non nullorum etiam Doctorum; æquior tamẽ, & probabilior eſt ſententia eorũ qui dicũt pro, babilem ignorantiam excuſare non modo ab excommunicatione, ſed etiam ab Irregularitate, quæ ex delicto naſcitur, quia huiuſmodi irregularitas infligitur in pœnam delicti. pœna autem numquam datur niſi ob culpam, ſed ignorantia probabilis excuſat à culpa, vt ſupra probauimus; ergo excuſat ab irregularitate ſtatuta in pœnam delicti. Quapropter ſi quis excommunicationis
28 inſcius celebret, proculdubio in irregularitatẽ non incidit, vbi probabiliter ſe eſſe excommunicatum ignorauerit. Ita glo. in c. Apoſtolicæ, in ver. Probabilis, & ibi etiam Henr. Boich de cler. excom. miniſtr. Panor. in c. Paſtoralis, §. verum n. 15. de appell. Nauar. Conar. & alij, quos refert, & ſequitur Sayr lib. 1. Theſ. c. 18. n. 36. tom. 1. vbi etiam ait idem iudicium eſſe de eo, qui ſcit ſe eſſe excommunicatum, ſed dum aliquid contra excommunicationem agit, probabiliter eius non recordatur. Hanc eandem ſententiam videtur tenere Suar. de cenſur. diſp. 4 ſec. 9. nu. 15. & ſeq. & ad tex. in d. c. cùm illorum, reſpondent, loqui de Ignorantia craſſa, & ideo non excuſat ab irregularitate.

Secundò limitatur, vt ignorantia quãtumuis
29 probabilis non excuſet à lege irrogante pro aliqua actione pœnam, ne quis acquirat aliquã iuris. facultatem; nẽpe, ne quis faciat ſuos certè rei fructus, vel ne ſibi beneficiũ, officium, adminiſtrationemue Eccleſiaſticam, aliamque ſimilẽ poteſtatem adipiſcatur, vt declarat Azor loco citato.

Ad argumenta Reſpondetur.

AD primum diſtinguitur maior, quòd aut lo-
30 quimur de pœna ordinaria, & mediocri proportionata delicto, impoſita à lege pro eo, quod eſt intrinſecè. & ex obiecto malum: aut de pœna extraordinaria, & exorbitanti, à lege nouiter impoſita. Primo caſu ignorantia pœnæ non excuſat
31 à pœna: quia delinquens huiuſmodi pœnæ ſe ipſum ſubdidit delinquendo, l. Imperatores, ff. de iu Fiſc. Secundo caſu ignorantia probabilis pœne excuſat à pœna: quoniã delinquens non cenſetur tacitè cõſentire in adeò extraordinariam pœnam, & exorbitantem, vt bene docet Io. Crot. in c. vt animarum, de conſtit. in ſexto, n. 27. huiuſmodi autem eſt cenſura, maxime excommunicatio, quæ maxima dicitur omnium pœnarum. vt in c. corripiantur, 24. q. 3. latè Sayr. lib. 1. Theſ. c. 18. num. 37. Vel ſecundò reſpondetur ex Azor. lib. 1. Inſt. moral. c. 15. q. 3. ver. Ad ea verò, quòd ſpecialis ratio in pœna excõmunicationis conſideratur, quæ non eſt in aliis pœnis: quoniã excommunicatio conſtituitur in eo, qui nõ obtemperat Eccleſiæ decretis, ac legibus, & conſequenter propter eius contumaciam, at verò
6 is, qui decreta huiuſmodi, ac leges iuſtè ac probabiliter ignorat, eiſdem contrauenire non cenſetur, nimirum ſi probabilis Ignorantia hoc caſu excuſat. Reliquæ autem pœnæ ſpecialem huiuſmodi contemptum, aut contumaciam non expoſtulant, ſed ſola auctoritate Principis, iuris diuini, vel naturalis contemptus; & violatio, pœna debita mulctantur.

Ad ſecundum argumentum dicimus, illud in-
32 telligendum eſſe quoad præſumptionem fori contentioſi, vel quoad illos, qui ſunt in culpa vt ſtatuta non poſſint publicari in eorum terris, aliàs ſequeretur, quòd quilibet teneretur habere procuratorem, aut canonicis vacare legibus, & quotidie inueſtigare Põtificias Cõſtitutiones, quæ in diem conſtituũtur: quod eſſet nimis durum, & animarum manifeſtus laqueus, cõtra Piæ Matris Eccleſiæ intentionẽ, vt rectè docet Angel. in ver. Excommunicatio, 7. caſu vltimo. n. 3. Vndè Nauar. in Man. c. 27. n. 274. exiſtimat multas extrauagantes cum cenſuris grauiſſimis latas fuiſſe ſuper criminibus damnatis, quarum notitia nunquam tranſijt Pirenæum, nec Alpes: & proinde fideles ipſi, prædictas cenſuras ignorantes; excommunicatos haud eſſe.

Ad tertium ex tex. in d. c. cùm ſit Romana, §.
33 vltimo, & ibi glo. & in d. c. ad Apoſtolicæ, reſpõdetur quòd abſens, & ignorans tunc demum excommunicari poſſunt, quando excõmunicatio fertur ab homine, præmiſſa monitione canonica iuxta tex. in c. Sacro. de ſent. excom Secus autem ſi nulla monitio præceſſerit: nam tũc excommunicatio contra abſentem; & Ignorantem lata, eſt nullius momenti, licèt in foro exteriori præſumitur exommunicatus. Ita Sayr. locò citato. num. 9.

Ad quartũ ex tex. in. c. vlt. de ſent. excom. di-
34 cimus, quòd loquitur de impubere doli capace.

Ad quintum per tex. in c. cùm illorũ de ſent,
35 excom. reſpondemus, tex. illum loqui de ignorãtia craſſa, & culpabili, non autem de inuincibili: nam cùm ille canon de clerici percuſſione ſit notus omnibus, vt ſupponit ibi Inn. 3 ideo percuſſor ille præſumitur canonem ſcire, & conſequenter excommunicationem incurriſſe. Eſt enim lata culpa, ait Angelus loco citato, ignorare canonem illum ſolemniſſimum, ſi quis ſua-

dente diabolo,17.q.4.Vel ſi volumus tenere ſupra relatam Azorij ſententiam, poſſumus reſpondere, tex.illum loqui de ignorantia irregularitatis, non autem cenſuræ; quia, vt ait Azor. ignorantia inuincibilis non excuſat ab irregularitate, quæ aliquando contrahitur etiam,præciſa omni culpa,ac contumacia.

Ad vltimum argumentum negatur conſequentia,nam eſto,quòd appellatione Ordinarij non veniat S. P. vt benè declarat Suar. de cenſur ſec,9. n.6. tamen abſolutè illa diſtinctio non procedit: quia, ſecluſo poſitiuo iure, ex natura rei nulla eſt maior ratio quoad hoc de legibus Pontificijs, quàm de ſtatutis Ordinariorum, & è conuerſo: quia ſemper cenſura, ad hoc, vt incurratur, requirit præuiam monitionem. Ignorans autem cenſuram, nunquam monitus dici poteſt, nec à iure, nec ab homine, vt ſupra declarauimus. Ita Suar.ibi, & Azor.lib.1. Inſtit. moral.p.1.c,15.q.4.

ADDITIO.

a Contumaciam. Vide Genuenſ. in ſua prax. cap.23,num.15.dum ait.quòd ideo ſecundùm Doctor.ſententiam magis communem,in cap.à nobis,il 1. de ſent.excom. ignorantia pœnæ ſtatuti non excuſat à facto aliàs damnato, intrinſecè,& ex obiecto malo, nempè in furto, adulterio, &c. & in ſententia excommunicationis excuſat; quoniam in excommunicatione ad eam contrahendam exigitur contemptus, qui non cadit in ignorante.vt habetur ex Panor.& aliis, in d.cap.à nobis. & Couar in cap.Alma Mater, §.4 num.8.de ſent.excom.in 6.Vndè exteri non poſſunt declarari excommunicati in foro exteriori; niſi quando præſumitur ſcientia: nempè poſt duos menſes in conſtitutionibus Principum: & in ſtatutis Inferiorum iuxta Iudicis arbitrium quoad abſentes; quo verò ad præſentes ſtatim,vt latè Felyn.in cap.cognoſcentes,n.7.& 8. de conſtit. A pœna verò ſtatuti pro facto aliàs iure naturali,& Diuino damnato, maximè quo ad forum exterius, ignorantiam non excuſare, rectè docet communis Doctorum ſententia. Dixi, *Pro facto aliàs naturali iure &c.* quoniam ſi factum ſit tantùm malum,quia prohibitum, ignorantia à pœna ſtatuti excuſat, ſi ſit inuincibilis,vt in c.vt animarum,de conſtit.in 6. Quod verum eſſe ait Glo.ibi,etiam ſi ſtatutum Ordinariorum puniat factum aliàs damnatum: ſecùs autem ſi agatur de conſtitutione generali S. Pontificis; quia ſecundùm aliquos, ſi includat factum iure naturali damnatum, regulariter nõ excuſantur ignorantes, vt habetur ex Io.Andr. in d. cap. vt animarum, in ver. Statuta: quod quidem quomodo procedat,rectè declarat Syl. in ver. Ignorantia.num.14.& 15. vbi etiam, nu. 10.11.12.& 13. explicat, an & quando ignorantia in foro conſcientiæ excuſet à peccato in totum, vel minuat: ſiue ignorantia iuris ſit, ſiue facti. D. Cæſar.

De qualitatibus Bullæ Cœnæ. Caput Tertium.

An cenſuræ,quæ in Bulla Cœnæ continentur ſint latæ ſententiæ,vel ferendæ. Q.1.

SVMMARIVM.

1 *Cenſura latæ ſententiæ dicitur, in quam eo ipſo, quòd contrauenitur,incurritur.*
2 *Cenſura latæ ſententiæ, quibus feratur verbis, oſtenditur.*
3 *Cenſura ferendæ dicitur, quæ non ſtatim, quòd contrauenitur incurritur,& variis modis pronunciatur.*
4 *Cenſuræ, quæ in Bulla cœnæ continentur, omnes ſunt latæ ſententiæ.*

PRo determinatione huius quæſt. eſt annot.
1 quòd cenſura latę ſententiæ dicitur, in quâ eo ipſo quòd contrauenitur,incurritur,nulla declaratione,aut ſententia interueniente, vt cùm
d ſub cenſura aliqua præcipitur aliquid, aut inhibetur per verbum imperatiui temporis, vt Ex-
2 *communicatroni ſubiaceat*; c. ſiquis ſuadente diabolo,17 q 4.Aut. *In excommunicationem incurrat*,c. vni eo de iniu.in ſexto. Vel, *nouerit ſe ſubiacere excommunicationi,ſuſpenſioni,aut Interdicto*,c. 2. de Hæret. lib.6. Item ſi dicatur; *Maneat Eccleſiaſtico ſuppoſitus Interdicto*, c. 1. de ſepul eo.lib. Sic etiam ſidicat, *Nouerit anathematis mucrone percuſſus*, clem. 1. de pœn. Fertur etiam cenſura latæ ſententiæ per verba Indicatiui tempotis,vt, *Excommunicamus, ſuſpendimus,interdicimus*,c.nouerit,de ſent.excom. & c. excommunicamus,1.& 2.de Hæret. Item cùm dicitur,*Excommunico*,c. pen. de ſent.excom. Erit etiam cenſura latæ ſententriæ ſi dicetur, *Sententiam excommunicationis promulgamus, proferimus, anathemaizamus determinus innodatos excommunicationis vinculo*,Sayr.lib.1.Theſtom.c.11. nu.6.Fertur quoque cenſura latæ ſententiæ per hæc verba, *Excommunicatus ſit,anathema ſit, ſit interdictus, ſit ſuſpenſus*.Et hoc niſi aliter conſtet de mente cenſuram ferentis.vt contra Nauar.in ſuo man.c.27. num.12. tenet Suar.de cenſu. diſp.3. ſec. 3.num. 4.& alij, quos refert Sayr. loco citato. vbi etiam num.11.& Suar.num.3. Idem dicunt ſi dicatur, *Excommunicationem,ſuſpenſionem, aut Interdictum ſe nouerit incurſurum*. Fertur denique cenſura latæ ſententiæ ſub hac forma,*Decernimus ipſo facto,ipſo iure,eo ipſo excommunicatos, ſuſpenſos, aut interdictos*, clem.1.de ſepul.c.ſi religioſus.de elect. in ſexto, c. prouida,c. cupientes.§ cæterum eo.titulo, & clem. 1. §. verum, de Hæret. Idem eſt ſi dicatur, *Excommunicatum te eſſe agnoſcas*, c. præterea, il 2. de appel. aut decernimus innodatos eſſe excommunicatione latæ ſententiæ, Suar. ibi num. 1. & 2.

Cenſura autem ferendæ ſentẽtiæ dicitur illa,
3 quę non ſtatim quòd contrauenitur, incurritur, ſed exigit Iudicis ſententiam. Quæ quidem cenſura alio vocabulo dicitur comminatoria,& fertur per verbum ſubſtantiuum,vel per aliud verbum ſignificans aliquid de futuro. Vt cùm dicitur,*Excommunicentur, hoc vel illud facientes*. Vel *qui hoc fecerit,aut non fecerit, erit excommunicatus, vel excommunicabitur*. Item ſi dicatur; *Excommunicetur*,

tur, communione priuetur, excommunicationis vinculo innodetur, vt est Glo. in c. 2 §. inhibemus in ver. Innodetur, de Hæret. lib. 6. Nauar. in Man. c. 27. num. 12. & alij, quos refert Sayr. loco citato, num. 13. Item ferendæ sententiæ erit censura, si dicatur, *sub pœna excommunicationis, hoc, vel illud facias, vel non facias*. Quod tamen verum est, nisi addatur aliquid determinans significationem, vt si dicatur, *Sub pœna excommunicationis, statim incurrendæ, hoc, vel illud facias, aut non facias*: quia tunc est latæ, non ferendæ. Item si addatur, *Mox, omnino, prorsus &c.* Vt bene probat Suar. ibidem. nu. 5. & 6. His annotatis, sit.

Vnica Conclusio.

OMnes censuræ, quæ in Bulla Cœnæ habentur, sunt latæ sententiæ. Hæc conclusio patet ex dictis: nam illæ censuræ appellantur, latæ sententiæ, quæ feruntur per verbum Indicatiui modi; huiusmodi autem sunt censuræ Bullæ Cœnæ: omnes enim latæ sunt per verba: *Excommunicamus, anathematizamus, interdicimus*.

ADDITIO.

a Interueniente. Vide Cassan. decis. 2. & 3. De locato, quem refert Nauar. in suo Man. cap. 23. sub num. 4. dicentem, quòd licèt excommunicatio latæ sententiæ, eo ipso quòd contrauenitur, incurratur; excommunicatio tamen huiusmodi lata contra Pensionarium in casu pensionis in termino condicto non solutæ, eo elapso, non censetur contracta, donec is, cui illa debetur, declaret, se velle, illam esse incursam: & illo etiam post mensem, & annum declarante, habetur pro excommunicato à solutionis termino iam elapso: & si antequam moriatur, vel soluatur pensio, vel fiat concordia, vel pensionarius moriatur; nunquam censetur incursa. Et ita stylum se habere testantur præfati Doctores. Simoniaci pariter ipso iure excommunicantur per extraug. 2. de Simon. & nihilominus Nauar. loco citato ex eodem Cassan. inquit, extrau. prædictam interpretari per eumdem Stylum Curiæ, Romano Pontifice sciente, & tolerante, vt excommunicatio latæ sententiæ per extrau. ipsam lata non liget, donec ab vtraque parte simonia compleatur: impleta verò ab vtraque parte; etiam si post multum temporis spatium ab altera compleatur, censeri excommunicationem ipsam contractam, vnà cum nullitate tituli Beneficij, per simoniam obtenti, ab eo tempore, quo simonia fuit contracta. Imò addit Nauar. loco citato, quòd qui celebrat post completam ab vna parte simoniam, & ante completam ab altera, non incurrit irregularitatem. Sic etiam amissio emphyteusis ipso iure incursa per tex. in cap. potuit, de locat. & l. 2. C. de iur. emphyt. est ita impendenti, vt si Dominus directus, antequam illam petat, vel declaret, se velle petere, moriatur, non censetur amissa; quemadmodum amissa non censetur, si emphyteuta moriatur, antequam ab eo illa petatur, vt rectè probat idem Cassan. ibi.

Imò quamuis regulariter excommunicatio latæ sententiæ contrahatur eo ipso, quòd contrauenitur; non tamen à Iudice est declarandus excommunicatus, qui talem censuram contraxit; nisi, præuia citatione, ad dicendum causam quare non debet declarari excommunicatus: alias declaratio ipsa nullam vim haberet, vt per Glos. & Panorm. in clem. Præsenti, in ver. Constiterit, de censib. Felyn. in cap. Rodulphus, de rescript. & extat ritus 3. Archiepisc. Curiæ Neapolitanæ, vt testatur Genuensis in sua prax. cap. 23, num 16. vbi id limitat, nisi crimen talem censuram habens annexam notoriè quis commiserit, quoniam tunc non est opus præuia citatione, vt in cap. peruenit. il 1. de appellat. & eo maximè, si nullam excusationem potest afferre, vt per Felyn. loco citato. Idem dicendum esse probat, vbi dubitatur de fuga citandi, vt habetur ex Panorm. in cap. cùm non ab homine, de iudic. & Felyn. in d. cap. Rodulphus. Tutius tamen est in omni casu citationem præmittere; quia multa dicuntur notoria, quæ re vera non sunt, vt habetur ex Imol. in cap. extirpandæ, de præben. & Genuens. loco citato. Et vbi dubitatur de fuga citandi; non ob id, quòd aufugiat, effugiet declarationem prædictam. Siquidem in d. Archiepisc. curia, cùm quis in excommunicationem latæ sententiæ incidit, capta informatione, citatur ad dicendum causam, quare non debet declarari excommunicatus: & si non compareat non excommunicatur tanquam contumax, sed contra eum proceditur ad diffinitiuam sententiam, & declaratur excommunicatus ex causa, ob quam fuit principaliter citatus. Quam quidem praxim rationabilem esse probat ibi Genuens. Etenim licèt contra absentes, & contumaces, ex testibus, lite non contestata, receptis, non possit procedi ad diffinitiuam sententiam, vt patet ex toto tit. vt lite non contest. & in cap. omnia. c. absente, & c. absens, 3. q. 9. nihilominus vbi agitur de periculo animarum, potest procedi ad diffinitiuam sententiam contra contumacem, vel absentem, etiam ex testibus receptis, lite non contestata, vt est tex. in c. quoniam frequenter, §. porrò, vbi etiam Soc. fall. 58. iuncta fall. 8 Lap. allegat. 10. & alij apud Genuens. d. cap. 23 num. 30. vbi plura alia cumulat circa hanc praxim. D. Cæsar.

An ad incurrendas censuras in Bulla Cœnæ contentas, requiratur aliqua præmonitio. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Censura, quæ fertur ab homine, exigit præmonitionem.*
2 *Censura Bullæ Cœnæ, ad illas incurrendas, non exigunt præmonitionem.*
3 *Censura latæ sententiæ, ad illam contrahendam, non exigit postulat aliam præmonitionem.*
4 *Censura latæ sententiæ, etiam si feratur ab homine non requirit præmonitionem ad illam incurrendam.*

1 IN hac re videtur prima fronte dicendum, quòd ad incurrendas censuras, quæ in Bulla Cœnæ continentur aliqua prærequiratur monitio. Nam non nulli volunt vt infra dicemus, omnes censuras in Bulla ipsa contentas, esse simpli-

pliciter ab homine; ergo ad illas incurrendas debet præcedere monitio, vt est tex. in c. Sacro, & c. contingit, il 2. de sent. excom. Couar. in c. alma mater. p. 1. §. 9. nu. 4. Nauar. in Man. c. 27. n. 10. & 11. & alij, quos refert, & sequitur Sayr. lib. 1. Thes. c. 12. nu. 5. vbi hanc esse rationem testatur; quia excommunicatio cùm ferri non debeat, nisi ob inobedientiam, & contumaciam: nemo autem præsumitur contumax, nisi antea fuerit monitus.

His tamen non obstantibus, in contrarium est
2 veritas; nempe quòd ad incurrendas huiusmodi censuras nulla requiratur præmonitio.

Probatur, quia suprascriptæ censuræ, vt præ-
3 cedenti q. conclusimus, sunt latæ sententiæ, modò, etiam quando Iudex aliquid præcipit sub excommunicatione latæ sententiæ, non requiritur aliqua monitio ad excommunicationem incurrendam; sed contrafaciens statim censura alligatur, cùm habeat annexam contumaciam. Ita Henriquez lib 13. de excom. c. 17. §. 3. in fine, Sayr. loco citato, & Doctores communiter.

Ad contraria respondemus, quòd esto, quòd
4 censuræ in Bulla cœnę contentæ sint ab homine iuxta aliquorum sententiam, tamen sunt ipso iure latæ, & ideo in modo quo feruntur sunt à iure, vt infra dicemus. q. 7. aut saltem, valdè similes censuris quæ à iure feruntur. In censuris autem quæ per legem ipso iure imponuntur, non est necessaria præmonitio: quia lex sufficienter admonet; non semel, atque iterum, sed contí-
5 nuè. Vndè iura eodem modo loqui videntur de censuris latis per sententias generales, ac de ijs, quæ per legem feruntur, vt in c. à nobis de sent. excom.

Confirmatur, quia sententiæ generales nullũ respiciunt particularem, quem monere possunt; vndè meritò ad incurrendas huiusmodi censuras, non exigitur præmonitio. Ita Hugol. de censur. Eccl. Tab. t. c. 18. in prin. n. 2. §. 1. Sayr. lib. 4 Thes. tom. 1. c. 2. nu. 16. & alij.

Bene verum est, quod si in generali sentẽtia, aut in lege, hæc verba fuerint addita, *Nisi moniti resipiscant ipso facto excommunicationis sententiam non incurrent, vt in clem. vi. § fin. de stat. monac.* tunc monitio prærequiritur, sicut exigitur in omnibus censuris, quæ sunt ferendæ sententiæ, & ab homine, vt latè habetur ex Suar. de censur. disp. 3. sec. 8. & seq.

ADDITIO.

6 Modo. Licèt iura eodem modo loqui videantur de censuris latis per sententias generales, ac de ijs, quæ per legem feruntur; nihilominus huiusmodi censuræ inter se in multis differunt, vt latè habetur ex Sayr. t. 1. Thes. lib. 1. cap. 7. Suar. de censur. disp. 5. sec. 5. & ex alijs. Etenim priores si vinculum non iniecerunt, non durant in tempus successoris; sed extinguntur, extincta iurisdictione eius, à quo fuerunt latę, vt in cap. à nobis, & ibi Glos. in ver. Non nisi subditi, & Panor. num. 12. de sent. excommunic. Excommunicationes verò latę per viam legis, ac statuti, durant etiam in tempus successoris: siquidè lex semper durat, etiã mortuo Legislatore, donec per contrariã legem revocetur, aut per cõsuetudinem, vt habetur in c. fin. & ibi Glos. in ver. statuta. vbi etiam Panor. n. 2. de offic. Deleg. Item differunt, quia excõmunicatio lata ab homine per viam sententiæ generalis, cùm sit formaliter sententia, præterita tantùm, ac præsentia respicit, vt in cap. Romana, §. caueant, & ibi Glos. in ver. Futuris, de sent. excom. in 6. Couar. in cap. alma Mater, p. 1. §. 10. num. 1. & alij, quos refert, & sequitur Sayr. loco citato, num. 20. & 21. Vndè, quamuis si feratur ab homine pro futuris culpis, teneat; ferri tamen non debet, vt probat Sayr. ibi, num. 20. Excommunicatio verò à iure, atque adeò per viam legis, futura tantùm respicit; non autẽ præsentia, ac præterita, Glos. & Panorm. in d. c. à nobis. Vndè prior cùm futura per se non respiciat, eos tantùm obligat, qui tempore latæ sententiæ subditi erant, non autem futuri; cùm sententia præsentia tantùm, & præterita respiciat, & propterea ad tempus, quo pronunciatur est referenda: posterior verò cùm futura respiciat, non solùm alligat subditos, & alios in Territorio delinquentes: verùm etiam, qui futuris temporibus subditi erunt, vt per Innoc. & Panorm. in d. c. à nobis, & Couar. loco citato, num. 2. Denique inter excommunicationem latam per viam sententiæ, & per viam legis, de quibus apud Sayr. Suar & alios Doctores supra citatos, illa præcipua est, vt reliquas prætermittamus, quòd excommunicatio, quæ fertur per modum sententiæ generalis, atque ideo ab homine, non ligat, nisi subditos, siue intra, siue extra territorium crimen committant; non autem extraneos, etiam si in eius Territorio delinquant, vt rectè docent Panor. & alij in d. cap. à nobis, il 1. per illum tex. de sent excom. d. §. 10. num. 2, quos refert. & sequitur Suar. d sect. 5. num. 8. 9. & 10. Secus autem si excommunicatio feratur per viam legis. & statuti, quoniam tunc extenditur ad omnes delinquentes in Territorio, etiam si Legislatoris subditi non sint; nec extenditur extra Territorium, licèt delinquentes sint subditi. vt in cap. vt animarum, & ibi Doctor. de constit. Nauar. in Man. cap. 27. num. 6. Sayr & Suar. locis citatis. Siquidem sententia quantumuis generalis, dirigitur ad personas subditas, quæ vbique sunt subditæ. Lex autem Territorium tantùm respicit, cùm feratur, vt Territorium rectè gubernari possit, & à malis defendi, arg. tex. in l. 2. & l. legis virtus, de constit. Quocirca, cùm Territorium Romani Pontificis, sit totus Terrarum Orbis, eidemque omnes subdantur, ipsius leges, & sententiæ generales alligant cunctos, vt declarat idem Duard. infra, cap. 3. quæst. 6. à nu. 4 ad 9. & latius, quæst. 7. atque ideo Bulla Cœnæ, siue lata sit per viam sententiæ generalis, siue per viam legis, procul dubio alligat vniuersalem Ecclesiam. D. Cęsar.

An censuræ Bullæ Cœnæ sint mutabiles, Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Censuræ, quæ in Bulla Cœnæ continentur, sunt ex sui natura mutabiles.*

2 *Bulla Cœnæ dupliciter contingit mutari. Primò per additionem nouæ clausulæ. Secundò per detractionem alterius clausulæ.*

3 Bulla

3 *Bulla Cœnæ ſcim variatur per additionem nouæ clauſulæ, prohibendo aliquid, quod in iure prohibitum non erat, tunc clauſula illa addita, durat vſque ad ſequentis Bullæ publicationem.*

4 *Bulla Cœnæ, cùm mutatur per additionem nouæ clauſulæ, in iure aliàs contentæ, tunc Iuris diſpoſitioni, integrè remanenti ſicut prius, ſuperadditur Bullæ reſeruatio.*

5 *Bullæ Cœnæ cenſuræ quando concurrunt cum cenſuris aliis iuris, non multiplicantur cenſuræ.*

6 *Bulla Cœnæ quando variatur per iuris antiqui innouationem, ſi ius illud expreſsè fuerat reuocatum, vel tacitè per contrariam conſuetudinem, vel alio modo, tunc reuiuiſcit, & ſuperadditur ei reſeruatio ipſius Bullæ.*

7 *Bulla Cœnæ vbi mutatur per iuris antiqui extenſionem, non ſolùm locum habet in eo caſu, in quo prius in iure habuit; ſed etiam caſum illius iuris ad alium in Bullæ caſum extenditur.*

8 *Bulla Cœnæ cùm variatur per reuocationem alicuius canonis, aut priuilegij prius conceſſi, tunc durante reuocatione totam vim priuilegij, aut iuris annullat.*

9 *Bulla Cœnæ quando mutatur per detractionem alicuius antiquæ clauſulæ, tollendo aliquid in iure non diſpoſitum, tunc illud reuocatur ad Iuris diuini, vel naturalis diſpoſitionem.*

10 *Bulla Cœnæ quando mutatur, tollendo aliquid à iure ſtatutum, tunc illud reddit ad priſtinam iuris diſpoſitionem.*

11 *Bulla Cœnæ vbi variatur per detractionem innouationis iuris antiqui, tunc ius illud remanet in ſua priori obſeruantia, ſi aliquo caſu erat in vſu; ſecus autem ſi reuocatum fuerat per aliquod ius nouum extra Bullam, vel tacitè per contrariam conſuetudinem.*

12 *Bulla Cœnæ, quando variatur tollendo iuris extenſionem per ipſam Bullam factam, tunc ius illud non extenditur ad caſum illum, in ea expreſſum.*

13 *Bulla Cœnæ cùm mutatur tollendo reuocationem priuilegiorum, tunc reuiuiſcunt priuilegia ordinaria, communia, & in iure contenta; ſecus autem priuilegia particularia, conceſſa fauore priuato, niſi vitam perſonæ reſpiciant.*

1 IN hac difficultate vnica concluſione reſpondemus, & dicimus, quòd omnes cenſuræ, quæ in Bulla Cœnæ continentur, ſunt mutabiles. Hæc concluſio patet ex communi Eccleſiæ conſuetudine: nam variis temporibus per Romanos Pontifices, Bullam ipſam ſucceſſiuè mutatam fuiſſe conſtat, vt infra Deo duce, in Proœm. dicemus.

Contingit autem Bullam mutari dupliciter.
2 Primò per additionem nouæ clauſulæ. Secundò per detractionem prioris clauſulæ. Et vtroque modo quintupliciter.

Per additionem nouæ clauſulæ variatur Bulla
3 Cœnæ primò prohibendo aliquid, quod in iure prohibitum non erat; & tunc clauſula illa addita durat vſque ad ſequentis Bullæ publicationē: nam, vt infra dicemus, Bulla non expirat mortuo conditore eius, ſed durat donec alia publicetur.

Secundò, Bulla variatur per additionem ali-
4 cuius clauſulæ in iure aliàs contentæ, quo caſu tota iuris diſpoſitio manet integra ſicut prius, cùm ius nunquam ceſſet, niſi exprſsè reuocetur, aut aliquid ei contrarium ſtatuatur. Exemplum patet in excommunicatione lata contra Hæreticos, de qua in c. excommunicamus, de Hæretic.
5 cui ſuper additur Bullæ excommunicatio cum reſeruatione. Non tamen dicuntur duę excommunicationes, ſed vna tantùm: quia quando cenſura Bullæ concurrit cum iuris cenſura, cenſuræ nō multiplicantur, vt bene docet Suar. in
a explicatione præſentis Bullæ diſp. 21. de cenſur. ſec. 1. n. 3. & ſec. 2. nu. 30. & Nauar. in ſuo Man. c. 27. num. 54. in fine: quicquid dicat Sayr. lib. 3. Theſ. Tom. 1. c. 2. nu. 4.

Tertiò, Bulla ipſa mutatur per iuris antiqui in-
6 nouationē; quo caſu, ſi ius illud expreſsè fuerat reuocatum, vel tacitè per contrariam conſuetudinem, aut ſua ſolùm antiquitate fuerit abſolutum, tunc virtute renouationis factæ per Bullā reuiuiſcit eodem modo, ac ſi nouum ius, vel conſuetudo, quæ illud reuocauerat, alio nouo iure reuocatur. Hac de re in c. 17. & 18. noſtræ Bullæ innouantur canones editi in Conc. Lateran. ſuper immunitate perſonarum Eccleſiaſticarū, cuius innouationis ratione duo iuris canones, qui habentur in c. non minus, & c. aduerſus, de immun. Eccl. ad priſtinum reducuntur, & cenſu-
b ra in dictis iuribus contenta, reſeruata *b* dicitur in præſenti Bulla; non tamen ſuper additur excommunicatio, vt ſupra ex Suar. & Nauar. probauimus.

Quartò mutatur Bulla per iuris antiqui exten-
7 ſionem: & ideo non modò locum habet in eo caſu, in quo prius in iure habuit, ſed etiam caſum illius iuris ad alium Bullæ caſum extendit, quamuis de eo nulla in Iure mentio fiat. Hoc patet in c. 6. Bullæ Cœnæ Greg. XIII. publicatæ anno 1584. vbi extenditur cōſtitutio ad falſariorum, de crim. fal. quæ ſolùm loquebatur de falſificantibus litteras Apoſtolicas, vt comprehendat etiam falſificantes ſupplicationes Apoſtolicas Signaturæ. Vndè ipſarum ſupplicationum falſarij pœnas omnes in d. c. ad falſariorum contentas contrahunt: & inſuper in pœnas præſentis Bullæ incidunt.

Quintò, variatur Bulla per reuocationem ali-
8 cuius canonis, aut priuilegij, prius conceſsi, vt in c. 7. 19. & 21. eiuſdem Bullæ. Quo caſu quamdiu reuocationes in Bulla manent, totam vim priuilegij, aut iuris annullat, & ideo nemo illorum virtute ſtante Bulla, poterit ſe tueri.

Per detractionem autem alicuius antiquæ clauſulæ Bulla Cœnæ variari contingit adhuc quinque modis. Tollendo ſcilicet aliquid, de quo in iure nihil fuit ſtatutum: vel tollendo aliquid de Iure ſtatutum: aut tollendo innouationem iuris antiqui: vel tollendo extenſionem eiuſdem: aut denique tollendo reuocationem priuilegiorum.

Primò caſu illud reuocatur ad Iuris diuini,
9 aut naturalis diſpoſitionem.

Secundò caſu reddit ad priſtinam Iuris diſpo-
10 ſitionem, ac ſi vnquam in Bulla fuiſſet expreſſum, & conſequenter non eſt amplius in Bulla reſeruatum.

Tertiò caſu quando Bulla mutatur per detra-
11 ctionem innouationis iuris antiqui, tunc ſi illud ius, quod in Bulla fuerat innouatum, adhuc abſque Bullæ innouatione erat in vſu ſaltem imperfectè, quamuis vi Bullæ tollatur innouatio iuris illius; remanet tamen ius illud in ſua priori obſeruantia: quia lex in obſeruantia exiſtens ſem-

per obligat. Quòd ſi Ius illud antiquum per aliquod Ius nouum extra Bullam fuerat per prius reuocatum; & vi Bullæ contra Iuris noui reuocationem innouatum, tunc ius illud in ſuam redit reuocationem, iuxta iuris noui diſpoſitionẽ: nam tota vis eius, ex Bullæ obligatione pendebat. Vndé, ceſſante Bulla, conſurgit ius, & iuris noui efficacia, ita vt cenſeatur reuocatum ius illud antiquum ſicut prius. Quodſi denique illud ius per Bullam innouatum erat, tantummodo tacitè reuocatum per contrariam conſuetudinẽ, tunc probabiliſſimum videtur Say. lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 2. nu 5. remanere prædictum ius in ſuo robore, quod per Bullam acceperat: quia vi Bullæ introductus eſt nouus vſus, & conſequentet interrupta eſt antiqua conſuetudo; ergo neceſſe erit iterum, & de nouo contra ius illud præſcribere.

Sed re vera hoc Say. dictum mihi videtur ſatis dubium: nam ſi conſuetudo eſt altera lex, vt in 9. ex non ſcripto, in Inſt. de Iur. nat. gent. & ciu. & proinde dicitur ius nouum reſpectu illius iuris tacitè reuocati: ſicut, cùm ius antiquũ per ius nouum reuocatum, per Bullam innouatur, ſublata innouatione, remanet integra diſpoſitio iuris noui; ita eo caſu ſublata Bullæ innouatione iuris antiqui, quod ius per conſuetudinem tacitè fuerat reuocatum, remanet integra diſpoſitio cõſuetudinis. Nec obſtat, quod vi Bullæ introductus ſit nouus vſus, & conſequenter interrupta eſt noua cõſuetudo; quoniam ille nouus vſus non eſt illius rationis, qui cõſuetudinis ſit corruptiuus, Huiuſmodi enim debet eſſe vſtroneus, vſus autem vi Bullæ eſt præceptiuus.

Quartò caſu cùm tollitur extenſio per Bullã
12 facta, tunc ius illud non extenditur ad caſum illum in Bulla expreſſum, ſed remanet intra limites illius caſus. de quo in iure habetur.

Vltimo caſu quando variatur Bulla tollendo
13 reuocationem priuilegiorum, tunc, aut reuocãtur in Bulla priulegia quędã ordinaria, communia, & in iure contenta: & hoc ipſo quòd tollitur reuocatio, priuilegia illa reuiuiſcunt. Sicut enim reuiuiſcit ipſum ius, ita etiam & iuris priuilegia reuiuiſcunt per talem ablationem reuocationis illius: nam cùm reuocatio illa totam vim ſuam ex vi Bullę acceperit, ita etiam ceſſante Bulla, ceſſabit illa reuocatio. Vel reuocantur priuilegia particularia, conceſſa fauore priuato, & tunc etiam ceſſante Bullę reuocatione, ceſsãt ex Say. loco citato. Et rationem hanc eſſe ait; quia huiuſmodi priuilegia non habent iuris firmitatẽ, ſed tantùm arbitrariam ſubſiſtentiam ex Principis placito; qua propter probabile eſt per Principis reuocationem, & ſententiam hominis ita tolli, vt amplius non reuiuiſcant. Bene verum eſt, quod (vt idem Sayr ait) non caret probabilitate, priuilegia huiuſmodi perſonalia, quę ex ſui natura vitam perſonę reſpiciunt, reuiuiſcere; dummodò perſonę, quibus conceſſa erant ſuperſtites fuerint. Quod quidem mihi ſatis probatur; aliàs reuocationis illius ablatio fruſtra fieret, & nihil operaretur. Vt igitur aliquid operari dicatur, dicendum videtur, ſublata reuocatione, priuilegia quantumuis perſonalia adhuc reuiuiſcere.

ADDITIO.

a Multiplicantur. Bonac. hic diſp. 1. q. 1. pun. 5. cum pluribus ſequentibus latè rem hanc pertractat, & agit etiam de caſibus, qui iure cõmuni, & ſimul etiam in Bulla Cœnæ continebantur, & inquit, quòd modò dum Bulla ipſa iteratur, remanent ſub diſpoſitione iuris communis eo pacto, quo vſu recepti erant ante Bullæ conſtitutionem, vt per Sayr. t. 1. Theſ. lib. 3. cap. 2. n. 5. Reginal. lib. 9. ſuæ prax. n. 228. & alios, quos ipſe Bonac. refert. Vbi contra Sayr. & Filliuc. ait quoque, priora priuilegia, quibus per Bullam derogatum eſt, ſi Bulla iterum edatur, non reuiuiſcere; quoniam illa priuilegia iam ſublata erant extincta per priores Bullas: priuilegium autem extinctum non reuiuiſcit citra nouam eiuſdem conceſſionẽ. Abb. Alex.

b Reſeruata. Licet Duardi ſententia hic, ſatis probabilis ſit, dum vult, cenſuras, & pœnas ſacrorum Canonum, quæ in Bulla Cœnæ innouantur, cenſeri ob innouationes reſeruatas; nam eam quoque docent Tolet. lib. 1. ſuæ ſum. cap. 30. n. 5. Alter. diſp. 19. cap. 5. col. 5. verſ. His omnibus, Filliuc. t. 1. qq. moral. tr. 16. n. 303. & alij; nihilominus probabilis quoque nobis videtur opinio, quam Bonac. tenet hoc loco, diſp. 1. q. 19. pun. 4. ſub n. 8. dum ait, innouationem huiuſmodi non ſortiri reſeruationem prędictam: Siquidem innouare canones, non eſt reſeruare. Vndè ex hoc infert, quòd excommunicationem contrahens, ignorans Bullę decreta, ſciens verò prohibitionem ſacrorum Canonum, poſſet iure communi quolibet confeſſario approbato abſolui ab excommunicatione, de iure non reſeruata; quamuis reſeruata ſit in Bulla Cœnæ. Sic etiam, qui in excommunicationem incidit ob aliquem caſum in Bulla non expreſſum, ſed ſolùm in aliquo Canone antiquo, poſſet à quolibet Confeſſario approbato iure communi abſolui, ſi caſus ille iure antiquo reſeruatus non erat. Etenim iura antiqua innouantur quoad ea tantùm, quæ in Bulla Cœnæ continentur, atque adeò per Bullæ renouationem, ſpecialem reſeruationem non acquirunt. Abb. Alexand.

An verba cenſurarum in Bulla Cœnæ contentarum, tantum ligent, quantum ſonant. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitate interdicta, cenſentur etiam interdicta ſuburbia, licèt illa non veniant appellatione Ciuitatis*
2 *Verba ſtatuti pœnalis ſunt ſtrictè interpretranda.*
3 *Cenſuræ non recipiunt extenſionem ex indemnitate rationis, de perſona ad perſonam.*
4 *Excommunicatio lata contra agentes non comprehendit mandantes, conſulentes. Et ſi feratur contra fautores, & defenſores, non comprehendit conſilium dantes.*
5 *Excommunicatio lata contra conſulentes, non includit conſulentem conſilio adeo ſimplici, ſine quo crimen adhuc fuiſſet commiſſum, & idem dicendum eſt de mandato, iuſſu, & fauore.*
6 *Excommunicatio principaliter lata contra facientes, & ſecundariò contra mandantes, & conſulentes, non includit mandantem, & conſulentem antequam ſequatur opus:*

opus: ſecus autem ſi principaliter feratur cenſura tam contra facientes, quàm contra mandantes, & conſulentes nam cenſura alligantur.

7 *Cenſuræ recipiunt extenſionem de caſu ad caſum, quando aliàs latæ redderentur fruſtratoriæ.*

8 *Statutum penale prohibens extrahi ab aliqua Ciuitate frumentum, extenditur ad extrahentes farinam.*

9 *Is dicitur facere contra legem, qui verba legis amplectens contra legis nititur voluntatem.*

IN hac difficultate videtur prima fronte dicendum, quòd verba cenſurarum, quæ in Bullis Cœnæ continentur, ligent pluſquam ſonent, & conſequenter extenſionem patiantur ad caſus ſimiles ex identitate rationis.

Probatur ex tex. in c. ſi ciuitas, de ſententia
1 excom. in ſexto, vbi habetur, quòd interdicta Ciuitate, eius etiam Suburbia interdicta cenſentur, & tamen appellatione Ciuitatis non veniunt Suburbia: quia Ciuitas proprié dicitur, quæ murorum ambitu terminatur, ſicut caſtri etiam, & villa, vt in d. c. ſi Ciuitas. Sic igitur in Interdicto fit extenſio de caſu ad caſum, ergo idem dicendum eſt in cenſuris in Bulla Cœnæ contentis, cùm ſint eiuſdem rationis, ac aliæ cẽſuræ, & in eis militet eadem ratio.

His tamen non obſtantibus contrariam ſententiam arbitror de iure veriorem eſſe.

Probatur, quia cenſuræ ſunt pœnæ; imò ex-
2 communicatio dicitur maxima omnium pœnarum, vt in c. corripiantur, 24. q. 3. ergo illarum verba ſunt reſtringenda, potius quàm ampliandа: quia verba ſtatuti pœnalis ſunt ſtrictè interpretanda, vt in l. quicquid adſtringendæ, ff. de verb. oblig. c. pœnæ, de pœnit. d. 1. & c. odia de regul. iur. in 6.

Vndè in cenſuris non fit extenſio de perſona
3 ad perſonam ex identitate rationis, gloſ. in clem. 1. de ſepul. & clem. 1. de conſang. & affin. Et ideo ſi excommunicatur clericus abſolutè, non ligatur laicus, eſto quòd laicus eiuſdem criminis ſit reus. Hinc Rom. P. qui excommunicat clericum recipientem excommunicatum à Papa ad officium diuinum, vt in c. ſignificauit, de ſent. excõ. licèt laicus eodem modo delinquat; non tamen cenſetur laicum excommunicaſſe: quoniam cenſuram huiuſmodi in clericum tantùm latam fuiſſe, verba ſonant, & non in laicum, vt per Doct. in d. c. ſignificauit. Sic etiam, interdicto Clero, non cenſetur interdictus populus: ſicut nec è conuerſo, interdicto populo, cenſetur interdictus Clerus, vt in c. ſi ſententia, eod tit.

Excommunicatio pariter lata contra agẽtes,
4 non comprehendit mandantes, aut conſulentes. Et lata contra fautores, & defenſores, nõ includit conſilium dantes, niſi ex eius tenore, vel aliarum legum id expreſè, aut tacitè colligatur. Vt benè notat Caiet. in ſum. in ver. Excommunicatio, c. 47. not. 3. cõtra Nauar. in ſuo Man. c. 27. n. 69. Hoc idem tenet Syl. ſibi contrarius in ſua ſum. in ver. Excommunicatio, to. dub. 4. & Suar. de cenſur. Eccl. diſp. 21. ſec. 2. n. 15.

Imò ſententia lata contra conſulentes, non
5 comprehendit ſimpliciter conſulẽtem conſilio adeò ſimplici, vt ſine illo delictum ſubſequutũ adhuc eſſet, ac cum illo. Et eadem ratione idem dicendum eſt de mandato, iuſſu, & fauore, ſine quibus crimen nihilominus patratum fuiſſet, vt
6 per Nauar. in Man. c. 27. n. 51. vbi etiã ait, quòd multum intereſt conſiderare, an diſponens loquatur principaliter de faciente, & ſecundario de mandante, conſulente, &c. aut principaliter de omnibus: quia priori caſu non incurrit excommunicationem conſulens, aut mandans, antequam ſequatur opus. Vndè mandans alicui, vt clericum percutiat, non alligatur excommunicationis vinculo, donec percuſſio ſequatur, vt c. mulieres, de ſent. excom. Secus autem dicendum eſt poſteriori caſu; quoniam qui mandat aliquem interfici per aſſaſſinos, ſtatim etiam nõ ſequuta morte, excommunicationem contrahit, vt in c. 1. de homic. in ſexto. Sic etiam Religioſus, qui concionatur animo retrahendi auditores a ſolutione decimarum, ſtatim in excommunicationem incidit, eſto quòd auditores nõ retrahantur, vt in clem. cupientes, §. 1. de pœn.

Ad contrarium ex tex. in d. c. ſi Ciuitas, de
7 ſent. excom. in ſexto, facilè reſpondetur: quoniam idcirco Interdictum Ciuitatis extenditur ad Suburbia, quia alias redderetur fruſtratorium: eo quòd Ciues ad Suburbia confugerent ad Sacramenta ſuſcipienda, ad diuina officia audienda, &c. Quotieſcumque enim cenſura eſſet fruſtratoria, tunc patitur extenſionem etiam ad caſum non expreſſum.

Hac eadem ratione excommunicatio lata
8 contra deferentes arma ad Saracenos, vt can. 7. noſtræ Bullæ, comprehendit etiam mittentes, ne fiat fruſtratoria, vt docet Nauar. in Man. c. 27. n. 51. Et tanto fortius hodie vi noſtræ Bullæ, vbi S. P. expreſsè voluit comprehendi mittentes; vt patet in illis verbis, *Deferunt, ſeu tranſmittant.*

Et denique ſtatutum penale prohibens fru-
9 mentum extrahi ab aliqua Ciuitate, extenditur
a etiam ad extrahentes farinam a: nam alias eſſet fruſtratorium, & contrauenientes hoc pacto licèt non faciant contra verba legis; dicuntur tamen ſimpliciter facere contra legem: ex quo is proprié dicitur facere contra legem, qui contra legis nititur voluntatem, l. non dubium, C. de legib.

ADDITIO.

a Farinã Contrariũ tamen videtur docere Bart. in l. Cæſar, n. 16. de publ. vectig. ex Dyn. & aliis, dũ ait, quòd ſi ſtatuto caueatur, vt qui extraxerit bladum extra Ciuitatem, puniatur in centum; ſi aliquis aſportauerit farinam, non punitur: quia farina proprié non eſt bladum: & tamen bladi nomine comprehenditur omne id, quod terra ferit, atque adeò frumentum, vt habetur ex Gloſ. in l. triticum, ff. de verb oblig. quam ſequitur idem Bart. in l. 1. §. de eo opere, ff. de aqu. plu. arcen. Ratio autem eſſe poteſt; quia ſtatuta, licèt ad euitandam legum correctionẽ, poſſint quandoque latiſſimè, quandoque ſtrictiſſimè interpretari; non tamen id taliter fieri poteſt, vt verba improprientur, vt habetur ex Panor. in cap. cùm dilectus, de conſuet. & Bart. in l. 4. §. Prætor ait, ff. de damno infect. Hinc ſequitur, quòd quamuis vſurarius dicatur raptor; ſicut vſuram rapinam appellat D. Ambr. in c. ſi quis aſuram, 14. q. 4 nihilominus cùm ſit improprié talis, vt per Gloſ. & Panor. *in continua-*

tione rubricæ, de vſur. infert Archid. in d. cap. ſi quis vſuram, quòd diſpoſitio loquens de raptoribus non comptehendit vſurarios. Sic etiam, qui in vtero eſt, licèt habeatur pro nato quoad ſui commodum; vt in l. qui in vtero, ff. de ſtat. homin. imò facit partem, ac ſi natus eſſet, l. ſi duobus, §. fin. ff. de legat. 1. Si tamen ſtatuto caueatur, vt qui cœperit lupum, lucretur decem aureos, ſi quis ceperit lupam prægnantem, non habebit decem pro quolibet lupatino; quoniã re vera, & propriè dicitur cepiſſe vnum tantùm lupum, vt rectè docet Bart. in d. l. qui in vtero, nu. 1. & Bald. in l. fin. de liber. cauſ. vbi idem putat dicendum eſſe de eo, qui caperet lupam, habentem lupatinos pendentes ad vbera: quoniam adhuc ſunt quodammodo pars viſcerum matris, art. tex. in l. ſed addes, §. ſi quis mulierem, ff. locat. vbi pro infante nato in naui penſio non debetur; ſed ſatis eſt penſio conuenta pro matre.

Non tamen ex his infertur, falſam eſſe ſententiam Duardi, hoc loco: intelligitur enim eius dictum, quãdo ex Ciuitate in fraudem legis, ſeu ſtatuti extraheretur tanta farinæ quantitas, vt ſtatutum reddatur inutile iuxta tex. ab eo allegatos, in cap. ſi Ciuitas, de ſenten. excom. in 6. & l. non dubium, C. de legib. Siquidem vbi ſtatutum redderetur inutile, tunc receditur a propria ſignificatione verborum, arg. text. in l. ſi quando, in princ. ff. de legat. 1. Gemin. in cap. vt circa, de elect. lib. 6. & alij. Ioan. Vincent.

An ad effectum cenſuarum, quæ in Bulla Cœnæ continentur, conſiderandum ſit tempus actionis initæ contra illius formam. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Tempus contrauentionis Bullæ, non reuocationis clauſulæ eſt attendendum.*

2 *Confeſſarius in audiendis confeſſionibus debet habere notitiam Bullæ Cœnæ, non ſolùm præſentis anni, ſed tot annorum, quot pœnitens vult confeſſionem facere.*

3 *Reſeruatio excommunicationis ſi auferatur, remanet excommunicatio, ſed non erit amplius reſeruata, niſi antequam reſeruatio fuerit ablata, quis in excommunicationem inciderit.*

4 *Abortus caſus, & excommunicatio à quolibet Confeſſario abſoluitur, cum ſpeciali tamen Ordinarij licentia.*

1 HVic difficultati affirmatiuè reſpondetur: nam ſi Bulla cœnæ tempore actionis initæ, actionem ipſam ſub cenſura prohibuerit; tunc contrauenies in cenſuram incidit, eaque alligatus remanet quouſque ab habente poteſtatẽ abſoluatur, etiam ſi prædictus caſus ad præſens 4 in Bulla deſierit eſſe 4, vt patet in Bulla Cœnæ à Pio V. edita, in qua excommunicauit habentes, aut legentes Magorum libros, etiam ſi hæretici non eſſent, poſtea verò Greg. XIII. & alij ſucceſſores Pontifices excommunicationem illã omittentes nihil de ea ſtatuerunt; tunc qui Pij V. excommunicationem contraxit, non poterit abſolui per quemlibet approbarum Cõfeſſarium; quoniam adhuc reſeruata remanet; eſto quòd Greg. XIII. & ſequentes Pontifices excommunicationem illam omiſerint.

Vnde Confeſſarius, qui vult audire confeſſionem 2 alicuius pœnitentis, debet notiam habere Bullæ præſentis anni, & aliorum annorum de quibus pœnitens ipſe intendit confeſſionem facere. Et ideo quando emitur tranſumptum nouiſſimæ Bullæ, vetera conſeruari debent, & ãnotari ea, in quibus Bullæ interſe diſcrepent.

Bene verum eſt, quòd ſi reſeruatio alia cõſti- 3 tutione, vel poſteriori Bulla tollatur, tunc excommunicatio ſuas vires obtinebit, non tamen erit amplius reſeruata, niſi ante reſeruationis ablationem in excommunicationem quis inciderit. Exemplum patet in excommunicatione lata à Sixto V. in eos, qui abortum aliquo modo faciendum curaſſent, quæ eſt S. P. reſeruata: ſed Greg. XIV. reſeruationem abſtulit ſtatuens, ne amplius excommunicatio illa, etiam antea contracta ſit S. P reſeruata: nam hæc conſtitutio ad præterita extenditur; itaut ij, qui tempore Sixti V. abortum faciendum curarunt, quamuis in excommunicationem reſeruatam inciderant, poſſint nihilominus hodie poſt Greg. XIV. tempora abſolui ab ea per quemlibet legitimum Confeſſarium habentem ſuper huiuſmodi caſibus ſpecialem delegationem ab Epiſcopo, vt patet ex dicta Bulla relata à Steph. 40. in ſum. Bull. in ver. Abortus, in illis verbis, *Et ad hos caſus ſpecialiter per loci Ordinarium deputatos &c.*

Sic etiam quando Bulla ſequens decernit, 4 quod excommunicatio non ſit amplius reſeruata, non poteſt ab ea abſoluere Confeſſarius legitimus, & idoneus vt ſupra; quoniam huiuſmodi conſtitutio non eo ipſo trahitur ad præterita facta, ſed abſolutionem ab excommunicatione liberam relinquit, & ſtatuit de abſolutione futura poſt ipſam conſtitutionem, ne ſit amplius Rom. P. reſeruata. vt rectè declarat Azor. lib. 5. Inſt. moral. p. 1. c. 3. q. 7.

ADDITIO.

4 Eſſe. Etenim excommunicatio ſemel contracta, ſecum trahit ſuum effectum, & ſemper ligat, donec excommunicatus abſoluatur. Vnde omiſſio illius cenſuræ, efficit, vt delinquentes in futurum, cenſura non ligentur; non autem illi, qui delinquerunt, vt per Alter. de cenſur. lib. 5. diſp. 2. cap 6. ad fin. D. Cæſar.

An Bulla Cœnæ obliget vniuerſalem Eccleſiam. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Lex non habet vim obligatiuam, niſi à populo ſit approbata, & recepta.*

2 *Lex ignorata vim obligatiuam non habet; maximè quando non prohibet actum intrinſecè malum.*

3 *Ignorantia præſumitur vbi ſcientia non probatur.*

4 *Bulla Cœnæ vniuerſalem Eccleſiam obligat.*

5 *Territorium Rom. P. eſt totus Terrarum Orbis.*

6 *Epiſcopus ſimpliciter ferens ſententias generales, contra hoc, vel illud facientes, intelligitur ligare omnes ſibi ſubditos.*

7 *Diœceſis Romani Pontificis eſt totus Terrarum Orbis.*

8 Pro-

8 *Prouincia generalis Rom. Pont. eſt tota Chriſtianitas.*

9 *Populus poteſt auferre Imperatori auctoritatem, quam in eum tranſtulit.*

10 *Eccleſia nõ poteſt auferre auctoritatem à Papa, quoniam eam habet à Domino.*

11 *Lex Eccleſiaſtica non indiget, vt ab Eccleſia recipiatur, aut approbetur, ſed ſi iuſta eſt, ſtatim habet vim obligatiuam.*

12 *Lex ciuilis ſi iuſta eſt, ac moderata, & non adeo difficilis, obligat, etiam ſi à populo non acceptetur.*

13 *Legem iuſtam, & ſufficienter promulgatam ſi ſubditi acceptare nolint, peccant, & à Principe compelli poſſunt ad eius obſeruantiam.*

14 *Legi, ſeù conſtitutioni etiam Eccleſiaſticæ per contrariam conſuetudinem ſcitam, & toleratam, non modò ab vniuerſali, ſed etiam à particulari Eccleſia derogari poteſt.*

15 *Principis tolerantia in actu de iure prohibito, inducit diſpenſationem.*

16 *Lex generalis ſi recipitur in vſu à certo perſonarum genere, ab alio verò non; eam non recipientes non peccant: ſecus autem dicendum eſt de eodem perſonarum genere: nam ſi maior pars recipiat, minor non excuſatur; etiam, Rom. P. tolerante.*

17 *Multa per patientiam tolerantur, quæ ſi deducta fuerint in Iudicium, exigente Iuſtitia, non deberent tolerari.*

18 *Lex, ex cuius contrauentione peccatum committitur, eo quod concurrit cum lege diuina, non tollitur, etiam ſi moribus vtentium non recipiatur.*

19 *Concilium Tridentinum, licèt in illis ad reformationem ſpectantibus, ex tacita, aut expreſſa Rom. Pont. diſpenſatione non ſeruetur ab omnibus; tamen circa ea quæ ſpectant ad fidem catholicam, obligat vniuerſalem Eccleſiam.*

20 *Iudicium ſertur in incertum.*

21 *Pœna eſt corruptio agentis, ſicut culpa dicitur corruptio actionis: & ideo de ratione pœnæ eſt, vt contraria ſit voluntati.*

22 *Pœnæ eſſentia eſt, quod ſit inuoluntaria, ſicut de eſſentia culpæ eſt, vt ſit voluntaria,*

23 *Lex omnis iuſtè condita, & ſufficienter promulgata ſtatim ligat, vel ſaltem poſt duos menſes.*

24 *Lex irritans diſpoſitiones, electiones, &c. non obligat, niſi in ſingulis Prouincus publicetur.*

25 *Lex obligat ignorantes vbi hoc præcipit, non quoad pœnas, ſed quoad actus nullitatem.*

26 *Lex quæcunque etiam ciuilis aſtringit, habita de ea notitia, ſaltem in foro interiori quamuis non fuerit expiratus terminus ab auctore legis præfixus.*

27 *Ignorantia iuris non præſumitur, niſi probetur, ſecus autem ignorantia facti.*

28 *Lex non præfinicns tempus, ſtatim obligat, notitiam eius habentes, etiam ante duos menſes poſt promulgationem. In foro exteriori tamen, non autem interiori.*

29 *Ignorantia orta ex culpa leuì excuſat contrauenientes ab ordinaria pœna legis, non tamen à tota pœna, & extraordinaria.*

30 *Ignorantia legis irritantis formam contractus, non excuſat contrauenientes, quoad nullitatem actus, etiam ſi ſit probabilis, & quoad forum interiorem.*

IN hac difficultate non deſunt qui teneãt, Bullam Cœnę non obligare vniuerſalẽ Eccleſiam, ſed illos dumtaxat Populos, à quibus recipitur, & in eorum terris publicatur.

1

2 Probatur hæc ſententia, Primò, quia nulla lex habet vim obligatiuam niſi à Populo ſit approbata, ac recepta, vt patet ex tex. in c. 3. §. leges, 4. d. vbi habetur, quòd leges inſtituũtur cùm promulgantur, firmantur cùm moribus vtentiũ approbantur. Adidem facit tex. in l. de quibus, ff. de legib. in qua dicitur, quòd nulla alia ex cauſa leges nos tenent, quã quòd iudicio Populi receptę ſũt. Et rationẽ affert Nauar. in ſuo Man. c. 23. n. 4. & cõf. 1. de conſt. lib. 1. quoniam lex ſub hac conditione lata cenſetur, ſi ſaltem à maiori parte Populi fuerit recepta. Hinc videmus Concil. Trid. illos tantùm populos obligare, à quibus fuit receptum, & clericos locantes bona Eccleſiæ vltra triennium in caſibus à iure non permiſſis excõmunicationem extrau. 1. de reb. eccl. non alien. non incurrere docet idem Nauar. in man. c. 27. nu. 149. & 150. quem refert, & ſequitur Sayr lib. 1. Theſtom. 1. c. 7. n. 4. quoniam illa extrau. quoad hanc pœnam non fuit recepta. Sed Bulla cœnæ eſt lata per viam legis, vt per Nauar. in ſuo Man c. 26. n. 73. & alios, quos in ſequenti quæſtione, Deo duce, referemus; ergo non habet vim obligatiuam donec à Populo ſit approbata, & acceptata.

Secundò Bulla cœnæ non publicatur per omnes Eccleſię Prouincias: quia tãtum Romę promulgatur in die Cœnæ Domini, & affigitur ad valuas Baſilicarum S. Ioan. Lateran. & Principis Apoſtolorum, & in acie Cãpi Floræ, vt ex ipſius Bullæ Data, clariſſimè conſtat: ergo non obligat vniuerſalem Eccleſiam, quoniam lex non habet vim obligatiuam, niſi in Prouincijs, in quibus publicatur, aliàs nimis oneroſum, ac durum eſſet, vt mox, ac Pontificiæ conſtitutiones Romæ promulgantur, vniuerſos Chriſtifideles, per varias mundi Prouincias ſparſos, alligent. Adboc etiam facit tex. in c. propoſuiſti, d. 82. vbi ſic legitur. *Si ad aliquos forma Eccleſiaſticæ vitæ, quæ ab Epiſcopo Siricio ad omnes Prouincias comeatu, nõ probatur peruenisſe, ignorãtibus venia nõ negatur.* Et in c. cũ infirmitas de pœnit. & remiſ ſtatuitur, Medicos ea lege nõ teneri, niſi poſtquã Prælati eam promulgauerint. Lex enim ignorata vim obligatiuam non habet, vt eſt tex. in c. 2. de conſtit. & in c. vt animarum, eo. tit. in ſexto. Quod quidẽ maximè verum eſt, quando lex non prohibet factũ aliàs de iure naturali damnatum, vt per Bar. & alios Doct. in l. cũctos populos, C. de ſum. Trin. & fide Cathol. Panor. in c. cognoſcentes, & c. fin. qui matr. accuſ. poſſ. Et ignorantia præſumitur vbi ſcientia non probatur, vulgata regula, præſumitur, de regul. iur. in ſexto, glo. in c. ſi beneficia, de præben.

2

3

His tamen non obſtantibus, in cõtrarium eſt veritas, nempè, quòd Bulla cœnæ vniuerſalẽ Eccleſiã obliget, ut per Azor. lib. 5. Inſt. moral. p. 1. c. 3. q. 3. in ver. Secunda opinio, in fine, & alios.

4

Probatur hæc ſententia, quoniam Bulla cœnę aut lata eſt per modum legis: aut per modũ ſententiæ generalis; quocumque autem modo lata fuerit, ſemper obligat vniuerſalem Eccleſiam. Nam ſi primo modo Bulla ipſa dicitur promulgata, cùm lex dicatur ſtatutum territorij, ut per Doct. in c. ut animarum, de cõſt. in ſexto, & territorij S. P. ſit totus terrarum Orbis, conſequẽter ſequitur, Bullam cœnæ ligare vniuerſalẽ Eccleſiam, diſperſam per Prouincias totius terrarũ Orbis. Quòd ſi Bulla cœnæ eſt lata per viam

5

6 ſententiæ generalis, adhuc obligat vniuerſalem Eccleſiam. Nam Epiſcopus ſimpliciter ferens ſententias generales,contra hoc,vel illud facientes,intelligitur ligare omnes ſubditos,etiam extra territorium delinquentes: quoniam ſubditus ratione domicilij vbilibet eſt ſubditus, & ſententia generalis directè fertur in perſonas;vt benè ducet Suar.de cenſur. diſp. 5. ſec.5. in fin. ergo Rom.P.ſimpliciter ferens cenſuras in Bulla contentas per viam ſententiæ generalis,intelligitur obligare vniuerſalem Eccleſiam: quia S. P. habet plenitudinem poteſtatis ſuper omnes Chriſti fideles, vt in c.qui ſcir, 2,q.9.latè D. Th.4. contra gent.c.76,& 3 p,q.8.ar,6.

7 Hinc Rom. P. dicitur habere pro ſua Diœceſi totum rerrarũ Orbem,vt docet Card. in clem. Paſtoralis, §.vt illud, n.4. de re iud.per tex,in c, cuncta per Mundum,9.q,3,& Hoſt.in c.tua;no-
8 bis,de offic.vic.dum ait, quòd tota Chriſtianitas eſt Peouincia generalis S.P.

Reſtat,vt ad argnmenta reſpondeamus.

9 AD primum poteſt reſponderi primò negando maiorem:nam eſto,quòd ſecundùm aliquos leges à Principe latæ indigeant Populi approbatione;leges tamen,quę à S.P.feruntur approbationem huiuſmodi non expoſtulant:quoniam, vt quidam volunt in c.lex, 3. d. Populus poteſt auferre Imperatori poteſtatem, quam in eum tranſtulit,iuxtaid,quod habetur in §. Sed & quod Principi placuit,in Inſt.de iur.nat.gent. & ciu. Sicut Iudex delegans poteſt auferre poteſtatem cognoſcendi, ac determinandi cauſam illi, cui delegauit. At verò Eccleſia non poteſt
10 auferre à Rom. P. auctoritatem, quam habet; quoniam illam à Domino,non autem ab Eccleſia obtinet, vt patet ex illo Io. cap. 21. *Paſce oues meas*, & Matt c.16.& 18.*Quodcumque ligaueris, &c.*
11 *& quæcique ligauerit s* Latè Suar.lib. 4.de legib.c. 17.vbi rectè probat, quòd lex Eccleſiſtica quo-
4 ad vim obligatiuam non indiget acceptatione,4 ſeu approbatione à populo.

Imò,quando lex ciuilis eſt iuſta, moderata, &
12 non adeò difficilis,nonnulli volunt, quòd obliget,etiamſi à populo non acceptetur;quoniam tam Princeps Eccleſiaſticus, quàm ſecularis habet vim obligandi abſolutè,vt leges recipiãtur, vt per Io.de Salas,de legib.diſp.13. ſec.1. propè finem;vbi etiam ſec.2. docet, quando lex cẽſeatur acceptata. Et quòd legem ſufficienter pro-
13 mulgatam, ſi ſubditi non acceptare velint peccent,docet quoque Suar.lib.3.de legib.c.20.

Verum tamen eſt,quòd Rom.P. conſtitutioni
14 per contrariam conſuetudinem ſcitam, & toleratam,poteſt non modò ab vniuerſali, verum etiam a particulari Eccleſia derogari: quia tolerantia, & diſſimulatio Principis in actu de iure
15 prohibito inducit diſpenſationem, vt eſt gloſ. in c.quia circa,de conſang.& affin.Suar.& Io.de Sal.locis citatis. Hinc Syl.in ſum.in ver.Lex,n.6, ait, quòd vbicumque lex generalis recipitur in
16 vſu à certo perſonatum genere,ab alio verò nõ, non recipientes non peccant, ſaltem per longum temporis ſpacium,vt in c.3.§.leges,4.d. Secus autem ſi in eodem perſonarum genere à maiori parte recipiatur: nam minor eo caſu non excuſatur,etiam S. Pont. tolerante: quoniam
17 multa per patientiam tolerantur, quæ ſi deducta fuerint in iudicium, exigente Iuſtitia, non deberent tolerari, cap. iam dudum, de præben. Per talem autem patientiam non cenſetur diſpenſari,cùm deſit voluntas, l. 1. ff. de trib.

Eſt tamen aduert. ex eodem Syl. ibidem,
18 quòd licèt lex Principis, etiam præceptiua tollatur ſi moribus vtentium non recipiatur;tamẽ quotieſcumque lex Principis eſt talis, quæ ex ſui natura peccatum ex contrauentione inducit, vt quia concurrit cum lege diuina, nõ tollitur per non vſum.

Nec obſtat, quòd Concil.Trid. non obligat,
19 niſi in illis prouincijs,in quibus fuit receptum; nam circa doctrinam canonum ſpectantium ad fidem Catholicam obligat vniuerſalem Eccleſiam. In illis autem de reformatione, ſi non obligat ex aliqua parte, id prouenit per diſpenſationem S. P. tacitam,vel expreſſam, iuxta ea, quæ ſupra diximus.

Secundò poteſt reſponderi ad ſupradictum
20 argumentum negando minorem: nam multi volunt, quòd Bulla Cœnæ, ſeu cenſuræ in ea contentæ per modum proceſſus ab Apoſtolica Sede procedat, ad differentiam earum, quæ fiunt per modum legis, & ſtatuti, de quibus in nullario, & in corpore iuris canonici. Vndè litteræ prædictæ ſecundùm illos, ſententiæ potius dicuntur, quàm leges, & proinde approbationem non exigunt à Populo quoad vim obligatiuam; eo quòd iudicium fertur etiam in inuitum, vt eſt tex.in l. inter ſtipulantem, §. Stichum, ff. de verb.obligat. Et cùm prædictæ ſententiæ pœnam includant, de ratione pœnæ eſt, vt contraria ſit voluntati: nam culpa ſicut dicitur corruptio actionis, ita pœna eſt cor-
21 ruptio agentis, vt per D.Th.p.1.quæſt.48. art. 5. & ſicut nemo eſt qui velit ſui ipſius corruptionem; ita nemo eſt, qui voluntariè pœnæ ſe ſubijciat.

Hinc D.Auguſt. lib.de duab. anim.ait, quòd
22 ſicut ad eſſentiam culpæ attinet, quòd ſit voluntaria; ita ad eſſentiam pœnæ, quòd ſit inuoluntaria,Bart.etiam in l.1.ff.de condit.indeb. num.10.tenet, quòd obligatio ex delicto orta, oritur ex auctoritate legis naturalis, & non à conſenſu delinquentis. Vndè cùm cenſuræ, quæ in Bulla continentur, ſint ſententiæ pœnales, datæ à ſupremo iudice, & Monarca, eſto quoad vim obligatiuam non egeant Populi conſenſu, ſicut ſententiæ; tamen ad eorum obligationem,Reorum approbationem,& conſenſum non exigunt. Et ideò omnes contrauenientes quantumuis diſcrepantes, vi Bullæ Cœnæ cenſuris alligantur, vt benè etiam docet Couar.in cap.Alma mater,p.1.§.10.num. 11.de ſent.excom.in ſexto.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur negando conſequentiam:nam ſi hoc eſſet,ſequeretur,quòd multę cenſuræ,& ſententiæ,vel conſtitutiones extrauagantes magni momenti, in ſola Rom.Curia publicatę,non ligarent alios, quàm Romanos.Imò nec liber Epiſt.Decr.Sextus Decr.nec Clementinarum,nec Concil.Trid.Cõſtitutiones aſtringerent Prouinciales:quoniã paucæ illarum fuerunt hactenus in Prouincijs publicatæ: quæ omnia videntur proculdubio abſurda. Nam Triden. Concilium quoad ea, quæ

ad

ad reformationē pertinent, cæpit omnes astringere, Kal. Maij anno 1564. vt declarauit Pius IV. in sua constitutione, quæ incipit. Et Sacrorum. Et habetur per Azor. lib. 5. Inst. moral. p. 1. c. 3. q. 3. in respons. ad tertium.

Vndè omnis lex, maximè ecclesiastica iustè cōdita, & promulgata, statim ligat, vel saltem post
23 duos menses, numeràdos ab eius promulgatione, si longius tempus ad obligandum eidem non præfigatur, vt benè notat Glo. in proem. Clem. ver. De cætero, loquens de legibus, in Cōc. Viēnē. latis, & susius Suar. lib. 3. de legib. c. 16. & lib. 4. c. 15. Io de Salas cum alijs quos allegat, eo. tract. disp. 12. sec. 2. vbi sub nu. 11. in vers. Quartò cer-
24 tum est: hoc limitat non procedere in lege irritante: quoniam lex irritans dispositiones, electiones, &c. non habet vim obligatiuam, nisi per
b singulas Prouincias publicetur. *b* Verùm vbi lex id præcipit, ignorantes quoque ligat, nō quoad
25 pœnas, sed quoad actus nullitatem, vt per glo. in clem. 2. de hæret. ver. ex nunc, quam refert, & sequitur Nauar. cons. 32. de Regul. lib. 3.

Nec desunt grauissimi Doctores, qui velint, quòd leges quoque, & Principum Constitutiones post publicationem factam in eorum Curia,
26 statim astringant, de illis notitiam habentes, etiamsi non fuerit expiratus terminus à legislatore præfixus. Ita glo. in c. 2. de teb. Ecc. nō alien. in sexto. Panor. in c. 1. de postul. Prælat. num. 11. Bar. in l. omnes populi. ff. de Iust. & Iur. & in auth. vt factæ nou. const. n. 6. Azor. loco citato q. 8. Rosel. in sum. in ver lex nu. 6. Imol in c. cognoscentes, qui matr. accus. poss. dicens, hanc Bar. sententiam communiter esse receptam. Syl. in sum. in ver. lex. q. 6. Angel. eod. ver. n. 12. & Sot. lib. 1. de Iust. & iu. q. 1. ar. 4. vbi affirmat, tempus appositum ab Ecclesia in suis constitutionibus valere in foro exteriori; sed ante terminum ligare in conscientia conscios. Et in terminis Interdicti satis est, edicta proponi in publico, etiam si ad citatum non peruenerint, vt expressè tenet Inn. in c. 1. de postul. Præl. & facit tex. in c. causam quæ, de dol. & contum. l. properandum, §. si quidem, C. de Iud. & l. vt perfectus, C. de annal. except. quoniam regula illa: Ignorantia præsumitur, &c. habet locum in ignorantia facti, nō iuris: eo quòd iuris ignorantia non præsumitur, nisi probetur. Vtrectè docet glo. in d. c. præsu-
27 mitur, de regul. iu. in sexto. Syl. in ver. lex. q. 7 & Panor. in d. c. cognoscentes, & c. fin. qui matr. accusar. &c.

Ex his patet quid dicendum sit de lege, qua-
18 cauetur, vt frumenti modius certo quodā pretio vendatur, & non maiori, & in ea nullum certum, & definitum tempus præscribatur, ex quo incipiat omnes obligare. Nam si quis sciens legē promulgatam ante elapsos duos menses, pluris vendidit frumenti modium, quàm à lege illius pretium fuerit taxatum, tunc compellitur in foro iudiciali saltem, auctoritate, & sententia Iudicis ad restituendum id, quod amplius accepit: quia licèt in hac re variæ sint Doctorū opiniones; tamen consuetudine receptum est, præsertim Romæ, vt omnes contra legem promulgatam, quæ nullum determinatum tempus cōstituit scienter agentes, etiam si non sint duo mēses elapsi à die promulgationis, secundum eam iudicentur, nisi iustā suæ ignorantiæ excusatio-
nem probauerint.

In foro tamen conscientiæ illud pretij incrementum tuta conscientia potest sibi retinere, & non restituere, quoniam sunt Doctores grauissimi tenentes, quòd lex Principis vbi non constituit tempus, quo incipiat populū obligare, etiā scientes legem promulgatam, ea non ligari ante duorum mensium tempus completum, vt benè docet Azor. ibidem in fine.

Dixi non constituit tempus; quia aliàs secundum tempus in ea lege præfinitum erit iudicandum. Quapropter si lex Imperatoris, aut Regis statuat eam esse seruandam post duos, vel tres menses, aut mox post promulgationem, omnes ea lege ligantur iuxta legis præceptum, vt per Azor. eodem loco, q. 2. in fine. Semper tamē probabilis, & iusta legis ignorantia excusat ab eiusdem contrauentione, vt supra diximus ex tex. in c. vt animarum, de const. in sexto, & ibi Doct. etiam post lapsum duorum mensium à die promulgationis. Ignorantia autem crassa, seu affectata nunquam excusat.

Benè verum est, quòd ignorantia, si fuerit or-
29 ta ex culpa leui, & leuissima, tunc in foro exteriori violator legis, Iudicis arbitrio, & sic pœna extraordinaria, non autem pœna legis ordinaria venit puniendus.

Quo verò ad actus nullitatem, nulla ignoran-
30 tia excusat, vt supra probauimus. Et ideò, si lege aliqua caueatur, vt talis contractus forma non valeat post duos mēses ab eius promulgatione, tunc si quis iusta legis ignorantia ductus, sub illa damnata per legem forma contractum huiusmodi celebrauerit; licèt liber sit à culpa, & à pœna, est tamen irritus, ac nullus: & in foro conscientiæ, si quid lucri sibi acquisierit ex eo cōtractu, restituere tenetur, vt bene docet Azor. ibidem quæst. 9.

Quod tamen verum puto, quando lex irritans est publicata in prouincia contrauenientis, secus autem si in ea publicata non fuerit maximè si lex sit ciuilis per ea, quæ supra diximus ex Io. de Salas in tract. de leg. disp. 12. sec. 2. nu. 11. ver. Quartò certum est, & alijs, quos ipse allegat.

ADDITIO.

a Acceptatione. Bonac. hìc disp. 1. q. 1. pun. 13. sub num. 4. rectè probat, quòd Princeps, & Reges, promulgationem Bullæ Cœnæ, aut illius acceptationem, & obseruantiam non possunt impedire in eorum Regnis, ac Principatibus. Etenim Reges, Principes, ac Potestates omnes subduntur Rom. Pontificis potestati, vt in Extrau. vnam sanctam, de maior. & obed. c. nūquam, c. si Imperator, & c. cùm verum, 96. d. Et cùm Rom. Pontifex habeat pro territorio totum terrarum Orbem, quilibet in suo territorio potest exercere actus, qui suæ iurisdictionis limites non excedant, c. nouit, de iud. Plura alia ad hāc rem pertinentia, cumulat Bonac. loco citato, & contraria soluit. Abb. Alex.

b Publicetur. Hinc Extrau. 5. memoriæ Pij V. de forma creandi census, cùm sit lex irritans cōtractus censuales, celebrandos contra eiusdē Extrau. formā, non obligat ignorātes existentes in

Prouiancia, in qua non fuit publicata, vt habetur ex Molin. de contr. disp. 395. nu. 3. qui id ampliat verum esse etiam in locis, in quibus dispositio d. Extrau. plenè recipitur. Vnde nisi Rom. Pontifex expresè velit ligari ignorantes quoad actus nullitatem, nunquam lex irritans contractum ligat ignorantes: quia non est verisimile R. Pontificem annullare contractus eorum, qui bona fide, & inuincibili ignorantia laborantes contraxerunt, antequam in eorum Prouinciis constitutio fuerit emanata, cùm annullatio cõtractuum in iniuriam cedat contrahentium, vt per eundem Molin. loco citato, & Sot. lib. 1. de Iust. & iur. q. 1. ar. 4. vbi id etiam ampliant in legibus, absoluendi priuilegia auferentibus. Hoc eadem ratione Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. de reform. irritum reddens matrimonium clandestinum, & videns id cedere posse in grauem iniuriam eorum qui probabiliter id ignorantes, clãdestinum matrimonium contraherent, noluit, Decretum illud vim habere in vnaquaque Parochia, nisi post triginta dies, à publicatione illius in eadẽ Parochia, numerandos. D. Cæsar.

An Bulla Cœnæ sit edita per viam legis, an per viam sententiæ generalis, seù an sit Iuris, vel ab homine. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Lex differt, à sententia hominis: quia prior est perpetua, qualis non est posterior.*
2 *Excommunicatio, quæ non iecit vinculum, non durat in tempus successoris, si lata sit per viam sententiæ; secus autem si per viam legis, & statuti.*
3 *Lex est quædam vitæ norma, ac magistra, qua hominum vita dirigitur.*
4 *Sententia hominis præsentem statum duntaxat respicit.*
5 *Constitutionis nomen, ius denotat.*
6 *Censura ab homine illa dicitur, quæ fertur per modum sententiæ.*
7 *Processus appellatione venit etiam sententia.*
8 *Censura iuris dicitur, quæ nunquam cessat, nisi per posteriorem legem expresè reuocetur, aut contrarium aliquid statuatur.*
9 *Bulla Cœnæ antiquitus non dicebatur à iure, & consequenter non dicebatur lata per viam legis.*
10 *Bulla Cœnæ antiquitus ad summum per annum durabat, & dicebatur processus annalis.*
11 *Bulla Cœnæ olim quater in anno promulgabatur, & mortuo Romano Pontifice expirabat.*
12 *Bulla Cœnæ antiquitus adeo non dicebatur à iure, vt nec dici posset sententia hominis adeo firma, vt sunt Regulæ Cancellariæ.*
13 *S. Pontifex quando perpetuitatem vult tribuere suis Bullis, vtitur verbis. Hac perpetua constitutione, seù hac perpetuò valitura constitutione sancimus.*
14 *Constitutionis nomen, quandoque sumitur in lata significatione, prout omnem siuè iuris, siuè hominis sententiam denotat.*
15 *Sententia generalis in multis conuenit cum lege, seù constitutione.*
16 *Sententia generalis in multis differt à lege.*
17 *Lex ligat tam subditos, quam extraneos delinquentes in territorio statuẽtis, nullum autẽ extra territorium quia tum vis subditum, nisi in quinque casibus.*
18 *Episcopus extra territorium existens, in multis casibus potest iurisdictionem exercere circa suos subditos.*
19 *Sententia generalis non ligat non subditos, etiam si in territorio sententiam ferentis delinquant; sed tantùm subditos, quantumuis extra territorium delinquentes, & idem dicendum est de sententia specialiter lata contra aliquem.*
20 *Generalitatis, vel particularitatis ratio, non variat iurisdictionem.*
21 *Sententia siuè generalis sit, siuè particularis semper respicit personas subditas.*
22 *Bulla Cœnæ hodie non est simpliciter ab homine.*
23 *Absolutio ab excommunicatione lata ab homine, eo ipso censetur reseruata suo authori, absque alia expressa reseruatione.*
24 *Absolutio excommunicationis latæ ab homine, in multis casibus non potest impendi ab eius aut hore.*
25 *Absolutio ab excommunicatione lata à iure, quando expresè non reseruatur, censetur alys concessa.*
26 *Sententia generalis lata ab homine illos solum alligat, qui tempore sententiæ sub iudicis, eam proferentis iurisdictione continentur, & non futuros sibi subditos.*
27 *Infidelis efficitur de iurisdictione Ecclesiastica per Baptismum.*
28 *Bulla Cœnæ hodie dicitur simpliciter à iure.*
29 *Bulla Cœnæ hodie non expirat mortuo Romano P.*
30 *Perpetuitas est de ratione legis; ita vt nunquam cesset nisi per posteriorem legem reuocetur, aut aliquid ei contrarium statuatur.*
31 *Bulla Cœnæ habet perpetuitatem sufficientem ad legis constitutionem.*
32 *Lex diuina æterna, dicitur perpetua simpliciter.*
33 *Lex diuina non est perpetua simpliciter, sed positiuè.*
34 *Lex diuina veteris testamenti, fuit perpetua, negatiuè.*
35 *Bulla Cœnæ hodie dicitur perpetua negatiuè, ad instar legis veteris testamenti.*
36 *Lex humana habet triplicem perpetuitatem, quæ in Bulla Cœnæ simpliciter consideratur.*
37 *Bulla Cœnæ licet dicatur processus, est tamen à iure.*
38 *Sententia Principis, etiam inter partes, de quarum causa ipse cognouit, constituit legem, si sit diffinitiua.*
39 *Sententia Principis etiam interlocutoria, si redacta sit in corpore iuris, constituit legem.*
40 *Sententia Principis, vt habeat vim legis, debet ferri cum causæ cognitione.*
41 *Bulla Cœnæ alligat omnes contrauenientes, etiam post ipsius Bullæ publicationem factos subditos.*
42 *Leuedi, & promulgari potest, etiam die festo, non autem sententia generalis, lata tamen, est valida.*

IN hac re tres extant opiniones. Prima sententia fuit Syl. in sum. in ver. excommunicatio 7. num. 76. ver. Trigesima prima; qui tractans de Bulla Cœnæ Martini V. dicit, censuras in ea cõtentas esse simpliciter iuris.

Probat primo sua sententiam ex titulo, quo 1 inscribitur dicta Bulla, qui est *Ad perpetuam rei memoriam*. Si igitur ad perpetuã rei memoriã fuit edita, ergo censuræ quæ in illa habentur, cùm perpetuæ sint, consequenter est dicendũ quòd sint à iure, non autem ab homine. Nam in hoc differt lex, seù statutum à sententia, seù excommunicatio lata per viam legis, & statuti ab excommunicatione per viam sententiæ, & sic ab homine: quoniam prima est perpetua, & durat etiam in tempus successoris, vt in cap. fin. & ibi glos. in ver. statuta, vbi etiam Panor. num. 2. & 9.

de

de offic. deleg. cap. t. de conſt. in ſexto, Bar. in l. omnes populi, ff. de Iuſt. & iu. latè Io. de Salas in ſuo tract. de legib. diſp. 1. ſec. 9. & Suar. eo. tract.
2 lib. 1. c. 10. excõmunicatio verò, quæ fertur per viam ſententiæ, quæ non iniecit vinculum, non durat in tempus ſucceſſoris, & conſequẽter non eſt perpetua, arg. tex. in c. à nobis il. 1. & ibi glo. in ver. Non niſi ſubditi, & Panor. nu. 12. de ſent. excom.

Rationem autem hanc eſſe docet Sayr. lib. 1.
3 Theſ. tom. 1. c. 7. ſub nu. 11. quia cùm lex ſit quẽdam vitæ norma, & magiſtra, qua hominum vita dirigitur, arg. tex. in l. 1. & 2. ff. de legib. nimirum ſi perpetua eſſe debeat. At verò ſententia
4 hominis præſentem ſtatum dumtaxat reſpicit, & ideo non durat in tempus ſucceſſoris.

Secundò probat hanc ſententiam ex fine eiuſ-
5 dem Bullæ, vbi Martin. V. ſuum proceſſum appellat, conſtitutionem; nomen autem conſtitutionis ius denotare, claré colligitur ex tot. tit. de Conſt. in Decr. & in C. de legib. & conſtit.

Secunda ſententia fuit Sot. in 4. d. 22. q. 2. art. 3. poſt concluſ. 5. Tol. in explic. præſentis Bullæ, in fine proœmij, & aliorum, dicentium, cenſuras in Bulla Cœnæ contentas nõ eſſe à iure, ſed ſimpliciter eſſe ſententias latas ab homine, ſimiles Regulis Cancellariæ. Hanc eandem ſententiam tenet Sayr. in explicatione eiuſdem Bullæ lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 1. nu 18. etiam poſt clauſulam, quę incipit. *Volentes, &c.* de nouo ſuper additã à Recentioribus Pontificibus, cuius vigore, cenſuræ ipſæ obtinent firmitatem poſt mortem Papæ, vſque ad nouos proceſſus, vel eiuſdem Pontificis, aut ſucceſſoris.

Probatur hæc ſententia primò quoniam illa
6 cenſura dicitur ab homine, quæ fertur per modum ſententiæ, vt eſt tex. & ibi Doct. in c. Romana, §. caueant, vbi etiam glo. in ver futuris, de ſent. excom. in ſexto. Couar. in cap. Alma mater, p. 1. §. 10. nu 1. eo. tit. & alij quos refert idem Sayr. lib 1. Theſ. tom. 1. c. 7. nu. 20 & 21. Sed ſic eſt quod cenſuræ, quę in hac Bulla continentur, ſunt latæ per viam ſententiæ: quia Bullæ Cœnæ, etiam nouiſſimæ vocantur, & adhuc ſunt pro-
7 ceſſus, vt ex tit. inſcriptione conſtat, cuius appellatione venire ſententiam, docet Panor. in c. cùm l. & A. de re iud. & Lanfr. in c. quoniam contra, dè probat. Ergo ſupradictæ cẽſuræ ſimpliciter dicuntur latæ ab homine.

Secundò illa cenſura dicitur iuris, quæ num-
8 quam ceſſat, niſi per poſterioré legem reuocetur, aut aliquid ei contrarium ſtatuatur, vt eſt tex. in clem. dudum, de ſepul. glo. Abb. & alij Doct. in cap. cùm acceſſiſſent, de conſti. & in d. c. fin. de offic. deleg. ſed cenſuræ de quibus agitur, non ſunt huiuſmodi, quia ſtatim quòd ſubſequens Bulla Cœnæ publicatur, prima ceſſat ipſo facto, etiam ſi expreſsè non reuocetur; aut ei contrarium aliquid non ſtatuatur, vt patet ex dicta clauſula de nouo ſuper addita Bullæ, in illis verbis: *Quemſque alij ſimiles proceſſus, &c.* Ergo prędictæ cenſuræ non ſunt á iure, ſed conſequẽter ab homine.

Non tamen negat ipſe Sayr. Bullã Cœnæ hodie, per ſupraſcriptam clauſulam, *Volentes, &c.* de nouo ſuper additam à Recentioribus Pontificibus, poſſe dici ſecũdum quid à iure: eo quòd habet aliquid perpetuitatis, donec alij proceſſus fiant, quæ perpetuitas eſt de ratione legis, vt ſupra diximus: ſed quia duratio illa eſt adeò modica, & limitata, cùm non duret donec reuocetur ſicut lex, ſed donec alij proceſſus fiant; ideo non meretur nomen ſententię iuris ſimpliciter, ſed tantùm ſecundum quid.

Tertia ſententia, quæ nobis magis probatur eſt Nauar. in Man. c. 27. ſub nu. 73. Viual. in explicatione præſentis Bullæ in d. clauſula, *Volentes, &c.* Suar. in expoſit. eiuſdẽ, diſp. 21. de cenſur. ſec. 1. n. 1. & lib. 1. de legib. c. 10 n. 15. & aliorum, quos refert, & ſequitur Io. de Salas eod. tract. diſp. 1 ſec. 9. n. 62. & Sayr. loco citato nu. 14 licèt eam non teneat. Pro cuius explicatione ſit.

Prima Concluſio.

9 OLim, præſertim tempore Mart. V. cenſuræ, quæ in Bulla Cœnæ continebãtur, non erãt à iure, & conſequenter non dicebantur latæ per viam legis. Hæc concluſio eſt cõtra Syl. & communis omniũ Doctorũ, quos ſupra retulimus.

Probatur, quia antiquitus Bullæ Cœnæ ad ſũ-
10 mum per annum durabant, vt patet ex tit. Bullę eiuſdẽ Mart. V. quæ inſcribitur, *Proceſſus annalis*, eo quòd ſingulis annis de nouo promulgabantur, & antiquæ obligare deſinebant. Imò gloſ. in clem. 1. de Iudic. refert, quòd proceſſus huiuſmodi quater in anno promulgabãtur, & ſi ante annũ Pontifex expiraſſet, ipſi ceſſabãt. Quapro-
11 pter Sayr. loco citato n. 16. ait, quòd olim Bulla Cœnæ adeò nõ dicebatur eſſe iuris, vt nec etiam dici poterat ſententia hominis, ita firma, ſicut ſunt Regulæ Cancellariæ: quia prædictæ regulę
12 ex ſui natura durant ſaltem, durante vita S. P. Bulla verò Cœnæ ad ſummum per annum tunc temporis durabat, & ideo cùm perpetuam firmitatem non haberet, à iure dici non poterat: quoniam de eſſentia legis eſt perpetuitas.

Ad argumentum primo loco allatum à Syl.
13 ex titulo dictę Bullę Mart. V. quæ inſcribitur, *Ad perpetuam rei memoriam*, Reſpõdetur, quòd ly. *Ad perpetuam, &c.* non fuit in ipſa Bulla poſitum ad tribuendam illi perpetuam firmitatem: ſed ad dandam illi perpetuam memoriam apud homines, præſertim in deteſtationem ſcilin atis Petri de Luna, qui cum ſuis fautoribus ibi excommunicatur. Nam quãdo Rom. P. ſuis Bullis perpetuitatem tribuere intendit, ſolet vti aliis verbis, nempè. Hac perpetua conſtitutione, ſeù hac perpetuò valitura conſtitutione, ſancimus, &c.

Ad ſecundum argumentum patet reſponſio:
14 nam licèt Mart. V. ſuam Bullam appellet cõſtitutionem; tamen cõſtitutionis nomen ſumitur ibi in lata ſignificatione prout omnẽ ſiue iuris, ſiuè hominis ſententiam denotat: nam ſententia generalis hominis, qualis eſt dicta Bulla, in-
15 multis cõuenit cum lege. ſeù cõſtitutione: quia vtranq; quandoque fieri contingit à Principe, futura reſpicit, & præmonitione non indiget. Et in pluribus æquipollet canoni, ac ſtatuto, vt benè docet Couar. in c. Alma mater, p 1. §. 12. ſub n. 4. ver. Secũdò iſtbæc regula, de ſent. excom. in 6

In re autem ſententia generalis, conſtitutio
16 verè, & propriè dici non poteſt: nam à lege, ſeù conſtitutione differt quoad perpetuitatẽ, vt ſupra diximus. Item quoniam lex ſeù ſtatutum ligat tãm ſubditos, quàm nõ ſubditos delinquen-

tes in Territorio ſtatuentis;nullum tamen quan
17 tumuis ſubditum extra Territorium;niſi delictũ comittatur in iniuriam Territorij,vt ait Suar.de cenſur.eccl.diſp.5 ſec.5.n.17. in fine. Aut crimẽ inchoetur extra Territorium,vel delinquẽs pro crimine commiſſo extra Territorium conuenia
18 tur coram ſuo Prælato;& in aliis caſibus relatis à Sayr.lib.1.Theſ.tom.1.c.6. à num.36 ad 46.vbi enumerat etiam tres caſus,in quibus Epiſcopus extra ſuum Territorium exiſtens poteſt excommunicare ſuos ſubditos; quorum primus eſt, quando concurrit conſenſus Iudicis Territorij. Secundus vbi quis excommunicatur pro delictis notorijs. Et tertius, quando Epiſcopus à propria Diœceſi fuerit expulſus: quia tunc in aliena Diœceſi poteſt iuriſdictionem exercere circa ſuos ſubditos.

At verò ſententia generalis non ligat nõ ſub-
19 ditos etiamſi in Territorio ſententiam ferentis delinquant,ſed tantùm ſuos ſubditos quantumuis extra Territorium delinquẽtes. Et quamuis aliqui Doctores loquãtur de excommunicatione ſpecialiter lata contra aliquem, vt loqui videtur Sayr.lib.1.Theſ.tom.1.c.7.n.18.nihilominus Suar.loco citato idem dicendum eſſe pro-
20 bat de excommunicatione lata per ſententiam generalem:quia ratio generalitatis,vel particularitatis non uariat iuriſdictionem,aut poteſtatem:eo quòd tam ſententia generalis,quàm particularis reſpiciunt perſonas ſubditas. quæ quocumque ſe conferant,ſemper dicuntur ſubditę.
21 Differunt denique in quamplurimis aliis lex, & ſententia generalis inter ſe, de quibus latè Sayr. ibidem a nu.11.vſque ad finem,d.c.7.Et propterea non eſt verisimile, vt Mart.V. in Bulla Cęnę ab ipſo edita,dum illam vocat conſtitutionem, per conſtitutionis nomen intelligat conſtitutionem,ſeu legem in ſtricta ſignificatione ſumptã; ſed in lata ſignificatione conſideratam, & conſequenter ſententiam hominis:alioquin in eodẽ proceſſu implicatio foret, cùm in principio dicatur proceſſus annalis,cuius temporis ratione, veram iuris conſtitutionem eſſe repugnat.

Secunda concluſio.

22 HOdie cenſuræ quæ in Bulla continentur, non dicuntur ſimpliciter ab homine,& cõſequenter latæ per viam ſentẽtiæ generalis. Hęc concluſio eſt cõtra Sot.Tol.& Sayr.locis citatis.

Probatur primò:nam cenſurarum prędictarũ abſolutinem Rom. P. expreſsè ſibi reſeruat, vt patet in §. cęterum eiuſdem Bullæ;ergo ſignum eſt illas non eſſe ab homine per viam ſententiæ generalis latas, quia aliàs ſuperuacanea facta fuiſſet huiuſmodi reſeruatio: quoniam excommunicationis latæ ab homine tam per ſententiã generalem,quàm ſpecialem,abſolutio,ſine alia expreſſa reſeruatione,cenſetur ſimpliciter reſeruata ſuo authori,vel eius ſucceſſori, itaut peripſos aut per ſuperiorem eorum ſolui poſſit dũtaxat,vel ab eiſdem delegatum,& non per alios. vt benè docet Couar.in c.Alma mater.p.1.§.12. nu.2.& Nauar.in ſuo Man.c.27.nu.40. & 41. vbi limitat hoc non procedere in eo qui ſacerdos cùm non eſſet,excommunicationis ſententiam tulit:nam non poteſt ab eo excommunicatum in foro conſcientiæ abſoluere.

Idem dicendum eſt de delegato à Papa poſt annum: de Incendiario excommunicato ab Epiſcopo: de excommunicatiõne confirmata à S. P. & de priuatis,aut ſuſpenſis ab eorum iuriſdictione:quoniam iſti ex Nauar.loco citato non poſſunt abſoluere ab eis, excommunicatos non modo in foro conſcientiæ,ſed nec etiam in foro exteriori.

Non ſic excommunicatio lata per viam legis, etiam ſi à S.P. edita fuerit:nam eo ipſo quòd legis Conditor eam ſibi non reſeruat, aliis conceſſiſſe cenſetur,vt in c. nuper, & ibi Doct. de ſent.excom.& latè Sayr.lib.1.Theſ. tom. 1. c. 7. nu.24.& 35.cum aliis ab eo relatis.

Secundò probatur,quia ſi Bullæ Cęnæ cenſu-
26 ræ,dicerentur ſimpliciter ab homine,per viam ſententiæ generalis latæ; ſequeretur, quòd ſi poſt Bullam prædictam,editam, ac promulgatam Infidelis baptizaretur,qui poſt Baptiſmum ante ſequentis Bullæ publicationem,hęreticorũ libros ſcienter legerit, aut alijs eiuſdem Bullæ præceptis contrauenerit,excommunicationem aliquam non contraheret. Nam ſententia generalis lata ab homine eos ſolùm alligat, qui tempore ſententiæ ſub Iudicis eam proferentis iuriſdictione continentur,eique ſubditi ſunt, non autem eos,qui futuri erunt ſubditi:nam ſententia hominis ad tempus,quo pronunciatur,refertur;ita vt ſententia generaliter lata contra omnes,qui homicidium committent,non niſi ſubditos tempore latæ ſententiæ alligabit. Vndè ſi quis poſtea fiat ſubditus ratione delicti, aut etiã in cola fiat ratione perſonæ,& domicilij, & crimen huiuſmodi pattauerit,in excommunicationem non incidit. Ita Panor & Inn. in c. à nobis,t.de ſent. excom. Couar. in c. Alma mater, p.1.§. 10.nu.2.Tab.Syl. Hugol. & alij quos refert.& ſequitur Sayr.lib.1.Theſ.tom.1.c.7.num.
27 22.Modò cùm infidelis efficiatur de iuriſdictione Eccleſiæ per Baptiſmum dumtaxat,& nõ antea,quia vt ait Apoſtol.1. Cor. c. 5. & c.gaudemus.de diuor.de his,qui foris ſunt,non pertinet ad nos, conſequenter deducitur, quòd ſi poſt baptiſmum,ante ſequẽtis Bullæ emanationem, eidem contraueniat, in ipſius cenſuras non incidit:quoniam tempore editionis prioris Bullę, cùm baptizatus non eſſet,non erat Eccleſiæ ſubditus,& ſub eiuſdem iuriſdictione.

Denique probatur hæc concluſio ex his, quæ dicemus in ſequenti concluſione.

Tertia Concluſio.

28 LIcèt antiquitus Bulla Cęnę.& cẽſuręin ea contentæ dicerentur ſimpliciter ab homi-
a ne; hodie tamen dicuntur ſimpliciter à iure a. Hæc concluſio eſt Nauar. Vgol. Suar. & aliorum Doct. quorum ſupra meminimus in relatione tertiæ opinionis.

Prima pars patet ex his,quę diximus in prima concluſione præſentis controuerſiæ.

Probatur modò ſecunda pars ex dicta clauſu-
29 la, *Volentes, &c.* de nouo addita Bullæ Cęnæ à Recentioribus Pontif. cuius vigore Bulla ipſa non expirat mortuo S Pont.ſed durat quouſque alia promulgetur, vt patet ex illis verbis: *Volentes præſentes proceſſus noſtros, ac omnia, & quæcumque his litteris contenta, quouſque alij huiuſmodi proceſſus à nobis, aut à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, fiant, aut publicentur, durare, ſuoſque*

effectus

effectus omninò fortiri. Vndè cùm Bullæ Cenę hodie per dictam clauſulam perpetuitas tributa eſſe videatur, quæ eſt de ratione legis, futura reſpiciat, nulla egeat præmonitione, & lata ſit per ſupremam poteſtatem habentem; quæ quidem omnia ad legis conſtitutionem exiguntur, vt Vtual. loco cit. demonſtrauit, meritò à iure ſimpliciter, & nõ ab homine lata eſſe Bulla cẽſetur. 30

Nec valet argumentum, quod Aduerſarij in contrarium adducunt, dicentes, quòd de ratione legis eſt, vt nunquam ceſſet, niſi per poſteriorem legem reuocetur, aut aliquid ei contrariũ ſtatuatur: at verò Bulla ipſa eſto quòd non reuocetur per poſteriorem Bullam expreſsè, & còntrarium ei non ſtatuatur, ſtatim ceſſat per ſubſequentis publicationem: Quoniam reſpondetur, quòd cùm ex expreſſa diſpoſitione dictæ clauſulę, *Volentes, &c.* Bulla cenæ ceſſet per ſubſequentis editionem, ſatis expreſsè dicitur reuocari per poſteriorem legem: quapropter habet perpetuitatẽ ſufficientem ad eſſentiam legis, vt nũquam ceſſet, niſi per poſteriorem reuocetur. 31

Secundò dato, & non conceſſo, quòd Bulla Cœnæ per ſubſequentem expreſsè non reuocetur; adhuc tamen vi dictę clauſulæ dicitur habere perpetuitatem ſufficientem ad legem conſtituendam: quoniam perpetuitas, nec ſimpliciter, nec eodem modo omnibus legibus conuenit. Nam licèt lex Dei ęterna ſit ſimpliciter, & ſecundùm ſe perpetua, eo quòd eſto quòd ab æterno homines fuiſſent, eadem dictamina haberent, quæ modò habent, & ex illis obligationes contraherent; tamen lex diuina euangelica non eſt perpetua ſimpliciter, ſed poſitiuè ideſt ſecundùm abſolutam Dei voluntatem, qui voluit, & explicuit illam ſeruandam eſſe vſque ad finem ſæculi, & nunquam fore abrogandam. 32 33

Sic etiam lex diuina veteris teſtamenti, non fuit æterna ſimpliciter, ſed fuit perpetua negatiuè, quia ſine vlla temporis limitatione, in quo vim obligatiuam haberet, edita fuit, ſed ſolùm duratura vſque ad aduentum Chriſti, & legis euangelicæ promulgationem, vt benè explicat Io. de Salas, de legib. diſp. 1. ſec. 9. num. 61.

Modò Bulla Cœnæ, licèt non habeat perpetuitatem ſimpliciter, vt lex diuina æterna, nec perpetuitatem poſitiuè, vt lex euangelica; habet tamen perpetuitatem negatiuè ad inſtar legis diuinæ veteris: quia vi dictæ clauſulę, *Volẽtes &c.* durat vſque ad publicationem ſubſequẽtis. Vndè ſicut lex veteris teſtamenti habuit veram rationem legis, quamuis duratura eſſet vſque ad emanationem legis euangelicæ dumtaxat; ita Bulla cenæ dicitur vera lex, etſi duratura ſit ſolùm vſque ad ſequentis Bullę promulgationem. 34 35

Confirmatur denique noſtra concluſio: quoniam in lege humana conſideratur triplex perpetuitas. Prima eſt ex parte legis, eo quòd ſemel lata ſemper durat, donec vel reuocetur, vel materia eius, vel cauſa ità mutetur, vt iuſta eſſe deſinat. Secunda ex parte ſubditorum, ad quos fertur, quæ non tantùm obligat præſentes, qui vel nati ſunt, vel territorium incolunt, cùm lex fertur; ſed etiam ſucceſſores poſtea natos, vel de nouo ibi habitantes. Tertia ex parte Legislatoris, quoniam noua mouetur, illo amoto, nec moritur illo mortuo. Ita Suar. lib. 1. de legib. c. 10. n. 7. & ſeq. Sed in Bulla Cœnæ rectè conſideratur triplex huiuſmodi perpetuitas: quia ſemel lata ſemper durat, ſaltem negatiuè, donec per publicationem ſubſequentis reuocetur. Et ſi materia eius, vel cauſa ita mutetur, vt iuſta eſſe deſinat, ceſſat etiam ipſa Bulla, vt benè docet ibi Suar. n. 14. & 15. Item omnes ligat, & non definit, mortuo Rom. Pontifice, vt ſupra diximus: ergo Bulla Cœnæ habet perpetuitatem ſufficientem ad hoc vt à iure ſimpliciter dici poſſit, & conſequenter concurrentibus alijs ad legis conſtitutionem requiſitis, de quibus ſupra diximus, procul dubio dicitur lata per viam legis, & non ab homine per viam ſententię generalis. 36

Ad vltimum Sayr. contrariũ, dicentis, Bullas Cœnæ etiam nouiſſimas vocari, & adhuc eſſe proceſſus, facilè reſpondetur, nam non ex eo infertur neceſſariò, quòd Bulla ipſa ſit ſimpliciter ab homine, & non à iure: quia ſententia Principis, etiam inter partes, de quarum cauſa ipſe cognouit conſtituit legem, vt eſt tex. in l. 1. ff. de conſt. Princ. in illis verbis, *Quodcunque igitur Imperator per Epiſtolam, & ſubſcriptionem ſtatuit, vel cognoſcens decreuit, vel de plano interlocutus eſt, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat*, vbi glo. per ly. *Decreuit* intelligit diffinitiuam ſententiam, & per ly *Interlocutus eſt*, Bar. ibidem intelligit, etiam ſententiam interlocutoriam, dummodo redacta ſit in corpore iuris. Idem dicit tex. in §. ſed, & quod, ver. Quodcumque ergo: in Inſt. de iur. nat. gent. & ciu. vbi gloſ. in ver. Decreuit, ait, ſcilicet ſedendo pro Tribunali, dando ſententiam diffinitiuam. Ad hoc etiam facit tex. in c. in cauſis, de ſent. & reiud. & id clariſſimè conſtat ex epiſt. Decret. quarum canones continent decreta, ſeu ſententias Romanorum Pont. ſicut C. leges ſunt Imperatorum ſententiæ, atque decreta. vt rectè probat Io. de Salas, de legib. diſp. 2. ſec. 8. n. 4. & 47. cum alijs, quos ipſe allegat. Nimirum igitur, ſi Bullæ cœnæ dicuntur litteræ proceſſus. 37 38 39

Et tanto fortiùs, quia Princeps quando vult ſuam ſententiam ſeruari pro lege generali, ab eo fertur cum cauſæ cognitione, vt conſtat ex d. l. 1. de Conſtit. Princip. in ly. *Et cognoſcens decreuit*, & Io. de Salas loco citato. 40

Ex his igitur clariſſimè conſtat, Bullam cenæ hodie per additionem dictæ clauſulæ, *Volentes, &c.* eſſe legem, non autem ſententiam hominis. Et ideo alligat omnes contrauenientes, ſiue per Baptiſmum Romano Pontifici ſubditi ſint tempore publicationis eius, ſiue poſt eandem editam, ac promulgatam. 41

Item cùm ſit à iure, legitimè, ac canonicè fertur in die cenæ Domini etiamſi in illa die concurrat feſtum Annunciationis Beatæ Virginis: quoniam licèt excommunicatio per viam ſentẽtiæ generalis, aut ſpecialis ferri non debeat die feſto, cùm requirat cauſæ cognitionem; (etſi lata teneat) tamen excommunicatio per viam legis, & ſtatuti, cùm non expoſtulet cauſæ contentioſæ cognitionem, die feſto quoque iure licito ferri poteſt, Vt latè probat Sayr. lib. 1. Theſ. to. 1 c. 7. num. 17. 42

ADDITIO.

4 Iure. Hanc eamdem ſententiam ſequitur Bonac. hoc loco, diſp. 1. q. 1. pun. 1. prop. 1. vbi non nullas alias rationes affert, & contraria ſoluit. Abb. Alex.

De

De inſcriptione Bullæ Cœnæ Domini. Caput Quartum.

EGimus huc vſque de præludijs, ad Bullam Cœnæ Domini pertinentibus, modò conſequenti ordine ſequitur, vt eiuſdem explicationem aggrediamur. Et quoniam ipſius Bullæ inſcriptio, ac proœmium præludia quædam dici poſſunt, meritò cum præludijs eodem ea libro copulanda duximus. Et deinde in ſecundo libro Canones, & in tertio denique §.§. explicantes, eorum omnium formalia verba ante omnia, Deo duce, referemus.

Litteræ proceſſus S.D.N.D. Pauli Papæ V. Lectæ in die Cœnæ Domini. Anno M.DC.VIII.

HAec ſunt formalia verba inſcriptionis Bullæ Cœnæ, quæ quidem cùm propter ſui breuitatem diuiſione non egeat, ſingulas eiuſdem particulas per ſuas quæſtiones explicabimus.

Ibi (*Litteræ proceſſus.*) Quare Bulla Cœnæ inſcribitur, Litteræ proceſſus. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus includit omnia acta iudiciaria.*
2 *Proceſſus, & litteræ idem ſignificant.*
3 *Proceſſus appellatione venit ſententia.*
4 *Sententia Principis habet vim legis.*
5 *Proceſſus antiquitus quater in anno formari à Romanis Pontificibus certis ſolemnitatibus ſolebant.*
6 *Proceſſus licèt antiquitus quater in anno formari ſolerent, ſemel tamen in anno fieri poſtmodum cœperunt.*
7 *Quæ de nouo emerguntur, nouo indigent auxilio.*
8 *Bullæ vſus eſt antiquiſſimus.*

PRo determinatione huius difficultatis eſt annot. quod ly. *Proceſſus*: poteſt dupliciter intelligi. Primò in numero ſingulari, & tunc erit genitiui caſus, & ita vt Bulla dicatur: *Litteræ proſſus*. i. ſententia proceſſus: quoniam proceſſus
1 includit omnia acta iudiciaria, & conſequenter ſententiam, vt in c. quoniam contra, de probation. Secundo ly. *Proceſſus*: poteſt interpretari in numero plurali, & tunc ram ly. *Litteræ*: quàm ly. *Proceſſus*, erunt nominatiui caſus: & Bulla inſcribitur, *Litteræ Proceſſus*: i. Litteræ, ſeu proceſſus; quaſi idem ſibi velit ly. *Litteræ*, quod ly. *Proceſſus*.

Hoc modo prædictam particulam videtur in-
2 terpretari Sayr. in explicatione præſentis Bullæ lib. 1. Theſ. tom. 1. c. 1. n. 18. dum ait, quòd Bullæ Cœnæ etiam nouiſſimæ adhuc vocantur, & verè ſunt proceſſus. Et probatur ex tex. in §. volentes eiuſdem Bullæ in illis verbis, *Volentes noſtros proceſſus, ac omnia, & quæcumque his litteris contenta, quouſque a lu huiuſmodi proceſſus à nobis fiant, &c.* vbi Romanus Pontifex noſtram Bullam primò appellat proceſſus; deinde litteras, & demum iterum nominat proceſſus quaſi velit, vt pro eodem intelligantur litteræ, & proceſſus. Et tunc Bullæ, aut dicuntur proceſſus, quia ſunt ſententiæ;
3 eo quòd appellatione proceſſus venit ſententia, vt per Abb. in c. cùm I. & A. nu. 5. de re iud. & Lanfr. in d. c. quoniam contra, de probat. Aut dicuntur proceſſus, quia continent ſententias in proceſſu fulminatas: & hæc interpretatio litteræ magis congruit.

Non tamen ex hoc ſequitur ſententias, quas
4 continent hi proceſſus, eſſe ab homine, ſed dici à iure: eo quòd ſententia Principis habet vim legis, vt ſupra cap. 3. quæſt. vl. probauimus, & maximè quando ſententia fertur cum cauſæ cognitione: quod contingit, vbi fulminatur compilato proceſſu, vt in hac re ab antiquo fieri conſueuit. Nam Romani Pont. antiquitus ſer-
5 in Cœna Domini, in die Aſcenſionis, in die dedicationis Baſilicarum Petri, & Pauli, & in octaua Sancti Martini generales quoſdam proceſſus contra quinque perſonarum genera formare conſueuerant; nempe contra Hæreticos, eiſdemque credentes: contra merces prohibitas ad Saracenos deferentes: contra Piratas: contra noua pedagia imponentes, & exigentes: & denique contra litteras Apoſtolicas falſificantes. Ita glo. in clem. 1. in ver. Generales, & in ver. Solennes, de Iudic. Panor. in c. excommunicationi, de rapt. nu. 1. Et cùm per multum temporis ſpatium prædictos proceſſus in dictis ſolemnitatibus Romani Pontifices compilãdos curauerint; poſtmodum ſemel tantùm in anno formari cœperunt, vt ſuo tempore ſeruatum fuiſſe teſtatur Card. in c. quod olim, de Iudic. & tẽpore Mart. V. hoc ipſum ſeruatum fuiſſe, ex tenore Bullæ ab ipſo editæ clariſſimè patet. Vbi dum in ea mentio haberetur de prædicto proceſſu, titulus ſic inſcribitur. *Proceſſus annalis, qui fit annuatim in*
7 *Curia in Cœna Domini.* Et quoniam quæ de nouo emerguntur nouo indigent auxilio, creſcente quotidie hominum malitia, aliæ etiam ſucceſſiuè additæ fuerunt cenſuræ per conſequentes Romanos Pontifices vſque ad S. D. N. D. Paulum Papam Quintum, cuius Bullam, Deo fauente, ſuſcepimus explicandam.

Ex his infertur, vſum Bullæ Cœnæ eſſe anti-
8 quiſſimum, & ortum nõ habuiſſe a Mart. V. qui
a fuit anno 1420. vt malè arbitratur Tol. a ſed antiquiores eſſe Clem. V. Vrb. IV. & Clem. IV. qui floruerunt anno D. 1261. eo quòd huiuſmodi Bullæ meminit Hoſt. in tit de crim. falſ. §. qualiter comittatur, ver. porrò, qui fuit ſub Inn. IV. & Alex. IV. Pontificibus, anno D. 1254.

ADDITIO.

a Tol. Scorz. in explic. Bullæ cœnæ, theorem. 407. & Bonac. in explic. eiuſdem Bullæ, diſp. 1. quæſt. 1. pun. 1. propoſ. 2. deſendentes Toletum, quem Duardus germanus meus hoc loco annume-

merauit cum alijs ſenſientibus, incepiſſe Bullam ipſum tempore Martin. V. dicunt, Toletum contrarium euidenter docuiſſe in ſum. cap. 18. num. 3. his verbis, *Secundo adnotandum, proceſſus hos antiquos eſſe, & Romanos Pontifices à multis annis ſolitos fuiſſe eos publicare: nam in Vaticana Bibliotheca reperiuntur proceſſus Gregorij XI. qui vixit anno Domini 1370. nec creditur primus, qui hos publicauerit, &c.* Sed re vera, ſi res ipſa rectè perpendatur, dicendum videtur, Duardum meritò aſſociaſſe Toletum ſententiæ illorum, qui ſentiunt, Bullam Cœnæ ortum habuiſſe à Martino V. tum quia Sayr. in explicatione eiuſdem Bullæ pro eadem opinione Toletum citat; tum etiam, quia in antiquioribus ipſius Toleti Summę editionibus, præſertim anno iubilei 1600. in principio explicationis dictæ Bullæ, in fine operis impreſsæ, & propriè in verſ. Quoad ſecundum, quod ipſe Sayr. allegat, omninò legitur, quod ab ipſo Duardo, & Sayro refertur, per hæc formalia verba. *Quoad ſecundum, non videtur valdè antiqua Bulla iſta. Doctores enim Sibolaſtici antiqui conſideraverunt excommunicationes, & huius Bullæ non meminerunt: videtur tamen incæpiſſe tempore Martini V. in Concilio Conſtantienſi, quando viguerunt hæreſes Bohemiæ, anno Domini 1420. cuius Bullæ meminerunt duo Pontifices, Paulus II. & Sixtus IV. in extrau. & Leo contra Luther. auxit illam, & poſtea Paul. III. & ſequentes.* Vndè cùm ipſa Toleti Summa multis in locis fuerit correcta, & aucta pariter, vt conſtat ex recentioribus eiuſdem editionibus, dicendum eſt Toletum quem ipſi Scorz. & Bonac. teſtantur d. c. 18. num. 3. non Toletum; ſed alium à Toleto eſſe; atque ideo Sayr. & Duard. Toleti, veri Toleti propriam opinionem fideliter retuliſſe. Abb. Alex.

Ibi (*Sanctiſſimi D.N.*) Quare Romanus Pontifex dicitur S.D.N. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Sanctiſſimi nomen conuenit Romano Pontifici, ratione ſui muneris, poteſtatis, ac dignitatis.*
2 *Prælati vocantur Sancti.*
3 *Papa, adminiſtratione eſt maior Apoſtolo Paulo.*
4 *Pontificiæ dignitati nulla dignitas comparatur.*
5 *Papa habet omnem poteſtatem, quæ Chriſto tanquam homini à Deo tributa fuit.*
6 *Vicarij, & Epiſcopi idem eſt auditorium.*
7 *Papa ſicut eſt dignitate, ac poteſtate omnium eminentiſſimus, ita animum ſupra omnes purgatiſſimum, ac Sanctiſſimum habere debet.*
8 *Papa, & Apoſtoli dicuntur lux mundi.*
9 *Prælati quales ſunt, taler ſubditi eſſe ſtudent.*
10 *Subditi Dominorum facta imitantur, ſiue bona ſint, ſiue mala.*
11 *Iudicium duriſſimum his, qui præſunt, fiet.*
12 *Leo primus ſui primò appellatus Sanctiſſimus.*
13 *Horſmida Papa ſiue nuncupatus, Dominus noſter.*
14 *Papa præſente, omnes aliæ dignitates quieſcunt.*
15 *Papa ex cauſa poteſt eligere, confirmare, ac deponere Imperatorem, & omnes alios Reges & Principes.*
16 *Papa habet omnes dignitates, quas habuerunt omnes Patriarchæ.*
17 *Papa appellatur ſupremus Sacerdos.*
18 *Papæ ſententiæ eſt ſtandum, etiam ſi contradicat Eccleſiæ, aut Conciliis, cùm ſit ſuper omne Concilium.*
19 *Papa ſolus habet plenitudinem poteſtatis, cæterorum autem Principum nullus.*
20 *Pontificialis dignitas comparatur Soli; Regalis autem Lunæ.*
21 *Regalis poteſtas, à Pontificiali dicitur dependens.*
22 *Papa dicitur Dominus noſter ſimpliciter, alia autem poteſtates quodammodo per participationem.*
23 *Papa eſt omnibus ſuperior, & nulli inferior.*
24 *Appellatio dicitur ab inferiori Iudice ad ſuperiorem prouocatio.*
25 *Papa poteſt legitimare ſubditos Imperatoris, & aliorum Principum, ſed non è contra, etiam in temporalibus, & quoad ſucceſſionem.*

1 REſpondetur, quòd licèt Sanctiſſimi nomen nulli viuenti ſecundum ſe comperat, cùm dicat ſermo diuinus: *Ne laudaueris hominem in vita ſua*, tanquam ſi diceret (ait D. maximus) lauda poſt mortem, magnifica poſt conſumationem: id tamen Romano Pontifici ratione ſui muneris, poteſtatis, ac dignitatis meritò conuenit. Eſt enim Romanus Pontifex Summus omnium Paſtor & Rector, & ideo ad ſubeundum vniuerſalis Eccleſiæ munus, Angelicis humeris formidādum, ſumma ſanctitas opus eidem eſt.

Et ſi Prælatos omnes vocat ſanctos Eſai. c. 60.
2 dicens: *Vos Sancti Domini vocabimini miniſtri Dei noſtri*, cur ſummæ ſanctitatis nomen Romano Pō-
3 tifici non erit tribuendum, quippe qui eſt omniū in terra maximus, & adminiſtratione Apoſtolo Paulo quoq; maior? ar. text. in c. ſacroſancta, 22. d.

In eminentiori aeris regione, nubes, fulgura,
4 & corruſcationes procul abſunt, eo quòd ad eā vapores terræ non perueniunt, & cùm ſit omnium aliarum regionum purgatiſſima, perennē tranquillitatem, claritatemque potitur. Romanus Pontifex ſupra omnes Principes, ac Poteſtates eminentiſſimum ſolium obtinet, cùm non ſit dignitas adeo ſublimis in terris, quæ Pontificiæ dignitati comparari poſſit: ipſe enim eſt generalis Dei Vicarius, omnem poteſtatem habens in cęlo, & in terra, quæ Chriſto Domino, vt homini tributa fuit, iuxta illud Io. c. vl. *Data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo, & in terra.* Nam Epiſcopi, & eius Vicarij idem eſt auditorium, & ideo non valet conſuetudo, quòd à Vicario Epiſcopi, ad
6 Epiſcopum appelletur, c. 2. de conſuet. in ſexto: eo quòd Vicarius idem cum Epiſcopo, & vnum corpus faciunt, vt latè probat Rebuff. in prax. Benefic, c. de Vicarijs Epiſ. & Mart. de iuriſd. p. 2. c. 8. num. 4.

Qua propter ſicut S. Pontifex eſt omnium in terris dignitate, ac poteſtate eminentiſſimus; ita animum ab omni paſſionum turbine, ac tempeſtate abſolutum, & conſequenter ſanctiſſimum habere debet.

Summum Paſtorem, & Apoſtolos lucem mūdi appellat Dominus, Matt. c. 5. dicens. *Vos eſtis lux mundi*: & hoc propter eorū dignitatis, ac poteſtatis culmen, puritatem, & vitę ſanctitatem, quā Paſtores habere, & boni operis exemplū, quod præſtare debent. Nam quales ſunt prælati tales ſubditi exhibere ſe ſtudent. Populi Sichimorum
9 videntes Principem eorum Hemor Hebreorū circumciſionem ſuſcepiſſe, & ſic veram tunc tēporis Religionem, ſe ipſos etiam circūcidi paſſi fuerūt, vt legitur Gen. c. 34. E contra autē Saulis ar-

armiger lib. 1. Reg. c. 31. vbi vidit Dominum ſuũ mortem ſibi conſciuiſſe, ipſe quoque mortem ſi bi intulit: & non alia ratione, niſi quia ſubditi Dominorum facta imitantur ſiue bona ſint, ſiue mala. Et ideo iudicium duriſſimum his qui nõ 10 rectè præſunt, fiet, ait Sapien. c. 6. Leonem pri- mum, ſanctiſſimum ac beatiſſimum; Conc. Cal- 11 cedonen. Patres ſæpe appellarũt, cui primo hęc nomina tribui cæperunt, tanquam Præſuli cui- 12 dam vitę, ac morum integritate ſanctiſſimo. Et Conc. Epiri coactum, Hormiſdam Papam, Do- minum noſtrum nuncupauit, vt teſtatur Azor. 13 lib. 4. Inſt. moral. p. 2. c. 4. q. 2.

Imò Papa non modò Dominus, ſed magnus 14 Dominus appellatur: quoniam, eo præſente, om nes alię dignitates quieſcunt, c. volentes, de of- fic. deleg. ipſe enim eſt ſupra Imperatores, Re- ges, & omnes Principes terræ; eo quòd ex cauſa 15 poteſt illos eligere, creare, confirmare, depone re, & priuare, vt ſupra c. 1 q. 1. probauimus.

Sic Samuel propheta non ſolùm Saulem Re- gem redarguit, ſed etiam illum Regno priuauit, ex quo mandatum Domini non adimpleuerit, vt occideret Agag, Regem Amalech, & in eius locum Dauid fuit aſſumptus. Ioiadas ſummus Sacerdos Ataliam mulierem, quæ illis tempori- bus in Iuda regnabat Regno, priuatam interfici mandauit, & Ioam, qui de regia ſtirpe proceſſe- rat, in Regem creauit.

Quòd ſi Sacerdotes legis veteris hanc pote- 16 ſtatem habebãt ſupra Reges, & Principes terræ, multò maiorem poteſtatem habet hodie Sum- mus Sacerdos nouæ legis, cùm ſit excellentioris dignitatis, & quaſcumque dignitates, quas ha- buerunt omnes Patriarchæ, ipſe ſolus habet, vt dicit S. Bern. in lib. de conſider. ad Eugen. & te- ſtatur Bal. in l. reſcripta, C. de precib. Imper. offer. 17 Vndè meritò appellatur ſupremus Sacerdos, c. Sacroſancta, 22. d. & proinde dicitur etiam ſuper omnia Concilia, cùm facultatem habeat illa in- 18 terpetrandi, corrigendi, tollendi, atque mutan- di, c. ſicut, d. 15. late Doc. in c. ſignificaſti, de elec. vbi Io. Andr. ſuper ver. Robur. ait, quòd Papæ ſententiæ eſt ſtandum, & ſi contradicat Eccle- ſiæ, vel Concilio.

Eſt Dominus noſter Papa: quoniam ipſe ſolus 19 habet plenitudinem poteſtatis; cæterorum autẽ Principum, nullus. Papa enim ſucceſſor eſt illius ſummæ, atque ſupremæ poteſtatis ac iuriſdictio nis datæ Chriſto Domino, vt homini à Deo, iux- ta illud Pſal. 2. *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ*: & Io. c. vl *Data eſt mi hi omnis poteſtas in cœlo, & in terra*. Eo quòd eſt Dei Vicarius, vt ſupra diximus.

Quemadmodum fecit Deus duo luminaria 20 magna in firmamento cœli, luminare maius, vt præeſſet diei, & luminarè minus, vt præeſſet no ctì; ita ad firmamentum vniuerſalis eccleſiæ fe- cit ipſe Deus duo luminaria magna ideſt, duas inſtituit dignitates: quæ ſunt pontificalis autho- ritas, & regalis poteſtas. Sed illa quæ præeſt diei ideſt ſpiritualibus, maior eſt: quæ verò carnali- bus, minor, vt quanta eſt inter Solem, & Lunam; tanta inter Pontifices, & Reges differentia co- gnoſcatur. Ita dicit tex. in c. ſolitæ, de maior. & obedi. Vndè ſicut lumen Lunæ dependenter ſe 21 habet à lumine Solis, ita regalis à pontificia po- teſtate dicitur dependens. Et propterea Papa, adeò dicitur Dominus noſter, vt etiam ſimplici- 1 ter Dominus non immeritò nuncupari poſſit: quoniam ipſe independenter ab aliis eſt domi- 22 nus: & alij domini dicuntur quodammodo per participationem. Et tanto fortius quia Papa om- nes iudicat, & à nemine iudicatur, c. cuncta per- mũdũ 9. q. 3. Omnibus eſt ſuperior, & nulli pror ſus inferior: & ideo ad ipſum de qualibet mun- 23 di parte appellandum eſt, ab ipſo autem nemo eſt appellare permiſſus, cùm appellatio propriè ſit de inferiori iudice ad maiorem prouocatio. 24 glo. in c. non putamus, in ver. officiali, de con- ſuet. lib. 6. & facit tex. in l. t. ff. à quib. appel. non licet, & in d. c. cuncta per mundum.

Hac eadem ratione Papa poteſt legitimare 25 ſubditos Imperatoris, & aliorum Principũ, ſed non è contra, etiam in temporalibus, & quoad ſucceſſionem, vt docet Hoſt. in c. per venerabi- lem, qui fil. ſin. legit. & alij quos refert, & ſequitur Murt. de iuriſd. p. 4. caſu 79. Patet igitur ex dictis quomodo Romanus P. dicitur Sanctiſſimus, & Dominus noſter.

An Romano Pontifici, cui conuenit Sanctiſſimi nomen debeatur aliqua adoratio. Q. 3.

SVM MARIVM.

1 *Adorationem Papæ deberi, multiplicitèr probatur.*
2 *Papæ duntaxat & non aliis ſunt deoſculandi pedes.*
3 *Adoratio triplex, Latriæ, Dulia, & Hyperdulia.*
4 *Adorationis definitio aſſignatur.*
5 *Latria, & Dulia idem græcè ſignificant.*
6 *Latria apud ſacros ſcriptores, ſupremum ſeruitutis cul- tum, Deo debitum ſignificat.*
7 *Latria eſt actus Religionis, non internus qualis eſt de- uotio, oratio &c. ſed externus.*
8 *Angeli, cùm corpore careant, non dicuntur Deum pro- priè adorare.*
9 *Dulia nomen apud Sacros Doctores ſignificat venera- tionem quæ ſanctis tribuitur.*
10 *Hyperdulia Beatiſſimæ Virgini prębetur.*
11 *Latriæ cultu adoratur non tantùm Deus, ſed humanitas Chriſti, Caro, & Sanguis Chriſti, claui, lancea, & alia quæ tetigerunt Chriſtum.*
12 *Manus ſacrilega, quæ percuſſit maxillam Chriſti, cur adorationem non mereatur.*
13 *Latriæ cultu adorantur diuinæ Relationes, Hoſtia con- ſecrata, & Imago Chriſti.*
14 *Humanitas Chriſti ſecundum ſe conſiderata, non prout eſt vnita verbo, adoratur Hyperdulia.*
15 *Cruci Chriſti, quatenus tetigit carnem Chriſti, debetur cultus latriæ, ſecus autem ſi ſecundum ſe conſideretur; quoniam tunc nullus debetur cultus.*
16 *Cruci Chriſti, ſi conſideretur, vt res Chriſti, ſeparata à Chriſto, non tamen vt tangens Chriſtum, debetur tantùm adoratio Hyperdulia.*
17 *Beatæ Mariæ Virgini, ſi conſideratur, vt Mater Chri- ſti, debetur adoratio Hyperdulia.*
18 *Dulia adoratione adorantur non modò Sancti, & eorum Reliquiæ, ſed etiam Imperatores, & Reges.*
19 *Papa adoratur adoratione dulia.*
20 *Prælati adorantur etiam adoratione dulia.*
21 *Prælato exiſtenti in peccato mortali non debetur adora- tio dulia.*
22 *Adoratio, quæ tribuitur creaturæ non dicitur cul- tus.*

tus verè, & propriè.

23 *Deut. c. 6. circa illa verba*: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies; *explicatur.*

24 *Daniel quare cum alijs pueris recuſauit adorare ſtatuam auream.*

25 *Angelus cur noluit adorari ab Apoſtolo Ioanne.*

VIdetur quòd nulli homini ſaltem viuenti conueniat adoratio, & conſequenter nec Romano Pontifici.

Probatur primò ex illo Deut. c. 6. vbi præcipitur, Deum tantùm adorari in illis verbis; *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.*

Confirmatur ex illo Daniel, c. 3. vbi tres illi pueri reſponderunt Regi præcipienti adorare ſtatuam auream, & dixerunt, *Notum ſit tibi Rex, quia Deos tuos non colimus, & ſtatuam auream, quam erexiſti non adoramus.*

Denique Angelus renuit adorari à Ioanne Euangeliſta, vt in Apoc. c. 19. ipſe teſtatur, dicens, *Cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum, & dixit mihi, vide ne feceris; conſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu.* Si igitur Angelo non conuenit adoratio, tanto minus debetur homini, qui natura inferior eſt Angelis.

His tamen non obſtantibus, in contrarium eſt
1 veritas. Probatur primò quia Rom. P. eſt Chriſti Vicarius, & eandem poteſtatem habet in terris, quam Chriſtus vt homo habebat, vt ſupra diximus. Sed Chriſto vt homini debebatur adoratio, iuxta illud pſal. 71. de quo in c. diſplicet, prope finem, 23, q. 4. *Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſeruient ei*: ergo debetur etiam Rom. P. tanquam eius generali Vicario.

Secundò adoratio fuit delata Apoſtolo Petro; nam vt legitur Act. Apoſt. c. 10. Cornelius Centurio corruit ad pedes Petri venerationis cauſa. Et D. Aug. ſer. 25. refert, quòd cùm in fines terræ Apoſtoli Petri fama peruenerit, tunc omnes gentes eum adorare cœperunt. Et in Inſula Ancharadi ante pedes Petri proſtratæ, eos oſculis perebant. Sic etiam mulier, quam Petrus ſanitati reſtituerat, cùm ſe omni morbo ſolutam ſentiret, ad eius pedes cecidit. Si ergo petro fuit tributa adoratio, ergo Romano Pontifici, Petri ſucceſſori debetur ſimiliter.

Tertiò Adorantur Reges, vt in 3. Reg. c. 1. legitur de Natan propheta, qui cùm introiſſet in conſpectu Regis Dauid. pronus in terra adorauit eum. Ergo tanto fortius adoratio conuenit Rom. P. cùm ſit ſupra omnes Reges, & Principes.

Quartò patet experientia: nam nos experimur Rom. P. mox poſt eius electionem à Cardinalibus adorari, & ſucceſſiuè ab alijs, etiam Regibus, & Imperatoribus, vt de Pipino, Stephano Papæ II. de Carolo Magno, Adriano Pontifici, de Carolo V. Clementi VII. & de alijs refert Mart. de Iuriſd. p. 1. c. 46.

Bene verum eſt, quòd Papæ ſoli, & non alijs
2 ſunt pedes oſculandi, vt probat idem Mart. ibi. Et quoniam adoratio eſt triplex, Latria ſcilicet,
3 Dulia, & Hyperdulia, videndum eſt igitur, quæ nam earum, Rom. Pon. debeatur.

Pro cuius rei determinatione eſt annot. quòd
4 adoratio ex D. T. 22. q. 84. ar. 1. eſt reuerentiæ alicui rei propter eius excellentiam exhibitio. Et quamuis adoratio partiatur in Latriam, Dulia, & Hyperdulliam, nihilominus latria, & dulia græ-
5 cè idem ſignificant: nam latria, & dulia latinè ſeruitutem denotant. & communia ſunt ſeruituti quæ Deo, & hominibus debetur. Vſu tamen
6 receptum eſt apud ſacros ſcriptores, vt latria pro ſupremo ſeruitutis cultu intelligatur, qui Deo rerum omnium domino debetur, ob ſummum eius imperium, & dominium ſuper omnia creata: eo quòd vniuerſa ex nihilo condidit, & ea ſuo nutu conſeruat, & prouidentia gubernat, & regit: & huiuſmodi adoratio eſt actus religionis nõ ſnternus, qualis eſt deuotio, oratio, &c. de quibus Suar. lib. 2. de Relig. c. 6. & 7. ſed eſt actus religionis externus, qui corpore exhibetur ad ipſũ
7 Deum venerãdum, vel alijs rebus exterioribus, vt voto, ſacrificijs, decimis, primitijs, oblationibus, &c. vt per D. T. loco citato.

Qua propter Angeli, qui corpore carent, non
8 poſſunt dici Deum proprie adorare, ſed tantùm per metaphoram, & tropum. Nam ſicut ipſi, mẽtis intelligentia, Deum rerum omnium ſupremũ Dominum agnoſcunt; ita ei ſe voluntate ſubmittunt, & vt ſummum omnium Principem colũt, & venerantur. Et ideo meritò adoratio huiuſmodi non dicitur fidei actus, charitatis, humilitatis, obedientiæ, vel alterius virtutis, ſed tantùm ad Religionem pertinet.

Dulia quoque licèt à Græcis ſumatur pro honore & cultu, quem præſtat Domino ſeruus, vſu tamen accommodatum eſt nomẽ illud apud Sacros Doctores ad denotandam venerationẽ, quæ ſanctis cæleſtis Patriæ ciuibus tribuitur. Et quoniam ſuper omnes creaturas beatas primum locum ſibi vendicat ſanctiſſima Deipara Virgo Maria; vſu quoque introductum eſt, vt cultus ei
10 debitus ſpeciale nomen habeat, qui dicitur Hyperdulia, ideſt cultus quidam eximius, & excellens, qui ſanctis impenditur. Ex his patet, quòd latriæ cultus ſoli Deo debetur: Duliæ, ſanctis: Hyperduliæ B. Virgini, eſto quòd hæc omnia idẽ græcè ſignificent. Tribuuntur quoque dicti cultus, non modo Deo, & eius ſanctis iuxta ſupradictam explicationem; verum etiam alijs rebus ratione Dei, aut ſanctorum.

Vndè latriæ cultu non ſolùm adoratur Deus,
11 ſed etiã humanitas Chriſti, vt eſt vnita Verbo; non tamen ſecundum ſe conſiderata. Item caro Chriſti. Item ſanguis Chriſti in triduo mortis, & ſepulturæ dominicæ ſeperatus à corpore; tum quia ſecundũ quoſdam à Verbo diuino non erat ſeiunctus; tum etiam quia tetigerat corpus Domini, quod fuerat Verbo diuino cõiunctũ. Qua ratione Latria quoque adorantur Crux, claui, lancea, veſtes, & alia, quæ fuerunt Chriſti.

Non tamen ſacrilega manus impij ſerui, qui percuſſit maxillam Domini aliquam meretur adorationem: quia iam erat vnita corpori, & conſequenter rationem habebat, qualia nũ ſunt inſtrumenta, iam dicta, vt bene declarat Azor, ex D. Th. & aliis lib. 9. Inſt. moral. p. 1. c. 4. q. 7. 8. & 9.

Eodem Latriæ cultu adorantur diuinæ Relationes, Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum; & Imago Chriſti: quia idem motus eſt in Imagine, ac in exemplari, vt ait Ar. lib. 1. de mem. & remin. c. 2. & latè Syl. in ſum. in ver. Latria, num. 3. cum alijs Doctoribus.

Humanitati autem Chriſti ſecundum ſe conſide-

fideratæ non debetur Latriæ cultus: sed hyperduliæ. Dixi secundum se consideratæ, quia si cõsideretur vt vnita Verbo diuino, competit ei latriæ adoratio, vt docet D. T. 3. p. q. 25. ar. 1. & 2.

Sic etiam Cruci Christi, licèt quatenus tetigit Christi carnem, & perfusa fit eluuiem pretioso sanguine debeatur adoratio Latriæ: tamen vt
15 res quædam est, non in se; & secundum se precisè, quia rei irrationali nullus debetur honor, vt dicit ibidem D. T. nec, vt tangens, & repræsen-
16 tans Christum seu illi actu coniuncta, quia sic adoratur latria: sed vt res Christi separata à Christo, competit tantùm adoratio hyperdulia.

Denique Beatissimæ Virgini, quamuis secun-
17 dum se consideratæ conueniat tantum adoratio dulia, vt infra dicemus: tamen vt Mater Christi est, debetur ei hyperdulia.

Dulia adoratio, licèt tribuatur Beatissimæ Virgini Mariæ secundum se consideratæ, Angelis & sanctis in Cœlo cum Christo regnantibus, eorum imaginibus, ac reliquijs, vt latè probat Sayr. lib. 4. Clau. Reg. tom. 2. c. 4. Azor. Syl. locis citatis, & alij; tamen dulia adoratione adorantur etiam Reges, Principes, Imperatores, & alij viri singulares, insigni sapientia, auctoritate, vel sanctitate præstantes. Nam adoratio, vt sic, nihil aliud est, vt diximus, nisi reuerentiæ alicuius rei propter excellentiam exhibitio.

Vndè hac adorationis specie, non modò ado-
19 ratur Rom. Pontifex, qui omnibus in terra est superior, omnium Sanctissimus, potentissimus,
20 & Excellentissimus ratione suæ muneris, ac dignitatis; sed etiam alij Prælati: nam cùm Prælato debeatur honor, talis honor non est virtuti
21 contrarius. Quod verum putat Armil. in sua sum. in ver. Adoratio, n. 10. quando Prælatus nõ est in peccato mortali. Non tamen huiusmodi
22 adoratio dicitur cultus verè, & propriè: quia cultus soli Deo debetur, vt benè declarat Suar. lib. 3. de hab. Relig. t. 1. c. 5. n. 4. & Azor ibi. q. 5.

Ad argumenta Respondetur.

23 AD primum ex illo Deut. c. 7. dicitur, quòd locus ille intelligitur de cultu Latriæ, qui soli Deo debetur.

Ad secundum ex c. 3. Dan. respondetur eodẽ
24 modo: nam tres illi pueri recusauerunt adorare Deos falsos Regis, & statuam auream, quam erexerat, cultu latriæ, qui soli Deo vero debetur.

Ad illud, quod legitur Apoc. c. 19. respondet
25 D. Aug. q. 6. super Gen. quòd talis apparuit Ioanni Angelus, vt pro Deo posset adorari, & ideo renuit Angelus adorari, ne latriæ cultus sibi impenderetur, qui soli Deo tamquam omnium summo debetur. Angelis autem, & hominibus dulia tantùm adoratio cõuenit, vt probauimus.

An Romano Pontifici, vti Sanctissimo: & Domino nostro, non modò conueniat adoratio, sed etiam orationis cultus. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Oratio, & adoratio quo modo inter se differant, explicatur.*
2 *Oratio est petitio decentium à Deo.*
3 *Oratio aliquando fit ab adoratione seiuncta: aliquando adoratio sine oratione, & aliquando oratio simul fit cum adoratione.*
4 *Oratio sub aliqua ratione pertinet ad latriæ cultum.*
5 *Religionis virtus per se circa solum Deum versatur.*
6 *Oratio est proprius actus Religionis.*
7 *Oratio imbuit fidem.*
8 *Fides est radix, ac fundamentum orationis, & omnium virtutum.*
9 *Christus est vnicus mediator inter Deum, & homines.*
10 *Viuentes iustè possunt orari à nobis.*
11 *Oratio facta à viuentes, vti rectè fit, eiusdem rationis cum oratione, quæ fit ad Beatos.*
12 *Oratio publica ad sanctos exegit Ecclesiæ auctoritatem.*
13 *Oratio à viuentes, vti rectè fiat, sufficit generalis præsumptio eorum sanctitatis, qua vnusquisque præsumitur bonus, nisi probetur malus.*
14 *Oratio etiam, à peccatore existente in peccato expoſci potest.*
15 *Oratio peccatoris potest esse vtilis.*
16 *Orari ad mortuos non debet, nisi maxima adsit probabilitas eorum sanctitatis.*
17 *Oratio licitè fieri potest ad Rom. P.*
18 *Oratio explicitè fieri contingit.*
19 *Oratio ad Romanum Pontificem, vti primum auctorem boni, quod expostulatur, fieri non potest.*
20 *Deus est primus auctor cuiuscunque boni.*
21 *Idolatræ dicuntur, qui simulacris honorem Deo debitum tribuunt.*
22 *Oratio ad Rom. P. ad consequendum ab eo bonum, quod petitur, vti Dei ministro, licitè fieri potest.*
23 *Oratio ad sanctos ad consequendum ab eis bonum, per potestatem eisdem à Deo tributam, licita est.*
24 *Oratio pro remissione peccatorum fieri potest ad Sacerdotem, vti Dei ministrum.*
25 *Oratio, quæ fit ad rationales creaturas, non est actus à virtute Religionis elicitus.*
26 *Oratio, quæ fit ad rationales creaturas, est actus religiosus.*
27 *Deuotio haberi potest ad sanctos, beatos, & ad viuentes.*
28 *Deuotio est affectus ad cultum.*
29 *Oratio fieri potest ad Rom. P. vt intercedat à Deo bonum, quod expostulatur.*
30 *Oratio, quæ fit ad Deum, pertinet ad cultum latriæ: quæ fit ad creaturas rationales, vel intellectuales ad cultum Duliæ.*
31 *Oratio, quæ fit ad Deum est actus Religionis, quæ verò fit ad creaturas, est actus virtutis duliæ.*
32 *Oratio facta ad Rom. P. vt ipse concedat, quod petitur, non est contra Dei honorem.*
33 *Oratio facta ad Rom. P. vt pro nobis intercedat, non tendit in Christi contumeliam.*
34 *Christus dicitur mediator inter Deum, & non per modum merentis, ac satisfacientis.*
35 *Oratione facta per nos ad Beatos, vel ad viatores, non facimus illos redemptores, & mediatores nostros, sed interpellatores, vt fructus meritorum Christi nobis applicetur.*
36 *Oratione omnia postulantur in Christo, & propter Christum.*
37 *Merita omnia, & satisfactiones hominum imbuuntur merito, & satisfactioni Christi.*
38 *Aduocati munus, adhuc in Cœlis exercetur à Christo.*
39 *Mediatore indigemus ad Mediatorem.*
40 *Humanitas Christi sicut non meretur, ita non postulat pro nobis, quomodo intelligatur.*
41 *Oratio fuit non fit ad Christum publicè, vt intercedat pro nobis.*

42 *Deus*

42 *Deus maiorem voluntatem habet conferendi nobis beneficia, quàm ea nos recipiendi.*
43 *Deus aliqua concedit rogatus, alia non rogatus,*
44 *Beati vident formaliter in Verbo petitiones noſtras.*
45 *Beati poſſunt ignorare euentum orationis.*
46 *Beati multoties non modò cognoſcunt in Verbo petitiones noſtras, ſed etiam earum euentum.*
47 *Oratio ad animas, in Purgatorio exiſtentes fieri poteſt.*
48 *Animæ in Purgatorio exiſtentes, quomodo ſciant, quòd hic agitur, declaratur.*
49 *Animæ defunctorum in Purgatorio, vel in Inferno exiſtentes, non recordantur omnium, quæ dum viuerent, viderunt, aut egerunt.*

AD tituli explicationem eſt annot. quòd licèt oratio præcipuè vocalis magnam habeat cum adoratione cõformitatem: nam vtraque eſt Religionis actus, & internam exigunt
1 mentis eleuationem; tamen oratio, & adoratio in hoc differunt, quoniam oratio eſt formaliter petitio; & ideo ex Damaſceno, quem refert D.Th. in 4 d.15.q.4.ar.1.quæſtiun.1. oratio
2 nil aliud eſt niſi petitio decentium à Deo. At verò adoratio ex eodem D.Th.2.2.q.8.ar.5.eſt reuerentiæ alicui rei propter eius excellentiam exhibitio. Quę quidem reuerentia corporis motibus extra locutionem impendi ſolet, vt eſt genuflexio, corporis humiliatio, proſtratio, pectoris tunſio, ſacrificij oblatio, &c. vt benè declarat Suar.de Relig.t.1.lib.1.de diu. cul. c. 2. & t.2.lib.1.de orat.in comun.c.1. & lib.3. de orat. vocali,c.4.n.4.

Contingit autem orationem aliquando fieri
3 ab adoratione ſeiunctam, vt legitur de Iudith,c. 10. quæ orans Dominum tranſiuit per portas. Et mulier chananea, Matt. c.15. egreſſa de finibus Tyri,& Sidonis clamauit ad Dominum dicens, Miſerere mei fili Dauid. Sic etiam Centurio, Matt. cap.8. cùm introiſſet Ieſus Capharnaum. acceſſit ad eum rogans, & dicens, &c. & Act. Apoſt. c.7. habetur quòd lapidabant Stephanum inuocantem,& dicentem,Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum. Aliquando é contra contingit,adorationem impendi ſine oratione, vt conſtat ex Ruth.c.2.quæ cadens in faciem adorauit Booz,ſic etiã Abigail 1. Reg.c.2. procidit coram Dauid in faciem ſuam, & adorauit. Et Iudith quoque loco citato, videns Holofernem adorauit eum, proſterneens ſe ſuper terram. Et aliquando demum,immo,vt plurimũ reperitur adoratio cum oratione coniuncta, vt de Iairo legitur Marc.c.5. qui videns Ieſum, procidit ad pedes eius,& deprecabatur eum. Et Chananea pariter in allegato c. venit ad Ieſum, & adorauit eum dicens, Domine adiuua me. Et Mater filiorum Zebedei Matth. cap.20. acceſſit ſimiliter ad Ieſum cum filijs ſuis adorans, & petens aliquid ab eo.Et denique Steph. Act.Apoſt.7. poſitis genibus, clamauit voce magna: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Dum igitur quærimus, an Rom. P. conueniat orationis cultus,id intelligimus, ſiue oratio fiat ab adoratione ſeiuncta, ſiue fiat cum adoratione ſimul.

In hac re videtur dicendum, quòd Rom. P. quantumuis Sanctiſſimo, ac Domino noſtro nullo pacto conueniat orationis cultus.

Probatur primò,quia oratio ſub aliqua ratio-
4 ne pertinet ad Latriæ cultum;ſed cultus Latriæ ſoli Deo tribuendus eſt,vt q.præcedenti probauimus,ergo orationis cultus non conuenit Romano Pontifici.

Secundò, Religionis virtus per ſe,& abſolutè
5 circa ſolum Deum verſatur; nam, vt ait Clem. Alex. lib. 2. ſtrom. n. 5. Religio eſt actio, quæ Deum ſequitur, ſeu cultus & modus colendi Deum: ſed oratio eſt proprius actus Religionis,
6 vt docet D.Th.2.2.q.33.in prin.& ar.3.vbi Cajet. & q.81. ar.4. quem Theologi communiter ſequuntur: nam oratio continet cultum quendam abſolutum,fundatum in excellentia perſonę,ad quam per ſe primò refertur,vt intelligentem,bonam,excellentem, & potentem ad præ-
7 ſtandum id, quod poſtulatur, & propterea inuoluit etiam fidem,quę eſt radix, & fundamentum orationis, ſicut generaliter eſt fundamentũ rerum ſperandarum, vt habetur ad Hebr.11. & in vniuerſum totius iuſtitię, & virtutum om-
8 nium, vt in Conc. Trid. ſeſſ.6. c. 8. Ergo oratio circa ſolum Deum verſatur, & conſequenter nullo modo Rom.Pontifici conuenire poteſt.

Tertiò,ChriſtusDominus Matt.cap.6.Solum Deum docuit nos orare,dicens. *Sic ergo vos orabitis,Pater noſter,qui es in Cœlis,&c.* ergo licitum non eſt preces fundere ad Rom. Pontificem.

Quartò,cùm oratur ad Rom. Pont. vel ora-
9 tur,vt ipſe concedat,vel faciat,quod expoſtulatur,& hoc eſſet contra honorem Dei,maximè ſi gratia poſtuletur,aut gloria,cùm ſolus Deus per ſe poſſit gratiam,& gloriam præſtare:aut oratur ad Rom. Pont. vt intercedat. & tunc iniuria infertur Chriſto, qui eſt vnicus mediator inter Deum,& homines,1.ad Timoth.2.& aduocatus noſter,iuxta illud,1.Ioan.2.Ieſum Chriſtum noſtrum aduocatum habemus ad Patrem. Non ergo Rom.Pont.conuenit orationis cultus.

Quintò,promptior eſt Deus ad dãdum quod nos petere poſſumus à Rom. Pont.vel per Rom. Pont. quàm Rom.Pont. paratus ſit, vel ad dandum,quod poteſt, vel ad petendum pro nobis, quod per ſe dare non poteſt; ergo ſuperfluum eſt,ac inutile orare ad Rom.Pont.& contra fiduciam, quam Deo habere debemus, maximè cũ ipſe promiſerit dare quicquid ab eo petierimus;

Denique oratio diuiditur in mentalem,& vocalem, ſupponamus, quòd quis mentaliter oret ad Rom. Pont. oratio huiuſmodi proculdubio fruſtratoria erit,cùm petitionem non percipiat; non ergo cõuenit Rom.Pont. orationis cultus.

His tamen non obſtantibus, in contrarium
10 eſt veritas,vt colligitur ex his,quæ docet Suar. de Relig.t.2.lib.1,de orat.in com.c.10.num.23. & 24.dum ait, Viuentes iuſtos poſſe orari à nobis,ſicut,& ipſi poſſunt orare pro nobis,quia & à Viuentibus hoc facilè petere poſſumus, & ex parte petentis eſt actus humilitatis, ex parte verò alterius erit Charitatis, & Religionis opus.

Confirmatur,quia ſi poſſumus orare ad Bea-
11 tos ſpiritus, & ad Sãctos mortuos, extra ſtatum viæ exiſtentes, cur nobis prohibendum eſt ad viatores iuſtos preces fundere? cùm oratio facta viuenti ſit eiuſdẽ rationis cum oratione,quę defertur ad Beatos, & actus eiuſdem virtutis cultus & reuerentia,ſicut ſupradicta q. diximus

de adoratione. Et cùm ad mortuos oramus cum ſola probabilitate eorum ſanctitatis præcipue cùm priuatim fertur oratio (nam ad pu-
12 blicam orationem, & cultum, Eccleſiæ auctoritas, etiam publica neceſſaria eſt) non video quare cum eadem probabilitate non poſſimus orare ad viuentes? Imò Suar. loco citato, ait, in-
13 ter viuentes ſufficere generalem rationem præſumendi vnumquemque iuſtum eſſe, quem non conſtat eſſe malum, vt illius orationem poſtulare poſſimus.

Quin potius improbabile eſſe non exiſtimat,
14 idem Suar. nos poſſe illius orationẽ expoſcere, quem certò ſcimus eſſe in peccato: quia oratio
15 peccatoris ex fide, & auxilio Spiritus Sancti facta, poteſt eſſe vtilis: & in hoc nullũ periculum erroris, aut ſuperſtitionis eſſe poteſt.

Secus autem dicẽdum eſt hoc caſu de homi-
16 nibus iam defunctis, quoniam ſi damnati ſint, iam nõ ſunt in ſtatu orandi apud Deum: & ideo, ad euitandum periculum communicandi cum homine dãnato, neceſſaria eſt probabilitas magna de illius ſalute.

Si igitur orare ad omnes Chriſti fideles per-
17 mittitur; tanto fortius conuenienter deferri poteſt oratio ad Rom. Pont. Sanctiſſimum Dominum noſtrum & Dei Vicarium.

Et quoniam hæc ſententia non eſt ſimpliciter
18 vera, ſed diſtinctione indiget; idcirco ad eius explicationẽ eſt annot. quòd cùm oratio eſſentialiter ſit petitio, vt ſupra diximus, tripliciter contingit orationem fieri ad aliquem. Primò, vt per ſe ipſum tãquam primum auctorem conferatur bonum, quod expoſtulatur. Vt cũ petimus à Rege, vt Ciuitatem, aut caſtrum aliquod ſui Regni nobis largiatur. Secundò oratio fertur in aliquẽ, vt per ipſum tribueret, quod poſtulamus, non vt primũ auctorẽ, ſed per auctoritatem ſibi tributam à primo auctore. Vt cùm quis expoſtulat à Prorege Magiſtratum, quem per ſe ipſum conferre poteſt, per poteſtatem tamen ſibi tributam à Rege. Tertiò fit oratio ad aliquem, nõ vt per ſe ipſum impleatur quod expoſcimus, ſed ab alio. Vt cùm ab amico Regis petitur Magiſtratus, non vt ipſe, ſed vt Rex, mediante eiuſdem interceſſione, poſcenti conferat illum. His annotatis fit,

Prima Concluſio.

19 NOn poteſt orari ad Romanũ Pontificem, vt bonum, quod expoſtulatur, per ſe ipſum, propria auctoritate, & tãquam primum auctorem illius boni, conferatur, ità vt in eo conferendo à nullo pendeat, ſi velit, & à nullo impediri poſſit. Et hoc ſiue bonum huiuſmodi pertineat ad gratiam, vel gloriam; ſiue ſit bonum aliquod naturale.

Probatur, quia huiuſmodi oratio includit cul-
20 tum latriæ, qui ſoli Deo, & non alij conuenit, vt in præcedenti, q. probauimus; eo quòd Deus eſt primus auctor cuiuſcunque boni, iuxtà illud Iacobi, c. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum*. Vniuerſa ex nihilo condidit, & ea ſua prouidentia gubernat, & regit, ac ſuo nutu conſeruat. Vnde, cùm per talem petitionem tribuantur Creaturæ propria attributa Dei, proculdubio talis petitio non poteſt dici oratio, quia non honeſtus, ſed execrandus eſſet idolatriæ actus. Nam
21 Idolatræ dicuntur, qui ſimulacris eam ſeruitutem exhibent, quæ Deo debetur. Hęc concluſio procedit etiã quoad orationem, quæ fit ad Sanctos, in Cęlis cum Chriſto regnantes, ad Angelos, & ad Beatam Virginem: quoniam ad Beatos ſupradicto modo citra Idolatriæ labem orari non poteſt cùm oratio huiuſmodi ſoli Deo conueniat.

Hinc ſequitur, quòd ſi quis ad Rom. Põt. orãs expoſtulet Indulgentias pœnarum, quas pro ſuis peccatis meretur, aut aliquod aliud bonum naturale, aut ad gloriam, vel gratiam pertinens, credens ab ipſo Rom. P. tribui poſſe abſolutè, & independenter à Deo, in Idolatriæ crimen omnino incidit.

Sic etiam petens ab aliquo ſancto lumen, ac vires ſibi tribui ad pœnitẽdum ſicut oportet de ſuis peccatis, aut ſanitatem corporalẽ, vel aliud bonum, exiſtimans ſanctum illum ex ſe, ac virtute ſua independenter à Deo id tribuere poſſe, execrandum Idolatriæ peccatum contrahit.

Secunda Concluſio.

22 ORatio ad Rom Pontif. facta pro conſequẽdo ab eo bonum aliquod per ſe ipſum; nõ tamen vt primum auctorem illius boni tribuẽdum ſed per poteſtatem ſibi tributam à primo auctore, licita eſt, & actus virtutis.

Probatur, quia hoc modo Sancti licitè ab Ec-
23 cleſia rogãtur, vt patet in Apoſtolorum Hymno, in illis verbis. *Nos à peccatis omnibus ſoluite iuſſu quæſumus. Quorum præcepto ſubditur ſalus, & languor omnium*, & in Salue Regina, *Illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. Et Ieſum benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende*. Quod ſi huiuſmodi oratio poteſt fieri ad ſanctos in Patria regnantes, poteſt etiam fieri ad Iuſtos viuẽtes, & conſequenter ad Rom. Pontif. cùm oratio, quæ fit ad viuentes ſit eiuſdem rationis cum oratione, quæ fit ad Beatos, vt ſupra diximus.

Hinc infertur, quod citra idolatriæ crimen
24 poſſimus adorare, & preces fundare ad Rom. Pont. ſupradicto modo, vt Indulgentias nobis concedat, ſicut quemlibet Sacerdotem deputatum ad audiendas confeſſiones eodem modo depręcamur, vt remiſſionem nobis tribuat peccatorum.

Sic etiam poteſt vnuſquiſque ad ſuum Angelum cuſtodem orare, vt ſe protegat, illuminet, adiuuet, & ab aliquo Sancto ſi credamus habere virtutem miraculorum, vt hoc, vel illud bonum conferat; quoniam licèt petamus prędicta bona per ipſos tribui; non tamen credimus illos primos auctores, ſed poſſe huiuſmodi bona concedere virtute, ac poteſtate eiſdem à Deo tributa.

Eſt tamen verum, quòd talis oratio non eſt
25 actus à virtute Religionis elicitus per ſe loquẽdo; ſed à virtute Duliæ, quam eſſe diſtinctam à Latria, & conſequentet à Religione in præcedenti quæſt. probauimus; quoniam hæc oratio non fundatur proximè in excellentia increata, nec in poteſtate ſuprema; ſed in excellentia creatę ſanctitatis, & virtute impetrandi, vel in poteſtate aliqua miniſteriali.

Eſt nihilominus oratio iſta cultus religioſus;

26 quo-

26 quoniam, vel ad cultum Dei refertur: vel quia per actus ſpirituales, & religioſos cum debita intentione, & æſtimatione impenditur.

Confirmatur, nam eodem modo dicimur ha-
27 bere deuotionem ad Sanctos Dei mortuos, vel viuos: eo quòd talis deuotio non terminatur ad ipſos, ſed tranſit in Deum, quatenus in miniſtris Dei, Deũ colimus, vt per D. Thom. 22. q. 82. ar. 2. ad tertium: eſt enim talis deuotio qualis
28 eſt cultus, quia deuotio nil aliud eſt quàm affectus ad cultum; ſed cultus proprius ſanctorum non pertinet ad Religionem, ſed ad Duliam vt ſupra diximus: ergo deuotio. Ita Suar. tom. 2. de Relig. lib. 1. de orat. in com. c. 10. à num. 6. ad 10.

Tertia Concluſio.

29 ORatio fieri poteſt ad Rom. Pontificem ad obtinendam gratiam, vel gloriam, aut aliquod aliud bonum, non per ſe ipſum, ſed à Deo, mediantibus eiuſdem interceſſionibus, elargiendum. Hæc concluſio patet ex his, quæ diximus in præcedenti concluſione: quia hoc modo communiter preces ab Eccleſia fundun-tur ad Beatos, vt patet in collecta Sancti Lucæ: *Interueniat pro nobis quæſumus Domine Sanctus tuus Lucas Euangeliſta, &c.* Et in Litanijs, tam Sanctos, quàm Beatiſſimam Dei Matrem, & Angelos rogamus, vt pro nobis orent, & intercedant. Quæ quidem oratio ſimiliter pertinet ad virtutem Duliæ, & dicitur cultus religioſus eo modo, quo ſupra explicauimus.

Ad Argumenta Reſpondetur.

30 AD primum, ad maiorem dicimus, quòd oratio, quæ fit ad Deum pertinet ad cultũ latriæ, quę verò fit ad Iuſtos viuentes, aut ad Beatos, non ſpectat ad cultum latriæ, ſed ad cultum Duliæ.

Ad ſecundum argumentum diſtinguẽdo mi-
31 norẽ, reſpõdemus, quòd ſi tractatur de oratione, quæ fit ad Deum, eſt actus Religionis, ſecus autem dicendũ eſt de oratione, quæ fit ad Beatos, vel ad Iuſtos viuẽtes: quoniam iſta eſt actus virtutis Duliæ, vt diximus.

Ad tertium reſpondetur, quòd Chriſtus ibi nos docuit orare Deum per cultũ latrię; ſed non per hoc cenſetur nobis prohibuiſſe orare ſanctos, & viuentes modo ſuprà ſcripto.

Ad quartum reſpondetur, quòd vtroq; mo-
32 do poſſumus orare ad Rom. Pontificẽ citra omnem Dei, ac eiuſdem Filij Chriſti Domini noſtri iniuriã. Poſſumus enim orare primò, vt ipſe cõcedat quod petimus, & hoc non eſt contra Dei honorem; quoniam non oramus Rom. P. vt per ſe ipſum, tanquam primum auctorem bonũ illud tribuat, ſed tanquam Dei Vicarium, & miniſtrum, per virtutem, & poteſtatem ab ipſo Deo ſibi traditam; quod quidem cedit in gloriam, & honorem Dei, qui cùm ſit ſummè bonus, ſuam bonitatem alijs communicare ſibi complacet.

33 Secundo modo orationes, & preces fundere poſſumus ad Rom. Põtificem citra omne Chriſti Domini præiudicium: nam licèt Chriſtus dicatur mediator inter Deum, & nos; tamẽ appellatur talis, per modum merentis nobis; & ſatis-
34 facientis pro nobis, quod munus cõpleuit, dum fuit viator, & non exercet in ſtatu Beatitudinis, etſi retineat theſaurum meritorium, & ſatisfactorium, quod Patri præſentare ſemper poteſt: cùm igitur ad ſanctos in Patria regnantes, aut ad Rom. P. & alios iuſtos viuentes oramus, vt pro nobis intercedant, non facimus illos mediato-
35 res, ſeù redemptores noſtros; ſed tantùm interpellatores, vt fructus meritorum Chriſti nobis applicetur.

Et quamuis id noſtris orationibus non expri-
36 mamus, nihilominus in fide, quia ad ſanctos iuſtos viuentes oramus, includitur; nam certò credimus, non modò viatores iuſtos; ſed ipſoſmet Beatos in cœlis nihil à Deo poſtulare, niſi in Chriſto, & propter Chriſtũ; iuxtà illud Io. c. 16. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Et ideo in orationibus, quę fiunt ad ſanctos, in fine Eccleſia concludit: *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.* vel, *Per Chriſtum Dominum noſtrum.*

Nec obſtat ſi dicatur, quòd aliquando non ſo-
37 lùm oramus ſanctos; ſed etiam oramus Deũ, vt propter merita ſanctorum, hoc vel illud nobis cõcedat: & conſequenter non ſolùm ſanctos facimus oratores, ſed etiam mediatores per ſua merita, & ſatisfactiones: quoniam reſpondetur, quòd huiuſmodi orandi modus ab Eccleſia præticatur citrà præiudicium propriæ prærogatiuę Chriſti Domini; quia omnia merita, & ſatisfactiones hominũ innitũtur merito, & ſatisfactioni Chriſti, qui dicitur vniuerſale principium totius meriti. Sic Sancti Patriarchæ, etiam Prophetæ ante Chriſti aduentũ, non ignorabãt Chriſtum eſſe vnicum mediatorem, nec tamen exiſtimabant ipſum iniuria affici, aliorũ ſanctorum merita Deo repræſentando. Vt Exod. c. 32. legitur, quòd orauit ad Dominum Moyſes, dicens, *Recordare Domine Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorũ tuorum*, & 2. Paralipom. Salamon orauit, & dixit, *Domine Deus, ne auertas faciem Chriſti tui.* Daniel pariter c. 3. orauit ad Dñm, & ait, *Propter Abrahã dilectum tuum, & Iſaac ſeruum tuum, & Iſrael ſanctũ tuum.*

Et licèt Chriſtus in Cœlis adhuc aduocati
38 munus exerceat; nõ tamen nos viuentes prohibemur orare pro inuicem. Imò exhortamur. Vt Iacob. c. 6. *Orate pro inuicem, vt ſaluemini.* Et Apoſt. Paul. ſæpè poſtulat à fidelibus, vt pro ipſo orent ad Coloſſ. 4. 2. ad Theſſal. 3. Et ad Hebræos, c. 13. Quoniã noo ſic oramus, eo quòd minus quàm debeamus de Chriſti voluntate, ac fauore confidamus; ſed ob maiorem Chriſti reuerentiam, quia noſtra agnoſcentes demerita, nõ audemus per nos ipſos accedere ad Dominum, & ideo Dei amicos, & ſanctos adhibemus ad interpel-
39 landum pro nobis, ſcientes indigere mediatore ad mediatorem, iuxta D. Bern. ſententiam. Hac eadem ratione oramus ſanctos; nam vtimur eorum patrocinio apud Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, vt aduocati munere pro nobis fungantur ad Patrem.

Tanto fortius, quia & ſi poſſimus orare ad
40 Chriſtum, vt intercedat pro nobis ad Patrem, non diuidendo perſonam, ſed naturas, nec orãdo ad humanitatem; quoniam ſicut humanitas nõ meretur, ita nec facit, nec poſtulat, quod deſideramus, ſed Chriſtus, quẽ poſſumus, vt hominem conſiderare, nõ tamen excludendo ſuppoſitum, ſed rationem ſubſiſtentiæ in humanitate

præcisè ſpectando; nihilominus non oramus ad Chriſtum publicè, vt intercedat pro nobis ad
41 eũitandum ſcandalum, ne videamur ad illum tanquam ad purum hominem orare. Vndè in Litanijs orantes ad Chriſtum dicimus, *Chriſte audi nos; Chriſte exaudi nos*, &c. Et ad ſanctos, ac Beatos. *Sancta Maria ora pro nobis, Sancte Petre ora pro nobis. Omnes Sancti Angeli, & Archangeli orate pro nobis*, &c. Vndè quamuis poſſemus orare, etiam ad Chriſtum, vt oret pro nobis; tamen diuerſo modo: nam ad Chriſtum orandum eſſet, vt per ſe intret ad Deum .i. ſua virtute, iuxta illud Apoſt. ad Hebr. c. 7. Ad ſanctos autem, vt per Chriſtum intrent, ideſt fundati in meritis eius, vt benè explicat Suar. loco cit. n. 12 & ſeq.

Ad quintum facilè reſpondetur, nam ſi ve-
42 rum eſſet, ſequeretur, noſtras orationes pro nobis ipſis eſſe ſuperfluas: quia Deus maiorem voluntatem habet conferendi nobis beneficia, quàm nos recipiendi. Vndè dicimus quòd nos non oramus Rom. Pontificem, aut ſimiles viuentes, vel etiam Sanctos, & alios ſpiritus Beatos in Patria regnantes, quia fortè de diuina voluntate diffidamus; ſed quoniam, licèt Deus paratam habeat voluntatem ad concedendum quod deſideramus; tamen vult illud nobis concedere iuxta diſpoſitionem ſuæ prouidentiæ, nam quædam vult concedere non rogatus, alia requiſitus à nobis, alia rogatus à Beatis, & alia denique à ſuis amicis adhuc viuentibus. Vndè
43 Apoſt. 1. ad Timoth. 2. ait, *Obſecro fieri orationes, poſtulationes, &c. pro omnibus*, &c. Et Iacob. 5. *Orate pro inuicem, vt ſaluemini*.

Ad vltimum argumentum concedimus, quòd
44 oratio pura mentalis ad Rom. Pontificem, ſicut ad alios viuentes eſſet ſruſtratoria. poteſt tamen fieri ad eos oratio vocalis. Benè verum eſt quòd ad Beatos cum Chriſto regnantes oratio mentalis non eſſet inutilis: nam Beati vident formaliter in Verbo petitiones noſtras .i. per ipſammet viſionem, qua vident Deum, & Beati ſunt: quia ſcire huiuſmodi orationes pertinet ad eorum ſtatum, vt per D. Th. in 4. d. 45. q. 3. ar. 1. & 22. q. 83. ar. 4. ad ſecundum.

Et quamuis euentum orationis poſſint igno-
45 rare Beati; quia non militat eadem ratio de oratione, & euentu: nam oratio directè pertinet ad perſonas Beatorum, ſcire autem omnes euentus orationum, & diſpoſitionem Diuinæ Prouidentiæ circa illos, non ita pertinet ad ſingulos Beatos, vt patet in Daniele, c. 10. iuxta expoſitionem D. Th. 1. p. q. 113. ar. 8. & aliorũ. quos refert Suar. t. 2. de Relig. lib. 1. de orat. in com. cap. 11. n. 6. vbi Gabriel Angelus, legitur cum Daniele oraſſe pro liberatione Iudæorum: & Princeps Regni Perſarum .i. Angelus cuſtos illius Regni, dicitur reſtitiſſe, orando .ſ. ne Iudæi dimitterentur. Et non alia ratione, ait D. Th. niſi quia neſciebat, quid Deus depoſuiſſet, & procurabat commodum Regni ſibi commendati, donec de diuina ordinatione ſibi conſtaret; nihilominus multoties Beati cognoſcunt petitiones, & orationes noſtras in Verbo, & ſimul etiam prænoſcunt euentum, ſeu effectum illarum; nempè quòd habituræ ſint effectum, aut non habituræ: & nullus eorum eſt neceſſariò coniunctus cum Sanctorum beatitudine.

De hac re habemus certum exemplum in ani-
ma Chriſti, quæ propter vnionem hypoſtaticã ab inſtanti ſuę incarnationis videt in Verbo omnia futura, & propterea quando orabat definitè ſciebat an Deus facturus eſſet, quod orabat nec ne, & tamen rogauit pro Petro, vt non deficeret fides ſua, & rogauit Patrem, vt mitteret Spiritũ Sanctum, & efficaciter rogauit pro prædeſtinatis, quæ omnia ſciebat infallibiter fuiſſe futura.

Sic etiam orauit ad Patrem, vt à ſe transferret calicem paſſionis, cùm certò ſciret, non fuiſſe illud à Patre concedendum: ergo idem credendum eſt de ſanctis, & Beatis: quoniam neutra præſcientia excludit orationem. Namſi Beatus videt in Verbo orationem à Deo exaudiendam libẽtius orabit, eo quòd ſimul etiam prænoſcit, Deum depoſuiſſe id facere per talẽ orationẽ: ſi autem Beatus prænoſcat orationẽ non eſſe futuram efficacẽ, poteſt nihilominus orare ex affectu ſimplici, & ex amore talis perſonæ. Sicut Chriſtus orauit in horto, vt oſtenderet affectũ ſuæ naturę, quod quidem non diſcrepabat à diuina voluntate, ſed cedebat in honorem, & cultum Dei.

Adde, quòd licèt communis Theologorum
47 ſententia ſe habeat, vt orandum nobis nõ ſit ad animas Purgatorij, eo quòd orationes noſtras non audiant, cùm illas non percipiãt in Verbo, ſicut Beati, & ſint in ſtatu ſatisfaciendi, & ſoluendi quaſi à carcere, vt docet D. Th. 2. 2. q. 83. ar. 4. ad 3. & ar. 11. ad 3. Alenſis 4. p. q. 26 memb. 3. ar. 5. §. 1. quæſtiu. 3. Palud. Riccard. & alij in 4. d. 15. Syl. in ſum. in ver. Orat. o n. 3. & Nauar. de oratione, c. 1. num. 22. tamen Medin. C. de oration. q. 4. & 5. Gabr. in canone Miſſę lect. 58. in fin. & Suar. t. 2. de Relig. lib. 1. de orat. in comc. 10. num. 26. tenent poſſe nos citra culpam, animarum exiſtentium in Purgatorio ſuffragia poſtulare: quia oratio vnius iuſti pro alio indigente per ſe honeſta eſt, & officium charitatis. Et tanto fortius: quia non eſt certum animas purgatorij non cognoſcere orationes noſtras; imò ſatis veriſimile eſt, eis manifeſtari per ſuos Angelos cuſtodes vel per noſtros, vel per vtroſque Ad quod facit tex. in c. ſatendum eſt, 13. q. 2. iũcto §. præcedentis e. vbi ſic legitur. *De mortuis autem quæritur, vtrum ſciant, quæ à viuis geruntur? Eſaias ex perſona populi afflicti ait: Abraham pater noſter neſciuit. Auguſtinus quoq; in libro de agẽda cura pro mortuis, illud idem teſtatur. dicens: Mortui ex ſe neſciũt quid hic à viuis geratur*. Hæc ſunt formalia verba dicti §. Deinde ſequitur tex. in d. c. ſatendum, qui ita ſe habet. *Fatendum eſt neſcire quidem mortuos quid hic agatur, dum hic agitur: poſſunt verò audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt, non quidẽ omnia, ſed quæ ſinuntur etiam iſti meminiſſe; & quæ illos, quibus hæc dicantur oportet audire. Poſſunt, & ab Angelis qui rebus quæ hic agũtur præſtò ſunt, audire aliquid mortui, quod nunc quemque illorum audire debere iudicat, cui cuncta ſubiecta ſunt. Multi quoque ad viuos aliquos ex mortuis venire credunt. ſicut è contra Paulus ex viuis in Paradiſum raptum eſſe diuina ſcriptura teſtatur*. Huiuſmodi autem reuelationes non excedunt ſtatum animarum in Purgatorio exiſtẽtiũ, & ſunt actus conſentanei Angelicæ cuſtodiæ, vel propter bonum viuentium, vel propter ſolatiũ aliquod accidentale eorum, qui purgantur, merito igitur orationes ad animas, in Purgatorio exiſtentes non ſunt damnandæ.

Ibi

Ibi (*Pauli*) An Romanus Pontifex aliquo iure teneatur nomen ſibi mutare, ſtatim poſt ipſius electionem. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Omnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio.*
2 *Romanus Pontifex ſubijcitur iuri diuino, ac naturali.*
3 *Nomen ſibi non immutabant Rom. Pontifices in principio naſcentis Eccleſiæ, ſed Sergius fuit primus, qui nomen ſibi mutauit, eo quòd turpe illud habebat.*
4 *Nomen debet eſſe conſonans rei.*
5 *Paulus latinè modicus, ideſt humilis, & græcè quietus interpretatur.*
6 *Prælati pauci qui vtiliter: pauciores, qui humiliter præſint.*
7 *Prælatos decet eſſe paſtores, non percuſſores.*
8 *Prælatorum ſeueritas damnatur, & comendatur eorum erga ſubditos beneuolentia.*
9 *Chriſtus cur nomen Apoſtolorum Principi mutauerit, declaratur.*
10 *Romanus Pontifex ſi poſt ipſius electionem nolit nomen ſibi mutare, non peccat.*
11 *Nominis mutatio fieri ſolet non ſolùm propter meritum perſonæ, ſed propter delictum.*
12 *Nominis mutatio in fraudem, prohibita eſt de iure ciuili.*
13 *Peccatum omne, eſt contra legem Dei æternam.*
14 *Nomen ſi velit ſibi mutari Rom. Pontifex, id per ſe ipſum, non per alium exequi debet.*
15 *Argumentum à nomine proprio, neceſſariò non concludit.*
16 *Nomen bonum, bonam præſumptionem, malum verò malam inducere ſolet.*
17 *Tortura inchoanda eſt ab habente malum nomen, ſi plures ſint æqualiter indiciati.*
18 *Nomen non mutatur ſeruis ſine dom ni voluntate.*
19 *Nominis fraudulenta mutatio inſ vacuitur, etiam libertr. Et fraus præſumitur quando quis in vno tantùm caſu, & non generaliter mutat ſibi nomen.*

IN hac re videtur dicendum, quòd mutatio nominis Rom. Pontifici poſt ipſius electionẽ iure diuino præcipiatur. Nam quando Apoſtolorum Princeps fuit a Domino Pontifex creatus, ipſe Dominus nomẽ illi immutauit: eo quòd dum primo vocaretur Simon, poſtea Petrum nuncupauit, vt patet Matt. c. 16. *Beatus es Simon Bariona, &c. Et ego dico tibi: quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, &c.* Ergo iure diuino præcipitur nominis immutatio Rom. P.
1 quia omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio, c. Deus omnipotẽs, 2. q. 1 & c. ſignificaſti, de elect. & propterea ſi Rom. Pontifex nomen mutare ſibi nollet, peccaret: quia Rom. Pontifex ſubijcitur iuri Diuino, ac naturali, c. etſi Chriſtus, de iur. iur c. ſuper eo de vſur. c. 1. 40. d. & latè Panor. in c. propoſuit, a n. 18. ad 21. de conc. præb.

His tamen non obſtantibus, in contrarium eſt veritas, & conſequenter nominis mutationem Rom. Pontifici poſt ciuſdem electionem iure Diuino haud præcipi.

Probatur quia in principio naſcentis Eccle-
3 ſiæ, & poſt multa tempora, Romani Pontifices nomen ſibi non mutabant, ſed illud nomẽ, quod in Baptiſmo ſuſceperant retinebant. Vnde in Cronica Martini, quã refert Archid. in proem. 6. lib. Decr. legitur, quòd Sergius ſeruus, natione Romanus, prius appellabatur nomine proprio *Os porci*, cui propter turpe nomen, quod habebat fuit ſibi commutatum. Et ideo ab eo tempore omnes nomen proprium ſibi mutauerunt. Et tã to ſortius, quia per mutationem nominis oſten-
4 ditur factam eſſe mutationem hominis a, nã cũ Rom. Pontifex ante ipſius electionẽ eſſet purus homo, nunc vicem veri Dei gerit in terris, c. vt noſtrum, vt Eccleſiaſtica benefic. Hinc Bonifacius VIII. primò dicebatur Benedictus. Inn. IV. Sinibaldus. Gregorius X. Thebaldus. Gregorius XIII. Hugo. Sixtus V. felix. Clemẽs VIII. Hyppolitus. Et nouiſſimè Sanctiſſimus D. N. Paulus Papa V. ante promotionem eius vocabatur Camillus. Et verè Pauli nomen S. D. N. cõuenit, prout rei nomen conſonans eſſe debet, c. Cleros, 21. d.
4 c. cùm ſecundum de præben. & in Inſt. de donat. §. eſt & aliud. Nam Paulus latinè modicus. i. hu-
5 milis interpretatur: & græcè dicitur quietus. Quapropter cùm & humilitatem, & mãſuetudinem Chriſti Domini iuxta illius præceptum in omnibus mirabiliter fuerit edoctus, ac imitatus pariter, ita vt inter paucos, ac pauciores illos Prælatos connumerari mereatur; quorum meminit D. Bernardus ſer. 23. ſuper Cant. dicens. *Prælati profectò pauci; qui vtiliter: pauciores, qui humi-*
6 *liter præſint*, meritò ad ſummum Sacerdotij gradum fuit aſſumptus, ac eiuſdem Chriſti, Dei & Domini noſtri Vicariatus eminentiſſima prælatione decoratus. Etenim Prælatos decet eſſe
7. paſtores, non percuſſores, vt ſequantur veſtigia eius, qui dorſum poſuit ad flagella, vt habetur
8 45. d. in prin. & c. 1. 2. 3. & 4. vbi non prælatorum ſeueritatem, ſed beneuolentiam erga ſubditos maximè comendat Gregorius dicens: *Licèt plerunque accidãt Sacerdotibus, quæ ſunt reprehẽdenda; plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quàm ſeueritas: plus cohortatio, quam comminatio: plus charitas; quàm poteſtas. cùm nemo noſtrum ſine reprehenſione, aut ſine peccato viuat. Nam ſi Dominus ſtatim poſt trinam negationem beatum Petrum Apoſtolum, præceptorem noſtrum iudicaſſet, non tantum ex eo fructum ſicut fecit, recepiſſet. expectandi ergo, atque corrigendi magis ſunt erectores Eccleſiæ, quàm ſtatim iudicandi.*

Ad contrarium facile reſpõdetur, quòd Chri-
9 ſtus Dominus immutauit nomen Apoſtolorum Principi, non vt alijs ſucceſſiuè Pontificibus nomen immutari ſimiliter præciperet; ſed quia ædificaturus Eccleſiam lapidibus viuis, qui ſunt omnes Chriſti fideles, cùm Simonem vniuerſalis Eccleſiæ principem, ac paſtorem conſtituiſſet, voluit, vt non Simon, ſed Petrus appellaretur, ad hoc, vt inſtar firmæ petræ ſuper ipſum Petrum ædificaret Eccleſiam ſuam.

Ex quo infertur, quòd cùm iure diuino nomi-
10 nis mutatio Rom. Pontifici non præcipiatur, ſi poſt ciuſdem electionem nolit nomen ſibi mutare, ſed velit nomen, quod in Baptiſmo ſuſceperat retinere, in nullam culpam incidit. Nam ſi culpam aliquam contraheret, vel ex eo contraheret, quia contra legem diuinam, aut naturalem ageret: vel contra legem poſitiuam. Non contra legem diuinam, vt ſupra probauimus: Nec contra legem naturalem: quoniam nõ mutando ſibi nomen, non facit contra illam maximam à naturali lege ſtatutam. *Quod tibi non vis al-*

ters, ne feceris. de qua in c. licet, 45. d. Et tantò fortiùs, quia mutatio nominis fieri ſolet non ſolùm
11 propter meritum perſonæ, ſed propter delictũ, vt per gloſ. in c. admonere, in princ. 33. q. 2. Nec denique contra legem poſitiuam, quoniam nulla lege poſitiua id præceptum reperitur. Immò lege ciuili, expreſsè prohibita eſt nomiois mutatio, vt in l. 1. C. de mutat. nomin. Et eſto quòd
12 aliqua lege poſitiua ciuili, aut canonica diſponatur, vt Rom. P. nomen ſibi mutet, lege huiuſmodi non ligatur, cùm Rom. Pont. ſit ſupra omnia iura, vt ſæpè diximus. Non igitur peccabit S. Pontifex, ſi poſt ipſius electionem nolit ſibi nomen mutare, ſed velit nomen, quod in Baptiſmo ſuſceperat retinere. Nam omne peccatum
13 eſt contra legem Dei æternam, vt docet D. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum, c. 27. Adde quòd non peccabit, non ſolùm letaliter, ſed nec veniaIiter, quia nominis prætermiſſa mutatio, non eſt actio aliqua præter Dei legem, iuxta ea, quę docet Tolet. lib. 2. ſuæ ſum. c. 2.

Eſt tamen verum, quòd ſi Rom. Pont. no-
14 men ſibi mutare velit, debet per ſe ipſum illud exequi, & non per alium, ne videatur ſuperiorẽ aliquem ſibi conſtituere, cùm mutatio nominis per ſuperiorem inferiori fieri ſoleat, vt notat Philip. Franc. in proem. 6. Decr. Quæ quidem nominis mutatio ſatis congrua, & rationabilis erit quando nomen in Baptiſmo ſuſceptum, Põtificiæ dignitati conſonans, ſeu congruum non eſſet: & eo magis ſi aliquam turpitudinis interpretationem habere poſſit: quoniam licèt argu-
15 mentum à nomine proprio neceſſariò non concludat cùm propria nomina imponantur ad placitum; tamen ſicut ex nomine bono oritur bona præſumptio, ita ex nomine prauo, & turpi non
16 nunquam oritur ſiniſtra ſuſpicio, cùm credant non nulli illud nomen fuiſſe impoſitum ab eũtu, vt bene docet Panor. in proœm. Decre. in 2. lect. n. 7. & 8. cum alijs ad ipſum additis.

Hinc Gem. à petra ſancta ſingul. 73. ait quòd
17 contra plures, indicijs paribus exiſtentibus, tortura inchoanda eſt ab illo, qui malum nomẽ habet. Non tamen cuique volenti licitum eſt nomen ſibi commutare: nam in ſeruis in propriis nominibus mutatio omnino interdicitur ſine Domini voluntate: ſicut etiam liberis hominI-
18 bus prohibetur fraudulenta nominis mutatio, in d. l. 1. C. de mut. nom. & latè Bar. in l. demonſtratio, ff. de condit. & demonſtr. Quæ quidem
19 fraudulenta nominis mutatio præſumitur quãdo quis in vno tantùm caſu, & non generaliter mutat ſibi nomen, l. falſi nominis, ff. de falſ. & Franc. in d. proœm. 6. Decr.

impoſita nobis retinemus. Horum laudes licèt ſilentio hoc loco prætereundas eſſe mihi duxerim, ne laus propria in proprio ipſius ore exordeſcere videatur (cenſetur enim vna & eadem perſona filius, & pater, l. fin. C. de impub. & alijs ſubſtit. & vox Patris, vox filij eſt; & vox filij, vox Patris, §. ei verò, in inſt. de inutil. ſtipul.) ea tamen, quæ ad Poſterum exemplar, vtilitatemque pertinent, tacere, vitio potiùs, quàm virtuti tribuendum eſſe cenſui. Quocirca hoc vnum tantùm non filebo, quòd quamuis Parentes ipſi in omni virtutum genere ſufficienter profecerint; illa nihilominus virtus in eiſdem maximè enituit, quæ in filijs rectè educandis, illoſque Dei timorem potiſſimum edocendis, optimis Genitoribus neceſſaria eſt. Vndè quemadmodum Alonzus Genitor, Religionis, ac pietatis primùm, & deinde moralium diſciplinarum non mediocriter ſectator extitit; ita quoque filios omnes Omnipotentis Dei famulatui primò, & deindè ſcientiarum litteris omni qua potuit diligentia vacaturos fore magnopere ſtuduit. Siquidem ab ipſo Leonardo primogenito, antequam Illuſtrem, ac Sanctam Theatinorum Religionem ingrederetur, vtriuſque iuris Lauream ab eo ſuſcipiendam curauit. Abbatem Alexandrum quoque ſecundò genitum, vndecimum annum vix attingentem, Sacram, ac Nobiliſſimam Montis Virginis Congregationem S. Benedicti Ordinis ingreſſum, ac Concionatorem exlmium, D. Cæſarem tertiò, & me ipſum vltimò natos, vna & eadem die Laureatos in vtroque iure vbi conſpexit, poſt paucos menſes, in ſexageſimo tertio ſuæ ætatis anno, lætanter migrauit ad Dominum. Et denique Iuſtina dilectiſſima coniux, Religione, vitæ ſanctitate, morumque probitate ſingularis, octo menſes nondum expletos poſt eiuſdem dulciſſimi viri obitum, dum ſeptimum ſupra quinquageſimum annum ageret, in Domino pariter obdormiuit, vt qui in edueandis filijs vnanimes extiterunt in terris, æternis gaudijs perfruantur in Cælis. Ioan. Vincent.

An Bulla Cœnæ obliget, ſi in eius inſcriptione nomen Romani Pontificis non exprimatur. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Liber denominatur à ſuo authore, tanquam à cauſa efficienti.*
2 *Stylus Curiæ eſt attendendus, & obſeruandus.*
3 *Citatus, qui non comparuit, quia citatio non fuit expedita ſecundùm ſtylum Curiæ, excuſatur.*
Stylus Romanæ Curiæ ſeruatur pro lege.
5 *Litteræ papales, in quibus Epiſcopus vocatur filius; & inferior frater, ſunt falſæ.*
6 *Papa in ſuis litteris; Epiſcopos, fratres; & reliquos, dilectos filios appellat, & cùm ſcribens, nunquam ipſi loquatur in plurali.*
7 *Papa anteponit ſe illis, ad quos ſcribit: & ideo ſi nomen eius poſtponeretur, litteræ non valerent,*
8 *Inſcriptio Bullæ non continens nomen Papæ, qui ipſe ita voluit, quamuis ſit contra ſtylum Apoſtolicæ Sedis, nihilominus non vitiat Bullam.*

ADDITIO.

a Hominis. Ob id etiam Religioſis, vt plurimum in Religionis habitus ſuſceptione nomen immutatur. Sic Duardus ipſe ex Placido in ſæculo, Leonardi nomen in Religione fuit adeptus: & Abbas Alexander ante quam ſuſciperet ſui Ordinis habitum, Octauius dicebatur: D. Cæſar verò, & ego ipſe in ſæculo vitam ducentes, nomina in Sacro fonte Baptiſmatis à felicis, ac æternæ memoriæ dignis Alonzo Duardo, & Iuſtina Luca noſtris Parentibus

9 *Papa non ſubijcitur Curiarum ſtylis, & conſuetudinibus.*
10 *Conſuetudo poteſt eſſe ſcripta, & non ſcripta.*
11 *Iura annullantia litteras Apoſtolicas contra ſtylum Romanæ Curiæ expeditas, fundantur in falſi præſumptione.*
12 *Præſumptio ceſſat, cùm conſtat de veritate.*
13 *Præſumptio iuris, & de iure, non admittit probationem in contrarium.*
13 *Liber non vitiatur, eo quòd tacito authoris nomine fuerit editus.*
15 *Libri de rebus ſacris ſine authoris nomine prohibentur imprimi.*
16 *Libri olim ſine nomine impreſſi, non omnes decreto Concilij Tridentini damnantur, ſed illi tantùm qui aut liquidò prauiſunt, aut dubiam fidei doctrinam, aut moribus perniciosam continent.*
17 *Bulla ſine nomine Roman. P. inſcripta, ſi non conſtat de eius voluntate, præſumitur falſa.*
19 *Bullæ inſcriptioni, ſi addatur nomen Roman. P. quod in Baptiſmo ſuſceperat, præſumitur falſa, & idem dicendum eſt de alijs litteris Apoſtolicis.*
19 *Princeps non recognoſcens ſuperiorem non ſubijcitur ſtylo, & conſuetudinibus.*

QVòd Bulla Cęnę vitietur, ſi in ipſius inſcrip
1 tione nomen Rom Pontificis nõ appona tur, videtur ſuaderi poſſe primò, quoniam omnis liber denominatur à ſuo authore tanquam à cauſa efficiente, vt per Alex. in rubr. de noui oper. nunc. n. 2. Vnde hac de re in inſcriptione Codicis, Iuſtiniani nomẽ, qui illum compilauit exprimitur; ſicut etiam in eiuſdem Inſti. & Digeſtorum titulis. Sic etiam, quia Epiſtolæ Decret. fuerunt à Gregorio IX. cõpilatæ, & ſextus liber Decret. à Bonifacio VIII. idcirco inſcribuntur cum expreſſione eorum nominum: aliàs nullam vim, ac authoritatem haberent: ergo idem dicẽdum eſt de Bulla Cęnę; tanto magis, quia de ſtylo Curiæ Bulla ipſa hoc pacto inſcribitur, cum expreſſione ſcilicet nominis Pontificis, qui illam edidit: & proinde tamquam contra ſtylum Romanæ Curiæ edita, oullam efficaciam obtineret; quia ſtylus Curiæ eſt attendendus, & ob-
2 ſeruandus, vt eſt text. in l. labeo, verſ. Morem ageotium ſequi debemus, ff de ſtatu liber. Hypp. de Marſ. ſingul. ſuo 118. iocipit. Stylus Curiæ.

Hinc citatus, qui non comparuit, quia citatio
3 non erat ſecundum ſtylum Curiæ, excuſatur, vt per Angel. io l. fin. C. de canon. larg. lib. 10. Felin. in c. quoniam contra falſam, in fine, 7. col. de probat. & in c. adhoc, in 3. col. in prio. de ſent. excom. Hipp. de Marſ. loco citato. Innoc. in c. præterea, in glo. mag. de dilat. & Bal. in ſua Marg. in ver. citatio, ver. 16.

Et quòd ſtylus Romanæ Curiæ debeat ſeruari pro lege, probat Spec. in tit. de teſte, §. 9. verſ.
4 Deinde: & in tit. de reſcript. §. 4. ver. itẽ excipitur.

Sic etiam falſæ ſunt litteræ Papales, in quibus
5 Epiſcopus vocatur filius: vel inferior, frater, aut vni ſcribitur in plurali, cùm ſit contra conſuetudinem, ac ſtylum Apoſtolicę Sedis, quę Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, fratres
6 appellat, nominando cæteros omnes, dilectos filios, in ſuis litteris, & quando vni perſonæ ſcribit, numquam ipſi loquitur in plurali, vos appellans: vt eſt tex. in c. quàm grauis, vbi Panor. & alij de crim. fal.

De ſtylo quoque Apoſtolicæ Sedis eſt, vt Pa-
7 pa anteponat ſeillis, quibus ſcribit: & ideo ſi nomen eius poſtponeretur, litteræ non valerẽt; vt bene docet Abb. in prooem. Decr. in prima lect. in princ.

Pro determinatione huius difficultatis eſt di-
8 ſtinguendum, quòd aut cõſtat de intentione Romani Pont. volentis Bullam Cęnæ inſcribi, non expreſſo eiuſdem nomine: aut de huiuſmodi voluntate non cõſtat. Primo caſu dicimus, Bullam eſſe validam. Nam licèt non fuerit ſecundũ ſtylum Apoſtolicæ Sedis edita, tamen Rom. Ponti-
9 fex, ſicut non ſubijcitur poſitiuis legibus, vt ſupra probauimus, c. 1. q. 2. n. 32. ita etiam ſolutus eſt Curiarum ſtylis, & conſuetudinibus, quæ leges non ſcriptę dicuntur, §. ex nõ ſcripto, in Inſt. de iur. natur. gent. & ciu. quoniam non intereſt
10 an conſuetudo ſcriptura, an ratione conſiſtat, vt in c. conſuetudo 1. d.

Imò arbitror ſatis eſſe ſi conſtet Bullam ipſam
11 ab ipſo Rom. Pontifice fuiſſe conditam *a*, nam
a etiam ſi nomen eius prætermiſſum in ſcriptione ignorauerit, adhuc Bulla ſuum ſortiretur effectum: quoniam iura annullantia litteras Apoſtolicas, contra ſtylum Roman. Curiæ expeditas, fundantur in falſi præſumptione, vt patet in d. cap. quàm grauis, de crimin. fal. cùm enim conſtat de veritate, ceſſat præſumptio, & atten-
12 ditur veritas, vt in l. omnimodò, ver. Si tamen C. de inoffic. teſtamen. & l. noo eſt veriſimile, ff. de eo quod met. cauſ. Niſi quis velit contendere huiuſmodi præſumptionem eſſe iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio
13 in contrarium, iuxta ea quæ docet gloſ. in cap. is qui de ſponſ.

Nec obſtat argumentum ſupra allatum, quòd
14 omnis liber denominatur à ſuo authore tanquã à cauſa efficiente, & conſequenter, cùm in ſcriptione Bullæ nomen Pontificis prætermittitur, ignoratur illius conditor: quoniam nos ſupponimus ex aliis conſtare Bullam ipſam à tali Romano Pontefice fuiſſe conditam. Tanto fortiùs, quòd nõ vitiatur liber, eo quòd tacito authoris nomine fuerit editus: nam ſæpe viros doctiſſimos, & ſanctos nouimus, vt Chriſtiana quidem reſpublica ex eorum vigilijs emolumentum ſumeret, ipſi autem inanem gloriam deuitarent, libros optimos ſine nomine edidiſſe.

Et licèt hodie propter noſtrorum temporum
15 malitiam, decreto Concil. Trid. ſeſſ. 4. quod incipit: Sed & impreſſoribus caueatur, ne in poſterum libri de rebus ſacris ſine authoris nomine imprimantur; noo tamen omnes libros qui nomen authoris non præferunt damnandos decre-
16 uit, ſed eos tantùm, qui aut liquidò prauos; aut dubiam fidei doctrinam, ſiue moribus perniciosam continent.

Secundo caſu, ſi non conſtat de Romani Pon-
17 tificis voluntate, & in Bullæ Cęnæ inſcriptione nomen prædictum non apponatur, non valet; quia præſumitur falſum, cùm appareat edita contra ſtylum Apoſtolicæ Sedis. Vnde ex tali præſumptione, ſi quis Bullæ cõtrauenerit, in eiuſdẽ cenſuras non videtur incidere: ſicut ſi citatio fiat contra ſtylum Curiæ: nam ex eo quòd præſumitur falſa, citatus non tenetur compare re, &

ſi non

si non comparcat, non reputatur contumax, vt ex Inn. Bal. & alijs supra citatis diximus.

Idem dicendum puto, si in ipsius Bullæ inscri-
18 ptione addatur nomen, quòd Rom. Pontifex in Baptismo susceperat: nam cùm sit contra stylum, præsumitur falsa, & propterea non ligat, donec constet de intentione eiusdem Pontificis, volentis in Bulla inscribi. Et quod diximus de Bulla Cenæ, extendimus ad omnes alias litteras Apostolicas, præter stylum Rom. Curiæ expeditas, per ea quæ supra diximus.

Ad reliqua in contrarium adducta facilè re-
19 spondetur. Dicimus enim quòd stylus Rom.
b Curiæ *b* ab inferioribus Rom. Pontifici est seruandus; & ideo, si acta fiant contra stylum, sunt inualida, secus autem à Rom. Pontifice, qui legibus est solutus. Hoc idem procedit in stylo aliarum Curiarum, cui Principi non recognoscens superiorem non tenetur stare, cùm suis legibus non subijciatur, l. Princeps. ff. de legib.

ADDITIO.

a Conditam. Bonac. hîc disput. 1. q. 1. pun. 2. n. 10. ait, quòd si in inscriptione Bullæ nomen Rom. Pontificis omittatur, Bullam ipsam adhuc obligare, præsertim si ædatur S. P. præsente, & Cardinali Diacono publicante. Et hanc suam sententiam, inquit, esse contra Duardum hoc loco: & propterea multa contra ipsum Duardum infert. Primò transgressorem talis Bullæ ligari. Secundò in foro externo non esse præsumendam falsam, quoties constaret à Rom. Pontifice fuisse editam: & ita putat dicendum de alijs rescriptis. Tertiò si non constet rescripta à S. P. fuisse concessa, & careant nomine, præsumi falsa. Et denique si daretur huiusmodi Bullam citra nominis expressionem esse inualidam: nihilominus transgressores afficerentur censuris præcedentis Bullæ. Hæc doctrina vera est. verùm miror cur Bonac. Sententiam hanc sibi tribuat, & eam dicat esse contra Duardum: postquam tantùm abest, vt sit contra Duardum, vt potius desumptam esse ab ipso Duardo, verè dici possit, cùm Duardum nô aliter sensisse patcat ex hac q. sub num. 11. in illis verbis, *Imò arbitror satis esse, si constet, Bullam ipsam ab ipso Romano Pontifice fuisse conditam: nam etiam si nomen eius prætermissum in inscriptione ignorauerit, adhuc Bulla suum sortiretur effectum, &c.* Fuit igitur germanus meus gratis impugnatus. Io. Vincent.

b Curiæ. Stylus Romanæ Curiæ seruandus est in omnibus alijs Curijs; etiam in terris de patrimonio S. R. E. non existentibus; maximè in interpretatione litterarum Apostolicarum, vel in statutis confirmatis a S. A. vt habetur ex Farin. tom. 1. suarum Decis. p. 1. decis. 396. Etenim Romanam Curiam tanquam omnium Matrem, & Magistram imitari debemus, iuxtà ea, quæ tradita sunt per Gonzal. in Regul. Cancel. regula 8. Glos. 6. n. 211. Vndè Stylus Romanæ Curiæ cùm vim legis habeat, vt in c. ex litteris, de constit. si in eis non seruetur, redduntur de falso suspectæ, ac falsæ censentur, vt habetur ex Panorm. in dicto capitulo ex litteris. Idem dicendum est de aliarum Curiarum Stylo: siquidem si præscriptus existat, vim legis obtinet, & pro lege meritò allegatur, vt in c. quàm graui, de crim. falsi. late Doctor. in c. cùm procausa, de procur. Vndè in Curia est seruandus, etiam si quid diuersum à iure communi statuat, vt extat Decisio Rotæ Lucens. Ludou. Ioseph. 36. & Rotæ Spirens. Gasp. Gulicl. 95. p. 4. D. Cæsar.

Ibi (*Papa*) Quare Romanus Pontifex appellatur Papa. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Papa dicitur quasi pater patrum.*
2 *Papa græcè idem est quod pater.*
3 *Episcopi olim, & Romanus Pontifex cœperunt appellari Papa.*
4 *Papæ nomen soli Romano Pontifici hodie tribuitur.*
5 *Papa derivatur à papè, quæ est interiectio admirantis; quia cùm sit Dei Vicarius, est admirabilis.*
6 *Papa cur aliquando fuerit appellatus Vicarius Beati Petri.*
7 *Papa dicitur admirabilis propter plenitudinem potestatis super omnes Gentes, & Regna; & ex eo quòd tradite sibi sunt claues Regni Cælorum.*
8 *Papæ potestas est supra Apostolorum canones; cùm dispenset cum bigamis, &c.*
9 *Papæ potestas extenditur circa legem diuinam, cùm dispenset in voto, iuramento, &c.*
10 *Papa dispensat, vt monialis professa, & alij Religiosi matrimonium contrahere possint, non obstante voto castitatis.*
11 *Papa Cælestinus III. dispensauit, vt Henricus Imperator duceret in vxorem Constantiam monialem, Regis Siciliæ filiam.*
12 *Papa non potest dispensare cum Rege, vxorem sterilem habente, vt aliam ducat.*
13 *Papa non potest cũ aliquo dispensare, vt matrimonium contrahat duraturũ vsque adeo masculũ ex eo habeat.*
14 *Episcopus, & alij, qui dispensandi facultatem habent, non possunt in proprio voto dispensare.*
15 *Nemo in facto proprio auctorizare potest.*
16 *Papa potest secum dispensare in proprio voto.*
17 *Papa potest in se operari, vt homines.*
18 *Papa potestatem habet dispensandi secũ, etiam in voto castitatis, ita vt possit vxorẽ ducere, & esse Papa.*
19 *Papa, si tempore suæ electionis reperiatur habere vxorem non per hoc vitiatur electio, sed remanet Papa, & tenetur reddere debitum vxori.*
20 *Papa dispẽsat in decimis, non tamen eas in totũ tollẽdo*
21 *Papa non potest ius diuinum in totum tollere, sed tãtùm moderare, declarare, & limitare.*
22 *Papa non potest dispensare, quin Clerici recitent officium, sed benè potest moderare, & mutare officium.*
23 *Papa dispensans in iure Diuino, non dicitur illud relaxare, sed declarare.*
24 *Papa non est supra legem diuinam, sed illam tenetur defendere vsque ad sanguinem, & animam.*
25 *Dispensatio exigit iustam causam, alias dispensatus à Papa in iure diuino, non est tutus in conscientia.*
26 *Dispensatio Papæ sine causa in iure positiuo, est valida, & dispensatus est tutus in conscientia.*
27 *Dispensatio facta à Papa in pluralitate Beneficiorum sine causa, non valet.*
28 *Bona omnia Ecclesiæ sunt Dei.*
29 *Dispensatio facta in iure positiuo ab Inferiori à Principe sine causa, non tenet.*
30 *Cõmunicatio vtri in minus, non potest fieri sine causa*

31 *Com-*

31 *Commutatio voti eſt valida, ſi iuſtam habet quis cauſam commutandi, non autem erit valida quoad partem diminuendam, ſi non eſt diminuendi cauſa.*
32 *Vtile per inutile non vitiatur.*
33 *Papa diſpenſat in iure diuino in omnibus quoad moralia præcepta affirmatiua.*
34 *Papa non poteſt diſpenſare, vt quis ſaluari poſſit Baptiſmo, & confeſſione.*
35 *Papa non poteſt diſpenſare in iure diuino quoad præcepta moralia negatiua.*
36 *Papa non poteſt diſpenſare, vt matrimonium contrahi poſſit inter Aſcendentes, & Deſcendentes.*
37 *Fratris filius diſpenſari poteſt, vt matrimonium contrahat cum vxore patrui præmortui.*
38 *Papa non diſpenſat, vt patruus poſſit ducere neptem in vxorem: quia in ſecundo gradu diſpenſat in lineæ æquali. non autem in lineæ inæquali.*
39 *Papa non diſpenſat in his, quæ ſunt contra articulos fidei, & vniuerſalem ſtatum Eccleſiæ.*
40 *Papa diſpenſat in his, quæ ſunt contra vniuerſalem ſtatum Eccleſiæ, ſi eius non ſequatur decoloratio.*
41 *Papa poteſt diſpenſare in iure naturali.*
42 *Papa diſpenſat in iure naturali, ſicut etiam Princeps tẽporalis, interpretando illud, non autem tollendo.*
43 *Princeps non poteſt ſtatuere ſine cauſa in damnum priuati, in his, quæ ſunt de iure naturali.*
44 *Princeps ſine cauſa non poteſt dominium rei, ab vno in alium transferre.*
45 *Papa non poteſt aliquem priuare ſuo beneficio ſine cauſa.*
46 *Papa de plenitudine poteſtatis omnia poteſt: & quare dicatur Pontifex.*
47 *Papa poteſt omnia in terris, quæ poteſt Chriſtus.*
48 *Papa cum Deo vnum, & idem habet Conſiſtorium.*
49 *Papa diſpenſat in ſimonia quoad Prælaturas, ac Beneficia, quæ non habent adminiſtrationem Ordinis, vel executionem Clauium.*
50 *Papa non diſpenſat in ſimonia quoad Sacramenta, vel beneficia habentia adminiſtrationem Ordinis, vel executionem clauium.*
51 *Papa poteſt incidere in crimen ſimoniæ.*
52 *Papa poteſt diſpenſare ſuper vſuris, Iudeis tolerandis, non autem vt licitè eas exerceant.*
53 *Vſura eſt prohibita vtriuſque Teſtamenti paginis.*
54 *Vſura eſt rapina.*
55 *Vſura verè dicitur furtum, & comprehenditur ſub præcepto Decalogi. Non furtum facies.*
56 *Diſpenſatio non cadit ſuper vſuram.*
57 *Præcepta legis moralia negatiua, obligant ſemper, & ad ſemper.*
57 *Vſura eſt intrinſecè mala, & contra ius naturale.*
59 *Papa non poteſt diſpenſare in his, quæ ſunt intrinſecè mala, & contra ius naturale: & nunquam fieri poſſunt bona.*
60 *Vſura permitti non poteſt, ita vt vſurarius non teneatur reſtituere vſuras extortas.*
61 *Facultas tolerandi vſuras, à ſolo Rom. Pontifice concedi poteſt Principibus, nec ipſi propria auctoritate id poſſunt in eorum terris.*
62 *Papa ſolus iudicat de cauſa iuſta tolerandi vſuras Iudæis.*
63 *Vſuræ promiſſæ in caſibus, in quibus tolerari poſſunt, non debentur, & ſolutæ repeti poſſunt. Et Iudices, qui ſcienter iudicauerint, vt vſuræ ſoluantur, aut ſolutæ non repetantur, &c. ſunt ipſo facto excommunicati.*
64 *Cooperatio ad vſuras exercendas, eſt contra ius naturale.*
65 *Vſura, & nullo iure quantumuis particulari, poſſunt adiuuari ad vſuras exercendas.*
66 *Ius poſitiuum non eſt ſupra ius naturale.*
67 *Statuere, vt vſuræ promiſſæ in eo caſu quo tolerari poſſunt, ſoluantur, eſt contra ius naturale.*
88 *Conſuetudo contra ius naturale, eſt corruptela potius, quam conſuetudo.*

IN hac re variæ ſunt opiniones. Nam quidam
1 volunt, Romanum Pontificem dici Papam, quaſi patrem patrum: eo quòd eſt omnium Epiſcoporum, Primatuum, & Patriarcharum honore, dignitate, auctoritate, ac iuriſdictione primus.

Alij dicunt, appellari Papam: quia Papa græ-
1 cè idem eſt quod pater, quaſi Romanus pont. omnium ſit communis pater. Quocirca patris nomen, ac conſuetudine receptum fuit, ad ſignificadum honorem, ac dignitatem quandam; itaut Epiſcopi tanquam patres colendi, ac venerandi ſoli cæperint vocari Papæ; fre-
3 quentius tamen Romanus Pontifex, vt colligitur ex Epiſtola quadam Caſſiodori. Et Niceph. lib. 14. c. 34. refert, Cœleſtinum Pontificem, priuilegium conceſſiſſe Cyrillo Alexandrino Epiſcopo, vt Papa diceretur.

Et quamuis in primitiua Eccleſia omnes Epi-
4 ſcopi nominarentur Papæ; nihilominus ſucceſſiuis tẽporibus, Papæ nomen ſoli Romano põtifici tribui cepit. Quod tẽpore Ignatij, tertij poſt beatum Petrum Apoſtolum Antiochiæ Epiſcopi, ſeruatum fuiſſe, teſtatur ipſe in ſuis Epiſtolis Epiſt. prima. Et Gregorius VII. anno Domini 1073. ſextò Kal. Martij, Romæ Synodum habens aduerſus ſciſmaticos, inter alia conſtituit, vt Papæ nomen vnicum eſſet in vniuerſo Chriſtiano Religionis Orbe; nec liceret alicui ſe ipſum, vel alium, præter Romanum Pontificem, illo nomine nuncupare. Hæc Azor. lib. 4. Inſt. Moral. p. 2. c. 4. quæſt. 1.

Alij tandem dicunt, Romanum Pontificem
5 dici Papam a papè, quæ interiectio admirantis eſt. Dicitur enim admirabilis, cùm ſit Dei Vicarius, non mediante lumine rationis, ſicut alij Principes; ſed immediatè, & expreſsè.

Et licèt aliquando vocetur Vicarius beati Pe-
6 tri, vt in c. Ego Ludouicus, 63. d. non tamen verè Petri vicarius, ſed impropriè nominatur; ex eo quòd gerit vicariam quam geſſit ipſe Petrus, vt bene ait Syl. in ſum. in ver. Papa: in prin.

Dicitur etiam admirabilis propter plenitudi-
7 nem poteſtatis, quam habet; cui nihil reſiſtere poteſt, clem. 1. in fine, vt lit. pen. c. Propoſuit, de Conceſ. præben. Panor. in c. vnico, vt Eccl. benef. Bal. in c. 1. de Conſtit. & in l. 2. q. 43. C. De ſeru. fugit.

Eſt admirabilis, quia datus eſt in lumen Gentium, iuxta illud Iſa. c. 49. *Et conſtitutus eſt ſuper omnes Gentes, & Regna, vt euellat, diſſipet, ædificet, & plantet.* Ipſe namque eſt omnibus Principibus ſuperior, fons, & origo totius iuriſdictionis. habet vtrumque gladium, itaut poſſit, non modò canonicas, ſed eriam ciuiles ferre leges per totum Chriſtianum orbem. vt latè ſupra probauimus c. 1. q. 1.

Dicitur præterea admirabilis Romanus Pontifex: quoniam ipſi traditæ ſunt à Domino claues Regni Cælorum, vt quodcumque ligauerit ſuper terram, ſit ligatum in Cœlis: & quodcum-

que

que ſoluerit ſuper terram, ſit ſolutum & in Cœlis, vt Matt. c. 16. & 18.

Eſt admirabilis, quia Romani Pontificis po-
8 teſtas extenditur ſupra Apoſtolorum canones, cùm diſpenſet cum bigamis, vt ad ſacros ordines promoueri poſſint, c. Lector, 34. d. [& relaxet pœnas ab eiſdem Apoſtolis contra fornicarios impoſitas, c. presbyter, 82. d.

Eſt admirabilis: eo quòd eiuſdem poteſtas ex-
9 tenditur etiam circa legem Diuinam, tum veteris, tum noui Teſtamenti, vt docet Abb. in c. Licet, nu. 3. de fer. Et propterea diſpenſat in iuramento, c. 2. 15. q. 6. & c. conſtitutus, de reſcr. Diſpenſat in voto, c. 1. de vot. & vot. redemp. Et hoc etiam ſi votum ſit Religionis & caſtitatis; ita vt facere poſſit, vt matrimonium tam à ſimpliciter, quàm à ſolemniter vouente contractum, valeat, vt per Hoſt. in c. Rurſus, circa fin. Qui cler. vel vouen.

Hinc diſpenſare poteſt, vt monialis profeſſa,
10 & alij Religioſi, non obſtante caſtitatis voto, matrimonium contrahere poſſint, ne Regium nomen pereat. Ita Panor. & alij in d. c. 1. de voto, Ioan Andr. in c. Actus legitimi, & c. Semel Deo, de Regul. iur. in ſexto; quam ſententiam vti communem amplexi ſunt quamplurimi Doctores, quos refert Felin. in c. ſi quando, de reſcr. Et tenet etiam D Thom. in 4. ſent. d. 28. q. 1. ar. 4. Licèt contrarium dixerit a. a. q. 88. ar. 1. in fine.

Sic Cœleſtinus III. diſpenſauit, vt Henricus
11 Imperator duceret in vxorem Conſtantiã monialem, Regis Siciliæ filiam, vt refert Rom. ſingul. 596. & Mart. de Iuriſd. p. 4. c. 79. vbi recenſet quamplurimos alios caſus conſimiles, in quibus per Rom. Pontificem fuit diſpenſatum.

Non tamen Papa poteſt diſpenſare cum Re-
12 ge, vxorem ſterilem habente, vt aliam ducat, vt bene docet Felin. in c. quę in Eccleſiarum, de cõſtit. Neç cum alio, vt matrimonium contrahat, duraturum vſque adeò maſculum ex eo habeat,
13 vt per Abb. in c. ex publico, ſub nu. 15. de conuer. coniug. Quæ diximus de poteſtate Romani Pontificis quoad diſpenſationem in iure Diuino cum alijs, extendimus vera eſſe quoad diſpenſationem etiam cum ſe ipſo, cùm non debeat eſſe peioris conditionis, quàm reliqui fideles.

Et licèt Epiſcopus, & alij prælati, qui diſpen-
14 ſandi facultatem habent, non poſſint in proprio voto, & ſic in iure Diuino ſecum diſpenſare, ita vt nec alijs huiuſmodi facultatem committere valeant, vt cum eiſdem diſpenſent; eo quòd ne-
15 mo in facto proprio auctorizare poteſt, vt in clem. a. de reb. Eccl. non alien. Papa tamen poteſt ſecum in proprio voto diſpenſare: quia hoc caſu non exigitur diſtincta perſona propter
16 ſpecialem inſtitutionẽ, ſicut in abſolutione ſacramentali. Nec requiritur propter vſum iuriſdictionis, quoniam in iuriſdictione voluntaria & ſuprema, non eſt incoueniens, eundem, vt
17 pontificem operari in ſe, vt hominem: quamuis decentius ſit ſuam poteſtatem proprio confeſſario delegare, vt cum ipſo diſpenſet. Ita Suar. de Relig. p. 2. tract. 6. lib. 6. de irritat. & diſpenſ. voti, c. 11. cum alijs, quos ipſe allegat.

Quapropter arbitror ex magna, iuſta, ac le-
18 gitima cauſa, iuxta regulas traditas à Suar. loco
19 citato, c. 17. Papam habere facultatem diſpenſandi ſecum etiam in voto caſtitatis, ita vt poſſit vxorem ducere, & eſſe quoque Papa, cùm hoc non repugnet ſubſtantiæ papatus. Nam Petrus habebat vxorem, cùm fuit promotus in Papã: continentia autem proceſſit ex conſtitutione Eccleſiæ. Et eò fortius, quia ſi Papa tempore ſuæ electionis reperiatur habere vxorem, non per hoc vitiatur electio; ſed remanet Papa, & tenetur reddere debitum per rationem ſupradictam, vt per Abb. in c. licet, ſub n. 4. de elect. & in c. Ioannes, de Regular. in fine.

Diſpenſat etiam Romanus Pontifex in iure
20 Diuino circa decimas non perſoluendas, c. ex parte, de Decim. Non ſtatuendo, vt nullus decimas ſoluere teneatur; ſed diſpenſando cum vno, vel pluribus ſuper certis bonis, vt pro eis decimæ non ſoluantur: eo quòd Romanus Pontifex
21 non poteſt ius Diuinũ, quo iure decimæ debentur, in totum tollere; ſed tantùm illud declarare, moderare, ac limitare, vt per Glo. in c. à nobis de Decim. vbi Hoſt. Io. Andr. & alij. Inn. ac Felin in c. Quæ in Eccleſiarum, de Cõſtit. Et eadem ratione non poteſt Papa diſpenſare, quia
22 clerici recitent officium, ſed bene poteſt moderare, & mutare officium: quia Diuinum officiũ generaliter ſumptum eſt de iure Diuino, mutare autem eſt de iure humano. Ita Abb. cõtra Laur. & Ioan. de Lig. in c. 1. nu. 3. de celebr. Miſſ.

Immò quando Papa diſpenſat in iure Diuino,
23 illa diſpenſatio non dicitur formaliter relaxatio, ſed potius declaratio quædam ac moderatio legis diuinæ. Nam Papa non eſt ſupra legem Di-
24 uinam, ſed illam tenetur adimplere, ac defendere vſq; ad ſanguinem, & animam. c. ſicut quidam, 25. q. 1. & conſtitutionem faciens contra Diuinam legem, dicitur errare potius quàm legem condere, ait Panorm. in c. Qualiter, & quãdo, il a. num. 2 de Accuſat. & in c. Litteras, ſub nu. 4. de reſtit. ſpol. cum alijs ad ipſum additis.

Imò diſpenſatio exigit iuſtam, ac ratione-
25 bilem cauſam. aliàs ſine cauſa diſpẽſatus, etiam à Romano Pontifice circa ea, quæ diſpoſita ſunt per legem Diuinam, aut naturalem, non eſt tutus in conſcientia: quoniam huiuſmodi diſſipatio potiuſquàm diſpenſatio appellatur, vt per Felin. in d. c. Quæ in Eccleſiarum, num. 25. & 26. latè Syl. in ſum. in ver. Diſpenſatio, & Suar. loco citato, c. 17.

Dixi circa ea, quæ diſpoſita ſunt per legem
26 Diuinam, aut naturalem: nam circa ea, quæ diſpoſita ſunt per legem humanam Papa diſpenſare poteſt ſine cauſa, & diſpenſatus eſt tutus in conſcientia: quia eius eſt deſtruere, cuius eſt condere, & Princeps legibus eſt ſolutus. l. Digna vox. C. de legib.

Quod lumitat Panor. in c. Nõ eſt voti, de vot.
27 & vot. redemp. in pluralitate beneficiorum, in qua ſine legitima cauſa diſpenſare non poteſt. Et idem tenet Io. Andr. in c. De multa, de Præben. quia omnia bona Eccleſiarum ſunt Dei, vt in c. Cùm ex eo, de elect. in ſexto.

Item limita in inferiore à Papa, & à Prin-
28 cipe: quoniam inferior, etiam ſi habeat poteſtatẽ diſpenſandi in his, quæ ſunt iuris poſitiui, nõ po-
29 teſt diſpenſare ſine cauſa, alias diſpẽſatio erit inualida. Vt latè probat Suar. in d. c. 17. n. 4. vbi etiã n. 5. probat, idem proportionaliter dicendum
30 eſſe de cõmutatione voti, quæ in minus fit. Nã ſi nulla fuit cauſa, tam ad commutationẽ, quàm

ad

ad diminutionem, totus actus fuit nullus; quia totus fuit vltra poteſtatem.

Beneuerum eſt, quòd ſi iuſta adeſt cauſa com-
31 mutandi, non tamen diminuendi, tunc diſpenſatio partialis nulla eſt proportionali ratione, commutatio autem quoad partem ſuſtineri po-
a terit: quia habet a omnia requiſita: & vtile per
32 innutile non vitiatur, vulgata iuris regula in c. vtile, de regul. iur. in ſexto. Quod verum ait ipſe Suar. quando tractatur de materia diuiſibili, ſecus autem ſi materia ſit indiuiſibilis.

Diſpenſat denique Romanus Pontifex in om-
33 nibus diſpoſitis per legem Diuinam quoad præcepta moralia affirmatiua, vt docet Abb. in d. c. licèt, n. 4. de fer. vt in ſanctificatione Sabbatorum, &c.

Hinc eſt, quòd Papa non poteſt diſpenſare, vt quis ſaluari poſſit ſine Baptiſmo, & confeſſione:
34 quia huiuſmodi præcepta non ſunt moralia. Vt bene docet Felin. in d. c. quæ in Eccleſiarũ, n. 24.

Et tanto minus habet diſpenſandi facultatem
35 in præceptis legis moralibus negatiuis, ita vt diſpenſare alicui non poſſit, vt furari ſibi liceat, adulterari, & cætera huiuſmodi.

Nec diſpenſare valet, vt matrimonium contrahi poſſit inter aſcendentes, & deſcendentes, & in alijs gradibus lege diuina prohibitis.

Imò, etſi Marr. loco citato, videatur tenere,
36 quòd indiſtinctè inter Collaterales in ſecundo gradu Papa diſpenſandi facultatem habeat, ita vt Patruus neptem in vxorem ducere poſſit, pro qua ſententia adducit Anch. conſ. 373. alias 374. qui conſuluit diſpenſari poſſe, vt filius fratris
37 matrimonium contrahat cum vxore ſui patrui præmortui; tamen contrarium videtur tenere Panor. in c. propoſuit, nu. 16. de conceſ. præben. dum ait, quòd Papa diſpenſat in collateralibus
38 in ſecundo gradu in linea æquali: non autem in linea inæquali, vtputa, vt patruus poſſit ducere neptem in vxorem cùm ſint in ſecundo gradu in linea inæquali.

Sic etiam Romanus Pontifex non poteſt di-
39 ſpenſare in ijs, quæ ſunt contra articulos fidei, & vniuerſalem ſtatũ Eccleſiæ, vt eſt rex. & ibi Gloſ. in c. literas, in ver. non poteſt, de Reſtit. ſpol.

Eſt tamen verum, quòd in his, quæ ſunt con-
40 tra vniuerſalem ſtatum Eccleſiæ, ſi eius non ſequatur decoloratio, diſpenſationem locum ſibi vendicare poſſe, docet Panor. in d. c. Propoſuit, num. 14.

Dicitur præterea admirabilis Romanus Ponti-
41 fex; quoniam eius poteſtas extenditur etiam circa ea, quæ ſunt iuris Naturalis, vt in. c. Ita quorundã, de Iudæis, & Sara c. vbi Papa inducit ſeruitutem contra deſerentes arma ad ſaracenos, & conſequenter in præiudicium libertatis, quæ eſt de iure naturali, vt in §. 1. Inſt. de iu. perſ.

Hoc idem poteſt Princeps temporalis. Quod
42 quidem verum eſt interpretando ius naturale, ſicut diximus de iure Diuino: non autem in totum tollendo, cùm ſit immutabile, vt in. 5. d. per totum, & conſequenter exigitur quoque iuſta,
43 ac rationabilis cauſa: quoniã Princeps ſine cauſa non modò non poteſt ſtatuere contra vtilitatem publicam, ſed nec etiam in damnum priuati in his, quæ ſunt de iure naturali, vt in clem. Paſtoralis, de Iudic.

Quocirca non valet ad ſui libitum nulla ſubſi-
44 ſtente cauſa dominium rei de vno ad alium trãſferre, vt bene declarat Felin. in d. c. Quæ in Eccleſiarum, nu. 26.

Et eadem ratione Romanus Pontifex non po-
45 teſt priuare Clericum ſuo beneficio ſine cauſa, vt per Abb. in c. 1. nu. 3. de Cler. ægrot. Licèt cõtrarium teneat Felin. loco citato.

Dicitur præterea Romanus Pontifex admira-
46 bilis: quoniam de plenitudine poteſtatis omnia poteſt. Et propterea aliqui volunt, quòd dicatur Summus Pontifex, nempe a pòſſe, & facere: eo quòd omnia poteſt facere, & ſuper omnia, & ſupra omnes, & poteſtate, ac dignitate ſummus: & non à ponte, vt alij dicunt, ex eo, quòd Sublicius pons à Pontificibus factus ſit primò, & reſtitutus ſæpe, de quorum auctoritate meminit tex. in l. Oſſa, de Relig. & ſump. fun. &, l. 2. ff. de in ius voc.

Denique Pontificia poteſtas adeò ſumma, &
47 admirabilis eſt, vt de plenitudine poteſtatis Papa poſſit in terris, quæ poteſt Chriſtus, vt ſupra probauimus q. 2. Alias Chriſtus non fuiſſet diligens paterfamilias ſi non conſtituiſſet in terra aliquem loco ſui, qui expedientibus cauſis, poſſit omnia facere, quæ ipſe Chriſtus. Et ideo vnũ-
48 & idem conſiſtorium eſt Dei, & Papæ, cui õnia licita eſſe, & in omnibus habere diſpenſandi facultatem præterquam in his, quæ ſunt contra fidem, ex Hoſt. & Inn. probat Panor. in c. Venerabilem, nu. 18. de elect.

Hinc non deſunt qui teneant, Papam per huiuſmodi plenitudinem poteſtatis poſſe diſpenſare ſuper eo, vt in ſimoniam incurere non dicatur. quamuis ſimonia ſit de iure Diuino prohibita, Vt probat Mart. de iuriſd. p. 2. c. 37. num. 15. Et ex cauſa poſſe etiam diſpenſare cum Iudæis ſuper vſuris exigendis; quam ſententiam communem eſſe teſtatur idem Mart. loco citato, c. 13. in fine.

Sed re vera, licèt nos id concedamus quoad
49 ſimoniam in Prælaturis, & Beneficijs, quæ non habent adminiſtrationem Ordinis, vel executionem clauium; quia huiuſmodi ſimonia eſt de iure poſitiuo, vt bene docet Panor. in c. 1. nu. 6. & c. Mandato. nu. 6. & 7. de ſimon. hoc ipſum tamen negamus quoad Simoniam in Sacramentis, ac in Beneficijs, & Prælaturis habentibus ad-
50 miniſtrationem Ordinis, vel executionem Clauium: quoniam talis ſimonia eſt vtroque teſtamento prohibita, vt in c. ex multis, 1. q. 3. ita vt
51 Romanus Pontifex in eam incidere poſſit, vt probat idem Panorm. locis citatis, cum alijs ad ipſum additis, diffuſè hanc materiam tractantibus.

Quo verò ad diſpenſationem ſuper vſuris à
52 Iudæis exigendis, ſi per diſpenſationem, rolerãtiam Rom. Pontificis prædicti Doctores intelligunt, nos non negamus quin Papa poſſit Iudeis exercitium vſurarum tolerare, ſicut de facto tolerat ad euitãdum maius malum ſpirituale: ſicut toleratur meretricium ad euitandum adulterium. Quo pacto poteſt etiam alijs Principibus licentiam concedere tolerandi exactionem vſurarum per Indæos à Chriſtianis. Si verò per diſpenſationem intelligunt relaxationẽ, & formalem conceſſionem, non ſolùm condonando eiſdem pœnas, contra vſurarios ſtatutas, ſed exactionem illam quaſi actionem non culpabi-

53 pabilem permittendo, hoc omnino negamus: quia cùm vſura vtriuſque Teſtamẽti pagina pro
54 hibeatur, ſuper eam nulla cadit diſpẽſatio, vt eſt tex. in c. ſtiper eo, de vſur. Et tanto fortius: quoniam vſura eſt rapina, vt in c. Si quis vſuram. 14. q. 4. Hinc Marcus Cato lib. de re ruſt. ait. *Maiores noſtri ſic habuerunt, & ita in legibus poſuerunt; furem dupli condemnari: fœneratorem quadrupli*, tãquam furẽ manifeſtum, iuxta tex. in. §. 1. in Inſt. de obligat. quæ ex delic. naſc. & §. 1. de vi bon. rap ergo vſu-
55 ra conprehenditur ſub præcepto Decalogi. *Non furtum facies*: quoniam rapina verè dicitur furtũ, vt per Bar. in l. ſi duobus. §. ſi quis iurauerit, n. t. ff. de iure iur. Et raptor in d. §. 1. dicitur improbus fur; eo quòd maioris pœnæ eſt aliquid violẽter eripere, prout fit per rapinã, quã clam, quod accidit per furtum. Et tenetur non ſolùm edicto vi bon. rap. Sed etiam actione furti, vt bene docet Glo. in l. 2. ff. de vi bon. rapt. Vndè ait tex. in
56 c. Pœnale, 14. q. 5. *Non enim rapinam permiſit qui furtum prohibuit*. Si igitur vſura eſt prohibita in Decalogo, nullo vnquam tempore ſuper eam cadit diſpenſatio: quia præcepta moralia negatiua obligant ſemper, & ad ſemper, ideſt omni tem-
57 pore, c. non eſt peccatum, §. his ita, 6. d. Abb. in d. c. litteras, ſub num. 4. de Reſt. ſpol. cum alijs ad eundem additis.

Et confirmatur, quoniam vſura eſt intrinſecè
58 mala, & conſequenter cõtra ius naturale, Vt be
b oe probat *b* D. Th. 22. q. 79. ar. 1. Conr. de cõtr. q. 12. Mol. eod tract. diſp. 304. Leſſ. lib. 2. eiuſdẽ trac. c. 20. dub. 7. Salon. in d. loco D. T. cõtr. 1. Sot. lib. 6. de Iuſt. & iu. q. 1 ar. 1. Nau. in c. ſi fœneraueris, 14. q. 3. Tol. lib. 5. ſuæ ſum. c. 28. & alij. Papa autem diſpenſ. re non valet in his, quæ ſunt intrinſecè
59 mala, & quæ nunquam fieri poſſunt bene, Vt per Abb. in c. propoſuit, ſæpe allegato, nu. 20. de Conceſ. præb. Et Felin in d. c. Quæ in Eccleſiarum, num. 22. de conſtit.

His rationibus præcipuè eandem ſententiam
60 tenent Conr. loco citato, q. 25. cũ tribus ſeq. Iaſon in l. cunctos populos, C. de ſum. Trio. & fid. Cath. Io. Andr. in regula Peccatum, de Regul. iur. in ſexto. Io. Battiſta Lup in l. curabit, C. de action. emp. n. 68. contra Anchar. & alios, Rolan. conſ. 55. num. 15. vol 2. Petrus Roizius deciſ. 5. n. 348. Laur. de Rodul. de vſur. q. 55. Mol. Salon. & alij quam plurimi, dicentes: quòd neque per legem, neque per ſtatutum, neque per conſuetudinem immemorabilem, neque per Principem, neque per Romanum Põtificem vſura aliquo caſu permitti poteſt, ita vt vſurarius vſuras licitè ſibi acquirat, & ad reſtitutionem non teneatur, etiam pro redimenda vita captiui. Et hanc communem opinionem eſſe teſtatur Curt. iun. in l. Eius qui in Prouinciã, nu 5. ff. ſi cert. pet. & Couar. lib. 3. var. reſol. c. 3. n. 8. qui refert extare cõſtitutionem Catholicorum Regum Hyſpaniæ, quæ priuilegia ab alijs Regibus conceſſa Iudæis ad exercendas vſuras penitus reuocat.

Non igitur poteſt Iudæis exercitium vſurarũ
61 concedi cõtra Chriſtianos, niſi per viam ſimplẽ cis tolerantiæ, ſicut toleratur meretricium, vt ſupra diximus ex Io. Battiſta Iupo, Iaſone, Io. Andr. & alijs ſupra citatis. Cuius tolerantiæ facultas à ſolo Romano Pontifice Principibus concedi poteſt, & non ab alio. Nec ipſi Principes propria auctoritate Iudæis permittere poſſunt,
62 vt vſuras à Chriſtianis exigant: quoniam iuſtam tolerandi cauſam, cùm debeat eſſe ſpiritualis, ad Romanum Pontificem pertinet iudicare, vt benè probat Mart. in. d. c. 13.

Immo vſuræ promiſſæ in caſibus, in quibus
63 tolerantur, ad euitandum ſcilicèt maius malum ſpirituale, non debentur, & ſolutæ repeti poſſũt. Et Iudices, qui ſcienter iudicare præſumpſerint, vt vſuræ ſoluantur, aut ſolutæ non reſtituantur, ſunt ipſo facto excommunicati. Et eadem pœna plectuntur Communitates, & eorũ Poteſtates, & quicunque alij officiales, qui condiderint, ſcripſerint, vel dictauerint ſtatuta, quibus vſuræ promittantur aut ſolui condemnẽtur, vel ſolutæ repeti prohibeantur, vt in clem. 1. & c. poſt miſerabilem, de vſur. Quæ iura, licèt in quibusdam Prouincijs non ſeruentur; eo quòd in illis vſuræ ab infidelibus indiſtinctè exerceri conceduntur, & promittentes eas à Magiſtratibus ſoluere compelluntur; tamen, an id rectè fiat, alij iudicent dicit Salõ. 22. in D. Th q. 78. ar. 3. contr. 9. nu. 7. in fine.

Hoc unum puto uerũ, quòd eſto, quòd dicta
64 iura quoad pœnam in dictis locis locum nõ habeant; non per hoc huiuſmodi perſonæ ſunt à culpa immunes; quia ſicut fœnerari eſt contra ius naturale; ita etiam cooperari ad fœnerandum: eo quòd actio cooperantis ſumit ſpeciem ab actione eius, cui cooperatur.

Ex quibus conſtat quàm à uero aliena ſit Nauarri ſententia lib. 5. ſuorum conſ. conſ. 5. ſub tit. de Iudæ. in antiquis impreſſionibus, exiſtimantis, Poteſtatem ſtatuere poſſe, ut uſuræ promiſſæ in caſibus, quibus tolerari poſſunt, ſoluantur: eo quòd ſtatutum illud non ſit contra ius naturale, ſicut contra illud ius non eſt uſuras ſoluere: eo magis extante dictarum Prouinciarum conſuetudine. Nam re uera fallitur, ut benè docent Syl. in ſum. in uer. Vſura. 7. q. 6. Conr. de Contr. q. 25. cum tribus ſeq. Mol. eodem tract. diſp 304 num. 17. & 18. Salon. 2. 2. q. 78 ar. 3. cõtr. 9. num. 6. & 7. & alij, fundati præcipuè in d. clem. 1. & in c. Poſt miſerabilem, de uſur.

Nec obſtat id, quod Nauar. loco citato ait in
65 recent. impreſ. oempe quòd tex. in d. c. Poſt miſerabilem, ſolùm probat, quòd, attento ſolo iure communi, Iudæi tenentur quidẽ reſtituere vſuras exortas Chriſtianis; ſed non probat quòd iure particulari non poſſit contrarium ſtatui: quoniam uſurarum extorſio, & ad eaſdem cooperatio cùm ſit contra ius naturale, nullo iure, quantumuis particulari, poſſunt uſurarij adiuuari ad uſuras exigendas: quia leges, & ſtatuta contra ius naturale ſunt nullius momenti.

Qua propter cùm tex. in d. c. Poſt miſerabilem
66 fundetur ſuper ius naturale, nullo iure poſitiuo tolli poteſt: eo quòd ius poſitiuum non eſt ſupra ius naturale, & diuinum. Immò iura poſitiua, tum ciuilia, tum etiam Canonica fundantur ſuper ius naturale, ita ut ceſſante ratione naturali, ceſſet ius poſitiuum, ar. tex. in l. Adigere. §. quamuis, ff. de iu. patr.

Et licèt ſoluere uſuras non ſit iuri naturali cõ-
67 trarium; tamen non ex hoc ſequitur, quòd ſtatuere, ut uſuræ promiſſæ ſoluãtur, non ſit cõtra ius naturale, cùm ſtatutum huiuſmodi ſit ad uſuras extorquendas cooperatio. Nam ſi nudus conſenſus ad faciendum malum, etiam nullum

præ-

præſtans iuuamen, eſt damnabilis, & puniendus tanquam contra rectam rationem, vt c. felicis, §. illud, de pœn. in ſexto, quanto fortius damnabile erit iuuamen, & cooperatio, vt benè notat Conr. de contr. q. 26. con. 1. & 2. quoniam qui adiuuat effectiuè concurrit ad actum, & verè dicitur cauſa illius.

Eadem ratione conſuetudo, cui ipſe Nauar. 68 innititur, non excuſat huiuſmodi ſtatuentes: quia cum ſit contra ius Naturale, non conſuetudo, ſed corruptela dicitur, cap. quæ contra, 8. d. & cap. fin. vbi Gloſ. & alij Doct. de Conſuet.

ADDITIO.

a Vitiatur. Hæc regula locum ſibi vendicat, quando vtile ab inutile ſeparari poteſt, & ſic in materia diuiſibili, vt ex Suar. rectè docet hoc loco Duardus; & latè habetur per Dyn. & alios in dicta regula, vt. le, de regul. iur. in ſexto. Quam quidem regulam etiam in electionibus, quæ capitulariter fiunt, procedere, expreſsè docet Antonius de Butr. in cap. Meſſana, in fin. de elect. vbi Bald. quoque ait, quòd quando electio in ſua parte eſſentiali habet debitam formam, non venit vitianda ab aliquo, quod inutiliter ſuperadditur, ad quod allegat tex. in l. eum, qui ita, §. te, & Titium, ff. de verbor. obligat. Hinc eſt, quòd ſi electio facienda eſſet per calculos nigros, & albos, & vnus ex Electoribus non vteretur calculo nigro, nec albo; ſed rubro, aut nullo; tunc vnus ex Electorum numero tollitur, & ſi maior pars pro aliquo ſuffragetur, ille de iure erit electus, vt poſt alios inquit Molfeſ. par. 1. ſuæ ſum. Theolog. tractat. 6. cap. 16. num. 111. Idem docet, num. 45. quando electio fieret per ſchedulas, & aliqui vterentur ſchedulis albis; quoniam ex Electorum numero tot ſunt auferendi, quot ſunt ſchedulæ albæ: & ſi maior pars electorum concurrat ad alicuius electionem, ille erit procul dubio electus. Hoc idem dicendum eſt, ſi in vrna plures calculi reperiantur, quàm ſit Electorum numerus: quoniam tunc, demptis illis ſuperfluis electo fauentibus, ſi maior pars concurrat in eiuſdem electionem, ille erit electus: quoniam vtile per inutile non vitiatur, quando vtile ſeparabile eſt ab inutili. Hæc ipſa regula non ſolùm in electionibus; ſed etiam in contractibus locum habet. Etenim in contractu pupilli, ſi ſuam authoritatè interponere tutor verus, & legitimus; & alter tutor, qui ſit falſus; tunc contractus erit validus; quoniam tutor verus poteſt ſeparari à falſo, vt eſt tex. in l. 1. §. ſed Pomponius, ff. quod cum falſ. tut. act. &c. Sic etiam donatio, quæ excedit ſummam 500. aureorum, cùm inſinuationem exigat, ſi fiat citra inſinuationem, licèt non valeat quoad id, quod excedit dictam ſummam; valet tamen quoad 500. aureos. Quę diximus de electionibus, & contractibus, extendimus etiam ad vltimas voluntates. Vndè ſi teſtator leget centum aureos alicui, ſibi ſoluendos ab eius hærede, & ab Hiſpaniarum Rege, quamuis reſpectu Regis legatum ſit inualidum; eſt tamen validum reſpectu hæredis; ſiquidem hæres eſt ſeparabilis à Rege, vt in l. ſi duobus, §. hæres, ff. de legat. 1. Ioan. Vincent.

b Mala. Plures rationes aſſignantur à Doctoribus ad probandum, vſuram eſſe intrinſecè, & ex obiecto malam, de quibus Gloſ. in cap. 2. 14. quæſt. 3. Panormitan. in rubr. de vſur. Scot. in 4. ſentent. d. 15. D. Thom. 2. 2. quæſt. 78. art. 1. in corp. & Salon. ibi, art. 2. contr. 16. ſub num. 1. Etenim quidam volunt, vſuram eſſe intrinſecè malam; quia per eam venditur tempus, gratis à Deo nobis datum, vt in cap. ejiciens, d. 88. Alij volunt, malitiam vſuræ in eo conſiſtere, quòd per eam vſurarius percipit lucrum ex re mutuata, quæ ſua non eſt, eo quòd mutui transfertur dominium penès mutuatarium, l. 2. §. appellata, ff. ſi certum petat. quæ ratio eſt Gloſ. in d. cap. 2. quam Canoniſtæ ferè communiter ſequuntur. Panormitan. verò loco citato, dicit vſuram eſſe intrinſecè malam, quia per eam pecunia pecuniam germinat; quod vitium eſt contra rerum naturam, cùm pecunia fuerit adinuenta, vt ſit menſura rerum venalium, & inepta ſit naturaliter pecuniam germinare. l. 5. ff. de contrahen. empt Quæ quidem ratio eadem videtur cum illa Scot. vbi ſupra, dum ait, malitiam vſuræ in eo conſiſtere, quòd per eam percipiuntur fructus ex re, quæ de ſui natura fructifera non eſt. Idem Panormitanus in ſupra relata rubrica, aliam rationem affert, dicens, quòd quando percipitur lucrum vſurarium, venditur vſus rei, in qua non eſt vſus, cùm rei mutuatæ vſus, ſit ipſius rei conſumptio, l. 2. §. mutui autem datio, ff. ſi cert. petat. id autem eſt contra iuſtitiam commutatiuam, atque ideo contra ius naturale: quæ ratio in re non videtur diſſimilis ab ea, quam affert D. Thom. d. art. 1. in corpore, inquiens, idcirco vſuram eſſe intrinſecè malam; ſiquidem vſurarius accipiens lucrum vltra ſortem rei mutuatæ, vendit vnum pro duo, & duo recipit propter vnũ, dum duplicem conpenſationem pro eadem re recipit; cùm tantùm pro re mutuata, non autem pro rei vſu compenſationem percipere valeat: id autem eſt contra iuſtitiam commutatiuam; & propterea vſura eſt intrinſecè, & ex obiecto mala. D. Cæſar.

Ibi *(Lecta in die Cœnæ Domini)* An Bulla Cœnæ ſtatim poſt editam obliget, etiam ſi non promulgetur. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Legis ſolemnem editionem ſatis eſſe ad eiuſdem vinculum, qui teneant.*
2 *Bulla Cœnæ eſt lata per viam legis.*
3 *Bullæ Cœnæ ſolemnis editio non ſufficit ad eius obligationem, ſed requiritur etiam promulgatio.*
4 *Promulgatio eſt de ratione legis.*
5 *Concilij generalis conſtitutiones, non ligant ſtatim poſt earum editionem, ſed exigunt promulgationem.*

6 *Promulgatio dicitur quæcunque legis diuulgatio, ſeu publicatio.*

7 *Bulla Cœnæ eſto, quod non legatur ſolemniter ſi alio modo promulgetur, ſufficit, vt vim habeat obligatiuam.*

8 *Promulgatio legis licèt præcipiatur de iure naturali, modus tamen ſecundum loci conſuetudinem. & Principis placitum fieri debet. Et ideo promulgandi modus poteſt eſſe multiplex.*

9 *Bulla Cœnæ ſi non legatur, ſed affigatur in valuis S. Petri, dicitur ſufficienter promulgata.*

10 *Dictio, aut, aliquando ponitur pro copula, &.*

11 *Dictio, aut, aliquando ſumitur expoſitiuè.*

1 IN hac re videtur prima facie dicendũ, quòd ad vinculum Bullæ Cœnæ ſufficiat tantùm eiuſdem editio ſaltem ſolemnitèr facta, abſque eo quòd promulgetur.

Probatur ex tex. & ibi Panorm. in cap. 1. de poſtul. Præl. quem ſequitur Syl. in ſum. in ver. lex quæſt. 6. Angel. eod. ver. quæſt. 12. & alij, dicentes, ad obſeruantiam alicuius legis ſatis eſſe, ſi ſolemniter fuerit edita: aut Pu-
2 blicè promulgata. Sed Bulla Cœnæ eſt lata per viam legis, & Conſtitutionis, & conſequenter eſt lex, vt ſupra probauimus, cap. 3. quæſt. 7. ergo ligat ſtatim ac edita eſt, etiam ſi non promulgetur.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
3 tentiam arbitror de iure veriorem eſſe. nempe quòd ad vinculum Bullæ Cœnæ non ſufficiat eius editio quantumuis ſolemnis, niſi ſequatur promulgatio.

Probatur, quia Bulla Cœnæ eſt lata per mo-
4 dum legis vt ſupra probauimus. At de ratione legis eſt eiuſdem promulgatio, vt latè probat Suar. lib. 3. de legib. c. 16. & 17. & lib. 4. c. 15. Ioan. de ſal. eod tract. diſput. 12. ſec. 1. & 2. cum innumeris ferè Doctoribus, quos ipſi allegant: ergo non obligat ſtatim poſtquam edita eſt, niſi promulgetur.

Confirmatur, quia nulla ſolemnior datur edi-
5 tio, quam conſtitutionum, quæ fiunt in Concilio generali, & tamen non obligant ante promulgationem, vt per Suar. loco citato; non ergo Bulla Cœnæ ligat ſtatim poſt ipſius editionem.

Verum tamen eſt, quòd cùm promulgatio di-
6 catur quæcunque legis diuulgatio, ſeu publicatio, ſiue voce fiat; ſiue ſcriptura, aut quocunque alio modo Principi placuerit ſuam legem publicari, eſto quòd Bulla Cœnæ non legatur ſolemniter, ſi alio modo promulgetur, procul dubio
7 dicitur habere vim obligatiuam; quia licèt promulgatio legis de iure naturali præcipiatur; modus tamen promulgationis, ſecundum loci con-
8 ſuetudinem, aut Principis placitum fieri debet, vt per Doct. ſupra citatos. Vndè ſi in die Cœnæ Domini Bulla non legatur, vt fieri conſueuit, ſed illa die affigatur in valuis S. Petri
9 Romæ, dicetur ſufficienter promulgata; & id ſufficiet ad ipſius obligationem, vt ſupra diximus, cap. 1. q. 4.

Ad tex. in d. cap. 1. de poſt. Prælat. in quo fundantur Panor. & ſequaces, tenentes ad legis vinculum ſatis eſſe ſi ſolemniter edatur, aut publicè promulgetur iuxta verba dicti cap. reſpondetur ex Ioan. de Salas in d. ſec. 1. in reſponſione ad argumentum pro Panormitano, quod ly. aut, non legitur in aliquibus textibus, ſed loco ipſius legitur copula, &, vndè ſecundum hanc lecturam ad legis vinculum, vtrumque requiritur. Et hoc modo videtur legiſſe tex. illum Armilla, in ver. Lex, num. 11. dum ex d. cap. 1. ait; Ad legem copulatiuè requiri, quòd fit ſolemniter edita, & publicè promulgata.

Secundò reſpondetur, quòd ly. aut, in d. c. 1.
10 non eſt dictio alternatiua, ita vt ad legis obſeruantiam, duorum alterum ſufficiat, ſolemnis ſcilicet editio, vel promulgatio; ſed eſt copulatiua: quoniam dictio, aut, aliquando ponitur pro copula, &, l. cùm quidam, C. de verb. ſignif.

Tertiò reſponderi poteſt, quod ly. Aut, non ponitur alternatiuè; ſed expoſitiuè, vt in l. pen. & ibi Gloſ. ff. de Action. emp. quaſi pro eodem eo loco ſumatur legem ſolemniter edi, & publicè promulgari. Vide Suar. in d. cap. 16.

Ibi (*Anno Domini, &c.*) An Bulla Cœnæ valeat ſine Data. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Cœnæ ſine data non valet.*

2 *Leges, quæ de nouo emanant, non valent ſine data.*

3 *Leges antiquitus obſeruatæ, in volumine legum redactæ, vim habent ſine data.*

4 *Bulla Cœnæ vbi cœpit diuulgari, & ſeruari valet ſine data.*

5 *Leges, quæ de nouo fiunt, vbi cœperint per ſtudia diuulgari, & frequentari, vim obtinent ſine data.*

6 *Priuilegia Imperialia, quæ in corpore Iuris non ſunt clauſa, requirunt diem, & Conſulem, aliàs non valent.*

7 *Priuilegia Imperialia in corpore Iuris clauſa, valent non adiecta die, & Conſule.*

1 IN hac re videtur affirmatiuè reſpondendum, per tex. in prima conſtitutione Codic. in ver. Et ſi quæ earum, vbi habetur, quòd valent leges, ſeu conſtitutiones ſine die, & conſule: ergo idem dicendum eſt de Bullæ Cœnæ, nempè quòd teneat ſine Data diei, &c. Etenim Bulla Cœnæ, vt ſupra diximus lex eſt ſeu conſtitutio quædam.

His tamen non obſtantibus, in contrarium
1 eſt veritas, & conſequenter dicimus Bullam ſine
6 data diei, & anni, vim non habere.

Probatur, quia leges, quæ de nouo emanant
2 non valent ſine data, vt bene probat Bar. in tract. de Repreſ. in ver. Data. & Alex. in Rubr. ff. de noui oper. nunc. Bulla autem Cœnæ, cùm denuo quolibet anno promulgetur, procul dubio dicitur lex de nouo emans. Pro hac eadẽ ſententia faciunt quoque ea, quæ docet Gloſ. in fine tit. de Regul. iur. in ſexto, & in extrau. exerrabilis. ver. Datum Auinioni, de præben. vbi etiã tractat de neceſſitate loci inſerendi in qualibet alia conſtitutione, ac reſcripto. Et in termi-

nis noſtræ Bullæ, hoc idem nouiſſimè tenet Marius Alter. in explicat. eiuſdem, Clauſula vltima, col. 5. ver. Hic quæri poteſt.

Ad contrarium patet reſponſio. Nam tex. 3 ille loquitur de legibus antiquitus obſeruatis, ſeu in volumine legum redactis, & ideo vim habent ſine Data. Secus autem dicendum eſt de legibus, quæ de nouo emanant.

Verum tamen eſt quòd Bulla Cenę, vbi cępit 4 per ſtudia, & alia loca practicari, & diuulgari, ac obſeruari, tunc puto quòd vim habeat etiam ſine Data: quoniam idem dicendum eſſe de le- 5 gibus, & ſtatutis, docet Bar. loco citato. Quod valde notandum eſſe ait propter quaſdam Ciuitates. quæ habent ſua volumina ſtatutorum, non publicata manu Notariorum, ſed ſunt diutius obſeruata.

Sic etiam priuilegia Imperalia, quæ in cor- 6 pore Iuris non ſunt clauſa, requirunt diem, & conſulem, aliàs non valent. l. ſi qua, C. de diuer. 7 reſcr. ſecus autem dicendum eſt de ijs, quæ ſunt in corpore Iuris: quoniam tenent non adiecto die, & Conſule, vt per Bart. in l. 1. C. de nou. Cod. fac. num. 19. Litteræ autem Papales, an fidem faciant, ſi in earum plica non ſint anni Domini. Vide Roman. conſ. 231.

ADDITIO.

a Habere. Adde hìc Bonac. d. ſput. 1. pun. 3. num. 5. dicentem, quòd Bulla Cœnæ ſi ſolemniter edatur, & publicetur, vt edi, & publicari conſueuit, eſt valida, etiam ſine data diei, & anni; quia Romano Pontifici non deeſt poteſtas condendi leges citra hanc ſolemnitatem. Quod quidem Duardus multò magis concederet, dum in hac quæſt. num. 4. ait, quòd Bulla Cœnæ vbi cępit per ſtudia, & alia loca practicari, diuulgari, ac obſeruari, vim habet etiam ſine data; ſicut ſtatuta nonnullarum Communitatum ex Bart. probat hoc eodem loco, quem Bonac. ſequitur. Eſt tamen verum, quòd dum ipſe Bonac. inquit, ſuam ſententiam eſſe contra Marium Alter. & contra Duardum aſſerentes, leges antiquas in corpore iuris clauſas validas eſſe ſine data; non autem leges extrauagantes, quæ de nouo emanant; ſi Alterij, ac Duardi opinionem cum dictis limitationibus intelligit, Bonac. ſententia non eſt contra Alterium, nec contra Duardum, cùm Bart. in ver. Data, quem allegant pro ſua ipſi Alter. & Duard. ipſe quoque Bonac ſequatur. Quòd ſi indiſtinctè velit, leges nouas validas eſſe ſine data, nititur procul dubio contra communem, nec legem aliquam allegat, nec rationem congruentem. Etenim hanc diſtinctionem inter leges antiquas in corpore iuris clauſas, & leges, quæ de nouo emanant, non ſolùm tradit Bart. in d. ver. Data; ſed etiam Glo. idem Bart. & Saly. in l. 1. C. de nou. Cod. facien. quæ eſt prima Codicis conſtitutio. Gloſ. in l. ſi qua, C. de diuer. reſcript. & in cap. dicenti, §. ſi qua, in ver. ſine, in fin. 25 quæſt. 2. Bertach. in ver. Dies in lege, & alij. Pro qua re facit d. 1. conſtitutio Codicis, vbi ſtatuitur, leges inſeri in Codice, ſine die, & Conſule: ergo leges dum emanabant, edebantur adiecto die, & Conſule. Confirmatur ex dicta. l. ſi qua, C. de diuerſ. reſcript. vbi priuilegia; quæ in corpore iuris non ſunt clauſa, requirunt diem & Conſulem; aliàs non valent: ergo idem dicendum eſt de legibus nouis, in corpore iuris non clauſis: quoniam priuilegia ſunt priuatorum leges, vt in cap. priuilegia, 3. d. Et quamuis Bonac. ad text. in d. l. ſi qua, reſpondeat, dicens, eam loqui de priuilegijs Imperialibus; nos autem loqui de legibus Romani Pontificis, qui iure Cæſareo in ſuis legibus non ligatur: nihilominus, cùm iure Canonico nihil in hac re in contrarium fuerit ſtatutum, ſtandum eſt Cæſareo iuri: ſiquidem quemadmodum leges non dedignantur ſacros Canones imitari; ita etiam Sacrorum Canonum ſtatuta conſtitutionibus Principum adiuuantur: atque adeò, vbi deſunt canones, leges citari poſſunt, vt in cap. 1. de noui oper. nunciat, cap. ſi in adiutorium, & ibi gloſ. d. 10. Hinc Panormit. Felin. & alij in cap. 2. de conſtitut. volunt, quòd ius ciuile, cùm ſtatuat duos menſes à die publicationis in vnaquaque Prouincia, vt in authen. vt fact. nou. conſtit. & ius canonicum nihil ſtatuerit in contrarium, ſtandum eſt diſpoſitioni iuris ciuilis. Nec ob id Romanus Pontifex diceretur iure Cæſareo in ſuis legibus alligari, vt Bonac. Putat; quoniam nos fatemur, Romanum Pontificem cùm ſit omnium Princeps, cap. cuncta per mundum 9. quæſt. 3. nec ſuis legibus alligari, nec alienis: eo quòd Princeps Superiorem non recognoſcens legibus eſt ſolutus, l. Princeps, ff. de legib. & propterea vbi conſtaret de mente Summi Pontificis, volentis Bullam edi citra datam, aut conſtaret de eiuſdem publicatione modo ſupra dicto, illi procul dubio ſtandum eſſet, vt ſupra diximus. Vndè dum dicitur, nouas leges, non dum in corpore iuris clauſas, vim non habere, id intelligitur quoad ſubditos, non autem quoad Romanum Pontificem, & alios Principes, ſuperiorem in temporalibus non recognoſcentes, quoad temporales leges ab ipſis editas.

Ioan. Vincent.

De Proœmio Bullæ Cœnæ Domini. Caput Quintum.

PAVLVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Paſtoralis Romani Pontificis vigilantia, & ſollicitudo, cùm in omni Chriſtiana Reipublicæ pace, & tranquillitate procuranda, pro ſui muneris officio aſſiduè verſatur; tũ potiſſimum in Catholicæ fidei, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, vnitate, atque integritate retinenda; & conſeruanda, maximè elucet; nimirum, vt fideles Chriſti non ſint paruuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, ad circumuentionem erroris, ſed omnes occurrant in vanitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, neque ſe in huius vitæ ſocietate, & communione lædant, aut inter ſe alter alteri offenſionem præbeat, ſed potius in vinculo charitatis coniuncti tamquam vnius corporis membra ſub Chriſto capite, eiuſque in terris Vicario Romano Pontifice Beatiſſimi Petri ſucceſſore, à quo totius Eccleſiæ vnitas dimanat, augeantur in ædificationem, atque ita Diuina gratia adiutrice ſic præſentis vitæ quiete gaudeant, vt futura quoque Beatitudine perfruantur. Ob quas ſanè cauſas Romani Pontifices prædeceſſores noſtri hodierna die, quæ anniuerſaria Dominicæ Cœnæ commemoratione ſolemnis eſt; ſpiritualem Eccleſiaſticæ diſciplinæ gladium, & ſalutaria iuſtitiæ arma per miniſterium Summi Apoſtolatus, ad Dei gloriam, & animarum ſalutem ſolemniter exercere conſueuerunt. Nos igitur, quibus nihil optabilius eſt, quàm fidei inuiolatam publicam pacem, & iuſtitiam, Deo auctore, tueri, vetuſtum, & ſolemnem hunc morem ſequentes.

De Proœmij diuiſione. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Papa olim in ſuis litteris poſtponebat ſe ijs, ad quos ſcribebat.*
2 *Papa olim in litteris ab aliis poſtponebatur.*
3 *Papa, quamuis magnam habeat potęſtatem, prius tamen elegit commendare humilitatem.*
4 *Papa hodie in ſuis litteris præponitur, & ſi aliter fieret, litteræ non valerent.*
5 *Appellare à ſententijs Romani Pontificis ad Generale Concilium, eſt crimen palliatæ rebellionis, & ſchiſmatis.*
6 *Appellatio, eſt à minori Iudice ad maiorem prouocatio.*
7 *Decretalium libri compilati ſunt pro bono pacis.*
8 *Papæ proprium munus eſt, pacem conſeruare, & ſcandala remouere.*
9 *Papa pro bono pacis, poteſt Reges, & Principes communione priuare.*
10 *Papa debet fœdere copulare Catholicos Principes in permicium hoſtium Catholicæ fidei.*
11 *Papa pro bono pacis poteſt remittere iniurias ſubditorum.*
12 *Papa pro bono pacis poteſt vni tollere Ciuitatem, aut Caſtrum, & concedere alteri.*
13 *Pace fidelium Diuinus cultus augetur, & Eccleſia Dei muneribus illuſtratur.*

Diuiditur hoc proœmium in duas partes. In prima parte nomen Rom. Pontificis premittitur cum ſola ipſius præfatione. In ſecunda Bullæ Cœnæ duplex promulgandi ratio aſſignatur. Secunda ibi. Paſtoralis.

Circa primam partem eſt annot. quòd olim
1 Rom. Pontifex poſtponebat ſe in ſuis litteris, vt patet in c. 2. 12. q. 1 vbi Clemens Papa in ſua Epiſtola nomen ſuum poſtpoſuit ijs, ad quos ſcripſerat, dicens: *Dilectiſſimis fratribus, & condiſcipulis Ieroſolymis cum chriſſimo fratre Ixcabo, & Coepiſcopo habitantibus, Clemens Epiſcopus.* Sic etiam ab aliis
2 poſtponebatur in eorum epiſtolis, vt in cap. Victor. 97. d. vbi Honorius Imperator nomen ſuum præpoſuit, ita ſcribens ad Bonifacium Papam, *Victor Honorius triumphator ſemper Auguſtus, Sancto ac Venerabili Bonifacio Papæ Vrbis Romæ.*

Huius rei duplex ratio aſſignatur à glo. in d. c.
3 Victor, & tertia à Panor. in proœm. Decr. in prin. in ſecunda lect. Nos autem addimus & quartam; nempè, quòd Summus Pont. quamuis magnam haberet poteſtatem, prius tamen elegit commendare humilitatem, vt in c. diſplicet, 23. q. 4. Hodie autem quia creuit pompa Eccleſiæ, & completa eſt propheria illa Pſal. 71. *Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes Gentes ſeruient ei*,
4 vt habetur in text. in d. c. diſplicet, Papæ nomen in ſuis litteris præponitur. Et cùm ita ſeruetur de ſtylo Romanæ Curiæ, ſi aliter fieret, litteræ non valerent, vt benè docet Panorm. loco cit. & in c. quàm graui, de crim. falſ. Quod intellige iuxta ea, quæ diximus ſupra, c. 4. q. 6.

Quo verò ad poſteriorem proœmij partem,
5 circa primam Bullæ promulgandæ cauſam, eſt annot. quòd cùm nihil ſit, quòd fidei puritatem ita contaminet ſicut hæreſis: nec adeò eiuſdem fidei Catholicę vnitatem diſſiper, quàm rebellio, & ſciſma, ſiue apertum ſit, ſiue velatum; idcirco, vt vnitas, puritas, & integritas fidei Catholicæ, & Religionis Chriſtianæ retineatur, & conſeruetur, hanc Bullam Romanus Pontifex edidit, in qua per primum, & ſecundum canonem multa ſtatuuntur contra hæreticos, & ſciſmaticos, tum apertos, vt in priori canone; tum etiam velatos vt in poſteriori. Nam appellare à ſententijs Romani Pontificis ad futurum Concilium eſt crimen palliatæ rebellionis, & ſciſmatis contra Romani Pontificis primatum. Quaptopter Iulius II. & Pius II. tam-

quam

quam ſchiſmaticos, & de fide malè ſentientes ſtatuunt appellantes ipſos eſſe habendos: eo quòd ſupponunt Concilium generale eſſe ſupra Papam, cum omnis appellatio ſit à minori Iudice ad maiorem prouocatio, vt docet glo. in cap. Non putamus. in ver. Officiali. de conſuet. in ſexto. Quod eſt manifeſtè falſum, vt infra Deo duce, c. 2. dicemus.

Circa poſtremam denique Bullæ Cœnæ promulgandæ rationem, eſt annot. quòd hac eadē cauſa ad pacem ſcilicet ac tranquillitatē Chriſtianæ Reipublicæ conſeruandam, & ad ſcandala ex ea remouēda, Gregorius IV. quinque Decretalium libros, & Bonifacius VIII. Sextum compilandos curauerunt; vt ex eorum proœmio patet. Hoc enim Summi Paſtoris munus proprium eſt.

Hinc Inn. IV. in c. 1. de offic. Leg. in ſexto, ſic
8 ait, *Officij noſtri debitum remediis inuigilat ſubditorum, quia dum eorum excutimus onera, dum ſcandala remouemus, nos eorum pace quieſcimus, & fouemur in pace.*

Ad pacem, ac tranquillitatem vt ſupra tuendā
9 Romanus Pontifex Reges, & Principes pacem ſeruare contemnentes, præmiſſa monitione, poteſt communione priuare, vt eſt tex. in c. nouit, de iudic. c. Diſcordes, & c. Placuit 90. d. Poteſt etiam à iuramento fidelitatis ſubditos Regis abſoluere, vbi pacis capitulationi ſtare recuſa-
10 ret, ar. tex. in c. grauem, de exceſſ. Prælat. & c. Nos Sanctorum, 15. q. 6. Item pro bono pacis debet fedare copulare Catholicos Principes in hoſtili Catholicæ fidei perniciem, ar. tex. in c. nimium, 23. q. 4. Item pro bono pacis poteſt Romanus
11 Pontifex remittere omnia damna, & iniurias ſubditorū, Angel. in l. 3. ff. Quod quiſque iur. Et denique, cæteris præiermiſſis, pro bono pacis poteſt Ciuitatem, aut Caſtrum vni tollere, & al-
12 teri concedere: quoniam pax cùm tendat in publicam vtilitatem, ad eam conſeruandam Princeps poteſt auferre ius priuati. Ita Bar. in d. l. Quicunque infirmatur, de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſ. lib. 10. & Bal. in l. Reſcripta, nu. 6. C. de prec. Imper. offer. Quod verum putat Capy. Deciſ. 61. in fin. & Deciſ. 79. quotieſcumque paci conſuli aliter non poteſt.

Et quoniam pacem & iuſtitiam multipliciter
13 violari contingit iuxta multiplicem perſonarū varietatem, quę lædi poſſunt, idcirco Romanus Pontifex per alios eiuſdem Bullæ 18. canones ad publicę pacis, & iuſtitiæ conſeruationem ſufficienter diſpoſuit ſpiritualem Eccleſiaſticæ diſciplinæ gladium, & ſalutaria iuſtitiæ arma geſtiēs, cenſuris, ſcilicet contumacium audaciam compeſcens. Nam Romanus Pont. vt bonus Paſtor tenetur vigilare circa curam, & onus ſibi iniunctum, vt per ſe, ſuoſque Prælatos, ac Commiſſarios teneat omnes Catholicos tranquillos, & quietos in pace, vt in c. ſtudendum, 90. d. Ex hoc enim Diuinus cultus augetur, & Eccleſia Dei muneribus, & oblationibus illuſtratur, iuxta id, quod legitur lib. 2. Machab. c. 3. Hinc optimè ait D. Auguſt. in c. ipſa pietas, 23. q. 4. *Communio Domini eſt vnitas corporis Chriſti, non ſolùm in Sacramento altaris, ſed etiam in vinculo pacis.*

Ibi (*Epiſcopus*) Quare Romanus Pontifex appellat ſe Epiſcopum. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus idem eſt, quod ſpeculator, & in ſpeculando negligens peccat mortaliter, & canis dicitur impudicus.*
2 *Epiſcopum non ſe eſſe intelligat, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe.*
3 *Papa quare Epiſcopum ſe nominet declaratur.*
4 *Epiſcoporum ordo eſt tripartitus. Nempè in Patriarchas, Archipiſcopos, & Epiſcopos.*
5 *Papa Romanus Patriarcha eſt vocatus in totam ſollicitudinem, alij autem Prælati vocati ſunt in partem ſollicitudinis.*
6 *Papæ primatus declaratur.*
7 *Papa Gregorius, cur prohibuerit nominari ſe Papam vniuerſalem, declaratur.*
8 *Epiſcopatus dignitate non datur maior.*
9 *Epiſcopus olim poſtulabatur ad Cardinalatum: quia dicebatur deſcendere.*
10 *Epiſcopi antiquitus immediatè poſt Papam ſe ſubſcribebant, deinde Præsbyteri, & poſtea Diacons Cardinales.*
11 *Epiſcopus dicitur æqualis Papæ in ordine, non autem in adminiſtratione.*
12 *Epiſcopatus licèt ſit ordo, non eſt tamen Sacramentum.*
13 *Epiſcopus, eſto quòd ſit hæreticus, ſi tamen Ordines conferat, valet collatio, quia Ordo Epiſcopalis, licèt non imprimat characterem, eſt nihilominus indelebilis.*
14 *Epiſcopi, cur olim Preshyteri dicebantur, declaratur.*
15 *Epiſcopalis ordo eſt de Iure Diuino.*
16 *Papa de plenitudine poteſtatis poteſt committere ſimplici Sacerdoti, vt confirmationis Sacramentum, Ordines minores, ac etiam Subdiaconatum conferat.*
17 *Papa non poteſt committere ei, qui Sacerdos non eſt, vt pradicta Sacramenta conferat, ſicut nec etiam Diacono, vt Sacramentum extremæ vnctionis miniſtret.*
18 *Epiſcopus, eſto quòd ordinari poſſit non exiſtens Sacerdos, non tamen poteſt pontificalem poteſtatem exercere, donec ordinetur Sacerdos.*
19 *Epiſcopi in quolibet loco ſedentes, non debent pati Preſbyteros ſtare.*

IN hac requidam volunt, quòd Romanus Pontifex appellat ſe Epiſcopum, quia ſecundum Io. Monac. in proœm. 6 Decr. nō in partem ſolicitudinis, ſed in totam vocatus eſt. Nam Epiſcopus idem eſt, quòd ſpeculator, & ſuperintendens:
1 eo quòd ſpeculator eſt præpoſitus in Eccleſia: ideo dictus, quoniam ſpeculetur, & proſpiciat populorū infra ſe mores, & vitas, vt in c. cleros, 21 d. Et in hoc negligens peccat mortaliter, & canis dicitur impudicus, c. Qui nec, 2 q. 7.

Bene verum eſt, quòd & ſi locus ſuperior, ſine
2 quo regi Populus non poteſt, ab Epiſcopis teneatur, atque miniſtretur, vt decet; non tamen decenter appetitur. Quo circa rectè ait D. Auguſt. relatus in c. Qui Epiſcopatum, 8. q. 1. *Epiſcopum non ſe eſſe intelligat, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe.*

Alij dicunt, quòd Romanus Pontifex ſe nominat Epiſcopum à ſupremo Ordinis gradu, qualis eſt Epiſcopatus iuxta Canoniſtarum ſen-

tentiam, vt per glos. in proœm. 6. Decr. in ver. Episcopus. Abb. in c. licet, in 6. not. de elect. & alij.

Quidam denique, qui tenent Episcopatū non esse Ordinem, prout Theologi opinantur, volūt quòd Rom. Pontifex se nominat Episcopum: quoniam Episcopatus est dignitatis culmen, vt dicit glo. in c. 2. de præben. lib. 6. & in cap. quàm periculum, de sententia excom. eod. lib.

Nos autem dicamus, quòd Romanus Pontifex congruenter Episcopum se nominat, non solùm ratione totius solicitudinis; vel ratione culminis dignitatis; aut ratione supremi Ordinis gradus; sed ex omnibus prædictis causis simul iunctis. 3

Dicitur .n. primò S. Pontifex Episcopus, quia non in partem solicitudinis, sed in totam vocatur. Est enim Episcoporum ordo tripertitus. Diuiditur in Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos. Dicitur Patriarcha, ideſt summus, seu Princeps Patrum, & idē est, quod Primas, vt per Glos. in c. vrbes, ver. Patriarchas, d. 80. Propriè verò, ac principaliter post Romanum sunt quatuor, nempe Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus. Et licèt nonnulli alij vocentur etiam hoc nomine. Vt Grādensis, Bituricensis, Cātuariensis &c. tamen non dicuntur principaliter tales; sed minus principaliter, & propriè Primates. Archiepiscopus appellatur summus, seu Episcoporum Princeps: qui quidem alias dicitur Metropolitanus à mēsura, seu matre Ciuitatum, c. de his. 12. d & Abb. in c. suffraganeis, 2. not. de elect. Episcopus denique græce, latinè nuncupatur superintēdens, c. qui Episcoparū, 8. q. 1. Turrecr. in c. 1. 99. d. & Alter. in explicat. cau. 2. nostræ bullæ, c. 2. Omnes supradicti voeantur Episcopi: quoniam quilibet eorum in Episcopum ordinatur. Et licèt vocati sint in partem solicitudinis, eo quòd vnusquisq; propriæ Prouinciæ, seu Diœcesis solicitudinē habet; Romanus tamen Patriarcha vocatus est in totam solicitudinem, cum sit omnium Christi ouiū vniuersalis Pastor, *a* iuxtà illud Ioan. c. vlt. *Pasce oues meas.* vbi Dominus inter has, & illas nō distinguit, sed vniuersis cōmendat. Et Matt. c. 16. *Quodcunque ligaueris, &c.* nihil excipiendo. Vndè in Concil. Calcedon. fuit acclamatus Leo Papa Sāctissimus, & Oecumenicus ideſt vniuersalis Patriarcha, sic etiam B. Sixtus, S. Victor, & S. Eleuterius, vt refert Turrecr. in cpa. nullus. 99. d. 4 5 6

Et hoc non immeritò, quoniam, vt habetur ex Ric. in 4. sen. d. 24. D. Tho. ibidem. Turrecr. in cap. 121. quæst. 6. num. 28. & alijs. in omni re vna, ex diuersis integrata necessariò constituendum est aliquid præeminens, quo diuersæ partes teneantur in vnum, sicut est anima in vniuerso corpore, & Cœlū in Mundi machina, cuius virtute elementa quæ contraria, & pugnantia sunt conciliantur. Cùm igitur in Ecclesia Dei vnum corpus mysticum ex diuersis statibus, & mēbris, constitutum existat, ad huiusmodi vnitatis obseruationem; oportet esse vnum caput omnium statuum Ecclesiæ. & membrorū vniuersali regimine regitiuum, sub quo diuersi status Ecclesiæ, & diuersa mēbra proportionaliter in vnū cōueniāt. Hoc autē caput est Romanus Patriarcha, Papa, & Pontif. Hinc D. Bern. de consider. lib. 3. cap. 13. sic ait, sicut Seraphim, & Cherubim, ac cæteri ordinātur sub vno capite Deo; ita hic sub vno Summo Pontifice Primates, vel Patriarchæ, Archiepiscopi, Presbyteri, vel Abbates, & reliqui.

Nec obstat tex. in d. c. nullus, & c. ecce, 99. d. vbi Gregorius Papa prohibet se nominari Patriarcham, seu Papam vniuersalē; quoniam prohibitio huiusmodi nō fuit facta ex eo, quòd Papa non sit Pastor. & Rector vniuersalis, & caput vniuersalis Ecclesiæ, & omnium Christi ouium vniuersalis Pastor; sed tum propter humilitatē; tum quia nō præficitur cuilibet particulari Ecclesiæ, vt proprius. & specialis illius Ecclesiæ Rector, & immediatus Administrator, sic enim cessarent omnium aliorum Pontificum Potestates. Ita ex D. Thom. respondet Turrecr. in d. c. nullus. 7

Dicitur secundò Romanus Pontifex, Episcopus, ratione dignitatis culminis, vt supra dictum fuit: quoniam non datur maior Episcopatus dignitate, ita vt Cardinalatu maior etiam existat. Nam Cardinalatus non est dignitas, sed officiū: modò dignitas maior est officio, vt per Abb. & alios in c. cùm accessissent, de Const. 8

Hinc est, quòd de iure antiquo, Episcopus debebat postulari ad Cardinalatum: quia dicebatur descendere, & non ascendere, ar. tex. in cap. quamquā, 2. q. 7. & habetur per Gomes. in Reg. Cancel. Regula. de val. exprim. in impetr. Benef. q. 1. nu. 6. Imò Episcopis solis data erat etiam loci prærogatiua anterior. 9

Vndè adhuc post Nicol. 11. Episcopi immediatè post Papam subscribebant, deinde Presbyteri, postea Diaconi Cardinales. Quod quidē seruatū fuisse, vsque ad Bonifacii VIII. tempora, refert Ioan. in cap. cùm aliquibus, de Rescr. lib. 6. & in c. cùm Apostolus, de Offic. lib. quo tēpore testatur multos prætermissos fuisse Cardinalari, qui Episcopi erant, ne sic dignitate minuerentur. Hodie autem, quoniam ad Cardinales dumtaxat pertinet eligere Rom. Pontificē, ideo Cardinales reputantur Episcopis digniores esse, vt latè habetur per eundē Gomes. in Proœm. Regul. Cancel. q. 1. nu. 17. 10

Dicitur denique tertiò Rom. Pontifex, Episcopus ratione Ordinis: quia Episcopus dicitur æqualis Papæ quoad Ordinem; licèt in administratione Papa sit omnium maximus, vt per Gl. in cap. In nouo, 21. d. 11

Bene verum est, quòd dum dicimus Episcopatum esse Ordinem, non intelligimus Ordinē, vt Sacramētum est, quo potestas traditur super Corpus Christi verum; nā hoc pacto supremus Ordinis gradus est Sacerdotium tātùm; Sed per Ordinē intelligimus spiritualem potestatem in actionibus hierarchicis respectu Corporis Christi mystici: Qui quidē Ordo, licèt non sit Sacramentum, nec imprimat characterem, vt bene docet D. Tho. in 4. d. 24. q. 3. ar. 2. est tamen in Episcopo indelebilis, & perpetua potestas, ita vt vllo vnquā tempore, aut crimine deleri possit. Et propterea estò, quòd Episcopus sit hæreticus, si tamen Ordines de facto conferat, tenet collatio, & ordinatus recipit characterem, vt probat idem D. Th. in 4. d. 25. q. 1. ar. 2. vbi etiam Capreol. Turrecr. in d. c. 21. d. n. 14. q. 5. Suar. de Sacram. tom. 3. disp. 36. sec. 3. 12 13

Et

Et licèt in c. legimus, 93.d. & in c.olim, d.95.
14 habeatur eundem esse presbyterum, & Episcopum. Et differentias inter Episcopos, & Sacerdotes fuisse constitutas ad euitationem scismatis, ac Episcopos magis consuetudine, quàm dispensatione dominica presbyteris esse maiores; non tamen sequitur potestatem Episcopalem esse de iure humano, & nõ potius de iure Diuino. Nam hoc est manifestè falsum, vt latè probat Turrecr. in d. c. legimus: eo quòd cum illa
15 nominis communitate inter Episcopos, & Presbyteros, semper fuit inter eos distinctio potestatis, & Ordinis: & differentia ad euitationem scismatis non fuit posita in Ordine, & potestate. Nec consuetudine Episcopi sunt presbyteris maiores quoad prælationem; quia hæc maioritas est de iure Diuino: sed quoad Concilium, consensum, & tractatum: nam olim communi concilio gubernabantur Ecclesiæ, vt benè ait Turrecr. in d.c.olim.

Immò potestas Episcopalis non potest dici
16 de iure humano, etiam quoad collationem Ordinum minorum, Subdiaconatus, & Sacramenti Confirmationis: quia, quamuis Romanus Põtifex de plenitudine potestatis possit committere simplici Sacerdoti, vt conferat Sacramentum Confirmationis, vt in c.1.95.d.d. immo & minores Ordines, ac etiam Subdiaconatum, vt docet Suar. de Sacr. tom. 3. disp. 11. sec. 3. col. 8. in ver. Solum, & disp. 36. sec. 2. col. 4. in ver. Rationes; nihilominus hanc potestatem habet Romanus Pontifex ex institutione Diuina: quoniam Papa ex potestate sibi à Deo tradita potest committere ea, quæ pertinent ad potestatem consecrationis, & respiciũt Corpus Christi mysticum simplici Sacerdoti, vt confirmare, & conferre præfatos Ordines. Non tamen potest committere ea, quæ pertinẽt ad Corpus Christi verum: & ideo simplex Sacerdos ex ordine Papæ nõ potest conferre Ordinem Sacerdotij: quia supradictus Ordo habet actum super Corpus Christi verum. Ita Turrecr. in d.c.1.95.d. & c. Manus, de consecr. d.5. nu. 6. & 7.

Immo supradicta ordinandi quoad Ordines minores, & confirmandi facultas, non potest à
17 Papa delegari ei, qui Sacerdos non est: quoniam hanc ordinandi, & cõfirmandi potentiam quodammodo remotam, cum adiuncta commissione, seu delegatione Pontificis, ex Diuina institutione solus Sacerdos habet. Nam sicut solus Sacerdos habet directam potestatem in Corpus Christi verum; ita etiam solus habet per se, & ex officio directam potestatem in Corpus Christi mysticum ad remittendum peccata, & ad ministranda Sacramenta ex officio. Et ideo meritò simplex Sacerdos censetur capax huius potestatis saltem per delegationem, vt qui potest Corpus Christi conficere, & per Sacramentum illud fidelem Populũ spiritualiter nutrire, possit etiã deficiente Episcopo, illum confirmare, & vt supra ordinare. Diaconus verò, & quilibet inferior cùm careat prædicta potestate proximè in Corpus Christi verum, non immeritò reputantur inepti ad huiusmodi ministerium. Et eadem ratione non potest committi Diacono, vt ministret extremam vnctionem. Ita D.Th. in 4. d.7. q.3.ar.1. & Suar. in d. disput. 36. sec.2.col.6. in ver. Dico secundo.

Et quamuis quidam velint, maximè quitenẽt,
18 quòd Episcopatus sit Ordo, quòd possit haberi Ordo pontificalis sine presbyterali, tamen potestas pontificalis non potest exerceri sine Ordine presbyterali, vt per Abb. in c. ex Litteris, sub num.4. de excess. Prælat. & in c.vl. in fine, de Cler. per salt prom. Vndè si potest dari Episcopus, qui non sit Sacerdos, iste proculdubio non poterit confirmare, nec conferre Ordines quãtumuis minores. Et hoc ideo, quia qui non habet potestatem super Corpus Christi verum, est ineptus ad confirmationem, & prædictos Ordines conferendos. Propter huiusmodi potestatem, quam Sacerdos habet super Corpus Christi verum, ait fortè tex. in d. c. olim, 95.d. quòd Episcopi ex Dominica dispensatione non sunt Presbyteris maiores, sed tantùm ex consuetudine Ecclesiæ; quoniã Episcopus etsi Sacerdos sit, non dicitur habere digniorem Ordinem, quatenus Ordo Sacramentum est, quàm ipse presbyter.

Hinc meritò in Concil. Cartagin. de quo in c. Episcopus 19. eadem d.95. præcipit Episcopis, vt in quolibet loco sedentes, stare Presbyteros non patiantur. Nam supra Corpus Christi verum æqualem habent potestatem.

ADDITIO.

4 Pastor. De primatu Romani Pontificis super vniuersalem Ecclesiam latè tractat Suar. in suo tract de defens. Fidei Cathol. aduersus Anglic. sectæ errorres, lib. 3. de Primatu Summi Pontificis, cap.9.10.11.12.13.14.& 15. cum plur. seq. quibus locis id probat tum ratione, tum ex sacræ Scripturæ locis, tum Patrum, tum etiam Pontificum auctoritate, & sufficienter respondet ad Hæreticorum contraria. Fuit enim primò primatum ipsum super vniuersalem Ecclesiam Apostolo Petro à Deo collatum, quem sibi Vicarium constituit, & cuius dignitate, potestate, ac primatu Ecclesiæ Romanos Pontifices successores essent. Vndè de fide est tenendum, Christum Dominum instituendo Ecclesiam suam militantem, antequam quoad corporalẽ, & visibilem præsentiam eam relinqueret illam Petro tanquam eius Vicario, ac supremo Pastori commendasse, atque ideo supremam potestatem ad eam gubernandam contulisse, Matth.cap.16. per illa verba, *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &c.* quæ promissionem tantùm continent: siquidem promissio deinde fuit adimpleta, Ioan. cap. 21. in illis verbis, *Pasce oues meas.* vt latè declarat idem Suar. loco citato cap. 20. & 12. vbi sufficienter ostendit Primatum Petri per successionem in Ecclesia perseuerare; cùm non vitali priuilegio, sed iure ordinario, & ratione Ecclesiæ perpetuò duraturæ, Christi Vicarius fuerit ordinatus, vt constat ex illis verbis *Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ Inferi non præualebunt aduersus eam*, quibus promittit Christus Dominus perpetuam Ecclesiæ durationem, in Petro fundatam, tanquam in petra firmissima, & perpetuò duratura. Vndè cùm Petrus fuerit Romanus Episcopus vsque ad mortem, hinc fit, Romanum Pontificem esse Petri

Petri ſucceſſorem in dignitate,poteſtate, ac primatu ſuper vniuerſalem Eccleſiam. Etenim Petrus licèt Antiochiæ primò ſederit; nihilominus poſtea ſedem ſuam Romam tranſtulit, ibique vſque ad mortem ſedit, quam in eadem Vrbe per martyrium paſſus eſt; & Antiochiæ Eccleſiæ adhuc viuens Euodium conſtituit, vt colligitur ex Baronio in Martyrologio die 1. Februarij, & Turrianò in Conſtitutiones Clemen. lib. 7. atque adeò Euodius Petro in particulari Epiſcopatu Antiocheno, non autem in Primatu, ſeu Epiſcopatu vniuerſali ſucceſſit, vt rectè probat Suar. d.cap. 14. & 15. Abb. Alexan.

Ibi *(Seruus Seruorum Dei)* Quare Romanus Pontifex appellat ſe ſeruum ſeruorum Dei. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Papa cur ſe dicat ſeruum ſeruorum Dei : nonnullorum referuntur opiniones.*
2 *Imperator, cur ſe dicat ſeruum, declaratur.*
3 *Papa non poteſt eſſe ſeruus, & ſi ſeruus eligatur in Papam, ſtatim efficitur liber.*
4 *Diogenes, cur appellauit Alexandrum ſeruum ſeruorum ſuorum, declaratur.*
5 *Papa iis, qui ſeruiunt ſeruit.*
6 *Qui maior eſt veſtrum, ſit & miniſter veſter.*
7 *Gregorius Papa fuit primus, qui voluit appellari ſeruus ſeruorum Dei.*
8 *Prælatus non debet ſe ſupra modum humiliare circa ſubditos, ne contemnatur.*
9 *Prælati familiaritas, & humilitas, magis eum commendant.*

1 IN hac re Quidam dicunt,quòd Romanus Pontifex ſe nominat ſeruum ſeruorum Dei : quia ſicut per ſeruum acquiritur Domino,vt in Inſt. per quas perſ.nob.acquir. in prin. ita etiam per Rom.Pontificem cuilibet Eccleſiæ acquiri poteſt,vt in c.cum inſtantia,de cenſib. & in c. Eccleſia.il 2.vt lit.pen. Sic Imperator ſe ipſum ap-
2 pellat ſeruum,vt in l.1.C. de offic. Præf. Præt. Aphr.quoniam per Imperatorem acquiritur hominibus,vt in §. illud quoque,in auth.cõſt.quæ de dign. Et ſic Papa non appellat ſe ſeruum, eo quòd propriè ſit ſeruus : nam Papa nõ potcſt eſſe ſeruus.Immo ſi ſeruus promouerctur in Papam ſtatim efficeretur liber.c.ſi ſeruus,54.d.Bal. in l.Quiſquis,C.de Epiſc.& Cler.& Philip.Frãc. in proœm.6.Decr.num.8.

Alij volunt, quòd Rom. Pontifex nominat ſe ſeruum ſeruorum Dei, ſcilicet Apoſtolorum Petri & Pauli, quorum vices gerendo ſeruire ipſis dicitur,ar.tex.in c.quoties,1.q.7. Ita glo. & Archid.in d.proœm.vnde verſus. *Serui eunt ubi Roma prius Domini Dominorum : Seruorum ſerui nunc tibi ſunt Domini.*

Alij dicunt, quòd Papa appellat ſe ſeruum
4 ſeruorum Dei ad demoſtrandum, quòd ſummus Paſtor cupiditates debet habere ſedatas, aliàs non diceretur ſeruus ſeruorum Dei, ſed ſeruus ſeruorum ſuorum,i. cupiditatum, & paſſionum, quæ datæ ſunt,vt ſeruiant nobis,non vt ſeruiamus illis;iuxta illud Diogenis, qui cùm appellaſſet Alexandrum ſeruum ſeruorum ſuorum, interrogatus ab eo, quare id dixerit, reſpondit, *Ego præualeo cupiditatibus meis, refrænans illas, atque ſubijciens,vt ſeruiant mihi. Tibi autem cupiditates præualent, & illarum cùm ſeruus efficeris, earundem ob temperas uſſioni, ſeruus igitur es ſeruorum meorum.*

Alij dicunt quòd Papa dicit ſe ſeruum ſeruo-
5 rum Dei : quia ijs non ſeruit.qui Deo non ſeruiunt,ſed illos iudicat;iji autem, qui ſeruiunt, ſeruit,vt in c. officij, de offi. Leg. in ſexto. vel dicit ſe ſeruum : quia de his qui foris ſunt & extra Eccleſiam, nihil ad eum,c. Multi, §. Quid enim mihi.2.q.1.

Alij denique dicunt,& melius quòd Rom.Põ-
6 tifex dicit ſe ſeruum ſeruorum Dei,ex humilitate iuxta Domini præceptum,dicentis. *Qui maior eſt veſtrum ſiat ſicut miniſter veſter,*c. Nullus Primas.9.q.3.Nam quantum ad poteſtatem eſt Dominus Dominorum,itaut quæcunque poteſtas ſub Cælo exiſtens dicatur eſſe ſub Rom.Pontifice,vt hanc docet Bal.in proœm.Decr.num.6.Et Gregorius Papa.1.fuit primus,qui voluit nũcu-
7 pari,ſeruus ſeruorum Dei,ita vt nullus ex Romanis Pontificibus ante ipſum hoc nomine fuerit nuncupatus, vt legitur in Chronica Martin.& refert Io.Andr.apud glo.in prę allegato proœm. Decr.in ſexto,in ver Seruus ſeruorum,& Azor. lib. 4.Inſt.Moral.c.4 q.2.p.2.

Ex quibus infertur,quòd ex dignitate non de-
8 bet quis eleuari in ſuperbiam, ſed potius ſe humiliare. Non tamen debet Prælatus ſe ſupra modum humiliare circa ſubditos,ne contemnatur ab eis propter nimiam familiaritatem,vt dicit tex.in l.obſeruandum,ff. de offic. Præſid. eo quòd dum nimium ſeruatur humilitas,regendi frangitur auctoritas,vt in c. Quãdo,86 d. Quod quidem procedere, ait Abb. in d. proœm. & Azor.loco citato, inter ſatuos : quoniam ſatui tantùm contemnunt Præſidentem ex familiari-
9 tate ; non tamen prudentes.Immò familiaritas, & humilitas magis commendant Præſidem, ait gloſ.in d.c. Quando.

Ibi (*Ad futuram rei memoriam*) Quid ſignificant verba illa, hoc loco poſita. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Verba illa : Ad futuram rei memoriam : idem ſignificant, quod : Ad perpetuam rei memoriam.*
2 *Titulus in litteris Apoſtolicis Ad futuram, ſeu perpetuam rei memoriam: cur apponi ſoleat, declaratur.*
3 *Lex, ſeu conſtitutio ad eius eſſentiam, ſcripturam non exigit; ſed cùm redigitur in ſcripta, id fieri contingit, ad futuram, ſeu perpetuam rei memoriam.*
4 *Leges conuenienter in ſcriptis ſeruntur.*
5 *Statuta inferiorum à Rom. Pontifice, non poſſunt ſeruari aliter, quàm in ſcriptis.*
6 *Priuilegia concedi poſſunt ſine litteris, ſed viua vocis oraculo.*
7 *Priuilegia, quando conceduntur in ſcriptis, id fit ad futuram rei memoriam.*

8 *Gratia ad ſui validitatem, ſcripturam non exigit.*
9 *Scriptura eſt de eſſentia probatoria gratiæ.*
10 *Probatio per teſtes, quòd Papa pronunciauit aliquem Epiſcopum, non ſufficit, vt recipiatur ab Eccleſia tanquam Epiſcopus, ſed oportet probari per litteras Papæ.*
11 *Priuilegia non requirunt ſcripturam ad eorum validitatem, ſed tantùm ad probationem.*
12 *Scriptura priuilegij, & gratiæ, ſi perdatur, poteſt probari per teſtes.*
13 *Motus proprius, ad eius probationem ſcripturam exigit.*
14 *Motus proprius: quomodo dicatur includere negationem inſtantiæ, declaratur.*
15 *Motus proprius eſt difficilis probationis, ſi in litteris non exprimatur.*
16 *Motus proprius non poteſt probari per teſtes.*
17 *Motu proprio conceſſum priuilegium, in quibus differat à priuilegio conceſſo ad partis inſtantiam, declaratur.*
18 *Motu proprio conceſſum priuilegium eſt magis voluntarium, quàm priuilegium conceſſum ad partis inſtantiam. Nec illud præſumitur per importunitatem extortum ſicut iſtud.*
19 *Motu proprio priuilegium, nunquam retorquetur in odium eius, cui conceditur. Non ſic priuilegium conceſſum ad partis inſtantiam.*
20 *Motus proprius excludit omnem ſurreptionem.*
21 *Motus proprius non extenditur ad inſolita, nec firmat gratiam contra præſumptam intentionem concedentis.*
22 *Scriptura non eſt de ratione contractus.*
23 *Scriptura non eſt de eſſentia contractus emphyteuticarij.*
24 *Scriptura regulariter non eſt de eſſentia cuiuſcumque diſpoſitionis.*
25 *Scriptura eſt de eſſentia contractus ex partium placito.*
26 *Scriptura eſt de eſſentia contractus, & diſpoſitionum in caſibus à iure expreſſis.*
27 *Scripturam, quæ nam diſpoſitiones exigant, traditur.*

REſpondetur, quòd licèt ut plurimum in præfatione Bullarum, ſeu Conſtitutionum Eccleſiaſticarum, tum ius uniuerſale, tum etiam & ſingulare continentium, habeantur uerba illa, *Ad perpetuam rei memoriam* ut uidere eſt in Bullario; non tamen ex eo infertur, Conſtitutiones illas habere maiorem legis rationẽ, quàm Bulla Cœnæ, in qua non præmittuntur prædicta uerba, ſed eorum loco iſta poſita ſunt, nempe, *Ad futuram rei memoriam*. Nam in Bulla Cœnæ à Martino V. edita, cuius meminit Sayr. poſt alios, lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 1. num. 24. adeſt titulus ille. *Ad perpetuam rei memoriam*. Et tamen Bulla Cœnæ tũc temporis non habebat uim legis, ſed dicebatur lata ab homine per uiam ſententiæ generalis, ut ſupra probauimus, c. 3. q. 7. At in Bulla Leonis X. edita octauo. Kal. Iul. 1515. contra inuadentes Ciuitates, & Terras, & quæcumque alia loca, ad Rom. Eccleſiam pertinentia, præmittitur titulus eodem modo, quo Bulla Cœnæ exorditur, nempe, *Leo V. Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad futuram rei memoriam*? & nihilominus clariſſimè patet eam eſſe ueram, & perfectam legem. Sic etiam incipit Bulla Iulii III. circa auocationem cauſatum eorum, qui foro Capitolino ſubijciuntur edita, 15. Aprilis 1512. Videlicet, *Iulius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad futuram rei memoriam*. Eodem modo ſe habet Bulla Alex. VI. in annunciatione Sacri Iubelæi, ãni 1500. Item Bulla Greg. XIII. circa reuocationem facultatum ingrediendi monaſteria monialium, edita Idibus Iunij 1575. Eadem verba præmittuntur in Bullis legum ſingularium ſeu priuilegiorũ. Vt patet in Bulla Clem. VIII. condita die 4. Decembris 1600. ſupra confirmationem, conceſſionem priuilegiorũ exercentibus artem agriculturæ. Imò Breuia aliquãdo eodem modo ſe habent. Vt eſt Breue eiuſdẽ Papæ Clem. pro Curialibus, vt eodem iure cenſeantur, ſiue Romæ remanſerint, ſiue Curiam ſequantur, editum die 10. Aprilis 1598. Et denique in quamplurimis alijs diuerſorum Romanorum Pontificum Bullis, in Bullario, & extra Bullariũ contentis, hæc eadem verba præmittuntur, quæ tamen habent veram, & perfectã rationẽ legis.

Vndè dicendum uidetur, quòd idem ſibi ue-
1 lint verba illa, *Ad perpetuam rei memoriam*: quod iſta, *Ad futuram rei memoriam*. Nam quæ fiunt ad perpetuam rei memoriam, fiunt etiam ad futuram. Et quæ ad futurã, poſſunt extendi quoque ad perpetuam rei memoriam.

Rationem autem quare in Bullis; ac Conſtitu-
2 tionibus, & litteris Apoſtolicis titulus prædictis modis præmittatur, hanc eſſe arbitror, vt oſtendatur ſcilicet, ſcripturam non eſſe de eſſentia, ac ratione legis, quia præceptum ſufficienter poteſt verbo publicè promulgari, vt eſt tex. in c. inſtitutionis, 25. q. 1. Et latè habetur ex Panor. & alijs, in rubr. de Conſtit. Io. Andr. in regula, nemo poteſt, de regul. iur. in ſexto. Suar. lib. 3. de legib. c. 15. Io de Sal. eo. tract. diſp. 1. ſec. 9. & quam plurimis alijs Doctoribus, quos ipſi allegant. Sed
3 vbi lex in ſcriptis redigitur, id fieri ad futuram, ſeu perpetuam rei memoriam. Qui quidem modus ferendi leges eſt omnium optimus. Nam
4 cùm leges oporteat eſſe ſtabiles, ſatis conuenièns eſt, vt ſignis permanentibus ferantur: & propterea, ad tollendam ambiguitatem & obſcuritatem, Inferiorum à Romano Pontifice ſtatuta nõ
5 poſſunt aliter ferri, quàm in ſcriptis. Et tãto fortius, quia ex ſcriptura debet conſtare, illa ſtatuta ex poteſtate legis latiua emanaſſe, vt bene docet idem Soar. lib. 4 de legib. c. 14. ſub n. 2. in fin.

Sic etiam priuilegia, quamuis ſine ſcriptura à
6 Rom. Pontifice concedi poſſint, ita vt ſatis ſit ad eorum validitatem, ſi uiuæ vocis oraculo cõcedantur, vt noſtræ Religioni, & alijs quamplurima priuilegia hoc modo conceſſa fuiſſe, ex cõpendio noſtrorum priuilegiorum clariſſimè patet; nihilominus quando conceduntur in ſcrip-
7 tis, ſupradictus titulus in eis præmitti ſolet ad denotandum ſcripturam illam fieri ad futuram, & perpetuam rei memoriam; non autem, quòd de ratione priuilegiorum ſit. vt ſcribantur. Idem dicendum eſt de qualibet gratia cõceſſa à Rom. Pontifice.

Eſt tamen verum, quòd licèt ad eſſentiam gra-
8 tiæ non requiratur ſcriptura, ſed ſolùm ſufficiat factum Principis; tamen ſcriptura eſt de ſubſtantia probatoria gratiæ. Vndè hodie non ſufficit
9 probare per teſtes, quòd Papa pronunciauit aliquem Epiſcopum, vt recipiatur in Eccleſia tan-
10 quam Epiſcopus, ſed oportet, quòd probetur per litteras Papæ. Ita Panor. in c. Noſti, n. 4. & c. Qualiter, n. 1. cum alijs ad ipſum additis. de elect. & Io. de Salas, loco citato, & ita intelligendum

dum eſſe puto tex.in c.porro; de Priuil. & Glo. in c.1.§ poſtquam,in ver.In ſcriptis: de cenſib. in ſexto,dum volũt priuilegium exigere ſcriptu-
11 ram:nam priuilegium non requirit ſcripturam ad eius validitatem,ſed tantùm ad eiuſdem probationem,maxime gratioſum,& non per viam remunerationis & contractus conceſſum.

Immo licèt ſcriptura ſit de ſubſtantia proba-
12 toria gratiæ Apoſtolicæ & priuilegij, cùm non poſſint probari niſi per ſcripturam,ſecundùm regulam Curiæ;tamẽ ſi ſcriptura,quæ interuenit, perdita eſt,poteſt probari per teſtes, qui ſcripturam viderunt,vt per Abb. in c. cum olim,nu. 4. de Priuil.& latè Felin. in rubr. de conſt. circa finem,vbi alios caſus enumerat,in quibus gratia probari poteſt per teſtes,

Ea quoque quæ motu proprio Rom.Põtificis
13 diſponuntur,ſiue leges ſint,ſiue gratiæ,& priuilegia,quoad eorum probationem,ſcripturam exigunt.Nam motus proprius cùm includat negationem inſtantiæ,c.ſi motu proprio,de prębẽ. in ſexto:aut ſi non ſemper includit negationem
14 inſtantiæ,inſtantia illa concurrens noo eſt adequata cauſa finalis, vel ratio concedendi priuilegium,ſed potius ita procedit ex voluntate Principis,eiuſdemque liberalitate, vt etiam ſine petitione conceſſum fuiſſet, iuxta ea, quæ docet Bal.in c. niſi,de offic.deleg.illa negatio inſtãtiæ, & cauſa finalis concedendi priuilegium ſunt dif-
15 ficilis probationis:& propterea de ratione probatoria gratiæ,ſeu priuilegij noo modò eſt ſcriptura circa gratiam, & priuilegium,ſed etiam circa clauſulam illam. Motu proprio.

Vndè ſi clauſula prædicta in Bulla gratiæ non
16 annotetur,non poteſt probari per teſtes:& conſequenter gratia dicetur conceſſa ad partis inſtantiam, cùm motus proprius nõ præſumatur. vt bene docet Suar. lib. 8. de legib. c.12. vbi inter alias differentias inter priuilegium conceſ-
17 ſum,motu proprio: & priuilegium conceſſum ad partis inſtantiam,quas cumulat Rebuff. in cõcordat. tit. Forma mandat. in ver. Motu proprio:& Aot.Gabr.lib.6.Com.opin.tit.de clauſulis concl.2.,ttes præcipuè enumerat: quarum
18 prima eſt quòd priuilegium conceſſum ad partis inſtantiam non eſt adeò voluntarium, ſicut priuilegium conceſſum,motu proprio: & ideo primum præſumitur extortum per importunitatem:non ſic ſecundum.Secunda differentia eſt; quia priuilegium motu proptio nunquam retorquetur contra eum,cui conceditur,ſicut aliquã-
19 do ſolet retorqueri priuilegium ad inſtantiam partis.Et tertia;quia priuilegium conceſſum ad inſtantiam partis, ſi eſt ſurreptitiè impetratum,
20 non valet: ſecus autẽ,ſi motu proprio:quiamotus proprius excludit omnẽ ſurreptionẽ. Quod quidem quomodo procedat, bene declarat ibi Suar.& Io.de Salas eo.tract.diſp.20 ſec.10.

Nunquam tamen motus proprius extenditur
21 ad inſolita,& inconſueta,vt per Rebuff. loco citato, in fine. Nec firmat gratiam contra præſumptam voluntatem concedentis, vt bene docet Panor in c.per inquiſitionem,nu.7.de elect. & in,c.cùm olim.nu 15.de re iud. Latè Petr. Anch.de Motu proprio,conſ.137.& Rebuff. ibidẽ.

Quod diximus de legibus, gratijs, ac priuile-
22 gijs,non exigentibus ſcripturam ad eorum eſſentiam,extendimus etiam ad contractus. Scriptura enim in contractibus non eſt de ipſorum ratione,ſed fieri ſolet ad futuram rei memoriam. vt eſt tex.in l.pactum,C. de pact. &in l. contrabitur,ff.de Pign. Glo.Panor.& alij in c. Pactum, de verb.ſignif.Et hoc verum, etiã ſi contractus ſit emphyteuticarius:nam de communi vſu ſcrip-
23 turam ad eius validitatem non exigit,vt per Bar. in l.1.C.de Iu.emphyt.& Panor.io c.potuit,nu. 7. de Locat.& Conduct.

Et denique ampliamus hoc ipſum procedere
24 in qualibet diſpoſitiooe. Nam regulariter in diſpoſitionibus non requiritur ſcriprura, ſed ſufficit conſenſus, vt in d. l. Pactum. Niſi partes
25 conuenerint,vt diſpoſitio,& contractus ſcriptura & non aliter iotelligatur perfici, vt in l. contractus,C.de fid.inſtr.& Panor. in d. c. Pactum. Aut niſi ſpecificè in Iure caueatur, vt in tali di-
26 ſpoſitione interueniat ſcriptura vt per eundem Panor.in c.1.num.4.de his,quæ fiun. à Præl. ſine conſ. Cap.

Caſus autẽ,in quibus de Iure requiritur ſcrip-
27 tura,quãplurimi ſunt,quos enumerat Glo.in c. 1.§.poſtquam,ver.In ſcriptis,de cenſib.in ſexto.

Ibi (*A quo totius Eccleſiæ vnitas dimanat*) Quomodo Eccleſiæ vnitas ab Apoſtolo Petro dicitur dimanare. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ vnitas multiplex.*
2 *Vnitas præcipua totius Eccleſiæ conſiſtit in connexione membrorum inter ſe; ſub vno Capite Chriſto Domino, & eius Vicario in terris.*
3 *Eccleſia dicitur corpus myſticum Chriſti, cuius caput eſt ipſe Chriſtus.*
4 *Vnitas totius Eccleſiæ emanauit à Chriſto in Apoſtolum Petrum eius Vicarium, & ab eo in Romanum Pontificem, eiuſdem ſucceſſorem.*

REſpondetur quòd licèt Eccleſiæ vnitas ſit
1 multiplex. Nempe ratione eiuſdem principij, Dei ſcilicet vocantis, iuxta illud Io. c. 6. *Nemo poteſt venire ad me, niſi pater, qui miſit me traxerit eum.* Item ratione eiuſdem finis; quoniam omoibus operantibus eadem eſſentialis gloria promittitur,figurata per illum denarium.Matt. c. 20. Et tertiò ratione mediorum: quia vna fides eſt omnibus,& eadem Sacramenta: *Vna fides, vnum Baptiſma &c.* Epheſ. c. 4., tamen præ-
a cipua,& totius Eccleſię vnitas,a de qua loquitur
2 textus noſter,conſiſtit in connexione membrorum inter ſe per dilectionem,& charitatem,mediante eodem Sancto Spiritu,ſub vno,& eodem capite. Nam Eccleſia,cùm ſit fidelium congre-
3 gatio,dicitur miſtycum Chriſti corpus,cuius caput eſt ipſe Chriſtus, iuxta illud Apoſtoli ad Epheſ.c.1.in fine,de Chriſto Domino loquentis,ac dicentis. *Omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam quæ eſt corpus ipſius.*

Si igitur nos fideles omnes vnum corpus ſu-
4 mus alteralterius membra colligata vna, & eadem fide,charitate,& ſpiritu,ſub vno,& eodem capite Chriſto Ieſu; ergo eadem totius Eccleſię vnitas a Chriſto Domino emanauit in Petrum eius Vicarium,caput vniuerſalis Eccleſiæ,& per

Apo-

Apoſtolum Petrum ſucceſſiuè in Romanum Pontificem, qui in eiuſdem locum ſucceſſit, & ſimiliter primatum habere dicitur ſupet omnem Eccleſiam. vt in c. dudum. 3. q. 6. &. d. 17. & 21. per totam.

Hanc Eccleſiæ vnitatem inſinuauit etiam idē Paulus Apoſt 1. Cor. c. 12. dicens. *Sicut corpus vnum eſt, & membra habet multa: omnia autem membra corporis cùm ſint multa, vnum corpus ſunt, ita & Chriſtus. Etenim in vno Spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi: & omnes in vno ſpiritu potati ſumus.* Vndē ſicut in naturali noſtro corpore, tunc eius vnitas conſeruatur, vbi aliquo membro patiēte, alia membra naturaliter compatiuntur, & cùm membrum aliquod glorificatur, congaudēt omnia membra, vnum in alterius vtilitatem operatur. ad capitis nutum mouentur, & pro defenſione capitis, periculo ſe exponūt omnia membra: & è contra diſſolueretur corporis naturalis vnitas, ſi contra ipſius naturam cętera membra patienti membro nō compatiantur. alterum in alterius perniciem operaretur, & ſub imperio capitis nolint eſſe; ita connaturale eſt (vt ita dicam) totius Eccleſiæ vnitati ad eam conſeruandam, eiuſdemque miſtycum Chriſti corpus integrum præſeruandū, vt cùm fidelis aliquis patitur in anima, vel corpore, cęteri compatiantur: cùm vnus glorificatur, cęteri congaudeant: vnus in alterius vtilitatem operatur. Ad imperium capitis noſtri Chriſti Domini. & eiuſdem Vicarij moueantur, eorum præcepta ſeruantes: & denique pro defenſione dicti capitis, nempe catholicæ fidei, mortem ſubire non vereantur. Et è contra diſſoluitur totius Eccleſiæ vnitas, cū alter alteri non compatitur, alter alteri offenſionem præbet, alter in alterius vtilitatem non operatur, & cùm omnino receditur ab obſeruatione præceprorū Chriſti Domini. eiuſdemq; Vicarij in terris: nam qui tales ſunt, cùm deſinant eſſe membrum illius corporis miſtyci; proculdubio violant vnitatem Eccleſiæ. & propterea ſciſmatici fiunt: eo quòd pertinaciter recedunt ab obedientia Romani Pontificis, illum pro Paſtore, & capite Eccleſiæ non recognoſcētes, vt infra latius in explicatione primi canonis præſentis Bullæ, Deo duce, declarabimus.

ADDITIO.

a Vnitas. Eccleſiæ vnitatem rectè oſtendit Apoſt ad Epheſ. cap. 4. dicens, *Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, vnum corpus, & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ, vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma.* Et 1. Corint. 12. *Vos eſtis corpus Chriſti, membra de membro.* Et cùm vna ſit Eccleſia, hæc eadem eſt perpetua, fortis, & conſtans in fide, ita vt veram fidem non poſſit amittere, nec in rebus ad fidem ſpectantibus, errare, vt ſufficienter oſtenditur ex illis Domini verbis. Matth. c. 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Loquitur enim in numero ſingulari, dicens, *Eccleſiam meam.* vt oſtenderet Eccleſiæ vnitatem; & dum vult, eam ædificari ſupra petram, demonſtrat eſſe perpetuam, duraturam vſque in diem Iudicij. Et denique dum ait, quòd portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam, clarè inſinuat, futuram adeò fortem, & conſtantem in fide, vt veram fidem vllo vnquam tempore poſſit amittere, nec quidem in ea ignoranter errare, tyrannorum, hæreticorum, ac dæmonum perſecutionibus non obſtantibus: ſiquidem per portas Inferi intelliguntur hæretici, tyranni, Dæmones, & quidquid in Inferno continetur, vt habetur ex Damaſo orat. de Transf. Domini, qui loquens de Dei Eccleſia, ſic ait, *Aduerſus hanc Inferorum portæ; hæreticorum ora, dæmonum organa impetum quidem facient, ſed non præualebunt.* Et infra. *Nam quòd nunquam futurum ſit, vt euertatur, planè confidimus, cùm Chriſtus id affirmauerit.* Latè tè Suar. de defenſ. Fid. aduer. Anglic. Sectę errores, lib. 1. cap. 3. ſub. num. 6. vbi etiam cap. 4. 5. cum plur. ſeq. optimè probat, hanc Eccleſiam Catholicam eſſe Romanam, quæ nunquam in fide deficit, nec deficere potuit, propter Petri Cathredam, in ea præſideutem. Abb. Alex.

Ibi (*Spiritualem Eccleſię diſciplinæ gladium, & ſalutaria Iuſtitiæ arma*) Quid per ſpiritualem gladium, & ſalutaria iuſtitiæ arma intelligat Rom. Pontifex. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio, dicitur ſpiritualis Eccleſiaſticæ diſciplinæ gladius.*
2 *Excommunicationis proprium eſt præſcindere, & amputare.*
4 *Excommunicatio dicitur mucro Epiſcopi.*
4 *Sacerdotibus non obtemperantes, in Lege veteri, aut extra caſtra poſiti lapidabantur à Populo, aut capite truncabantur.*
5 *Gladii duo, quos Lucæ, c. 22. Chriſtus dixit, ſatis eſſe, quid ſignificent.*
6 *Excommunicatio appellatur virga ferrea, & virga Apoſtolica.*
7 *Excommunicatio eſt maxima omnium pœnarum.*
8 *Excommunicari hominem grauius eſt, quàm ſi gladio feriretur, flammis ureretur, feris ſubiceretur.*
9 *Eccleſia poſt anathema latum, non habet vltra quid faciat.*
10 *Excommunicatio eſt maior omnibus pœnis corporalibus, quas infligere ſolet Eccleſia, maior pœna ſeruitutis, verberum, carcerum, depoſitionis, ac degradationis,*
11 *Societate hominum priuari, maxima pœna eſt inter homines.*
12 *Excommunicatus per excommunicationem, Satanæ traditur.*
13 *Excommunicatio dicitur neruus Eccleſiaſtica diſciplinæ.*
14 *Eccleſiæ intentio eſt, excommunicatis, per excommunicationem prodeſſe, non obeſſe.*
15 *Excommunicatio appellatur ſalutaris Eccleſiæ arma.*
16 *Cenſuræ medicinales ſunt, non mortales; diſciplinantes, non eradicantes; dummodo is, contra quem latæ ſunt, eas non contemnat.*
17 *Sententia per lapſum decem dierum facit tranſitum in rem iudicatam, ſi ab ea non fuerit appellatum.*
18 *Cenſura nunquam facit tranſitum in rem iudicatam per*

per lapſum cuiuſcunque temporis:

19 *Cenſura alligatus, ſi à contumacia reſipiſcat, & paratus ſit ſatisfacere, debet ſtatim abſolui.*

20 *Salutaris arma Iuſtitiæ poſſunt dici non modò excommunicatio, ſed reliquæ omnes cenſuræ, & conſequenter ſuſpenſio, & interdictum.*

1 REſpondetur, quòd per ſpiritualem Eccleſiaſticæ diſciplinæ gladium, Rom. Pontifex intelligit excommunicationem, tum quia in Bulla Cenę in omnibus eiuſdem canonibus tractat de huiuſmodi cenſura, illam ferendo contra varia perſonarum genera, pro varijs, & diuerſis exceſſibus, excepto canone ſecundo, in quo fertur non modò excommunicatio, ſed etiam interdictum: tum etiam, quia prorium excommunicationis eſt præſcindere, & amputare, non ſic aliarum cenſurarum: eo quòd ſuſpenſio priuat vſu alicuius boni ſpiritualis actiuè tantùm: Interdictum vſu Sacramentorum, & diuinorum officiorum. At verò excommunicatio malos, & contumaces à conſortio bonorum ſeparat, eoſque tanquam membra putrida à myſtico Chriſti corpore, quod eſt Eccleſia, abſcindit, ne reliqua membra inficiant.

Hoc eodem nomine appellauit excommunicationem Cyprianus martyr lib. 1. epiſt. 11. aliàs epiſt. 62. ad Pomponium, dicens: *Spiritali gladio ſuperbi, & contumaces necantur, dum de Eccleſia eiiciuntur.*

Ioannes Papa in cap. viſis, in fine, 25. q. 2. nuncupauit quoque excommunicationem, Mucronem Epiſcopi, quoniam, vt ait D. Hieronymus in c. abſit, 11. q. 3. Sicut in veteri lege quicúque Sacerdotibus non obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus lapidabatur à Populo, aut gladio ceruice ſubiecta, contemptum expiabat cruore; ita nunc inobediens ſpiritali mucrone trucatur, aut eiectus ab Eccleſia, rapido Dæmonum ore diſcerpitur.

Et quemadmodum Princeps temporali gladio vti debet ad cohibendos iniquos hominum mores; eodem modo Prælatus Eccleſiæ excommunitatione tanquam ſpiritali gladio vtitur, vt eo contumaces coerceat, & Eccleſiaſticam diſciplinam teneatur. Atque hi ſunt duo gladij, quos Lucę. c. 22. Chriſtus dixit ſatis eſſe ad Chriſtianam Rempublicam gubernandam, vt benè explicat Sot. in. 4 ſent. d. 22. q. 1. ar. 1. ver. eadem veritas.

Appellatur etiam excommunicatio à D. Hieronymo, epiſt. 58. virga ferrea, dum ait. *Muror ſanctum Epiſcopum, in cuius parocha eſſe Presbyter dicitur, acquieſcere furori eius, & nō virga Apoſtolica, virgaque ferrea confrugere vas inutile, & tradere in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat.*

Quo circa meritò dicitur excommunicatio maxima omnium pœnarum, vt teſtatur D. Auguſt. de corrept. & gratia, c. 15. relatus in c. corripiantur, 24. q. 3. & c. 17. lib. 1. contra aduerſ. Legis, & Prophe. dicens; *Grauius eſſe hominem excommunicari quàm ſi gladio feriretur, flammis exureretur, ferris ſubiceretur.* Et in c. Nihil, 11. q. 3. idem. S. Auguſtinus, *Nihil* (ait) *ſic debet formidare Chriſtianus, quàm ſeperari à corpore Chriſti. Si enim ſeparatur à Corpore Chriſti, non eſt membrum eius: ſi non eſt membrum eius, non vegetatur ſpiritu eius.*

Adeo maxima omnium pœnarum dicitur excommunicatio, vt Cœleſtinus III. in c. Non ab homine, de Iudic. dixerit: Eccleſiam poſt anathema latum, non habere vltra quid faciat. Nã etſi Eccleſia ſeruitutis aliquando pœnam infligat, vt in c. ita quorundam, de Iudæ. c. eos, 32. d. & c. cùm multæ, 1 5. q. vl. aliquando verberum, vt in c. fin. & ibi glo. 35. d. &. c. 1. de calum. aliquando carcerum, c. excommunicamus, il. 2. de Hæret. & c. Quamuis, de pœn. in ſexto: Aliquando depoſitionis, ſeu degradationis, vt in c. excommunicamus, il 1. & c. ad abolendam de Hęret. & aliquando Curiæ ſæculari criminoſos tradit, vt debitis pœnis puniantur, vt in d. iuribus, & in c. Ad falſariorum, de crim. fal. ac in c. Nouimus, de verb. ſignif. huiuſmodi tamen pœnis grauior eſt excommunicatio: illæ namque pœnę corpus cruciant: hæc autem animam. priuãs illam ſpiritualibus bonis, quæ temporalibus Iongè præſtant, ac fidelium ſocietate; & communione, quæ pœna maxima eſt inter homines, l.

11 Hi qui ſanctam, C. de Apoſt. ita vt nec veſci, nec loqui, nec etiam orare cum excommunicato liceat, c. Ad menſam, c. excommunicatos, c. cum excommunicato, & c. Qui cõmunicauerit 11. q. 3. Et denique excommunicatus per excõ-

12 municationem Satanæ traditur in interitũ carnis, vt legitur de inceſtuoſo, quem Apoſtolus. excommunicauit 1. Chorin. c. 5. & habetur in textu. in c. Audi, & c. Omnis Chriſtianus, eadem cau. & q.

Dicitur denique excommunicatio neruus Ec-

13 cleſiaſticæ diſciplinæ, vt in c. cùm inter, de cõſuet. Nam ſicut neruis corporis membra ſimul copulantur; ita Chriſti fideles, qui ſunt miſtycũ Chriſti corpus, & alter alterius membra, excommunicantur, vt huiuſmodi cenſuræ vinculo ad Eccleſiæ vnitatem reducantur, & à contumacia reſipiſcant.

Non enim Eccleſiæ intentio eſt excommuni-

14 catis obeſſe, ſed prodeſſe: nec ſpiritualibus eos priuare bonis, ſed potius aliquorum ſubtractione omnibus alijs ditare. Vndè meritò hoc loco Romanus Pontifex appellat excommunicationem, Salutaria quoque Iuſtitiæ arma, quo-

15 niam excommunicatio fertur in medicinam, non autem in interitum excommunicati, ſicut omnes aliæ cenſuræ medicinales ſunt, non mortales: diſciplinantes, non eradicantes; dummo-

16 do is, contra quem cenſura lata fuerit, non contemnat, vt in c. 1. de ſent. excom. in ſexto, c. r. de excep. eodem libro, & c. ex Litteris, de Conſtit. Quo circa Apoſtolus excommunicãs inceſtuoſum illum, loco citato, ſic ait. *Iudicaui tradere huiuſmodi hominem in interitum carnis ſatanæ, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Hinc ſequitur, quòd licèt aliæ ſententiæ per

17 lapſum decem dierum, ſi non fuerit ab eis appellatum faciant tranſitum in rem iudicatam, vt in c. Quoad cõſultationem, de ſent. & re iud. cenſura tamen nunquam facit tranſitum in rem iudicatam per lapſum cuiuſcunque temporis: &

18 ideo quocunque tempore, is contra quem lata eſt cenſura, à contumacia reſipiſcat, & paratus

19 ſit ſatisfacere, debet ab ea abſolui: quia cenſura quamuis ſit pœna; nihilominus non eſt ſim-

a pliciter pœna, ſed ſimul etiam eſt medicina. a Medicina autem eo vſque adhibenda eſt, donec durat infirmitas, ceſſante verò infirmitate, ſicut

ſano

sano amplius opus non est medico, ita nec etiã medicinæ. Ita Suar. de censur. disput. 1. sec. 1. num. 8.

Ex quibus patet, quod cùm non modo excõ-
20 municatio sit medicina, & salutaris iustitiæ arma, sed reliquæ quoque censuræ, nempè suspen
b sio, & Interdictum, de quibus in c. querenti de verb. signif. sub illis verbis: *Salutaris iustitiæ arma* voluit Rom. Pontifex comprehendi etiam Interdictum, de quo habetur in canone secundo præsentis Bullæ.

ADDITIO.

a Medicina. Et multo minus excommunicatus debet denunciari, & per sedulones publicari, ac denunciari, si compareat, & offerat se paratum satisfacere, vt per Rotam Romanam in nou. decis. 183. & Achil. de Graff. decis. Rot. Rom. 1. de sentent. excom. vbi fuit decisum, quòd licèt sententia excommunicationis possit ferri pro fructibus non liquidatis; vel pro alia incerta quantitate, ita vt non relaxetur, donec fuerit satisfactum; quia illa tamen fundatur in contumacia, fuit iudicatum, compa-

rentem, qui se offert paratum satisfacere, non posse publicari. Imò iudicarunt Domini, maximam iniuriam fuisse ei illatam, publicando. Quòd tamen limita non procedere, vbi lata est sententia excommunicationis, & opus est publica absolutione, vt cùm quis fuerit excommunicatus pro violatione iurium Ecclesiæ, & in alijs casibus exemplaribus: aut sit solitus excommunicationem parùi pendere, vt habetur ex Genuen. in suâ prax. cap. 23. num. 1. & in additionibus, num. 25. D. Cæsar.

b Suspensio. Non omnes suspensiones sunt medicinales, nam quædam dantur in pœnam delicti extra vllam contumaciam: & propterea suspensus propter delictum, quantumuis offerat satisfacere, potest non absolui, vt in cap. cùm medicinalis, de sentent. excom. in sexto, cap. sæpè, cap. eos, & cap. fin. de tempore ordinat. eod. lib. in Bulla Sixti V. Sanctum, & salutare; cum moderamine Bullæ Clementis VIII. quæ incipit, Romanum Pontificem, & in alijs iuribus, de quibus latè Tolet. lib. 1. suæ sum. cap. 18. D. Cæsar.

Finis Libri Primi.

COMMENTARIORVM LEONARDI DVARDI

Ordinis Clericorum Regularium Presbyteri,

In Bullam S. D. N. D. Pauli Papæ V. lectam in die cœnæ Domini, ANNO MDCVIII.

LIBER SECVNDVS.

In quo explicantur viginti Canones, quos ipsa Bulla continet.

TRactauimus superiori libro de Præludijs ad Bullam Cœnæ, inter quæ inscriptionem, & proœmium eiusdem connumeranda censuimus: modò consequenti ordine sequitur, vt ad singulorum canonum explicationem descendamus. Ad cuius rei intelligentiam est annot. quòd dictæ Bullæ sanctiones appellamus Canones: eo quòd Canonum appellatione, lato sumpto vocabulo, nõ modò veniunt statuta Conciliorum, sed etiam Decreta Pontificum, & omnes, ac quæcumque Constitutiones Ecclesiasticæ. Nam Canon græcè, latinè regula nuncupatur: & regula dicta est: eo quòd rectè ducit, nec aliquem aliorsum trahit: seu quòd regat, vel quòd normam rectè, & benè viuendi præbeat, vel quòd distortum prauumque corrigat, vt in c. 1. & 2. § porrò, 3. d. & Panorm. in c. 1. sub n. 1. de const. Hæc omnia per Bullæ cœnæ sanctiones disponuntur. Et cùm per viam legis, & statuti fuerit edita, vt superiori lib. c. 3. q. 7. probauimus; meritò canones illas appellamus. Eodem modo dicunt eas in pluribus locis Doct. & signanter nouissimè Alter. in explicat. Bullæ cœnæ. can. 1. in prin. & in reliquis alijs.

Et licèt aliqui velint, quòd inter ipsius Bullæ proœmium, & §. Volentes, medijs sexdecim tantùm canones; nam canonem quartum decimum putant includere quatuor sequentes textus, in quibus non repetuntur illa verba: *Excommunicamus, & anathematizamus*, in principio cuiuslibet canonis præfigi solita, vt tenet Sayr. in explicatione præsentis Bullæ, lib. 3. Thes. t. 1. c. 18. n. 3. Nos tamen Bullam ipsam vsque ad dictum §. Volentes, in viginti Canones partiendam duximus, sicut communiter à Doctoribus partitur; ita vt quatuor illos textus quocunq; nomine in rigore nũcupandi sint, cùm in Bulla diuisim ponantur, & diuersa disponant inter Canones connumerandos. Tantò fortiùs: quia nõ ex eo, quòd illa verba, *Excommunicamus, & Anathematizamus*, in eis non repetantur, & consequenter pendeat quoad eorum sensum à dicto canone quartodecimo, certum argumentum deduci potest, quòd non sint distincti canones. Nam in l. si oleum, §. fin. ff de Dol. quæ est decima secundùm ordinem, postquam Vlp. decreuit pro re modica nõ dari actionem de dolo, inquiens; *Meritò quoque causæ cognitionem Prætor inseruit. Neque enim hæc actio passim indulgenda est. Nam ecce in primis si modica summa sit.* Deinde, non completa oratione, per sequentem & distinctam legem vndecimam in ordine declarans, quę sit summa modica, sic ait, *Ideſt vsque ad duos aureos*. Cùm igitur reliquę duę vltimę sanctiones sint citra omnem controuersiam distinctæ, facto computo, canones in nostra Bulla contenti vsque ad dictum §. *Volentes*; non sunt plures viginti, nec pauciores.

Verùm antequam ad plenam eorum explicationem deueniamus, operæ pretium esse duximus, per quatuor carmina, quę sequuntur compendiosam quandam eorumdem cognitionem tradere: carmina ipsa per singulas ipsorum particulas explicantes.

Hæretici, Appellas latroque, Pedagia, Falsas.
Perrum, Annona, venit Romam, cum Cardine causas.
Vsurpas, statuis, Decimas, Capitalia, Auerus.
Atque Peregrinos, terras rapis, ipseque solues.

PEr I. y. *Hæretici*, significatur in primo canone nostrę Bullæ excommunicari hæreticos, eisdemque credẽtes, receptatores, fautores, defensores: libros eorum legentes, tenentes, imprimentes, defendentes, & scismaticos.

Ly. *Appellas*: denotat in secundo canone excommunicari particulares homines, & Communitates interdici, appellantes à sententijs Romani Pontificis ad futurum Concilium Generale, eorumque fautores, &c. & canone 13. excommunicari pariter appellantes à grauamine, vel futura executione Litterarum Apostolicarum ad Laicalem Potestatem.

Ly. *Latro*: indicat excommunicari in canone tertio Piratas, Cursarios, ac Latrunculos maritimos, & eorum fautores, &c. & canone 4. Naufragorum bona, etiam in littore inuenta, surripientes.

Ly.

Ly. *Pedagia*: dat intelligi in canone quinto excommunicari imponentes noua pedagia, & gabellas, vel eaſdem augentes, & exigentes.

Ly. *Falſas*: demonſtrat canone ſexto excommunicari falſificãtes Litteras Apoſt. aut illas falsò fabricantes: aut ſupplicationes, à quocunque auctoritatem habente ſignatas, falſificantes.

Ly. *Ferrum*: ſignum præbet, quòd canone ſeptimo excommunicantur, arma, & alia vſui bellico idonea, ad turcas & ad alios Chriſtiani nominis inimicos, deferentes, eiſdemque in perniciem Chriſtianorum conſulentes, & fauentes.

Ly. *Annona*: denotat, quòd canone octauo excommunicantur impedientes eos, qui victualia, & alia neceſſaria ad Romanam Curiam conuehunt.

Ly. *Venit Romam*: ſignificat canone 9. excommunicari ad ſedem Apoſtolicam venientes, vel ab ea recedentes, ſua, aut aliorum opera lædentes, & ſine Iuriſdictione vexantes in Curia commorantes.

Ly. *Cum Cardine*: indicat, canone 11. excommunicari offendentes S.R.E. Cardinales, & alios Prælatos.

Ly. *Cauſas*: ſignum eſt, in canone 12. excommunicari ad Rom. Curiam pro ſuis negotiis recurrentes, per ſe, vel per alios lædentes.

Ly. *Vſurpas*: indicat, canone 17. excommunicari vſurpantes Sedis Apoſtolicæ, & quarumcumque Eccleſiarum iuriſdictiones, vel etiã fructus ſequeſtrantes: & canone 14. executionem litterarum Apoſtolicarum, aut aliarum expeditionum auctoritate propria impedientes, & prohibentes, ad gratias impetrandas, accedentes.

Ly. *Status*: ſignificat excommunicati ſtatuẽtes contra libertatem Eccleſiaſticam, & Eccleſiaſticas perſonas ad tribunalia ſæcularia trahentes, vt in canone 15.

Ly. *Decimas*: denotat, canone 18. excommunicari imponentes Decimas, & alia onera perſonis Eccleſiaſticis, Eccleſijs, Monaſterijs, aut eorum fructibus.

Ly. *Capitalia*: indicat, canone 19. excommunicari Iudices ſæculares, qui ſe interponunt in cauſis capitalibus, & criminibus contra perſonas Eccleſiaſticas.

Ly. *Auertis*: demonſtrat, canone 14. excommunicari, qui per ſe, vel Per alios, beneficiales decimarum, & alias cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commiſſarijs, alijſque Iudicibus Eccleſiaſticis auocant.

Ly. *Peregrinos*: ſignificat, canone 10. excommunicari lędentes Romipetas, & peregrinos, etiam in Vrbe commorantes, vel abeuntes.

Ly. *Terras rapis, ipſeque ſolues*: denotat, canone 20. excommunicari, bona, & terras Eccleſiæ Romanæ per ſe, vel per alios occupantes, rapiẽtes & deſtruentes. His prælibatis, ad rem ipſam, Diuina nobis ſuccurrente gratia, deuenientes, ſingulorum canonum formalia verba in ſingulis eorum expoſitionibus iuxta ordinem, in Bulla ipſa contentum, præmittemus,

COMMENTVM IN CANONEM Primum Bullæ in Cœna Domini.

EXcommunicamus, & Anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, auctoritate quoque Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra, quoſcumque Huſſitas, Vuiclephiſtas, Lutheranos, Zuiuigllanos, Caluiniſtas, Vgonottos, Anabaptiſtas, Trinitarios, & à Chriſtiana fide Apoſtatas, ac omnes, & ſingulos alios hæreticos, quocumque nomine cenſeantur, & cuiuſcumque ſectæ exiſtant, ac eorum credentes, receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defenſores, ac eorum libros, hæreſim continentes, vel de Religione tractantes, ſine auctoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicæ ſcienter legentes, aut retinentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes ex quauis cauſa publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore. Nec non ſciſmaticos, & eos, qui ſe à noſtra, & Romani Pontificis, pro tempore exiſtentis obedientia pertinaciter ſubtrahunt, vel recedunt.

De diuiſione ſuprædicti Canonis. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationes in Bulla cœnæ contentæ, omnes ſunt latæ ſententiæ.*
2 *Romanus Pontifex triplici auctoritate dicitur ferre quaſcumque cenſuras.*
3 *Excommunicatio contra hæreticos comprehendit omnes perſonas, etiam ſi Cardinales ſint, Imperatores, & Reges, & priuilegium habeant, vt excommunicari non poſſint.*
4 *Excommunicatio contra hæreticos non afficit Romanum Pontificem.*
5 *Trinitarij, & Anabatiſtæ hæretici, cur ſic nuncupãtur.*
6 *Excommunicatio contra hæreticos eſt antiquiſſima.*
7 *Excommunicatio contra hæreticos afficit non ſolùm, qui in hæreſim iam ortam incidit, verùm etiam, & qui nouam mouit.*

TExtus diuiditur in duas partes. In prima parte, forma excommunicationis præmittitur, quæ communis eſt omnibus aliis, quæ ſequuntur. In ſecunda perſonæ numerantur, contra quas fertur excommunicatio. Secunda ibi quoſcumque Huſſitas.

Circa primam partem eſt annot. quòd cùm
1 verbis Indicatiui modi vtatur Romanus Pontifex in ferendis cenſuris in Bulla contentis, õnes eſſe latæ ſententiæ. ſuperiori lib. c. 3. q. 1. probauimus; licèt huiuſmodi verba non ſemper cenſuram latã indicent. Vt habetur ex Fel. in c. Rodulphus, n. 23. de teſcrip. Per reliqua autem verba docet Romanus Pontifex, cuius auctoritate cenſuras ferat. Ait enim triplici auctoritate illas

promulgare. Nempe auctoritate Dei Patris,& Filij,& Spiritus ſancti;auctoritate Beatorũ Apoſtolorum Petri,& Pauli;& auctoritate ſua,quã, vt Chriſti Vicarius in terris habet. Non tamen triplici hac auctoritate Romanus Pontifex inferendis prædictis cenſuris dumtaxat;ſed in omnibus alijs,tam in Bulla ipſa, quàm extra Bullã quomodolibet latis,& ferendis,vtitur,vt ex his, quæ infra dicentur,q.2 4.& 5.patebit.

Circa ſecundam partem eſt annot.quòd decẽ ſunt perſonarum genera,quæ excommunicãtur nempe Hæretici,Apoſtatæ,eorum credẽtes,receptatores,fautores,defenſores,eorum libros legentes,retinentes,imprimentes,defendentes, & Sciſmatici. Quæ quidem excommunicatio adeò generalis eſt,vt omnes, & quoſcumque hæreticos comprehendat, quacumque dignitate fulgeant,etiam ſi Cardinales ſint, autꝫ Patriarchæ, Imperatores,aut Reges. Et hoc etiam ſi priuilegium habeant, ne poſſint excommunicari per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam mentionem,ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, vt habetur in §. *Non obſtantibus*:de quo infra lib.3.Deo duce,latius agemus. Non tamen Romanus Pontifex,ſi in hæreſim incidat (quod abſit) prædictæ excommunicationis vinculo alligatur, vt ſupradicto libro,c.1.q.2.illationẽ tertia,diximus,& infra in propria quæſtione dicemus.

Et licèt hoc loco non nulli hæretici in ſpecie nominentur,nominibus partim ab hæreſibus, quas profitentur,deſumptis, vt ſunt Anabatiſtæ,qui pueros baptizatos iterum baptizandos aſſerebant:nam Anabatiſtæ græcè, latinè idem ſignificant quod rurſus baptizantes: & Trinitarij,quorum error eſt contra Sanctiſſimam Trinitatem:partim autem ab auctoribus hæreſum, vt Huſſitæ,Luthetani,&c. de quibus latè tractat Hugol. hic, §. 4 tamen id ſolùm factum eſt in deteſtationem hæreticorum noſtri temporis:nã alioqui excommunicatio illa generalis eſt contra omnes hæreticos cuiuſcunque ſectæ, vt patet ex illis canonis verbis: *Ac omnes, & ſingulos alios hæreticos quocunque nomine cenſeantur*. Vndè in Bulla cœnæ à Paulo III. edita, aliter hæretici nuncupantur,vt refert Rebuff. in explicatione eiuſdẽm,& Suar.ibidem diſp. 21. de cenſur. ſec. 2.num. 2.

Hæc autem excommunicatio contra hæreticos eſt antiquiſſima,non modò in Bulla Cœnæ, cùm eius meminerit Glo.in Clem.1.in ver.Generales,de Iudic. ſed etiam in corpore iuris; nã antequam Bulla Cœnæ prodierit, erant in Iure excommunicati hæretici,credentes,&c. vt in c. Achatius,24.q.1.c.ad abolendam,c. excommunicamus,1.& 2.de hæret.c.Quicunque eo.tit.in ſexto,c.Nouerit de ſent.excom.& latè Azor.lib. 7.Moral.p.1.c.10.q.1.Et afficit,non ſolùm, qui in hæreſim iam ortam incidit,ſed etiam,qui nouam inuenit. Nam Bulla excommunicat omnes hæreticos,nec diſtinguit. Ita Hugol. loco citato,nu.9.propè finem. An autem prædicta cenſura ſit etiam de Iure Diuino,infrà,Deo dante, in propria q. diſputabimus.

Ibi(*Excommunicamus,& Anathematizamus:*) Quid ſignificent dicta verba, & an interſe differant. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio eſt genus, & de anathemate tanquam de ſua ſpecie prædicatur.*
2 *Anathema vndè dicatur.*
3 *Anathema idem eſt cum excommunicatione maiori.*
4 *Anathema non differt ab excommunicatione maiori in ceremonijs, & ſolemnitatibus, c.debent, 9. q.3.*
5 *Diuerſa nomina,diuerſum habent effectum.*
6 *Dictio,& ponitur inter diuerſa.*
7 *Excommunicatio ſimpliciter prolata,de maiori intelligitur,num.19.*
8 *Anathematizare ſignificat deteſtari,& maledicere.*
9 *Anathematizare ſignificat primariò ſeparare.*
10 *Anathema relatum ad perſonas ex vſu Eccleſiæ, excommunicationem maiorem denotat.*
11 *Anathematizare, quando refertur ad doctrinas, & res irrationales,aut ad propriam perſonam anathematizantis,ſignificat maledicere,deteſtari,execrari.*
12 *Verba ſimpliciter prolata debent intelligi in potiori ſignificatu,& ſecundùm communem vſum loquendi.*
13 *Pœnæ mitius interpretantur.*
14 *Verbum (Excommunicamus) vi noſtræ Bullæ, ſignificat ferri excommunicationem minorem: & verbum: Anathematizamus, excommunicationem maiorem.*
15 *Excommunicationis minoris, duæ antiquitus dabantur ſpecies.*
16 *Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, Chriſtiani in primitiua Eccleſia quotidie ſumebant.*
17 *Excommunicatio minor,quæ antiquitus ſeparabat à fraterna ſocietate, non ſeparabat à communione omnium fidelium.*
18 *Adam excommunicatus fuit ab eſu ligni vitæ.*
19 *Excommunicatio ſimpliciter prolata, licèt intelligatur de maiori; quando tamen coniungitur cum anathemate, intelligitur de minori.*
20 *Excommunicatus maiori excommunicatione, dicitur etiam maledictus.*
21 *Excommunicatio eſt medicina, & ideo à lenioribus medicamentis eſt inchoandum, niſi materia vrgeat.*
22 *Verba ſuperuacanea non dicuntur illa,quæ excommunicationi adduntur ad maiorem terrorem.*
23 *Maledictio non eſt aliqua cenſura diſtincta ab excommunicatione,& anathemate.*
24 *Excommunicatus per excommunicationem maiorem, à Deo ſeparatur,& Sathanæ traditur.*
25 *Anathema dicitur homo ſacer, cuius caput dijs Inferni fuerat conſecratum.*
26 *Excommunicatus ſupponitur ſaltem in foro Eccleſiæ, diuina gratia ſanctiſicante priuatus.*
27 *Excommunicatus cur dicatur Sathanæ traditus.*
28 *Excommunicatus diuerſo modo ſeparatur à Deo, quàm exiſtens in peccato mortali.*
29 *Excommunicatus dicitur membrum præciſum; exiſtens verò in peccato mortali dicitur membrum aridum.*
30 *An thematizatus quoad Eccleſiam, dicitur omninò demoni obiatus,& eiuſdem poteſtati traditus.*
31 *Excommunicati tempore primitiuæ Eccleſiæ tradebantur dæmoni ad illos viſibiliter, & corporaliter vexandos.*

32 Ex-

32 *Excommunicatio non tantùm dicitur pœna externa; ſed etiam ſpiritualis, & interna.*

1 IN hac re quidam volunt, anathema quoad effectum, & vinculum idem eſſe cum excõmunicatione maiori. Nam ſicut alligatus excommunicatione maiori totaliter à fidelium communione ſeparatur, ita etiam anathematis mucrõne percuſſus vt in c. Engelrrudam, 3. q. 4. vndè excommunicatio eſt genus, & de anathemate tanquam de ſua ſpecie prædicatur. Etenim excommunico idem eſt quod ſegrego, ſeu communione priuo, & excommunicatio à communione ſegregatio, ſeu priuatio, vt benè declarat Sayr lib. 1. Theſ. cap. 3. n. 4. & Suar. de cenſur. Eccleſ. diſp. 8. ſec. 1. n. 5. Ita etiã anathematizo græcè, latinè, ſurſum pono dicitur, quod idem in re
2 ſignificat, quod ſegrego: eo quòd anathema ex D. T. ad Galat. c. 1. idcirco ſurſum poſitio nuncupatur: quoniam quando antiqui pugnabant, & prædam aliquam capiebãt ab hoſtibus, quam nolebant in propriqs vſus conuertere, in Templis, vel in publico aliquo ciuitatis loco, illam appẽdebant, quaſi ſeparatam à communi hominom vſu, & omne tale fic ſuſpenſum, appella-
4 bant Græci, Anathema. Ex quo inoleuit conſuetudo, vt omne illud, quod à communi hominum vſu excludebatur, anathematizatum dicereretur. Sic Ioſue, c. 6. legitur de Hierico, & omnibus, quę in ea erant, quod anathematizauit.

Hæc interpretatio conformis eſt etiam interpretationi anathematis, quam affert D. Chryſoſt. homil. 16. in epiſt. ad Rom. c. 9. vbi quærens quid ſit anathema, ſic ait: Audi ipſum ſcilicet S. Apoſtolum Paulum, ita loquentem, 1. Cor. 16. *Si quis non amat Dominum Ieſum Chriſtum, is anathema ſit*. hoc eſt (ait Chriſoſtomus) ab omnium commercio ſegregetur. alienus ab omnibus ſit. Nam quemadmodũ anathema, donumque id, quod Deo oblatum dedicatur, nemo eſt qui temerè manibus contingere audeat, neque ad id propius accedere; ſic & eum, qui ab Eccleſia ſeparatur ab omnibus abſcindens, ac tanquam lõgiſſimè adducens hoc nomine à contrario ſcilicet appellat. magno cum terrore omnibus interminans ab eo vt ſeparẽtur, ac pedẽ referant. Anathemati enim honoris gratia appropinquare nemo audebat: ab eo autem, qui ab Eccleſia abſciſſus erat, ex oppoſita omnes ſententia ſeparabantur. Qua propter ſeparatio quidem tum hæc, tum illa ex æquo à vulgo abalienatio erat: ſeparationis verò modus non vnus, ſed illi contrarius. Ab illo enim abſtinebant tanquã Deo dicato; ab hoc autem decedebant tamquã à Deo alienato, & ab Eccleſia abſciſſo.

Sic etiam D. Athanaſius in d. c. 9. ad Rom. ait quòd anathema eſt ſeiunctio quædam, & alienatio, & anathema græcè, latinè poteſt dici oblatio, & ſacrificium. Nam quemadmodum quæ Deo offeruntur, & dedicantur, attrectare audet nemo, ſic eum qui anathema ſit, ratione quadã nullus conueniet, aut cum eo verſabitur. Sacris enim oblationibus honoris gratia tamquã Deo dicatis appropinquare nulli horum audebant, ab hoc verò, qui maledictioni ſuerit obnoxius, non ſecus ac à prophano, & ab ipſa Diuinitate alieno ſecedunt omnes.

Ex quibus patet Anathema, & quoad nomi-
3 nis ſignificatiõnem, & quoad effectum, ſeu vinculum idem eſſe cũ excommunicatione maiori: Beneuerum eſt quòd Abb. in c. cùm ab homine, de Iudic. nu. 23. Dec. ibidem nu. 13. glo. in c. cùm Ab Eccleſiarum, de offic. ordin. & alij, quos refert, & ſequitur Couar. in c. Alma mater, p. 1. relect. §. 8. ſub n. 1. dicunt, quòd anathema in hoc tantùm differt ab excommunicatione maiori, quòd anathema fertur ſolemniter cum diris imprecationibus, & maledictionibus ad terrorem, de quibus in c. debent, 11. q. 3. quo pacto nõ fertur excommunicatio maior.

Hanc eandem ſententiam tenet Tol. in ſuã ſum. c. 6. vbi etiam ait cũ Abb. loco citato, quòd ab anathemate difficilius conceditur abſolutio. Idem ſentit nouiſſimè Alter. in explicat. huius can. c. 1. col. 2. ver. Quãobrẽ. Vndè ſecundũ prædictorum ſententiã videtur dicendũ, quòd verba illa: *Excommunicamus, & Anathematizamus*: in principio vniuſcuiuſque canonis Bullæ Cœnæ poſita, ſignificent excommunicationem latam cum prædictis ſolemnitatibus, in d. c. debent, cõtentis. Nam Romanus Pontifex in die Cœnæ Domini, Diuinis de more celebratis, Pontificijs veſtibus indutus, & ſolito Diademate coronatus, quamplurimis Cardinalibus in pontificali habitu præcedentibus, ſella dum maieſtate magna ad porticum Baſilicæ Principis Apoſtolorũ, vnde ab vniuerſo populo conſpici poteſt, venitur. vbi eo ſedente, & aſtante infinita populi multitudine, duo Cardinales. alter latina, alter verò vulgari lingua, alta, & intelligibili voce, cenſuras in ipſa Bulla Cœnæ contentas recitant, atque promulgant. Quibus recitatis, Romanus Pontifex in deteſtationem eorum, qui contra dictam Bullam venerint. cereum accenſum, ante ipſum ſtantem arripiens, in vulgus proijcit, & inde proficiſcitur.

Hæc quæ diximus, licèt vera ſint quoad excõ-
4 municationem, quòd ſit genus, & de anathemate tamquam de ſua ſpecie prædicetur, & quòd anathema, quoad vinculum, non differat ab excommunicatione maiori: tamen Nauar. in comment. de dat. & promiſ. not. 5. n. 10. & alij, quos refert, & ſequitur Sayr lib. 1. Theſ. c. 3. ſub num. 5. negant, anathema differre ab excõmunicatione in ſupradictis ceremonijs, & ſolennitatibus, tum quia differentia huiuſmodi nullo iure probarur; tum quia in Concil. Tridentino, & alijs antiquioribus Concilijs in nonnullis Bullis Romanorum Pontificum, & in quamplurimis iuribus, in corpore iuris clauſis, & præcipuè in c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. conſtat, anathema ferri abſque dictis ſolennitatibus. Imò Zacharias Papa in d. c. debent, cuius decretum illud eſſe, fertur, indifferẽter vſus eſt vocibus illis: anathematis, & excommunicationis, vt patet ex eodem c. in illis verbis: *Quas in concluſione anathematis vel excommunicationis*. Et manifeſtius conſtat ex c. ſi habes, & c. certum, 24. q. 3. Vndè his ſic ſtantibus, verba illa: *Excommunicamus, Anathematizamus*: in noſtra Bulla conrenta, non poſſunt ſignificare excommunicationem latam cum dictis ſolemnitatibus, quamuis prædictas cęremonias, non negemus in ea interueniſſe.

Secunda ſententia eſt Vgol. in explic. Bullæ
5 cœnæ, par. 1. c. 15. dicentis duo. Primò, quòd illa

verba: *Excommunicamus, & anathematizamus*: sint diuersa tum ex diuersitate nominis iuxta tex. in l. si idem. C. de Çodic. tum etiam ratione copulę, &, quæ ponitur inter diuersa, vt ait Glo. in rubr. de iur. & fact. ignor. Et demum patet ex tex. in c. cùm non ab homine de iudic. vbi præcipitur, Clericum in corrigibilem prius excommunicari, deinde anathematis mucrone feriri. Secundò dicit ipsum censere per verbum: *Excõmunicamus* maiorem excommunicationem fetri: per verbũ autem *Anathematizamus*, non censuram aliquam, sed maledictionem, ac detestationem promulgari: & propterea perinde esse, ac si dictum esset: *Excommunicamus, & maledicimus*: seu execramur, & detestamur.

Primum probat: quia verbum excommuni-
7 care simpliciter prolatum de maiori excommunicatione intelligitur, vt in c. pen. de sent. excõ.

Secundum corroborat ex eo, quòd verbum,
8 anathema, significat quid detestabile, & execrabile, & ob id, verbum anathematizare, significat detestari, & execrari. Ad quod allegat tex. in c. si is qui præest, 2. q. 3.

Et denique hanc suam sententiam comprobat ex his, quæ dicit Couar loco citato: & ex eo, quòd interpretatio huiusmodi, grauitati delictorum, de quibus per Bullam agitur, optimè respõdet: vt qui delicta adeò grauia comiserint, nõ solùm extra Ecclesiam eiciantur, quod fit excommunicatione maiori, verùm etiam & maledicti sint, quod non semper contingit excommunicatione, vt in c. à nobis, il 2. de sent. excom.

Hæc reuera Vgol. interpretatio non mediocrem probabilitatem sibi vendicare videtur. confirmari potest ex D. Hieronymo in Zachar. c. 14. per illa verba: *Habitabunt in ea, & anathema non erit amplius*: vbi per ly. *Anathema*, intelligit maledictionem, abominationem. Et D. Aug. tom. 4. suorum oper. c. 45 super Num. illud Apostoli Petri, *Ille autem cepit anathematizare, & iurare* : de quo Mare. c. 14. in fine, interpretatur, maledicere, & execrari, quasi Petrus maledictiones sibi imprecaretur si nosset hominẽ, vt maior suo iuramento fides adhiberetur. Ad idem facit tex in cap. Ego Berengarius, de consecr. d. 2. vbi Berẽgarius detestando suam, & omnem hæresim, sic ait. *Anathematizo omnem hæresim, & præcipuè eam, de qua hactenus infamatus fui.*

Nihilominus interpretatio huiusmodi non-
9 potest dici adeò certa, vt suas non habeat difficultates. Nam licèt anathematizare significet detestari, & execrari, tamẽ primariò, vel saltem æquè principaliter denotat seponere, alienare, & separare, quo sẽsu illud Pauli in d. c. 9. ad Romàn. *Optabam ego anathema esse à Christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem*: multi intelligunt Apostolum Paulum præ nimio charitatis ardore pro fratribus suis, vt à Iudaismo ad Christum accederent, optasse separari à Christi temporaria fruitione, quam ardentissimè exoptabat, non à Christi charitate, vt refert Couar. loco supra citato, sub nu. 7. & nos supra latius probauimus.

Quo circa anathema ex vsu Ecclesiæ relatum
10 ad personas nihil aliud significare videtur, nisi censuram quandam excõmunicationis maioris, per quam aliquis à consortio, & communione fidelium separatur, vt bene docet Suar. de censur. disp. 8. sec. 2. sub num. 5. Ad quod allegat illud Matt. cap. 18. in illis verbis: *sit tibi tanquã Ethnicus, & publicanus* per quæ verba omnes volunt, significatam esse à Christo censuram excommunicationis. Nam dum quis anathematizatur, ita præscinditur ab Ecclesia, vt habeatur tamquam Ethnicus, & publicanus.

Vndè quamuis anathematizare significet de-
11 testari, execrari, & maledicere, nihilominus hoc verum est, quando verbum illud refertur ad doctrinas, & errores, vt in d. c. Ego Berengarius: aut ad res inanimatas, & irrationales; vt interpretatus fuit D. Hieronymus supra allegatum Zachariæ locum: vel quando refertur ad personas ipsiusmet anathematizantis, vt de Apostolo Petro supra diximus, qui cæpit anathematizare, &c. Secus autem quando refertur ad alias personas; nam excommuni vsu Ecclesiæ, anathematizare, semper denotat separare à Deo, & excommunicare, vt bene aduertit Suar. loco citato. Pro quo facit tex. in d. c. Engeltrudam, 3. q. 4 & infra latius, Deo duce, dicemus. Non ergo interpretatio Vgolini intelligentis verbum illud: anathematizamus, maledicimus, videtur vera.

Confirmatur ex promulgatione, & declara-
tione excommunicationis, & anathematis edita à Clem. VIII. in causa Ducatus Ferrarien sis, cuius meminit Suar. de censur. disp. 8. sec. 3. n. 5. vbi sæpe repetuntur hæc verba, *Excommunicati, anathematizati maledicti*, Et eiusdem titulus sic se habet, *Declaratio & promulgatio maioris excommunicationis anathematis, & maledictionis*. Quo circa notanda sunt illa verba: *Maledicti maledictionis*: quoniam subsequuntur, alterũ Scilicet, Ly. *Anathematizati*: & alterũ ly. *Anathematis*, & inter ly. *Anathematis*, & ly. *Maledictionis*: mediat copula, & Quapropter, aut ratione copulæ, &, quæ ponitur inter diuersa. vt ex eodem Vgul. supra diximus, ly. *Maledictionis*: est quid diuersum à ly. *Anathematis*: & consequenter, anathematizare diuersum sit à maledicere: aut saltem, cùm illa verba: *Maledicti, & Maledictionis*: subsequantur verba supradicta. *Anathematizati, & anathematis*: anathema primariò significat separationem à Deo, & excommunicationem & secundariò maledictionem, & consequenter anathematizare primariò significat separare vt supra, & secundariò maledicere.

Et confirmatur magis, & ac magis: nam si ana-
12 thematizare primariò denotaret maledictionem, & non à Deo separationem, & excommunicare; tunc sequeretur quòd in Concil. Trid. in aliis Conciliis. Canonibus, & Bullis Pontificijs, in quibus simpliciter fertur anathema, ab excommunicatione seiunctum, anathema non excommunicationem, & à Deo separationem, sed maledictionem significaret, & per consequens in dictis locis, non excommunicatio; sed maledictio fuisset lata; quia verba simpliciter prolata in dubio debent intelligi in potiori significatu, & accomodari communi vsui loquendi, vt in l. Labeo, & ibi glo. & Doct. ff. de supel. leg. Quod quidem asserere esset maximum absurdum.

Imò esto, quòd æquè principaliter anathema
13 significet excõmunicationem, & maledictionẽ, si simpliciter feratur, in dubio adhuc deberet intelligi de maledictione: quoniam in pœnis debet fieri mitior interpretatio, c. in pœnis, de regul. iur.

iur. in sexto. Modò maledictio minor pœna est, quàm excommunicatio: eo quòd excommunicatio maxima est omnium pœnarum, c. corripiãtur, 24. q. 4. Non igitur ex dictis videtur dicendum, supradictam Vgolini interpretationem esse veram.

Tertia sententia, quæ nobis magis probatur, 14 est illa relata à Nauar. in comment. de datis, & promiss. pro iust. vel grat. obtin. n. 20. per quam Doctores cõcludunt, per verbum: *Excommunicamus*: vi nostræ bullæ, minorem excõmunicationem ferri: per verbum autem: *Anathematizamus*: maiorem excommunicationem promulgari.

Probatur hęc sententia primò ex tex. in c. cùm non ab homine, de Iudic. vbi præcipitur, Clericum incorrigibilem prius excommunicari, deinde anathematis mucrone feriri: & sic per excommunicationem non suspensio intelligitur, vt malè opinarur ibi glo. sed excommunicatio minor: & per anathematis mucronem, maiorem excommunicationem Doctores communiter intelligunt.

Secundò probatur ex tex. in c. Engeltrudam, 3. q. 4. vbi sic legitur. *Engeltrudam uxorem Bosonis noueris non solùm excommunicatione, quæ à fraterna societate sperat; sed etiam anathemate, quod ab ipso Christi corpore, quod est Ecclesia recidit, crebro percussam esse.* Per ly. *Anathemate*: omnes intelligunt excommunicationem maiorem: & per ly. *Excommunicatione*: intelligũt excommunicationem minorem, vt per glo. ibi, & alios.

Nam antiqui Doctores duas excommunica- 15 tionis minoris species voluerunt esse; quarũ altera à participatione Sacramentorum dumtaxat excludit, quę præcipua est. & à qua deriuatur excommunicatio vt in c. fin. de cler. excom. ministr. In principio enim nascentis Ecclesię Christiani quotidie Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumebant, iuxtà illud Act. Apost. 16 cap. 2. *Erant perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communione, fractione panis, & orationibus.* Quò circa vbi aliquis in crimen aliquod incidebat, à communione arcebatur, vt Cyprianus ait de orat. Dominj, his verbis: *Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, interecedente aliquo grauiore delicto dum abstinenti, & non communicantes à cœlesti pane prohibemur, à Christi Corpore separamur.* Hæc pœna tunc tẽporis magna à fidelibus reputabatur, sed refrigescente postea feruore erga communionem, adiecit Ecclesia priuationem aliorum Sacramentorum, & bonorum, quæ maior excommunicatio appellatur, vt bene explicat Sayr. lib. 1. Thesc. 3.

Altera verò minoris excommunicationis spe- 17 cies est, quæ separat à communione fratrum, vt in d. c. Engeltrudam. & c. presenti, vbi Glo. 5. q. 2. vbi citatus expectatur per dies septem sine aliqua pœna: & deinde per alios septem, vt Ecclesiam non ingrediatur ad officia diuina audienda. Et postea per duos dies interdicitur ei communio cum fratribus in Choro. vel in mensa, vel in Dormitorio. Non tamen huiusmodi minor excommunicatio, quæ separat à fraterna societate, separat etiam à communione omnium fidelium, sed à communione quorundam tantũ hominum, nempe fratrum, ita vt nec ipse communione eorum in Diuinis, aut humanis vti possit; sicut è contra nec hi, quorum consortio priuatur communione ipsius. vti possunt. Aliorum autem communione, à quibus separatus non est, licitè sine peccato potiri potest, sicut etiam illi eiusdem vti consortio, tam in Diuinis, quàm in humanis vti poterunt. Ita Sayr. lib. 1. Thes. t. 1. cap. 22. sub num. 2.

Tertiò, probatur nostra sentẽtia ex c. ad men- 18 sam, §. aliquando, 2. q. 3. vbi inter alia sic legitur. *Hæc sententia excommunicatio vocatur: qua à communione Corporis Christi notatam prohibet. sicut & Adam ab esu ligni vitæ excommunicatus est, Domino dicente. Videte, ne forte sumatis de ligno vitæ: qua sententia nemo separatur quis à consortio fidelium. Est & alia sententia, qua anathema vocatur, qua quisque separatur à consortio fidelium, de qua supra. Cum excommunicatis nolite communicare.* Ex quo §. manifestè colligitur differentia inter excommunicationem illam minorem, quæ priuat cõmunione Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, & inter anathema, quæ separat à totali communione fidelium, & proinde dicitur excommunicatio maior, & sic cùm in nostro canone coniugantur illa duo verba: *Excommunicamus, & anathematizamus*. per ly. *Excommunicamus* intelligitur promulgari excommunicationem minorem, & per ly. *Anathematizamus*: fertur excommunicatio maior.

Nec obstat argumentum Vgolini, dicentis, 19 quòd verbum excommunicationis simpliciter prolatum maiorem excommunicationẽ significat, quonam licèt hoc verum sit, vt latè probat Couar. in d. c. Alma mater. p. 1. §. 8. nu. 5. & Suar. de censur. disp. 8 sec. 3. n. 3. tamen quando coniũgitur cum anathemate, tunc, non maiorem, sed minorem excommunicationem denotat, vt in d. c. Engeltrudam, & ibi glo. 3. q. 4. & alijs iuribus supra allegatis. Et confirmatur ex supra relata sententia Clem. VIII in causa Ducatus Ferrarensis, in cuius titulo dum coniungit excommunicationem cum anathemate, volens per excommunicationem intelligere maiorem excommunicationem, expræsè id manifestauit dicens: *Declaratio, & promulgatio maioris excommunicationis, anathematis, & maledictionis*: ergo signum est. quòd vbi excommunicatio sine aliquo additamento coniungitur cum anathemate, semper intelligitur de excommunicatione minori; aliàs Romanus Pontifex frustra supradicto loquendi modo vsus fuisset, coniungens cum Ly. excommunicationis, Ly. maioris.

Nec tex. in d. c. si is, qui præest, 11. q. 3. allega- 20 tus ab eodem vgolino ad probandam suam sẽtentiam, facit contra nos; quia ibi anathema non pro maledicto, sed pro excommunicato sumitur. & consequenter fertur ibi excommunicatio maior, & non maledictio. Et quamuis in § si quis prohibet, eiusdem can. videatur ferri maledictionem per illa verba: *Exerabilis sit omnibus, qui diligunt Deum*: nihilominus fertur excommunicatio maior: quia omnis excommunicatus maiori excommunicatione, est maledictus, vt patet. ex tex. in cap. certum est, iuncto §. illicita. 24. q. 3. vbi anathematizatus dicitur tãquam impius separatus, & anathema nihil aliud significare, nisi à Deo separationem: & excommunicationem maiorem appellari sententiam maledictionis. Hoc idem colligitur ex cap. si igitur, & pluribus alijs sequentibus, eod. cau. & q.

Non obstat denique illa eiusdem Vgolini im- 21 pugnatio arguentis: quia si vera esset nostra in-

terpretatio, vt per verbum, *Excommunicamus*: intelligatur ferri excommunicationem minorem, & per verbum: *Anathematizamus*: excommunicationem maiorem, cùm eodem tempore ferantur minor, & maior excommunicationes; minor nihil operabitur, cùm per anathema id efficiatur, quod minor excommunicatio efficit; nam minor excommunicatio Sacramentorum communione tantùm priuat; maior autem, & Sacramentorũ, & fidelium, vt in c. fin. de cler. excom. ministr. & in c. pen. de sent. excom. quoniam respondetur, quòd Rom. Pontifex cumulat illa duo verba: *Excommunicamus, & Anathematizamus*: ad ostendendum grauitatem criminum, pro quibus feruntur censuræ, quæ in Bulla continentur: nam licèt excommunicatio sit medicina, vt in c. 1. de sent. excom. in sexto, & secũdùm ordinarium modum medicandi à leuioribus medicamentis sit inchoandum, iuxta tex. in d. c. præsenti, 5. q. 2. tamen, quia vbi materia morbi vrget, solent Medici in principio quoque morbi grauiora medicamenta adhibere; meritò igitur Rom. Pontifex hoc loco cumulat illa duo verba: *Excommunicamus, & Anathematizamus*: quasi dicat: Quamuis in alijs criminibus gradatim à leuioribus censuris inchoare soliti simus, nempè ab excommunicatione minori, quæ à Sacramentorum communione, vel fraterna societate separat; nihilominus in his criminibus, cùm grauissima sint, grauissimis etiam vtimur censuris: & ideo non modò excommunicamus, ideſt à communione Sacramentorum, vel à fraterna societate separamus; sed etiam anathematizamus, ideſt totaliter, & omninò præcidimus à communione fidelium, seu Christi corpore.

22 Neque enim erunt superuacanea verba, quæ ad maiorem seueritatem, & terrorem in ferẽda sententia excommunicationis adduntur, vt ait Suar. in d. disp. 8. sec. 3. nu. 5. Quod confirmat ex supradicta sententia Clem. 8. in causa Ducatus Ferrariensis lata, vbi sæpe repetit, vt diximus, & coniungit hæc verba: *Excommunicati, & anathematizati, maledicti*: & tamen sine vlla dubitatione excommunicatio illa maior est, vt patet 23 ex eiusdem titulo, qui talis est. *Declaratio, & promulgatio maioris excommunicationis, anathematis, & maledictionis*. Et maledictio non est aliqua censura distincta ab excommunicatione, & anathemate, sed maior quædã expressio grauitatis eius

Et re vera maiorem terrorem incutit verbũ, 24 anathematizamus, si pro separare per excommunicationem à Deo sumatur, quàm si pro maledicere interpretetur: quoniam, vt ait D. Augustin. in c. omnis, 11. q. 3, omnis Christianus qui per excommunicationem a Deo separatur, Satanæ traditur.

Hinc Budæus in coment. ad ling. græc pagin. 25 425. quẽ refert Couar. in c. Alma mater. sæpius allegato. p. 1. §. 8. sub nu. 6. in ver. Huius dictionis infine, ait quòd anathema dicitur homo sacer, cuius caput Dijs inferis fuerat dicatum, & consecratum, ac deuotum. Nam veteres homines sceleratos sacros appellabãt, quasi Inferni Dijs sacratos, ac deuotos. Quo circa idem Bud. in c. 1. de pen. testatur, Ecclesiam catholicam anathema appellare, quos maiori excommunicatione multandos Ecclesiastica auctoritas censet: eo quòd, vt ait D. Chrisostomus in lib. de anathemate, relatus à Sayr. lib. 1. Thesaurom. c. 1. n. 6. in fine, anathematizatus est oblatus Diabolo, & Sathanæ traditus iuxta illud Apost. 1. Cor. c. 5. qui excommunicans incestuosum illum, sic alt. *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Iesu Christi, tradere huiusmodi Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi*: & 1. ad Tim. 1. Idem Apostolus testatur, tradidisse Sathanæ Hymeneum, & Alexandrum, quod per excommunicationem id egisse, omnes interpretantur.

Et hoc non immeritò: quia, vt docet Suar. de 26 censur. disp. 9. sec. 1. n. 2. excommunicatus supponitur saltem in foro Ecclesiæ diuina gratia sanctificante priuatus, & in eo statu pertinax. Vndè cum Ecclesiæ auxilijs spiritualibus priuetur, quibus multum iuuari posset ad obtinendam à Deo gratiam, vel motionem, qua à tali statu resurgent, meritò habetur quasi Sathanæ traditus.

Ecclesia enim pro omnibus fidelibus commu- 27 nes fundit preces, & sacrificia celebrat. Immò, orante Ecclesia pro fidelibus, non modò adiuuantur fideles ad gratiam cõsequendam; sed ad gratiæ augmentum obtinendum, ad benè operandum, ad declinandum à malo, ad resistendũ Diabolo, ad euadendas eiusdem insidias, ad effugiendas calamitates, & alia huiusmodi. Hæc omnia sunt maxima bona, quibus omnibus anathemate percussus efficitur indignus, cùm à corpore Christi, quod est Ecclesia sit omnino separatus, vt in d. c. Engeltrudam.

Hinc ait D. Aug. in c. Nihil, 2. quæst. 3. *Nihil ita esse formidandum à Christiano, sicut a corpore Christi separare: si enim separatur à Corpore Christi, non est membrum eius: si enim non est membrum eius, non vegetatur Spiritu eius. Qui autem spiritum Dei non habet, hic non est eius*.

Et licèt quis per peccatum mortale à Deo 28 quoque separetur, & Diabolo subijciatur; excommunicatus tamen multo magis per excommunicationem, ab vnione cum Deo, quę fit per charitatem seiunctus dicitur. Nam qui est in peccato mortali, adhuc per fidem informem, Ecclesiæ membrum nuncupari potest: at verò excommunicatus licèt fidem habeat informem, dicitur tamen membrum à corpore Christi, quod est Ecclesia separatum, ac præcisum. vt in c. Engeltrudam, 3. q. 4. Et proinde existens in peccato mortali, quamuis Christi membrũ aridum esse dicatur, cùm vitæ gratiæ sit expers, tamen, quia adhuc est vnitum Christo per fidem, à viuis Ecclesiæ membris adiuuatur; sicut 29 membrum aridum corpori per neruos, & pellem coniunctum, corporis calore fouetur. Vndè, cùm Ecclesiæ suffragijs, & orationibus sit particeps, faciliùs spiritus pœnitentiæ conceditur, vt resipiscat, & Dæmonis insidias, faciliùs effugiat. At verò anathematizatus, cùm sit membrum amputatum à Corpore Christi, quamuis fidem retineat; nihilominus ab eisdem corporis calore nullo pacto fouetur: quapropter omnibus auxilijs destituitur, ita vt non modò Ecclesiæ suffragijs priuatur ad eum modum, quo priuatur in mortali peccato permanens, vt aliorum suffragia illi non possint neque ad satisfactionem,

ctionem, neque ad meritum neque ad gloriam, verùm etiam (quod anathematis proprium eſt) vt aliorum ſuffragia nullo modo ei proſint, nec ad reſiſtendum tentationibus, nec ad euadendum ab inſidijs, & tentationibus Dæmonum, nec ab eorum poteſtate eripiendum, ad impetrandum donum pœnitentiæ, & ad alia multa, ad quæ eadem ſuffragia vtilia ſunt in peccato mortali permanentibus.

Vndè quoad Eccleſiam anathematizatus omninò Dæmoni dicitur oblatus, & eiuſdem poteſtati traditus, ita vt, quemadmodum ruſticus vtitur iumento, ita Diabolus excommunicato, in quo tanquam in proprio iumento maiorem poteſtatem habet, quàm in quocúque alio peccatore, vt notat Sayr. lib. 2. Theſ. tom. 1. in prælud. n. 7. ex D. Th. & alijs ab eo allegatis. 30

Immò multi cenſent, ait Suar. de cenſur. diſp. 9. ſect. 1. num. 2. in fine, ad grauitatem huiuſmodi pœnæ indicãdum, in Primitiua Eccleſia permiſiſſe Deum, excommunicatos tradi poteſtati Dæmonis, ad illos viſibiliter, & corporaliter vexandos, ita intelligentes illud Apoſtoli, 1. Cor. c. 5. & 1. ad Tim. 1. dum ait: Hymeneum, & Alexandrum ſathanæ tradidiſſe. 31

Ex quibus patet, excommunicationem, ſeu anathema, non eſſe pœnam tantùm externam, vt Lutherus falsò exiſtimauit, dicens. Docendos eſſe Chriſtianos plus diligere excommunicationem, quàm timere: eo quòd Inn. IV. in c. 1. de ſent. excom. in ſexto, dicat, quòd excommunicatio ſit medicina. Nec tutè legi poteſt Glo. in c. Quodcunque in ver. Facit Eccleſia, 24. q. 1. dum ait, excommunicationem iuſtam quoad Deum parum, aut nihil operari, & nec Eccleſiam excommunicando vllam vim poteſtatis exercere, ſed ſolùm offendere ligatum, & eſſe extra gratiã Dei: nam Couar. in d. c. Alma mater, p. 1. §. 1. n. 8. expreſsè aſſerit à veritate catholica id eſſe alienum. Sicut etiam hæretica eſt Lutheri propoſitio à Leone X. condemnata vna cum aſſertione Vuitcleſi, dicentis: Eccleſiam excommuniçandi poteſtatem non habere. Conſtat enim ex ſcripturis, & Patribus, vt infra, Deo duce, dicemus, hanc poteſtatem in Dei Eccleſia eſſe, & iuſtè excommunicando multa operari, non modò, quoad Eccleſiam militantem, vt voluit Gl. aut quoad pœnas externas, vt docuit Luther. ſed etiam quoad Deum, & pœnas internas: quia Eccleſia non perperam orat pro ſuis, vt ſupra probauimus. 32

Ex dictis igitur patet, per verbum: Excommunicamus, in principio cuiuslibet canonis Bullæ Cænæ poſitum, ferri excommunicationem minorem: & per verbum; Anathematizamus, promulgari excommunicationem maiorem, & conſequenter excommunicatum à Corpore Chriſti ſeparari, ſathanæ tradi, ac etiam maledici execrari, ac deteſtari.

ADDITIO.

4 Anathema. Licèt hoc nomen, anathema, quidam velint eſſe græcum, vt habetur ex D. Auguſtino in lib. Num. c. 41. & D. Thom. in c. 9. ad Roman. & in cap. 1. ad Galat. nihilominus D. Hier. ſuper Epiſt. 1. ad Galat. & Alcim. in c. cùm non ab homine, num. 106. de iudic. dicunt, nomen iſtud eſſe hebræum: nam, vt ait D. Hieronym. anathema proprium Iudæorũ eſt. Nauar. autem in comment. de dat. & promiſ. pro iuſtit. vel grat. ſub n. 10. ait, prædictas opiniones conciliari poſſe: ſiquidem D. Auguſtin. quamuis velit, nomen illud eſſe græcum; non tamen negat eſſe hebræum: ſicut D. Hieronymus, qui dicit eſſe hebræum, non negat eſſe græcum: quoniã non inconuenit, vt vna, & eadem dictio ſit pluribus linguis diuerſis communis, ſiuè altera eam acceperit ab altera, vt patet in lingua latina, quæ multas dictiones accipit à græca: ſiuè quoniam nomina cùm ſint ad placitum, primis earum auctoribus placuit, vt vna, & eadem vox apud ambas nationes idem inſinuaret. Et D. Hieronymus, cùm inquit, nomen anathema, eſt Indeorũ proprium, reſponderi poſſe ait idem Nauar. loco citato, eum velle, illam originem, ſeù inuentione hebræam eſſe, cui non repugnat, eamdem eſſe conſuetudine, ac vſu græcam. Et ita putat intelligendum D. Auguſtin. dicto c. 41. dum ait, *Origo huius verbi in græco eſt ab iis rebus, quæ vota ſurſum ponebantur in Templis.* Etenim non eſt intelligendus de origine, & inuentione dictionis; ſed de origine vſus eius apud Græcos: nam à lingua hebræa, quæ omnium eſt antiquior, potuit hãc græca mutuari; non tamen è contra. D. Cæſar.

Ibi (*Ex parte Dei Omnipotentis, Patris &c.*) Quare Romanus Pontifex in ferendis cenſuris vtitur inuocatione Sãctiſſimæ Trinitatis. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Deus dicitur fons, & origo totius Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ.*

2 *Dominus, quando dixit Apoſtolo Petro, Paſce oues meas, Principem illum conſtituit Apoſtolorum, ac totius Reip. Chriſtianæ.*

3 *Paſcere apud Hebræos, latinè idem eſt quod regere. Vndè Reges, Paſtores dicebantur.*

4 *Reſpublica benè inſtituta exigit poteſtatem ſufficientem ad eam gubernandam.*

5 *Petro cùm fuit conceſſa poteſtas gubernandi Eccleſiam, cenſetur ei conceſſa à Domino poteſtas ordinis, & Iuriſdictionis.*

6 *Iuriſdictio cùm alicui conceditur, cõceſſa eidem cenſentur omnia illa, ſine quibus Iuriſdictio exerceri non poteſt.*

7 *Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ poteſtas diuiditur in internã, & externam.*

8 *Cenſuras ferendi poteſtas pertinet ad Iuriſdictionem externam coerciuam.*

9 *Reſpublica poteſt priuare ſuis bonis contumaces, & rebelles.*

1 REſpondetur, quòd idcircò Romanus Pontifex inferendis cenſuris vtitur inuocatione Sanctiſſimæ Trinitatis: quoniam Deus eſt fons, & origo totius Iuriſdictionis Eccleſiaſticę, vt in c. Nemo contemnat, 11. q. 3.

Pro cuius rei explicatione, eſt annot. quòd 2 Deus, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus Ioan. c. 21. ter dicens Petro: *Paſce oues meas* Principé, ac 3 Regem illum conſtituit Apoſtolorum, ac totius Reip. Chriſtianæ, Nam paſcere, apud Hebræos,

bræos, idem eſt quod regere; & Reges apud eoſdem, paſtores dicebantur. Vndè quod nos latinè legimus pſal. 22. *Dominus regit me*: in hebræo dicitur: *Dominus paſcit me*. Et pſal. 2. vbi nos legimus: *Reges eos in virga ferrea*: hebraicè legitur: *Paſces eos in virga ferrea*.

Et quoniam omnis Reſpublica bene inſtituta, indiget poteſtate ſufficienti ad eam gubernandam, & conſequenter exigit omne id, ſine quo rectè gubernari non poteſt, cùm Petro fuit tributa poteſtas gubernandi Eccleſiam, quę fuit à Domino inſtituta tamquam vnum corpus politicum, cenſetur ei conceſſa poteſtat, non modò ordinis, ſed etiam iuriſdictionis: eo quòd abſque duplici illa poteſtate, Eccleſiam rectè gubernare non valuiſſet; cùm hæc omnia ad paſtorale munus ſint neceſſaria, vt contra hæreticos bene probat Cardin. Belar. lib. 1. de Rō. Pontiſ. c. 15. Cui enim conceditur iuriſdictio, cō ceſſa cenſentur omnia illa, ſine quibus iuriſdictio exerceri non poteſt, vt eſt tex in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudic. l. fin. ff. de eo, cui mand. eſt iuris. & c. Paſtoralis, in prin. de offic. deleg.

Verùm quia iuriſdictionis poteſtas diuiditur in interiorem, quæ ordinatur ad ſorum Sacramentale, & internum bonum animæ: & exteriorem, quæ ordinatur ad gubernandam Eccleſiā in ciuili, & exteriori foro; ad hanc igitur exteriorem poteſtatem pertinet vis, atque poteſtas, tū directiua ad ſerendas leges: tum etiam coerciua, quæ dicitur poteſtas fori contentioſi, reſpiciens delictorum vindictam.

Hac igitur poteſtate coerciua feruntur cenſuræ omnes, & conſequēter cenſuræ, quę in Bulla cœnæ continentur. Qui quidem coercendi modus eſt ſatis congruus ſpirituali poteſtati: tū quia ſpirituali poteſtati ſpiritualis gladius magis congruit, quàm materialis, tum quia omnis Reſpublica poteſt ſuis bonis, ac priuilegijs priuare ſibi contumaces, & inobedientes. Hoc autē facit Eccleſia per excommunicationem: priuat enim excommunicatum omnibus cōmunibus fidelium bonis; Sacramentorum ſcilicet participatione. tum actiua, tum paſſiua, & alijs, de quibus latè, Suar. de cenſur. diſp. 1. ſec. 2.

Ibi (*Beatorum Apoſtolorum Petri, &c.*) Quare S. Pontifex auctoritate Beati Apoſtoli Petri, dicitur ferre cenſuras. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Petrus Apoſtolus fuit primus, cui fuit tributa ordinaria Eccleſiæ poteſtas ſuper vniuerſalem Eccleſiam.*

2 *Apoſtolis omnibus fuit à Domino tributa eadem Eccleſiaſtica iuriſdictio, non ordinaria, ſicut poſtea Petro, ſed delegata dumtaxat.*

3 *Epiſcopi, licèt ſuccedant in locum Apoſtolorum, non tamen iuriſdictionem Eccleſiaſticam habent immediatè à Deo, ſed per Romanum Pontificem.*

1 REſpondetur, quòd ideo Romanus Pontifex auctoritate Apoſtoli Petri dicitur ferre cēſuras: quia Petrus fuit primus, cui 10. n. cap. 21. fuit tributa ordinaria iuriſdictio ſuper vniuerſalem Eccleſiam, tam diù duratura, quàm diu Eccleſia permanebit, & cui alij Pontifices ſucceſſiuè ſuccederent.

2 Et licèt cæteris etiam Apoſtolis immediatè ſimiliter à Deo fuerit conceſſa Eccleſiæ iuriſdictio, & poteſtas Ioan. cap. 20. cùm illis dixerit, *Sicut miſit me Pater, ego mitto vos, &c.* quibus verbis omnes Apoſtolos cōſtituit ſibi legatos per vniuerſum Terrarum orbem, cum facultate promulgandi Euangelium, Eccleſias ædificandi, creandi Epiſcopos, ordinandi Clericos, leges faciendi, & alia ad Apoſtolicum munus ſpectantia; dicta tamen iuriſdictio non eſt ordinaria, ſed delegata in ſucceſſores non tranſitura, ſed deſitura cum ipſis Apoſtolis. Quam poteſtatem dedit Dominus quoque Apoſtolo Petro, ſed deinde d. c. 21. Ioan. dedit eidem ordinariam, qua creatus fuit etiam A Poſtolis ipſis ſuperior.

Nec propterea dicendum eſt, D. Petrum habuiſſe duas poteſtates iuriſdictionis; ſed vnam dumtaxat, prius minùs perfectam, & delegatam, & deinde ordinariam, & perfectam, vt benè declarat Suar. de cenſur. diſp. 1. ſec. 2. num. 10. & 12.

Ex quo infertur malè ſenſiſſe Scotum dicentem in 4 ſent. d. 22. q. 2. art. 1. Epiſcopos omnes 3 recipere immediatè à Chriſto iuriſdictionis coerciuæ poteſtatem, cùm ſuccedant in locum Apoſtolorum. Nam illa iuriſdictio fuit delegata, vt diximus, & ordinariam nemo habet, niſi ſolus Romanus Pontifex, à quo cæteri Epiſcopi participant.

Ibi (*Pauli*) An Romanus Pontifex cenſuras dicatur ferre auctoritate Apoſtoli Pauli, ſibi ab eo communicata, & transfuſa. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Romanus Pontifex quo pacto dicatur ferre cenſuras auctoritate Apoſtoli Pauli.*

2 *Paulus Apoſtolus Eccleſiæ Romanæ vna cum D. Petro fuit cooperator, & fundator.*

3 *Pontifices duo eodem tempore in Eccleſia eſſe non poſſunt, licèt duo Imperatores eodem tempore fuerint, & eſſe poſſint, & quæ ratio eſt ratio*

4 *Coadiutor ſi daretur Romano Pontifici à ſe ipſo, in nullo diminueret Pontificiam Mæſtatem.*

1 REſpondetur. negatiuè. Nam licèt Romanus Pontifex dicat cenſuras ferre auctoritate Apoſtolorum Petri, & Pauli; non tamen intelligitur eas ferre auctoritate diffuſa in eum à Paulo ſicut diximus de Petro Apoſtolorum 2 Principe; ſed quia D. Paulus Eccleſiæ Romanæ vna cum D. Petro fuit cooperator, & fundator. Non tamen fuerunt eodem tempore duo Pōtifices; quia in Eccleſia Dei duo Pontifices eodem 3 tempore eſſe non poſſunt: etſi plures Romani Imperatores eodem tempore fuerint, & eſſe poſſint. Quoniam hoc eſſet contra Chriſti inſtitutionem, qui vnum dumtaxat Principem totius Eccleſiæ conſtituit: & tanto fortius quia minueretur Pontificia poteſtas. Per Coadiutorem autem S. Pontificis Maieſtas in nullo minuitur: quoniam penes coadiutorem non ius ipſum, ac titulum Poteſtatis transferre dicitur, ſed tantùm

administrationem,maiorem,& minorem ad sui ipsius habitum. vt benè docet Azor. lib.4.Inst.Moral. p. 2. c. 13.

Ibi (*Ac nostra*) An Romanus Pontifex verè dicatur propria auctoritate ferre censuras. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Romanus Pontifex non dicitur Vicarius Apostoli Petri, sed Christi.*
2 *Rom. Pontifex statim post electionem, potestatem, & iurisdictionem immediatè recipit à Christo.*
3 *Iurisdictio ordinaria concessa Petro, licèt transfundatur in successores Pontifices; ita tamen transfunditur, vt Pontifex electus immediatè eam recipiat à Christo.*

1 REspondetur affirmatiuè: quia Romanus Pontifex non est Vicarius Petri Apostoli, vt probat Syl. in sum. in ver. Papa, in principio, & respondet ad textum in c. Ego Ludouicus, 63. d. sed est Vicarius Christi cum potestate ordinaria, cui alij successiuè Pontifices succederent. Quam potestatem ordinariam immediatè recipit à Christo, eo ipso quòd est legitimè electus. 2 Vndè licèt ordinaria Iurisdictio concessa Petro transfundatur in successores Pontifices, ita tamen 3 transfunditur, vt immediatè recipiatur à Christo, præmissa legitima Romani Pontificis electione.

Ibi (*Quoscumque Hussitas, Wiclephitas, Lutheranos, &c.*) An supradicti Hæretici, de quibus in nostro canone fit expressa mentio, dicantur nominatim excommunicati. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Nominatim excommunicatus is dicitur, contra quem fertur excommunicationis sententia specialiter, determinatè, cum expressione proprij nominis, vel alijs signis, talis persona designatur.*
2 *Nominatim interdicti, vel suspensi eodem modo dicuntur.*

1 REspondetur negatiuè. Nam licèt multæ hæreticorũ sectæ in nostro canone exprimantur, & excommunicentur; non tamen ob id dicuntur nominatim excõmunicati quousque ab Ecclesia declarentur tales, vt ex Toleto docet Vgol. in explicat. Bullæ Cœnæ p. 1. c. 14. in fine. Ad hoc autem, vt quis dicatus nominatim excommunicatus, oportet, vt sententia feratur contra ipsum determinatè, specialiter, & expresse, ita vt proprio notetur nomine, vel talibus circumstantijs, & signis, quibus sufficienter, & in particulari designetur persona, contra quam talis sententia fertur, vt ex Couar. & alijs docet Suar. de censur. disp. 9. sec. 2. n. 10. & Sayr. lib. 2. Thes. tom. 1. c. 12. n. 17. vbi etiam reprobat Bernardi sententiam in c. à nobis, il 1. de sent. excom. dicentis, eum esse excommunicatum nominatim, qui fecerit aliquid contra canonem, ita excommunicationem promulgantem, Quisquis hoc, vel illud fecerit, excommunicatus sit: adeò, vt si constiterit Titium talem actum prohibitum fecisse, eri nominatim excõmunicatus. Hoc inquit, est omnino falsum, & probat esse contra communem interpretationem: eo quòd nominatim excommunicatus is dicitur, qui per sententiam Iudicis cum expressione proprij nominis declaratur talis, si in censuram ipso iure latam inciderit, aut per sententiam fuerit à Iudice, seruatis seruandis, cum expressione proprij nominis, vt supra excommunicationis vinculo alligatus.

Quæ diximus de excommunicatione, extendimus etiam ad alias censuras, nempe ad Interdictum, & suspensionem. Nam is dicitur nominatim interdictus, vel suspensus, quando proprio nomine expresso, vel alijs vt supra circumstantijs, interdicitur, vel suspenditur, vel declaratur interdictus; vel suspensus, vt per Glos. in c. 3. §. Excommunicatos, in ver. Nominatim, de Priuil. 2

Et quoniam in nonnullis Germaniæ, Angliæ, Galliæ locis, & in quamplurimis alijs Prouincijs innumeri ferè sunt hæretici, qui quamuis non sint nominatim excommunicati, denunciati, aut declarati tales: nihilominus sunt adeò notorij, & ita notoriè constat eos in excommunicationis sententiam incidisse, vt nulla possint tergiuersatione celari, aut aliquo modo Iuris suffragio excusari; quæritur igitur.

An Hæreticos vt supra notorios, quamuis nominatim non sint excommunicati, denunciati, & declarati tales, teneamur vitare. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Extrau. Ad euitanda scandala Conc. Basiliensis, refertur de verbo ad verbum.*
2 *Notorios excommunicatos non tenemur vitare, nisi eos, qui ex notoria Clericorum percussione excommunicati sunt.*
3 *Extrau. Ad euitandum scandalum Conc. Constantiensis refertur de verbo ad verbum.*
4 *Vitare iure communi tenemur omnes excommunicatos; publicos scilicet publicè; secretos autem, secretè:*
5 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.*
6 *Consuetudo est optima legum interpres.*
7 *Concilium Basiliense non fuit auctoritate Rom. Pontificis celebratum.*
8 *Concilium generale siue Romani Pontificis auctoritate celebratum, non Concilium, sed conuenticulum, & conciliabulum appellatur.*
9 *Vitandus non est excommunicatus quantumuis notorius, nisi nominatim sit publicatus, & denunciatus: aut in excommunicationem inciderit ob notoriam clerici percussionem.*
10 *Notorios excommunicatos vi Bullæ Cœnæ vitare non tenemur, nisi notoriè excommunicatos ob notoriam percussionem S.R.E. Cardinalium, & aliorum Prælatorum in canone 11. eiusdem Bullæ contentorum.*
11 *Notoriè insequentes Cardinales, & alios Prælatos in dicto canone contentos, vel à suis locis ejicientes, quamuis vi Bullæ Cœnæ excommunicati sint, si percussio aliqua,*

aliqua, detentio, & arceratio, & c. non concurrerint, nihilominus vitare illos non cogimur.

12 *Notorium Clericorum percussorem tunc vitare tenentur, cùm notorium quoque est percussorem nullam excusationem habere, quominus in excommunicationem incideriț.*

13 *Notorium quid sit, explicatur.*

14 *Notoria, & si non sit percussio Clerici; est tamen notoria testibus, qui viderunt illum, qui in Clericum violentas manus iniecit; & ideo vitare eum tenentur.*

15 *Notoriè interdictos, ac suspensos non tenemur vitare.*

16 *Verborum proprietati standum est in legibus positivis, quatenus fauorem continent.*

17 *Priuilegium dictæ extrauag. communicandi cum excommunicatis, extenditur circa communicationem cum excommunicatis, non modò generaliter, sed etiam specialiter.*

18 *Excepto, licèt firmet regulam in casibus non exceptis, tamen dicta regula restringitur ad casus non consimiles exceptos.*

19 *Communicationis priuilegio vti non debemus cum excommunicatis, nisi aliqua honesta saltem vtilitas concurrat ex parte communicare volentis.*

20 *Excommunicatus non debet sponte se offerre ad ministranda Sacramenta.*

IN hac difficultate Vgol. in explic. Bullæ Cœnæ p. 1. c. 14. docet, quòd si notorium sit, aliquem nō modò hæreticum esse, aut schismaticum; sed etiam si notorium sit quodlibet aliud crimen contra Bullæ cœnæ prohibitionē commisisse, & excommunicationem adeò cōtraxisse vt nulla tergiuersatione celari possit, quāuis nominatim non sit declaratus, & denunciatus excommunicatus; nihilominus omnino vitandū esse. Hanc eandem sententiam in vniuersum tenet idem Vgol. de censur. tab. 1. c. 13. §. 7. num. 7. quoad omnes notorie excommunicatos pro quacumque causa, iuxta sententiam Panorm. in clem. 2. de sent. excom. Couar. in c. Alma mater, p. 1. §. 2. n. 7. ver. Quidam verò: eo. tit. in sexto, & aliorum.

Probatur hæc opinio ex extrau. quæ incipit:

1 Ad euitanda scandala, edita in Conc. Basilienſi sess. 20. cuius tenor est qui sequitur. *Ad euitanda scandala, & multa pericula, subueniendumque conscientijs timoratis, statuit etiam, quod nemo deinceps a communione alicuius in Sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs, quibuscunque Diuinis, vel extra, prætextu cuiuscumque sententiæ, aut censuræ Ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis ab homine, vel à iure generaliter promulgata, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut Interdictum Ecclesiasticum obseruare, nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura huiusmodi fuerit in, vel contra personam, Collegium, Vniuersitatem, Ecclesiam, aut locum certum, aut certam, a Iudice publicata, vel denunciata specialiter, & expressè, aut se aliquem ita notoriè in excommunicationis sententiam constituerit incidisse, quod nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo modo iuris suffragio excusari. Nam a communione illius abstinere vult iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu pro hibitos non intendit in aliquo relenare, nec eis quomodolibet suffragari.* Vbi est not. quòd duo casus in dicta extrau. ponuntur an quibus excommunicatus, aut alia censura alligatus vitari debet. Primus casus est, quando nominatim per particularem sententiam, & denunciationem censura in aliquem promulgata fuerit. Secundus casus est, quando censura est adeò publica, ac manifesta, vt nulla tergiuersatione celari possit: ergo ex illa extrau. satis quippe probatur supradicta Vgol. & aliorum sententia, dicentium indistinctè notorium vtsupra excommunicatum, vitandum esse, quamuis non sit declaratus, & denunciatus nominatim a Iudice. Et tantò fortiùs; quia Vgol. loco cit. refert constitutionem illam fuisse a Nicol. V. approbatam. Et Couar. ibidem ait, approbationem prædictam constare etiam ex Bullis Mart. V.

His tamen non obstantibus, contrariam sen-
2 tētiam arbitror de iure veriorem esse, quam tenet D. Anton. 3. p. tit. 21. c. 3. Adr. in 4. sent. tract. de confes. q. 6. tract. de clauibus, q. 3. & tract. de Eucharistia, q. vl. ver. Oritur quæstio, & alij quāplurimi Doctores, quos referunt, & sequuntur Sayr. lib. 2. Thes. tom. 1. c. 13. n. 8. & Suar. de censur. disp. 9. sec. 2. n. 5. Hoc idem tenet Sanchez, & alij, quos allegat lib. 2. Decal. c. 9. n. 3. dicentes, notorios excommunicatos nos non teneri vitare, nisi illos, qui ex percussione Clerici excommunicati sunt. Probatur hæc sententia ex extrau. Conc. Constantiensis, quæ incipit, Ad euitandum scandalum, relata à D. Anton. & Sayr. locis citatis, & est tēnoris sequentis. *Ad euitandum, scandalum, & multa pericula, quæ conscientijs timoratis contingere possunt, Christifidelibus tenore præsentium misericorditer indulgemus, quòd nemo deinceps è communione alicuius in Sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs quibuscunque Diuinis, intus, & extra, prætextu cuiuscunque sententiæ, aut censuræ Ecclesiasticæ a iure, vel ab homine, generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut Interdictum Ecclesiasticum obseruare, nisi sententia, vel censura huiusmodi fuerit illata contra personam, Collegium, Vniuersitatem, Ecclesiæ communitatem, aut locum certum, vel certam à Iudice publicata, vel denunciata specialiter, & expressè, constitutionibus Apostolicis, & alijs in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Saluo siquidem pro sacrilega manuum iniectione in Clericum sententiam latam à canone adeò notoriè constiterit incidisse, quòd factum non possit tergiuersatione aliqua celari, nec ab quo suffragio excusari; nam à communione illius, licèt denunciatus non fuerit, volumus abstineri, iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, aut prohibitos, non intendimus in aliquo relenare, nec quomodolibet suffragari.*

Vbi est annot. quia licèt de iure antiquo non
4 excommunicatus vitare teneretur omnem, & quemcunque excommunicatum, non solùm publicum, verùm etiam occultum; & si non eodem modo; nā publicum, tam in occulto, quàm in publico: occultum verò solùm in occulto vitare tenebatur, vt est tex. in c. cùm non ab homine, & ibi glos. in ver. Denunciatus: & Panor. n. 2 3. & 6. de sent. excom. tamen ex vi supradictæ extrau. dictum ius antiquum reuocatur, & statuitur regula cum duplici limitatione. Etenim per eam vniuersaliter conceditur non excommunicatis participatio cum excommunicatis, exceptis duobus casibus. Quorum primus est quotiescumque excommunicatus, siue à iure, siue ab homine, est nominatim denunciatus, & publicatus. Secundus casus est, vbi quis fuerit excommunicatus ex percussione clerici adeò notoria, vt non possit vlla tergiuersatione celari.

eque

neque vllo iuris ſuffragio excuſari: Cùm igitur vi dictæ extrau. concedatur participatio cum excommunicatis. exceptis prædictis duobus caſibus; & exceptio non ſit de excõmunicatis notorijs in vniuerſum, ſed tãtùm de notoriè excõmunicatis pro ſacrilega manuum iniectione in clericum; ergo firma remanet regula incontrarium, vt licitum ſit cum alijs excommunicatis quantumuis notorijs communicare, vbi nominatim excommunicati non ſint, nec denunciati. Nàm exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, vt in c. Dominus, 42. q. 7. & c. 2. de coniug. lepr. tantò fortius cũ tractetur de materia fauorabili per ea quæ docet Panor. in c. cum dilecta, n. 7. & 8. de confir. vtil. vel inut.

Et licèt dicta Conſtitutio in principio, quo fuit edita, rumor inſurrexerit non nullorum dicentium, illam non fuiſſe perpetuam, ſed ſolùm ad quinquennium duraturã, & in Concilio propoſitam, ſed non acceptatam, præſertim ab Italis; tamen D. Anton. loco citato, teſtatur, quendam Epiſcopum Buſonienſem in Polonia, Andream nomine, qui dicto Concilio interfuit, his rumoribus permotum ab ipſomet Martino V. à quo dictam extrau. fuiſſe editam non nulli volunt, petijſſe, verum ne hoc eſſet? & ab eo reſponſum accepiſſe, prædictam extrau. eſſe perpetuam, & hanc ſuam fuiſſe intentionem. Hoc idem refert audiuiſſe à quodam Iuliano Cardinali, qui fuit legatus Apoſtolicus in eodem Cõcil. & dixit conſtitutionem huiuſmodi fuiſſe promulgatam in Concilio per eundem Pontificem, omneſque Concilij Patres eam laudaſſe, & approbaſſe, vniuerſaliter editam, & perpetuò duraturam.

Hanc ſententiam ſimpliciter veram eſſe, & de
6 conſuetudine ſeruari per totum terrarum orbẽ, & ſignanter in Romana Curia, teſtantur Sayr. & Suar. locis citatis. Nam in Germania, Gallia, Anglia, & in alijs Prouinciis innumeri ſunt hæretici, qui notorij ſunt, & manifeſti, & tamen, quia nominatim denunciati non ſunt, catholici cum illis abſque vllo ſcrupulo communicant. Modò cum conſuetudo ſit optima legum interpres, vt eſt tex. in c. cùm dilectus, de conſuet. & l. Minime, ff. de legib. dicendum eſt, illam conſtitutionem eſſe veram, & ſecundum ſupradictã interpretationem debere intelligi. Tantò fortius, quia dicta interpretatio eſt magis pia, & vtiliſſima eſt ad finem in eadem conſtitutione expreſſum, ſcilicet ad vitanda ſcandala, & ad ſedandas timoratas conſcientias.

Ad extrau. Conc. Baſilienſis in contrarium
7 adductam, reſpondetur ex Sayr. & alijs, quòd licèt dictum Conc. celebratum fuerit poſt Concil. Conſtantienſe; tamen illius extrauag. nulla prorſus eſt habenda ratio: quoniam Concil. ipſum Baſilienſe non fuit auctoritate Romani Põtificis celebratum: & conſtat in pluribus erraſſe, & præſertim Eugenio IV. malè depoſuiſſe. Vndè in Conc. Lateran. ſub Leone X. ſeſſ. 11. habetur, illud non fuiſſe concilium; ſed conciliabulum. Nam Concilium Generale abſque Roma-
8 ni Pontificis ſententia celebratum, non Concilium, ſed conuenticulum, & conciliabulum appellatur, vt eſt textus in c. Multis, 17. d. & ideo tanquam acephalum, & illegitimum fuit merito ab eodem Eugen. IV. reuocatum, & conſequenter irritata dicta conſtitutio; quam conſtat fuiſſe editam poſt ſciſſuram Concilij præſati, & ante eiuſdem reuocationem, vt refert Turrecr. in Sum. de Eccleſia, lib. 2. c. 100.

Quo circa cùm ex eo colligat Syl. nullam eſſe prædictam conſtitutionem, quamuis docuerit in ſum. in ver. excõmunicatio, 5. n. 9. cõtra noſtrã ſententiam, nihilominus in ſuo Conflat. in epiſtola, quæ ibi habetur in vltimo folio ad Lectorem, ſe retractauit, & expreſsè dixit ſtandum eſſe ſententiæ, & extrau. Concil. Conſtantienſis, & non detetminationi Concilij Baſilienſis, cùm determinatio illa ſit nullius momenti.

Eadem ratione, & ſi Nauar. in ſuo Man c. 9. ſub n. 6. approbauerit dictam extrau. Conc. Baſilien. in vltima tamen editione anni 1584. in eodem c. 9 num. 8. ver. Quintò deducitur: ſe corrigit, prius dicta retractando.

Immò Doctores contrariæ ſententiæ, plerique ſub dubio loquuntur. Et idem Nauar. in ſum. antiquæ editionis, in d. c. 9. ſub n. 6. antequam ſuam ſententiam reuocaret, poſt multa ab eo relata pro confirmatione, & efficacia dictæ extrau. Conc. Baſilienſis, in fine ſic ait: Quamuis contrarium paſſim ſeruari audiamus in Germania, Gallia, & aliquot alijs Regnis, vbi catholici non vitant eos, qui notoriè ſunt hæretici. Quæ conſuetudo, quoniã ſcitur, & toleratur à S. Pontificibus, qui eam nequeunt de facto extirpare, ſatis poteſt dici excuſare catholicos, ea vtentes, & in c. 27. n. 35. vbi falsò tenuit ſtandum eſſe determinationi præſenti Conc. Baſilienſis, & ideo peccare Catholicos Galliæ, & Germaniæ, qui Lutheranis manifeſtis, immo & palam confitentibus ſe tales, communicant, in fine dicti loc ſic ait: Quoniam durum eſt damnare gentem, in qua ſunt tot viri eruditiſſimi, & ſapientiſſimi, & Academiæ celebertimæ, præſertim Pariſien. Toloſ. & Lauanien. probabiliter dici poteſt, prædictam extrau. eſſe vſu receptam cum ſola illa limitatione de excommunicatione manifeſtæ percuſſionis Clerici, iuxta tenorem antiquæ, & ſic extrau. Concilij Conſtantienſis, vel multitudo hæreticorum, & neceſſitas communicandi facit licitum, quod aliàs non eſſet.

Nec verum eſt id, quod Vgol. & alij afferunt circa confirmationem dicti Conc. Baſilien. à Martino V. à Nicolao V. & Leone X. quoniam, vt benè declarant Sayr. & Suar. locis citatis, dictũ Concilium fuit confirmatum in paucis dumtaxat factis, non tamen quoad omnia, & præcipuè quoad dictam extrau.

Ex his igitur patet omnino ſtandum eſſe de-
9 terminationi Concilij Conſtantienſis ita vt nõ excommunicatus non compellatur vitare excommunicatum quantumuis notorium, niſi fuerit nominatim publicatus, & denunciatus talis, aut in excommunicationem inciderit ob notoriam in Clericum manuum iniectionem. & hoc ſiue ex eo quòd determinatio Concilij Baſilienſis ſit nullius momenti: ſiue ex eo quòd cõſtitutio dicti Concilij fuerit vſu, & conſuetudine recepta cum ſola illa limitatione excommunicationis ob manifeſtam Clerici percuſſionem.

Vndè quoad cenſuras in noſtra Bulla conten-
10 tas dicendum eſt, nos non teneri vitare dictæ Bullæ excommunicatos quantumuis notorios, niſi vt ſupra nominatim denunciatos: aut excõ-

municatos ex notoria occiſione, mutilatione, percuſſione, captura, carceratione, ac detentione S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, S. A. Legatorum, Nunciorum, & Epiſcoporum; de quibus habetur infra canone XI. quoniam ſi omnes veniunt appellatione clericorum, & verè ſunt clerici, vt eſt tex. in cap. Cleros. 21. d.

Hoc idem dicendum eſt, ſi notoriè conſtiterit aliquem eſſe excommunicatum, eo quòd in alicuius ex ſupradictis Prælatis domo, vel caſtro cuſtodes poſuerit, vt eum caperet, etiam ſi de domo exierit, & manus in eundem non iecerit. Item ſi ex eo quòd puluere, aut aqua, oleo, vino, aut aliquo alio liquore, ſuadente Diabolo, & iniuriandi cauſa illam aſperſerit, vel conſpuerit: aut violentiam rebus ſibi adhærentibus fecerit, vt ſi manus ad frenum equi, cui inſidebat appoſuerit, per veſtes detinuerit, eaſdemque laceraverit, aut equum, cui inſidebat occiderit, vulneraverit, aut frenum fregerit: quoniam in his, & in alijs ſupradictis caſibus, & criminibus, contra clericum patratis, cùm incurratur excõmunicatio lata in c. ſi quis ſuadente Diabolo, 17. q. 4. contra percutientes clericos, vt latè probat Sayr. lib 3. ſui Theſ. tom. 1. c. 26. num. 13. & 15. & Suar. de cenſur. diſput. 22. ſect. 1. num. 23. & 24. eiidem etiam cauſis notoriè excõmunicatos tenemur vitare, tàm ſi crimina huiuſmodi commiſſa ſint in ſupradictos Prælatos, quàm in quêcunque alium ſimplicem clericum.

Non tamen arbitror nos teneri vitare excõ-
11 municatos, qui dictos Prælatos quãtumuis notoriè hoſtiliter inſecuti fuerint, vel à ſuis Diœceſibus, terris, ſeu dominijs eiecerint ſine aliqua manuum in eos iniectione, aut alia violentia ab extrinſeco aliquo ex ſupradictis modis: quoniam quamuis hoſtiliter inſequentes ſupradictas perſonas, & ab eorum loeis eijcientes incidant in d. canonem XI. noſtræ Bullæ; non tamen incidunt in canonem, ſi quis ſuadente Diabolo: & proinde non dicuntur manus ſacrilegas in eos inijcere: & conſequenter non tenemur eos vitare, cùm vi dictæ extrauag. non teneamur vitare notoriè excommunicatos, niſi ex notoria clericorum percuſſione.

Immo tunc demum tenemur vitare notoriũ
12 clericorum percuſſorem, cùm notoriũ quoque eſt percutientem nullo iuris remedio, aut ratione excuſare ſe poſſe, quo minus in excommunicationem inciderit. Vndè, licèt notorium ſit, Titium percuſſiſſe perſonam aliquam Eccleſiaſticam, ſi tamen notorium etiam nõ ſit, Titium nullam excuſationem pro ſe habere, vitari non debet antequam citatus denuncietur excõmunicatus. Et ideo, cùm hæc omnia rarò concurrant, vix in aliquo caſu tanta poterit eſſe facti euidentia, vt ſic excommunicatum ante denũciationem vitare teneamur, vt colligitur ex his, quæ dicit Vgol. in explic. Bullæ Cœnæ p. 1. cap. 14. in fine, & Sayr. ex communi DD. ſententia lib. 2. Theſ. tom. 1. c. 12. ànum. 10. ad 18. incluſiuè. vbi etiam num. 19. declarat. quid ſit notoriũ,
13 & ait: quòd notoriũ dicitur, quod in maiori viciniæ aut Collegij, vel oppidi parte per teſtes oculatos notum eſt: aut aliquid factum ſit coram decem teſtibus; aut coram non minus ſex, vt per DD. ab ipſo Sayr. ibi allegatos, & Suar. tom. 3. diſp. 67. ſect. 5. qui poſt multas in hac re Doctorum ſententias relatas; tandem concludit, quòd nulla certior regula aſſignari poteſt, quàm prudentis arbitrij, quòdq; nullus certus teſtium numerus deſignari poteſt, qui ſemper neceſſarius ſit, ſed iuxta eorum auctoritatem, & qualitates, & alias circumſtantias interdum maior, interdum minor ſatis eſſe poterit. Non tamen ſufficit, quòd crimen per ſufficientes teſtes poſſit de iure probari: quia dum in eo ſtatu exiſtit, nondum eſt notorium; ſed tantùm probabile. Nec etiam ſat eſt, vt de tali delicto ſit publica infamia abſque facti euidentia: vt in c. tua nos, & c. vltimo, de cohab. cleric. & mulier. quoniam huiuſmodi delictum dicitur famoſum potiuſquã notorium, ſed crimen ita debet eſſe manifeſtum, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit, neque aliquo iuris ſuffragio excuſari, ita probabili, & apparente, vt conſtituat rem dubiam: vt ſi quis allegat via tantùm defenſionis clericum percuſſiſſe: nam quamdiù oppoſitum non conſtiterit, præſumendum eſt, id potius eſſe, quàm oppoſitum.

Verum tamen eſt, quòd licèt percuſſio clerici
14 non ſit notoria; tamen teſtes, qui viderũt eum, qui clericũ percuſſit, & nullo iuris ſuffragio excuſari poteſt, tenẽtur illum vitare ſaltem ſecretè iuxtà iuris diſpoſitionem: quoniam tale crimen, quamuis non ſit ſimpliciter notorium: nihilominus eſt notorium ipſis teſtibus: & verba extrauag. non videntur exigere, vt delictum abſolutè ſit notorium; ſed, vt notoriè conſtet, delinquentẽm ineidiſſe in canonem. Ita Suar. de cenſur. diſp. 9. ſect. 2. n. 11. & 12. vbi num. 14. probat
15 hanc exceptionẽ non militare quoad ſuſpenſionem. & interdictum: quia in d. extrauag. ſolùm ſit exceptio particularis de cenſura pro delicto percuſſionis clerici: illi autem non eſt annexa, niſi quædam excommunicatio maior. Immo etiam ſi forma Conc. Baſilienſis ſuſtineretur, adhuc ipſe Suar. cõtra Nauar. Vgol. & alios probabiliter putat, notoriè interdictum, ac ſuſpenſum non comprehẽdi ſub poſteriori generali exceptione eiuſdem Conc. quoniã in huiuſmodi poſitiuis legibus proprietati verborum ſtadum eſt, & quatenus fauorem continent, ampliandæ:
16 & quatenus odium, vel rigorem, reſtringendæ quantum poteſt vtrumq; cadere ſub verbi proprietate. Illa autem exceptio, de excommunicatis dumtaxat loquitur; quæ rigoroſa eſt, ac odioſa: ergò rigoroſè, ac ſtrictè intelligenda eſt de excommunicatis, & non eſt vlterius extendenda ad ſuſpenſos, & interdictos. Tantò fortius, quia in priori parte eiuſdem conſtitutionis, quamuis fauorabilis ſit, & ideo extendenda erat ad ſuſpenſionem, & interdictum; illarum tamen cenſurarum facta eſt expreſſa mentio: ergo hoc ipſo, quòd in exceptione de illis tacetur, virtualiter ab illa excluduntur. Hæc Suar.

Quo verò ad priorem exceptionem in Conc.
17 Conſtantien. extrauag. poſitã, per quam regula generalis cõſtituitur, vt licitũ ſit participare cũ excommunicatis, & quacũq; alia cenſura alligatis, limitatur ad nominatim excommunicatos, ſuſpenſos, & interdictos, itaut cum illis interdicta nobis ſit communicatio; eſt annot. quòd nõ ſufficit aliquem cenſura alligatum eſſe per ſententiam Iudicis, in eum latam, niſi poſt ſententiam

tiam publicè quoque denuncietur: nam licèt dicta conſtitutio videatur loqui alternatiuè in illis verbis *Niſi ſententia fuerit à Iudice publicata, vel denunciata ſpecialiter, & expreſſè*: Et propterea videtur ex ea colligi ſatis eſſe ſi ſententia promulgata ſit in ſpeciali; tamen in contrarium eſt communis opinio; quam tenet Couar. & alij, quos refert, & ſequitur Suar. loco citato, ſub n. 7. eo quòd illa verba: *Publicata, vel denunciata*; non ponuntur diſiunctiuè tanquam diuerſa, ſed tanquam æquipollentia. Tantò fortius, quia huiuſmodi interpretatio magis fauet fini dictæ extrau. & fauorabilis eſt: qua ratione, quamuis prædicta conſtitutio videatur priuilegium concedere communicandi cum excommunicatis, ſuſpenſis, aut interdictis ab homine, vel à iure ſolùm generaliter, vt patet ex illis verbis: *Ab homine, vel à iure generaliter*: nihilominus extenditur dictum priuilegium etiam quoad excommunicatum ſpecialiter, ita vt non modò non teneamur vitare excommunicatum, aut quacunque alia cenſura alligatum à iure, vel ab homine generaliter, ſed nec etiam teneamur vitare cenſuræ vinculo cõſtrictum ſpecialiter, antequam declaretur, & denuncietur, vt per Nauar. in ſum. c. 27. ſub. n. 35. in ver. Not. eſt, eo quòd huiuſmodi extenſio eſt fauorabilis, & conformis fini prædictæ conſtitutionis, & ideo meritò locum habet in prædicto caſu.

Pro qua re facit etiam id. quod docet Panor. 18 ex Bar. & alijs in d. c. cum dilecta, ſub nu. 7. & 8. vbi ait, quòd licèt de iure exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis, tamen dicta regula reſtringitur ad caſus non conſimiles exceptos, aliàs ex indemnitate rationis extenditur in materia fauorabili, vbi ſpecificè alibi caſus non excipitur.

Ex dictis itaque patet licitum eſſe vi dictæ extrau. Concil. Conſtan. communicare cum excommunicatis, aut quacunque alia cenſura alligatis, tam in ciuilibus; quàm in Sacramentis, & alijs ſpiritualibus, duobus illis caſibus exceptis. Quę quidem communicatio licita eſt, tam in caſu neceſſitatis, quàm extra caſum neceſſitatis citra culpam ipſius excommunicati, aut quacunque alia cenſura innodati, vt per Sayr. loco citato, n. 10. Quam cõcluſionem veram eſſe putat Sanchez lib. 2. Decal. c. 2 nu. 4. etiam in hæretico, in quem lata eſt ſententia, eiuſdem hæreſis declaratoria: nam adhuc non eſt vitandus, cùm non poſſit dici nominatim excommunicatus: licèt contrarium teneãt quamplurimi Doctores ab ipſo Sanchez relati. Immo ſatis eſſe publica Eccleſiæ voce notum eſſe hæreticum, vt neceſſariò vitandus ſit, quales fuerũt Caluinus, Lutherus, & alij hæreſiarchæ, vt contra Henr. docet loco citato, num. 6. Et ex alijs ab eo relatis ibidẽ n. 7. cum plur. ſeq. infert, licitum eſſe Catholicis, hæreticorum funus comitari. ſi denunciati non ſint: dummodo id non fiat in fauorem hæreſis: ſed fiat citra ſcandalum, & hæreticus in profano loco ſepeliatur. Item ab hæreticis huiuſmodi licitum eſt Sacramẽta percipere, matrimonium contrahere, concurrentibus conditionibus, à Sanchez ibi relatis, vbi etiam probat, quòd in locis hæreticorum poſſunt eorum filij hæretici ad catholicorum ſcholas admitti, & à catholicis de ſacro fonte ſuſcipi *a*, ſi Baptiſmus ritu, & modo catholico miniſtretur, ſecus ſi ritu hæreticorum, vel ſciſmatico.

Non tamen nos debemus huiuſmodi communicandi priuilegio vti, nulla cõcurrente honeſta ſaltem vtilitate ex parte communicare volentis, vt bene declarat Suar. de cenſur. diſp. 11. ſec. 4. n. 12. Sicut Sacerdos non debet ſponte ſe offerre ad Sacramenta miniſtranda, quotieſcunque excommunicatus eſſet: quoniam dicta conſtitutio in nullo intendit fauere cenſuræ alligatis, vt per eundem Sayr. ibi n. 11.

ADDITIO.

a Suſcipi. Non tamen è contra poteſt adhiberi hæreticus ad ſuſcipiendum filium de ſacro fonte: ſiquidem ad Patrinum ſpectat, filium ſuſceptum in fidei rebus inſtruere: quod quidem ab hæretico non præſtabitur, vt rectè docent Azor. p. 2. Inſtit. moral. lib. 8. cap. 11. quæſt. 7. Sanch. lib. 2. ſuæ ſum. cap. 9. num. 12. quos refert, & ſequitur Bonac. in explicatione huius Bullæ diſp. 1. q. 2. pun. 1. num. 10.

Ibi *(Et à Chriſtiana fide Apoſtatas)* Quid ſit Apoſtata, ſeu Apoſtaſia, & quotuplex. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtatarum eſt nomen Sacrilegum, & eorum crimen publicum, & ſummariè in eo proceditur.*
2 *Apoſtata ab Apoſtaſis deriuatur, quæ græcè ſignificat idem, quod retroceſſio.*
3 *Apoſtata dicitur retrò abiens.*
4 *Apoſtata lato ſumpto vocabulo, dicitur omnis à priori inſtituto recedens.*
5 *Apoſtata ſtrictè ſumptus, dicitur quicumque à Deo recedens.*
6 *Apoſtata dicitur quatruplex, nempè à fide, ab obedientia, ab ordine, & a Religione: quoniam his quatuor modis à Deo receditur.*
7 *Apoſtaſiæ definitio aſſignatur.*

1 PRo huius rei determinatione eſt adnot. quòd Apoſtatarum nomen ſacrilegum eſt, & eorum publicum crimen, & propterea cuilibet de populo competit accuſatio, vt eſt tex. in l. Apoſtatarum, C. de Apoſt. Ioan. de Anan. in c. 1. poſt n. 4. eod. tit. Nunquam præſcribitur, & in eo proceditur ſummariè ſimpliciter, & de plano, ſicut in crimine hæreſis, vt benè probat Farinac. de hæreſi q. 183. §. 1. n. 6. 9. & 10.

Deriuatur autem Apoſtata ab Apoſtaſia, quę 2 græcè idem ſignificat quod retroceſſio, ſeu retrogradatio. Hinc D. Auguſt. cuius meminit tex. in c. non obſeruetis, 26. q. vl. Apoſtatam appellat retrohabentem, iuxta illud Ioan c. 6. *Multi diſcipulorum eius abierunt retrò.* ideſt, Apoſtatarunt, gloſat D. Th. 2. 2. q. 12. ar. 1.

Conſideratur autem Apoſtata vt ſic, dupliciter. 4 Primo largè, & Apoſtata lato ſumpto vocabulo dicitur omnis à priori inſtituto recedens. Sic milites militiæ deſertores, qui variis pœnarum generibus afficiuntur in l. deſertorem, de re mil. Apoſtatæ largo modo dici poſſunt. Secundo modo Apoſtata conſideratur ſtrictè, & tunc Apoſtata dicitur quicunque à Deo rece-

dens. Quocirca, ſicut quadrupliciter homo cum Deo coniungitur, videlicet per fidem, per obedientiam, per Ordinem, ſeu clericatum, & per Religionem; ita pariter iiſdem modis à Deo recedit, & ſecundum quadruplicem à Deo receſſum, quatuor aſſignantur Apoſtatarum ſpecies. Nam quidam dicitur Apoſtata à fide: quidam ab obedientia: quidam ab Ordine, ſeu clericatu: & quidam à Religione.

Vndè meritò Apoſtaſiam temerarium receſſum à ſtatu fidei, vel obedientiæ, vel Ordine, ſeu Religione, quam quis tenere profeſſus eſt, eſſe dicimus, vt bene declarat Farin. loco citato à n. 3. vſque ad 6. vbi quamplurimas Doctorum ſententias cumulat circa Apoſtaſiæ Etymologiã definitionem, ac diuiſionem. His in genere ſic prælibatis, videndum eſt de ſingulis Apoſtatarum ſpeciebus, quomodo, & quando incidant in cenſuras in Bulla Cœnæ contentas.

De Apoſtatis à Fide, quinam ſint, quomodo ab Hæreticis differant, & quot ſint eorum ſpecies. Q. 10.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtatæ ſunt formaliter hæretici, & diſtinguuntur ab hæreticis, ſicut totum à parte.*
2 *Apoſtatæ quomodo differant à Iudæis, & Paganis, explicatur.*
3 *Infidelitatis tres ſunt ſpecies, nempe hæreſis, Iudaiſmus, & paganiſmus.*
4 *Apoſtata triplex, internus tantùm: externus tantùm: & internus, ac externus ſimul.*

1 PRo determinatione huius difficultatis eſt annot. quòd Apoſtatæ à fide ſecundum D. Th. 22. q. 12. ar. 1. dicuntur formaliter hæretici. vndè Apoſtaſiæ crimen non dicitur crimen ſpecie diſtinctum ab hæreſi, ſed circunſtantia augens deformitatem, & turpitudinem criminis. Ab hæretico autem in hoc diſtinguitur Apoſtata, quòd hæreticus pro parte recedit à fide catholica, Apoſtata verò in totum; & ſic omnis Apoſtata eſt hæreticus, ſed non è contra: & proinde Apoſtata eſt peior hæretico, & grauius punitur quàm hæreticus, ac omnia iura ſtatuentia contra hæreticos, extenduntur etiam ad Apoſtatas, vt latè probat Farin. de hæreſi q. 183. §. 2. nu. 14. cum plur. ſeq. Huiuſmodi fuit Iulianus Apoſtata de quo in c. Iulianus, 11. q. 3. & c. non poteſt, 2 q 7. & omnes alij à fide recedentes: qui quidem, quoniam vulgò hæretici dici nõ ſolẽt, vt qui à Chriſtiana ad Mahomettanam, aut Iudaicam ſectam confugiunt, idcirco præſens particula in præſenti clauſula additur qua non modò hæretici ſpecialiter excõmunicantur, ſed etiã Apoſtatæ ad clariorem illius intelligentiam, vt bene notat hic Suar. de cenſ. diſp. 21. ſec. 2. n. 3.

Differunt tamen Apoſtatæ, & hæretici à Paganis, & Iudæis: quia Apoſtatæ, ſeu hæretici cõtradicunt fidei catholicæ, quam antea re ipſa fuerunt profeſſi. Pagani contradicunt fidei, quam nullo modo antea ſuſceperant. Iudæi verò contradicunt fidei, quam in typis, & figuris antea tenuerant. Qua propter tres tantùm infidelitatis ſpecies à Doct. conſtituuntur; nempe hæreſis, paganiſmus, & Iudaiſmus. Ita Alfon. de caſtr. lib. 1. de iuſta hæretic. punit. c. 17. Caiet. 22. q. 10. ar. 5. Bà. 22. q. 12. ar. 1. & Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 1. c. 21. q. 3. Quomodo autem puniãtur Apoſtatarum fautores, ſuadentes aliquem ad apoſtatandum à fide, impedientes infidelem baptizari: & an Iudæi inducentes Chriſtianos ad iudaiſmum poſſint ab Inquiſitore puniri, latè habetur per Farin. loco citato, nu. 20. & 21.

Eſt denique Apoſtata à fide triplex: internus tantùm, externus tantùm: & internus; ac externus ſimul. De quibus omnibus per ſuas quæſtiones ſigillatim videndum eſt.

De Apoſtata à fide interno tantùm. Q. 11.

SVMMARIVM.

1 *Internus Apoſtata à fide quis dicatur.*
2 *Internus Apoſtata non contrahit iuris pœnas, nec cenſuras.*
3 *Internus Apoſtata non efficitur irregularis.*
4 *Quilibet præſumitur bonus, niſi probetur malus.*

1 INternus tantùm Apoſtata dicitur, qui mente à fide catholica recedens, extrinſecus tantùm catholicus apparet. Et iſte dicitur verè Apoſtata a fide: eo quòd eſt verè hæreticus, & verè ei conuenit definitio Apoſtaſiæ, quæ cùm ſit formaliter hæreſis, eſt error in intellectu, Fidei catholicæ contrarius; vt infra Deo duce, dicemus, definientes hæreſim.

2 Bene verum eſt quòd non contrahit Iuris pœnas, nec incidit in excommunicationem in hoc canone contentam, nec alterius canonis: quia, cùm excommunicatio pertineat ad iuriſdictionem exteriorem Eccleſiæ, & Eccleſia non iudicet de internis, conſequenter internus Apoſtata non incidit in cenſuras Eccleſiaſticas.

3 Et eadem ratione non efficitur irregularis, eſto quòd huiuſmodi infidelitatem internam per actus bonos, aut indifferentes expreſſerit: quia actus externi boni, non ſunt per ſe expreſſiui actus interni mali. Sic etiam dicimus de actibus indifferentibus. actus enim indifferens in foro Eccleſiæ præſumitur bonus, & ideo non poteſt ex ſe eſſe expreſſiuus actus interni mali:

4 eo quòd quilibet præſumitur bonus, niſi probetur malus, l. omnimodo, & ibi glo. C. de Inoffic teſtam. c. dudum de præſum. & infra latius dicemus, de internis hæreticis tractantes.

De Apoſtata à fide externo tantùm. Q. 12.

SVMMARIVM.

1 *Externus Apoſtata dumtaxat quiſnam dicatur, exponitur.*
2 *Externus Apoſtata à fide diuiditur in manifeſtum, & occultum: & quinam dicatur occultus; & qui manifeſtus, declaratur.*
3 *Externi Apoſtatæ à fide occulti, & manifeſti, in quibus conueniant, explicatur.*
4 *Externi Apoſtatæ à fide, & non interni, non peccant contra fidem, ſed contra confeſſionem fidei.*
5 *Externus tantùm Apoſtata à fide, quibus caſibus excuſetur non modò ab hæreſi, ſed etiam à peccato.*
6 *Externi tantùm Apoſtatæ à fide, occulti, & manifeſti, quomodo differant inter ſe declaratur.*

7 Ex-

7 *Externi tantùm Apoſtatæ à fide propter ſuſpictionem hæreſis, etiam poſt abiurationem, efficiuntur irregulares.*

8 *Externus vt ſupra Apoſtata, quibus caſibus non reconciliatur Eccleſiæ, nec tenetur abiurare.*

1 EXternus duntaxat Apoſtata dicitur, qui licet verbis, aut factis à fide catholica recedat; corde tamen, ac mente fidem ipſam firmiter tenet, ac credit. Hic autem non dicitur verè Apoſtata à fide: eo quòd non eſt hæreticus; nec errorem habet in intellectu.

Diuiditur Apoſtata à fide externus, in occultum, & in manifeſtum. Occultus Apoſtata differt ab interno: quia internus, vt ſupra diximus, nullo ſigno infidelitatis expreſſiuo, infidelitatem ipſam in mente retentam manifeſtat: occultus autem, & externus, verbis, aut factis infidelitatem aperit; ſed occultè: huiuſmodi ſolent eſſe Striges, & alij Sortilegi; qui Dæmones explicitè adorant, vt ſuo loco dicemus, & errorem 2 non habent in intellectu: vt in c. non obſeruetis, 16. q. vlt. & alij, de quibus Viuald. in ſuo candel. aur. §. 4. de Apoſt. à fide. Apoſtata verò à fide externus, ac manifeſtus dicitur, qui publicè verbis, aut factis tantùm fidem cath olicam abnegat; illam tamen corde, & animo firmiter tenens: ſiue à fide recedat per vim, aut metum: qualis fuit S. Marcellinus Papa, & Martyr; qui metu mortis, quâ ei Tyrannus minabatur, perterritus, thus Idolis adhibuit: ſiuè ſpontè, cùm quis deſperatione, aut aliqua vtilitate, aut ſenſualitate ductus, à Chriſtiana ad Mahumettanâ, aut Iudaicam ſectam conuolauit.

Cõueniunt huiuſmodi Apoſtatæ inter ſe primò, 3 quia neuter eorum dicitur verè, ac formaliter Apoſtata à fide: quoniam neuter errorẽ habet in intellectu, vt benè docet Eymer. in Direct. Inquiſ. p. 1. q. 9. & in eum Pegna com. 24. cũ alijs, quos refert, & ſequitur Azor. lib. 8. Inſtit. mor. p. 1. c. 2. q. 5. Licèt contrarium videatur tenere Viuald. loco citato num. 7. Secundò con- 4 ueniunt; quoniam ambo peccant grauiter, non contra fidem, ſed contra confeſſionem fidei: eo quòd non ſolùm animo credere; verùm etiam ore, ac factis debemus profiteri fidem catholicam: & contrarium aſſerere, eſſet hæreſis, vt benè ait Viuald. ibidem.

Quòd quidem verum eſſe dicimus, niſi quis 5 per vim abſolutam, fidem abnegauerit, aliquid contra fidem agendo, qualis eſt, qui contradicens penitus, & reclamans thurificare cogitur violenter: quoniam tunc non peccat, nec dicitur Apoſtata: tex. eſt in cap. maiores, §. fin. in fin. de Baptiſ. ſic etiam cùm quis renitens, & inuitus cogitur, non per ſe; ſed per alios genua Mahmettæ flectere; aut circumcidi, ſeu aliquid huiuſmodi horrendum patrare, non appellatur Apoſtata, nec culpam aliquam contrahit, vt habetur ex Farin. da hær. q. 183. §. 3. n. 31. & 32.

Nec ſtatim quòd aliquis vtitur habitu Infidelium, in foro exteriori eſt iudicandus Apoſtata: quia hoc aliquando ſine peccato fieri poteſt: vt legitur de Beato Sebaſtiano, qui ſub clamide militari, Chriſti militiam gerebat occultam. Quod tamen dicimus verum, niſi eſſet inſtitutum aliquod determinatum ſignum ad cognoſcendum profeſſores alicuius damnatæ ſectæ: quia eo caſu Catholici citra peccatum mortale, Infideliũ huiuſmodi veſtibus vti nõ poſſent, etiam ſi metu quantumuis cadente in conſtantem virum id facerent. Ita Farin. loco citato, n. 33. cum alijs Doctoribus, quos allegat. Quibus adde ex Syl. in ſum. in ver. Apoſtaſia q. 1. quòd ſi cõſtet, aliquem ſpontè indui huiuſmodi veſtimenta, in foro exteriori præſumi Apoſtatam.

Differunt modo ſupradicti Apoſtatæ inter ſe, 6 Primò: quia Apoſtatæ à fide externi tantùm, ſed occulti, nõ ſunt excommunicati vi noſtri canonis, nec in interiori, nec in exteriori foro. Non in interiori; quoniam nõ ſunt Apoſtatæ verè, & propriè: eo quòd errorem nõ habent in intellectu; excommunicatio autem huius canonis fertur contra Apoſtatas: nõ in foro exteriori; quia ipſorum Apoſtaſia, cùm ſit occulta, & non vera, & formalis, non eſt Eccleſiæ manifeſta, ſeu cognita. At verò Apoſtatæ externi tantùm; ſed manifeſti, licèt in foro interiori non ſint excommunicati; eo quòd nou ſunt verè Apoſtatæ; in foro tamen exteriori ſunt tales: quoniam Eccleſia non iudicat de occultis. Secundò differunt; quoniam primi, ſicut nõ ſunt excommunicati; ita etiam non ſunt irregulares, nec ſubijciuntur alijs Apoſtatarum, & hæreticorũ pœnis, donec detegantur: poſteriores verò, in foro exteriori, ſicut ſunt excommunicati; ita etiam ſũt irregulares, & afficiuntut omnibus pœnis, quibus afficiuntur hæretici, ſeu Apoſtatæ: nõ quia ſint verè Apoſtatæ: eo quòd errorem non habẽt in intellectu; ſed quia crimen commiſerunt, infamia, & depoſitione dignum. vt benè docet Azor. in 7 ſupra allegato loco, q. 8. vbi etiam addidit, quòd ſi quis de Apoſtaſia ſuſpectus abiurauerit omnẽ hæreſim; adhuc efficitur irregularis.

Verumtamẽ eſt, quòd ſi conſtet aliquem, me- 8 tu cadente inconſtantem virum, fidelẽ abnegaſſe: is, ſecundùm ſententiam magis receptam, non eſt opus, vt Eccleſiæ reconcilietur, vt benè probat Ioan. à Roias in tract. de Hæret. p. 1. num. 108. & ſeq. & par. 2. n. 279. aſſert. 29. Quod verum putat Farin. loco citato num. 28. ſi is, qui metu mortis fidem abnegauit, aut alios hæreticales exercuit actus, ſtatim doleat, metu ceſſante, redeat, ac pœnitentiam agat: aliàs ſi diù tacuit, & non reclamauit, vtique conſentiſſe, & ratum habuiſſe videtur, & ideo non excuſatur à crimine hæreſis, & Apoſtaſiæ: nam ſicut hi, qui ſtatim poſt lapſum metu mortis, ſunt benignè recipiẽdi, & miriſſimè tractãndi; ita è contra, qui tardè reuertuntur, ſunt grauins puniendi, & ad abiurationem compellendi. Sic etiam, qui metu leui fidem abnegauit, aut hæreticales actus exercuit, non excuſatur in foro exteriori ab Apoſtaſiæ vehementi ſuſpictione: & leuis metus intelligitur in his caſibus metus ſuſtigationis, carceris, famis, & ſimilium. Idem dicendum eſt de metu reuerentiali Patris. Vndè ſi filius ſuaſionibus parentum inductus, ſeu ſeductus, Iudaicas ceremonias fecerit, ab hæreticorum pœnis non excuſatur. Quod quidem quomodo procedat, quando prædicti ſuſpictionem hæreſis contrahant vehementem, aut leuem, eſto quòd metu mortis fidem abnegauerint, & an teneantur abiurare; ex Eymer. & alijs docet idem Farin. ibidem num. 26, 27, & 29.

De Apoſtata à fide interno,& externo ſimul. Q. 13.

SVMMARIVM.

1 *Externus,& internus Apoſtata à fide quis dicatur.*
2 *Externus, & internus à fide Apoſtata, diuiditur in occultum, & manifeſtum.*
3 *Externus, & internus Apoſtata à fide, occultus, & manifeſtus, quo modo conueniant, declaratur.*
4 *Apoſtata externus, & internus ſimul, non duplicem, ſed vnam tantùm contrahit excommunicationem.*
5 *Pœna impoſita in vna ſpecie, ad aliam non transfertur.*
6 *Apoſtaſia ſpecie non differt ab hæreſi, ſed eſt circumſtantia augens turpitudinem criminis.*
7 *Apoſtata ſiue manifeſtus ſit, ſiue occultus, efficitur irregularis, & ſubijcitur pœnis à iure contra eum ſtatutis.*
8 *Apoſtata, ſi redeat ad Eccleſiam, eſt recipiendus.*
9 *Apoſtatæ relaxi, quantumuis pœniteant ſunt Curiæ ſæculari tradendi.*
10 *Apoſtata occultus poteſt diſpenſari ſuper irregularitate ab Epiſcopo.*

EXternus,& internus Apoſtata à fide dicitur,
1 qui non modò verbis,aut factis à fide catholica recedit,ſed etiam mente,& corde.

Huiuſmodi autem Apoſtata diuiditur in occultum:& manifeſtum. Nam occultus dicitur
2 qui infidelitatem mente retentam ita occultè verbo,ſcripto,aut facto manifeſtauit, vt legitimis probationibus probari non poſſit. Manifeſtus verò Apoſtata à fide nuncupatur,qui publicè fidem abnegat.

Conueniunt...nterſe huiuſmodi Apoſtatæ Primò,
3 quia vterque eſt verè Apoſtata a fide: eo quòd vtrique cõuenit definitio Apoſtaſiæ à fide.

Secundò conueniunt:quoniam ambo incidũt
4 in excommunicationem in noſtro canone contentam. Dixi excommunicationem in numero ſingulari: quia licèt Apoſtata ſit etiam hæreticus,non tamen duplicem excommunicationem contrahit;alteram videlicet,vt hæreticus: & alteram,vt Apoſtata: nam Rom. Pontifex in hoc canone ſeparatim excommunicat hæreticos, & Apoſtatas: & ob id hæreticorum appellatione eos comprehendi ſe nolle ſignificant. Separatorum enim ſeparata debet eſſe ratio,ar.tex. in l. Papinianus exuli.ff. de minor. & tanto fortius: quia Apoſtaſia ſpecies hæreſis eſt (ait hoc loco Vgol.§.1.n.3.) eo quòd ſub ſe habet hæreſim in
5 ſpeciẽ, & Apoſtaſiam. Vndè ſicut vna ſpecies ſub alia non eſt,ita pœna impoſita in vna ſpecie, ad aliam non transfertur,ar. tex. in l.in agris, ff. acquir. rerum domin.

Sed re vera,licèt Vgol. verſũ dicat,quòd Apo-
6 ſtata à fide vnam dumtaxat contrahat excommunicationem,quam ſententiam approbat etiã Farin. de hæreſi.q. 183.§.4.in fine; tamen ratio, quam effert,mihi non probatur: quia Apoſtaſia ſpecie non differt ab hæreſi, vt ipſe videtur fateri;ſed tantùm ſecundum magis, & minus: quia hæreticus pro parte recedit à fide: Apoſtata verò in totum;& ſic eſt circunſtantia augens deformitatem,& turpitudinem criminis: maior autem,aut minor receſſus à fide, ſpeciem non mutat,vt bene probat Farin. loco citato,§.2. n.16. Vndè dicamus, quòd ideo Apoſtata vnã dumtaxat contrahit excommunicationem, & non duplicem, alteram ſcilicet. vt hæreticus, & alteram vt Apoſtata: quia Apoſtata eſt formaliter hæreticus, & ſpecie non differt ab hæretico: & ideo ſicut vna eſt excommunicatio quæ vi noſtri canonis fertur contra hæreticos;ita vna etiam dicitur excommunicatio,quæ fertur contra Apoſtatas.

Tertiò conueniunt:quoniam ambo efficiun-
7 tur ipſo iure irregulares, itaut indigeant diſpenſatione,etiam poſt veram mentis pœnitentiam, & abiurationem.

Quartò conueniunt:quia tam manifeſti, quã occulti Apoſtatæ,ſi detegantur ſubijciũtur Apoſtatarum pœnis à iure ſtatutis, quas enumerat Farin. ibidem.§.4.

Quintò conueniunt:quia tam occulti, quàm manifeſti Apoſtatæ vt ſupra,non poſſunt abſolui ab excommunicatione ab alio quàm à Rom. Pontifice: nam licèt in Concil.Trid.ſeſſ. 24. de reform c. 6. concedatur facultas Epiſcopis abſoluendi à cenſuris, irregularitatibus, & caſibus occultis,etiam à crimine hæreſis;tamen ex vi noſtræ Bullæ hæc facultas eſt eis ſublata; maxime, quia hodie in Bulla S. D. N. Pauli Papæ V. fuit ſublata illa clauſula: *Niſi in eis etiam caſus præſentibus Litteris expreſſi comprehendantur*: quæ in Bulla Clem. VIII. & aliorum in §.cęterum habebatur, per ea,quæ docet Suar.de cenſur.diſp.21.ſec.3.

Sextò conueniunt: quoniã vterque Apoſtata
8 recipitur ab Eccleſia poſt pœnitentiam, vt in Concil.Elibertin. c. 46. de Apoſt. Vbi ſic legitur: *Si quis fidelis per infinita ad Eccleſiam non acceſſerit; ſi tamen aliquando redierit,nec fuerit Idolatra, poſt decem annos, placuit eum ad communionem admittere*. Bene verum eſt quòd licèt per dictum Cõcil. imponatur Apoſtatis pœna decem annorum: & per Conc Agat. c. 60. & Conc. Epauaren. c. 29. ſit reducta ad biennium; tamen in Concil. Aurelien.4.c.8.remittitur arbitrio Epiſcopi, vt bene aduertit Viual. loco citato.

Nec obſtat tex.in l. Apoſtatarum,C.de Apoſt.
9 vbi præcipitur Apoſtatis à fide,ad fidem,& Religionem catholicam redeuntes excludi, & repelli à venia peccati; quoniam hoc caſu ſtãdum eſt iuri canonico:& non ciuili. Vndè eodem modo de Apoſtatis à fide, ac de hæreticis agendum eſt: & ideo reſipiſcentes, impoſita eis pœnitentia ſalutari,debẽt abiurare;ſi relapſi fuerint, quantumuis eos pœniteat, ſunt Curiæ ſæculari ſine vlla ſpe veniæ tradendi: non tamen denegãtur ipſis Sacramenta pœnitentiæ,& Euchariſtiæ, vt in c.ſuper eo,de hæret.lib. 6. & latè Eymer. in Dir.Inquiſ.1.2.q.49.& in eum Pegna.com.74. & alij,quos refert,& ſequitur Azor.lib 8.Inſt.moral.c.21.p.1.q.7.& 8.

Differunt autem interſe occultus, & manife-
10 ſtus Apoſtatę:quia ſuper irregularitatem,quam contrahit apoſtata à fide occultus,poteſt diſpenſare Epiſcopus,vt in Cõc Trid.ſeſſ.24.de refor. c.6.& Viual.§ 4.de Apoſt.in fine. At verò ſuper irregularitatem, quam contrahit apoſtata manifeſtus,ſolus S. Pontifex poteſt diſpenſare, vt per eundem Viual. loco citato.

De pœnis temporalibus, quibus afficiuntur

Apoſta-

Apoſtatæ à fide, dicemus Deo duce, infra de pœnis hæreticorum agentes: quoniam apoſtatæ, cùm ſint formaliter hæretici, eiſdem ferè pœnis afficiuntur.

De Apoſtata ab obedientia. An incidat in excommunicationem noſtri Canonis. Q. 14.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtaſia ab obedientia in genere ſumpta, dicitur præcepti tranſgreſſio.*
2 *Apoſtata ab obedientia largè ſumptus, dicitur quilibet à præceptis legis recedens mortaliter peccando.*
3 *Apoſtata ab obedientia ſtrictè conſideratus, dicitur omnis, qui ſuis Prælatis Eccleſiaſticis recuſat obedire.*
4 *Apoſtata ab obedientia, qui ita recedit à S. P. & eius conſtitutionibus, vt Pontificiam poteſtatem neget, eſt formaliter hæreticus.*
5 *Apoſtata ab obedientia, qui licèt non neget Pontificiam poteſtatem, tamen ipſum R. Pontificem eiuſ demque canones contemnit, eſt ſciſmaticus.*
6 *Apoſtata ab obedientia is propriè dicitur, qui ex contemptu recedit à ſui Prælati obedientia.*
7 *Apoſtata ab obedientia variis pœnis afficitur.*
8 *Apoſtata ab obedientia, qui non ex contemptu, ſed ex concupiſcentia recuſat obedire, mitius punitur.*
9 *Apoſtata ab obedientia non dicitur, qui certo nouit præceptum ſuperioris eſſe illicitum, & propterea recuſat obedire.*
10 *Obedire tenetur præceptis ſuperioris, qui dubitat præceptum eſſe illicitum.*
11 *Apoſtata ab obedientia an dicatur, qui dubitans præceptum ſuperioris eſſe illicitum, recuſat obedire.*

1 APoſtaſia ab obedientia in genere ſumpta, nihil aliud eſt, niſi præcepti tranſgreſſio, vt in cap. ſi quis venerit, & cap. illud, de maior. & obed.

Hinc Apoſtata ab obedientia dupliciter conſiderari poteſt. Primò largè, & huiuſmodi dicitur quilibet à legis Præceptis recedens mortaliter peccando, vt per D. Th. 2. 2. ar. 1. in corp. Secundò conſideratur ſtrictè, & Apoſtata ab 3 obedientia ſtricto modo ſumptus dicitur omnis, qui ſuis Prælatis Eccleſiaſticis renuit obedire, vt eſt tex. in c. ſcire debes, 7. q. 1. Qua propter huiuſmodi Apoſtata dicitur recedere quoque à Diuinis præceptis, cùm præceperit Deus obedire Præpoſitis noſtris etiam diſcolis. Horũ autem quidam recedunt ab obedientia Romani Pontificis: & quidam recedunt ab obedientia inferiorum à Romano Pontifice.

Prioris generis Apoſtatæ ſunt in duplici differentia. 4 Nam quidam ita à S. Pontificis obedientia recedunt, eius conſtitutiones, ac leges contemnentes, vt credant S. P. non habere poteſtatem condendi canones. Et iſti ſunt formaliter hæretici: eo quòd negant Pontificiam poteſtatem, & conſequeuter incidunt in excommunicationem noſtri canonis, & ſubijciuntur omnibus hæreticorum pœnis. Quidam au- 5 tem Apoſtatæ recedunt ab obedientia S. P. non quia negent poteſtatem, quam habet condendi leges, & canones; ſed quia contemnunt ipſum Rom. P. eiuſque leges, ac conſtitutiones: & iſti licèt grauiter veniant puniendi; non tamen dicuntur hæretici, nec Apoſtatæ, vt in c. nulli fas, 19. d. ſed dicuntur ſchiſmatici, vt infra dicemus, & propterea comprehenduntur ſub diſpoſitione noſtri canonis.

Poſteriores autem Apoſtatę, qui recedunt ab 6 obedientia ſuorum Prælatorum, alij recedunt ex concupiſcentia: alij, quia hìc & nunc exiſti- 4 mant non teneri obedire eorum Prælatis: alij denique recedunt ex contemptu, & ſuperbia. Nullus verò ex dictis incidit in excommunicationem noſtræ Bullæ, ſed regulariter veniunt ex communicandi: vt in c. ſi autem nobis, 11. q. 3. Et hoc etiam ſi ſint Religioſi intra ſepta monaſterij degentes, vt bene docet Nauar. lib. 5. Suorum conſ. de Apoſtaſia conſ. 1. Qui ex contemptu, & ſuperbia recedunt ab obedientia Prælati, dicuntur formaliter Apoſtatæ obedientiæ: & pluribus pœnis afficiuntur. Nam efficiuntur infames repelluntur ab accuſando, & ferendo teſtimonio, excommunicantur, & etiam præce- 7 dente monitione, ſi fuerint contumaces deponuntur; & ſi fuerint pertinaces, & incorrigibiles Curiæ ſæculari traduntur, tex. eſt in c. ſi quis à ſuo, 3. q. 4. d. c. ſi autem vobis, Inn. in c. 1. n. 2. ver. Apoſtata, de apoſt. vbi etiam Panor. & alij, quos refert, & ſequitur Farin. de hæreſi, q. 183. §. 5. num. 57.

Qui verò ex concupiſcentia recuſant obedire, mitius veniunt puniendi, vt per Panor. in d. 8 c. 1 n. 3. de apoſt. & Graff. lib 3. caſuum refer. de Apoſtat. à Relig. c. 2. n. 29.

Qui denique recedunt ab obedientia Prælatorum: eo quòd exiſtimant, non teneri hìc, & 9 nunc illis obedire, ſi certò ſciunt præcepti ſuperioris non eſſe ſeruandum, vt ſi peccatum ſapiat quantumuis veniale, vel ex obediendo veriſimiliter timeatur ſcandalum, aut magna perturbatio ſtatus Eccleſię, aut ſi præcipiatur continentia certo generi perſonarum, illis reſiſtentibus: quia continentia perſuaderi poteſt, non autem imperari, c. integritas, 32. q. 1. Item ſi ſuperior reſcribat nororiè indigno: aut ſi præci- Excommunicari aliquem, quem ipſe ſubditus nouit, & probauit innocentem eſſe: his, & ſimilibus caſibus, citra culpam recuſant obedire, etiam ſi præcepta huiuſmodi ſint Romani Pontificis, vt latè probat Syl. in ſum. in ver. obediẽtia, q. 5. ex Panor. in c. inquiſitioni, de ſent. excom. c. ſi quando, & in cap. cùm adeò de reſcr. & cap. cùm olim, de cler. coniugat.

b Secus autem dicendum eſt, ſi dubitarent *b*, id, quod ſibi præcipitur eſſe peccatum: quia tunc tenentur obedire, niſi ſit de his, in quibus ignorantia non excuſat, vt ex D. Th. & alijs, probat idem Syl. loco cit. q. 2. Et ſi non obediant, an dicantur Apoſtatæ ab obedientia vide allegata per Farin. vbi ſupra n. 58.

ADDITIO.

a Obedire. In tribus caſibus Religioſus non tenetur ſuo Prælato obedire; nempè in his, quæ ſunt ſupra regulam: in iis, quæ ſunt præter regulam: & in reliquis, quæ ſunt contra regulam, vt habetur ex Tolet. lib. 8. ſuæ ſum. c. 16.

c.16. Sunt autem ſuprà regulam, quæ pertinent ad maiorem perfectionem, quàm ſit Religionis, in qua profeſſionem emiſit; vndè Regulares non poſſunt obligari ad aſperitates, ad quas nec expreſsè, nec tacitè regula extenditur, vt per Gloſ. in cap. geſta, in ver. creſcere, 74. d. Quod tamen limitat Nauar. in Man. c. 23. ſub n. 38. niſi in pœnam contumaciæ, vel alterius delicti huiuſmodi aſperitates Religioſis imponantur, quoniam tunc tenerentur eas ſubire, vt in cap. dilectus, il 2. & c. quoniam, de Simon. latè Suar. de ſtat. Relig. tom. 3. lib. 10. de vot. obed. cap. 8. qui ait, id non eſſe ſupra regulam; quin potius ſecundùm regulam: quia ex vi regulæ Religioſus ſubijcitur condignæ pœnæ; atque adeò obedientia ſecundùm regulam includit obligationem parendi in hac pœna. Hinc ſequitur, quòd Monachus legitimè ad carcerem perpetuum à ſuo ſuperiore condemnatus, & in eo incluſus, non poteſt citra culpam aufugere, & ſi aufugiat tenetur in foro conſcientiæ redire, vt latè probat Emanuel Roder. tom. qq. Regular. q. 23. ar. 6. ſecus autem ſi iniuſtè fuerit coniectus, ac condemnatus; niſi ſcandalum magnum ex tali fuga oriretur, vt per Innoc. in cap. quia plerique de immunit. Eccleſ. D. Thom. 2. 2. q 62. ar. 3. Nauar. in c. ſtatuimus, 19. quæſt. 3. num. 64. & Roder. loco citato, in verſ. Dixi, vbi ex Nauar. loco mox relato, idem dicendum putat, cùm quis licèt iuſtè fuerit detentus, & condemnatus ad perpetuum carcerem; nihilominus iniuſtè fiat executio, vt cùm in tenebroſum, ac humidum carcerem cum manifeſto vitæ periculo detruditur: vel neceſſaria ad victum, & veſtitum non ſubminiſtrantur. Secundò limitat Nauar. in d. cap. 23. ſub num. 38. ea quæ diximus, vt maior auſteritas, ad quam regula non extenditur, Religioſo præcipi poſſit, quando eſt neceſſaria, vel valdè conueniens ad ſeruanda ea, quæ ſunt de ſubſtantia Regulæ. Hinc meritò in cap. vnico, de ſtat. Regul. in 6. præcipitur Monialibus perpetua clauſura: ſicut & per Conc. Trid. & Pium V. quamuis eam non vouerint: ſiquidem, vel eſt medium neceſſarium moraliter ad religioſam caſtitatem ſeruandam ſecundùm Ioan. Monac. & Archid. in d. cap. vnico: vel eſt valdè conueniens ad ſeruanda ſubſtantialia regulæ. Sed re vera hoc præceptum non videtur pariter ſupra regulam; ſed potius dici poteſt ſecundùm regulam: nam ſub voto obedientiæ ſecundùm regulam, indirectè ſaltem comprehenduntur omnia, quæ ad obſeruantiam regulæ, & aliorum præceptorum prudenter iudicantur expedire, vt rectè poſt Nauar. & alios probat Suar. loco citato, num. 8.

Idem dicendum eſſe aliqui volunt, vbi Religio ipſa conſtitutiones edat auſteriores, quàm antea haberet: ſiquidem eo caſu potetunt Religioſi ad eas ſeruandas conſtringi, vt per Innoc. & Panorm. in cap. ſuper eo, de Regular. dicentes, ad hoc ſatis eſſe, vt maior pars Religionis ideſt Capituli generalis conſentiat, licèt minor diſſentiat. Quam opinionem ita demum veram eſſe putat Suar. vbi ſupra, ſub num. 10. quando talis auſteritas, vel perfectio eſt contenta ſub materia voti obedientiæ: aliàs non poſſet augeri vltra intentionem vouentis, niſi omnes, & ſinguli conſentiant, iuxta regulam in c. quod omnes, de regul. iur. in 6. quod verum eſſe alt, num. 11. etiam ſi à Romano Pontifice præcipiatur, vti ſummo omnium Religionum Prælato: ſecus autem ſi à Summo Pontifice præcipiatur virtute ſuæ primariæ iuriſdictionis, quoniam huiuſmodi poteſtas eſt maior. Eſt tamen verum, quòd ſi hæc auſteritas non imponeretur ſub præcepto omnibus profeſſis; ſed tantùm ſub conſilio pro ijs, qui velint illam acceptare; tunc, licèt imponeretur ſub præcepto pro iis, qui in poſterum profeſſionem emiſerint; facilius tamen præcipi poſſe videtur non ſolùm à Romano Pontifice; verùm etiam ab ipſa Religione cum conſenſu maioris partis Capituli generalis; quoniam talis conſtitutio non ſpectat ad ſingulos, vt rectè declarat Suar. vbi ſupra, num. 12. & 13. vbi num. 16. cum plur. ſeq. ex dictis etiam infert, quòd qui profeſſionem emiſit in Religione, quæ rigorem primitiuæ regulæ iam non ſeruat, ſi relaxatio non proueniat ex diſpenſatione aliqua, ſed ex praua conſuetudine, tunc ſi fiat reformatio, teneretur reformationē acceptare: quia talis reformatio non eſt additio ſupra regulam; ſed potiùs reſtitutio moraliter neceſſaria ad perfectam regulæ obſeruantiam.

Præter regulam dicuntur omnia, quæ non pertinent ad regulam, vt habetur ex Innoc. in c. veniens, de iureiur. Vndè ſi ſuperior vellet à ſubdito exigere orationes, & alia eiuſmodi, quæ non præcipiuntur à regula nec neceſſaria ſunt, nec conuenientia ad eiuſdem obſeruantiam, nec dantur in pœnam aliquam, licèt ſubditus citra meritum non eſſet obediendo; non tamen peccaret, ſi non obediat, cùm Religioſus non teneatur obedire ſuo Prælato in his, quæ pertinent ad maiorem perfectionem, quàm ſit Religionis, quam profeſſus eſt, vt per D. Thom. in 2. ſent. diſt. 44. quæſt. 2. art. 3. Toſet. lib. 8. ſuæ ſum. cap. 16. ſub num. 1. & patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus. Contra regulam denique illa dicuntur, quæ violant regulam. Vndè ſi ieiunium ſexta feria ſub letali culpa præcipiatur à regula; & prælatus præciperet ſubdito, vt non ieiunet, tali præcepto ſubditus obedire non debet, vt rectè declarat Sanch. lib. 6. ſuæ ſum. cap. 2. num. 9. 15. & 45. & alij, quos refert, & ſequitur Pellegr. in Comment. ad conſtit. Cler. Regul. c. 1. in ver. obedientia, in princ. vbi § 2. id limitat, vbi Prælatus aliquid præcipit contra regulam, in ea diſpenſando ex iuſta, ac legitima cauſa: nam eo caſu tenetur ſubditus obedire, cùm opus illud pro tunc non ſit contra regulam. Idem dicendum eſt de Prælato coarctanti immunitates, & libertates à regula, aut ab altiori ſuperiore conceſſas: nam ſubditus tenetur obedire; vt poſt alios probat idem Pellegr. loco citato, §. 4. vbi etiam §. 5. rectè docet, an & quando Prælatus tempore peſtis ſubdito præcipere poſſit, vt Sacramenta infirmis adminiſtret. Et quoad Religioſos domeſticos peſte infectos, partem affirmatiuam indiſtinctè tenet: quò verò ad externos, ita demum poteſt ſubditus compelli, quando per Parochum miniſtrari non poſſunt: nec adſint Sacerdotes, qui Epiſcopi ſumptibus vellent Parochos adiuuare, vt per Bartholom. à S. Fauſto in ſuo Theſau. Religioſ. lib. 6. q. 104. & 107. Abb. Alex.

b Dubitarent. De hac re latè tractat Suar. p. 3. de ſtat. Relig. lib. 10. cap. 3. num. 5. cum plur. ſeq. Eſt tamen verum, quòd tunc ſubditus in dubio tenetur obedire Prælato, vbi nullum periculum immineret bono publico, aut tertiæ perſonæ, neque ſubditus graue damnum pateretur, nec præceptum ſuperioris eſſet de re euidenter mala: aliàs ſecus, vt habetur ex Sayr. lib. 1. Clau. Regiæ. cap. 13. num. 40. & 59. Sanch. in Decal. t. 2. lib. 6. c. 3. num. 3. & ſeq. & Pellegr. in Comment. ad conſtit. Cler. Regul. p. 2. c. 1. in verb. obedientia, §. 1. cum alijs, quos allegat. Abb. Alexan.

De Apoſtatis ab Ordine, an, & quando incidant in excommunicationem Bullæ Cœnæ. Q. 15.

SVMMARIVM.

1 *Ordo quot modis ſumitur, declaratur.*
2 *Clerici Apoſtatantes, quibus pœnis afficiantur, refertur.*
3 *Clerici in Sacris conſtituti, ſi vxorem duxerint, ſunt ipſo facto excommunicati, & eorum vxores, ac filij efficiuntur Eccleſiæ ſerui: efficiuntur etiam irregulares.*
4 *Clerici in ſacris ducentes vxorem, an, & quando ab Epiſcopo diſpenſentur ſuper irregularitate contracta.*
5 *Clerici Apoſtatantes contrahunt ſuſpitionem de hæreſi, & in eos poſſunt Inquiſitores animaduertere, ſiue matrimonium publicè contraxerint, ſiue ſecretè.*
6 *Suſpicio, quam contrahunt Clerici Apoſtatæ, quotuplex ſit declaratur.*
7 *Suſpicio violenta, vehemens, & leuis, quomodo differant.*
8 *Clerici non conſtituti in Sacris dimittentes habitum, & matrimonium contrahentes, non dicuntur Apoſtatæ.*
9 *Clerici in Sacris non conſtituti, ſi ſine aliqua cauſa receſſerint, peccant aliquando mortaliter.*
10 *Clerici non habentes Ordines Sacros, ſi matrimonium contrahant, beneficium Eccleſiaſticum, & omnem penſionem perdunt.*
11 *Maritus laicus, qui vxore viuente ſe promoueri fecit, quibus pœnis afficiatur.*

1 AD tituli intelligentiam eſt annot. quòd ordo quandoque ſumitur pro Sacramento ordinis, vt in c. vnico, de cler. per ſal. prom. & c. 1. & toto tit. de clerico non ordin. miniſtr. quandoque etiam ordo ſumitur pro Collegio, ſeu Congregatione perſonarum, vndè Collegium Decurionum, ſeu Curia, vbi congregabantur Curiones, ordo dicebatur, vt in *l.* Ordine, ff. ad Municip. l. 3. & l. idem, §. 1. ff. quod cuiuſque vniuer. Itaque in ordinè colligi, nihil aliud intelligebant antiquitus Romani, quàm Decurionem fieri, vt in l. 3 §. 1. & l. pen. ff. de Decur.

Ex hoc, vſu pariter introductum eſt, vt Religiones tria vota profitentium Ordines dicerentur: nam in eis plures ſimul ad Dei cultum ſub certa regula, ſeu viuendi forma congregantur. Sic Mendicantium Religio, Ordo etiam appellatur, vt io extrau. viâ ambitioſæ, de Regul. Hac igitur de cauſa, cùm Doctores agunt de apoſtaſia à Religione, appellant vt plurimum apoſtaſiam etiam ab ordine.

Nos autem vt diſtinctius apoſtatarum materiam diſcutiamus, per apoſtatam à Religione intelligimus Religioſos profeſſos dumtaxat, qui à Religione receſſerunt: de quibus in ſequenti Deo duce, dicemus. Et per apoſtatam ab Ordine, intelligimus Clericos in Sacris conſtitutos, qui dimittentes habitum clericalem, & ſæcularem induentes in contemptum Sacri Ordinis, ad viram redeunt ſæcularem.

2 Huiuſmodi Clerici apoſtatâtes, aut habitum dimittentes, ſunt per cenſuram Eccleſiaſticam, & carceris macerationem compellendi ad Ordinem, & dimiſſum habitum reſumendum: vt in c. tuæ, & c. à nobis. de apoſt.

Imò ſi Clerici in ſacris conſtituti, vxorẽ duxerint ſunt ipſo facto excommunicati, vt in clẽ. 1. de conſang. & affinit. & eorum filij ac vxores efficiuntur Eccleſiæ ſerui, ita vt venundari poſſint, vt io c. cùm multæ, 15. q. vl. iuncto c. eos, 32. d. & c. quidam, d. 8. Item efficiuntur irregulares, & matrimonium eſt nullius momenti. vt latè Nauar. in ſuo Man. c. 22. n 35. & c. 25. n. 109.

3 Bene verum eſt, quòd ſi huiuſmodi apoſtatæ cum virgine contraxerint & aliam vxorem antea non habuerint, poterit diſpenſare Epiſcopus vt miniſtrẽt. vt io c. 1. & ibi glo. qui cler. vel vouen. c. ſanè, de cler. coniug. & Farin. de hæreſi, q. 182. §. 7. num. 75. cum alijs ab eo allegatis. Secus autem dicendum eſt, ſi cum corrupta contraxerint, aut aliam vxorem antea habuerint, vel cũ duabus de facto contraxerint: nam tunc ſolus S. P. diſpenſare poteſt; vt in c. nuper, de bigam. & Syl. in ver. Bigamia, nu. 7. in fine.

Præterea Clerici vt ſupra contrahentes, aut cõcubinam habentes, officio, ac beneficio priuantur. c. decernimus, 28 diſt. Quod verum putat ibi glo. poſt admonitionem, vt in c. ſicut, de cohab. Cler. & mul. maximè ſi concubinarij tantùm ſint, & de facto vxorem non duxerint, vt ibidem Arch. poſt d. ctam gloſ.

Deoique huiuſmodi Apoſtatæ contrahunt 5 ſuſpicionem de hæreſi; & in eos poſſont Inquiſitores hæreticæ prauitatis animaduertere: ſiue matrimonium publicè cootraxerint, ſiue ſecretè, vt benè docet Farin. loco citato, n. 73. contra nonnullos per eum relatos, contrarium ſentientes: & id vſu receptum eſſe præſertim in Hiſpania, refert Azor. lib. 8. Inſtit. moral. p. 1. cap. 21. in fine.

Quæ quidem ſuſpicio poteſt eſſe violenta, 6 maxima, grauis, & leuis. Dicitur fortè leuis ſi clericus in Sacris habitum tantùm dimiſerit; dicitur grauis, ſi habitum dimiſerit, & matrimonium contraxerit: maximè, ſi publicè vxorem duxerit: dicitur denique violenta, ſeu maxima, ſi in matrimonio ſic inualido permanſerit, & citatus reſponſurus de fide, & excommunicatus per annum in excommunicatione animo pertinaci perdurauerit: quoniam elapſo anno, vt hæreticus condemnatur, vt in cap. cum contumacia, de hæret. lib. 6. & ita in foro ſaltem exteriori, ſi errorem non habeat in intellectu, incidit in excommunicationem noſtri canonis.

Differunt autem ſupradictæ ſuſpiciones inter

7 ſt in hoc: quoniam pro leui ſuſpicione quis nullatenus eſt pro hæretico habendus, ſed debet ſibi indici canonica purgatio: vel iniungi tanquam pro leui abiuratio. Quòd ſi deficiat in purgatione, vel abiurare contemnat, tunc excommunicatur, & elapſo anno, ſi in excommunicatione animo pertinaci permanſerit, tanquã hæreticus eſt condemnandus, vt in d. c. cum contumacia, & c. vt inquiſitionis, de hæret. in ſexto: ſi autem abiurauerit, & ſe purgauerit, & poſt abiurationem iterum in idem crimen fuerit relapſus, tunc non declaratur hæreticus, ſed punitur grauiter, vt in c. accuſatus, eo. tit. lib. 6.

Pro ſuſpicione graui, ſeu vehementi non poteſt aliquis condemnari de hæreſi, vt in c. litteras, §. quo circa de præſump. ſed debet ſibi præcipi, quòd abiuret omnem hæreſim, & ſpecialiter eam, cuius vehementem ſuſpicionem contraxit: & ſi relabatur in eandem, vel aliam, tunc punitur vt relapſus, vt in d. c. accuſatus. Quod ſi abiurare contemnat, tunc excommunicatur, & ſi per annum in excommunicatione inſorduerit, vt hæreticus condemnatur, ſicut diximus de eo, qui abiurare contemnat pro ſuſpicione leui, vt bene docet Eym. p. 2 Dir. q. 55. num. 15.

Pro ſuſpicione denique violenta, ſeu maxima, ſi quis hæreſim confiteatur, iniuncta ſibi pœna, debet abiurare omnem hæreſim vt ſupra. Quòd ſi non conſenſerit abiurare, eſt Curiæ ſæculari tradendus, vt in c. ad abolendam, §. 1. de hæret ſi autem non fateatur crimen poſtquam eſt de eo conuictus, nec conſenſit abiurare, tunc eſt vt hæreticus impœnitens condemnandus: nam ſuſpicio violenta, probationem incontrarium non admittit. Quod quidem quomodo procedat, vide Eymer. loco citato in fine, & in eum Pegna, com. 80. & ſic in foro ſaltem exteriori ſupradicti incidunt in excommunicationẽ, in noſtro canone contentam.

Hæc omnia locum ſibi vendicant in clericis
8 in Sacris conſtitutis: nam clerici tonſura tantùm initiati; aut minoribus dumtaxat Ordinibus inſigniti, ſi à clericali ordine recedant, aut matrimonium contrahant, ſupradictis pœnis nõ ſubijciuntur; eo quòd non prohibentur matrimonium contrahere.

poſſunt tamen aliquando peccare mortaliter
9 à clericatu recedendo, & matrimonium contrahendo, etiam in minoribus conſtituti, ſi ſine aliqua cauſa receſſerint, iuxta ea, quæ docet Caiet. 22. q. 12. ar. 1. Et eo ipſo quòd matrimonium contrahunt beneficium Eccleſiaſticum, & quamcumque penſionem amittunt, etiam ſi matrimonium fiat irritum: nec recuperant beneficium, etiam ſi ſponſæ antequam ab eis cognoſcantur ad Religionem ſe conferant: quia ius ſemel extinctum non reuiuiſcit. c. quam periculo ſum, 7. q. 1. Non ita dicendum eſt, ſi ſponſalia de futuro contraxerit, vt ex Gigan. & alijs docet Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 2. c. 10 q 1.

Maritus denique laicus, qui vxore viuente, vel ſine vxoris conſenſu, vel etiam de conſenſu illius, niſi in caſu quo ipſa monaſterium ſponte ingrediatur, ibique profeſſionem emittat, ſe promoueri fecit, qua pœna veniat puniendus, rectè declarat Farin. in ſupra allegato loco num. 74.

De Apoſtaſiæ, & Apoſtatarum à Religione definitione. Q. 16.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtaſia à Religione quid ſit explicatur.*
2 *Apoſtata a Religione, non dicitur omnis Religioſus a ſua Religione recedens, ſed is tantùm, qui tria vota emiſit.*
3 *Profeſſus tacitè, ad hoc, vt quis dicatur, quæ requirantur.*
4 *Apoſtata a Religione dicitur, qui ab ea recèdit, non tantùm qui emiſit tria vota ſolemnia, ſed etiam ſimplicia.*
5 *Ieſuitæ, & ſi vota ſimplicia dumtaxat emittant; ſunt tamen vere Religioſi.*
6 *Oblati, qui ſe, & ſua bona non plenè dedicauerunt monaſterio, ſi recedant, non erunt Apoſtatæ a Religione.*
6 *Religioſi, & Religioſæ tertij Ordinis Sancti Francisci, ſi recedant a Religione, ſeu dimittant habitum, non ſunt Apoſtatæ.*
8 *Monales collegialiter viuentes, non tamen ſub perpetua clauſura, dimittentes habitum aſſumptæ Religionis, non dicuntur Apoſtatæ.*
9 *Temeritas exigitur ad contrahendam Apoſtaſiam a Religione.*
10 *Apoſtata a Religione non dicitur, qui ex iuſta cauſa, etiam ſine ſuperioris licentia ab ea recedit.*
11 *Apoſtata an dicatur is, qui prætendens eius profeſſionem eſſe nullam à Religione recedit.*
12 *Apoſtata non dicitur qui à Religione recedit ad ſubueniendum parentibus, in graui neceſſitate poſitis.*
13 *Religionem ingrediens, eius parentibus in graui neceſſitate exiſtentibus, dicitur illos defraudare.*
14 *Filius, an, & quando poſſit Religionem egredi ad ſubueniendum parentibus.*
15 *Neceſſitas grauis, quæ dicitur.*
16 *Apoſtata non dicitur recedens ab aliqua Congregatione à Rom. Pontifice non dum approbata, etiam ſi tria vota emiſerit.*
17 *Apoſtata à Religione non dicitur, qui animum habet redeundi ad propriam, aut ingrediendi aliam, aut etiam laxiorem.*

1 PRo determinatione huius difficultatis eſt annot. quòd licèt apoſtatarum à Religione plures afferantur definitiones, quas refert Farin. de hæreſi q. 183 §. 6. à n 61. ad 62. & conſequenter ex eis, quid apoſtaſia à Religione eſſe dicatur, facilè colligi poteſt; tamen quia prædictæ definitiones nobis non probantur. nam defectuoſas eſſe ex infra dicendis clariſſimè patebit; idcirco apoſtaſiam à Religione, à qua deriuatur apoſtata, hoc pacto congruenter definiri poſſe arbitramur. Apoſtaſia à Religione, eſt Regularium tria vota emittentium receſſus temerarius ſine ſuperioris licentia, à Religione, quam profeſſi ſunt, per Sedem Apoſtolicam approbata, animo non redeundi ad propriam, nec ingrediendi aliam.

Dicitur Apoſtaſia à Religione, receſſus, loco generis: quoniam omnis Apoſtaſia eſſentialiter eſt receſſus. Hinc apoſtaſia à fide dicitur receſſus à fide: apoſtaſia ab obedientia appellatur receſſus ab obedientia: & apoſtaſia ab ordine, nuncupatur, receſſus ab ordine. Apoſtaſia enim

vt

vt ſupra diximus, eſt nomen græcum idem ſignificans, quod retroceſſio, ſeu retrogradatio, & receſſus.

Dicitur Regularium: quia non omnis receſſus dicitur apoſtaſia à Religione; ſed receſſus debet eſſe Religioſorum; ad differentiam receſſus à fide, ab obedientia, & ab ordine, qui poteſt eſſe illorum etiam, qui non ſunt Regulares.

Dicitur tria vota emittentium; quoniam non
2 omnis Religioſus, qui à Religione recedit appellatur apoſtata; ſed is tantùm, qui tria vota emiſit: & ſic Religioſus profeſſus tacitè, vel expreſſè, vt in c. Religioſo, §. fin. de ſent. excom. in 6.

Dicitur autem aliquis tacitè profeſſus tribus concurrentibus. Primò, vt habitum deferat à Nouitiorum habitu diſtinctum; ita vt à profeſſorum habitu non differat, c. t. §. qui verò, de Regul. in 6. Secundò, quòd deferat illum in monaſterio, vt in d. § qui verò. Tertiò, quòd eundè deferat intra monaſterium per annum: vt patet ex eod. c. 1. & benè declarat Nauar. in c. ſtatuimus, n. 73. in fine. 74. & ſeq. de Regul. vbi addit etiam alias conditiones, nempè quòd habitus ſit diſtinctus patenter, in colore, ſciſſura, & forma ab habitu Nouitiorum: & quòd ſciat quòd per ius, vel conſuetudine ſit profeſſio: & habitum profeſſorum accipiat ab eo, qui ſua propria, vel mandata ſibi poteſtate, poteſt eum incorporare Religioni.

Nouitij autem noſtræ Congregationis numquam efficiuntur tacitè profeſſi, etiam ſupradictis omnibus concurrentibus: quoniam tempore, quo induuntur dictæ Congregationis habitum, expreſſè fit proteſtatio, vt nunquam intelligantur profeſſi, niſi per expreſſam, & ſolemnem profeſſionem.

4 Dicitur, tria vota, ſiue ſolemnia ſint, ſiue ſim-
5 plicia 4, vt ſunt vota, quæ profitentur Religioſi Societatis Ieſu; qui poſt biennium probationis, emittunt tria vota ſimplicia: nam huiuſmodi Religioſi poſt dicta vota à Religione recedentes abſque expreſſa ſui Superioris licentia, ad id ab eis ſpecialiter obtenta, ipſo facto ſunt excommunicati, & abſolui nequeunt, niſi à Summo Pontifice, vel Superiore dictæ Societatis, vt patet ex litteris à Pio V. editis, pag. 94. & ſeq. & ex Conſtitut. Gregorij XIII. quæ incipit, Aſcendente Domino, vbi declaratur, quòd tria vota, etſi ſimplicia; verè ſunt Religionis ſubſtantialia. Vndè ſupradicti Regulares verè ſunt Religioſi: & recedentes, vt ſupra, verè ſunt Apoſtatæ, inhabiles ad contrahendum matrimonium ante abſolutionem Pontificis, vel Præpoſiti Generalis, vt ex Graff. lib. 3. caſ. reſer. de Apoſtaſia à Religione c. 2. num. 11. & alijs ab eo citatis.

Dicitur etiam tria vota: ad differentiam eorum, qui viuunt in aliqua congregatione collegialiter, non tamen profeſſionem emittentes, vt eſt Cõgregatio Hyer. inſtituta Romæ à Beato Philippo: nam huiuſmodi homines, etſi è monaſterio recedant non dicuntur Apoſtatæ: quia non emiſerunt vota.

Sic etiam is, qui non eſt plenè oblatus, qui ſe,
6 & ſua non plenè dedicauit monaſterio de præſenti, ſed viuit in ſæculo, retento ſibi vſufructu, aut aliqua eiuſdem parte, vel fructorum bonorum: quia iſti non profitentur tria vota, ſed ſolùm aſſumunt ſpecialem quendam viuendi modum, vt per glo. in clem. 1. de Relig. domib. & in clem. cùm ex eo. ver. Tertio. de ſent. excom. Iſti enim ſi recedant non ſunt Apoſtatæ.

Illi quoque, qui ſunt de tertio ordine S. Fran-
7 ciſci, ſiue fœminæ ſint, ſiue mares habentes proprium in particulari, qui nuncupantur continẽtes: eo quòd certis diebus abſtinent à thoro: de quibus in c. cùm ex eo de elect. in ſexto, ſi recedant vt ſupra. non poſſunt dici Apoſtatæ.

Religioſæ denique, quæ viuunt collegiatim,
8 ſed non ſub perpetua clauſura, habitum dimittentes, non dicuntur verè Apoſtatæ: quia huiuſmodi Religioſæ, non dicuntur verè moniales, cùm omnes moniales ſub perpetua clauſura viuere debeant, vt in c. vnico, de ſtat. Regul. in 6. & in Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. Bonifacij. Et tantò minus viuentes in proprijs domibus, quam vulgò dicuntur: Bizoche. vt habetur ex Graff. loco citato: nu 10.

Dicitur temerarius, ſine ſuperioris licentia:
9 quoniam ad contrahendum Apoſtaſiæ crimen, inter alia exigitur, vt quis temerè à Religione recedat, vt per glo. in c. 2. in ver. Temerè. Nec ler. uel mon. & latè Farin. loco ſupra allegato, num. 92. & 93.

Hinc ſequitur, quòd ſi quis ex iuſta cauſa à Re-
10 ligione recedat ſine ſuperioris licentia: quia non dicitur temerè recedere, non poteſt dici Apoſtata.

Quocircà Religioſus prætendens ſe per uim,
11 aut metum, uel ante legitimam ætatem profeſſionem emiſiſſe, ſi propoſita cauſa coram proprio Superiore, & Ordinario, ſine licentia è monaſterio receſſerit, dimiſſo habitu ante latam ſententiam, non erit Apoſtata; licèt tanquam Apoſtata ueniat puniendus, & cogendus ad Religionem redire, ut in Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 19. quia huiuſmodi Religioſus non uidetur habuiſſe intentionem abſolutam egrediendi à monaſterio, ſed tantùm conditionatam quatenus ſi lata fuiſſet ſententia in ipſius fauorem, alias ſecus.

Sic etiam ſi quis à Religione receſſerit, in cõ-
12 fulto ſuperiore, ad ſubueniendum parentibus in neceſſitate poſitis, maximè ſi animum habuerit redeundi, aut aliam Religionem ingrediendi, ceſſante neceſſitate parentum, & illorum neceſſitas ante profeſſionem uigens fuerit, non dicitur Apoſtata: quia, ut ait Syl. in uer. Religio, 6 §. 9. Filius Religioſus ingrediens Religionem, parentibus in graui neceſſitate poſi-
13 tis, defraudauit eos, & conſequenter peccauit: & propterea, quamuis profeſſionem emiſerit, tenetur Religionem egredi ad ſubueniendum
14 illis; niſi filius, eſto quòd exeat à Clauſtro non ualeat illis ſubueuire: quoniam eo caſu non debet egredi.

Et neceſſitas grauis dicitur, ſi oporteret Pa-
15 rentes ipſos mendicare, uel alijs ſeruire cum magna indecentia. ut per Syl. in ſum. in uer. Religio 2. §. 7.

Quòd ſi neceſſitas ſuperueniat poſt profeſſionem, tunc filius non poteſt, nec debet Clauſtrum egredi ad ſubueniendum Parentibus, ut bene docet D. Th. 22. q. 103. ar. fin. ad quartum. Et hoc uerum eſt, niſi neceſſitas eſſet extrema; nam tunc, etiam qui non eſt filius, poteſt, inconſulto

ſulto ſuperiore, è monaſterio exire ad ſubueniendum extremè indigenti, ut per Caiet. in D. Th. loco citato.

Tutius tamen eſt in his caſibus conſulere Romanum Pontificem, qui inſtructus de neceſſitate parentum, iudicet quid ipſi Regulari magis expediat, vt ſecurus fiat in vtroque fóro, vt ait Capuc. in add. ad Sorb. in ver. Apoſtaſia ab ordine, fol. 90. in fine, & Graff. loco citato. num. 40. in fine.

Dicitur à Religione quam profeſſi ſunt, ſiue
16 retento, ſiue dimiſſo habitu, vt q. ſequenti, Deo ducè, dicemus.

Dixi per ſedem Apoſtolicam approbata: quoniam nõ dicitur Apoſtatare, qui recedit ab aliquo loco, qui nqn eſt approbatus à ſede Apoſtolica, eſto quod votum aliquod emiſerit, vt in c. t. de vot. in ſexto.

Dixi denique animo non redeundi ad pro-
17 priam, nec ingrediendi aliam; quia ſi animum habeat Religioſus à monaſterio egrediens redeundi ad propriam Religionem, vel ingrediendi aliam quantumuis laxiorem, nõ dicitur Apoſtata, ſed vagus, & fugitiuus, vt habetur ex Panor. & ex aliis, in c. fin. de Regul. Natar. lib 5. ſuorum Conſ. de Apoſt. conſ. 1. n. 7. vol. 2. & latè Addentes ad ſteph. Quarant in compend. Bull. in ver. Caſus reſeruati, num. 5.

Ratio autem hæc eſt: quia huiuſmodi Religioſus, licèt deſerat Religionem in ſpecie: non tamen deſerit Religionem in genere, vt bene docet Innoc. in c. fin. de renunc. & latè habetur ex his, quæ docet Farinac. de hæret. q. 183. §. 7. vbi num. 99. limitat hoc verum eſſe quando Religioſus ingreditur laxiorem Religionem cum licentia ſui ſuperioris, aliàs ſecus.

Vnde huiuſmodi Religioſus vt ſupra à ſua Religione recedens, debet habere animum ingrediendi aliam laxiorem cum licentia ſui ſuperioris, aliàs puto, eum non excuſari ab Apoſtaſiæ crimine. Secus autem, ſi animum habeat ingrediendi aliam ſtrictiorem, quia tunc ſufficit ſi animum habeat petendi licentiam: quia Religioſus poteſt ad arctiorem tranſire petita venia, licèt non obtenta, vt per Farin. loco citato, n. 103. Quomodo autem Apoſtatæ à Religione Bullæ Cœnæ excommunicationem contrahant in ſequenti q. dicemus.

ADDITIO.

a Simplicia. Adde hìc Suar. tom. 4. de ſtat. Relig. lib. 3. tit. de Relig. mut. cap. 2. num. 6. & ſeq. vbi reſpondet ad argumenta eorum, qui volunt, quòd qui vota ſimplicia tantùm emittunt in Religione approbata à Rom. Pontifice, ſi recedant, non ſunt apoſtatæ; ſed ij dumtaxat, qui ſolemnia vota emiſerint. Excludit enim eos apoſtatas, qui ſimplicia vota emittunt extra Religionem. Eſt tamen verum, quòd emittens tria vota ſimplicia in Religione, vt ſupra approbata, ſi recedat, tunc efficitur apoſtata, ſi receſſus ſit criminoſus: ſecus autem ſi citra culpam fiat ex Rom. Pontificis diſpenſatione, vel ex legitimo conſenſu Religionis citra fraudem, ac malitiam Religioſi, non committentis v. g. delictum, nec fingentem eſſe incorrigibilem, vt ab ea expellatur, vt de Religioſis Societatis Ieſu à Religione recedentibus, latè tractat Suar. loco citato, n. 7. & 8. Abb. Alex.

b Aliam. Adde, quòd is dicitur apoſtata, etiam ſi retineat Religionis habitum, vt habetur ex Syl. in ſum. in ver. Apoſtaſia, §. 9. Angel eod. ver. num. 4. Armil. num. 11. & alij, quos refert, & ſequitur Suar. tom. 4. de ſtat. Relig. lib. 3. tit. de Relig. mut. aliquo modo ſtat. cap. 1. num. 13. 14. & 15. vbi, hanc eſſe rationem ait; quoniam habitus non facit monachum, neque eſt de ſubſtantia religionis: & qui ſic recedit à Religione, non manet, nec vult manere perpetuò ſub obedientia religioſa. Abb. Alex.

c Aliam. Adde, quòd quando quis recedit à Religione cum dimiſſione habitus, abſque intentione perpetuò manendi extra Religionem; ſed tantùm pro aliquo tempore, licèt non ſit apoſtata, vt rectè probat hoc loco Duard. nihilominus ſi aufugit, & dimittit habitum animo permanendi in ſtatu ſæculari per longum tempus, ſiue indeterminatum, donec cõpleat negotiũ aliquod, ſiue determinatũ, tũc efficitur apoſtata, etiã ſi animũ habeat redeũdi ad Religionẽ propriam, vel ingrediendi aliam, elapſo tempore, aut completo negotio, vt habetur ex Suar. vbi ſupra, num. 22 23. & 24. qui reſpondet ad argumenta contrariæ opinionis: quam opinionem puto probabilem, cùm habeat tanti viri teſtimonium, etſi videatur contra communem, per ea, quæ notat idem Duard. quæſt. ſeq. num. 7. & 8. Abb. Alexan.

De Diuiſione Apoſtaſiæ à Religione; & quando ab eadem Apoſtatę incidant in excommunicationem noſtræ Bullæ, aut in aliam. Q. 17.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtaſia, & Apoſtata à Religione quotuplex ſit, declaratur.*
2 *Apoſtata à Religione internus tantùm, licèt ſit verè Apoſtata quoad Deum; tamen non incurrit in caſum reſeruatum, nec alias Iuris pœnas.*
3 *Apoſtatæ corporalis receſſus exigitur à Monaſterio, vt dicatur incidere in caſum reſeruatum, & alias iuris pœnas.*
4 *Religioſus dimittens habitum, etiam animo illum reſumendi, eſt excommunicatus, quoniam habitus ſemper adhærere debet oſſibus Monachorum in quocumque loco.*
5 *Religioſus, & clericus, qui non deferunt habitum in cella, an ſint excommunicati.*
6 *Caſus reſeruatus intelligitur de actibus externis.*
7 *Apoſtata a Religione externus tantùm, quis dicatur.*
8 *Religioſus a Religione recedens animo redeundi ad propriam, vel ingrediendi aliam, etiamſi habitum dimiſerit, non dicitur Apoſtata; ſed fugitiuus.*
9 *Religioſus occultè, & de nocte ſine ſuperioris licentia egrediens è Monaſterio, animo tamen redeundi, incidit in caſum reſeruatum.*
10 *Furtum, cur à furno dicitur.*
11 *Religioſus egrediens è Monaſterio de nocte, vt incurrat in caſum reſeruatum, quæ requirantur.*
12 *Egreſſio è monaſterio non occulta, quæ dicatur.*

13 Co-

13 *Copulæ, & natura, eſt habere concurſum utriuſque.*
14 *Nox quando dicatur eſſe, & quot ſint eius partes.*
15 *Egredient occultè ſine ſuperioris licentia è Monaſterio, veſpere, aut diluculo, non incidit in caſum reſeruatum.*
16 *Religioſus egrediens è Monaſterio ſine habitu, eſt excommunicatus.*
17 *Religioſus egrediens è Monaſterio ſine habitu, animo redeundi, licèt non ſit Apoſtata; eſt tamen excommunicatus; etiam ſi per horam dimiſerit habitum.*
18 *Clerici in Sacris dimittentes habitum animo reſumendi, licèt non ſint Apoſtatæ, ſunt tamen excommunicati.*
19 *Religioſus dimittens habitum, ſi non conſtat de animo reſumendi, vel ingrediendi aliam Religionem, in foro exteriori præſumitur Apoſtata.*
20 *Fugitiui, ac vagi Regulares ſunt ab eorum Prælatis requirendi.*
21 *Fugitiuos à Religione Clericorum Regular. eorum Prælati non tenentur recipere.*
22 *Incorrigibiles Religioſos Cler. Regul. poteſt eorum Præpoſitus generalis à Congregatione ejicere, non obſtante diſpoſitione Conc. Trid.*
23 *Incorrigibiles, ac fugitiui a Religione Cler. Regular. eiecti, ſeu non recepti, poſſunt ingredi aliam Religionem, etiam laxiorem, præterquam Religionem arma portantium.*
24 *Apoſtata à Religione internus, & externus, quis dicatur.*
25 *Moniales profeſſæ à Religione recedentes, ſunt Apoſtatæ eodem modo ac Religioſi.*
26 *Moniales tertij Ordinis S. Franciſci, & S. Dominici, ſi a Relig. recedant, non dicuntur Apoſtatæ, licèt pereant mortaliter.*
27 *Apoſtata à Religione, eſt omnium peſſimus.*
28 *Apoſtatæ à Relig. cur dicantur fures.*
29 *Apoſtata a Relig. quicumque, dicitur vagus ac fugitiuus; non tamen è contra.*
30 *Apoſtatarum à Religione pœna quamplurimæ enumerantur.*
31 *Apoſtatæ à Relig. contrahunt hæreſis ſuſpicionem, & contra eos procedere poſſunt Inquiſitores hæreticæ prauitatis. Et ſi poſt excommunicationem per annum in excommunicationem inſordeuerint, tanquam hæretici condemnantur, & ita in foro ſaltem exteriori incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ.*
32 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis, contra Apoſtatas à Religione non ſolent procedere, niſi cùm matrimonium contraxerint.*
33 *Apoſtatæ à Religione interni, & externi ſimul, ſunt in triplici differentia.*
34 *Apoſtata a Relig. licèt incedat cum habitu laicali; ſi tamen honeſtè viuat, mitius punitur.*
35 *Apoſtatæ à Religione recedentes, retento habitu, non ſunt excommunicati; niſi alicuius priuilegiati Ordinis eſſent Religioſi, vt eſt Religio Cleric. Regul. &c.*
36 *Apoſtatæ Cler. Regul. eo ipſo quòd à Relig. recedunt Apoſtatandi animo, ſunt excommunicati, etiam ſi habitum non dimittant; & excipientes eos teneantur, in eandem cenſuram incidunt.*
37 *Religioſi Cler. Regul. profeſſi. ſi ſine licentia ſuorum Superiorum petita, & obtenta, aliam ingrediantur Religionem quantumuis arctiorem, etiam Carthuſienſium, ſtatim ſunt excommunicati, & excipientes eos, eandem cenſuram contrahunt.*
38 *Religioſi Cler. Regular. de licentia eorum Prapoſiti Generalis poſſunt ingredi quamcunque Religionem etiam laxiorem.*
39 *Religioſi Apoſtatantes, dimiſſo habitu, ſtatim ſunt excommunicati. Poſſunt tamen à quocunque abſolui, cùm talis excommunicatio nemini ſit reſeruata.*
40 *Religioſi Apoſtatantes, & habitum Religionis deferentes coopertum, ſunt excommunicati.*
41 *Apoſtatæ, ſi ſuſceperint Ordines, ſunt ſuſpenſi ab eorum executione, & a S. P. exigunt diſpenſationem; niſi Ordines ſuſcepti ſint minores: quia tunc ab Epiſcopo poſſunt diſpenſari.*
42 *Diſpenſatio eſt odioſa, & ideo non extenditur ad caſum non expreſſum.*
43 *Religioſus non clauſtralis translatus ad Eccleſiam parochialem clericorum ſæcularium, tunc extrinſecum habitum poteſt mutare, non ex toto, ſed talem, in quo conueniat cum clericis ſæcularibus; non tamen abſoluitur ab obſeruantia trium votorum; licèt ad accidentalia non teneatur.*
44 *Religioſi clauſtrales, eſto quòd ad Parochialem Eccleſiam translati ſint, quæ a clauſtralibus adminiſtretur, non poſſunt ſe conformare habitui extrinſeco clericorum.*

A Poſtaſia à Religione eſt triplex. Interna 1
ſcilicet tantùm: externa tantùm: & interna ac externa ſimul. Quapropter apoſtata à Religione. quidam dicitur internus tantùm. quidam externus tantùm: & quidam denique internus & externus ſimul.

Internus dumtaxat à Religione apoſtata is di 2
citur, qui in monaſterio licèt corpore viuat; mètem tamen à Religione habet longinquam, & animum redeundi ad ſæculum. Huiuſmodi Religioſus quamuis apud Deum ſit verè apoſtata, cùm Deus corda reſpiciat, vt in c. ſi quid inueniſti, 14. q. 5. & glo. in c. cum voluntate, de ſent. excom. nihilominus non incurrit caſum reſeruatum, de quo in Bulla Clem. VIII. edita ſub die 26. menſis Maij 1593. cuius meminit Steph. Quarant. in cõp. Bull. in ver. Caſus, reſeruati: nec alias iuris pœnas, de quibus infra, Deo duce, dicemus: quia corpore non receſſit à monaſterio; qui corporalis receſſus omnino requiritur ad ſupradictas pœnas incurrendas.

Vndè Religioſus, eſto quòd habitum aſſum- 3
ptæ Religionis dimittat, ſi à monaſterio non recedat, non dicetur apoſtata quoad Eccleſiam, & in foro exteriori, licèt contrarium videatur tenere Farin. de hær. q. 183. §. 6. n. 7. & non immeritò: quia verè dici poteſt à Religione recedere, qui habitum aſſumptæ Religionis dimittit animo redeundi ad ſæculum, quamuis è monaſterio non egredietur, & conſequenter dicitur apoſtata etiam quoad Eccleſiam, non tamè quoad omnes pœnas ſtatutas contra apoſtatas; quia ſaltem de conſuetudine ad contrahendas huiuſmodi pœnas, exigitur corporalis receſſus à Monaſterio: & propterea non incidet in dictum caſum reſeruatum: etſi per Eccleſiaſticã cenſurã poſſit compelli ad reſumendum habitum, & inſuper incidat in excommunicationem tex. in c. vt periculoſa, Ne Cler. vel mon. in 6. Nam, vt ait ibi Arch. n. 1. per tex. in c. Vidua 20 q. 1. c. Clerici, de vita, & hon. Cler. & in c. Sanctimonialis, 24. d. habitum adeò debet eſſe annexum offi- 4

bus Monacorum, vt in quocumque loco consistant, siue in loco quiescentes eo semper vti debeant.

Vndè quidam volunt, quòd Religiosus, aut
5 etiam Clericus, qui monachalem, seu Clericalem habitum non deserit in cella, in balneis, seu in alio loco secreto, adhuc prædictam excommunicationem contrahat. Quod quidem verum non esse, probat Farin. loco cit. n. 80. & 81.

Et confirmatur, quoniam casus reseruatus in-
6 telligitur de actibus externis, vt benè docet Graff. lib. 3. cas. reser. de Apost. à Relig. c. 2. n. 6. non ergo casum reseruatum contrahit apostata purè internus.

Externus tantùm apostata à Religione dici-
7 tur, qui licèt corpore à Religione recesserit; animum tamen habet redeundi ad propriam, vel ingrediendi aliam Religionem, vt cùm Religiosus ex libidine, aut superiorum nimia asperitate à Monasterio egressus, per Mundum vagatur, animo ingrediendi aliam Religionem, vel redeundi ad propriam.

Huiusmodi autem Religiosus non dicitur ve-
8 rè apostata à Religione, sed fugitiuus, & vagus a,
a etiam si habitum dimiserit: quia nunquam habuit animum recedendi à Religione, saltem in genere, vt per Abb. & alios in c. fin. de Regul. & Nauar. lib suorum cons. de apost. cons. 1. n. 7. p. 2. Quod verum esse existimat etiam Farin. ibidem sub num. 82. in ver. limita 3. cum alijs ab eo allegatis.

Incurrit tamen talis Religiosus in casum re-
9 seruatum, in d. Bulla contentum, si de nocte, & occultè egrediatur monasterium; non quia fit à Religione apostata: quia inter alia, quæ requiruntur ad hoc, vt aliquis dicatur apostata à Religione, exigitur animus non redeundi ad propriam, nec ingrediendi aliam; sed quia exijt septa monasterij de nocte.

Dixi occultè, & de nocte: quoniam in dicta
Bulla nocturnam, & furtiuam simul egressionem reseruat. Vndè si furtiua egressio reseruatur, proculdubio reseruatur occulta: nam furti-
10 ua à furto deriuatur: quod etsi à furuo dicatur ideſt nigro; quòd plerumque nocte fiat, tamen dicitur etiam furtum à furuo, quia clam fit, l. 1. ff. de furt. & l. clam, ff. de acquir. poss.

Quocirca ad incurrendum dictum casum re-
11 seruatum tria copulatiuè requiruntur. Primò vt egressio sit nocturna. Secundò, vt sit furtiua ideſt, occulta, inscio superiore monasterij. Tertiò, vt fiat extra septa eiusdem monasterij.

Hinc sequitur quòd qui de nocte egredere-
12 tur, sed non occultè, non incurreret in casum reseruatum. Et dicicitur non occulta, quando talis egressio posset probari per testes duos, vel tres, qui viderint è monasterio egredientem, vt per Sot. de ratione tegen. membr. 2.

Sic etiam qui occultè egrederetur, sed non de
13 nocte, in casum reseruatum non incideret: quia inter nocturnam, & occultam, mediat copula, &, cuius natura est habere cõcursum vtriusque, l. si hæredi, & ibi glosa ff. de cond. Inst.

Est autem nox absentia solis, à nocendo dicta,
14 eo quòd oculis noceat. Et tũc propriè nox dicitur, quando stellæ aut Luna lucent: & fortiùs si à nubibus impeditæ non luceant. Habet nox septem partes: nam diuiditur in vesperum, crepusculum, conticinium, intempestiuum, gallicinium, matutinum, & diluculum. Vndè vesperum, & diluculum sunt extrema noctis: & propterea cùm huiusmodi partes ascribantur diei potius, quàm nocti. Nam vesperum dicitur à stella occidentali, quæ solem occiduum sequitur, & tenebras sequentes antecedit: & diluculum est pars vicinior diei; hoc est parua lux iam incipiens, quæ aurora appellatur.

Ex quo infertur, vt qui occultè vespere, aut
15 diluculo à monasterio recederet, in supradictum casum reseruatum non incurreret: quia nõ dicitur propriè de nocte recedere: eo quòd tam in diluculo, quàm in vespero terra est aliquantulum illuminata; ita vt, absque lumine stellarum, & Lunæ, aut alterius luminis artificialis, possunt res per visum discerni, ar. tex. in c. si perfodiens, de homic. vbi Panorm. & alij, & Aret. in l. Lucius, ff. de liber. & post. quos refert, & sequitur Graff. lib. 3. cas. reser. de egressione noctur. c. 3. n. 15. & 16. vbi sub n. 13 alt etiam,
16 quòd si egressio supradicta fiat, dimisso habitu, huiusmodi Religiosus erit excommunicatus, per tex. in cap. 2. Ne cler. vel mon. in 6 glo. in c. 1 de temp. ordin.

Nam licèt Religiosus dimittens habitum suæ
17 Religionis temerè animo redeundi ad illam, & assumens alium quemcumque, vt occulta eius persona liberè possit vagari per vicos, & plateas absque eo quòd cognoscatur cuius Religionis sit, non dicatur Apostata à Religione; tameo mortaliter peccat, & est excommunicatus, etiam quòd id tantùm faciat per horam, vt ex communi opinione docet Bann. in D. Th. 2. a. q. 12. ar. 1. ver. Tertia conclusio: & in secunda dubit. ver. Secunda conclusio.

Immò in vltima disputatione, in ver. Vltima
18 conclusio: quæ dixit de Religiosis dimittentibus habitum Religionis per breue tempus, extendit etiam ad Clericos in Sacris constitutos, qui vagandi animo, & occultandi personam clericalem dimittunt habitum. Et hanc eandem sententiam sequitur Farin. vbi supra n. 83. licèt Graff. lib. 3. casu. reser. de apost. à Relig. cap. 2. num. 12. id verum putet in dimittente habitum animo non resumendi.

In foro tamen exteriori, si non constat de ta-
19 lis Religiosi animo, volentis redire ad Religionem propriam, vel ad aliam transire præsumitur Apostata, vt docet Achil. de Graf. dec. vnica, de Apost.

Adde, quòd Religiosi fugitiui, & vagi, sunt ab
20 eorum Prælatis requirendi, & cogendi, vt ad
b monasterium reuertantur b, ne vagandi occasionem habentes, salutis propriæ detrimentum patiantur, vt c. Ne Religiosi. de Regul.

Prælati tamen nostræ Religionis non tenen-
21 tur dictæ Religionis fugitiuos inquirere, vt patet in compen. nostrorum priuil. tit. Eijcere. §. 2. schol. 1. Immò cogi non possunt ad ipsos fugitiuos recipiendos, etiam prætextu quarumcumque litterarum Apostolicarum, nisi specialiter nostris priuilegijs derogetur, vt in d. compen. tit. Apostata ab Ordine. §. 2.

Et præpositus Generalis eiusdem nostræ Re-
22 ligionis per semetipsum dumtaxat potest fratres nostros, quos incorrigibiles repererit, habitu expoliare, & à Congregatione eijcere, vt

in

in allegato titulo Eijcere, §. 2. Et licèt adſit declaratio Illuſtriſſimorum Cardinalium ſuper Conc Trid. quo ſtatuitur, vt in poſterum nemo Regularium eijciatur à Monaſterio tanquam incorrigibilis, ſed peccantes à ſuperioribus ignominia, & carcere caſtigentur, & acrius etiam, ſi ipſis viſum fuerit, pro modo delictorum puniantur; tamen non per hoc reuocantur noſtra priuilegia: quia declaratio prædicta habet locum contra Regulares non priuilegiatos, vt ibidem annotatur, ſchol. fin.

Bene verùm eſt, quòd ſupradicti fugitiui, ſeu
23 Apoſtatæ, & incorrigibiles, qui à noſtris Prælatis non fuerunt recepti, aut expulſi, poſſunt ingredi quemcumque alium Ordinem quantumuis laxiorem; præterquam Religioſorum, arma deferentium, vt in eodem comp. tit. Apoſtatà ab Ordine, §. 3.

Internus denique, & externus Apoſtata à Re-
24 ligione dicitur profeſſus, qui animo ſimul à Religione receſſit, ad illam amplius non reuerſurus, nec aliam ingreſſurus. Iſte eſt formaliter Apoſtata à Religione: eo quòd ei conuenit Apoſtaſiæ à Religione definitio: quam ſupra aſſignauimus.

Et idem dicendum eſt de Monialibus: nam
25 Moniales etiam exeuntes à ſuo Monaſterio ſine licentia ſuperiorum, dicuntur Apoſtatæ, & ad redeundum ad Monaſterium cogendæ ſunt, ſicut alij Religioſi Apoſtatæ, vt eſt tex. in c. peruenit ad nos. 27. q. 1. & latè Farin. in d. tract. de hær. q. 183. n. 68. vbi ex Decian. Menoch. & aliis ait etiam, quòd Moniales tertij Ordinis Diui Franciſci, aut D. Dominici, cùm non emittant
26 votum ſolemne, ſed ſimplex, licèt peccent mortaliter exeundo à Religione, quam vouerunt; non tamen per hoc dicuntur Apoſtatæ.

Sed reuera prædictæ moniales vt ſupra recedentes non ex eo excuſantur ab Apoſtaſia, quòd ſimplex tantùm votum, & non ſolemne emiſerint; ſed quia non viuunt ſub clauſura perpetua, vt diximus. q. præcedenti, num. 8.

De Apoſtatis a Religione dum loqueretur D.
27 Auguſt. cuius meminit tex. in c. quantumlibet, 47. d. ſic ait. *Non ſum expertus peiores quàm qui in monaſterus ceciderunt*. Vndè vituperio dignos, & omni auxilio indignos eſſe. exiſtimat Nauar. lib. 3. ſuorum conſ. de Regul. conſ. 79. eo quòd manum ad aratrum miſſam, contra conſilium Euangelicum retraxerunt.

Dicuntur huiuſmodi Apoſtatæ fures: quia cũ
28 ſui poteſtatem non habeant, vt in c. Religioſus, de elect. in ſexto; committunt de ſemetipſis furtum, ar. tex. in l. 1. & ibi glo. ff. de fur. Sunt etiam vagi, & fugitiui: quoniam licèt non omnis va-
29 gus, & fugitiuus dicatur Apoſtata, tamen omnis Apoſtata à Religione dicitur vagus, & fugitiuus, ar. tex. in l. quid ſit fugitiuus ff. de edil. edic.

Horum autem pœna prima eſt, vt poſſint à Iu-
30 dice quoque laico carcerari citra metum alicuius cenſuræ, vt in c. 1. de Apoſt. Decian. in tract. crim. lib. 5. c. 73. num. 19. Menoch. de Arbitrar. quæſt. lib. 2. centur. 6. caſu 546. n. 32. & Farin. loco citato, num. 79.

Secundò efficiuntur infames, & irreggulares cap. fin. & ibi Doct. de Apoſt. ſuper quam irregularitatem ſolus Papa diſpenſat; etiam poſt peractam pœnitentiam, vt bene docent Gemin. & Archid. in cap. fin. 50. d.

Non tamen Moniales Apoſtatæ, efficiuntur irregulares; quia cùm ſint Ordinum incapaces, irregularitatem contrahere non poſſunt, cùm per eam quis impediatur ab vſu ſuſcepti ordinis, & ad nouos ordines promoueri, vt habetur ex Sayr. & alijs, quos ipſe refert, lib. 6. Theſ. tom. 1. cap. 1.

Tertio incidunt in caſum reſeruatum, de quo in ſupra dicta Bulla Clem. VIII. Et eſtò quòd ad Religionem reuertantur, ſunt priuati voce actiua, ac paſſiua, iure ſuæ primæ genituræ, prædicandi, ac audiendi confeſſiones; itaut nec per Capitulum prouinciale, aut generale habilitari poſſit; donec per quadrienium ad minus, ſub correctionis, & diſciplinæ forma, patienter, & humiliter vixerint. Item tempus, quo extra Religionem manſerunt, intra profeſſionis annos non computatur. Sunt publicè abſolnendi à cenſuris, & pœnis, à iure communi, ac Prælatis contra ipſos ſtatutis. Item etiam poſt peractam pœnitentiam non poſſunt eligi in Abbates, cap. legi, 6. q. 1. Debent decem annis pœnitentiam agere, c. deuotam, 27. q. 1. Potett ſuperior huiuſmodi Apoſtatas ſub graui cuſtodia carcerare, victum in pane, & aqua ad ſolius vitæ ſubſtentationem eis miniſtrando, ſi dimiſſum habitum reſumere nolint, vt in cap. à nobis. de Apoſt. & latè Graff. lib. 3. caſu. reſer. de Apoſt. à Relig. cap. 1.

Efficiuntur denique de hęreſi ſuſpecti, & poſ-
31 ſunt ab Inquiſitoribus hæreticę prauitatis citari de fide reſponſuri, maximè ſi matrimonium contraxerint: & ſi non compareant, elapſo anno poſtquam fuerint excommunicati, tàquam hæretici condemnantur: & ſic in foro ſaltem exteriori incidunt in excommunicationem noſtri canonis.

Dixi, maximè ſi matrimonium contraxerint:
32 quoniam Inquiſitores hæreticæ prauitatis, non conſueuerunt contra tales à Regulari traditione apoſtatantes, procedere ex eo ſolo, quòd relicto ſuæ Religionis habitu, vltra annum apoſtatent, niſi aliquid aliud admiſceant: quod meritò ad Tribunal hæreticæ prauitatis referendũ videatur: vt ſi matrimonium contraxerint publicè, vel etiam ſecretè, vt benè aduertit Pegna in Eymer. p. 2. Dir. q. 49. com. 74. ver. Veruntamen ſic ait. Et ſiue matrimonium contraxerint poſt annum apoſtaſiæ, ſiue ante annum, vt ait Siman. de Cathol. Inſt. tit. 40. n. 9. & alij, quos refert Azor. lib. 8. Inſt. Moral. p. 1. c. 21. in fine.

Sunt aut huiuſmodi apoſtatę in triplici diffe-
33 rentia: nam quidam recedunt à Religione, retento habitu: quidam, habitu dimiſſo: & alij habitu retento, ſed cooperto.

Omnes iſti conueniunt inter ſe quoniam omnes ſunt verè apoſtatæ à Religione, & ſubijciuntur apoſtatarum pœnis, ac incidunt in caſum reſeruatum, in d. Bulla Clem. VIII. contentum

Eſt tamen verũ, quòd Clericus, ſeu Religioſus vt ſupra apoſtata incedens, licèt in habitu laicali, & laicorum more viuens, ſi honeſtè viuat, nõ ita grauius puniendus eſt, ficut hi, qui inhoneſtã agunt vitam, qui ipſo inre amittunt priuilegia clericalia: honeſtè verò viuens non amittit, niſi trina præcedente monitione. Hęc ex Menoc. & alijs docet Farin. in ſupra allegato loco, n. 82.

Differant autem ſupradicti apoſtatæ inter ſe; quoniam qui a Religione recedunt, retento habitu, in excommunicationem non incidunt, niſi ſtrictius priuilegiati Ordinis eſſent Religioſi, vt eſt Religio noſtra Cler. Regul. cuius Religioſi, eo ipſo quòd ſine licentia Prælatorum è domibus, & ex eorum obedientia recedunt, quamuis habitum non dimiſerint, ſunt ipſo facto excom-
36 municati: & recedentes ipſos abſque ſui Prælati licentia in ſcriptis obtenta nullus poteſt excipere, aut retinere: & temerè excipientes, ſunt ſimiliter ipſo facto excõmunicati, vt patet in comp. noſtrorum priuil. tit. Apoſtata ab Ordine. §. 1.

Vndè eſtò, quòd Religioſi noſtræ Congregationis recedẽtes vt ſupra, habitũ non dimittant, adhuc tñ ſunt ipſo facto excommunicati. Quod intelligitur ſi animum redeundi ad propriã Religionem, vel aliam ingrediendi non habuerint: & conſequẽter ſint formaliter apoſtatæ à Religione: quia ſupradictum priuilegium ad incurrendam mentionatam excommunicationẽ, non modò requirit receſſum ab obedientia Prælati, ſed etiam apoſtatare. Quapropter ſi Religioſus ex noſtris, inconſulto Superiore, à Religione recedat animo redeundi, aut ingrediendi aliam Religionem, vigore dicti priulegij non eſt excõmunicatus: quia non eſt apoſtata; ſed fugitiuus, & vagus, per ea, quæ docet Inn. cõiter receptus in cap. intelleximus, in fine, de ætat. & qualit. & Graff. loco citato, n. 34. cum alijs, quos allegat.

Benè verum eſt, quòd *Religioſus* profeſſus ex
37 noſtris, ſi ſine ſuperioris licentia petita, & obtẽta, aliam Religionem quãtumuis arctiorem, etiã Cartuſienſium fuerit ingreſſus, ſtatim eſt excõmunicatus, & recipientes eum, eandem excommunicationem incurrunt, à qua, niſi à Romano Pontifice, vel à Prepoſito generali noſtræ Religionis, præterquam in mortis articulo conſtituti abſolui poſſunt, vt in comp. noſtrorum priuil. tit. Tranſire. §. 1.

Immo etiã § 2. conceditur facultas Præpoſito
38 generali noſtræ Religionis, qua poſſit licẽtiam concedere noſtris fratribus profeſſis tranſeundi ad quamuis alium Ordinem, Mendicantium: vel non Mẽdicantium, paris, laxioris, aut arctioris obſeruantiæ, per ipſum Præpoſitum illis præſcribendum.

Non tamen noſtri Religioſi ſine licentia vt ſupra aliam Religionem intrantes, dicuntur apoſtatæ: quia licẽt recedant à Religione in ſpecie non tamen recedunt à *Religione* in genere: & propterea non ſunt excommunicati ratione apoſtaſiæ, ſed propter tranſitum illum, vt benè aduertit Nauar. lib. 5. conſ. de Apoſt. cõſ. 1. vol. 2.

Quicunque autem Religioſi profeſſi à Reli-
39 gione apoſtatantes, dimiſſo habitu, & ſi non ſint ex noſtris, ſtatim ſunt excommunicati, vt in c. 2. Ne Cler. vel mon. à qua excommunicatione cùm nemini ſit reſeruata, poteſt abſoluere quilibet Confeſſarius habens facultatem abſoluendi à peccatis mortalibus, vel proprius Prælatus, iuxta ea, quæ habentur in c. nuper, de ſent. excõ.

Eandem excommunicationem incurrũt apo-
40 ſtatæ à Religione habitum deferentes cooperтum, timore ducti, ne cogniti, & capti, à ſuperioribus punirẽtur: nam deferre habitum cooperтum, perinde eſt, ac ſi non deferretur, & cùm dictus timor proueniat ex metu pœnæ meritæ, non dicitur excuſabilis, & iuſtus, vt benè docet Thom. Triu. lib. 2. Decr. Venet. deciſ. 19. relatus à Steph. Quarana in ver. Apoſtata, in ſuo cõpen. Bull. & alij, quos refert, & ſequitur Graff. lib. 3. caſ. reſeruat. de Apoſt. c. 2. n. 13. 14. 34. & 38.

Immo huiuſmodi apoſtatæ ab apoſtaſia non
41 excuſantur, etiam ſi clerici ſeculares efficiantur: nam iſti præter apoſtaſiam, ſi ſuſceperint Ordines Sacros, ſunt ſuſpenſi ab eorum executione; ita vt à S. P. exigant diſpenſationem. Et idem erit, ſi ſuſceperint minores Ordines. Sunt enim ab eorum executione ſimiliter ſuſpenſi, vt in c. fin. de Apoſt. ſuper quam ſuſpenſionem, poteſt Epiſcopus diſpenſare: quoniam ex eo quòd S. P. huiuſmodi facultatem ſibi non reſeruauit, videtur eam Epiſcopo conceſſiſſe, arg. tex. in c. nõne, de præſũp. & c. nuper, de ſent. excom. Quod quidem locum ſibi vendicat, etiam peracta pœnitẽtia, vt benè docet Io. Anã. in d. c. fin. de Apoſt. vbi ſimiliter ait, quòd diſpenſatus per S. P. ſuper Ordine ſuſcepto, non cenſetur diſpenſatus, vt ad ſuperiores Ordines poſſit aſcendere; quia di-
42 ſpenſatio cùm ſit odioſa non extenditur ad caſum non expreſſum, quod videtur etiam tenere Graff. loco citato, ſub n. 41.

Eſt tamen verum, quòd ſi Religioſus non eſt
43 clauſtralis, & eſt translatus ad Eccleſiam parochialem clericorum ſæcularium, tunc extrinſecum habitum poteſt mutare, non ex toto, ſed talem, in quo conueniat cum clericis ſæcularibus. Non tamen abſoluitur ab obſeruantia triũ votorum, quæ ſunt eſſentialia Religionis: ab alijs verò abſoluitur: puta ieiunio, ſilentio, vigilijs: immo fortè ab abſtinentia eſus carnium, & à recitatione officij diuini iuxtà Regulam: eſt enim ſeruanda Eccleſiæ conſuetudo, vt per gloſſ. in c. de monachis. 16. q. 1.

Eximitur etiam ab obedientia Abbatis, ſi pa-
44 rochia non ſit ipſi Abbati ſubdita, vt habetur in d. gloſſ. Dixi. ſi Religioſus non eſt clauſtralis: quoniam Religioſus clauſtralis, eſtò quòd ad parochialem Eccleſiam ſit traslatus, quæ à clauſtralibus adminiſtretur, non tamen poteſt ſe conformare habitui extrinſeco clericorum, vt in cap. 3. de teſtam. Gemin. in c. ſi quis ex clericis, d. 23. quem refert Graff. vbi ſupra, n. 52.

ADDITIO.

a Vagus. Licèt, qui à Religione recedit ſine Superioris licentia animo redeundi ad propriã, vel ingrediẽdi aliam, nõ dicatur formaliter apoſtata, ſed fugitiuus, ac vagus, etiam ſi dimittat habitum; nihilominus poteſt aliquãdo excuſari; nempè ſi ad ſuperiores confugiat nimia proprij Prælati ſæuitia compulſus: quoniam ad ſuperiores recurſus cenſetur tacita quædam appellatio, vt contra nonnullos docet Suar. tom. 4. de ſtat. Relig. lib. 3. tit. de Relig. mut. aliquo modo ſtat. cap. 1. à n. 1. vſque ad 11. vbi fugitiuorum plures conſtituit ſpecies, eorum peccatorum deformitates explicat, atque materiam iſtam optimè declarat. Et ſignanter aſſert Concil. Trid. ſeſſ. 26. cap. 4. de Regul. & Sixti V. motum proprium contra illegitimos, qui eſt 73. in Bullario, vbi præcipit Ordinarijs, & Miniſtris eorum, vt curent, diligenter inquiri, an Regulares vagantes,

vel

vel diuertentes ad ſæcularia hoſpitia litteras ſuæ obedientiæ ſecum ferant, & alioquin contra illos procedant, & tam diù ſub cuſtodia detineãt, donec de illis certa notitia habeatur. Prælatis autem Regularibus præcipit, nè eos ſine tali licentia, niſi aliàs cogniti ſint, in hoſpitium recipiant ſub grauioribus pœnis. Abb. Alex.

b Reuertantur. Fugitiui, ac Apoſtatæ ſunt requirendi, etiam ſi poſt comprehenſos eſſent tanquam incorrigibiles ejiciendi, vt in prauæ apoſtaſiæ ſtatu non permaneant: ſiquidem debet Prælatus quod in ſe eſt, & ſine incommodo poteſt facere, vt illum à damnationis ſtatu eripiat, vt habetur ex Suar. de ſtat. Relig. lib. 3. tit. de Relig. mutan. &c. cap. 2. num. 19. vbi etiam à num. 23. vſque ad 30. tractat quoque de bonis fugitiuorum, & Apoſtatarum, & tandem concludit, quòd bona, citra iniuſtitiam, & licito modo per eos acquiſita, nempè ex eorum artificio, aut ſcientia, quæruntur Religioni: quæ verò acquiſita fuere cum iniuſtitia, pertinent ad eos, à quibus rapuerunt, ſi certi ſint: ſi autem incerti, ſunt diſtribuenda pauperibus: vel ſaltem poſt mortem eorum ſunt reſtituenda Cameræ Apoſtolicæ; quoniam vigore Bullæ Gregor. XIII. Camera Apoſt. habet nomen, & obtinet vices veri hæredis in huiuſmodi bonis. Quòd ſi Apoſtatarum bona ſint acquiſita citrà iniuſtitiam; ſed illicito modo contra iura, & canones, nempè ex illicita negotiatione, &c. tunc in eis ſuccedit ipſa Camera Apoſt. Etenim extat Bulla Pij IV. quæ ſtatuit, de bonis acquiſitis per illicitam negotiationem, non poſſe diſponere monachum, etiam ſi non ſit Apoſtata, ſed in eis ſuccedere Cameram Apoſtolicam. Quod verum eſſe, ait Suar. ſi Monachus ſit Clericus: ſecus autem ſi ſit laicus, & ſic conuerſus, Abb. Alexand.

Ibi (*Alios Hæreticos*) An excommunicatio contra Hæreticos, ita ſit de Iure humano, vt ſit etiam de Iure Diuino. Q. 18.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationem contra hæreticos de iure Diuino eſſe, qui dicant.*
2 *Herminigildi martyris hiſtoria refertur.*
3 *Cenſuras omnes de iure diuino eſſe, qui teneant.*
4 *Excommunicatio contra hæreticos, ſicut aliæ cenſuræ omnes, quoad earum inſtitutionem, vſum, modum, & applicationem, ſunt de iure humano.*
5 *Excommunicatus quantumuis occultus, de iure antiquo erat vitandus.*
6 *Excommunicatum de iure nouo non tenemur vitare, niſi ſit nominatim denunciatus: aut notorius clericorum percuſſor.*
7 *Communicatio cum excommunicatis, non eſt intrinſecè mala.*
8 *Cenſura præcisè, & per ſe conſideratæ, non ponit in homine peculiarem qualitatem, ab Eccleſiaſtica prohibitione diſtinctam.*
9 *Excommunicatus poteſt coram Deo iuſtificari per contritionem, vel per confeſſionem bona fide.*
10 *Romanus Pontifex, non eo ipſo quòd eſt hæreticus, eſt priuatus Pontificia dignitate, & iuriſdictione.*
11 *Communicatio cum hæreticis, ſi cauſa peccati ſit, aut Eccleſiæ contemptus, eſt prohibita iure Diuino.*
11 *Communicatio cum hæreticis, & alijs excommunicatis, præciſo timore contemptus Eccleſiæ, peccati, aut ſcandali, eſt prohibita iure tantum humano.*
13 *Herminigildus martyr, cur potius mori elegit, quàm Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ab Arriano Epiſcopo ſumere.*
14 *Cenſuras ferendi poteſtas eſt de iure Diuino.*
15 *Excommunicatus, cur præcipiatur haberi vt ethnicus, & publicanus, declaratur.*

IN hac repugnantes extant opiniones. Nam
1 prima ſententia fuit Couar. in c. Alma mater, 1 p. §. & aliorum, quos refert Nauar. de orat. & hor. can. c. 22. n. 9. dicentium: excommunicationem pro crimine hæreſis adeò eſſe antiquam, vt à iure Diuino originem traxiſſe fateantur, & eodem iure cum eis communionem eſſe inhibitam.

Probant hanc eorum ſententiam primo ex illo D. Pauli ad Tit. c. 3. dicentis: *hæreticum hominem, poſt primam, & ſecundam correctionem deuita.*

Secundò probatur ex illo *Ioan. 2. vbi ait. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinã* quam ſcilicet Apoſtolus docuit, *non affert, nolite recipere eum in domum, nec. Aue ei dixeritis qui enim dicit illi, Aue, communicat operibus eius malignis.*

Tertiò probatur ex hiſtoria Herminigildi
2 martiris, de qua habetur in tex. in c. cæpit, 24. q. 1. qui cùm eſſet iuſſu impiiſſimi eiuſdem patris, Hiſpaniæ Regis Arriani in carcerem incluſus ob fidei catholicæ confeſſionem, elegit potius mortem ſubire, quàm Euchariſtiam in die Paſchatis ab Epiſcopo Arriano ſumere.

Quartò: quoniam etiam in mortis articulo non licet Sacramenta ab hæretico ſuſcipere, niſi Baptiſmum, quòd eſt ad ſalutem ſimpliciter neceſſarium, vt in c. Arianos, 1. q. 1. & D. Th. 3. p. q. 82. ar. 7. ad 2. Ergo ſignum eſt, hæreticos eſſe de iure Diuino excommunicatos: quoniam aliàs non eſſet nobis, inſtante mortis articulo, interdictum ab illis Sacramenta ſuſcipere.

Addè quòd aliqui maximè Iuriſperiti tenent,
3 quòd omnes cenſuræ ſunt de Iure Diuino: quod probant ex illo Matt. 16. & 28. *Quodcunque ligaueris &c. ſeu quæcunque ligaueris &c. erit ligatum, ſeu erunt ligata in Cœlo.*

Inquibus primò conſiderant generalem illam locutionem: *Quodcunque ligaueris &c. ſeu quæcunque ligaueris &c.* nam extendi videtur ad omnia illa, ſine quibus Eccleſia rectè, ac vtiliter regi non poteſt. Neque vlla ratio apparet, qua aliquid excludi, aut limitari verba poſſint, quæ Chriſtus Dominus non limitauit, vt in c. ſolitæ, de Maior. & obed.

Secundò conſiderant metaphoram verbi, ligandi, quod ad Eccleſiaſticam cenſuram conuenienter aptatur: nam cenſura habet rationem ligaminis, cùm definiatur per vinculum, vt ex definitione cenſuræ patet, relata à Sayro lib. 1. Theſ. tom. 1 c. 1.

Tertiò notant, quòd dum additur: *Erit ligatum, ſeu erunt ligata &c.* ſatis colligitur ligamen huiuſmodi eſſe ſpirituale.

Denique quod illud intelligendum ſit de poteſtate fori contentioſi, ex verbis antecedenti-

bus demonſtratur. Ait enim Dominus Matt. c. 18. *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam ethnicus, & publicanus*. i. ſeparetur, vt indignus ab Eccleſiæ communione.

Confirmatur hoc ipſum ex tex. in c. Nemo contemnat, 11. q. 3. vbi ex D. Chriſt. ſic habetur. *Nemo contemnat vincula Eccleſiaſtica: non enim homo eſt qui ligat; ſed Chriſtus, qui nobis hanc poteſtatem dedit, & dignos fecit homines tanto honore*,

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
4 tiam arbitror de iure veriorem eſſe quam te net Panorm. in c. cùm deſideres, de ſent. excom. n. 3, Sot. in 4. d. 22. q. 1. ar. 1. ver. Ex his autē. Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 1. cap. 10. q. 2. & lib. 4. eiuſdem tract. p. 2. cap. 7. q. 1. verſ. Quærat quiſpiam, Sayr. lib. 1. Theſ. tom. 1. c. 4. n. 8. & Suar. de cenſur. diſput. 2. ſec. 1. aſſer. 2. cum alijs ab eo allegatis. Hi omnes opinantur, excommunicationem contra hæreticos, ſicut & alias cenſuras, quoad earum inſtitutionem, modum, vſum, & applicationem eſſe de iure canonico, & humano: non autem de iure Diuino.

Probatur hæc ſententia primò, quia nunquā legitur, Chriſtum Dominum per ſe ipſum immediatè inſtituiſſe, vt Eccleſia tali pœna vteretur contra hæreticos, aut alios malefactores, determinando modum eius: ergo excommunicatio contra hæreticos, & aliæ cenſuræ non ſunt de iure Diuino,

Secundò, ſi cenſura, & eius obligatio eſſet de
5 iure Diuino, per Eccleſiam mutari nō potuiſſet quoniam ſuper ea, quæ ſunt iuris Diuini Eccleſia poteſtatem non habet, cùm non ſit ſupra ius Diuinum; & tamen cōtrarium experimur fuiſſe ſeruatum: nam olim de iure canonico Chriſtiani vitare tenebantur excommunicatum, etiam occultum, ſi illis notus fuiſſet, vt in c. cùm deſideres. & c. cùm à nobis, il 2. de ſent excom. quod quidem hodie immutatum eſt per Conc. Conſtantien. & Baſilien. vt patet ex Bulla Martini V.
6 quæ incipit, *Ad euitanda ſcandala*, ſeu: *Ad euitandū ſcandalum*, qua non tenemur vitare, etiam in Sacramentis, tam actiuè, quàm paſſiuè, niſi nominatim excommunicatos, aut interdictos, à Iudice publicatos, & denunciatos: & notorios clericorum percuſſores. Quæ conſtitutio extenditur ad excommunicatos pro quacumque cauſa, etiam pro crimine hæreſis: & ideò hæreticos nō tenemur vitare, etiam ſi ſint publici: dummodo non ſint nominatim excommunicati, & denunciati. vt latè ſupra declarauimus. q. 8.

Tertiò probatur ex Epiſt. 2. Cœleſtini. I. in qua tractans in ſpecie de excommunicatione, ait, eam eſſe ex Apoſtolorū inſtitutione: quod etiā probat D. Aug. lib. 2. retr. c. 17. ex verbis Apoſt. Cor. 5. dicentis: *Auferte malum ex vobis ipſis*: ideſt hominem malum, & pernicioſum à vobis ſeparate per excommunicationem.

Hoc idem confirmatur ex illo eiuſdem Apoſtoli. 1. Corint. c. 1. qui cùm dicat ſe tradidiſſe Satanæ Alexandrum, & Hymenæum; per excommunicationem id feciſſe, communiter exponitur. Sic etiam 2. Cor 2. intelligitur, dum ait: *Iudi cauī tradere huiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis*.

Denique Couar. loco citato, non alia ratione
7 putat obligationem ſeruandi cenſuram, eſſe de iure Diuino, niſi quia exiſtimat excommunicatum cōmunicando in Diuinis quoad vſum Sacramentorum: facere rem intrinſecè malā: quod eſt falſum: quia cenſura, præcisè & per ſe cōſiderata, non ponit in homine peculiarem qualita-
8 tem, ab Eccleſiaſtica prohibitione diſtinctam; propter quam receptio Sacramenti fiat illi iniuriosa, & conſequenter intrinſecè mala: cùm cenſura non ſit culpa, ſed pœna.

Vndè excommunicatus poteſt coram Deo
9 iuſtificari per contritionem, vel per confeſſionem bona fide; ergo cùm ſit ſanctus, poterit aliquo caſu, ſancta ſanctè tractare, vt benè docet Suar. de cenſur. diſp. 6. ſec. 3. malè igitur exiſtimat Couar. communicationem cum excommunicatis, eſſe de iure Diuino prohibitam.

Quocirca cum excommunicatio contra hæ-
10 reticos non ſit de iure Diuino, ſicut nec eodem iure ſit cum eis communicatio prohibita; hinc ſit, quòd non eo ipſo quòd Rom. Pontifex eſt hæreticus (quod abſit) eſt priuatus Pontificia dignitate, nec iuriſdictione, nec Ordinis poteſtate, vt per Caiet. t. 1. opuſc. tract. 1. c. 19. vſque ad c. 27. & alios relatos ab Azor. lib. 4. Inſt. moral. p. 2. cap. 7. q. 1.

Nec obſtat, ſi dicatur, quòd hæreticus eſt extra Eccleſiam, ergo ſtatim quòd eſt hæreticus, deſinit eſſe membrum Eccleſiæ. & non poteſt eſſe eiuſdem caput: quoniam licèt hæreticus ſit ab Eccleſia ſeiunctus; non tamen eſt ipſo facto Pontificia dignitate priuatus. Nec mirum, quòd abſciſſum mēbrum munere, & officio publico fungatur: Nam in l. Barbarius, ff. de offic. Prætorat. ratione publici muneris, & adminiſtrationis, rata habentur geſta ab eo, qui Prætor non erat.

Ad argumenta igitur Reſpondetur.

AD primum ex illo D. Pauli ad Tit. c. 3. dici-
11 mus, verba Apoſtoli intelligi de naturali obligatione, quam vnuſquiſque habet vitandi periculum nocumenti, & occaſionem peccati. Vndè ſi ex hæreticorum conuerſatione contrahatur hæreſis ſuſpicio, Religionis contemptus, & infectionis periculum, proculdubio iure naturali, ac Diuino nobis inhibetur cum illis communicatio: nec extrau. *Ad euitanda ſcandala*, nobis ſuffragatur ad euitandam letalem culpam, ſed tantùm ad euitandam excommunicationem minorem, quæ contrahitur per communicatio-
12 nem cum excommunicatis. Extra hos caſus de iure tantùm canonico, non Diuino nobis inhibetur cum hæreticis communicatio. Quocirca à Rom. Pontifice extra ſupradictos caſus, poteſt nobis concedi cum hæreticis communicatio, non modò in profanis; ſed etiam in ſacris: nempè in ſuſcipiendis Sacramentis, &c. Nam quamuis hæreticus iuriſdictione careat Eccleſiaſtica, eo quòd ſit ab Eccleſia ſeparatus; poteſt nihilominus eam habere ſi id Romanus Pontifex, ſeu Eccleſia concedat, vt benè docet Azor. lib. 1. Inſt. moral. p. 1. c. 2. q. 2.

Vel ſecundò, & melliùs reſponderi poteſt, quòd eſto, quòd eo loco fiat mentio de cenſura; non tamen ex hoc ſequitur, excommunicationē contra hæreticos eſſe de iure Diuino; ſed ab Apoſtolis fuiſſe inſtitutam: & ſic de iure humano: nam illud præceptum eſt D. Pauli, vt in c. ſicut Apoſtoli, 11 q. 3. Denique ly. *Deuita*: poteſt

ex-

exponi. Excommunica.loquitur enim Apoſtolus cum Tito,qui erat Epiſcopus,& excommunicandi facultatem habebat. Ita etiam intelligi poteſt dictum Io.c.2. *Si quis,&c.*& illud eiuſdem Apoſtoli 2.ad Teſſalon.c.3. *Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante, &c. & ſi quis non obedit verbo noſtro huic notate, & non commiſceamini cum illo, vt confundatur.*

Ad factum Herminigildi reſpondetur, quòd
13 ideo Beatus ille Martyr potius voluit martyriũ ſubire, quàm Euchariſtiam ab Arriano Epiſcopo ſumere: quia Epiſcopus ille Arrianus detulit Sacramentum ad ipſum martyrem in contemptum Catholicæ fidei. Et hac eadem ratione non eſt licitum,etiam in articulo mortis Sacramenta ab hæreticis ſuſcipere, vel ſi ſcandalũ aliquod ex eo proueniat,aut alia incommoda,quę ſupra retulimus,& ita intelligitur D.Tho.& tex. in d.c.Arrianos,in quarto argumento relati.

Ad loca Matt.16.& 19 dicimus, quòd per ea nihil aliud probatur niſi poteſtatem ferendi cẽſuras,eſſe de iure Diuino: quod non ſolùm nos non negamus,ſed expreſsè docemus contra Lutheranos,& alios hęreticos.

Illud Matt.c.18.non aduerſatur,dum tractans
14 de correptione fraterna ſic ait. *Si Eccleſiam non audierit,ſit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus*, quibus verbis, etſi volunt aliqui Chriſtum Dominum excommunicationem inſtituiſſe:& conſequenter,excõmunicationem,non modò quoad poteſtatem, ſed etiam quoad inſtitututionem, modum,& vſum eſſe de iure Diuino;tamen reſpondetur, ex illo loco nihil colligi poſſe, quia aliàs omnis inobediens Eccleſiæ eſſet de iure Diuino excommunicatus: quod eſt manifeſtè falſum: & proinde Eccleſia neminem excommunicaret; ſed tantùm contumacem Eccleſiæ, Diuino iure excommunicatum declararet: ex quo Chriſtus generaliter, & abſolutè ait: *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi, &c.*

Vndè dicendum eſt, Chriſtum Dominum
15 præcepiſſe Eccleſiæ contumaces, eſſe habendos tãquam Ethnicos quoad Sacramenta ſuſcipienda:antequam reſipiſcant:quia de iure Diuino exiſtens in peccato mortali, à Sacramentis percipiendis,& adminiſtrandis arcetur.

Vel ſecundò excommunicatus eſt habendus, vt Ethnicus,&c.quem Eccleſia nõ tolerat, ſecus autem eſt de eo,quem Eccleſia tolerat.

Vel tertiò, & melius dicimus Chriſtum Dominum, neminem verbis illis excommunicaſſe, ſed tantùm Eccleſiæ dediſſe poteſtatem excommunicandi: ſicut cùm dixit: *Qui vos audit me audit*: non per hoc ſequitur. Prælatorum præcepta eſſe Diuina,vt benè declarat Azor.lib.4 Inſt. moral.p.2.c.7. q.1.ver. Ego tamen libentius:& Suar.de cenſur.diſp.2. ſec.1. aſſer.2.n.5. Et ita etiam intelligitur D.Chryſoſtomus.

Quomodo differant inter ſe Temerarium, Erroneum,& Hæreticum. Q. 19.

SVMMARIVM.

1 *Temerarium,erroneum, & hæreticum quomodo differant inter ſe, explicatur.*

2 *Propoſitio temeraria dicitur, qua aſſeritur tanquam certum aliquid poſſibile.*

3 *Propoſitio erronea addit ſupra propoſitionem temerariam falſitatem.*

4 *Simplices non credentes miſteria fidei ex ignorantia, ſi tamen credant,quod credit Eccleſia, licèt non ſint hæretici,peccant tamen mortaliter.*

5 *Ignorantia eorum, qua ducunt ad vltimum finem, neminem excuſat.*

6 *Prælati, & alij habentes officium docendi fidem,tenentur explicitè ſcire omnes articulos fidei.*

7 *Propoſitio hæretica addit ſupra propoſitionem erroneam,pertinaciam.*

8 *Propoſitio ſapiens hæreſim, malè ſonans, ſcandaloſa, iniurioſa, & ſchiſmatica, an differat à temeraria, erronea,& hæretica: & an aliqua pœna imponatur pro propoſitione erronea.*

1 REſpondetur quòd vt colligitur ex Farin. & alijs, quos ipſe allegat,de hæret. q.178.n. 32.temerarium,erroneum, & hæreticum differunt inter ſe ſicut homo,animal,& corpus:nam ſicut omnis homo eſt animal,& corpus,ſed non è contra omne animal, aut corpus, eſt homo; ita omne hæreticum, eſt temerarium, & erroneum; ſed non omne temerarium, aut erroneum eſt hæreticum.

Vndè propoſitio aliqua dicitur temeraria,
2 qua aſſeritur tanquam certum aliquid poſſibile, quod auctoritate, aut ratione probari non poteſt, vt ſi quis aſſerat diem Iudicij fore, & quòd Mundus terminabitur hinc ad duos, aut tres annos. Hinc temerarius litigator dicitur, qui neque intentionem ſuam probat, neque allegationum cauſam habet, vt in Inſt. de pœn.tem. lit.toto tit.

Propoſitio verò erronea addit ſupra propoſi-
3 tionem temerariam,falſitatem:& ideo propoſitio erronea, non modò auctoritate, aut ratione probari non poteſt; ſed eſt omninò falſa. Vndè, ſi quis bona fide habeat in mente propoſitionem aliquam, fidei catholicæ contrariam, exiſtimans eſſe catholicam, iſte proculdubio non eſt hæreticus;ſed errorem dicitur habere in Intellectu.

Qua propter eſto quòd ſimplices non credant
4 prouidentiam Dei,& myſteria Chriſti;quæ publicè in Eccleſia ſolemnizantur, ſi tamen credant ea,quæ credit, & tenet Romana Eccleſia,
a non dicuntur hæretici a,ſed tantùm errare. Vndè licèt peccent mortaliter,cùm ignorantia eo-
5 rum,quæ dirigunt ad vltimum finem,neminem excuſet,ſicut ignorantia dictorum myſteriorũ, vt ex D. Th. probat Syl. in ſum. in ver. Fides,n. 5.non tamen incidunt in excommunicationem in præſenti canone contentam.

Sic etiam habentes officium docendi fidem,
6 vt ſunt Prælati,Sacerdotes,doctores, & prædicatores,qui tenentur credere explicitè totalem diſtinctionem articulorum ſecundum ſubſtantiam,vt per D. Th.in 3.d.25. q.2. ar.1.quæſt.3.ſi contra illos propoſitionem habeant in intellectu,licèt peccent,non tamen ſunt hæretici, ſed errare tantùm dicuntur ſi parati ſint cum Eccleſia Catholica ſentire, & cum ea ſentire exiſtiment,ut per Syl.loco citato.

Hęretica denique propoſitio addit ſupra propoſitionem erroneam,pertinaciam:nam nullus

eſt

eſt hæreticus, niſi ſit pertinax. vt infra dicemus.

Benè verum eſt, quòd licèt error ſit in plus, &
7 hæreſis in minus: quia omnis hæreſis eſt error; & non omnis error eſt hæreſis; tamen in iure quãdo error contrahitur ad ea, quæ ſunt fidei, pro eodem ſumuntur hæreſis, & error, vt in cap. Ad abolendam, §. præſenti de hæret. & latè Eymer. p.2. Dir. q.3. & in eum Pegna, com.28.

Quenam denique ſit propoſitio ſapiens hæreſim, ſcãdaloſa, iniurioſa, malè ſonans, & ſchiſmatica: & quomodo differant huiuſmodi propoſitiones à temeraria, erronea, & hæretica, & an
8 aliqua pœna imponatur pro propoſitione erronea, latè habetur ex Lælio Zec. in ſum. p.1. tit. de fide, rub. de hæreſi c.2. n.2. Pegna in Eymer. 3.p. com.40. verſ. Ad id autem. Albert. de agnoſcẽd. affert. Cathol. & hæret. q.5. & 6. & alijs relatis à Farin. loco citato.

ADDITIO.

a Hæretici. Adde, quòd quamuis inter quoſdam canones attributos ſextæ Synodo, qui habentur 3. tom. Cõciliorum, reperiatur ſeptimus, in quo habetur, eum, qui non ſcit memoriter, & credit firmiter ſymbolum, non eſſe catholicum cenſendum; nihilominus Suar. De præcep. inter Fidel. diſp.13. ſect.4. ſub num.5. inquit, verba illa fuiſſe per exagerationem dicta, ad commendãdam diligentiam, & obligationem quam habere debent Fideles ad explicitè ſcienda, quæ continentur in ſymbolo. Etenim licèt ante aduẽtum Chriſti Redemptoris noſtri ſatis erat credere, vnum Deum eſſe, bonorum remuneratorem, & pùnientem malos, iuxta illud Apoſt. ad Hebr. cap. 11. nihilominus poſt Euangelij promulgationem non ſufficit ad ſalutem implicitè, ac in genere credere quidquid S. Mater Eccleſia tenet, & credit: ſed obligantur Fideles quantumuis ſimplices ſcire explicitè, & in particulari, quę continentur in Symbolo, ſaltem illos articulos, quos Eccleſia ſollemnizat, nempè nõ ſolùm Deum Creatorem eſſe, malis ſupplicia, & bonis premia tribuentem; verùm etiam vnum eſſe in eſſentia, & trinum in perſonis. Et Ieſum Chriſtum Filum eſſe Dei Patris, propter nos, & noſtram ſalutem factum hominem, conceptum de Spiritu Sãcto, ex Maria Virgine natum, paſſum, mortuum, & ſepultum: qui deſcẽdit ad Inferos, reſurrexit, aſcendit ad Cœlos, ſedet ad dexteram Patris. Tenentur quoque explicitè credere reſurrectionem mortuorum, & vitam æternam, ex D. Thom. 2.2. quæſt.2. art.5. vſque ad 8. & 1.2. quæſt.76. Sot. in 4.d.1. & 5. art.2. dub.vlt. Caſtr. lib.1. de iuſta hæretic. punit. c.9. Nauar. in Man. cap.11. ſub num.18. & ex alijs, quos refert, & ſequitur Suar. loco citato: qui etiam docet, Chriſtianos teneri explicitè quoque ſcire præcepta Decalogi, & Sacramenta, & ſaltem, quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria, nempe Baptiſmum, Pœnitentiam, & Euchariſtiam, vt patet ex ijs, quę cumulauit ibidem, num.11. & 12. referens d. num. 5. vſum, & traditionẽ Eccleſiæ, qua nullus Adultus ad Baptiſmum admittitur, niſi prœuia inſtructione Symboli: neque in Sacramento pœnitẽtiæ abſoluitur, qui Symbolum memoriter non ſciuerit: imò nec ad matrimonium admittitur, niſi prœuio examine circa huiuſmodi Fidei rudimenta. Quibus adde Catechiſmum in princ. vbi Pius V. declarat, Chriſtianos omnes ſcire debere, & credere illa, quæ Apoſtoli certis articulis comprehenderunt. Vndè meritò reijcitur oppoſita Canoniſtarum ſententia, relata ab eodem Suar. loco citato. Abb. Alex.

Quis ſit hæreticus, & quotuplex. Q. 20.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſis, & hæretici definitio traditur.*
2 *Hæreſis græcè, latinè idem ſignificat, quid electio; & propterea hæreticus dicitur electivus.*
3 *Hæretici nomen, cur apud nos Chriſtianos reputatur infame.*
4 *Hæreticus, cur dicatur ab adhærendo, ab erciſcendo, & ab Hæremo.*
5 *Hæreticus, adhoc vt quis dicatur, quas conditiones exigit.*
6 *Hæreticus dicitur non modò, qui negat articulos fidei, ſed etiam Sacramenta, immortalitatem animæ, liberum arbitrium fornicationẽ, & vſurã eſſe peccata, &c.*
7 *Pertinacia eſt de ratione formali hæreſis.*
8 *Hæretici præſumpti, qui dicantur.*
9 *Hæreticus præſumitur, qui duas vxores duxerit, credens eas ducere potuiſſe: & quando contra huiuſmodi delinquentes procedat Inquiſitor, aut Curia ſæcularis.*
10 *Hæretici veri, qui dicantur.*
11 *Hæretici externi tantùm, qui ſint.*
12 *Hæretici interni tantùm, qui dicantur.*
13 *Hæretici externi, & interni ſimul, qui nuncupentur.*
14 *Hæreſis quomodo manifeſtatur actu indifferenti.*
15 *Caput non denudans, aut genu non flectens coram Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, dicitur facere actum indifferentem ad manifeſtandam internam hæreſim.*
16 *Hæreſis quomodo manifeſtatur actu per ſe talis criminis manifeſtatiuo, declaratur.*
17 *Hæretici affirmatiui, qui ſint.*
18 *Hæretici negatiui, qui dicantur.*
19 *Hæretici relapſi in hæreſim, qui nuncupentur.*
20 *Hæretici relapſi in fautoriam hæreſis, qui ſint.*
21 *Hæretici non relapſi, qui, & quot modis dicantur.*
22 *Hæreticus relapſus is propriè dicitur, qui poſt ſolemnem abiurationem in hæreſim iterum lapſus eſt*
23 *Hæretici, qui licèt relapſi non ſint, tamen habentur pro relapſis, & relapſorum pœnis ſubijciuntur, qui propriè dicantur, explicatur.*

1 HAereticus ab hæreſi denominatur, quæ, vt colligitur ex D. Th. 2.2. q.11. art.1. & 2. Tnrrecrem. lib.4. ſummæ, p.2. c.1. Sayr. in expoſitione preſentis canonis, lib.3. Theſ. c.4. n.9. & alijs, eſt error intellectus Fidei Catholicæ cõtrarius, eum pertinacia in eo, qui fidem Chriſti in Baptiſmo eſt profeſſus. Vndè hæreticus is meritò dicitur, qui poſt Baptiſmum ſuſceptum, errorẽ habet in intellectu, fidei Catholicæ contrariũ, cum pertinacia.

Et ſicut hæreſis græcè, quæ latinè idẽ ſignifi-
2 cat quod electio, vt per D. Th. loco citato art.1. quòd antequam Chriſtiana Religio conſtituta eſſet, hæreſis nomen nõ erat infame, ſed in bonã partem ſumebatur: ſignificabat enim illã diſciplinam,

plinam, quam quiſque profitendam, & ſequendâ eligebat: hinc variæ Philoſophorum ſectæ, hæreſes dicebantur: ſic Stoici, Peripatetici, Academici, Epicurei, illius, ſeu illius hæreſis appellabâtur: ita hæreticus dicitur quaſi electiuus, cuius
5 nomen apud nos Chriſtianos infame reputatur: quia cùm lex noſtra à Deo fuerit nobis tributa per Ieſum Chriſtum filium eius, & nõ ab hominibus electa, qui aliam doctrinam ſibi eligit, nõ iniuria infamia notatur, & hæreticus ad illius opprobrium, & contumeliam dicitur, quaſi electiuus: cũ propoſitis ſibi falſis, & veris doctrinis, elegit ſibi falſam tanquam veram, vera ac Catholica poſthabita, c. hæreſis 23. q. 3.

Dicitur etiam hæreticus ſecundũ alios, quaſi
4 adhæſiuus ab adhærendo dictus: eo quòd falſæ doctrinæ pertinaciter adhæreat. Denominatur quoque hæreticus ab erciſcendo ideſt diuidendo: nam hæreticus pertinaciter adhærens falſæ doctrinę, quam ſibi elegit, ab alijs ſanam doctrinam profitentibus ſe diuidit, & elongat.

Hac eadem ratione quidam alij dixerunt hæreticum dici ab Heremo: quia ſicut Heremita dicitur ab Heremo: eo quòd ſtat in nemore à Ciuitate ſeparatus; ita hæreticus dicitur à noſtra fide ſeparatus. Ita Eym. in Dir. inquiſ. p. 2. quæſt. 1. & 30. Io. Andr. in c. firmiſſimè, num. 2. vbi etiã Abb. num. 3. & Ant. de Butr. num. 6. de hæreſi. & alij relati à Farin. de hæreſi, q. 77. à num. 32. ad 41. incluſiuè. vbi primam hæreſis, & hæretici etymologiam, quam plurimorum auctoritate veriorem eſſe probat.

5 Ex quibus patet, quòd ad conſtituendum aliquem hæreticum, tria copulatiuè requiruntur. Primò enim exigitur, vt is, qui dicẽdus ſit hæreticus, ſit baptizatus. Secũdo, vt errorem habeat in intellectu circa fidem, ideſt vt diſſentiat ab ijs, quæ fides Catholica docet, vel aſſentiat contrarijs: & id ſiue fidei articulos reſpiciat, ſiue id, quod ex articulis deducitur. ſiue Eccleſiæ Sacramenta, ſiuè diffinitiones factas per Romanos Pontifices, vel Concilia.

Vndè hæreticus eſt, nõ modo qui non credit
6 Deum trinũ, & vnum eſſe, & alia, quæ in ſymbolo Apoſtolico continentur; ſed qui negat matrimonium Sacramentum eſſe, & reliqua, aut eorũ alterum; qui negat animam eſſe immortalem, liberum arbitrium, aſſerẽs, Prędeſtinatos à Deo non poſſe mutare voluntatem: atque adeò ijs neque nocere mala, neque prodeſſe bona: qui negat Rom. Pontificis poteſtatem circa concedendas indulgentias, &c.

Item hæreticus eſt, qui aſſerit, quod verè peccatum eſt, non eſſe peccatum, & è contra. Vndè negantes fornicationem, periurium, mendaciũ, & vſuras eſſe peccata, hæretici ſunt; ſicut aſſerentes matrimonium cum carnali copula eſſe peccatum: aut obſtinatè recuſantes iurare, credẽtes eos, qui iurant peccatum committere, vt rectè probat Farin. d. q 77. de hęr. §. 2. & 3. à n. 44. ad 67. & à num. 81. ad 90. Tertiò requiritur ad
7 conſtituendum hæreticum, vt ſit pertinax in ſuo errore: nam pertinacia eſt de ratione formali hæreſis, D. Th. 2. 2. q. 5. art. 2. ad 3. vbi etiam Caiet. & alij. Hęc de definitione hæreticorum.

Circa verò eorum diuiſionem, ſeu diſtinctio-
8 nem, prima hæreticorũ diuiſio hęc eſt. Hæretici quidam dicuntur præſumpti, & quidam veri. Præſumpti hæretici ſunt, qui nullum errorẽ habent in intellectu, verùm opera quædam extrinſecus operantur, quæ hæreſim ſapiunt manifeſtè, vt ſi quis Idolis thura adoleat, ſacrificiũ offerat, caput aperiat, genuflectat, Dæmones inuocet, colat, veneretur. Qui ſacras Sanctorum imagines lacerat, ſacras ſtatuas, & effigies perfringit. Qui Chriſti corpus impiè, ac nefariè cõculcat. Qui crucem comminuit. Qui hæreticũ colit, honorat, &c. Hi enim licèt verè non dicantur hæretici, cùm errorem non habeant in intellectu; quia tamen actus hæreticales operãtur, præſumuntur hæretici, & tanquam hæretici meritò veniunt puniendi. Ita Siman. de Cathol. Inſt. tit. 32. n. 7. & Eymer. p. 3. Dir. q. 41. & 49.

Item hæreticus præſumitur, & contra eum procedi poteſt, vt hæreticus, qui in publicis prędicationibus concitando turbã contra Clericos aſſerit; quòd laici ſoluendo decimas Clericis, aut eis confitendo, & dando oblationes peccãt, cùm omnes Clerici eſſent mali. Clem. Cupientes, de pœnis.

Pręterea hæreticus præſumitur, qui duas du-
9 xerit vxores, credens eas ducere potuiſſe, ſecus autem ſi ex laſciuia ducat. Vndè cõtra eum poſſit procedere Inquiſitores hæreticæ prauitatis. Quod quomodo procedat, & an dentur caſus, in quibus poſſit procedere Curia ſæcularis contra ducentes duas vxores: & quibus pœnis veniant afficiendi, latè habetur ex Farin. loco citato, à n. 68. ad 79. vbi etiam probat quando comedens carnes in diebus prohibitis ab Eccleſia, vitans fidelium conſortium, pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta non ſuſcipiens, Diuina officia non audiens, non ieiunans, & his ſimilia, præſumatur hæreticus, & hæreſis contrahat ſuſpicionem.

Veri autem, ac proprij hæretici ſunt, qui for-
10 maliter ſunt tales per actum internum: & ſic quando verè errorem habent in intellectu fidei Catholicæ contrarium, cum pertinacia, vt ſupra diximus.

Horum autem quidam dicuntur externi tan-
11 tùm: quidam interni tantùm: & quidã externi, & interni ſimul. Externi tantùm ſunt, quos ſupra retulimus, nempe hi, qui nullum errorem habẽtes in intellectu extrinſecus operantur, quæ hæreticalia manifeſta ſunt.

Interni tantùm hæretici ſunt, qui hæreſim
12 in mente retentam nullo extrinſeco ſigno aperuerunt.

Externi denique, & interni ſimul hæretici di-
13 cuntur, qui hæreſim ſuam in mente retentam, aliquo exteriori ſigno indicauerunt.

Manifeſtari autẽ poteſt hæreſis duobus mo-
14 dis primò actu ex ſe indifferenti ad manifeſtandum tàm hæreſim, quàm fidem. vt ſi quis cogitando de aliqua hæreſi, & illi interiori actu aſſenticndo, voce exterius eandem exprimat, dicens v. g. *Ita eſt*, aut capite annuat, vel pectam (dicat) niſi ita ſit: ſubridat: manibus plaudat.

Item actum indifferentem ad manifeſtandam
15 hęreſim, ait Azor. lib. 8. Inſt moral. p. 1. c. 9. q. 12. cùm quis coram Sãctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento caput non denudat, aut genu nõ flectit.

Secundò manifeſtatur hæreſis aliquo actu ex-
16 terno, qui ex ſe eſt hæreſis manifeſtatiuus. Et id duobus modis contingere poteſt. Vno modo ita mani-

manifeſtatur hæreſis, vt in iudicio probari non poſſit: vt ſi hæreſis in mente retenta ſcribatur, & pagina mox concremetur: aut ſi verbo, etiam, nemine audiente, proferatur. Altero autem modo ita manifeſtatur hæreſis, vt in iudicio probari poſſit. Vt ſi coram teſtibus, vel ſcripto aliquo aperiatur, vt benè docet Sayr. in explicatione præſentis canonis, num. 19. & alij, & ſupra nonnulla annotauimus, de apoſtata à fide agentes. q. 11. 12. & 13.

Secunda principalis hæreticorum diuiſio eſt, 17 quòd alij dicuntur affirmatiui: & alij negatiui. Affirmatiui hæretici dicuntur, qui habentes errorem in intellectu, fidei Catholicæ contrariũ, verbo, aut facto oſtendunt habere pertinaciam in voluntate.

Negatiui autem hæretici ſunt, qui coram Iu- 18 dice de hæreſi ritè cõuicti, ipſam hæreſim, & hæreticos ſe negant, & in negatiua conſtanter perſeuerant, verbo profitentes fidem catholicam, & verbo hæreticam prauitatem deteſtãtes. Huiuſmodi hæretici, non obſtante eorum negatiua, poſſunt à Iudice condemnari, vt per Eymer. & in eum Pegna p. 2. Dir. q. 34 & Farin. de hær. q. 178. n. 20. cum alijs, quos allegat.

Tertia hæreticorum diuiſio eſt, quòd hæreti- 19 ci quidam ſunt relapſi; & quidam pro relapſis habentur. Relapſi hæretici ſunt in duplici differentia. Nam quidam ſunt relapſi in hæreſim: & quidam in ſautoriam hæreſis, ſeu hæreticorum. Hæretici relapſi primi generis ſunt hi, qui poſtquam hæreſim publicè coram Iudice abiurarũt, in eam iterum lapſi fuerunt.

Hoc autẽ in quatuor caſibus euenire poteſt. Primus caſus eſt, vbi quis labitur in eandem hæreſim, quam prius abiurauerat, vt in c. Ad abolendam, §. præſenti, & §. illos quoque, de hæret. Secundus caſus eſt, quando quis poſt abiurationem hæreſis, de qua erat vehementer ſuſpectus, in eandem hæreſim lapſus eſt, c. Accuſatus, de hæret. in ſexto. Tertius caſus eſt, quando quis poſt abiurationem omnis hæreſis; & ſignanter illius, cuius vehementem contraxerat ſuſpicionem, incidit in illam, vel in aliam quamcumque, vt in d. c. Accuſatus, §. eum verò. Quartus caſus eſt, vbi quis poſt lapſum in hæreſim, in qua fuit deprehenſus, & illius abiurationem, etiam vt ſuſpectus vehementer, hæreticos ducat, viſitet, aſſocíet, dona, vel munera eis donet, aut mittat, ſeu fauorem eis impendat. His enim caſibus hæreticus dicitur in hæreſim relapſus.

Hæretici verò ſecundi generis, ſcilicet in ſau- 20 toriam hæreſis, & hæreticorum, dicuntur qui ſautoriam abiurarunt, & poſtea in abiuratam ſautoriam relabũtur, vel etiam aliam, dummodo non ſint leues. Hęc Eymer. & in eum Pegna p. 2. Dir. q. 58. Azor, lib. 8. moral. p. 1. c. 14. & alij ab eiſdem allegati.

Non relapſi hæretici dicuntur, nõ modo, qui 21 ſemel dumtaxat in hæreſim lapſi ſunt; ſed etiam qui in eundem errorem, vel in alios fidei catholicę contrarios, iterum, atque iterum labuntur, nulla ſolẽni pœnitentia interueniente, abiuratione, aut canonica purgatione iudicialiter facta. Hi enim quamuis relapſi reuera dicantur; nihilominus non puniuntur vt relapſi: nam de 22 iure canonico is dicitur relapſus, vt ſupra probauimus, qui poſt ſolemnem hæreſum abiurationem, iterum lapſus eſt, vt benè declarat Pegna loco citato, ex Anch. Simanc. & Alfonſ. Caſtr.

Hæretici denique, qui etſi non ſint relapſi; ha- 23 bentur tamen vt relapſi, & relapſorum pœnis ſubijciuntur, ſunt hi, qui Deum omnipotẽtem, trinum in perſonis, & vnum in eſſentia negant: qui dicunt Ieſum Chriſtum non eſſe Deum verum, eiuſdem ſubſtantiæ cum Patre, & Spiritu ſancto. Item qui impiè fatentur, Ieſum Chriſtum non eſſe conceptum de Spiritu ſancto; ſed ſicut reliqui homines ex ſemine Ioſeph: aut eſidem pro noſtra redemptione mortem non ſubijſſe. Item qui negãt Beatam Virginem eſſe Dei Matrem; nec ſemper fuiſſe virginem. Hi omnes, licẽt non ſint relapſi; tamen vt relapſi tradũtur Curiæ ſæculari, vt patet ex Bulla Pauli IV. felicis memoriæ, fundatoris noſtræ Religionis, quę incipit: Cùm quorundam hominum: edita Idibus Auguſti 1555. anno primo ſui Pontificatus. Pro relapſis tandem habentur Magiſtratus omnes, & Domini Eccleſiaſtici, ac etiam ſæcularem iuriſdictionem habentes, qui in ſchiſma, aut hæreſim inciderint; aut ſchiſma, vel hæreſim excitauerint. vt extat conſtitutio eiuſdem S. Pontificis; quę incipit: Cùm ex Apoſtolatus officio: edita anno 1558. Hæc breuiter dicta ſint de definitione, ac diuiſione hæreticorum. Sequitur modo, vt ea, quæ in hac re diximus, per ſuas quæſtiones fuſius explicemus.

An ad conſtituendum aliquem hæreticum, requiratur omnino, quòd ſit baptizatus.

Q. 21.

SVMMARIVM.

1 *Catbecumenum à fide recedentem, hæreticum dici, qui teneant.*

2 *Baptiſmum ſuſcepiſſe exiſtimans, cùm non ſuſceperit, ſi deficiat à fide catholica, dicitur hæreticus.*

3 *Hæreticus dici non poteſt, qui non eſt baptizatus.*

4 *Cathecumenus, ſi recedat à fide, licèt ſit hæreticus quoad Deum; non tamen eſt quoad Eccleſiam.*

5 *Hæretici impropriè dicuntur, etiam Iudæi, & alij Infideles.*

6 *Hæretici ſtricto modo dicuntur, qui poſt Baptiſmum ſuſceptum habent errorem in intellectu fidei catholicæ contrarium.*

7 *Iudæus exiſtimans ſe baptizatum, cùm non ſit, ſi deficiat à fide catholica, eſt hæreticus.*

8 *Infans baptizatus, & enutritus apud hæreticos in eorum erroribus, an cùm ad rationis vſum peruenerit, ſub pœna excommunicationis huius, teneatur errores deteſtari.*

IN hac re pugnantes extant opiniones. Nam 1 prima ſententia fuit Alphonſi Caſtr. lib. 1. de iuſt. hæret. pun. cap. 8. & aliorum dicentium: Cathecumenum à fide catholica, cui ſemel adhæſit, recedentem, eſſe hæreticum; qui tamen non eſt baptizatus. Ergo ad conſtituendum aliquem hæreticum, non eſt neceſſe quòd ſit baptizatus. Probant eorum ſententiam: quia ad conſtituendum aliquem hæreticum, ſufficit, vt quis ſciens aliquid credat contra id, cui mente, & voluntate aliquando per fidem adhæſit.

Secundò probatur ex his quæ dicit Eymer. p. 2. Dir. q. 4. vbi recenſet quamplurimas Philoſo-

pho-

phorum Gentiliũ hæreſes; ſi ergo Gentiles poſſunt eſſe hæretici; ergo ad conſtituendum aliquem hæreticum, non exigitur quòd ſit baptizatus: quia Gentiles carebant Baptiſmo.

Tertiò. Qui per errorem exiſtimat ſe Baptiſmum ſuſcepiſſe, cùm re vera non ſuſceperit, ſi
2 ſcienter aliquid credat contra fidem, hæreticus eſt cenſendus: quia ſatis eſt, ſi ſe habeat, ac gerat tanquam baptizatum, vt benè docet Gabr. in 4.d.13.q.2.art.1.not.3. Alfonſ. Caſtr. lib.1.de iuſt. hær.pun.cap.8. Simanc. de cathol. inſt.tit.31.n. 1. Azor.lib.8.inſt.moral.p.1.c.9.q.3.in fine. Hãc eandem ſententiam videtur tenere Suar. in explicatione præſentis canonis, d.21. de cenſur. ſect.2.num.4. dum ait quòd in rigore Theologico cathecumenus, ſi a tota fide recedat, vel aliquem articulum neget, poteſt dici hæreticus, aut Apoſtata; licèt non ſubdatur pœnis, contra hæreticos, & Apoſtatas conſtitutis.

Quartò, & vltimò probatur ex tex. in l. Manichæi, in princ. C. de hæret. vbi habetur quòd hæreticus eſt omnis nõ Orthodoxus; ſed ſic eſt quòd Turcæ, Iudei, & alij infideles non ſunt orthodoxi; ergo ſunt hæretici, ergo adhoc vt aliquis dicatur hæreticus, non requiritur quòd ſit baptizatus.

His tamen non obſtantibus, in contrarium
3 eſt communis ſententia, quam tenet Siman. de Cathol. inſt. tit. 31. Bann. 22. q. 11. art. 1. Azor. loco citato, Sayr. lib. 3. Theſtom. 1. c. 6. n. 11. & alij, quos refert, & ſequitur Farin. de hæreſi q. 78. ſub num. 18. in fine: & n. 128. Dicunt enim prædicti Doctores, quòd nunquam aliquis poteſt dici hæreticus, qui non eſt baptizatus; a ſiue pro parte, ſiue in totum recedat à catholica fide.

Rationem hanc eſſe dicunt: quia qui nõdum Sacro Baptiſmi fonte eſt ablutus, non eſt Eccleſiæ poteſtati, ac iuriſdictioni ſubiectus, & ideo in Eccleſia Dei non eſt pro hæretico habendus: nec hæreticorum pœnis ſubijciendus.

Ad Argumenta reſpondetur.

4 AD primum dicimus, quòd licèt Cathecumenus poſſit dici hæreticus quoad Deum, non tamen dicitur talis quoad Eccleſiam: quia nondum per Baptiſmum in Eccleſia Dei fidem catholicam fuit profeſſus.

Ad ſecundum reſpondetur, Eymericum non aſſerere Philoſophos illos gentiles eſſe hæreticos: ſed eorum errores eſſe fidei catholicæ contrarios. Vndè retulit propoſitiones hæreticas; non tamen dixit authores eorum eſſe hæreticos. Ita Pegna in Eymer. loco citato, & alij, quos ipſe refert.

Ad tertium dicitur, quòd ille talis apud Eccleſiam reputabatur baptizatus: & ipſemet baptizatum ſe exiſtimabat; nimirum igitur, ſi donec baptiſmus nullus declaretur, & de eiuſdem nullitate cõſtet, hæreticus dicitur nõ modò quoad Deum, ſed etiam quoad Eccleſiam, vt benè ait Sayr. loco citato.

Ad quartum dicimus, quòd Iudæi, Turcæ, &
5 alij infideles dicuntur, hæretici impropriè, & largo modo ſumpti, vt per Ioan. Andr. in c. firmiſſimè, n. 3. de hæret. & ideo in d. l. Manichæi, hæreticus dicitur oĩs, qui non eſt Orthodoxus.

Hæretici autem ſtricto modo hi tãtùm dicẽ-
6 diſũt, qui poſt ſuſceptum Baptiſmum errorem habent in intellectu, fidei catholicæ cõtrarium, vt ſupra probauimus. Et id etiam verum eſt in Infidelibus baptizatis, dum erant infantes: quia ſi redeant ad Iudaiſmum, vel pro parte recedant à fide catholica, tãquam hæretici ſunt condemnandi: nec excuſantur, quòd ignorantes, & infantes baptiſma ſuſceperint, vt in c. contra Chriſtianos, de Hæret. lib. 6. ſicut nõ excuſatur ex capite coactionis, niſi coactio fuerit præciſa, & abſoluta, vt benè declarat Farin. loco citato, num. 140. & 141. vbi etiam num. 135. ait: quòd Iudæus exiſtimans ſe eſſe baptizatum, cùm non ſit, ſi in aliquam hæreſim inciderit, etiam hæreticus
7 reputatur. Quod verum puto iuxta ea, quæ ſupra diximus, nempè donec de Baptiſmi nullitate conſtiterit.

Immò quoad infantem baptizatum, & enutritum in eorum erroribus apud hæreticos, cùm ad rationis vſum peruenerit, ſub excommunicationis huius pœna, tenetur errores deteſtari, & catholicam fidem profiteri. Et licèt in hac re Alter. in explic. huius can. cap. 2. col. 8. ver. Quæret aliquis, doceat, hunc teneri ſub lætali culpa, vbi a perſonis fide dignis nouerit ſe eſſe baptizatum, veritatem quærere de fide Chriſtiana. Et ſi cognita veritate, catholicam fidem non profitetur deteſtando errores, multùm probabiliter tenebit ceuſuram iſtam contrahere: nihilominus ego non video, cur hanc ſententiam dicat eſſe probabilem, & non potius ſimpliciter veram: poſtquam omnia concurrunt, quæ ad excommunicationem ipſam requiruntur. Eſt enim baptizatus: ſcienter non credit articulis fidei, atque adeò errorem habet in intellectu, & pertinaciter conſiſtit in illo: ac denique errorem ipſum exterius manifeſtat. Quare ſi reſipiſceret, non ſolùm illi abſolutio conſulenda eſt, ſed vt neceſſaria ad ſalutem impendenda.

ADDITIO.

4 Baptizatus. Hanc eamdem ſententiam tenet Filliuc. tom. 1. qq. moral. tractat. 16. cap. 2. num. 22. & Bonac. hoc eodem loco, diſp. 1. q. 2. pun. 1. num. 2. vbi, diſtinctione adhibita, Doctores inter ſe pugnantes conciliat, & in re cum Duardo concordat, cùm illos ſub cenſuris Eccleſiaſticis comprehendi doceat, qui Baptiſmi Sacramento fuerint abluti, vt patet hic ſub n. 3. in fine. Abb. Alex.

An, vt aliquis dicatur hæreticus, errorem ſemper exigat in intellectu, fidei catholicæ contrarium. Q. 22.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus nunquam aliquis dicitur, niſi errorem habeat in intellectu fidei catholicæ contrarium.*
2 *Veritas, & falſitas, in intellectu reperitur.*
3 *Errorem in intellectu non habens fidei catholicæ contrarium, & ſi metu mortis, aut deſperatione fidei articulum abneget; non tamen eſt hæreticus.*
4 *Articuli fidei ſunt Chriſtianæ Religionis ſeminaria: & in Theologia prima principia, & directè pertinent ad fidem.*

5 In-

5 *Indirectè pertinent ad fidem omnia illa, ad quorum abnegationem, & corruptionem ſequitur abnegatio, & corruptio articulorum fidei.*

6 *Hæretici dicuntur, non ſolùm qui abnegant directè articulos fidei; ſed etiam qui negant ſcripturam Sacram: autea, quæ ab Eccleſia determinata ſunt, vt de fide tenenda.*

7 *Hæreticus non dicitur quoad Eccleſiam, qui non aſſentitur alicui propoſitioni, quam ſibi non propoſuit Eccleſia, vt credendam, licèt certò ſciat fuiſſe eidem à Deo reuelatam.*

8 *Eccleſia non proponit credenda, quæ priuatim alicui à Deo reuelantur, ſed quæ ex Apoſtolis, & Prophetis tradita ſuſcepit. Nec hæreticus dici poteſt, qui non credit ea, quæ credenda proponit particularis aliqua Eccleſia.*

9 *Blaſphemi, cùm errorem non habent in intellectu fidei catholicæ contrarium, non ſunt hæretici, nec excommunicati vi noſtri canonis.*

10 *Blaſphemia conſiſtit in locutione contumelioſa Dei, non in ipſo ſenſu, vel opinione falſa de Deo.*

11 *Imagines Crucifixi, & Sanctorum percutientes, vel proſternentes, ſi errorem non habeant in intellectu fidei catholicæ contrarium, non ſunt hæretici.*

12 *Blaſphemiæ crimen eſt atrociſſimum: & inter peccata Religioni oppoſita, maximum.*

13 *Iniuria augetur ratione præſentiæ illius, contra quem fertur.*

14 *Blaſphemia nihil horribilius.*

15 *Blaſphemia in Scripturæ ſacra, aliquando ſub nomine benedictionis explicatur.*

16 *Blaſphemiæ cauſa, ſolet Deus grauiſſimis pœnis afficere genus humanum.*

17 *Blaſphemi, Dei iuſſu pœna capitis plectuntur.*

18 *Blaſphemi, de iure ciuili pœna vltimi ſupplicij puniuntur.*

19 *Blaſphemi, iuxta varias Prouinciarum leges variè puniuntur.*

20 *Blaſphemi in Regno Neapolitano puniuntur pœna triremium, & aliquando etiam linguæ perforationis.*

21 *Blaſphemi, de Iure canonico nonnullis pœnis afficiuntur.*

22 *Blaſphemia nullam habet excuſationem, nec prætextum: vt alia peccata habere ſolent.*

23 *Blaſphemi, ſi à ſæcularibus Iudicibus non puniuntur, ipſi Iudices eadem pœna, quam ſubire deberent Blaſphemi, veniunt plectendi.*

24 *Blaſphemos, blaſphemare audientes tenentur arguere: ac etiam accuſare:*

25 *Blaſphemare conſueſus, ſi monitus non reſipiſcat, tunc vt hæreticus reputatur.*

26 *Blaſphemis, quomodo ab Inquiſitore hæreticæ prauitatis puniatur.*

27 *Blaſphemans aſſiduè, dicitur de hæreſi ſuſpectus.*

28 *Blaſphemias hæreticales proferentes, vehementem de hæreſi contrahunt ſuſpicionem, & ab Inquiſitoribus poſſunt compelli ad abiurandum.*

29 *Blaſphemia hæreticalis, quæ nam ſit, declaratur.*

30 *Blaſphemiæ non hæreticales, quæ ſint, refertur.*

31 *Blaſphemi, in foro pœnitentiali à Confeſſariis ſunt ſeueriſſimè arguendi, & pœnitentiis afficiendi.*

32 *Striges, ſeu Maleficæ, vt plurimum non ſunt hæreticæ: quia vt plurimum errorem non habent in intellectu.*

33 *Striges vndè deriuentur: & cur Maleficæ dicantur.*

34 *Striges ſortilegæ ad hæreſes contractæ, quæ dicantur.*

35 *Magi qui proprè dicantur.*

36 *Magorum pacta cum Dæmone qualia ſint: & quibus modis fieri ſoleant.*

37 *Pacta tacitè cum Dæmone, & pacta expreſsè qualiter fiant.*

38 *Magi, Striges, & his ſimiles aliquando errorem habent in intellectu.*

39 *Magi, Striges, & alij ſuperſtitioſi venientes ad pœnitentiam, qualiter examinandi ſint à Confeſſario, ad diſcernendum, an inciderint, vel non inciderint in excommunicationem noſtri canonis.*

40 *Magos conſulentes, & eorum opera petentes, ſunt excommunicati.*

41 *Magi, Striges, &c. licèt errorem non habeant in intellectu; in foro tamen exteriori habentur pro hæreticis, & ſunt excommunicati.*

42 *Striges, ſeu Maleficæ grauius puniuntur, quàm hæretici.*

43 *Striges, & ſimiles ſuperſtitioſi à Deo præcipiuntur interfici: & de Iure ciuili, & canonico variis pœnis plectuntur.*

44 *Diuinatores, & alij ſortilegi, ſi errorem non habeant in intellectu, in foro interiori non ſunt dicendi hæretici; nec cenſuram noſtri canonis contrahunt.*

45 *Diuinatio eſt enunciatio eorum, quæ per naturam cognoſci non poſſunt.*

46 *Diuinatio, quæ fit per expreſsam Dæmonis inuocationem, eſt multiplex ſecundùm multiplicem Dæmonis reſponſionem.*

47 *Dæmon quomodo aſſumendo corpus, fingat eſſe talem mortuum reſuſcitatum.*

48 *Diuinatio, quæ fit per tacitam Dæmonis inuocationem, qualiter fiat.*

49 *Sortilegium quid, & quotuplex eſſe dicatur.*

50 *Diuinatio ab obſeruantia vana, in quo differat.*

51 *Obſeruantia vana per expreſsam Dæmonis inuocationem, quomodo fiat.*

52 *Obſeruantiæ vanæ, quæ per tacitam Dæmonis inuocationem fieri ſolent, quæ ſint ſpecies.*

53 *Superſtitio eſt vana, & falſa Religio, per quam, vel cultus exhibetur vero Deo, non tamen eo modo, quo exhibendus eſt: vel exhibetur falſo Deo, cui exhibendus non eſt.*

54 *Superſtitio ſemper continet Dæmonis inuocationem tacitam, vel expreſsam, & ideo ſemper eſt peccatum.*

55 *Superſtitio, quæ fit per expreſsam Dæmonis inuocationem, ſemper eſt peccatum mortale: quæ verò fit per tacitam Dæmonis inuocationem non ſemper.*

56 *Superſtitio facta ex probabili ignorantia, aut ex ioco, excuſat à peccato mortali.*

57 *Augurium, & Auſpicium aliquando fieri poſſunt extra ſuperſtitionis culpam.*

58 *Veſpertiliones longè volantes è domibus, ſignificant aeris ſerenitatem.*

59 *Breuia, & orationes aliquando extra ſuperſtitionem ad collum ferri poſſunt.*

60 *Breuia, & orationes, vt licitè, & extra ſuperſtitionem ad collum ferri poſſint, quas conditiones exigant.*

61 *Diuinatio per ſortes aliquando licita eſt, & omni ſuperſtitionis ſpecie caret, & in quibus caſibus.*

62 *Sortilegium, conſultorium, licèt regulariter ſit peccatum mortale, aliquando tamen licitum eſt, tribus conditionibus concurrentibus.*

63 *Sortes adhibere in his, quæ præuideri poſſunt operæ humanæ, eſt tentare Deum.*

64 *Sortes mittuntur ad requirendum Diuinum Iudicium,*

eium, & ideò reuerenter mittendæ ſunt.

65 *Sortilegium Diuiſorium poteſt aliquando licitum eſſe, ſi fiat ad humanas contradictiones ſedandas.*

66 *Sortibus vti poſſumus in temporalibus electionibus faciendis, ſi aliter electio concors eſſe non poteſt: ſecus autem in electionibus ad dignitates Eccleſiaſticas.*

67 *Diuinatio, quæ fit ab Aſtrologis circa agriculturam, nauigationem, & rem medicam, licita eſt.*

68 *Aſtrologia iudiciaria eſt prohibita.*

69 *Lamiæ, ſeu Lamij ſunt formaliter hæretici; eo quòd errorem habent in intellectu, fidei catholicæ contrarium: & conſequenter incidunt in excommunicationem noſtri canonis.*

70 *Lamiæ, ſeu Lamij dicuntur à Lamia beſtia crudeliſſima; quæ proprios filios dilaniat.*

71 *Lamij redeuntes ad pœnitentiam, ſunt ab Eccleſia recipiendi, & ſæculari curiæ non ſunt tradendi.*

IN hac re licèt Caiet. 2.2.q.11.art.1. ad ſecun-
1 dum, & q.94. ar.1. teneat ad conſtituendum aliquem hæreticum, non exigi quòd errorem habeat in intellectu, fidei catholicæ contrarium, tamen in contrarium eſt communis ſententia, vt per Nauar. in Man. cap. 11. n. 27. & alios, quos refert, & ſequitur Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 1. c. 9. q. 9. & 10. vbi ſoluit argumenta Caiet. contrarium ſentientis.

Ratio autem hæc eſt: quia veritas, & falſitas
2 in intellectu propriè reperitur: & ſicut actus fidei intellectu conſumatur; cùm fit aſſenſus rationis verus, & certus, licèt obſcurus; Sic etiam error fidei contrarius, intellectu ſeu mente completur.

Vndè ſi quis metu mortis compulſus affirma-
3 uerit aliquid catholicæ fidei contrarium, abſque vllo interno intellectus aſſenſu, quo credat id, quod ore profertur, peccat quidem mortaliter *a*; non tamen erit hæreticus; nec in excommunicationem contra hæreticos latam in foro ſaltem conſcientiæ incidit. *a*

E contrario verò conſtituitur quis hæreticus per ſolum errorem in intellectu cum pertinacia vt ſupra diximus, & infra latius, Deo duce, dicemus, quamuis errorem extrinſecus non manifeſtauerit: ſiue error ſit fidei catholicæ contrarius directè, ſiue indirectè.

Ad fidem autem pertinent directè articuli fi-
4 dei, qui ſunt Chriſtianæ Religionis ſeminaria, & in ſacra Theologia prima principia, quę à quolibet Catholico tamquam vera, & catholica ſunt ſupponenda: & implicitè, aut explicitè credenda iuxta catholicorum ſtatum, officium, & conditionem, vt benè declarat D. Th. 2.2. q.2. art.6. Eymer. & in eum Pegna, p.1. Dir. q.4. & 11.

Quæ verò ad fidem pertinent indirectè, ſunt
5 omnia illa, ad quorum abnegationem *b*, & cor-
b ruptionem ſequitur abnegatio, & corruptio articulorum fidei, vt ſunt ea, quæ in Sacra Scriptura habentur: & omnia ab Eccleſia determinata, vt de fide tenenda.

Vndè hæretici ſunt, non modò qui intellectu
6 pertinaciter exiſtimant, Deum non eſſe trinum, & vnum: aut Spiritum ſanctum à Patre tãtùm, & non etiam à Filio procedere: vel ſanctiſſimam Dei genitricem, Mariam non fuiſſe virginem: & alia articulis fidei directè contraria; ſed etiam hæretici dicuntur, errorem Sacræ ſcripturæ contrarium defendentes, vt qui volunt, Mundum fuiſſe ab æterno contra illud Gen. c.1. *In principio creauit Deus Cælum, & terram.* Ex quo errore ſequitur deſtructio primi articuli fidei: cùm tacitè negent, Deum non eſſe Creatorem Cæli, & terræ: & conſequenter errorem habent in intellectu, indirectè fidei catholicæ contrariũ.

Sic etiam hæretici ſunt, qui defendunt vſuram non eſſe peccatum contra tex. in clem. ex graui, de vſur. Aut quòd Chriſtus cum Apoſtolis nihil habuit in proprio, vel in communi contra extrau. Ioan. 22. cùm inter: Nam hæc omnia ab Eccleſia determinata ſunt, vt de fide tenenda, & propterea contradicentes ſupradictis Eccleſiæ conſtitutionibus, dicuntur habere errorem in intellectu, fidei catholicæ indirectè contra-
c rium *c*. Ita Eymer. & in eum Pegna, p.1. Dir. q. 2. & p.2.q.32. & 35.

Ex dictis infertur primò, quòd ſi quis non aſ-
7 ſentiatur alicui propoſitioni, quam certò nouit fuiſſe à Deo reuelatam, non tamen propoſitam ab Eccleſia catholica, tanquam credendam, licèt coram Deo hæreticus eſſe dicatur; eo quòd ſcienter, & voluntariè credit contra id, quod certò, & euidenter nouit ſibi eſſe à Deo reuelatum; quoad Eccleſiam tamen hæreticus dici nõ poteſt: quoniam non habet in intellectu errorem, fidei catholicę contrarium: & Eccleſia non proponit credenda, quæ priuatim alicui à Deo reuelantur; ſed quæ ex Apoſtolis, ac Prophetis tradita ſuſcepit. Quapropter iſte talis non eſt
d hæretieorum pœnis ſubiectus *d*, vt per Azor. lib. 8. Moral. p. 1. c. 9. q. 4.

Sic etiam hæreticus dicendus non eſt, qui aſ-
ſerit aliquid pertinaciter, quod ab aliqua particulari Eccleſia fuit damnatum: quoniam is non dicitur habere errorem, fidei catholicæ contrarium, vt habetur ex B. Anton. par. 3. tit. 24. c. 4. Syl. in ſum. in ver. excõmunicatio 7. 9. 5. quos refert, & ſequitur Alter. in explicat. præſentis canonis, cap. 2. col. 10. in fine, in ver. Dubitant. vbi reſpondet ex Panor. & alijs, ad tex. in cap. ad abolendam, de hæret per quem vinculo perpetui anathematis obligantur omnes, qui per ſuos Epiſcopos tanquam hæretici ſunt damnati. Nam per illum textum ſolùm ſtatuitur, poſſe ab Epiſcopo declarari excommunicatum, & hæreticum illum, qui diſſentiret ab aliquo articulo fidei iam probato, & à ſede Apoſtolica confirmato. Etenim quando oritur dubitatio de aliquo articulo ambiguo, deciſio pertinet ad ſolam Eccleſiam Romanam, c. quoties, 24. q. 1. D. Thom. 2.2. q. 1. ar. 10. Et hodie in cauſa hæreſis Epiſcopus non poteſt pronunciare ſententiam contra aliquem ſine Inquiſitore: nec Inquiſitor ſine Epiſcopo, vt habetur in clem. 1. de hæret. Vndè quando quis adhæret fidei Eccleſię Romanæ, quæcunque alia Eccleſia teneat oppoſitum, nunquam eſt hęreticus: quia illa ſola non poteſt errare: alię verò poſſunt, c. damnamus in fine, de ſum. Trin. & fid. cath. & propterea ſi quis determinaret contra articulos Pariſienſes, non eſſet excommunicatus[1].

Secundò infertur, quòd Blaſphemi, quan-
9 tumuis verba hęreticalia in Deum, & eius ſanctos proferant, nihilominus non ſunt hæretici, & conſequenter non incidunt in excommunicationem contra hęretieos latam: quoniam Blaſphemi non habent in intellectu errorem fi-

dei catholicæ contrarium, vt bene docet hoc loco Vgol.§ 3.ſub n.2.Suar.de Relig.tract.3.p. 1.lib.1.de Irreligioſ.c.6.ſub n.5. vbi ait, quòd blaſphemia conſiſtit in locutione contumelioſa Dei, non in ipſo ſenſu, vel opinione falſa de Deo: & idem dicendum eſt de blaſphemia largo modo ſumpta, quæ opera infertur, percutiendo imagines Dei, vel Sanctorum, & aliis modis recenſitis à Suar.loco citato,cap.4. num. 3.Boer.dec.30r.& Graff.p.r. Dec.lib.2. cap. 20. num.13. Nam huiuſmodi ſacrilegi, ſi errorem non habeant in intellectu fidei catholicæ contrarium, non ſuot dicendi hæretici: quamuis blaſphemia quęcunque contra Deum, ac ipſius Sanctos, ſiue verbalis ſit, ſiue opera inferatur, crimen ſit atrociſſimum, & inter peccata Religioni oppoſita ſit maximum ex ſuo genere: quia
12 directè opponitur Diuinitati, & excellentiæ Dei ſecundùm ſe; eique non ſolùm negat debitum cultum; ſed etiam ſummam irreuerentiam, & iniuriam infert quantum poteſt: & cùm non valeat malum Deo inferre blaſphemus, linguâ exacuit per blaſphemiam contra Diuinam eius Maieſtatem.

Eſt blaſphemia crimen atrociſſimum: quia,
13 non ſolùm tendit in iniuriam, & contumeliam Dei; ſed etiam, quoniam iniuria infertur ipſi Deo preſenti, cùm Deus ſit vbique preſens. Vnde cùm ratione perſonæ, ac preſentiæ augeatur iniuria vt in l. Prætor edixit, ff. de Iniur. & fam. libel. blaſphemia tum ratione obiecti infinitæ bonitatis, tum ratione præſentiæ crimen dicitur maximum.

Hinc D.Hieron. Iſai. 18. *Nihil* (ait) *horribilius*
14 *blaſphemia, quæ ponit in excelſum os ſuum: omne quippe peccatum comparatione blaſphemiæ leuius eſt.*

Adeò blaſphemiæ ſcelus immane, atrox, ac
15 deteſtabile eſt, vt aliquando Sacræ litteræ de blaſphemia verba facientes, benedictionis nomine vtuntur, per antiphraſim, maledictionem denotantes. Sic 3.Reg.c. 21.impia Iezabel, de Naboth dum loqueretur, illum calumniando, dixit; *Benedixit Deo, & Regi*. Iob c.1.legitur: *Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis*, ideſt maledixerint. Et c.2. *Benedic Deo, & morere*.

Solet Deus ob huiuſmodi deteſtabile crimen
16 ſæuire ſæpe numero in genus humanum, illudq; grauiſſimis, varijs, ac extraordinarijs pœnis afficere. Nam 2. Machab. c. 2. legitur de Antiocho, qui ob blaſpemiam, inſanabili, ac horribili plaga fuit percuſſus. Et Nicaor 2. Macbab. c.15.eo quòd blaſphemauit, proprijs armis occubuit. Ob blaſphemiam Angelus Domini vna nocte totum exercitum Senecharib percuſſit: & ipſe demum à proprijs filijs fuit interemptus, vt in 4.Reg.cap.19.

Adeò graue eſt blaſpemiæ ſcelus, vt Leu,c.
17 24.contra blaſphemantes Deum, pœna capitalis Dei iuſſu fuerit conſtituta. *Qui blaſphemauerit* (inquit) *nomen Dei, morte moriatur*.

De iure ciuili rarò pœna mortis infligitur; &
18 tamen pro blaſphemia talis pœna ſtatuitur, vt 10 auth. vt non luxur. &c.§.1. Et licèt hodie pœna huiuſmodi in deſuetudinem abierit, teſte Iulio Clar.lib.5. ſent. in pract. in ver. Blaſphemia. n.3.Lucas de pen in.l.omnes Iudices, C. de dilat.& alij, quos refert Sayr.lib.6. Theſ. tom. 2. c. 13. tamen iuxta varias Prouinciarum leges va-
19 riæ pœnæ conſtitutæ reperiuntur contra Blaſphemantes, de quibus latè Boer.dec.30.& Sayr. loco citato, num.19.

Vndè in Regno Neapolitano blaſphemi per
20 Regni Conſt. linguæ abſciſſione puniuntur: quamuis dicta pœna commutata ſit in linguæ perforationem, quam clauo publicè fieri refert Gram.dec.50. Et ipſe dum eſſem in ſæculo, propriis oculis huiuſmodi pœnam vidi executioni fuiſſe demandatam contra quèdam, qui in atrio Magnæ Curiæ Vicariæ blaſpemauit. Et ſi de
21 iure nouiſſimo triremium pœna pro tali crimine paſſim imponatur: vt ipſe vidi in practica ſeruati, & teſtantur etiam Addeotes ad Steph. 40.in compend.Bull.in ver Blaſphemia.

De Iure denique Canonico nonnullę alię pœ-
22 næ conſtitutę ſunt contra Blaſphemos, vt in c. ſtatuimus, de Maled. & varię extat cõſtitutiones, de quibus Sayr.ibi. & Graff.lib.2.deciſ.p r.c.20. n.12.Azor.lib.9.Inſt.moral.p.1.c.28.& alij.

Et non immeritò acriter puniuntur Blaſphe-
23 mi: cam cùm alia peccata aliquem habeant prętxtum; ſola blaſphemia nullam habet excuſationem. Carnalia nanque peccata habent pro prætextu voluptatem: furtum vtilitatẽ, homicidiom iniuriæ vltionem, vſura lucrum. At verò in blaſphemia nihil excogitari poteſt, per quod blaſphemi excuſentur: nam ira ſedari poſſet prolatione aliorum verborum.

Adeò graue dicitur blaſphemiæ crimen; vt
24 Iudices ſæculares, qui contra blaſpemos conuictos non animaduerterint, tanquam eodẽ ſcelere contaminati, eiſdem pœnis ſubiciuntur; vt habetur in Conc.Lateran.ſub Iulio.II.cępto: & ſub Leone X. continuato: ſeſſ.9.§.ad abolędam: vbi etiam ſtatuitur, vt quicumque blaſpemare aliquem audierit, illum verbis acriter obiurgare teneatur: & ſi citra periculum proprię perſonæ fieri poſſet, infra triduum ad Iudicem ſæ-
25 cularem, ſeu Eccleſiaſticum accuſare teneatur: & ſi plures audierint, omnes teneantur denunciare; niſi omnes conuenerint, vt vnus ſatis ſit pro omnibus.

Immo conſuetus blaſphemare, licèt largo mo
26 do hæreticus dicatur, c. illi qui §. quia vero, 24. q.3.monitus tamen, ſi blaſphemare non ceſſat, tunc vt hæreticus reputatur, c.qui in eccleſia, eadem ca.& q.& contra eum procedere poteſt Inquiſitor, vt probat Aſflic.in Conſt.Regni de hæret. & Patar.rub.r.num.48.

Quod quidem verum eſſe ait Farin.de hæreſi
27 q.178.n.76.tunc demum, vbi blaſphemare conſuetus blaſphemiam exiſtimat non eſſe peccatũ. Vndè accuratius inquit, locutum fuiſſe Menoc. de præſump.lib.5.præſump.6.n.29.dũ ait, quòd aſſiduè blaſphemans, dicitur de hæreſi ſuſpectus. Sicut qui quadã animi obſtinatione bene
28 agere recuſat, iuxta ea quæ docet Nicol. Arelaten.notab.32.per tex.in c. nullus Epiſcopus, & ibi expreſsè Præpoſitus Alexandr.38.diſt.& Decian.in tract.crimi.lib.5.c.17.verſ.128.

Verum tamen eſt, quòd proferentes blaſphe-
29 mias hæreticales, & quæ hæreſim ſapiũt manifeſtam, eſto quòd errorem non habeant in intellectu, & conſequenter non ſunt hæretici, nihilominus ſi blaſphemiæ atroces præcipuè ſint, vehementem de hæreſi contrahunt ſuſpicionẽ: &

ab

ab Inquiſitoribus poſſunt compelli ad abiurandum, vt per Eymer. & in eum Pegna, in Dir. Inquiſ. p. 2. q. 41. de blaſph. & Sayr. loco cit. n. 21. Vndè ſi de hæreſi poſtea conuincantur, tanquam relapſi puniri debent, vt in c. accuſatus, de hæret. lib. 6. & mortis pœna irremiſibiliter plectuntur, iuxta tex. in cap. ad abolendam, de hæret. & cap. ſuper, eod. tit. in 6.

Dicitur autem hæreticalis blaſphemia, quæ
29 ſapit hæreſim manifeſtè, & directè opponitur fidei confeſſioni, vt abnego Deum: non credo in Deum: diſcredo de Deo: renego fidem, vel Crucem Domini, Criſma, puritatem Virginis. Et in ſumma hæreticalis blaſphemia dicitur, quę quocumque modo opponitur articulis fidei, vt latè Eymer. & in eum Pegna, p. 2. Dir. Inquiſ. q. 41. de blaſph. & Suar. de Relig. tract. 3. p. 1. lib. 1. de Irreligioſ. cap. 5. n. 7.

Blaſphemiæ verò non hæreticales ſicut om-
30 nes blaſphemię in Deum, licèt ſapiant hæreſim, illam tamen non ſapiunt manifeſtè: vt ſi quis dicat: Deum tędeat. Iurare per vitam Dei eo modo, quo iuramus per vitam patris, aut matris: nam hæc eſt etiam blaſphemia, cùm videatur ſubdere vitam Dei vltioni alterius, vt notat Graff. lib. 2. deciſ. p. 1. c. 19. n. 10. Item blaſphemia eſt ſi quis dicat: Ad deſpectum Dei, per Suar. loco cit. num. 8. vbi ponit nonnulla alia exempla blaſphemiæ non hæreticalis.

In foro tandem pœnitentiali aduertant Con-
31 feſſarij, vt in recidiuos blaſphemos maximè, ſeueriſſimè ſe habeant, tum in pœnitentijs iniungendis; tum etiam in eradicanda occaſione: vt ſi ex ludo blaſphemia proueniat, debet eis ludus inhiberi, &c. & ſi huiuſmodi perditos homines ex antecedentibus confeſſionibus nouerint nullatenus eſſe correctos, per aliquot dies abſolutionem differant: quos ſi poſtea emendatos nouerint, abſoluant; aliàs minimè.

Idem ſeruandum eſſe in petiurijs, & in alijs vitijs carnalibus, ait Graff. loco citato, c. 20. n. 14. Quod Sayr. ibi n. 10. putat procedere in aſſuetis blaſphemare: ſecus autem in blaſphemantibus bis, aut ter. Imò ſi in aliud tempus abſolutio differri non poſſit; aſſueti etiam poſſunt abſolui impoſita eis pœnitentia ſalutari.

Tertiò infertur, quòd Strigcs, ſeu Maleficæ, vt
32 plurimum non ſunt hæreticæ: quoniam vt plurimum non habent errorem in intellectu, fidei catholicæ contrarium.

Dicitur autem Strix à ſtrido, quę eſt auis no-
33 cturna, ex vocis ſono ſic appellata: quia quando clamat, ſtridet. Vndè Maleficę dicùntur Striges, eo quòd noctu pręcipuè verſantur in maleficijs.

Dicuntur etiam Striges ſortilegæ ad hęreſes
34 contractę, in ſuis ſortilegijs admiſcentes aliquid quod ſapit hæreſim manifeſtè, vt eſt Dęmonijs honorem latrię, vel dulię impendere: pueros rebaptizare: baptizare imagines: caput defuncti ſubfumigare: Sacramenta, vel ſacramentalia in carum ſortilegijs admiſcere: candelam, aut aquam benedictam ad ſciendum furta, vel aliqua occulta adhibere: & his ſimilia, de quibus latè Sayr. loco citato, c. 4. 5. & 6. Et Eymer. & in eum Pegna in Dir. Inquiſ. p. 3. q. 42.

Similes his ſunt Necromantici, ſeu Magi, qui
35 à Magia dicuntur: eo quòd per Magiam operantur mirabiles effectus, eorum naturalem poteſtatem excedentes: non quòd Magi ſint, qui operentur, aut quòd Magia poteſtatem aliquam habeat ſupra Dæmones, vt cogat eos; ſed Dæmones ſunt, qui ad Magorum imperium mirabilia faciunt, fingentes cogi eorundem imperio, vt magis decipiant.

Huiuſmodi homines perditi, ac Striges pro-
36 mittunt Dęmoni ſuas animas, negationem Diuinorum præceptorum, Sacramentorum, & aliquando etiam totius fidei catholicæ. Et Dæmon verſa vice promittit eis, ab eiſdem intenta, & petita.

Hoc autem dupliciter fieri contingit: nam
37 quandoq; huiuſmodi pacta fiunt cum ipſo Dęmone, qui viſibiliter apparet: quandoque medio aliquo homine Mago, ſeu Strige: & pacta ipſa aliquando fiunt ſolemniter coram Dęmone, viſibiliter apparente, ac in ſolio ſedente cum caterua aliorum Dęmonum; & aliquãdo priuatim præciſa omni ſolemnitate. Fiunt aliquando cũ Dęmone pacta, non modò expreſè, vt ſupra declarauimus: ſed etiam tacitè, vt cùm dicti ſuperſtitioſi vtuntur dictis, aut rebus, quæ vana ſunt ad producendum talem effectum: nam cùm volunt tempeſtatem aliquam inducere, ſolent ſcopam aqua intingere, & in aerem aquam aſpergere. Aut ad aliquem maleficandum, imaginem ceream formantes, ei acus infigunt, quapropter is, contra quem maleficium eſt factum in illis partibus crudeliter torquetur, in quibus imago illa cerea fuit acubus perforata.

Hæc omnia licèt ſapiant hæreſim. & Idololatriam; quia tamen prędicti ſuperſtitioſi, & malefici non habent errorem in intellectu, vt plurimum: eo quòd credunt ſpiritum apparentem eſſe Diabolum; inimicum Dei, & Diuino cultu, quod illi deferunt eſſe indignum: & eidem eos ſubijci deſperatione, delectatione, aut vtilitate aliqua ductos: idcirco non ſunt hæretici. Et propterea in foro conſcientię in excommunicationem hanc non incidunt: nec alias hęreticorũ pœnas contrahũt. Eſt tamen verum, quod adeſt ſpecialis quędam excommunicatio Ioan. 22. lata contra huiuſmodi perditos homines, quę habetur in Dir. Inq. p. 2. q. 45. vbi excommunicantur illi, qui colunt Dęmones, & plectuntur pœnis hęreticorum, prętęrquam confiſcatione bonorum. Et hos Idololatras propriè appellat Alter. in explic. huius can. cap. 1. col. 5. & 6. in ver. Reſpondeo. eo quòd exhibent cultum exteriorem Dęmoni voluntariè. Et licèt interius in voluntate nollent colere; tamen abſolutè loquendo volunt colere: & ita incurrunt pœnas contra Idololatras ſtatutas.

Dixi quòd vt plurimum nõ habent errorem
38 in intellectu: nam non negamus aliquãdo illos habere errorem in intellectu, fidei catholicę cõtrarium, & conſequenter eſſe hæreticos.

Quapropter huiuſmodi perſonæ examinan-
39 dæ ſunt diligenter, quid credant: An putent Dæmones eſſe aliquo cultu dignos, aut operari aliquid poſſint, Deo non permittente: An ſperent ab eis poſt mortem bonum aliquod ſe habituros: An vera ſemper dicant, &c. Nam ſi præfatorum aliquid credunt cum pertinacia, cognoſcentes videlicet, id eſſe contra fidem catholicam, proculdubio ſunt hæretici, & conſequęter incidunt in excommunicationem noſtri cano-

gis.Si verò nihil horum credunt, cùm errorem non habeant in intellectu.nō ſunt hæretici quo ad forum interius,nec ſunt excommunicati excommunicatione noſtri canonis:horrendum tamen committunt crimen,& cenſuram ſupra re-
40 latam contrahunt, ſicut excommunicati ſunt Magos ipſos conſulentes, & eorum opera petentes: quæ excommunicatio nulli reſeruatur, vt in c. ſi quis etiam,26.quæſt.5. latè Tolet. lib. 4.ſuę ſum.c.14.in fine.& Sayr.loco citato,cap.6. num. 11.

Dixi quòd dicti Necromantici Striges, & alij
41 ſimiles ſuperſtitioſi,ſi errorem non habeant in intellectu,non ſunt hæretici,nec excommunicati quoad forum interius excommunicatione huius canonis,quoniam in foro exteriori habentur tanquam hæretici,& excommunicati,cùm errorem præſumantur haberè in intellectu, vt bene docet Tab.in ver. Apoſtaſia,q.3.Nauar. in Man. c.11.n.27. & alij.Et inſuper ſubijciuntur hæreticorum,& apoſtatarum pœnis.

Immò huiuſmodi Striges,ſeu Maleficę grauſ-
42 us puniuntur,quàm hæretici;quoniam hæretici non relapſi ſi reſipiſcant, pœna vltimi ſupplicij commutatur eis in mitiorem arbitrio Epiſcoporum,vt in c.vt commiſſi,& ibi Doct.de hæretic. in ſexto,& Graff.lib.2.deciſ.p.1.c.9.At verò Maleficas his pœnis mulctare ſatis nō eſt,cùm nō ſint tantùm hæreticæ:ſed dum fidem abnegant, ſint etiam apoſtatæ,ſaltem in foro exteriori: & multa mala hominibus ac iumẽtis inferunt,vt in l.nullus,l.nemo,l.culpa,& l.multi,C.de malefic.propter quod in dictis iuribus grauiter puniuntur,& Leuit.c.20.ſimiliter à Domino præcipiũtur interfici,lapidari,ac alijs pœnis affici de iure canonico, de quibus Graff.lib.2 deciſ.c.7.n.5.

Immo quantumuis eas pœniteat, pœnam vlti-
43 mi ſupplicij eis non eſſe remittendam,nec commutandam in aliam mitiorem, cenſent Auctores Mall.Malefic.q.14.in fin.

Quæ diximus de Strigibus ſeu Maleficis, &
44 Magis,extendimus etiam locum ſibi vendicare in quibuſcunque alijs execrabilibus Diuinatoribus Sortilegis,& Incantatoribus: nam ſi errorem non habeant in intellectu,in foro interiori non ſunt cenſendi hæretici:nec cenſuram noſtri canonis contrahunt.

Eſt autem Diuinatio enunciatio eorum,quæ
45 per naturam cognoſci non poſſunt:quæ quidẽ dupliciter fieri contingit:per expreſſam ſcilicet: & tacitam Dæmonis inuocationem.

Prior Diuinatio eſt multiplex ſecundum mul-
46 tiplicem Dæmonis reſponſionem:nam quando Dæmon reſpondet per fictas,& apparentes figuras,dicitur Preſtigium: quando perſomnia, eſt Diuinatio ſomniorum:quando per mortuorum ſuſcitationem,dicitur propriè Necromantia:nō quòd mortui Dęmonum miniſterio verè reſurgant, cùm Dęmones virtutem huiuſmodi non habeant;ſed ipſe Dęmon aſſumendo corpus,fin-
47 git ſe eſſe talem mortuum ſuſcitatum: quando reſpõdet per viuos, & arreptitios homines,dicitur Diuinatio per Phytones: quando reſpondet per ſtatuas: & corpora terreſtria, dicitur Geomantia:quando per figuras in aquis apparentes dicitur Idromantia:quando per figuras aereas, dicitur Aeromantia:quando per ignem,dicitur Pyromantia; & denique quando Diuinatio fit per interiora animalium,dicitur Auſpicium.

Poſterior verò Diuinatio,per quam tacitè fit
48 Dęmonis inuocatio,dicitur cùm quis ijs vtitur medijs ad res cognoſcendas, quę ad talium rerum cognitionem naturaliter nullo modo deſeruiunt.

Hæc autem media aliquando ſunt hominum
46 operationes,& dicuntur ſortilegia,ſiue fiant taxillorum emiſſione, ſiue aliquarum cartularum deſcriptione, ſiue ceræ, aut plumbi liquefactione.Quę quidem ſortilegia,quædam dicuntur diuinatoria tendentia ad aliquod occultum ſciendum: quędam diuiſoria ad cognoſcendum quid cuique eueniat: & quędam conſultoria,ad cognoſcendum quid in aliquo caſu ſit agendum. Adhibentur etiam aliquando media,quæ non ſunt hominum operationes: vt cùm Diuinatio fit per ſitus, & motus aſtrorum, quæ appellatur Aſtrologia: vel per garritum animalium,& dicitur Augurium:aut volatum auium, & nuncupatur Auruſpicium:vel demum per figuras, & ſigna corporis humani, quæ dicitur Chiromantia, vt benè declarat Tol. lib. 4. ſuæ ſum.cap.15. & latè Sayr.vbi ſupra c.5.

Differt Diuinatio ab obſeruantia vana in eo,
50 quòd Diuinatio tota refertur ad cognitionem rerum occultarum modo indebito conſequendi.Obſeruantia verò vana in eo conſiſtit,quòd medijs inutilibus, & vanis procurat comoditates, & varias corporum immutationes, nempè ſanitatem,vitæ prolongationem, ſcientiam rerum naturalium,&c. Ad quam ſuperſtitionis ſpeciem reducitur etiam Magia maleficium, &c.

Hæc autem ſuperſtitionis ſpecies adhuc duo-
51 bus modis fieri contingit: per inuocationem Dæmonis expreſſam, aut tacitam.

Primo modo vana obſeruantia fit, quando expreſsè inuocatur Dæmon, vt doceat aliquos effectus per media aliqua,quę vel hominem latent, vel per quæ Dæmon tanquam per inſtrumenta effectus illos principaliter operatur.

Secundo modo fieri contingit,vbi quis illa
52 media adhibet ad effectus aliquos conſequendos, quę vana ſunt, & improportionata ad tales effectus producendos: ac ignorans Dæmonem eſſe, qui per media huiuſmodi vana operetur. Secus ſi ſciat: quia tunc expreſsè diceretur Dæmonem inuocare,non verbo,ſed facto.

Huius ſuperſtitionis quatuor ſunt ſpecies.Prima dicitur ars notoria,quæ dirigitur ad conſequendas ſcientias abſque vllo labore ad modum ſcientiarum infuſarum mediantibus quibuſdam ieiunijs,& orationibus. Secunda appellatur vana obſeruantia ſanitatum, qua ſanitas intenditur, adhibitis vanis medijs. Tertia dicitur futurorum euentuum, vt cùm ex quorundam impertinentium obſeruatione mala, quis ſibi, aut alijs futura colligit,vt ſi iunctim ambulantibus amicis,lapis,aut canis,aut puer medius interuenerit: aut veſtis à muribus rodatur, & cætera huiuſmodi, de quibus D. Aug. lib.2. de Doctr. Chriſt. c. 20. Quarta eſt vana obſeruantia breuium, nomina ignota, aut aliquid contra ſacram ſcripturam continentium, vt per Tol. & Sayr.locis ſupra allegatis.

Omnes ſupradicti ſuperſtitioſi, execrabiles
53 Diuinatores, Sortilegi,& Incantatores, ſi errorem non habent intellectu fidei catholicæ cõtrarium,

trarium, nunquam dici possunt hæretici, saltem in foro interiori: nec in eodem foro subijciuntur hæreticorum pœnis, & censuris. Bene verum est, quòd grauiter peccant: quia omnis superstitio est vana, & falsa Religio, per quam, vel cultus exhibetur vero Deo, sed non eo modo, quo exhibendus est; vt cùm tribuitur per sacrificia veteris legis, & alijs modis relatis per Sayr. lib. 4. Thes. c. 4. & Tol. in eodem lib. 4 suæ summæ cap. 14. vel exhibetur falso Deo cultus, cui exhibendus non est, nempe per Idololatriam, Magiam, Diuinationem, vanam obseruantiam, & maleficium: de quibus supra diximus. Hæc autem omnia sunt contra primum legis præceptum. *Vnum colę Deum.*

Confirmatur, quia, vt ex supra annotatis patet, per superstitionem semper fit inuocatio
54 Dæmonis tacita, vel expressa: seu interuenit cum eo pactum explicitum, aut implicitum, quæ tendunt in grauem omnipotentis Dei contumeliam; maximè vbi concurrit expressa Dæmonis inuocatio, ob execrabile cum eo commercium, contra illud Apost. 1. Cor. cap. 10. dum ait: *Nolo vos fieri socios Dæmonis.*

Dixi vbi concurrit expressa Dæmonis inuoca-
55 tio: quia superstitio, quæ per tacitam, seu implicitam Dæmonis inuocationem fieri solet, non semper est peccatum mortale, vt si per probabi lem ignorantiam aut simplicitatem fiat: nam
56 probabilis ignorantia excusat à peccato. Sicut etiam paruitas materiæ à peccato mortali. vt cùm quis non habens animum superstitiosum, aliquam ex supradictis vanis obseruationibus faciat, iocosè, & vanè; tunc vanitatis potius, quàm superstitionis peccatum erit, vt benè docet Nauar. in Man. c. 11. num. 24. vers. Quinto; & num. 28. vers. Septimo. Caiet. 22 q. 95. art 3. & alij relati à Sayr. loc. cit. c. 5. n. 22.

Immo Augurium, & Auspicium aliquando
57 citra superstitionis crimẽ licitè fieri possũt, vbi solùm scire intendimus, quæ naturaliter solent quædam animalia pronunciare. Deus enim quibusdam animalibus quosdam naturales tribuit instinctus, quibus futura præ nunciant. Sic vespertiliones longè volantes è domibus significant aeris serenitatem: & his similia. vt per Tolet ibid. cap. 15. vers. Circa Augurium.

Brevia quoque, & orationes aliquando citra
59 superstitionem ad collum ferri possunt; vbi nihil falsi contra sacram Scripturam continent:
60 aut contra Ecclesiæ auctoritatem, & consuetudinem: nec aliquid in eis scribitur, quod ad Dæmonis inuocationem pertinet: nec ignota nomina, aut alius character præter signum Crucis commiscantur: nec denique spes aliqua habeatur in modo scribendi, aut ligandi, vt declarat. Sayr ibidem, cap. 6. num. 6. ex Caiet. Greg. de Valen. & alijs.

Sic etiam Diuinatio per sortes aliquando li-
61 cita est, ac superstitione caret. Vt cùm quis non expectat, aut cognitionem quærit ex sortium emissione, certam, ac indubitatam, quasi illa satis esset ad futurorum cognitionem habẽdam, sed potius exinde à Deo responsum, seu iudicium intendit. Hoc enim casu licitus est sortium vsus iuxta illud prouer. c. 6. *Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.* Et Iosue. c. 7. legitur. *Deprehendi Achan fuisse reum per sortes.*

Idem dicendum est de sortilegio cõsultorio,
62 quo licèt regulariter vti, sit peccatum mortale; aliquando tamen licitum est, tribus conditionibus concurrentibus; quarum prima est, vt sortilegium huiusmodi fiat, aliqua rationabili
63 subsistente causa: quoniam recurrere ad sortes in his, quibus opera humana prouideri possũt, est tẽtare Deum, vt pèr D. Th. opusc. 25. c. 5. Secunda est, vt sortes ipsæ mittantur reuerenter; nam si irreuerẽter, & sine deuotione per sortes
64 quis requirat Diuinum iudicium, peccat saltẽ venialiter. vt per Tol. vbi supra. c. 15. Tertia, vt fiat modo proportionato; hoc est, ne Diuina oracula ad negotia terrena conuertantur: quia nullus debet, ea sorte inquirere, quæ per suam industriam cognoscere, & ad effectum perducere potest; qualia sunt negotia mundana.

Diuisorium quoque Sortilegiũ potest quan-
65 doque licitum esse, si fiat ad humanas contradictiones sedandas. vt si contentio sit inter Cutatos, quis eorum debeat remanere tẽpore pestis; tunc enim licitum est vti sortibus ad Diuinum auxilium implorandum: iuxta illud Prouerb. 18. *Contradictiones compromisit fors.* Hoc idem
e fieri potest in tẽporalibus dignitatibus, e si ali-
66 ter electio concors esse non potest: dummodo
f dignitates non sint Ecclesiasticæ *f*: quia fors diuisoria inhibetur in electionibus Ecclesiasticis, c. fin. de Sortil. quia electio ad dignitates Ecclesiasticas fieri debet, inspirante Spiritu sancto, & concordia electorum, vt latè Sayr. loco supra citato, c. 5. per totum.

Denique Diuinatio, quæ fit ab Astrologis cir
67 ca agriculturam, nauigationẽ, & rem medicã, licita est: quia hęc omnia naturaliter sciri possunt. Solùm autem prohibet Sixtus V. in sua cõstitutione publicata Romæ die 9. Ianuar. 1586. Astrologiæ iudiciariæ artem exercẽri circa ea,
68 quæ naturaliter sciri non possunt, vt benè declarat Steph. 40. in compen. Bull. in ver. Astrologia iudiciaria.

Immo si huiusmodi Astrologi, & Chiromãci ex astrorũ manuumue inspectione, necessariò aliquid futurum asserant, sunt hæretici: quia habent errorem in intellectu, & Dæmonẽ consulunt de his, quę naturaliter scire non possunt; secus autem si Dæmonem consilerent de præteritis, ac præsentibus: nam cùm hæc à Dæmone sciri possint in hæresim non incidunt, vt benè declarat Vgol. in explicatione præsentis canonis, §. 2. num. 10. cum plur. seq.

Quartò infertur, quòd Lamiæ, seu Lamij sunt
69 sotmaliter hæretici: quia errorẽ habent in intellectu fidei catholicę contrarĩũ: credit. n. aliquã mulierẽ esse Deam, & spiritum bonum, aliquid numinis habentem, eidemq; cultum vero Deo debitum deferunt, & existimant, quòd creatura ab alio, quam à Deo mutatur in aliam creaturam. Vndè incidunt in excommunicationem nostri canonis, & in alias pœnas contra hæreticos latas, vt per Syl. in sum. in ver. Hæresis. 3. q.
70 2. 3. & 4. Prædicti hæretici dicuntur Lamiæ, seu Lamij, à Lamia bestia, quæ secundùm Gloss. in c. Episcopi, 26. q. 5. habet pedes equinos, & cætera membra humana: seu secundùm D. Gregor. Mor. 34. habet humanam speciẽ, & corpus bestiale; & est adeò crudelis, vt proprios filios dilaniet: & ita dicitur Lamia quasi Lania.

Benè verum eſt, quòd ſi Lamij, ſeu Lamiæ
71 huiuſmodi, pœnitentes veniam expoſtulant, & ad Eccleſiam ex corde redire volunt, ſunt admittendæ ad pœnitentiam, & nullo pacto Curiæ ſæculari tradendæ, vt latè probat Farin. de hæret. q. 181. n. 48. vbi per totam illam quæſtionem benè, ac copioſè pertractat ſupetftitionum omnium materiam.

ADDITIO.

a Mortaliter. Etenim præceptum confeſſionis fidei eſt Diuinum, iuxta illud Domini Matt. cap. 10. *Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo.* Et Apoſt. ad Roman. 10. *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Fides enim cordis neceſſaria eſt propter Deum, confeſſio verò fidei propter Eccleſiam: ſi quidem interna fides quemadmodum eſt fundamentum vnionis animæ cum Deo; ita confeſſio fidei eſt fundamentum Eccleſiaſticæ vnitatis, & pacis. Hoc autem præceptum confeſſionis fidei includit quoque mandatum de non neganda fide: quoniam in omni præcepto affirmatiuo includitur negatiuum de non faciendo contrarium ei, quod per affirmatiuum præceptum eſt. Eſt tamen verum, quòd occultare fidem medjam quandam habet rationem: nam non ſemper malum id cenſetur eſſe, nec ſemper licitum: præceptum enim confeſſionis fidei, cùm ſit affirmatiuum, licèt obliget ſemper, non tamen obligat pro ſemper; atque adeò non confiteri fidem, non ſemper eſt malum; ſed tunc erit peccatum, quando confeſſio fidei omittitur eo tempore, quo neceſſaria eſt ad Dei, ac Catholicæ Religionis honorem tuendum, vt cùm quis à tyranno, aut à publica poteſtate de ſua fide interrogatur: aut ei præcipitur hæreticorum conciones audire & alia eiuſmodi agere in contemptum fidei. Vndè non excuſantur Angli Catholici, metu mortis ſe confetentes ad audiendas hæreticas conciones, & conuenientes ad prophana ſacra peragenda, vt latè probat Suar. de Defenſ. Fid. aduerſus Angl. lib. 6. de form. iuram. Fidelit. cap. 9. per totum. Abb. Alex.

b Abnegationem. Vndè hæreticus quoque dicitur, qui negat propoſitionem, quæ deducitur euidenter ex vna propoſitione de fide, & altera naturali: quoniam concluſio deducta ex his duabus propoſitionibus eſt de fide: quapropter, qui negat Chriſtum eſſe riſibilem, eſt hæreticus: ſiquidem hæc concluſio deducitur ex vna propoſitione naturali, *Omnis homo eſt riſibilis.* Et ex altera de fide, *Chriſtus eſt homo.* Ex quibus infertur, *Ergo Chriſtus eſt riſibilis*, vt rectè docet Sanch. lib. 2. ſuæ ſum. cap. 8. n. 12. & Bonac. in explic. Bullæ Cœnæ diſp. 1. pun. 1. num. 5. vbi etiam num. 6. & 7. licèt ab hæreſi probet excuſari eum, qui ex ignorantia craſſa credit aliquem artieulum fidei catholicę contrarium, ſed ita ſit affectus, vt paratus exiſtat cortigi, cognito errore; nihilominus, qui ex ignorantia craſſa errorem aliquem profett contra fidem, quem adhuc voluntariè proferret, ſi ſciret eſſe contra catholicam fidem, proculdubio eſt hæreticus. Idem dicendum eſſe probat de eo, qui ex ignorantia affectata errorem habeat contra aliquem fidei articulum, vt ſi quis ex propoſito nolit res fidei edoceri, vt in fide liberius erret: ſiquidem is voluntariè errat. Imò probabiliter ſubſtineri poſſe quamplurimis probat, hæreticum eſſe cenſendum, qui negaret, hunc S. P. Vrbanum VIII. eſſe verum Papam: pro qua re vide Azor. p. 2. Inſt. moral. lib. 3. cap. 5. quæſt. 4. Suar. in tract. de Fide, Spe, & Charitate, diſp. 10. quæſt. 5. num. 2. Etenim poſtquam conſtat, eum ritè, ac legitimè fuiſſe electum, de fide eſt, cum eſſe verum Papam: at negans propoſitionem de fide, hæreticus eſt. Alias rationes vide apud eumdem Bonacin. qui contraria ſoluit. Abb. Alex.

c Contrarium. Non enim Eccleſia, atque adeò Romanus Pontifex eiuſdem caput poteſt errare in præceptis, ſeu rebus moralibus quoad ſubſtantiam, & honeſtatem morum: eſſet profectò contra Eccleſiæ ſanctitatem approbare turpia pro honeſtis; & è contra damnare honeſta, tanquam mala, & turpia, vt habetur ex Innoc. in cap. per venerabilem, qui fil. ſint legit. D. Anton. 3. p. tit. 12. c. 8. § 2. & Suar. de fide, diſp. 3. ſec. 8. num. 7. vbi etiam num. 8. & 9. rectè probat, Romanum Pontificem non poſſe errare in canonizatione Sanctorum, & in approbatione Religionis; atque ideo licitum non eſt Fidelibus dubitare de gloria Sancti canonizati. Dixi, *Quoad ſubſtantiam, & honeſtatem morum*: nam quoad circumſtantias vel multiplicandi præcepta, aut rigorem, vel nimias pœnas, non eſt inconueniens aliquando committere aliquem humanum defectum: quoniam id non eſt contra ſanctitatem, & veritatem Eccleſiæ, vt habetur ex eodem Suar. loco citato. D. Cæſar.

d Subiectus. Contrarium docet Sanchez lib. 2. ſuæ ſum. cap. 7. num. 32. & hoc ideo, quia negat veritatem fidei cum pertinacia; & propterea debet affici hæreticorum pœnis. Non tamen eſt recedendum à ſententia Azor. quam ſequitur Duard. hoc loco per rationem allatam: Siquidem ratio, quam affert Sanch. nihil aliud concludit, niſi huiuſmodi hominem eſſe hærecum coram Deo; non autem quoad Eccleſiam. D. Cæſar.

e Dignitatibus. Ita paſſim Italos ſeruare teſtantur Hoſtienſ. Ioan. Andr. Anton. de Butr. Panorm. Petr. Anchar. & Ioan. de Anan. in cap. fin. de Sortileg. Et quamuis idem Panorm. ibi conſulat etiam in electionibus ad dignitates temporales abſtinendum eſſe ab vſu ſortium: ſiquidem adhuc in ijs aſtat timor eligendi indignum; nihilominus, ait ipſe Ioan. Anan. in huiuſmodi electionibus ceſſare ſupra relatam rationem: quoniam omnes imbuſſulati, ad officia ſunt æſtimati idonei: & iudicium ſortunæ operatur reſpectu prioritatis temporis dumtaxat. Inò Hoſtien. quem ſequitur Anan. Panor. & alij, loco citato, inquit, quòd etiam inter Clericos admittitur vſus ſortium, vbi agitur de rebus temporalibus, ar. tex. in cap. cleros, 21. d. & cap. cùm ſecundùm, de præbend. Et in iudicijs maximè frequenter talis vſus admittitur, vt in l. ſed cùm ambo, ff. de iudic. ita ſe habente, *Sed cùm ambo ad iudicium prouocant, ſorte res diſcerni ſolet.* Ad idem facit tex. in l. ſi quæ ſunt cautiones, ff. famil. erciſ. l. ſi duobus, C. cõmun. de legat. & §. optionis,

in

in Inſt. de legat. Hinc Bald. in l. ſi duobus, num. 1. expreſsè docet, quod mittere ſortes, non eſt peccatum, cùm ſortium iudicium ex Seneca in epiſt. ad Lucullum, cap. 7. appelletur iudicium fortunæ, & vis Diuina, cuius Dux eſt Deus, l. fluminum, §. Seruius, ff. de damn. infect. Nec talis ſortium vſus iure canonico cenſetur malus, vt in c. 1. & ibi Gloſ. & Doctor. 26. q. 2. & cap. 2. in prin. ea. cau. & q. vbi D. Auguſt. ſic ait *Sors non eſt aliquid mali, ſed res in humana dubietate, Diuinam indicans voluntatem*. D. Cæſar.

Eccleſiaſtica. Adde, quòd in electionibus Eccleſiaſticis de iure canonico ſortium vſus eſt omninò prohibitus: ſiquidem in electione per ſortem tentatur Deus, & diabolus poſſet in ea ſe intromittere, & ſubſequi electio indigni, vt per Anton. de Butr. Panorm. & alios, in cap. fin. de ſortileg. Et quamuis Panorm. in d. cap. fin. num. 3. intelligat prædictum text. de electionibus ad officia Eccleſiaſtica: & Ioan. de Anan. ibidem n. 11. ſortium vſum putet prohiberi in electionibus Eccleſiaſticis, & beneficialibus, & omni caſu, quo per ipſas peruenireturad titulum beneficij, in quo requiritur canonica inſtitutio, iuxta tex. in c. 1. de regul. iur. in 6. & Ioan. Andr. doceat, prohibitionem illam eſſe de electionibus Eccleſiaſticis, in quibus ſeruanda eſt forma Concilij, nempe forma, quæ præſcribitur in tex. in cap. quia propter, de elect. vt colligitur etiam ex Anton. de Butr. d. cap. fin. ſub n. 8. atque adeò ſortium vſum prohibitum cenſeri tantùm in electionibus Epiſcoporum, Prælatorum, & aliorum, de quibus per Doctor. in d. cap. quia propter: nihilominus Suar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de Irreligioſit. tit. de ſuperſt. cap. 12. num. 5. arbitratur, prohibitionem illam extendi ad omnem Eccleſiaſticam electionem: quia tex. indefinitè loquitur, vt patet in illis verbis, *Sortis vſum in electionibus perpetua prohibitione damnantes*. Et indefinita æquipollet vniuerſali, arg. tex. in l. de quibus, & ibi Bart. ff. de legib. Panor. in cap. Geneſi, de elect. Vndè per huiuſmodi locutionem generales regulæ conſtituuntur, ſicut in doctrinalibus: quod maximè neceſſarium eſſe docet in lege prohibente: nam prohibitio includit virtualem negationem, quæ vim habet diſtribuendi. Etenim ipſe Suar. ait, electiones huiuſmodi per ſortes in publicis officijs maximè ſolent eſſe iniquæ, & contra legem naturalem; etiam ſi nulla eſſet prohibitio humana: quæ quidem iniquitas non conſiſtit in ſuperſtitione, nec eſt contra Religionem; ſed contra iuſtitiam diſtributiuam, cui repugnat, vt id, quod ſecundùm merita conferendum eſt, per ſortem detur: & contra commutatiuam, ac legalem, cùm id repugnet debitæ adminiſtrationi Reipub. ac eiuſdem communi bono. Hæc ipſa interpretatio concordat cum communi Doctorum opinione, in vniuerſum execrátium ſortium vſum in Eccleſiaſticis electionibus, vt habetur ex D. Thom. 2. 2. queſt. 95. art. 8. in corp. & in eum Caiet. Angel. in ſum. in ver. ſors, num. 2. in verſ. Primò in rebus temporalibus, Syl. in ver. ſuperſtitio, num. 9. & ex alijs. Siquidem ait D. Thom. opuſc. 25. cap. 5. quòd nullus debet ea ſorte inquirere, quæ per ſuam induſtriam cognoſcere, & ad effectum perducere poteſt: quoniam ſortibus vti in ijs, quibus opera humana prouideri poteſt, eſt tentare Deum. Et in d. ar. 8. loquens de electionibus Eccleſiaſticis, inquit, eas Spiritu ſancti iuſpiratione fieri debere. Vndè ex communi Doctorum ſententia ait Suar. loco citato, ſub num. 5. intelligitur prohibita per ſortes quælibet electio Eccleſiaſtica, per quam iuriſdictio, vel ius eligendi, vel nominandi, vel Eccleſiaſtica dignitas, vel Beneficium, vel officium, vel adminiſtratio Eccleſiaſtica cõfertur; atque adeò ſortium vſus non ſolùm eſt prohibitus in eligendis Epiſcopis, & alijs Prælatis Eccleſiaſticis tum ſæcularibus, tum Regularibus; verùm etiam in eligendis quoque Diſcretis, ſeu vocalibus, qui intereſſe habeant Capitulo generali. Etenim aut hi vocem habent in Capitulo ad eligendum Præpoſitum Generalem, Conſultores, &c. & tunc ſe habent loco Compromiſſariorum, quorum electiones expreſsè prohibentur fieri per ſortes vi d. cap. fin. de ſortil. Aut vocem non habent in Capitulo, & tunc, quia ſaltem dicuntur habere officium, in eis eligendis cenſetur quoque prohibitus ſortis vſus: nam officium eſt generale nomen pertinens ad omne miniſterium, vt per gloſ. in l. legatis, §. 1. in verſ. ſi ex officio, ff. de legat. 3. & Felyn. in rubr. de offic. delegat. ſub num. 3. Diſcreti autem quamuis in nonnullis Religionibus vocem non habeant in Capitulo; nihilominus fungunturofficio Nuncij, ſeu Legati, quod conſtat eſſe officium, vt patet ex rub. de officio Legati.

Non tamen negamus quin ex Romani Pontificis diſpenſatione, Diſcreti, ſeu vocalis huiuſmodi electio per ſortes fieri poſſit: ſiquidem ſortitio in tali electione non eſt mala ex natura rei: nam vocalis eligitur ex idoneis, ac dignis; atque ideo ceſſat timor eligendi indignum. Etenim in Religione maximè Cleric. Regular. illi de corpore Capituli, ex quibus facienda eſt electio Diſcreti, ſeu vocalis, qui Capitulo generali habeat intereſſe, dum ad vocem actiuam, & paſſiuam admittuntur, non ſolùm ad id munus: verùm etiam, mediante rigoroſo ſcrutinio, in Præpoſitos, & ad omnia Religionis officia, ac dignitates reputantur idonei. Vndè facta derogatione iuri communi per diſpenſationem Romani Pontificis, & eo ſublato, electio huiuſmodi per ſe mala non eſt. Quocirca in nonnullis Religionibus fuit per Romanum Pontificem diſpenſatum, vt in electione Diſcreti valeant vti ſortibus. vt patet in Congregatione Canonicorum Regularium S. Saluatoris, in quorum conſtitutionibus ſub n. 29 ita habetur; *Socius Prioris Conuentualis ſorte non autem ſcrutinio eligitur*. Quæ quidem conſtitutio duplici diplomate Sixti V. comprobata fuit: altero ſub die 12. Martij 1586. incipit; *Solicitudini Paſtoralis officij*, poſt medium, ibi ſocium, ſiue Diſcretum, &c. altero verò ſub die 23. Auguſti, 1589. incipit; *Ex varietate temporum*, prope finem. Idem ex Apoſtolica diſpenſatione ſeruari in Cõgregatione Oliuetana, teſtatur P. Nald. in ſua ſum. in ver. ſors, vbi id ampliat ex S. P. indulto fieri poſſe etiam in alijs electionibus Eccleſiaſticis; quoniam, ſeclusa iuris poſitiui prohibitione, non apparet, cur dicatur peccaminoſa Eccleſiaſtica electio per ſortes facta ſuper aliquos præelectos, atque idoneos, vt legitur de Matthia, ſorte in Apoſtolatum electo

cto ex duobus prælectis, nempè ex eo, & Ioseph, qui cognominabatur Barsabas, act. Apost. 1. Nec non statutum fuisse legitur per Leon. X. vt Canonicatus, & præbendæ iureperitis conferantur in quibusdam Hispaniarum Ecclesijs, forma quadam in electionibus seruata, & si plures electi paria vota tulissent, tunc forte dirimatur, quis eorum præferendus sit, ita vt sors loco electionis, & prouisionis habeatur. Ita Leo X. in sua Bulla, quæ incipit, *In suprema*, &c. & in alia, quæ incipit, *Cùm Dudum*, de quibus Garz. de Benefic. p. 5. c. 4. num. 169. Immo Felyn. in cap. Capitulum, sub num. 21. de reser. ait, quòd si contentio sit inter duos electos in Papam, de Papatu: & hinc inde adsit paritas probationum, tunc posse vti sortibus ad sedandum schisma: quo casu electio non dicitur propriè fieri per sortes; sed potius declaratio per sortes, quis ex duobus sit legitimè electus in Papam, & quem eorum elegerit Deus: quod quidem sortilegium consultorium potiùs dicitur, quam diuisorium. D. Cæsar.

An ad constituendum aliquem hæreticum, satis sit si dubium habeat in intellectu fidei catholicæ contrarium. Q. 23.

SVMMARIVM.

1 *Dubius in fide est hæreticus.*
2 *Fides est assensus verus, & certus, licèt obscurus.*
3 *Dubius in fide infidelis est.*
4 *Opinionem habens in his, quæ pertinent ad fidem catholicam, quando dicitur hæreticus.*
5 *Primi motus infidelitatis non faciunt hæreticum.*
6 *Dubitans voluntariè in his, quæ spectant ad fidem catholicam, si paratus sit corrigi, non est hæreticus.*
7 *Dubius in fide tunc est hæreticus, quando dubitat de his, quæ directè pertinent ad fidem.*
8 *Dubius est in fide, atque adeò in excommunicationem incidit, qui deliberatè de fide dubitat, etiam si paratus sit potius mori, quàm errori assentiri. Non sic, qui iudicium suspendit.*

1 REspondetur affirmatiuè: quoniam qui dubitat de catholica fide proculdubiò habet errorem in intellectu, fidei catholicæ contrarium *a*: & illud dubium dicitur formaliter error fidei catholicæ contrarius: eo quòd fides
2 *b* est assensus verus & certus *b*, licèt obscurus. Vndè qui de fide ambigit, certum assensum, quem præstare debet, non præstat; & consequenter, vt
3 supra, errat, & efficitur hæreticus. Hinc meritò ait tex. in c. 1. de hæret. quòd dubius in fide, infidelis est.

Eadem ratione qui opinionem dumtaxat haberet de aliquo fidei articulo, non præstando
4 illi certum assensum; sed tantùm probabilem, diceretur hæreticus: quia caret assensu certo, & firmo; quem habere debet. Quæ quidem omnia vera sunt duobus copulatiuè concurrentibus. Deliberata scilicet dubitatione, seu opinione; & pertinacia, ideſt quòd scienter quis dubitauerit, opinatus fuerit, seu voluntariè scrupulum habuerit circa aliquod fidei articulum; sciens, certò Ecclesiam contrarium sentire.

Vndè si quis deliberatè, ac voluntariè non
5 dubitet de aliquo fidei articulo, aut deliberatè ac voluntariè de illo opinionem non habeat, hæreticus non est dicendus: quia primi motus infidelitatis non faciunt hominem hæreticum, vt per Savr. lib. 3. Thes. to. 1. c. quarto, num. 13. & 15. Graff. lib. 2. decis. p. 1. c. 8. num. 7. Azor. lib. 8. Inst. moral. p. 1. c. 9 q. 5. & 6. & Vgol. in explic. præsentis canonis. §. 1. num. 12. cum alijs quos ipse allegat.

Sic etiam dubitans voluntariè circa ea, quæ
6 sunt fidei catholicæ, si paratus sit corrigi, non est hæreticus. Vt bene declarat Farinac. de hær. q. 178. num. 99.

Præterea tunc dubius in fide, est hæreticus,
7 quando dubitat de illis credibilibus, quæ directè ad fidem spectant: & quæ quis, explicitè scire tenetur, secus si dubitet de credibilibus ad fidem pertinentibus indirectè: & quæ explicitè credenda omnibus non proponuntur: tuoc enim dubitans, hæreticus non est; nisi admonitus, in dubitatione pertinax fuerit, vt per Farin. loco citato, num. 105. vbi à n. 90. vsque ad n. 180. latè tractat, hanc quæstionem; An dubius in fide, sit hæreticus, & multipliciter ampliat, & limitat positam per eundem regulam. Quæ quidem omnia videntur posse reduci ad ea, quæ supra diximus.

Illud tamen prætereundum esse nolo, quod
8 Alter. ait in explicat. huius canonis, cap. 2. col. 3. in ver. Respondeo, quòd si quis paratus esset mori potius quàm errori contra catholicam fidem assentiri, tandem deliberatè dubitare vellet de ipsa, aut paratus esset dubitare, & hanc dubitationem exprimeret aliquo actu exteriori, talis dubitationis manifestatiuo, is proculdubio in excommunicationem hanc incideret. Non sic dicendum est de eo, qui agnoscens se tentari cõtra fidem, iudicium suspendit, nam iste talis non est hæreticus, nec in fide dubius; quia non habet erroneum assensum circa res fidei. Immo si facile tentationibus agitari soleat, prudenter facit cessando penitus ab omni cogitatione, & actu intellectus, & occupando se alijs negociis; eo quòd huius naturæ homines sæpè solent expugna in blasphemijam, aut desperationẽ incidere.

ADDITIO.

a Contrarium. Adde hìc Filliuc. t. 1. qq. moral. tract. 16. n. 28. Reginal. lib. 9. suæ sum. n. 237. & alios, quos refert, & sequitur Bonac. in explic. Bullæ Cœnæ disp. 1. quæst. 2. pun. 1. num. 3. vbi hanc esse rationem ait; quia voluntariè errat contra fidei veritatem, iudicando incerta esse, & dubia, quæ certa sunt, & vera. Abb. Alex.

b Certus. Actus fidei non solùm est certus; sed etiam simpliciter certus, tum certitudine obiectiua, atque adeò ex parte obiecti, cùm habeat Deum pro obiecto, qui reuelat, & est ipsa veritas, & in eo non potest esse fallum: siquidem fidei obiectum formale est Deus reuelans sub ratione primæ veritatis, vt rectè declarat Suar. de fide, disp. 3. sec. 4. & 5. tum etiam ex parte subiecti: nam supposita Dei reuelatione, fidelis ita credit res fidei, vt nullum timeat periculum

riculum falſitatis: quæ certitudo licèt dicatur adhæſionis; non tamen adhæſio illa excedit dignitatem obiecti; imò eſt illi commenſurata, & conſentanea, ac etiam debita propter excellentiam eius. Eſt quoque prudens, & rectæ rationi conformis, vt habetur ex eodem Suar. de fide, diſp.6. ſec.5. n.7. vbi probat, hanc certitudinem eſſe maiorem certitudine naturali, atque ideo maiorem certitudine ſcientiæ, iuxta illud D. Auguſt.lib.7. confeſſ.cap.10. *Facilius dubitarem viuere me, quàm eſſe vera, quæ audio.* Etenim certitudo fidei fundatur in prima veritate, quâ fallere, vel falli impoſſibilius eſt, quàm naturalem hominis ſcientiam errare. Præterea pendet certitudo fidei ex lumine infuſo, ac Diuino, quod longè excellentius eſt, quàm naturale lumen intellectus. Denique actus fidei non eſt abſolutè actus intellectus, ſed eſt ab intellectu, vt moto à voluntate, applicante intellectum per ſuum actum ad aſſenſum fidei, ideſt mouēdo illum non ſolùm quoad exercitium actus; verùm etiam quoad determinationem, ſeu ſpeciem actus, & ſic neceſſarius eſt actus voluntatis, quo determinet intellectum ad credendum, iuxta illud eiuſdem D. Auguſt. *Cætera poteſt homo nolens, credere autem non niſi volens.* Vndè quatenus fides pendet à voluntate, nititur in ſpeciali motione Spiritus ſancti, quę efficax eſt ad præſtandam excellentiorem certitudinem. Et hæc eſt ratio, cur certitudo fidei non admittat deliberatam dubitationem in intellectu, etiam ſi innumera argumenta occurrant, quibus homo reſpondere non valeat, niſi ad fidem confugiendo, quod etiam eſt apertum ſignum maioris certitudinis, vt colligitur ex D.Thom. 2. 2. quæſt.4.art.8.Alenſ. 3.p.quæſt.68.mem.3.Marſ. in 3.quæſt.14. Sot.lib.3. de nat. & grat. cap. 10. Valent.tom.3.diſp.1. quæſt.4. pun.8. & ex alijs apud Suar.d.diſp.6.ſec.5.ſub num.10. qui teſtatur, hanc eſſe communem Theologorum ſententiam. Abb.Alex.

An dicatur propriè hæreticus, itaut in cenſuram præſentis noſtri Canonis incidat, qui errorem fidei catholicæ contrarium in intellectu habens, non manifeſtauit. Q. 24.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſim habens in mente tantùm retentam, dicitur verè, & propriè hæreticus.*
2 *Peccata interna poſſunt ab Epiſcopo reſeruari.*
3 *Qui omne dicit, nihil excludit.*
4 *Actus morales diuiduntur in elicitos, & imperatos.*
5 *Simonia non manifeſtatur per acceptionem rei ſpiritualis pro temporali, niſi interueniat pactio.*
6 *Actus à voluntate non dependentes, non poſſunt dici morales.*
7 *Cordis ſcrutator, Deus ſolus eſt.*
8 *Actus imperatus eſt compoſitus ex interiori actu, ac exteriori, & dicitur vnus, & non plures.*
9 *Hæreticus purè mentalis, licèt dicatur propriè hæreticus, non tamen incurrit cenſuras, & pœnas contra hæreticos latas.*
10 *Eccleſia non iudicat de internis.*
11 *Peccata latentia vindictam non habent, & cogitationis pœnam nemo patitur.*
12 *Hæreticus, qui hæreſim mente conceptam actu indifferenti, aut bono manifeſtauit, non eſt excommunicatus,*
13 *Qualibet præſumitur bonus, niſi probetur malus.*
14 *Bonum, malo non eſt expreſſiuum.*
15 *Caput non denudans, aut genu non flectens coram ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento; eo quòd mente non credit illud eſſe Chriſti corpus, an & quando dicatur hæreticus externus.*
16 *Fornicationis actus non eſt expreſſiuus hæreſis, quam in mente habet fornicarius, exiſtimans fornicationem non eſſe peccatum.*
17 *Hæreticus mentalis, qui aliquo actu externo hæreſim manifeſtauo, quantumuis occulto, hæreſim manifeſtauit, incidit in cenſuras, & pœnas contra hæreticos latas.*
18 *Actus hæreſis internæ manifeſtatiuus, qualis eſſe debeat ad conſtituendum aliquem hæreticum externum.*
19 *Hæreſim internam legendo, aut diſputando, vel ebrius proferens non eſt excommunicatus.*
20 *Actus externus hæreſis manifeſtatiuus, debet eſſe per ſe malus & culpa mortalis; alias non eſt ſufficiens ad conſtituendum aliquem hæreticum externum.*
21 *Hæreticus externus quantumuis occultus, non modò excommunicationem contrahit; ſed omnes alias pœnas contra hæreticos ſtatuas.*
22 *Pœna ipſo iure lata incurritur ſine aliqua probatione; non tamen executioni demandatur, niſi probatio concurrat.*
23 *Mente dubitans de Chriſto, an ſit filius Dei, ſi poſtea, veluti per continuationem proferat exterius: Credo quidem non eſſe: in excommunicationem non incidit.*
24 *Hæreticus purè mentalis manifeſtans ſuam hæreſim in Sacramento Pœnitentiæ, nullam contrahit cenſuram, nec pœnam.*
25 *Hæreticus manifeſtans ſuam internam hæreſim Inquiſitori, aut alijs ad conſulendum eos pro hæreſi relinquendo, non eſt excommunicatus.*
26 *Hæreticus internus ſuam hæreſim loco manifeſtans, an incidat in excommunicationem.*
27 *Eccleſia cur ſibi reſeruare poſſit peccata purè interna.*
28 *Eccleſia, indirectè dicitur habere poteſtatem in actus internos.*
29 *Qui omne dicit, nihil excludit: quomodo ſit verum, declaratur.*

IN hac re, vt certa ab incertis ſeparemus, eſt annot. quòd certum eſt, hæreticum propriè, & formaliter illum dici, qui hæreticam opinionem habet in intellectu, & ſi extrinſecus, nullo penitus ſigno, aut verbo eam manifeſtauit: quoniam huic verè cōuenit hæretici definitio, cùm errorem habeat in intellectu fidei catholicæ cōtrarium. Et confirmatur, quia ſicut fides interiori mentis actu perficitur; ita etiam hæreſis, vt bene docet Caiet. 22. q. 11. ar. 3. & in ſum. in ver. Hæreſis: Nauar. in c. cogitationis, n. 10. de pœn. d. 1. & alij, quos refert, & ſequitur Vgol. in explicatione præſentis canonis, §. 1. ſub n. 15.

Difficultas autem in eo conſiſtit: an ſcilicet huiuſmodi hæreticus purè mentalis incidat in cenſuras, & pœnas contra hæreticos latas. Difficilis eſt iſta quæſtio, vtilis, ac practicabilis: & ideò

ideo ad eius determinationem tria faciemus. Primò Doctorum ſententias referemus. Secundò quibuſdam poſitis concluſionibus, rem ipſam determinabimus. Tertiò cõtraria diluemus.

Circa primum pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia eſt Canoniſtarum, dicentium, hæreticum purè mentalem incidere in cẽſuras contra hæreticos latas. Ita glo in cap. cogitationis, in ver. Patitur, de pœn. d. 1. & alij, quos refert, & ſequitur Royas p. 1. de hæret. n. 246. & Sanch. licèt eos non ſequatur, in Decalog. lib. 2. c. 8. n. 1. Et hanc ſententiam communem eſſe fatetur Felin. in c. 1. n. 7. de præſump. Immo hæreticum omnino occultum incurrere pœnam cõfiſcationis bonorum, & alias, docet idem Felin. loco citato n. 6. ver. Fallit tertiò, in 4. caſu.

Mouentur præcipuè prædicti Doctores hoc fundamento: quia peccatum hæreſis ſolo interiori mentis actu conſumatur *a*: & propterea hæreticus purè mentalis dicitur perfectè hæreticus: ergo incidit in excommunicationem latam cõtra hæreticos: quoniam hæretici, eo ipſo quòd ſunt hæretici, excommunicantur, vt in c. nouerit, de ſent. excom. c. excommunicamus, il 1. de hæret. & in clem. 1. §. verum, eo. tit. In pœnis autem, quæ ipſo iure contrahuntur, hominis mini ſterio opus non eſt, ait ipſe Royas. *a*

Secundò probatur ex Inſtruct. 1. Hiſpalen. c. 9. pro Inquiſit. qua cauetur; Hæreticum omnino occultum eſſe ſecretò reconciliandum, & abſoluendum: ergo hæreticus omnino occultus, eſt excommunicationis vinculo alligatus, quia abſolutio ſupponit vinculum: id enim ſoluitur, quod eſt alligatum.

Hanc eandem ſententiam tenent omnes Doctores, exiſtimantes Eccleſiam habere poteſtatem ſuper actus purè internos: Quod quidem ſuaderi poteſt, ex eo, quòd Epiſcopus poteſt ſibi reſeruare peccata quæcunque interna, mentis ac cogitationis dumtaxat, vt probat Vgolin. loco citato n. 11. & Sanchez vbi ſupra, ſub num. 4. Ergo Eccleſia poteſtatem habet ſuper actus purè internos. *b*

Hoc idem probatur ex tex. in clem. 1. §. verũ, de hæret. vbi excommunicantur Inquiſitores, qui inquirunt, aut inquirere omittunt in cauſa hæreſis odio, amore, gratia, vel lucro: modò odium & amor ſunt actus interni, ergo Eccleſia iudicat actus internos.

Facit etiam tex. in clem. 1. §. quia verò, de ſtat. monac. vbi excommunicantur monachi, Curias Principum adeuntes intentione inferendi damnum eorum Prælatis, aut Monaſterijs: & ſic punitur intentio.

Accedit quoque tex. in c. dolentes, de celebr. Miſſ. vbi Eccleſia præcipit, vt horæ canonicæ, quæ de eius præcepto recitandæ ſunt, attentè & deuotè recitentur: quod Eccleſiæ præceptum, non modò de attentione, & deuotione exteriori, ſed interiori *b* eſt intelligendum. Vndè nonnullorum eſt opinio, quòd recitantes huiuſmodi horas canonicas ſine aliqua attentione actuali, aut virtuali, non ſolùm peccant mortaliter ex D. Th. 2. 2. q. 83. ar. 13. & alijs, ſed etiam non ſatisfaciunt, & fructus Beneficij ſibi non acquirunt, vt latè Nauar. de orat. & hor. can. cap. 13.

Ad idem adducitur tex. in c. omnis, de pœn. & remiſ. vbi dum Eccleſia præcipit, vt ſingulis annis peccata noſtra confiteamur, præcipit conſequenter, vt illa recogitemus: modò recogitatio eſt actus internus.

Ad hoc ipſum probandum adducunt præſentem canonem, & tex. in c. excommunicamus, il 1. §. credentes, de hæret. vbi excommunicantur hæretici credentes: & tamen credulitas eſt actus internus.

Denique in eodem noſtro canone excommunicantur omnes hæretici: ergo ex vi eiuſdem canonis omnes hæretici excommunicãtur, ſiue interni tantùm ſint: ſiue interni, & externi ſimul: quia qui omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus, ff. de leg. 3. e. ſolitæ, § nos tamen, in fine, vbi glo. in ver. quodcumque, de maior. & obedien. c. ſi Romanorum, 19. d. & lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præſtan. l. Quicunque, §. Prætor, ff. de in ius voc. & l. 2. §. homines, ff. de vi bon. rap. 3

His tamen non obſtantibus, in contrarium eſt communis Thelogorum ſententia, dicentium, ſcilicet, hæreticos omninò occultos, non eſſe excommunicatos. Ita D. Th. 1. 2. q. 91. ar. 4. Caiet. 2. 2. q. 11. art. 3. & alij ferè innumeri Doct. quos refert & ſequitur Sanchez loco citato, num. 2. Sayr. in explicatione præſentis canonis lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 4. n. 21. Farin. de Hæret. q. 192. n. 7. vbi allegat nonnullos Doctores, quorum alij dicunt, hanc opinionem eſſe communem: alij magis communem, & alij communiſſimam.

Et quoniam aliqui confundunt hæreticũ occultum, & hæreticum internum; idcirco pro huius rei explicatione, eſt annot. quòd actus morales quidam eliciti ſunt, & quidã imperati. Actus eliciti dicuntur hi, qui à voluntate tantùm eliciuntur, & extrinſecus non manifeſtantur. vt ſũt actus purè interni. Actus verò imperati, dicuntur actus exteriores prout à voluntate imperantur. Horum quidam dicũtur expreſſiui actus interni: quidam indifferentes ad exprimendum actum internum: & quidam ſunt, qui actum internum per ſe non exprimũt. Exemplum primi patet in eo, qui non credens ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum eſſe verum Chriſti corpus, dum eleuatur, caput ſuum non denudat, nec genuflectit. Exemplum ſecundi eſt datio rei temporalis pro ſpirituali; nam datio illa, eſt actus indifferens ad exprimendam ſimoniam; ex quo proprius ſimoniæ actus expreſſiuus eſt pactio rei ſpiritualis pro temporali, cap. tua nos, de ſimon. Exemplum tertij poteſt aſſignari in bonis operibus, quę fiunt ab hypocrita; opera enim bona non ſunt ex ſui natura hypocriſis expreſſiua; quæ mala eſt. 4 5

Conueniunt inter ſe actus eliciti, & imperati; quoniam ambo ſunt à voluntate dependentes, ſi enim à voluntate non procederent, actus hominis dicerentur; non tamen morales, ſicut eſt dormientis percuſſio, vt bene declarat. D. Th. 1. 2. q. 6. ar. 1. & 2. 6

Differunt autem prædicti actus inter ſe: quoniam actus elicitus eſt abſolutè internus, & conſequenter inſenſibilis ſecundùm ſe, quia non modò non ſubſtat ſenſibus; ſed neque ab Angelis ſciri poteſt, eùm Deus ſolus ſit ſcrutator cordiũ. At verò actus imperatus licèt ſit etiam actus voluntatis; non tamen eſt purè internus, ſed eſt internus, & externus ſimul; itaut nõ dicantur duo 7

actus;

actus;ſed vnicus tantùm,compoſitus ex actu in-
8 terno pro parte formali, & principio informante;& externo pro materiali. Sic Petrus v. g.non dicitur duo ſuppoſita: ſed vnicum tantùm compoſitum ſcilicet ex parte formali, nempe anima informante;& ex parte materiali, nempe corpore. Vndè ſicut anima Petri abſolutè ſumpta,licèt non ſit ſecundùm ſe ſenſibilis;eſt tamen aliqualiter ſenſibilis per corpus, & ſic per accidens; ita etiam actus purè internus, licèt ſecundùm ſe non ſit ſenſibilis;eſt tamen ſenſibilis per actum externum.His breuiter ſic adnotatis, ſit.

Prima Concluſio.

HAereticus purè mentalis, licèt ſit verè hæreticus;non tamen incurrit cenſuras, & pæ-
9 nas contra hæreticos ſtatutas.Hæc concluſio eſt cõmunis,vtſupra diximus. Et Suarez de cenſur. diſp.4 ſec.a.& alij exiſtimant veram eſſe,nõ modò in cenſuris ferendis;ſed etiam in cenſuris,quæ feruntur ipſo facto;vt ſunt cenſuræ,quæ continẽ tur in noſtra Bulla,& aliæ ſimiles.

Primam partem concluſionis ſupra ptobaui-
10 mus Probatur modò concluſio quoad ſecũdam partem; quia Eccleſia non iudicat de internis, vt eſt tex.in cap. tua nos,de ſimon. in illis verbis. *Nobis datum eſt de manifeſtis tantummodo iudicare, &c.* Eſt enim Eccleſia ſenſibilis; & ideo ſicut directè poteſtatem non habet,niſi in homines ſenſibiles,& in animas non niſi corporibus vnitas; ita directam poteſtatem non habet in actus purè internos.

Confirmatur: quia excommunicatio pertinet ad forum Eccleſiaſticum externum: ergo ferri non poteſt pro hæreſi purè interna.

Præterea excommunicatio eſt actus iuriſdi-
11 ctionis coerciuæ;ergo non poteſt ferri pro actibus elicitis,& purè internis: quoniam latentia peccata vindictam non habent c.Chriſtiana, 32. q.5.Et cogitationis pœnam nemo patitur,l.cogitationis,ff.de pœn.& c.cogitationis,de pœnit.d. 1. Occulta enim,& incognita illi tantùm ſunt reſeruata,qui ſolus nouit corda fidelium hominũ, vt in d.c.tua nos,in fine, de ſim.c. ſi quando 15. q.6.& c.conſului,2.q.5.

Secunda Concluſio.

HAereticus, qui hæreſim mente conceptam actu indifferenti expreſſit,aut bono, non
12 eſt excommunicatus. Probatur, quia illi actus non ſunt ex ſe expreſſiui actus interni mali, & conſequenter non ſunt ſenſibiles. Nam ſi actus ille eſt bonus, non niſi temerè poteſt iudicari malus ob prauam intentionem operantis. Eodem pacto ſi eſt indifferens ex obiecto ac circũſtantijs externis, tunc etiam in foro Eccleſiæ præſumitur bonus,eo quòd quilibet præſumitur
13 bonus,niſi probetur malus, l.omnimodo, & ibi glo.C.de inoffic. teſtam.l.cùm quidam, ff.de leg. 2.c.dudum,de præſum. Vndè huiuſmodi hæreſis ſimpliciter dicitur interna, potius quàm externa:& propterea ab Eccleſia iudicari non poteſt, cùm non iudicet de internis,vt ſuperiori concluſione diximus.Ita Suar.Sayr. Sanchez,& alij Doctores ſupra citati.

Ex hoc infertur primò quòd ſi excommunica
14 tio ſe tatur contra hypocritas, illa excommunicatio non cõprehendit eos,qui hypocriſim non alio ſigno indicant, quàm per bona opera: quia bona opera ex ſe non ſunt manifeſtatiua hypocriſis,quæ eſt mala: bonum enim mali non eſt expreſſiuum. Eadem ratione Caluiniſta hæreticus,qui mantalem hæreſim bonorum operũ dumtaxat exercitio, abſtinentia, eleæmoſynis, &c.exprimit, non eſt excommunicatus:quia bona opera non ſunt ex ſe mali interni manifeſtatiua.

Secundò Infertur quòd Simoniacus ex ſolo animi affectu abſque exteriori pacto non incurrit cenſuras, & pœnas contra ſimoniacos latas, etiam ſi interueniat exterior datio, & acceptio rei ſpiritualis pro temporali, ex illo animi affectu prouenientes: quia datio illa eſt actus indifferens ad exprimendam internam ſimoniam, vt ſupra diximus ex d.c.tua nos, de ſimon.

Tertiò infertur, quòd qui ex interna hæreſi,
15 coram Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento caput non denudat,genu non flectit, eo quòd putat illud non eſſe verum Chriſti corpus, non eſt excommunicatus: quoniam illud factum exterius,eſt ex ſui natura indifferens ad manifeſtan-
d dã hæreſim *d*,vt per Azor.lib.8. Inſt. moral. c. 9. q.12.p. 1. Quod tamen verum putat Sanchez in Decalog.lib.2.c.8.ſub num.16.vbi tales circumſtantiæ concurrunt,quibus factum illud exterius obliuioni aut inaduertentiæ tribui poſſet: ſecus autem ſi ex tali facto hæreſis ſuſpicio conciperetur.

Quartò infertur quòd ſi quis crederet forni-
16 cationem non eſſe peccatum, & proinde fornicaretur,non eſſet excommunicatus: quia fornicationis actus non eſt expreſſiuus ex ſe ſupradictæ hæreſis,in mente retentæ,vt bene docet Sãchez loco citato,num.15.

Tertia Concluſio.

17 HAereticus, qui aliquo actu imperato, & externo,erroris manifeſtatiuo, hæreſim ſuam internam manifeſtauit, excommunicationem,contra hæreticos latam incurrit; etiam ſi talis actus ſit adeò occultus,vt probari nõ poſſit.

Prima pars concluſionis patet. Probatur modò concluſio quoad ſecundam partem: quia quamuis actus ille ſit occultus;tamen ſecundùm ſe eſt ſenſibilis: eo quòd eſt ex ſe manifeſtatiuus actus interni mali. Modò cum Eccleſia habeat iurisdictionem ſuper actus ſenſibiles, & imperatos; nimirum ſi poteſt hæreticum quantumuis occultum excommunicare. Hæc concluſio eſt communis, & ita intelligendi ſunt quamplurimi Canoniſtæ qui tenent hæreticum occultum eſſe excommunicatum, vt bene declarat Farin. loco citato, num. 6. & alij ſupra citati Doctores.

Hinc ſequitur quòd qui verbo, aut ſcripto quantumuis occultis, hæreſim mente conceptam manifeſtauit, incidit in excommunicationem noſtri canonis: nam ille actus eſt occultus per accidens,& eſt talis naturæ, vt ab Eccleſiæ ſciri poſſit,cùm ſit ex ſe ſenſibilis, vt ex Caietano docet hic Sayr.num.19.& Syl.in ſum.in verb. Ex-

com-

communicatio 7. num. 3. & ſeq.

Benè verum eſt, quòd non ſufficit quodcun-
8 que verbum, aut ſcriptum, vel etiam ſignum, vt per illud hæreſis manifeſtata, ac externa cenſeatur; ſed opus eſt, vt prædicta ſufficienter internâ hæreſim manifeſtent, ita vt ſi aliquis adeſſet, poſſit illam percipere. Vndè hæreticus, qui hæreſim mente retentam characteribus ſcribit, quæ ciſtæ vulgò dicuntur, & à nullo alio intelligi poſſunt, quàm ab ipſo hæretico, tunc in excommunicationem proculdubio non incidit. Sic etiam, qui ex interna hæreſi prodiret in blaſphemiam non hæreticalem, non dicetur hæreticus externus, & conſequenter non eſſet excommunicatus; vt ſi exiſtimans, Deum eſſe triſtitiæ capacem, aut amiſſionis vitæ, aut non eſſe potentem, prorumperet in huiuſmodi blaſphemiæ uerbo: Pœniteat Deum: Non ſit poteſtas Dei: uel per Dei uitam: quoniam dicta uerba non indicant hæreſim mente retentam. Sicut etiam, qui legendo, aut diſputando hæreſim in-
9 ternam proferat: aut ebrietatis tempore: quia prædictis caſibus non contrahit ſuſpicionem hæreſis, ut benè declarat Sanchez lib. 2. in Decalog. c. 8. à n. 7. uſque ad 24. ubi etiam docet, quòd actus ille externus debet eſſe ex ſe malus, & mortalis, non per ſolam relationem ad actum internum; ſed etiam ſecundùm operis externi quantitatem: quia cùm excommunicatio non imponatur niſi ob letalem culpam externam, à voluntate imperatam, oportet, vt id culpa ſit mortalis, prout per actum externum manifeſtatur.

Vndè ſi quis exiſtimans Eccleſiam non habere poteſtatem prohibendi carnis eſum, minimam carnis quantitatem comederit ſexta feria, aut Sabbato, cuius quantitatis eſus ſatis non eſſet ad committendum peccatum mortale, proculdubio non dicetur hæreticus externus, nec hæreticorum cenſuris, ac pœnis ſubijcietur, quoniam illius minimæ quantitatis carnis eſus, non eſt ſufficiens ad manifeſtandam ſupradictam hæreſim, mente conceptam.

Quod puto verum, niſi talis, ita minimam illam carnis quantitatem comederit, vt notabilem comedendi quantitatem, animum habere demonſtrauerit: quia per talem voluntatem, etiam ſi nullus ſequatur carnis eſus, ſufficienter propalatur hæreſis prædicta in mẽte retenta. Et hoc etiam ſi voluntatem huiuſmodi manifeſtaret in occulto, nullo penitus audiente, nec præſente: nam adhuc diceretur hæreticus externus, & vltra excommunicationem, quam contraheret, vniuerſis etiam hæreticorum pœnas incurreret, ſicut omnes alij hæretici eodem modo occulti: quia etſi ad exequendam pœnam ipſo iure latam exigatur probatio delicti, & proceſſus iudicialis; id tamen non requiritur ad illam incurrendam, ſed ſatis eſt delictum eſſe externum. Ita Sanchez loco citato, ſub n. 6. quem refert, & videtur etiam ſequi Farin. de hær. q. 191. ſub n. 6. prope finem.

Sed dicet aliquis. An ſi quis in mente dubitans, an Chriſtus ſit filius Dei, poſtea veluti per continuationem proferat exterius: Credo quidem non eſſe: in excommunicationem hanc incidat?

Alter. in explicatione huius can. cap. 2. col. 8. ver. An verò ſi hæreticus: inclinat in partem affirmatiuam: quoniam eadem verba, quatenus coniunguntur interiori conceptui, hæreſim ſufficienter exprimunt. Etenim ſi hæreticus huiuſmodi communicaſſet alicui ſuum conceptum interiorem, & deinde adderet verba illa exteriora, tunc verè exprimeret hæreſim: ergo idem dicendum eſt, quando ſecum ipſe loquitur. Deinde hoc verbum exterius, eſt imperatum ab hæreſi interiori: ergo ex ſe ſufficienter eſt hæreſis manifeſtatiuum.

Ego autem contrarium arbitror omnino ve-
23 rius: nam verba illa: Credo quidem non eſſe: non ſunt ex ſe hæreſis internæ manifeſtatiua, ſed indifferentia ad exprimendum tam fidem, quàm hæreſim. Sicut quando quis cogitando de aliqua hæreſi, & actu interiori illi aſſentiendo, voce exterius illam exprimat, dicens, v. g. Ita eſt: vt habetur ex Sayr. in explic. eiuſdem can. lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 4. n. 19. At ſecundùm communem ſententiam, à nobis ſupra relatam, concl. 2. & à Sayr. loco cit. num. 26. hæreticus mentalis, qui actu indifferenti, & hæreſis ex ſe non manifeſtatiuo, hæreſim mente retentam manifeſtat, in excommunicationem hanc non incidit.

Vndè ad contraria facilè reſpondetur. Et ad primum negatur conſequentia: nam per communicationem dubij, & prolationem dictorum verborum coram eodem, ſatis ſuam manifeſtauit hæreſim, maximè ſi ſtatim poſt dubij communicationem illam protulerit: quod dicendũ non eſt, quando ſecum ipſe loquitur. Ad ſecundum patet reſponſio: quoniam verba illa, licèt ſint imperata, ab actu interno; tamen ſunt indifferentia ad manifeſtandam internam hæreſim: aliàs ſequeretur, quòd vbi quis cogitando de hæreſi, & actu interiori illi aſſentiens, voce dicat: Ita eſt: hæreſim ſufficienter manifeſtaret, cùm verba illa ſint imperata ab hæreſi interna. Quod quidem eſt manifeſtè falſum.

Hæc, quę diximus de actu hæreſis internę ma-
24 nifeſtatiuo, vt ſatis ſit ad cõſtituendum aliquem hæreticum externum, & obnoxium omnibus pœnis contra hæreticos latis, limitantur primò non procedere in eo, qui hæreſim mente conceptam in Sacramentali confeſſione propalauit: quoniã hic actus eo ipſo, quòd in cõfeſſione fit, non ſolùm ex ſui natura eſt bonus: ſed etiam eſt extra iudicium humanum, & quodãmodo alterius rationis: & propterea non incidit in cenſuras, & pœnas hæreticis conſtitutas.

Secundò limitatur in eo, qui ſuam hæreſim
25 mentalem recognoſcens, illam coram Inquiſitoribus confiteretur, aut alicui fideli amico manifeſtaret ad conſulendum eum pro hæreſi detestanda: nam tunc in excommunicationem, & aliàs pœnas non incidit: quia hic actus bonus eſt: aliàs hæretico purè mentali omnis via ad eius conuerſionem præcluderetur.

Tertiò limitatur in eo, qui hæreſim vt ſupra
26 mentalem per iocum manifeſtauit: nã tunc prędictas pœnas non contrahit. Quod verum eſt, quando hæreticus purè mentalis per iocum narrat fuiſſe in aliqua hęreſi de præterito, in qua modò non eſt: ſecus autem, ſi per iocum manifeſtat hæreſim, in qua de præſenti reperitur: quia tunc excommunicationem, & pœnas huiuſmodi incurrit:

currit: eo quòd licèt ridendo extrinsecus hæresim manifestet; tamen sæpè contingit ridentem dicere veritatem. Ita Sayr. lib. 3. t. 1. c. 4. n. 31. in explicatione præsentis canonis. Cui quidem quo ad hoc vltimum non assentior, nisi per talia verba iocosè prolata contraheret suspicionem hæresis apud astantes, per ea quæ supra diximus.

Ad argumenta respondetur.

AD primpm dicimus, quòd licèt hæresis solo interiori mentis actu perficiatur; non ex eo tamen sequitur, Ecclesiam posse de illa iudicare, cùm primum mente concipitur, & consequenter hæreticos purè mentales excommunicare: quia vt supra probauimus, Ecclesia non iudicat de actibus purè internis. Et quamuis hæretici de iure eo ipso excommunicentur, id intelligitur, vt eo ipso sint excommunicati, vbi hæresis ad exteriorem actum peruenerit.

Nec obstat Royas argumenti retorsio loco citato, dicentis, quòd si Ecclesia de occultis iudicare non potuisset, hæreticum occultum, & mētalem constituere pariter non posset: quoniam respondetur quòd Ecclesia propter assistentiam Spiritus sancti, quam præcipuè habet in his, quæ pertinent ad fidem: propter quam circa ea non potest errare, is qui errorem habet in intellectu, fidei Catholicæ contrarium, iure Diuino potius, quàm humano, hæreticus pronunciatur.

Ad secundum respondetur, quòd instructio illa Hispalensis non loquitur de hæretico purè mentali; sed de hæretico, qui hæresim extrinsecus, sed occultè propalauit, vt habetur ex Sanchez loco supra allegato, cum alijs ab eo relatis.

Ad tertium dicitur, quòd ideo Ecclesia potest
27 sibi reseruare peccata purè interna, & consequēter hæresim purè mentalem: quia reseruatio nō habet propriam & veram rationem penę, sed est negatio, seu ademptio iurisdictionis absoluendi in foro interiori. At ferre censuram pro culpa mentali est pœnam imponere, & consequenter iurisdictionem exercere, quam non potest exercere, nisi super actus sensibiles, vt supra probauimus. Ita Vgol. & Sanchez, locis citatis.

Ad iura supra allata ad probandum Ecclesiam
28 habere potestatem super actus purè internos; respondetur, iura illa loqui de actibus internis, non secundùm se, sed prout informant externos, seu loquuntur de externis, vt procedentibus ab actibus internis, vt benè respondet Suar. de censur. disp. 4. sec. 3. vbi à n. 10. vsque ad n. 18. nōnulla alia contraria adducit, & soluit.

Vel secundò dicimus ex Sayr. in explicatione nostri canonis, n. 22. quòd iura illa non loquuntur de actibus purè internis directè, sed indirectè, quatenus actus interiores sunt principia, & circunstantiæ actuum externorum, & sic idem in re sentit Sayr. ac ipse Suar.

Ad vltimum argumentum respōdetur, quòd tunc vera est regula; Qui omne dicit, nihil excludit: quando aliqua ratio tacitè non inhæreat, vel subsequatur, quæ regulam restringat, vt benè docet Bal. in l. si quis seruo, C. de fur. Vndè cùm Ecclesia non habeat iurisdictionem super actus internos, textus noster, qui generaliter loquitur de omnibus hæreticis, intelligendus est de hæreticis, qui eorum hæresim interiam aliquo actu externo manifestant.

ADDITIO.

a Consumatur. Est tamen verum, quòd quāuis hæresis consumetur in intellectu; nihilominus initium habet à voluntate: siquidem fides incohatur à voluntate, & consumatur in intellectu per assensum, seu iudicium veritatis; cùm actus fidei non sit purus actus intellectus; sed est ab intellectu moto à voluntate, applicante intellectum per suum actum ad assensum fidei: ergo & hæresis cùm opponatur fidei non solùm priuatiuè, sed etiam contrariè, licèt ortum habeat à voluntate; consumatur tamen in intellectu per aliquem actum fidei assensui contrarium; qui non est alius, quàm assensus, seu iudicium falsum, & erroneum, vt rectè declarat Suar. de Fid. disput. 19. de Infidel. Apost. & Hæret. sectione 4 sub num. 3. vbi etiam sub num. 4. id limitat verum esse de consummatione actus hæresis, vel fidei quoad Deum: secus autem quoad Ecclesiam: nam quoad eam tam actus fidei, quam actus hæresis consumantur per actus tantùm externos. Etenim quemadmodum præter voluntatem credendi, & assensum, in quibus substantia fidei consistit, datur etiam confessio fidei, quæ signis, & actionibus exterioribus efficitur, ac necessaria est ad salutem, iuxta illud Apost. ad Roman. 10. *Corde creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem*. Ita etiam in hæresi præter pertinaciam, & iudicium erroneum, addi solet exterior professio hæresis, quę suam quoque malitiam continet, & damnationem auget apud Deum, ac necessaria est ad pœnas contrahendas. Abb. Alexan.

b Interiori. Adde, quòd tex. in d. cap. dolentes, per Duardum hoc loco relatum, Doctores variè interpretantur. Etenim quidam volunt, in eo non dari præceptum, sed tantùm consilium de recitandis horis canonicis studiosè, ac deuotè; quoniam Ecclesia non potest punire actus purè internos, qualis est attentio. Vndè non desunt, qui velint, Sacerdotes satisfacere præcepto Ecclesiæ de horis canonicis recitandis, qui illas recitant, mente sponte distracta; modò nullum aliud opus externum efficiant inter recitandum. Ita Syl. in sua sum. in ver. Hora, num. 14. Angel. eod. ver. num. 28. D. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 4. §. 7. & alij, qui eodem modo putant dicendum esse de attentione ad Sacrificium Missæ: Iri nanque volunt, quòd qui inter ipsum Sacrum sponte diuagantur mente, & cogitationc non attendendo ad Missam, satisfaciunt præcepto illius. Alij dicunt, tex. in d. cap. dolentes, de celebrat. Missar. continere præceptum recitandi horas canonicas attentè, non solùm attentionc externa; verùm etiam & interna, atque ideo letalem culpam contrahere clericū, & præceptum non implere, si vltrò distractus horas ipsas canonicas recitet. Ita Maior. in 4. d. 12. quæst. 7. Caiet. 2. 2. quæst. 83. art. 3. Azor t. 1. Institut. moral. lib. 10. cap. 12. quæst. 6. vers. opinio secunda, Nauar. de orat. cap. 13. num. 19. & alij quamplurimi. Sunt præterea alij, qui

opinantur, tex. in d. cap. dolentes, loqui propriè de horis canonicis, quæ persoluuntur in choro: siquidem Summus Pontifex duos defectus prius retulerat circa horas canonicas, quæ recitabantur in choro: vnus erat, recitare syncopando, & transcurrendo: alter vero miscere confabulationes, & ad illas auditum applicare. Contra primum defectum præcipit horas canonicas studiosè esse recitandas, ideſt integrè: contra secundum verò statuit deuotè persoluendas esse, ideſt citra vllum impedimentum, attentioni contrarium. Hæc sententia videtur Syl. loco citato, quæst. 11. quam etiam videtur sequi Suar. tom. 3. de Relig. lib. 4. de attent. & circumſt. seruato. in choro, cap. 14. num. 3. cum plur. seq. dum videtur uelle tex. in d. cap. dolentes, continere præceptum internæ deuotionis, quatenus supradictis defectibus contraria sit, seu prohibendo illos defectus, quatenus huic orandi modo contrarij sunt: & lib. 3. de orat. uoc. cap. 4. & lib. 4. de attent. priu. cap. 26. illam attentionem exigit in recitandis horis canonicis, quæ necessaria est ad subſtantiam orationis uocalis. Hæc autem attentio est ad uerba dumtaxat; non uerò ad sensum uerborum, & ad mysteria, de qua triplici attentione habetur ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 82. ar. 3. Medin. C. de orat. cap. 14. & alijs. Etenim prolatio uerborum citra attentionem aliquam non esset actus humanus: sicut & Missam audire sine attentione non posset dici moralis actus, & formaliter actus humanus, nec daretur moralis præsentia, quæ requiritur ad implendum præceptum audiendi Missam; atque ideo, qui in Missa negotiaretur, confabularetur, dormiret, aut attentiſſimè studeret, non diceretur habere præsentiam moraliter necessariam, ad implendum prædictum præceptum; & propterea se haberet, ac si præsens non esset: eo maximè, quoniam auditio Sacri die festo, præcipitur non solùm vt actus humanus; verùm etiam, vt actus religiosus, & ad cultum Dei pertinens, non minus ac canonicarum horarum recitatio. Hæc sententia nobis videtur verior: siquidem in omnem euentum, siue attentio præcipiatur, vt principium actuum externorum: siue indirectè, vt concurrit ad componendum actum externum moralem: siue requiratur, vt de essentia orationis vocalis, tam ad implendum præceptum audiendi Missam, quàm recitandi horas canonicas, omnes conueniunt non requiri omnem attentionem; sed tantùm mediocrem formalem, aut virtualem, ita vt non fiant actiones incompatibiles cum huiusmodi attentione, vt colligitur ex d. cap. dolentes, in illis verbis, *Quantum eis dederit Deus*. Vnde inter audiendum Sacrum die festo, ob id Suar. tom. 3. in 3. p. disp. 88. sec. 3 Azor. tom. 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 5. quæst. 4. Nauar. in Manual. cap. 21. n. 1. & de orat. cap. 19 n. 178. Tol. lib. 6. suæ sum. cap. 6. n. 2. & alij volunt, licitum esse Diuinum officium persoluere, aut iniunctam pœnitentiam adimplere: nam huiusmodi actiones licèt extenuent; non tamen impendunt attentionem Missæ debitam, vt habetur ex eodem Nauar. in Man. cap. 13. num. 16. & 17. Vbi tamen addit, quòd qui distractionem voluntariam habet in choro, animo repetendi officium priuatè, peccat mortaliter, & non lucratur distributiones ordinarias coram Deo: siquidem supponit, Canonicos, & alios huiusmodi ex præcepto iustitiæ teneri ad canendum in choro non tantùm materialiter, sed etiam formaliter, & uerè orando. Est tamen uerum, quòd probabilior nobis uidetur Suar. opinio in d. cap. 14. num. 12. contrarium sentientis circa restitutionem distrisiutionum: & num. 13. aliquando huiusmodi personas excusat à letali culpa. D. Cæsar.

d Hæresim. Non tameo ita dicendum est de eo, qui nec aperit caput, dum hostia eleuatur, & de eo, qui ex interna hæresi nunquam ingreditur templum: hi enim sufficienter eorum hæresim manifestant, vt habetur ex eodem Sanch. à Duardo hoc loco relato. Idem dicendum est de eo, qui per verba æquiuoca, & amphibologica suam hæresim manifestat, vt habetur ex Suar. de censur. disp. 4. sec. 3. num. 37. & latè Bonac. in explic. Bullæ Cœnæ, disp. 1. q. 2. pun. 1. num. 4. vbi etiam num. 7. addit, quòd ad incurrendam excommunicationem ita demum satis est manifestatio modo prædicto; si manifestatio illa proueniat ab interna hæresi, cum qua interna vnum peccatum integret. Vndè legens, transcribens, aut disputando pronuncians hæresim, quam antea tenebat, non incurrit excommunicationem, si eam legat, vel transcribant, aut pronunciet citra animum hæresis asserendæ: siquidem manifestatio illa non ostendit animum hæreticum. Alia ad hanc rem pertinentia, vide penes Garz. & alios relatos per eundem Bonac. loco citato, Abb. Alex.

An ad constituendum aliquem hæreticum, exigatur, vt omnino sit pertinax circa errorem, quem habet in intellectu. Q. 25.

SVMMARIVM.

1 *Pertinacia, est de ratione hæresis.*
2 *Pertinacia quid propriè significet, declaratur.*
3 *Pertinax dicitur, qui sciens aliquid definitum esse ab Ecclesia, contrarium sentit.*
4 *Pertinax quando quis dicatur, & bis monitus à proprio Prælato in suo errore perseuerat.*
5 *Pertinax formaliter nunquam quis dicitur, nisi aduertat se Ecclesiæ catholicæ repugnare.*
6 *Pertinax non dicitur, qui per ignorantiam quantumuis crassam, credit aliquid contra fidem.*
7 *Pertinax, licèt non dicatur culpabiliter ignorans, quæ sunt fidei; in foro exteriori tamen dicitur hæreticus.*
8 *Pertinax quis dicitur pluribus alijs modis, & maximè hæreticus negatiuus.*
9 *Assentiens propositioni, etiam ad fidem non pertinenti, aut secundùm fidem, si contrarium putat fuisse definitum ab Ecclesia, et hæreticus in excommunicationem istam incidit.*
10 *Hæreticus negatiuus quis dicatur, & quot conditiones exigat.*

1 BReuiter respondetur ex communi Theologorum, ac Iurisfarum sententia, quòd sicut de

de ratione hæreſis, eſt error in Intellectu fidei catholicæ contrarius, vt ſupra probauimus; ita de eiuſdem ratione eſt pertinacia in voluntate. Et propterea nullus dicitur hæreticus qui in defenſione ſui erroris non ſit pertinax: quia aliàs nonnulli ſancti Patres, qui habuerunt errorem in intellectu contra fidem, eſſent dicendi hæretici: quod eſt manifeſtè falſum: eo quòd parati erant determinationi Eccleſiæ obedire, & cum ea in omnibus ſentire, vt ex D. Th. & alijs probat Eym. & in eum Pegna in Dir. Inquiſi. q. 32. p. 2. vbi licèt plures pertinaciæ deſcriptionis referant; tamen re vera pertinacia non ſignificat aliquam temporis durationem, & moram; ſed voluntatis electionem cũ certa ſcientia eius, quod credit, & ſentit Eccleſia, vt latè probat Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 1. c. 9. q 2.

Pertinax autem multis modis aliquis dici poteſt. Primò, qui ſciens aliquid ab Eccleſia definitiuum, contrarium ſentiat: hic enim pertinax eſt, & conſequenter hæreticus. Nec expectari debet, an corrigi velit: nam quo pacto paratus corrigi ab Eccleſia eſſe poteſt, quam tunc ſciens manifeſtè impugnat. Vndè etiam ſi talis dicat ſe paratum eſſe corrigi, non eſt audiendus, donec ita ſciens in ſuo errore pertinaciter perſeuerat, vt cum Alfon. Caſtr. tenet Vgol. in explic. præſentis can. § 1. ſub num. 9.

Secundò, pertinax dicitur, qui errorem habẽs in intellectu, fidei catholicæ contrarium, & edoctus de veritate ab inquiſitore hæreticę prauitatis, aut à proprio Epiſcopo, in ſuo errore pertinaciter perſeuerat, vt per Anan. in rubr. de hær. n. 1. prope finem in ver. Ex quo inſert. vbi etiam Feli. poſt principium, & alij.

Dixi ab Inquiſitore aut proprio Epiſcopo: quia ſi à priuata perſona edoceatur, non dicitur pertinax, ex Vgol. loco citato. Et ſi Felin. vbi ſupra, in ver. Et dicitur pertinax: poſt prin. pertinacem hæreticum doceat eſſe illũ quoque, qui Theologo non credit: quem videtur etiam ſequi Farin. cum alijs quos allegat. de hær. q. 196. num. 11. vbi n. 12 limitat, vt tunc demum monitus, ab Inquiſitore, & Epiſcopo, cenſeatur pertinax, ſi in errore perſeuerat, quando monetur in his, quæ ſunt damnata, vel expreſſè aſſerta ab Eccleſia: ſecus in non expreſsè damnatis, aut aſſertis: nam tunc quis credere non tenetur alicui etiam Prælato, excepto Papa, niſi illa aſſertio, claris comprobetur argumentis, aut Prælatus eſſet Theologus: & errans idiota: quia his caſibus pertinax reputaretur, niſi Epiſcopo crederet, aut Inquiſitori. De qua re remittit ſe ad Sanchez in Decal. lib. 2. c. 7. in rubr. de hær. & poſt. n. 25. vbi ait ſibi non probari ſententiam eorum, qui dicunt hæreticum pertinacem illum eſſe, qui exiſtimans Eccleſiæ non contraueniré, aut Pontifici, defendit hæreſim non acquieſcendo Inquiſitoribus, ſuo Epiſcopo, & alijs viris doctis. Vnde talem negat eſſe hæreticum, & pertinacem: & ſolum temerarium eſſe putat. Hanc eandem ſententiam tenet Sayr. in explicatione noſtri canonis, lib. 3. Theſ. c. 4. n. 17. cum alijs ab eo allegatis: quia nunquam dicitur quis formaliter pertinax, niſi aduertat ſe Eccleſiæ catholicę repugnare. Peccat tamen talis contra fidem obſtinantem ipſum, ſuppoſita tali monitione, ad ſententiam mutandam. Ita Sayr. ibi.

Et hæc vera ſunt, etiam ſi per ignorantiam craſſam ignoret errorem, quem habet in intellectu, eſſe fidei catholicæ contrarium: quoniam qui ignorat ea, quæ ad fidem pertinent quantumuis culpabiliter, non dicitur pertinax: quia pertinacia, eſt electio voluntatis cum certa ſcientia, & notitia eius, quod credit, & ſentit Eccleſia.

Et quod dicitur de ignorantia craſſa, idem dicendum eſt de ignorantia affectata. Vnde ſi quis per ignorantiam affectatam errat circa ea, quæ ſunt fidei, ſi alioquin ſit paratus Eccleſiæ correctioni ſtare, hæreticus non eſt, ſaltem in foro interiori: nam poteſt quis conſultò res fidei ignorare, & tamen implicitè credere quicquid credit Eccleſia, & conſequenter non eſſe pertinax. Ita Bann. 22. q. 11. ar. 1. & alij, quos refert, & ſequitur Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 1. c. 9. q. 7.

Et hoc etiam ſi talis errans iuraueriſe nunquam receſſurum à ſua opinione: nam ſuppoſita ignorantia, & quòd falſum credens credat ſe verum credere, nec catholicæ fidei contrariũ. pertinax dici non poteſt, vt ex Deciano tenet Farin. vbi ſupra ſub num. 14.

Nec obſtat. ſi dicatur quòd furtum, & ſimilia crimina per ignorantiam craſſam, aut affectatã perpetrata, ſunt eiuſdem ſpeciei, cuius eſt furtũ, & crimina ſcienter commiſſa: cùm ignorantia craſſa, ſicut lata culpa, dolo æquiparetur, vt in l. cedere diem, § vlt. & l. latæ, & l. magna, ff. de verb. ſign. quoniam reſpondetur ex eodem Azo. ibi quòd furtum, & ſimilia crimina opere exteriori complentur. Vndè, vt ſint eiuſdem ſpeciei peccata, cuius ſunt ea, quæ ſcienter committuntur, ſufficit ſi ſint aliquo modo voluntaria per ſe ipſa, aut in ſuis cauſis, qualia ſunt ea, quæ per ignorantiam craſſam, aut affectatam committũtur. At hæreſis crimen exigit errorem intellectus voluntariè, & pertinaciter ſuſceptum; quam pertinaciam excludit ignorantia craſſa aut affectata, & conſequenter excuſat ab hæreſi, licèt nõ excuſet à peccato.

Immò, nec etiam à crimine hæreſis in foro exteriori: quia ſaltem iuris fictione ſunt hæretici, vt per Azor. loco citato, & Toletum in explicatione huius canonis, num. 3. maximè ſi taliter errans à Iudice fidei vocatus de veritate fidei informetur, & clarè ad oculum ſibi oſtendatur; quòd illud, quod tenet, ſit contra fidem catholicam; nam ſi in ſuo errore adhuc perſeueret, in foro exteriori eſt iudicandus hæreticus, cùm clarè oſtendat habere pertinaciam, vt per Eymer. & in eum Pegna, in Dir. p. 2. q. 32. de hæret. prau. Vndè in foro exteriori ſubijcitur excommunicationis & pœnis, contra hæreticos latis. In foro autem interiori nunquam dicitur pertinax, niſi intellectu perceperit ſuum errorem eſſe contra fidem catholicam: & proinde, licèt peccet mortaliter, vt diximus; non tamen eſt excommunicatus: quia non eſt hæreticus. Hinc D. Aug. ait epiſt. 162. *Errare quidem potero, ſed hæreticus non ero.*

Tertiò, pertinax dicitur, ſeu contumax ex eodem Vgol. loco citato, & ante ipſum Caiet. 22. q. 11. ar. 2. & in ſum. in ver. Hæreſis, qui aliquid credit, quod ab Eccleſia definitum adhuc nõ eſt, ſed ita credit, vt nolit ſuam opinionem dimittere, eſtò quòd Eccleſia contrarium definiat.

Quartò pertinax hæreticus appellatur, qui
6 malitiosè nolit vti diligentia ad conſulendum peritiores, ne fortè ab illis de errore conuince-
a retur, & cogeretur errorem relinquere a, in quo perſeuerare conſtituit, quamuis veritatem fuerit edoctus: ſecus autem ſi ex negligentia id prætermiſerit: nam tunc, licèt mortaliter peccet; non tamen eſt pertinax, ſi paratus ſit corrigi, vt ex Decian. contra quoſdam docet Farin. in d.q. 196. n. 13.

Bené verum eſt, quòd ſi quis aſſentit alicui propoſitioni, ſiue vera ſit, ſiue falſa, etiam ſi non pertineat ad fidem, ſi tamen putat oppoſitum propoſitionis, quam ipſe veram tenet, definitũ eſſe ab Eccleſia, tunc vt hæreticus incidit in excommunicationem huius canonis: quoniam tunc errorem habet pertinacem; ſcilicet non eſſe in vniuerſum verum, quod proponitur ab Eccleſia de fide tenendum. Ita Alter. hoc loco c. 2. col. 5. ver. Ex dictis.

Quintò, pertinax nuncupatur, qui legitimis
10 teſtibus de hæreſi conuictus, conſtanter in negatiua perſeuerat: & catholicum ſe eſſe profitetur. Is enim dicitur hæreticus negatiuus: & proinde tanquam impœnitens venit ſæculari Curiæ tradendus, vt in c. Ad abolendam, §. præſenti, de hæret. latè Royas p. 2. de hæret. aſſert. 20. n. 214. & alij, quos refert, & ſequitur Farin. eod. tract. q. 78. à n. 20. ad 23.

Dicitur autem hæreticus negatiuus, quinque copulatiuè concurrentibus. Primò enim requiritur accuſatio de vera, ac formali hæreſi. Secundò, quòd verba hæreticalia ſint clara, certa, & non dubia. Tertiò quòd per idoneos teſtes ſit legitimè conuictus. Quartò, quòd in hæreſi negatiua perſeueret. Quintò, quòd factum ſit recens: nam in facto antiquo obliuio præſumitur, & in facto proprio etiam per biennij tãtùm lapſum, vt in l. ſi arbitror, ff. de probat. Royas p. 1. dicti tract. n. 84. & Farin. loco citato, vbi in factis hæreticalibus arduis probat per temporis diuturnitatem non præſumi obliuionem. Vndè is, qui hæreticalia verba, aut facta confitetur: & impiam eius intentionem abnegat, non poteſt dici hæreticus negatiuus: eſt tamen torquendus, & ad cautelam reconciliandus. Ita Royas in d. tract. p. 2. aſſer. 18. & 19. à n. 207. ad num. 213. & ſi quoad facta contrarium conetur probare Farin. de hæreſ. q. 187. n. 18. & 19. Nonnulla alia ad hanc materiam pertinentia, tractat Farin in d. q. 196. per totam, vbi per quamplurimas ampliationes, ac limitationes explicat quot modis quis dicatur hæreticus pertinax. Adde hic etiam, quæ docet Alter. in explic. noſtri canon. c. 2 col. 4. in ver. Quartum. & in ver. Ratio, vbi rationem affert, cur ad conſtituendum aliquem hæreticum exigatur pertinacia. Et in ver. Sed poſtulabit: refert plures quoque caſus, in quibus aliquis dici poteſt pertinax.

ADDITIO.

a Relinquere. Quamuis diſputatio cum hæreticis pro fide tuenda, & ad conuincendum eos de ſe licita ſit, atque laudabilis, iuxta illud Apoſtoli ad Tit. 1. vbi de Epiſcopo loquens, ait, *eſſe oportere amplectentem eum, qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt poſſit eos, qui contradicunt arguere.* & Actor. 6. de Stephano protomartyre legitur, *Surrexerunt diſputantes cum Stephano, & non poterant reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, qui loquebatur.* Nihilominus, vt diſputatio huiuſmodi hîc, & nunc licita ſit, ac laudabilis multa requiruntur. Primò enim exigitur, vt diſputans cum hæreticis ſit ſufficienter doctus, per ea quæ ſupra diximus ex Apoſt. ad Tit. 1. Secundò, vt de fide diſputans ſit Clericus, ſiue Secularis ſit, ſiue Regularis: Siquidem Laici ſub pœna excommunicationis prohibentur cum hæreticis diſputare, vt in c. 2. §. iubemus, de hæretic. Tertiò habenda eſt ratio perſonæ, cum qua diſputatur; nempè vt fructus aliquis ab illo poſſit ex diſputatione ſperari: alias vana eſſet cum tali hæretico diſputatio: iuxta illud Ap. Paul. ad Tit. 3. *Hæreticum hominem poſt vnam, & ſecundam monitionem deuita, ſciens, quia ſubuerſus eſt, qui huiuſmodi eſt, & ſic proprio iudicio damnatus.* Quartò ratio habenda eſt audientiũ: nam ſi publicè fiat, periculoſa eſt, maximè coram indoctis: & propterea priuatè fieri debet, quoad fieri poteſt inter hæreticum, & diſputantem. Denique debet ſeruari modus in diſputando, vt non contumelijs, ſed rationibus fiat altercatio, vt colligitur ex ijs, quæ habentur ex eodem Apoſt. 2. ad Timoth. 2. dicente; *Noli contendere verbis: ad nihilum enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium.* Et rectè declarat Suar. de fide, diſp. 20. ſec. 1. per totam, vbi n. 16. addit, diſputationem cum hæreticis non modo eſſe licitam de ſe; verum etiam deberi ex præcepto, quando neceſſaria eſt ad bonum fidei, ac ſalutem animarum, iuxta illud Leon. Papæ epiſt. 93. cap. 15. dicentis; *Qui alium ab errore non reuocat, ſe ipſum errare demonſtrat.* & D. Ambroſ. offic. cap. 3. *Sicut pro otioſo verbo, ita pro otioſo ſilentio ratio reddenda eſt.* D. Cæſar.

Ibi (*Ac eorum credentes*) An hæreticorum credentes, dicantur formaliter hæretici. Q. 26.

SVMMARIVM.

1 *Credentes hæreticorum, multipliciter dicuntur iuxta varias doctorum ſententias.*
2 *Credentes hæreticorum dicuntur, qui hæreticorum erroribus aſſentiuntur; & conſequenter ſunt formaliter hæretici.*
3 *Credentes hæreticorum, quidam implicitè credunt eorum erroribus: & quidam explicitè.*
4 *Credentes hæreticorum, quidam aſſentiuntur eorum erroribus, verbis, & quidam factis.*
5 *Credentes hæreticorum factis, multis modis dicuntur.*
6 *Credentes hæreticorum non dicuntur, qui eorum erroribus aſſentiuntur in his, quæ explicitè credere non tenentur.*
7 *Credentes hæreticorum non appellantur, qui eorum erroribus ex ſimplicitate aſſentiuntur.*
8 *Credentes, hæreticos eſſe bonos viros, an dici poſſint credentes hæreticorum.*
9 *Credentes, hæreticos eſſe bonos viros, familiaritatem eis exhibentes, &c. contrahunt vehementem hæreſis ſuſpicionem.*

10 Cre-

10 *Credentes hæreticorum, an dicantur, qui diſcunt hæreſim, credentes doctrinam illam eſſe catholicam.*

11 *Doctrinam hæreticam edi ſcentes, an ſaltem in foro exteriori ſint dicendi hæretici.*

12 *Credentes hæreticorum in præſenti canone dicuntur, qui nulla ſpeciali hæreſi infecti, verbis, aut factis, id profitentur ſe credere, quod hæretici credunt.*

13 *Hæreſiarca quomodo differat ab hæreticis, & à credentibus hæreticorum.*

1 IN hac re videtur prima facie negatiuè reſpondendum eſſe; nempè, quòd hæreticorũ credentes, non dicantur formaliter hæretici.

Probatur primò per tex. in c. excommunicamus, §. credentes, de hæret. vbi excommunicantur hæreticorum credentes: & tamen Panor. ibi ſub n. 12. per hæreticorum credentes, non intelligit hæreticos, qui credunt hæreticorum erroribus; ſed credentes hæreticorum illos appellari putat, qui credentes hæreticos eſſe bonos homines, eiſdem fauent. & Zach. apud eumdem Panor. loco cit. hæreticorum credentes eos velle textum illum exiſtimat, qui diſcunt hæreſim, credunt tamen doctrinam illam hæreticam, eſſe catholicam. Huiuſmodi autem hæreticorum credentes, non poſſunt dici formaliter hæretici: nam priores, cùm non credant hæreticorum erroribus, non habent errorem in intellectu fidei catholicæ contrarium: & poſteriores cùm credant errorem, quem didicerunt non eſſe contra fidem catholicam; ſed potiùs ſecundùm ipſum, non ſunt pertinaces. Pertinax enim is dicitur, vt in præcedenti q. probauimus, qui ſciens aliquid ab Eccleſia definitum, contrarium ſentiat. Non ergo dicuntur hæretici: quia ad conſtituendum hæreticum requiritur quòd errorem habeat in intellectu, fidei catholicæ contrarium: & quòd ſit pertinax, vt ſupra q. 23. diximus: & in prædicta proxima quæſtione.

Secundò probatur: quia ſi credentes hæreticorum, eſſent formaliter hæretici, fruſtra in noſtro canone, & in d. c. excommunicamus ſpecialiter lata fuiſſet excommunicatio contra eos: cùm in præſenti canone, & in d. c. fuerit primò lata excommunicatio contra hæreticos. Vt igitur excommunicatio contra credentes hæreticorum, aliquid operari dicatur, dicendum eſt vi noſtræ clauſulæ, per credentes hæreticorum, non intelligi formaliter hæreticos.

Tertiò probatur ex Ioan. Calder. in tract. de hæret. rubr. de hæret. credentibus, n. 8. vbi conſtituit differentiam inter hæreticum, & credentes hæreticorum: & concludit, quòd credentes hæreticorum hi ſunt, qui eorum fidem habent implicitam, licèt eorundem vitam, ſiue modum non ſeruent. Simanc. quoque Catholic. Inſtit. tit. 15. ſub rub. de credent. n. 4. exiſtimat, credentes hæreticorum eos dici, qui putant eos eſſe catholicos, etſi explicitè nullum eorum errorem credant. & Reper. Inq. in ver. Credentes: verſ. Secundò: docet hanc eſſe differentiam inter hæreticum, & credentes hæreticorum: quia hæreticus propriè eſt ille, qui errorem gignit: credentes autem hæreticorum dicuntur, qui adhærent hæreticorum erroribus. Vndè hæreticus eſt erroris principium: Credens verò approbat errorem ab alio adinuentum. Si ergo prædicti Doctores differentiam conſtituunt inter hæreticos: & credentes hæreticorum: ergo credentes hæreticorum non ſunt formaliter hæretici.

His tamen non obſtantibus cõtrariam ſententiam arbitror de iure veriorem eſſe, quam tenet Nauar. in Man. c. 27. n. 55. Sayr. lib. 3. Theſt. 1. c. 5. in prin. Suar. de cenſur. diſp. 21. ſec. 2. n. 5. Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 1. c. 15. in prin. Royas p. 1. de hæret. n. 298. & 299. & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez lib. 2. in Decalog. c. 10. ſub n. 2. Omnes prædicti Doctores volunt, quòd per credentes hæreticorum in præſenti canone noſtræ Bullæ intelliguntur hi, qui credunt erroribus hæreticorum, & conſequenter ſunt formaliter hæretici, vt eſt tex. in c. pen. §. fin. in fine de hæret. vbi Rom. Pontifex credentes erroribus hæreticorum, hæreticos iudicat.

2 Probatur hæc ſententia: quoniam Receptatores, Fautores, ac Defenſores hæreticorum, non aliter comprehenduntur ſub diſpoſitione noſtri canonis, niſi recipiant, defendant hæreticos, illiſque faueant, vt hæretici ſunt, ideſt in fauorem hæreſis, vt infra dicemus: ergo eodẽ modo ſunt intelligendi credentes hæreticorum, vt comprehendãtur ſub eadem canonis diſpoſitione, quatenus credunt hæreticis, vt hæretici ſunt, & conſequenter eorum erroribus. Hoc eodem modo credentes hæreticorum intelligi debere de iure, vbi excommunicantur, tenet idem Sanchez loco cit. & facit tex. in d. c. pen. §. fin. de hæret.

3 Ad cuius rei clariorem intelligentiam eſt annot. quòd duobus modis contingit aliquem hæreticorum errores credere: nempè explicitè, & implicitè. Explicitè, vbi quidam ita credunt hæreticis, vt eorum errores percipientes, eiſdem pertinaciter ac ſcienter adhæreant, atque aſſentiantur, vt ſi quis Luthero crederet, dicenti, pœnitentiam, eſſe tantùm reſipiſcentiam, & non dolorem de peccatis præteritis. Implicitè verò illi dicuntur hæreticorum errores credere, qui erroribus hæreticorum explicitè, & in particulari non aſſentiuntur, ſed in confuſo, vt ſunt rudes, & indocti, & alij, qui cùm totam hæreticorum doctrinam percipere nequeant, aut explicitè noſſe non curant, implicitè dumtaxat eorum erroribus aſſentiuntur: & ſic ſpecialiter nullam quidem hæreſim habent mente conceptam, ſed id credere profitentur, quod hæretici credunt. Sic multi Catholici nullum ferè fidei articulum explicitè percipiunt; implicitè verò, ac in confuſo, omnibus aſſentiuntur: vel credendo id, quod credit Eccleſia catholica: vel quod Prælati, & Parochi eorum credunt.

4 Hoc autem dupliciter contingere poteſt primò hæreticorum erroribus verbis aſſentiendo: Secundò opere ſeu facto. Verbis hæreticorũ credentes, dicuntur aſſentiri eorum erroribus, cùm verbis, & ore proprio dicunt ſe credere hæreticorũ erroribus, vt benè docet Archid. in c. 2. de hæret. lib. 6. quem refert, & ſequitur Royas vbi ſupra: vel ſi dicant cum hæreticis ſentire p. cum Caluiniſtis, aut Lutheranis, & cum eorum erroribus velle mori: vel ſe credere, nihil contra fidem catholicã docere, vt per Azor. lib. 8. Inſt. moral. c. 15. q. 1. p. 1. Item ſi dicant eos eſſe catholicos, & ſi explicitè nullum eorum errorem credant, vt ex Simanc. docet Farin. de hæreſi, q. 182. ſub n. 104. & 124. Quod intelligendum eſt

coucurrente pertinacia, alias secus, vt idem Farin. ibidem, n. 131. rectè declarat. Item qui eorũ fidem bonam esse dicunt, licèt eorum errores explicitè ignorent. Palud. in 4. d. 13. q. 3. con. 7. & denique qui publicè prædicant hæreticorum errores. Hi procul dubio eorum erroribus declarant assentiri, vt in c. Ad abolendam, §. præsenti, vbi glo. 10 ver. Deprehensus: de hæret.

Opere autem, seu facto hæreticorum credentes dicuntur, qui hæreticos adorant, reuerentiam eis exhibentes: communionem ab eisdem recipientes. Item qui morbo laborantes, aut tribulati hæreticos suos consolatores vellent: nisi ex defectu mentis id expostularent: quod quidem quomodo verum sit, bene declarat Farin. loco citato, à num. 111. ad 115. Item qui hæreticorum sermones, non tantùm semel aut bis, sed frequentius audiunt: & alia exhibentes, quæ habentur in Conc. Narbon. c. 29. relata à Pegna in Eymer. 2. p. Direct. q. 50. com. 75.

Immò, & qui bis tantùm hæreticorum conciones audierint, hæreticorum credentes censeri, probat Farin. ibidem n. 116. vbi limitat, nisi cùm pluries audire, & frequentare potuerint, & noluerint.

Bene verum est, quòd in ijs locis, in quibus soli catholici commorantur, vt in Italia, Sicilia, &c. pro credentibus, vel saltem vehementer suspecti de hæresi habentur illi catholici, qui etiã semel tantùm occulta hæreticorum conuenticula adirent, nisi Episcopo, vel Inquisitori denunciarent, vt bene docet Azor. loco cit. & Farin. vbi supra, n. 120. vbi etiam ipse tractat de his qui nimiam familiaritatem cum hæreticis habent, eos comitantur, ducunt, reducunt, eisdemque inseruiunt.

Ex his patet, quòd hæreticorum credentes
6 non dicuntur, qui credunt hæreticis 10 his, quæ sunt extra fidem; quia non dicuntur hæreticis credere, quatenus hæretici sunt, vt habetur per Vgol. in explicatione præsentis canonis, in ver. eorum credẽtes, sub n. 1. cum alijs, quos allegat. Nec hæreticorum credentes nuncupantur hi, qui credunt hæreticorum erroribus in his, quæ quis explicitè credere non tenetur: nam hi non sunt hæretici: quia ignorantes decipiuntur sub imagine veritatis.

Et tantò minùs dicendi sunt hæreticorum
7 credentes, qui eorum erroribus ex simplicitate assentiuntur; præsertim quando hæretici, quibus credunt, non sunt adhuc declarati: & sunt viri docti: & hoc etiam si credant in ijs, quæ explicitè scire tenentur, nisi admoniti eorum erroribus pertinaciter adhæserint, vt latè declarat Farin. ibidem à n. 126. ad 131.

Ad argumenta respondetur.

AD primum ex tex. in d. c. excommunicamus, §. credentes, respondetur, quòd secundùm interpretationem magis communem, ille textus, per hæreticorum credentes, intelligitur de illis, qui credunt erroribus hæreticorum, &c. cõsequenter sunt formaliter hæretici, vt ex Sanchez supra diximus, & alijs.

Verum tamen est, quòd credentes, hæreticos
8 esse bonos viros, licèt non comprehendantur sub dispositione nostri canonis, vt hæreticorum credentes, cùm non sint formaliter hæretici; tamen comprehenduntur sub ea ratione quatenus sunt fautores hæreticorum; dummodo bonam existimationem de illis habeant, familiaritatem eis exhibendo, illorum verbis, ac suffionibus obtemperantes, seruientes, limoniam deferentes, ducatum præstantes, litteras hinc inde deferentes, &c. vt hæretici sunt, & in fauorem hæresis, vt intra Deo duce dicemus. Sanchez ibidem n. 3. & Suar loco cit. n. 7.

Immò prædicti contrahunt vehementem
9 hæresis suspicionem, vt benè docet Eymer. p. 2. Dir. q. 55. n. 5. & proinde possunt contra illos Inquisitores hæreticæ prauitatis procedere, & ad abiurandum compellere.

Non tamen in foro interiori: nec exteriori vi nostri canonis suot tanquã hæretici excommunicati. Non in foro exteriori: quia ex prædictis actionibus violentas hæresis suspiciones non cõtraxerunt. Non in foro interiori, quia estò quòd intrinsecus sint hæretici, & errorem habeant in intellectu; tamen ex prædictis operibus, eorum hæresim mente retentam sufficienter non videtur manifestasse: quoniam prædicta opera, licet suspicionem hæresis inducant; ex se tamen, & ex sui natura, non sunt hæresis manifestatiua, vt habetur ex Pegna in Eymer. p. 2. Dir. q. 50. com. 75. & Alfon. Viual. in explic. nostri canonis,

Sic etiam hæreticorum credentes, qui discũt
10 hæresim; credunt tamen doctrinam illam hæreticam, esse catholicam, de quibus loquitur Zac. loco supra allegato, quamuis non sint hæretici: quia pertinaciam non habent, dum existimant doctrinam illam esse catholicam, cùm sit hæretica; nihilominus eadem pœna puniũtur addiscentes prohibita, sicut docentes, vt in l. culpa C. de Malef. & Mathem. & ideo addiscentes doctrinam hæreticam, saltem in foro exteriori, vt hæretici veniũt puniendi: quia violentam de hæresi contrahunt suspicionem, dum scientes illos esse hæreticos, eorum doctrinam ediscunt, eo quòd quando scimus aliquos esse hæreticos, tenemur eos statim vitare, vt docet Viual. loco cit. n. mihi 38. & hoc verum est, etiam si doctrinam hæreticam ediscere cœperunt. Secus autem si ad hæreticos euntes ad discendas eorum falsas opiniones, non didicerunt eas: quia tunc hæreticorum pœna non puniuntur, vt ait Farin. in d. q. 182. oum. 119.

Ad secundum argumentum negatur sequela: nam estò quòd credentes hæreticorum sint formaliter hæretici, & propterea comprehendantur sub excommunicatione lata contra hæreticos; tamen specialis excõmunicatio contra credentes hæreticorum vt supra, fuit addita ad maiorem declarationem. Nam cùm duobus modis possint aliqui credere hæreticis: Primò distinctè assentiẽdo eorum erroribus: Secundò confusè, licèt ambo sint hæretici; tamen quia credentes secundo modo, distinctè nihil credunt contra fidem; proprio nomine nũcupati, sunt: & ad maiorem claritatem sub illo sunt expressi. Et hac ratione ly, *Credentes*: fuit omissum in Bulla Pij V. & deinde ad maiorẽ declarationem fuit additũ. Vndè Tol. lib. 1. suæ sum. c. 19. n. 5. Suar. Azor. & nonnulli alij ex citatis Doctoribus, volunt, in hoc canone, per hæreticorum credentes, intelligi, qui nulla specialiter hæresi sunt infecti; sed ver-

12 verbis aut factis id profitentur ſe credere, quod hæretici credunt. Et ſic nullum errorem aut hæreſim, explicitè & in particulari habent, ſed implicitè hæreticorum erroribus aſſentiuntur.

Ad tertium argumentum ex Calderin. patet reſponſio ex dictis: nam qui implicitè credunt erroribs hæreticorum, dicuntur formaliter hæretici: ſicut verè catholici dicuntur, qui credunt quod Eccleſia catholica Romana docet, & credit.

Ad illud verò Simanc. dicimus, quòd hi qui credunt hæreticis, exiſtimantes eos eſſe catholicos, ſi moniti ab eorum Prælatis, perſiſtunt in eorum pertinacia, in foro ſaltem exteriori habentur pro credentibus hæreticorum; cùm in foro exteriori dicantur hæretici.

Illam denique differentiam inter hæreticum & credentes hæreticorum aſſignatam à Repertorio Inquiſit. meritò reijcit Farin. in d. q. 182. ſub n. 104 in ver. Et ex omnibus prædictis. Non enim ex eo diſtinguitur hæreticus à credente: quia hæreticus ſit, qui errorem gignit: credens autem, qui eius errorem ſequitur: ſed potius diſtinctio illa eſt inter hæreſiarcam, & credentem.

Vndè Farin. ibidem ait: quòd qui ſcienter
13 contra Eccleſiam errorem gignit, Hæreſiarca, propriè nuncupatur: qui autem ſciens, & videns damnatum per Eccleſiam errorem elegerit, is hæreticus propriè dicitur: qui verò, etiam ſcienter, damnatum per Eccleſiam errorem tenuerit ea ſola ratione, quia alius, cui credidit, dixit, & & propter illius auctoritatem, credens propriè hæreticorum appellatur, & hæreticus inſuper; eo quòd ſcienter contra Eccleſiam tenet.

Hoc autem tripliciter contingere poſſe exiſtimat. Primò ſi explicitè aliquem errorem habeat & teneat hac tantùm ratione, quia alius, cui credit, dixit. Secundò implicitè, ſi dicat tenere quid quid Caluinus dixit, aut alius hæreticus. Tertio ſi ſciens, & uidens aliquem ut hæreticum, ab Eccleſia damnatum: nam ex hoc implicitè dicitur eiuſdem erroribus credere. Quod quidem dici non poſſet, ſi quis ex ſimplicitate diceret, hæreticum eſſe virum bonum, ſacrarum litterarum ſtudioſum, & verum Chriſtianum, vt ex eodem Farin. habetur loco citato, num. 128. cum alijs, quos ipſe refert.

De pœnis hæreticorum, & eorum credentium. Q. 27.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici, & eorum credentes excommunicati ſunt ipſo iure.*

2 *Hæretici, ac eorum credentes excommunicati ſunt ipſo iure, quacumque dignitate prædicti ſint: etiam ſi priuilegium habeant, ne excommunicari poſſint per litteras Apoſtolicas, niſi facta ſpecialis mentione ſuorum priuilegiorum.*

3 *Hæreticus quis dicitur, etiam per vnam hæreſim. Et ſi in plures hæreſes incidat, plures contrahit excommunicationes.*

4 *Hæretici purè interni, aut qui vim ab extrinſeco paſſi ſunt excommunicationem probabiliter ignorantes, non ſunt excommunicati.*

5 *Hæretici, & eorum credentes, ſunt irregulares, etiam ſi pœnitentes ſint; dummodo eorum hæreſis in aliquem actum prodierit, illius manifeſtatum, quantumuis occultum.*

6 *Clerici abiurare compulſi propter hæreſis ſuſpicionem lenem aut vehementem, non efficiuntur irregulares, nec ad Beneficia inhabiles.*

7 *Apoſtata, efficitur irregularis, etiam ſi errorem non habeat in intellectu, ſed fidem fictè abnegauerit.*

8 *Hæreticorum receptatores, defenſores, ac fautores, ſunt irregulares.*

9 *Hæreticis Sacramenta miniſtrantes, ſunt irregulares, non tamen hanc pœnam contrahunt de hæreſi ſuſpecti.*

10 *Romanus Pontifex ſuper irregularitatem contractam ab hæreticis, eorum credentibus, &c. diſpenſat.*

11 *Epiſcopus in quibus caſibus diſpenſare poteſt ſuper irregularitate contracta ab hæreticis, &c.*

12 *Hæretici, eorum credentes, & c. efficiuntur infames.*

13 *Hæretici, eorum credentes, receptatores, & c. non efficiuntur infames ante Iudicis ſententiam.*

14 *Hæretici eorum credentes, & c. tanquam viles, & plebei puniendi ſunt, ab omnibus repelluntur dignitatibus, honoribus, ac publicis officijs, non poſſunt eſſe aduocati, notarij &c.*

15 *Hæreticorum debitores, à debitis & obligationibus ſoluuntur etiam poſt factam pœnitentiam.*

16 *Hæretici ſi clerici ſint, & Beneficia habeant, ipſo iure ſunt illis priuati.*

17 *Clerici, & ſi per hæreſim ipſo iure ſint eorum beneficijs priuati, & titulo careant; non tamen tenentur ea dimittere ante Iudicis ſententiam; & illius executionem.*

18 *Hæretici Beneficium, dicitur vacare ipſo iure, & ideo poteſt ab alio impetrari.*

19 *Beneficium reſignatum ab hæretico, nullum ius tribuit reſignatario.*

20 *Romanus Pontifex dumtaxat, poteſt ad beneficia reſtituere clericos, qui fuerunt hæretici.*

21 *Clerici receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum, non ſunt priuati Beneficijs ipſo iure, ſed veniunt priuandi. Et idem dicendum eſt de ſuſpectis de hæreſi.*

22 *Clerici receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum, ſunt inhabiles ad Beneficia obtinenda, ac ſi hæretici formaliter eſſent.*

23 *Filij Clericorum hæreticorum, eorum credentium & receptatorum, ſunt inhabiles ab Beneficia obtinenda, ſiue legitimi ſint, ſiue naturales, aut ſpurij.*

24 *Filij Clericorum hæreticorum, credentium, & c. ſunt inhabiles ad Beneficia, etiam ſi geniti ſint ante paternam hæreſim.*

25 *Filij Clericorum hæreticorum ante paternam hæreſim geniti, ſecundum nonnullos Doctores, non ſubijciuntur pœnis, quibus ſubijciuntur filij poſt paternam hæreſim concepti.*

26 *Filij hæreticorum, & c. inhabilitantur ad Beneficia Eccleſiaſtica, & officia publica vſque ad primum, & & ſecundum gradum per lineam paternam: per maternam autem ad primum dumtaxat.*

27 *Filia hæretici ſi filium genuerit, nepos ex filia non eſt inhabilis ad Beneficia vt ſupra.*

28 *Filij hæreticorum receptatorum, & c. tunc demum ſunt ad Beneficia inhabiles, ſi tales eſſe, & tales deceſſiſſe probentur.*

29 *Filij hæreticorum, & c. efficiuntur inhabiles, ſiue parentes eorum confiteri hæreticos eſſe per ſententiam, ſiue per euidentiam facti, aut per eorum confeſſionem in iudicio.*

30 *Filij*

30 *Filij hæretici occulti, non ſunt inhabiles ad beneficia, &c.*

31 *Hæreticorum bona, ipſo iure ſunt Fiſco addicta. Et idem dicendum eſt de eorum credentibus, eorundem erroribus aſſentientibus. Secus autem ſi receptatores ſint, fautores, & defenſores.*

32 *Receptatores, fautores, & defenſores hæreticorum, licèt de iure canonico non patiantur pœnam confiſcationis bonorum ipſo iure; tamen ſecus dicendum eſt de iure ciuili.*

33 *Schiſmaticorum bona confiſcantur.*

34 *Filij hæreticorum, receptatorum, &c. qualiter priuentur paternis bonis, legitima, alimentis, & eorum filiæ etiam dote, etiam ſi Catholici ſint: qualiter priuentur ſucceſſione: & an idem iudicium ſit de filijs matris hæreticæ.*

35 *Hæretici, receptatores, &c. non ſtatim poſt commiſſa crimina tenentur bona eorum Fiſco tradere, ſed expectanda eſt Iudicis ſententia.*

36 *Lex poteſt obligare delinquentem ad pœnam luendam ſtatim commiſſo crimine.*

37 *Lex non poteſt obligare delinquentes ad luendam pœnam ipſo facto impoſitam, quando continet acerbitatem, humanæ naturæ repugnantem.*

38 *Pœnam, quæ non continet nimiam acerbitatem, qualis eſt illa, quæ non eſt corporis afflictiua a lege impoſita ipſo iure, & nullam declarationem exigentem, an & quando reus teneatur in foro conſcientiæ ſubire.*

39 *Pœnam ipſo facto à iure impoſitam, reus non tenetur in foro conſcientiæ ſubire, vt pœnam, ſed vt conditionem.*

40 *Pœnam ipſo iure à lege impoſitam pro facto negatiuo, reus tenetur ſubire in foro conſcientiæ.*

41 *Pœnam à lege ſtatutam ipſo iure, quæ non exigit Iudicis executionem, tenetur reus in foro conſcientiæ luere.*

42 *Spurius bonorum paternorum incapax, tenetur à poſſeſſione illorum recedere in foro conſcientiæ.*

43 *Lex humana iuſta obligat in foro conſcientiæ.*

44 *Spurius, qui patris bonorum eſt incapax, an & quando poſſit ea conſequi ab eo, cui pater eius tradidit, aut in teſtamento reliquit, ipſi filio ſpurio poſtea reſtituenda.*

45 *Clericus amicum inſtituens hæredem, data illi fide de reſtituenda hæreditate eius filio ſpurio, an letalem culpam contrahat, & valida ſit inſtitutio.*

46 *Nemo tenetur ſe ipſum prodere.*

47 *Hæreticorum bona cui debeantur, & an poſt Iudicis ſententiam competat executio ſuper dictis bonis Fiſco ciuili, vel Eccleſiaſtico.*

48 *Hæreticorum bonorum dominium, & aliorum criminum habentium pœnam confiſcationis bonorum ipſo iure annexam, ſtatim poſt delictum commiſſum acquiritur Fiſco.*

49 *Pretium bonorum, quorum dominium eſt acquiſitum Fiſco, an & quando recuperet emptor.*

50 *Reus vendens bona, quorum dominium eſt Fiſco acquiſitum ex cauſa ipſius criminis, an & quando peccet.*

51 *Fiſcus an teneatur ſoluere debita hæretici, vel alterius delinquentis, cuius bonorum dominium eſt ei acquiſitum, contracta poſt crimen commiſſum.*

52 *Reus poſt commiſſum crimen, habens annexam pœnam confiſcationis bonorum ipſo facto, non facit rerum, quæ poſſidet fructus ſuos.*

53 *Hæreticorum, credentium, &c. vxores ſcienter cum illis matrimonium contrahentes, qualiter priuentur dote & alijs bonis, & an dos vxoris hæreticæ confiſcatur in præiudicium eius viri catholici.*

54 *Hæretici, Receptatores & c. qualiter priuentur Eccleſiaſtica ſepultura.*

55 *Hæretici, de iure ciuili puniuntur pœna mortis.*

56 *Hæretici pœnitentes: quando bona eorum per hæreſim Fiſco addicta, recuperent, & eorum filij in illis ſuccedant.*

1 AFficiuntur hæretici, ac eorum credentes variis, ac diuerſis pœnis, tum ſpiritualibus, a 4 tum etiam temporalibus.

Prima pœna, qua plectuntur hæretici, ac eorum credentes, eſt ſpiritualis excommunicationis gladius; tum de iure canonico, vt in c. excommunicamus 1. & 2. c. cùm Chriſtus, c. ſicut, c. ad abolendam, de hæret. tum verò vi Bullæ cœnæ in præſenti canone. Quæ quidem excommunicatio extenditur etiam ad hæreticorum receptatores, fautores, ac defenſores: & incurritur ipſo iure, vt ſupra probauimus lib. 1. c. 3. q. 1. & latè Farin. de hær. q. 192. num. 2.

Afficit hæreticos, & hæreticorum credentes 2 quoſcunque, eorum erroribus aſſentientes, receptatores, &c. quacunque dignitate ſint prædicti: ac etiam ſi priuilegium habeant: ne poſſint excommunicari per litteras Apoſtolicas, non facientes expreſſam mentionem ſui priuilegij, vt ex §. *Non obſtantibus*: noſtræ Bullæ clariſſimè patet: comprehendit etiam hæreticos, & hæreticorum credentes occultos per accidens; iuxta ea, quæ ſupra annotauimus in explicatione huius canonis, q. 24. con. 3. num. 17.

Et denique hæc eadem excommunicatio alli- 3 gat, non modò, qui plures hæreſes, ſed qui vnam dumtaxat ſequitur: quoniam per vnam hæreſim quis conſtituitur formaliter hæreticus. Immo ſi quis in plures hæreſes incidat pro quibus ſingulis excommunicatio lata eſt, plures excommunicationes contrahit, vt ex Vgol. docet Farin. loco citato. n. 9. Quod verum puto vbi quis in plures hæreſes incidit ſucceſſiuè, ſecus ſi vnico actu: aliàs Apoſtata, qui vnico actu totam fidem abnegat, tot excommunicationes contraheret, quot ſunt fidei veritates. Quod eſt falſum.

Non tamen in huiuſmodi cenſuram incidunt 4 hæretici, aut hæreticorum credentes purè interni, vt in d. q. 24 diximus. con. 1. & 2. Nec illam probabiliter ignorantes, iuxta ea, quæ ſupra lib. 1. c. 2. q. 5. adnotauimus. Neque per vim ab extrinſeco compulſi hæreticalia facta gerentes, vt in c. c. 2. q. 1. con. 3. diximus. Et denique in prædictam cenſuram non incidunt, qui non credunt aliquid, quod ab aliquo Epiſcopo in ſua Diœceſi damnatum eſt; modò ab Eccleſia catholica, vt hæreticum illud damnatum non ſit, vt bene explicat Vgol. in explic. huius can. §. 4. n. 14.

Secunda pœna qua plectuntur hæretici, & eo- 5 rum credentes, eſt irregularitas, vt bene probat Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 1. c. 11. q. 12. Quæ quidem irregularitatis pœna, per ſe hæreſi dicitur annexa: & ideo, quamuis occulta ſit, contrahitur, vt contra nonnullos probat Sanchez lib. 2. Decal. c. 25. n. 2. & Farin. de hær. q. 192. n. 68. vbi n. 69. hoc ipſum procedere docet, quotieſcunque hæreſis in aliquem exteriorem actum prodierit: ſecus autem, ſi eſſet omnino occulta, & mentalis dumtaxat. Nec hæreticus per pœnitentiam ab irregularitate ſoluitur; ita ut nec in ſu-

ſuſceptis ordinibus miniſtrare poſſit, niſi diſpenſetur, vt habetur ex Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 46. num. 2. Sanch. & aliis relatis à Farin. loco citato: num. 71.

Eſt tamen verum, quòd licèt pœnitentes Cleri-
6 ci, ſi probata, aut confeſſata hæreſi, abiurarunt, efficiantur irregulares, & ad beneficia inhabiles, ſi tamen abiurare coacti fuerint, tamquam de hæreſi ſuſpecti, ſiue de leui, ſiue de vehementi, tunc nec irregulares, nec inhabiles ad beneficia ſiunt, vt habetur ex Sanch. in dicto loco, num. 12. & Farin. vbi ſupra, n. 80. cum aliis, quos ipſi allegant.

Quæ diximus de hæreticis, & eorum creden-
7 tibus, multò magis extendimus ad Apoſtatas à fide: quoniam Apoſtatæ à fide, ſunt hæretici, & pluſquam hæretici. Nec ad contrahendam irregularitatem prædictam exigitur, vt errorem habeant in intellectu, & conſequenter ſint formaliter Apoſtatæ: ſed ſatis eſt, ſi fictè fidem abnegent. Vndè ſiue quis ſponte, ſiue timore ductus, ſiue fictè, ſiue verè fidem abneget, & hæreticus fiat, vel etiam Apoſtata; in huiuſmodi irregularitatem proculdubio incidit: vt latè habetur per Sanch. ibidem n. 5. & 6 & Farin. vbi ſu-
8 pra, n. 73. & 74. qui hanc eandem irregularitatis pœnam extendunt in hæreticorum fautores, receptatores, ac defenſores. Immo, & aliqui in-
9 adminiſtrantes Sacramenta hæreticis, & in ſuſpectos de hæreſi. Quòd quidem quomodo procedat, bene declarat Sanchez, loco citato, num. 9. & 10.

Super hanc denique irregularitatem ſolus Pō-
10 tifex diſpenſare poteſt, vt habetur ex Suarì de cenſur. d. 43. ſect. 2. num. 5. & aliis quos refert, & ſequitur Azor. lib. 8. Inſt. moral. rom. 5. c. 21. q. 8.

Quod verùm eſt, niſi irregularitas ſit occul-
11 ta: vel tractetur de diſpenſatione quoad executionem ſuſcepti Ordinis: aut cùm quis maximo timore perterritus fidem abnegauit: nam in his caſibus poteſt Epiſcopus diſpenſare; niſi quoad vſum ſacerdotij in ſacrificio altaris: quia cùm hoc ſit rei grauiſſima, Rom. Pontifici reſeruatur, vt bene declarat ibi Sanch. à num. 14. ad 20. incluſiuè: & Fran. à num. 75. ad num. 80.

Tertia pœna eſt, quòd hæretici, & eorum cre-
12 dentes, efficiuntur infames, ſicut eorum receptatores, fautores, ac defenſores: non tantùm infamia facti ante ſententiam, ſed etiam poſt ſententiam efficiuntur infames infamia iuris, & facti: quam pœnam eos contrahere ante criminis condemnationem, licèt contendat Alfonſ. Caſtr. lib. 2. de Iuſt. hær. punit. c. 9. tamen cō-
13 trarium tenent Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 1. c. 13. q. 8. ver. Septima hæreticorum pœna: Sanchez lib. 2. Decal. c. 26. num. 1. & 2. & Farin. de hær. q. 89. num 54. 55. & 56. volunt enim exigi Iudicis ſententiam, vel ſaltem declarationem.

Ex hoc infertur, quòd cùm infamibus portæ
14 non pateant dignitatum, tanquam viles ac plebei puniendi ſint: ab omnibus repelluntur dignitatibus, & honoribus: à publicis officijs arcentur: omnibus priuilegijs priuantur: cenſentur excluſi ab omni legitimo actu, ita vt omnia acta per hæretici cum, nulla ſint atque inualida: non poſſunt agere in Iudicio; ſed rectè conueniuntur: Iudices eſſe non poſſunt, nec notarij, aduocati, nec milites, vt latè probat Farinac. loco citato, à num. 40. vſque ad 54. vbi etiam, à n. 57. vſque ad num. 69. declarat quomodo hæreti-
15 corum debitores à debitis ac obligationibus liberentur; etiam poſt peractam pœnitentiam: & an huiuſmodi liberationes cedant lucro debitorum, vel Fiſci: & denique vtrum hæc pœna extendatur etiam ad occultos hæreticos. Et in ſpecie quoad pœnas receptatorum, fautorū, ac defenſorum, vide eundē Farin. q. 182. à n. 37. ad 56.

Quartà pœna eſt, quoniam hæretici, & eorum
16 credentes, ſi clerici ſint, & beneficia habeant, ipſo iure ſunt illis priuati, vt in cap. vt commiſſi, §. priuandi de hæret. in 6. Exigitur tamen ſententia declaratoria criminis hæretici, vt beneficium ante crimen adeptum dimittere teneatur: quoniam etſi à die commiſſi criminis titulo Beneficij careat, poſſeſſionem nihilominus retinet quam ſufficit, vt id retinere valeat.

Immo requiritur ſententiæ priuationis exe-
17 cutio facta per Iudicem, itaut ante eam hæreticus quantumuis condemnatus, non teneatur Beneficium dimittere, vt rectè probat Sanchez lib. 2. Decal. c. 26. à num. 5. ad 9.

Bene verùm eſt, quòd cum Beneficium hære-
18 tici dicatur vacare ipſo iure, tanquam vacans, poteſt ab alio impetrari: & impetrans Beneficium hæretici, non eſt neceſſe, quòd exprimat requiſita in Regula Cancel. 32. Item Beneficium reſignatum ab hæretico nullum ius tribuit Reſi-
19 gnatario. Præterea, in ſententia declaratoria, qua declaratur hæreticum aliquem fuiſſe, illumque incidiſſe in omnes pœnas à iure contra hæreticos ſtatutas; cenſetur etiam impoſita pœna priuationis Beneficiorum etiam ſi expreſsè non dicatur: & Denique ad ſolùm Rom. Pontificem ſpectat reſtituere ad Beneficia clericos, qui fue-
20 runt hæretici, vt latè Sanchez loco citato, & alij, quos refert, & ſequitur Farin. in d. q. 89 num. 79. vbi num. 81. prædicta limitat non procedere in clericis receptatoribus ac defenſoribus
21 hæreticorum: qui licèt ipſi quoque priuentur Beneficijs, non tamen ſunt priuati ipſo iure. Et idem dicendum eſt de Beneficio ſuſpecti de hæreſi, vt in allegato loco probat Sanch. n. 14. & 15.

Verum non per hoc antequam beneficijs ob
22 tentis priuentur, ſunt habiles ad alia obtinenda; ſed omnino efficiuntur inhabiles ſicutſi formaliter eſſent hæretici, vt per eundem Farin. ibi n. 70. & 74. cum aliis, quos ipſe allegat.

Immo prædicta pœna extenditur in filios, nō
23 modò legitimos, ſed etiam in filios naturales tantùm, ſpurios, ex adulterio, inceſtu, aut ex ſacrilegio natos, vt per Franc. in c. ſtatutum, in 2. de hæret. in 6.

Item huiuſmodi pœna extenditur non modò
24 in filios, quinati ſunt poſtquam parentes delictum commiſerunt, verum etiam in eos, qui antea geniti ſunt, ac nati fuerunt, vt ex Eymer. & in
25 cum Pegna p. 3. Dir. q. 114. & ita in praxi obſeruari ex Siman. & aliis refert Farin. de hær. q. 91. num. 40. & 52. & ſi quoad genitos ante parentum crimina, quòd non priuentur paternis bonis, nec incurrant pœnas, quas filij propter paternam hæreſim incurrant, latè probat Sanchez lib. 2. de Decal. c. 27. per totum, & alij, quos refert Farin. loco citato: num. 39. & 53. Non tamen filij hæreticorum priuantur Beneficijs antea obtentis, vt bene docet Azor. lib. 8. Inſt moral.

moral. p.1.cap.13.quæſt.8.in ver. Octaua pœna, vbi etiam in ver. Quòd autẽ; reſtringit tex.in c. quicũque. §. hęretici, de hęret. lib.6, inhabilitan-
26 tem filios hæreticorum ad beneficia Eccleſiaſtica, & officia publica vſque ad ſecundam generationem, comprehendere primum, & ſecundum gradum per lineam paternam: per maternam autem ad vnum dumtaxat gradum protendi.

Vnde ſi Titius ſit hæreticus, non ſolùm filius,
27 ſed etiam nepos ex filio efficiuntur inhabiles, vt ſupra. Quod ſi filia filium genuerit, nepos ex filia non eſt factus inhabilis. Item ſi femina in hæreſim inciderit, & filios pariat, non efficiuntur inhabiles ex filijs ſuſcepti nepotes: vt probatur in d. c. ſtatutum.

Adde tamen, quòd prædicta pœna intelligen-
28 da eſt de filijs, & nepotibus hæreticorum, eorũ credentium receptatorum, &c. qui tales eſſe, & tales etiam deceſſiſſe probantur; non autem illorum, quos emendatos eſſe conſtiterit, & Eccleſiæ reconciliatos, niſi relapſi fuerint, vt per Azor. loco citato, vbi etiam in ver. Deinde quæres: extendit prędictam pœnam in filios, ſiue eorum parentes hęreticos eſſe conſtiterit per ſententiã, ſiue per euidentiam facti, aut per eorum confeſ-
29 ſionem in Iudicio: quia tex. in d. c. ſtatutũ, vult, ſi tales etiam, tales deceſſiſſe probantur. Et ideo non extenditur pœna prædicta in filios, quorum patres ſerunt hæretici occulti.

Hæc, & alia ad hanc rem pertinẽtia latè pro-
30 bat Farin. loco citato, à num. 44. vſque ad n. 69. incluſiuè, & Sanchez lib. 2. Decal. c. 27. & 28. vbi declarat quomodo, & quando hæreticorum, eorum credentum, receptatorum, fautorum, ac defenſorum filij, ac nepotes ſint irregulares, & infamiam contrahant, & amittant nobilitatem.

Quibus pœna eſt: quòd hęreticorum bona ipſo
31 iure ſint Fiſco addicta *b* c. cùm ſecundùm leges de hæret. in ſexto. latè Eymer. & in eum Pegna 3. p. Dir. q. 209. Quam pœnam licèt gloſſ. in c. fi aduerſus, in ver. Axilium, de hæret. vbi etiã Hoſt. extendat in credentes hæreticorum, receptatores, fiutores, ac defenſores tamẽ in contrariũ eſt communis ſententia, niſi credentes, hæreticorũ
32 erroribus aſſentiantur Quod verum eſt de iure canonico: Secus autem de iure ciuili per Cõſtit. Friderici Imperatoris, quæ incipit: Patarenorum: nam eo iure fautores, defenſores, & receptatores hæreticorum, ſunt banniendi, & in perpetuum relegandi, cum publicatione bonorum; vt bene declarat Farin. de hæreſi, q. 82. n. 52. & 53.

Non tamen à ſupradicta pœna excluduntur
33 Schiſmatici: nã Schiſmaticorum bona confiſcãtur ſicut hęreticorum, vt in c. 1. de ſchiſm. in 6. & multò magis Apoſtatarum. vt idem Farin. probat in d. tract. q. 183. n. 38. & 39. & q. 191. num. 1. vbi quoque tractat de hæreticorum, eorum credentium, receptatorum & c. filijs catholicis, qua-
34 liter priuentur paternis bonis, legitima, ac etiã alimẽtis, & eorum filiæ etiam dote: quomodo de æquitate canonica eiſdem ſuccurratur, an filij vt ſupra catholici priuentur ſucceſſione ex teſtamento, vel ab inteſtato: & an idem iudiciũ ſit de filijs catholicis matris hæreticę.

Adde etiam ea, quæ latè diſputat Sanchez lib. 2. Decal. cap. 29. & 30. vbi declarat qualiter filij committentium crimen læſæ Maieſtatis Diuinæ, vel etiam humanæ, amittant nobilitatem, & incapaces cuiuſcumque ſucceſſionis reddantur: & quomodo filij, ac nepotes huiuſmodi excludantur à Maioratus ſucceſſione.

Verum tamẽ eſt, quòd in foro cõſcientiæ hæ-
35 retici, & aliæ ſupradictæ perſonæ, non ſtatim ac ſupradicta crimina committunt tenẽtur ſua bona Fiſco tradere; quia nullo iure probatur delinquentem teneri in foro conſcientiæ ad pœnam, etiam ipſo iure latam ante delicti condemna-
c tionem, vel ſaltem declarationem *c*. Vnde hac eadem ratione, licèt bona committentium crimen læſæ Maieſtatis humanæ ſint Fiſco addicta vt in l. vl. C. ad leg. Iul. maieſt. Sicut contrahẽtiũ inceſtuoſas nuptias, vt in d. cap. ſecundùm leges: deferentium merces prohibitas ad ſaracenos, c. ita quorũdam, de Iudæ. offendentium, aut offendi facientium S. R. E. Cardinales, cap. Felicis de pœn. in ſexto. & in alijs caſibus; tamen hæc, & ſimilia crimina committentes, non tenentur in foro conſcientiæ ante condemnationem bona ſua Fiſco tradere, vt per Molin. tom. 1. de Iuſt. & iur. diſp. 95. & Azor. lib. 5. Inſt. moral. p. 1. c. 7. vbi ſoluit contraria, & limitat, niſi contrarium appareat de voluntate ſtatuentis.

Quapropter ſi lex aliqua ita pœnam cõſtituat
36 vt verbis exprimat debere delinquẽtes in foro conſcientiæ, vel ante criminis declarationem hoc, aut illud facere, ſoluere, tradere, reſtituere, &c. eam pœnam ſtatim eſſe in foro conſcientiæ luendam. Hoc idem tenet Sayr. lib. 3. Theſ. c. 9. n. 20. cum alijs ab eiſdem allegatis.

Quod tamen puto, verum, quando pœna eſt
37 moderata, & non continet nimiam acerbitatem repugnantem humanæ naturæ: qualis eſt pœna mutilationis membri, aut alterius corporis leſionis: quoniam huiuſmodi pœnas tenetur reus pati tantùm, non autem ſponte ſubire in foro conſcientiæ, vt habetur ex Caiet. 2. 2. qu. 69. ar. 3. Sot. lib. 1. de Inſtit. & iur. q. 6. ar. 6. concl. 5. & ſacrum, ea quæ docet Suar. lib. 3. de legib. cap. 5. n. 15. & 16. & Graff lib. 2. Deciſ. cap. 11. ſub n. 40.

Pœna autem, quæ non continet nimiam acer-
38 bitatem, & quæ moderatè dicitur, poteſt dici illa, quæ non eſt corporis afflictiua: vt eſt pœna pecuniaria, exilij, peregrinationis, carceris, & alia huiuſmodi. Has inquã licèt regulariter reus nõ teneatur ſubire ante condemnationem, & ſentẽtiæ executionem, cùm de iure Diuino delinquẽs nil teneatur reſtituere præter damnum, pœnam autem per exteriores leges ſtatutam non tenetur ſoluere. quoniam illa actum Iudicis, id eſt executionem exigit: atque adeò bona deuoluta Fiſco ob crimen hæreſis, aut ob aliud delictum nõ tenetur ei offerre: vt latè probat Coua. de Matr. p. 2. cap. 6. §. 8. ſub n. 10. ver. Secundò infertur, nihilominus, quãdo conſtat de voluntate Legiſlatoris declarantis, velle reum pœnam ipſo facto ſtatutam luere, etiam ante Iudicis ſententiam, tunc contrauenies tenetur illam ſubire in foro conſcientiæ. Et quamuis Coua. loco citato. in ver. Tertio infertur: id non admittat etiam in ſupradicto caſu (Putat enim quòd ſi lex pœnam ipſo facto inſligeret, & nullam exigere declarationem ſuper facto, ſicut ſtatuit Paul. 11. in extrau. Ambitioſę: adhuc reum nõ teneri huiuſmodi pœnam ſubire ante executionem: quia ſi lata ſententia condemnatoria, non debetur pœna in

foro

foro conſcientiæ, nec etiam debetur caſu quo nulla requiritur ſententia) ex Graſſ. tamẽ ibi ſub n. 41. Azor. & alus, poſſumus dictam opinionem ſubſtinere, non ex eo quòd illa dicitur pœna, ſed potius conditio: atque adeò lex conditionalis.

39 Vndè tenendo extrau. illam habere locum in foro conſcientiæ, dicimus, quòd Romanus Pontifex cùm ſit beneficiorum collator, ac diſpenſator, declarat per dictam extrau. Ambitioſæ, ea lege, ac citata conditione, quemcunque Sacerdotem Sacerdotij Eccleſiæ recipere, vt dum eius bona alienauerit, eiſdem Sacerdotijs priuatus cenſeatur. Ita etiam declarantur nonnullæ aliæ leges pœnales, ſeu potius tacitè conditionales, vt cùm dantur beneficia Clericis, vt ſi quid enorme commiſerint, beneficia ipſa vacent, de quibus latè Azor. lib 7. Inſtit. moral p. 2. cap. 7. q. 3. ver. Accidit.

Idem dicendum eſt vbi canon pœnam impo-
40 nit ipſo iure ex facto negatiuo; nam tunc pœna debetur in foro conſcientiæ, etiam ſi nulla monitio, vel ſententia præmittatur, vt in c. licèt canõ, de elect. in ſexto, vbi præfigitur tempus vnius anni accipienti Eccleſiam parochialem ad ſe promouendum in Sacerdotium, cum pœna perdendi eam ipſo iure, ſi non fiat intra illud Sacerdos: & ſic pro facto negatiuo, quæ tamẽ ſine præmonitione incurritur, vt per Syl. in ſum. in ver. Clericus 4. n. 5. Quamuis Azor. loco citato, non propriè pœnam, ſed conditionalem diſpoſitionem eſſe putet. Clerici buffones pariter, ſi intra annũ non deſiſtant tales eſſe, ipſo iure ſunt priuati priuilegio Clericali abſque alia monitione, aut ſententia, vt in cap. 1. & ibi Gemin. De vit. & honeſt. Cler. in ſexto. E hoc ideo quoniam in eo tex. imponitur pœna ex facto negatiuo.

Et denique dum ſupra concluſimus. pœnam
41 exteriorem non eſſe conſiderandam in foro interiori, donec executio fiat, id verum eſt in pœnis exigentibus Iudicis executionem, vt habetur ex Felin. in c. Rodulphus, n 38. lib 4. de reſcr. Secus autem in pœnis, quę Iudicis actum aliquẽ non exigunt, vt ſunt pœnæ, quibus quis incapax efficitur alicuius actus: nam tũc tenetur ab actu illo ſe abſtinere.

Vndè filius ſpurius bonorum paternorum in-
42 capax, tenetur à poſſeſſione illorũ recedere in foro conſcientiæ, vt per Couar. in regul. peccatum 2. §. 8. n. 6. & Graſſ. in ſupra dicto loco, ſub n. 57. vbi etiam num. 48. ait: quòd ſi Sacerdos aut Clerius in Sacris conſtitutus bona ſua amici fidei comiſerit, vt filio ſuo ſpurio traderet: aut hęredem amicum ipſum inſtituit, vt eidem filio hæreditatem reſtitueret in fraudem legis, letalẽ
43 culpam contrahit: eo quòd lex humana iuſta obligat in foro conſcientiæ, vt per Abbat. & alios in c. 1. de conſtit. & huiuſmodi odium ſit æquum in Clericorum ſobolem. Et inſuper fidei commiſſarius prædicta bona non tenetur ipſi ſpurio reſtituere: nam fidem contra ius ciuile, lex naturæ ſeruare non cogit.

Quo verò ad reſtitutionem dictorum bonorũ
44 diſtinguendum eſt, quòd ſi Clericus amico illa dederit, non ſub conditione, vt filio adiudicet; ſed abſolutè, neque alter ſub illa conditione recipiat loco filij. ſed tanquam ſua, etiam ſi Clericus certam fiduciam conceperit, quòd amicus eſſet res illas filio daturus, & aliis ei non dediſſet; nihilominus amicus ille tutus eſt in conſcientia, ſi tanquam ſua illa poſſideat. Nam licèt lex filium inhabilem reddiderit ad habendum, ea, quæ non dum poſsdebat; priuare tamen Clericum ſuis bonis non poteſt, niſi in pœnam, quæ ante iudicis condemnationem non alligat. Vndè donatio facta amico, ſuam habet firmitatem donec mediante Iudicis ſententia, priuetur. Immo nec per Fiſcum condemnari poteſt, niſi probetur quòd bona prędicta ſuſceperit, vt filio Clerici traderet. Quòd ſi amicus huiuſmodi tãquã res proprias donare illas vellet dicto ſpurio, tũc valida erit donatio.

Si verò Clericus bona huiuſmodi ſub hac cõditione amico dederit, vt filio reſtitueret, & amicus ſub hac eadem conditione receperit, tunc donatio non tenet: & propterea amicus reddere res ipſas non poteſt filio Clerici, vt in l. eũ qui ff. de his quib. vt indign. atque adeò putat Graſſ. loco citato ſub. num. 50. de illis bonis antequam condemnatio fiat, in conſcientia cenſendum eſſe, ac ſi ab inteſtato relinquerentur, & ideò ſi clericus legitimum hæredem habeat, ſua ſunt.

Beneuerum eſt quod ſi clericus amicum ſuũ
45 hæredem inſtituerit, data illi fide de reſtituenda eius filio ſpurio hæreditate, tunc licèt, qui fidem dederit, letalem culpam contraxerit, fraudem huiuſmodi contra legem committens, inſtitutio nihilominus tenet. Vnde cùm dictorũ bonorum dominus efficiatur, proculdubio poteſt ea in ſpurium trasferre.

Nec dici poteſt ſpurium huiuſmodi horũ bonorum incapacem fieri a lege, cùm ſibi acquirãtur, non ex voluntate parentis, ſed veri domini, tanto fortius, quia in foro conſcientiæ dictus hęres non tenetur hæreditatem illam ſpurio reſtituere; etſam ſi tacitam fidem præſtiterit de illa reſtituenda, cùm promiſsio dicta facta ſit contra leges, & in earum fraudem. art. tex. in l. iuriſgentium, §. prętor ait, & §. generaliter, ff. de pact.

Neque in Dei iudicio cogitur hæreditatem
46 illam ad Fiſcum deferre, neque Fiſco crimen, illud ab eo commiſſum manifeſtare: quoniam nemo tenetur ſe ipſum prodere, c. ii quãdo, de pœn. d. 1. & cùm in pœnam hæreditatem hanc eſſe Fiſco deferendam iura velint, vt eſt tex. in l. 1. C. de his qui, vt indig. l. ita fidei, l. non intelligitur, ff. de iur. Fiſc. pœna autem in foro conſcientiæ nõ debetur ante condemnationem, & ſententię executionem, vt ſuprr diximus, & eſt tex. in cap. fraternitas, 12. q. 2.

Et in ſpecie hoc ſeruari in crimine hæreſis,
47 pro quo venit imponenda pœna confiſcationis bonorum ipſo facto, vt in cap. cùm ſecundum de hæretis lib. 6 tenent Doctores ſupra citati. Nam pœna ipſa non debetur ante Iudicis ſentẽtiam, hæreſis declaratoriam: qua declaratione facta ſtatim fieri poteſt executio per Iudices ſeculares, qui bona hæreticorum capere poſſunt abſque alio proceſſu, & iuſſu Iudicis Eccleſiaſtici, vt habetur per Franc. in d. §. cum ſecundum, §. confiſcationis, num. 2. vbi etiam tractat, qualiter per conſtitutiones Papales diuidenda ſint hæreticorum boca inter Iudices ſeculares, Officiales, & Romanam Eccleſiam. Quod intelligendum eſt vbi bona hæretici ſint in territorio ſeculari; ſecus autem ſi bona ſita eſſent in territorio Eccleſiæ: quoniam tunc executio faciendа

eſſet

esset per fisctum Ecclesiæ, vt in cap.vergentis,& ibi Panor. de hæret. Nauar.lib.1. de hæret. cons. 12.& Graff.lib.2. Decis.c.11.n. 3.cum plur.seq.

Nec obstat si dicatur,quòd per crimen hæresis commissum,cùm pœnam habeat annexam ipso facto, statim ius est acquisitum Fisco, vt Panor. ait in d.c.1. de constit.quoniam respondetur,quòd ius dicitur Fisco acquisitũ,quoad hoc nempè quòd dominium bonorum delinquẽtis, statim commisso tali crimine, per quod venit imponenda pœna publicationis bonorum eidẽ acquiritur,vt in l.cõmissa, ff.de publ. & vectig. ita vt res quelibet per delinquentem alienata à Fisco vendicari possit à die commissi criminis,
d pretio ipsi emptori non soluto d, ar.tex.in ciuilem, C.de furt. & in terminis nostris notat Bar. in l.post contractum,C.de donat.

Quod quidem verum est,nisi pretium datum
49 ab emptore reperiretur inter bona
e ipsius delinquentis: quoniam tunc Fiscus res illas vendicans, tenetur illud emptori restituere: sicut si conuersum esset in vtilitatem ipsarum rerum,& illa vtilitas ad Fiscum cum illis rebus delata esset. Ita Bar.in l.3.ff.de rei vendic. Idem dicendum est, si alienatio facta esset à delinquente ex causa necessaria,nempe pro alimentis,quoniam talis alienatio licita esse dicitur,nec possent alienata per Fiscum vendicari, vt per Syl.in sum.in ver.Hæresis, 1.q.8.

Vndè sequitur, delinquentem non esse à cul-
50 pa alienum,si in eo casu,quo Fisco sunt bona ipso iure delata, eorum rem aliquam distraxerit, emptorem id ignorantem decipiens,vt habetur ex Syl.loco cit. n. 14. cùm emptor ipse periculo exponatur amittendi pretium, nisi crimen sit adeò occultum,vt probari neqeat: vt si hæresis esset occulta:nam tunc reus res huiusmodi distrahendo titulo lucratiuo, vel oneroso non peccat,vt ibidem habetur ex Syl.

Item,ius dicitur Fisco acquisitum super bonis
51 committentis crimen hæresis, aut aliud delictũ habens annexam pœnam confiscationis ipso facto,quoad hoc: quia cùm clausula illa: Ipso facto, ipso iure: operetur amissionem dominij dictorum bonorum, Fiscus non tenetur ad soluendum debita ab ipso reo contracta post crimen commissum: quamuis teneatur soluere illa, quæ tempore commissi criminis ipse delinquens contraxerat,vt in l.1.§.an bona, vbi Bar. ff.de iur.Fisc. Couar.de Matr.p.2.c.6.§.8.n.8.

Et denique ius dicitur Fisco quæsitum super
52 huiusmodi bonis, quoniã reus tenetur restituere fructus medij temporis, cùm à die commissi criminis non faciat fructus suos,sed statim debẽtur Fisco,vt habetur ex Felin. in c.Rodulphus, de test. Alex. & alijs in l.1.C.de ijs quib.vt indig.

Est tamen verum,quòd non propterea infertur huiusmodi reum compelli in foro conscientiæ bona ipsi Fisco tribuere ante latam desuper sententiam, & executioni demandatam, per ea, quæ supra diximus.

Quę diximus de filijs catholicis hæreticorum,
53 credentium,receptatorum,&c. extendimus ad vxores, quæ scienter contraxerunt matrimonia cum hæreticis:nam eorum dotes confiscantur, vt in c.decreuit, de hæret. in 6. & secundùm glosam ibi contrahunt suspicionem hæresis.

Dixi scienter:quia secus dicendum est,si ignoranter: & isto casu in dubio præsumitur ignorantia secundùm glos.in d.c.decreuit. Non tamen dos vxoris regulariter confiscatur propter hæresim mariti:nec eiusdem bona paraphernalia: nec donatio propter nuptias: nec res donatæ ipsi vxori à consanguineis viri, nisi expressè fuerit tempore donationis dictum,quòd donantur,vt marito acquirantur, vt latè habetur ex Farin.de hæresi, q.90.à num. 43. ad 54. vbi etiam probat,quòd dos vxoris hæreticæ secundùm veriorem opinionem confiscatur in præiudicium viri, vnà cum omnibus alijs eiusdem bonis. Quibus adde ea, quæ docet Sanch. lib.2. Decal.cap.17.

Sexta pœna est: quoniam hæretici priuantur
54 Ecclesiastica sepultura: sicut eorum credentes, receptatores, defensores, & fautores: & sepelientes eos, excommunicationi subijciuntur vsque ad satisfactionem idoneam; itaut absolutionis beneficium non habeant, donec proprijs manibus publicè extumulent huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuò careat sepultura,vt in c.quicunque, de hæret.lib. 6. Quod verum est, quando corpora illa possunt ab aliorum ossibus comodè discerni, aliàs non compelluntur illa extumulare. Qui quidem canon hodie extenditur ad sepelientes quoscunque excommunicatos,etiam pro alia causa, quam pro hæresi,vt in Clem.1.de sepul.& Azor. lib.8.Inst.moral.p.1.c.13. q.8. in ver. Sexto hæreticorum pœna.

Dicendum autem est,quòd si plures fuerint, qui hæreticum sepelierunt,& vnus tantùm illius ossa extumulauit,vel eadem ossa fuerint ab aliquo alio extraneo exumulata, omnes absoluũtur,vt per Canonistas in d.c.quicunque.

Eadem pœna plectuntur instituentes hæreticos hæredes, vt habetur ex Farin. & alijs, quos ipse refert in suo tract. de hær. q.190.n.107.& q. 192.n.39.vbi n.50. & 51. limitat, dictam pœnam non habere locum in sepeliente hæreticum, non fauore hæresis, sed ne illius cadauer putredine aerem corrumpat, vel ob amicitiam, vel consanguinitatem: uel quia ignorabat illum esse hæreticum.

Septima pœna est:quia hæretici de iure ciuili
55 puniuntur pœna mortis naturalis,vt in l.Arriani, C.de hæret.quam pœnam iustam esse,contra Lutherum probat Azor.loco cit. in ver. Vltima hæreticorum pœna.

Benè verum est, quòd hæretici resipiscentes
56 benignè ab Ecclesia recipiuntur, imposita eis salutari pœnitentia: & eorum filij paterna hæreditate non priuantur, vt est tex. in c. statutum, il 2.de hæret. lib.6. Nisi bona ante pœnitentiam fuerint confiscata,:quia bona hæretici confiscata, per pœnitentiam non recuperantur secundũ sententiam magis receptam,relatam à Farin.de hæresi,q.189.n.134. & q.191.n.35. Aut nisi hæretici sint relapsi: quia licèt filij non priuentur hæreditate paterna propter hæresim patris pœnitentis, & ad misericordiam recepti; tamen si pœnitentia patris superuenit postquam est relapsus, tunc eius bona confiscantur, etiam in præiudicium filiorum, vt per glos.in d.c.statutum, in ver. Reincorporatos: vbi Ioan.Andr.in fin. & Franch.Et hanc communem opinionem esse testatur Surd.cons. 386.n.9.& 24. licèt ipse con-

contrariam veriorem esse credat: in quam etiam videtur inclinare Farin. in d. q. 191. n. 18. & 19. Nam hæreticis relapsis, etiam peracta pœnitentia, spes omnis veniæ denegatur, & consequenter Curiæ sæculari traduntur: non tamen eis Sacramenta denegantur, vt Farin in d. tract. q. 293. num. 35. latè probat. & prius strangulari solent, & deinde comburi.

Non pœnitentes autem hæretici, & in eorum pertinacia perseuerantes viui igne exuruntur, siue relapsi, siue non relapsi, vt est tex. in c. vt commissi, de hæret. in sexto, & in cap. ad abolendam §. illos quoque, eo. tit.

Alias quamplurimas pœnas in odium hæresis, ac hæreticorum statutas, cumulat Io. Royas per 214. ipsius singularia. Et Sanchez lib. 2. Decal. c. 7. ad 31.

ADDITIO.

a Spiritualibus. Adde hîc Suar. in suo tract. de fide, disputat. 11. sec. 1. 2. & 5. vbi latè tractat de excommunicatione, irregularitate, & alijs pœnis spiritualibus, quibus plectuntur hæretici, & eorum crédentes. D. Cæsar.

b Addicta. Adde tex. in l. Manicheos, cum duabus seq. & auth. Gazaros, C de hæretic. l. fin. & l. quisquis, C. ad leg. Iul. Maiest. & l. vlt. C. de bon. præscript. Nec ob id filij maximè Catholici possunt dici puniri propter peccatum Patris; quoniam Pater priuatur suis bonis, non autem filij, quamuis Fiscus omnibus bonis patrem spoliet, non relicta filio nec legirima quidem: siquidem legitima non debetur filio, nisi post mortem patris, vt per Bart. in auth. si qua mulier, C. de Sacrosc. Eccles. & l. 1. §. impuberi, ff. de collat. quæ quidem legitima est quota bonorum, quam pater habet tempore mortis: at pater, stante confiscatione bonorum, tempore mortis nihil habet, l. 3. ff de interd. & relegat. Et licèt ex confiscatione bonorum patris, sequatur filij egestas; non tamen filius ob id dicitur puniri ob delictum patris; quoniam egestas illa prouenit filio non perse, sed per accidens. Et cùm hæreticorum bona sint ipso iure Fisco per confiscationem addicta; atque ideo cùm pœna sit ipso iure lata, & incurratur ipso facto ante omnem sententiam, etiam criminis declaratoriam; à die commissi criminis hæreticorum bona ita Fisco remanent obligata, vt omnes alienationes ab illo die factę in præiudicium Fisci, per sententiam postea rescindantur, vt habetur per Doctor. in c. secundùm leges, de hæret. in 6. & facit tex in l. vlt. C. ad leg. Iul. Maiest. latè Sanch. lib. 2. Decal. c. 14. cum alijs, quos allegat. Imò quamuis hæres propter defuncti crimen non possit conueniri ratione bonorum ipsius defuncti; nisi illo viuente, incohata fuerit lis, & contestata, vt in l. ex iudicio, C. de delict. defunct. nihilominus in delicto hæresis, esto quòd hæreticus in vita sua non fuerit denunciatus, accusatus, vel inquisitus, si post mortem denunciatur, & subsequatur condemnationis sententia, tunc hæres priuatur defuncti bonis, vt in c. accusatus, §. in eo, de hæretic. in 6. & cap. à nobis il 2. de sent. excom. Quæ quidem confiscatio non solùm comprehendit bona, quę reperiebantur penès hæreticum tempore delicti; sed etiam post delictum commissum vsque ad sententiam, vt in Leius, qui, §. 1. ff. de testam. Clar. lib. 5. §. Hæresis, num. 19. & §. vlt. quæst. 7. num. 212. Et locum sibi vendicat tam in bonis hæretici publici, quàm in bonis hæretici occulti per accidens; non tamen interni dùtaxat, ac mentalis, vt habetur ex Panor. & alijs in cap. fin. de hæret. & facit tex. in cap. 2. §. post mortem, de præscript. Sanch. lib. 2. Decal. cap. 8. in princ. & alij. Ioan. Vincent.

c Declarationem. Et quamuis contrarium doceant Panor. in cap. 1. num. 11. vbi etiam Felyn. num. 43. de constit. Gomes. lib. 3. var. resol. cap. 2. num. 5. Castr. lib 2. de leg. pœn. cap. 8. & 9. & alij; nihilominus Duard. sententia hoc loco probabilior est: nam eam tenet Caiet. in sum. in ver. pœna, Nauar. in sum. cap. 23. num. 66. & latè Suar. in suo tract. de fide, disp. 22. sec. 2. num. 3. & 4. vbi id ampliat, vt nec Princeps id valeat verbo præcipere: quia pœna hæresis est omnium acerbissima, cùm secum afferat non solùm iacturam omnium bonorum; sed etiam honoris, famæ, ac vitæ. Etenim Princeps licèt possit delinquentem obligare ad luendam pœnam in foro conscientiæ; id tamen intelligendù est, quando pœna est moderata, & non continet nimiam acerbitatem, vt rectè probat ipse Duar. hîc, num. 37. & seq. Ratio autem est delinquens non teneatur ad pœnam, etiam ipso iure latam, ante delicti condemnationem, vel saltem declarationem; atque adeò hæreticus non teneatur in foro conscientiæ statim commisso delicto, bona sua Fisco tradere, hæc est; quoniam licèt bona hæretici statim post commissum crimen sint confiscata; eorum tamen possessione, ac dominio saltem vtili, ante condemnationis sententiam non est priuatus, vt contra nonnullos docet Vasq. 1. 2. disp 170. cap. 1. Sanch. lib. 2. Decal. cap. 22. num. 3. Molin. tom. 1. de Iust. & iur. disp. 95. & alij, quorum rationes affert Suar. de Fide, disput. 22. sec. 1. num. 4. & 5. & latiùs sec. 3. à num. 2. vsque ad fin. Siquidem hæreticus antequam condemnetur, non solùm habet ius possidendi; sed etiam verè fruendi bonis suis, ita vt verè faciat fructus suos: potest illa bona validè donare, vendere, ac alienare eo modo, quo possidet: & multò magis ea consumere pro conseruatione propriæ vitæ, ac proprij status: & alienationes non esse ipso iure nullas; sed tantùm rescindendas, vt contra nonnullos docet Vasq. 1. 2. disput. 171. cap. 2. Sanch. lib. 2. Decal. cap. 21. num. 16. cum alijs, quos refert, & sequitur Suar. loco citato, & sec. 4. num. 3. 4. & 5. vbi probat, huiusmodi alienationes ante sententiam non solùm non esse nullas; verùm etiam nec quidem illicitas, atque adeò hæreticum non peccare bona sua ante condemnationis sententiam alenando; dummodo citra dolum, & fraudem, & Tertij iniuriam id agat, vt ex Vasq. & Sanch. locis citatis, cum alijs, quos allegant: quamuis alienationes ipsæ rescindi, ac reuocari per Fiscum valeant, vt rectè declarat Suarez ibidem per totam sectionem; vbi etiam agit de fructibus dictorum bonorum ad quem spectant. D. Cæsar.

d Soluto. Adde hîc, quæ habentur ex Tiraq. in l. si vnquam, §. reuertatur, num. 267. C. de reuoc.

uoc. donat. Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 9. num. 27. & Suar. de fide, diſput. 22. ſect. 4. ſub num. 9. vbi hanc eſſe rationem ait; quoniam bona illa erant obligata Fiſco antequam emptor ius aliquod in illis acquireret; ergo tranſierunt cum onere ſuo, atque ideo Fiſcus poteſt illa ſibi vendicare vbicunque inuenerit, nec tenetur pretiũ reſtituere. Immò bonorum illorum augmentum cedit in beneficium Fiſci; niſi augmentum illud prouenerit opera poſſidentis: ſiquidem confiſcatio ad illud non extenditur; niſi dolosè, mala fide, & in detrimentum Fiſci fuerit habitum, vt rectè declarat idem Suar. loco citato, num. 10. D. Cæſar.

Bona. Adde Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 9. num. 27. & alios apud Suar. de Fide diſp. 22. ſec. 4. ſub num. 9. 12. & 13. vbi cum Vaſq. 1. 2. diſp. 172. cap. 1. Farin. de hæreſi, quæſt. 190. num. 19. & 80. Sanc. lib. 2. Decal. cap. 26. num. 10. probat, Fiſcum recuperare bona, vnà cum fructibus, qui ex illis prouenerunt à die commiſſi criminis vſque ad ſententiam: quoniam huiuſmodi fructus perſe loquendo ſunt confiſcati, & inter bona hæretici poſt crimen commiſſum acquiſita, computantur. Quod limitat ipſe Suar. loco citato, num. 11. verum eſſe, ſi fructus extent aut poſſeſſor fuerit effectus ditior: ſecus autem ſi fructus ſint conſumpti, & ex illis non ſit factus ditior; niſi poſſidens mala fide conſumpſerit, vt rectè declarat idem Suar. ibi, num. 12. & 13. vbi etiam ſec. 5. latè explicat, quænam hæreticorum bona ſub confiſcatione comprehendantur. Et ſec. 6. agit quoque de Regibus, & ſupremis Principibus hæreticis, an confiſcationis pœnæ ſubijciantur. D. Cæſar.

Ibi *(Receptatores)* Quinam dicantur hæreticorum receptatores. Q. 28.

SVMMARIVM.

1 *Receptatores hæreticorum, qui dicantur.*

2 *Receptatores hæreticorum, vt ſub diſpoſitione Bullæ Cœnæ comprehendantur, quatuor debent copulatiuè concurrere.*

3 *Receptator hæreticorum dicitur, non ſolùm qui frequenter, ſed etiam qui ſemel duntaxat hæreticos recipit.*

4 *Receptatores ſi non eſſent, malefaciens diu latere non poſſet. Vndè hi propriè dicuntur hæreticorum receptatores, qui illos recipiunt, vt occultati, Iuſtitiæ manus effugiant.*

5 *Receptator hæreticorum non dicitur, qui hæreticos, non occultandi animo, ſed hoſpitij cauſa recipit.*

6 *Receptator hæreticorum dicitur, qui ſciens hæreticum à Iuſtitia perquiri, ipſum recipit; etſi hoſpitij gratia recipiat.*

7 *Receptator hæreticorum non dicitur, qui probabiliter ignorans, aliquem hæreticum recipit, etiam occultandi animo, vt Iuſtitiæ manus effugeret.*

8 *Ignorantia craſſa, ſeu affectata æquiparatur ſcientiæ: quia prima eſt indirectè volita: ſecunda directè.*

9 *Receptator allegans ignorantiam probabilem circa hæretici receptationem, ſi hæreticus receptus, eſt notorius, aut denunciatus, tenetur illam probare, aliàs accuſator tenetur probare ſcientiam.*

10 *Receptans hæreticum non denunciatum, nec notorium, probabiliter ignorans talem eſſe, ignorantiam probare non tenetur, ſed accuſatori incumbit onus probandi ſcientiam.*

11 *Nautæ, Cauponæ, & Stabularij recipientes hæreticum, an, & quando dicantur hæreticorum receptores.*

12 *Receptator hæreticorum, vt quis dicatur, requiritur, vt hæreticos recipiat, vt hæretici ſint, & in fauorem hæreſis.*

13 *Receptator hæreticorum non dicitur, qui hæreticum recipit fame, aut frigore pereuntem.*

14 *Peccatores non ſunt ſuſcipiendi, vt peccatores; ſed vt homines, miſericorditer tractandi.*

15 *Receptatores hæreticorum non dicuntur, qui hæreticos recipiunt, non vt hæreticos, ſed vt amicitiæ, aut propinquitatis lege coniunctos.*

16 *Extranei receptantes hæreticos extra caſum neceſſitatis, contrahunt ſuſpicionem hæreſis.*

17 *Hæreticum recipiens extra caſum neceſſitatis; non tamen in fauorem hæreſis incurrit ſaltem excommunicationem minorem.*

18 *Receptator hæreticorum dicitur, qui hæreticum vt hæreticum recipit, & ſit in fauorem hæreſis; etiam ſi pater ſit, filius, vxor, maritus, frater, ſoror, &c.*

19 *Recipiens hæreticum, multis ex cauſis excuſatur à cenſuris, & pœnis, contra hæreticorum receptatores ſtatuis.*

1 REſpondetur. quòd hæreticorum receptatores, de quibus in præſenti Bullæ Cœnæ canone fit mentio, hi propriè dicuntur, qui ſcientes aliquos hæreticos eſſe, hæreſis gratia ipſos recipiunt. Ita Caiet. in ſum. in ver. excommunicatio, c. 2. & alij quos refert, & ſequitur Vgol. in explic. noſtri canonis, in verbo Receptatores, ſub n. 1. Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. & Farin. de hæreſi, q. 182. n. 159.

2 Vndè ad incurrendam excommunicationẽ, vi noſtri canonis contra hæreticorum receptatores latam, quatuor copulatiuè requiruntur. Primò enim exigitur, quòd fiat receptatio. Et quamuis Eymer. p. 2. Dir. q. 51. velit, quòd ad hoc, vt aliquis dicatur hæreticorum receptator, non ſufficiat ſi ſemel, aut iterum receptet, ſed requiri, vt frequenter hæreticos recipiat, cùm receptator nomen ſit frequentatiuum; nihilominus ex communi Doctorum ſententia hæreticorum receptator dicitur, non modò qui frequenter, ſed etiam qui ſemel tantùm hæreticos
3 recipit, dummodo reliqua requiſita concurrãt, de quibus infra dicemus. Ita Zanchin. tract. de hæret. c. 6. n. 2. & alij, quos refert, & ſequitur Pegna in dictum locum Eymer. com. 76. Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 1. c. 15. q. 2. Sayr. in explic. huius canon. lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 5. n. 3. cum alijs relatis ab Vgol. hoc loco. §. 1. ſub n. 2. & Farin. in d. q. 182. n. 132. in fine.

Secundò requiritur, vt hæretici recepti occultentur, ita vt iuſtitiæ manus effugere poſſint:
4 nam iſti propriè receptatores dicuntur, quorum genus peſſimum eſt: eo quod ſi receptatores non eſſent, malefaciens latere diù non poſſet, l. 1. ff. de Recept. l. congruit, ff. de offic. Præfid. l. 1. & 2. C. de ijs, qui latron. occul. Viual. hìc num. mihi, 7. & alij.

Vndè qui ſolùm hoſpitij cauſa hæreticum re-
5 ciperet, non occultandi animo, non diceretur

hæ-

hæreticorum receptator; niſi hoſpitio reciperetur tempore quo receptator ſciret illum à Iuſtitiæ miniſtris perquiri ad capiendum eum: nam tunc, non ſolùm in foro exteriori; verùm etiam in foro interiori hæreticorum receptator eſt cẽſendus: eo quòd eo ipſo quòd ſcienter hæreticũ
6 tali tempore receptat, licèt prætendat animum occultandi illum non habere explicitè; implicitè tamen huiuſmodi animum habere conuincitur. vt benè docet Sayr. loco citato.

Tertiò tequiritut, vt receptator ſcienter hæ-
7 reticum recipiat, ſciens illum hęreticum eſſe: nam qui probabiliter ignorans aliquem hæreticum eſſe, illum in propria domo recipiat, & occultet, vt Iuſtitię manus effugiat, non dicitur formaliter hæreticorum receptator.

Dixi probabiliter ignorans: quia ignorantia
3 affectata, ſeu craſſa non excuſat: nam prior eſt directè volita: poſterior indirectè: & ideo meritò æquiparantur ſcientiæ, l. cedere diem, §. vlt. l. latæ, l. magna, ff. de verb. ſignif. latè Dyn. in cap. ignorantia, de regul. iur. in ſexto.

An autem hæreticorum receptator allegans probabilem ipſius ignorantiam: vel accuſator eiuſdem ſcientiam, probare teneatur, inter Doctores controuertitur. Nam Alfon. Caſtr. lib. 2. de Iuſt. hæret. punit. c. 17. exiſtimat, reum debere ſe innocentem, & a culpa liberum oſtendere, ſi per ignorantiam probabilem hęreticum recepiſſe dicat. Alij volunt, ignorantiam in receptatore præſumi, & ideo onus probandi ſcientiã, tranſferri in accuſatorem: & hoc etiam ſi receptatus hęreticus, eſſet publicè denunciatus, & notus, vt ex Siman. lib. de cathol. inſti. tit. 15. videtur ſentire Azor. loco citato q. 8.

Alij denique, quos refert, & ſequitur Farin. in
9 d q. 182. n. 164. & quorum ſententia communis eſt, vt ait Pegna in Eymer. p. 2. Dir. q. 51. comm. 76. diſtinguunt, quòd aut hæreticus eſt denunciatus & notorius: aut nón eſt notorius. Primo caſu onus probandi ignorantiam incumbit receptatori: quoniam eo caſu præſumitur ſcientia in recipiente, & non ignorantia, vt per gloſſ. & Bar. in l. 1. ff. de recept. Marſ. conſ. 107. & Carer. de hæret. num. 170.

Quod verum putat Vgol. híc in ver. Recepta-
10 tores, §. 2. n. 4. niſi quis hæreticum recipiat, cuẽ denunciatum eſſe probabiliter ignoret, vt ſi denunciationis tempore, is qui denunciatum hæreticum recipit, abſens erat, infirmus in lecto detinebatur, aut ſi ruſticus ſit, ſimplex, & idiota, aliena non curans, ſed proprijs negotijs vacans; nam hæc probans, tranſfert onus probandi ſcientiam in accuſatorem, cum præſumatur habere probabilem ignorantiam. Secundo caſu incumbit onus probandi accuſatori allegan-
ti ſcientiam, vt per Doctores ſupra citatos: quia præſumitur ignorantia, vbi ſcientia non probatur, maximè in facto alieno, vt in d. c. ignorantia, & ibi Dyn. de Regul. iur. in ſexto.

Hinc ſequitur, Nautas, Caupones, Stabularios
11 & his ſimiles, qui aduentantium mores perſcrutari non tenentur, vt in l. 1. ff. de furt. aduer. naut. caup. & ſtabul. tunc demum teneri pœna receptatorum, cùm publicè damnatum, aut denunciatum hæreticum receptant, niſi probabilis ignorantia illos excuſaret; allegata, & probata, quando hæreticus vt ſupra eſt notorius, vt ait Pegna in ſupradicto loco: & alij, quos refert, & ſequitur Farin. vbi ſupra num. 161. Licèt Azor. in d. q. 8. in fine hoc etiam caſu videatur illos excuſare à probatione probabilis ignorantiæ.

Quartò exigitur, vt receptator hæreticos re-
12 cipiat, vt hæretici ſunt: ad defendendam fidem, hæreſim, ad illam docendam, vt ex Vgol. & alijs ſupra diximus. Rationem autem hanc eſſe ait, Sanchez ibi n. 4 quia hæc excommunicatio, ſicut primariò fertur in hæreticos ratione hæreſis, ita deriuatur, & ad alios extenditur ſecundùm habitudinem ad eandem hæreſim quatenus illi in hæreſi fauent.

Vndè ſi quis hęreticum frigore pereuntem in
13 domum ſuam recipiat, ne pereat, non incidit in excommunicationem noſtri canonis: nam eis tenemur ex lege charitatis, ſi extremè indigeant ſubuenire: non quatenus hæretici ſunt, ſed vt homines. Ait enim Dominus: *Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat.* Ad idem facit tex. in cap. duo iſta nomina 23. q. 4. vbi ſic ait D. Auguſt. *Duo iſta nomina, Homo Peccator, non fruſtrà*
14 *dicuntur, Quia peccator eſt, corripe: quia homo eſt, miſerere.* Et inferius poſt multa concludit. *Non ergo ſuſcipiamus peccatores, propterea quod ſunt peccatores: ſed tamen eos ipſos, quia & homines ſunt, humana conſideratione tractemus: perſequamur in eis propriam iniquitatem: miſereamur communem conditionem.*

Sic etiam recipiens hæreticos, non tanquam
15 hæreticos, ſed tanquam ſibi ſocietatis, beneuolentiæ, amicitiæ lege coniunctos, ſupradicta excommunicatione non alligatur. Aliàs omnes ferè Catholici, etiam Religioſi, Germaniæ, Angliæ, Scotiæ, & Galliarum in huiuſmodi excommunicationem, & pœnas inciderent: eo quòd cõmercium habent cum hæreticis, quatenus homines ſunt, vt benè explicat hoc loco Nauar. in ſuo Manu. c. 27. n. 55. ver. Quarta. Quod verum putat Azor. in c. 15. q. 2. & 3. in foro conſcientiæ; ſecus autem in foro exteriori: nam in illo foro ex ſupradictis cauſis receptans habetur tanquam excommunicatus, & in aliàs iuris pœnas prolapſus.

Dummodo tamen extraneus ſit, qui recipiat
16 hęreticum, eidemque ſubueniat extra caſum neceſſitatis. Nam extraneus receptans, aut quocumque modo ſubueniens hæretico, qui nullo conſanguinitatis, aut affinitatis vinculo ad eum pertinet, nec aliqua præmitur neceſſitate in ijs, quæ neceſſaria ſunt ad ſubſtentandam naturam, in foro exteriori præſumitur hæreticorum fautor, vt hæretici ſunt, & in fauorem hæteſis: niſi ex alijs circunſtãtijs probabiliter excuſari valeat. Simpliciter tamen in foro conſcientię, in excommunicationem non incidit, cùm id non agat in fauorem hæreſis, ſed propter liberalitatem, aut aliam cauſam præter hęreſim.

Eſt tamẽ verum, quod ſi talis hęreticus eſt no-
17 minatim denunciatus, & declaratus, extra neceſſitatem eundem recipiens, aut aliquid eidem donans, tàm in foro exteriori, quàm in foro conſcientię alligatur excommunicatione ſaltem minori, lata contra communicantes cum excommunicatis. Nam in perſona hęretici, præter neceſſitatem poſſumus conſiderare duplicem aliã rationem, nempè quòd hęreticus eſt, & quòd eſt excommunicatus. Vndè communicans cum hęretico, illum recipiendo, eidemque fauendo, ac

ſubueniendo, non in ordine ad hæreſim peccat quidem,ſi ſit denunciatus;quia communicat cũ excommunicato contra præceptum Eccleſiæ, & erit excommunicatus excõmunicatione minoti, dummodo non communicet in Diuinis, nam tunc erit maiori,ſi clericus fuerit,vt in cap. ſignificauit,de ſent.excom. excommunicationẽ autem noſtri canonis non contrahet: quoniam hanc incurrit ille ſolus, qui communicat cum hæretico fauendo,ac defendendo illum,vt hæreticus eſt, vt ſupra diximus, & habetur ex Alter.hic c.5.col.pen ver.Primo loco:& per totã.

Ex his patet,quòd tunc demum hæreticorum
18 receptatores ſub diſpoſitione huius canonis comprehenduntur,cùm prædictæ quatuor conditiones copulatiuè concurrunt. Quibus concurrentibus hæreticorum receptator ſub eodẽ canone comprehenditur, ſiue perſona publica ſit,ſiue priuata;ſiue laicus,ſiue clericus: priuilegium habeat,vel non habeat: ſiue receptator ipſe hæreticus ſit,ſiue catholicus:ſiue poſt receptatum hæreticum ipſum pœniteat,& Iudici tradat puniendum,ſiue non pœniteat. Item receptator hæreticorum in dictum canonem incidit, qualiſcumque ſit hæreticus. quẽm recipit,ſiue filius ſit,ſiue pater,ſiue frater, ſiue maritus. ſiue vxor,ſiue Rex,ſiue Imperator, ſiue etiam Summus Pont.qui Bullam condidit(quod abſit):ſi modo notorius,denunciatuſque hæreticus ſit, & tanquam incorrigibilis dignitate Pontificia priuatus. Item in quemcunque locum hæreticum quis recipiat:ſiue in proprium Regnum, Prouinciam,Ciuitatem,vel ædes,etiam alienas; pœnas receptatoris hæreticorum contrahit, vt
19 benè declarat Vgol.hic in ver.Receptatores. §. 1.per totum, & latè Farin. de hæreſi, q.82.à n. 132.vſque ad num.165.vbi circa huiuſmodi materiam ponit regulam, & multipliciter ampliat, & limitat. Plures etiam limitationes vide,apud eundem Vgol.loco cit.§.2.

An conſanguinei, & affines recipiẽtes hæreticos,non vt eorum hæreſi faueant, ſed vt occultati, Iuſtitiæ manus effugiãt, & infamiam deuitent, hæreticorum receptantium pœnis ſubiiciantur. Q.29.

SVMMARIVM.

1 *Receptatores hæreticorum conſanguinei, & affines, minus puniuntur temporali pœna.*

2 *Amor furori æquiparatur: & interdum amor,furor dicitur.*

3 *Receptatores hæreticorum tunc vi Bullæ Cœnæ alligantur,quando gratia hæreſis hæreticos recipiunt, & ideo eorum conſanguinei recipientes hæreticos ad occultandum eos, ne à Iuſtitiæ miniſtris comprehendantur, ad euitandum infamiam, non ſunt excommunicati.*

4 *Voluntas,& propoſitum diſtinguunt maleficia: nam prima regula humanorum actuum, eſt agentis voluntas.*

5 *Conſanguinei in dubio præſumuntur receptare hæreticos,non gratia hæreſis, ſed ex cauſa ſanguinis.*

6 *Receptantes hæreticos hoſpitij cauſa, & non propter hæreſim, non incidunt in Bullam Cœnæ.*

7 *Receptantes hæreticos vi, aut metu mortis compulſi, excuſantur ab excommunicatione.*

8 *In moralibus conſideratur id, quod eſt per ſe, & non quod eſt per accidens.*

9 *Latronum conſanguinei, & affines, illos receptantes non latrocinij cauſa, non ſunt ſeuerè puniendi.*

10 *Amor patris erga filios non eſt minor, quàm vxoris in virum.*

11 *Honoris conſeruandi gratia multò plura, & maiora fiunt,quàm amoris furore.*

12 *Receptantes hæreticos neceſſitatis cauſa, excuſantur ab hæreſis præſumptione,& ab excommunicatione.*

13 *Receptantes hæreticos prodi ſenſione bonorum,corporis,animæ, ac famæ, excuſantur. Receptantes Bannites conſanguineos, & affines,gratia ſanguinis,excuſantur ab excommunicatione lata à Sixto V.*

14 *Receptantes conſanguineos, & affines reos læſæ Maieſtatis, excuſantur.*

15 *Receptantes reos amiciſſimos excuſantur.*

16 *Infideles ſub domino Principum ſæcularium exiſtentes, ſi hæreticos receptant, poſſunt per Inquiſitores puniri.*

17 *Receptantes conſanguineos hæreticos,ſi participes criminis ſint,duplici excommunicatione alligantur.*

18 *Receptantes conſanguineos hæreticos pecuniarum gratia;an & quando excuſentur.*

19 *Receptantes conſanguineos hæreticos, quoad pœnam temporalem, qualiter puniendi ſint.*

AD tituli explicationem eſt adnot. quòd hîc
1 non loquimur de pœnis temporalibus,quibus hereticorum receptatores ſubijciuntur:clarum eſt enim quòd conſanguinei, & affines mitiùs puniuntur;quàm extranei:ar.tex.in l.2.ff.de Recept.vbi Iuriſc.de receptatoribus Latronum dũm loqueretur,ſic ait, *Eos, apud quos affinis, vel cognatus latro conſeruatus eſt,neque abſoluendos,neque ſeuerè admodum puniendos; non enim par eſt eorum delictum,& eorum, qui nihil ad ſe pertinentes latrones recipiunt.* Quam legem, licèt Repertorium Inquiſitorum in ver.Receptatores, §.ſed tamen receptatus. & Paul.Grill.tract.de hæret.q.9. n.2. velint locum ſibi non vendicare in receptantibus conſanguineos hereticos propter criminis immanitatem; tamen contrarium tenet communis ſententia.vt Siman.de cath.inſt.tit.15. n. 20.Eymer.p.2.Dir.q.56.& alij, quos refert,& ſequitur Pegna ibi,com.81.& Viual.in explic.noſtri canonis, n. mihi 82. vbi extendit prædictam legem, etiam ad ſeruos. Loquimur igitur in hac quæſtione de pœnis ſpiritualibus, & ſic de excommunicatione, quæ in d.canone continetur; & quærimus,an ſupradictæ perſonę,vt ſupra contrauenientes in illam incidant.

Secundò eſt annot.quòd omnis controuerſia non eſt de his,qui receptant conſanguineos hereticos,vt hæretici ſunt,& ſic in defenſionem hæreſis;cẽrtum eſt enim illos ſupradicta cenſura alligari per ea, quę ſupra diximus: ſolùm igitur eſt noſtra quæſtio de receptantibus conſanguineos, vel affines hereticos, vt conſanguinei, & affines ſunt, ne à Iuſtitię miniſtris comprehenſi puniantur,& ad euitandum infamiam.

Tertiò eſt adn.quòd noſtra queſt.poteſt tripliciter diſputari. Primò an dictę perſonę in excõmunicationem incidãt, quoad forum interius. Secundò an incidant non modò quoad forum interius,ſed etiam exterius. Tertiò an incidant

quoad

quoad forum exterius, non autem interius. De his omnibus, Deo duce, diſcutiemus.

In hac difficultate tres extant opiniones. Nã prima ſententia eſt Tol. in explicatione præſentis can. in ver. Sextum genus. Sayr. hoc eodem loco, lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 5. num. 3. in fin. Vgol. pariter eodem loco, in ver. Receptatores, §. 1. ſub num. 3. & §. 2. ſub n. 1. in fin. ac etiam videtur Farin. de hær. q. 182. n. 150. dicentium, quòd excommunicatio lata contra receptatores hæreticorum, extenditur ad receptantes hæreticos conſanguineos, & affines, etiã ſi timore infamiæ illos receptauerint, & occultauerint ad Iuſtitiæ manus effugiendas.

Probant eorum ſententiam: quia, etſi huiuſmodi receptatio hæreticorum facta non ſit explicitè in fauorem hæreticorũ, vt hæretici ſunt; tamen implicitè facta eſt in fauorem hæreſis; quoniam occultati iuſtitiæ manus effugiunt: & ideo datur illis aditus docendi, ac defendendi eorum errores; modò implicite, & explicitè ſe habent ad modum taciti, & expreſſi, quorum eadem eſt virtus, l. cùm quid. ff. ſi cert. petat.

Confirmatur ex d. l. 2. de Recept. vbi præcipitur, conſanguineos, & affines occultantes latronem non eſſe abſoluendos, & tamen illi non receperunt eos vt fures, & propter furtum; ſed ratione conſanguinitatis, & affinitatis, vt ex eodẽ tex. colligitur: ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, vt quamuis nõ receptentur hæretici, vt hæretici ſunt, ſed vt conſanguinei, & affines; nihilominus eos receptantes pœnam excommunicationis in noſtra clauſula contentam non effugiunt. Vndè ſupraſcripti Doctores videntur velle, non eſſe neceſſariam intentionem fauendi hæreſi; ſed ſatis eſt ſi receptatio reſultet in fauorem hæreſis ad incurrendam excommunicationem ſaltem in foro interiori, iuxta Farin. interpretationem, loco citato, ſub num. 148. in fine.

Hanc eandem ſententiam tenet Mar. Alter. in explic. eiuſdem can. cap. 4. col. 3. in ver. Controuerſia tamen eſt: inquiens, quod quicquid dicẽdum ſit, quoad alias pœnas debitas Receptatoribus; tamen ſi loquamur de pœna excommunicationis, quæ ſpiritualis eſt, & afficit animam, ratione cuius tutius eſt duriorem partem ſequi, huiuſmodi receptantes conſanguineos hæreticos, ne ab Eccleſiaſtica Curia capiantur, indigere abſolutione ab excommunicatione, de qua agitur. Nam in foro conſcientiæ melius eſt præſumere delictum, quàm non delictum: vt habetur ex Petro Anch. conſ. 179. quia in tali foro timenda eſt culpa vbi non eſt, c. conſilium, de obſeruatione ieiunij, & Felin. in c. dudum, col. 5. de præſump. Hinc Inn. in c. ad audientiam, de homic. inquit, quòd in foro animæ, quando res eſt dubia, debet quis ſe præſumere irregularem.

Secunda ſententia eſt Viual. in explicatione
2 noſtri canonis, n. mihi 86. ſimpliciter inhærentis ſupraſcriptæ opinioni quoad omnes cognatos, & affines, exceptis vxoribus excipientibus maritos hæreticos, non tanquàm hæreticos, ſed tanquam eorum amantes: nam hoc caſu excuſat illas ab excommunicatione: & in foro exteriori mitiori pœna exiſtimat eſſe puniẽdas: quoniam amor furori æquiparatur: & interdum amor furor nuncupatur, c. cùm in ſpectute de præſumpt. & Bal. in l. precibus, C. de Impub. & alijs ſubſt. Hinc Eccl. c. 19. habetur: *quod vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, &c.* & c. 40. *vinum & mulieres auferunt cor.*

In eandem ſententiam videtur inclinare Pegna in Eym. q. 6. com. 81. p. 2 Dir. in ver. Nũquid autem. vbi extendit hanc ſententiam locum habere in quolibet amante & amiciſſimo, receptãte hæreticos, amore ſibi & amicitia coniunctos; dummodò amicitia non ſit quæuis, ſed maxima: nec quius amor, ſed ingens: quoniam amicitia, vt ait Valer. Max. lib. 14. cap 7. vinculum potens eſt, & prævalidum: neque vlla ex parte ſanguinis viribus inferius: & amicitia ipſa veluti quædam fraternitas eſt, l. verum, ff. pro ſoc. Iaſ. in l. quæ dotis, ff. ſol matr. & Soc. conſ. 263.

Tertia ſententia, quæ nobis magis probatur,
3 eſt Sanchez cum alijs, quos ipſe refert lib. 2. Decal. c. 10. ſub n. 5. & Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 1. c. 15. q. 4. dicentium tunc contrahi excommunicationem noſtri canonis latam contra receptatores hæreticorum, quando motiuum receptationis eſt ipſa hæreſis: quo circa conſanguinei, & affines recipientes hæreticum, & occultantes eum, non gratia hæreſis, ſed ne compræhenſus à Iuſtitiæ miniſtris, non ſine ipſorum affinium, & cognatorum infamia puniatur, in noſtrum canonem non incidunt, non modò quoad forum exterius: ſed nec etiam quad forum interius.

Probatur Primò hæc ſententia: quia, vt quæſt. præcedenti diximus ex Caiet. & alijs, ſicut hæc excommunicatio primariò fertur in hæreticos ratione hæreſis, ita extenditur ad eorum receptatores, fautores, & defenſores ſecundùm habitudinẽ ad eandẽ hæreſim, quatenus illis in hæreſi fauent, & intentionem eidem fauendi habent: quia quando non eſt intentio fauendi hæreſi, ſed ſoli perſonæ ex alia ratione, quàm hæreſis, non eſt formaliter fauere hæretico: eo quòd fauor ipſi non præſtatur, quatenus hæreticus eſt. Immo ſtat cum hoc fauore diſplicere maximè hæreſim fauenti.

Et confirmatur, quoniam vbi deeſt fauendi
4 intentio, deeſt etiam formalis culpa huiuſmodi fauoris, & conſequenter non contrahitur receptatoris hæreticorum crimen: nam voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia, l. qui iniuriæ, ff. de furt. l. 1. C. de Sicar. l. fæliciſſimã, C. de adul. c. volentare, de ſent. excomm. Humanorum enim actuum principalis prima ac potiſſima regula eſt agentis voluntas, & conſenſus, quo ſublato, omnis actus redditur informis, atque indiferens, & inanimatus, l. obligationum ſubſtantia, ff. de act. & oblig. l. 2. C. de contrah. emp. & l. interpoſitas, C. de tranſact.

Secundò probatur: quia non alia ratione in
5 foro exteriori extranei receptantes hæreticos ſunt excommunicati, niſi quia præſumuntur eos receptaſſe, vt hæretici ſunt, & non vt homines ſunt: nam ſi in foro exterior probare poſſent extranei hæreticos, non vt hæreticos recepiſſe, tũc ſicut in foro interiori quæſt. præcedenti probauimus, excuſari ab excommunicatione; ita etiam in foro exteriori excuſarentur. Sed hæc præſumptio ceſſat in receptantibus cõſanguineos, & affines hæreticos, ſicut in eis ceſſat ſuſpicio hæreſis, vt benè docet Nauar. in Man. c. 27. n. 55. ver. Quarta. Eymer. & in eum Pegna

locis citatis. In dubio enim pater filium, & è contra: frater fratrē; vxor maritū, & è contrario, præsumuntur receptasse potius ratione sanguinis. quā propter hæresim, vt per Vgol. hic in ver. Receptatores §. 2. n. 2 & Farin. d. q. 182. num. 151. & alios ab eisdem relatos: ergo huiusmodi personæ vtsupra receptantes, non modò excusantur ab excommunicatione prædicta in foro interiori, sed etiam in foro exteriori.

Tertiò probatur ex d. l. 2. ff. de recept. vbi ex illa lege conclusimus supra ex communi Doctorum sententia; quòd sicut receptantes consanguineos, & affines latrones mitius puniuntur, ita etiam minoratur pœna in receptantibus consanguineos, & affines hæreticos: si igitur prædictæ personę mitius puniuntur pœna temporali: ergo & hæ debent etiam mitius puniri pœna spirituali, & consequenter excusari ab excommunicatione: quia aliàs seuerè punirentur, cùm excommunicatio maxima sit omnium pœnarum, cap. corripiantur. 24. q. 3.

Quartò probatur, quia extranei, qui hæreticos recipiunt hospitij gratia, & non vt hæretici 6 sunt, excusantur, vt diximus, ab excommunicatione in foro conscientiæ; ergo recipientes vtsupra hæreticos consanguinis, & affines, vt tales sunt, ratione sanguineos, & ad euitandum infamiam, excusantur ab excommunicatione, non tantum in foro conscientiæ, sed etiam in foro exteriori: quoniam non est par eorum delictum & illorum, qui nihil ad se pertinentes hæreticos recipiunt, ar. tex. in d. l. 2. ff. de recept.

Denique Receptatores hæreticorum timore 7 mortis excusantur ab excommunicatione, sicut etiam qui vi præcisa compulsi, hæreticos recipiunt: quia leges humanæ conscie tiam non astringunt cum certo, ac probabili vitæ discrimine: & qui metu mortis hæreticum recipit, non tamquam hæreticū recipit, sed vt vitā suā tueatur, & seruet, vt docet Azor. lib. 8. Inst. mora. p. 1 cap. 15. q. 5. & Vgol. loco citato, num. 3. cum alijs quos ipse allegat: ergo etiam receptantes consanguineos, & affines hæretici ad euitandam infamiam debent excusari: quia sicut metus mortis excusat à censura; ita metus infamiæ: quia vterque metus est cadens in constantem virum, vt in l. ifti quidem, ff. quòd met. cau. Nauar. c. 27. in Man. n. 239. Suar. de sacr. disp. 66. sect. 4. & de censur. disp. 6. sect. 3. & alij, quos refert, & sequitur Sayr. lib. 2. Thes. tom. 1. c. 3. num. 27. & 28.

Nec obstat tex. in l. nec timorem, ff. quòd met. causa, quoniā ad illum tex. bene respondet glos. ibidem: loquimur enim nos de infamia, quæ talis est, vt habeat iuris effectum.

Ad argumenta respondetur.

8 AD primum dicimus, receptationem illam consanguineorum, & affinium hæreticorū, supponi esse factam per se, & simpliciter gratia consanguinitatis, aut affinitatis. quòd deinde talis receptatio resultet in fauorem hæresis, hoc est per accidens: modò in moralibus consideratur id, quod per se fit, & non quod per accidēs: quoniam sicut in rebus naturalibus, id, quod est per accidens nonconstituit speciem, ita in moralibus, quod sequitur prætet intentionem, est quasi per accidens, nullumque iuris effectū operatur, ar. tex. in l. in fine, ff. de condit. & demonstr. & Royas, p. 1. de hæret. num. 130.

Ad confirmationē respondetur, quòd tex. in d. 9 l. 2 ff. de recept. facit potius pro nobis, quam cōtra nos, dū vult, huiusmodi consanguineorum, & affinium latronum receptatores, non esse seuerè puniendos: nam accomodando dictum tex. ad casum nostrum, proculdubio receptantes hæreticos consanguineos, & affines ab excommunicatione, etiam in foro exteriori excusantur; quia aliàs seuerè punirentur; cùm excommunicatio sit maxima omnium pœnarum, vt supra diximus ex tex. in cap corripiantur, 24. q. 3. Ad motiuum Alter. respondetur, quod in casu, de quo agitur non est dubium facti: nam nos supponimus, consanguineos certò scire non receptasse huiusmodi hæreticos in defensionem hæresis; sed dubiū est iuris ob varias Doctorum sententias. Modò in censuris, licèt quando quis probabiliter dubitat, an hoc vel illud crimen commiserit censuram annexam habens, debeat tutiorem partem eligere; tamen quando dubium est iuris, an scilicet hoc, vel illud crimen quod patrauit, censuram habeat annexam, tunc mitiorem partem potest eligere: & eo magis vbi pro mitiori sententia adsunt probabiliores rationes, & si minor Doctorum numerus, vt sumus in casu nostro. Ita habetur ex eodem Alter. in suo tract. de censu. lib. 4 disp. 1 c. 4. col. 3. & ante ipsum Suar. de irregul. disp. 10. sect. 5. n. 16. 17. & 18.

Ad fundamentum secundæ sententiæ respon- 10 dentes, concedimus. quòd vxor receptans maritum hæreticum, & illum occultās, vt Iustitiæ manus effugiat ex vi tantùm amoris compulsa, non incidit in excommunicationem, vt ex Vual. dicitur; sed negamus sententiam Viualdi veram esse quoad alios consanguineos, & affines: quia militat eadem amoris ratio in alijs; maximè si pater sit, qui recipit filium hæreticum: nam amor patris erga filios, nō est minor quàm vxoris in viros, vt latè probat Fon. in suo tract. amoris Dei, cap. 45. & 46.

Quòd si amor excusat, tantò fortiùs honor, 11 & timor infamię: eo quòd multò plura, & maiora fiunt honoris conseruandi causā, quàm amoris furore. Hinc videmus patrem filias occidere fornicarias: & viros vxores adulteras; quātuis ardenter illas dilexerint, ad vitandam infamiam, vt idem Fons. probat loco cit. c. 37.

Vndè his reiectis, firma remanet conclusio, quòd receptantes consanguineos, & affines hæreticos, non vt hæretici sunt; sed gratia consanguinitatis, seu affinitatis, excusantur ab excommunicatione in nostra clausula contenta, non modò in foro interiori; sed etiam in foro exteriori.

Ampliatur primò supradicta cōclusio, vt ve- 12 ra sit, non modò in receptantibus vt supra cognatos & affines hæreticos. sed etiam hæreticos extraneos, concurrente aliqua necessitate, aut vtilitate maximè publica, in pace, vel militia: nam tunc, sicut excusantur ab hæresis præsumtione, ita excusantur ab excommunicatione, per ea, quæ supra diximus.

Sic Carolus V. Imperator, & Philippus II. Rex, quos fertur nonnullos Lutheranos ad eorum militiam recepisse, vtilitate, seu necessitate compulsos, in excommunicationem huius ca-

nonis

nonis non inciderunt: quoniam clarè conſtat, illos hæreticos, non vt hæreticos recepiſſe, ſed vt milites ad expugnandum hoſtes, vt benè docet Nauar. loco ſupra citato.

Hæc vera ſunt non ſolùm, quando recipimus
13 hæreticos neceſſitate compulſi pro defenſione rerum, ſed etiam pro defenſione corpotis, animæ, ac famæ, vt benè declarat Vgol. híc in ver. Receptatores, § 2. ſub n. 5. cum plur. ſeq.

Secundò, ampliatur dicta concluſio in receptantibus Bannitos contra formam Bullæ Syxti V. editæ ſub die 20. Maij 1589. cuius meminit Steph. 40. in ver. Bannitorum fautores, in comp. Bull. nam ſi recipientes Bannitos, ſint eorum cõſanguinei, & affines, excuſantur ab excommunicatione in dicta Bulla contenta: quia non præſumitur conſanguineus receptare conſanguineum bannitum, vt bannitus eſt, & Rom. Pontifici rebellis, ſed tanquam conſanguineus, l. 3. ff. de tutel. cap. requiſiti, de teſtam. Ripa. in Lex facto, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. n. 60. latè Felyn. in c. cùm quidam, de iur. iur. n. 11. & Ludouic. de Beia in Deciſ. caſ. Bonon. in Congregatione ſecunda, habita fer. 3. die 24. Ianuar. 1581. caſu primo.

Tertiò ampliatur vt idem dicendum ſit in re-
14 ceptantibus reos læſæ Maieſtatis, ſi pro dicto crimine lata eſſet excõmunicatio, vt per Azor. in d. c. 15. q. 4.

Quartò ampliatur in recipientibus hæreti-
15 cos, bannitos, vel reos læſæ Maieſtatis maximè amantes, & amiciſſimos, per ea, quæ diximus ex Pegna ſupra in relatione ſecundæ ſententiæ in fine: nam iſti fortè excuſantur à ſupradictis cẽſuris; ſicut excuſantur recipientes huiuſmodi perſonas metu mortis, dehoneſtationis, amiſſionis maioris partis bonorum, aut alterius metus, cadentis in conſtantem virum; iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt.

Quintò ampliatur in Iudæis, & alijs Infideli-
16 bus exiſtentibus ſub Principum Chriſtianorum dominio, & receptantibus eorum conſanguineos, & affines hæreticos: nam iſti non præſumuntur, vt hæreticos illos receptare: & ideo in foro exteriori mitius veniunt puniendi, per tex. in d. l. 2. ff. de recept. Iudæi namque, & alij Infideles, licèt non incurrant excommunicationem cùm ſint extra Eccleſiam; tamen ſi hæreticos, aut apoſtatas receprauerint, aut quomodolibet defenderint, poſſunt per Inquiſitores puniri, vt patet ex extrau. Greg. XIII. relata à Pegna in Eymer. p. 2. Dir. q. 51. com. 76. in fine. Quæ quidem videntur extendi poſſe etiam quoad Infideles, vt ſupra receptantes eorum cõſanguineos & affines bannitos, ac reos læſæ Maieſtatis, cùm militet eadem ratio.

Sic ampliata limitatur primò dicta conclu-
17 ſio, vt non procedat quotieſcunque receptantes conſanguineos, & affines vt ſupra hæreticos, ſunt participes criminis: nam tunc non modò ſunt excommunicati, verùm etiam, nec eis venit mitiganda pœna temporalis, ſed pœna ordinaria veniunt puniendi, vt benè docet Gandin. in tract. de maleſ. tit. de fur. & latr. n. 13. & Pegna in Eymer. q. 56. com. 81.

Immo huiuſmodi receptãtes duabus excom-
municationibus alligati erunt: altera, vt hæretici: & altera, vt hæreticorum receptatores, vt habetur ex Vgol. loco cit. §. 1. ſub n. 1. Quod verum eſt, ſi receptatio fiat in fauorem hæreſis, vt in foro exteriori præſumitur, aliàs vnica tantùm excommunicatione, qua ratione hæretici ſunt, & non altera, vt hæreticorum receptatores. Et hoc in foro exteriori: nam quoad forum exterius contrahent vtramque cenſuram.

Secundo limitatur in receptantibus conſan-
18 guineos, & affines hæreticos pecuniarum gratia: nam tunc. eſto quòd illos non receptent, vt hæretici ſunt; tamen in vtroque foro ſunt excõmunicati. & pœna ordinaria veniunt puniendi; niſi ita eſſent pauperes, vt neceſſitate magna compulſi, pecuniarum gtatia hæreticos receptauerint; nam tunc veniunt mitius puniendi. Ita ex Zanch. Carrer. Iul. Clar. Syl. Tab. & alijs, docet Viual. híc à n. mihi, 82. ad 86. Licèt hoc, dubium videatur quoad excommunicationem in foro interiori; cùm non recipiant hæreticos, vt hæretici ſunt; ſed pecuniarum gratia.

Tertiò limitatur, vt in imponenda pœna tem-
19 porali huiuſmodi perſonis, conſanguineorum magis coniunctorum ratio habenda ſit: nam filius receptans patrem hæreticum, vxor maritũ: frater fratrem, leuius puniendi ſunt, quàm ſi remotiores, vt benè notat Pegna in d. com. 81.

An ad incurrendas pœnas contra receptatores hæreticorum latas, requiratur, quòd hæretici receptati, ſint nominatim excõmunicati, ac denunciati. Q. 30.

SVMMARIVM.

1 *Receptatores hæreticorum incurrunt pœnas contra recipientes illos latas, etiam ſi hæretici denunciati non ſint, aut notorij.*

IN hac re pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia eſt Vgol. in explic. præſentis can. in ver. Receptatores, §. in fine, dicentis, quòd receptantes hæreticos, qui notorij non ſint, nec denunciati, non incidunt in excommunicationem in noſtro canone contentam. Probat ſuam ſententiã per extrau. Ad euitanda ſcandala cuius vigore non tenemur vitare, niſi excommunicatos nominatim, ac denunciatos.

Secunda ſententia, quæ nobis magis proba-
1 tur, eſt Suar. híc diſp. 21. de cenſ. ſec. 2. n. 9. quem refert, & ſequitur Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. n. 6. dicentis, quòd ad contrahendam excommunicationem contra receptantes hæreticos promulgatam, non eſt neceſſe, vt hæretici nominatim denunciati ſint, ſed ſatis eſt, ſi receptantes ſciant illos hæreticos eſſe, & in fauorem hæreſis receperint: quoniam ui noſtri canonis non prohibetur hæreticorum receptatio, tanquã participatio cum hæretico, ut excommunicatus eſt: ſed ſolùm ea ratione, qua hæreticus eſt. Vndè licèt hæreticus ille, excommunicatus non eſſet, ratione probabilis ignorantiæ cenſuræ, receptans, aut defendens illum, eidemque fauens, ut hæreticus eſt, in prædictam cenſuram incideret. Et idem puto dicendum quoad alias pœnas. Ex quibus patet etiam reſponſio ad contrarium.

An

An hæreticum occultans, receptans, eidemque fauens ad hæreſes diſſeminandas, ac ad effugiendas Iuſtitiæ manus, ſi non diſſeminauit, captuſque eſt, excommunicationem incurrat. Q. 31.

SVMMARIVM.

1 *Mandantes, & conſulentes, ſi tantùm acceſſoriè excommunicantur, & non principaliter, in excommunicationem non incidunt, effectu non ſecuto.*
2 *Receptans hæreticum, occultandi animo in fauorem hæreſis, excommunicationem contrahit, etiam ſi Iuſtitiæ manus non effugiat, nec hæreſer diſſeminet.*
3 *Receptatores, ac fautores hæreticorum excommunicãtur æquè principaliter ac ipſi hæretici.*
4 *Copulatiua, &, facit copulatum venire principaliter, non acceſſoriè.*
5 *Iuris patronatus venditio facta æquè principaliter alijs rebus, non valet, ſecus ſi acceſſoriè.*
6 *Dictio, cum, acceſſionem denotat.*
7 *Simile, non eſt idem.*

IN hac difficultate Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. num. 9. tenens partem negatiuam ait, quòd ſi quis hæreticum occultet, illiuè faueat, quo facilius hæreſes diſſeminet, vel ne capiatur, ſi non diſſeminauit, captuſque eſt excommunicationem noſtri canonis non incurrit. Et hanc ſuam ſententiam probabiliorem exiſtimat ſententia Sayr. in explicatione huius canonis, lib. 3. Theſ. tom. 1. cap. 5. num. 4. dicentis, probabile ſibi videri, recipientem hæreticum animo occultandi, quamuis realiter non occultet, in excommunicationem incidere, cùm de iure communi, vt in cap. ſicut ait, de hæret. tum etiam vi noſtri canonis.

Probat ipſe Sanchez ſuam ſententiam: quia excõmunicatio Bullæ Cœnæ primariò, & principaliter fertur in hæreticos: & quaſi acceſſoriè deriuatur, & extenditur ad fautores, defenſores, & receptatores eorum. Quod quidem conſtare, inquit, ex tenore eiuſdem Bullæ, excommunicantis hæreticos in primo loco: & deinceps in ipſorum odium reliquos.

At vbi principaliter quis excommunicatur:
1 & acceſſoriè excommunicantur mandantes, conſulentes, fauentes, hi non incurrunt, effectù mandati, conſilij, aut fauoris non ſubſecuto, vt latè probat Nauar. in Man. cap. 27. ſub n. 51. In hanc eandem ſentẽtiam conatur reducere Suarez híc diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. num. 8. dum ait, quòd excommunicatio iſta fertur in pœnam, & odium hæreſis: & ideò ſicut primariò fertur in hæreticum ratione hæreſis; ita deriuatur, ſeu extenditur ad alios ſecundùm habitudinem ad eandem hæreſim; atque adeò quatenus illi fauent quouis modo in ipſa hæreſi.

His tamen non obſtantibus, arbitror ſententiam Sayr. eſſe non modò probabilem, ſed omninò veram: & opinionem Sanchez eſſe penitus
2 improbabilem 4: & conſequenter ſi quis hæreticum receptet occultandi animo in fauorem hæreſis, eſto quòd hæreticus ille hæreſes non diſſeminauerit: & Iuſtitiæ manus non effugerit, nihilominus receptans, occultans, defendens, vt ſupra in excommunicationem incidit; & ſic etiam, effectu non ſecuto.

Probatur hæc ſententia eodem Sayr. fundamento, probabiliter exiſtimantis, receptatores
3 hæreticorum ex eommunicari æquè principaliter, ac ipſos hæreticos. Quòd vi noſtri canonis, & aliorum iurium æquè principaliter excommunicentur hæretici, & eorum receptatores, fautores, & defenſores, vltra tex. in d. c. ſicut ita à Sayr. allegatum; probatur etiam ratione. Nam Rom. Pontifex in ſerenda dicta cenſura contra hæreticos: & eorum receptatores, &c. vtitur copula, &, inquiens: *Excommunicamus, &c. ac omnes, & ſingulos alios hæreticos, quocunque nomine cenſeantur, & cuiuſcunque ſectæ exiſtant, ac eorum credentes, receptatores, fautores, &c.* Vndè ſicut principaliter excommunicantur hæretici, ita etiam principaliter excommunicantur eorum receptatores, & reliqui in deteſtationem hæreſis, & hæreticorum; eo quòd copulatiua, &, facit copulatum
4 venire principaliter, & non acceſſoriè, vt per Abb. in c. ſæpè, num. 7. de verb. ſignif. per. gloſ. in c. quærelam, de Simon. vbi etiam idem Abb. ſub n. 5. & quamplurimi alij Doctores additi poſt ipſum, dicunt, quòd ſi venditio Iuris patro-
5 natus hoc modo fiat: Vendo tibi talem villam, & Ius patronatus, quod habeo in ea; eſt nullius momenti reſpectu Iuris patronatus: quia Ius patronatus non poteſt vendi æquè principaliter cum alijs bonis, pro vt eo caſu venderetur, ratione dictæ copulæ, &, quæ copulatum facit venire principaliter. Secus autem erit dicendum, vbi venditio Iuris patronatus his verbis conciperetur: Vendo tibi villam cum Iure pa-
6 tronatu, quod habeo in ea: quoniam tunc Ius patronatus venderetur acceſſoriè: eo quòd dictio illa, cum, acceſſionem denotat.

Ad contraria patet reſponſio ex dictis. Nec ea, quæ adducuntur in contrarium ex Suarez aduerſantur noſtræ ſententiæ: nam licèt dicat, quòd ſicut excommunicatio primariò fertur in hæreticum ratione hæreſis; ita deriuatur, ſeu extenditur ad alios ſecundùm habitudinem ad eãdem hæreſim; non tamen intendit aſſerere, alios & ſic receptatores, & fautores acceſſoriè excommunicari. Sed potiùs primariò excommunicari, ſicut hæretici, ſecundùm habitudinem ad eandem hæreſim. Immò ipſemet Sanchez, ſi rectè perpendatur, non vult, receptatores acceſſoriè excommunicari, ſed quaſi acceſſoriè: ergo non acceſſoriè: quoniam, quaſi, denotat
7 ſimilitudinem quandam: ſimile autem non eſt idem, l. quod Nerua, ff depoſ. ſi igitur acceſſoriè non excommunicantur receptatores; ergo excommunicantur principaliter. Si principaliter, incidunt in excommunicationem, etiam non ſecuto effectu, iuxta ea, quæ ſupra diximus.

ADDITIO.

4 Improbabilem. Contrarium tenet Filliuc. tract 16. num. 3. & Bonac. in explicat. Bull. Cœn. diſp. 1. quæſt. 2. pun. 3. dum putant cum Suar. & alijs, non principaliter; ſed acceſſoriè excommunicari hæreticorum fautores, ac defenſores. Non tamen eſt recedendum à ſententia, quam tenet Duardus hic: ſiquidem ſufficienter probat,

bat, vi huius canonis æquè ptincipaliter prohiberi hæresim, fauorem, & defensionem, nec eiusdem fundamento fuit responsum. Et ratio in contrarium allata à Bonac. non videtur subsistere; quia licèt primo loco in hoc canone nominetur hæresis, & deinde in eius detestationem nominẽtur fautores; nihilominus post nominatam hæresim, & hæreticos, vtitur copula, &, non dictione, cum, & propterea iuxta doctrinam ipsius Duardi, hæretici, & fautores excommunicantur æquè principaliter; non autem accessorie. Non tamen est opus vt hæreticus, cui fauor præstatur, sit denunciatus excommunicatus: quia talis fauor non prohibetur ratione excommunicationis; sed ratione hæresis, & potest dari casus, vt aliquis sit hæreticus, licèt non sit excommunicatus; vt quando quis nouit errorem suum esse fidei catholicæ contrarium; sed probabiliter ignorat esse latam excommunicationem contra hæreticos, vt rectè docet Suar. de censur. disp 21. sec. 2. num. 9. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 2. quæst. 5. num. 36. & 39. Sanch. lib. 2. Decal. cap. 10. num. 6. quos refert Bonac. loco citato, vbi licèt pro eadem opinione adducat Duardum. lib. 1. c. 1. q. 3. ibi tamen de hac re nihil agit. D. Cæsar.

Ibi *(Fautores, & defensores)* Quinam dicantur fautores, ac defensores hæreticorum, sub dispositione nostri Canonis comprehensi. Q. 32.

SVMMARIVM.

1 *Errores hæreticorum defendentes, sunt hæresiarchæ, & consequenter hæreticis damnabiliores.*
2 *Fautores, ac Defensores hæreticorum, quomodo inter se differant, declaratur.*
3 *Defenduntur hæretici, eisdemque fauor impertitur tripliciter, nempè, verbo, facto, & omissione,*
4 *Defendi verbis hæreticos, multis modis contingit.*
5 *Consilium dantes hæreticis, an & quando dicantur hæreticis fauere.*
6 *Excommunicatio lata contra fautores, non extenditur ad consilium dantes.*
7 *Fautor hæreticorum, quibus signis deprehendatur.*
8 *Defendi opere hæreticos, eisdemque fauorem tribui, quot modis contingat, declaratur.*
9 *Aduocati, ac Notarij defendentes hæreticos, an & quando dicantur hæreticorum fautores, declaratur.*
10 *Defendi omissione hæreticos, eisdemque fauorem impartiri, quot modis contingat, declaratur.*
11 *Domini temporales, quibus modis dicuntur fauere hæreticis.*
12 *Ciuitates, negligentes punire hæreticos, priuantur Episcopali dignitate.*
13 *Societatis iniquæ scrupulo non caret, qui manifesto facinori desinit obuiare.*
14 *Crimina, quæ potest emendare non corrigens, ipse excommittit.*
15 *Domini temporales, Rectores Ciuitatum, & alij officiales tenentur iurare, quòd Ecclesiam contra hæreticos adiuuabunt.*
16 *Iudex secularis, hæreticum, quem sibi iustè tradiderunt Inquisitores ad comburendum, sciens esse innocentem, an compelli possit ad sententiam executioni demandandam.*
17 *Inquisitores, Episcopi, & eorum ministri, negligentes punire hæreticos, an dicantur hæreticorum fautores.*
18 *Priuatę personę quibus casibus dicantur hæreticorum fautores.*
19 *Denunciare hæreticos, etiam occultos, an quilibet teneatur, etiam si sit priuata persona.*
20 *Testes, qui iuridicè interrogati in causa hæresis, veritatem dicere recusant, fautores sunt hæreticorum.*
21 *Fautores, & defensores hæreticorum illi tantùm dicuntur, qui gratia hæresis fauent, secus autem si eisdem faueant ex alia causa præter hæresim.*
22 *Hæreticorum consanguinei, defendentes hæreticos ex alia causa præter hæresim, excusantur ab excommunicatione, etiamsi defensio, & fauor redundarent in fauorem hæresis.*
23 *Extranei fauentes hæreticis ex alia causa, præter hæresim, si eorum fauor redundet in fauorem hæresis, in foro saltem exteriori sunt excommunicati.*
24 *Metu mortis incusso in odium catholicæ fidei, fauens hæreticis, aut quomodolibet defendens, etiamsi consanguineus eorum sit, vel affinis, incidit in excommunicationem huius canonis.*

AD tit. explicationem est annot. quòd dum nos quærimus, quinam dicantur hæreticorum fautores, ac defensores, non intendimus de illis agere, qui hæreses, seu hæreticorum errores fouent, atque defendunt: nam hi damnabiliores sunt ijs, qui errant, quia non solùm ipsi errant, sed alijs etiam offendicula erroris præparant: & ideò non solùm sunt formaliter hæretici, sed etiam hæresiarchę, vt est tex. in cap. qui aliorum 24. q. 3. de quibus tractauimus de hæreticis agentes. Est igitur quæstio nostra de fautoribus, & defensoribus hęreticorum, qui eorum errores non defendunt; sed ipsas personas errantes: nam de huiusmodi defensoribus, ac fautoribus præsens canon nostræ Bullę loquitur. 1

Et quoniam dupliciter contingit hęreticorũ, personas defendi, eisdenque fauorem impertiri. Primò vt hęretici sunt, & intuitu hæresis. Secũdò ex alia causa pręter hęresim; nos hic tractandum duximus de defendentibus personas hęreticorum primo modo: non autem secũdo: quoniam ex supradictis, q. 29. 30. & 31. qui ex alia causa, pręter hæresim, errantium personas defendunt, iam constat, sub dispositione nostri canonis non comprehendi. Hoc enim loco fertur excommunicatio primariò contra hæreticos, ratione hæresis: & ideo ad fautores, defensores, & receptatores hęreticorum secundùm habitudinem ad eandem hæresim, quatenus illis in hęresi fauent: & ad eam docendam, vel defendendam, extenditur, & deriuatur. Vndè quærimus, quinam dicantur defensores, & fautores hęreticorum personarum, quatenus hęretici sunt; ad hæresim scilicet docendam, seu defendendam.

In hac re, licèt multi velint, quòd fautores, defensoribus per omnia æquentur: nam qui hæreticis fauent, illos defendere videntur: sicut etiam hęreticos receptare, uil aliud est, quàm defendere, ac eis fauere: tamen probabilior nobis videtur Vgol. sententia in explic. huius canonis, in ver. Et generaliter quoslibet illorum de- 2

fen-

fenſores, n.1.& aliorum, dicentium, defenſores à fautoribus differre,ſicut ſpecies à genere. Nam defenſor is propriè dicitur, qui aliquem,aut ab aliquo oppugnatum defendit:aut ne oppugnetur preſto illi eſt,ar.tex.in §.1.in auth. de defenſ. Ciuit. Fautor autem dicitur, non modò, qui in dictis caſibus, ſed etiam qui extra dictos caſus fauet. Vndè fautores hæreticorum dicuntur, non ſolùm, qui hæreticis opem ferunt, ne ob crimen hæreſis oppugnentur, aut oppugnatos defendant;verùm etiam, qui animum hæreticis dant, vt in eorum perfidia perſeuerent: vèl cùm poſſint illos ab eorum errore auocare,aut caſtigare,eoſdem tolerant: alimenta, ſumptuſque miniſtrant: & alia huiuſmodi, de quibus idem Vgol.híc in ver. Fautores, ſub n.1. Quocirca, ſicut valet argumentum de ſpecie ad genus affirmatiuè; ſed non è contra: & de genere ad ſpeciem negatiuè;ita valet dicere. Eſt defenſor; ergo fautor:ſed non è conuerſo. Eſt fautor; ergo defenſor. Et rectè dicimus. Non eſt fautor;ergo nec defenſor:non autem è contrario: eſt fautor: ergo defenſor:nam quis poteſt alicui fauere circa vllam defenſionem?

Ex quibus patet, quòd cùm omnis defenſor
3 dicatur fautor, ſtatuta contra fautores hæreticorum,comprehendunt etiam defenſores. Non autem ſtatuta contra defenſores comprehendũt omnes quomodolibet fautores:quia non omnis fautor eſt defenſor. Et quamuis variis,ac diuerſis modis contingat hęreticos defendi, eiſdemque fauorem tribui;nihilominus,quia à Doctoribus ad tres modos communiter reducuntur; ad verbum ſcilicet, ad opus, & ad omiſſionem; ſdcirco per tres ſequentes concluſiones huiuſmodi modos explicare opere pretium eſſe duximus. Vnde ſit.

Prima Concluſio.

VErbo hæreticorum fautores,ac defenſores dicuntur,qui verbis vtuntur ad præſtandũ eiſdem fauorem,atque defenſionem ad hęreſim diſſeminandam,edocendam, defendendam.

Probatur,quia ſi fauor,ac defenſio vt ſic,verbis rectè poſſunt impendi, non poteſt aſſignari
4 maior ratio,cur alijs, & non hæreticis quoque deferantur. Vndè hæreticorum fautores,ac defenſores verbis,dici poſſunt,qui clamoribus hęreticos adiuuant ad Iuſtitiæ manus effugiẽdas. Item ſcienter eos excuſantes, & dicentes, bonos eſſe,iniuſtè contra eos procedi,iniuſtè condemnari,euadendi viam edocentes,accuſatores, denunciatores,aut teſtes eiſdem reuelantes, ſcienter pro hæreticis intercedentes, ne pro hæreſi puniantur; vt habetur ex Eymer. p.2. Dir q.53. & in eum Pegna com.78.Suar.in explic.præſentis canonis, diſp.21.de cenſur. ſec. 2. n. 8. Vgol. ibidem in ver.Fautores,n.10.& Savr.lib.3.Theſ. cap.5.n.8. t.1. vbi addit etiam, quòd conſilium dantes hæreticis ad euadendum, poſſunt quoque dici eorum fautores. Quod quidem in rigore verum non videtur:nam licèt conſilium ſit quædam auxilij, & fauoris ſpecies, vt notat Nauar.in ſum. c.27. n.58. ex tex.in l.quod fauore,C.de legib.tamen in rigore,fauor,auxilium, & conſilium, ſunt diuerſi influxus, & ad diſtinctos fines ſunt ordinati: nam conſilium eſt ad inſtructionem mentis;auxilium autem,& fauor ad executionem. Vndè nudum conſilium in rigore,nec auxilium,nec fauor dicitur:conſilium enim iuuat ab intrinſeco dirigendo rationem: fauor autem,& auxilium, ſolùm dirigunt ab extrinſeco.

Quocirca cùm pœnæ ſint reſtringendæ, ex-
6 communicatio lata contra fautores, non debet extendi contra dantes conſilium, vt contra Nauar.docet Suar.loco cit.n.17.Confirmatur,quia quando Summus Pont. vult ſub aliqua excommunicatione comprehendi etiam dantes conſilium, illos exprimere ſolet, vt conſtat ex can.7. 10.11.14.16.18.& 20.eiuſdem Bullæ Cœnæ.

Benè verum eſt, quòd licèt dantes conſilium hæreticis,hæreſis gratia, non dicantur verè, & propriè fautores: & conſequenter vi noſtri canonis non ſint excommunicati; tamen per Concilium Tarraconenſe,& per conſtitutionem Innocentij IV. quæ incipit. Ad extirpanda: edita anno 1252. & Clem. IV. quæ eodem modo incipit, & fuit edita de anno 1265. vt refert Pegna relatus à Farin. de hæreſi, quæſt. 182. num. 3. ſunt ipſo iure excommunicati, & ſepulturæ priuantur.

Item fautores hæreticorum verbo,dicuntur
7 inſtruentes hæreticos ad cælandum veritatem, quando fuerint examinati,& ad negandam hæreſim,quam tenent,vt benè declarat Farin.loco cit. num.8. qui etiam n.5. declarat, quando aduocati defendentes hæreticos, dicantur eorum fautores: & n.10.docet ſigna, & indicia, quibus deprehenditur, quem eſſe fautorem hæreticorum.

Secunda Concluſio.

8 OPere hæreticorum fautores, ac defenſores, dicuntur hi, qui facto aliquo hæreticis fauent, eoſdemque defendunt ad hæreſim edocendam, vel deferendam. Hæc concluſio patet ex dictis. Vndè facto, & opere fautores hęreticorum ſunt,qui eiſdem pecuniam mutuant, aut quocumque alio modo ſubminiſtrant:alimenta præſtant, & alia de quibus Farin. de hæreſi, q. 182.n.6.& 7.vbi etiam ait ex Graff.lib.2.ſuarum deciſ.c.9.ſub rubr.de pœn. hæret. n.10. non incidere in cenſuram præſtantes cibum, & potum hæreticis. Quod quidem intelligendum eſt, quando ptædicta præſtãtur ex alia cauſa, quàm propter hæreſim, vt idem Farin. ibi docet n.13.

Item facto, ſeu opere hęreticorum fautores, appellantur,qui eos ob hęreſim adorant,venerantur, aut communionem ab eiſdem ſcienter recipiunt, & hęreticos ipſos mortuos Eccleſiaſticę ſepulturæ tradunt: niſi ignorantia, aut timore excuſentur, vt benè declarat hoc loco Vgol.in ver.Fautores, n.18.

Item facto hæreticorum fautores,& defenſores ex Conc.Narbon.can.14.15.& 16.Viual. híc à n.mihi 53.ad 63.& 72. Vgol.loco cit. n.12. cũ plur.ſeq. Farin. d.q.182. à n.69. ad 95. & alijs dicuntur, qui eorum extirpationem impediunt, celant,cùm poſſint,ac debeant indicare:examinationem,incarceraionem, aut punitionem eorumdem impediunt, Inquiſitoribus, & eorum familiaribus reſiſtentes; qui hæreticos captos, aut incarceratos relaxant, præter

Ec-

Eccleſię voluntatem.

Item fautores, ſeu defenſores vt ſupra hæreticorum nuncupantur, qui proceſſum contra eos fabricatum lacerant, concremant, delent, aut quomodolibet corrumpunt in partem, vel in totum, abſcondunt, aut falſificant.

Item qui carceris cuſtodi poculum dormitationis propinant, ad hoc, vt ſomno correptus, ab hęreticorum cuſtodia deſiſtat.

Item fautores vt ſupra hæreticorum dicũtur, carceris cuſtodem, aut Iudicem muneribus corrumpentes ad hæreticos impunitos dimittendos. Aſſociantes ſcienter pariter hæreticos, viſitantes, clauum, pugionem, linteum, funem, aut aliud inſtrumentum eiſdem miniſtrantes ad carceres confringendas, vt hęretici inde aufugiant: & ipſis aufugientibus equum, mulam, nauem &c. præbentes, & quocunque alio modo auxilũ præſtantes ad euadendum Iuſtitiæ manus, proculdubio fautores, ac defenſores hæreticorum appellantur. Hæreticis quoque extra carcerem exiſtentibus, compedes, aut alia vincula diſrumpentes ad fugam arripiendam, fautores dicuntur hæreticorum.

Eiuſdem criminis rei nuncupantur litteras ad hæreticos in vinculis exiſtentes, dantes; quibus modum vincula rumpendi, & euadendi doceãt. Item qui arma, & his ſimilia hæreticis ſubminiſtrant ad ſe defendendum, & ad fugiendum; hæreticorum fautores verè ſint.

Item ſupponentes aliquem hominem, vel etiã ſe ipſos hæreticis capiendis, ad hoc, vt ita Iuſtitiæ manus effugiant, fautores, & defenſores hæreticorum meritò appellantur, vt in c. ad extirpanda, §. ſi quando, de hæret. & latè Viual. loco citato.

Dignitates aut honores hæreticis conferentes dicuntur quoque hæreticorum fautores, vt bene docent Archid. Io Andr. Gem. & alij in c. vt comiſſi, de hæret. in ſexto.

Immo collatio Beneficij, & dignitatum, eſt ipſo iure nulla; & proinde fructus ſunt reſtitutioni obnoxij, vt per Alfon. Caſtr. lib. 2. de Iuſt. hæret. puni. cap. 9.

Sic etiam Patronus ſcienter præſentans aliquem hæreticum ad aliquod Beneficiũ, dicitur 9
hæreticorum fautor, vt per Lamber. lib. 2. de Iur. patr. p. 2. ar. 6. nonæ. q. prin. & Pegna in Eymer. 3. p. Dir. q. 113. com. 162. Huius criminis rei ſimiliter dicuntur Aduocati ſcienter hæreticos defendentes, & eorum patrocinium ſuſcipientes, ac Notarij inſtrumenta conficientes in eorum defenſionem, in hæreſis cauſa.

Dixi in hæreſis cauſa: quia ſi hæreticos defendant de crimine extra hæreſim, nempe de homicidio, furto &c. aut in cauſa ciuili, aut contra vim iniuſtè illis illatam, non dicuntur hæreticorum fautores. Immo ſi aliquis defendat hæreticum, etiam in cauſa hæreſis, exiſtimans illum innocentem eſſe, & contra eumdem falſos teſtes fuiſſe adhibitos, non dicetur hæreticorum fautor. Idem dicendum eſt, ſi dubitet: nam poteſt defendere de hæreſi accuſatum, quando dubium eſt, an ſit hæretieus, citra omnem cenſuram, vt per Alter in explicat. huius canon. cap. 5. col. fin. in ver. Notandum ſecundò: ſecus autem ſi cauillosè, & iniuſtè defendat: quoniam tũc ab huiuſmodi crimine non excuſaretur, vt ex Siman. & alijs probat Viual. hic. n. 76. Azor. lib. 8 Inſt. moral. p. 1. c. 15. q. 6. & Alter. loco citato.

Tertia Concluſio.

OMiſſione, hæreticorum fautores, ac defen- 10
ſores appellantur, qui cum poſſint, ac debeant hæreticos non fugant, non capiunt, non caſtigant, non exterminant, in fauorem, ac defenſionem hęreſis. Hæc concluſio patet ex dictis. Contingit autem hæreticos omiſſione defendi, eiſdemque faueri à perſonis tum publicis, tum etiam priuatis.

Primi generis ſunt Domini temporales, qui 11
ab Eccleſia moniti negligunt hæreticos ab eorum Prouinciis, Regnis, Ciuitatibus, ac locis extirpare: hi namque, ſi poſt annum à die monitionis in contumacia perſeuerant, Ciuitates eorum, & loca, in quibus hæretici commorantur, Catholicis cõceduntur occupãda, ſaluo iure directi dominij, ſi fuerint feudatarij. vt in auth. ſi vero. C. de hæret. & c. excommunicamus. §. moneantur, vbi Inn. & alij eo. tit. & eo magis hæreticorum fautores dicentur ſi hæreticos in eorum ſtatu recipiant, vt bene docet Sanchez lib. 2. decal. c. 10. num. 10.

Ciuitates quoque negligentes in puniendis 12
hæreticis, priuantur Epiſcopali dignitate, vt in c. ad abolendam, §. Ciuitas, de hæret. Sic etiam Rectores, & Moderatores Prouinciarum, & Ciuitatum, & omnes Miniſtri ſæculatis fori, qui ab Inquiſitoribus, & Prælatis Eccleſiaſticis requiſiti ad capiendos hæreticos, illos perſequi, & capere prętermittunt, vel captos diligenter non cuſtodiunt, vel infra diſtrictum ſuum ad locum, de quo eis mandabitur, non deducant, ac executionem promptam de eis non faciant, & alia, de quibus in c. Inquiſitionis, de hęret. & in Cõc. Narbon. c. 14. 15. & 16. fautores, ac defenſores hæreticorum appellantur. Non enim caret 13
ſcrupulo ſocietatis iniquæ, qui tanto facinori ſibi per denunciationem Eccleſiæ, ſeu aliter legitimè manifeſto, cùm teneatur, & poſſit, deſinit obuiare, vt habetur in d. Conc. & qui crimi- 14
na poteſt emendare, & non corrigit, ipſe committit, c. qui poteſt, 23. q. 3. qui vitijs 23. q. 8. latè Sanchez loco citato, n. 12. cum ſeq. & Farin. de hæreſi, q. 182. n. 19. vbi etiam n. 20. docet. quæ ſeruare debeant Rectores, & Officiales publici, vt non reputentur negligentes in perſecutione hæreticorum, remittendo ſe ad conſtitutionem Inn. IV. æditam de anno 1252. quæ incipit, Ad extirpanda, & ad alias Conſtitutiones Rom. Põtificum, & ad nonnullos alios Doctores de hac re tractantes.

Immò tam Domini temporales, quàm Recto- 15
res, & Conſules Ciuitatum. teuentur iurare, quòd Eccleſiam contra hæreticos adiuuabunt: & ſi recuſauerint, omni officio, & dignitate priuantur: & vltra pœnam excommunicationis, inhabiles fiunt ad alia obtinenda, vt in c. ad abolendam, §. ſtatuimus, vbi Gloſ. & alij de hæret.

Verum tamen eſt, quòd Iudex ſecularis ſciens 16
aliquem eſſe innocentem, quem Inquiſitores, iuſtè ſecundùm allegata, & probata tradunt illi ad cõburẽdum, debet primò omnem medium aſſumere, vt illius innocentia detegatur. Secundò ſi innocentia detegi non poſſit, debet rem

Inqui-

Inquiſitori petere: Quod ſi denique his non obſtantibus, adhuc præcipiatur ei ab Inquiſitore, vt ſententiam latam executioni mandet, tunc parere debet omnino, vt merus Iuſtitiæ executor. Ita habetur ex Alter. in explicat. huius can. c. 5. in fine.

Item Epiſcopus negligens in puniendis hæreticis deponitur, vt in c. excommunicamus, il 1. §. volumus, eo. tit.

Item Inquiſitores, qui contra hæreticos pro-
17 cedere negligunt, necnon eorum miniſtri, qui ex officio eos capere, torquere, & punire tenentur, ſi hæc omnia facere prætermittant, fautores dicuntur hæreticorum, & excommunicationis pœna in præſenti canone contenta, alligantur: quia omittũt, quod ex officio præſtare tenentur.

Et eadem ratione fautores hæreticorum dicuntur omnes illi, quibus, cùm ex officio incũberet hæreticos indicare, vel comprehendere, id exequi negligunt. Hi ſunt cruce ſignati, qui in Hiſpania familiares nuncupantur, & alij, vt per Sanch. ibi cum alijs, quos allegat.

A perſonis priuatis omiſſione quoque hæ-
18 tici defendi poſſunt multipliciter, vt contra Eymer. tenet Pegna in eum, q. 53 p. 2. Dir. com. 78. & Viual. hoc loco, n. mihi 51. & Sanchez ibidem n. 15. Dicuntur enim priuati homines hæreticorum fautores, & defenſores, ſi à Magiſtratibus requiſiti, vt aliquid contra hæreticos agerent, obedire recuſauerint, nulla ſubſiſtente cauſa, & non impediti, vt colligitur ex dicto Concil. Narbon.

Præterea ommiſſione dicuntur priuati homi-
19 nes hæreticorum fautores, & defenſores, ſi dimittant illos Curiæ denunciare: omnes enim tenemur hæreticos denunciare etiam occultos, Epiſcopis, & Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis: ac ſi neceſſe fuerit. etiam accuſare: vt per D. Th. 22. q. 68. ar. 1. Sot. lib. 5. de Iuſt. & iu. q. 5. ar. 1., & alios. Et hoc etiam ſi cognati ſint, vel affines, niſi metu mortis, vel alio metu cadente in conſtantem virum, à denunciando, vel accuſando ſe abſtinuerint.

Hinc ſi ſola vxor ſciat maritum ſuum hæreticũ eſſe, & timore mortis illum dẽnunciare omittat, non dicetur hæreticorum fautrix. Bene verũ eſt, quòd Viual. hic, ex Pegna. & alijs num. 65. & 66. ait, quòd non ita de facili excuſarentur perſonæ huiuſmodi in tribunali Inquiſitionis, etiam ex cauſa metus cadentis in conſtantem virum.

Denique teſtes, qui iuridice interrogati, veri-
20 tatem contra hæreticos dicere negligunt, e fauc tores etiam hæreticorum dicuntur.

Cæterum hęc omnia, quæ de fautoribus, &
21 defenſoribus hæreticorum dicta ſunt, intelligi debent iuxta ea, quæ ſupra diximus de Receptatoribus hæreticorum. q. 29. nempe, vt tunc demũ fautores, & defenſores huiuſmodi comprehendantur ſub diſpoſitione noſtri canonis; quando motiuum fauoris, & defenſionis eſt ipſa hæreſis: quapropter conſanguinei, & affines, quocumque ex ſupradictis modis faueant hæreticis ex alia cauſa extra hæreſim; maximè ſi pater, frater vxor, & maritus ſint, in excommunicationem nò incidunt, non modò quoad forum interius, ſed nec etiam quoad forum exterius.

Quod quidem verum eſt, etiam ſi in hæreſis
22 fauorem huiuſmodi fauor redundet, per ea quæ contra Vgolin. ſupra concluſimus in d. q. 28. & 29. quoad receptatores hæreticorum: nam eiſdem rationibus contra eumdem hic in ver. Fautores. nume. 11. concludimus circa fautores, & defenſores.

Non tamen negamus, quòd ſi extranei ſint
23 qui hæreticis faueant ex alia cauſa præter hæreſim, & eorum fauor redundet in fauorem hæreſis, in foro ſaltem exteriori ſint excommunicati.

Immo ſi metus incutiatur etiam conſangui-
24 neis, & affinibus in odium catholicæ fidei, & ad defenſionem hæreſis; tunc dicta agere omittentes contra hæreticos, non excuſantur, vt in ſimili dicitur de tiranno excommunicato, inducente Sacerdotem ad celebrandum cotam ipſo in opprobrium fidei, vt bene docet hic Viual. n. 64.

ADDITIO.

a Denunciare. Et id verum eſt, ſiue quis omittat hæreticum denunciare, vt faueat hæreſi: ſiue ſi talem intẽtionem non habeat; ſed id omittat ex aliquo affectu humano, cupiditate, aut auaritia; verùm talis omiſſio redundet in deſtructionem fidei, vt docet Sayr. tom. 1. lib. 3. c. 5. num. 3. Farin. de hæteſi, quæſt. 18. num. 132. & latè Suar. contra Sanch. & alios in ſuo tract. de Fide, diſp. 24. ſec. 1. num. 6. & 7. D. Cæſar.

b Denunciare. Adde, quòd omnes Fideles tenentur hæreticos denunciare non ſolùm de iure humano; ſed etiam de iure Diuino, ſiue hæreſis publica ſit, ſiue probabilis, prolata ſcilicet coram duobus teſtibus, vt habetur ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 68. art. 1. & quæſt. 70. art. 1. ad 2. cap 2. de hæret. cap. quapropter, 2. quæſt. 7. cap. in omnibus, de Iudæ. & Sarac. l. Manicheos, C. de hæretic. l. 2. C. de Apoſt. latè Suar. de Fid. diſput. 20. ſect. 4. num. 5. ſiue hæreſis ſit occulta, quam ſolus illam nouit, qui denunciare eâdem poteſt, vt contra Ioan. Andr. in cap. nouit, de Iudic. & alios tenet communis ferè Theologor. ſententia; nempè D. Thom. 2. 2. quæſt. 33. art. 7. & in eum Caiet. ibidem, Alenſ. 3. p. quæſt. 72. Sot. lib. 5. de Iuſt. & iur. queſt. 5. art. 1. & in relect. de ſecreto, memb. 2. q. 1. Caſtr. lib. 2. de iuſt. hæretic. punit. cap. 25 Royas ſingul. 1. num. 14. Tol. lib. 4. ſuæ ſum. cap. 5. num. 1. Azor. tom. 1. Inſtit. moral. lib. 8. cap. 19. quæſt. 9. Bann. 2. 2. q. 11. art. 4. Sanch. lib. 2. Decal. cap. 32. in fin. Valent. 2. 2. diſput. 3. q. 10. pun. 5. §. Atque huiuſmodi, Suar. loco citato, num. 7. vbi plures rationes affert, & contraria ſolut. Imò hæreticus occultus denunciari debet, nulla præuia correctione fraterna; etiam ſi hæreticus fuerit emendatus: & ſciens iurauerit non denunciare. Nec diſtinguitur, an hæreticus ſit perſona coniuncta denunciati, vel extranea: ſiquidem pater tenetur denunciare filium hæreticum; frater fratrem, &c. vt latè probat Suar. ibidem, num. 11. 13. 17. 20. 21. vbi poſt Caſtr. lib. 2. de iuſt. punit. hæret. c. vlt. Maſcard. de probat. concl. 857. num. 18. Farin. de hæteſi, quæſt. 197. num. 40. & alios, quorum opinio communis eſt, docet, quòd etiam filius tenetur reuelare patrem hæreticum: pro qua re allegat illud Deuter. cap. 13. *Si tibi perſuadere voluerit frater tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus, vel filia,*

filia, ſiue vxor, quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus, quem diligis, vt animam tuam, clam dicens, eamus, & ſeruiamus Dijs alienis, &c. non miſereatis, vt occultes eum. Imò non denunciantes hæreticum quantumuis occultum, in excommunicationem incidunt, & efficiuntur ſuſpecti de hæreſi; dummodo aliæ coniecturę concurrant, de qua re latè Suar. loco citato, n. 28. D. Cæſar.

c Negligunt. Eſt tamen verum, quòd ſi quis in audienda ſacramentali confeſſione, nouerit aliquem hæreticum eſſe, non tenetur, nec debet teſtificari contra illum, nec eumdem denunciare, aut quouis alio modo reuelare; etiam ad euitandam pœnam, aut damnum aliquod, quantumuis graue: & id etiam ſi ſciat, talem hæreticum habere animum nocendi toti Reipublicæ Chriſtianæ, vt habetur ex Tolet. lib. 1. ſuæ ſum. cap. 16. num. 5. Guttier. lib. 1. qq. can. cap. 11. num 51. Simanc. de cathol. inſtit. tit. 42. num. 14. Et Fagund. de Præcep. Eccleſ. lib. 6. cap. 4. num. 9. vbi docet, eo caſu, Confeſſarium debere monere hæreticum, vt ſe prodat Inquiſitoribus hæreticę prauitatis, vel vt ſibi concedat licentiam ad illum manifeſtandum: quòd ſi noluerit, eum non abſoluat; ſed Deo ipſum commendet, ſigillum confeſſionis inuiolabiliter ſeruans. Siquidem præceptum Diuinum ſigilli negatiuum eſt; atque ideo pro ſemper obligat, & in omni euentu, etiam poſt mortem pœnitentis, vt per eumdem Fagund. poſt alios, loco citato, ſub num. 8. 9. & 10. vbi tamen id limitat, vbi hæreticus ad confeſſionem accederet non animo ſe accuſandi; ſed peruertendi Cõfeſſarium, & monitis nolit acquieſcere: quoniam tunc teneretur Confeſſarius illum denũciare Inquiſitoribus: non enim huiuſmodi confeſſio ſacramentalis dici poteſt; quin potius ſacrilega adinuentio. & modus dogmatizandi occulte, in quo tamen, ait ipſe Fagund. maximam Confeſſarij prudentiam ad id venandum exigi: nam ex modo loquendi facilè colligitur, vt habetur quoque ex Tol. lib. 3. ſuæ ſum. cap. 16. §. ſed ſi quis detegat, & Graff. lib. 1. Deciſaur. cap. 23. num. 18. Abb. Alex.

De pœnis Receptatorum, Fautorum, & Defenſorum hæreticorum: & qualem ſuſpicionem, contrahant. Q. 33.

SVMMARIVM.

1 *Receptantium hæreticos, eorumdemque fautorum, & defenſorum pœnæ recenſentur.*
2 *Domini temporales, qui pecuniæ gratia hæreticos cõmorari permittunt in eorum terris, quibus pœnis ſubiiciantur, declaratur.*
3 *Magiſtratus inferiores negligentes in hæreticis inſequendis, quibus pœnis afficiantur.*
4 *Receptatores, fautores, & defenſores hæreticorum, quibus pœnis de iure ciuili puniantur.*
5 *Suſpicio de hæreſi triplex, leuis, vehemens, & violenta*
6 *Suſpicio leuis, quæ nam dicatur*
7 *Suſpicio vehemens, quænam ſit.*
8 *Suſpicio violenta, quæ dicitur.*
9 *Suſpicio hæreſis violenta, licèt multi velint, quòd ſufficiat ad condemnandum aliquem pœna ordinaria: tamen de conſuetudine, non eſt ſatis.*
10 *Suſpicio violenta, quoad modum procedendi, hodie non differt à vehementi.*
11 *Suſpicio violenta, licèt directè non admittat probationem in contrarium; tamen indirectè admittit.*
12 *Suſpitiones de hæreſi, leues, vehementes, & violentas, in quibus differant inter ſe.*
13 *Suſpicio leuis, licèt ſatis ſit ad procedendum de hæreſi contra leues & improbas perſonas; non tamen ſufficit ad procedendum contra probos, & honeſtos viros.*
14 *Suſpecti de hæreſi, ſiue leuiter, ſiue vehementer, ſi in purgatione deficiant, aut citati comparere contempſerint, aut abiurare recuſauerint, tunc excommunicantur, & per annum in excommunicatione inſorduerint, tanquam hæretici condemnantur.*
15 *Abiurantes pro ſuſpicione vehementi, & leui, quomodo differant.*
16 *Suſpicio violenta ſatis eſt ad condemnationem pœnæ, ſaltem extraordinariæ.*
17 *Priuati homines omittentes denunciare hæreticos, leuem contrahunt de hæreſi ſuſpicionem.*
18 *Receptantes hæreticos ſemel, aut iterum tantùm, leuem de hæreſi contrahunt ſuſpicionem.*
19 *Conſanguinei, & affines receptantes, vel deſendentes hæreticos, nullam hæreſis contrahunt ſuſpicionem.*
20 *Sanctum Inquiſitionis officium impedientes, vehemẽtem contrahunt hæreſis ſuſpicionem.*
21 *Sanctum Inquiſitionis officium directè impedire, qui dicantur.*
22 *Sanctum Inquiſitionis officium, indirectè qui impediant.*
23 *Inquiſitores poſſunt tenere familiam armatam.*
24 *Epiſcopi poſſunt tenere familiam armatam.*
25 *Familiæ armatæ, quam Inquiſitores habere poſſunt, appellatione, quæ veniant.*
26 *Inquiſitores, & Epiſcopi non debent abuti priuilegio tenendi familiam armatam.*
27 *Familiam Inquiſitorum, ſi Domini temporales impediant pro delatione armorum poſſunt puniri ab Inquiſitoribus.*
28 *Sanctum Officium impedientes, tunc reddunturde hæreſi ſuſpecti, quando illud impediunt gratia hæreſis, ſecus autem, ſi precio, aut amore carnali.*
29 *Familiam Inquiſitoris offendentes, vt non impediant ſanctum Officium; ſed propter particularem inimicitiam, non dicuntur hæreticorum fautores, nec cõtrahunt ſuſpicionem hæreſis.*
30 *Suſpicionem de hæreſi vehementem, an, & quando contrahant Domini temporales.*
31 *Receptantes hæreticos, nullo amicitiæ, conſanguinitatis, aut affinitatis vinculo ſibi coniunctos, an, & quãdo contrahant vehementem hæreſis ſuſpicionem.*
32 *Viſitantes hæreticos in carcere conſtitutos, vehementem ſuſpicionem de hæreſi contrahunt.*
33 *Receptatores, fautores, ac defenſores hæreticorum, an teneantur abiurare.*
34 *Abiuratio generalis aliquando fit nullo expreſſo errore, ſeu hæreſi in particulari.*
35 *Suſpicionem de hæreſi violentam contrahunt, qui oſſa hæreticorum combuſtorum furtiuè colligunt.*
36 *Receptatores, fautores, & defenſores hæreticorum, ſi citati, & in contumaciam excommunicati, per annum in excommunicatione perdurauerint, tanquam hæretici condemnantur.*

1 IN hac re, ne bis idem repetere videamur, recolenda sunt ea, quæ supra, q. 27. de pœnis hæreticorum, & eorum credentium tractantes, annotauimus: dum excommunicationis, irregularitatis, infamiæ, priuationis sepulturæ, & Beneficiorum, bonorum confiscationis, inhabilitatis ad Beneficia Ecclesiastica, ad quæcunque munera, honores, ac dignitates, pœnas, contra hæreticos, & eorum credentes constitutas, extendimus etiam in hæreticorum receptatores, fautores, ac defensores.

2 Est tamen verum, quòd vltra supra numeratas pœnas, ex Conc. Tolos. c. 3. & 4. statuitur contra terrarum Dominos, qui propter pecuniam, aut aliam quamcumque causam permiserint hæreticos commorari in terris suis, quòd si conuicti, aut confessi crimen huiusmodi fuerint, amittât in perpetuum terram suam. Et si de scientia nõ conuincantur, & de negligentia dissoluta fuerint infamati, pœnis legitimis puniuntur.

3 Ex eodem Conc. c. 6. puniuntur minores Magistratus, nempe Balliui, pœna confiscationis bonorum, si negligentes sint in hæreticis insequendis: nec ex capite ignorantiæ excusantur.

4 De Iure ciuili quoque si receptatores, fautores, & defensores huiusmodi per annum in excommunicatione insorduerint, efficiuntur infames, priuantur omnibus dignitatibus, & honoribus: priuantur testamenti factione, tum actiua, tum etiam passiua: repelluntur à limine Iudicij: & si Iudices extiterint, earum sententiæ nullam roboris habent firmitatem: priuantur patrocinandi facultate, si sint Aduocati: & si Tabelliones, instrumenta per eos confecta reduntur inualida, vt patet ex. constit. Frider. Imper. Credentes, C. de hæret.

Adde etiam, quòd si huiusmodi personæ pro fautoria ab Inquisitore, vel Episcopo excommunicati per annum in excommunicatione perstiterint, tanquam hæretici condemnantur, vt per Farin. de hæresi, q. 182. n. 41. vbi à n. 37. ad 56. latè tractat de prædictarum personarum pœnis. Et quoniam præter supradictas pœnas, hærericorum receptatores, fautores, ac defensores contrahunt suspicionem de hæresi; & ideo contra eos potest procedere Inquisitor hæreticæ prauitatis, vt docet Farin. loco citato, n. 55. cum alijs ab eo allegatis; idcirco videndum est, qualem hæresis contrahant suspicionem.

5 Ad cuius rei determinationẽ est annot. quòd suspicio de hæresi est triplex: nam quædam dicitur modica, seu leuis: quædam magna, seu vehemens: & quædam dicitur maxima seu violenta.

6 Leuis suspicio dicitur, quæ ex leuibus, ac modicis oritur coniecturis: & leui, seu modica tollitur defensione. Vt patet in ea, quæ oritur ex dictis, aut factis, quibus concludi potest, non quidem frequenter; sed rarò, quòd talia dicens, aut faciens sit hæreticus; huiusmodi sunt, occulta conuenticula celebrantes: vita, ac moribus à communi fidelium conuersatione deuiantes: aut Deum frequenter deierantes. Hæretici enim licèt frequenter talia agant; non tamen comprobatur, quòd rarò hæc aliquis faciat, quin sit hæreticus. Ita Gers. in tract. de protest. consid. 12. Farin. de hæresi, q. 187. num. 24. cum plur. seq.

Magna, seu vehemens suspicio hæresis dici-

7 tur, quæ ex vehementibus oritur coniecturis, nempe ex dictis, aut factis, quæ talia dicentes, aut agentes, vt plurimum sunt hæretici. Vt si quis præcisa omni licentia, ac necessitate, sexta fer. Sabbato, vigilijs, ac in Quadragesima carnibus vesci fuerit comprehensus, aut publicè, ac palam neget ea, quæ ex officio scire tenetur. Quæ quidem suspicio dicitur Iuris tantùm; & ideo contra eam admittitur probatio in contrarium, vt per Alciat. in tract. de præsump. in prin. 3. p. Alia exempla vehementis suspicionis vide apud Conc. Terraconense, de quo habetur ex Pegna, relato à Farin. loco citato n. 37. & apud alios ab eodem relatos.

Maxima denique, seu violenta hæresis suspi-

8 cio ex eodem Gers. consid. vlt. est illa, quæ oritur ex signis exterioribus operum, aut verborũ, ex quibus concludi solet efficaciter, & quasi semper, quòd talia dicentes, aut facientes sint hæretici. Huiusmodi sunt transeuntes, vel redeuntes ad ritus hæreticorum, c. contra Christianos, de hæret. lib. 6. Item si quis in causa fidei excommunicatus per annum in excommunicatione animo pertinaci permanserit: quoniam elapso anno, vt hæreticus condemnabitur, c. cum contumacia, de hæret. lib. 6. Sic etiam hæreticos adorantes, eisdemque reuerentiam suo more exhibentes, consolationem, seu communionem ab ipsis recipientes, & cætera, quæ ad hæreticorum ritus pertinent, violentam, seu maximam de hæresi contrahunt suspicionem.

Dicitur autem huiusmodi suspicio violenta, tum quia violentat, & cogit Iudicem ad credẽdum, quòd qui talia dicunt, aut faciunt sunt hæretici; tum etiam, quoniam ex violentis, & conuincentibus oritur coniecturis, vt per Eymer. 2. p. Dir. q. 55. & in eum Pegna eom. 80.

Solet etiam nuncupari huiusmodi suspicio,

9 præsumptio Iuris, & de Iure, contra quam regulariter non admittitur probatio in contrarium: & ex qua etiam deuenitur ad ordinariam pœnam imponendam, vt est tex. in c. excommunicamus, § qui autem, vbi glo. in ver. Condemnetur. & ibi etiam Panor. n. 6. de hæret. Paulus Gril. tract. de hæret: q. 10. n. 2. & alij relati à Farin de hæresi, q. 187. n. 46. 47. & 48. Licèt n. 51. dicat, quòd hodie in supremo vniuersę Reipublicæ Christianæ generali Romanæ inquisitionis tribunali sententia condemnationis propter violentam hæresis suspicionem non fit in vsu; sed omnes abiurant, vel vt formales hæretici, vel de vehementi: & sic violenta suspicio quoad modũ procedẽndi, ad præsens non differt à vehemẽti.

Immo idem Farin. ibi num. 52. ex Menoch. de præsum. lib. 1. q. 10. n. 15. Et Vmbert. locat. in iure dic. Inquis. in ver. Suspicio, n. 30. ait, quod esto, quòd violenta suspicio sufficiat ad condemnandum aliquem vt hæreticum; condemnatus tamen non dicitur verus hæreticus, sed tantùm præsumptus.

Et quamuis violenta præsumptio regulariter

11 non admittat probationem in contrariũ, id nihilominus intelligitur directè: secus autem indirectè, quia tunc probationem in contrarium admittit, vt si Inquisitus probare velit falsos esse testes contra ipsum examinatos: aut indicia, ex quibus oritur violenta præsumptio non esse vera. Ita docet Pegna loco citato,

cum

cum aliis relatis à Farin. in d.q.187.num.50.

Differunt autem inter se huiusmodi suspicio-
12 nes de hæresi. Nam pro leui, ac modica tantùm suspicione, debet indici canonica purgatio; vel tanquam de leui abiuratio, vt est tex. in c. excommunicamus, il 1. de hæret. iuncto tex. in c. accusatus, eo. tit. in sexto. Bene verum est, quòd in hac re personarum consideratio habenda est; nam licèt ex leuibus suspicionibus, contra viles, & improbos procedi poterit; non tamen conuenit ita de facili contra probos, & honestos viros procedere, eosdemq; de fide interrogare, vt ex Siman. de Cathol. Inst. tit. 50. num. 28. & seq. docet Pe-
13 gna in supra relato loco.

Quòd si huiusmodi de hæresi leuiter suspectus in purgatione defecerit, vel citatus comparere
14 contempserit, aut abiurare recusauerit, tunc excommunicatur, & elapso anno, si in excommunicatione pertinaciter perduraverit, vt hæreticus est condemnandus, vt in d. c. excommunicamus, §. qui verò sola suspicione. Et ita etiam proceditur contra suspectos de hæresi vehementer, si abiurare recusauerint, vt per Eymer. ibidē num. 15.

In hoc tamen differunt abiurantes pro suspicione vehementi de hæresi: & pro leui: quòd pri-
35 mi si fint recidiui, iudicantur relapsi; non autem secundi, sed grauiter sunt puniendi, vt in d. c. accusatus, ab Eymer. allegatus. Licet Pegna in eundem, p. 2. Dir. q. 56. com. 8. dicat, neminem posse dici relapsum, ita vt pœna relapsorum puniri possit, nisi saltem semel de hæresi relapsus plenè constet, & respondet ad tex. in d. c. accusatus, in
cuius sententiam videtur etiam inclinare Farin. de hæresi. q. 195. num. 48.

Pro violenta denique suspicione potest deue-
36 niri ad condemnationem pœnæ, saltem extraordinariæ, sicut pro vehementi, iuxta ea, quæ habentur ex Boer. decis. 164. n. 6. His adnotatis, sit.

Prima Conclusio.

17 PRiuati homines omittentes denunciare hæreticos, licèt fautores dicantur hæretici, vt quæst. præcedenti probauimus; tamen leuem dumtaxat contrahunt de hæresi suspicionem: quia multoties huiusmodi personæ omittunt denunciare hæreticos, nō in defensionem hæresis, sed amicitiæ, vel alterius rei gratia. Vndè, licèt frequenter id agant hæretici, tamen rarò non denunciantes hæreticos, sunt hæretici.

Item recipientes hæreticos, semel, aut iterum
18 amicos, & sodales, leue tantùm videntur contrahere de hæresi suspicionem; nam licèt hæretici frequenter hæreticos receptent; tamen rarò accidit, vt qui amicos hæreticos recipit, sit hæreticus. Quocirca ad iudicandam suspicionem leuem, aut vehementem de hæresi, quam contrahunt receptatores hæreticorum, pensanda est qualitas personarum receptantium, & genus re-
19 ceptationis, vt bene docet Pegna in Eymer. p. 2. Dir. q. 51. com. 76 in ver. Est ea abiuratio. Consanguinei autem, & affines defendentes, & receptantes hæreticos nullam contrahunt de hæresi suspicionem: quoniam semper præsumuntur ratione sanguinis, & affinitatis illos defendere: & non intuitu hæresis, vt per Farin de hær. q. 182. n. 87. qua ratione supra q. 29. eosdem excusauimus ab excommunicatione in foro exteriori: sicut interiori, si animum defendendi hæresim non habuerint. Non sic dicendū est de extraneis: quia quoad forum saltem exterius, si contrahant vehementem maximè de hæresi suspicionem, sunt excommunicati.

Secunda Conclusio.

20 IMpedientes officium Inquisitionis directè, vel indirectè, vehementem contrahūt de hæresi suspicionem, & verè hæreticorum fautores, ac defensores iudicātur. Hi sunt, qui captos pro hæresis crimine à carcere, propria temeritate li-
a berant: a vel processus Inquisitionis lacerant: te
21 stes ex eo, quòd in causa fidei testimonium perhibuerant, vulnerant: aut terrarum Domini statuant, vt nisi ipsi hæresis crimine cognoscant. Isti namque directè dicuntur hæreticis fauere, & Inquisitionis officium impedire, vt bene probat Farin. de hæresi. q. 182. n. 75.

Indirectè autem prædictum officium impedi-
22 re dicitur, qui statuit, quòd nullus arma deferat nisi sit de familia Domini temporalis: nam consequenter, qui sunt de familia Inquisitoris, non possent arma deferre; quod est indirectè impedire, vt per Eymer. & in eū Pegna. 2. p. Dir. q. 14.

Inquisitores enim possunt tenere familiam ar-
23 matam pro defentione suæ personæ, vel familiæ suæ, & adcapiendum hæreticos, vt in clem. nolentes, § porro, de hæret. & per alios relatos à Farin. loco citato, n. 90. vbi hoc idem priuilegium
b habendi familiam armatā b competere Episco-
24 pis testatur de vera, & cōmuni opinione. Et per Inquisitoris familiam non modò intelliguntur officiales destinati ad denunciandos hæreticos, ad comitandum Inquisitores, aut ad capiēdum hæreticos, sed etiam reliqui Ministri, qui qua-
25 uis alia ratione sancto officio inseruiūt c: vt sūt
c Aduocati, Notarij, Consultores, Custodes, & illi, qui aduersus hæreticos publicè scribunt, ac alij cotinuè Inquisitoribus ipsis assistentes: & aliquando etiam non assistentes, si expediat.

Dixi si expediat: quia Inquisitores, & Episco-
26 pi, non debent abuti supradicto priuilegio, concedendo licentiam deferendi arma extra casus, in quibus non expedit, vt benè probat idem Farin. ibidem n. 90. cum pluribus seq. vbi etiam n. 98. ait, quòd Domini temporales impedien-
27 tes familiam Inquisitoris pro delatione armorum, possunt puniri ab Inquisitoribus, tanquam turbatores Inquisitionis: ad quod allegat Cardin. Zabar. in d. clem. oolentes, §. porro, num. 2. ver. Secundo quæro.

Verum tamen est, quòd impedientes sanctum
28 inquisitionis officium, tunc reddūtur de hæresi suspecti, quando id agunt gratia hæresis; secus autem, si precio, aut amore carnali; quia tunc contra eos procedi potest, non tanquam de hæresi suspectos, & tanquam hæreticorum fautores; sed tanquam conturbantes iurisdictionem sancti officij, vt per Bonifac. de Vitalin. in Cle. 1. num. 160. & ibi Cardio. Zabar. in §. verum il 2. n. 7. ver. Quarto quæro: de hæret. vbi etiam tractat de offendente familiam Inquisitoris, vel
29 Episcopi, quæ iuerat ad capiendum hæreticum propter particularem inimicitiam, non autem animo impediendi sanctum Inquisitionis offi-

cium: nam iſte, ſicut non poteſt dici hæreticorum fautor, ita etiam non contrahit hæreſis ſuſpicionem. Adde etiam Farin. ind. q. 182. num. 87. & 95. Eymer. p. 2. Dir. q. 54. & in eum Pegna com. 79. vbi plures referunt impediendi modos circa ſanctum Inquiſitionis officium.

Item vehementem contrahunt de hæreſi ſuſpicionem, qui temporalem habentes iuriſdictionem, hæreticos, ſeu rebelles ab Eccleſia denotatos perſequi, & de eorum Prouincijs exterminare omiſerint, vel in eos animaduertere.

Sic etiam Receptores hæreticorum, quibus nullo amicitiæ, conſanguinitatis, aut affinitatis vinculo ſunt conjuncti: nam ſi illos occultêt, vt iuſtitiæ manus effugiant, maximè ſi ex officio debeant indicare, vehementem contrahunt de hæreſi ſuſpicionem, vt conſtat ex Conc. Narbô. cap. 14. 15. & 16.

Item viſitantes hæreticos, in carcere conſtitutos, eiſdemque victualia miniſtrantes, cum illis ſuſurantes, murmurantes de eorum carceratione, punitione, ac ſupplicio.

Item ſi amaro vultu, ac toruis oculis reſpiciant hæreticos perſequentes: nam omnes iſti vehementem contrahunt de hæreſi ſuſpicionē: quoniam talia facientes frequenter, & vt plurimum ſunt hæretici, vt latè habetur ex Pegna in Eymer. p. 2. Dir. q. 53. com. 78.

Vndè huiuſmodi receptatores, & fautores hæreiscorum tenentur abiurare impedimentū, & fautoriam ſi velint reſipiſcere. Et propterea dantur caſus, in quibus locum ſibi vendicat abiuratio generalis, nullo expreſſo errore, & hæreſi in particulari. Nam qui generaliter alicui fauendo, aut etiam nulli fauorem exhibendo, officium Inquiſitionis impedit, in nullam ſpecificam, & particularem hæreſim videtur conſentire; & ideo nullam in ſpecie poterit abiurare; ſed ſatis eſt, ſi in genere dicat, deteſtari omomnem hæreſim, cuius ſuſpicionem fauendo hæreticis, eoſdemque receptando, aut Inquiſitionis officium impediendo contraxit. Ita Pegna ibi q. 54. com. 79.

Tertia Concluſio.

Violentam de hæreſi ſuſpicionem contrahunt, qui oſſa hæreticorum combuſtorū, nocte colligere, quaſi ſanctorum reliquias, furtiuè comprehendantur. Nam hoc eſt ſignum, ex quo concludi ſolet efficaciter, & ferè ſemper, quòd talia facientes ſint hæretici: eo quòd haud dubium eſt, quin eos pro Beatis venerentur, quorum oſſa pro ſanctuario recondunt. Nullus autem habet hæreticum pro ſancto, niſi qui credat illius ſectam eſſe ſanctam. Ita Pegna in Eymer. p. 2. Dir. q. 53. com. 78. ver. Quartum.

Sic etiam receptatores, aut quomodolibet hæreticorum fautores, & defenſores, ſi citati de fide reſponſuri comparere contempſerint, & excommunicati per annum in excommunicatione ipſorduerint, violentam proculdubio contrahunt de hæreſi ſuſpicionem, & ideo tanquam hæretici meritò condemnantur, vt c. excommunicamus, il 1. & §. qui ſola ſuſpicione, de hæret. Et idem dicendum eſt, ſi abiurare recuſauerint, vt ex Eymer. p. 2. Dir. q. 55. num. 15. ſupra diximus.

ADDITIO.

a Liberant. Idem dicendum eſt ſi Iudices laici remiſſiùs agant cum hæreticis ſibi relictis, pœnam mortis per ignem non imponentes, & alia eiuſmodi: nam contra eos poſſunt procedere Inquiſitores hæreticæ prauitatis: Siquidem Iudices laici hoc caſu ſunt meri executores, & tenentur iuxta leges, & canonicas ſanctiones hæreticum ad mortem ſtatim condemnare, nare, vt habetur ex Ioan. de Heuia in Curia Philip. p. 3. n. 19. Mandez in prax. Luſitan. lib. 2. c. 1. num. 16. Cenedo poſt alios ad Decret. collect. 55. num. 2. Suar. de Pœn. in pract. tom. 2. prælud. 2. n. 3. Mirand. de Ordin. iudic. tom. 1. q. 1. ar. 5. concl. 6. Pegna in Direct. Inquiſ. p. 3. com. 85. Farin. tract. de hæreſi, q. 185. n. 162. Sanctarel. eod. tract. c. 60. dub. 4. num. 23. & nouiſſimè P. Diana, de immunit. Eccleſiaſt. reſol. 134. Abb. Alex.

b Armatam. Hinc eſt, quòd Epiſcopus poteſt excommunicare iudices laicos, volentes de famulorum delictis cognoſcere; etiam ſi ſæculares ſint. Et id, non obſtante Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. Siquidem Concil. Trid. loquitur de clericis; non autem de alijs, qui ex alio capite priuilegio fori gaudere poſſunt: atque adeò etiam poſt Conc. Trid. poteſt Epiſcopus tenere familiam armatam: quæ quidem familia licèt laica, gaudebit eodem priuilegio fori, ſicut Clerici gaudent, vt rectè probat Mart. de iuriſd. p. 4. caſ. 11. num. 3. Cened. qq. can. q. 4. num. 26. Mar. Anton. lib. 3. var. reſol. reſolut. 14. num. 1. Barboſ. de Poteſt. Epiſc. p. 3. allegat. 107. num. 1. & ſeq. Madius in tract. de Sacr. Ord. cap. 14. n. 46. Zerol. in prax. Epiſcop. p. 1. ver. Epiſcopus, n. 11. Ricc. in prax. p. 1. reſol. 473. n. 2. & P. Diana de immun. Eccleſiaſt. reſol. 97. contra Gabr. Pereiram in tract. de man. Reg. p. 1. cap. 19. n. 13. Abb. Alex.

c Inſeruiunt. Adde, quòd Inquiſitorum iuriſdictio in ſuos familiares in criminibus alijs, diuerſis ab hæreſi, non dicitur ſæcularis; ſed eſt Eccleſiaſtica, vt rectè docent Alphonſ. de Narb. tom. 2. in 3. p. Recopil. lib. 4. tit. 1. Gloſ. 22. Barboſ. de Poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 107. num. 6. Farin. tract. de hæreſi, q. 128. num. 90. & alij. D. Cæſar.

Ibi (Ac *eorumdem libros, &c.*) An legere libros hæreticorum ſit intrinſecè malum: vel tantùm malum; quia prohibitum humano iure. Q. 54.

SVMMARIVM.

1 *Occaſionem proximam peccati de Iure naturali vitare tenemur.*

2 *Libri hæreticorum, cùm ab infecta radice proueniant, in legentium animis aculeos relinquunt.*

3 *Libros contra aſſumptam Religionem editos, non modò Catholici, ſed etiam Gentiles damnarunt.*

4 *Legere libros hæreticorum non eſt intrinſecè malum, ſed tantùm malum, quia prohibitum.*

5 *Malum intrinſecè nulla circumſtantia licitum fieri poteſt.*

6 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis, & eorum ſubſtituti, ſeu Vicarij poſſunt legere, & apud ſe habere quoſcunque libros prohibitos.*

7 *Epiſcopi non poſſunt legere, nec apud ſe habere libros hæreticorum, ſine Rom. Pontificis licentia.*

8 *Libri hæreticorum prohibentur legi de Iure ciuili.*

9 *Libri hæretcorum prohibentur legi de Iure canonico.*

10 *Libri hæreticorum probibentur legi de Iure naturali ab eo, qui probabiliter timet infici ab hæreſi, & erroribus in dictis libris contentis.*

11 *Hæreticos de Iure Diuino tenetur vitare is, qui timet probabiliter ab eis infici, & corrumpi.*

12 *Libros de laſciuia tractantes, etiam ſi aliàs prohibiti non ſint, tenetur vitare de iure naturali, quando quis probabiliter timet ab eorum lectione allici ad peccandum.*

IN hac re videtur dicendum, quòd legere libros hæreticorum, nõ modò malum ſit, quia poſitiuo, & humano iure prohibitum; ſed etiam ſit intrinſecè, & ex ſui natura malum.

Probatur. Nam vnuſquiſque naturalem obli-
1 gationem habet vitandi periculum nocumenti, & conſequenter omne id, quod eſt ſibi cauſa peccati. Hinc ait Dominus, Matt. cap. 18. Si manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & proijce abs te: & ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te: ergo legere libros hæreticorum, eſt intrinſecè malum cùm contra naturalem obligationem ſit huiuſmodi libros legere: quia lectio librorum hæreticorum, eſt legenti cauſa peccati: eo quòd hæreticorum libri cùm ab inſecta radice proueniant, in legentium animis aculeos relinquunt, eoſdemque paulatim inficiunt.

Et confirmatur; quoniam non ſolùm Catho-
2 ci: verùm etiã Ethnici, ac Gentiles, qui nulla lege Diuina, aut Canonica edocti, ſed lumine tantùm naturali ducti libros noxios, contra receptam, Religionem editos damnare conſueuerũt.

Sic Protagoras Abderites, cùm in principio
3 ſui libri poſuiſſet: De Dijs, neque vt ſint, neque vt non ſint habeo dicere, Athenienſium iuſſu eiuſdem libri in concione combuſti fuerunt, vt refert Cælius Rhodigin. lib. 22. antiq. lection. c. 1. Plato etiam Poetarum libros, qui de Dijs parũ modeſtè loquebantur, exterminandos curauit: & nonnulla alia varij, varias leges, & ſtatuta contra huiuſmodi libros ediderunt, de quibus latè Azor. lib. 8. Inſt. Moral. p. 1. c. 16. queſt. 9. ergo ſignum eſt, legere hæreticorum libros, eſſè intrinſecè malum. & contra rectam rationem, ſeu ius naturale, quod commune eſt omnibus hominibus, & participatio legis Diuinæ, & æternæ, ſcriptum in cordibus noſtris.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
4 tentiam arbitror de iure veriorem eſſe, nempe, quòd legere libros hæreticorum, non ſit intrinſecè malum: ſed tantùm malum, quia poſitiuo, ac humano iure ſit prohibitum.

Probatur, quia ſi legere libros hæreticorum eſſet intrinſece malum nullo vnquam caſu illos legere licitum eſſet: nam ea, quę ſunt intrinſecè,
5 & ex ſui natura mala nullo vnquam tempore, & nulla ratione, ac circumſtantia licita eſſe poſſunt. Vt eſt furtum, mendacium, &c. vt in c. ſuper eo, de vſur. & conſequenter nec à Rom. Pontifice citra culpam legerentur. Quod eſt manifeſtè falſum: nam ex licentia & auctoritate S. P. legi poſſe, ex præſenti canone clarè colligitur; in illis verbis: *ſine auctoritate noſtra*.

Et ex reſcripto Iulij 3 quod incipit. Cùm me-
6 ditatio mortis: Inquiſitores hęreticę prauitatis, & eorum ſubſtituti, ſeu Vicarij poſſunt legere, & apud ſe tenere quoſcunque libros prohibitos citra vllam culpam.

Non tamen hæc facultas conceditur Epiſco-
7 pis, vt patet ex dicto reſcripto. Quapropter Pegna in expoſitione c. fraternitatis, de hær. com. 3. ait: falli Epiſcopos, qui exiſtimant perinde ſibi, ac Inquiſitoribus hæreticorum libros legere, licere: non enim id poſſunt, niſi à S. P. ſpecialem habeãt facultatem, & hoc idem tenet Azor. loco citato. q. 13. & Farin. de hęreſi q. 180. n. 43. Cõcludendum eſt igitur, Lectionem librorum hæreticorum, non eſſe intrinſecè malam, ſed tantùm malam, quia prohibitam.

Prohibetur etiam legi prædictos libros de iu-
8 re ciuili, vt eſt tex. in l. 3. C. de ſum. Trin. & Fid. Cath. quæ, licèt in latinis Codicibus non inueniatur; eius tamen meminit Nicephorus, lib. 14. ſuæ hiſt. c. 36. & Photinus Patriarcha in Nomaconone, tit. 12. cap. 3. relatus à Cæſare Coſta Archiep. Capuano lib. 2. var. ambig. c. 23. qui illius legis verba retulit, quæ ſequuntur. *Comburantur ſcripta Porphyrij, aliorumque aduerſus Chriſtian. Item Neſtorij, atque ea omnia, quæ à Synodis Nicæna, & Epheſina diſſentiunt, quorum fidem egreds non licet. Quicumque autem libros, quos diximus habent, aut legunt, vltimo ſupplicio afficiantur; & Epiſcopi quidem, ac Clerici Neſtoriam à ſacroſanctis Eccleſijs ejiciantur. Laici vero huiuſmodi anathematizentur. Orthodoxique eorum nomen ſine metu in publicum edant.* Idem à Theodoſio ſancitum fuit in l. damnato, C. de hæret. Valen. & Martin. in l. Quicumque, C. eo. & aliis relatis ab Azor. & Coſta, locis citatis.

Item lectio prædictorum librorum prohibi-
9 ta eſt de iure Canonico, vt in c. damnamus, de ſum. Trin. & fid. Cath. c. fraternitatis, de hæret. c. nullus, 3. q. 4. In extrau. Io. 22. quæ incipit. Vir probus, &c. In Indice Pij iv. Clem. viij. & in Bulla Cœnæ: cui primò fuit addita à Iulio iij. in qua excommunicantur legentes libros Lutheri, & ſequacium: & deinde per ſequentes Pontifices fuit extenſa eiuſdem Bullæ excommunicatio vniuerſaliter contra legentes quoſcumque hæreticorum libros, vt rectè notat Sayr. in explicatione præſentis Canonis, lib. 3. Theſtom. 1. c. 5. num. 11.

Hæc concluſio vera eſt, vbi in legendis libris
10 hæreticorum, alicui non eſſet periculum proprium ſcandali, nam tunc ei, cui imminet tale periculum lectio huiuſmodi librorum eſt prohibita iure naturali, & conſequenter eſt intrinſecè mala: quoniam vnuſquiſque naturalem obligationem habet vitandi periculum nocumenti, & omne id, quod eſt ſibi cauſa proxima peccati. Vndè ſi quis, etiamſi eſſet Rom. Pontifex, probabiliter timeret infici ab hæreſi, & erroribus, qui in ipſis libris continentur, legens eos, mortaliter peccaret, etiamſi nulla lex eſſet, quæ id prohiberet; quoniam licèt lectio librorũ hæreticorum vt ſic, non ſit prohibita de iure naturali; tamen hic & nunc, & huic perſonæ, ſi ei eſt occaſio infectionis proxima, eſt prædicto

iure damnata, & intrinſecè mala.

Sic etiam ciuilis communicatio cum hæreti-
11 cis non eſt prohibita nec iure naturali, nec Diuino: aliàs Catholici, quos oportet ciuilem ſocietatem habere cum hæreticis in terris maximè hæreticorum, non eſſent tuti in conſcientia: Et tamen tam de iure naturali, quàm de iure Diuino tenemus hæreticos vitare, quando imminet proximum periculum perfidiæ, ne ab eis ſeducamur, & corrumpamur, & in hæreſi cum eis commiſceamur: iuxta illud Ioan. c. 2. dum ait: *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam* (ſcilicet, quam Apoſtolus docuit) *non affert, nolite recipere eum in domum: nec, aue, ei dixeritis: qui enim dicit illi, aue, communicat operibus ſuis malignis.*

Eodem iure tenemur etiam abſtinere à lectio-
12 ne librorum de laſciuia tractantium, etiam ſi prohibiti non ſint, quando eos legendo credimus, & cedere debemus, nos conſenſuros alicui delectationi moroſæ: & hoc ſub pœna letalis culpæ, vt ait Nauas. in c. 23. n. 3. in Man. Quibus iuribus, naturali ſcilicet, & Diuino, cùm ſubijciatur etiam S. P. ipſe quoque ſicut omnes alij in ſupradictis caſibus ſub letali culpa tenentur abſtinere à lectione dictorum librorum.

Ad argumenta patet reſponſio ex dictis: nam primum argumentum nihil aliud concludit, niſi quòd illi, cui lectio hæreticorum librorum eſt occaſio proxima infectionis, & peccati, ſit intrinſecè mala, & contra ſectam ſationem, ſeu naturalem legem: vt ſic autem lectio huiuſmodi eſt tantùm mala, quia iure humano eſt prohibita. Ad confirmationem ex auctoritate Ethnicorum, & Gentilium, dicimus, quòd eis probatus, prohibitionem dictorum librorum eſſe rectè rationi, & legi naturali ſatis conformem, ob periculum ſcandali: non tamen infertus eſſe iure naturali prohibitum dictos libros legere, & conſequentes intrinſecè malum.

Quomodo, & quando legentes libros prohibibitos, incidant in excommunicationem, in præſenti canone, aut in Indice librorum prohibitorum contentam. Q. 35.

SVMMARIVM.

1 *Libri prohibiti, non omnes ſunt hæreticorum: at è contra omnes libri hæreticorum hæreſim continentes ſunt prohibiti.*

2 *Libri prohibiti ſunt in triplici differentia: Infidelium ſcilicet, Catholicorum, & hæreticorum.*

3 *Libros Infidelium legentes, quamuis hæreſes contineant, excommunicationem tamen Bullæ Cœnæ non contrahunt.*

4 *Libros Catholicorum legentes eſto quòd hæreſim contineant, nihilominus in excommunicationem Bullæ Cœnæ non incidunt.*

5 *Libros Talmud, Magazor, & alia ſcripta Hebræorum legentes, in quibus tacitè, vel expreſsè continentur quamplurimi errores contra fidem catholicam, licèt non incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ; contrahunt tamen excommunicationem, quæ continetur in Bulla Clem. viij.*

6 *Legentes ſupradictos Hebræorum libros, amittunt illos, & eorum bona confiſcantur.*

7 *Auxilium, & fauorem præſtantes Hebræis ad retinendos libros Talmud, & alios per conſt. Clem viij. prohibitos, vel impetrare auſi fuerint, incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ.*

8 *Hebræi tenentes libros Talmud, & alios prohibitos, quibus pœnis afficiantur.*

9 *Aleboranus Mahometis per Indicem Clem. viij. prohibetur.*

10 *Hebræorum libri explicationem ſcripturæ ſacræ dilatat continentes, nullo iure prohibentur.*

11 *Arabum philoſopborum libri, nihil de impia Saracenorum ſecta continentes, legi permittuntur.*

12 *Libros Catholicorum legentes ex eo prohibitos, quòd aliquam hæreſim contineant, Bullæ cœnæ cenſuram non contrahunt; ſed illam in Indice Pij v. contentam.*

13 *Libros Catholicorum legentes, ſuſpectos de hæreſi, incidunt in excommunicationem, quæ in Indice Pij v. continetur.*

14 *Libri ſortilegia, & diuinationes continentes, prohibiti ſunt in Indice Pij V.*

15 *Libros Magorum legentes, & ſi hæreſim contineant manifeſtam, non tamen ſemper contrahunt excommunicationem Bullæ Cœnæ, ſed vt plurimum illam, quæ in Indice continetur.*

16 *Libros Magorum legentes, eùm in dubio præſumantur hæretici, ſi aliquo modo compertum non habuerint, eorum auctores hæreticos non eſſe, incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ.*

17 *Libros Magorum Pagamorum legentes, quantumuis hæreſes contineant, vt Bullæ Cœnæ cenſura non alligantur, ſed tantùm contrahunt Indicis excommunicationem.*

18 *Libros apocriphos legentes, ſi in eis nulla continetur hæreſis, licèt peccent mortaliter, nullam tamen contrahunt excommunicationem.*

19 *Libros legentes, alio nomine interdictos, præter hæreſim, vt Bibliam Sacram vulgari lingua editam: libros de controuerſijs cum hæreticis noſtri temporis: libros de laſciua ex profeſſo tractantes, nullam contrahunt cenſuram, ſed tantùm letaliter peccant.*

20 *Libros de laſciuia tractantes, non tamen prohibitos, ſi quis legat, exiſtimans probabiliter in aliquod peccatum mortale conſenſurum, peccat mortaliter.*

21 *Libros hæreticorum legentes, quamuis nullam hæreſim contineant, nec de Religione tractent; nihilominus incidunt in excommunicationem Indicis.*

22 *Libros hæreticorum legentes, ſi hæreſim contineant, aut de Religione tractent, excommunicationem Bullæ cœnæ contrahunt.*

23 *Excommunicatio huius canonis in multis conuenit, & in multis differt ab excommunicatione, ac decretis in Indice à Pio v. Clem. viij. & alijs Pontificibus editis.*

24 *Libros hæreticorum legentes, comprehenduntur ſub diſpoſitione Bullæ Cœnæ, etiam ſi Epiſcopi, aut Cardinales ſint, & cuiuſcunque, alterius dignitatis.*

25 *Indefinitæ quæ pollent vniuerſali.*

26 *Infideles legentes, aut retinentes libros hæreticorum, licèt in cenſuram aliquam non incidant, cùm cenſuræ ſint incapaces; poſſunt tamen ab Inquiſitoribus puniri pœna arbitraria.*

27 *Legentes libros hæreticorum excommunicatione ligantur, etiamſi ignorent auctorem libri, dummodo ſciant librum, quem legerint, hæreticis eſſe, &c.*

28 *Legenses libros hæreticorum, ſunt excommunicati, etiamſi ipſi hæretici ſint: quapropter duplicem contrahunt excommunicationem.*

29 Le-

29 *Legentes libros hæreticorum ob curioſitatem, aut ad reprobandum hæreticorum errores, vi Bullæ Cœnæ ſunt excommunicati.*

30 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

31 *Legentes libros hæreticorum abſque eo, quòd verba proferant, ſed viſu duntaxat diſcurrentes, incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ.*

32 *Legentes libros hæreticorum, nondum typis excuſſos, incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ.*

33 *Legentes vnum tantùm librum hæreticorum, incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ.*

34 *Legentes libros hæreticorum ignorantes, excuſantur ab excommunicatione Bullæ Cœnæ.*

35 *Argumentum à contrario ſenſu in iure, eſt validiſſimum.*

PRo determinatione huius difficultatis, eſt
1 annot. quòd omnes libri hæreticorum hæreſim continentes, ſunt prohibiti; ſed non omnes libri prohibiti, dicuntur libri hæreticorum. Nam libri Talmud. & Magazor ſunt prohibiti, non tamen ſunt hæreticorum: quia hæreticus nemo dicitur, niſi ſit Chriſtianus, qui fidem Chriſti per Baptiſmum ſuerit profeſſus, vt ſupra diximus q. 20 n 1.

Sunt autem libri prohibiti in triplici diffe-
2 rentia. Nam quidam ſunt Infidelium: quidam Catholicorum: & quidam Hæreticorum.

Infidelium libri, quidam ſunt prohibiti: eo quòd continet tacitè, vel expreſsè errores contra ſacram ſcripturam, Deum, ſanctiſſimam Trinitatem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Dei Genitricem, & fidem catholicam: quidam ſunt prohibiti, quia ſuſpicionem continent de hæreſi, vt ſunt libri diuinationem, maleficia, & ſortilegia continentes: & quidam denique ſunt prohibiti, quoniam aliqua docent, quæ ſunt cõtra bonos mores.

Catholicorum libros contingit ſimiliter prohiberi, vel quia continent hæreſim: vel ex eo, quòd ſint ſuſpecti de hæreſi: vel quoniam aliqua docent, quæ ſunt contra bonos mõres: vel quia ſunt apocryphi, & leuiſſimam habent auctoritatem, de quibus latè tractat Couar. lib. 4. uar. reſol. c. 17. & alij, quos refert Pegna in Eymer. p. 2. Dir. q. 23. com. 48. vel denique ex alla iuſta, ac legitima ſubſiſtente cauſa.

Hæreticorum denique libri prohibentur: vel quia continent hæreſim; vel quia de Religione tractant: vel quoniam ſunt apochryphi; vel demum ex eo quòd aliqua continent, quæ bonis moribus ſunt contraria. His annotatis, per ſequentes concluſiones abſoluemus ea, quæ longa diſcuſsione non indigent: & deinde dubia per ſuas quæſtiones, Deo duce, diſcutiemus. Sit igitur.

Prima Concluſio.

LEgentes libros Infidelium, qui ſacrõ Baptiſ-
3 mi fonte non ſunt regenerati, quamuis con tineant hæreſim, excommunicationem præſen-
4 tis canonis non contrahunt. *a*

Probatur: quia vi noſtri can. excommunicatur legentes libros hæreticorum; modò qui baptizati non ſunt, hæretici non dicuntur.

Eadem ratione legentes libros Catholicorum
4 aliquam hæreſim continentes, in prædictam excommunicationem non incidunt: quoniam licèt catholici aliquam hæreſim dicant aut ſcribant, ſi exiſtiment non eſſe contra fidem catholicam, & parati ſint ad nutum Eccleſiæ reſipiſcere, cùm non ſint pertinæces, non ſunt hæretici: & ideo legentes eorum libros, hæreſim continentes, non ſunt excommunicati. Ita Vgol. in explicatione noſtri canonis, in ver. Ac eorundem libros &c. §. 1. num. 2. & 3.

Secunda Concluſio.

LEgentes libros Talmud, & Magazor, & alia
5 ſcripta Hebræorum, in quibus tacitè, vel expreſsè continentur quamplurimi errores contra ſacrã ſcripturam, Deum, ſanctiſſimam Trinitatem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Dei Genitricem, & fidem catholicam, licèt non incurrant excommunicationem in noſtro canone contentam, cùm prædicti libri non ſint hæreticorum; incidunt tamen in excommunicationem, quæ continetur in Bulla Clem. VIII. edita pridie Kal. Martij 1592 anno primo ſui Pontificatus: vbi citat, & confirmat conſtitutionem Greg. IX. Inn. IV, Clem. IV. Greg. XIII. & aliorum Pontificum: quæ quidem excõmunicatio cùm nemini ſit reſeruata, ab ea poteſt abſolui à quocunque facultatem habente abſoluendi à peccatis mortalibus: vel ſaltem à quocunque Prælato, iuxta tex. in c. nuper, de ſent excom.

Et inſuper legentes ſupradictos libros, eoſ-
6 dem amittunt, & bona eorum confiſcantur: & ſi auxilium, vel fauorem dederint Hebræis ad illos retinendos, vel impetrare auſi fuerint, pœnas Apoſtatarum à fide. & Hæreticorum incurrunt,
7 vt ex dicta Clem. VIII. conſtitutione clariſſimè conſtat: & conſequenter incidunt in excommunicationem præſentis canonis, latam contra hæreticos, & à fide Apoſtatas.

Hebræi denique ex vi eiuſdem conſtitutionis
8 libros amittunt, & bona eorum confiſcantur: quæ pœna extenditur etiam ad habentes, tenentes, ementes, vendentes, & euulgare præſumentes libros prædictos.

Iuſſu quoque eiuſdem Rom. Pontificis pro-
9 hibetur Alchoranus Mahometis, Baſileæ impreſſus, & ſimiles cum ſcholijs, & impijs annotationibus, & præfationibus. Et in vulgari lingua, non niſi Inquiſitorum conceſſu haberi poteſt, vt conſtat ex Indice prædicti Pontificis in obſeruatione circa nonam Regulam: & in vtroque Indice ſub litera. A.

Alij denique Hebræorum libri, in quibus nil-
10 o aliud tractatur, niſi id, quod attinet ad ſcripturæ ſacræ explicationem, nullo inre prohibentur. vt ſunt Comentar. in ſacros libros Rab. Dauidis, Rab. Salomonis Zarchi, &c. Item libri Arabum philoſophorum, Ariſtotilem interpretantium, aut de philoſophia tractantium: vel de medicina, nihil de impia Saracenorum ſecta
11 continentium, ſimiliter permittuntur. Huiuſmodi ſunt opera Auerroris, & aliorum, quos refert Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 1. c. 16. q. 15.

Tertia Concluſio.

LEgentes libros catholicorum ex eo prohi-
12 bitos, quòd aliquam hæreſim continere depre-

deprehenſi ſint, ante, vel poſt eorum mortem, licèt non incidant in excommunicationem in noſtra Bulla contentam; tamen incurrunt excommunicationem, quæ in Indice Pij IV. continetur.

Probatur concluſio quoad primam partem; quoniam vi noſtri canonis excommunicantur legentes libros hæreticorum, hæreſim continentes; modò ſupradicti libri, eſto quòd contineant hæreſim; nihilominus non ſunt hæreticorũ, ſed catholicorum.

Secunda pars concluſionis patet ex Indice ſupra dicto, Regula fin. & per Extrau. Io. 22. relatam ab Eymer. & in eum Pegna p. 2. Dir. q. 43. com. 78. in quibus ſub pœna excõmunicationis prohibentur ſcripta cuiuſcumque auctoris ob hæreſim, vel ob ſuſpicionem damnata, atque prohibita, legi, haberi, ac detineri. Quæ quidem excommunicatio cùm non ſit reſeruata; poteſt contrauenies à quocunque abſolui, habente facultatem abſoluendi à peccatis mortalibus, vt benè notat Azor. lib. 8. Inſtit. moral. p. 1. cap. 16. q. 5.

Quarta Concluſio.

13 LEgentes libros catholicorum ſuſpectos quocunque modo de hæreſi, incidunt in excõmunicationem in prædicto Indice, & extrau. Io. 22. contentam. Hæc concluſio patet ex dictis: quia ex vi Indicis, & extrau. ſub pœna excommunicationis prohibentur ſcripta cuiuſcunque auctoris ob hæreſis, vel falſi dogmatis ſuſpicionem damnata.

Vndè in dicto Indice Regul. 14. ſub eadem ex
14 communicatione prohibentur libri omnes, & ſcripta, ſortilegia, & diuinationes continentia. vt ſunt libri, & ſcripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chyromantiæ, Necromantiæ, & in quibus continentur veneficia, auguria, & incantationes artis Magicæ.

Item ſub eadem cenſura prohibentur legi libri aſtrologię iudiciarię, exceptis ijs, in quibus continentur naturales obſeruationes; quę nauigationis, agriculturę, ac medicinæ artis iuuandæ gratia conſcriptę ſunt; vt habetur in d. Indice, Regula, 9. & extat Syxti V. conſtitutio, edita ſub die 9. Ianuarij 1586. quæ incipit: *Cæli, & terræ Creator Deus*: & cuius mẽminit Steph. Quaranta in ſum. Bullar. in ver. Aſtrologia.

Et quamuis Magorum libri doceant apoſtata-
15 re à fide, adorare dæmones, aram eis conſtruere, ſacrificare, & ſimilia, quæ ſunt contra fidem catholicam, & hæreſim continent, manifeſtam; nihilominus, quia componentes huiuſmodi libros, eſto quòd ſint Chriſtiani, vt plurimùm nõ ſunt hæretici: eo quòd errorem non habent in intellectu, fidei catholicæ contrarium; cùm omnia ſupradicta credant mala eſſe impia, & contra catholicam fidem; idcirco non incidunt in excommunicationem noſtri canonis legentes huiuſmodi libros; ſed illam dumtaxat quæ in Indice habetur.

Bene verum, eſt quòd Necromantici in dubio
16 præſumuntur hæretici, & in foro exteriori tanquam hæretici puniuntur, vt habetur ex Farin. de hæreſi q. 181. n. 36. & propterea legentes eorum libros, ſi aliquo modo compertum non habuerint, auctores non habuiſſe errorem in Intellectu, excommunicationem noſtri canonis contrahunt: quia dicuntur legere libros hæreticorũ, hæreſim continentes. Vndè, ſicut legentes libros Magorum hæreticorũ, qui manifeſtè ſunt hæretici, incidunt in dictam excommunicationem; ita etiam legentes libros Magorum, qui ignorantur, an errorem habeant in intellectu. Immo in Bulla Cœnæ à Pio V. edita expreſsè excommunicabantur Magorum libros legẽtes, & habentes, licèt hæretici non eſſent, vt habetur ex Alter. in explicat. huius can. cap. 5. in fin. Sed quoniam tempore Greg. XIII. & aliorum ſucceſſiuè Pontificum, huiuſmodi excommunicatio fuit ſublata à Bulla Cœnæ, & omiſſi, idcirco hodie, qui legeret Magorum libros, quos certò ſciret non eſſe hæreticos, *b* in dictam excommunicationem non incideret.

Legentes denique libros Magorum Pagano-
17 rum, quantumuis hæreticas, & impias propoſitiones continentes, nunquam noſtri canonis cẽſura ligantur; ſed tantùm incidunt in excommunicationem Indicis, vbi prohibentur ſcripta omnia cuiuſcunque auctoris hæreſim, aut ſuſpicionem de hæreſi continentia.

Quinta Concluſio.

18 LEgentes libros apocryphos, ſi in eis nulla continetur hæreſis, nullam contrahunt cẽſuram, ſed tantùm peccant mortaliter: & iudicio Epiſcoporum grauiter puniuntur, vt in decreto ſupradicti Indicis Pij IV. Regula vl. vbi idem ſtatuitur contra legentes libros alio nomine interdictos, præter hæreſim, aut ſuſpicionem de hæreſi. Vt legentes, aut tenentes Bibliã ſacram, vulgari lingua editam, libros de controuerſijs inter catholicos, & hæreticos noſtri temporis differentes.

Sic etiam legentes, aut tenentes libros res
19 laſciuas, & obſcenas ex profeſſo tractantes, narrantes, aut docentes, aut quoſcunque libros, in quibus agitur de rebus, quæ ſunt contra bonos mores, peccant mortaliter; nec prius peccatorum abſolutionem obtinere poſſunt, quàm prædictis libris Ordinario redditis, vt habetur in d. Indice, Regula 4. & 6.

Verum tamẽ eſt, quòd libri antiqui ab Ethni-
20 cis conſcripti, propter ſermonis elegãtiam permittuntur: nulla tamen ratione à pueris ſunt legendi. Immo legens libros de laſciuia tractantes, non tamen prohibitos, credens, aut credere debens; ſe conſenſurum alicui delectationi moroſæ, mortaliter peccat, vt bene docet Nauar. in ſuo Man. c. 23. n. 3.

Quæ quidem vera ſunt, quotieſcunque dicti
21 libri ſunt Catholicorum, aut Paganorum: nam ſi ſint hæreticorum, quamuis nullam hæreſim contineant; nihilominus legentes illos incurrũt in excommunicationem, quæ in Indice continetur; quæ reſeruata non eſt, vt habetur ex Pegna in c. fraternitatis, de hæret. com. 3. & Azor. lib. 8. Inſt. mor. p. 1. c. 16. q. 5. Et hoc per reſcriptum Iul. iij. quod incipit: *Cùm meditatio*. Et reſcriptum Pij iv. quod incipit: *Dominici gregis*: nam damnato auctore tanquam hætetico, libri eius ſtatim damnati cenſentur, etſi de illis ſpecialis

men-

mentio non habeatur, nec hæresim contineat, vt latè Pegna loco citato, in ver. Primum damnato auctore, &c. & Azor. in d.c.16.q.14.

Sexta Conclusio.

22 LEgentes libros hæreticorum, hæresim continentes, aut de Religione tractantes, incidit in excommunicationem, in præsenti canone contentam. Probatur, quoniam vi dicti canonis non excõmunicantur legentes quoscunque libros hæreticorum; sed illos dumtaxat, qui hæresim continent, aut de Religione tractant.

23 Ex quibus patet, quòd excommunicatio nostri canonis in multis conuenit, & in multis differt ab excommunicatione, ac decretis: in Indice editis à Pio IV. Clem. VIII. & alijs Pontificibus supra relatis.

Conueniunt inquam primò: quoniam sicut excommunicatio nostri canonis est latæ sententiæ, sicut omnes aliæ censuræ in nostra Bulla contentæ: ita etiam excommunicatio Indicis Pij IV. vt patet ex illis verbis: *Statim excommunicationis sententiam incurrat*, & aliorum.

Secundò conueniunt: quia tam legentes libros prohibitos in nostro canone, quàm prohibitos in Indice, & supradictis alijs constitutionibus, peccant mortaliter. Nam prohibitiones huiusmodi, aut habent excommunicationem annexam, & eo ipso obligant ad mortale, cùm non possit consistere excommunicatio sine peccato mortali, vt in c. nullus, 11.q.3. aut expressè obligant ad letalem culpam, vt constat ex ipsa constitutione Pij IV. in illis verbis. *Qui vero libros alio nomine interdictos legerit, aut habuerit, præter peccati mortalis reatum, quo afficitur, iudicio Episcoporum seuerè puniatur.*

Tertiò conueniunt, quòd tam excommunicatio Indicis, quàm excommunicatio nostri canonis latæ sunt contra legentes, & tenentes hæreticorum libros, vt ex tenore nostri canonis patet: & in prædicta constitione Pij IV. constat per illa verba. *Quod si quis libros hæreticorum, &c.*

Differunt autem inter se excommunicatio Indicis cum alijs supra relatis decretis, & excommunicatio nostri canonis. Primò, quia excommunicatio Indicis, & aliæ supradictæ, non sunt reseruatæ, vt diximus supra concl. 2. 3. & 5. At excommunicatio huius canonis est reseruata, sicut omnes aliæ nostræ Bullæ.

Secundò differunt, quoniam dispositio nostri canonis ex vna parte in plus se habet, quàm dispositio dictæ constitutionis Pij IV. eo quòd in illa constitutione excommunicantur legentes, siue habentes tantùm libros hæreticorum, vt habetur ex illis verbis: *Legerit, seu habuerit.* sed in nostro canone excommunicantur, non solùm legentes, & habentes libros hæreticorum, verùm etiam illos imprimentes, ac defendentes, vt infra, Deo Duce, fusiùs dicemus.

Tertiò differunt: quia ex alia parte in plus se habent constitutiones Indicis, & aliæ, quas supra retulimus, quàm nostri canonis dispositio: nam illę comprehendunt legentes quoscunque libros hæreticorum, & apocriphos, contra bonos mores, & alios supra relatos. At excommunicatio nostri canonis comprehendit legentes libros hæreticorum tantùm, hæresim continentes, vel de Religione tractantes.

Libri autem de Religione tractantes, dicuntur illi, qui pertinent ad fidei explicationem, & consequenter illi, quibus diuina scriptura, vel aliqua pars eius explicatur: atque illi etiam, qui scholasticam theologiam, vel totam, vel aliquã eius partem tractant, vt per Suar. in explicatione præsentis canonis, de censur. disp. 21. sec. 2. n. 10. Item qui de cultu, Deo ac sanctis debito, differunt, & de Clericis, ac Monacis, & de moribus Christianis tractant, & non solùm politicis. Vndè si de quæstionibus conscientiæ agerent, diceretur de Religione tractare, vt benè docet Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. sub n. 21.

Hæc conclusio multis modis ampliatur, ac limitatur, vt colligitur ex Vgol. hoc loco in ver. Ac eorumdem libros, &c. Azor. lib. 8. Instit. moral. p. 1. cap. 16. Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. à num. 20. ad 51. Farin. de hæresi, q. 180. à n. 1. ad 51. & alijs.

24 Ampliatur inquam primò, vt legentes libros hæreticorum hæresim continentes, aut de Religione tractantes sint excommunicati, siue masculi sint, siue fœminę, siue Clerici sint, siue laici, quacumque dignitate fulgeant, etiamsi Cardinales, & Episcopi, Imperator, & Reges existant.

25 Nam cùm Bulla indefinitè loquatur, omnes cõprehendit: eo quòd indefinita æquipollet vniuersali, ar. tex. in l. de quibus, & ibi Bar. ff. de leg. 2. & l. de pretio, ff. de publ. in rem act. Immo, quamuis Judæi, & alij Infideles legentes, aut retinentes libros hæreticorum, & damnatorum, non incidant in excommunicationem nostri canonis, cùm censuræ sint incapaces, vt supra probauimus lib. 1. c. 1. q. 3. concl. 3. n. 81. nihilominus possunt puniri ab Inquisitoribus pœna 26 arbitraria pro qualitate delicti, & malitię delinquentis, vt benè dicit Burs. conf. 90. n. 1. & 2. lib. 1. & alij, quos refert, & sequitur Farin. loco cit. num. 10.

Secundò ampliatur, vt legentes libros hæreti- 27 corum vt supra comprehendantur sub dispositione nostri canonis, etiam si ignorent auctorẽ libri; dummodo sciant librum, quem legerint hæretici esse, hæresim continere, aut de Religione tractare: & scienter, sine Rom. Pontificis licentia eundem legant. Probatur, quia ad incurrendam prædictam excommunicationem vi nostri canonis illæ tantum quatuor cõditiones exiguntur: nempe quòd libri sint hæreticorũ: quòd hæresim contineant, vel de Religione tractent: quòd scienter legantur: & denique absque Romani Pontificis auctoritate; ergo esto, quòd legentes ignorent auctorem libri, si sciant librum hæretici esse, nõ excusantur: quoniam scientiam authoris libri, canon noster non exigit.

28 Tertiò ampliatur, vt legentes libros hæreti- corum, sint excommunicati, etiam si hæretici sint, qui suos libros hæresim continentes, aut de Religione tractantes legerint, aut etiam aliorum hæreticorum. Quo circa hæreticus legens librũ hæresim vt supra continentem, siue suus sit, siue alterius hæretici, duplicem contrahit excommunicationem, alteram scilicet vt hæreticus est: & alteram, vt legens libros hæreticorum, hæresim continentes, aut de Religione tractantes. Ita Sanchez ex Vgol. lib. 2. Decal. c. 10. n. 37.

Quartò ampliatur, vt legentes libros hæreti- corum

29 corum vi noſtri canonis ſint excommunicati, etiamſi dolo malo illos non legant; ſed ob curioſitatem,aut ad reprobandum hæreticorum errores:quoniam ipſe canõ ſimpliciter damnat lectionem prædictorum librorũ,nec diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus, arg. text. in l.de pretio,ff.de publ.in rem act.Et cõfirmatur', quia in dicto canone duo caſus excipiuntur;nempe ignorantia,vt infra dicemus: & Romani Pontificis auctoritas;ergo,quoad alios firma remanet diſpoſitio: quia exceptio firmat re-
30 gulam in contrarium,ar.tex.in l.nam quod liquidẽ,§.penul.ff. de pen. legat. Ita contra Felin. & alios tenet Farin.in d.q.180 n. 39. & 47. ſecutus Vgol.Sanchez,& alios ab eo relatos.

Quintò ampliatur,vt ad incurrendam dictam
31 excommunicationem ſatis ſit, vt legens huiuſ-a modi hæreticorum libros,viſu a tantùm eos percurrat,abſque eo,quòd verba proferat:quia vera lectio nulla indiget verborum prolatione, ar. tex.in l 2.§.inſpectio,ff.quemadmodùm teſtam. aper. Ita Graff.p.1.deciſ.lib.4.c.8.n.41.Vgol.ibidem in ver. Decimo,quos refert,& ſequitur Sanchez lib.2.Decal.c.10.n.41.

Sextò ampliatur,vi noſtri canonis comprehẽ-
32 di legentem libros hæreticorum etiam non dũ typis excuſos: nam liber manu ſcriptus dicitur verè liber: & periculum infectionis imminet tã in legente libros hæreticorum manuſcriptos; quàm etiam typis excuſos,vt per Farin.loco citato,n.30.ex Vgol.& Sanchez in allegatis locis.

Septimò ampliatur in legente,non modò plu-
33 res libros,ſed vnum dumtaxat:nam licèt in hoc canone de plurali numero fiat mentio,dum fertur excommunicatio contra legentes libros; tamen hoc dicitur reſpectu habito ad plures legẽtes,quos neceſſe eſt plures legiſſe libros,non autem quoad librorum numerum,vt per eundem Vgol.loco ſupradicto,ver.Quinto.

Octauò ampliatur in legente etiam illam partem libri,quæ hæreſim non continet,vt infra dicemus,q.39.

Sic ampliata limitatur primò dicta concluſio,vt non procedat in legentibus libros catholicorum,aut infidelium,etſi hæreſes contineant, iuxta ea,quæ ſupra diximus, à concluſione prima ad ſextam.

Secundò limitatur in Inquiſitoribus, & eorũ
34 commiſſarijs: nam iſtis permiſſum eſt legere libros hæreticorum.Far.de hæreſi,q.189.n.43.Et extat reſcriptum Iul.III. quod incipit. Cũ meditatio: & quidem excipit ſolùm Inquiſitores, & eorum Commiſſarios, qui auctoritate Apoſtolica ſunt creati,non eos, quos ſibi Inquiſitores ſubſtituunt:quoniam hi non videntur,poſſe vti hoc priuilegio iuxta ea, quæ docet Bar.in l. filius,ff.de legat.& bene aduertit Alter.in explicat.huius can.c.6.col.3.in ver. Hæc prohibitio.

Tertiò limitatur in legentibus huiuſmodi hæreticorum libros,hæreſim continentes, vel de Religione tractantes, ignoranter. Vndè qui legit hos libros ignorans hæreticorum eſſe,hæreſim continere, vel de Religione eos tractare, non alligatur excommunicatione præſentis canonis.

Probatur quoniam vi dicti canonis excommunicantur ſcienter legentes hæreticorum libros, vt patet in illis verbis:*Scienter legentes, &c.* ergo à contrario ſenſu ſumpto argumento,in Iure valliſſimo,l.1.ff.de offic.eius, &c. qui non ſcienter,ſed ignoranter legit, in prædictam excommunicationem non incidit.

Confirmatur, quoniam qui ignoranter facit
35 actum cenſura aliqua prohibitum,nõ poteſt dici contumax,ergo, cenſuram non contrahit; quia contumacia eſt de ratione cenſuræ, vt latè probat Suar.de cenſur. diſp.4.ſec.9.n.2. Quod quidem nullam dubitationem habet, quoties tractatur de ignorantia inuincibili, & probabili per ea quæ ſupra annotauimus, lib.1.cap.2. q.5.con.2.

Difficultas modò eſt de ignorantia craſſa, an excuſet, & de multis alijs caſibus ad hanc materiam ſpectantibus. Quocirca per ſequentes quæſtiones rem ipſam totam explicandam duximus.

ADDITIO.

a Contrahunt. Adde hìc Anton.de Souſa, diſput 13.num.7.& 8.& Bonac. in explic. eiuſdẽ Bullæ, diſput.1. quæſt.2.pun.4.ſub n.21.in ver. Tertiò, vbi excuſat ab excommunicatione præſentis canonis legentes libros Cathecumenorũ, iuxta ſententiam eorum, qui tenent, Cathecumenos non poſſe eſſe hæreticos. Abb. Alex.

b Hæreticos. Adde Bonac. in explicat. huius Bullæ, diſp.1. quæſt.2. pun.4. num.4. vbi excuſat legentes libros Nigromanticos ab excommunicatione huius canonis non ſolùm certò ſcientes, auctores talium librorum non eſſe hæreticos; verùm etiam ſi probabiliter credant non eſſe tales: ſiquidem ad incurrendam prædictam excommunicationem, opus eſt vt libri in ipſo canone vetiti ſcienter legantur, nempè, vt legens ſciat eſſe librum hæretici: at magi nõ ſemper ſunt hæretici. Quæ quidem ſententia eſt valde probabilis, per ea, quæ habentur ex ipſo Duardo infra,q.36.& 37.Abb. Alex.

c Hæreticorum. Adde, quòd Bonac. in explic.Bullæ cœnæ, diſp.1.q.2. pun.4. num. 1. & ſeq. ex hoc infert, legentem librum hæretici non dum approbatum,& examinatum à Theologis Catholicis iuſſu Epiſcopi, & Inquiſitoris, aut librum catholicè conſcriptum, cuius auctor in hæreſim poſtea lapſus eſt, & liber non dum ab inquiſitore permiſſus eſt, incidete in excommunicationem indicis. Abb.Alex.

d Viſu. Adde hìc Suar.in ſuo tract.de Fide, diſput.20.ſec.2. num.18. qui rationem hanc eſſe ait; quoniam actio illa eſt ſenſibilis. Limitat hoc tamen in eo, qui mente tantùm librum percurrit: nam is non diceretur legere librum hæretici ad contrahendam excommunicationem huius canonis: ſiquidem lectio illa non dicitur humana, & actus eſt omninò internus, ac mentalis, qui non eſt materia cenſuræ. Quod verum puto, niſi ita percurrat librum mente, vt extrinſecus indicet percipere, quod in libro continetur: quoniam tunc actu ille eſt ſenſibilis, & fieri non poteſt, quin librum ipſum oculis percurrat, atque ideo, eſt materia cenſuræ. D. Cæſar.

An

An ignorantia craſſa excuſet à cenſura præſentis canonis legentes libros hæreticorum. Q. 36.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia craſſa æquiparatur ſcientiæ, & dolo.*
2 *Ignorantia craſſa, ſeu ſupina non excuſat à ſententijs, per ſtatutum latis.*
3 *Ignorantia craſſa excuſat legentes hæreticorum libros.*
4 *Scientia quando petitur ad contrahendam cenſuram aliquam, excuſat ignorantia craſſa.*
5 *Ignorantia craſſa dicitur, quæ ex lata culpa in adhibenda diligentia procedit.*
6 *Ignorantia craſſa non excuſat à cenſura, quando vi canonis non exigitur ſcientia, & dolus.*
7 *Scientia quando per legem exigitur, requiritur actus formaliter volitus,*
8 *Scienter verè non fit, quacumque ignorantia ſit aliquid.*
9 *Præſumptionem ſi requirat canon ad cenſuram contrahendam, ſatis non eſt ignorantia craſſa.*
10 *Ignorantia craſſa excuſat confeſſarium abſoluentem à cenſuris, in Bulla cœnæ contentis.*
11 *Ignorantia craſſa excuſat impedientes eos, qui recurrunt ad Romanam Curiam pro litteris, aut gratijs impetrandis: aut impetratis ne vtantur.*
12 *Ignorantia craſſa excuſat occupantes Regna, & terras, in canone 20. Bullæ cœnæ contentis, ab eiuſdem excommunicatione.*
13 *Contemptum ſi requirat canon ad aliquam cenſuram incurrendam, ſatis non eſt ignorantia craſſa.*
14 *Ignorantia craſſa, an, & quando excuſet Clericum percutientem ab excommunicatione, contenta in c. ſs quis ſuadente Diabolo, 17. q. 4.*
15 *Scientia quando petitur ad incurrendam quamcumque pœnam, non ſufficit ignorantia craſſa: & idem dicendum eſt de præſumptione, temeritate, & contemptu.*
16 *Scienter aliquid facientem vbi lex punit, dolum exigit, à quo ignorantia etiam craſſa excuſat.*
17 *Ignorantia quælibet excludit animum delinquendi.*
18 *Ignorantia craſſiſſima, quæ dicitur ingens temeritas non excuſat ab excommunicatione lata contra legentes libros hæreticorum.*
19 *Ingens temeritas dicitur, vbi legens habuit vehementem ſuſpicionem de malitia libri.*
20 *Ignorantia craſſa, licèt excuſet legentes libros hæreticorum ab excommunicatione, non tamen excuſat à culpa.*
21 *Ignorantia craſſa, licèt æquiparetur ſcientiæ, & dolo, nunquam tamen formaliter dicitur ſcientia, aut dolus.*

IN hac re videtur prima fronte dicendum, quòd ignorantia craſſa non excuſet legentes libros hæreticorum, hæreſim continentes, aut de Religione tractantes: ſiue legentes ignorent librum eſſe hæretici: ſiue ſcientes eſſe hæretici, ignorent hæreſim continere, aut de Religione tractare: ſiue omnia prædicta ſimul ignorent.

Hæc opinio probatur ex communi Doctorum ſententia, quam refert, & ſequitur Sayr. lib. 1. Theſtom. 1. c. 18. n. 10. & Azor. lib. 1. Inſt. Moral. p. 1. c. 15. q. 6. dicentium, Ignorantiam craſſam non excuſare à cenſura: quia cùm huiuſmodi ignorantia ſit indirectè volita, æquiparatur ſcientiæ, & dolo, l. cedere diem. §. vltimo, l. latæ, & l. magna, ff. de verb. ſignif. & latè Dyn. in regul. ignorantia, de Regul. iur. in 6.

Confirmatur ex tex. in c. vt animarum, de conſtit. eod. lib. vbi habetur, quòd ignorantia craſſa ſupina non excuſat à ſententijs, per ſtatutum latis; ergo nec à ſententijs in Bulla cœnæ contentis: quia cenſuræ Bullæ cœnæ, licèt differant ab alijs quoad peculiarem quandam reſeruationē; non tamen differunt eſſentialiter, & conſequēter ſubijciuntur regulis aliarum cenſurarum, vt ſupra probauimus, lib. 1. c. 2. q. 5. con. 1.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam arbitror de iure veriorem eſſe, quam tenet Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. n. 38. nempè, quòd ignorantia quantumuis craſſa excuſet ab excommunicatione præſentis canonis legentes, vt ſupra libros hæreticorum.

Probatur: quia vi noſtri canonis exigitur, vt libri hæreticorum ſcienter legantur: at quando ſcientia petitur ad contrahendam cenſuram aliquam, excuſat quæuis ignorantia etiam craſſa; ergo ignorantia craſſa excuſat legentes libros hæreticorum. Minor probatur: nam quando ad contrahendam pœnam aliquam ſcientia, ſeu dolus exigitur, non ſufficit lata culpa, vt eſt tex. in l. igitur, ver. Et generaliter, ff. de lib. cauſ. in illis verbis: *Et generaliter, quoties aliquis iuſtis rationibus ductus, vel non iuſtis, ſine calliditate tamen, putauit ſe liberum, dicendum eſt, hunc in ea cauſa eſſe, vt ſine dolo malo in libertate fuerit.* Ad idem facit tex. in l. ſi quis id quod, in fin. ver. Doli mali, ff de Iuriſd. omn. Iudic. dum ait: *Doli mali ideò in verbis edicti fit mentio: quia ſi per imperitiam, vel ruſticitatem, vel caſu aliquid fecerit, non tenetur.* Hoc idem dicit Gloſ. in l. in actionibus, ff. de in lit. iur. in ver. Non etiam, cum alijs allegatis per Sanchez de Matrim. lib. 9. c. 32. n. 36. ſed ignorantia craſſa dicitur, quæ ex lata culpa in adhibenda diligentia procedit, vt in c. quæſitum, de pœnit. & remiſ. & Sanchez loco cit. n. 32. vbi n. 33. declarat etiam quando dicatur adeſſe lata culpa: ergo ignorantia craſſa ſatis non eſt ad contrahendam cenſuram aliquam, vbi ſcientia, & dolus exigitur: & conſequenter quando ſcientia petitur ad contrahendam cenſuram aliquam, excuſat quæuis ignorantia, etiam craſſa.

Præterea ignorantia craſſa non excuſat à cenſura, vbi vi canonis non exigitur, vt contrauentio ſcienter, & ſic dolosè fiat, vt ipſe Sanchez loco citato probat n. 31. ergo præſens canon, cùm ad incurrendam cenſuram contra legentes libros hæreticorum latam, exigat ſcientiam, & ſic dolum (nam quando canon poſtulat ſcienter aliquid fieri, dolum manifeſtè petit, l. ſed ſi lege §. ſcire, ff. de pet. hæred. Nauar. in Man. cap. 27. num. 141.) aliquid aliud exigit, aliàs fruſtra ly. *ſcienter*, in tex. fuiſſet additum; ergo ſatis non eſt ignorantia craſſa ad contrahendam dictam cenſuram.

Denique quando lex ad contrahendam aliquam pœnam exigit ſcientiam, exigit actum formaliter volitum, ergo cùm præſens canon ad incurrendam excommunicationem latam contra legentes libros hæreticorum exigat ſcientiam, non ſufficit ignorantia craſſa, quia aliquid non poteſt dici formaliter; ſed tantùm virtualiter volitum per ignorantiam craſſam.

Hanc

Hanc eandem ſententiam tenet Suar. de cenſ
8 ſur.diſp.4.ſec.10. n.1.& Nauar.in Man. c.27. n. 141.quoad omnes alias pœnas: ait enim certum eſſe, quòdquacumque ignorantia quis aliquid facit verè non facit ſcienter, & ita verè non cõtinetur ſub lege lata contra facientem ſcienter, ſaltem in foro conſcientiæ: & ſi in foro exteriori interdum aliter præſumi poſſet.

Ampliatur primò hæc concluſio in quocunq;
9 canone,cenſuram imponente,hoc,vel illud agere præſumenti,vt ſi canon diſponendo his verbis vſus fuerit: Nullus hoc,vel illud facere præſumat: ſi quis hoc, vel illud facere præſumpſerit;auſus fuerit:auſu temerario attentauerit,&c. excommunicatus ſit,ſuſpenſus,interdictus:nam hæc verba ſcientiam,& dolum exigunt ad cenſuras huiuſmodi contrahendas,vt benè declarat Sanchez in dicta diſp.32.n.37.& 38.

Ex quo infertur,quòd ſi quis,deputatus ad au
10 diendas confeſſiones,ex ignorantia craſſa abſoluerit aliquem à cenſuris in Bulla cœnæ contentis extra mortis articulum,& ſine licentia Rom. Pontificis,non incidit in excommunicationem, vi eiuſdem Bullæ latam contra abſoluentes à dictis cenſuris, de qua habetur iofra in §. Quòd ſi ſortè,&c.quoniam ibi excommunicantur hi, qui præſumpſerint abſoluere ab huiuſmodi cẽſuris. Quocirca ad incurrendam prædictam excommunicationem exigitur ſcientia, dolus, ac temeritas ex patte abſoluentis.

Sic etiam ſi quis ex ignorantia craſſa impe
11 diat recurrentes ad Romanam Curiam pro litteris,& gratijs impetrandis: aut ſi impediat, vel ſtatuat, ne quis litteris impetratis vtatur, aut eaſdem retineat, non contrahit excommunicationem io caoone 13.eiuſdem Bullæ contentã: quia vi dicti canonis excommunicantur, qui præſumunt ſupradicta patrare.

Eadem ratione excuſantur ab excommunica
12 tione lata infra canone 20. contra occupantes Inſulas Sardiniæ,Corſicæ, & alia loca, & terras ibidem recenſitas ex ignoraotia craſſa: quoniã in dicto canone excommunicantur:qui præſumpſerint prædictas terras occupare.

Secundò ampliatur noſtra concluſio,vt idem
13 ſit dicendum, quotieſcumque per aliquem canonem imponatur cenſura contra hunc, vel illum,qui contempſerit hoc,vel illud facere: qui temerè, vel qui temerarius violator extiterit, &c. cum hæc verba adhuc ſcientiam, & dolum exigunt,nec ſatis eſt ignorantia craſſa ad huiuſmodi cenſuram incurrendã,vt bene docet Suar. loco citato,num.2.circa finem.

Tertiò ampliatur hæc concluſio,vt procedat
14 etiam in canone cenſutam imponente hoc, vel illud facieoti,ſuadente diabolo,quia ly, ſuadente diabolo:ſcientiam,dolum, & temeritatem ſignificat:quapropter ex ignorãtia craſſa clericũ percutiens,non incidit in excommunicationem contentam in.c.ſi quis ſuadente diabolo 17.q.4. Ita Panor.in.c.2.n.6. de conſtit. vbi etiam Alex. de Neuo n.49. Cardinal.in.c.ſi verò il 2.de ſent. excom.in fine,& ibi etiã Felin.ver. Nota, quòd conſtitutio.D.Anton.3.p.tit.24.cap.1.§.2.Syl.in ver.Inotantia c.8.dict.4.& in ver. Excommunicatio.6.§.6.not.4.ver.Seeũdo.& Manuel.1.tom. ſum.2.editione c.8.concl.11.num.11.Licèt contrarium teneat Sanchez cum alijs ab eo allegatis in.d.diſp.32.num. 41. Ex eo,quòd illa verba: *Suadente diabolo*:dolum non important; ſed ne licita ſit Clerici percuſſio:vt cauſa correctionis:& ideo exiſtimant,ignorantiam craſſam, & latam culpam ſufficere ad incutrendam dictam excõmunicationem.

Hanc eandem ſententiam teoet Sayr. lib.3. Theſ.c.27.ſub n.2.cum alijs quos ipſe refert, & Suar.de cenſur.diſp. 22.ſec.1. n.5.prope finem, dum ait,quòd per illa verba:*Suadente diabolo*: aliqua ſpecialis circumſtantia illius delicti non denotatur:ſed tantùm declaratur,vt percutiens ſit capax malitiæ:nam tale delictum ſemper ſuggeſtione Dæmonis fieri præſumitur. Quæ quidẽ ſeo tentia videtur probabilis,maximè quoad forum exterius, vt colligitur ex Sayr.ibidem;etſi prior ſententia mihi videatur; probabilior quoad forum interius ſaltem:oam illa verba: *Suadente diabolo*:dolum,& temeritatem videntur ſignificare cum illicita,ac iniurioſa percuſſioone,facta ab eo, qui eſt capax malitiæ,ac doli.

Tertiò ampliatur noſtra cooclufio, vt locum
15 habeat,non modò in cenſuris, ſed in qualibet alia pœna. Quocirca ſi per canonem, aut legem aliquam imponatur pœna capitalis, hoc, vel illud ſcienter facienti,facere præſumenti,ei quòd temerè hoc,vel illud fecerit,qui temerarius violator extiterit,qui contempſerit:nam ſi per ignorantiam quantumuis craſſam contraenerit,prædictam pœnam capitalem non incurrit:quia verbà illa ad contrahendam pœnam,dolum,ſcientiam,& temeritatem exigunt:& lex puniens aliquid ſcienter facientem,requirit dolum; vt in l.
16 ſed ſi lege.§.ſcire de petit.hered.à quo quælibet ignorantia,etiam craſſa excuſat.l. igitur.ff. de liber.cau.l.plagij la 2,& ibi glo.C. ad leg. Flau. de plag. Hoc idem dicit glo.in.l.in actionibus in ver.Noo etiam.ff.de in lit.iur Abb.in. c. 2. n. 6 deconſt.Et rationem aſſignans Bal. in. d. l. Plagij in prin.ait;quoniam,qualibet ignorantia ireueniente,deficit animus delinquendi. Haoc
17 eandẽ ſententiam tenet Nauar.in ſum.latina in noua editione c.27.n.14 t.& alii Doctores,quos refert,& ſequitur Sanchez loco citato n.36.

Sic ampliata limitatur dicta concluſio, niſi
18 ignorantia eſſet adeò craſſa, vt eſſet ingens temeritas:nam tunc ignorantia craſſa non excuſaret ſcienter legentes libros hæreticorum: quia reuera illi dicerentur in dolo eſſe. Ita Sanchez lib.2. Decal.c.10. n. 38. vbi etiam,ait,quòd non eſt ingens temeritas,niſi quando legens,vehemẽtem ſuſpicionem habuit malitiæ libri.Et idẽ di
16 cendum eſſe quoad omnes alias pœnas impoſitas contra ſcienter aliquid agẽtes, docet Anton.de Butr.in.d.c.2.n.9.de conſtit. dum ait:In canonem requirentem dolum incidere laborantem ignorantia in tantum craſſa, ſeu craſſiſſima,quæ importet latiſſimam culpam, ac dolo æquiparetur. Hoc idem tenet Nauar. & alij; quos refert,& ſequitur Sanchez in. d. diſp. 32. num. 36.

Secundò limitatur concluſio, vt licèt legen
20 tes libros hæreticorum ex capite ignorantiæ craſſæ excuſentur ab excommunicatione;tamen non excuſantur à peccato mortali: nam quoad letalem culpam contrahendam idem eſt ſcire,& ſcire debere. l. quòd te mihi, ff. de rebus cred. io fine,& Sanchez in ſupra citato loco num. 36.

circa

circa finem cum alijs Doctoribus, quos ipſe allegat.

Reſtat modò, vt ad argumenta reſpondeamus.

21 AD primum dicimus, quòd opinio illorum qui tenent, ignorantiam craſſam non excuſare à cenſuris, intelligitur, quando ex vi canonis, aut decreti non exigitur contrauentio ex certa ſcientia, ſeu dolo, prout noſter canon exigit ad contrahendam excommunicationem latam contra legentes hæreticorum libros. Et licet ignorantia craſſa æquiparetur ſcientiæ, & dolo: tamen nunquam dicitur formaliter dolus: quia nihil ſimile eſt idem, l. quod Nerua. ff. depoſ. Nimirum igitur ſi ſatis noſci eſt ad contrahendam prædictam excommunicationem ignorantia craſſa, vbi ſcientia non eſt, neque dolus: eo quod excommunicatio cùm ſit pœna; immo maxima omnium pœnarum. c. corripiantur 23. q. 4. in pœnalibus verba ſunt ſtrictè intelligenda. c. odia de regul. iur. in 6.

Ad confirmationem ex tex. in. c. vt animarum de conſt. in ſexto, eodem modo reſpondetur: intelligitur enim ille tex. vbi ad incurrendas pœnas ex vi ſtatuti, non exigitur ſcientia, & dolus, ſecus aut ſi exigeretur, vt in caſu noſtro; quoniam tunc ignorantia craſſa ſatis non eſſet ad incurrendas prædictas pœnas.

ADDITIO.

a Craſſa: Hanc eamdem ſententiam ſequitur Bonac. in explicat. Bullæ Cœnæ, diſputat. 1. quæſt. 2. pun. 4. num. 6. cum alijs, quos allegat. Abb. Alex.

An ignorantia affectata excuſet legentes libros hæreticorum ab excommunicatione præſentis Canonis. Q. 37.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia craſſa, & affectata quomodo differant inter ſe.*
2 *Non velle, & non agere eſt voluntarium.*
3 *Ignorantia craſſa, & affectata faciunt inuoluntarium ſecundùm quid, non autem ſimpliciter.*
4 *Ignorantiam affectatam, non excuſare à pœnis ſcientiam, & præſumptionem exigentibus, qui teneant.*
5 *Ignorantia affectata excuſat legentes libros hæreticorum.*
6 *Scientia quando petitur à lege, excuſat à cenſura ab ea impoſita quælibet ignorantia etiam affectata.*
7 *Ignorantia affectata facit actum inuoluntarium.*
8 *Actus vi cenſuræ prohibitus debet eſſe perfectus, ad cenſuram ipſam contrahendam.*
9 *Directè vel indirectè factum, dicitur factum tacitè, vel expreſsè.*
10 *Temeritas ingens, quæ dicatur.*

1 AD tituli intelligentiam eſt annot. quòd, vt colligitur ex D. Thoma 1. 2. q. 6. ar. 8. in corpore, ignorantia affectata in hoc differt ab ignorantia craſſa; quòd ignorantia affectata eſt directè volita, ignorantia verò craſſa indirectè. Prima prouenit ex propoſito nolentis ſcire, vel, vt excuſationem peccati habeat, vel vt non retrahatur à peccando, ſeu vt liberius peccet. Secunda oritur ex negligentia, & lata culpa diſcèdi, quod ſciri facilè poteſt, ac debet. Vt cùm quis notitiam, quam debet habere, non curat acquirere: aut actu non conſiderat, quod conſiderare poteſt, & debet.

Etſi licèt neutra faciat actum inuoluntarium
2 ſimpliciter, cùm non agere, & non velle ſit voluntarium; tamen vtraque facit actum inuoluntarium ſecundùm quid, in quantum præcedit
3 motum voluntatis ad aliquid agendum, qui nô eſſet, ſcientia præſente. Cum igitur quæritur, an ignorantia affectata excuſet legentes libros hæreticorum ab excommunicatione præſentis canonis, perinde eſt ac ſi quæratur, an ignorantia, qua quis affectauit neſcire cuius authoris ſit liber, aut qua de re tractet, vt excuſationem peccati habeat, vel vt liberius legat, excuſet ipſum à cenſura, contra legentes libros hæreticorum vi dicti canonis promulgata?

In hac re videtur dicendum, ignorantiam affectatam non excuſare legentes libros hæreticorum à ſupradicta excommunicatione.
probatur ex his, quæ docet Glo. in clem. vnica, in ver. Scienter, de conſang. & affin. Suar. de
4 cenſur. Eccl. diſp. 4. ſec. 10. n. 3. Sanchez de Matrim. lib. 6. diſp. 31. num. 4. & alij, dicentes, affectatam ignorantiam, qua ignorans eligit neſcire, quo liberius delinquat, nunquam excuſare à pœnis, etiam ſcientiam, ac præſumptionem exigentibus: quia tantum abeſt, vt ignorantia huiuſmodi inuoluntarium actum, efficiat, culpamque minuat, quæ in cauſa ſunt, vt ignorantia à pœnis eximat: quin potius voluntarium, culpamque augeat, cùm directè, ac perſe eligatur.

Immo, qui ex ignorantia affectata tranſgreditur legem, proculdubio temerarius dicitur illius tranſgreſſor? quia dum eligit neſcire, temerè ſe exponit periculo tranſgrediendi legem: nam, vt aliquis non dicatur temere tranſgredi legem, neceſſe eſt, vt ſi ſuſpicionem, vel dubitationem habeat talis legis, aliquam diligentiam adhibeat, vt ſciat, an ſit talis lex. Ita Suar. loco citato. Si igitur ignorantia affectata non excuſat à pœnis etiam ſcientiam, ac præſumptionem exigentibus; ergo nec excuſit ab excommunicatione lata contra ſcienter legentes hæreticorum libros: quia non poteſt aſſignari diuerſitatis ratio, cur ignorantia affectata excuſet à ſupradicta excommunicatione, & non ab alijs pœnis. Vndé, cùm in vtroque caſu militet eadem ratio, eadé quoque iuris militabit diſpoſitio, l. illud, ff. ad legem Aquil.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
5 tentiam arbitror de iure veriorem eſſe, quam tenet Sanchez lib. 2. Decal c. 10. n. 38 in fine; dum
a ait, quòd ignorantia affectata, a qua quis affectauit neſcire cuius authoris ſit liber, aut quadere tractet, vt liberius legat, excuſat eumdem ab excommunicatione præſentis canonis, ſi dictus liber ſit hæretici, hæreſim contineat, aut de Religione tractet, & ipſum legat.

Mouetur ex eo quòd hic canon, libros exigit ſcienter legi: at quando ſciè tia petitur, excuſat

quæuis ignorantia, etiam affectata : quia per ignorantiam affectatam, reuera quis non dicitur scienter legere.

Secundò, ignorantia affectata facit actum in-
7 uoluntarium secundum quid, sicut ignorantia crassa, in quantum præcedit motum voluntatis ad aliquid agendum, qui non esset, scientia præsente, vt supra diximus ex D. Thoma; ergo quemadmodum ex ignorantia crassa legens libros hæreticorum excusatur ab excommunicatione prædicta, vt in præcedenti q. probauimus; ita etiam legens illos ex ignorantia affectata : quoniam vterque, si sciret eos libros hæreticorum esse, & hæresim continere, aut de Religione tractare, non legeret.

Tertiò, ad contrahendam censuram aliquam
8 requiritur, vt actus vi cẽsuræ prohibitus, sit perfectus: quia censura cùm sit pœna, eius verba, sunt strictè, & propriè intelligenda, ar. tex. in c. odia, de regul. iur. in sexto, & latè Suar. de censur. disp. 4 sec. 3. per totam : sed qui ex ignorantia affectata legit hæreticorum libros, non dicitur illos legere perfectè scienter : quia ignorantia affectata est causa lectionis, cùm faciat inuoluntarium secundùm quid, in quantum præcedit motum voluntatis ad aliquid agendum, qui nõ esset, scientia præsente : ergo qui ex ignorantia affectata legit libros hæreticoeum, excusatur à dicta censura.

Quartò, si ignorantia crassa, quamuis sit indi-
9 recte volita, excusat legentes hæreticorum libros; ergo idem dicendum est de ignorantia affectata, licèt sit directè volita : quia quod directè, vel indirectè fit, dicitur fieri expresse, vel tacitè : At taciti, & expressi eadem est virtus, l. cùm quid, & ibi Doct. ff. si cert. pet. ergo si ignorantia crassa excusat, & si sit indirectè volita; excusabit etiam ignorantia affectata, quamuis volita sit directè.

Ad contraria patet responsio : satis enim fuit
10 probatum, actum ex ignorantia affectata prouenientem, esse inuoluntarium saltem secundùm quid. Et licèt transgredi legem ex ignorantia affectata, quædam temeritas sit; non est tamen directa temeritas contra legem, nec ingens: nam ingens temeritas non est, vbi ex ignorantia affectata legens librum vehementem suspicionem non habuit malitiæ libri. Vndè temerarius legis violator dici non potest is, qui cùm suspicionem, vel dubitationem habeat talis legis, non adhibet aliquam diligentiam ad sciendum, an lex ca sit : quia aliàs omnis ignorans culpabiliter ius, si illud violare contingat, diceretur temerarius iuris violator, & consequenter puniretur : quoniam omnis ignorantia culpabilis iuris, aut facti supponit necessariò præcessisse aliquam dubitationem circa legem : alias erit prorsus inuincibilis, vt contra Suar. benè probat Sanchez in allegato lib. 9. de Matr. disp. 32. num. 38. prope finem: & in d. c. 10. lib. 2. Decal. num. 38.

Vndè, his reiectis, firma remanet conclusio,
11 quòd ignorantia affectata excusat ab excommunicatione legentes hæreticorum libros : nisi legentes vehementem suspicionem habeant librorum malitiæ: nam tunc non excusarẽtur: eo quòd dicerentur temerarij transgressores: & eorum ignorantia esset ingens temeritas.

Quæ diximus de legentibus libros hæretico-
12 rum, extenduntur etiam ad huiusmodi libros tenentes : quoniam in his etiam scientia exigitur, vt patet ex eodem canone.

ADDITIO.

a Affectata. Hanc eamdem opinionem, tamquam probabiliorem, sequitur Bonac. contra Alter. in explic. Bullæ Cœnæ, disp. 1. quæst. 2. pun. 4. n. 9. Abb. Alex.

An ignorantia concomitans excuset ab excommunicatione legentes libros hæreticorum, hęresim continentes, aut de Religione tractantes. Q. 38.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia concomitans, quæ dicitur.*
2 *Ignorantia concomit. ans, quomodo differat ab ignorantia antecedente, & consequente.*
3 *Ignorantia concomitans, non causat inuoluntarium; sed non voluntarium.*
4 *Volitum actu esse non potest, quod ignotum est.*
5 *Ignorantia causat inuoluntarium ea ratione, qua priuat cognitione.*
6 *Ignorantia concomitans, excusat ab excommunicatione legentes hæreticorum libros.*
7 *Inuoluntarium in causa est, vt ignorantia à pœnis excuset.*
8 *Ignorantia concomitans, an excuset ab excommunicatione lata contra percutientes clericos.*
9 *Ignorantia concomitans si sit crassa, vel affectata, non excusat legentes libros hæreticorum.*
10 *Ignorantia concomitans, licèt excuset legentes libros hæreticorum ab excommunicatione; non tamen excusat à letali culpa.*

1 PRo determinatione huius difficultatis est annot. quòd ignorantia concomitans dicitur illa, quæ concomitanter se habet ad actum voluntatis: & est de eo, quod agitur, ita tamen, vt si sciretur, adhuc fieret. Vt cùm quis volens occidere hostem, occidit eum, putans occidere ceruum.

Hæc ignorantia differt ab ea, quæ antecedenter concurrit ad voluntatem, & dicitur inuincibilis, seu probabilis, vt supra declarauimus lib. 1. c. 2. q. 5. & ab illa, quæ ad voluntatem se habet consequenter: & diuiditur in crassam, & affectatam, de quibus in proxima q. tractauimus. Nam ignorantia concomitans non est causa volendi : quia non causat aliquid repugnans voluntati. Ignorantia antecedens est causa volendi: quoniam causat actum voluntati repugnantem. Ignorantia verò consequens est causa volendi secundùm quid. Item prima non causat inuoluntarium: quia non causat aliquid quod sit repugnans volũtati; sed facit non voluntarium: quoniã non potest esse actu volitũ, quod ignotũ est. Secũda causat inuoluntarium simpliciter: eo quòd priuat omnino cognitione, quæ prę exigitur ad voluntarium. Tertia causat inuoluntariũ, secundùm quid, in quantum præcedit motum voluntatis ad aliquid agendum, qui non esset, scien-

ſcientia præſente. Denique prima, & ſecunda ignorantiæ non ſunt volitæ, at verò tertia eſt volita directè, vel indirectè: vt benè declarat D. Th. & in eum Medin. 1. 2. q. 6. art. 8. in corpo-
5 re, vbi etiam docet, quòd ignorantia habet cauſare inuoluntarium ea ratione, qua priuat cognitione, quæ præexigitur ad voluntarium. His adnotatis, ſit

Vnica Concluſio.

6 IGnorantia concomitans excuſat ab excommunicatione præſentis canonis legentes hæreticorum libros, hereſim continentes, aut de Religione tractantes: & conſequenter legens librum hæreticorum, ignorans eſſe talem, & exiſtimans eſſe Catholicorum, non incidit in prædictam excommunicationem, etiam ſi eum animum habuerit, vt nihilominus legeret illum, ſi ſciret hæreticorum eſſe.

Probatur, quia ad dictam excommunicationem incurrendam vi noſtri canonis, exigitur, vt hæreticorum libri ſcienter legantur. At qui ex ignorantia concomitante huiuſmodi libros legit; non ſcienter, ſed ignoranter dicitur legere. Vndè meritò ait D. Thom. loco citato, quòd ignorantia, quæ concomitanter ſe habet ad actum voluntatis, facit non voluntarium: quoniam non poteſt dici actu volitum, quod ignotum eſt: ergo ab excommunicatione prædicta excuſatur.

Secundò, Ignorantia craſſa, vel affectata ſatis
7 eſt ad excuſandum legentes hæreticorum libros, vt ſupra, q. 36. & 37. probauimus: & tamen prior eſt indirectè, & poſterior directè volita; ergò tantò magis ab huiuſmodi cenſura debet excuſare ignorantia concomitans, quam nullo modo ſupponimus eſſe volitam.

Sed contra hanc concluſionem argumentor primò. Ignorantia concomitans, ex eodem D. Th. vbi ſupra, non cauſat inuoluntarium, cùm non inducat ad volendum, vt hoc fiat, ſed accidit ſimul eſſe aliquid factum, & ignoratum: ergo non excuſat legentes, vt ſupra, hæreticorum libros; quod inuoluntarium in cauſa eſt, vt ignorantia à pœnis excuſet, vt habetur ex Sanchez lib. 9. de Matr. cap. 32. num. 40. Reſpondetur, quòd ignorantia concomitans, licèt non cauſet inuoluntarium ea ratione, qua non cauſat aliquid, quod ſit repugnans voluntati; tamen cauſat non voluntarium, ex eo quòd non eſt cognitum, vt ſupra diximus: & ſic deficit ſcientia, quam exigit excommunicatio, de qua agitur: quia nunquam poteſt eſſe volitum, quod ignotum eſt; nimirum igitur ſi ignorantia concomitans excuſat a prædicta cenſura.

Secundò arguitur percutiens clericum, etiam
8 ſi ignorantia probabili crediderit eſſe laicum, in excommunicationem incidit, quoties is eum animum habuit, vt nihilominus percuteret illum, ſi ſciret clericum eſſe, vt benè docet Graff. lib. 4. Deciſ. p. 1. cap. 9. n. 42. & Sayr. lib. 1. Theſ. cap. 18. num. 28. & tamen ad incurrendum excommunicationem contra percutientes Clericos promulgatam, ſcientia, ſeu dolus exigitur, vt ſupra, q. 36. num. 14. diximus: ergo eodem modo dicendum eſt in caſu, de quo agitur, vt legens librum hæreticorum, ignorans talem eſſe, & tamen eumdem legeret ſi ſciret, in excõmunicationem noſtri canonis incidat. Reſpondetur, quòd Sayr. & Graff. locis citatis loquuntur conſequenter; eo quòd tenent ſenteotiam eorum, qui exiſtimant tex. in c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. non exigere ſcientiam; & temeritatem: quia ly. *Suadente diabolo*, ſcientiam nõ importat: & propterea ſicut volunt ad excuſandum ab excommunicatione, in d. canone contẽta, non ſatis eſſe ignorantiam craſſam; ita etiam in eo caſu excludunt ignorantiam concomitantem. At verò ſecundùm eos, qui volunt dictum canonem ſcientiam, & temeritatem exigere, quorum meminimus ſupra in d. q. 36. n. 14. ignorantia concomitans excuſaret percutientem dictum Clericum, ſicut diximus illum ignorantiam craſſam excuſare in foro ſiltem interiori.

Confirmatur denique, quia ignorantia concomitans ſimpliciter excuſat à cenſuris, & irregularitate proueniente ex delicto, vt habetur ex Vaſq. 1. 2. q. 76. art. 3. diſp. 226. à n. 4. & de excom. dub. 14. n. 4. Sanch. lib. 9. de matr. diſp. 32. n. 16. & Mol. diſp. 53. n. 2. t. 4.

Ex his igitur concluditur, ignorantiam concomitantem excuſare ab excommunicatione præſentis canonis, legentes libros hæreticorum, hæreſim continentes, aut de Religione tractantes.

Ampliatur hæc concluſio, vt ignorantia concomitans excuſet non modò legentes libros hæreticorum, ſed etiam eoſdem retinentes, imprimentes, & deſendentes: quoniam vi canonis exigitur, vt prædictæ actiones ſcienter fiant ad contrahendam excommunicationem, in eo contentam, vt infra, Deo Duce, dicemus.

Sic ampliata limitatur eadem concluſio, vt
9 vera ſit, vbi ignorantia concomitans, eſt inuincibilis, quia hæc minuit malitiam peccati; vt benè docet Sanch. lib. 1. Decal. c. 17. n. 6. Secus autem ſi craſſa eſſet, vel affectata: quoniam tunc ignorantia prædicta, non excuſaret legentes libros hæreticorum: eo quòd ignorantia huiuſmodi eſſet ingens temeritas, cùm volita ſit directè, vel indirectè, & excludat inuoluntarium omninò, cùm non præcedat motum voluntatis ad aliquid agendum, qui non eſſet, ſcientia præſente: nam, data ſcientia, adhuc ſequeretur effectus, vt patet ex dictis.

Secundò limitatur, vt licèt ignorantia conco-
10 mitans excuſet legentes libros hæreticorum ab excommunicatione; non tamen illos excuſat à peccato mortali: eo quòd ſupponimus eos paratos legere huiuſmodi libros, etiam ſi ſcirent eorum malitiam.

Ibi (*Libros hæreſim continentes*) An ad incurrendam excommunicationem in præſenti canone contentam, opus ſit, vt hæreticorum libri tractent de hereſi ex profeſſo, vel ſufficiat, ſi incidenter. Q. 39.

SVMMARIVM.

1 *Liber hæreticorum debere tractare de hæreſi ex profeſſo ad excommunicationem contrahendam, qui teneant.*

2 *Libri hæreticorum, ſatis eſt ſi vnam hæreſim contineant,*

nent, ad hoc, vt legentes eos in excommunicationem incidant.

3 *Lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda.*

4 *Liber totus cenſetur prohibitus, etiam ſi vnum tantùm errorem contineat.*

5 *Legens partem libri hæreticorum, etiam ſi hæreſim non contineat, in cenſuram incidit.*

6 *Pars continetur in toto.*

7 *Cauſa prohibitionis ceſſante, ceſſat prohibitio.*

8 *Cauſa prohibitionis librorum hæreticorum, hæreſim continentium, eſt duplex.*

9 *Legens libros hæreticorum, hæreſim continentes, in excommunicationem incidit, etiam ſi hæreſis à libro deleatur.*

10 *Libros hæreticorum, hæreſim continentes, ſi quis teneat, imprimat, aut defendat, eandem excommunicationem contrahit.*

11 *Legentes partem libri hæreticorum, hæreſim continentis, & in plura volumina diuiſi, non incidunt in excommunicationem; niſi ſit vnum volumen in plures libros diuiſum.*

IN hac repugnantes extant opiniones. Nam
1 prima ſententia fuit Graff. in explicatione noſtri canonis lib. 4. deciſ. p. 1. c. 18. num. 40. & Sayr. in expoſitione eiuſdem lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 5. n. 12. dicentium, ad contrahendam excommunicationem, contra legentes hæreticorum libros vi dicti canonis latam non ſatis eſſe, ſi de hæreſi incidenter tractent, vnam, aut alterâ hæreſim continentes; ſed opus eſſe, vt huiuſmodi libri hæreſim contineãt ex profeſſo, quales ſunt libri Caluini, Lutheri, & ſimilium hæreticorũ. Vndè ſi de alia re tractent, quamuis obiter interponant aliquam hæreſim, legentes eos non incidunt in prædictam excommunicationem; ſed in excommunicationem Indicis: & ideo poſſunt abſolui a quocunque, facultatem habente abſoluendi ab excommunicatione. Hanc tamen ſententiam prædicti Doctores nulla ratione, aut canone probant.

Secunda ſentẽtia, quę nobis magis probatur,
2 eſt Suar. hic diſp. 21. ſec. 2. n. 10. in ſuo tract. de cenſur. & Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. n. 34. dicentium, ad incurrendam ſupradictam excommunicationem à legentibus hæreticorũ libros ſatis eſſe, ſi vnam tantùm hæreſim liber contineat, eſtò quòd de hæreſi ex profeſſo non tractet.

Probatur hæc ſententia: quia textus noſter generaliter loquitur de libris hæreticorum, hæreſim continentibus, nec diſtinguit, an de hæreſi ex profeſſo agant, vel incidenter; ergo generaliter, & indiſtinctè eſt intelligendus: quoniam lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda: & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præſt.

Cõfirmatur, quia ſi præſens canon eſſet in-
3 telligendus de libris hæreticorum, continentibus hæreſim ex profeſſo, prohibuiſſet libros hæreticorum tractantes de hæreſi: & non continẽ-
4 tes hæreſim, ſicut prohibuit libros de Religione tractantes, vt infra dicemus: ergo ſatis eſt, vt vnus error in toto libro contineatur ad hoc, vt totus liber cenſeatur prohibitus, atque adeò, vt legens illum in prædictam excommunicationem incidat.

Ampliatur primò dicta ſententia, vt vera ſit
5 in legente, non modò partem libri, quæ hæreſim continet, cum ob id lectio huiuſmodi librorum prohibita ſit; ſed etiam in legente alias partes libri, hæreſim non continentes: nam adhuc excommunicationis vinculo alligaretur: quoniam vi noſtri canonis excommunicantur legẽtes hæreticorum libros, hæreſim continẽtes; ergo totius vniuſcuiuſque libri hæreticorum, qui hæreſim contineat, lectio prohibita cẽſetur: nã qui prohibet ne liber legatur, totus liber, prohibet, ne legatur: ergo, & ne partes legantur, prohibet: eo quòd pars continetur in toto; c. in to-
6 to de Regul. iur. in ſexto: & qui totũ prohibet, partem prohibet, ar. tex. in l. Iulianus, ff. de leg. 3.

Nec obſtat, ſi dicatur, quòd hoc caſu ceſſat
7 prohibitionis ratio, quæ eſt ne quis in hæreſim labatur; cùm non legatur pars libri, quæ contineat hęreſim: & ideo prohibitio ceſſare debeat, ar. tex. in c. cum ceſſante de appel. l. adigere, §.
8 quamuis, ff. de iur patr. quoniam reſpondetur cauſam prohibitionis huiuſmodi eſſe duplicẽ: remotam ſcilicet, & proximam. Remota eſt, ne quis in hæreſim labatur: & proxima dicitur, ne quis periculo infectionis ſe exponat; modò licèt prima ratio ceſſet; non tamen ceſſat ſecunda, quæ ſatis eſt ad dictam excommunicationem contrahendam, ar. tex. in §. affinitatis, In. Inſt. de nup. Ita Vgol. in explicatione præſentis canonis, in ver. Ac eorumdem libros, &c. ſub num. 1. in ver. ſeptimò afficit.

Secundò ampliatur hæc ſententia, vt legen-
9 tes librum hæreticorum, hæreſim continentem, in excommunicationem incidant; etiam ſi hæreſis deleatur: quia huiuſmodi libri abſolutè prohibiti ſunt vi noſtri canonis, vt bene docet Suar. loco citato.

Tertiò ampliatur, vt idem dicendum ſit de te-
10 nentibus, imprimentibus, ac defendentibus prędictos libros, eſtò quòd vnam hæreſim dumtaxat contineant, vt infra Deo duce, latius dicemus.

Sic ampliata, limitatur prædicta concluſio, vt in excommunicationem hanc non incidant legentes partem libri hæreticorum in plura volumina diuiſi, quę hæreſim non contineat: nam vnus liber per ſe eſſe videtur, qui licèt hæretici ſit, hæreſim tamen non continet, vt per Vgol. loco relato, §. 1. ſub n. 2. in ver. Sexto in excommunicationem.

Quod tamen verum eſſe putat Sanchez lib. 2.
11 Decal. c. 10. ſub n. 36. vbi verè ſunt diuerſa volumina, ſeu diuerſi tomi eiuſdem authoris: nam tunc diuerſi libri cenſentur, & ſi per accidens in eodem tomo conglutinentur; ſecus autem, quãdo vnicus liber in plures diuiditur, nempe in primum, ſecundum, tertium, &c. quia tunc cuiuslibet illorum pars, eſt pars vnici ac eiuſdem libri, hæreſim continentis, aut de Religione tractantis. Et id verum eſſe exiſtimat, etiam ſi nimiæ molis vitandæ gratia, aliqui eorum per accidens ſeorſum ab alijs conglutinarentur: quoniam adhuc vnicus diceretur liber.

Ibi

Ibi (*Vel de Religione tractantes*) An ad contrahendam prædictam excommunicationem à legentibus hęreticorum libros, neceſſe ſit, vt libri tractent de Religione, & hæreſi ſimul: vel ſatis ſit, ſi tractent de Religione tantùm. Q. 40.

SVMMARIVM.

1 *Legis ratio attendi potius debet, quàm ipſa lex, ſeu verba legis.*
2 *Libri hæreticorum ſatis eſt ſi de Religione tractent, etiam ſi hæreſim non contineant, ad hoc, vt legentes eos in excommunicationem incidant.*
3 *Alternatiuæ ſufficit alteram partem eſſe veram.*
4 *Cauſa prohibitionis librorum hæreticorum, hæreſim continentium, eſt diuerſa à cauſa prohibitionis librorum de Religione tractantium.*
5 *Auctore damnato, eorum libri quando damnati cenſeantur.*
6 *Cauſa prohibitionis ceſſante, quando ceſſet prohibitio*

IN hac re pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia fuit Sayr. in explicatione præſentis canonis, lib. 3. Theſ. t. 1. c. 5. n. 12. dicentis, quòd ad incurrendam excommunicationē in ipſo canone latam contra legentes hæreticorum libros, requiritur, vt libri contineant hęreſim, vel tractent de Religione, & hæreſi: & ſic ſatis non eſt, ſi tractent de Religione tantùm atque adeò nullam habeant permiſtam hætefim.

Et quamuis Sayr. hanc ſuam opinionem ratione aliqua non probet: nihilominus non videtur irrationabilis: nam quando libri tractant de Religione dumtaxat, & nullam continent hæreſim, ceſſat prohibitionis ratio, tum remota, qualis eſt, ne quis in hæreſim labatur, tum etiam proxima, cùm non adſit periculum lapſus, cùm ſupponatur libros huiuſmodi de vera, & Catholica Relig one fideliter pertractare.

Immò periculum prædictum adeò ceſſat, vt
1 ex lectione prędictorum librorum Catholici, in catholica fide, magis ac magis confirmentur, eo quòd eiuſdem teſtimonium habent, etiam ex ipſiſmet catholicæ fidei inimicis. Vndè cùm ceſſet cauſa prohibitionis, conſequenter ceſſare debet ipſa prohibitio: nam ratio legis plus debet attendi, quàm ipſa lex, ſeu verba legis, l. 1. C. quæ ſit long. conſuet & ipſa ceſſante, ceſſat lex. cap. cùm ceſſante de appell. l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patron.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
2 tentiam arbitror veriorem, quam tenet Vgolin. hic in ver. Vel de Religione tractantes: num. 2. Ibi, Secundo loco. Farin. de hæreſi, quæſt. 80. num. 32. Azor. lib. 8 Inſtit. moral. p. 1. cap. 16. quæſt. 5. Sanchez lib. 2. Decal. cap. 10. num. 34. & alij dicentes, ad incurrendam prædictam excommunicationem ſatis eſſe, ſi legantur libri hæreticorum, qui de Religione tractent, eſtò, quòd nullam hæreſim contineant.

Probatur, quia textus noſter alternatiuè lo-
3 quitur, excommunicans legentes libros hæreticorum, hæreſim continentes, vel de Religione tractantes. Et ſic, quemadmodum circa hætefim ſolùm petit, vt liber hæreſim contineat, & ſi de alij; rebus ex profeſſo tractet; ita circa Religionem, ſolùm exigit, vt de Religione tractet, quamuis nullam hæreſim, nullumque errorem contra fidem catholicam doceat: quoniam alternatiuę ea natura eſt, vt ad ipſius veritatem ſufficiat alteram partem eſſe veram, vt in cap. inter cæteras; & ibi Panor. & alij, de Reſcr. & facit etiam tex. in l. ſi hæredi plures, ff. de condit. Inſt.

Ad rationem in contrarium reſpondetur,
4 quòd cauſa prohibitionis librorum hæreticorum, hæreſim continentium, diuerſa eſt à cauſa, propter quam prohibentur libri hæreticorum de Religione tractantes, etſi nullam hæreſim permiſtam habeant: nam prior eſt ne quis in hæreſim labatur, aut periculo ſe exponat corruendi: poſterior verò cauſa, eſt odium hæreticorum, ne ſcilicet eorum ſcripta, quamuis aliquando rationabilia à Catholicis citentur; quippe qui fidem Catholicam impugnare totis viribus auſi fuerint. Vndè meritò, dam-
5 nato auctore, eorum libri damnati quoque cenſentur, quatenus auctoritatem habeant ab auctore, etiam ſi vera, & catholica contineant, vt benè declarat Farin. loco citato, n. 25.

Eſt tamen verum, quòd hæreticorum libri de Religione tractantes, ſi bona, & vtilia contineant, eorum ſententiæ allegari poſſunt, quādo ab Apoſtolica Sede fuerint approbatæ; ſicut approbatę fuerunt bonę ſententię, & ſcripta Origenis, licèt poſt mortem fuerit damnatus: quo caſu ſtatur libris hæreticorum, non in vim authoritatis condentis, ſed approbantis, vt habetur ex eodem Farin. ibidem, num. 27. Adde quòd alia ptohibendi ratio eſſe poteſt, ne legens afficiatur ab authore, eiuſque ſtylo, ac proinde facilè poteſt eius doctrinam imbibere, vt habetur ex Sanchez lib. 2. Decal. cap. 10. num. 51. in fine. Aliam prohibendi rationem huiuſmodi hæreticorum libros de Religione tractantes, eam eſſe docet Vgolin. in ſupradicto loco, ſub num. 1. in fine. Ne ſcilicet errores ſimplicium hominum auribus inculcent, eo quòd hæretici nihil intactum reliquerunt, quod ſuis erroribus fœdare conati non ſint: & propterea videtur velle, quòd eadem ſit prohibitionis cauſa hæc poſterior, ac prior. Vndè qui vellet Vgolin. ſupra in ver. Ac eorumdem libros, ſub num. 1. ibi, Septimo affi-
cit, in fine, & Sanchez ſententiam ſequi, poſ-
6 ſet ex eodem Vgol. reſpondere, quòd tunc ceſſante cauſa prohibitionis, ceſſat probibitio, quando contrarium expreſum non eſt, vt in noſtro canone, vbi expreſè prohibentur libri de Religione tractantes, quamuis hæreſim non contineant: aliàs caſus iſte poſterior contineretur ſub priori: nam liber talis hæretici de Religione tractans, eſſet liber hæretici, hæreſim continens: ne igitur caſus huiuſmodi hoc loco videatur inutilis contra tex. in c. ſi Papa, de Priuil. lib. 6. dicèndum eſt, vt noſtri canonis expreſiè ptohiberi libros hæreticorum, de Religione tractantes, eſtò quòd nullam hæreſim permiſtam habeant.

An ad ſupradictam excommunicationem incurrendam à legentibus hæreticorum libros, exigatur, vt libri tractent de Religione ex profeſſo: an ſatis ſit, ſi incidenter. Q. 41.

SVMMARIVM.

1 *Libri hæreticorum de Religione tractantes, debent de ea tractare ex profeſſo, ad hoc vt legentes eos in excommunicationem præſentis canonis incidant.*

2 *Tractatus cuiuſcumque operis, denominationem ſumit ab his, de quibus in eo principaliter, & ex profeſſo tractatur.*

3 *Defendentes libros hæreticorum, de Religione tractantes, etiamſi nullam hæreſem contineant, incidunt in excommunicationem huius canonis, ſi defendant eos, vt hæretici opus.*

4 *Defendentes libros hæreticorum de Religione tractantes, non vt hæretici opus, ſed vt catholicum continent, non incurrunt excommunicationem huius canonis.*

IN hac re videtur dicendum, quòd ad contrahendam excommunicationem, vi noſtri canonis latam contra legentes libros hæreticorum, non exigatur, vt libri de Religione tractent ex profeſſo, ſed ſatis ſit, ſi de Religione incidenter agant. Probatur, quia ſupra, q. 39. probauimus, quòd legentes libros hæreticorũ, hæreſim continentes, incidunt in dictam excommunicationem, eſtò quòd libri non tractẽt de hęreſi ex profeſſo, ſed ſufficit ſi vnam, aut alteram hæreſim contineant, & de ipſa incidenter tractent: ergo eodem modo eſt dicendum in caſu noſtro, vt legentes libros hæreticorum de Religione tractantes, incurrant ſupradictam cenſuram, eſtò quòd libri non tractent de Religione ex profeſſo, ſed tantùm incidenter.

His tamen non obſtantibus, in contrarium eſt
1 veritas; & conſequenter ad contrahendam dictam excommunicationem, vi noſtri canonis exigitur, vt libri hæreticorum tractent de Religione ex profeſſo; vndè legentes libros hæreticorum, non ex profeſſo, ſed incidenter dumtaxat de Religione tractantes, ſi nullam hæreſim continent, in prædictam cenſuram non incidũt. Ita Graff in explic. noſtri canonis lib. 4. Deciſ. p. 1. c. 18. n. 40. Sayr. ibidem lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 5. n. 12. Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. n. 34. & alij.

Probatur, quia textus noſter prohibet legi li-
2 bros hæreticorum, de Religione tractantes; ſed ſic eſt, quòd tractatus cuiuſcunque operis denominationem ſumit ab his, de quibus in eo principaliter, & ex profeſſo tractatur; ergo adhoc, vt legentes libros hæreticorum de Religione tractãtes, incidant in præfatam excommunicationẽ, non ſatis eſt, ſi de Religione tractent incidenter; ſed omnino requiritur, vt de Religione agant ex profeſſo.

Confirmatur, quia Pius IV. in Indice librorũ prohibitorum, regula v. prohibet ſub pœna excommunicationis libros hæreticorum, hæreſes ſuſcitantium: & expreſsè damnat libros hæreticorum, qui de Religione quidẽ ex profeſſo tractant: ergo ſignum eſt, quòd dum hoc loco prohibentur libri de Religione tractantes, intelligendum eſt de libris, qui tractant de Religione ex profeſſo, & non incidenter.

Confirmatur denique, quia aliàs omnes hæreticorum libri, vi præſentis canonis, indifferenter nobis interdicerentur: quoniam vix accidere poteſt, vt incidenter in eis de Religione non agatur. Concluditur igitur ex dictis, vt legentes libros hæreticorum, ex profeſſo de Religione tractantes, etiam ſi nullam hæreſim contineant, in excommunicationem hanc incidãt, ſecus ſi incidenter de Religione tractent.

Ampliatur hæc concluſio, vt vera ſit, etiam
3 quoad tenentes, & imprimentes: immo & quoad defendentes huiuſmodi libros ex profeſſo de Religione tractantes, eſto quòd nullam hęreſim contineant, dummodo defendant, vt hæretici opus: ſecus autem, ſi id, quod comprehenſum eſt eo opere, non habito reſpectu ad ipſum, ſed ſecundùm ſe tueantur, eo quòd catholicum ſit: nam tunc defendentes illud, in excommuni-
4 cationem prædictam non inciderent: quoniam non opus hæretici ſed quod catholicum eſt, defenderent, vt bene docet Vgol. hic in ver. Vel de Religione tractantes, prope finem.

Ad contrarium patet reſponſio: eo quòd militat diuerſa ratio in libris continentibus hæreſim ac in libris de Religione tractantibus: quia continere, verificatur in libro continente etiam vnam, vel alteram hæreſim: at tractare, non poteſt verificari, niſi de libris tractantibus ex profeſſo: nam tractatus cuiuſcunque operis, denominationem ſumit ab his, de quibus in eo principaliter, & ex profeſſo tractatur, vt ſup. diximus.

Quinam libri dicuntur de Religione tractare. Q. 42.

SVMMARIVM.

1 *Libri dicuntur de Religione tractare, etiam ſi argumentum libri non ſit de Religione, dummodo ex profeſſo de Religione agant.*

2 *Libri de Religione tractãtes, dicuntur continere ſ expoſitionem diuinæ ſcripturæ, Theologiam ſcholaſticam, Dei, ac Sanctorum cultum, conſcientiæ quæſtiones, & politicos Chriſtianorum mores.*

IN hac re Graff. in explicatione huius cano-
1 nis lib. 4. Deciſ p. 1. c. 18. num. 40. exiſtimat, illos libros tractare de Religione, qui tractant de Religione ex inſtituto .i. vt liber hęretici habeat aliquid pro argumento de Religione: vt patet in Luthero, qui compoſuit librum habentem argumentum de Sacramento.

Secunda ſententia, quæ nobis magis probatur, eſt Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. n. 34. in fine, dicentis, non eſſe opus, vt argumentum libri ſit de Religione; ſed cuiuſcumque rei ſit argumentum, ſi ita notabiliter de Religione tractet, vt arbitrio prudentis cenſeatur ex profeſſo, & non obiter de ea tractare, ſatis erit: quia verificatur librum de Religione tractare. Omnes autem
2 libri pertinentes ad fidei expoſitionem, & conſequenter illi quoque, qui diuinam ſcripturam pro parte, vel in totum exponunt: aut Theologiam ſcholaſticam totam, vel aliquam eius partem

tem tractant, dicuntur de Religione tractare, vt ait Suar. in expoſitione huius canonis, diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. ſub n. 10. Item dicuntur de Religione tractare, qui de cultu, Deo ac Sanctis debito, diſſerunt: ac de clericis, ſeu Monachis, vt habetur ex Vgol. in expoſitione eiuſdem canonis, in ver. vel de Religione, in prin. Denique de Religione tractare meritò dici poſſunt libri, qui de moribus Chriſtianis agunt: atque ita de conſcientiæ quæſtionibus: ac etiam politicis, vt bene docet Sanchez loco citato n. 21.

An legentes ſcholia, & additiones hæreticorum, quæ continentur in libris catholicorum, incidant in excomunicationem preſentis Canonis. Q. 43.

SVMMARIVM.

1 *Denominatio rei fit à maiori parte*
2 *Legentes ſcholia hæreticorum, addita libris catholicorum, non incidunt in excommunicationem noſtri canonis.*
3 *Communis vſus loquendi præualet omni rigori, & ſignificationi verborum.*
4 *Scholia hæreticorum addita libris catholicorum prohibita ſunt ex Indice.*
5 *Legentes libros catholicorum, continentes errores hæreticorum ad illos confutandos, eo tamen animo, vt ſciant errores prædictos, non incidunt in excommunicationem præſentis Canonis.*
6 *Legentes ſcholia, aut errores hæreticorum in libris catholicorum, ſi crederent ex tali lectione probabiliter infici, peccant mortaliter.*

1 IN hac re duæ ſunt opiniones. Nam prima ſententia eſt Suarez in explicatione noſtri canonis, diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. n. 11. dicentis, quòd ſcholia hæreticorum addita Catholicorũ libris, quędam adeò copioſa ſunt, vt liber ex ſcholijs, & annotationibus potius conſtare dicatur, quàm ex textu: & quædam non ſunt adeò copioſa, ſed liber pro maiori parte conſtat ex textu. Primo caſu exiſtimat, quòd legentes huiuſmodi ſcholia hæreſim continentia, aut de Religione tractantia, incidunt in excommunicationem præſentis canonis: quoniam tunc hæretici librum potius quàm catholici legiſſe cenſentur; cùm rei denominatio a maiori parte fiat. Secundo verò caſu legentes hæreticorum ſcholia vt ſupra, negat prædictam excommunicationem contrahere: quia catholici, non autem hæretici librum legiſſe dicuntur. Et ideo ſeruanda eſſe, quæ in Indice librorum ſtatuuntur. Hanc eandem ſententiam tenet Alter. hoc loco, cap. 6. col. 5. dubit. prima.

Secunda ſententia, quæ nobis magis proba-
2 tur, eſt Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. n. 25. negantis
a ſimpliciter legentes prædicta ſcholia, a incidere in prædictam excommunicationem, ſiue copioſa ſint, ſiue minus copioſa: & rationem hanc eſſe ait: quia in communi, & vſitato loquẽdi modo, is liber non hæretici commentantis, ſed authoris catholici appellatur, à quo in lucem editus eſt. Sic ſumma D. Th. quamuis pro maiori parte conſtet ex commentarijs Caiet. tamen ex cõmuni vſu loquendi liber ille dicitur D. Th. nõ Caie. Et volumina tum ciuilia, tum Canonica, & ſi pro maiori parte conſtent, ex comentarijs, Glo. tamen ſimpliciter volumina illa ex cõmuni vſu loquendi appellantur textus ciuiles: vel canonici, & non Gloſæ commentantis. Modò cõis vſus verborũ preualet omni rigori, & ſignifica-
3 tioni verborum, vt in l. librorum, §. quod tamẽ Caſſius, ff. de leg. 3. & c. cũ dilectus, de conſuet.

Beneuerum eſt, quòd ſcholia huiuſmodi quã-
4 tumuis parua, non licet legere ſine Superioris licentia: vt patet ex Indice libr. proh. regula vltima: per quem prohibentur omnia ſcripta cuiuſcunque authoris, damnata ob hæreſim, vel ob falſi dogmatis ſuſpicionem.

Idem dicendum eſt de legentibus, aut tenentibus libros catholicorum, ad verbum continentes hæreticorum errores ad illos confutandos: nam iſti nõ incidunt in ſupradictam excommunicationem; eo quòd non dicuntur legere, ſeu tenere libros hæreticorum, vt per Nauar. in Man. c. 27. num. 36.

Sic etiam legentes ſupradictos libros catho-
5 licorum eo tantùm animo, vt ſciant hæreticorũ
b falſa dogmata, b eorumque argumenta, non cõtrahunt prædictam excommunicationem: quia huiuſmodi cenſura non contrahitur per ſolum affectum, niſi ſecuto effectu: peccant tamen mortaliter; ſicut letaliter peccat, qui crederet ex lectione opinionum, & rationum hæreticorum ſe
6 pertinaciter dubitaturum de aliquo fidei articulo, aut alicui non aſſenſurũ: nam tunc, eſtò quòd prædictas opiniones legeret in libris catholicorum, ob periculum hæreſis, cui ſe exponeret, tenetur ab eorum lectione ſe abſtinere: non tamẽ in foro exteriori pœna aliqua venit plectendus; niſi ſint libri catholicorum, tractantes de controuerſiis, vt in ſupradicto Indice, regula 4.

Ad rationem in contrarium patet reſponſio: dicimus enim quòd tunc rei denominatio fit à maiori parte, quando communis vſus loquendi non eſt in contrarium.

ADDITIO.

a Scholia. Adde Suar. in tract. de fide, diſp. 20. ſect. 2. num. 13. qui alijs rationibus contra Sanch. confirmat ſuam ſententiam: ſiquidem in re tanti momenti conſiderandum eſt, quod in re ipſa liber contineat, potiùs quàm nomen Auctoris: liber enim ſæpè à Commentatore magis, quam ab Auctore denominatur: vt patet ex libris Scholaſticorum ſupra ius Ciuile, & ius Canonicum: ac in expoſitoribus Scripturæ ſacræ. Et multò magis ipſe Suar. putat non excuſari legentem ſcholia Catholicorum, aut aliorum, addita libris hæreticorum: vel communem librum Catholici cum hæretico: quoniam is ſimpliciter diceretur legere librum hæretici. D. Cæſar.

b Dogmata. Adde híc Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 15. cap. 2. quæſt. 8. num. 41. Anton. de Souſa in explicat. huius Bullæ diſp. 13. num. 7. & 8. & alios apud Bonac. in explicat. eiuſdem, diſp. 1. quæſt. 2. pun. 4. ſub num. 21. verſ. Secundo: vbi legentes, aut retinentes libros Catholico-

licorum', in quibus referuntur, vel inferuntur errores, aut adnotationes hæreticorum, excusant ab excommunicatione huius Canonis, etiam si legant animo imbibendi errores: nam isti non sunt libri hæreticorum, Abb. Alex.

An legentes epistolam, aut concionem hæretici, hæresim continentem, incidant in excommunicationem præsentis Canonis. Q. 44.

SVMMARIVM.

1 *Liber significat cartam.*
2 *Dispositio, quæ tendit in fauorem Religionis, est ampliãda.*
3 *Dispositio quælibet debet ampliari, ac restringi ad limites rationis expressæ, etiamsi verba non patiantur.*
4 *Textus in c. quia in insulis, de Regul. quomodo interpretatur.*
5 *Pœna statuta viris rapientibus mulieres, an extendatur contra mulieres, rapientes viros.*
6 *Legentes litteras hæreticorum, hæresim continentes, epistolam, aut similem papyrum, non incidunt in excommunicationem huius canonis. Et idem dicendum est de tenentibus, &c.*
7 *Littera secundùm communem vsum loquendi, non dicuntur libri.*
8 *Vsus loquendi in legibus præualet omni rigori, & significationi verborum.*
9 *Pœnæ sunt restringendæ, potius quàm ampliandæ.*
10 *Leges adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt.*

IN hac re Vgol. in explicatione huius canonis in ver. Ac eorundem libros, &c. n. 2. existimat partem affirmatiuam veram esse, atq; adeò legentes hæreticorum litteras, hæresim continẽtes, incidere in excommunicationem nostri canonis. a

Probat suam sententiam, primò ex eo quòd 1 appellatione librorum ex vi verborum veniunt etiam litteræ: quoniam hoc nomen liber, significat cartam, cum cortice arboris, qui liber dicitur, Antiqui pro carta vterentur. Vndè, sicut volumen aliquod ex multis cartis constans, liber nuncupatur; ita etiam epistola ex paucioribus confecta: quia ea, quæ secũdum plus, aut minus se habent, specie non differunt.

Secundò, quoniam huiusmodi prohibitio tẽ- 2 dit in fauorem Religionis, ac fidei catholicæ; ergo amplianda est dispositio, vt locũ habeat non modò contra legentes hæreticorum libros, sed etiam contra legentes eorum litteras hæresim continentes, aut de Religione tractantes, arg. tex. in l. sunt personæ, ff. de Relig. & sump. fun.

Tertiò. Ratio, cur prohibeantur legi libri hæreticorum, hæresim continentes, hæc est, vt cõseruetur scilicet vnitas, & integritas catholicæ fidei; nimirum, vt fideles Christi nõ sint paruuli fluctuantes, neque circumferantur omni vẽto doctrinæ in nequitia hominum ad circumuentionem erroris: vt patet in proœmio nostræ Bullæ. Quæ quidem ratio militat, tum quoad legentes libros hæreticorum, hæresim continẽtes: tum etiam quoad legentes litteras, & epistolas eorundem, si errores, fidei catholicæ contrarios habeant. Cum igitur eadem prohi- 3 bitionis ratio militet in vtroque casu, militat etiam eadem iuris dispositio: nam quælibet dispositio debet ampliari, & restringi ad limites rationis expressæ, etiam si verba non patiantur, vt bene docet Abb. in c. quia in insulis, sub n. 3. 4 de Regul. vbi textum illum exigentem plenam pubertatem, deest tempus 18. annorum in professis in insulis, vbi est dura monachorum congregatio, non habere locum, ait, in omnibus insulis, sed in illis tantùm, vbi dura est monachorum congregatio.

Denique quòd sæpius in libris hæreses cõscri- 5 bantur, & ad plurium manus perueniant, quam litteræ, non ob id lectio litterarum hæresim cõtinentium excluditur: nam vbi legislator mentionem vnius facit ex pluribus ob frequentiorẽ eius vsum, minus frequens excludere non censetur: atque adeo pœna statuta viris rapientibus virgines, sponsas, viduas, & nuptas in l. 1. C. de Rapt. virg. extenditur per glo. ibi in ver. Spõsam etiam contra sponsam, & mulierem, rapientes hominem, licèt hoc rarò contingat.

His tamen non obstantibus, contrariam sentẽ- 6 tiam arbitror de iure veriorem esse, quam tenet Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. n. 29. dicens, non incurrere legentem, retinẽtem, aut imprimentem epistolam, concionem, aut aliam cartam hæretici solutam, nec in tractatus formam redactam.

Mouetur ex eo, quòd litteræ secundùm com- 7 munem loquendi modum, non dicuntur libri. Vndè cùm canonis verba, hæreticorum litteris non conueniant, non habet locum eiusdem dispositio contra legentes eas, hæresim continentes: sed tantùm contra legentes libros, ar. tex. in l. 4. §. toties. ff de dam. infec. & eo magis, quia sumus in pœnis, in quibus benignior interpretatio facienda est, c. in pœnis, de regul. iur. in sexto, & l. interpretatione, ff. de pœn.

Secundò probat, quia militat diuersa ratio: quoniam per litteras non adeò violatur vnitas, & integritas fidei catholicæ, sicut per hæreticorum libros; cùm libri ad plurium manus perueniant.

Ad contraria patet responsio. Et quoad pri- 8 mum iam diximus, quòd litteræ ex communi vsu loquendi, non dicuntur libri; in legibus autem, vsus loquendi præualet omni rigori, & significationi verborum, c. cùm dilectus. de consuet. & l. librorũ, §. quod autẽ Cassius, ff. de leg. 2.

Ad secundum respondetur, quòd licèt huius- 9 modi dispositio sit Religioni fauorabilis; tamen *b* cùm sit pœnalis, est simpliciter odiosa, *b* & ideo restringenda potius est, quàm ampliãda, ar. tex. in c. odia de regul. iur. in sexto, & c. pœnę, de pœn. d. 1. Et eo magis, quia tractatur de pœna exorbitanti, & maxima omnium pœnarum, qualis est excommunicatio, vt in c. corripiantur. 24. q. 3.

Ad tertium patet responsio ex dictis: militat 10 enim diuersa ratio.

Ad vltimum dicimus, quòd leges adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt, l. nam ad ea, ff. de legib. & ideo, cùm sæpius in libris hæreses cõscribantur, & ad plurium manus perueniant quàm litteræ, idcirco lectio dictorum librorum, potius prohibita est vi nostri canonis, quàm litterarum. Nec glo. in d. l. 1. C. de rapt. virg. ait,

pœnam

pœnam impoſitam viris rapientibus mulieres, extendi contra mulieres rapientes hominem, ſed tantùm refert ſententiam Ioan. quam per Canones in contrarium adductos non videtur approbare: nam raptus propriè, eſt mulierum per viros, & non è contra.

ADDITIO.

a Canonis. Hanc eandem opinionem contra Sanch. tuetur Suar. de Fide, diſput. 20. ſec. 2. ſub num. 10. Siquidem hæc lex eſt fauorabilis, cùm edita ſuerit in fauorem Fidei, qui principaliter conſiderandus eſt. Et quamuis pœnam contineat; principaliter tamen, & per ſe reſpicit Fidelium fauorem, & propterea venit ampliandа potiùs, quàm reſtringenda, cùm odia reſtringi, & fauores conueniat ampliari, c. odia, de regul. iur. in 6. Confirmatur ex eo, quòd ratio legis hoc caſu militat: nam ex litteris hæreſim continentibus non minus damnum catholicæ fidei prouenire poteſt, quàm ex libris: immò aliquando maius, cùm falſum dogma latentius per litteras communicetur. Lex autem debet ampliari, ac reſtringi ad limites rationis expreſſæ, etiam ſi verba non patiantur, vt in l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patr. l. cùm pater, §. dulciſſimis, ff. de legat. 2. l. pater, §. fundum, ff. de legat. 3. cap. cùm dilecta, de confirm. vtil. vel inutil. cap. fin. de regul. iur. in 6. Panorm. in cap. quia in inſulis, de ſtat. monac. Latè Imol. & Gemin. in cap. ſi poſtquam, de elect. in 6. Denique mouetur. idem Suar. ex quadam reſponſione Cardinalium in ſimili dubio circa Decretum Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 5. vbi eodem modo extendunt legentem eo caſu: quocirca licèt illa ſcriptura non ſit integer liber; tamen pars eius cenſeri poteſt, ſi non actu, ſaltem aptitudine: quod in tali materia ad prædictam extenſionem ſatis eſt. D. Cæſar.

b Odioſa. Hanc eandem ſententiam tenent Anton. de Souſa hîc, diſput. 13. cap. 2. num. 5. & Bonac. diſput. 1. quæſt. 2. pun. 4. num. 21. verſ. Quartò. Quæ quidem ſententia licèt ſit probabilis; nihilominus oppoſita videtur probabilior; quoniam diſpoſitio huius canonis licèt dicatur odioſa quatenus eſt pœnalis, per ſe primò tamen, & ſimpliciter dicitur fauorabilis, cùm ſit decreta fauore fidei Catholicæ. In moralibus autem attenditur id quod eſt per ſe, non autem, quod eſt per accidens. Abb. Alex.

An legentes compilationes aliquas hæreticorum hæreſim continentes, aut de Religione ex profeſſo tractantes, incidant in excommunicationem præſentis Canonis. Q. 45.

SVMMARIVM.

1 *Compilatio, quomodo differt à libro.*
2 *Liber, & Codex idem ſignificant, & cur ſic dicantur, declaratur.*
3 *Extenſio fit, etiam in odioſis in fauorem animæ, & in odium peccati.*
4 *Filiorum appellatione, licèt veniant nepotes de ſua; non tamen veniunt ex communi vſu loquendi.*
5 *Communis vſus loquendi, quomodo probetur, & quomodo in ſtatutis præferatur proprio ſignificatui vocabuli.*
6 *Legentes compilationes legum, & conſtitutionum Catholicorum, ab hæreticis factas, etiam ſi hæreſim contineant, aut de Religione tractent, non incidunt in excommunicationem noſtri canonis.*
7 *Legentes librum Catholici, hæreſim continentem, incidit in excommunicationem Indicis.*
8 *Compilatio apud Iuris peritos, & legum conditores, non dicitur liber.*
9 *Verba ſunt ſtricte interpretanda in pœnalibus, maximè in cenſuris.*
10 *Legentes compilationes hæreticorum, quarum materia conſtat non modò ex legibus catholicorum, ſed etiam hæreticorum, incidunt in excommunicationem præſentis canonis.*
11 *Compilatio largo modo, appellatur liber.*

1 AD tituli intelligentiam eſt annot. quòd liber differt à compilatione: nam liber, dicitur opus aliquod ab aliquo editum, in aliquo codice ex varijs cartis compaginato, conſcriptum: huiuſmodi ſunt opera D. Thomę in varios codices partita: opera Bartoli, Abbatis Panorm. leges, & conſtitutiones editæ ab aliquo Rege, Imperatore, Repub. &c. in vno, vel pluribus voluminibus contentæ: opera Ariſtotelis, Galeni: & aliorum conſilia, quæſtiones, ac tractatus &c. Compilatio verò dicitur alienarum rerum in vnum facta collatio: nam compilatio ſecundùm vim nominis idem eſt, quòd furtum, & deriuatur à verbo compilo, quod denotat vndique furripere. Hinc Cic. 1. de Natur. Deorum: *Omnia, quæ poſſunt ſana compilant.* Quo circa compilationē appellare poſſumus volumē epiſtolarum Decretalium Gregor. IX. qui prędicti volumen ex varijs cōſtitutionibus ſuorum præ deceſſorum compoſuit, vt patet in inſcriptione, in illis verbis, *Decretalium Gregorij Noni Papæ compilatio.* Sic etiam compilatio dicitur compoſitio ſexti libri Decretalium, facta à Bonifacio VIII. vt ex eiuſdem inſcriptione ſimiliter cōſtat Eadem ratione compilatio nuncupatur Decretum Gratiani, Codex Iuſtiniani, & his ſimilia. Vt bene notat Abb. in proęm. Decr. in prima lectura, ſub n. 17. Item compilatio dici poteſt collectio illa innumerum ferè tractatuum ciuiliū, ab innumeris ferè Doctoribus editorum: quoniam compilator non ipſe, ſed alij prædictos tractatus ediderunt.

His breuiter ſic annotatis, ſupponamus, quòd aliquis hæreticus aliquam ſimilem compilationem ediderit, quę conſtet ex varijs Catholicorum legibus, ac conſtitutionibus, aut conſilijs, quæſtionibus, ſeu tractatibus, & quòd hęreſim contineat, vel de Religione ex profeſſo tractet: quæritur, an ſi quis compilationem huiuſmodi legat, in excommunicationem noſtri canonis incidat?

In hac re videtur dicendum, quòd legentes huiuſmodi cōpilationes hęreticorum, hęreſim continentes, aut de Religione tractantes, incidant in excōmunicationem prædicti canonis.

Probatur primò ex eo quòd compilatio adhuc nuncupatur liber, vt patet in proœm. Sexti

libri

libri Decret. vbi Bonifacius VIII. refert mandaſſe Gulielmo Archiepiſcopo Ebtudunen. Berengrario Epiſcopo Biteren. & Magiſtro Richardo Senenſi,S.R.E Cancellario,vt Decretales epiſtolas Gregorij IX. & aliorum ſucceſſiuè Pontificũ recenſerent,& pluribus ex ipſis (cùm aut temporales, aut ſibi ipſis, vel alijs iuribus contrarias,ſeu omnino ſuperfluę viderentur)penitus reſecatis: reliquas, quibuſdam ex eis abbreuiatis,& aliquibus in toto,vel in parte mutatis, in vnum librum cum alijs conſtitutionibus eiuſdem Pontificis redigerent, pto vt cum effectu redegerunt.Et ſic Bonifacius ipſe,decretales illas in vnum collatas,librum appellat,cùm compilatas fuiſſe conſtet: Cum igitur compilatio,liber adhuc appelletur;ergo legentes hæreticorum compilationes, quæ ex varijs catholicorum legibus, ſeu conſtitutionibus conſtant, ſi hæreſim contineant,aut de Religione tractent, procul dubio in excommunicationem præſentis canonis incidunt: quoniam hi dicuntur legere libros hæreticorum, hæreſim continentes, aut de Religione tractantes.

Secundò,compilatio conſtitutionum, quæ à
2 varijs Imperatoribus editæ fuerunt, facta iuſſu Iuſtiniani Imperatoris,appellatur Codex; ergo compilatio in rigore dicitur liber: nam liber, & codex idem ſignificant: etenim libri tenuiores arborum cortices,quę chartę olim vſum præbebant,appellantur: & codices ab arborum ſimiliter caudicibus,ſeu corticibus deriuantur;ex quibus Antiqui tabulas ad ſcribendi vſum ſolebant conficere:ergo legentes compilationes hęreticorum cùm verè dicantur libros hęreticorum legere,prædictam excommunicationem contrahuot.

Tertiò,eadem prohibendi ratio militat in cõ-
3 pilationibus continentibus hæreſim, ſi hæreticorũ ſint;ac in eorũ libris,ergo eadem iuris diſpoſitio militat contra legentes dictas compilationes,ac contra legeotes hæreticorum libros, l.adigere,§. quamuis, ff.de iur. patr. l. illud, ff.ad l.Aquil. Et eo magis,quia prohibitio huiuſmodi tendit in fauorem animæ,& in odium peccati hæreſis: quapropter ex identitate rationis debet fieri extenſio: quoniam in his, quæ tendunt in fauorem animæ, ad tollendum peccatum, quantumuis odioſa ſint, extenſio locum habet, vt habetur ex Rota Rom.in deciſ. diuerſ. vol. 2. deciſ.29.n.10. Panorm.in cap.ex tenore n. 6. qui fil.ſint legit. Iaſon. in auth. quas actiones n. 25. C.de ſacr. Eccl. Steph.40.in ſum.Bull.tit. Monaſteria monialium, in Decreto, quòd Religioſi ad monialium monaſteria non accedant, &c. & Syl.in ver.lex.q.19.

Quartò,quamuis corticum,ſeu caudicum loco,alia iam ſint adinuenta chartarum genera: ea nihilominus priſcum retinent corticum nomen;atque adeo ex communi hominum vſu libri dicuntur, qui ex pluribus concinnati ſint chartis,ex quacunque materia præparatis.Hioc inuentarium ſeu regiſtrum, liber appellatur, vt patet ex Cic. 5. Ver. *Miſit literas ad Carpinatium, quas ego Siracaſi apud carpinatium in literarum allatarum libris inueni.* Sic etiam,volumen illud, quo mercatores data, & accepta annotant, liber, ſeu codex dici ſolet,vt Cic.pro Q. Roſc. *Non habere ſe hoc nomen in Codice accepti: & expenſi relatum conſitetur.*Si igitur ex communi hominum vſu,libri dicũtur hi,qui ex pluribus compaginati ſint chartis,procul dubiu, cùm compilationes ſint huiuſmodi libri communiter dici debent,& conſequenter legentes eas,ſi hæreticorum ſint,& hęreſim contineant,incidunt in excommunicationem præſentis canonis; eſto quòd compilationes io rigore ſermonis differant à libris:quia cõmunis loquendi vſus præfertur proptio ſignificatui vocabuli,vt alias diximus.

Vndè licèt appellatione filiorum ex proprio
4 ſignificatu vocabuli, & in rigore ſermonis veniant etiam nepotes; vt in l. liberorum, ff.de verb.ſignif. tamen propter cõmunem vſum loquendi,non comprehenduntur; vt latè probat Abb.in procem. Decr.in prima lectura ſub n.8. cum alijs ad eum additis,& præcipuè Zacharia; qui bene tractat,quomodo probandus ſit com-
5 munis vſus loquendi,& quando attendendus ſit in ſtatutis, etiam ſi dictatent, verba debere intelligi,vt iacent.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
6 tentiam arbitror probabiliorem eſſe: & conſequenter legentes compilationes legum, & conſtitutionum catholicorum, ab hæreticis factas, eſto quòd hæreſim contineant, aut de Religione tractent, non incidunt in excõmunicationẽ præſentis canonis.Probatur:quia legentes compilationes factas ab hæreticis continentes leges,& conſtitutiones catholicorum,non dicuntur legere libros hæreticorum,ſed catholicorũ: quoniam compilationes ipſas ſupponimus conſtare ex catholicorum legibus,ac conſtitutionibus dumtaxat;diſpoſitis tamen, & ſub proprijs rubricis ſituatis ab hæreticis.

Quocirca,ſicut legens librum catholici hæ-
7 reſim continentem,non incidit in dictam excommunicationem,ſed tãtùm in excommunicationem Indicis,vt ſupra diximus,q. 35. con. 3.& 4. ita quoque dicendum eſt in caſu noſtro.

Confirmatur,quia ſecundùm communem vo-
8 cabuli ſignificationem apud iuriſperitos,& legũ conditores præcipuè,compilatio non dicitur liber; ſed eſt volumen quoddam continẽs plures libros,vt patet ex inſcriptione quinque librorũ Decr.ſic ſe habente; *Decretalium Gregorij noni compilatio.* Dicitur enim compilatio Gregorij noni: quia decretales,quę in dictis quinque libris continentur,& ſub quorum titulis ſituatæ ſunt,non fuerunt editæ ab ipſo Gregor. IX. ſed à prædeceſſoribus Pontificibus,paucis tamen exceptis.

Sic etiam,quoniam ſextus Decretal. liber conſtat pro maiori parte ex conſtitutionibus Bonifacij VIII. inſcribitur: *Sexti libri Decret.per Bonifacium Octauum editi*: verùm, quia cum illis,aliæ quoque diuerſorum Pontificum conſtitutiones ſub titulis diſpoſitæ, & ſituatæ fuerunt à ſuprà ſcriptis tribus Prælatis,idcireo dictus liber non dicitur ſimpliciter prædicti Romani Pontificis, ſed appellatur etiã cõpilatio,& inſcribitur: *Sexti libri Decret.per Bonifacium Octauum editi,cõpilatio,&c.*

Ex quibus patet,compilationem non dici formaliter,& ſtrictè librum: ergo legentes compilationes legum,& conſtitutionum catholicorum ab hæreticis factas,etiam ſi hęreſim contineant, aut de Religione tractent,non incidunt in excõmunicationem noſtri canonis: quia iſti non dicuntur legere libros hæreticorum: & in penali-

bus

bus, maximè in cenſuris, verba ſunt ſtrictè, &
9 propriè intelligenda, vt ſupra lib. 1. cap. 3. q. 4. probauimus.

Limitatur hęc concluſio, vt vera ſit, quando
10 tota materia compilationis conſtat ex legibus, & conſtitutionibus catholicorum, quę hęreſim aliquam contineant, aut de Religione tractent: ſecus autem, ſi materia conſtet etiam ex legibus, & conſtitutionibus hæreticorum, hæreſim continentibus, aut de Religione ex profeſſo tractantibus: quoniam tunc legentes huiuſmodi compilationes, proculdubio inciderent in excommunicationem huius canonis: eo quòd dicerentur legere librum hæreticorum hæreſim continentem, aut de Religione tractantem.

Vndè ſi Rex Angliæ, cùm hæreticus ipſe ſit, mandarer aliqui hæretico compilari omnes leges à catholicis dicti Regni Regibus editas, ſi materia dictæ compilationis conſtaret ex legibus, & conſtitutionibus catholicorum tantùm, eſtò quòd aliquam hęreſim continerent, aut de Religione tractarent, legentes eam, puto in dictam excommunicationem non incidere, ſed ad ſummum in excommunicationem Indicis ſupra relatam, q. 35 con. 3. & 4. Secus autem, ſi Rex Angliæ præciperet hęretico compilari, & in vnum Codicem redigi leges, & conſtitutiones, non modò catholicorum Regum, ſed etiam hæreticorum eiuſdem Regni; & quæ hæreſim contineant, aut de Religione tractent: nam legentes huiuſmodi compilationem, excommunicationem noſtri canonis contraherent: quia tunc dicerentur legere librum hęretici hæreſim continentem, aut de Religione tractantem.

Ad contraria facilè reſpondetur.

AD primum dicimus, quòd compilatio ſexti libri Decretalium, appellatur a Bonifacio in eiuſdem proœmio liber, non ſtrictè, & propriè, ſed largo modo ſumptus, quatenus eſt volumen quoddam conſtans ex multis chartis ſimul colligatis: liber autem ſecundùm communem vſum loquendi dicitur opus ab aliquo editum, in aliquo volumine ex pluribus chartis cõpaginato, conſcriptum, vt ſupra diximus.

Ad ſecundum eodem modo reſpondetur: ſumitur enim ibi codex pro libro largo modo ſũpto, & ſic pro volumine ex multis chartis colligato: qua ratione volumen dati, & accepti dicitur etiam codex, ſeu liber rationum, vt ſupra diximus. Quocirca, ſicut legentes huiuſmodi hæreticorum codices, etiam ſi aliquam hæreſim contineant, non puto vi noſtri canonis excommunicari, ita quoque dicendum arbitror, non excommunicari legentes prædictas hæreticorum compilationes.

Ad tertium reſpondemus, quòd militat diuerſa ratio; aliàs legentes libros catholicorum continentes hæreſim, inciderent in excommunicationẽ noſtri canonis, quod eſt manifeſtè falſum per ea, quæ ſupra in d. q. annotauimus.

Ad vltimum reſpondetur, quòd compilatio
11 excommuni vſu loquendi ſolet appellari liber, non propriè, & ſtrictè, ſed largo modo: quatenus eſt volumen conſtans ex pluribus chartis ſimul compaginatis. In pœnalibus autem verba ſunt ſtrictè, & propriè intelligenda, vt ſæpè diximus.

An legentes minimam partem librorum hæreticorum hæreſim continentium, vel de Religione tractantium, incidant in excommunicationem noſtri Canonis. Q. 46.

SVMMARIVM.

1 *Incipiens clericum percutere, verè percutit; atque adeò in excommunicationem incidit.*
2 *Vinum deferri ad Barbaros iure ciuili prohibetur, etiam guſtus gratia.*
3 *Minima curantur ſicut magna, vbi eadem ratio in ipſis militat.*
4 *Legentes paucos verſus libri hæretici, hæreſim continentis, aut de Religione tractantis, in excommunicationem non incidunt. Et per paucos verſus intelliguntur decem lineæ; aut etiam pagina ex voluminibus maioribus.*
5 *Excommunicatio eſt maxima omnium pœnarum, & nunquam fertur, niſi ob letalem culpam.*
6 *Legens minimam partem libri hæretici, ſi antequam legeret, certò ſciebat, illam partem continere hæreſim, in excommunicationem incidit.*
7 *Ratio prohibendi libros hæreticorum, eſt diuerſa quoad legentes partem eorum magnam; aut parũm.*
8 *Leges adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt.*
9 *Legens minimam partem libri hæretici, non contrahit excommunicationem, etiam ſi animum habuerit legendi partem magnam.*

IN hac re Vgol. in explicatione præſentis canonis, in verb. *Ac eorundem libros*, ſub num. 1. ibi: Octauo in excommunicationem exiſtimat legentem librum hæretici, hæreſim continentem, aut de Religione tractantem, incidere in excommunicationem prædicti canonis; etiam ſi minimam partem illius legerit, nempe proœmium, Indicem, aut epiſtolam ad lectorem. Immo eo ipſo quòd legere cęperit, & deinde pœnitentia ductus deſtiterit, eiuſdem excommunicationis vinculo alligari.

Probat ſuam ſententiam primò ex tex. in c. ſi
1 quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. vbi qui clericum percutere incipit, ſtatim contrahit cenſuram in d. canone contentam: nam qui percutere incipit, verè percutit; ergo eodem modo dicendum eſt in caſu noſtro, vt qui legere cęperit hæretici librum, ſtatim prędictam excommunicationem cõtrahat: eo quòd qui legere incipit, verè legit.

Secundò, quia ratio prohibendi lectionem ho-
2 rum librorum, militat etiam in legente minimã eorum partem: quoniã periculum lapſus in hęreſim imminet quoque in lectione minimę libri partis, ergo excommunicatio ipſa locum habet, non ſolùm contra legentes notabilem eius partem; ſed etiam minimam, ar. tex. in l. 1. C. quę res aſpor. non deb. vbi ad Barbaros vinum deferri prohibetur, etiam guſtus gratia: & hoc, ne eius dulcedine ducti Rom. Imperium inundant.
3 vt ibi Bal. & Doct. notant: & ſic curantur minima, ſicut magna, vbi eadem ratio in ipſis militat. Hanc eandem ſententiam videtur tenere Tolet. in ſcripto quodam ſuper Bullę cęnę,

vt

vt refert Sayr. hic lib. 3. Thes. tom. 1. c. 5. n. 12. dũ ait, quòd legentes libros hæreticorum incidunt in excommunicationem præfentis canonis; etiã ſi vnam, vel alteram lineam legant; dummodò integram, vel perfectam hæreſim contineant. Et hoc propter illam particulam; *Quomodolibet*, quæ applicatur quatuor illis perſonarum generibus, in noſtro canone connumeratis.

His tamen non obſtantibus, contrarium puto verius. Quam ſententiam tenet Alfon. Viual. hoc loco, n. mihi 11. Graff. in explicatione eiuſdem canonis, lib. 4. Deciſ. p. 1. c. 28. n. 45. Sayr. loco citato, Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 1. c. 16. q. 3. & Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. n. 31 dicentes, quòd legens paucos verſus libri hæretici, hæreſim eõ tinentis, aut de Religione tractantis non incidit in excommunicationem huius canonis, nec etiã Indicis. Et per paucos verſus Sayr. intelligit decem lineas: & Sanchez ex Viual. & alijs vnam ſolam paginam *a*, quamuis ſit ex voluminibus ma ioribus, *a*

Mouetur primò, quia excõmunicatio eſt ma- 5
xima omnium pœnarum: & ideo minor materia inſufficiens eſt ad contrahendam pœnam adeò grauem.

Præterea excommunicatio maior numquam fertur niſi propter peccatum mortale, vt eſt tex. in c. nullus, 11. q. 3. ſed legentes paucos verſus, vt ſupra, non peccant mortaliter: quia materia eſt parua, vt in ſimili dicimus de furto, &c. ergo, &c.

Et confirmatur, quia vi noſtri canonis non excommunicatur qui legerit aliquid in libro hæretico, ſed qui legerit librum hæreticum, modò qui duas, tres, quatuor, decem lineas, aut vnam paginam legerit, non dicitur legere librum hæreticum.

Hanc eandem ſententiã fortè fuit ſequutus ipſe Tol. nam in eius libris, impreſſis Lugduni, & Mediolani, anno 1599. non refert præfatã ſententiã, quam idem Author antea legendo, & Bullam cœnæ tempore Pij V. explicando, defendebat.

Sed non per hoc ait Sayr. eſt de facili ſumenda occaſio legendi libros hæreticorum vt ſupra; ſed abſtinendum eſt à quacunque etiam minima eorum lectione. Quòd ſi ex humana fragilitate, aut curioſitate, aliquando contingeret alicui legiſſe quantitatem prædictam, non eſt de facili condemnandus incidiſſe in excommunicationem.

Hanc ipſam ſententiam nouiſſimè tenet Alter. in explic. huius canonis, cap. 4. col. 7. in ver. Reſpondeo aliquando: & in ver. Petes: vbi circa quantitatem libri hæretici, quæ citra letalem culpam, atque adeò citra excommunicationem legi poteſt, ſic ait. Certum eſſe dari paruam aliquam quantitatem, quæ citra letalem culpam legi poteſt, vt eſt vna, vel altera linea. Similiter certum eſſe dari magnam quantitatem, quæ nõ poteſt legi ſine peccato mortali, vt eſt pars notabilis, nempè plura folia. Determinare verò certam, & definitam quantitatem, quando incipiat eſſe peccatum mortale, ait incertum eſſe: & propterea ſtandum eſt iudicio prudentis viri. Vndè conſulit, quòd quando quis dubitaret, an poſt lectionem in excommunicationem inciderit ratione quantitatis, viros doctos conſulat, & eorũ conſilio acquieſcat. Quod ſi conſcientiam placare nequiret, tutiorem partem eligat, & petat 6 abſolutionem à Romano Pontifice. Quæ quidẽ omnia puto vera, niſi legens quantitatem prædictam libri hæretici, antequam legeret, certò nouerit, partem illam continere integram hæreſim: nam tunc arbitror, à prædicta cenſura illum non excuſari: eo quòd aperte facit contra finem legis, cùm ſe exponat periculo inficiendi ab hæreſi: & ſcienter legat illam partem libri, propter quam prohibetur ipſe liber.

Reſtat modo, vt ad contraria reſpondeamus.

AD primum dicimus, quòd aut is, qui cæpit percutere clericum, adeò leuiter percuſſit, & leui eundem iniuria affecit, vt letalem culpam non commiſerit; & tunc negamus antecedens: nam tũc, qui cæpit eo modo percutere clericum, in excommunicationem nõ incidit, cùm excommunicatio non contrahatur, vbi letalis culpa non interueniat. Aut incipiens percutere clericum, adeò iniuria illum affecit, vt mortaliter peccauerit: & tunc negamus conſequentiã: quia in caſu noſtro, legentem illam minimam libri partem, ſupponimus peccare tantùm veniaIiter.

Ad ſecundùm dicitur, quòd licèt pro aliqua parte militet eadem prohibendi ratio in legen- 7
te minimam libri partem, ac magnam; tamen nõ eodem modo, & totaliter in vtroque caſu ineſt: nam legens magnam partem libri, hæreſim continẽtis, vt plurimum legit hæreſim, à qua poſſet infici. Non ſic legens minimam partem: nam rarò accidit, vt eo caſu hæreſim legat. Modò leges 8
adaptantur, ad ea, quæ frequentius accidunt, l. nam ad ea, ff. de leg. b.

Ad fundamentum Toleti facilè reſpondetur: nam ly. *Quomodolibet*, non refertur ad omnia illa quatuor perſonarum genera; ſed ad defendentes dumtaxat, & meritò: quia quomodolibet libros hæreticorum defendit, ſemper peccat cùm nulla ſit cauſa, vel ratio, quæ illos excuſare cenſeatur.

Vndè his reiectis, firma remanet concluſio, quòd legentes paruam quantitatem libri hæreticorum, in excommunicationem non incidũt.

Quam concluſionem adeò veram eſſe arbi- 9
tror, vt ſi quis dum legeret paucos illos verſus habuerit animum legendi plures, qui ſimul iuncti ſufficerent ad peccatum mortale, adhuc à prædictæ excommunicationis vinculo excuſetur: nam ad excommunicationem incurrendam non ſufficit affectus, niſi ſequatur effectus.

ADDITIO.

a Paginã. Contrarium tenet Suar. in ſuo tract. de fide, diſp. 20. ſect. 2. num. 20. Licèt enim ipſe Suar. teneat cum ſententia magis communi, de qua vltra Doctores à Duardo relatos, latè Caſtr. lib. de iuſt. hæret. punit. nempè quòd legentes minimam partem librorum hæreticorum, hæreſim continentium, vel de Religione tractantium excuſentur ab excommunicatione huius canonis, ſiquidem regula generalis eſt, peccatum ex ſuo genere mortale, eſſe veniale ex leuitate materiæ;

teriæ: nihilominus, ait, id ad praxim prudenter debere applicari: & propterea legere integram folij paginam, putat eſſe materiam grauem, atque adeò non excuſari eam legentem: ſed minimam partem dici paucarum linearum. Imò nec paucarum linearum lectio excuſaret eum ſaltem à letali culpa, qui cœperit legere cum intentione legendi notabilem linearum libri quantitatem: quoniam voluntas, & propoſitum diſtingunt maleficia, l. qui iniuriæ, ff. de furt. l. 1. C. de ſicar. l. ſeliciſſimam, C. de adult. & cap. voluntate, de ſent. excommun. Etenim humanorum actuum principalis regula eſt agẽtis voluntas, & conſenſus, quo ſublato, omnis actus redditur informis, indifferens, & inanimatus, l. obligationum ſubſtantia, ff. de acti. & obligat. cum alijs ab eodem Duardo allegatis, ſupra, quæſt. 19 num. 4. Non tamen, inquit ipſe Duard. hoc loco in fine, ita legens excommunicationem noſtri canonis contraheret; quia ad incurrendam excommunicationem non ſufficit affectus, niſi ſequatur effectus: nam excommunicatio cùm ſit pœna, verba ſunt ſtrictè, & propriè intelligenda, cap. odia, de regul. iur. in ſexto. Hinc ſequitur, quòd excommunicatio lata contra eligentem indignum, ſi quis ſuffragium ferat animo eligendi indignum, & electio non ſequatur, in excommunicationem non incidit, ar. tex. in cap. perpetuò, de elect. in ſexto, & latè Suar. de cenſur. diſput. 4. ſec. 3. n. 2. & 3. D. Cæſar.

Adde Bonac. in explicatione Bullæ Cœnæ, diſputat. 1. quæſt. 2. pun. 4. propoſ. 2. non excuſantem legentem integram paginam libri hereticì, hæreſim continentis, vel de Religione tractantis, ſi pagina eſt grandior: quia hæc non videtur parua materia. Vide etiam Reginald. in ſua prax lib. 9. num. 254. Abb. Alex.

An legentes libros hæreticorum, hæreſim continentes, aut de Religione tractantes; non tamen illos intelligentes, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 47.

SVMMARIVM.

1 *Legere non includit in ſe intelligere.*
2 *Verba legis, vbi clara ſunt, non eſt ab eis recedendum.*
3 *Legis finẽ ceſſante, non ceſſat auctoritas legis.*
4 *Lex non reuocatur per ceſſationem cauſæ, ſed per contrarium populi vſum, aut per voluntatem Legislatoris.*
5 *Legentes libros hæreticorum, hæreſim continentes, aut de Religione tractantes, & eos non intelligentes, non incidunt in excommunicationem præſentis canonis.*
6 *Cauſa finalis legis, quando non extenditur ad aliquem caſum, caſus ille non comprehenditur ſub illa lege.*
7 *Legis verba, quantumuis generalia ſint, reſtringuntur iuxta limites ſuæ rationis.*
8 *Mens diſponentis attendenda eſt, potius quàm verba.*
9 *Statuti cauſa pondaranda eſt, vbi ſtatuit contra legentes inſtrumentum damnatum, & libellum famoſum, numquid comprehendat legentem tantùm viſualiter, an etiam mentaliter.*
10 *Teſtis deponens ſcire: eo quòd legit, intelligendus eſt, quod ipſe legendo intellexit.*
11 *Ceſſare rationem legis in aliquo caſu: & rationem legis non comprehendere caſum illum differens.*
12 *Ceſſante ratione legis impulſiua, non ceſſat legis diſpoſitio; ſecus autem, ſi ceſſet ratio finalis legis.*
13 *Libri hæreticorum, cùm ab infecta radice prouenient, in legentium animos aculeos relinquunt.*

VIdetur prima fronte affirmatiuè reſpondendum. Probatur: quoniam legere, non
1 includit in ſe intelligere: nam intelligere non ſequitur ad legere, cùm legere poſſit eſſe ſine intelligere: eo quòd legere nihil aliud eſt, quam oculis conſpicere, quæ ſcripta ſunt. Vt eſt tex. ad literam in l. 1. §. legi, ff. de his, quæ in teſtam. delen. vbi ſic legitur. *Legi autem ſic accipiendum eſt, non intelligi: ſed oculis proſpici quæ ſcripta ſunt.* Si igitur legere, non eſt intelligere; ergo ſatis eſt ad contrahendam prædictam excommunicationem, vt oculis perſpiciantur, quæ in hæreticorum libris conſcripta ſunt, eſtò quòd ea non intelligantur, cùm vi dicti canonis excommunicentur legentes libros hæreticorum, hæreſim continentes, vel de Religione tractantes; non autem intelligentes: & ver-
2 ba legis vbi clara ſunt, non eſt ab eis recedendum, c. fin. de verb. ſignific.

Secundò, ſi dicti legentes libros hæreticorũ,
3 & eos non intelligentes vtſupra, non contraherent ſupradictam excommunicationem, non alia ratione id eſſet, niſi quia in caſu, de quo agitur, ceſſat finis prohibitionis horum librorum, qui eſt, ne legens imbibat hæreſim; ſed hoc non impedit, quia ceſſante fine legis non per hoc ceſſat auctoritas legis, à quo pendet
4 vinculum legis. Non enim cauſæ ceſſatio modus eſt reuocandi ſtatutum, ſed contrarius Populi vſus, vel legislatoris voluntas, expreſsè reuocans, vt latè habetur ex Panor. in cap. poſt translationem in ſecunda lectura, n. 17. cum alijs ad ipſum additis, de Renunc. ergo legens huiuſmodi libros, etiam ſi illos non intelligat, in excommunicationem incidit.

Confirmatur, quia aliàs legens partem libri hæretici, in qua non ſit hæreſis, non eſſet excommunicatus: quia in eo caſu ceſſat ratio prohibitionis, ne ſcilicet legens imbibat hæreſim: Quod tamen eſt falſum, vt ſupra probauimus, q. 39 num. 4.

His tamẽ non obſtantibus, contrariam ſen-
5 tentiam arbitror de iure veriorem eſſe, quam tenet Sanchez lib. 2. Decal. cap. 10. numero 51. dum ait, quòd legentes hæreticorum libros lingua ſcriptos, quam penitus non intelligunt,
a in excommunicationem præſentis canonis non incidunt. a

Probatur, quia ratio, cur prohibeantur legi li-
6 bri hæreticorum, cùm ſit, ne eos legentes, hæreſim imbibant, non comprehendit legentes eos, & non intelligentes: eo quòd attento huiuſmodi fine, à ſui principio hic caſus ſub eo non fuit comprehenſus. Etenim mens Rom. Pontificis hoc loco non fuit comprehendere legentes tãtùm libros hæreticorum, hæreſim continẽtes, aut de Religione tractantes, etiamſi illos non intelli-

relligant;ſed legẽtes,& ſimul inrelligentes,nam qui legunt,& non intelligunt huiuſmodi libros, non poſſunt eorum hæreſim.& doctrinâ imbibere,ergo ratio prohibitionis non comprehendit caſum, de quo agitur; quia cauſa finalis legis,quando non extenditur ad aliquem caſum,
7 caſus ille non comprehenditur ſub illa lege: cùm verba legis quantumcunque generalia ſint, reſtringantur, & intelligantur iuxta limites ſuæ rationis, quæ dicitur legis anima.c.ratio nulla, de Præben.l.cùm pater,§.dulciſſimis,ff. de leg.2.
8 Hinc ait Bal.in l.ſcire leges, ff. de legib.magis attendenda eſſe,quæ comprehenduntur ex mente, quàm ea, quæ comprehenduntur ex verbis: & à verbis recedimus quando apparet de mente diſponentis, l. non aliter cum materia, ff. de leg. 3.

Hac eadem ratione ait Abb. in proœm. Decr.
9 in prima lectura,ſub num.16. quòd circa ſtatuta punientia legentem inſtrumentum,aut libellum famoſum,nunquid comprehendit tantùm legentem viſualiter,an etiam mentaliter, ponderanda eſt cauſa ſtatuti.

* Ad argumenta reſpondetur.

10 AD primum ex tex. in l. t. §. legi, ff. de his, quæ in teſtam.delen.reſpondetur,quòd licèt legere,non ſit intelligere;nihilominus, quando cauſa legis prohibentis, aut præcipientis aliquid legi, exigit intelligere, vt in caſu noſtro, non ſatis eſt legere, niſi ſit innctum cum intelligere. Et hoc eſt,quod ſibi vult Abb. loco citato, dum ait quòd circa ſtatuta punientia legentem inſtrumentum damnatum, & libellum famoſum,numquid comprehendat tantùm legentem viſualiter,an etiam mentaliter, ponderanda eſt cauſa ſtatuti: & quòd teſtis deponens ſcire quia legit,intelligendus ſit, quòd ipſe legendo intellexit: quia cauſa ſcientiæ aliter ſaluari non poteſt.

Ad ſecundum negatur maior: nam legentes
11 libros hæreticorum,& non intelligentes vt ſupra non ex eo excuſantur ab excommunicatione,de qua agitur:quia ceſſat finis;ſed quia finis, ſeu cauſa finalis,cur prohibeantur legi libri hæreticorum, quæ eſt, ne eos legentes hæreſim imbibant,non comprehendit legentes vt ſupra, & non intelligentes.Differunt enim inter ſe,ceſſare rationem legis in aliquo caſu; & rationem legis non comprehendere illum caſum. Nam in priori caſu,lex ex ſe & ſua generalitate comprehendit illum caſum,in eoque locum habuit, aliàs non diceretur ceſſare ratio,vel lex, cùm nec lex, nec ratio in eo caſu locum habuerit: quia quod nunquam fuit,ceſſare nequit:In poſteriori autem euentu nunquam ratio legis amplexa eſt illum caſum,& per conſequens nec lex ipſa: vt per Anton. de Butr.in c.poſt translationem n.34.& ibi etiam Abb. in ſecunda lectura num.17.de renunc.latè Sanchez de Matrim.lib. 2.diſp.37.ſub n.3.vbi id exemplificat in Prælato Regularium, prohibente, ne ſubditi adeant locum vbi operarij laborant,ne loquelis illos impediant: nam ſi quis velit adire intendens omnino taeere,poſſet dicere, in ipſo ceſſare rationem præcepti:At ſi die feſto in dictum locum ſe conferret, non ceſſaret in hoc euentu ratio præcepti: quia præceptum hunc caſum numquam comprehendit,nec ad eundem ſe extendit cauſa finalis præcepti.

Secundò reſponderi poteſt negando minorẽ
12 quoniam tunc ceſſante ratione legis,non ceſſat lex quando ratio eſt impulſiua; ſecus autem, ſi eſt finalis,vt in caſu,de quo agitur: quia tunc, ceſſante ratione legis,ceſſat lex: vt bene declarat Abb.in.d.c.poſt translationem.

Ad confirmationem dicimus, diuerſim eſſe rationem in legente partem libri hæretici,in qua non ſit hæreſis, & in legente librum hæretici,ac non intelligente: quia in priori euentu, licèt ceſſet cauſa prohibitionis remota,quæ eſt, ne quis hæreſi inficiatur;non tamen ceſſat proxima,ne periculum adeat: vt habetur ex Vgol. hic in ver. *Ac eorundem libros*, ſub num. 1. ibi, Septimo afficit: in fine. tanto fortius quia in illo caſu, ait Sanchez in d.cap.10.num.51.2.lib. Decal. quòd legens partem libri hæretici,more humano eandem legit.& afficitur ad auctorem, & proindè facile poteſt eius doctrinam imbibere: quoniam hæreticorum libri, cum ab infecta radice proueniant.in legentium animis aculeos relinquunt,eoſdemque paulatim inficiunt. At verò in poſteriori euentu, & ſic in caſu noſtro, cauſa prohibitionis, vel ceſſat,aut (quod verius eſt) non comprehendit caſum ipſum: nam legens librum hæreticorum, & non intelligens, non poteſt ad hæreticos afficere, nec eorum ſtylum ediſcere, neque eundem doctrinam imbibere, nec imbibendi periculo ſe exponere.

ADDITIO.

Incidunt. Adde hîc Vgol. in explicat. Bullæ Cœnæ,verſ.Ac eorum libros. §.1.ver.Quintò,& Anton.de Souſa in explicatione eiuſdem, diſput. 13. num.5. tenentes quoque ſententiam Duardi. Et quamuis Bonac. hoc eodem loco, diſp.1.quæſt.2. pun.4. ſub num.13. doceat contrarium, motus ex eo quòd Bulla in deteſtationem hæreſis, horum librorum lectionem prohibet:tum etiam,quia tetinens eos,excommunicationem contrahit, etiam ſi non intelligat: & licèt non noceat legenti prædictorum librorum lectio; poteſt tamen nocere audientibus: nihilominus prior ſententia eſt probabilior, tum quia plurium auctoritate iuuatur: tum etiam, quoniam rationes, quibus nititur poſteriorio opinio facilè euacuantur. Etenim lectio librorum hæreticorum prohibetur vi canonis ob metuu infectionis legentis per ſe primò, & retentio eorum prohibetur, vt deferantur ad Inquiſitores, & Epiſcopos, qui in deteſtationem hæreſis publicè curare ſolent comburendos, eorum auctores damnantes: & eo maximè, quia cùm detinentur, de facili poſſunt venire in manus alicuius, qui eos intelligat; & denique, quamuis lectio horum librorum poſſit obeſſe audientibus, ſi illorum linguam percipiant, id eſt per accidens, & vi noſtri canonis non prohibetur. Abb. Alexan.

An

An audientes legi libros hæreticorum, hæresim continentes, aut de Religione tractantes, incidant in excommunicationem præsentis canonis. Q. 48.

SVMMARIVM.

1 *Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.*
2 *Mandans clericum percuti, est excommunicatus, sicut clericum percutiens.*
3 *Excommunicatio lata contra deferentes arma ad saracenos extenditur ad mittentes.*
4 *Interdictum Ciuitatis extenditur ad suburbia.*
5 *Audientes legere libros hæreticorum, indistinctè excusantur ab excommunicatione lata contra legentes.*
6 *Legere est oculis perspicere, quæ scripta sunt.*
7 *Excommunicationis verba sunt stricte interpretanda.*
8 *Excommunicatio lata contra agentes, non extenditur contra mandantes: & lata contra auxiliantes, non comprehendit consilientes.*
9 *Audientes legere libros hæreticorum, licèt in excommunicationem non incidant, tamen peccant mortaliter.*
10 *Audientes legere libros hæreticorum, vt fauerent hæreticis, sunt excommunicati, vt hæreticorum fautores.*
11 *Audiens legere libros hæreticorum, licèt excommunicationem non contrahat; legens tamen ad eius instantiam, etiam si seruus sit, in illam incidit.*
12 *Legentes libros hæreticorum metu cadente in constantem virum, excusantur ab excommunicatione.*
13 *Metus cadens in constantem virum, excusat non modò a transgressione legis humanæ, sed aliquando à transgressione legis Diuinæ positiuæ, ac etiam naturalis.*
14 *Legere libros hæreticorum, non est actus intrinsecè malus.*
15 *Legere libros hæreticorum metu mortis compulsus, in contemptum catholicæ fidei, licèt peccet mortaliter; tamen excusatur ab excommunicatione secundùm aliquos.*
16 *Christiani remigantes in Turcarum triremibus metu mortis contra Christianos, an sint excommunicati.*
17 *Mandans dicitur moraliter facere; sicut qui consulit, moraliter dicitur fauere.*
18 *Qui per alium facit, non verè facit, sed interpretatiuè, & fictè.*
19 *Verbum, videtur, fictionem importat.*
20 *Mandans, non dicitur verè, ac propriè facere.*
21 *Pœnæ, cùm sint odiosæ, non patiuntur extensionem de casu ad casum.*
22 *Intellectus ad tex. in c. mulieres, §. 1. de sent. excom.*
23 *Intellectus ad tex. in l. nihil interest, ff. ad l. Cornel. de sicar.*
24 *Lex, quantumuis pœnalis, extenditur de casu ad casum, quando alias redderetur frustratoria.*
25 *Participans cum excommunicato in crimine criminoso, ad hoc vt in excommunicationem incidat, excommunicatus, cum quo participat, debet esse nominatim, & denunciatus, aut publicus clericorum percussor.*
26 *Legere est oculis percurrere, atque adeò colligere, quæ scripta sunt.*
27 *Legere sic taliter, non dicitur, qui audit legere, sed quamuis auribus voces colligat.*
28 *Vbi militat eadem ratio, eadem militat iuris dispositio.*

IN hac re Sayr. in explicatione præsentis ca-
1 nonis, lib. 3. Thes. tom. 1. cap. 5. num. 12. & Azor. lib. 8. Inst. moral. p. 1. cap. 16. quæst. 4. distingunt, quod aut audiens legi libros hæreticorum non fuit in causa propter eius attentionem, aut quia authorizando audiunt, præcipiendo, consulendo, rogando, & alia similia faciendo, quibus legens ad legendum fuit motus. Primo casu, audiens legere libros hæreticorum, dicunt, quòd excommunicationis vinculo non alligatur: quia vi nostri canonis excommunicantur legentes libros hæreticorum, qui autem non fuit in causa vt libri legerentur, ettò quòd audiat illos legere, non dicitur nec physicè nec moraliter legere. Secundo aût casu prædicti Doctores existimãt eum excõmunicationem contrahere; quia licèt per se ipsum non legat; tamen legit per alium, cuius ope, ac ministerio vtitur: vndè sic audit, vt moraliter dicatur legere: quia, qui per alium facit, per se ipsum facere videtur. l. 1. §. dejecisse, ff. de vi, & vi arm. l. hoc iure, §. dejecit. ff. de regul. iur. & cap. qui per alium, eod. tit. in sexto. Hinc mandans clericum percuti, est excommunicatus, sicut clericum percutiens: quia is committit ve-
2 rè, cuius auctoritate, vel mandato delictum committi probatur, cap. Mulieres. §. illi verò, de sent. excom. Et is damnum dat, qui iubet damnum dari, l. is damnum, ff. de regul. iur. Sicut nihil interesse vtrum quis occidat, an causam mortis præbeat, dicit tex. in l. nihil interest, ff. ad l. Corn. de sicar.

Confirmatur, quia excommunicatio lata in 7.
3 canone nostræ Bullæ contra deferentes arma ad Saracenos, extenditur ad mittentes, vt probat Nauar. in suo Man. c. 27. n. 51. & Sayr. loco cit. Facit etiam tex. in cap. ita quorundam, & cap. significauit, de Iudæis, & hoc ne excommuni-
4 catio fieret frustratoria: sicut interdictum Ciuitatis extenditur ad Suburbia, ne fiat frustratorium, vt in cap. si Ciuitas, de sent. excom. in sexto: ergo eodem modo dicendum erit in casu nostro, vt excommunicatio lata contra legentes libros hæreticorum extendatur contra audientes illos legere authorizando, consulendo, &c. quia alias redderetur frustratoria.

Denique audiens, vt supra, legere libros hæreticorum, participat cum excommunicato in crimine criminoso, cùm participet in lectionis crimine, ob quod legens in excommunicationem incidit: ergo saltem contrahit excommunicationem contentam in cap. nuper, & cap. si concubinæ, de sent. excom. inter participantes cum excommunicatis in crimine criminoso. Hanc eandem sententiam tenet Graff. lib. 4. Decis. p. 1. cap. 18. num. 45. Et nouissimè Alter. in explicat. huius canonis, cap. 6. col. 5. in fine. Et id non ex eo, quòd audiens mandat librum hæreticorum legi, sed quia ipse per alium legit: nam legere propriè significat colligere. Vndè quando oculis litteras colligere videmur, & si alium legentem audimus, auribus colligimus, quæ dicuntur: atque adeò verè legimus.

Secunda ſententia, quæ nobis magis probatur, eſt Vgol. in explicatione eiuſdem canonis, in ver. Ac eorundem libros, §. 1. n. 4. & Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. n. 48. dicentium, audientes legere libros hæreticorum indiſtinctè excuſari ab excommunicatione lata contra legentes eos: ſiue in cauſa fuerint vt legerentur, ſiue non.

Probatur; quoniam vi dicti canonis excommunicantur legentes libros hæreticorum, hæreſim continentes, aut de Religione tractantes; nõ autem legentium auditores: ſed qui legentes huiuſmodi libros audit, non legit; quia legere eſt oculis perſpicere, quæ ſcripta ſunt, vt eſt tex. in l. 1. §. legi, ff. de his, quæ in teſtam. delen. audire autem, non ad viſus, ſed ad auditus ſenſum pertinere, per ſe patet; ergo qui legentes hæreticorum libros audit, non incidit in ſupradictam excommunicationem: eo quòd excommunicatio cùm ſit pœna, & omnium pœnarum maxima, vt in c. corripiantur, 24. q. 3. eius verba debent ſtrictè, & propriè interpretari, cap. odia, de Regul. iur. in 6.

Hinc excommunicatio lata contra agentes, non extenditur ad mandantes, vt latè, probat Sayr. lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 2. Et cenſura lata contra auxiliantes, non comprehendit conſiliantes, vt per Suar. de cenſur. diſp. 21. ſec. 2. n. 17.

Limitatur primò hæc concluſio, vt licèt audientes legere libros hæreticorum excommunicationem non contrahant; tamen ſi authorizando vt ſupra audiunt, mortaliter peccãt: quia ſunt cauſa ſcandali. Immo letalem culpam aliquando contrahunt, etiamſi non authorizando audiant, vbi veriſimiliter crederent, ab audiendis huiuſmodi lectionibus eos infici: quoniam exponunt ſe periculo imbibendi hæreſim.

Secundò limitatur, quando quis audiret libros hæreticorum legere, vt faueret hæreticis in ordine ad hæreſim: nam tunc incideret in excommunicationem noſtri canonis, vt hæreticorum fautor, vt benè notat hic Vgol. & Sanchez locis ſupra citatis.

Tertiò limitatur, vt quamuis audiens legere prædictos libros, in excommunicationem non incidat, nihilominus legens, ab ea non excuſatur, etiamſi ſeruus ſit: quia Domini iuſſus excuſationem non præbet, vt benè probat Azor. in d. cap. 16. q. 4.

Quod verum eſt, niſi metu cadente in conſtantem virum illos legeret: quia tunc legens, excommunicatus non eſſet: quia excommunicatio cùm ſit de iure humano, non obligat cum tanto diſcrimine, ſicut etiam dicimus de nonnullis legibus iuris Diuini poſitiui, & naturalis: nam integritas confeſſionis eſt de iure Diuino poſitiuo: reſtituere alienum, & votum implere, ſunt de iure Diuino naturali, ſicut præbere eleemoſynam in extrema neceſſitate conſtituto; & tamen non obligant cum vitæ periculo, vt haberur ex Azor. lib. 1. Inſt. moral. tom. 1. c. 11. q. 2. & Sanchez lib. 1. Decal. c. 18. n. 5.

Et tantò fortiùs, quia legere libros hæreticorum, non eſt actus intrinſecè malus, aliàs nunquam licitum eſſet huiuſmodi libros legere, iuxta ea, quæ docet Suar. de cenſur. diſp. 6. ſec. 3. & alij, quos refert, & ſequitur Sayr. lib. 1. Theſ. t. 1. c. 14. n. 37.

Immò Vgol. loco citato in fine, & Sanchez in d. c. 10. 2. lib. Decal. num. 49. exiſtimant, quòd ſi quis in contemptum fidei catholicæ fuerit compulſus hæreticorum libros legere, legens ipſe licèt peccet mortaliter, cùm hoc caſu mortem potius ſubire liberè deberet, ar. tex. in c. in ſacris de his, quę vi met. cauſ. fiu. in ſupradictam tamè excommunicationem non incideret: quia hic non delinquit in Eccleſiam, huiu ſmodi lectionem interdicentem, cuius tranſgreſſioni ſtatuta eſt hæc pœna: ſed in præceptum diuinum tuendæ fidei, & Religionis, Qua ratione excuſat etiam ipſe Sanchez ibi, & lib. 1. Decal. c. 7. n. 18. Chriſtianos remigantes in turcarum triremibus, quando Chriſtianos inuaduut, ab excommunicatione Bullæ Cœnæ. Quod quomodo procedat infra can. 3. Deo duce, dicemus.

Ad argumenta reſpondetur.

17 AD primum dicitur, quòd licèt legens per alium, cuius ope, ac miniſterio vtitur, & conſequenter qui audit legere auctorizando, dicatur moraliter legere per ſe ipſum; nihilominus ad incurrendam excommunicationem pro alioquo actu latam, non ſatis eſt, vt actus ille fiat purè moraliter, niſi fiat etiam phyſicè.

Vndè excommunicatio lata contra agentes, non extenditur ad mandantes, eſtò quòd mandans dicatur moraliter facere, l. 1. §. dejecciſſe, ff. de ũi, & vi arm.

Sic etiam excommunicatio promulgata contra auxiliantes, non comprehendit conſiliantes, vt ſupra diximus, & tamen qui conſulit moraliter, dicitur fauere, & auxilium dare, ar. tex. in l. quod fauore, C. de legib.

Hinc, quando canon vult excommunicare, nõ tantum facientem, ſed etiam mandantes, & conſulentes, & id exprimit, vt in c. Felicis, de pœn. in ſexto, & Clem. ſi quis ſuadente, eo. tit. & in multis noſtræ Bullæ canonibus. Aliàs excommunicatio lata contra facientes, non includeret mandantes, & conſilium dantes: quia qui per alium facit, non verè, ſed interpetratiuè dicitur facere, cùm per ſe ipſum non dicatur formaliter facere; ſed videatur facere, vt in c. famæ, in fine, de ſent. excom. in illis verbis. *Cum hoc non ipſi, ſed illi, quorum auctoritate id faciunt, facere videantur*. Mòdò verbum, videtur, fictionem importat; vt habetur ex glo. in l. nemo, ff. de reſtit. in integr. in var. Pollicetur, & ibi Bar. facit etiam tex. in c. 2. de cler. pugn. in duel. vbi pugil verè homicida dicitur, non autem mandans, licèt de homicidio teneatur: & in c. ſi quis viduam, 50. d. ponuntur, vt diuerſa mandare, & facere; prout re vera ſunt: quia mandatum, & conſilium præcedunt factum præcedere autem non poſſent, ſi verè ipſum factum eſſent.

Et quòd mandans non dicatur verè, & propriè facere, docent Bar. in l. ſi is qui pro emptore, n. 8. ff. de vſucap. & in l. ſed ſi vnus, §. ſeruus n. 2. ff. de. iniur. Iaſon in l. ſi quis id quod, n. 30. ff. de Iuriſ. omn. Iud. & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez, de Matr. lib. 3. diſp. 49. ſub n. 2. Et ita intelligitur tex. in d. l. is damnum, ff. de Regul. iur. Cum igitur qui per alium facit, non dicatur verè, ſed ficè, & interpretatiuè facere, atque adeò qui per alium legit, dicatur interpretatiuè legere, & non verè, conſequẽter ſequitur, quòd

au-

audiens legere libros hæreticorum, etiam auctorizando vt ſupra, non incidat in excommunicationem noſtri canonis: quia excommunica-
21 tio, & aliæ pœnæ cùm ſint odioſæ, non patiuntur extenſionem de caſu ad caſum, vt ſupra diximus, & docet Sanchez loco citato.

Ad tex. in d.c. Mulieres, reſpondemus, textum
22 illum non dicere, eum percutere verè, cuius auctoritate quis percutitur; ſed eum committere verè, cuius auctoritate, vel mandato committi comprobatur: quia verè committit in legem, ipſam violando, non autem verè percutere per alium percutiendo, ſed tantùm fictè. Et licèt prædictam reſponſionem impugnare videatur Abb. in d.c mulieres, n. 12. ex eo quòd ibi non agitur de peccato, ſed de pœna excommunicationis incurrenda, per mandantem percuti clericum, quæ lata eſt in facientem; tamen reſponſionem ipſam bene defendit Sanchez in d. diſp. 40. ſub n. 4. in ver. Ad ſecundum: dicens, verum eſſe ibi agi de pœna excommunicationis contrahenda, per mandantem percuti clericum: non quia mandans verè percutiat, & ita comprehenderetur ſub canone excommunicante percutientem; ſed quia textus ipſe extenditur ad mandantem: eo quòd mandans eſt verè reus delicti percuſſionis, licèt verè non percutiat.

Ad tex. in d. l. nihil Intereſt, reſpondet Da-
23 cian. tract. crim. lib. 9. c. 32. n. 2. Intelligi, vbi facto ipſo aliquis cauſam mortis præbet, vt ſi gladium tradat furioſo; ſecus autem ſi ſolo dicto, vt faciat, mandans.

Ad confirmationem dicimus, quòd ideò ex-
24 communicatio lata contra deferentes arma ad ſaracenos, extenditur ad mittentes: & Interdictum Ciuitatis extenditur ad ſuburbia: quia aliàs cenſuræ illæ redderentur fruſtratoriæ. Lex autem penalis extenditur de vno caſu ad alium, quando aliàs eſſet fruſtratoria, vel quaſi vt bene docet glo. finalis, in c. 2. de vſur. in 6. Felin. in c. translato, n. vl. ver. Tertiò nota. de conſt. Nauar. in Man. c. 27. n. 51. & alij, quos refert, & ſequitur Couar. lib. 3. var. reſol. c. 3. n. 9. n. 5. Et ita intelliguntur Iura illa in d.c. ſignificauit, c. ita quorundam, & c. ſi Ciuitas: nam ſi interdicta Ciuitate, non eſſent interdicta ſuburbia, ciues de facili concurrerent ad ſuburbia ad audienda diuina officia, & ad percipienda ſacramenta, atque adeò Interdictum latum contra Ciuitatem, efficeretur fruſtratorium. Et ſi excommunicatio lata contra deferentes arma ad ſaracenos, non comprehenderet mittentes, de facili inuenirentur infideles, qui ea deferrent: & ita fruſtra promulgata fuiſſet. At verò non ita de facili inueniri poſſent, qui libros hæreticorum legerent ad inſtantiam eos audire volentis: nam non ita de facili inueniuntur infideles, qui legerent; ſed oporteret eum vti fidelibus, qui timore excommunicationis non adeò faciliter ad legendum inducerentur. Quapropter excommunicatio lata contra legentes libros hæreticorum non redderetur fruſtratoria: & conſequenter non debet extendi contra audientes legere huiuſmodi libros.

Ad vltimum reſpondemus, quòd ad hoc, vt
25 aliquis participans cum excommunicato in crimine criminoſo, incidat in excommunicationem, d. cap. nuper, & cap. ſi concubinæ, plura debent concurrere, de quibus latè Sayr. lib. 2. Theſ. tom 1. c. 15. num. 16. cum pluribus ſeq. inter quæ præcipuè exigitur, vt excommunicatus, cum quo participatur, ſit nominatim excõmunicatus, ac etiam denunciatus, vt benè probat Sayr. loco citato, in ver. quartum eſt. & Sanchez lib. 2. Decal. cap. 10. num. 50. At in caſu noſtro; legens nec eſt nominatim excommunicatus, nec denunciatus.

Ad argumentum denique Alterij patet re-
26 ſponſio ex dictis: nam legere, quamuis ſit oculis percurrere, atque adeò colligere, quæ ſcripta ſunt, vt in d. l. 1. §. legi, ff. de his, quæ in teſtam. non tamen dici poteſt, quòd auribus voces percipere, ſeu colligere, ſit legere: aliàs ſequeretur,
27 quòd omnes audientes dicerentur formaliter legentes: quod eſt manifeſtè falſum.

Denique qui audit librum hæretici, quem le-
28 gendum non curauit, verba legentis auribus verè colligit: & tamen ipſe Alter. negat ſic audientem, legere: ergo idem dicendum eſt de eo, qui librum huiuſmodi legi audit, quem legendum curauerit: quoniam circa verborum collectionem non poteſt aſſignari diuerſitatis ratio. Si igitur in vtroque caſu militat eadem ratio; ergo eadem quoque militat iuris diſpoſitio, vt in l. illud, ff. ad legem Aquil.

ADDITIO.

a Excuſari. Contrariam ſententiam puto veriorẽ eſſe quam vltra Doctores relatos hoc loco à Duardo, tenet Suar. de Fide, diſp. 20. n. 19. Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 15. num. 6. & Megal. in 3. par. lib. 3. cap. 1. num. 38. Etenim hoc caſu militat eadem ratio periculi, cùm auditus non ſit minus ſenſus diſciplinæ, quàm viſus. Et ratio cur prohibeatur lectio librorum hæreticorum eſt, vt integritas Fidei Catholicæ retineatur, & conſeruetur; ita vt Fideles non ſint paruuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ, &c. vt patet ex proœmio Bullæ Cœnæ. Vndè cùm ex ratione legis expreſſa colligatur mens legis, vt in clemen. 1. de elect. hinc fit, quòd prohibitus legere libros hæreticorum, cenſetur etiam prohibitus illos audire: quia licèt in pœnalibus regulariter non fiat extenſio; nihilominus quando indemnitas rationis eſt in lege expreſſa, vel indubitatè præſumpta, tunc habet locum extenſio, etiam in pœnalibus, vt habetur ex Panorm. in cap. quia in inſulis de ſtat. Monac. Imol. & Gemin. in cap. ſi poſtquam, de elect. lib. 6. ad quod facit tex. in cap. ex parte de poſtul. vbi prohibitio de aduocando facta monachis, extenditur ad Canonicos Regulares: ſi quidem licèt ſint diuerſi; nihilominus in eis militat eadem Religionis ratio.
D. Cæſar.

An audiens legere libros hæreticorum, hæresim continentes, aut de Religione tractantes, si deinde aliqua ex illis memoriæ mandata recitet, incidat in excommunicationem præsentis canonis. Q. 49.

SVMMARIVM.

1 *Qualis percurrens librum hæreticorum, hæresim continentem, aut de Religione tractantem, dicitur illum legere, & propterea in excommunicationem incidit.*

2 *Recitantes memoriter librum hæreticum, non incidunt in excommunicationem latam contra legentes libros hæreticorum.*

3 *Memoriter recitare, non est legere.*

1 IN hac difficultate Graff. in explicatione nostri canonis, lib. 4. Dec. p. 1. c. 18. n. 45. dicit, quòd legere librum hæreticum non solùm dicendus est, qui tenens librum, seu scripta in manibus, legit, sed etiã is, qui nihil exprimit, sed oculis percurrit, iuxta tex. in l. 1. vbi glo. Bal. & alij, ff. de his, quæ in testam. delen. Bar. in l. qui Romæ, §. duo fratres, q. 4. in fine, ff. de verb. oblig. sed etiam, qui memoriter pronunciat ea, quæ prius sciebat, atque adeò videtur velle, quòd memoriæ mandata ex libris hæreticis recitans, incidat in excommunicationem præsentis canonis. In eandem sententiam videtur inclinare Sayr. lib. 3. Thes. tom. 1. c. 5. n. 13. dùm ait, citantem huiusmodi, non incurrere, quando bono fine recitat: quasi contrarium sentiat, vbi malus est finis.

Secunda sententia; quæ nobis magis proba-
2 tur, est Vgol. in explicatione eiusdem canonis, in ver. Ac eorundem. § 1. num. 4. ver. Decimò: quem refert, & sequitur Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. n. 47. dum dicunt, quòd memoriter recitãtes librum hæreticum, non sunt excommunicati. mouentur ex eo quòd aliud sit legere, & aliud memoriter recitare: vt in c. fin. de re iud. lib. 6. &
3 c. 1. de sent. excom. eo. lib. Quo circa sententia excommunicationis lata contra legentes libros hæreticorum, non est extendenda in memoriter eos recitantes: quia in pœnis, vt est excommunicatio, non fit extensio de casu ad casum, vt sæpe diximus.

An legentes libros Græcorum, Armenonorum, & similium græcanicos ritus, & non latinos continentes, in aliquam cẽsuram incidant. Q. 50.

SVMMARIVM.

1 *Græcorum errores enumerantur.*

2 *Græcorum, & aliorum Occidentalium Christianorum libros legentes, etiam si aliquam hæresim contineant, aut de Religione tractent, non incidere in excommunicationem nostri canonis, qui teneant.*

3 *Græci, & alij Orientales, qui Romani Pontificis Imperium recusant, non hæretici, sed schismatici dicuntur.*

4 *Græci tenentes Spiritum sanctum à Patre procedere quomodo sint intelligendi, & quonam pacto saluentur ab hæresi propter errores, quos habent fidei catholicæ contrarios.*

5 *Hæreticus non datur, nisi cum errore coniunctam habeat pertinaciam.*

1 IN hac re quidam opinantur, Græcos, Armenos, & similes Orientales Christianos, esse hæreticos: quo circa legentes eorum libros, hæresim continentes, aut de Religione ex professo tractantes, proculdubio in excommunicationem præsentis canonis incidunt: & qui alios eorum libros legeret, qui hæresim non cõtineãt, nec de Religione tractent, contraheret excommunicationem in Indice contentam. Quòd Græci, & similes Orientales Christiani sint hæretici, probatur ex eo, quòd nonnulla contra fidem catholicam profitentur, & credunt. Volũt enim primò Spiritum sanctum, non à Filio, sed à Patre tantùm procedere. Secundò dicunt, Romanum Pontificem nõ esse totius Ecclesiæ generalem Pastorem. Tertiò negant dari Purgatorium ignem, quo defunctorum animæ à peccatorum pœnis, pro quibus dum viuerent non satisfecerunt, expiantur. Quartò proficentur Iustorum animas, in Cœlum admissas, ante generalis Iudicij diem, Dei faciem non videre. Quintò dissident ab Ecclesia Romana in cæremonijs, ac ritibus conferendi, & recipiendi sacramenta. Quæ omnia sunt contra fidem catholicam.

His tamen non obstantibus, contrariam sen-
2 tentiam arbitror de Iure veriorem esse, quam tenet Azor. lib. 8. Inst. moral. p. 1. c. 16. q. 8. Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. n. 27. nempè legẽtes Græcorum, & aliorum Orientalium libros, quòd in excommunicationem nostri canonis non incidant.

Probatur, quoniam horum cæremoniæ, ac ri-
3 tus, non sunt hæretici; vt ex solutione contrariorum clarissimè patet. Nam ẽstò, quòd Græci, Armeni, & similes Orientales, qui Romani Pontificis Imperium recusant, sint schismatici: non tamen sunt hæretici, & ideo legentes eorum libros, si hæresim contineant, aut hæresis suspicionem habeant, incidunt in excommunicationem, quæ in Indice habetur iuxta ea, quę supradiximus.

Ad primum igitur articulum respondent ali-
4 qui relati ab Azor. loco citato, quòd ideo Græci dicunt Spiritum sanctum à Patre tantùm procedere, & non à filio; quia opinantur, Latinos tenere Spiritum sanctum procedere à Patre, & Filio, tamquam ex duobus principijs: & à Filio procedere æquè ac ex Patre: cùm tamen Ecclesia Romana doceat procedere à duabus personis, tanquam ab vno principio, & spiratore: & procedere à Filio: eo quòd Filius per generationem accipit à Patre quicquid Pater habet, præter relationem, & originem, qua tanquam Filius à Patre distinguitur, & ideo, sicut Filius à Patre per æternam generationem habet quòd sit Deus; ita quoque à Patre voluntatem habet, qua Spiritus sanctus vnà cum Patre ab æterno spirat, & producitur. Vndè ad hoc significandum, Græci dicunt, Spiritum sanctum à Patre per Filium procedere ab omni æternitate. Et ita fortè intelligitur tex. in l. 2. C. de sum.

Trin.

Trin. & Fid. Cath. vbi Imperator ait, Spiritum ſanctum à Patre procedere.

Ad ſecundum dicitur, quòd Orientales non negant S. Pontificis primatum ſuper vniuerſalē Eccleſiam, ſed tantùm dicunt, generale Concilium legitimè congregatum habere maiorem poteſtatem in rebus fidei, & reliquis, quæ ad generalem Eccleſiæ ſtatum pertinent, definiendis. Quę quidem ſententia fuit Gerſoois, & Pariſienſium Theologorum, nondum ab Eccleſia tanquam hæretica generali decreto damnata, quāuis falſiſſima in ſe ipſa.

Ad tertium dicimus, quòd Orientales Purgatorium ignem non negant: eo quòd ſacrificia, & preces offerūt pro defunctis; quę cum Beatis, ac damnatis prodeſſe nō poſſint, dicendum eſt pro animabus in gratia, adhuc purgandis, offerri.

Ad quartum reſpondetur, quòd etſi fateantur Græci, Iuſtorum animas in cęlū receptas, clarè Dei faciem non videre ante vniuerſalis Iudicij diem: tamen errant illi, ſicut nonnulli ex veteribus Patres, qui id quoque exiſtimarunt; verùm eorum error, cùm non ſit cum pertinacia coniunctus, cùm ſibi non perſuadeant, Eccleſiam catholicam contrarium fateri, non eſt ſufficiens ad reddendum illos hæreticos: quia non datur hæreticus, niſi cum errore habeat coniunctam pertinaciam.

Ad vltimum dicitur, quòd etſi Græci cęremoniis, & ritibus vtantur diuerſis ab Eccleſia Romana: tamen ab eadem Eccleſia dicti ritus non fuerunt damnati, vt hæretici *a*. Ex quibus patet, quòd cùm dicti Orientales non ſint hæretici, eſto quòd ſint ſchiſmatici, prout ſchiſmatici ſimpliciter nuncupātur, legentes eorum libros, non inciduot in excommunicatioonem noſtri canonis, cùm in eo non excommunicentur legentes libros ſchiſmaticorum, ſed legentes libros hæreticorum. Quod ſi comprehendantur aliqui ex dictis Chriſtianis orientalibus mala fide errare circa ſupradictos fidei articulos tunc legentes eorum libros, hæreſim continentes, aut de Religione tractantes, incidunt in cenſuras, quas contrabunt legentes libros hæreticorum: quia tunc dicti Orientales, eſſent formaliter hæretici.

ADDITIO.

a Vt hæretici. Suar. tamen in ſuo tract. de fide, diſp. 20. ſect. 1. num. 12. & Fagundez de præcept. Eccleſ. præcep. 3. lib. 1. cap. 2. volunt huiuſmodi Græcos eſſe formaliter hæreticos: nam vltra errores, quos habent circa Incarnationem, Trinitatem, & Primatum Romani Pontif. ritus ſuos ita defendunt, vt Eccleſiæ ritus malos eſſe contendant. Siquidem Græci dicunt, conſecrationem non eſſe validam, ſi fiat in azymo; atque adeò fermentatum panem eſſe de neceſſitate Sanctiſſimi Euchariſtię Sacramenti; ita vt nec licitè nec validè in azymo poſſit conſecrari, aut præceptum communionis in Paſcha impleri, vt latè habetur ex Fagundez loco citato, ſub num. 1. qui probat hunc errorem cępiſſe mille, & viginti annos poſt Domini aduentum, vt colligitur ex Leone IX. epiſt. ad Michaelem, Patriarcham Conſtantinopolitanum, cap. 5. & ex D. Anſel. lib. de fermentato, & azymo. Etenim in principio naſcentis Eccleſiæ ex communi conſuetudine tum Græcorum, tum etiam Latinorum conſecratio fiēbat in azymo tantùm pane; ſicut Chriſtus conſecrauit: verùm, inſurgente poſtea Hebionitarum hæreſi, aſſērentium ſimul cum Euangelio ſeruanda eſſe legalia, in odium talis hæreſis tota Eccleſia tam Latina, quàm Græca cępit conſecrare in fermentato. Extincta deinde prædicta Hebionitarum hæreſi, Latina Eccleſia redijt ad priſtinam ipſius conſuetudinem conſecrandi in azymo: Græci verò noluerunt iterum ad azymum redire, & cum Latina conſecrare; atque adeò, vt ſuum modum tuerentur, excogitare cęperunt, Chriſtum Dominum in fermentato conſecraſſe, & in decima tertia luna, quando in domibus Iudæorum non erant panes azymi: & propterea conſecrationem in azymo non eſſe validam: quod eſt manifeſta hæreſis, vt latè probat Fagundez d. cap. 2. per totum. Vndè Græci cùm ſint hæretici, hinc fit, quòd legentes eorum libros, hæreſim continentes, aut de Religione tractantes, incidunt in cenſuram Bullæ Cœnę.

Eſt tamen verum, quòd quamplurimi Sacerdotes Græci licēt conſecrent in fermentato; nihilominus, quia tenent, & credunt, Eccleſiam Latinam licitè quoque, ac validè conſecrare in azymo, non dicuntur hæretici, & ideo eorum libros legentes non incidunt in excommunicationem huius canonis: quoniam error hæreticorum non conſiſtit in conſecratione in fermentato: nam validam eſſe talem conſecrationem, non minus quàm in azymo, Eccleſia Romana docet, & tenet: ſed eorum error conſiſtit in hoc, quòd negant, conſecrationem validè fieri poſſe in azymo. Vndè Græcis, qui talem errorem non habent, permittit Romana Eccleſia in fermentato conſecrare: ſiquidem fermentum maſſam non corrumpit ſubſtantialiter; ſed tantùm alterat, ac diſponit accidentaliter.

Illud autem nolui hoc loco ſilentio prætereundum, quòd quamuis tam Græcis, quàm Latinis licitum ſit eorum ritus ſeruare in conſecrando, ac communicando; non tamen licitum eſt Græco conſecrare in azymo, & in azymo communicare: nec Latino in fermentato: quoniam licēt conſecrarent; nihilominus ſeralem culpam contraherent, vt habetur ex D. Thom. 3. p. quæſt. 74. art. 4. Caiet. ibi, & Suar. tom. 3. 3. p. D. Thom. diſp. 44. ſect. 3. 5. Dico tertiò: & Quartò dico. Tolet. lib. 2. ſuæ ſum. cap. 25. num. 6. Henr. lib. 8. De Euch. cap. 10. Bellarm. lib. 4. De Euch. cap. 8. & Fagundez loco citato, num. 5. & 6. vbi etiam num. 8. ait, quòd in Eccleſia Latina reperiri poſſunt, immò & de facto reperiuntur nonnullæ Græcorum Eccleſiæ, in quibus Græcorum ritus ſeruantur: & è conuerſo inter Græcos inueniri poſſunt Eccleſiæ Latinæ, in quibus Latini ritus ſimiliter obſeruantur tam in communicando, quàm in conſecrando. In huiuſmodi autem Eccleſijs vnuſquiſque ſeruare tenetur ſuæ Eccleſiæ ritum, & conſuetudinem: ſiquidem tunc perinde ſe habet, ac ſi in propria Eccleſia Græca, vel Latina verſaretur, vt habetur ex Leone IX. in d. epiſt. ad Michaelem, cap. 29. Suar.

29. Suar. loco ſupra relato, §. illud verò, & Fagúdez d. num. 8. addentes inſuper, non licere Sacerdoti Latino in Templo Græcorum exiſtente in Eccleſia Latina conſecrare in fermentato, & Fidelibus Latinis in fermentato communicare, quamuis Græci Sacerdotes, & Fideles id ibidem poſſint efficere: quoniam illud eſt veluti ſpeciale priuilegium Græcis conceſſum, quo vti non poſſunt Latini, neque illo gaudent. Eſt tamen verum, licitum eſſe Latino Sacerdoti, ſi reperiatur in Terris Græcorum, & in eorum Eccleſia celebret, conſecrate in fermentato, ſiue domicilium ibi habeat, ſiue ſit peregrinus: nam vnuſquiſque peregrinus, & aduena tenetur illius Eccleſiæ conſuetudinem ſeruare, in qua actu verſatur: qua ratione Græcus etiam non ſolùm poteſt, ſed etiam debet in azymo conſecrare, ſi tranſitu reperiatur per Eccleſias Latinas. Ita Suar. loco citato, & Fagundez d. cap. 2. n. 8. & 9. cum alijs, quos allegat. Abb. Alex.

Ibi *(Aut retinentes, &c.)* An, & quando retinentes libros hęreticorum, incidant in excommunicationem præſentis canonis. Q. 51.

SVMMARIVM.

1 *Retinentes hæreticorum libros, hæreſim continentes, vel de Religione tractantes, incidunt in excommunicationem huius canonis.*
2 *Retinentes hæreticorum libros, ſunt excommunicati quæcunque dignitate ſint prædíti, etiamſi Cardinales ſint, Epiſcopi, aut Imperatores.*
3 *Retinentes hæreticorum libros, non iuuantur aliquo priuilegio, quo minus in excommunicationem incidant.*
4 *Componentes libros, hæreſim continentes, aut de Religione tractantes, cùm hæretici ſint, duplicem excommunicationem contrahunt.*
5 *Retinentes hæreticorum libros, ſunt excommunicati, etiam ſi eorum auctores ignorent, dummodo ſciant, hæreticorum eſſe.*
6 *Retinens librum hæreticum ſine authoris nomine, ſi non doceat de authore, ipſe præſumitur auctor: quæ præſumptio eſt ſufficiens indicium ad torturam.*
7 *Iudæi, & alij infideles retinentes hæreticorum libros, licèt non ſint excommunicati; poſſunt tamen ab Inquiſitoribus pœna arbitraria puniri.*
8 *Retinentes hæreticorum libros, quocunque titulo illos teneant, ſunt excommunicati, ſiue titulo dominij, poſſeſſionis apud ſe habeant: aut ſiue titulo depoſiti. &c.*
9 *Seruus, licèt non dicatur poſſidere, cùm ſit incapax eorum, quæ ſunt iuris ciuilis; tamen poteſt rem aliquam tenere.*
10 *Tenere, merum factum ſignificat, & differt à poſſidere.*
11 *Nautæ, Caupones, & Stabularij, quando dicantur hæreticorum libros tenere, & in excommunicationem incidere.*
12 *Tenere dicuntur conductores, comodatarij, depoſitarij, &c.*
13 *Retinentes libros hæreticorum, quocunque fine teneant, ſunt excommunicati.*
14 *Lex, quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
15 *Retinentes hæreticorum libros, vt in catholicorum Prouincias deferant, non ſolùm ſunt excommunicati, vt tenentes hæreticorum libros, ſed etiam vt eorum fautores.*
16 *Deferentes libros hæreticorum ab eorum Prouinciis, in Prouincias catholicorum, quæ pœna puniantur.*
17 *Retinentes libros hæreticorum, non vt legant, ſed vt aromataria obuoluantur, excommunicationem contrahunt.*
18 *Retinentes hæreticorum libros ſunt excommunicati, ſiue tractent de hæreſi ex profeſſo, ſiue incidenter: & ſiue de Religione tractent ex profeſſo, eſto quòd nullam hæreſim habeant.*
19 *Retinentes partem libri hæretici, etiamſi hæreſim pars illa non contineat, ſunt excommunicati.*
20 *Retinentes libros hæreticorum, ſunt excommunicati, etiam ſi libri ſcripti ſint lingua, quam non intelligunt.*
21 *Retinentes libros hæreticorum, an & quando vt hæretici condemnari poſſint.*
22 *Libri hæreticorum deſignant traditorem ſuum, ſicut Dominus deſignauit Iudam.*
23 *Teſtes inhabiles admittuntur contra hæreticos, qui aliàs non admitterentur.*
24 *Libri hæreticorum reperti penès aliquem, an, & quãdo probent, vel indicent, illum hæreticum eſſe.*
25 *Indicia, & coniecturæ, quæ non ſunt violentæ, non faciunt criminoſum aliquem.*
26 *Libros hæreticorum ciuiliter tantùm poſſidentes, in excommunicationem non incidunt.*
27 *Tenere differt à poſſidere ciuiliter: quia tenere merum factum ſignificat; poſſidere autem ciuiliter, ad Ius refertur.*
28 *Pœnæ non extenduntur de caſu ad caſum.*
29 *Retinentes hæreticorum libros, tunc demum excommunicationem contrahunt, vbi ſcienter retinent.*
30 *Ignorantia excuſat retinentes libros hæreticorum, ſiue ignorantia probabilis ſit, ſiue concomitans, & ſiue craſſa, vel affectata.*
31 *Retinentes libros hæreticorum per breue temporis ſpacium, non incidunt in excommunicationem.*
32 *Retinentes libros hæreticorum per longum temporis ſpacium, eo quòd non habuerunt commoditatem deferendi illos, ad quos ſpectat; non ſunt excommunicati.*
33 *Retinentes libros hæretieorum per breue temporis ſpacium, etiamſi comodam habuerint deferendi eos occaſionem ad Inquiſitorem, ab excommunicatione excuſantur.*
34 *Comburentes, aut lacerantes libros hæreticorum ſtatim ac ad ipſos peruenerint, in excommunicationem non incidunt, nec de hæreſi dicuntur ſuſpecti.*
35 *Retinentes ſcholia hæreticorum addita libris catholicorum, in excommunicationem non incidunt.*
36 *Retinentes epiſtolam, aut concionem alicuius hæretici, hæreſim continentem, non ſunt excommunicati.*
37 *Retinentes libros hæreticorum ante eorum lapſum, vel poſt reſipiſcentiam ab eiſdem compoſitos, an, & quando ab excommunicatione excuſantur.*
38 *Retinentes libros alicuius cathecumeni, qui à fide receſſit, etiam ſi hæreſim contineant, aut de Religione tractent, excommunicationem huius canonis non contrahunt.*
39 *Retinentes libros Magorum, an in excommunicationem incidant.*
40 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſunt legere, & apud ſe tenere quoſcumque libros hæreticorum.*

IN

IN hac re nonnulla, quæ ſupra diximus de legentibus hæreticorum libros, applicari poſſunt ad eoſdem retinentes: quapropter, huiuſmodi materiam, vt breuiter explicemus vnicâ concluſionem ponentes, eandem multis modis ampliabimus, ac limitabimus. Sit igitur

Vnica Concluſio.

1 TEnentes hæreticorum libros, hæreſim continentes, aut de Religione tractantes, incidunt in excommunicationem præſentis canonis. Hęc concluſio patet ex tenore eiuſdem canonis, in illis verbis. *Ac eorundem libros, hæreſim continentes, vel de Religione tractantes, ſine auctoritate noſtra, & ſedis Apoſtolicæ ſcienter legentes, aut retinentes &c.*

2 Ampliatur primò hæc concluſio, vt excõmunicatio prædicta alliget quoſcunque retinentes huiuſmodi libros, ſiue maſculi ſint, ſiue fœminę: ſiue clerici, ſiue laici: in quacunque dignitatis culmine poſiti. Quo circa comprehendit Imperatores, Reges, ac etiam Cardinales, & Epiſcopos, & quoſcunque alios Prælatos: quia cùm canon ipſe indefinitè lõquatur, indefinita æquipollet vniuerſali. ar. tex. in l. de quibus, & ibi Doct. ff. de leg. 2. & l. de pretio, ff. de publ. in rem action.

3 Nec ſi hos legendi habeant priuilegium, eis proderit: quoniam priuilegia omnia legendi, ac retinendi hæreticorum libros reuocata fuerunt à Iul. III. Paulo IV. & Pio IV. quorum meminit Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. n. 45. & Farin. de hæreſi, q. 180 n. 43. cum alijs Doctoribus, quos allegant. Eſt tamen verum, quòd ſi qui poſt dictorũ Pontificum conſtitutiones, retinendi, aut legendi prædictos libros priuilegia obtinuerint, rata ac firma dicenda ſunt, donec denuò reuocẽtur, vt bene notat idem Sanchez loco citato.

4 Item prædicta excommunicatione alligãtur, qui prædictos libros compoſuerunt: nam hi hæretici quoque ſunt, atque adeò duplicem contrahunt excommunicationem: alteram ſcilicet, vt hæretici ſunt: alteram vt retinẽtes libros hæreticorum, ſicut ſupra probauimus, quoad hæreticos legentes eorum libros, q. 35. con. vltima amp. 3. num. 27.

5 Immo ſub hac excommunicatione comprehenduntur retinentes huiuſmodi libros, etiã ſi auctorem libri ignorent; dummodo ſciant hæretici eſſe, ſi iuxta ea, quæ diximus ſupra in d. q. 35. amp. 2. vlt. con. n. 26. Et ſi non doceant de auctore, ipſi præſumuntur auctores, & compoſitores, vt rectè docet Decian. in tract. crim. lib. 5. c. 46. num. 26. ver. Puto autem, vbi ait ex horum librorum retentione oriri vehementiſſimam hæreſis ſuſpicionem, ad torturam ſufficientem, contra retinentem, & nõ indicantem nomen auctoris: qui ſi nollet abiurare, pro hæretico eſt condemnandus. Quod verum exiſtimat Farin. in d. q. 180. n. 21. Si tortura illata non fuit; ſecus autẽ ſi fuerit tortus; & intortura perſtitit: nam tunc non poſſet cogi ad abiurandum.

7 Iudæi quoque & alij Infideles retinentes hæreticorum libros, & alios ſimiles prohibitos, licèt non incidant in excommunicationem, cùm cenſurarum ſint incapaces; poſſunt tamen puniri ab Inquiſitoribus pœna arbitraria, vt annotauimus ſupra in d. q. 35. con. vltima, amp. 1. n. 24.

8 Secundò ampliatur, vt tenentes libros hæreticorum ſint excommunicati, quocunque titulo illos teneant: atque adeò non modò iure dominij, & naturalis poſſeſſionis, quo caſu dicuntur tenere, & poſſidere; eo quòd rei ſuæ naturalem poſſeſſionem habeant, vt in l. ſi aliquam rem, ff. de acquir. poſſeſſ. ſed etiam ſi eorum ſimplicem habeant detentionem, vt ſi depoſitarij eſſent: nã depoſitarius, licèt non dicatur poſſidere; tamen rem apud ſe depoſitam dicitur verè, & formaliter tenere, vt in l. officium, in fin. ff. de rei vend.

9 Sic etiam ſerui, in quibus ius poſſidendi non cadit, cùm incapaces ſint eorũ, quæ ſunt iuris ciuilis, tenere quidem poſſunt, poſſidere autẽ non poſſunt, vt in l. poſſeſſio, §. 7. de acquir. poſſeſſ. & l. ſtipulatio iſta, §. hæc quoque ſtipulatio, ff. de
10 verb. oblig. eo quòd tenere, merũ factum ſignificat, & ad poſſeſſionem naturalem, ſeu corporalem refertur, poſſidere autem, non tantũ corporis eſt, ſed etiam iuris, vt patet ex iuribus ſupra allegatis. Quo circa, ſi huiuſmodi libros ſeruos Chriſtianos apud ſe habere contingat, cùm eos tenere formaliter dicantur, procul dubio in excommunicationem noſtri canonis incidunt.

11 Hac eadem ratione arbitror, Nautas, Caupones, aut Stabularios, qui aduentãtium libros vt ſupra hereticos in eorum nauim, cauponam, aut ſtabulum inuectos, vel illatos viderint, ſcienter eſſe hæreticos, & non prohibuerint, incidere in eandem excommunicationem: quia eo ipſo quòd viderint cenſentur illorum cuſtodiam recepiſſe, niſi expreſsè recuſauerint, vt in l. 1. §. fin. ff. nau. caup. & ſtabul. & conſequenter tenere. Quod ſi inuectos, aut illatos non viderint, vel probabiliter ignorauerint eſſe hæreticorum, tunc excuſantur ab excommunicatione: qui primo caſu non cenſentur eorum cuſtodiam recepiſſe, vt in d. §. fin. Et ſecundo caſu ignorantia facit actum inuoluntarium, vt ſupra. q. 36. & 37. declarauimus.

12 Idem dicendum eſt de his, qui titulo commodati, conductionis legaturum ſeruandorum cauſa, &c. huiuſmodi libros apud ſe habent: nam cùm iſti verè, & propriè dicantur eos tenere, vt in d. l. officium, §. 1. excommunicationem ipſam contrahunt. Hanc eandem ſententiam tenet Alter. hoc loco cap. 7. in ver. Tenentes. vbi etiam in ver. De his: refert ordinationes circa tenentes, & vendentes libros, quæ habentur in decima regula Indicis Pij IV. quibus primò præcipitur, vt in Ciuitate ſit domus, & bibliotheca librorum, quæ ſæpe viſitetur à perſonis deputandis ab Epiſcopo, & Inquiſitore. Secundò, vt librarij in ſuis bibliothecis Inditem habeant, aut librorum notam, ab eiſdem perſonis ſubſcriptam: & præter eos, quorum nomina in Indice conſcripta ſint, nullum librum habeant, aut vendant; niſi notoriè conſtet librum aliquem eſſe omnibus permiſſum. Tertiò introducentes libros in Ciuitatem, tenentur illos præfatis perſonis oſtendere, nec ante facultatem habitam audeant illos diſtrahere, aut alteri legendos tradere; niſi notoriè conſtet omnibus eſſe permiſſos: & id ſub pœna amiſsionis librorum, & alijs arbitrio Epiſcopi, & Inquiſitoris reſeruatis. Quòd ſi libri continent hæreſim, vel de Religione tractant ob ſuſpicionem falſi dogmatis, vt ſunt libri hæreticorum, contrauenientes

nientes alligantur quoque excommunicatione præſentis canonis, aut Indicis.

Tertiò ampliatur, vt tenentes hereticorum libros, quocunque fine *b* illos apud ſe habeant,
13 ſint excommunicati. Vnde ſi retineant, vt ipſis ſtudeant, vt hæreticorum doctrinam ſequantur, in excommunicationem incidunt; & eandem contrahunt, ſi eiſdem vacent ad eorum errores confutandos, aut curioſitatis gratia; quia canon non diſtinguit de cauſa retentionis: quapropter nec nos diſtinguere debemus, ar. tex. in l. de pretio, ff. de public. in rem actio. Idem eſt, ſi retineant comburendi animo, vel deferendi eos ad Inquiſitorem poſtquam legerint, aut vt vendât, permutent, locent, donent, aut quocunque titulo in alios transferant; eſtò quòd non legant. Ita Vgol. in explicat. huius canonis, in ver. Retinentes, à n. 2. ad 4.

Et multò magis hæc cenſura locum ſibi vendicat in retinentibus huiuſmodi libros, vt ex he-
15 reticorum Prouincijs in terras catholicorum fidelium deferant: nam hi vt hæreticorum fautores reputari debent, & vt tales puniendi ſunt: & inſuper ſi deſerant de iure ciuili capitali pœna puniuntur: & legibus canonicis, quibus hoc euẽ tu iudicari debent, præter excommunicationem bonorum quoque confiſcationis pœna plectuntur: & ſi viles fuerint, fuſtibus cæduntur:
16 ſi honeſtiores, exilio mulctantur. Ita habetur ex Pegna in Eymer. p. 2. Diect. com. 17. ad. c. nouerit de ſent. excom. ver. Idem iudicio. Azor lib. 8. Inſt. moral. p. 1. cap. 17. q. vl. & Farin. de hæreſi. q. 180. num. 15.

Idem dicendum eſt de aromatarijs, & lanijs,
17 qui detinent huiuſmodi libros, non vt legant, ſed vt ijs carnes, ac aromata obuoluant, dum ea vẽdunt: nam hi eodem modo in dictam excommunicationem incidunt: eo quòd libros ipſos verè retinent. Nec ratio aliqua habenda eſt de eorum intentione, quam habent, nempè quòd non retineant legendi animo, alijſue legendos tribuant, vt benè notat Vgol. loco citato, §. 1. in ver. Quartò in excommunicationem.

Quartò ampliatur, vt tenentes hæreticorum
18 libros, in excommunicationem incidant; ſiue libri tractent de hæreſi ex profeſſo, ſiue incidenter: ſiue vnam, ſiue plures hæreſes contineant: & ſiue de Religione ex profeſſo tractẽt; eſtò quòd nullam hæreſim permiſtam habeant: iuxta ea, quæ ſupra annotauimus q. 39. 40. & 41.

Item hæc excommunicatio comprehendit
19 tenentes huiuſmodi libros, ſiue vnum teneant, ſiue plures: vt de legentibus ſupra diximus, q. 35 concl. vlt. ampl. 7. num. 32. ſic etiam ſi teneant li-
c brum integrum, vel eius tantùm partem *c*, etiã ſi pars illa hæreſim non contineat; vt contra Vgol. rectè docet Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. n. 54. quia eo ipſo, quòd aliqua pars libri hæreſim contineat, prohibitus eſt totus liber, & legens partem, in qua non eſt hæreſis, etiam, ea deleta, excommunicationem contrahit, vt ſupra probauimus, q. 39. amp. prima: & ſecunda, à num. 4. ad 11. Eodem modo dicendum eſt de tenente librum hæreticum manu ſcriptum, vel typis excuſum; vt de legente ſupra diximus, q. 35. conc. vlt. amp. 6. n. 31.

Item excommunicatio iſta extenditur contra
29 tenentes huiuſmodi libros, etiam ſi lingua ſcripti ſint, quam non intelligant: *d* quia retentio hæc non attendit libri intelligentiam; ſed id, quod prohibuit Romanus Pontifex; qui prohibet huiuſmodi libros non ſolùm apud aliquos eſſe, ſed etiam vult pœnitus exterminari. Ita Sanchez loco citato num. 52.

Et denique retẽtio librorum hereticorum de Religione tractantium ex profeſſo, prohibita eſt, etiam ſi in illis contineantur aliqua vtilia, & bona. Vt videre eſt apud Farin. in. d. q. 180. num. 25. & 26.

Quintò ampliatur, vt retinentes hæreticorũ
21 libros hæreſim cõtinentes, aut de Religione ex profeſſo tractantes, vltra excommunicationem, quam contrahunt, vt hæretici exiſtimentur, vt eſt tex. in c. ſanè, vbi etiam Arch. 24. q. 2. in quodam tractaretur de hæreticorum libris, dicitur, quòd iſti libri ita deſignant traditorem ſuum,
22 ſicut Dominus deſignauit Iudam. Hanc eandẽ ſententiam tenet Io. Andr. in c. filij, de hæret. lib. 6. Rom. ſing 326. Hypp. de Marſil. conſ. 52. n. 34. Graff. in explicatione huius canonis, lib. 4. deciſ. p. t. c. 18. n. 36. & Vgol. eodem loco, in ver. Retinentes, n. 2. vbi ex Rebuffo, de hæreſi condemnari ſimiliter poſſe, arbitratur. Et ad hoc facit etiam textus in c. in fidei, de hæret. lib. 6. dum ob enormitatem criminis hæreſis, in eius odium. & in fidei fauorem vult admitti in teſtes contra
23 hæreticos excommunicatos, participes, & ſocios criminis, qui aliàs non admitterentur; ergo eſtò quòd hæreticorum libri reperti penès aliquem, non faciant plenam probationem contra eum, quòd ſit hæreticus, conuincunt tamen ad illum condemnandum de hæreſi; cum fidei fauore, & odio hæreſis ſufficiant dicta teſtium, qui de iure reprobantur.

Quod quidem verum eſſe putat Azor. lib. 8.
24 Inſt. moral. p. 1. c. 16. q. 10. & alij relati à Farin. de hæreſi n. 180. n. 34. propè finem, de libris hæreſim continentibus, repertis penès aliquem, qui illos compoſuit ex propoſito, ſciens ea, quæ in illis continentur, eſſe contra fidem catholicam. Et ita intelligunt tex. in d. c. ſanè; dicentem, quòd iſti libri deſignant proditorem ſuum, ſicut Dominus deſignauit Iudam: Secus autem ſi huiuſmodi libri reperiantur penès aliquem à quo editi non fuerant: quia tunc non ſunt ſufficientes ad conuincendum: ſed tantùm ad præſumẽdum ipſum hæreticum eſſe. Et hoc etiã ſi dicat, quòd eos nunquam legerit, vt habetur ex Decian. in tract. crim. lib. 5 c. 37. n. 56 & c. 46. n. 32. atque adeò præſumptio iſta erit ſufficiens indicium ad torturam, dummodo is, apud quem fuerint tales libri reperti, ſit malæ vitæ, ac famæ: aut aliàs de hæreſi infamatus: nam ſi eſſet bonæ vitæ, ac famæ, nec vnquam aliàs de hæreſi ſuſpectus, vel diffamatus, aliter eſt dicendum. Vt bene probat Farin. loco citato n. 48.

Bene verum eſt quòd ſi cum retentione librorum prohibitorum concurrant etiam contra retinentem coniecturæ grauiſſimæ; hoc caſu procedi poteſt, etiam ad condemnationem, vt habetur ex eodem Farin. ibidem n. 35. vbi etiam n. 33. & 34. latè hanc materiam pertractat. Et ita intelligendum puto tex. in d. c. in fidei, de hær. lib. 6. nimirum, vt tunc demum teſtes inhabiles admiſſi in crimine hæreſis ſufficiant ad condemnationem, quando ex eorum atteſtatio

nibus

nibus insurgunt violentæ, præsumptiones: nam præsumptiones, coniecturę, & indicia, quę non sunt violenta, non faciunt criminosum aliquem vt in c. Litteras, de præsump.

Sic ampliata limitatur primò dicta conclusio
26 vt prædicta excommunicatio nō includat eos, quorum nomine hæreticorum libri ab aliquo possidentur: nam licèt hi dicantur huiusmodi libros possidere; tamen non possident eos naturaliter, sed tantùm ciuiliter, vt in l. generaliter, ff. de acquir. poss. & consequenter non possunt dici tenere: quia tenere differt à possidere
27 ciuiliter: eo quòd tenere, merum factum significat, & ad possessionem naturalem, seu corporalem refertur: possidere autem ciuiliter, ad ius spectat dumtaxat: non autem ad factum, vt in d. l. possessio, § 1. ff. de acquir. poss. & l. stipulatio iste, §. hæc quoque stipulatio, ff. de verb. oblig. Modò cum simus in pœnalibus, non habet
28 locum extensio de casu ad casum, vt sæpe diximus ex c. odia, de reg. iur. in sexto. & c. pœnæ, de pœn. d. 1.

Vndè satis dubiam esse arbitror sententiam Alter. in explic. huius can. cap. 7. col. 1. in ver. Tenentes: dum ait, innodari huiusmodi excommunicatione tenentes hæreticorum libros. siue te-
e neant apud se, siue penes alios: etenim nō videtur vera cùm penes alios; nisi illis propriis manibus custodiendos tradiderint, & apud se per aliquod temporis spacium eosdem habuerint, quâ tumuis minimum: nam licèt paruitas temporis excuset tenentes huiusmodi libros; non tamen puto illam excusare eum, qui tenet, & statim alteri tradit custodiendos, nisi curet infra breue illud tempus ad Inquisitores deferendos, aut quocunque alio iusto titulo à se, ac eius depositario abdicandos.

Secundò limitatur in retinentibus hæretico-
29 rum libros scienter, ideſt quòd sciant prædictos libros non solùm hæreticorum esse; sed etiam quòd hæresim contineāt, cùm Bulla copulatiuè loquatur de libris hæreticorum, & continentibus hæresim: quo circa si tantùm sciāt librum, quem retinēt, esse ab hæretico cōpositum, ignorent autem, hæresim continere, & è contra; nostri canonis excōmunicationē non contrahunt.

Quod verum est, nisi hęreticorum libri de Re-
30 ligione ex professo tractent: quia tunc etiam quòd libri hæresim non contineant, excommunicatio incurritur, vt cum Vgol. & Sanchez docet Farin. de hæresi. q. 10. n. 44. 45. & 46. Et quòd Ignorantia excuset retinentes huiusmodi libros etiam si crassa sit, affectata, vel concomitans, latè supra probauimus, q. 36. 37. 38.

Tertiò limitatur in retinentibus, apud se hæ-
31 reticorum libros per notabile tēpus *f.* secus au-
f tem, si per breue temporis spatium retineant: nam sicut supra diximus, q. 46. legentes minimam partem libri hæretici excusari ab excommunicatione nostri canonis; ita etiam dicimus, supradictos libros apud se tenentes per paucos dies, dicta excommunicatione non alligari: quia in neutro ex dictis casibus committitur peccatum mortale, quod est materia, sine qua non incurritur excommunicatio. Vndè, licèt is, qui librū aliquem hęreticum teneat, illum statim sine vlla mora deferre teneatur ad quos spectat: tamē *ly. statim*, intelligitur mortaliter, ideſt quamprimum commodè potuerit, atq; adeò dummodò dolus absit, in excommunicationem ipsam non incidit. Ita Sayr. hic lib. 3. Thes. tom. 1. c. 5. n. 16.

Immo hoc casu nō est opus ad temporis par-
32 uitatem confugere: nam si commoditas deferendi dictos libros ad Inquisitores deesset, & illa absque fraude, & negligentia diu expectaretur, non esset locus huic excommunicationi: quia non dicitur verè retinere contra Ecclesiæ prohibitionem, qui opportunum tradēdi tempus expectat, vt bene docet Sanchez lib. 2. Decal. cap. 10. num. 55. vbi existimat, etiam data
33 commoda præsentandi occasione, excusare ab hac censura breuitatem temporis, retentionis per vnam, vel alteram diem, & hoc modo intelligit Sayr. loco citato.

Idem dicendum est, si is, apud quem libri pro-
34 hibiti peruenerint, statim eos lacerauerit, vel cō busserit: nam licèt huiusmodi libri propria auctoritate non debeāt lacerari, nec comburi, sed ad Inquisitores deferri, vt infra, Deo duce, dicemus, q. sequenti; tamen propria actoritate illos comburens, in excommunicationem non incidit, nec de hæresi suspectus redditur, nec punitur, vt dicit Sanchez d. lib. 2. Decal. cap. 10. n. 56. & alij Doctores, quos refert, & sequitur Farin. in prædicta q. 180. num. 40.

Quartò limitatur, vt conclusio nostra locum
35 nō habeat contra tenentes scholia hæreticorū, addita libris catholicorum, aut epistolam, vel concionem hæreticoeumtquæ hæresim conti-
36 neant. aut de Religione tractent, sicut de legētibus diximus supra, q. 43. & 44.

Secundò limitatur nostra conclusio, vt nō in-
37 cludat retinentes libros hæreticorum, de Religione ex professo tractantes, ab eis catholicè editos, aut conscriptos antequam in hæresim lapsi sint: vel qui post lapsum ad Ecclesiam regressum habuerunt; dummodo iussu Episcoporum, & Inquisitorum approbati fuerint, & examinati: nec comprehendit retinentes libros catholicorum, & si hæreses quamplurimas permistas habeant. Vt latè habetur ex Farin. loco citato, num 49. & 50. cum alijs Doctoribus, quos allegat. Et nos tractauimus supra, q. 35. vbi etiā egimus de legentibus libros Talmud, & Magazor, & aliorum Infidelium, an & quando incidant in excommunicationem Indicis, aut aliorum Pontificum.

Quibus addenda sunt etiam, quæ dicit San-
38 chez lib. 2. Decal. c. 10 n. 22. 23. & 24. dum inter alia docet, quòd tenentes libros alicuius cathecumini, qui à fide recesſit, esto quòd hæresim contineant, aut de Religione tractent, excommunicatione nostri canonis nō alligantur: quia isti non sunt verè hæretici.

Sextò limitatur, vt excommunicatio prędicta non extendatur contra tenentes compilationes hæreticorum, hæresim continētes, iuxta ea, quę supra annotauimus, q. 45. neque contra tenentes libros hęreticorum ab Ecclesia apptobatos; eo quòd nonnulla bona, ac vtilia contineant, qualia sunt scripta Origenis, & similium, vt pee Glo. Ant. de Butr. & alios in c. fraternitatis, de hæretic.

Neque extenditur in retinentes libros Chri-
39 stianorum Magorum *g*, vt supra in d. quæst. 45. *g* con. 4. probauimus, & habetur ex Farin. in d. quæst.

quæſt.180.num.28. & quæſt.181.num.36.

Septimò limitatur in Inquiſitoribus, & commiſſarijs ſuper hæretica prauitate: nam hi poſſunt tenere, & legere libros quorumcumque hæreticorum, vt ex Pegna, & alijs probat idem Farin. in allegata q.180.n.43.

ADDITIO.

a Eſſe. Nec opus eſt, vt Author libri ſit de hæreſi damnatus; ſed ſatis eſt, quòd quacumque ratione conſtet hæreticum eſſe: nam canon iſte ſimpliciter loquitur, & non diſtinguit, & propterea citra omnem diſtinctionem ſimpliciter debet intelligi: quoniam lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, vt in l.1. §.generaliter, ff. de legat. præſt. & in terminis noſtris contra Graff. lib. 4. Deciſ. cap.18.num.40.& 43.docet Suar.de fide, diſput. 20.ſec.2.num. 11. D. Cæſar.

b Fine. Hanc eandem ſententiam tenet Suar. in ſuo tract.de Fide, diſp.20.num.21. D. Cæſar.

c Partem. Adde Filliuc.tom.1.qq.moral.cap. 2.quæſt.8.Vgol.& & alios, quos refert, & ſequitur Bonac. in explicat. Bullæ Cœnæ, diſput. 1. quæſt. 2. pun 4.propoſ.2. qui contra Sanch. extendunt hanc excommunicationem, etiam ad retinentem vnum ſolium; quoniam id ſicut eſt materia grauis reſpectu legentis; ita etiam & materia grauis iudicari debet reſpectu retinentis. Hanc eamdem ſententiam videtur tenere Suar.de Fide, diſput.20. ſec.2. num.9. dum ait, quòd libri appellatione in caſu, de quo agitur, non ſoltùm intelligitur integer liber, ſed etiam quæcumque eius pars prohibita: quoniam pars in toto continetur, & in qualibet eius parte poteſt eſſe infectionis periculum. Imò idem Suar.ibi ait, quòd ſi opus auctoris hæretici in plures tomos ſit diſtributum, & vterque tomus ſit eiuſdem argumenti, vtique prohibetur retineri; quamuis alter tomus nullam hæreſim contineat, nec de Religione tractet: ſecus autem ſi tomi ſint diuerſi argumenti, & nullam connexionem inter ſe habeant: nam ſi alter ex eis hæreſim non contineat, nec de Religione tractet, vt noſtri canonis non prohibetur retineri. Eſt tamen verum, quòd ipſe Suar. loco citato, num. 22. vult partem libri retentam debere eſſe notabilem: quia moraliter loquendo non retinetur liber, niſi vel totus liber, vel aliqua notabilis eius pars, quæ doctrinam aliquam contineat. retineatur. Hæc autem pars notabilis ad mentem Suar. videtur poſſe exemplificari in integro folio, doctrinam aliquam continente. Abb. Alexan.

d Intelligant. Adde hic Anton. de Souſa, diſput.15 num.2. & alios, quos refert Bonac. in explic.huius Bullæ, diſp.1. quæſt.2.pun.4.n.13. & ſeq. Abb.Alex.

e Alios. Hinc eamdem opinionem tenet Suar. in ſuo tract.de Fide, diſputat.20. ſec.2. num.21. quoniam eo caſu militat ratio legis prohibentis. Et hæc ſententia videtur probabilior. D. Cæſar.

f Tempus. Adde Bonac.in explicatione Bullæ Cœnæ diſput.1.quæſt.2. pun.4. num.15. excuſantem huiuſmodi libros retinentes per breue tempus, nempe ad vnam, vel alteram horam, vel etiam ad vnum, vel alterum diem, quamuis adſit oportunitas eos conſignandi Superiori. Et multo magis eos putat excuſandos, qui hæreticorum libros retinent, expectantes opportunitatem illos conſignandi Superioribus: ſiquidem ille contra prohibitionem tetinere dicitur, qui oblata opportunitate ad Inquiſitores non defert. Hoc idem docent Reginald.in ſua praxi, lib. 9. num. 256. & Anton. de Souſa, diſput.16. num. 2. Et quamuis Suar. in tract de Fide, diſput.20.ſec.2.num.22. dicat, quòd retinere librum hæreticum vt ſupra breuiſſimo tempore, ſit letalis culpa: quia omne peccatum, quod ex obiecto, & alijs circumſtantijs mortale eſt, in momento committi poteſt; cùm in voluntate conſiſtat, & non in mora: id tamen verum eſt, quando retentio prouenit ex voluntate abſoluta retinendi librum; quoniam tunc quælibet retentio ſatis eſt ad contrahendam letalem culpam, etiam ſi, mutata deinde voluntate, parùm duret: ſecus autem vbi quis ita librum detinet, vt intentionem habeat reſtituendi, & fuerit negligens in reſtituendo per aliquod breue tempus, nam tunc excuſatur, vt ſupra diximus: ſiquidem cùm propoſitum non habeat retinendi librum illa retentio dicitur potius dilatio in reſtituendo, quæ aliquando excuſat ab omni culpa. Abb. Alex.

g Extenditur. Adde hic Genuenſin prax. Archiep. Curiæ Neap.c.68 ſub n.12. in verſ. Item ſeruatur, dicentem, in dicta Curia ſeruari, quòd ſi apud aliquem reperiuntur libri hæreticorum, Necromanticorum, pentacula, & ſimiles ſcripturæ continentes hæreſim. vel apoſtaſiam à fide manifeſtam, & tortus ſuper intentione, & & complicibus, negat intentionem, & vſum, ſolet pro retentione tantùm abiurare de leui, & ei iniungi pœnitentia ſalutaris: & ſi ſunt exterì aliquando expelluntur à Ciuitate, & Dioceſi Neapolitana arbitrio Curiæ. Nonnulla alia notatu digna cumulat idem Genuenſin d.cap. 68.quæ ad praxim deſeruiunt in materia S. Officij. D.Cæſar.

An tenentes libros hæreticorum, & quacunque ex cauſa prohibitos, poſſint illos propria auctoritate comburere, vel corrumpere. Q. 52.

SVMMARIVM.

1 *Libros hæreticorum hodie non eſt licitum propria auctoritate comburere, aut alio modo corrumpere; ſed debent ad Inquiſitores deferri.*

2 *Libros hæreticorum, aut quacumque cauſa damnatos, ſi quis ſtatim ac ad eius manus peruenerint, combuſſerit, licèt malè egerit, non tamen aliquam cenſuram, aut pœnam contrahit.*

IN hac re Repert. Inquiſ. in ver. Libri verſ. 2. ait, quòd tenentes hæreticorum libros ſufficit combuſſiſſe, vel Inquiſitoribus tradidiſſe

infra

infra octo dies. Hoc idē tenent Adden. ad Rom. ſing. 326. ver. limita ſecūdò, & alij relati a Farin. de hær. q. 180. num. 40.

Hæc reuera, licèt antiquitus ſeruarentur, hodie tamen extat reſcriptum Iul. III, quod incipit, Meditatio: cuius meminit Pegna in Eymer. p. 2. Dir. in c. fraternitatis de hæret. com. 3. Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 1. c. 16. q. 2. & Farin. loco citato: per quod præcipitur huiuſmodi libros ad Inquiſitorem a deferri, & ad alios, ad quos ſpectat, atque adeò tenentes eos non poſſunt propria auctoritate comburere, aut quocunque alio modo corrumpere. Et hoc ipſum in Indice præcipitur, quia, cùm liber alicuius hæretici dānati ad Inquiſitores, & ad alios, ad quos ſpectat deſertur, Inquiſitores ipſi, & his ſimiles interrogare debent deferentem, vnde librum illum dānatum habuerit, ne ſortè illo libro malè fuerit vſus; aut ab alio, qui timet prodi, mittatur.

Benè verum eſt, quòd ſi quis libros prædictos ſtatim ac ad ſuas manus peruenerint, combuſſerit, licèt malè faciat; nullā tamen contrahit pœnam, nec cenſuram b. vt per Farin. & alios ſupra citatos Doctores.

ADDITIO.

a Inquiſitorem. Hanc eadem ſententiam tenet Suar. tract. de fide, diſp. 20. ſec. 2. num. 23. Barboſa de Poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 90. num. 5. Souſa in explic. Bullæ Cœnæ, cap. 2. diſp. 15. concl. 3. n. 4. Homobon. de examin. Eccle. p. 1. tr. 7. c. 2. q. 12. & p. 2. tract. 25. c. 7. q. 15. reſolut. 2. Cherubin. in cōpen. Bull. tom. 2. conſt. 76. Pij V. ſchol. 2. Riccius p. 4. deciſ. 255. num. 4. & deciſ. 260. num. 7. Alter. de cenſ. tom. 1. diſp. 2. lib. 5. c. 7. & P. Diana in tract. de Bulla cruciatæ, reſolut. 37. Abb. Alex.

b Faciat. Adde, quòd non deſunt, qui velint, excuſari hæreticorum libros propria auctoritate comburentes, aut tradentes illis, qui libros huiuſmodi legere poſſunt, vt habetur ex Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 26. c. 3. num. 45. & tom. 2. tr. 22. cap. 7. num. 208. Bonac. de cenſ. diſp. 2. q. 5. pun. 4. num. 20. in noua editione. Zanch. in tract. de Hæret. c. 7. num. 7. & alij. Sed reuera horum ſententia eſt intelligenda, vt comburentes huiuſmodi libros excuſentur ab excommunicatione huius canonis, ſi propria auctoritate mox comburant; nam illos comburendo non dicuntur retinere, vt rectè docent Sanch. tom. 1. ſuę ſum. lib. 2. c. 10. num. 56. Suar. de fide, diſp. 20. ſec. 2. num. 23. Diana in explic. Bullæ cruciatæ, reſol. 37. Anton. de Souſa in explic. Bull. Cœnæ diſp. 15. num. 4. & Bonac. ibid. diſp. 1. q. 2. pun. 4. num. 18. Non tamen puto eos excuſari à culpa ſaltem veniali, ſi facilè cùm potuiſſent ad Inquiſitores illos deferrè, elegerint potius comburere, vel tradere legendi ipſos facultatem habentibus: nam cùm faciāt contra reſcriptum Iul. III. proculdubio facerent contra legem.

Ibi *(ſine authoritate noſtra &c.)* Qui nam facultatem legendi, ac retinendi libros, vt ſupra damnatos, concedere poſſint. Q. 53.

SVMMARIVM.

1 *Libri prohibiti ſunt in tripliti differentia.*
2 *Facultas legendi libros hæreticorum, & retinendi; ſi hæreſim contineant, vel de Religione tractant, à ſolo Romano Pontifice conceditur.*
3 *Facultas legendi, ac retinendi libros hæreticos, nec ab Epiſcopis, nec ab Inquiſitoribus: nec etiam à Cardinalibus concedi poteſt.*
4 *Collegium Cardinalium, non poteſt, ſede vacante, cōcedere facultatem legendi, aut retinendi libros hæreticorum.*
5 *Collegium Cardinalium, ſede vacante, & vrgente neceſſitate, poteſt concedere facultatem retinendi libros hæreticorum.*
6 *Collegium Cardinalium, ſede vacante, in nulla cauſa poteſt ſe intromittere, præterquàm in electione Summi Pontificis.*
7 *Factum à Collegio Cardinalium, ſede vacante, exigit concurſum omnium Cardinalium, exceptis electione Summi Pontificis, pro qua ſufficiunt duæ partes.*
8 *Factum à maiori parte Capituli, dicitur factum concorditer à Capitulo.*
9 *Collegium Cardinalitū, ſede vacante, vbi vult aliquid ſtatuere vltra electionem Summi Pontificis omnes Cardinales debent eſſe concordes, itaut ſi vnus diſcrepat, ſtatuta per ipſum ſunt inualida.*
10 *Facultas legendi, ac retinendi libros hæreticorum, poteſt concedi ab Epiſcopo, vrgente neceſſitate.*
11 *Facultas legendi libros hæreticorum, in quibus caſibus poteſt cōcedi à R. admodum noſtro Patre Præpoſito Generali fratribus noſtræ Congregationis: vel ab aliis Prælatis eorum ſubditis.*
12 *Facultatem legendi, ac retinendi alios libros prohibitos quibus caſibus Noſtri habeant.*
13 *Facultas legendi libros hæreticorum, qui hæreſim nō continent, nec de Religione ex profeſſo tractant, & alios libros prohibitos, quibus concedi poſſit.*
14 *Libri, hæreticorum opera edita, in quibus nihil, aut parum de ſuo apponunt, expurgati legi poſſunt.*
15 *Libros expurgatione indigentes, an liceat propria auctoritate expurgare.*

1 PRo determinatione huius rei eſt annot. quòd vt aliàs diximus, libri prohibiti ſunt in tripli-ci differentia: nam quidam ſunt Infidelium: quidam Catholicorum: & quidā hæreticorū. Omnes autem ſupradicti libri prohibentur, vel quia continent hæreſim, vel quia tractant de Religione ex profeſſo: vel quia ſunt ſuſpecti de hæreſi: vel quia tractant de rebus, quæ ſunt contra bonos mores: vel denique prohibiti ſunt ex alia cauſa præter hæreſim. His annotatis, ſit.

Prima Concluſio.

2 FAcultas legendi, ac retinendi hæreticorum libros hæreſim continentes, aut de Religione tractantes à ſolo Romano Pontifice concedi poteſt. Hæc concluſio patet ex tenore noſtri canonis: vbi generaliter excommunicantur le-

gentes,aut retinentes libros hæreticorum,hæreſim continentes,vel de Religione tractantes, ſine auctoritate S.P.& Sedis Apoſtolicæ: atque adeò cùm ipſe canon excludat legentes ac retinentes huiuſmodi libros cum licentia Rom.
3 Pontificis,omnes alios includit,qui ſine prædicta facultate eos legerint;etiam ſi Epiſcopi,Inquiſitoris, aut alterius Prælati inferioris a Papa auctoritas interuenerit:quoniam nec Cardinales, nec Inquiſitores hæreticæ prauitatis, nec Epiſcopi, nec quicunque alius Prælatus,præter Romanum Pontificem poſſunt hanc facultatẽ concedere. Ita Azor.lib.8.Inſt.moral.p.1.c.16. q.10. Farin.de hæreſ.q.180.n.36.cum alijs,quos ipſi allegant. Quod quidem adeò verum eſt, vt nec in Prouincijs, in quibus catholici cum hæreticis promiſcuè commorantur,& viuunt,licitum ſit Epiſcopo,aut Inquiſitoribus concedere facultatem legendi huiuſmodi libros,vt bene probat Alter.in explic.huius can.cap.6. col. pen.in ver.Sed poſtulabit.

Immo nec Collegium Cardinalium, Sede va-
4 cante,hoc ipſum poteſt:quia Collegij Cardinalium in nulla cauſa pôt ſe intromittere, præterquã in electione Rom.Pontificis,vt eſt tex.in c. vbi periculũ,§.1.de elect.in ſexto.&cõtra.Vgol. bene docet Sanchez,lib.2.Decal.c.10.n.44.

Limitatur hæc concluſio,vt vera ſit extra caſum magnæ neceſſitatis: nã, vrgente neceſſitate Collegium prædictum poſſet huiuſmodi facultatem concedere:ex quo,licèt tex.in d.c.vbi
5 periculum,definiat,vt Collegium Cardinalium nullatenus ſe in aliã cauſam intromittat, quàm
6 electionis Pontificis;id tamen limitat, niſi tam grandis,& tam euidens periculum Immineret, vt omnibus,& ſingulis Cardinalibus videretur celeriter occurrendum. Vndé ſi hoc euentu omnes Cardinales eſſent concordes, poſſent proculdubio hanc licentiam cõcedere: ſicut & ſimilia exercere, quæ ad Pontificiam iuriſdictionem pertinent.

Dixi ſi omnes Cardinales eſſent concordes:
7 quia d.c.vbi periculum,exigit concurſum omnium Cardinalium,per illa verba.*Omnibus,et ſin-*
8 *gulis*. Quocirca,erſi factum à maiori parte capituli,dicatur factum concorditer à Capitulo vt in c.cùm inter canonicos,de elect.& glo.in d.c.
9 vbi periculum,§.1. in ver. Singulis; tamen vbi Collegium aliquid vltra electionẽ Rom. Pontificis vult ſtatuere aut decernere, omnes Cardinales debent eſſe concordes; ita vt,ſi vnus non concurrat,acta per ipſum Collegium,ſunt nullius momenti: quia Clem. Ne Romani, §.1.de elect irritum,& inane decernit,quidquid poteſtatis.aut iuriſdictionis exercuerit pertinẽtis ad Pontificem,niſi quatenus illi conceditur in d.c. vbi periculum.Ita Sanchez loco citato. Qui n. 43.ait etiã,prædictam licentiam legendi, & te-
10 nendi prædictos libros in caſu magnæ neceſſitatis,poſſe concedi ab Epiſcopo:nam in his caſibus poteſt Epiſcopus circa caſus pontificios.

11 Hanc eandem facultatem habent quoque aliqui Prælati Religionum.Quapropter R.admodum Pater Generalis noſtræ Congregationis eum conſilio ſuorum RR.Conſultorum poteſt cõcedere facultatem Noſtris legendi libros hæreticorum ad impugnandum;& hoc per cõmunicationem priuilegij conceſſi à Gregorio XIII Societati Ieſu.quod incipit. Exponi nobis nuper fecerunt,&c.ſub die 8.menſis Ianuarij 1575. Pontificatus ſui anno. 3. vt habetur in eorum compendio,Tit.Libri prohibiti.§.1.Similẽ quo que concеſſionẽ fecit Sixtus IV.Ordini Prædicatorum,& Minorum:vt habetur in fine Bullæ Maris magni,quã refert Io.Baptiſta Confectus in ſua collectione,& in ſummario priuilegiorũ Ordinum Mẽdicantium,tit.3.cap.1.§.53.& eorum omnium meminit doctiſſimus, ac noſtræ Congregationis Conſultor digniſſimus Alex. Peregrinus in compendio noſtrorum priuilegiorum,Titul.Libri prohibiti,§.1.& in ſcholio. Quæquidem priuilegia fuerunt conceſſa, non obſtantibus Bullis in cœna Domini legi conſuetis cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Vt idem Alex.refert loco citato,§ 3. p.1. & p.2. tit. Bulla cœnæ,§.1.vbi meminit priuilegij noſtræ Congregationi & Societati Ieſu,conceſſi, per quod nulla priuilegia,& facultates noſtræ Congregationis, & dictæ Societatis cenſentur reuocata per Bullam cœnæ Domini.

Verùm circa huiuſmodi priuilegia,eſtannot. ex eodem Alex.in ſcholio ad d.§.1.quòd illa vim habent contra Bullam cœnæ,viuente dumtaxat Pontifice,a quo fuerunt conceſſa,vel confirmata:quo circa procuranda eſt confirmatio,& innouatio priuilegiorum à ſingulis Pontificibus, pro tempore ſuccedẽtibus, aliàs expirarent per emanationem Bullæ Cœnæ,faciendam per ſucceſſorem Pontificem, cuius vigore omnia priuilegia contra dictam Bullam conceſſa reuocantur.

Adde etiam, quòd poſſunt Noſtri vti libris
12 non hæreticis, licèt habeant ſibi addita hæreticorum ſcholia,& annotationes,dumodò libri non ſint ediri ad ſtabilienda dogmata hæretica, & nomen authoris,ſi ſit hæreticus,aut in Indice prohibitus,& ſi quid inter legendum occurrent,deleatur,vt haberur in cõpen.noſtrorum priuilegiorum,Tit.Libri prohibiti.§.a & id per conceſſionem factam à Greg.XIII.& Pio V.ſocietati Ieſu. Non tamen noſtris permittitur vti dictis priuilegijs propria authoritate: ſicut nec dictæ ſocietati ſine licentia Prouincialis. Vt notat Idem Alex.ibi in ſcholio.

Secunda Concluſio.

13 FAcultas legendi libros hæreticorum, qui nihil prorſus de fide, & Religione ex inſtituto tractant,nec hæreſim continent.aut qui conſcripti fuerunt ab eiſdem, dum catholici erant, aut poſtquam reſipuerant, poteſt ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis concedi, examinatis prius prædictis libris,& ab ipſis Inquiſitoribus approbatis, iuxta ea,quæ iubentur in ſecunda regula Indicis librorum prohibitorum,auctoritate Conc.Trid.editi,à Pio IV. confirmati,& à Clem.VIII. renouari, Verſiones autem noui Teſtamenti ab authoribus hæreticis,aut de hæreſi ſuſpectis editę, nulli concedi poſſunt, vt in regula.3.eiuſdem Indicis.

Beneuerum eſt,quòd libri,qui hæreticorum
14 authorum opera aliquãdo prodeunt,in quibus nulla, aut pauca de ſuo apponunt; ſed aliorum dicta colligunt,vt ſunt concordantiæ; & his ſimilia,ſi quę habeant admiſta, expurgatione indi-

digentia, expurgati ab Epiſcopis, & Inquiſitoribus, vna cùm Theologorum conſilio, permitti poſſunt vt habetur in ſupradicta regula. Sic etiã in regula 8. libri, quorum principale argumentum bonum eſt, verum ſi in eis obiter aliqua inſerta ſint ad impietatem, hæreſim, diuinationẽ, ſeu ſuperſtitionem ſpectantia, à Theologis Generalis Inquiſitionis expurgati cõcedi poſſunt; ſicut etiã Prologi, ſummaria, annotationes, quæ à damnatis authoribus, libris non damnatis appoſita ſunt. Sunt nonnulla alia circa hanc materiam obſeruanda, de quibus latè habetur in dicto Indice.

Non tamen vnicuique licitum eſt ſupradi-
15 ctos libros, expurgatione indigẽtes, expurgare: ſed tunc legi poſſunt, quando Inquiſitorum, & Epiſcoporũ auctoritate, cũ conſilio Theologorum ſunt expurgati: vt per Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 1. c. 16. q. 17. vbi quãplurima alia quoque tractat ad hanc materiam pertinentia. Sed non propterea prohibetur propria auctoritate hæreticorũ nomina expungere, ac delere ex huiuſmodi libris, qui lẽgi permittuntur; niſi in libris catholicorum hæretici nominentur per ignominiam, & contemptum, et confutentur praua eorum dogmata. Et ita vſu receptum eſſe refert Alter. hoc loco, cap. 6. col. pen. in fine.

Ibi (*Imprimentes*) Qui nam dicantur imprimentes hęreticorum libros, ac quomodo incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 54.

SVMMARIVM.

1 *Incluſio vnius excluſio alterius.*
2 *Imprimendos libros tribuentes, & ſi hæreſim contineant, vel de Religione tractent, in excommunicationem huius canonis non incidunt.*
3 *Maxima illa Ariſt. Propter quod vnumquodque tale, & illud magis, quomodo intelligenda ſit, declaratur.*
4 *Imprimendos tribuens libros hæreticorum in fauorem hæreſis, eſt excommunicatus, vt hæreticorum fautor.*
5 *Expenſas erogantes pro impreſſione librorum hæreticorum, & alij proximè ad impreſſionem cooperantes, in excommunicationem Bullæ cenæ non incidunt.*
6 *Excommunicatio lata contra participantes cum excommunicato in crimine criminoſo, quando contrahitur?*
7 *Impreſſio, eſt actio conſtans ex compoſitione, & præli mandatione.*
8 *Cooperantes proximè ad ſepeliendum excommunicatos, non omnes ſunt excommunicati; ſed illi tantùm, qui mortuos humi, vel tumulo imponunt.*
9 *Cooperantes ad imprimendum libros hæreticorum, licèt non contrahant excommunicationem contra imprimentes latam; incidunt tamen in excommunicationem contra fautores.*
10 *Officinæ Dominus de cuius mandato libri imprimuntur hæreticorum, excommunicationem an contrahat.*
11 *Excommunicatio, prohibens actum eliquem non contrahitur, niſi contrauenies phyſicè concurrat ad illum.*
12 *Qui eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.*
13 *Imprimentes libros ſine ſuperiorum licentia, quibus pœnis afficiantur.*
14 *Imprimentes libros hæreticorum hi propriè dicuntur, qui typos ordinant, & componunt, & præla mandant: & ideo hi tantùm comprehenduntur ſub excommunicatione lata contra imprimentes.*
15 *Imprimentes libros hæreticorum, ſi ipſi ſint eorum authores, duplicem contrahunt excommunicationem.*
16 *Imprimentes hæreticorum libros ſunt excommunicati, etiam ſi vnum tantùm librum imprimant, aut illius partem, aut eundem non intelligant.*
17 *Imprimentes hæreticorum libros, & ad impreſſionem cooperantes, contrahunt ſuſpitionem hæreſis.*
18 *Imprimentes hæreticorum libros ignoranter, in excommunicationem non incidunt.*
19 *Imprimentes minimam partem libri hæretici, aut eius Epiſtolam, aut concionem, excommunicationem non contrahunt.*
20 *Imprimentes ſcholia hæreticorum, in excommunicationem non contrahunt.*
21 *Tranſcribentes libros hæreticorum, an, & quando excommunicationem contrahant.*
22 *Imprimentes libros, qui hæreticorum authorum opera prodeunt; in quibus nihil, aut parum de ſuo ponunt; non includuntur ſub excommunicatione lata contra imprimentes &c.*

IN hac re Sayr. in explicatione præſentis canonis lib 3. Theſ. tom. 1. c. 5. num. 17. ait, quòd Imprimentium appellatione ueniunt omnes proximè cooperantes ad librorum impreſſionẽ: atque adeò officinæ dominus, de cuius mãdato libri imprimuntur: facientes expenſas pro impreſſione: typos ordinantes, ac componẽtes: qui typos ita compoſitos atramento attingunt: torcularia prementes: chartas madefacientes, aut madefactas torculari ſupponentes: & denique qui exemplar impreſſum, aut typos corrigunt. Hanc eandem ſententiam videtur tenere Graff. in explicatione eiuſdem canonis lib. 4. deciſ. p. 1. c. 18. n. 50. dum ait, Imprimentes eos eſſe, qui ſunt proxima impreſſionis cauſa, ideſt dominus, & magiſter impreſſionis: typographus: ſoluens expenſas impreſſoribus: componentes typos: corrigentes litteras.

Secunda ſententia eſt Vgol. qui exponendo
1 eumdem canonem in ver. Imprimentes, & §. 2. prædictorum ſententiæ aſſentitur, ſequentibus tamen exceptis. Nam primò non meminit facientium expenſas pro librorum impreſſione, quos Graff. et Sayr. exiſtimant comprehẽdi ſub imprimentium appellatione; vnde ſubdiſpoſitione noſtri canonis non uidetur eos includere: quia dũ enumeratos alios caſus includit, cæteros videtur excludere: cùm incluſio vnius ſit excluſio alterius, art. tex. in c. non ne, de præſũp. & l. cum Prætor, ff. de Iudic. Secundò excludit ab imprimentium nomine corrigentes typos, & exemplaria iam impreſſa: eo quòd arbitratur eos non incurrere, vt imprimentes libros hæreticos, ſed excommunicatione alligari, vt hæreticorum fautores, et ita intelligendum eſſe Graff. cenſet in d. §. 1. num. 3. propè finem. Tertiò excludit præbentes impreſſoribus cartas; literas illas æneas, et reliqua ad impreſſionem pertinentia: quoniam iſti non dicuntur imprimere, nec ad impreſſionem proximè concurrere: peeca-

rent tamẽ mortaliter, ſi ſcirent hæc emi ad opus hæretici imprimendum; & in excommunicationem, in quam fautores hæreticorum incidunt, & ipſi inciderent: quia id, fauere eſt. Quartò vltra caſus, enumeratos à dictis Doctoribus, addit ſub dicta excommunicatione comprehendi omnes, qui immediatè operas ſuas præſtant ad imprimendum, & cũ qui librum ad imprimendum tradit; ſiue ſit author, ſiue non. Sic ait loco citato, num. 1. in ver. poſtremò: & ſi ver. Imprimentes, in fine dicat, id ſibi certum non eſſe.

Cum hac Vgol. opinione conuenit Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. n. 57. qui expreſsè, quoque excludit facientes impreſſionis expenſas, ſi nihil aliud quàm ſumptus præſtent. Hæ ſunt opiniones in hac cõtrouerſia concurrentes; reſtat modò, vt quid nobis dicendum ſit, videamus. Pro determinatione igitur huius difficultatis, ſit

Prima Concluſio.

1 QVi libros hæreticorum hæreſim continentes, vel ex profeſſo de Religione tractantes Impreſſori tribuunt imprimendos excommunicationem latam contra huiuſmodi libros imprimentes non contrahunt.

Probatur, quia qui libros tribuit imprimendos, nullo modo poteſt dici imprimẽs: eo quòd imprimere ſecundùm propriam verbi ſignificationem, eſt rei cuipiam molli figuram aliquam inducere: Hinc Cic. lib. 1. Tuſc. ait: *An imprimi quaſi ceram putamus animum?* Vnde is propriè dicitur imprimens librũ aliquem, qui typis ſub prælo mandat. Et quoniam typos ordinantes, & cõponentes, dicuntur tranſcribere, & imprimere eſt tranſcribere; id circo typos ordinantes, & cõponentes, ſub imprimẽtium nomine proculdubio comprehenduntur: vt bene docet Pegn. in Eym. 2. p. Dir. com. 17. in prin. in explicatione c. nouerit, de hæret. Vbi etiam ait, quòd pœna impoſita contra tranſcribentes, extenditur ad imprimentes. Cùm igitur qui tradunt huiuſmodi libros imprimendos, non poſſint dici propriè imprimentes, non video cur Vgolin. & Sanchez locis citatis, velint, eos ſupradicta excommunicatione alligari, cùm in pœnalibus verba debeãt ſtrictè, & propriè interpretari, & maximè vbi tractatur de excommunicatione, quæ maxima dicitur omnium pœnarum: vt ex eiſdem Vgol. & Sanchez latè probauimus ſupra, q. 48. num. 5. cũ plur. ſeq.

Nec obſtat Vgol. argumentum, fundatũ ſuper illam Ariſt. propoſitionem, 3 poſt. c. 2. *Propter quod vnum quodque tale, & illud magis*: quaſi dicat, quòd imprimens hæreticorum libros, cùm dicatur talis propter illũ, qui huiuſmodi libros ei tradidit ad imprimendum, is conſequenter ſit magis imprimens: atque adeò prædicta excõmunicatione magis ligetur, quàm ipſe imprimẽs; quoniam reſpondetur, quòd dicta maxima non eſt ſimpliciter, & infallibiliter vera, ſed ad eius verificationem tres exigit conditiones, quas refert Zimara Theoremate 58. quarum prima eſt, vt vtrumque prædicatum ſuſcipiat magis & minus: quo circa non valet dicere: ego ſum homo propter meum patrẽ; ergo meus pater eſt magis homo: quia ratio hominis non ſuſcipit magis, & minus: ſecunda eſt, vt prædicatũ conueniat vtrique extremo formaliter; & ideo non poteſt dici: Petrus eſt ebrius propter vinum; ergo vinum eſt magis ebrium: quoniam ebrietas formaliter non conuenit vino: tertia eſt, vt prædicatũ conueniat cauſato propter cauſam, vndè non valet, Paulus eſt magnæ ſtaturæ; ergo & Petrus eius pater, eſt maioris ſtaturæ, propter quẽ eſt ipſe Paulus: non enim ſtatura patris eſt cauſa, cur ſtatura conueniat filio. Eſt igitur vera dicta propoſitio in exemplo poſito ab eodẽ Ariſt. loco citato; nempe in eo, qui vnum diligit propter aliũ: nam ex hoc ſequitur, quòd magis diligit aliunde: eo quòd in hac propoſitione cõcurrunt omnes ſupradictæ conditiones. At verò in caſu noſtro dato, quòd cõcurrant prima, & ſecunda conditio; tertia tamen nõ cõcurrit: non enim tradens libros ad imprimẽdum cauſa eſt, cur impreſſor dicatur imprimens, ſed dicitur imprimẽs: quia torcularia premit, typos diſponit, aut componit: aliàs ſequeretur, quòd qui traderet enſem ad dolandum, eſſet magis dolans: & qui veſtem ad conſuendam, eſſet magis ſuens: quod eſt manifeſtè falſum: quia his caſibus non conuenit cauſato prædicatum propter cauſam.

Secũdò reſpõdetur, quòd eſtò prædicta propoſitio verificari poſſit in caſu noſtro; atque adeò valeat dicere: Titius dicitur imprimens libros hæreticorũ propter Sempronium, qui tradidit ei huiuſmodi libros imprimendos, ergo Sempronius eſt magis imprimens; Sempronius tamen non diceretur talis phyſicè, ſed purè moraliter, iuxta ea, quæ ſupra diximus lib. 1. c. 1. q. 2. At verò quãdo per cenſurã prohibetur actus aliquis, ſatis non eſt quòd contrauenies cõcurrat ad talem actum moraliter tantùm, ita vt dicatur cauſa imputatiua talis actus, ſicut mandãs homicidium committenti, niſi etiã cõcurrat phyſicè, qua ratione excuſauimus ſupra q. 48. audientes, quantumuis, auctorizando, libros hæreticorum legere, ab excommunicatione lata cõtra predictos libros legentes: quia audientes vt ſupra, dicuntur cauſa moralis tantùm huiuſmodi lectionis, non autem phyſica. Vndè non valet dicere in caſu, de quo agitur, Sempronius eſt cauſa magis imprimeos librorum hæreticorum; eo quòd tradidit illos Titio imprimendos; ergo Sempronius magis incidit in excommunicationem latam contra imprimentes libros huiuſmodi, quàm ipſe Titius, qui impreſſit: quia Sempronius eſt cauſa moralis tantùm talis impreſſionis, ſeperata omnino à phyſica, & cõſequenter cauſa imputatiua talis effectus, non autem phyſica.

Verũtamen eſt, quòd is, qui tribuit huiuſmodi libros imprimendos, ſi in fauorem hæreſis id egerit, proculdubio incidit in excommunicationẽ noſtri canonis, non vt imprimens libros hæreticos, ſed vt hæreticorum fautor; Dixi ſi in fauorem hæreſis, &c. quia ſi lucri gratia, aut ex alia cauſa, præter hæreſim, huiuſmodi libros imprimendos curauerit, non dicitur hæreticorum fautor, ſaltem in foro interiori, per ea, quæ ſupra annotauimus, q. 32. 4

Secunda concluſio.

5 EXpenſis erogantes pro impreſſione librorum, hæreſim continentium, vel de Religio

ne tractantium: hæreticorum typos cõpoſitos atramento attingentes: chartas madefacientes; aut madefactas torculari ſupponentes, probabiliter puto non comprehendi ſub prædicta excommunicatione, vi noſtri canonis lata contra imprimentes hęreticorum libros. Hæc concluſio eſt contra Sayr. & alios.

Probatur. Nam ſi dictę perſonę in excommunicationem inciderent, vel inciderent vt participantes in crimine criminoſo, iuxta tex. in cap. nuper, & c. ſi concubinæ, de ſent. excom. vel vt imprimentes: vel denique vt proximè cooperãtes ad impreſſionem.

Non poteſt dici primum, quia ad hoc vt excõ
6 municatio in dictis iuribus lata contra participantes in crimine criminoſo, contrahatur: neceſſe eſt, vt is, cum quo participatur ſit excommunicatus nominatim, ac etiam denunciatus: vt bene docet Sayr. lib. 2. Theſt. 1. c. 15. num. 16. in ver. Quartũ eſt, & Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. num. 50. & ſupra diximus, q. 48. in fine.

Non ſecundũ quia in rigore & ſecundũ propriam vocabuli interpretationẽ, prædictæ perſonæ nõ poſſunt dici imprimentes: quia impreſſio, eſt actio conſtans ex compoſitione, & prælimandatione duntaxat: eo quòd præli mandatio & compoſitio neceſſariò concurrunt ad impreſſionem, vt per Vgol. in d. ver. Imprimentes, ſub nu. 2. ergo in rigore componentes duntaxat, & prælo mandantes, appellantur imprimentes.

Nec tertium quoniam proximè cooperantes ad actionẽ aliquam prohibitam vi excommunicationis, in excommunicationem illam non incidunt: eo quòd actionem illam verè, & in rigore non dicuntur facere: vt patet ex his, quæ dicit glo. in clem. 1. in ver. Sepellire, vbi etiã Zabarel. nu. 28. de ſepult. in quo tex. dum excommunicãtur ſepelientes excommunicatos, Interdictos, & vſurarios manifeſtos, nolunt prædicti Doctores, & alij excõmunicari omnes, & quoſcunquæ proximè concurrentes ad illos ſepeliẽdos; quales ſunt deferentes huiuſmodi mortuos ad ſepulturam, comitantes funus, fodientes, fabricantes, aut aperiẽtes ſepulcrum: Prælati, clerici, vel miniſtri Eccleſiarum, in quorum cæmeteriis ſepeliuntur, qui id nõ prohibẽt, vel patiũtur; deferentes cereos, crucem, & c. ſed illi tantũ
8 excommunicantur, qui dictos mortuos humo, vel tumulo imponunt: quoniam hi in rigore dicuntur proprię ſepelire, & non aliæ perſonæ, vt ſupra numeratæ; ergo idem videtur dicendum in caſu noſtro, vt ui præſentis canonis excõmunicari nõ cenſeantur, qui proximè cooperantur ad impreſſionem librorum hæreticorũ; ſed illi tantùm, qui in rigore dicuntur imprimere: eo quòd vt ſæpe diximus, verba in pœnalibus ſunt ſtrictè, & propriè interpretanda. Et eo magis, quia in caſu de quo agitur, cenſura non redderetur fruſtratoria: ſicut nec fruſtratoriam reddi in terminis d. Clem. 1. probat Zabar. loco citato, vt à gloſæ doctrina tolleret omnẽ formidinem.

Idem dicendum eſt de ijs, qui Impreſſoribus
9 cartas vendunt, atramentum, litteras illas æneas & reliqua ad impreſſionem pertinentia: quia iſti imprimentes non appellantur, & ideò, cùm verba huius canonis eis non conueniant, nec excommunicatio cõuenit, ar. tex. in l. 4. §. totics, ff. de dan. infec. Peccarent tamen mortaliter, ſi dicta vendentes, ſcirent eadem comparari ad opus hæretici, & tamẽ illis præſtarent: & inſuper in excommunicationem latam contra fautores hæreticorum inciderent. vt per eundem Vgol. ibi §. 1. ſub nu. 2. Quod quidem verum puto vbi in fauorem hereſis ſupradicta vendunt, ſecus ſi lucri gratia, vel ex alia cauſa præter hæreſim, vt in proxima concluſione diximus.

Eadem ratione ab excommunicatione lata contra imprimentes hæreticorum libros excluduntur exemplar impreſſũ corrigentes: quoniã hi imprimentes non ſunt, ſed eius, quod impreſſum eſt inſpectores. Ita Vgol. ibidem, ſub. num. 3. qui etiam inquit, quòd ſi huiuſmodi corrigẽtes animaduertant hæreſim continere, & hæretici librum eſſe, & tacerent, in excommunicationem contra hæreticorum fautores inciderent; ſi tamen, vt dixi, in fauorẽ hæreſis id agant, aliàs non vt fautores, ſed vt legentes potius hæreticorum libros excommunicationem puto contrahere, cùm exemplar ipſum corrigere non poſſint, quin legant.

Tertia Concluſio.

10 DOminum officinæ, de cuius mandato hæreticorum libri imprimuntur, eſtò quòd hæreſim contineant, aut de Religione ex profeſſo tractent, probabiliter arbitror non contrahere excommunicationem, vi noſtri canonis contra imprimentes huiuſmodi libros promulgatam. Hæc concluſio eſt contra Sayr. Sanchez, & alios Doctores ſupra citatos.

Probatur: quoniam officinæ dominus, eſtò quòd imprimendi artem habeat, ſi ad impreſſionem dictorum librorum actu non concurrit, in rigore non poteſt dici imprimens, eo quòd eoſdem imprimi mandauerit; ſed potius impreſſor propter artem imprimendi, quã profitetur. Sic lector, dum actu legit, dicitur legens: quando autem ceſſat legere, non legens, ſed lector in rigore nuncupatur propter habitum legẽdi quẽ habet. Cùm igitur vi noſtri canonis excommunicentur imprimentes hæreticorũ libros, & nõ impreſſores, apud quos, & quorum iuſſu imprimuntur; ergo ſi officinæ dominus ad impreſſionem actu non cooperatur, in dictam excommunicationem non incidit: quia verba excommunicationis, vt ſæpe diximus, ſunt ſtrictè, & propriè interpretanda.

Secundò probatur: quia excommunicatio lata contra facientes opus aliquod, non extenditur ad mandantes: vt ſupra lib. 1. c. 3. q. 4. latè probauimus: qua propter, hac eadem ratione, excuſauimus ab excõmunicatione eiuſdem canonis cum Vgol. & alijs ſupra, q. 48. lata contra legentes hæreticorum libros, eos qui legi dictos libros præceperint, & authorizando, legere audiuerint; ergo eodem modo ab excommunicatione lata contra imprimẽtes huiuſmodi libros excuſantur officinæ domini, illos imprimi præcipientes, & actu non imprimentes.

Confirmatur quoniã officinæ domini, vt ſu-
11 pra, præcipientes, moraliter tantùm dicuntur imprimentes, & non phiſicè: eo quòd huiuſmodi impreſſionis ſunt cauſa moralis imputatiua; omnino ſeperata à phyſica; ergo prædictam excommunicationem non contrahunt: quia, quã-

dovi excõmunicationis prohibetur actus aliquis contranemens, vt incurrat, debet agere actum illum non modò moraliter, sed etiam physicè, vt supra notauimus in prima conclusione.

Nec obstat Vgol. argumentum dicentis, quòd
12 qui est causa causæ, est causa causati, vt in l. manumissionis, ff. de manumis. atque adeò, cùm officinæ dominus propter suum mandatum sit causa, cur sui operarij huiusmodi libros imprimant, ipse est causa impressionis, & consequenter tanquam imprimens excõmunicationis vinculo alligatur: ad quod etiam allegat Conc. Trid. sess. 4. in decreto, de editione, & vsu sacrorum librorum, in ver. Sed & impressoribus: vbi anathemate feriuntur, non solùm imprimentes; verùm etiam imprimi facientes libros de rebus sacris, non adiecto authoris nomine, nisi prius examinati, probatique fuerint ab Ordinario: quoniam respõdetur quòd officinæ dominus in casu de quo agitur, cùm sit tantùm mandans, est causa causati, non physica, sed purè moralis, & ideo satis non est, vt supra diximus. Et locus Conc. Trid. adeò non facit contra nostram conclusionem, vt potius ipsam magis, ac magis corroboret: nam inter alias rationes, quas supra q. 48. & lib. 1. c. 3. q. 4. adduximus, ad probandum, quòd excommunicatio lata contra facientes, non extenditur ad mandantes, hęc præcipua est, quòd in nostra Bulla, quando Rom. Pontifex vult, sub eius dispositione comprehendi, non tantùm facientes sed etiam mandantes, id exprimit, ergo, cùm id non expresserit in hoc canone, excommunicatio lata contra imprimentes libros hæreticorum, non extenditur contra officinæ dominos, imprimi'cos facientes: quoniam si voluisset compræhendi, id expressisset; sicut in d. loco Conc. Trid. fuit expressum.

Nec alienum à ratione videri debet eidem Vgolino (vt ipse opinatur) si imprimentes, vt supra in dictam excommunicationem incidant: & officinæ domini quorum auctoritate, ac mandato libri imprimuntur, eandem non contrahant: quoniam sicut alienum à ratione non est, vt legentes libros hæreticorum excommunicationis vinculo alligentur: & mandans eos legi, & legere audiens, in illam non incidat, vt ipsemet Vgol. concedit hoc loco, in ver. Ac eorundé libros, &c. §. 1. n. 4. & alij, quos supra in d. q 48. retulimus; ita, & multo magis rationabile esse videtur in casu, de quo agitur, vt excommunicatio sancita contra imprimentes, non extendatur ad dominos officinæ, de quorum mandato fit talis impressio: qui licèt à dicta excommunicatione, lata contra imprimentes, excusentur: eo quòd in actum prohibitũ physicè non influant; non tamen efficiuntur immunes ab excommunicatione, in eodem canone lata contra retinentes hæreticorum libros: nã cùm in propria officina eos habeant, procul dubio retinere dicuntur; non secus ac si in propria domo retinerent, iuxta ea, quæ ex Graff. Vgol. & alijs docet Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. n. 52.

Præterea ex Conc. Later. sub Leone. X. sess. 10.
13 extat decretum, quo cauetur, vt nullus librum aliquem aut quãcunque aliam scripturam, imprimi facere præsumat nisi prius in Vrbe per Vicarium Romani Pontificis, & in aliis Ciuitatibus, & Diœcesibus per Episcopum, vel alium habentem peritiam scientiæ libri, seu scripturæ imprimendæ, ab eodem Episcopo ad id deputandum; vel ab Inquisitore hæreticæ prauitatis Ciuitatis, seu Diœcesis, in quibus librorum impressio fieret, diligenter examinentur, & per eorum manu propria subscriptionem, sub excommunicationis sententia, gratis, & sine dilatione imponendam, approbentur. Contrafacientes autem, vltra librorum impressorum amissionem, & illorum publicam combustionem, pœnam pecuniariam, & anno continuo exercitij impressionis suspensionem ipso facto, sunt excommunicati. Et denique nonnullis alijs pœnis afficiuntur Bibliopolæ, & de quorum mãdato libri prohibiti imprimuntur, de quibus latè Farin. de hærefi. q. 180. n. 19. Vndé cùm tot censuris, & pœnis, vltra suspicionem hæresis, quam contrahunt, afficiantur imprimentes, & imprimi facientes hæreticorum libros, & similium damnatorũ nõ modo non est à ratione alienum; sed satis rationabile est, si excommunicatio lata contra imprimentes huiusmodi libros, non extendatur contra officinæ Dominos imprimi eos mãdantes, ne pro vno, & eodem delicto varijs pœnis, & censuris vltra quàm par est, venirent puniendi.

Nec demum contra hanc conclusionem potest adduci sententia Cardinalis Zabar. in d. Clem. 2. n. 28. de sepul. qui licèt excusset ab excommunicatione proximè cooperantes ad sepeliendum excommunicatos, vt supra conclusione proxima diximus; tamẽ vult, eos, quorum auctoritate, & mandato sepeliuntur, non excusari; & id per tex. in c. mulieres, §. 1. de sent. excom. quoniam Zabar. est de sententia eorum: qui docent, excommunicationem latam contra facientes, extendi contra mandantes; quam opinionem supra, in d q 48. reprobauimus, & sufficienter declarauimus, quomodo tex. in d. c. mulieres, §. 1. sit intelligendus.

Quarta Conclusio.

14 HI tantùm incident in excommunicationem, in hoc canone latam contra imprimentes libros hæreticorum, hæresim continentes, aut de Religione ex professo tractantes, qui verba seu typos ordinant, & componunt, & prælo mandant.

Probatur: quia isti tantùm, in rigore dicuntur imprimentes huiusmodi libros: quia impressio, est actio quædam, constans ex compositione, & præli mãdatione: eo quòd absque illis impressio consistere non posset, vt bene docet Vgol. in d. vers. Imprimentes, sub n. 2. qui licèt dicat, quòd præstantes opera ad compositionẽ, & præli mãdationem, veniant etiam imprimentium nomine; tamen non intelligit de personis enumeratis in secunda nostra conclusione, nempe de his, qui typos compositos atramento attingunt, cartas madefaciunt, aut madefactas torculari imponunt, literas æneas vendunt, &c. sed de illis, qui ita operam præstant ad compositionem, & præli mandationem, vt ipsi etiam acta componant, typos ordinantes: aut torcularia premant, seu prælo mandent: & hoc ideo, quia isti in rigore sunt propriè, & strictè imprimentes; & consequenter excommunicatio nostri canonis illos comprehendit, cùm eiusdem verba eis conueniant.

niant. Quod quidem clarè colligitur ab exemplo, ab ipſo Vgol. poſito dũ ait: quòd ſicut ædes conſtruere dicitur tam is, qui pauimenta, & parietes conſtruit, quàm is, qui tectum; ita & hic, tam compoſitores, quàm prælo mandantes comprehenduntur.

Hæc concluſio patet etiam ex exclusione eorum, quos ſupra in prima, ſecunda, & tertia concl. enumerauimus, quos diximus, non poſſe in rigore nuncupari imprimentes; ergo hi, de quibus hoc loco agimus, dicuntur formaliter imprimẽtes, quia aliæ perſonæ excogitari non poſſunt, quæ ad impreſſionem concurrant, & per conſequens incidant in excommunicationem, in præſenti canone contentam.

Ampliatur primò noſtra concluſio, vt locum
15 ſibi vendicet huiuſmodi excommunicatio contra quoſcunque imprimentes hæreticorum libros, etiam ſi ipſimet imprimẽtes ſint horum librorum authores: quia tunc duplicem contrahe rent excommunicationem; alteram ſcilicet vt hæretici, & alteram, vt hæreticorum libros imprimentes, iuxta ea, quæ ſupra diximus. q. 51.

Secundò ampliatur, vt excommunicatio præ
16 dicta comprehendat imprimentes, non modo plures hæreticorum libros, ſed vnum tantùm; & hic tam ſi ſit integer, quàm diminutus, etiam ſi pars illa hæreſim fortè non contineat, dummodo de Religione tractet ex profeſſo: aut imprimentes intentionem habeant imprimendi alias libri partes, quæ hæreſim contineant, eſtò quòd liber de Religione nõ tractet, nec ea lingua ſcriptus ſit, quam imprimentes intelligãt: quia prohibitio hęc non attendit libri intelligẽtiam, ſed id, quod prohibuit Romanus Pontifex, quod eſt ne diuulgentur, ſicut de retinentibus huiuſmodi libros ſupra probauimus in d. q. 51.

Tertiò ampliatur, vt dicta excommunicatio includat imprimẽtes dictos libros, ſiue libri tractent de hæreſi ex profeſſo, ſiue incidenter: & ſiue vnam & ſiue plures hæreſes contineant; ac ſiue tractent de Religione tantùm ex profeſſo, eſto quòd nullam habeant permiſtam hæreſim. vt de retinentibus ſimiliter diximus in citata. q.

Quartò ampliatur, vt imprimentes huiuſmo-
17 di libros, vltra excõicationẽ prædictã contrahãt etiam ſuſpicionem hæreſis, & tanquam hæretico rum fautores, cõtra eos procedi poſſit cùm impreſſoria actio ſit ad libros euulgandos: vt habetur ex Farin. de hæreſi. q. 580. nu. 59.

Immo eandem ſuſpicionem contrahunt omnes aliæ ſupra citatæ perſonæ, proximè cooperantes ad imprimẽdos huiuſmodi libros; atque adeo Dominus officinæ, facientes expenſis pro impreſſione, qui typos compoſitos atramento attingunt, cartas madefacientes, aut madefactas torculari ſupponentes, typos, & exemplar impreſſum corrigentes, literas illas æneas, cartam, atramentum, & alia neceſſaria ad impreſſionem ipſam faciendam, miniſtrantes. Verùm circa rem hanc conſiderandæ ſunt perſonarum qualitates & quantitas ſcientiæ ad iudicandũ quæ leuem, & quæ vehementem contrahant de hæreſi ſuſpicionem, per ea, quæ docet Pegna loco citato, & Azor. lib. 8. Inſt. moral, p. t. c. 16. q. 17. in fine.

Sic ampliata limitatur primò dicta concluſio
18 vt excommunicatio noſtri canonis locum ſibi vendicet contra imprimentes hæreticorum libros, ſcienter, i. quòd ſciant prædictos libros hæreticorum eſſe, & quòd hæreſim contineant, & nihilominus illos imprimant: eo quòd ipſe canon copulatiuè loquitur: quo circa ſi tantùm ſciãt librum, quem imprimunt eſſe ab hæretico compoſitum; ignorent autem hæreſim continere, & è contra, dictam excommunicationẽ nõ contrahunt: niſi hæreticorum libri de Religione ex profeſſo tractent: quia tunc etiam quòd libri hæreſim non contineant, excommunicatio incurritur, per ea, quæ ex Vgol. & Sanchez docet Farin. d. q. 580. nu. 44. 45. & 46. Et quòd ex capite ignorantiæ, etiam ſi craſſa ſit, affectata, vel concomitans, ab excommunicatione excuſentur, clarè patet ex his, quæ ſupra determinauimus. q. 36. 37. & 38.

Nõ tamen idem dicendum eſt de veredarijs noſtri ſæculi, ſeu de librorum latoribus, quos ſæpe contingit ex Germania, Gallia, & aliis hæreticorum Prouincijs libros vetitos in terras catholicorum deferre, ac de eorumdem ſcriptoribus. Etenim has perſonas ignorantia tantùm probabilis excuſat ab excommunicatione hoc loco lata contra fautores hæreticorum; non autem craſſa, affectata, vel concomitans: quoniam excommunicatio contra præfatos fautores non exigit ſcientiam, ſicut excommunicatio, hoc eodem loco, lata contra hæreticorum libros legẽtes, tenentes, imprimentes, ac defendentes. Ex quò infertur, quòd licèt Alterius in explic. huius canonis, cap. 8. col. 2. in ver. Dicerem, verum dicat de ignorantia craſſa, & affectata, quòd nõ excuſent huiuſmodi librorum latores, & ſcriptores; falſum tamen videtur aſſerere, dum docet, ignorantiam craſſam, & affectatam non excuſare impreſſores: quoniam in his perſonis militat diuerſa ratio, per ea quæ ſupra diximus in d. qq. 36. 37. & 38. Vndè, dum inquit in ſupradicto cap. 8. col. 3. q. 5. quòd ſi Impreſſor abſque Ordinarij, & Inquiſitoris licentia librum hæreticorum imprimat, hæreſim continentem, aut de Religione tractantem, quem tamen ignoret eſſe talem, ſi ſciat licentiam prædictam exigi à Concil. Trid. & Lateran. in excommunicationem hanc incidit, vti craſſa laborans ignorantia; verè videtur decipi, quoniam ad eoutrahẽdam dictam excommunicationem exigitur ſcientia, quæ quidem opponitur cuilibet ignorantiæ.

Secundò limitatur, vt excommunicatio iſta
19 nõ alliget imprimentem decem verſus, vel etiã vnam paginam libri hæretici; aut epiſtolam, vel concionem alicuius hæretici, etiam ſi hæreſim contineant: quia is non dicitur imprimere librũ
20 hæreticum. Et idem dicendum eſt de imprimẽtibus ſcholia hæreticorum addita libris catholicorum, vt de legentibus, hæc omnia ſupra diximus. q. 43. & 44.

Tertio limitatur, vt excommunicatio iſta nõ comprehendat imprimentes hæreticorũ libros, ab eis editos antequam in hæreſim lapſi fuerint vel poſt eorumdem reſipiſcentiam, dummodo iuſſu Epiſcoporũ, & Inquiſitorũ approbati ſint & examinati. Nec includit imprimentes libros catholicorum, & ſi hæreſes quamplurimas contineant, ſicut ſupra q. 51. probauimus, quoad retinẽtes huiuſmodi libros con. vnica. lim. 5. n. 37.

Quar-

Quartò limitatur noſtra concluſio, vt excommunicationem iſtam non incurrant tranſcribẽtes hæreticorum, vt ſupra libros: nam licèt imprimere, ſit tranſcribere, vt dicit Pegna citatus ſupra con. 1. tamen tranſcribere, non eſt imprimere: quia imprimere. propriè, & formaliter cõſtat ex compoſitione, & præli mandatione, vt ſupra diximus: & propterea, licèt excõmunicatio lata contra tranſcribentes, comprehendat imprimentes; tamen excommunicatio lata contra imprimentes, non comprehendit tranſcribentes.

Beneuerum eſt quòd tranſcribentes huiuſmodi incidunt in excommunicationem, ui noſtri 21 canonis promulgatam contra fautores hæreticorum, ſi in fauorem hæreſis tranſcripſerint; ſicut eos diuulgantes, & aſportantes in catholicorum prouincias: vt per Azor. loco citato, & Alter. in explicat. huius canon. cap. 7. col. 2. in ver. Dicerem. Immo tranſcribentes prædicti contrahunt excommunicationem latam contra legentes, quia non poſſunt tranſcribere, quin legant. Quod quidem intelligendum eſt de tranſcribentibus ſcienter, iuxta ea, quæ ſupra annotauimus, & docet Farin. in d. q. 180. nu. 44.

Quintò limitatur, vt dicta excommunicatio non extendatur contra imprimentes hæreticorum libros, de licentia Romani Pontificis: quia excommunicatio vi noſtri canonis ſertur contra legentes, retinentes, & imptimentes huiuſmodi libros, ſine S. P. & Sedis Apoſtolicæ auctoritate vt patet in illis verbis. *Sine auctoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicæ*. Non tamen ſatis eſſet auctoritas, ſeu facultas Epiſcopi, Inquiſitoris, aut alterius Prælati.

Eſt tamen verũ, quòd imprimentes huiuſmodi libros, approbatos ab Inquiſitore, aut ab alio ſuperiore Eccleſiaſtico ſubſcriptos & approbatos, dicerentur probabili ignorantia laborare. Immo operarij excuſationem iuſtam dicuntur habere, ſi à Magiſtro typographiæ ipſis libri traditi fuerint: nam ad ipſos perquirere non pertinet, an probati ſint, ſed ad dictum Magiſtrum: & ſi aliter eſſet dicẽdum, ſi & ipſi librorum malitiam compertam haberent, vt per Vgol. hic in ver. Imprimentes, §. 1. num. 3.

Sexto limitatur, vt excommunicatio prædicta locum non habeat contra imprimentes libros huiuſmodi vi, aut metu cadente in conſtantem virũm, per ea, quæ ſupra, q. 48. nu. 12. annotauimus de audientibus legere dictos libros.

Septimò limitatur, vt excommunicatio hæc 22 non comprehendat imprimentes libros, qui hæreticorum authorum opera prodeunt, in quibus nihil, aut quid minimum de ſuo apponunt, ſed aliorum dicta colligunt, vt ſunt concordantiæ, legum compilationes, verſiones &c. eo quòd huiuſmodi libri non dicuntur hæreticorum: & ideò ſi quæ habeant admiſta, quæ expurgatione indigeant, expurgati ab Epiſcopis, & inquiſitoribus vnà cum Theologorum conſilio permitti poſſunt, vt habetur in ſecunda regula Indicis, & ſupra q. 45. ad hoc ſpectantia nõ nulla diximus.

Ibi (*Ac eorum quomodolibet defendentes*) Quinam dicantur hæreticorum librorum defendentes, & quando in excommunicationem huius canonis incidant. Q. 55.

SVMMARIVM.

1 *Defendentes hæreticorum libros, qui nam dicantur.*
2 *Defendentes libros hæreticorum, incidunt in excommunicationem, ſiue publicè defendant, ſiue occultè.*
3 *Defendentes apologia aliqua hæreticorum libros, quantumuis occultè, etiam ſi non publicent illam, in excommunicationem incidunt.*
4 *Defendentes libros hæreticorum, incidunt in excommunicationem, ſiue defenſio rationibus fiat, ſiue armis.*
5 *Defendentes libros hæreticorum excommunicationem contrahunt, etiam ſi defenſio tacitè fiat.*
6 *Defendentes libros hæreticorum diſputationis gratia, aut quo vis alio colore excommunicationem incurrunt.*
7 *Defendentes libros hæreticorum, excommunicationem contrahunt, etiam ſi nullam hæreſim contineant, dummodo tractent de Religione ex profeſſo.*
8 *Defendentes hæreticorum libros, ſunt excommunicati, etiam ſi ſint manuſcripti, ſiue plures ſint, ſiue vnus.*
9 *Defendentes libros hæreticorum, ſunt excommunicati, etiam ſi lingua ſcripti ſint, quam non intelligunt.*
10 *Defendentes libros hæreticorum, vltra excommunicationem quam incurrunt, contrahunt etiam ſuſpicionem hæreſis.*
11 *Ignorantia, etiam ſi craſſa ſit affectata, aut concomitans excuſat defendentes hæreticorum libros ab excommunicatione.*
12 *Defendentes libros hæreticorum, qui non tractant de Religione ex profeſſo: aut hæreſim non continent, in excommunicationem huius canonis non incidunt.*
13 *Defendentes ſcholia hæreticorum addita libris catholicorum, aut alicuius hæretici epiſtolam, vel concionem, non ſunt excommunicati.*
14 *Defendere velle dicentes libros hæreticorum, an, & quando excommunicationem contrahant.*
15 *Defendentes id, quod catholicũ eſt in libris hæreticorum, in excommunicationem non incidunt; ſicut nec eorum ingenium, aut ſtylum laudantes.*

1 REſpondetur ex Sayr. in explicatione præſẽtis canonis lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 55. n. 18. & alijs, quòd defendentes libros hæreticorum dicuntur, qui eos bonos eſſe contendunt, non eſſe comburendos affirmant, aut occultant, ne ab Inquiſitoribus capiantur, aut cõburantur: aut capi, vel comburi quouis alio modò impediant. Hi omnes vi præſentis canonis ſunt excommunicati.

2 Ampliatur primò hæc concluſio, vt defendẽtes incidat in excommunicationem, ſiue libros huiuſmodi defendant publicè, ſiue priuatè, ſeu occultè: quia canon publicè, vel occultè defendentes excommunicat: quæ uerba reſeruntur etiam ad omnes ſupra enumeratos caſus, & ſic non modo ad defendentes; ſed etiã ad legentes, tenentes, et imprimentes hæreticorum libros.

ut

vtex Rebuffo docet Suar. hic, disp. 21. de censur. sec. 2. num. 11. in fine.

Hinc sequitur, quòd si quis componat apologiam, qua librũ hæretici tueatur, ettò id in suo cubiculo solus faciat, nec scripturam in publicum edat sed apud se custodiat; in prædictam excommunicationem nihilominus incidit: quia defensio non tantùm verbis, aut factis fieri cõtingit; sed etiam scriptis: vt est tex. in l. 1. C. de testib. l. consentaneum. C. quom. & quando Iudex. & Sanchez lib. 2. Decal. c. 10. num. 58.

Secundò ampliatur, vt excommunicatio cõtra defendentes libros hæreticorum, locum sibi vendicet, siue defensio rationibus fiat, siue armis. Vt si quis dicat, se velle armis defendere huiusmodi libros esse bonos; sicut Turcæ, qui in suo Alchorano cautum habent, vt eorum fides, non rationibus, sed armis defendatur, vt per Vgol. hic in ver. Ac eorum quomodolibet defendentes, sub num. 1.

Tertiò ampliatur vt excommunicatio prædicta incurratur, nõ modo si defensio fiat expressè, dicendo, prædictos libros non esse comburendos; sed etiam si fiat tacitè, dicendo talem librum plurimi valere, hortando aliquem ad eum legendum: vt ex Tol. tenet idem Vgol. loco citato.

Quartò ampliatur, vt dicta excommunicatio contrahatur, etiam si solius disputationis gratia fiat defensio; quia vi nostri canonis prohibetur defensio dictorum librorum ex quauis causa et quouis ingenio, et colore, vt ex eiusdem uerbis clarissimè patet. Eadem ratione dicentes, huiusmodi libros esse tolerandos ad scandalum vitandum: vel quia à doctissimis viris fuerunt conscripti: vel ob sententiarum grauitatem, ob sermonis elegantiam, vel ob rerum, quæ tractãtur, ordinem; in prædictam excommunicationem incidunt; vt bene declarat Vgol. loco citato.

Quintò ampliatur vt defendentes prædictos hæreticorum libros sint excommunicati, non modò si hæresim contineant; sed etiam si nullam hæresim contineant, & de Religione tantùm tractent; dummodo de Religione tractent ex professo, iuxta ea, quæ supra diximus, q. 39. & 40.

Sextò ampliatur, vt excommunicatio ista contrahatur, siue quis defendat vnam, siue plures libros, & siue libri sint manu scripti, siue impressi, vt quoad eos tenentes, diximus supra. q. 51. amp. 4.

Septimò ampliatur, vt defendentes, vt supra hæreticorum libros, dictam excommunicationem contrahant, etiam si libri scripti sint lingua, quam non intelligant: quia defensio huiusmodi non modo rationibus fieri contingit, atque adeo prærequirit librorum intelligentiam, sed fit factis, eosdem occultando, aut armis vt supra defendendo. vnde prohibitio huius defensionis, non attendit librorum &c. intelligentiam, sed potius illorum exterminationem, vt in d. q. 51. diximus de retinentibus, &c. nam militat eadem ratio.

Octauò ampliatur, vt defendentes huiusmodi libros vltra excõmunicationem in quã incidunt, contrahant etiam suspicionẽ hæresis, vehementem, aut leuem, secundùm quantitatem defensionis, & qualitates personarum; iuxta ea quæ supra disputauimus de retinentibus. d. q. 51 & de imprimentibus, proxima. q.

Sic ampliata limitatur primò hæc conclusio, vt excommunicatio ista locum habeat quando quis scienter defendit hæreticorum libros, sicut supra diximus de legentibus, retinentibus, & imprimentibus eos. Vndè, si quis ex ignorantia etiã crassa, & affectata huiusmodi libros defendat, excusatur à dicta excommunicatione per ea, quæ diximus supra q. proxima con. vl. lim. 1. & q. 26. 37. & 38.

Secundò limitatur, vt sub dicta excommunicatione comprehendantur defendentes libros hæreticorum hæresim continentes, vel de Religione tractantes ex professo, secus autem si de alia re tractent, & nullam hæresim habeant admistam, aut agant de Religione inc. denter; vt de legentibus supra tractauimus. q 39.

Tertiò limitatur: vt hæc censura non extendatur contra defendentes scholia hæreticorum addita libris catholicorum, aut alicuius hæretici epistolam, aut concionem. etiam si hæresim cõtineant: quia hæc omnia, non sunt libri hæreticorum, vt probauimus supra. q. 43. & 51. & vi no stri canonis excommunicantur defendentes hæreticorum libros.

Quartò limitatur, vt hæc censura vim nõ habeat contra dicentes: velle defendere huiusmodi libros, si nondum defensionem agressi sunt: id enim nõ est defendere, nisi iam essent in procintu: & parati ad defendendum, prouocarent ad certamen volentes contrarium sustinere, vt per Vgol. loco citato.

Quintò limitatur, vt dictam excommunicationem contrahat, qui id, quod catholicum est in huiusmodi libris, defendit, non vt contentũ in hæretici libris; sed quod in se verum, & catholicum sit, quia hic nullum crimen committit, sed veritatẽ tuetur, non habito respectu ad hæretici opus. Et idem dicendum est, si ingenium authoris, & stylum libri laudaret; non vt opus hæretici nec ad defendẽdum, ne exterminetur, sed secundùm se: quia id non est hæretici librum defendere. Ita Sanchez loco supra citato. Quibus adde, quòd Alter. hoc loco, cap. 8. col. fin. ait, verba illa. *Quomodolibet defendentes &c.* posse habere duplicem sensum: nam primò possunt referri ad libros hæreticorum, de quibus agitur in hac secunda parte canonis, & tunc intelligenda sunt secundum ea, quæ supra diximus. Secũdò possunt interpretari generaliter, vt referantur, non solùm ad supradictam partem, sed etiã ad primam; ideſt non tantùm ad defensionem librorum; sed etiam ipsorum hæreticorum: vt declarat etiam Rebuff. in explic. huius can. & tunc erit sensus; quòd sunt etiam excommunicati, qui defendũt libros hæreticorum vt supra siue ipsos hæreticos quomodolibet, siue verbo, siue facto, siue per se, siue per alios. At prior interpetratio est verior, & communis; sicut & ipsi Alter quoque magis probatur.

ADDITIO.

6 Çontineant. Contrariam opinionem puto veriorem, maximè si defensio scholiorum epi-

ſtolæ, aut concionis fiat in fauorem hæreticorũ & eorum hæreſis, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, q. 44. 48. & 54. D. Cæſar.

Ibi (*Sciſmaticis*) Qui propriè dicantur ſciſmatici, comprehenſi ſub diſpoſitione noſtri canonis, Q. 56

SVMMARIVM.

1 *Schiſmatici à ſchiſma deriuantur, quæ vox eſt græca, ſciſſuram ſignificans.*
2 *Vnitas Eccleſiæ multiplex.*
3 *Schiſmatici, deteriores ſunt illis, qui Chriſtum crucifixerunt.*
4 *Schiſmatici, quomodo differant ab hæreticis, & excommunicatis.*
5 *Schiſmatici, qui propriè dicantur; qui largè, & qui largiſſimè.*
6 *Schiſmatici ſtrictè ſumpti tantùm comprehenduntur ſub excommunicatione noſtri canonis.*
7 *Schiſmatici, ſiue directè ſiue indirectè recedant ab obedientia S. P. ſunt excommunicati.*
8 *Schiſmaticus exterior tantum, cur incidat in excommunicationem, & non incidat hæreticus ſolus exterior.*
9 *Schiſmaticus dicitur, & excommunicationem contrahit eſtam ij, qui à Rom. Pontificis tantùm obedientia recedit.*
10 *Schiſmatici an, & quando excuſentur ab excommunicatione, ex capite ignorantiæ.*
11 *Schiſmatici, an, & quando efficiantur irregulares.*
12 *Schiſmatici contrahunt ſuſpicionem hæreſis, & tenentur abiurare.*
13 *Schiſmatici habentur pro relapſis per conſtitutionem Pauli IIII. & variis afficiuntur pœnis.*
14 *Schiſmatici retinent poteſtatem ordinis, licèt eius vſu ſint priuati.*
15 *Schiſmatici priuantur priuilegio fori.*
16 *Schiſmatici propriè non ſunt qui recedunt ab obedientia S. P. non vt Pontifex, ſed ratione rei vel perſonæ.*
17 *Schiſmatici purè mentales non ſunt excommunicati.*
18 *Schiſmaticorum fautores ac defenſores, licèt vi noſtri canonis non ſint excommunicati, incidunt tamen in excommunicationem contentam in conſtitutione Pauli IIII.*
19 *Communicantes cum ſchiſmaticis in Ordine ac beneficiorum receptione, in excommunicationem incidunt, contentam in c. 1. de ſchiſm.*

PRo determinationis huius difficultatis, eſt 1 annot. quòd ſciſmatici a ſchiſmate deriuantur; eſt enim ſchiſma vox græca, quæ latinè ſciſſuram denotat, iuxta illud Apoſt. 2. Corin. 12. *Audio ſciſſuras inter vos eſſe*: ideſt diuiſiones, & ſeparationes: ſeparat nanque ac diuidit ab Eccleſiæ vnitate: vt eſt tex. in c. ſchiſma 24. q. 1. Vndè ſchiſma, meritò dicitur illicita diuiſio per inobedientiam ab vnitate Eccleſiæ. Eſt enim de ratione Eccleſiæ, vt ſit vna, ratione membrorum inter ſe, ſub vno capite Chriſto Domino, & Romano Pontifice eius Vicario: quam vnitatem ſchiſmaticus tollit, dum ſe à communione capitis, & aliorum membrorum ſeparat, vt in c. loquitur, & c. alienus, eod. cauſ. & q.

Reperitur autem in Eccleſia Dei multiplex 2 vnitas. Nã quædam vnitas dicitur ratione eiuſdem principij, ideſt Dei vocantis, iuxta illud Io. cap. 6. *Nemo venit ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit eum*. Secunda ratione eiuſdem vltimi finis, ſignificati in denario illo diurno, omnibus operantibus promiſſo, Matt. c. 20. Tertia ratione eorundem mediorum ideſt fidei, & ſacramẽtorũ, de quibus Apoſt. ad Epheſ. c. 4. *Vna fides, vnum baptiſma*. Quarta ratione eiuſdem ſpiritus ſancti, à quo, tanquam externo Rectore, gubernatur, vt in 2. Corin. c. 12. *Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autẽ ſpiritus*. Quinta ratione eiuſdem capitis, tanquã interni Rectoris: nam omnis Eccleſia vni, ac eidem Rectori paret, Chriſto ſcilicet, & eius Vicario, iuxta illud Apoſt. ad Epheſ. c. 1. *Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam*. Sexta ratione connexionis membrorum inter ſe, & præcipuè a capite, quod eſt principale membrum, vt in c. 12. ad Roman. *Vnum corpus ſumus; alter, alterius membra*. Schiſma igitur opponitur ſupradictis vnitatibus: quod quidem tunc accidit, quando vnum membrum non vult amplius eſſe membrum illius corporis, & ſub illo capite, nempe ſub Romano Pontifice, vti Chriſti Vicario. Quo circa tollit vnitatem eſſentialem, atque adeò Eccleſiam ipſam. Vt bene declarat Cardin. Belar. in tract. de Eccl. mil. c. 1. Quapropter ſchiſmaticus non ſecus ac hæreticus verè dicitur extra Eccleſiam eſſe, cùm ab eiuſdem vnitate ſeparetur, ſignificata per inconſutilem Chriſti ueſtem, quæ nõ fuit ſciſſa, ut dicit Hoſtien. in ſum. de ſchiſm. num. 2.

Hinc meritò ſchiſmatici deteriores illis à Pa- 3 tribus iudicantur, qui Chriſtum crucifixerunt, *a* *a* cùm illi nec tunicam Domini inconſutilem ſcindere, nec eiuſdem oſſa confringere fuerint auſi; hi uerò Eccleſiam eius in illa tunica, & oſſibus configuratam, omnino lacerant, atque diſrumpunt.

Bencuerum eſt, quòd licèt hæretici, & ſchiſ- 4 matici conueniant inter ſe. quatenus ambo ſint extra Eccleſiam; tamen ſchiſmatici differunt ab hæreticis: quia ſchiſma propriè conſiſtit in actu uoluntatis, quo quis pertinaciter recedit ab obedientia Romani Pontificis. errorem tamen non habens in intellectu: eo quòd credit illum eſſe Chriſti Vicariũ, & Eccleſiæ caput: At uerò hæreſis conſiſtit in actu intellectus, quo quis pertinaciter credit, Romanum Pontificem, non eſſe Summum Paſtorem, & Chriſti Vicarium, ac totius Eccleſiæ caput, & ideò ab eiuſdem obedientia recedit: & aliam ſibi Eccleſiam diſtinctam, ac independentem ab Eccleſia Romana conſtituit, prout Henricus VIII. Angliæ Rex impiè fecit.

Vndè ſchiſmaticus non habet errorem in Intellectu: hæreticus autem errorem habet: ſchiſma opponitur charitati, hæreſis verò fidei: & ideò, ſicut fides, & charitas, ſunt diuerſæ virtutes; ita ſchiſma, & hæreſis ſunt diuerſa uitia. Et ſicut amiſſio charitatis, eſt uia ad amittendam fidem, iuxta illud D. Pauli ad Timot. c. 1. *A quibus quidem aberrantes* (ſcilicet charitate) *conuerſi ſunt: in vaniloquium*; ita & ſchiſma eſt uia ad hæreſim quia per ſubtractionem charitatis ſequitur deſtructio fidei.

Et denique ſchiſmatici differunt ab hæretici-

cis:

cis: quia omnis hæreticus eſt ſchiſmaticus: ſed non è contra omnis ſchiſmaticus eſt hæreticus, vt ex ſupra dictis patet, & bene declarat Mart. de iuriſd. par. 2. cap. 38. à num. 1. ad 7.

Imò ſchiſmatici differunt ab excommunicatis: nam & ſi vtrique recedant ab obedientia S. Pontificis: tamen excommunicatus recedit ab obedientia in vna, vel alia re: ſed ſchiſmatici ſimpliciter ſe ſubtrahunt ab illius obedientia: qui a ſimpliciter, & pertinaciter recuſât S. P. in ſuperiorem recognoſcere; & ita ſe gerunt, ac ſi non eſſent illi ſubordinati, vt probat Azor. lib. 8. inſtit. moral. p. 1. c. 20. q. 3. & 4.

Ex quibus patet, quòd is propriè ſchiſmaticus dicitur, qui ſponte, vel à Romano Pontifice
5 tanquam Chriſti Vicario in terris, vel à Romana Eccleſiâ ſe diuidit, atque diſiungit: qui autem
b ab Epiſcopi obedientia *b*, quamuis totaliter recedat, etſi olim ſchiſmaticus diceretur, vt in c. ſcire debes, 7. q. 1. hodie tamen non dicitur talis: quia non ſeparat ſe ab vniuerſalis Eccleſiæ communione, vt bene declarat Vgol. in explicatione præſentis canonis, in ver. Nec non ſchiſmaticos, ſub n. 3. Ibi, Dixi tertiò, & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez lib. 2. Decal. c. 36. nu. 6.

Quod quidem verum eſt, etiam ſi Epiſcopũ de propria ſede ejiciat, Epiſcopalem ſedem occupet, & ſacerdotes ordinet; dummodo in ſuperiorem adhuc Romanam Eccleſiam recognoſcat. Imò talis nec eſſet ipſo iure ſuſpenſus, ſed ſuſpendendus, quando contra Epiſcopum altaria non erigat. Ita Farin. de hæreſi, q. 184. nu. 30. 33. & 39.

Hæretici quoque licèt dicantur ſchiſmatici, vt ſupra diximus; tamen dicuntur ſchiſmatici largo modo; ſicut non obedientes, nec recognoſcentes Romanum Pontificem, exiſtimantes nõ eſſe verum: aut obedientes per errorem, & recognoſcentes in Pontificem aliquem, qui non ſit verè Pontifex, nam iſti dicuntur ſchiſmatici in largiſſima ſignificatione, vt benè docet Sayr. hic lib. 3. Theſtom. t. c. 5. in fine. Cùm igitur ſchiſmatici tripliciter conſiderentur, nempè ſtrictè, largè, & largiſſimè; quæritur modò, quoſnam alliget excommunicatio noſtri canonis, lata contra ſchiſmaticos? Pro huius rei explicatione, ſit

Vnica Concluſio.

6 EXcommunicatio præſentis canonis lata cõtra ſchiſmaticos, includit tantùm ſchiſmaticos ſtrictè ſumptos, ideſt illos, qui licèt totaliter recedant ab obedientia Romani Pontificis, vt Põtifex eſt: aut aliam ſibi conſtituãt Eccleſiam; tamen credunt Romanum Pontificem, eſſe Dei Vicarium in terris, & caput totius Eccleſiæ, & vnam tenent eſſe Eccleſiam Catholicam, & nõ plures.

Probatur, quia verba excommunicationis, cũ ſit pœna, debent ſtrictè interpretari, vt ſæpè diximus; ergo excommunicatio lata contra ſchiſmaticos comprehendit ſolùm ſchiſmaticos, in ſtricta ſignificatione conſideratos.

Confirmatur, quia in eodem canone fuit promulgata excommunicatio contra hæreticos, qui dicuntur largè ſchiſmatici; ergo ne excommunicatio deinde lata cõtra ſchiſmaticos, videatur eſſe ſuperflua, dicendum eſt, illam comprehendere eos, qui purè, ac ſtrictè ſunt ſchiſmatici, & nullo modo hæretici.

Ampliatur hæc concluſio, vt excommunica-
7 tio lata contra ſchiſmaticos non modò includat eos, qui ab obedientia Romani Pontificis recedunt directè, dicentes, illum nolle recogno-
c ſcere, vt Papam; ſed etiam indirectè *c*, nimirũ ipſo effectu, ac opere. Vt ſunt hi, qui abſque Põtificis authoritate Concilium generale congregant, aut legitimè iam diſſolutum proſequũtur: nam hiſunt verè, ſtrictè, ac propriè ſchiſmatici: ſicut verus homicida, non ſolùm ille eſt, qui directè occidere vult; ſed etiam qui indirectè, non vitando ea, ex quibus homicidium ſequi nouit. Ita Caiet. in ſum. ver. Schiſma, & 22. q. 39. art. 1. ver. Ad tertium autem dubium, & alij relati à Sanchez loco citato num. 5.

Secundò ampliatur, dictam excommunica-
8 tionem incurrere, qui ſolo facto exteriori ita ſe gerit, ac ſi non eſſet Papæ ſubordinatus, & vnitus illi, vt capiti, quãuis mente, ac fide aliter credit. Ita Suar. in explicatione huius canonis diſput. 21. de cenſur. ſec. 2. n. 13. & Sayr. loco citato, qui ex hoc inferunt, non excuſari ab hac cẽſura catholicos, Angliæ Regem, vt Eccleſiæ caput extrinſecus tantùm habentes, & non intrinſecus: quia licèt prædicti non ſint hæretici; ſunt tamen verè, & purè ſchiſmatici.

Nec obſtat, ſi dicatur, quòd ad conſtituendũ aliquẽ hæreticum, exigitur error in intellectu: atque adeò hæreticus purè externus non eſt excommunicatus; ergo idem dicendum videtur de eo, qui ſolo facto exteriori ita ſe gerit, ac ſi nõ eſſet Papæ ſubordinatus; quoniam reſpõdetur; quòd ratio, cur ad conſtituendum aliquem hæreticum exigatur actus internus, & conſequẽter error in intellectu, hæc eſt: quia peccatum hæreſis, non conſumatur in ſolo actu externo, & ideò neceſſariò exigit errorem internum. At verò ſchiſma ſatis in ſua ſpecie conſumatur per illum externum actum, & ideò ad cõtrahendam excommunicationem latam contra ſchiſmaticos, ſatis eſt actus externus; & ad incurrendam cenſuram contra hæreticos, non ſufficit actus externus; ſed omninò requiritur internus.

Tertiò ampliatur, vt excommunicatio iſta al-
9 liget, non modò ſubtrahentes ſe ab vnitate mẽbrorum Eccleſiæ, atque adeò ab vnitate Eccleſiæ vniuerſalis, ne ſint membra ipſius; ſed etiam ſubtrahentes ſe ab obedientia Romani Pontificis tantùm, vt Pontifex eſt. Probatur quia hi ſunt formaliter ſchiſmatici: nam ſchiſmaticus dicitur, vel qui ſubtrahit ſe ab vnitate, & communione membrorum Eccleſiæ quatenus Eccleſiæ membra ſunt: vel ab obedientia S. Põtificis quatenus eiuſdẽ Eccleſiæ caput eſt: vt colligitur ex D. Tho 2. 2. q. 39. ar. 1. & aliis relatis ab Vgolino hoc loco, in ver. Nec nõ ſchiſmaticos: n. 1. & §. 1. n. 1. ver. Secundò in excommunicationem, & infra latius, Deo duce dicemus.

Quartò ampliatur, vt ſchiſmatici ſtricto mo-
10 do ſumpti nõ excuſentur ab hac excommunicatione, ex capite ſimplicitatis ſeu ignorantiæ: quia quilibet tenetur ſcire quòd diuiſio ab Eccleſia Romana, & à Romano Pontifice tãquam Dei Vicario, magnum eſt crimen. Vt latè probat Farin. de hæreſi q. 179. n. 17. & 184. n. 20.

Eſt tamen verum, quòd, qui probabili, ſeu in-

uin-

uincibili ignorantia ducti illũ pro Romano Põtifice recognoſcunt,qui talis nõ ſit: aut ab illius obedientia recedant,qui verè Romanus eſt Põtifex, excommunicationis vinculo non alligantur:quia,quando plures *d* de Papatu contendũt; non tamen conſtat quis eorum canonicè ſit electus, obedientes Pontifici non vero,exiſtimantes eſſe verum, ſchiſmatici impropriè, & in largiſſima ſignificatione dicũtur: & iſti nec hæretici ſunt,nec aliquam iuris pœnã contrahunt, cùm iuſtam habeant ignorantiæ excuſationem, & non ignorent ſchiſma crimen eſſe; ſed hunc, vel illum eſſe Romanum Pontificem: vt bene docet Turrecrem. in ſum.de Eccl.lib.4. par.t.c. 14.& alij quos refert Pegna in Eymer. p. 2. Dir. q.48. com.73. de ſchiſm. & Vgol.in d. §. 1. n.3. ver. Secundò in excommunicationem.

Quod verum eſt dummodo ſint parati Concilij determinationi, & decreto acquieſcere; aliàs tàm is, qui non eſt legitimè electus,quàm eius ſequaces,eſſent formaliter ſchiſmatici,& in excommunicationem noſtræ Bullæ incidẽrẽt: vt per Sayr. hic lib.3. Theſ. tom.1. cap.5. in fine.

Quintò ampliatur,vt ſchiſmatici huiuſmodi, 11 nõ modo vi noſtri canonis ſint excõmunicati; ſed etiam efficiantur irregulares, peracta adhuc pœnitentia,& poſt abiurationem. Vndè ad Or- *e* dines,ad beneficia Eccleſiaſtica e,ad maiores Eccleſiæ dignitates promoueri nõ poſſunt,diſpenſatione à ſolo Romano Pontifice indigentes, vt ãn c.quia diligentia,de elect. Pegna loco citato, & Azor.lib.8.inſt.moral.p.1. c.20.q.8. cum alijs ab eo allegatis.Quam irregularitatem putat cõtrahi Sanchez, & alij, quos allegat lib.2. Decal. c.36. in fine,exiſtente crimine ſchiſmatis notorio, irregularitate generali,quæ ex quouis crimine notorio,digno depoſitione oritur; non quia extet textus aliquis, qui irregularitatem ſpecialem pro hoc crimine imponat.

Sextò ampliatur, vt ſchiſmatici vltra pœnam 12 excommunicationis, & irregularitatis contrahant etiam ſuſpicionem hæreſis, maiorem, vel minorem ſecundùm temporis diuturnitatem, quo in ſchiſmate pertinaciter fuerunt perſeuerantes,& ad Eccleſiam redeuntes: & propterea tenentur abiurare ſchiſma,& promittere ſatisfactionem ad mandatum Eccleſiæ, iuxta ea,quæ notat Pegna ſupra citatus ibidem.

Forma autem abiurationis, quam ſchiſmaticus facere debet,habetur in c.quoties, 1.q.7. de qua etiam tractat Royas ſing.1.n.16. ver. Simili quoque modo: & alij relati a Farin. in d. q.184. num.35. Vndè ſchiſmaticus, non ſolùm debet abiurare ſchiſma;ſed etiam ſuſpicionem hæreſis ex ſchiſmate contractam,atque adeò ad fidem recipitur, ſicut hæreticus, vt per Farm.ibi, & num.34.

Imò ex conſtitutione ſanctæ memoriæ Pauli 13 IV. Pontificis ſanctiſſimi,& noſtræ Congregationis fundatoris, quæ incipit: *Cum ex Apoſtolatus officio*:edita anno,1558.tam ſchiſmatici,quàm ſchiſma excitantes habentur pro relapſis,perinde ac ſi prius hæreſim in iudicio publicè abiuraſſent;& ſicut hæretici ſunt omnibus officijs, beneficijs, & honoribus quibuſcumque priuati;& ad illa de cætero ſunt inhabiles.Et ob ſchiſma ſicut propter hæreſim prædicto modo vacantia Beneficia, intra tempus à iure ſtatutum, idoneis perſonis iubetur conferri.Et quicunq; quacunque dignitate in hæreſim,aut ſchiſma ante ſuam aliquam digniratem ſeu promotionẽ incidiſſe compertus fuerit,eius promotio, etiam ad Papatum nulla præcipitur fieri:neque ei obedire;ſed licitè ei omnè fidelitatem ſubtrahi ſtatuitur,inuocato contra eos,ſi opus fuerit,brachij ſæcularis auxilio.

Statuuntur in dicta conſtitutione contra prædictos nonnullæ aliæ pœnæ: nec non contra eorum defẽſores,receptatores, ac fautores: hi nanque vltra excommunicationem,quam contrahunt vi dictæ conſtitutionis,efficiuntur infames,nec voce,perſona,ſcriptis,vel nuncio, aut procuratore aliquo ad publica,ſeu priuata officia,aut conſilia,ſeu Synodum,vel Concilia generale, vel prouinciale;nec conclaue Cardinalium,aut aliquam fidelium Cõgregationem, ſeu electionem alicuius,aut teſtimonium perhibendum admittuntur,nec admitti poſſunt: efficiuntur etiam inreſtabiles,ita vt tam actiuã, quàm paſſiuam amittant teſtamenti factionem.

Nullus præterea cogitur ſuper aliquo eorum negotio reſpondere:& ſi Iudices extiterint, & ſententias tulerint, nullæ reddantur;& ptohibetur cauſas ad eorum Audientias deduci.Et ſi fuerint Aduocati, eorum patrocinium non recipitur: ſi Tabelliones,inſtrumenta per eos ſtipulata nullam habent roboris firmitatem: ſi perſonæ Eccleſiaſticæ omnibus beneficijs,honoribus, ac dignitatibus ſunt priuati: & ſi laici, eadem pœna plectuntur, quoad honores,& dignitates ſæculares, ita vt etiam Reges,eorum Regnis, & alij Domini, eorum feudis ſunt priuati.

Hæc in dicta conſtitutione; quæ ſimiliter præcipit innouari, & inuiolabiliter obſeruari omnes leges, decreta, & ſtatuta per Romanos Pontifices, ſacra Concilia, & per Sanctorum Patrum decreta,in hæreticos,& ſchiſmaticos, quouis tempore edita;etiam ſi in literis Pontificum extrauagantibus contineantur.Et ſi non fuerint in vſu,ad vſum præcipit reuocari:vt cu ſtodiantur contra quoſcunque authoritate, ac dignitate inſignitos. Et ideo innouantur iura, quibus ſchiſmatici ſunt priuati omni iuriſdictione,ac poteſtate, c.Nouatius,7 q. 1.c. didicimus,24.q.1.& c.alienationes,12.q.2. atque adeò non poſſunt abſoluere, nec excommunicare,nec Indulgentias concedere, vt per Diu. Thom.2.2.q.39.ar.3. Item non poſſunt eligere, beneficia conferre,leges ferre,&c. Vndè ſi prædicta faciant,irrita ſunt.

Quæ quidem militant quotieſcunque ſchiſmatici ſunt denunciati, & publicati,ſecus autẽ ſi ſint occulti: quia tunc non ſunt vitandi in communi conuictu ciuili quoad ea, quæ faciunt ratione publici muneris,& officij,per extrau. Mart. V. quæ incipit. Ad euitanda ſcandala,relatam ab Azor.lib.8.inſt.moral.p.1.c.20 q.7.9. & 12. licèt contrarium probabilius quibuſdam videatur dicendum,vt idem Azor. ait ibidem.d.q.9.& 11.

Dixi quòd ſchiſmatici ſunt priuati omni iu- 14 riſdictione,ac poteſtate: quia poteſtatem Or- *f* dinis retinent *f*; licèt eiuſdem vſu ſint priuati.

Vnde

Vnde ex D.Th.ibi, Epiſcopus ſchiſmaticus verè conficit & conſecrat Euchariſtiam; verè confirmat, verè ordinat. Bene verum eſt, quòd ſcienter ſuſcipientes Ordines à ſchiſmaticis, ſunt ipſo facto ſuſpenſi ab eorum vſu, vt in cap. 1. & 2. de ſchiſm. & beneficijs obtentis priuantur. Et licèt in dictis iuribus irritæ dicâtur ordinationes à ſchiſmaticis factæ; non tamen dicuntur irritæ quoad characterem, ſed tantùm quoad vſũ. Vel dicuntur irritę, ſi ſubſtantialis forma omittatur.

Item ſchiſmatici priuâtur priuilegio fori: quia
15 ſi perſonę Eccleſiaſticæ ſint, poſſunt à laica poteſtate puniri: nâ ſchiſma eſt miſti fori, vt latè probat Mart. de iuriſd. p. 2. c. 38. vbi refert omnia ſchiſmata, quæ hucuſque fuerunt in Eccleſia Dei: & quomodo ſedata fuerint, etiâ aliquando per Principes ſęculares. Alias pœnas cõtra ſchiſmaticos ſtatutas rectè colligit Farin. de hærefi. q. 184. à num. 37. vſq. ad 59. incluſiuè.

Sic ampliata limitatur primò noſtra cõcluſio,
16 vt excõmunicatio noſtri canonis locũ nõhabeat contra recedentes ab obedientia Romani Pontifi
g cis, non vt Pontifex eſt g, ſed ratione rei, vel ratione perſonæ. Vt ſi in aliqua re, quam iudicat Pontifex, aut præcipit, nolint obedire, vel quia perſonam Romani Pontificis infeſtã reputent, vt bene declarat Vgol. hic, §. 1. n. 4.

Nec obſtat, quòd in hoc canone prius excommunicantur ſchiſmatici, & deinde qui à S. Pontificis obedientia recedunt, quo circa ſi poſterior hęc pars de ſolis ſchiſmaticè recedentibus accipienda eſt, ſuperflua eſſet, cùm hic ſub ſchiſmaticis comprehẽſi extent: quoniam reſpondetur, quòd licèt Rom. P. ſpecialiter meminerit recedentiũ ab ipſius obedientia; non tamen voluit per hoc excõmunicare quocũq. modo recedẽtes ab eiuſdẽ obedientia: alias quicunq. à Rom. Põt. excõmunicatus & cõtumax pro quacunq. cauſa, cõprehẽderetur ſub diſpoſitione noſtri canonis; ſed id fecit, vel quo magis timeatur, ar. tex. in c. ſi aduerſus, de hæret. vel ex eo, quòd ſępius contingere ſolet, vt quis ſchiſmaticè à Rom. Põt. obedientia recedat; atque idcirco magis illud expreſſit. ar. l. nã ad ea. ff. de leg. Ita Vgol. hoc loco, in ver. nec non ſchiſmaticos, circa fin. Et nouiſſimè Alter. in explic. eiuſdẽ can. c. 9. col. pen. in ver. dubium occurrit. vbi hanc rem diſputat ad partes.

Ex quibus patet falſã eſſe ſententiã Tol. lib. 1. inſtr. Sacerd. c. 19. n. 10. & 11. & lib. 4. c. 11. n. 2. dicẽtis, ad effectũ incurrẽdi excõmunicationẽ Bullæ cęnæ Dñi, ſuffiecre, quẽ eſſe inobedientẽ Rom. Pont. licèt ſchiſmaticus non ſit: cuius contrariũ voluit Vgol. ibi, & Graff. lib. 4. ſuarũ Dec. p. 1. c. 18. n. 53. dũ ait, poſſe hunc Papæ inobedientem excommunicari propter inobedientiã, ſed non eſſe ſuppoſitum excõmunicationi Bullę cœnę.

Hãc eandẽ ſententiã tenet Sanch. cũ aliis DD. quos allegat, lib. 2. Decal. c. 36. n. 12. Imòhoc adeò verũ eſt, vt diſpoſitio noſtri canonis nec eos cõprehendat, qui Rom. P. Imperium quomodolibet per contẽptũ detrectãt, & ſubterfugiũ; ſi ab ipſo tanquã Chriſti in Terris Vicario pertinaciter non recedunt, vt per Azor. lib. 8. inſt. moral. p. 1. c. 20. q. 5. & Farin. de hæreſi. q. 184. n. 38. in fi.

Secũdò limitatur, vt excõmunicatio prędicta nõ
17 includat ſchiſmaticos purè mentales; ſed opus eſt, vt factis, verbis, vel alio ſigno externo ſchiſma manifeſtẽt: quia obſolũ peccatũ internũ, excõmunicatio nõ contrahitur. Ita Sanch. loc. cit. n. 15.

Tertiò limitatur, vt dicta excõmunicatio nõ extẽ
18 b datur b ad fautores, defenſores, & receptatores ſchiſmaticorũ, quia illa extẽſio prius facta eſt de hæreticis; hic autẽ tacetur quoad ſchiſmaticos: & ideò tacitè includitur. Cõfirmatur, quia quoties cenſura fertur contra facientes, ſi in ipſa lege expreſsè non extenditur ad conſulentes, adiuuãtes, &c. illos nõ includit, vt bene declarat Suar. in explicat. huius can. diſp. 21. de cẽſ. ſec. 2. n. 14. & nouiſſimè Alter. hoc eodem loco, c. 9. col. fin. in vetſ. Secundò animaduertendum eſt.

Bene verũ eſt quòd dictæ perſonæ, licèt vi noſtri canonis nõ ſint excõmunicatę; sũt tñ alligatæ excõmunicationis vinculo vi ſupradictæ conſtitutionis felicis recolitionis Pauli IV. vt ſupra diximus. Quę quidẽ excõmunicatio cũ nemini ſit reſeruata, poterit à quocũq. ſolui, habẽte facultatẽ abſoluendi à peccatis mortalibus, iuxta tex. in c. nuper, & ibi Doctoribus, de ſentent. excom. Imò, vltrà excõmunicationẽ, fautores, defeſores, & adhærẽtes ſchiſmaticis pari pœna puniri cum ipſis ſchiſmaticis, ſicut & participãtes cũ eiſdem, latè probat Farin. in d. q. 184. n. 17. 18. & 19.

Adde etiã ex Alter. loc. cit. in ver. Tria tãdẽ: quòd
9t communicãtes cũ ſchiſmaticis in Ordinũ, & beneficiorũ receptione, excõmunicationis vinculo alligãtur, de qua habetur in c. 1. de ſchiſm. at. quæ nõ eſt reſeruata, & tribus modis cõtrahitur. Primò, quando quis emit, vel aliter acquirit rem Eccleſiaſticã à ſchiſmatico. Secũdò ſi quis beneficium à ſchiſmatico fuit conſecutus. Et tertiò quando quis innititur Ordinationi factæ ab ipſo ſchiſmatico, quoad executionem ſcilicet ipſorum Ordinum.

ADDITIO.

a Crucifixerũt. Et ideò ſchiſma eſt peccatũ grauiſſimũ, cũ nõ ſolũ aduerſetur charitati, cui proprium eſt vnire, & conciliare; ſed etiã grauiſſimis plectatur pœnis: quod adeò verũ eſt, vt quãuis peccatũ exſuo genere mortale poſſit eſſe veniale nõ tñ peccatũ ſchiſmatis, ſicut nec crimen hæreſis, nec blaſphemia. Siquidẽ ſchiſma cõſiſtit formaliter in diuiſione, ac rebellione ab vnitate vniuerſalis Eccleſiæ, aut ſui capitis; atq. ideò diuino iure ab huiuſmodi, vnitate in quatis materia reperiatur, grauiſſimam continet inordinationẽ, vt rectè docet Valen. 2. 2. diſp. 3. q. 15. pun. 5. n. 5. Abb. Alex.

b Obedientia. Adde hic Reginal. lib. 17. ſuæ prax. n. 12. & Bonac. in explic. huius Bullę, diſp. 1. q. 2. pun. 5. propoſ. 1. cũ aliis, quos allegant, excuſantes à ſchiſmatis crimine non ſolùm recedentes ab obediẽtia ptoprij Epiſcopi; verũ etiã ab obediẽtia proprij Prælati, ac proprij Principis; etiam ſi ſubtrahãt ſe ab obedientia Rom. Pont. vt Princeps eſt tẽporalis: quia nolens ſubijci S. P. ut alicuius loci Dño, non dicitur rebellis à S. P. ut eſt caput Eccleſię, ſed ut eſt talis loci Princeps. Idẽ dicendũ eſt, qui ob iniuriam à Rom. P. ſibi illatã, aut ob aliã particularẽ cauſã ſuis præceptis obedire recuſat: ſiquidẽ nõ recedit ab obediẽtia S. P. ut Põtifex eſt, & caput Eccleſię. Sic etiã putat Bonac. poſſe dici de eo, qui ſe ab obediẽtia, ac ſubiectione Põtificis canonicè electi ſe ſubtrahit, & adhęrat alteri, qui canonicè nõ ſit electus: aut ſi recedit ab utroq. dũ duo fuerint electi, & nõ eõſtat, quiſnã legitimè Pontificatũ teneat. Eſt tamen verum

rum,quòd recedens ab obedientia Pontificis canonicè electi , & adhærens alteri , qui non eſt canonicè electus, tunc excuſatur, quando bona fide recedit à verò Papa, credens eum non eſſe legitimè electum; ſed ipſum eſſe verum, cui adhæret,vt rectè declarat Duard.in hac q.ſub n.10. Abb. Alex.

c Indirectè. Adde hîc Sâch.lib.4.ſuæ ſum.c.13.eũ alijs, quos allegat Bonac.in explic. Bullæ cœnæ, diſp.1.q.2. pun.5.propoſ.1.dũ volunt,illã etiam dici ſchiſmatieũ non ſolùm,qui,contẽpto Rom. Pont.facit,aut facere intendit ſynodos generales, aut,qui gerit ſe,vt Papã, cũ non ſit canonicè electus;ſed etiã,qui ſpirituales actiones facit,nempe ieiuniũ,eleemoſynas,orationes, & alia eiuſmodi. intẽdens illa opera facere,nõ vt eſt pars Eccleſiæ Catholicæ;ſed vt ſeiunctus ab Eccleſia ; ſiquidẽ is dicitur recedere ab vniuerſali Eccleſia , atque adeò ab eiuſdem capite. Abb. Alex.

d Plures. Adde,quòd quãdo plures eõtendunt de Papatu,ille qui fuit canonicè electus poteſt renũciare Papatui ad ſedandũ ſchiſma;non tamen tenetur ex debito iuſtitiæ,ſed tãtùm ex debito charitatis,ſi aliter pax in Eccleſia eſſe nequeat: ſiquidem canonicè electus eo caſu vtitur iure ſuo,vt habetur ex Turrecr.lib.4.ſum. c.13. & Alter. in ſuo tract. de cenſur. lib.5.diſp.2.c.9. ver. Quærit iterum.D.Cæſar.

e Eccleſiaſtica. Adde,quòd licèt ſchiſmatici fiant inhabiles ad beneficia in futurum obtinenda;nõ tamẽ cenſentur priuati ipſo facto beneficijs iam obtentis: quia non eſt imponenda pœna, niſi de iure habeatur.vt habetur ex Sâch.lib.4. ſuæ ſum. c.13.n 19.& Bonac.in explic.huius Bullę diſp.1. q.2.pun 5.ſub n.12.contra Rebuff.in prax. benef. tit.de mod.amit. benef.n.29. & alios. Qui quidẽ Bonac.id tamẽ limitat verùm eſſe in ſchiſmatico puro, qui non eſt hæreticus ; quoniã tunc aliter eſſet dicendum : quibus adde,quæ idem Bonac. latè tractat in ſuo tr. de legib.diſp.1. q.1. pun.7. §.2.q.1.vbi diſputat, an qui priuationẽ beneficij incurrit,teneatur ſe ſponte a beneficio abdicare, non expectata ſententia criminis declaratoria . Imò idẽ Bonac. ibid.n.13.probat ſchiſmaticum nunquã contrahere irregularitatẽ niſi crimẽ ſit notoriũ:ſiquidẽ iniure nulla reperitur irregularitas ſtatuta cõtra ſchiſmaticos, & propterea nemo dicendus eſt irregularis , niſi irregularitas ſit expreſſa,vt perSuar.de cẽſ.diſp.4 ſec.2.n.7.Sâch. lib.4.ſuæ ſum.c.13.n.20.Sayr.de cẽſ.lib.1. c.12.n. 16.Quãdo verò ſchiſmatis crimẽ eſt notoriũ, idcirco ſchiſmaticus eõtrahit irregularitatẽ: quoniã eõe eſt oĩbus criminibus notorijs depoſitione dignis,vt irregularitatẽ inducant,donec infamia per pœnitentiam abſoluatur, vt habetur ex Sanch loc. cit. & Bonac.vbi ſup.& de irregular. diſp.7.q.3.pun.1. & ex alijs.Abb. Alex.

f Retinẽt.Schiſmatici nõ priuãtur ordinis poteſtate,ſed vſu tm;etiã ſi denũciati ſint excõmunicati, vt per D.Th.2.2.q.39.ar.3.Suar.de cenſ. diſp.23. ſec.3 n.4.Azor p.1.inſt.moral.lib.8.c.20.pun.9. & Valẽt.to.3.diſp.3.q.15.pun.3. Priuãtur tm poteſtate iuriſdictionis poſt denũciationẽ ſecũdum ſentẽtiã magis receptã.quã videtur ſequi Bonac. in explic. præſentis Bullæ diſp.1.q.2.pun. 5.n. 8. & 9.Abb. Alex.

g Pontifex eſt.Adde hic Bonac.in explic.Bullę cœnæ diſput.1. quæſt.2. pun.5.ſub num.10. Abb. Alex.

h Extendatur.Adde Bonac.de cenſ.in eadem Bulla cõtentis,diſp.1.q.2.pun.5.ſub n.10. in uer. An uerò participans. Abb.Alex.

Quibus caſibus contrahitur excommunicatio huius canonis,& quibus effugitur. Q.57. & Vlt.

SVMMARIVM.

1 *Reprehens, vt diſponat, & addat,ſuperuacanei vitio non eſt notandus .*

2 *Hæretici omnes vi Bullæ cœnæ excõmunicantur, cuiuſcunque ſectæ ſint,ſtatus,conditionis,ac gradus.*

3 *Hæretici in prædictam excommunicationem incidunt, etiam ſi priuilegium habeant , vt excommunicari non poſſint,niſi illius fiat expreſſa mentio.*

4 *Hæretici excommunicationem contrahunt,ſiue pro parte,ſiue in totum fidem abnegent.*

5 *Hæreticus , ſi plures ſequatur hereſes , non plures,ſed vnam tantùm excommunicationem incurrit.*

6 *Hereticus ſimpliciter quis dicitur , etiam ſi tantùm vnã ſequatur hæreſim .*

7 *Hæretici,in excommunicationem incidunt,ſiue publici ſint,ſiue occulti .*

8 *Apoſtatæ, & hæreticorum credentes ſunt formaliter hæretici .*

9 *Lamiæ,ſtriges, & Negromantici , ſi errorem habeant in intellectu ſunt formaliter hæretici.*

10 *Dubius in fine,infidelis eſt,atque adeò hæreticus;non ſic ſcrupuloſus.*

11 *Hæretici,vltra cenſuram,quam contrahunt, variijs quoque pœnis temporalibus plectuntur .*

12 *Hæretici purè mentales,cenſura non alligantur. Idem dicendum eſt de hæreticis tantùm externis .*

13 *Hæreſis peccatum internum S. P. vel Epiſcopus ſibi reſeruare poteſt;non autem peccata illa interna , quæ perfectionem ſuam non habent ſtatim ac animo concepta ſunt .*

14 *Cathecumini à fide recedentes , in excommunicationem non incidunt .*

15 *Hæreticorum ſectæ , quæ nominatim in hac canone excommunicantur , non propterea indicant hæreticos ipſos excommunicari nominatim .*

16 *Receptatores,fautores , & defenſores hæreticorum ,ſi hæretici quoque ſint , duplicem contrahunt excommunicationem .*

17 *Receptatores,fautores,& defenſores hæreticorũ,excommunicati ſunt , etiam ſi ſemel tantùm hæreticos recipiant,defendant,vel eiſdem faueant.*

18 *Recipientes, aut defendentes hæreticos, cenſuram ſtatim contrahunt, eſtò quòd deinde ipſos pœniteat hæreticos recepiſſe, illoſque tradant Iudici puniendos.*

19 *Receptans Papam hæreticum , an & quando cenſuram incurrat .*

20 *Receptans hæreticum, excommunicatus eſt,etiam ſi hæreticus ipſe non ſit notorius,nec nominatim excommunicatus,ac denunciatus.*

21 *Receptatores hæreticorũ, cõtrahunt ſuſpicionẽ hereſis.*

22 *Receptatores, fautores,& defenſores hæreticorum, tunc demum excommunicationem incurrunt,cùm id agũt in fauorem hereſis;ſecus autem ſi propter aliam cauſam præter hæreſim.*

23 *Hæreticis Regno priuatis, & in ipſius poſſeſſione adhuc exiſtentibus , an licitè quis opem ferat ad Regnum ipſum defendendum .*

24 *Recipientes hæreticum,quem hereſis pœnituit,in excommunicationem non incidunt .*

25 *Le-*

25 *Legentes hæreticorum libros, ſi hæretici ſint, duplicem excommunicationem contrahunt.*

26 *Legentes hæreticorum libros, excommunicationem incurrunt, etiam ſi vnam tantùm hæreſim contineant, vel ex profeſſo de Religione tractent.*

27 *Legentes hæreticorum libros, excommunicationem contrahunt, quacunque ratione illos legant.*

28 *Legens hæreticorum libros, toties in excommunicationem incidit, quoties illos legit.*

29 *Retinens hæreticorum libros, aliquando non tantùm vnam ſed plures excommunicationes incurrit.*

30 *Ignorantia quæcunque etiam craſſa, & affectata, excuſat legentes, & retinentes, ſeu imprimentes hæreticorũ libros.*

31 *Legentes paucos verſus libri hæreticorum, aut eorum ſcholia, aut cõpilationes, in excõmunicationẽ nõ incidut.*

32 *Legentes libros paganorum, aut Gracorum, excommunicatione non ligantur.*

1 IN hac vltima quæſtione, ſicut in reliquis huius Bullæ canonũ nouiſſimis, nonnulla quæ in controuerſiam ponere prætermiſimus, cum longam diſcuſſionem non exigant, velut racemos poſt vindemiam colligenda duximus: atque adeò cum aliis, per varias quæſtiones eorundem canonum diſperſis, diſponentes, quibuſdam poſitis concluſionibus, ad inſtar regulæ cum ſuis ampliationibus, ac limitationibus, rem ipſam totam paucis benigno lectori perfuendã exponimus. Nec temerè, quæſo, id factũ eſſe quiſquã intelligat: nam qui repetit, ut diſponat, & addat, ſuperuacanei vitio nõ eſt notãdus, iuxta ea, quæ dicit Gloſ. in l. 1. §. 1. ver. Sed ſi res: per illum tex. ff. pro ſuo. Quo circa, vt ordinatè procedamus, ſit

Prima Concluſio.

2 HAeretici, ſunt ipſo iure excõmunicati. Hoc dictũ clarè conſtat ex prima huius canonis parte. Ampliatur primò, vt excommunicatio iſta gene-
2. ralis ſit, omnes, & quoſcunque hæreticos comprehendens cuiuſcunque ſectæ ſint, & quocunq. nomine nuncupentur, vt patet in illis canonis verbis: *Ac omnes, & ſingulos alios hæreticos, &c.* Itẽ cuiuſcunq. ſtatus, conditionis, & gradus: atque adeò ſiue Eccleſiaſtici ſint, ſiue laici: ſiue maſculi, ſiue feminæ: liberi, aut ſeruj: priuati, vel in dignitate poſiti. Et id propter illy. *Omnes*, quæ dictio eſt vniuerſalis, vt in can. ſequent., q. vlt. concl. 1. amp. 1. latius, Deo duce, declarabimus.

Imò ſub eadem excõmunicatione cõprehenduntur
3 hæretici; etiam ſi priuilegium habeant, ne poſſint excommunicari per literas Apoſtolicas, nõ facientes plenam, & expreſſam mentionem ſui priuilegii, vt bene declarat Vgol. in explic. præſentis canonis, §. 4. in verſ. Octauo excommunicatio hęc.

Secundo ampliatur, vt excommunicatione iſta
4 innodentur hæretici, ſiue in totum recedant à fide, vt ſunt apoſtatæ à fide, vt cõſtat ex illis canonis verbis. *Et à Chriſtiana fide apoſtatas.* Etenim hi ſunt formaliter hæretici, vt ſupra probauimus, q. 10. & excommunicationem contrahunt, non ſolùm ſi publicè, verùm etiam ſi occulte fidẽ abnegent; iuxta ea, quæ ſupra diximus, q. 13. Siue recedant pro parte: & horum non tantũ illi, qui in hęreſim iam ortã incidũt; ſed etiam qui nouã inueniunt: nam Bulla excõmunicat omnes hæreticos, & non diſtinguit: ergo nec nos diſtinguere debemus, ar. tex. in l. de pretio, ff. de publ. in rem act.

Beneuerum eſt, quòd qui plures hæreſes ſucceſ-
5 ſiuè ſequitur, nõ videtur poſſe dici plures excõmunicationes contrahere; ſed vnam tantùm: ſicut dicitur de illo, qui ſecundùm eandem hæreſim pluries operatur: quippè qui non in plures; ſed in vnam tantùm cenſuram incidit; niſi poſt pœnitentiam, & abiurationem deinceps in hæreſim fuerit lapſus, vt habetur ex Vgol. in explicatione 3. canon. huius Bullæ. 9. primo, ſub num. 1. in verſic. At qui piratæ. Ratio autem hæc eſt: quoniam vi noſtri canonis excommunicantur hæretici ſimpliciter; atque adeò non excommunicantur ſequentes hæreſim, vel operantes ſecundum hæreſim; & ſic excommunicatio directè fertur in ſubiectum, non autem in operationes illius, vt infra in d. can. 3. q. 6, latius, Deo duce, dicemus.

Quapropter puto ſententiam Vgol. contrarium ſentientis in explicatione noſtri can. §. 4. num. 11. in verſic. Poſtremò: non eſſe tutam, & tantò fortiùs, quòd ad rationes per ipſum allatas facilè reſponderi poteſt. Nam non valet argumentum: In excommunicationem incidit, qui vnam hæreſim ſequitur, ergo in plures, qui plures amplectitur: quoniam hoc loco excommunicatio non reſpicit directè ipſas hæreſes, ſed ſubiectum ipſum denominatum hæreticum propter hæreſim, eo quòd non excommunicantur ſequentes hæreſim, aut operantes ſecundum hæreſim; ſicut in canon. Si
6 quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. excommunicantur percutientes clericum: ſed ſimpliciter excommunicantur hæretici. Modò ita ſimpliciter dicitur quis hęreticus, ſi plures amplectitur hæreſes, ac ſi vnam ſequatur.

Confirmatur; quoniam hac eadem ratione Vgol. in dict. canone arbitratur, piratas, diſcurrentes plures mare Pontificium, vnicam tantùm contrahere excommunicationem, & non plures, quia exiſtimat, excommunicationem ibi directè ferri in Piratas, atque adeò piratas ſimpliciciter excommunicari, vt diximus in d. q. 6.

Nec denique ſequitur ex hoc, quod plura delicta tribuerent immunitatem à pœna contra text. in l. nunquam plura, ff. de priuileg. delict. quoniam hoc verum eſſet, ſi hæreticus per poſteriorem hęreſim vitaret pœnam, quam meretur per priorem hæreſim: at in caſu noſtro poſterior hæreſis primam non conſumit. Et licèt hæreticus per alteram hęreſim, quam ſequitur, alteram cenſuram denuò non contrahat; contrahit tamen apud Deum nouã reatum pœnæ, propter nouã culpa.

Tertiò ampliatur, vt hæretici in excommuni-
7 cationem incidant, ſiue publici ſint, ſiue occulti: vt de recedentibus in totum à fide, atque adeò de apoſtatis ſupra tractauimus. quæſt. 13. & de hæ-
8 reticis recedentibus pro parte egimus ſupra, q 24. con. 3.

Idem dicendum eſt de credentibus hæreticorum;
9 quoniam iſti quoque formaliter ſunt hæretici: vt declarauimus, q. 26. & de Strigibus, Negromanticis, & aliis ſuperſtitioſis, errorem habentibus in intellectu fidei Catholicæ contrarium, de quibus ſupra, q. 22. illat 3.

Quartò ampliatur, vt prædictam excommuni-
10 cationem contrahant, non ſolùm tenentes aliquid contra fidem; ſed etiam dubitantes de aliquo articulo fidei: quoniam dubius in fide infidelis eſt: dummodò dubium ſit voluntarium, & cum pertinacia, iuxta ea, quæ ſupra annotauimus. quæſt. 23. Dixi voluntarium, ad excludendam ſubreptionem, & dubitationem aliquam de fidei articulis non deliberatam, & contra voluntatem: qualem ſolent habere ſcrupuloſi: nam hi cum hæreti-

ci non ſint,excommunicationem ipſam non incurrunt,vt habetur ex Io Andr. Panorm.& Felin.in cap.1. de hæred.Nauar.in Man.cap.11.nu.22.verſ. Tertiò peccat mortaliter.

Dixi cum pertinacia, ideſt quòd ſciat id eſſe ab eccleſia determinatum, & nihilominus voluntariè dubitet: & propterea, quamuis aſſerat ſeparatum eſſe corrigi; in excommunicationem tamen incidit, vt per Vgol.hic, §. 4. in verſic. Tertiò excommunicatio hæc. Secus autem ſi ignoret Eccleſiæ determinationem,& paratus ſit corrigi. Ita Innocent. in cap. 1.de ſum. Trinit.& fid Cathol.& Vgol.hoc eodem loco,§. 1. ſub num.12. cum alijs, quos allegat.

Eſt tamen verum,quòd ſi de veritate edoctus ſententiam mutare non vult, ſed in ea pertinax perſeuerat, quamuis inſcius aliquid teneat contra fidem; ab excommunicatione prædicta nihilominus non excuſatur: ut habetur ex eodem Vgol. in d.§.4. in uerſ Quartò obligat. Quod quidem quo pru. edat,late ſupra declarauimus, q.23. & 25.

Quinto ampliatur hæc eadē concluſio,vt hæreti-
11 ci vltra excōunicationē,quā cōtrahāt varijs etiā afficiātur pœnis,de quibus late tractauimus ſup. q.27.

Sic ampliata limitatur primò dicta concluſio, vt
12 excommunicationem hanc non cōtra hanc hæretici puré mentales,aut externi tantùm,ſiuè pro parte recedant à fide,vt ſunt qui vnum,aut alterum,vel etiā plures fidei articulos abnegāt, de quibus ſupra, q.24.conſ.1. ſiue in totū à fide recedant,vt ſunt apoſtatæ, de quibus ſupra egimus,q.11. & 12.Idē dicēdū eſt de Strigibus, Necromanticis,de proferentibus blaſphemias quantāuis hæretica'es,& his ſimilibus,erroré non habentibus in intellectu,fidei catholicæ contrarium,vt diximus ſupra, q.22. Apoſtatæ verò ab obedientia, Ordine,ac à Religione,an. & quando ſupradictam excōunicationē contrahant quoad forū ſaltē exteriorē, latè ſupra probauimus q.14.15.& 17. vbi etiam declaratur, quādo Religioſus fugitiuus contrahit caſum reſeruatum.

Verum tamē eſt,quòd licēt excōnicatio ferri non
13 poſſit pro hæreſi puré interna;nihilominus Rom. Pontifex Epiſcopus poteſt ſibi reſeruare peccatum hæreſis purè internū: quoniā peccatū hæreſis ſuam perfectionē habet ſtatim ac animo tantùm conceptū eſt:ſicut dicimus de peccato inuidiæ,& his ſimilibus: alia verò peccata interna,quæ perfectionem ſuam non habent ſimul acanimo concipiuntur, vt homicidium, furtum,& cętera huiuſmodi,Eccleſia ſibi reſeruarenon poteſt,vt bene declarat Vgol.hic §.1 n.20.& 21.

Secundò limitatur,vt excōnicatio hæcnon com-
14 prehendat cathecumenos,à fide recedētes in totū, vel pro parte:qm qui Baptiſmū nō ſuſcepit, excōnicationis capax non eſt,vt ſupra annotauimus.q.21.

Tertiò limitatur,vt in noſtro canone licēt aliquæ
15 ſectæ nominentur;tñ ipſæ hæreticorū ſectę nō cenſentur nominatim excōnicatæ: & propterea non tenemur huiuſmodi hæreticos vitare, etiam ſi publici, ac notorij eſſent,vt ſupra diximus,q.8.

Secunda Concluſio.

REceptores,fautores,ac defenſores hæreticorum, eodem excōnicationis vinculo alligantur,quo & innodantur hæretici. Hæc concluſio colligitur ex illis canonis verbis; *Receptatores,&c.*

Ampliatur primò,vt recipientes,defendētes hæreticos,ac eiſdem fauentes prædictā excōnicationē cōtrahant quicunq. ſint,cuiuſcūq. ſtatus, conditionis,ac gradus. Vndè receptatore hoc loco non ſolū intelliguntur priuatæ perſonæ,quæ in ſuis ædibus hæreticos recipiunt;verùm etiā perſonæ publicæ, nēpe terrarū Principes in eorum terris, ciuitatibus, Prouincijs,& Regnis,hæreticos recipiētes:eo quòd iſte canō nō diſtinguit de loco receptationis,vt habetur ex Vgol. in explicatione huius canon.in verſ. Receptatores, ſub num. 1. Ibi Receptator.

Imò prædictę perſonę,vt ſupra recipiētes,fauētes,
16 ac defendentes,in cenſurā ipſā incidunt,eſtò quod hæretici nō ſint:quoniā Bulla ſimpliciter loquitur, vt bene notat Alſon.Caſtr.lib.1. aduerſus hæreſes, c.9.in verſ.Quapropter.Et ſi tales,hæretici quoque ſint, duplicem incurrūt excōnicationē, alteram,vt hæretici,& alterā,vt hæreticorū receptatores,ſeu fautores,ac defenſores:vt per Vgol.loc.cit.§.1.ſub n.1. in verſ.item receptator:& in verſ.Tertiò incidit.

Secundò ampliatur,vt receptatores, fautores, ac
17 defenſores hæreticorū,in dictā cenſurā incidāt,eſtò quòd ſemel tm hæreticos recipiāt,defendāt,eiſdēq. faueant,per ea quæ ſupra annotauimus, q.28.

Tertiò ampliatur, vt recipiētes, vt ſupra hæreti-
18 cos,excōnicationē iſtā contrahant,eſtò quòd deinde eos pœniteat recepiſſe,& tradāt Iudici puniēdos: quoniā huiuſmodi perſonæ ſimpliciter,nulla conditione adiecta,vi Bullæ excōnicātur: & propterea ſtatim ac cōtraueniunt,in excōnicationē incidūt:ar. tex.i §.oīs ſtipulatio,in ver.Purè:in inſt.de ver. obl.

Idem dicendū eſt de fautoribus, ac defenſoribus: quoniā in ipſis militat eadem ratio ar.tex.in l. illud, ff ad l.Aqu.& hi oēs, ſunt æquè principaliter excōmunicati cum hæreticis: vt ſupra probauimus, q. 31.vbi etiā diximus,quod recipiēs hęreticum in fauorem hæreſis,excōnicationē incurrit;etiam ſi hęreticus ipſe hæreſim non diſſeminauerit.

Quartò ampliatur, vt hæreticorū receptatores, fautores, ac defenſores excommunicationem iſtam contrahant, qualeſcunque ſint hæritici, quos recipiāt,defendunt, eiſdemq. fauent: quoniā canon iſte ſimpliciter loquitur,ar.tex.in l.1.§.generaliter,ff.de leg.pręſt.Vndè excōnicationē prædictā incurrunt, ſiue pater ſit,qui filiū recipiat,defendat,eidemq.faueat:ſiue è contra, filius patrē,frater fratrem,amicus amicum, vxor maritum,& è contrario maritus vxorem, hæreticos recipiant, ac defendant in fauorē hæreſis,vt infrà, Deo duce,latius declarabimus.

Idem dicendum eſt, ſi hęreticus,qui recipitur,
19 aut defenditur,ſit Imperator,Rex,aut etiam Romanus Pontifex (quod abſit) Bene verum eſt, quòd Vgol.in d. §.1.in uerſic. Octauò,in excommunicationem:ait, quòd ſi ab Eccleſia adhuc toleratur talis Pontifex, ut quiaadhuc non eſt declaratus hæreticus, nec depoſitus, recipientes eum, in excommunicationem non incidunt: & id ob extrauag. Mart. V.ad euitanda ſcandala: & idem docet quoad recipientem quemcumque hæreticum,qui nominatim non ſit declaratus, ac denunciatus: ut in §. 2. in fine.Quod licēt nos admittamus quoad Romanum Pontificem, cùm non ſit ueriſimile uoluiſſe obligare ſe recipientem; id tamen negamus quoad alias perſonas, per ea, quæ ſupra annotaui-
20 mus, q.30.

Quintò ampliatur, ut receptatores, fauto res,
21 ac defenſores hęreticorum, ultra excommunicationem,quam incurrunt,& pœnas temporales,quibus afficiuntur, de quibus egimus ſupra q.27.contrahant etiam ſuſpicionem de hæreſi, quandoque leuem, quandoque uehementem, ut ſupra declarauimus,q.33.

Sic ampliata limitatur primò hæc eadem concluſio,

22 cluſio, vt excommunicatio prædicta locum habeat contra recipientes, ac defendentes hæreticos, eiſdemque fauentes, vt hæretici ſint, & in fauorem hæreſis: ſecus autem, ſi id agant ex aliqua alia cauſa, præter hæreſim; nempe ex cauſa cõſanguinitatis, affinitatis, amicitiæ, metus, vtilitatis, neceſſitatis, ad honorem, vitam, famam, bonaque tuenda: vt latè ſupra probauimus, quæſt. 28. 29. & 32. vbi etiam tractauimus, quinam dicantur hæreticorum fautores: & Vgol. in explicat. huius can. in verſ. Receptores, §. 2. per totum. Quod quidem verum puto, eſtò quòd receptatio fiat pecuniarum gratia iuxta ea, quæ ſupra annotauimus in d. q. 20.

Hinc licitum eſt fauere Principi hæretico
23 in defenſionem propriæ Ciuitatis, ac Regni ne pereant; vbi bellum ipſi moueatur ſine authoritate ſuperioris, eſtò quòd talis dominus à Romano Pontifice fuerit Regno priuatus propter hæreſim; & ob magnam illius potentiam ab eo excludi nequeat: nam Romani milites Chriſtiani licitè opem ferebant Iuliano Apoſtatæ, qui ob potentiam priuari Regno de facto non poterat, ne Reſpub. detrimentum pateretur, vt cap. Iuliani, 11. quæſtione 3.

Imò quamuis illicitè quis opem ferat hæreticis Regno priuatis, & adhuc in poſſeſſione exiſtentibus, vbi bellum licitè authoritate Superioris eiſdem fuerit indictum, iuxta ea, quæ habentur ex Vgol. loco proximè citato, num. 10. nihilominus, ſi talis fauor ipſis deferatur, non in fauorem hæreſis, ſed ad Regnum ipſum conſeruandum, aut ex alia cauſa præter hæreſim, propter rationes ſupra allatas, puto in excommunicationem ipſam illum non incidere.

Secundò limitatur, vt excommunicatio
24 iſta non comprehendat recipientes hæreticum, quem hæreſis pœnituit; eſtò quòd nominatim denunciatus fuiſſet, & nondum abſolutus: nam tunc hi non dicuntur recipere hæreticum; ſed eum qui fuit hæreticus; incidunt tamen in excommunicationem minorem propter communionem cum excommunicato: vt per Vgol. in d. §. 2. in verſ. Quartò in excommunicationem.

Tertia Concluſio.

LEgentes hæreticorum libros, incidunt in excommunicationem noſtri canonis. Hæc concluſio patet ex ipſo canone in illis verbis. *Ac eorundem libros, &c.* & nos latè tractauimus ſupra, quæſt. 35. vbi egimus etiam de excommunicatione, quæ habetur in Indice circa alios libros prohibitos.

Ampliatur primò, vt excommunicatio iſta
25 ſit generalis, quatcunque perſonas comprehendens, cùm indefinitè loquatur, arg. text. & ibi Bart. in l. de quibus, ff. de legib. atque adeò legentes huiuſmodi libros in prædictam excommunicationem incidunt, etiam ſi ſint hæretici. Etenim vnam cenſuram contrahunt, vt hæretici, & aliam, vt legentes libros hæreticorum: ſiue vnum librum hæreticum legant totum, aut illius partem, etiã hæreſim non continentem: ſiue plures, typis excuſos, vel nõ excuſos: ſciẽtes authorem libri, vel ignorãtes; dummodo ſciant librum, quem legerint, eſſe hæreticum, vt ſupra annotauimus, q. 35. n. 26. cum plur. ſeq.

Item prædicta excommunicatio cõprehendit etiã Catholicos, qui in Anglia, Germania, Polonia, Gallia, & in aliis Prouincijs, in quibus Bulla cœnæ non poteſt publicari, legunt libros hæreticorum, hæreſim continentes, aut de Religone tractantes: quoniam Bulla ipſa ligat vniuerſilem Eccleſiam; exceptis tamen locis, vbi ex Romani Pontificis diſpenſatione tacita, vel expreſſa vſu recepta non eſt. iuxta ea quæ ſupra annotauimus, libr. primo, capit. 4. quæſt. 6. Quicquid dicat Alter. in explicat. huius can. cap. 6. col. pen. in verſic. Tertiò dubitatur: & in præfat. eiuſdem Bullæ libr. 5. de cenſur. diſputatione 1. capit. 7. Satis enim eſt, ſi Catholici dictæ excommunicationis notitiam habeant, vt in quocunque loco contrahentes alligentur.

Secundò ampliatur, vt legentes hæretico-
26 rum libros in prædictam excommunicationem incidant, etiam ſi non tractent de hæreſi ex profeſſo; ſed vnam tantùm hæreſim contineant, & illam partem libri legant, in qua non ſit hæreſis, vt ſupra declarauimus, quæſt. 39. Imò ſatis eſt, ſi de Religione ex profeſſo agant, etiam ſi nullam hæreſim habeant: vt ſupra diximus, q. 40. 41. & 42.

Tertiò ampliatur, vt legentes hæretico-
27 rum libros, excommunicationem incurrant, quacunque ratione, ac quocunque modo illos legant: atque adeò ſiue dolo malo, ſiue ob curioſitatem, vel ad reprobandum hæreticorum errores: ſiue legendo verba proferant, ſiue libros viſu tantùm diſcurrant: vt in d. q. 35. probauimus.

Quartò ampliatur, vt toties quis excom-
28 municationem hanc contrahat, quoties hæreticorum libros interpellatè legit: quoniam hoc loco prohibentur actiones, cùm excommunicentur legentes. Et propterea ſicut pluries percutiens clericum diuerſo tempore, plures incurrit excommunicationes, ita pluries legens hæreticorum libros.

Quintò ampliatur, vt excommunica-
29 tio iſta extendatur etiam contra tenentes hæreticorum libros: ob illa verba: *Retinentes, &c.* & nos latè tractauimus de hac re ſupra. quæſtione 51. vbi hanc materiam multipliciter ampliauimus, ac limitauimus. Quibus adde, quòd ſi quis ſit hæreticus, & librum hæreticum proprium, vel alterius hæretici retineat, & legat triplicem excommunicationem contrahit; vnam vt hæreticus, aliam, vt retinens hæreticorum libros, & tertiam, vt eoſdem legens. Et ſi imprimat librum incidit etiam in quartam tanquam impreſſor: nam vi noſtri canonis excommunicantur imprimentes quoque libros huiuſmodi; vt conſtat ex illis verbis: *Imprimentes, &c.* Et nos ſupra annotauimus, quæſt. 54. vbi rem iſtam multis etiam modis ampliauimus, ac limitauimus. Et denique ſi libros ipſos defendit quintam incurrit, cum in hoc canone excommunicentur ſimiliter huiuſmodi libros defendentes,

vt patet in illis verbis: *Seu quomodolibet defendentes*: & nos diximus ſupra,q.55.cuius concluſio multipliciter fuit ampliata ac limitata.

Sic ampliata limitatur primò hæc eadem
30 concluſio, vt excommunicatio iſta comprehendat eos tantùm, qui ſcienter hæreticorum libros legũt. Vndè,ſi quis ignorans librum eſſe hæreticorum,illum legat; excuſatur ab excommunicatione huius canonis:ſiue ignorantia ſit probabilis, ſiue craſſa,ſiue affectata, ſiue cõcomitans,vt ſupra probauimus,q.36.37.& 38.Idẽ dicendum eſt de tenentibus,imprimentibus,ac de defendentibus dictos libros:quoniam hæc crimina quoque ſcientiam exigunt,ac dolum, vt patet ex ipſo canone per dictionem illam *Scienter*.

Secundò limitatur,vt excommunicationem
31 hanc non incurrant legentes ſcholia hæreticorum, aut eorum epiſtolam aliquam,compilationes, aut alicuius libri paucos verſus,aut legentes libros hæreticorum, quos non intelligunt,vel eoſdem audientes legere,aut memoriter recitantes. Vt patet ex his, quæ diximus ſupra quæſtio, 43 44.45.46.48. & 49. Idem dicendum eſt de tenentibus huiuſmodi libros:vt ſupra probauimus quæſt. 5.

Non tamen idem iudicium videtur de imprimentibus libros hæreticorum,quos non intelligunt:quoniam militat diuerſa ratio, vt cõſtat ex his, quæ ſupra annotauimus quæſt. 54.

Tertiò limitatur,vt excommunicatio iſta
32 non alliget legentes libros Paganorum,& Gẽtilium, qui non ſunt baptizati, etiam ſi ſint cathecumeni,& quamplurimas contineant hereſes,vt diximus ſupra,quæſt.35. Imò ſecundùm quoſdam ab excommunicatione huius canonis excuſantur legentes libros Græcorum, & Armenorum: quoniam iſti non ſunt formaliter hæretici,ſed ſchiſmatici: vt ſupra probauimus ex Azor.& Sanchez. q.50.

Quartò limitatur,vt ſub hac excommunica-
33 tione non comprehendantur legentes, imprimentes, aut tenentes hæreticorum libros cum licentia Romani Pontificis aut alterius,adquẽ ſpectat:vt patet ex illis canonis verbis: *Sine auctoritate noſtra*: & nos ſupra annotauimus,q.53.vbi etiã egimus de habentibus authoritatem concedendi hanc licentiam.

Quarta Concluſio.

34 SChiſmatici,& à Romani Põtificis obediẽtia recedentes,incidunt in excommunicationẽ huius canonis; vt conſtat ex illis verbis: *Nec non ſchiſmaticos*:& nos de hac relatè tractauimus ſupra,q 56. vbi multipliciter concluſionem iſtam ampliauimus,ac limitauimus.

COMMENTVM IN CANONEM

Secundum Bullæ in Cęna Domini.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos cuiuſcunque ſtatus, gradus,ſeu conditionis fuerint: Vniuerſitates verò, Collegia,& Capitula quocumque nomine nuncupentur, interdicimus, ab ordinationibus,ſeù mandatis noſtris,ac Romanorum Pontificum, pro tempore exiſtentium ad vniuerſale futurum Concilium appellantes. Nec non eos, quorum auxilio,vel fauore appellatum fuerit.

De diuiſione huius canonis. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata contra appellantes à ſententijs Romani Pontificis ad futurum generale Concilium, fuit primo addita Bullæ Cœnæ à Pio V.*
2 *Appellatio à ſententijs Romani Pontificis ad futurũ generale Concilium,eſt mala non ſolùm quia prohibita;ſed etiam quoniam intrinſecè eſt talis.*
3 *Appellatio à ſententijs Romani Pontificis ad futurum Concilium, eſt crimen palliatæ rebellionis, & ſchiſmatis.*
4 *Appellatio eſt à minori Iudice ad maiorem prouocatio.*
5 *Summus Pontifex eſt ſupra omne Concilium, & eundis ſuperior.*
6 *Romanus Pontifex, Conciliorum indicendorum, ac diſſoluendorum plenum ius,ac poteſtatem habet; & non alius.*
7 *Concilium generale non habet maiorem poteſtatem, quàm habet Papa.*
8 *Papa ſtatuere non poteſt,vt à ſua ſententia appelletur ad generale Concilium.*
9 *Vicarij,& Epiſcopi idem eſt tribunal. Et idem Chriſti,& Papæ.*
10 *Appellare à Papa,idem eſt, quòd appellare à Chriſto.*

TExtus diuiditur in quatuor partes. In prima parte fertur excommunicatio,& enumerantur perſonæ, quæ principaliter excommunicantur. In ſecunda ponitur interdictum, & Vniuerſitates, Collegia,& Capitula,quę interdicuntur. In tertia ponitur actio,pro qua ferũtur excommunicatio, & interdictum. In quarta demum parte continentur perſonæ acceſſoriæ, quæ eiuſdem cenſuræ vinculo alligantur. Secunda,ibi. Vniuerſitates. Tertia,ibi. Ab ordinationibus. Quarta,ibi. Nec non eos.

Circa primam, & ſecũdam partem huius ca-
1 nonis eſt ann.quòd excommunicatio,& interdictum huiuſmodi,fuerũt primò lata à Pio II. Vt patet ex eius Bulla, quę incipit: *Execrabilis*: edita anno 1459.ſextodecimo Kal.Febr.Pontificatus ſui anno ſecundo,confirmata, & extẽſa

à

à Iul. II. in extrau. *Suſcepti regiminis*: ſub anno 1504. Et denique à Pio V. & ſucceſſiuè ab alijs Pōtificibus Bullæ cœnæ addita, occaſione quarundam monacarum in Hyſpania, quæ tunc temporis conſilio cuiuſdam ad Concilium appellarunt, vt habetur ex Sayr. hic lib 3. Theſ. tom. 1. c. 6. num. 3. in fine. Quomodo autem differat excommunicatio huius canonis ab excommunicatione lata in dictis Conſtitutionibus, infra, Deo duce, dicemus.

Circa tertiam partem eſt not. quòd vl præſē
2 tis canonis prohibetur vna actio principalis; nempe appellatio ab ordinationibus, & mādā-
a tis a. Romani Pontificis ad vniuerſale futurum Concilium: & duæ aliæ inhibentur, quæ ſunt acceſſotiæ; auxiliari ſcilicet, & fauere.

Quæ quidem appellatio mala eſt, nō ſolùm,
3 quia prohibita; ſed ex eo quòd eſt intrinſecè, & ex obiecto mala; cùm ſit crimen palliatæ rebellionis, & ſacrilegij, imò & ſchiſmatis cōtra eiuſdem Pontificis primatum. Quo circa Iul. II. & Pius II. tāquam ſchiſmaticos, & de fide malè ſentientes præcipiunt, appellantes ipſos eſſe
4 habendos: ex quo appellatio cùm ſit à minori
b Iudice ad maiorem prouocatio b, vt notat Gloſſ. in c non putamus, in ver. Officiali: de conſuet. in ſextò, vbi etiam Franc. & Gæmin. & facit text in l. 1. § ſi quis in appellatione, ff. de appel. & l. 1. ff. à quibus appel. nō lic. ſupponūt, Concilium generale eſſe ſupra Papam: quod eſt omninò falſum: quia Romanus Pontifex cū ſuperiorem non recognoſcat in terris c. cuncta
5 per mundum, 9. q 3. & omnibus ſit ſuperior, conſequenter eſt ſupra omne Concilium
c quantumuis generale, & actu legitimè congregatum.

Vndè in Conc. Lateran. ſub Leone X. ſeſſ. 11.
6 fuit definitum, ſolum Romanum Pontificem, pro tempore exiſtentem tanquam authoritatē ſuper omnia Concilia habentem Conciliorū indicendorum, transferendorum, aut diſſoluēdorum plenum ius, & poteſtatem habere, nedum ex ſacræ Scripturæ teſtimonio dictis ſanctorum Patrum, & aliorum Romanorum Pōtificum prædeceſſorum ipſi Leoni X, ſacrorūque canonum decretis, ſed propria etiam eorundem Conciliorum confeſſione manifeſtò
7 conſtat. Quo circa hodie deciſa eſt controuerſia, in qua quærebatur: An Concilium generale, in quo tota Eccleſia ſimul eſt actu congregata, maiorem habeat poteſtatem, quàm ipſe Pontifex: vt latè habetur ex Azor. lib 4. inſtit. moral. par. 2. cap 13. q. 1. & lib 5. cap. 10. & nouiſſimè latius Alter. in explicat. huius can. c. 1. vbi etiam probat in principio explicar. eiuſdē
8 can. col. 1 propriè finem: quòd nec ipſe Pontifex ſtatuere poteſt, vt a ſua ſententia appellari poſſit ad futurum Concilium: quoniam appellatio, vt diximus, eſt à minori Iudice ad maiorē prouocatio. At ſicut Epiſcopi, & Vicarij idem
9 eſt tribual, vt in c. 1. de offic. Vicar. lib. 6. & in cap. 2. de conſuet. eod. lib. ita etiam Chriſti, & Papæ, qui eſt eius Vicarius, cap. vbi periculum. 5. cęterum, de elect. lib. 6. cap. quanto, & c. licet, de transl. Prælat.

Vndè ſicut idem eſt appellare à Vicario Epiſcopi, quod appellare ab Epiſcopo; ſic appella-
10 re à Vicario Chriſti, idem eſt quod appellare à Chriſto: quamobrem Rom. Pontifex ſtatutet Tribunal Chriſti inferius ipſo Concilio: quod eſſet maximum abſurdum.

ADDITIO.

a Mandatis. Adde hic Reginald. libr. 9. ſuæ ſum. num. 263. verſ. Notandum primò, qui ait, ſolùm hac cenſura alligari, qui appellant à ſentētijs Romani Pontificis in cauſis ſpiritualibus, aut ſpiritualibus annexis: quoniam hæ tantùm cauſæ pertinent ad Papam, vt Papam: ſecus dicendum putat de cauſis temporalibus. Sed hæc ſententia nobis non probatur: ſiquidem Rom. Pontifex generalitet excommunicat appellantes à ſuis ordinationibus, & mandatis, nec diſtinguit de ordinationibus, & mandatis in cauſis ſpiritualibus, & temporalibus ergo ſimpliciter, ac generaliter eſt intelligendus de omnibus ordinationibus, & mandatis, tàm in cauſis ſpiritualibus, quàm temporalibus: quoniam lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. 1. § generaliter, ff. de legat. præſt. & l. de pretio. ff. de public. in rem act. Confirmatur; quia Papa, vt Papa non ſolùm eſt Dominus in ſpiritualibus, ſed etiam in tēporalibus, & ob id excommunicat per mare Pontificium diſcurrentes; quoniam mare Pontificium ad S. P. pertinet, vt temporalem Principem, vt rectè aduertit Bonac. in explicat. Bullę cœnæ diſput. 1. quæſt. 3. pu. 5. ſub num. 3. in verſ. Nihilominus, vbi contraria ſoluit, & num. 10. addit, hac eadem excommunicatione alligari quoque ab iniuſtis ſententijs Rom. Pōtificis appellantes, vt etiam habetur ex Reginald. loco citato: & id nō alia ratione, niſi quia Bulla generaliter loquitur. Io: Vincent.

b Prouocatio. Adde, quòd appellatio licèt differat à prouocatione: quoniam prouocatio non eſt propriè appellatio; ſed potius vocatio ad cauſam, vt in cap. cùm ſit Romana, de appellat. Lap. allegat. 39. num. 5. verſ. Prouocatio enim: vndè prouocatio poteſt fieri etiam contra perſonas peculiares, vt per Lap. ibidem, verſ. An autem; nihilominus ſub diſpoſitione noſtri canonis puto comprehendi etiam prouocātes, cùm vnū pro alio ponatur, prouocat, & appellat, vt habetur per Tuſc. in ver. appellatio concluſ. 347. num. 8. Io. Vincent.

c Concilium. Quamuis falſum ſit aſſerere Concilium generale eſſe ſupra Papam; ſiquidem Concilium generale omninò ſubeſſe Romano Pontifici non ſolùm poſitiuo, ac humano iure; ſed etiam iure naturali, ac diuino, rectè probat Tuſc. in ver. Concilium generale, cōcl. 552. reprobans omninò, ac ſufficienter ſententiam Abb. Panor. & aliorum contrarium ſententium: nihilominus id intelligendum eſt de verò, legitimo, ac indubitato Papa: nam ſi dubiū, & quæſtio ſit de legitima eiuſdem electione, tunc & eo caſu ius habet concilium generale, licèt acephalum ad inquirendum de vero, ac legitimo Pontifice, vt rectè probat Tuſc. loco citato, & Suar. lib. 3. de primatu S. P. cap. 18. ſub num. 8. vbi teſtatur, quòd tempore Concilij Conſtanſien. tres fuerunt in Eccleſia prærē-

ſi

ſi Papæ nempè Gregor.XII. Benedict.XIII. & Ioan xxii. vndè cùm certum ſit nõ poſſe ſimul eſſe in Eccleſia plures Summos Pontifices, nec vllus eorum eſſet certus Pontifex, cùm aliquis eorum non dum fuerit Eccleſiæ ſufficienti conſenſu receptus; non eſt mirum ſi Concilium generale eo caſu quamuis acephalũ potuit inquirere de vero,ac legitimo Pontifice: & ſi nullum ex prætenſoribus legitimum, ac certum Pontificem eſſe inuenerit, omnes deponere, ſeu nullum eorum verum Pontificem eſſe declarare, atque adeò de vero Pontifice Eccleſiam prouidere,iuxtà tex. in c. ſi duo,79. d. latè ibidem Canoniſtæ, Roman.conſ.523. Zabarel.conſ.150. & alij. Etenim ex hoc facto,inquit idem Suar.nihil contra Romani Pontificis dignitatem,aut poteſtatem colligi poteſt. Nam Pontifices dubij cùm non ſint veri Pontifices, poteſtas Concilij ſuper illos, nihil derogat veris Pontificibus; quoniam,electo demum verò Pontifice per tale Concilium,in illo erit plena Pontificia poteſtas,ipſo Concilio ſuperior,cũ non ab eo poteſtatem habeat, ſed à Chriſto. Eſt tamen verum, quòd ſi Papa in hæreſim incidat (quod abſit) licèt eo caſu Concilij ius habeat ferendi in eum ſententiam declaratoriam criminis, vt in c.ſi Papę, 40.d. vbi Gloſa in ver.à fide deuias,idem dicendum eſſe ait de Papa notorio delinquenti, & incorrigibili, non ſine magno ſcandalo totius Eccleſiæ,quam ſequũtur Egid. & Bellam. ibidem, licèt contrarium doceant communiter Theologi, & Tuſch.loco citato, num.30.31.32. & ſeq. ſoluens contraria; nihilominus non diceretur reuera à Concilio deponi, ſed à Deo: ſiquidem Papa ſicut ab hominibus eligitur, & tamen non ab hominibus, ſed à Chriſto immediatè dignitatem conſequitur: ita quoque, quamuis per ſententiam hominum declararetur hæreticus: vel notorius, & incorrigibilis delinquens (quod fieri non poſſe ego omnino ſentio cum communi Theologorum ſententia, & ſequacium contra ſupra relatam Gloſ.) nihilominus non iure humano; ſed Diuino dignitate remaneret priuatus, vt rectè ait Suar. d. cap. 18. ſub num. 12 Immò hodie ſecundùm ſententiam grauiſſimorum Doctorum, non eſt curandum de ea quæſtione; in qua quæritur, quid fiet de Sum. Pontifice, ſi in hæreſim incideret: nam licèt Papa, vt priuata perſona, & tanquam Doctor ex ignorantia erraret, nunquam tamen poteſt hæreticus eſſe, vt rectè probant Suar. in tract. de fide, diſp.10. ſec.6. dub.4.num.11 & Bellarm.lib.4.de Rom. Pontifice, c.9. & alij. D. Cæſar.

In quo differt iſte canon à conſtitutionibus Pij II. & Iul.II. ſupra mentionatis.

Q. II.

SVMMARIVM.

1 *Canonis Bullæ cœnæ traditur differentia, à conſtitutionibus Pij II. & Iul. II. circa appellantes à ſententijs S.P. ad futurum generale Concilium.*

2 *Conſilium dantes ad appellandum à ſententijs Romanis Pontificis ad futurum Cõcilium, vt Conſt. Iul. II. inciduntin excommunicationem,etiam,appellatione non ſubſequuta.*

3 *Conſulẽtes quod fieri poſſit appellatio à ſentẽtijs Rom. Pontificis ad futurum Concilium, quomodo in excommunicationem incidant.*

1 REſpõdetur, quòd vi præſentis canonis prohibetur vna actio principalis, nempe appellatio ab ordinationibus Romani Pontificis ad vniuerſale futurum Concilium: & duæ aliæ inhibentur, quæ ſunt acceſſoriæ: auxiliari ſcilicet,& fauere. In conſtitutione verò Pij II. ſupradicta actio principalis,& tres acceſſorię prohibentur: ideſt appellare, fauere, conſulere, & auxiliari: atque adeò in hoc differt conſtitutio Pij II.ab hoc canone, quòd in dicta conſtitutione prohibetur conſulere: at verò hoc loco huiuſmodi prohibitio expreſsè non habetur. In conſtitutione denique Iul II.extenditur conſtitutio ipſa Pij.II. ad ſex actiones principales,nẽpe decernere,conſulere, deliberare, approbare aliorum dicta, conſilium dare,vocem dare, vt ad futurum Concilium appellari liceat, poſſit, ac debeat: & quælibet actio multiplicatur per modos tacitè, vel expreſsè: voce, vel ſcripto: per ſe, vel per alium. Vbi notat Caiet. in ſum. in ver.Excommunicatio.c.25. formalia verba dictæ conſtitutionis aſſirens,quòd licèt omnes iſtæ actiones,tanquam acceſſoriæ,fuerint excõmunicationi ſubiectæ per conſtitutionem Pij, non autem tanquam principales. & propterea dantes conſilium,aut vocem verbo,vel ſcripto, excommunicationis vinculo non alligabantur, niſi ſubſecuta principali actione,quæ eſt appellare ad futurum vniuerſale Concilium; nihilominus per adiunctam extenſionem Iul.II.quilibet horum eſt excommunicatus ſtatim atque dat vocem ſeu conſilium, vt poſſit, liceat, ſeu debeat appellari;etiam ſi effectus non ſequatur: alioquin fruſtra eſſet extẽſio huiuſmodi ad eaſdem actiones.vt acceſſorias,& concomitantes: quoniam per Pij II. conſtitutionem comprehenſę erant ſub nomine dantium conſilium,auxilium,vel fauorem.

2

Præterea eſt annotanda differentia inter conſulentes,quòd fiat huiuſmodi appellatio: & cõſulentes, quòd fieri poſſit, aut liceat, aut debeat: nam primi, vigore conſtitutionis Pij II. & eiuſdem Iul. II. non ſunt excommunicati,niſi ſubſequatur appellatio, cùm excommunicẽtur, vt cooperatores: ſecundi verò ſunt excommunicati ipſo facto: vt ex dicta extenſione colligitur.

3

Ibi (*Vniuerſitas,&c.*)Cur vi huius canonis Interdictum feratur contra Vniuerſitates, Collegia, & Capitula, & non potius excommunicatio, ſicut cõtra ſingulares perſonas, vt ſupra appellantes.

Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas excommunicari de iure prohibetur.*

2 *Vni-*

2 *Vniuerſitas ſi excommunicetur, valet excommunicatio, quoad culpabiles tantùm.*
3 *Vniuerſitas poteſt excommunicari, ſi Iudex capta informatione, nouerit omnes de vniuerſitate deliquiſſe.*
4 *Excommunicatio in foro exteriori ſeruari debet ad euitandum ſcandalum, donec conſtet de excommuniti innocentia.*
4 *Quod maior pars facit, omnes feciſſe videntur.*

1 REſpondetur, quòd ratio, cur vi noſtri canonis excommunicatio feratur contra ſingulares perſonas appellantes à ſententijs Romani Pontificis ad generale futurum Concilium, & contra Vniuerſitates Interdictum, hæc eſt: quoniam contra Communitates excommunicationem ſetri de iure prohibetur, vt eſt tex. in cap. Romana, §. in Vniuerſitatem, de ſent. excom. in ſexto. Quod quidem verum eſt, vbi Communitates ipſæ velint collectiuè ſimul excommunicari.

Eſt tamen verum, quòd ſi ſententia excom-
2 municationis fulminetur contra Vniuerſitatē, valet ipſa excommunicatio: ſed non cadit ſuper vniuerſos, niſi omnes culpabiles ſint, ſed ſolùm ſuper ſingulos, qui contrauenerunt: atque adeò innocētes in foro conſcientię excommunicati non eſſent.

Sic etiam ſententia lata contra vniuerſitatē
3 aliquam, valet, ſi capta informatione nouit Iudex omnes illius Vniuerſitatis perſonas deliquiſſe. Si verò plenè non conſtet omnes contrauenisſe, ſententiam tulerit, tunc excommunicatio ligat delinquentes tantùm.

Et quoties non coſtat apertè de alicuius in-
4 nocentia, ſemper in foro exteriori excommunicatus ſeruare debet ſententiam ad euitandū ſcandalum: quia licèt S. Pomtifex in d. cap. Romana, §. in Vniuerſitatem, prohibeat Vniuerſitates excommunicari; non tamen declarat annullari ipſam excommunicationem: nam multa contra prohibitionem fiunt, quæ facta tenent, vt per Sayr. lib. 1. Theſ. tom. 1. cap. 8. num. 18.

Prohibentur autem de iure Communitates
5 excommunicari: quoniam excommunicatio cùm maxima ſit omnium pœnarum, vt in cap. corripiantur, 24. q. 3. & quod à maiori parte fit, ab omnibus factum eſſe cenſeatur, vt patet ex his, quæ habentur toto titulo de his, quę fiunt à maiori parte cap. contingeret ſæpius innocentes, qui neque conſilium, neque conſēſum ad id dederunt, vt noxios, ac culpabiles haberi, & grauiſſima excommunicationis pœna mulctari: ne igitur in tantam pœnam, quis innocens incideret, ob id factum eſt, vt Vniuerſitates non excommunicentur, ſed interdicti leuiori pena plectantur.

An Interdictum, quod fertur in hoc canone, ſit perſonale, vel potius locale, aut miſtum. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum Eccleſiaſticum quid.*
2 *Interdictum Eccleſiaſticum quotuplex.*
3 *Interdicta Ciuitate, intelliguntur etiam interdicta ſuburbia.*
4 *Ciuitatis appellatione non veniunt ſuburbia.*
5 *Verba legis impropriantur, etiam in pœnalibus; vbi diſpoſitio mutilis eſſet, ſi verba ſtrictè, & propriè intelligerentur.*
6 *Interdictum huius canonis, non eſt miſtum, nec ſimpliciter locale; ſed eſt purè perſonale.*
7 *Interdicto locali generali poſito, non intelligitur poſitū perſonale: neque è contra, poſito perſonali generali, cenſetur poſitum locale generale, niſi aliud exprimatur.*
8 *Bullæ cœnę cenſuræ ſunt eiuſdem rationis, ac alię, nec differunt, niſi quoad reſeruationem.*
9 *Interdictum perſonale quonam pacto commodè ſeruari poteſt.*
10 *Interdictum perſonale particulare non infert locale, ſiue generale ſit, ſiuè ſpeciale: neque è contra.*
11 *Interdicto perſonali generali lato in vniuerſitatem aliquam, illius vinculo alligantur non ſolùm illius vniuerſitatis perſonæ, præſentes tempore commiſſi criminis, & culpabiles; ſed etiam innocentes, & abſentes.*
12 *Pœna conſequitur culpam, & ſuos habet auctores.*
13 *Interdictum non eſt pœna propriè ſpiritualis, ſicut ſuſpenſio, & excommunicatio.*
14 *Interdicti dantes cauſam, excommunicantur.*
15 *Interdicto perſonali generali lato in aliquam vniuerſitatem, ſi quis deſinat eſſe de illa vniuerſitate, deſinit etiam eſſe interdictus niſi fuerit culpabilis, & cauſam dederit interdicti: aut contra ipſum latum ſit interdictum particulare.*
16 *Interdicto perſonali generali lato in vniuerſitatem, ſi quis poſtea de nouo fiat Ciuis illius Ciuitatis, aut admittatur ad Collegium, vel Capitulum durante interdicto, ſtatim efficitur interdictus.*
17 *Interdicto perſonali generali lato in aliquam communitatem, poſſunt clerici in ea exiſtentes omnia diuina officia celebrare, ianuis clauſis, ſummiſſa voce, expulſis interdictis, & excommunicatis.*

1 AD tituli explicationem eſt annotandum, quòd Interdictum Eccleſiaſticum, ſecundùm ſententiam magis receptam, relatam à Sayr. lib. 5. Theſ. tom. 1. cap. 1. num. 7. Suar. in ſuo tract. de cenſur. Eccl. diſput. 32. ſect. 1. ſub num. 1 & alijs, eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua homo ſeparatur à perceptione quorundam Sacramentorum, à Diuinis officijs, & ab Eccleſiaſtica ſepultura. Et diuiditur in locale, perſonale, ac miſtum.

Locale dicitur, quod directè fertur in locū;
2 quia in eo interdicuntur fieri Diuina officia iuxta Canonum præſcriptionem: qui quidem locus ſi ſit ſpecialis, nimirum hæc, vel illa Eccleſia, Interdictum dicitur ſpeciale. Si verò locus ſit generalis, plura partialia loca comprehendens, vt Regnum, Prouincia, Diœceſis, Ciuitas, Caſtrum, aut Villa, appellatur generale. Vt in cap. cùm in partibus, & ibi Doct. de verb. ſignif.

Interdictum autem perſonale immediatè dirigitur ad perſonam, eique interdicit certum quendam vſum Diuinarum rerum. Quæ quidem perſona ſi ſit ſingularis, aut plures ſint determinatæ, Interdictum appellatur ſpeciale. Quòd ſi interdicatur Vniuerſitas aliqua, Communitas, ſeu populus, tunc huiuſmodi interdictum

dictum nuncupatur personale generale.

Mistum denique dicitur, quod respicit vtrũque locum scilicet, & personam, & propterea vocatur locale, & personale simul: siue speciale sit, siue generale, vt bene declarat Sayr. loco citato. n. 10. & Suar. in d. disp. 32. sec. 2.

His breuiter sic annotatis, dum in hoc canone fertur Interdictum contra Vniuersitates, Collegia, & Capitula, appellantia ab ordinationibus seu mandatis Romani Pontificis ad futurum vniuersale Concilium, quæritur, an huiusmodi Interdictum sit personale, vel potius locale, aut mistum.

In hac re Alter. in explicat. huius can. cap. 3. col. 2. circa finem, arbitratur, præfatum Interdictum Ecclesiasticum esse mistum, atque adeó non solùm locale, sed etiam personale.

Mouetur ex his, quæ docet Couar. in c. Alma Mater. p. 2. §. 1. num. 7. ver. Secundò hoc est notandum: de sent. excomm. in sexto; & lib. 2. var. resol. cap. 8. circa finem: vbi ait in vniuersum, quòd interdicta aliqua Communitate alicuius loci, etiam ipse locus censetur interdictus; quoniam alias fraus Interdicto fieri posset, cùm seruari commodè non valeret, exclusis interdictis, qui á loco ob eorum multitudinem excludi non possent. Ne igitur Interdictum latum in hoc canone fieret inane, eodem modo dicẽdũ est; quòd licèt seruarur in Vniuersitates, Collegia, & Capitula, quæ significant hominum multitudinem, & singulos quoque loci habitatores, vt latè declarat idem Alter. loco citato, col. 1. & 2. censeatur tamen quoque latum in eorum loca.

Hac eadem ratione, quando fertur Interdi-
3 ctum in aliquam Ciuitatem, intelliguntur ciũ interdicta suburbia, & ædificia continentia, vt est tex. in c. si Ciuitas. de sent. excomm. in sexto. Nam licèt appellatione Ciuitatis, in stricta significatione, non veniant suburbia, & loca extra
4 eiusdem mœnia, vt in l. nam quod liquidèl, §. si ira, ff. de pen. leg. & l. 2. ff. de verb. significat. Siquidem nomine Ciuitatis propriè id significatur, quod murorum ambitu continetur, vt in cap. si Ciuitas; nihilominus vult ibi Romanus Pontifex, quòd si Ciuitas, Castrum; aut villa subijciantur Ecclesiastico Interdicto, illorum suburbia, & continentia ædificia eo ipso intelligũtur interdicta. Et rationem assignat, inquiẽs: *Ne vilipendi valeat sententia Interdicti: quòd fieret, si posset in eorum suburbijs, vel continentibus ædificijs licitè celebrari.*

Hinc Doctores ex illo canone, præsertim
5 Sayr. lib. 5. Thes. tom. 1. cap 3. sub num. 1. in fine, generalem colligunt regulam: quòd quotiescunque in odiosis, & pœnis, si non fieret lata interpretatio, sententia esset frustratoria, ideſt nullum consequeretur effectum, semper facienda est lata interpretatio. Et vbi pœnalis dispositio inutilis esset, si verba propriè acciperentur, impropriè intelligi debent, ne effectu careant. Ita Panor. in cap. Pastoralis, de Appell. Idem conf. 32. & 62. lib. 2. Calder. de interdict. p. 1. num. 22. & 31. Sot. in 4. sent. d. 22. q. 3. art. 1. concluſ. 1. Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 20. in prin. & Henriq. lib. 13. cap. 42. §. ver. Interdicto populo dè excomm.

Pro hac eadem sententia, & ratione superius allata adducit ipse Couar. tex. in c. quod nõnullis, de priuil. vbi citra Pontificium priuilegium tẽpore interdicti, Diuina officia celebrari prohibentur, interdictis, & excommunicatis etiam exclusis, & ianuis clausis. Et id ex eo quòd ob eorum multitudinem excludi nõ possent, & interdictum redderetur inane.

His tamen non obstantibus, sententiam istã
6 non recipio: atque adeò arbitror, Interdictum de quo agitur, non posse dici mistum, nec simpliciter locale; sed omnino esse purè personale.

Probatur primò ex tex. in c. si sententia, & ibi Glo. in ver. In Clerum: de sent. excom. in sexto, vbi habetur, quòd interdicto clero alicuius Ecclesiæ, nõ propterea censetur interdicta Ecclesia ergo cùm Interdictum hoc loco feratur in Vniuersitates, Collegia, & Capitula, quæ denotant hominum multitudinem, & etiam clerum, comprehẽdit eorum personas tantùm, non autem Ecclesias, & loca.

Secundò probatur ex. c. 1. de vsur. lib. 6. vbi contra Collegia, & Vniuersitates, permittentes manifestos vsurarios in suis terris, prius imponitur interdictum personale generale: & deinde propter contumaciam semestrem in illo additur generale interdictum locale: ergo supponitur hoc non esse coniunctum cum illo, & proin de interdictum. in nostro canone latum contra Vniuersitates, Collegia, & Capitula appellantia ab ordinationibus, & mandatis Romani Pontificis ad futurum vniuersale Concilium, non extenditur ad eorum loca.

Tertiò probatur ex his, quæ habentur ex Cal-
7 der. in tract. de interd. p. 1. n. 32. ver. Sed quæro, an interdicto populo: Nauar in Man. c. 27. n. 167 Tol. lib. 1. instruct. Sacerd c. 51. ver. Rursus cum interdicitur. Suar. de cens. Eccl. disp. 32. sec. 2. n. 31. Sayr. lib. 5. Thes. t. 1. c 4. n. 16. qui in vniuersum probãt ex supradictis iuribus, quòd, posito interdicto locali generali, non intelligitur positum personale: neque è contra, posito personali generali: censetur positum locale generale, ni si aliud exprimatur. Quam quidem opinionem sequitur etiam ipse Alter. sibi contrarius, disp. 1. de interdict. c. 6. in ver. Tertia concluſio. vbi plures alios Doctores allegat, & testatur esse communem; ergo idem dicendum est de interdicto nostri canonis; quoniam censuræ Bullæ cœnæ sunt eiusdem rationis, ac aliæ, nec differunt, nisi quoad reseruationem, vt alias diximus.

Denique. Interdictum est cẽsura, atque adeò
8 pœna, vt in cap. quærenti. de verb. signif. At in pœnis non fit extensio, sed verba sunt strictè interpretanda, vt in cap. pœnæ, de pœnit. d. 1. & cap. odia, de regul. iur. in sexto: ergo interdictum nostri canonis, latum contra vniuersitates, Collegia, & Capitula, atque adeò in eorum personas, non debet extendi in ipsorum Ecclesias, & loca.

Ad contraria respondetur.

9 AD primum dicimus, quòd interdictum huiusmodi seruari commodè potest, & de facto ego vidi in pluribus locis cõmodè seruari, cùm celebrãtur Diuina officia summissa voce, ianuis clausis, exclusis interdictis, ac excommunicatis,

nicatis, & campanis etiam nõ pulſatis; iuxta ea, quæ habentur in tex. in c. Alma Mater, de ſent. excom. in ſexto.

Vnde Calder. loco ſupra citato, docet, quòd cùm interdicto populo, non ſit interdictus locus; poſſet in illo celebrari alta voce ſicut prius: tamen quia hoc modo audirentur vocès publicè celebrantium ab interdictis, & ideò contemneretur Eccleſiaſtica cenſura, ad obuiandũ huic periculo, conſueuerunt clerici, vt à publica celebratione ſe abſtineant. Hoc idem ait Sayr. lib. 5. Theſ. tom. 1. c. 4. ſub n. 16. cum alijs, quos allegat, & Suar. loco citato, n. 33.

Nec tex. in d. c. ſi ciuitas, de ſent. excom. in ſexto, facit ad caſum noſtrum: quoniam ibi, idcirco interdicti Ciuitate, cenſentur etiam interdicta ſuburbia, & ædificia continentia: quia aliàs interdictum locale fieret inane: quod non procedit in caſu, de quo agitur, per ea, quæ ſupra diximus.

Ad tex. denique in d. c. quod nullis, de priuil. reſpondetur, illum loqui de interdicto locali generali, non autem de perſonali, vt conſtat ex illis verbis: Vt *cùm commune terræ interdictum fuerit*: Et propterea Panor. ait ibi, conceſſum eſſe priuilegium, vt cùm Eccleſiæ alicuius Terræ ſint interdictæ, in eis celebrari poſſit, ianuis clauſis, & excluſis interdictis: & quod tũc ex priuilegio permittebatur, nunc iure communi conceditur in c. Alma Mater, de ſent. excom. in ſexto. Quo circa malè adducitur tex. ille à Couar. ad probãdam opinionem, quam vti falſam meritò Doctores communiter reijciunt.

Contrarijs igitur reiectis, firma remanet cõ-
10 cluſio, quòd interdictum, in noſtro canone latum non dicitur miſſũ, nec ſimpliciter locale; ſed omnino perſonale generale: quod nõ infert locale, ſicut etiam non inferret, ſi eſſet perſonale particulare: quoniam interdictum perſonale particulare non infert pariter locale; ſiue generale ſit, ſiuè ſpeciale, Vt bene declarat Suar. de cenſur. eccl. diſp. 32. ſec. 2. n. 34. & Alter. de interdict. diſp 1. c 6. concl. 4. vbi etiam probat è contrario, quòd interdictum locale particulare nõ infert perſonale generale nec ſpeciale: & ſi id ſtatur Suar. loco citato, ſaltem quoad ſubſtantiam, & effectum.

Ex dictis infertur primò, quòd cùm interdi-
11 ctum huius canonis ſit perſonale generale, ſi cõtingat Vniuerſitatem aliquam, Collegium, aut Capitulum in illud incidere, tunc illius vinculo alligantur, non ſolùm harum Communitatum perſonæ præſentes tempore commiſſi criminis culpabiles, & conſentientes: ſed etiam abſentes, & quæ non conſenſerunt, quin potius expreſsè cõtradixerunt; quoniam interdictum perſonale generale afficit omnes etiã qui non fuerunt culpabiles: vt habetur ex Io. Andr. in c. ſi ſententia, de ſent. excom. in ſexto. Syl. in ſum. in ver. interdictum. 2. §. 13. & alijs. Licèt enim regulariter abſens, & ignorans non obligentur ad pœnam ex
12 delicto proueniẽtem, c. aliquis, 15. q. 1. eo quòd pœna conſequitur culpam, & ſuos habet authores. c. nemo, 1. d. tamen id habet peculiare interdictum, vt puniantur ab Eccleſia, qui crimen nõ commiſerunt. Etenim cenſura iſta, quamuis pœna eſſe dicatur Eccleſiaſtica, ſicut ſuſpenſio, & excommunicatio non eſt tamen propriè ſpi-
13 ritualis: quia non afficit animam, nec priuat cõmunione ſuffragiorum Eccleſiæ, vt cõtra Gloſ. in d. c. ſi ſententia, ver. interdicti, tenet Couar. lib. 2. var. reſolut. cap. 8. num. 10. & propterea, & ſi iuſtum non videatur, vt quis pro alterius culpa ſpirituali pœna puniatur, iuxta illud Ezech. cap. 18. *Anima, quæ peccauerit ipſa morietur*: nihilominus æquitati non repugnat, vt temporali pœna pro alterius crimine quis afficiatur: vt habetur Deut. c. 5. & Exod. 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus reddens iniquitatem Patrum ſuper filios in tertiam, & quartam generationem*.

Illi autem de vniuerſitate, qui, qui fuerint cul-
14 pabiles, & cauſam dederint interdicto, excommunicationis inuocrone feriuntur, quæ quidem continet totam interdicti pœnam, & aliquid amplius, vt declarat hoc loco Alter. cap. 3. circa finem.

Secundò infertur, quòd cùm interdictum
15 huiuſmodi ſit perſonale generale, licèt quamdiu qui ſunt de populo interdicto non poſſint intereſſe Diuinis, nec Sacramenta recipere, non ſolùm in locis ipſius populi interdicti, verùm nec etiam in alijs locis, itaut quocunque vadãt, ſtiam ſecum ferant ſententiam; tamen ſi ita in alium locum ſe transferant, vt animum habeãt mutandi domicilium, & ad priorem habitationem non redeundi, tunc quia deſinunt eſſe Ciues, atquè adeò pars illius populi; deſinunt quoque eſſe interdicti: quoniam interdictum perſonale generale cadit ſuper ſingulos, quatenus faciunt vniuerſitatem. Non tamen hoc idem dicẽdum eſt de illis, qui fuerint culpabiles, & dederint cauſam interdicto, aut contra eos fuerit latum interdictum particulare: nam iſti, licèt deſinant eſſe Ciues; adhuc tamen remanent cenſuris alligati: eo quòd cenſura non cadit ſuper eos, quatenus faciunt vniuerſitatem: vt habetur ex eodem Alter. in eius tract. de interdic. diſp. 1. c. 5. col. 3. ver. Reſpondeo.

Tertiò infertur. quòd cùm interdictum, de-
16 quo agitur, ſit perſonale generale, vt ſæpe diximus, vbi contrauenies populus, Collegium, aut Capitulum in illud inciderit, ſi quis poſtea de nouo fiat ciuis illius Ciuitatis, aut admittatur ad Collegium, vel Capitulum durante interdicto, proculdubio efficitur interdictus: quoniam, ſicut cùm quis deſinit eſſe de populo permutationem domicilij, abſoluitur abinterdicto, eo quòd deſinit eſſe pars populi; ita etiam quicunque incipit eſſe pars alicuius Vniuerſitatis interdictę, interdicti vinculo alligatur abſque noua ſententiæ prolatione. Ita Calder. in tract. de Interdict. p. 1. cap. 33. cum alijs, quos allegat, & ſequitur Alter. eod. tract. diſp. 1. c. 6. col. 3. in fine, & 4.

Quartò infertur, quòd cùm præfatum inter-
17 dictum nullo modo ſit locale, ſed ſimpliciter perſonale generale, interdicto Collegio, Capitulo, aut aliqua alia Communitate, ob crimẽ cõmiſſum contra diſpoſitionem noſtri canonis, poſſunt clerici in illis exiſtentes omnia Diuina officia celebrare, ianuis tamen clauſis, ſummiſſa voce, expulsis interdictis, & excommunicatis, ac campanis etiam non pulſatis, iuxta ea, quæ ſupra annotauimus.

An

An Capitulo appellante à ſententijs S.P. ad futurum Concilium, ſi Epiſcopus concurrat, vt vnus de Capitulo, in Interdictum incidat vna cum alijs. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, tanquam vnus de Capitulo concurrens ad appellandum à ſententijs S. P. ad generale futurum Concilium, licèt Capitulum Interdicto ſubiaceat, ipſe tamen in illud non incidit*

2 *Epiſcopus, & maiores Prælati ſub Interdicto, ac ſuſpenſione generaliter lato non comprehenduntur, niſi de eis fiat expreſſa mentio.*

3 *Epiſcopus interueniens Capitulo ad appellandum ad futurum Concilium, Interdictum non contrahit, etiam ſi ſuffragium ferat pro appellatione interponenda.*

4 *Epiſcopi concurrentes vt ſupra ad appellationem ad futurum Concilium, ſicut excuſantur ab interdicto, ita etiam excuſantur ab excommunicatione.*

5 *Epiſcopus tanquam vnus de Capitulo concurrens ad appellandum ad futurum Concilium, ſi capitulum non fuit legitimè congregatum, in excommunicationem incidit.*

6 *Epiſcopi, & alij maiores Prælati ſub generali excommunicatione comprehenduntur, etiam ſi de illis non fiat mentio.*

7 *Cardinalis, ſi concurrat ad appellandum ad futurum Concilium tanquam vnus de collegio, ſi non ſit Epiſcopus, an vi noſtri canonis Interdictum contrahat.*

1 a IN hac difficultate dicimus negatiuè concludendum eſſe: atque adeò ſi Capitulum, cuius Epiſcopus eſſet vnus ex canonicis, vt in cap. à collatione. de appell. in ſexto, appellet à ſententijs Romani Pontificis ad futurum Concilium generale, Epiſcopum ipſum, Interdictū vi præſentis canonis non contrahere. Probatur ex tex. in cap. quia periculoſum, de ſent. excom. in ſexto, vbi expreſsè ſtatuitur, & habetur, Epiſcopos, & maiores Prælatos nūquam incurrere ipſo iure ſuſpenſionem, aut interdictum, virtute cuiuſcunque conſtitutionis, mandati, ſeu ſententiæ, niſi ſpecialiter exprimantur. Ratio autem eſt, quoniam ſecundum Glos. ibi S. Pontifex non tam Epiſcopis, quàm ſubditis intendit prouidere: nam eorum officium conſiſtit in chriſmate, Ordinum collatione, Eccleſiarum, & altarium conſecratione &c. Vndè magnum periculum eſſet in frequenti ipſorum ſuſpenſione. Et hanc opinionem, communem eſſe teſtatur Sayr. lib. 4. Theſ. tom. 1. cap. 12. num. 2.

2 Ampliatur primò hæc concluſio, vt Epiſcopus, tanquam vnus ex canonicis, vt ſupra appellans, excuſetur ab interdicto, ſiue ſuffragium dederit pro appellatione prædicta interponenda, ſiuè non dederit: quoniam eſtò, quòd Epiſcopus in ferendo ſuffragio crimen commiſerit; tamen non fauore ſui, ſed fauore ſubditorum cenſuram prædictam non contrahit, vt ſupra diximus.

3 Secundò ampliatur, vt huiuſmodi Epiſcopi, & alij ſuperiores Prælati concurrentes ad dictam appellationem, tanquam perſonæ de aliquo Collegio, ſicut excuſantur ab interdicto; ita etiam excuſantur ab excommunicatione; vi eiuſdem canonis lata contra appellantes ab ordinationibus Romani Pontificis ad futurum Concilium. Probatur; quia prædicti Prælati dicuntur concurrere ad appellationem prædictam non vt ſinguli, ſed vt vniuerſi, ſeu tanquam perſonæ de Capitulo, aut de alia Vniuerſitate.

4 Sic ampliata limitatur eadem concluſio, vbi 5 Capitulum, in quo interuenit Epiſcopus, tanquam vnus de capitulo, non fuit legitimè congregatum, aut ſinguli ſeorſim eorum ſententiā dixerint: nam tunc licèt Epiſcopus interdicto non ſubiaceat; in excommunicationem tamen incidit: quia tunc dicitur concurrere ad appellationem, non vt vnus de Capitulo, ſed tāquam ſingularis perſona: & ideò ſub diſpoſitione noſtri canonis comprehenditur, per quem omnes perſonæ excommunicantur; appellantes à ſententijs Romani Pontificis ad futurum Concilium.

6 Nec in iure Epiſcopi, & alij maiores Prælati, quoad excommunicationem generaliter latā, reperiuntur priuilegiati: & propterea illam contrahunt, etiam ſi de eis non fiat expreſſa mētio: b quia priuilegia, cùm ſint ſtricti iuris b, & indulta à Principe contra ius commune, vt in c. Abbate, de verb. ſignif. debent ſtrictè interpretari, vt minus derogetur iuri communi, quàm ſit poſſibile, cap. cum dilectus, & ibi Glo. de conſuet. & conſequenter non ſunt extendenda, etiā propter eandem rationem, vt per Sayr. loco citato, num. 8.

7 Secundò videtur poſſe limitari ſupradicta cōcluſio in Cardinalibus nō Epiſcopis, & ideo, ſi Cardinalis tanquam vnus de Collegio, appellauerit à ſententijs Romani Pontificis ad futurum Concilium, ſi Capitulum interdicitur, vi noſtri canonis erit interdictus, etiam Cardinalis ipſe non Epiſcopus: quia priuilegium, vt Epiſcopi, & alij maiores Prælati non poſſint incurrere ipſo iure ſuſpenſionem, aut Interdictū, niſi de ipſis fiat ſpecialis mentio, fuit indultum propter executionem Pontificalis officij, & non inſpicitur dignitas, ſed tantùm officium Pōtificale, vt habetur in d. c. quia periculoſum, vbi Glo. in ver. De Epiſcopis: ergo hoc priuilegiū non videtur poſſe extendi ad Cardinales non Epiſcopos; ſed per maiores Prælatos debent intelligi Archiepiſcopi, Patriarchæ; & Primates.

In contrarium tamen eſt communis ſententia, quam tenet Gemin. in d. c. quia periculoſum, num. 4. vbi etiam Franc. & alij, quos refert, & ſequitur Sayr. loco citato num. 4. & 5. volunt enim prædicti Doctores prædictum priuilegiū extēdi etiam ad Cardinales nō Epiſcopos: quoniam, & ipſi exercere habent Pontificale officiū in ſuis Eccleſijs titularibus: vt in cap. his quæ, de maior. & obed. & ſuperiores etiam ſunt Epiſcopis.

AD-

ADDITIO.

a Esse. Hanc eamdem sententiam tenet nouissimè Bonac. de censur. Bull. cœn. disp. 1. q. 3. p. 2. n. 11. Abb. Alex.

b Iuris. Adde, quòd priuilegia licèt sint stricti iuris, atque ideò strictè regulariter interpretẽtur, vt habetur ex Io. Andr. Butr. & alijs, in c. olim. de verb. signific. & est tex. in cap. priuilegia 3. d. nihilominus priuilegium non debet adeò strictè interpretari, vt nihil operetur, vt rectè docet Felyn. in cap. 1. & cap. causam, col. 9. de rescript. Immò priuilegium, quod sapit beneficium, latissimè interpretatur, vt in l. beneficiũ ff. de constit. Io. Andr. & Butr. in d. cap cũ olim, de verb. signific. Differt autem beneficium formaliter à priuilegio in hoc, quòd beneficium est præter ius commune, circa præiudicium alterius: priuilegium verò est contra iuris dispositionẽ, vt habetur in cap. Abbate, & ibi Doct. de verb signific. Quod quidem verum est, nisi beneficium fit ambitiosum, vt quia fuerit dispensatum super pluralitate beneficij; quoniam tunc licèt priuilegium beneficium sapiat; strictè tamen interpretatur, vt per Abb. in cap Rodulphus, de rescript. Item priuilegium, quod non est contra legem communem; sed contra legẽ priuatam, nempe contra consuetudinem, vel statutum; ita vt reducat legẽm priuatam ad ius commune, tunc latam recipere debet interpretationem. vt patet ex tex. in d. cap cùm olim. In casu verò à Duard. hoc loco relato, meritò Episcopus excommunicationis vinculo alligatur; quoniam non ob id priuilegium cap. quia periculosum, de sent. excomm. in 6. redditur inane: nec est priuilegium beneficium sapiens: nec est contra legem priuatam; sed contra ius commune. Et quamuis beneficium videatur sapere. quatenus priuilegium d. cap. quia periculosum, eximit Episcopum à generali suspensione, & interdicto; nihilominus id non fuit concessum in Episcoporum beneficium; sed in beneficium subditorum, vt per Glos. in d. cap. quia periculosum, de sent. excommun. in 6. D. Cæsar.

Ibi (*Nec non eos, quorum auxilio, &c.*) An fauentes huiusmodi, & auxilium dantes vi huius canonis excommunicentur principaliter, vel accessoriè. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Consulentes, vel mandantes, vbi accessoriè sub aliqua dispositione comprehenduntur, in excommunicationem non incidunt, nisi secuto effectu.*

2 *Consulentes, vel mandantes si principaliter excommunicantur, excommunicationem contrahunt, etiam effectu non secuto.*

3 *Fauorem, & auxilium dantes ad appellandum ad futurum Concilium, per Bullam cœnæ excommunicantur principaliter.*

4 *Dictio, Nec non, affirmat, & copulat æquè principaliter.*

5 *Dictio, &, facit venire copulatum principaliter, & non accessoriè*

6 *Dictio, cum, facit venire copulatum accessoriè.*

7 *Fauorem, & auxilium præstantes, ad appellandum ad futurum concilium, licèt excommunicentur principaliter; conjurium tamen non contrahunt, nisi secuta appellatione.*

8 *Præteritum perfectum rem perfectam denotat.*

IN hac re Sayr. in explicatione præsentis canonis lib 3. Thes. tom. 1. c. 6. n. 5. & 6. ait, quòd personæ, quę sub dispositione dicti canonis cõprehendũtur quædam sunt principales, & quędam accessoriæ.

Principales sunt omnes, & singulæ personæ particulares, quæ excommunicantur: nec non Vniuersitates, Collegia, Capitula, & aliæ communitates, quibus Interdictum imponitur.

Accessoriæ verò sunt dantes auxilium, & fauorem, quas, inquit, non incurrere, nisi subsequatur appellatio.

Ex quibus verbis videtur velle, auxilium dãtes, ac fauentes ad appellandum à sententijs Romani Pontificis ad futurum Concilium, vi nostri canonis excommunicari accessoriè, non autem principaliter: tum quia vult, dictas personas dici accessorias, tum etiam, quoniam, inquit, eas excommunicationem non contrahere, nisi secuta appellatione: quòd proprium est eorum, qui non principaliter, sed accessoriè censura afficiuntur: vt bene docet Nauar. in Man. cap. 27. num. 61. in ver. Adde, quòd refert: dum ait, Quòd refert, an disponens lo-
1 quatur principaliter de faciente, & secundariò de mandante, & consulente: aut principaliter de omnibus: quia priori casu non incurrit excommunicationem mandans, aut consulens antequam fiat opus: atque adeò mandans centies percuti clericum, non excommunicatur, donec percussio sequatur. In posteriori verò casu excommunicationem contrahit, etiam, effectu non secuto.

Vndè qui mandat interficere aliquem per as-
2 sassinum, statim est excommunicatus, etiam si effectus non sequatur, vt in cap. 2. de homic. lib. 6.

Hanc eadem sententiam videtur tenere idẽ Nauar. in explicat. eiusdem canonis, in Man. c. 27. num. 58. dum ait: quòd consulens, & auxilians prædicti non incurrunt, donec appellatio subsequatur. Idem videtur sentire Suar. in eodem can. disp. 21. de censur. sect. 2. n. 16. in fine, dicens: Ab auxilium, vel fauorem dantibus, donec fit appellatum nõ incurritur excommunicatio. Et Vgol. eodem loco in ver. Nec non eos: sic inquit: Quoad tertiam breuiter concludendum est, in excommunicationem hanc non incidere, nisi appellatio secuta sit. Idem nouissimè tenet Alter. in explic. ipsius can. c. 5. col. fin. in ver. Respondeo.

His tamen non obstantibus oppositum puto
3 verius: atque adeò, fauorem, & auxilium dantes ad appellandum à sententijs Romani Pontificis ad futurum Concilium, excommunicari principaliter *a*, non autem accessoriè vi nostri canonis.

Probatur ex dictione illa, *Nec non*: in eodem canone posita: nam post latam excommunicationem, & Interdictum cõtra appellantes vtsupra, deuenendo postea ad auxilium, & fauorẽ ad id præstantes, S. Pontifex excommunicationẽ in eos extendit his verbis. *Nec non eos quorum auxilio, vel fauore appellatum fuerit*. Dictio autem illa, *Necnon*, cùm ex duabus negatiuis constet, pro-
4 culdubio affirmat, & copulat æquè principaliter: vt habetur in tex. in §. cûq; hoc, in proœm. Inst. Immo est ampliatiua & augmentatiua præcedentis dispositionis, vt in l. ea tamen adiectio, & ibi Glos. in ver. Quæ: ff. de leg. 3. Bart. in l. creditas. §. fin. ff. de lega. 2. Alex. cons. 20. n. 8. vol. 3. Et coniungit ampliatum æquè principaliter, Natt. cons. 573. num. 4. p. 3. & propterea æquè principaliter determinat, l. duobus, ff. de leg. 1. Immo arguit maiorem, & præcisam deliberationem eorundem iurium Cass. decis. 3. n. 7. de testam.

Secundò dictio illa, *Necnon*, æquipollet copu-
5 læ, &, quæ quidem copulatum facit venire principaliter, & non accessoriè, vt per Abb. in c. sæpe, n. 7. de verb. signif. & supra latè probauimus, can. 1. q. 31. n. 4. & 5.

Tertiò probatur ex Const. Pij II. cuius tenorem refert Caiet. in sum. in ver. Excommunicatio, c. 25. vbi post latam excommunicationem contra appellates ab ordinationibus S. P. ad futurum Concilium, volens accessoriè censura deinde afficere ad id fauorem consilium, & auxilium dantes, vtitur dictione, cum, dicens: *Vnà cum fautoribus suis, & consilium, auxiliumue præstantibus*: nam dictio, &, in hoc differt à dictione, cũ, quòd prior facit venire copulatum principaliter; posterior autem accessoriè: vt per Abb. in c.
6 quærelam, n. 5. cum alijs, ad eum additis, de fim. vbi latè de natura dictarum dictionum tractat.

Beneuerum est, quòd licèt fauentes, & auxiliũ
7 dantes æquè principaliter censura afficiantur, ac vtsupra appellantes vi huius canonis; tamen in censuram prædictam non incidũt, nisi appellatio subsecuta sit: & id non ex eo, quòd accessoriè excommunicentur, sed ob verbum illud: *Appellatum fuerit*: quod præteritum perfectum cùm sit, rem perfectam significat: vt bene dicit
8 Vgol. loco citato, per ea, quæ docet Glos. in c. quicunq; §. 1. ver. Innodetur, de hæret. Et ita intelligitur eius sententia, & aliorũ DD. quos supra retulimus, præsertim Sayr. qui licèt dicat personas esse accessorias, non tamẽ ait excõmunicari accessoriè. Et Caiet. loco citato ideo voluit, per const. Pij II. huiusmodi personas excõmunicationem non contrahere, nisi secuta appellatione: quia tales per dictã constitutionem excommunicãtur, vt cooperatores; atque adeò accessoriè.

nec respõdet ad rationes satis iuridicas à Duardo allatas: & propterea probabilior nobis videtur ipsius Duardi opinio. Ioan. Vincent.

Quibus casibus contrahitur excommunicatio, seu Interdictum huius canonis, & quibus effugitur. Q. 7. & vlt.

SVMMARIVM.

1 *Appellantes ab ordinationibus S. Pontificis ad futurũ Concilium generale, excommunicationem incidunt.*
2 *Dictio, omnes, neminem excludit.*
3 *Dictio, &, aliquando fit declaratiuè.*
4 *Dictio, omnes, est signum vniuersale.*
5 *Appellantes à sententijs S. Pontificis ad futurum Cõcilium generale, in excommunicationem incidunt, siue iusta sit appellatio, siue iniusta.*
6 *Appellantes à sententijs S. P. ad futurum generale Concilium, excommunicationem contrahunt, siue sententiæ, seu ordinationes speciales sint, siue generales.*
7 *Appellantes à sententijs S. P. ad futurum Concilium vniuersale, contrahunt suspicionem hæresis.*
8 *Constitutiones Pij II. & Iul. II. quas personas appellantes a sententijs S. P. ad futurum Concilium vniuersale comprehendant, declaratur.*
9 *Consulentes, quòd fiat appellatio ad futurum cõcilium, vt constitutionis Iul. II. nõ sunt excommunicati, nisi secuta appellatione: secus autem si consulant, quòd appellatio fieri possit, aut debeat; nam tunc statim sũt excommunicati.*
10 *Appellantes a sententijs Rom. Pontificis ad Concilium generale præsens, vel ad Concilium prouinciale futurum, in excommunicationem non incidunt.*
11 *Appellatio interposita a sententijs S. P. ad Concilium generale præsens, vel ad Concilium prouinciale, est nullius momenti.*
12 *Papa est maior Apostolo Paulo in administratione.*
13 *Lex debet ampliari, ac restringi ad limites rationis expressæ.*
14 *Lex adaptatur ad ea, quæ frequentius accidunt.*
15 *Appellantes a sententijs Iudicum, & aliorum Prælatorum Ecclesiasticorum ad futurum Concilium generale, in excommunicationem non incidunt.*
16 *Preces offerre possumus, ac supplicare, a quibus appellare non licet.*
17 *Appellantes a Collegio Cardinalium, sede vacante, ad futurum Concilium vniuersale, excommunicationẽ non contrahunt.*
18 *Sententiæ, iniquè prolatæ a Rom. Pontifice resistens, an excommunicationem incurrat.*
19 *Vniuersitas appellans a sententijs Romani Pontificis ad futurum Concilium vniuersale, in Interdictum incidit.*
20 *Vniuersitates quæcunque appellantes à sententijs Romani Pontificis ad futurum Concilium vniuersale, Interdictum contrahunt.*
21 *Vniuersitas quid sit, declaratur.*
22 *Vniuersitas appellans a sententijs Romani Pontificis ad futurum Concilium, Interdictum incurrit, etiam si omnes & singuli de Vniuersitate appellationi non consenserint.*
23 *Vniuersitas appellans a sententijs S. P. ad futurum Conci-*

ADDITIO.

a Principaliter. Adde Bonac. in explic. Bull. cœnæ, disp. 1. q. 3. p. 2. n. 8. dum putat, auxilium, & fauorem præstantes ad appellandum ab ordinationibus Romani Pontificis ad futurum Concilium, excommunicari accessoriè; non autem æque principaliter, Sed reuera non fundatur rationibus, sed tantùm Doctor. auctoritatibus;

Concilium vniuerſale, in Interdictum incidit, ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit appellatio.

24 *Vniuerſitas quomodo, & quibus caſibus Interdicto ſubiaceat vigore conſtitutionis Iul. II.*

25 *Vniuerſitas appellans à ſententijs S. P. ad futurum Cõcilium, interdictum non contrahit, vbi a maiori parte appellatum non fuerit,*

26 *Vniuerſitatis pars minor appellans à ſententijs Rom. Pontificis ad futurum Concilium vniuerſale, in excommunicationem non incidit.*

27 *Vniuerſitas appellans ad Concilium generale præſens, vel ad Concilium prouinciale à ſententijs S. P. Interdictum non incurrit.*

28 *Vniuerſitas, vbi legitimè congregata non eſt, appellans ad futurum Concilium vniuerſale, non interdicitur; ſinguli tamen, qui appellationis auctores fuerunt excommunicationem contrahunt.*

29 *Argumentum à ſufficiẽti partium enumeratione, valet.*

30 *Suffragia ſeorſim ferentes pro appellando ad futurum Concilium, an excommunicentur.*

31 *Vniuerſitatis ſuffragia ſunt collectiuè ferenda in aliquo publico loco: non autem ſeorſim a ſingulis.*

32 *Epiſcopi, & alij maiores Prælati, etiam ſi tantùm Cardinales ſint, appellantes à ſententijs S. P. ad futurum Concilium generale, tanquam perſonæ de aliquo Capitulo, Vniuerſitate, aut Collegio, in Interdictum nõ incidunt.*

33 *Fauorem, & auxilium præſtantes ad appellandum à sẽtentijs Rom. Pontificis ad futurum Concilium vniuerſale, excommunicationem contrahunt.*

34 *Fauor, & auxilium præſtantur re, aut verbis multis modis.*

35 *Fauorem, & auxilium dantes ad appellandum à ſentẽtijs S. P. ad futurum Concilium vniuerſale, excommunicationem incurrunt, ſiuè præſentur in ipſa appellatione, ſiue ante appellationem.*

36 *Vniuerſitas fauorem aut auxilium præſtans ad appellãdum à ſententijs S. P. ad futurum Concilium vniuerſale, Interdicti vinculo alligatur.*

37 *Legis verba ſubſequentia per præcedentia declarantur, & è contrario.*

38 *Fauorem, aut auxilium dantes poſt appellationem interpoſitam à ſententijs S. P. ad futurum Concilium vniuerſale, excommunicationem non incurrunt.*

39 *Fauorem, & auxilium præſtantes ad appellandum ad futurum Concilium vniuerſale, excommunicationem non contrahunt, niſi ſecuta appellatione.*

40 *Fauorem, & auxilium dantes ad appellandum à S. P. ordinationibus, ad futurum Concilium vniuerſale, excommunicationem non contrahunt, niſi fauor, & auxilium influant, & cauſa ſint appellationis.*

41 *Conſulentes ad appellandum à ſententijs S. P. ad futurum Concilium vniuerſale, in excommunicationem non incidunt.*

42 *Conſilium adiuuat ab intrinſeco: auxilium verò, ac fauor ab extrinſeco.*

43 *Conſilium dantes, vt poſſit, liceat, ac debeat appellari à ſententijs S. P. ad futurum Concilium vniuerſale, excommunicationem contrahunt, contentam in Conſt. Iul. II.*

44 *Ignorantia probabilis excuſat ſauentes ad appellandum à ſententijs Romani Pontificis ad futurum Concilium vniuerſale, non autem craſſa, affectata, vel cõcomitans.*

HAnc quæſtionem tribus concluſionibus abſoluemus, eaſdem multipliciter ampliãtes, ac limitantes. Quo circà ſit,

Prima Concluſio.

1 APpellantes ob ordinationibus, ſeu mãdatis Romani Pontificis ad vniuerſale futurum Concilium, excommunicationis vinculo alligantur. Hæc concluſio patet ex tenore noſtri canonis.

Ampliatur dicta concluſio primò, vt generalis

2 ſit, omnes, & quaſcunque perſonas comprehendens: & id ob dictionem illam, *Omnes*, in tex. poſitam, quæ neminem excludit, arg. tex. in l. Iulianus, ff. de leg. 3. & cap. ſi Romanorum, d. 19. Præterea Sum. Pontifex excõmunicat omnes, & ſingulos. Vbi eſt annot. ex Vgol. in explic. præſentis canonis, §. 1 quòd dictio illa, Et, hoc loco non copulat, ſed declarat: atque adeò dum Sum. Pontifex excommunicat omnes, &

3 ſingulos, perinde eſt, ac ſi excommunicaſſet omnes, ideſt ſingulos, ar. tex. in §. 1. in Inſt. de tutel. vbi definitur tutela, quòd ſit vis, atque poteſtas, & c. hoc eſt vis, ideſt poteſtas. Quocircà ly. *Singulos*: non fuit additum ly. *Omnes*, ne quis exiſtimaret per ly. *Omnes*, comprehendi Vniuerſitates, vt malè quidam arbitrati ſunt: quoniam ly. *Omnes*: Sua vi non comprehendit eas, vt habetur ex Quin. Mandoſ. in tract. de commiſ. comiſ. 2. in ver. Omneſque, & in ver. ſingu-

4 los; ſed eſt ſignum vniuerſale, quod adiectum alicui facit, vt ſingula eius comprehenſa intelligantur.

Vndè vi huius canonis excommunicantur omnes vt ſupra appellantes, ſiue clerici ſint, ſiue laici: & id propter illa verba: *Cuiuſcũque ſtatus*: quoniam hominum ſtatus diuiditur in laicos, & Eccleſiaſticos, vt in c. duo ſũt, 12. q. 1. ſiue perſonæ priuatæ ſint, ſiue in dignitate poſitæ: vt patet ex ly. *Gradus*. Etenim vtriuſque hominũ ſtatus plures ſunt gradus: nam quidã ex Eccleſiaſticis ſunt Cardinales, alij Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, alij Abbates, Presbyteri, clerici, & his ſimiles. Et inter laicos adeſt Imperator, adſunt, Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites, & alij, in varijs, ac diuerſis dignitatibus conſtituti.

Et ne videantur ſerui, ac mulieres ab hac cenſura excipi, idcircò extenditur ad omnes, & ſingulos cuiuſcunque conditionis fuerint: vt conſtat ex illis canonis verbis, *Seu conditionis fuerint*, atque adeò excommunicantur contrauenientes, ſiuè viri ſint, ſiuè mulieres: ſiuè liberi, ſiuè ſerui; nam omnes homines partim liberi ſunt, & partim ſerui, §. 2. in Inſt. de iur. perſon. partim viri, & partim mulieres, quę quidẽ non ſecus, ac viri excõmunicationis vinculo alligari poſſũt, vt in c. mulieres, c. de monialibus, & c. relatũ, de ſent. excom. Et latè Alter. hoc eodẽ loco, c. 2. vbi optimè quoq; declarat verba illa oẽs, & ſingulos, cuiuſcũq; ſtatus, gradus, ſeu cõditionis fuerint.

Secundò ampliatur, vt appellantes à ſenten-

5 tijs, & ordinationibus Romani Pontificis ad futurum Concilium vniuerſale, incidant in excõmun cationẽ, ſiue appellatio iuſta ſit, ſiue iniu-

6 ſta: quia huiuſmodi cẽſuræ non fundantur ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia appellationis, ſed in-

eo quòd ſic appellans iniuria afficit Apoſtolicã ſedem, vt hoc notat Suar. in explicat. huius canonis, diſp. 21. de cenſur. ſec. 2.

Tertiò ampliatur hæc concluſio, vt appellantes vt ſupra, prædictam excommunicationem 6 contrahant, ſine appellatio interpoſita ſit ab ordinationibus S.P. ſpecialibus, ſiue generalibus: nempè à ſententijs, monitionibus cenſuris, & pœnis: nam hæc omnia ordinationes, & mandata ſunt, & in eis militat eadem ratio, vt habetur ex Vgol. loco citato, in ver. Quintò in excommunicationem.

Immò Alter, in eiuſdem can. explicat. cap. 4. col. 2. q. 2. idem dicendum exiſtimat de appellatione interpoſita à ſtatutis, & legibus Romani Pontificis ad futurum Concilium. Nam ideo hoc loco fit mentio de ordinationibus, & mandatis, quæ ſignificant particulares ſententias: eo quòd magis rationabiliter poturſſet aliquis dubitare, an à particulari præcepto licita ſit appellatio ad Concilium, quam ab vniuerſali conſtitutione: quia facilius circa res particulares, & actus ſingulares Papa poteſt errare ex falſis probationibus ductus, vt in c. ſi Papa, 40 d. & c. Anaſtaſius, 19. d. Qua propter dum prohibet Romanus Pontifex appellationem à particulari ipſius decreto ad Concilium, multò magis ſub eadem cenſura voluit prohibere appellationẽ à generali eiuſdem conſtitutione. Vndè colligit multò magis eſſe excommunicatum, qui appellat ad Prouinciale Concilium.

Sed reuera, ſi ordinationis, & mandati nomine in ſtricta ſignificatione veniunt particulares tantùm ſententiæ, vt ipſe Alter, ſupponit; eiuſdem, & Vgol. ſententia videtur mihi valde dubia, cùm ſimus in adioſis, in quibus verba ſtrictè veniunt interpretanda: vt latius, Deo duce, dicemus infra n. 10. lim. 1.

Quartò ampliatur, vt ſic appellãtes vltra ex- 7 communicationem, in quam incidunt, contrahant etiam ſuſpicionem hæreſis: eo quòd Pius II. & Iul. II. tanquã ſchiſmaticos, & de fide malè ſentientes, præcipiunt appellantes ipſos eſſe habendos, vt in ſupra allegatis eorum conſtitutionibus patet.

Quintò ampliatur, vt non ſolùm appellãtes, 8 ſed vi conſtitutionis Pij II. excommunicentur *b* etiam conſulẽtes, *b* & in conſt. Iul. II. extẽditur conſtitutio ipſa Pij II. ad ſex actiones principales, nempè, decernere, conſulere, deliberare, approbare aliorum dicta, conſilium dare, vocem dare, vt ad futurum Concilium contra dictam Pij conſtitutionem appellari liceat, poſſit, vel debeat.

Vnde etiò, quòd prædicta perpettantes, non 9 incidant in excommunicationem noſtri canonis, cùm per illum non prohibeãtur; contrahũt tamen excommunicationem in prædicta conſtitutione contentam ſimul, ac dant vocem, vel conſilium, vt poſſit, liceat, ſeu debeat appellari, etiam ſi appellatio non ſubſequatur, vt notat Caiet. inſtim. in ver. Excommunicatio, c. 25. Vbi etiam inquit eſſe annotandam differentiam inter conſulentes: quòd fiat huiuſmodi appellatio: & conſulentes, quòd fieri poſſit, aut liceat, aut debeat: nam primi non ſunt excommunicati, niſi ſubſecuta appellatione; poſteriores autem ſunt excommunicati ipſo facto. Vt conſtat etiam ex his, quæ diximus ſupra, quæſt. 2.

Sic ampliata limitatur primò dicta cõcluſio, 10 vt tunc appellantes vt ſupra incidant in excõmunicationem noſtri canonis, quando appellatio fit à ſententijs Romani Pontificis ad futurũ *c* vniuerſale Concilium *c*: ſecus autem, ſi appellatio interponatur ad Concilium generale præſens, vel ad Concilium prouinciale: quia ex vi noſtri canonis excommunicantur appellantes ad futurum vniuerſale Concilium: ergo excõmunicatio huiuſmodi non debet extendi ad appellantes ad Concilium vniuerſale præſens, vel prouinciale: quoniam cùm ſimus in pœnalibus, verba debent ſtrictè, & propriè interpretari, vt in c. odia, de regul. iur. in ſexto, & fortius, vbi tractatur de excõmunicatione, quæ non extenditur de caſu ad caſum, vt per Nauar. in Man. c. 27 num. 51. Suar. can. præcedẽti in fine, & latè Sayr. in explicat. huius canonis, lib. 3. Theſ. c. 6. num. 4 Viual. ibidem n mihi 6. cum plur. ſeq. & Azor. lib. 4. Inſt. moral. p. 2. c. 13. q. 8. Qui licèt negent, appellantes ad Cõcilium generale præſens, aut 11 prouinciale excommunicatos eſſe, tamen dicũt talem appellationem eſſe nullius momenti, tãquam factã à maiori ad minus: eo quòd Romanus Pontifex nullum iudicium in tertis ſupra ſe agnoſcit, c. ſignificaſti, de elect.

Immò maior eſt Apoſtolo Paulo adminiſtra- 12 tione, & ipſe ſolus poteſt res etiam ad fidem pertinentes definire, vt per Doct. in c. maiores, de Baptiſ. Hanc eãdem ſententiam tenet Graff. *hic* lib 4. deciſ. p. 1. c. 18. n. 59. & 60. ex eo quòd canon iſte exigit vniuerſale futurum: ad quod allegat tex. in l. cùm prætor, ff. de Iudic. & l. ſi maritus, in fine, ff. de procur.

Vndè falſum eſſe ſententiam Vgol. dicimus, dum in d. §. 1. in ver. Quintò in excommunicationem: contra Graff. docet, appellantes à ſententijs Romani Pontificis ad Concilium generale præſens, aut ad prouinciale, contrahere dictam excommunicationem: & hoc ideò quia ratio prohibitionis, & *hic* viget, atque adeò diſpoſitio, ar. tex. in l. illud, ff. ad l. Aquil. & eorum, quæ docet Guid. Papa deciſ. 373. Etenim pluries probauimus, quòd in excõmunicationibus non fit extenſio, quamuis militet eadem ratio, & eò magis, quia ratio prohibitionis non fuit expreſſa in hoc canone: propter quod doctrina Pa- 13 nor. in c. quia in inſulis, de ſtat. monac. nõ habet locum in caſu noſtro, dum ait, quòd lex debet ampliari, & reſtringi ad limites rationis expreſſæ.

Nec dici poteſt vt ipſemet Vgol. exiſtimat, idcirco vi noſtri canonis excommunicari appellãtem ad futurum Concilium, quia rarò contingit, Concilium hoc actu congregatum eſſe, vbi quis appellat; ſed non ob id excludit quin appellans ad Concilium iam congregatum, in excommunicationem hãc incidat, ar. tex. in l. vnica, iuncta Gloſſa, in ver. Sponſam. C. de rapt. virg. quoniam reſpondetur, quòd immò, quia rarò contingit Concilium generale actu congregatum eſſe, ſicut etiam Concilium prouinciale, idcirco appellantes vt ſupra ad Concilium præſens, aut prouinciale, in excommunicationem non incidunt: quoniam lex adaptatur ad ea, quę 14 frequẽtius accidũt l. nam ad ea, ff. de legib. Nec Gloſ. in d. l. vnica, probat intentum, ſed potius

per

per iura, quæ allegati, tacitè reuocat, quod antea dixerat.

Secundò limitatur noſtra Concluſio, vt ex-
15 communicatio iſta comprehendat appellãtes à ſententijs S. P. ad futurum Concilium: ſecus an em, ſi appellatio fiat à ſentẽtijs, & ordinationibus alicuius Epiſcopi, aut alterius Prælati, etiã ſi Cardinalis ſit, ad futurum Concilium vniuerſale: quia tunc cenſura huiuſmodi non contrahitur: eo quòd canon noſter exigit appellationem ab ordinationibus Rom. Pontificis: ergo ſatis non eſt ſi appellatio interponatur ab ordinationibus, ſeu ſententijs alterius Prælati, cùm in pœnalibus verba debeant ſtrictè interpretari, vt ſupra diximus. Ita Sayr. loco citato. Idẽ dicimus de appellationibus à Iudicibus ſedis Apoſtolicæ, & de ſupplicationibus à ſententijs Papæ ad eũdem: nam preces offerre poſſumus,
16 & ſupplicare, à quibus appellare non licet, l. ſi quis aduerſus, & ibi Iaſõ num. 1. C. de præcibus Imper. offer. & Graff. in expl. huius can. lib. 4. de cenſ. p. 1. c. 18. n. 58.

Tertiò limitatur, vt in excommunicationem
17 hanc non incidant appellantes a Collegio Cardinalium, ſede vacante, ad futurum Concilium vniuerſale; quoniam hi non dicuntur appellare ab ordinationibus, & mandatis Romani Pontificis, vt per Vgol. in d. §. 1. n. 4.

Quartò limitatur, vt excommunicatio hæc
18 non incurratur ab eo, qui ſententiæ iniquæ, à Romano Pontifice prolatæ executioni contradicat, vt ſi per eam proprio Regno iniuſtè fuerit priuatus, quia vim vi repellere de iure naturali eſt, vt in c. dilecto, de ſent. excom. in ſexto, c. paſtoralis, de ſent. & re iudic. Et Vgol. ibidem, num. 6. Sic etiam literis Papæ munitus clauſula illa: *Contradicentes Eccleſiaſtica cenſura compeſcantur*, contradicentes iuſtè in cenſuram illam non incidunt, vt per Glo. communiter receptam in cap. pro illorum, ver. cõtradicentes, de præben. Felin. in cap. cauſam. num. 10. de reſcr. & Graff. in allegato num. 58 in fine.

Secunda Concluſio.

VNiuerſitates, Capitula, & Collegia, quæcun-
19 que, appellantia ab ordinationibus, ac mandatis Romani Pontificis ad vniuerſale futurum Concilium, Interdicti vinculo ipſo facto alligantur. Hæc concluſio patet ex ipſo canone in illis verbis *Vniuerſitates verò, &c.*

Ampliatur primò dicta Cõcluſio, vt Vniuer-
20 ſitates, vt ſupra appellantes ſubiaceant Interdicto quocunque nomine nũcupentur; vt conſtat ex illis verbis *Quocunque nomine, &c.* Vndè ſiue Ciuitas aliqua ſit, ſiuè Capitulum, ſiuè Conſilium, ſiuè parlamentum, aut quæcunque alia Communitas, ſi ab ordinationibus, & mandatis Romani Pontificis appellent ad futurum Concilium vniuerſale, in Interdicti cenſuram incidunt.

Eſt autẽ Collegium, ſeu Capitulum, & Vni-
21 verſitas corpus quoddam fictum, ex pluribus hominibus conſtans, vno nomine comprehẽſum: vt habetur in l. rerum miſtura, §. tertium, ff. de vſuc. Quapropter Vniuerſitatis nomine dõ modò comprehenditur Capitulum, & Collegium Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ, ſed etiam Collegium Doctorum, Communitates, & Parlamenta, quæ ſunt conſilia Ciuitatũ: Conuentus Regularium, & his ſimilia. Et propterea ſub hac cenſura comprehẽduntur omnes Vniuerſitates, ſiuè laicorum ſint, ſiuè clericorum; eo quòd canon iſte generaliter loquitur, & ideò generaliter eſt intelligendus, l. 1 §. generaliter, ff. de legat præſt. & l. de pretio, ff. de publ. in rem act.

Beneuerũ eſt, quòd licèt Vniuerſitas omnia prædicta ſignificet, corpus tamen ſi ſtrictè ſumatur differt a Collegio, & Capitulo, vt habetur ex Turrecr. in c. qui manumittitur, 42. q. 2. Nam corpus eſt hominum collectio eiuſdem officij, & muneris, in eadem Ciuitate ſeparatim degẽtium vt Piſtorum, Fabrorum, & ſimilium. Collegium verò eſt congregatio hominum ſimul viuentium, vt Monacorum, Canonicorũ alicuius Eccleſiæ; & aliorum. Ad quod conſtituendum plura requiruntur ex Inn. in c. dilecta de exceſſ. Prælat. Nempe, vt tanquã vnum corpus Prælatum habeat, cõmune ſigillum, & communem arcam: quòd poſſit ſibi Prælatum eligere, & procuratorem cõſtituere, cap. 1. de elect. Poſſunt autem huiuſmodi Collegium duo, vel tres conſtituere; l. Neratius ff. de verb. ſignific. Capitulum denique poteſt plures habere ſignificationes; ſed vt plurimum ſumitur pro congregatione multorum, præſertim Eccleſiaſticorum: vt ait Io. Andr. in c. Capitulum, de reſcrip. cuius auctoritas, & poteſtas conſiſtit in maiori parte; ita quòd totum capitulum facere dicitur, quod agit maior pars, c. cùm in cunctis, de his quæ fiun. à maior. par. cap.

Secundò ampliatur, vt hæc cenſura locum ſi-
22 bi vẽdicet, eſtò quòd omnes, & ſinguli de Vniuerſitate non conſenſerint appellationi interpoſitæ ab ordinationbus Romani Pontificis ad futurum Concilium vniuerſale; ſed tantùm maior pars: nam quod à maiori parte fit, ab omnibus factum eſſe cenſetur, vt in l. quod maior, ff. ad municipal. & toto tit. de ijs quæ fiun. à maior. par. cap. Et conſtitutũ à maiori parte Concilij, dicitur ab ipſo Concilio conſtitutum, c. Apoſtolicæ, d. 56. & c. cùm inter canonicos, in prin. de elect. Ita Vgol. hoc loco in ver. Vniuerſitates verò, §. 1. ſub n. 1. ibi. Tertiò locum habet.

Tertiò ampliatur, vt cenſura iſta alliget Vni-
23 verſitates, vt ſupra appellantes, ſiue appellatio iuſta ſit, ſiue iniuſta: & ſiuè appellatio interpoſita ſit ab ordinationibus S. P. generalibus, ſiue ſpecialibus, iuxtà ea quæ ſupra annotauimus con. proxima, n. 5.

Quartò ampliatur, vt Vniuerſitates Interdi-
24 cto ſubiaceant, non ſolùm vt ſupra appellantes vi noſtri canonis; ſed etiã ex conſtitutione Iul. II. decernentes, deliberantes, approbantes, aliorum dicta ad huiuſmodi appellationem interponẽdam: ac dantes vocem, ac conſilium, vt ad futurum Concilium appellari liceat, poſſit, vel debeat, vt con. præcedenti, de perſonis appellãtibus diximus, n. 8.

Sic ampliata limitatur primò ipſa concluſio,
25 vt Vniuerſitas cenſuram huiuſmodi non contrahat, vbi à maiori parte Vniuerſitatis appellatum non fuerit: nam tunc ab Vniuerſitate id factum non dicitur, vt bene notat Vgol. loco citato, n. 2. in ver. In hoc tamen

De Diuisione huius canonis, Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio contra Piratas, antiquissima est, ante Clem. V. tempora.*
2 *Piratis, & Cursarijs fauor quos modis, tribuatur, declaratur.*
3 *Fauor, & consilium sunt diuersi influxus.*
4 *Piratarum defensores qui proprè dicantur.*

TExt. diuiditur in quatuor partes. In prima parte fertur excommunicatio. In secunda ponuntur principales personæ, quæ excommunicantur. In tertia exprimitur actio, propter quam fertur excommunicatio. In quarta enumerantur personæ accessoriæ, quæ eiusdē excommunicationis vinculo alligantur. Secūda ibi: Omnes Piratas: tertia ibi: Discurrentes: quarta ibi: Ac omnes eorum fautores, &c.

Circa primam partem, est annot. quòd excō-
1 municatio ista est antiquissima: nam eius meminit tex. in cap. excōmunicationi, de rapt. & est vna ex illis in Bulla cœnæ contentis ante Clem. V. tempora, vt refert Glosa in clem. 1. in uerf. Generales: de ludic. Beneuerum est, quòd tunc temporis Piratæ, dumtaxat excommunicabantur: postea verò à Iul. II & ab alijs successiuè Pontificibus fuerunt additi Cursarij, Latrūculi maritimi, fautores receptatores, ac defensores.

Circa secundam partem, principales personæ, contra quas fertur excommunicatio, per se patent. Sunt enim Piratę, Cursarij, & latrunculi maritimi.

Circa tertiam partem, est annot. quòd quidā volunt, ad contrahendam excommunicationē satis esse discursum per mare. Alij verò, præter discursum, exigunt etiam mutilationem, depredationem, bonorum expoliationem, aut occisionem iuxta Bullam cœnæ à Gregor. XIII. editam, quam explicat Nauar. in Man. cap. 27. n. 59.

Sed de hac re, quid nobis concludendum sit, infra in propria quæstione, Deo duce dicemus.

Circa quartam partem, personæ accessoriæ,
2 quæ vi nostri canonis alligantur, sunt triplicis generis: nempe fautores, receptatores, ac defensores. Dicuntur autem Piratarum fautores, qui quacunque ratione, ob piraticam artem, opem eisdem ferunt. Quod quidem altero ex duobus modis contingere solet. Verbis scilicet, aut rebus.

Verbis fauor Piratis impenditur, cùm significatur ipsis, quo tempore aliqui nauigaturi essēt, vt ipsos valeant deprædari: aut vbi tutò aquari possint, eosdem quis docuerit: vt ex Rebuff. & alijs tenet Vgol. in explicat. huius canonis, in uer. Ac omnes eorum fautores: num. 1. & 2. Vbi quoq; putat, verbis, aliquem Piratis fauorem impendere, quando consulit eis, quid agant, quo spolient, per ea, quæ dicit Nauar. in Man. cap. 27. n. 59. verf. Declaratio prima.

Quod proculdubio arbitror esse falsum:
3 quia fauor, & consilium sunt diuersi influxus: etenim consilium adiuuat ab intrinseco, dirigendo rationem, atque adeò est opus spirituale, ad intellectus directionem pertinens: fauor autem adiuuat ab extrinseco, & est exterior actus: vt bene docet Sayr. lib. 3. Thesaurom. c. cap. 6. n. 6. & Suar. de censur. disput. 21. sec. 2, num. 17.

Rebus similiter Piratis dicitur impertiri fauor, quando quis arma nauibus, vel ea, ex quibus veteres sarciantur, recentesq. fiant: atque adeò ligna, canabum, pulueres, plumbum, et his similia eisdem subministrat: comeatum præstat, aut aliquid aliud agit, quo piraticam artem exerceant, & in illa perseuerent.

Defensores verò Piratarum appellantur, qui Piratas ipsos ab aliquo, eosdem impugnante, defendunt, aut ne oppugnentur præstò sunt illis. Et denique receptatores sunt, qui eos recipiūt, ne capiantur. Quæ omnia proportionaliter intelligenda sunt, iuxta ea, quæ supra diximus can. 1. a q. 28. ad 33. de receptatoribus, fautoribus, ac defensoribus hereticorum tractantes.

Ibi (*Piratas, &c.*) Qui nam sint Piratæ, Cursarij, ac latrunculi maritimi. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Piratæ, Cursarij, ac Latrunculi maritimi, inter se non differunt in ratione deprædandi: quoniam omnes sunt latrones.*
2 *Latrones differunt à furibus: & cur ita dicantur, explicatur.*
3 *Latrunculi maritimi differunt à Piratis.*
4 *Piratæ, vt quis dicatur, tres conditiones exigit.*
5 *Piratæ, sic dicitur ab arte piratica.*
6 *Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi: & quando non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
7 *Dictio Nostrum: significat dominium, quasi dominum, & vsum.*

IN hac re variæ sunt Doctorum opiniones. Nam prima sententia fuit Angeli in sum. in ver. excom. 5. casu 18. & in ver. Pirata: dicentis, Piratas dici omnes deprædantes in mari, aut in flumine absque iusto bello. Vndè ad excludendum Piratam, non solùm expostulat, vt bellum sit indictum; verùm etiam, vt sit iustum: alios deprædantes in mari, bello iniustè indicto, verè dicerentur piratæ.

Secunda sententia est Syl. in ver. Excommunicatio. 7. num. 55. Caiet. eod. ver. c. 18. Graff. in explicat. præsentis canonis lib. 4. decis. p. 1. c. 18. num. 63. & 64. & aliorum, dicentium, Piratas, Cursarios, & Latrunculos maritimos idem significare: eo quòd Piratæ vulgariter appellantur Corsari: & Latrunculi maritimi sunt parui piratæ.

Verumtamē est, quòd ipse Syl. ad constituendum piratam tres conditiones exigit. Quarum prima est, vt indifferentiam habeat in spoliando, ita vt determinatæ nationis spoliationi non intendat, sed omnium nationum indifferenter. Secunda est, vt principalem intentionem deprædandi habeat. Quo circa, si quis pro suis negotijs peragendis principaliter nauigaret, & in aliquo euentu præter intentionem principalem aliquos mare discurrentes deprædari vellet, pirata non diceretur. Tertia conditio est, quòd bel-

bellum non ſit indictum; aliàs deprædãtes eos, contra quos bellum fuerit indictum, ſiue iuſtũ ſit, ſiue iniuſtum, piratæ nuncupari nequirent.

Tertiâ ſententia eſt Nauar. in Man. c. 27. num. 59. qui canonem noſtrum explicans, piratas, & latrunculos maritimos idem ſignificare putat; verùm ad conſtituendum piratam, non exigit indifferentiam illam in deprædando, ſed reliquas conditiones ſatis eſſe arbitratur.

Quartâ ſententia eſt Suar. hoc eodem loco, diſp. 21. de cenſur. Eccl. ſec. 2. à num. 14 ad 26 exiſtimantis, quòd licèt ad conſtituendum piratã in rigore non requirantur nec prima, nec reliquæ cõditiones, ſed is dicitur pirata, qui deprædatur in mari; ad incurrendam tamen cenſuram huius canonis, opus eſt, vt pirata, quaſi ex officio maritimum latrocinium exerceat, & quòd bellum non ſit indictum.

Hæ ſũt opiniones, quæ in hac difficultate reperiuntur: reſtat modò, vt quid nobis dicẽdum ſit, videamus. Quapropter ad huius rei determinationem, ſit

Prima Concluſio.

1 PIratæ, Curſarij, & Latrunculi maritimi inter ſe non differunt in ratione deprædandi: omnes enim ſunt latrones. Dicuntur piratæ vulgariter, *Corſari*: ex Syl. loco citato: & in Hyſpana lingua: *Ladrones de mare*: ad quod facit tex. in l. hoſtes, ff. de capt. in illis verbis: *Hoſtes ſunt, quibus bellum publicè populus Romanus decreuit: cæteri verò latrunculi, vel prædones appellantur*. Sic etiam legitur in l. hoſtes, ff. de verb. ſignif. *Hoſtes* (inquit) *ij ſunt, cui nobis, aut quibus nos publicè bellum decreuimus; cæteri latrones, aut prædones ſunt.*

Vbi eſt not. quòd illi textus loquentes de latrunculis, latronibus, & prædonibus, abſtrahunt à latronibus maritimis, & viarum; atque adeò vtroſque ſub hoc nomine comprehendunt. Nã latrones maritimi dicuntur piratæ: & latrones viarum dicuntur ſimpliciter latrones, vt colligitur ex tex. in l. poſtliminium, §. à piratis, ff. de capt. in illis verbis, *A piratis aut latronibus*: Differunt autem latrones à furibus: eo quòd fures occultè ſine aliqua violentia bona ſubtrahunt aliena: vt eſt tex. & ibi Glo. in l. cum duobus, §. damna, ff. pro ſoc. Vnde fur dicitur à furuo, ideſt nigro: quoniam furtum occultè, & ſæpe de nocte committitur, vt in §. 1. in Inſt. de furt. at verò latrones palàm, & cum violentia rapiunt, ac deprædantur.

Et appellantur latrones ſecundum Gloſ. in d. l. hoſtes, ff. de verb. ſignific. à latendo: nam latent in ſiluis, aut alibi, & deinde publicè rapiunt. Dicuntur etiam Latrones à latere: eo quòd à latere adoriantur ad deprædandum viatores.

Hinc latrones dicebãtur olim, quos Imperator circa ſe habere conſueuit; qui hodie ſatellites nuncupantur; quaſi laterones à latere, vt refert Nauar. in ſua Polyant. in ver. Latro. Latrunculus autem eſt diminutiuus, quaſi paruus latro. Ex quibus patet: quòd quamuis omnes piratæ dicantur latrones; nihilominus non omnes latrones dicuntur piratæ: quoniam latio eſt genus quoddam quod prædicatur de pirata, qui eſt latro maritimus: & de latronibus viarũ; qui dicũtur ſimpliciter latrones, ſeu graſſitores ſtratarum, & raptores, vt in l. capitalium, §. graſſatores, & §. famoſos latrones, ff. de pæn.

Secunda concluſio.

2 LAtrunculi maritimi differunt à piratis. Probatur, quia in Bulla cœnæ ante Clem. V. tempora, cuius meminit Gloſa in clem. 1. in ver. Generales: de Iudic. excommunicabantur piratæ dumtaxat: & deinde ſucceſſiuè per alios Romanos Pontifices fuerunt in ea additi latrunculi maritimi: ergò ſignum eſt, latrunculos maritimos differre à piratis: aliàs fruſtra Bullæ fuiſſent additi. Non differunt in ratione deprædandi, vt diximus; ergo in aliquo alio differunt: atque adeò, vel in indifferentia in deprædando; itaut latrunculus maritimus dicatur is, qui determinatæ nationis, & non omnium nationum indifferenter, ſpoliationi intendit: aut in principali intentione deprædandi: aut ex eo quòd nõ tanquam ex officio piraticam exerceant: aut denique quoniam hi exiguo nauigio prædantur in mari: qua propter parui pirate nuncupantur, iuxta ea: quæ docet Caiet. loco citato, & Graff. ibidem, n. 64. & nos cõcluſione ſequenti, latius, Deo duce, explicabimus.

Tertia Concluſio.

4 4 AD conſtituendum piratam a, debent concurrere tres illæ conditiones à Syl. requiſitæ: nempe indifferentia in ſpoliando: principalis intentio deprædandi: & quòd bellum non ſit indictum.

Probatur concluſio, quoad primam conditionem, ex his, quę dicit Cic. 2. offic. dum ait: Pirata non eſt ex per duellium numero definitus, qui non eſt determinatus ad ſpoliandum hanc, vel illam nationem; ſed eſt indifferens ad deprædandum omnes. Nec videtur abſurdum, quod pro abſurdo adducit Nauar. & Suar. locis citatis: nam dato, quòd aliquis haberet intentionem ſpoliandi tantùm Hiſpanos, aut Luſitanos ex India venientes, ſiccèt iſte non incidat in excommunicationem hanc, vt pirata; incidit tamen, vt latrunculus maritimus, quam indifferentiam in deprædando non expoſtulari, ſupra diximus. Nam ſicut latro vt ſic, dicitur latro, etiam ſi indifferens non ſit in rapiendo, ſed vnius, aut alterius nationis ſpoliationi tantùm intendat; ita latrunculus maritimus, qui diminutiuus eſt, & quaſi paruus latro, quippe qui magnæ deprædationi non vacet, erit latrunculus, eſtò quòd illa careat indifferentia.

Probatur deinde concluſio quoad ſecundam 5 conditionem; nempe quòd ad conſtituendum piratam, requiratur quoque in eo principalis intentio deprædandi: quia pirata dicitur ab arte piratica, quam profitetur, ſumpto vocabulo à quodam pirata, qui primus hoc nomine mari infeſtus nauigantibus fuit, vt refert Nan. in ſua Polyan. in ver. Pirata.

Hinc legitur apud Cic. poſt reditum in Senatum: *Proſecto, & egeſtate, & improbitate coactus piraticam ipſe feciſſet.*

Probatur denique concluſio, quoad tertiam conditionem: quoniam deprædantes bello indicto, dicuntur formaliter hoſtes, & non piratæ

ſeu

ſeu latrunculi maritimi, vt ſupra probauimus ex tex.in l.hoſtes, ff.de capt. & in l.hoſtes, ff.de verb.ſignif.

Nec ratio habenda eſt de bello,an iuſtum ſit,
6 vel iniuſtum: quoniam ſupradictæ leges ſimpliciter loquuntur de hoſtibus,vt hi dicantur,quibus populus Romanus bellum publicè decreuit, & è contra, nec diſtingunt de bello iuſtè, vel iniuſtè decreto; ergo nec à nobis talis diſtinctio facienda eſt: quia lex generaliter loquens generaliter debet intelligi, & quando nõ diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus,l. 1. §. generaliter, ff.de legat. præſt. l. de pretio, ff. de public. in rem act. & in l.quicunque, §.prætor, ff.de in ius voc.

Quomodo autem,& quando dicti prædones maritimi excommunicationem huius canonis incurrant, infra, Deo fauente, in vltima q. dicemus.

ADDITIO.

a Piratam. Adde hic Bonac. de cenſur. Bull. cœn.diſp.1.q.4 pun.1.ſub num.1. verſ. Quamob rem,vbi poſt Suar. Sayr.ac Nauar. ait, illos dici Piratas, vel latrunculos maritimos, qui quaſi ex officio,bello non indicto,nauticum latrocinium exercent: ſeu, qui verſantur principaliter in agendis prædis in mari. Abb. Alex.

Ibi (*Diſcurrentes mare noſtrum, &c.*) An ad contrahendam excommunicationem iſtam,exigatur,vt piratæ Pontificiũ mare diſcurrant,vel ſatis ſit,ſi quodcunque aliud mare percurrant. Q.3.

SVMMARIVM.

1 *Piratæ mare Pontificium dumtaxat diſcurrentes, & non alia maria, excommunicationem noſtri canonis contrahunt.*
2 *Incluſio vnius, eſt alterius excluſio.*
3 *Dictio, Præcipuè, non modo ſignificat, maximè, ſed etiã ſpecialitatem quandam denotat.*
4 *In dubijs pœnæ, legum interpretatione ſunt mollienda potius, quàm exaſperanda.*

IN hac re Suar.in explicat. præſentis canonis, diſp.21.de cenſur.ſec.2.num.18.exiſtimat,excommunicationem prædictam comprehendere piratas,ac latrunculos maritimos, quodcunque mare diſcurrentes; eſtò quòd Pontificium non exiſtat: ſicut expreſsè fuit ſancitum in Bulla cœnæ à Greg.XIII.edita.

Probat ſuam ſententiam: quia Bullam Clem. VIII. quam explicat,& in omnibus cum noſtra conuenit, quoad tenorem præſentis canonis, arbitratur,in re non differre,ſed tantùm in verbis à ſupradicta Bulla Greg.XIII. Nam licèt Romanus Pontifex in hoc canone his verbis excõmunicationem ferat, *Excommunicamus omnes piratas, curſarios & latrunculos maritimos, diſcurrentes mare noſtrum, præcipuè à monte Argentario vſque ad Teracinam*; non tamen per hoc cenſetur excommunicationis vinculo alligare piratas, diſcurrentes mare Pontificium dumtaxat; ſed primò excommunicat omnes piratas, ac latrunculos maritimos; & deinde ſpeciali quadam ratione diſcurrentes mare Pontificium,à monte Argentario vſque ad Terracinam: atque adeò verba illa: *Diſcurrentes, &c.* non ſunt coniungenda præcedentibus, vt determinatio, ſeu limitatio eorum; ſed ſingula ſunt membra diſtincta: ſicut in ipſo canone,virgulis interiectis.diſtinguuntur: ita vt abſolutus ſenſus ſit: *Excommunicamus omnes piratas.curſarios,& latrunculos maritimos*, & poſtea addatur: *Diſcurrentes mare noſtrum præcipuè &c.*

In hanc eandem ſententiam videtur inclinare Vgol.hoc eodem loco,§.1.in ver. At qui: dũ ait:Piratas vi huius canonis excommunicari ſtatim,ac piraticam artem incipiunt:& §.2.in ver. Tertiò in excommunicationem.in fine,inquiẽs vi Bullarum Pauli III.& Greg.XIII.excommunicari piratas,& latrunculos maritimos, quodcunque mare diſcurrentes, deinde ſubdat: Et fortaſſè ſecundùm eas hanc,ſcilicet Bullam cœnæ,interpectabimur. Hanc ipſam opinionem defendit quoque nouiſſimè Alter.in explic.eiuſdem canonis cap.2.

Secunda ſententia eſt Graff.in explicat. eiuſdem canonis lib.4.deciſ.p.1.c.18.num.67.dicẽtis, hoc loco excommunicari piratas,& latrunculos maritimos, diſcurrentes omnia Chriſtianorum maria,& præcipuè Papæ: non autẽ diſcurrentes maria Barbarorum. Et id ex eo quòd Rom. Pontifex excommunicat piratas diſcurrentes mare noſtrum,præcipuè à monte Argentario vſque ad Terracinam:atque adeò,per mare noſtrum,intelligit mare Chriſtianorum, &, per mare Papæ, intelligit fortè ſtationem Romanam à monte Argentario ad Terracinam.

Nos autem breuiter dicamus cum Tol.in ex-
1 plicatione huius canonis,lib.1.ſuæ ſum.c.20. in ver. Aduertendum eſt: dicente, hoc loco, illos
a tantùm piratas a,curſarios,ac latrunculos maritimos excommunicari,qui diſcurrunt mare Eccleſiæ,præcipuè à monte Argentario,vſque ad Terracinam.

Hanc eandem opinionem videtur ſimpliciter vel ſaltem magis amplecti idem Vgol. hic in d.§.2.ver.Tertiò in excommunicationem. in prin.dum ait:Vi noſtri canonis excommunicari illos ſolùm piratas,ac latrunculos maritimos, qui Pontificium tantùm mare diſcurrunt:atque adeò diſcurrentes mare Venetorum, & omnia Indorum maria;modò Eccleſiæ mare non percurrant, in prædictam excommunicationem non incidere.

Probatur hæc ſententia primò ex eo quòd Romanus Pontifex excommunicat piratas diſcurrentes mare noſtrum:ergo illos piratas cẽſetur excommunicare,qui diſcurrunt mare Põtificium,ſeu Romanæ Eccleſiæ; quoniam Romanus Pontifex per mare noſtrum, intelligit mare Tyrrenum,& Adriaticum,quæ ad temporale dominium Eccleſiæ pertinent, & conſequenter ipſius Romani Pontificis, cuius eſt ſupremum caput. Quod quidem clarè colligitur ex canone ſequenti noſtræ Bullæ in illis verbis: *Tam in noſtris Tyrreni, & Adriatici, quàm in cæteris cuiuſcunque maris regionibus, & littoribus.* Vbi ſummus Pontifex per littora noſtra intelligit littora

ra Tyrreni,& Adriatici:ergo & hoc loco per mare noſtrum eodem modo intelligit mare Tyrrenum & Adriaticum. Tantò fortius, quia ly. *Noſtrum* dominium,ſeu quaſi denotat:ſicut noſtra dicimus, quæ ab hoſtibus capimus, vt in §. item,in Inſt. de rer. diuiſ. & noſtrum quoque nuncupamus. quod ad ſeruiendum nobis datũ eſt,c. quod autẽ,nobis 23.q.7.ſi igitur Romanus Pontifex excommunicationis vinculo alligat diſcurrentes Eccleſiæ mare: ergo non intendit
2 comprehendere aliena maria *b* percurrentes, ſiue Chriſtianorum,ſiue Barbarorum:quia inclu ſio vnius,eſt alterius excluſio,ar.tex.in c.nõ ne, de præſump.& l.cùm Prætor,ff.de Iudic. Et eò magis,cùm ſimus in pœnalibus, in quibus ſtricta facienda eſt interpretatio.

Secundò probatur:quoniam piratarum,& latrunculorum diſcurſu per mare Pontificium,& per deprædationes, quas in eo fieri contingit infertur iniuria Romano Pontifici,quatenus eſt dominus,& cuſtos dicti maris,vt ipſemet Suar. inquit loco citato n.19.ergo, vt illud ſpiritualibus Eccleſiæ armis protegeret, ac cuſtodiret, excommunicationem hanc promulgauit: ſatis enim habuit ipſe Pontifex ſua maria tuta habere,cùm aliena à ſuis dominis ſufficienter cuſtodiri poſſint.

Et quoniam deprædatio.ſeu diſcurſus à Pira-
3 tis per ſupraſcriptum maris locum, qui dicitur Romana ſtatio, incipiens a monte Argentario vſque ad Terracinam,cedit in maiorem Pontificis, & Apoſtolicæ Sedis iniuriam propter eiuſdem in Vrbe reſidentiam;idcirco ſpeciali ratione,ſeu ponderatione excommunicauit piratas per dictam ſtationem percurrentes: vt conſtat ex illis verbis. *Præcipuè a monte Argentario,&c.* quia ly. Præcipuè,non modo ſignificat, maximè, vt in c.1.§.1.& ibi Anch.de Cler.egrot.in ſexto, & in.l.1.ff.de teſt. ſed etiam ſpecialitatem quandã denotat, vt eſt tex.in l.1.& ibi Gloſa,in ver. sẽper ff.ſol.matr.

Tertiò probatur:quia ſi virgulis eſt attendẽdũ,expoſitio Suar. nullo modo poteſt ſubſiſtere:eo quòd iuxta illius interpretationem, inter ly. *Maritimos*: & ly. *Diſcurrentes*: deberent mediare duo puncta,vel ſaltem punctum coma, ſecundùm Ortographiæ regulas: & linea deberet ſubſequi ly. *Præcipuè*,& nõ antecedere,at verò tam in Bulla Clem. VIII. vt videre eſt apud Vgol.& Sayr.quàm in Bulla noſtra,inter ly. *Maritimos*: & ly. *Diſcurrentes*: mediat linea tantùm: atque adeò illa verba. *Diſcurrentes &c.* non ſunt membra diſtincta, ſed veniunt cõiũgenda præcedentibus. Eo magis,quoniam altera linea nõ ſubſequitur:ſed antecedit ly. *Præcipue*. Quo circa nõ poteſt eſſe ſenſus ille à Suar.excogitatus,nẽpe: *Excommunicamus omnes Piratas, & Latrunculos maritimos*:Et poſtea addatur: *Diſcurrentes mare noſtrum præcipuè*. Cum inter ly. *Noſtrum*. & ly. *Præcipuè*, medier linea;ſed re vera propria, & literalis expoſitio eſt,vt S. Pontifex velit excommunicare omnes piratas, & latrunculos maritimos diſcurrentes mare Eccleſiæ dumtaxat, præcipuè à monte Argentario vſque ad Terracinam.

Quartò probatur: quia,aut verba noſtri canonis cum virgulis illis interiectis,magis fauent interpretationi Suar. quàm noſtræ : aut magis fauent interpretationi noſtræ, quàm Suar. aut æqualiter fauẽt interpretationi noſtræ,& Suar. Non poteſt dici primum, per ea, quæ ſupra diximus:quòd ſi ſecundum,& tertium,proculdubio magis ſtandum eſt interpretationi noſtræ, quàm interpretationi Suar. quoniam, ſi verba tex. æqualiter fauent vtrique interpretationi, cùm interpretatio noſtra ſit magis fauorabilis, eo quòd diſpoſitio tex. ſecundùm noſtram interpretationem comprehendit diſcurrẽtes mare Pontificium tantùm,& illa Suar. odioſa,cùm includat diſcurrentes per quodcunque mare; noſtræ potius,quàm Suar. interpretationi ſtandum eſt:quia in dubijs,pœnæ,legum interpre-
4 tatione ſunt molliendæ potius, quàm exaſperandæ,c.pœnæ,de pœn.d.t. Quòd ſi verba textus magis fauent noſtræ,quàm Suar. expoſitioni, tantò fortius pro noſtra ſententia reſpondendum erit,ar.tex.in auth.multo magis, C. de Sacr. Eccl.

Denique vult ipſe Suar. nouiſſimam Bullam Clem. VIII. quæ eodem modo ſe habet ac noſtra,comprehendere non modò piratas,qui deprædantur,mutilant,interficiunt,ac bonis ſpoliant nauigio vectos, vt habetur in Bulla Greg. XIII. quàm ſupra retulimus: ſed etiam diſcurrentes tantùm mare: & id non alia ratione, niſi quia in nouiſſimis Bullis illa verba: *Deprædantur, mutilant &c.* Non habentur: & tamen ſumus in odioſis:ergo eadem ratione,& eo fortius in caſu noſtro,cùm ſimus in fauoribilibus, & illa verba Greg.XIII. *Et illos præcipuè &c.* quibus citra omnem cõtrouerſiam comprehenduntur omnes piratæ,quodcunque mare diſcurrentes,in nouiſſimis Bullis non habeantur, reſtringi debent ad piratas,& latrunculos,diſcurrentes mare Pontificium dumtaxat. Ad contraria patet reſponſio.

Ad motiuum Suar. conſtat ſolutio ex dictis. Ad argumentum Graff. dicimus,quòd per mare noſtrum, nullo modo poteſt intelligi mare omnium Chriſtianorum: quia Romanus Pontifex,in temporalibus non eſt omnium bonorũ fidelium dominus, nec eorum habet quaſi dominium,vſum,nec poſſeſſionem;ſed tantùm eorum,quę ſunt de patrimonio Eccleſiæ, & ideò mare aliorum Chriſtianorum non poteſt dici proprié mare Romani Pontificis: cùm ly. *Noſtrum*: ſignificet dominium,vèl quaſi aut ſaltem vſum;& eò magis,quia in ſequenti canone, per mare noſtrum,intelligit ipſe Pontifex mare Tyrrenum,& Adriaticum,quæ ſunt Eccleſiæ,vt ſupra annotauimus.

ADDITIO.

a Piratas. Hanc eamdem ſententiam nouiſſimè ſequitur Bonac.de cenſur.Bullæ cœn.diſp.1.q.4.pun.2.num 4.Abb.Alex.

b Maria. Adde hic Reginald.lib.9.ſuæ prax. n. 265.Filliuc.tom.1.qq.moral tract. 16. num. 73. cum alijs,relatis à Bonac.de cenſur.Bull. cœn.diſp.1.q.4. pun.2. num. 2.Abb. Alex.

An Piratarum discursus per mare Pontificium, satis sit ad contrahendam excommunicationem nostri canonis, etiam nulla subsecuta deprædatione. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio non potest ferri pro actibus purè internis.*
2 *Piratarum discursus per mare Pontificium, sufficit ad excommunicationem contrahendam.*
3 *Ecclesia an, & quando potestatem habeat super actus purè internos.*
4 *Piratarum discursus per mare Pontificum satis est ad inferendam grauem iniuriam Romano Pontifici.*

IN hac re pugnantes extant opiniones. Nam
1 prima sententia fuit Sayr. lib. 3. Thes. tom. 1. c. 7. num. 5. in explic. præsentis canonis, & aliorum, dicentium, piratas seu latrunculos maritimos, discurrentes dumtaxat mare Pontificium non comprehendi sub dispositione dicti canonis; sed, præter discursum, debere nauigantes deprædari, mutilare, interficere, aut rebus, seu bonis spoliare, iuxta Bullam cœnæ à Greg. XIII. editam: quoniam licèt in hoc canone de prædictis actionibus non fiat mentio; tamen subintelliguntur, cùm ad contrahendam excommunicationem huiusmodi satis non sit animus deprædãdi, nisi cum effectu sequatur deprædatio: eo quòd excommunicatio non potest ferri pro actibus purè internis, vt habetur in c. cogitationis, de pœn. d. 1. & nos latius probauimus supra, can. 1. q. 24.

His tamen non obstantibus, oppositam sen-
2 tentiam puto veriorem esse, quam tenet hoc loco Suar. disp. 21. de censur. sec. 2. nu. 19. Graff. in explic. eiusdem can. lib. 4. decis. p. t. c. 18. n. 67. in fine, & Vgol. ibidem. §. 1. in ver. Item excommunicatio hæc: dicentes ad incurrendam censuram hanc satis esse discursum per mare Pontificium, etiam si non sequatur deprædatio, mutilatio, occisio, &c. Probatur, quoniam vi huius canonis, qui eiusdem tenoris est cum Bulla Clem. VIII. quam supradicti Doctores explicant, excommunicantur discurrentes mare, & deprædationis nulla fit mentio: ergo ad incurrendã dictam excommunicationem sufficit, si piratę prędictũ mare discurrãt, deprædãdi animo, vbi occasio eisdem offeratur, etiam si actu nõ deprædentur: quoniam cùm ipse canon simpliciter loquatur, simpliciter debet intelligi, ar-
3 tex. in l. 1. §. generaliter ff. de leg. præst.

Confirmatur, quia non sine causa verba illa à Greg. XIII. in Bulla Cœnæ posita, in nouissimis Bullis omissa reperiuntur: vt scilicet ex eorũ ademptione alia censura generalior fulminaretur; eo quòd discursus per mare Pontificium per se talis est, vt satis sit ad grauem iniuriam Romano Pontifici inferendam; quatenus est dominus, & custos illius maris: atque adeò continet delictum sufficiens ad talem censurã cõtrahendam. Et eò magis; quoniam hoc modo optimè intelligitur tenor illius clausulæ, vt quid speciale in illo Pontificio mari prohibeatur, aut puniatur. Hanc eandem opinionem nouissimè tenet Alter. in expos huius can. cap. 2. col. 2. in ver. Secunda difficultas, vbi nonnulla quoque contraria adducit, & soluit.

Ad contrarium respondetur, quòd licèt Ecclesia nõ habeat potestatem directè super actus purè internos; habet tamẽ potestatem indirectè vt principia sũt actuum externorum: seu habet potestatem super actus externos, manifestatiuos actuum internorum: modò cum ille discursus hic, & nunc, & à talibus personis sit manifestatiuus animorum piratarum deprædari volẽtium cùm piratæ ex eo dicãtur, quod piraticam artẽ exerceãt, hos, vel illos nautas deprędãtes; nil mirum si talis discursus potuit ab Ecclesia sub excommunicationis vinculo prohiberi.

Vel secũdò respondetur cum Suar. quòd ille dis-
4 cursus satis est ad grauẽ iniuriam Romano Põtifici inferendam, quatenus est dominus, & custos illius maris; atque adeò cõtinet delictũ sufficiens ad huiusmodi censuram incurrendam.

An ad contrahendam prædictam censuram exigatur, vt piratæ mare Pontificium discurrant ad deprędandum Christianos, vel satis est, si discurrant ad deprædandum Infideles dumtaxat. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Piratæ mare Pontificium discurrentes, ad deprædandum infideles dumtaxat, excommunicationem non contrahunt, etiamsi infideles pacem habeant cum fidelibus.*
2 *Piratæ discurrentes mare Pontificium, animo deprædandi hæreticos, in excommunicationem hanc non incidunt.*
3 *Piratæ discurrentes mare Pontificium, si indifferentem habeant animum deprædandi fideles, aut infideles, excommunicationem incurrunt, etiamsi postea deprædati sint infideles tantùm.*
4 *Lex generaliter loquens, aliquando restringitur per aliquam rationẽ, illi legi derogantẽ, vel tacitè inerentẽ.*

IN hac difficultate Vgol. in explicat. huius canonis, §. 2. in ver. Postremò in excommunicationem: distinguit, quòd aut infideles pacificè viuunt cum Christianis, & in terris Christianorum, vt sunt nonnulli Hebræi Romæ, & in alijs Ciuitatibus commorantes: aut sunt Christianorum hostes.

Primò casu arbitratur, piratas, mare Pontificium discurrentes ad deprædandum huiusmodi infideles, incidere in excommunicationem huius canonis.

Probatur: quia textus noster excommunicãdo piratas, vt supra discurrentes, simpliciter loquitur, & Christianorum non meminit; ergo simpliciter debet intelligi de piratis discurrentibus, siue discurrant ad deprædandum fideles, siue infideles: quia quando lex non distinguit, nec nos distinguere debemus ar. tex. in l. de pretio; ff. de publ. in rem act.

Secundò prædicti infideles Romanorum legi-

gibus viuunt; ergo non debent offendi, l. Iudæi, La. 1. & l. nullus, C. de Iudæ.

Tertiò quoniam id redundaret in detrimentum Eccleſiæ, eo quòd mercatores huiuſmodi ad Chriſtianorum vrbes merces non deferrent.

Quartò, quia ſequeretur, quòd prædantes infideles, deferentes ſaluum conductum Romani Pontificis, aut aliorum Chriſtianorum Principum, vi noſtri canonis non eſſent excommunicati; quod quidem videtur abſurdum, nã non ſolùm infidelibus, verùm etiam & ipſi Romano Pontifici, & Principibus Chriſtianis grauis infertur iniuria.

Secundo autem caſu, exiſtimat ipſe Vgol. piratas diſcurrentes mare Põtificium, excommunicationem huiuſmodi non contrahere, quia canon iſte ad Chriſtianorum fauorem fuit editus; ergo non debet prodeſſe eorum hoſtibus, & inimicis.

Secunda ſentẽtia quæ nobis videtur verior,
1 eſt Suar. de cenſur. diſp. 21. ſec. 2. n. 21. in explicat. eiuſdem canonis, & Sayr. ibidem lib. 3. Theſ. c. 7. n. 9. dicentium illos piratas ſub hoc canone comprehendi, qui piraticam artem contra Catholicos, & fideles exercent; atque adeò mare Pontificium diſcurrentes, ad deprædandum infideles tantùm ſine pacem habeant cum fidelibus, ſiue non, cenſuram hanc non contrahunt.

Probatur hæc ſententia primò, quia piratæ, infideles deprędantes Chriſtianos, nõ compræhenduntur ſub diſpoſitione præſentis canonis: eò quòd cum Baptiſmo careant, per quod homo efficitur de iuriſdictione Eccleſiæ, cenſurarum ſunt penitus incapaces, ergo ſatis quidem congruũ eſt, vt nec piratę Chriſtiani, deprædãtes infideles, excommunicationis vinculo alligentur, quia æquitas poſtulat, vt vtrique ſeruetur æqualitas.

Confirmatur, quoniam nõ eſt verisimile, Eccleſiam ſub tam graui cenſura protegere voluiſſe infideles. Vndè meritò in c. excommunicationi, de rapt. excommunicantur piratę deprędantes Chriſtianos dumtaxat.

Hac eadem ratione Sayr. loco citato, ab ex-
2 communicatione illa excludit etiam piratas deprædantes hæreticos, catholicis maximè infeſtos, quales ſunt hæretici Angliæ, Flandriæ, &c. Non enim equum eſt, vt qui Dei Eccleſiam totis viribus oppugnant, eiuſdem ſpiritualibus armis defendantur.

Verũtamẽ eſt, quòd piratę formaliter, qui la-
3 trocinium indifferenter exercent, tam contra fideles, quàm contra infideles, ſi diſcurrant mare Pontificiũ; eſtò quòd ibi infideles deprędentur; in hanc tamen cenſuram incidũt: quia vi noſtri canonis ad incurrendam excommunicationem ſatis eſt, quòd piratę, vt ſupra Pontificium mare diſcurrant cum intentione ſaltem deprędandi fideles: quòd poſtea deprędati ſint Infideles, id non conſideratur: eo quòd parati erant deprędari etiam fideles.

Reſtat modò, vt ad contraria reſpondeamus.

AD primum reſpondetur, quòd tunc lex ſimpliciter, ſeu generaliter loquens, ſimpliciter, ac generaliter debet intelligi, quando non reſtringitur per aliquam rationem, illi legi derogantem, vel tacitè inhærentem: modo ex ſupradictis rationibus, pro confirmatione noſtræ ſententiæ relatis, canoni noſtri generaliter loquenti ſufficienter derogatur.

Ad ſecundum cõcedimus Iudæos & alios infideles, Romanorum legibus viuentes, non debere offendi; ſed nõ ex hoc ſequitur, vt ſpiritualibus Eccleſiæ armis debeant protegi, ſicut fideles, cùm ſint extra Eccleſiam.

Ad tertium, & quartũ reſpõdetur quod quatenus iniuſtitia illa redundaret in iniuriam Eccleſiæ, odium, ac detrimentum Principũ Chriſtianorum, & omnium fidelium, illa malitia, cùm ſit formaliter diſtincta ab iniuſtitia, ſeu latrocinio piratæ vt ſic, prædictæ perſonæ puniri poſſunt ab Eccleſia; non tamen videntur puni-
4 ri vi noſtri canonis 4.

ADDITIO.

4 Canonis. Contrariam ſententiam docet noniſſimè Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 4. pun. 1. propoſ. 2. motus ea ratione, quòd deprædatio vergit in damnum, & iniuriam Principũ, qui ſecuritatis fidem dederunt: & iniuſta cùm ſit huiuſmodi ſpoliatio, proculdubio eſt contra intentionem Romani Pontificis excommunicantis maritimos latrunculos. Imò iuxta cõmunem loquendi modum tales deprædantes dicuntur Piratæ, vel ſaltẽ latrunculi maritimi. Sed re vera ſententia, quam hoc loco tuetur Duard. eſt verior per rationes ab eo allatas, & in reſp. ad 3. & 4. rectè reſpondet ad primam rationem Bonac. Et ad ſecundum patet reſponſio; non enim valet argumentum, hæc deprædatio eſt contra intentionem Rom. Pontificis: ergo huiuſmodi deprædantes vi huius canonis excommunicantur. Et ad tertiam rationem dicimus, quòd prędicti prædones quamuis dicantur piratæ, vel ſaltem latrunculi maritimi; nihilominus excluduntur ab excommunicatione in caſu, de quo agitur ex præſumpta voluntate Romani Pontificis: quoniam, vt inquit ipſe Duard. in hac eadem q. non eſt verisimile Romanum Pontificẽ voluiſſe ſub tam graui cenſura protegere infideles: nã ob id in c. excõmunicationi, de rapt. excõmunicantur Piratę deprædantes Chriſtianos tantùm. Et eò magis, quia Piratæ infideles deprædantes Chriſtianos non ſubijciuntur excommunicationi. Io. Vincent.

An Pirata fidelis, qui in mari alium fidelem piratam deprædatur, incidat in excommunicationem huius Canonis. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.*
2 *Pirata, ſi ſe inuicem deprædentur extra mare Pontificium, neuter eorum in excommunicationem incidit.*
3 *Piratę ſi mare Pontificiũ diſcurrant animo deprædandi fideles, in excommunicationẽ incidunt, ſiue ſe inuicem deprædentur, ſiue alter alterum, ſiue neuter.*

4 *Pirata deprædans alium piratam in mari Pontificio, illud diſcurrentem ad deprædandum fideles, ſi ſpoliatus ipſe intendat deprædari tantùm infideles, excommunicationem non contrahit, ſed ſolùm ſpoliatus.*

5 *Piratæ piraticam exercentes contra fideles, ſunt ipſo iure diffidati, & hoſtibus æquiparantur: atque adeò poſſunt a quocunque bonis ſpoliari.*

6 *Excommunicatio non contrahitur citra letalem culpam.*

7 *Pirata ſpolians bonis alium piratam, quæ à fidelibus ipſe rapuerat, tenetur ea proprijs Dominis reſtituere, retenta ſibi mercede, quam iuſtè meretur pro eorundem recuperatione.*

8 *Pirata exercens piraticam ad deprædandum fideles, ſi in mari Pontificio deprædatur alium piratam, piraticam exercentem ad deprædandum infideles tantùm, ipſe ſpoliatus dumtaxat excommunicationem incurrit, non autem ſpoliatus; etiam ſi intentionem habeat deprædandi piratas Chriſtianos deprædantes fideles.*

IN hac re pugnantes extant opiniones. Nam 1 prima ſententia fuit Graff. hoc eodem can. lib. 4. Deciſ. p. 1 c. 18. n. 65. & Vgol. ibidem, §. 2. ver. Secundò in excommunicationem: tenẽtiũ partem negatiuam. Et probant ex eo, quòd paria delicta mutua compenſatione tolluntur.

Secunda ſententia eſt Alter. in expoſ. eiuſdem can. cap. 3. col. pen. in ver. Septima dubitatio: qui defendens partẽ affirmatiuã, docet, vtrũque piratam remanere hac cenſura alligatum; atque adeò hæc opinio eſt de directo contraria priori, quæ vult neutrum alligari. Etenim cùm ſupponat ex ſolo maris diſcurſu præfatam excõmunicationem cõtrahi, vt nos etiã ſupra probauimus q. 4. & vterque ſit latrunculus maritimus, vterque erit excommunicatus: quoniã ambo commiſerunt actionem, cui annexa eſt excõmunicatio, nempe per mare diſcurſum.

Ego autem neutram horum ſentẽtiam arbitror eſſe veram, ſi ſimpliciter ac ſine aliqua diſtinctione intelligantur. Nam prior non eſt vera per rationem ab Alter. allatã: & poſterior nõ militat in quocũque mari fiat deprædatio. Quapropter ad huius rei determinationem ſit

Prima Concluſio.

2 SI deprædatio contingat fieri extra mare Põtificium, in quoeũque alio mari, fiat neuter pirata in excommunicationem iſtam incidit.

Probatur, quoniam ad contrahendam huiuſmodi excommunicationem exigitur, vt diſcurſus fiat per mare Summi Pontificis, nec ſatis eſt diſcurſus per alia maria, vt contra eumdem Alter. & alios concluſimus ſupra, q. 3.

Secunda concluſio.

3 SI vterque pirata Pontificium mare diſcurrat animo deprædandi fideles, abſtrahendo à piratis, & aliis Chriſtianis, ſiue alter alterum deprædetur, ſiue non, vterque excõmunicationis huiusvinculo alligatur: quoniam ambo actionẽ commiſerunt, cui anneza eſt excommunicatio, quæ eſt diſcurſus per mare Pontificiũ animo deprædãdi fideles, iuxta ea, quæ ſupra diximus, q. 3.

Tertia Concluſio.

4 SI pirata alterum piratam ſpolians in mari Pontificio artem piraticam exerceat ad deprædandum infideles tantùm: & pirata ſpoliatus piraticam exerceat ad deprædandum etiam fideles quicunque ſint: tunc pirata ſpoliatus dũtaxat erit excommunicatus, nõ autem ſpolians.

Probatur quoad ſpoliatum: quoniam actio, vi huius canonis prohibita, eſt diſcurſus per mare Pontificium animo deprædandi fideles; hanc actionem commiſit ipſe ſpoliatus, cui annexa eſt excommunicatio; ergo ipſius vinculo alligatur.

Quo verò ad ſpoliantem patet: quia is licèt 5 fuerit deprædatus fidelem, nihilominus nõ peccauit: eo quòd piratam exercentem piraticam contra fideles ſpoliauit: atque adeò piratam diffiditum, quem iure licito poterat deprædari. Etenim piratæ piraticam exercentes contra fideles, ſunt ipſo iure diffidati, itavt benefacere iudicentur illi, qui eos debilitant, & mutilant, ne maiora committant, vt eſt tex. in c. ſi quis, 23. q. 3. Immo huiuſmodi piratæ æquiparãtur hoſtibus fidei, ac Principis, vt per Bal. in auth. nauigia, C. de furt. & propterea poſſunt impunè bonis à quolibet ſpoliari, vt bene probat Strac. de Naut. p. 3. n. 29. & infra can. proximo latius, Deo duce, dicemus. Si igitur præfatus pirata, vt ſupra ſpolians non peccat, ergo in excommunicatio- 6 nem aliquam non incidit: quia excommunicatio citra letalem culpam nunquã contrahitur, vt in c. nullus, & c. nemo Epiſcoporũ, 11. q. 3.

Bene verũ eſt, quòd ſi pirata ſupradictus fue- 7 rit ſpoliatus bonis, quæ ipſe rapuerat à fidelibus, tunc ipſe ſpolians tenetur fidelibus ſpoliatis ea reſtituere, retentis ſibi expenſis ac iuſta mercede, quam arbitrio boni viri meretur pro illorum recuperatione. Et idem dicendum eſt, ſi bona erant infidelium, qui non ſint hoſtes, ar. tex. in Lin. ciuilem, C. de fur.

Quarta Concluſio.

8 SI pirata, qui alterum piratam ſpoliauit in mari Pontificio artem piraticam exerceat ad deprædandum fideles quicunque ſint, & pirata ſpoliatus piraticam exerceat ad deprædãdũ infideles, & piratas etiam fideles piraticã exercentes ad deprædandum fideles, tũc pirata ſpolians tantùm eſt excommunicatus, non autem ſpoliatus.

Probatur concluſio qnoad ſpoliantem: quia actio, quæ vi huius canonis prohibetur, eſt diſcurſus per mare Pontificium animo deprædandi fideles, vt ſæpe diximus: ſed hanc actionem commiſit ipſe ſpolians, ergo in prædictam cenſuram incidit.

Quoad ſpoliatũ patet: nam ſpoliatus Pontificium mare percurrens, non habebat animum deprædandi fideles, ſed infideles tantùm, aut piratas fideles exercentes piraticam contra fideles: ſed huiuſmodi actio cum tali intentione nõ prohibetur vi noſtri canonis, vt ſupra probauimus; ergo ſpoliatus huius cenſuræ vinculo non alligatur.

An

An deprædantes Infidelium naues onuſtas bonis fidelium, vel prædis factis ex bonis ipſorum fidelium: & e contra, qui deprædatur naues fidelium onuſtas bonis Infidelium excommunicationem iſtam contrahant. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Deprædantes naues infidelium onuſtas bonis fidelium: & è conuerſo, in & quando in excommunicationem incidant.*

ALter. in explicat. præſentis can. c. 4. dub. 6. quoad difficultatem propoſitã dicit tria.

Primò. Vbi nauis eſt infidelium, fidelũ onuſta mercibus, quæ deferuntur ad locum deſtinatum ab earum Dominis, ſi pirata Chriſtianus eã capiat, & infideles cum ipſorum rebus in ſeruitutem redigat, fidelium merces eiſdem dimittens, in excommunicationem hanc non incidit: quoniam is non dicitur deprædari Chriſtianos; quod exigitur ad prædictam cenſuram contrahendam.

Secundò inquit, quòd ſi nauis ſit fideliũ, bona vero infidelium, pirata, qui deprædatur eorum bona, dimiſſa naui fidelibus, excommunicationem prædictam non contrahit. Et id eadẽ ratione; quoniã ſcilicèt non deprædatur fideles.

Tertiò ait, quòd ſi nauis eſt infidelium, quæ ſit onuſta prædis factis in pugna cum fidelibus, ſi pirata fidelis hanc deprædetur, accepta ſimul naui cum præda, hac cenſura non afficitur, tùm quia iſte non dicitur ſpoliare fideles, ſed infideles: & dato, quod fideles ius aliquod haberent ad dicta bona, ſatis non eſt, adhoc, vt quis dicatur deprædari fideles, vt bona, quę rapit, ſint ipſorum fidelium, ſed vltra neceſſe eſt, vt ſint in poteſtate ipſorum fidelium, quando rapiuntur. Tum etiam, quia licèt fortaſſis aliquando contingere poſſit caſus, in quo ipſe pirata teneatur reſtituere bona adhunc modum rapta ſuis dominis fidelibus; tamen quoniam ad hanc reſtitutionem non tenetur ratione malæ, & iniuſtæ acceptionis, ſed ratione rei acceptæ, excommunicationis iſtius vinculo non alligatur.

Hæc, quæ docet iſte Doctor, licèt in aliquo ſenſu vera eſſe poſſint, nihilominus non loquitur conſequenter ad ſua principia, & eſt contrarius noſtris. Nam quoad primum, ipſe ait ad incurrendam hanc cenſuram, deprædationem eſſe neceſſariam; quod tamẽ ſupra cap. 2. col. pen. in princ. in ver. Tertius modus: expreſsè negat dum inquit: Tertius modus reſpondendi, qui videtur probabilior, eſt, vt dicamus, ſummum Põtificem Paulum V. excommunicare ſimpliciter omnes piratas, qui ſuſcipiunt nauigationem in quocunque mari animo furandi, ac deprædandi quamuis re ipſa nullum committant latrocinium, ſeu furtum, itavt ex ſola actione diſcurrẽdi incurratur hęc excommunicatio, etiam ſi nulla actio ſequatur. Vndè impertinens eſt diſtinctio, quam affert circa deprædationem fidelium & infidelium, & eorum bona.

Quo verò ad ſecundum ſenſum cùm deprædationem ſatis eſſe velit, in quocũque mari fiat eſt proculdubio contrarius principijs noſtris, qui ſupra probauimus, q. 3. & 4. ad dictam cenſuram contrahendam exigi piratarum diſcurſũ per mare Pontificium, nec ſufficere, ſi per alia maria fiat.

Quocirca ad rem noſtram pertinet diſtingue
1 re, an pirata mare Pontificium percurrens animo deprędandi fideles, vel infideles tantùm. Nam primo caſu incidit, ſiue fideles fuerit deprędatus, ſiue non: & poſteriori euentu excommunicationem effugit; etiam ſi in mari, excepto Pontificio, fuerit poſtea fideles deprędatus, aut Infideles ſpoliauerit prędis, quas ipſi infideles à fidelibus rapuerant.

An ſi inter eos, qui eadem naui vehuntur, ſequatur deprædatio, vel occiſio, excommunicatio prædicta contrahatur. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Deprædatio ſi ſequatur inter eos, qui eadem naui vehuntur, excommunicatio huius canonis non contrahitur, niſi fiat in mari Pontificio.*

2 *Homicida qui dicitur, etiamſi vnum tantùm hominem iniuſtè occiderit.*

IN hac re Alter. hoc loco cap. 3. dub. 5. inquit, hunc caſum tripliciter contigere poſſe.

Primò quando aliquis priuatus exiſtens in naui clam aliquid furatur; vel ex accidenti orta rixa aliquem mutilat, vel occidit: quo euentu excommunicationem iſtam non contrahit cùm is non ſit pirata, nec latrunculus maritimus: eo quòd non vtitur mare ad ſuum maleficium.

Secundò quando quis locat nauem alteri, fingens vehere illum ad aliquem locum, ea tamen intentione, vt vbi nauem in altum duxerit eum occidat, & bonis ſpoliet: & iſto caſu, hunc ait in hanc cenſuram incidere, etiam ſi bona illius ſibi non appropriaret: quoniam iſte vtitur mare ad ſuum crimen committendum, & propterea dicitur pirata, ſeu fur maritimus.

Tertiò vbi Nautę recta intentione nauem, & operas alicui locant animo illum vehendi: ſed dum in altum eundem duxerint, aduertentes eſſe admodum diuitem, & refertum pluribus, & pretioſis mercibus, mutato animo in ipſũ conſpirant, occidunt, & ſpoliant: & tunc certum eſt dicit, hos nautas remanere huius cenſurę vinculo alligatos.

Hæc ſententia, licèt quoad primum caſum vera ſit citra omnem controuerſiam; quoad reliquos tamen locum ſibi vendicat, vbi deprædatio fit in mari Pontificio dumtaxat, iuxta ea, quę ſupra diximus, q. 3. nam iſti ſaltem dicuntur latrunculi maritimi. Verùm ſi iſti deprędationem alias in mari non commiſerint, nec piraticam artem tanquam ex officio ſuſceperint, forte ex vnica illa deprędatione, in excommunicationẽ hanc non incidunt; niſi per illud mare deinde diſcurrant animo rurſus deprędandi fideles: quoniam ante commiſſum crimen ex ſolo deprędãdi animo in mari non poterant dici latruncu'i

maritimi: & propterea non videntur cõprehẽdi ſub diſpoſitione noſtri canonis cuius vigore excommunicantur latrunculi maritimi Pontificium mare diſcurrentes. Et poſt deprædationẽ licèt dicantur latrunculi maritimi, ſicut quis dicitur homicida etiam per vnicũ tantùm homicidiũ; tamẽ cùm ipſum mare diſcurrunt, ſupponimus eos nõ habere amplius animũ deprędãdi fideles, & propterea, eſtò quòd dicantur latrunculi maritimi diſcurrentes mare Pontificiũ: nihilominus quia in illo diſcurſu non habent animum deprædandi fideles, qui omnino exigitur ad hanc cenſuram incurrendam, vt ſupra probauimus q. 5. in rigore, licèt grauiſſimum crimẽ commiſerint; non tamen videntur comprehẽdi ſub hoc canone.

An piratæ nauigantes in mari, ſi deſcendant in terram, & prædentur Chriſtianos in ea degentes, incidant in excommunicationem huius Can. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Piratæ diſcurrentes mare Pontificium animo deprædandi fideles, in excommunicationem incidunt, etiã ſi non deprædentur.*

2 *Piratæ diſcurrentes alias maria, excepto Pontificio, excommunicationem hanc non contrahunt, ſiue deprędentur in ipſis maribus, ſiue in terra.*

ALterius, hoc eodem loco cap. 3. dub. 3 negat huiuſmodi deprædantes excommunicationem iſtam contrahere. Et hoc ideò quoniam Bulla excommunicat Piratas, & latrunculos maritimos mare diſcurrentes. Et in antiqua Bulla, quam refert Syl. excommunicationis vinculo alligabantur nauigio vectos deprædantes. At pœna excommunicationis non eſt extendenda.

Nos autem ad determinationem huius difficultatis, vt iuxta noſtra principia procedere videamur, dicimus, quòd aut piratæ, nauigantes in mari Pontificio animo deprædandi fideles deſcendunt in terram, & in ea deprædantur homines in ea degentes, & tunc in hanc cenſuram incidunt, ſiue deprædentur Chriſtianos, ſiue infideles: nam ſub diſpoſitione huius canonis cõprehenduntur, nõ vt deprædãtes, ſed vt diſcurrentes mare pontificium deprædandi animo fideles. Aut denique piratæ nauigãtes in alio mari, quàm Pontificio, etiam animo ſpoliandi fideles, deſcẽdant in terram, & deprædentur homines ibi degentes: & excommunicationem prædictam non incurrunt, etiam ſi deprædentur fideles: quoniam diſpoſitio noſtri canonis locũ habet in diſcurrentes mare Pontificium dumtaxat, vt ſæpe diximus.

Hoc idem dicendum eſt. ſi nauigantes mare Pontificium animo deprædandi infideles tantũ deſcendant in terram, & deprædentur fideles: quoniam hæc cenſura exigit Pontificij maris diſcurſum, & animum in eo deprædandi fideles vt ſupra probauimus, q. 5.

An piratæ, qui in fluminibus deprædantur incidant in prædictam excommunicationem. Q. 10.

SVMMARIVM.

1 *Piratæ deprædantes in flumine, non contrahunt excommunicationem huius canonis.*

IN hac re Alter. in explicat. huius can. cap. 3. col. 2. dub. 2. diſtinguit, quòd aut huiuſmodi piratæ ſunt maritimi latrones, & inuenta occaſione nauis fugientis ingrediuntur flumen ad prædam capiendam, & arbitror excommunicationem iſtam eos incurrere: quoniam hi verè ſunt latrũculi maritimi: præſertim ſi cæperint inſequi nauem cũ eſſent in mari, et fugientem in flumen ſunt deprædati. Quòd ſi re vera ſint latrunculi fluminales, non incidunt nisi prædentur in mari: quia de illis non loquitur Bulla.

Hæc ſententia, licèt vera ſit quoad poſteriorem caſum; circa priorem tamen nõ militat indiſtinctè, & ipſe Alter. non videtur loqui cõſequenter ad ſua principia. Etenim arbitratur ſolùm piratarum diſcurſum per quodcunque mare ſatis eſſe ad contrahendam hanc excommunicationem; etiam ſi nulla ſubſequatur deprædatio: vt ſupra diximus, q. 7. Ergo ad incurrendã dictam cenſuram impertinens eſt inſecutio nauis, & deprædatio in flumine.

Quocirca, vt loquamur conſequenter, dicimus huiuſmodi piratas excommunicationem hanc nõ cõtrahere; niſi mare Pontificium percurrant deprædandi animo fideles. Quòd ſi ab alio mari fidelium nauem inſequentes eam deprędentur in flumine, cenſuram ipſam nõ incurrũt. Etenim nos ſatis ſupra probauimus diſpoſitionem huius canonis exigere maris Pontificij diſcurſum, & animum deprędandi fideles.

An Pirata, vel latrunculus maritimus diſcurrens vt ſupra mare Pontificium pluries, plures contrahat excommunicationes, vel vnam tantùm. Q. 11.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus vnam tantùm excommunicationem contrahit, etiam ſi plures operetur ſecundum illam hæreſim.*

2 *Piratæ, ac latrunculi maritimi toties excommunicationem noſtri canonis contrahunt, quoties mare pontificium diſcurrunt, deprædandi animo Chriſtianos.*

3 *Pluries percutiens clericum, pluries incidit in excommunicationem, e. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4.*

4 *Piratæ vno impetu diſcurrentes pluries mare Pontificium, illud ingredientes, egredientes, & regredientes, non plures, ſed vnam tantùm contrahunt excommunicationem.*

5 *Plurier percutiens Clericum vno impetu, in vnam ſolam, & non in plures incidit excommunicationes, ſecus autem ſi diuerſis temporibus.*

6 *Aſportans plures currus frumenti ſub pœna excommunicationis extrahi prohibiti, vnum immediatè*

poſt

poſt alium, vnam tantùm incurrit excommunicationem, ſecus ſi diuerſo tempore.

7 *Communicans cum excommunicato vna die continuè, vnam contrahit excommunicationem, ſecus autem, ſi interpellatis actibus.*

8 *Hæreticus, cur vnam tantùm contrahit excommunicationem, etiamſi plures operetur ſecundum illam hæreſim.*

9 *Pirata non ſtatim, quòd piraticam exerceat, excommunicatur, niſi ſequatur diſcurſus per mare Pontificium.*

IN hac difficultate Vgol. in explic. huius canonis, §. 1. ſub num. 1. in ver. At qui piratę, videtur tenere, quòd pirata pluries diſcurrens mare Pontificium, vnam tantùm contrahit excommunicationem, & non plures.

Probat ſuam ſententiam exemplo hæretici,
1 qui vnam dumtaxat contrahit excommunicationem, etiam ſi pluries operetur ſecundum illam hæreſim: & nunquam plures, niſi poſt pœnitentiam, & abiurationem deinceps in hęreſim fuerit lapſus.

His tamen non obſtantibus puto, Piratas, ac
2 latrunculos maritimos toties incidere in excõmunicationẽ noſtri canonis, quotics mare Pontificium diſcurrunt, Chriſtianos deprædandi animo.

Probatur: quoniam vna & eadem excommu-
3 nicatio pluries contrahitur, propter eandem rẽ pluries repetitam: atque adeò pluries percutiẽs aliquem clericum, pluries incidit in canonem, ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. & ſic plures cõtrahit excõmunicationes, vt bene docet Nauar. in Man. c. 26. num. 8. & c. 27. num. 112. Henr. lib. 13. de excom. c. 25. n. 4. & c. 30. n. 2. quam ſententiam tãquam probabiliorem ſequitur Steph. de Auil. in ſuo tract. de cenſur. p. 2. c. 6. d. ſp. 2. dub. 3. ſub con. 4. & Sayr. lib. 1. Theſ. tom. 1. c. 10. n. 9. Cùm igitur vi noſtri canonis excommunicentur piratæ, ac latrunculi maritimi diſcurrentes mare Pontificium ad deprædandum Chriſtianos; ergo eodem modo dicendum eſt, ſi plures diſcurrant, plures excommunicationes incurrãt: & toties cenſuram ipſam contrahant, quoties vt ſupra prædictum mare percurrunt.

Limitatur hæc cõcluſio, vt tunc vera ſit, quã-
4 do piratę, ſeu latrunculi maritimi diuerſis temporibus Pontificium mare diſcurrunt: nam tũc plures numero cõtrahunt excõmunicationes; ſecus autem, ſi vno, & eodem impetu diſcurrẽtes ingrediantur, egrediantur, & regrediantur ab ipſo mari: quoniam hoc caſu, cũ vna moraliter dicatur actio, in vnam tantùm incidunt excommunicationem.

Sic etiam, qui vno & eodem impetu clericũ
5 ſæpius percuteret, ſemel tantùm excommunicationem contrahit, vt in c. cùm pro cauſa, de ſent. excom. At qui hoſte clerico manus amputat, alia vice pedes; & alia oculos eruit, non ſolum vnam, verum etiam in tres excommunicationes incidit.

Et qui centum currus frumento onuſtos, vnũ
6 immediatè poſt alium aſportaret a loco aliquo contra Eccleſię prohibitionem ſub excommunicationis pœna, vnius tantùm excommunicationis vinculo alligaretur: Secus autem dicendum eſt de eo, qui diuerſis temporibus plures frumenti currus extraxerit: nam is plures cenſuras contrahit.

Idem dicendum eſt de communicante cum
7 excommunicato vna die continuè; quoniam in vnam incidit excommunicationem minorem: ſecus autem, ſi quis interpellatis horis, vna & eadem die, cum excommunicato communicauerit: nam tunc plures incurrit excommunicationes, vt bene declarat Sayr. loco citato.

8 Ad contrarium Vgol. reſpondetur; quòd id circo hęreticus vnam tantùm contrahit excõmunicationem, & non plures, etiam ſi pluries operetur ſecundum illam hæreſim: quoniã nõ eſt lata excommunicatio contra operantes ſecundum hęreſim; ſed contra hęreticos vt ſic, at
9 verò vi noſtri canonis non excommunicantur Piratę, & Curſarij ſimpliciter, vt male opinatur ipſe Vgol. ſed vt diſcurrentes per mare Pontificium ad deprędandum Chriſtianos; atque adeò puniuntur eorum operationes; nil mirũ igitur, ſi huiuſmodi perſonæ tot cenſuras contrahant, quot diſcurſus, vt ſupra faciunt.

Ibi (*fautores, &c.*) An ſupradictæ perſonæ vi præſentis canonis excommunicentur principaliter, vel acceſſoriè. Q. 12.

SVMMARIVM.

1 *Mandantes, auxiliantes &c. ſi principaliter in excommunicationem nominentur, ſunt excommunicati, etiam non ſubſecuto principali effectu: ſecus, ſi acceſſionè.*

2 *Mandantes interficere aliquem per aſſaſſinum, excommunicationem ſtatim contrahit, etiam ſi homicidium non ſequatur.*

3 *Piratis auxilium, fauorem, receptationem, aut defenſionem præſtantes, in excommunicationem ſtatim incidunt, etiam non ſecuto diſcurſu per mare Pontificium, ad deprædationem.*

4 *Dictio, Ac, facit venire copulatum æquè principaliter.*

5 *Recipiens hæreticum, occultandi animo, excommunicationem ſtatim contrahit, etiam ſi realiter non occultet.*

6 *Dictio, cum, acceſſionem denotat.*

7 *Venditio villæ, cum iure patronatus, cur valeat etiam reſpectu iuris patronatus: & non valeat, ſi vendatur villa, & ius patronatus.*

IN hac re Sayr. lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 7. num. 7. in explicat. noſtri canonis, ait, quòd perſonæ acceſſoriæ, quæ hoc loco excõmunicantur, ſũt tres; ſcilicet, tantores receptatores, & defenſores piratarum; ſi igitur dictæ perſonæ ſunt acceſſoriæ; ergo acceſſoriè, non autem principaliter in hoc canone excommunicantur.

Sic etiam in præcedenti canone idẽ Sayr. lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 6. num. 5. et 6. docet, quòd perſonæ, quæ ſub cenſura lata contra appellantes à ſententijs Romani Pontificis ad generalẽ futurũ Concilium comprehenduntur, ſunt in duplici differentia. Nam quædam ſunt principales, & ſunt particulares perſonæ, Vniuerſitates, & Collegia: & quædam ſunt acceſſoriæ, & hæ ſunt fauentes, & auxilium dantes; quas, inquit, in ex-

communicationem non incidere, niſi ſequuta appellatione: quod proprium eſt eorum, qui non principaliter: ſed acceſſoriè cenſuræ vinculo alligantur, vt bene docet Nauar. in Man. cap. 27. num. 51. in ver. Adde: dum ait, quòd ſatis intereſt, an diſponẽs loquatur principaliter de facięnte; & ſecundariò de mandante, & conſulẽ
1 te: aut principaliter de omnibus: quia priori caſu, nõ incurrit excommunicationem conſulẽs, aut mandans, antequam ſequatur opus: atque adeò mãdans centies percuti clericum. non excommunicatur donec percuſſio ſequatur: in poſteriori verò caſu, excommunicationem contrahit, etiam effectu non ſequuto. Vndè, qui
2 qui mandat interfici aliquem per aſſaſſinum, ſtatim eſt excommunicatus, etiam ſi effectus
4 non aſequatur a: vt in cap 2. de homicid. in ſexto. Hanc eandem ſententiam videtur tenere hoc loco, Alt. cap. vlt. col. fin. in ver. Animaduertendum tamen eſt. dum ait: Defenſores, fautores, & receptatores piratarum tunc excõmunicationem contrahere, ſi poſt fauorem, receptationem, & defenſionem ſequatur exequutio artis piraticæ, nempe diſcurſus per mare depredandi animo. Et rationem hanc eſſe ait, quia fauere, ſeu receptare, aut defẽdere eſt actio acceſſoria, quæ dicit eſſentialem relationem ad actionem principalem, c. acceſſorium, de reg. iur. in ſexto.

His tamen non obſtantibus; contrariam ſen-
3 tentiam arbitror de iure veriorem eſſe: atque adeò prædictas perſonas vi noſtri canonis excommuoicari principaliter, non autem acceſſoriè; ita vt ſtatim ac quis faueat, recipiat, defendat Piratas, Curſarios, ac Latrunculos maritimos ad piraticam artem, ac latrocinium exercẽdum; & ad diſcurrendum per mare Pontificiũ, in excommunicationem prædictam incidat, etiam noo ſecuto diſcurſu, aut depredatione aliqua.

Probatur hæc ſentantia: quoniam Romanus
4 Pontifex, poſt excommunicationem latam contra piratas, curſarios, ac latrunculos maritimos, aeueniendo ad eorum fautores, receptatores, ac defenſores, volens illos ſub eadem cenſura comprehendi, his verbis vtitur, *Ac omnes eorum fautores, &c.* Nota copulam illam, Ac, quoniam
5 ſecundum ſui naturam facit venire copulatum principaliter, & non acceſſoriè: vt habetur ex Panorm. in c. ſæpe, num. 7. de verb ſignific. & in cap. quærelam, num. 5. de Simon. Bar. in l. 1. ff. de pecun. leg. cum alijs additis poſt eundem Panorm. loco citato. Si igitur copula illa copulat æquè principaliter. & non acceſſoriè: ergo vi noſtri canonis fautores, receptatores, ac defenſores piratarum excommunicantur principaliter, & non acceſſoriè.

Confirmatur, quia Romanus Pontifex ſupra can. 1. noſtræ Bullæ. poſt promulgatam excommunicationem contra hæreticos. extendens illam contra hæreticorum credentes, receptatores. fautores, & defenſores. vtitur eadem copula, Ac, ſubdens, *Ac eorum credentes, receptatores, fautores, &c.* Et tamen Savr. lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 5. n. 4. in explicatione eiuſdem canonis, tenet præ dictas perſonas excommunicari principaliter,
5 & non acceſſoriè; ita vt eo ipſo, quòd quis recipit hæreticum, animo occultandi, quamuis realiter non occultet, excommunicationem contrahat: ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, vt fauorem præſtantes piratis, & latrunculis maritimis, ad deprædandum, aut diſcurrendum per mare Pontificium, ſint æquè principaliter excommunicati, ac ipſi piratæ: atque adeò ſtatim ſupradictam cenſuram contrahunt, etiã ſi deiode nullus diſcurſus ſequatur, nec deprædatio. Et reuera, licèt Alt. loco citato, fautores, & defẽſores huiuſmodi acceſſorias perſonas eſſe videatur arbitrari; nihilominus paulò infra expreſsè tenet, eos in excommunicationem hanc incidere ſtatim, etiam nullo ſecuto effectu: quia crimẽ fauendi, defendendi ac receptandi committitur, quando piratę excipiuntur, occultantur, & defenduntur, vt Iudicis manus effugiant atque adeò cenſuram contrahunt, etiam ſi piratæ euaderent Miniſtrorum iuſtitiæ manus: neque debitas pœnas pro ſcelere patrato effugerent, quia iam completa, & perfecta eſt actio fauendi, receptandi, & defendendi, quæ ſub excõmunicationis vinculo vi noſtri canonis prohibetur.

Reſtat modo, vt ad contraria reſpondeamus.

AD primum dicimus, quòd non valet argu-
6 mentum: fautores, receptatores, & defenſores piratarum, ſunt perſonæ acceſſoriè; ergo acceſſoriè vi noſtri canonis excommunicãtur: quoniam licèt acceſſoriæ ſint; poſſunt tamen principaliter excommunicari, ſicut in hoc canone de facto excommunicantur: & id ratiooe illius copulæ; Ac, quæ facit venire copulatum æquè principaliter: ad differentiam dictionis, cum, quæ denotat acceſſionem.

Hinc ait Panorm. in d. c. quærelam, n. 5. de Si-
7 mon. quòd ſi fuerit celebrata vẽditio hoc modo. Vendo tibi talem villam, & ius patronatus, quod habeo in ea, talis venditio non tenet ratione iuris patronatus: quoniam iuſpatronatus licèt tranſeat cum vniuerſitate ſæculari; tamen, quia hoc caſu copulatur per copulam, &, cenſetur æquè priocipaliter venditum, ac ipſa villa: Secus autem erit dicendum ſi fuerit vendita villa cum iurepatonatu, nam tunc talis venditio valida erit: eo quòd dictio illa, cum, acceſſionem denotat: atque ideò iuspatronatus nõ cenſetur venditum principaliter ſicut villa, ſed accceſſoriè.

Ad ſecũdum argumentũ reſpondetur, quòd non ex eo, quòd fauentes, & auxilium dantes ad appellandum à ſententijs Romani Pontificis ad generale futurum Concilium, ſunt perſonæ acceſſoriæ, vi præcedentis canonis acceſſoriè excommunicantur, cùm excommunicationem non contrahant, niſi ſecuta appellatione: ſed vt ibidem diximus, ex vi verborum dicti canonis, per illam copulam, *Necnon*, excommunicantur principaliter; non tamen in dictam excommunicationem incidunt, niſi ſequta appellatione, propter illud verbum, *Appellatum fuerit*, in fine poſitum: quod præteritum perfectum cùm ſit, rem perfectam ſignificat, vt rectè ait Vgol. ibidem in ver. Nec non eos,

AD-

ADDITIO.

a Sequatur. Adde, quòd mandans occidi aliquem per Aſſaſſinum in excommunicationem incidit, etiam ſi non dum ſoluerit mandatario conuentum pretium: ſed tantùm promiſerit: ſiquidem ſola promiſſio pecuniæ, facit aliquem aſſaſſinum, vt habetur ex Saly. in l. non ideo minus, num. 36. verſ. Et aſſaſſini vocantur, C. de accuſat. Curt. Sen. conſ. 20. num. 43. verſ. Omitto poſtremò. Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 10. num. 10. Boſſ. tract. de mandat. ad homicid. num. 22. Capyc. deciſ. 125. ſub num. 6. & ſeq. Gratian. con. 52. num. 47. lib. 2. Gram. vot. 9. Guttier. lib. 3. pract. qq. quæſt. 7. num. 29. Farinac. in ſua praxi crimin. tom. 2. p. 2. quæſt. 123. num. 36. & 133. vbi id ampliat, etiam ſi promiſſio facta ſit citra ſcripturam aliquam; dummodo ſit certa, & ſpecifica: ſecus autem ſi incerta ſit, ac generalis, vt rectè probat Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 30. num. 17. Boſſ. loco citato, num. 35. Gabr. conſ. 170. num. 18. cum plur. ſeq. & alij, quos refert, & ſequitur Farinac. d. q. 123. num. 40. & num. 145. Eſt tamen verum, quòd promittens, aut dans pecuniam ad verberandum dumtaxat, aut ad vulnerandum aliquem tantùm, non autem ad occidendum, non poteſt dici propriè aſſaſſinus, cùm pœna ordinaria, qua plectuntur aſſaſſini, non puniantur, vt habetur ex Decian. in ſuo tract. crimin. lib. 9. cap. 30. n. 41. Maſcard. de probat. tom. 1. concl. 138. num. 1. & Farinac. d. quæſt. 123. num. 139. ſicut & qui pecuniam dat, aut promittit alteri ad aſſociandum ſibi pro iniuria per ipſum dãtem, aut promittentem vlciſcenda, aſſaſſinus neque dicitur, vt per Vulpel. cõſ. 143. num. 10. Farin. loco citato, num. 148. qui quidem Vulpel. ibi, & Farin. d. quæſt. 123. num. 157. & Hond. conſ. 87. num. 4. vol. 2. excludunt etiam à crimine aſſaſſinij, qui pecuniam accipit ad occidendum communem inimicum: nam hoc caſu, qui pecuniam dedit, aut promiſit, dicitur inſtigator potius, quàm aſſaſſinus: & propterea huiuſmodi delinquentes, & mandantes non plectuntur pœna excommunicationis in d. c. 1. de homicid. lib. 6. D. Cæſar.

An metu mortis piratis fauentes, ad diſcurrendum, ſeu deprædandum vtſupra, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 13.

SVMMARIVM.

1 *Lex naturalis obligat ad ſui obſeruantiam, etiam cum periculo mortis.*
2 *Lex humana non obligat ad ſui obſeruantiam cum periculo mortis.*
3 *Mala intrinſecè, & ex obiecto nunquam licent, etiam ad propriæ vitæ conſeruationem.*
4 *Actus indifferens non datur in individuo.*
5 *Remigantes captiui, metu mortis, excuſantur à letali culpa, etiam ſi remigatio ipſa tendat in perniciẽ Chriſtianorum.*
6 *Fœnerari nunquam licet, etiam pro redemptione captiuorum: ſicut nec mentiri, etiam ad tuendam propriã vitam.*
7 *Metu mortis reddens gladium furioſo poſcenti, etiam ſi ſciat eum illo malè vſurum, non peccat.*
8 *Metu mortis deferens arma ad infideles excuſatur à culpa.*
9 *Nauta metu mortis citra culpam tranſmeare poteſt, quem ſeit pergere ad aliqua crimina committenda.*
10 *Metu mortis propalans aliquem abſconditum, non peccat, etiam ſi ſciat ex tali propalatione mortem illi futuram.*
11 *Meretricis ſeruus, citra culpam amaſio venienti portam aperit, etiam ſi ſciat eum cum domina peccaturum; dummodò peccatum illi non placeat.*
12 *Non omnis, qui iuuat eum qui peccat, dicitur iuuare peccantem, vt peccet.*
13 *Locans domum vſurario, quem nouit ea ſe ad fœnerandum vſurum, non peccat.*
14 *Remigantes metu mortis propriis ſuis comminatæ non peccant, etiam ſi talis remigatio tendat in perniciem Chriſtianorum.*
15 *Captiui fideles, metu mortis præſtantes eorum ſeruitia infidelibus in bello etiam iniuſto contra fideles, non peccant.*
16 *Metu mortis licitum eſt captiuis fidelibus damnum inferre Chriſtianis in eorum bonis exiernis.*
17 *Famis, ac nuditatis neceſſitate cõpulſus, cibaria, ac veſtes alienas citra culpam auferre poteſt.*
18 *Remigantes captiui contra Chriſtianos, citra inſtans metum, non excuſantur à culpa*
19 *Captiui metu mortis pugnantes contra Chriſtianos, illos interficiendo, non excuſantur.*
20 *Remigantes metu mortis, aut pugnando in maximum Reipublicæ damnum, aut alterius perſonæ, Reip. vel dè vtilis, non excuſantur à culpa.*
21 *Remigantes metu mortis in eo caſu, quo non peccant, in excommunicationem non incidunt.*
22 *Remigantes metu mortis, ſi ſupponatur non excuſari à culpa, nec etiam excuſantur ab excommunicatione.*
23 *Malum intrinſecè, ſicut metu mortis non excuſat à culpa; ita etiam non excuſat ab excommunicatione.*
24 *Sacerdos excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus, metu mortis pœnitentiæ Sacramentum miniſtrans, non excuſatur.*
25 *Malum culpæ, maius eſt quocunque malo pœnæ.*
26 *Melius agitur cum Deo, quam cum hominibus.*
27 *Remigantes captiui metu mortis, ſi non ſint conſci, nec particularis, nec totalis impugnationis Catholicorũ, ſuppoſito, quod peccent mortaliter in remigando: excuſantur tamen ab excommunicatione.*
28 *Auxiliantes, & fauentes, excommunicationem non cõtrahunt, niſi eorum fauor, & auxilium in ſtum in effectum.*
29 *Remigantes captiui, poſſunt à quocunque confeſſario abſolui a quacunque excommunicatione.*

CElebris reuera eſt iſta quæſtio, vtilis ac practicabilis. Nam caſus iſte multoties accidit in perſona pauperrimorum fidelium, qui ab infidelibus in ſeruitutem redacti, & in piraticis triremibus remigio mancipati, metu mortis remigant diſcurrentes mare Pontificium, & alia maria; exquorum remigatione ſæpe pernicies oritur, ac deprædatio multorum fidelium.

In hac difficultate Sayr. lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 7. n. 8. in explicat. præſentis can. arbitratur, quòd huiuſ-

huiuſmodi captiui metu mortis in Chriſtianorum perniciem remigantes, quamuis peccent mortaliter; nihilominus ab excommunicatione contra piratarum fautores lata excuſantur.

Rationem autem hanc eſſe dicit: quia peccati mortalis ratio ex iure naturæ pendet, quod etiam cum euidenti vitæ periculo obligat: ratio verò cenſuræ ex humano iure prouenit, quod ex ſui natura cum tali mortis periculo regulariter non alligat. Vndè, licèt hi remigantes contra ius naturæ mortaliter peccent; excõmunicationem tamen hanc, quæ ab humano iure deſumitur, non contrahunt. Non enim verisimile eſt, vt pia Mater Eccleſia pauperes iſtos captiuos cum tali vitæ diſcrimine, ad ipſius præcepti obſeruantiam velit alligare, cùm ad ſolam vitæ conſeruationem remigare cenſeantur, alioquin ab Infidelibus occidendi.

Hanc eandem ſententiam tenet Ioannes de Sal. de legib. diſp. 11. ſec. 1. ſub num. 5. in fine. Suar. de cenſ. diſp. 21. ſect. 2. num. 62. infra in explicat. ſeptimi can. noſtræ Bullæ: & ante hos omnes Nauar. in cap. ita quorundam, not. 11. à num. 9. ad 19. de Iud. & in Man. cap. 27. n. 63. qui, etſi huiuſmodi remigantes ab excommunicationis pœna putet eſſe excuſatos; eos tamẽ peccare mortaliter adeò exiſtimat, vt à Confeſſariis abſolui non poſſe dicat, niſi proponant, in perniciem Chriſtianorum ſe vnquam vltra remigaturos.

Hoc idem docet Tol. in ſum. lib. 1. cap. 24. circa finem. Etenim remigatio iſta, eſt intrinſecè mala, cùm tendat ad occidendum, mutilandum, ac ad deprædandum Chriſtianos: quæ autem intrinſecè, & ex obiecto mala ſunt, nullo vnquam tempore, nec vlla ratione, etiam ad propriam vitam tuẽdam licita eſſe poſſunt: vt eſt tex. in c. ſuper eo, de vſur.

Nec huiuſmodi remigatio diei poteſt actus indifferens, atque adeò poteſt à cooperatione diſtrahi: quoniam Suar. loco citato reſpondit, quòd non datur actus indifferẽs in Indiuiduo, nam actiones morales non ſunt abſtractè conſiderandæ, ſeù in vniuerſali, ſed vt hic, & nunc cum talibus circunſtantiis; hæc autẽ remigatio, hic, & nũc facta, reuera eſt cooperatio: eo quòd eſt auxiliũm neceſſarium, vel vtile, quod præbetur Infidelibus ad deprædandum Chriſtianos: ergo eſt intrinſecè mala, ſicut ipſa deprædatio, cùm actio cooperantis ſumat ſpeciem ab actione eius, cui cooperatur.

Nec valet dicere, quòd ipſi non intendunt talem cooperationem: quia cùm velint actionem illam exercere, quæ hic, & nunc moraliter neceſſariò eſt cooperatio, conſequenter volũt cooperari in actu exercito; etiam ſi formaliter, & in actu ſignato dicant ſe non intendere cooperationem.

Et certè doctrina huiuſmodi de cooperatione ad actus morales hoc modo explicata, ſi vera eſſet, opinatur ipſe Suar. quòd viam aperiret ad quamcumque cooperationem ad actum prauũ cum illa excuſatione, quòd talis actio, vt ab hoc homine fit, eſt de ſe indifferens, & fit ſine intentione cooperandi: quod eſt maximum abſurdum.

Secunda ſententia, quæ nobis magis probatur eſt Cord. in ſum. q. 137. Mol. tom. 1. de Iuſt. & iure diſp. 115. con. 2. Sanch. de Matrim. lib. 9. tom. 2. diſp. 31. Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 1. c. 23. q. 17. & aliorum, quos ipſi allegant. Pro cuius explicatione ſit.

Prima Concluſio.

CHriſtiani ab Infidelibus in ſeruitutem redacti, & in piraticis triremibus remigio mãcipati, metu mortis remigantes, eſtò quòd remigatio ipſa tendat in perniciem, & damnum fidelium; nihilominus excuſantur à letali culpa. Hæc concluſio eſt contra Nauar. & ſequaces, locis ſupra citatis.

Probatur primò: quoniam remigatio huiuſmodi, non eſt intrinſecè mala: nam ſi talis eſſet, nunquam liceret cuique remigare: eo quòd ea, quæ ſunt intrinſecè mala nulla circumſtãtia fieri poſſunt bona; atque adeò cum vſura, & mendacium ſint ex obiecto mala, nunquam licitum eſt fœnerari, etiam pro redemptione captiuorũ: nec mentiri ad tuendam propriam vitam: vt habetur in tex. in d. c. ſuper eo, de vſur. Si igitur remigatio prædicta non eſt intrinſecè mala; ergo erit bona, vel mala ſecundum finem remigantium bonum, vel malum: modò licet remigatio ipſa præcipiatur ab Infidelibus ad malũ finem, nempe in perniciem Chriſtianorum; à captiuis tamen non fit propter illum finem, ſed ad propriam mortem effugiendam, qui finis eſt optimus: ergo remigatio optima eſt.

Hæc eadem ratione à letali culpa excuſatur, qui metu mortis reddit gladium furioſo poſcẽti, aut ſuam pecuniam vſurario poſtulanti: vel præſtat latroni rem, quam illi tradere iureiurãdo promiſit, eſtò quòd ſciat, res ipſas expoſtulantes, velle ad malum finem eiſdem vti, vt in c. ſi debitores, & c. ſi verò, de iure iur.

Sic etiam metu mortis excuſantur, deferentes arma, & alia ad vſum bellicum pertinentia, ad Saracenos, & ad alios Infideles.

Natta quoque in ſua nauicula eodem metu compulſus citra culpam trãſmeare poteſt alios, quos ſcit pergere ad aliqua crimina perpetranda.

Poſſum etiam metu mortis propalare aliquẽ in abſcondito loco reconditum, etſi nouerim ex tali propalatione mortem illi futuram: vt latè habetur ex Cord. loco citato, vbi nonnullos alios caſus ſimiles enumerat.

Secundò probatur dicta concluſio: quia prædicti ſerui cum remigio ſint mãcipati, dominorum iuſſu, & metu mortis compulſi remigantes, id agunt, vt ſuo muneri ſatisfaciant. Non enim ſua voluntate, ac proprio arbitrio remiges ſunt effecti: neque illis præcipitur vt remigent contra Chriſtianos, ſed vt abſolutè, & ſimpliciter remigent: quod non modo non eſt opus per ſe malum, ſed eſt potius bonum: quoniam eorum officium exequuntur, ad quod ſunt deſtinati.

Vndè ſicut Natham non peccabat dum Idolatræ Regi inſeruiens, & eiuſdem imbecillitatem ſuis manibus ſuſtentans, vna cum eo ſe ſe inclinabat Idola colenti: eo quòd ſuo munere fungebatur: Nec ancilla peccat, ſi gentilem dominam comitetur geſtando poſteriorem veſtis fimbriam, & ſimul cum ea in templo Idolorum genu-

genuflectat, nō quidem, vt Idolum veneretur, ſed vt propium munus deferat: ita etiam Chriſtiani captiui, & remigio mancipati remigantes vt ſupra à letali culpa videntur immunes: vt bene notat Azor. loco citato.

Hac eadem ratione meretricis ſerua amaſio
11 venienti, quem nouit ideo venire, vt cum domina peccet, hoſtium aperiens, peccatum aliquod non committit, ſi peccatum illi non placeat: ſed oſtium aperiat, vt ſuo muneri ſatisfaciat. Idem erit dicendum, ſi huiuſmodi ſerua, iubente domina, lectum ſterneret, quod ſciat ideo ſternere, vt in eodē cum amaſio dormiat: aut amaſio literas deferat, per quas domina eūdem rogat, vt ad ſe veniat, ſciens idcirco vocari, vt ſimul peccent: quoniam opera illa præſtat ratione ſui muneris: vt latè probat Nauar. lib. 1. conſ. p. 2. de pœnit. conſ. 6. & Sanchez lib. 1. Decal. cap. 7. vbi quamplurimos quoque caſus his ſimiles enumerat, & de hac re ſuſius pertractat.

Nec obſtat ratio à Suar. allata, dum ait, quòd illa remigatio hic, & nunc conſiderata cum talibus circumſtantijs, eſt cooperatio intenta ab ipſis remigantibus ſaltem in actu exercito: quoniā quamuis à Chriſtianis captiuis accomodatè fiat remigatio illa ad finem Infidelium; non tamen poteſt dici cooperatio per ſe, ſed tantùm per accidens: eo quòd non fit ab eis propter illum finem; ſed ad euadendam propriam mortem, & vt ſuo muneri, cui ſucrunt addicti, ſatisfaciant; qui ſunt fines optimi: & ideo, licèt remigatio vt ſic, ſit actus indifferens; remigatio tamen, de qua agitur, ratione finis remigantiū, eſt actus bonus: vt rectè declarat Azor. loco citato. Vndè eſto quòd vera ſit ſententia eorum, qui dicunt, quòd non datur actus ſindifferens in indiuiduo; in caſu tamen noſtro talem actū non dicimus dari.

Denique eſt annot. ex Nauar. in d. cōſ. 6. quòd
12a non omnis, qui iuuat eum, qui peccat, dicitur iuuare peccantem, itaut peccet, & conſequenter cooperari eius peccato, etiam ſi iuuet in eo, ſine quo non peccaret. Licèt enim meretrix meretricio non vacaret, niſi comederet, biberet, vel domum haberet, aut illas vel illas veſtes: non tamen peccat, qui meretrici domum locat, aut cibaria, & veſtes vendit: modò iſta non faciat illi ad finem, vt peccet; ſed ad alium honeſtum finem; nempe vt de re ſua iuſtam ſibi mercedem quærat, ex qua poſſit ſibi ſuæque familiæ neceſſaria miniſtrare.

Sic etiam dicendum eſt de locante domum
13 vſurario, quem nouit ſe illa malè vſurum, puta ad exercendas vſuras. Quod quidem verum eſt, niſi ob loci circumſtantiam aliquis peccatum committeret, quod, eo ſibi non conceſſo loco, minimè perpetraret. Tunc enim ſi abſq; ſuo detrimento poſſet, tenetur hic non locare domum, alias locans diceretur adiuuare: vt declarat Sanchez in ſupradicta diſp. 31. num. 20. in fine.

Nec doctrina iſta hoc modo explicata viam aperit ad quamcunque operationem malam, vt ipſe Suar. opinatur: ſed excuſatio illa admittitur tantùm in dictis caſibus, & ſimilib. s, qui ratione finis operantis, boni ſunt: ſecus autem, ſi actus eſſent intrinſecè mali: vt cùm aliquis metu mortis occidit hominem, vt à piratis poſſit proprijs expoliari bonis: quoniam actio illa eſt intrinſecè mala; & ideò non poteſt ratione finis agentis eſſe bona.

Patet igitur ex dictis fideles captiuos metu mortis remigantes in piraticis triremibus non peccare mortaliter, eſtò quòd remigatio illa tenderet in perniciem, ac damnum Chriſtianorum.

Ampliatur dicta concluſio primò, vt vera
14 ſit, non modò quoad remigantes metu mortis propriæ; ſed etiam metu mortis comminatæ proprijs filijs, aut abſciſionis membrorum, arg. tex. in Liſti quidem, & l. nec timorem. ff. de eo, quod met. cauſ. §. 1. 2. & 3. & ſupra latè diximus lib. 1. c. 2. q. 2. con. 3.

Secundò ampliatur; vt hæc concluſio pro-
15 cedat non ſolùm in remigantibus iuſto metu compulſis contra Chriſtianos in triremibus piraticis; ſed in omnibus alijs fidelibus captiuis eodem metu inductis ad præſtanda eorum miniſteria in bello, quantumuis iniuſto. Vndè Chriſtiani captiui, quibus de iuſtitia belli Turcarum, & aliorum Infidelium aduerſus Chriſtianos conſtat, metu mortis, vel abſciſionis membri remigantes, vel ſarcinas aſportantes, & alia neceſſaria ad bellum aduerſus Chriſtianos: aut propugnacula ædificantes, & huiſſimilia, non peccant, vt Doctores ſupracitati probant: quia in his omnibus militat eadem ratio.

Tertiò ampliatur, vt metu mortis, aut ab-
16 ſciſſionis membri, licitum ſit huiuſmodi captiuis nocumentum inferre Chriſtianis in bonis externis, illa ad Infidelium imperium deſtruendo, capiendo, & ad triremes aſportando: nam eo caſu reperiuntur in extrema neceſſitate illorum bonorum ad propriam vitam conſeruandam. Vndè, ſicut licitum eſt alicui
17 in extrema neceſſitate famis, aut nuditatis conſtituto, cibaria, & veſtas alienas auferre ad propriam vitam ſuſtentandam, vt in cap. ſi quis propter, & ibi Doctores, de furt. ita etiam ſupradictis captiuis licitum erit damnum inferre aliorum bonis, ad propriam vitam tuendam, vt bene declarat Mol. loco citato, concluſ. 4. vbi etiam tractat, an, & quando dicti captiui ad dictorum bonorum reſtitutionem teneantur.

Hæc eadem concluſio ſic ampliata limitatur
18 primò, vt procedat in Fidelibus captiuis iuſto metu compulſis ad remigandum contra Chriſtianos, vel ad ſimilia opera faciendum: nam tunc excuſantur à culpa: ſecus autem, ſi ad remigandum nullo metu adigerentur: tunc enim cùm omnis metus, & periculum abeſſet, lege charitatis deſiſtere à remigando deberent, cùm poſſent citra vllum incōmodum Chriſtianorū libertati, ac ſaluti conſulere: vt habetur ex Azor. loco citato, ver. Ad id verò. Mol. conſil. 3. & alijs.

Secundò limitatur cōcluſio, vt vera ſit, quo-
19 ties fideles, vt ſupra captiui metu mortis, aut alio iuſto metu remigant, aut alia opera indifferentia faciunt, ordinata à præcipientibus in perniciem Chriſtianorum; tunc enim excuſantur à peccato mortali: ſecus autem, ſi iuſto metu inducti pugnent contra Chriſtianos aliquē interficiendo, vulnerādo, aut percutiendo: quo-

niam tunc peccant mortaliter: ex quo actiones illæ ſunt intrinſecè malæ, & contra legem naturalem: vt per Doctores ſupra citatos. Nec obſtant ea, quæ ſupra diximus in tertia ampliatione: quoniam ſubtractio dictorum bonorum illo caſu, reſpectu ſubtrahentium, non eſt rapina, cùm neceſſitatis tempore omnia ſint communia; atque adeò non eſt intrinſecè mala.

Tertiò limitatur dicta concluſio, quando, ex
20 loco quòd quis ſupradicto caſu non cooperaretur, maximum Reipublicæ damnum vitari poſſet, vt captio inſignis caſtri, Ciuitatis, aut alicuius perſonæ Reip. valdè vtilis: quia tunc prædicti Fideles tenentur à remigando, & ab alijs ſimilibus operibus deſiſtere, etiam cum periculo mortis: eo quòd pro maximò Reip. bono tenetur quis ſub pœna letalis culpæ propriam vitam exponere, cùm bonum publicum priuato ſit præferendum, vt benè docent prædicti Doctores.

Secunda Concluſio.

21 CHriſtiani captiui metu mortis in piraticis triremibus remigantes ad diſcurrendum per mare Pontificium; etiò quòd remigatio ipſa tendat ad deprædandum fideles; nihilominus excuſantur ab excommunicatione præſentis canonis. Hæc concluſio patet: nam ſi prædicti remigantes non peccant mortaliter, vt in proxima concluſione probauimus, conſequenter excommunicationis vinculo alligari nõ poſſunt: quia nunquam contrahitur excommunicatio, niſi letalis culpa concurrat: c. nemo Epiſcoporum, & c. nullus, 11. q. 3.

Amplatur hæc concluſio, vt huiuſmodi remigantes metu mortis in damnum Chriſtianorum, non modò non contrahant excommunicationem in hoc canone latam; ſed nec illam, quæ infra in can. 7. habetur, vt prædicti Doctores aiunt. Immò nec incidunt in excommunicationẽ, cap. ita quorundam, de Iudæis, vt cõtra Nauar. probat Suarez loco citato: quia non eſt maior ratio, cur dicti remigantes incurrant excommunicationem latam de iure comm. & non contrahant excommunicationem noſtræ Bullæ: ergo in eo caſu, qui excuſantur ab hac cenſura, excuſantur etiam ab illa.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd in d. c. ita quorũdam, excommunicantur ſpecialiter ipſi remigantes; at in noſtra Bulla tantùm generaliter, quatenus ſunt auxiliantes, fauentes, & c. quoniam reſpondetur quòd, ſuppoſito metu mortis, militat eadem ratio in vtroque caſu: vt per Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 1. c. 23. q. 15.

Tertia Concluſio.

22 CHriſtiani, vt ſupra metu mortis remigantes in triremibus piraticis ad deprædandũ fideles, ſi illorum remigatio eſt adeò cauſa ipſorum fidelium impugnationis, vt ſine ipſa nullo pacto fuiſſent impugnati, tunc ſuppoſito, quòd nõ excuſentur a peccato mortali (vt ſupra cõcl. 1. eos excuſari ſufficienter probauimus) nec ẽt à cenſura noſtri canonis, & infra can. 7. excuſa-
a buntur a: ſiuè talis remigatio grauiter nociua ſit Reip. Chriſtianæ, ſiuè particularibus Chriſtianis. Hæc concluſio eſt Sanchez de Matr. p. 2. lib. 9. diſp. 31. num. 6. Manuel. in addit. ad Bullam Cruciatæ §. 9. num. 95. & aliorum: & eſt cõtra Nauar. & alios.

Probatur, quia quotieſcunque ſub pœna ex-
23 communicationis prohibetur aliquid intrinſecè malum, contrafaciens metu mortis, ſicut nõ excuſatur à letali culpa; ita etiam non excuſatur à cenſura lata propter talem culpam, vt eſt tex. in c. in ſacris, de hæreticis, quę vi met. c. fiũt, & latè ſupra probauimus, lib. 1. c. 2 q. 2. con. 2.

Hinc ait Suar. de cenſur. diſp. 6. ſec. 3. num. 3
24 quòd ſi metus mortis incutiatur ſacerdoti nominatim excommunicato, ſuſpenſo, vel interdicto ad audiendas confeſſiones, ad abſoluendum à peccatis, aut ad excommunicandum, ſi Sacerdos ipſe metu mortis confeſſiones audiat, abſoluat, & ſic pœnitentiæ Sacramentum miniſtret, aut excommunicet: peccat, & à cenſuris, contra talia perpetrantes latis non excuſatur: & non alia ratione, niſi quia facit actum intrinſecè malum: nãm cum ſit notoriè ac nominatim cenſura alligatus, & denunciatus, caret iuriſdictione: atque adeò pœnitentiæ Sacramentum nulliter confert, & nulliter in alios ab eodem excommunicatio ſertur. Modò, cùm remigationem prædictam tenentes eſſe letalem culpam, ſupponãt eſſe intrinſecè malam; remigantes, ſi non excuſantur a peccato mortali, nec etiam ab excommunicatione quidem excuſantur.

Secundò, maius eſt malum culpæ quocunq;
25 malo pœnæ: hinc potius debemus omnia mala pati, quam culpæ malo conſentire: vt eſt tex. in c. ita ne, 32. q. 5. ſed prædicti remigantes metu mortis non excuſantur a malo letalis culpæ, vt ſupponitur; etiam ſi remigatio ipſa grauiter nõ ſit nocina Reip. Chriſtianæ: ergo tanto minus excuſabitur a malo pœnæ conſtitutæ propter talem culpam; & ſic ab excõmunicatione, quæ pœna eſt ſicut omnes aliæ cenſuræ, & maxima omnium pœnarum, c. corripiantur, 23 q. 4.

Tertiò mitius agitur cum Deo, quàm cum
26 hominibus: & tamen nos ſupponimus ex ſententia Nauar. & aliorum, licèt non demus, metu mortis à Deo non excuſari huiuſmodi remigãtes à letali culpa: ergo tanto minus à pœna inflicta ab hominibus propter talem remigationẽ metu mortis excuſantur; atque adeò ab excommunicatione.

Denique vi can. 7. noſtræ Bullę excommunicantur omnes indiſtinctè, qui auxilium præſtãt hoſtibus, & inimicis Catholicę Religionis ad impugnandum Chriſtianos, & in præſenti canone ſimpliciter excommunicantur fautores piratarum: ergo, ſi ſupponimus prædictos remigantes eſſe formaliter fautores, & formaliter cooperari ad malum remigando, ſicut non excuſantur à peccato mortali, ita etiam nõ excuſantur ab excommunicatione: quia lex generaliter loquens generaliter debet intelligi, & proinde nõ eſt diſtinguendum, an remigatio grauiter nociua ſit Reip. aut non grauiter, ſed quibuſdam tantùm Chriſtianis: vt ipſe Suar. opinatur. Tantò fortius, quia in d. can. 7. fertur excommunicatio contra omnes quomodolibet auxilium præſtantes ad impugnandum Chriſtianos: atque ideò comprehendit omnem modum præſtandi auxilium: ſiuè impugnatio illa grauiter

ſit

ſit nocius Reip. ſiuè non, & ſiuè auxilium deferatur metu mortis, ſiuè ſponte.

Quarta Concluſio.

27 CHriſtiani captiui metu mortis remigantes in piraticis triremibus, aut aliorum hoſtiũ Catholicæ Religionis ad impugnandũ Catholicos, ſi eorum remigatio oon eſt cauſa, nec totalis, nec partialis inpugnationis Catholicorũ, vt quia eſtò quòd nõ remigaſſent, propter multitudinem infidelium remigantium, adhuc fideles impugnati fuiſſent; tunc dato, & non cõceſſo, quòd peccent mortaliter, tamen excuſantur ab excommunicatione noſtræ Bullæ.

Probatur, quia vi noſtri caoonis excommunicantur fautores, & auxilium dantes ad impugnandum Chriſtianos: modo prædicti oon dãt auxilium, quoniam eorum remigatio non eſt cauſa totalis, nec partialis talis impugnationis, aut diſcurſus piratarum per mare Pontificium: eo quòd ſine Chriſtianorum remigatione adhuc fieret diſcurſus, & fidelium impugnatio.

Adhoc autem, vt fauentes, & auxilium dantes
28 comprehendantur ſub excommunicatione lata contra fautores, & auxilium dantes, opus eſt, vt fauor, & auxilium influant in effectum, itaut crimen commiſſum non fuiſſet, vel ſiltè non taliter, & tantum, ſicut can. præcedeoti, q. 7. lim. 3. num. 8. diximus de conſilio dante, ac mandante.

Ex dictis igitur patet, quòd metu mortis fauentes piratis in remigãdo, vt ſupra; eſtò, quòd ex eorum remigatione ſequatur diſcurſus per mare Pontificium, aut Chriſtianorũ impugoatio, ſicut non peccant, ita etiam ab excommunicatione noſtræ Bullæ proculdubio excuſantur. Verùm, dato & noo conceſſo, quòd prædicti remigantes mortaliter peccent, ſicut à culpa non excuſantur, ita non excuſarentur à pœna; atque adeò ab excommunicatione, niſi eorum remigatio non eſſet cauſa totalis, nec partialis impugnationis fidelium, aut diſcurſus per mare Pontificium.

Reſtat, vt ad contraria reſpondeamus.

AD primum dicimus, quòd non conſtat de intentione Eccleſiæ, volentis excuſare remigantes prædictos ab excommunicatione, ſi ſupponamus in remigãdo peccare mortaliter: nec adeſt tex. in iure, qui ex præſumpta intentione legiſlatoris excuſet aliquem metu mortis à cenſura lata pro actu intrinſecè malo, pro vt ſupponitur eſſe remigationem prædictam, licèt nos non concedamus. Tanto fortius, quia cùm ſupponatur, remigantes ipſos peccare mortaliter, proculdubio tanquam Dei inimici, ſunt apud ipſum quaſi excommunicati, donec eos pœniteat: ergo non eſt præſumendum, vt ab hac excommunicationis ſententia velit Eccleſia illos excuſare.

Et ſi diceretur, quòd excommunicatio dictis
29 captiuis, metu mortis vt ſupra remigantibus, propter reſeruationem cùm non poſſint adire Romanum Pontificem, in infidelium triremibus detenti, eſt maxima pœna; tunc dicimus, quòd hi propter captiuitatem impediti poſſũt abſolui à quocuoque, extra Italiam maximè exiſtentes: iuxta ea quæ infra Deo duce, lib. 3. §. 2. latius dicemus.

Et ſi nullo modo habeant copiam Confeſſarij, ſatis eſt ſi conterantur: & tunc apud Deum, ſicut ſunt abſoluti à culpa: ita erunt ab excommunicationis vinculo quodãmodo diſſoluti: quia datur caſus, in quo quis ſit excommunicatus in foro exteriori, & in foro interiori ſit in gratia.

Præterea non eſt minus peccatũ homicidiũ, ac deprædatio, quàm periurium, & nihilominus, ſi contra perituros eſſet lata excommunicatio, proculdubio oon excuſarentur peierantes, & falſum teſtimoniũ dicentes metu mortis: ergo nec ſupradicti remigantes. Ita Sanchez loco citato.

Ad reliqua argumenta, quatenus faciunt cõtra noſtram ſententiam, patet reſponſio ex dictis: ſatis enim probauimus, remigationem huiuſmodi metu mortis factã, non eſſe malam, ſed bonam: atque adeò ſicut excuſat à culpa; ita etiam excuſat à pœna; & ſic ab excommunicatione.

ADDITIO.

a Excuſibantur, Contra hanc concluſionem tenet Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. num. 76. & alij, quos refert, & ſequitur Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 4. p. 1. num. 18. Opinio tamẽ, quam tenet Duard. mihi videtur probabilior per argumenta ab eo relata, quæ à docentibus contrariam ſententiã euacuata non fuiſſe conſtat. Abb. Alex.

Quibus caſibus contrahitur excommunicatio præſentis canonis, & quibus effugitur. Q. 14. & vlt.

SVMMARIVM.

1 *Maſculinum concipit fœmininum.*
2 *Piratæ excommunicantur, etiam ſi diſcurrant tantùm mare Pontificium, & nulla ſubſecuta deprædatione, nec indifferentiam habeant in ſpoliando.*
3 *Piratæ toties excommunicationem contrahunt, quoties mare Pontificium diſcurrunt.*
4 *Receptatores, fautores, & defenſores piratarum in excommunicationem incidunt: ſiuè per ſe id faciant, ſiuè per alios: ſiuè ipſos recipiant, ſiuè bona.*
5 *Furti actione tenetur, qui res furtiuas à fure habitas recipit.*
6 *Piratæ deprædantes, bello indicto, etiã iniuſto, nõ dicuntur formaliter piratæ, & ideo excommunicationem non contrahunt.*
7 *Fur aliquando dicitur qui deuenerit ad actum aliquem furripiendi, furto non ſubſequuto.*
8 *Homicida denominatur, etiam per vnum actum.*
9 *Mare Pontificium diſcurrens negotiandi gratia, oblatam ſibi nauem ſi ſpoliet, in excommunicationem nõ incidit.*
10 *Piratæ diſcurrentes mare Pontificium ad deprædandos alios piratas, excommunicationem non contrahunt.*
11 *Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.*

12 *Piratæ*

12 *Piratæ diſcurrentes mare Pontificium ad deprædandos Chriſtianos, aut Catholicos nomine inimicos, excõmunicationem non incurrunt.*

13 *Piratæ, mare Pontificium diſcurrentes ad deprædandũ eos, qui arma ad Chriſtianos nomine inimicos deferunt, non excommunicantur.*

14 *Fures maritimi, furantes in mari Pontificio, in excommunicationem non incidunt.*

15 *Piratæ deprædantes in fluminę Pontificio, excommunicationem non contrahunt, niſi in mari Pontificio perſequentes aliquos, in fluminę tandem fuerint ipſos deprædati.*

16 *Piratæ deprædantes in flumine, incurrunt excommunicationem c. excommunicationi, de rapt.*

17 *Vniuerſitates fauentes piratis, & latrũculis maritimis, excommunicationem non contrahunt.*

18 *Piratarum fautores tunc excommunicantur, quãdo eis fauent, vt tales ſunt, & ſcienter: Sicut eorum receptatores.*

19 *Piratis fauẽtes timore mortis, in excommunicationem non incidunt.*

PRo determinatione huius quæſtionis, ſit vnica concluſio. Piratæ, Curſarij, ac latrunculi maritimi diſcurrentes mare Pontificium, incidunt in excommunicationem noſtri canonis. Hæc concluſio patet ex ipſo canone.

Ampliatur primò, vt excommunicatio iſta generalis ſit, comprehendens omnes, & quaſcũque perſonas, piraticam artem, ſeu latrocinium maritimum exercentes: ſiuè laici ſint, ſiuè clerici: ſiuè perſonæ publicæ, ſiuè priuatæ: ſiuè liberi ſint, ſiuè ſerui. Nam vi dicti canonis excõmunicantur omnes piratæ, curſarij, & latrunculi maritimi: huiuſmodi ſunt omnes in mari depredantes, bello nõ indicto; ergo hi omnes ſub dicta excommunicatione comprehenduntur: quia dictio illa: *Omnes*: neminem excludit; ar. text. in l. Iulianus, ff. de leg. 3. & c. ſi Romanorum, d. 19.

Immò ſub eadem canonis diſpoſitione, non
1 modò comprehenduntur viri, ſed etiam mulieres: atque adeò, ſi qua mulier fortè reperiretur, quæ piraticam artem, ſeu maritimum latrocinium exerceat, in prędictam excommunicationem proculdubio incideret, vt bene notat hoc loco Vgol. §. 1. in princ. Ratio autem hæc eſt, quia maſculinum concipit femininum, etiam in odioſis, & quoad cenſuras Eccleſiaſticas: vt habetur ex Panor. in c. mulieres, num. 15. de sẽt. excom.

Secundò ampliatur, vt prædicta excommu-
2 nicatio comprehendat piratas, & latrunculos maritimos, non ſolùm in mare Pontificio deprædantes, ſed etiam per illud diſcurrentes tantùm, nulla ſubſecuta deprædatione: vt ſupra probauimus, q. 4.

Tertiò ampliatur dicta concluſio, vt prædictæ perſonę, vt ſupra diſcurrentes excommunicationem noſtri canonis contrahãt, etiam ſi indifferentiam non habeant in ſpoliando; ſed homines vnius tantùm, vel alterius nationis deprędari intendant: nam ſatis eſt; vt piraticam exerceant, ſeu latrones ſint: eo quòd, eſtò in excommunicationem non incidant, vt piratæ; illam tamen contrahunt; vt latrunculi: vt ſupra diximus, q. 2 con. 2. & habetur ex Vgol. loco citato, in ver. Tertiò excommunicatio; etſi diuerſa ratione moueatur. Vbi etiam addit, excommunicationẽ hanc incurrere piratas, quamuis magna hominum manu id agant: ac eſtò aliàs Romano Pontifici ſubiecti non ſint.

Quartò ampliatur, vt piratæ, ac latrunculi
3 maritimi toties excommunicationem iſtam cõtrahant, quoties mare Pontificium diſcurrunt: nam vna, & eadem excommunicatio pluries contrahitur, propter eandem rem pluries repetitam: vt ſupra probauimus, q. 7.

Quintò ampliatur, vt vi noſtri canonis ex-
4 communicentur etiam omnes fautores, receptatores & defenſores piratarum, & latrũculorum maritimorum, vt conſtat ex illis canonis verbis, *Ac omnes eorum fautores, &c.* Et id, ſiue receptatio, & fauor fiant per ſe, ſiuè per alios, vt per Vgol. hoc loco, in ver. Ac omnes eorum fautores: vbi eodem modo dicit eſſe ampliandã hanc concluſionem, ac ſupra ab eodem annotata circa hæreticorum fautores, can. 5. Idem dicendum eſt de recipiẽtibus bona piratarum,
a de habitatione eos accommodando: nam fur-
5 ti actione tenetur, qui res furtiuas, à fure habitas recipit, vt in 9. conceptum, in fine, in Inſt. de oblig. quæ ex delic. naſc. & habetur ex Rebuff. in praxi Benefic. in expoſit. huius canonis, art. 2. in ver. Auxilium: & Vgol. ibidem, in ver. Receptatores, & nos ſupra adnotauimus, q. 12 ſub num. 5.

Sic ampliata limitatur primò eadem conclu-
6 ſio, vt tunc piratæ, ac latrunculi, vt ſupra diſcurrentes, excommunicationem noſtri canonis incurrant, quando id agunt, bello non indicto: quia diſcurrentes, & deprædantes, bello indicto, non dicuntur propriè piratæ, aut latrunculi maritimi, ſed hoſtes: vt ſupra probauimus, quæſt. 2. con. 1. Et ſi bellum eſt iniuſtum, appellantur iniuſti bellatores: & licèt quæ rapiantur in bello iniuſto, ſumantur iniuſtè: atque adeò ſub hac ratione poſſit id diei latrocinium: tamen, quia non fit ſolo titulo accipiendi rem alienam, ſed titulo vindictæ ſeu pœnæ, aut defenſionis, habet peculiarem modum iniuſtitię, diſtinctum à latrocinio, vt per Suarez hoc loco, diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. num. 24. in fine.

Secundò limitatur, vt excommunicatio iſta
7 illos tãtùm alliget, qui piraticam artem ex profeſſo exercentes, & de rapina quaſi viuentes in mari deprædantur. Nam licèt fur etiam aliquando dicatur, qui deuenerit ad actum aliquem furripiendi, furto non ſubſequuto, vt in l. fugitiuus, ff. de verb. ſignif. & homicida
8 denominetur, etiam per vnum actum, eo quòd in malis, vnus tantùm actus ſatis eſt ad denominationem; tamen latro in propria ſignificatione is dicitur, qui de rapina ſuſtentatur; ita ut tantùm habeat, quantùm rapere poſſit. Hinc Cic. 2. Philip. ſic ait. *Erat enim viuendum latronum ritu, vt tantum haberet quantum rapere potuiſſet.*

Vndè in ſupradictam excommunicationem
9 non incideret, qui mare Pontificium diſcurrẽs negotiãdi gratia, oblatam ſibi nauem expoliaret: aut ex inimicitia contracta id ageret; quoniam is, in rigore dici non poteſt pirata, nec latrunculus maritimus: atque adeò, cùm verba noſtri canonis ei non conueniant; nec eidẽ conuenit ipſius canonis diſpoſitio, l. 4. §. toties, ff. de

ff. de dan. infect. Graff. hoc loco lib. 4. decis. p. 1. cap. 18. num. 65. Vgol. ibidem, §. 2. num. 1. cum alijs, quos allegat: & Suar. disp. 21. de censur. num. 25. in explicat. eiusdem canon. & nos diximus supra, q. 8.

Tertiò limitatur, vt excomunicatio prædicta non includat piratas, latrunculos maritimos, discurrentes mare Pontificium ad deprædandos alios piratas, & latrunculos: quia pa-
11 ria delicta mutua compensatione tolluntur. Ita Graff. ibidem, cui ad hoc allegat tex. in cap. excommunicationi, de rapt. & Vgol. hic. §. 2. ver. Secundò in excommunicationem. Id autem quonam modo verum sit, latè supra tractauimus, q. 6.

Quarto limitatur, vt excommunicatio hæc
12 non comprehnndat piratas ac latrunculos maritimos, discurrentes mare ad deprædandum publicos hostes, & præsertim Christiani nominis inimicos, ac etiam hæreticos: vt habetur ex Vgol. loco citato, & supra diximus, q. 5. vbi hoc idem procedere probauimus quoad piratas, qui piraticam exercent ad deprædandum Infideles, etiam illos, qui pacem habent cum Christianis.

Quintò limitatur, vt hæc censura non alli-
13 get piratas, maria vt supra discurrentes, vt eos capiant, & deprædentur, qui ad Turcas, & ad alios Christiani nominis inimicos arma, & alia huiusmodi asportant: nam hi non modò à lege non puniuntur, sed potius præmio afficiuntur; eo quòd Ecclesia statuit, vt illos capientes seruos sibi faciat, vt in c. ita quorundam, de Iudæ. & Vgol. ibidem.

Sextò limitatur, vt hac censura nõ alligentur piratæ, & latrunculi maritimi aliena maria, quę non sint Ecclesiæ discurrentes: vt latè supra probauimus, q. 3.

Septimò limitatur, vt excommunicatio ista
14 non extendatur contra fures maritimos: quia in hoc canone excommunicantur piratæ, & latrunculi maritimi: fures autem non sunt nec piratæ, nec latrunculi; sed ab illis omnino differunt; vt patet ex his, quæ supra diximus, q. 2. con. 1.

Octauò limitatur, vt excommunicatio ista
15 includat piratas, & latrunculos deprædantes in mari, & per mare discurrentes: quia de his loquitur iste canon, vt ex ipsius tenore constat: atque adeò excluduntur latrones terrestres; etsi quòd post prædam captam in mare Pontificium se conferant, & per illud discurrant. Et eadem ratione excluduntur piratæ, & latrunculi discurrentes per flumina Pontificia: qua propter, qui in Tyberi prope Romã, & in ditione Ecclesiæ deprædantur, in prædictam censuram non incidunt, cùm flumen sit, & non mare; & inclusio vnius, est exclusio alterius, c non ne, de præsumpt. l. cùm Prætor, ff. de Iudic.

Quod verum putat Vgol. hic, in d. § 2. in ver. Quarto in excommucationem: in fine; nisi piratæ in mari persequentes aliquos, in flumine tandem ipsos fuerint deprædati: quia initium hoc euentu spectatur, quod quomodo procedat supra diximus, q. 10.

Bene verùm est, quòd deprædantes in flu-
16 mine, licèt non incidant in excommunicationem nostri canonis; comprehenduntur tamen sub excommunicatione lata in c. excommunicationi, de rapt. vbi excommunicantur, qui Romanos, aut alios Christianos pro negotiatione, aut alijs honestis causis nauigio vectos, aut capere, aut rebus suis spoliare præsumunt. Modò, cùm in illo tex. simpliciter excommunicentur deprædantes nauigio vectos, nec distinguatur in mari, vel in flumine; ergo omnes deprædantes quoscunque nauigio vectos, sub eodem comprehenduntur, siuè in mari, siuè in flumine fiat deprædatio: quia, quando lex simpliciter loquitur, simpliciter est intelligenda: & quando non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præst. Non tamen excommunicationem incurrunt statim commisso crimine: quoniam censura illa non est ipso iure lata, sed ferenda: vt bene notat Suarez loco supra citato.

Nonò limitatur, vt fautores, & defensores
17 piratarum, si Vniuersitates sint, non comprehendantur sub dispositione nostri canonis: Vniuersitas excommunicationis non est capax: vt in c. Romana, §. in Vniuersitatem, de sententia excomm. in sexto. Alia tamen pœna punietur, arg. tex. in c. postulasti, de Iudæ.

Decimò limitatur, vbi scienter impeditur
18 fauor, seu receptatio supradictis personis. Vndè qui ignoranter talia agunt, excommunicationem non contrahunt, arg. tex. in c. Apostolicæ, de Cler. excomm. ministr. & c. fin. de constitut. in sexto. Hinc sequitur, ab ista excommunicatione excusari caupones, stabularios, & alios, qui piratis, & latrunculis maritimis, tales esse ignorantes, alimenta ministrant, bona deprædata conseruant, eosdemque in proprijs domibus, & hospicijs recipiunt, vt bene notat Vgolin. loco citato, in ver. Quare.

Vndecimò limitatur, vt prædicta excommu-
19 nicatio illos fautores, & receptatores dumtaxat comprehendat, qui fauent, defendunt, aut receptant piratas, & latrunculos maritimos, vt tales sunt, nempe gratia deprædationis, ac latrocinij: secus autem, si ex alia causa; puta ratione cognationis, vel affinitatis eos recipiant, eisdemque in necessitate positis alimenta ministrent, ne pereant: nam tunc in huiusmodi excommunicationem non incidunt, sicut supra diximus de fautoribus, ac receptatoribus hæreticorum. Ita Vgolin. in ver. Non etiam: vbi quoque ait num. 4. piratarum fautores non contrahere excommunicationem in casibus, in quibus ipsi piratæ non contrahunt: & in alijs ab eo relatis supra, canon. 1. in ver. Fautores. Et nouissimè Alter. in explicat. eiusdem canon. cap. vltim. colum. final. in princ. Quod quidem quomodo procedat, diximus supra, q. 12.

Quintò limitatur, vt sub hac excommunica-
20 tione non comprehendantur, qui metu mortis aut mutilationis membri, vel alio, cadente in constatem virum, supradictis piratis fauent, eosdemque recipiunt, aut defendunt, vt per Vgol. loco citato, in ver. Non incidit, & nos latè diximus, q. præcedenti.

ADDITIO.

Accommodando. Contrariam ſententiam videtur tueri Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 4. punt. 1. ſub. n. 20. in verſ. Ego verò dicendum cenſeo. vult enim non alligari vi præſentis canonis accipientes bona huiuſmodi; niſi Piratæ ob id animoſiores fiãt ad latrocinia maritima committẽda, vel ſecuritatem indè accipiant ad commodius res captas retinẽdas. Etenim quamuis in foro externo puniãtur tãquam participes latrocinij, & cooperatores Piratarũ; in foro tamẽ conſcientiæ non ligantur excommunicatione, niſi cum allata limitatione; quoniam ad incurrendam hanc excommunicationem, exigitur, vt fauor impendatur Piratis formaliter. Vndè ſi quis titulo conſanguinitatis, vel amicitiæ piratam domi excipiat, habentem res injuſtè ablatas, nõ ligaretur cenſura noſtri canonis; quia non diceretur fauere piratis formaliter. Sed re vera quamuis Bonac. dicat tenere contra Duard. nihilominus, attenta dicta limitatione, conuenit cum ipſo Duardo, vt patet ex ijs, quæ docet idem Duardus in hac eadem quæſt. num. 19. Io. Vincent.

COMMENTVM
In Canonem quartũ Bullæ in Cœna Domini.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos, qui Chriſtianorum quorumcumque nauibus, tempeſtate, ſeù in tranſuerſum, vt dici ſolet, iactatis, vel quomodcunque naufragium paſſis, ſiuè in ipſis nauibus, ſiuè ex eiſdem electa in mari, vel in litore inuenta, cuiuſcunque generis bona, tam in noſtris Tirreni, & Adriatici, quàm in cæteris cuiuſcunque maris regionibus, & litoribus, furripuerint. Itaut, nec ob quodcumque priuilegium, aut longiſſimi, etiam immemorabilis temporis poſſeſſionem, ſeù alium quemcumq; prætextum excuſari poſſint.

De diuiſione præſentis Canonis.
Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio contra naufragorum bona furripientes, eſt antiqua.*
2 *Naufragorum bona variis legibus, & conſtitutionibus, tum canonicis, tum ciuilibus proteguntur.*
3 *Excommunicationibus pluribus, tum ſpecie, tum numero differentibus poteſt vna, & eadem perſona alligari.*
4 *Abſolui ab vna excommunicatione quis poteſt, & nõ ab alia.*

TExtus diuiditur in quatuor partes. In prima parte fertur excommunicatio. In ſecunda ponuntur perſonæ, quæ excommunicantur. In tertia exprimuntur actiones, bona, & loca, pro quibus fertur excommunicatio. In quarta, & vltima ampliatur eiuſdem textus diſpoſitio. Secunda, ibi Omnes. Tertia, ibi, Chriſtianorum. Quarta, ibi, Itaut. Circa primam
1 partem eſt annotandum, quòd excommunicatio contra naufragorum bona furripientes antiqua eſt: nam eius meminit tex. in c. excommunicationi, de rapt. vbi ex Concil. Lateran. excommunicantur, qui Chriſtianos naufragium patientes, damnata cupiditate expoliant bonis ſuis, niſi ablata reddiderint, non tamẽ eſt Rom. Pontifici reſeruata.

Non nullis etiam alijs diuerſorum Pontificiũ
2 conſtitutionibus naufragorum bona protegũtur; nempe Pauli III. ſub die 13. menſis Martij 1545. Iulij III. die 22. Octobris 1554. & Pij V. octauo Kal. Maij, anno primo ſui Pontificatus.

Beneuerum eſt, quòd prædictarum conſtitutionum excommunicatio, nõ eſt adeò generalis, ſicut iſta in Bulla cœnæ contenta, in qua primo reſeruatam fuiſſe à Pio V. refert. Sayr. in explicatione huius canonis lib. 3. Theſ. tom. 1. cap. 8. num. 6. Nam in eis diſponitur circa bona naufragata in ripis, & portibus terrarum, & locorum S. R. E. tantùm: hic autem ſtatuitur in fauorem eorum, qui naufragium patiuntur in cuiuſcumque maris regionibus, & litoribus. Immò in Bulla cœnæ à Gregor. XIII. edita, excommunicatio prædicta extenditur etiam contra tertium accipientem naufragorum bona ab ipſo furripiente de naui, vel litore.

Proteguntur quoque huiſmodi bona de Iure ciuili: nam in l. 1. & 3. ff. de Incen. ruin. & naufrag. non modò contra dicta bona rapientes, ſed etiam contra eadem auferentes, amouentes, recipientes, aut damnum dãtes, datur actio in quadruplum infra annũ, & ejapſo anno, in ſimplum. Et in auth. Nauigia, C. de fur. conſtituitur publicatio bonorum cõtra huiuſmodi deliinquẽtes; niſi naues, quę naufragiũ paſſæ ſunt, ſint infidelium: vel piraticæ fideliũm. Qui quidem prior caſus, licèt in omnibus Bullis excipiatur, cùm ſolùm Chriſtianorum bona per eas defẽdantur; poſterior tamen in Bulla Pij V. tãtùm excipitur, & nõ in alijs: propter quod Sayr. loco citato, eſt ancepi, an iſte canõ ſecũdũ Iura ciuilia ſit intelligendus, maximècùm in eo nul-

la

la fiat Iuris ciuilis derogatio: de qua re infra in propria quæſtione, Deo duce, dicemus.

In Regno tandem Neapolitano, cõtra rapitores bonorum naufragorum extant particularia ſtatuta, vt patet ex Conſtitutione Regni, quæ incipit: Rapinas eorum, vbi Afflict. & eorum Dominis ſuccurritur per Conſtitut. Dohanæ, de ſecret.

Circa ſecundam partem eſt, annot. quòd excommunicatio iſta eſt generalis; eo quòd per eam excommunicantur omnes, & ſinguli; ergo nullus excluditur, l. Iulianus, ff. de leg 3. qua propter ſub ea comprehenditur, tàm laici, quã Eccleſiaſtici, ſiuè perſonæ priuatæ ſint, ſiuè in dignitate poſitæ: tã viri, quàm mulieres: & denique tam liberi, quàm ſerui, vt per Vgol. hic, §. t. ſub n. 1.

Item forte dici poteſt, idcirco Romanum Pontificem in hoc canone vſum fuiſſe dictione illa geminata: *Omnes, & ſingulos*, nec contẽtus fuit ſimpliciter dicere. *Excommunicamus omnes, &c.* ſicut ſupra in can. proximò ait, inquiens *Excommunicamus omnes piratas*; quoniam excommunicatio iſta lata erat contra rapientes bona naufragorum, non vno tãtum modo, ſed pluribus, & variis modis, ſiuè in ipſis nauibus, ſiuè in mari ex nauibus eiecta, ſiuè in littore inuenta, cuiuſcunque generis ſint. Et in Bulla Greg. XIII. contrahebatur excommunicatio, ſiuè quis raperet, aut ſcienter acciperet, aut ab alijs rapta, ſeu accepta ſcienter reciperet. Qua propter, vt ſignificaret Rom. Pontifex ſub diſpoſitione noſtri canonis velle comprehendere omnes hos varios modos, vſurpauit ſibi terminos illos geminatos *Omnes, & ſingulos*: quoniam verba illa, omnia penitus includũt, & nihil excludunt. Ita habetur ex Alter. hoc eodem loco, c. 2. col. 1.

Quæ quidem interpretatio nobis non probatur: quia ſupradicti termini. *Omnes, & ſingulos*: referuntur ad perſonas tantùm; non autem ad modos: nec canon iſte includit tertium, bona naufragorum ab alijs ablata rapientem, vt infra quæſt. ſequenti dicemus; ſed illos ſolùm, qui ea per ſe ipſos ſurripiunt.

Non tamen comprehẽduntur Infideles, quia
3 iſti cùm non ſubſint Eccleſiaſticæ Iuriſdictioni, ſunt cenſurarum omninò incapaces. Solùm igitur Chriſtiani, etiam ſi hæretici ſint, vel apoſtatæ, ſi contraueniant, in ſupradictam excommunicationem incidunt: nam etiõ, quòd vt hæretici ſunt, ſiuè à fide apoſtatæ, ſpecialem cõtrahant excommunicationem, de qua ſupra diximus in 1. can. poſſunt tamen, & hanc quoque contrahere: quia vnus poteſt pluribus non tantùm ſpecie; verùm etiam numero differentibus excommunicationibus alligari: ſicut poteſt ab vna excommunicatione, & non ab alia abſolui: vt per Io. Andr. in regul. delictũ, de Regul. iur. in ſexto. in Mercur. Nauar. in Man. cap 26. n. 8. & cap. 27 num. 112. Steph. de Aual. in ſuo tract. de cenſur. p. 2. c. 6. diſp. 2. dub. 3. ſub concl. 4. & Sayr. lib. 1. Theſ. tom. 1. c. 10. n. 9.

Circa reliquas partes, nihil hoc loco duximus diſcutiendum: eo quòd infra, Deo duce, ſingulas earum particulas per ſuas quæſtiones latius explicabimus.

Quomodo differant inter ſe Iura, & Bullæ circa naufragorum bona ſtatuentia. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Iura, & Bullæ circa naufragorum bona ſtatuentia, in quibus differant inter ſe, declaratur.*
2 *Reddatio, ſupponit rei acceptionem, & neceſſario requirit aliquam moram inter vtrumque.*
3 *Naufragorum bona, damnata cupiditate ſi quis capiat, & in damnata voluntate non reſtituendi aliquo tẽporis ſpacio perſeueret. ſi tamen adhuc occaſionem non habuit illa reſtituendi, licèt contrahat excommunicationem Bullæ cœnæ; in cenſuram nihilominus contentam in c. excommunicationis, de rapt. non incidit.*
4 *Monitio, an prærequiratur ad contrahendam excommunicationem d. c. excommunicationis.*
5 *Pœna negatiuè impoſita per legem, non præfixo certo, ac determinato tempore, an contrahatur, nulla præmia monitione.*
6 *Monitio non requiritur, vbi infligitur pœna ipſo facto, affirmatiuè, vel negatiuè adiecto tempore.*
7 *Excommunicatio in Bulla cœnæ lata contra ſurripientes naufragorum bona, non exigit moram in reſtituendo; ſed ad illam contrahendam ſatis eſt iniuſta acceptio.*
8 *Ripæ fluminum, & torrentium propriè dicuntur, ſicut littora maris.*
9 *Conditiones enumerantur, quæ ad contrahendas cenſuras, & pœnas in dictis Iuribus, & Bullis contentas, requiruntur.*
10 *Naufragorum bona rapiens, ſi ſit in mora reſtituendi, duplicem contrahit excommunicationem; alteram Bullæ cœnæ: & alteram e. excommunicationis, de rapt.*
11 *Naufragorum bona auferens animo reſtituendi illa vero Domino, ſi, mutata intentione, eadem ſibi retineat, & in mora ſit reſtituendi, an vnam, vel plures contrahat excommunicationes.*
12 *Spoliare, rapinam denotat.*
13 *Naufragorum bona ſurripiens, ſiue ſcienter, ſiuè ignoranter culpabiliter, in excommunicationem huius canonis incidit.*
14 *Naufragorum bona accipiens animo ea reddendi propriis dominis, ſiuè ignorans illa auferat, ſiue ſciens, ſi aduenientè ſcientia, vel mutata ſententia, ſtatuat eadem ſibi retinere, tunc contrahit Bullæ cenſuram, non autem illam iuris.*

1 PRo determinatione huius difficultatis, eſt annot. quòd Iura naufragorum bona protegentia, quæ in præcedenti q. retulimus, multipliciter inter ſe differunt. & à noſtro canone: nam ex vi noſtri canonis ſolùm exigitur actio furripiendi ad excommunicationem contrahẽdam; ſicut etiam ad incurrendas pœnas à Iure ciuili, & ab alijs Pontificijs Conſtitutionibus impoſitas. At verò in tex. in cap. excommunicationis, de rapt. præter actionem ſpoliandi exigitur etiam mora reſtituendi: vt patet ex illis verbis. *Niſi ablata reddiderint.* Nam reddi-
2 tio ſupponit rei acceptionem, & neceſſariò requirit aliquam moram inter vtrumque, vndè non ſufficit acceptio ipſi iniuſta eum voluntate retinendi, vt bene docet Suar. in explicanone

præsentis canonis, disp. 25. de censur. sec. 2. n. 28.

Ex hoc infertur ex Alter. hoc eodem loco,
3 cap. 1 col. 2. in fine in ver. Hinc duo sequuntur; quòd fieri potest, vt quis huiusmodi naufragorum bona damnata cupiditate rapiat, & in damnata voluntate non reddendi aliquo temporis spacio perseueret; & tamè si adhuc non habuit occasionem restituendi, neque fuit in culpa adhibendi debitam diligentiam, non incidat in excommunicationem tex. in d.c. excommunicationi; quę solùm cõtrahitur, quando quis moraliter potest restituere, & incipit esse in mora restituendi.

Immò Glos. Host. Io. Andr. in supracitato c.
4 & Syl. in sum. in ver. Excommunicatio. 7. § 57. volunt insuper ad incurrẽdam præfatam excõmunicationem necessariò prerequiri monitionem, quamuis asserant, censuram ipsam esse latæ sententiæ.

Mouentur ex his, quæ docet Inn. in c. extirpã
5 dæ, § qui verò, de præben. vbi ait, quòd si pœna imponitur negatiuè per cõstitutionem aliquã, non præfixo certo, ac determinato tempore, tunc non contrahitur, nisi præuia monitione. Vt si lege caueatur, vt quicunque residentiam non fecerit, sit excommunicatus. Nam ad huiusmodi excommunicationem contrahendam exigitur monitio: quia Iudici non constat, an Clericus habuerit iustam causam non residendi; at per admonitionem conuincitur.

Quando verò pœna infligitur affirmatiuè: vt
6 si dicatur: Quicunque hora sexta talem domũ intrauerit, sit excommunicatus; tunc non prærequiritur monitio; quoniam ea, quæ non fiũt secundum leges, latent, sed facta se manifestant.

Sic etiam nõ prærequiritur monitio. vbi statuit, vt certa pœna etsi negatiuè sed præfixo certo, ac determinato tempore. Vt si lex statuat. Quicunque infra mensem ablata non restituit, sit ipso facto excommunicationis vinculo alligatus.

Modò applicando doctrinam Inn. ad casum
in d.c. excommunicationi, contentum, concludunt præfati Doctores, excommunicationem eius non contrahi, nisi præcedat monitio. Etenim in illo tex. fertur excommunicatio contra accipientes naufragorum bona ex facto negatiuo, absque vlla temporis determinatione; vt cõstat ex illis verbis. *Nisi ablata reddiderint.* Hanc eandem Inn. theoricam sequitur Cardin. cons. 36 quod incipit. Dum Reuerendus. Petr. Anch. cõs. 61. incipit. Pro clariori. Felin. c. 2. col. 2. ver. Extra Glos. de magistr. & alij.

Nos autem, sicut indubitanter affirmamus,
7 quòd ad contrahẽdam excommunicationem, quæ in canone nostrę Bullæ continetur, non
8 expostulatur mora aliqua in restituendo naufragorum bona iniustè ablata, quicquid dicat Nauar. in Man. c. 27. num. 118. nam vi Bullæ excommunicãtur, qui bona huiusmodi surripuerint. quod verbum iniustam denotat acceptionem, ergo Romanus Pontifex nil aliud exigit: ita quoque probabiliorem esse arbitramur sẽtentiam Caiet. in sum. in ver. Excommunicatio, cap. 23. Panor. in d.c. excommunicationi, num. 3. & Nauar. loco citato, negantium, rectum prædictum præexigere monitionem aliquam: eo quòd censura illa cùm sit ipso iure lata per canonicam legem, lex dicitur semper monere.

Hoc idem tenet nouissimè Alter. in explicat. huius can. cap. 1. col. 3. in ver. Probabilior tamẽ, vbi ait, huius dicti hanc esse rationem: quia vt excõmunicatio lata à lege vim suam habeat, & pariat effectus essentiales, satis est si Reus scienter legem transgrediatur, quamuis id alios lateat. Vndè Panorm. Inn. Theoricam simpliciter non admittit, quia apud Deum nihil latet; & id, quod est certum naturæ, est certum legi. Ait tamen veram esse posse dictam theoricam quoad Ecclesiam militantem; atque adeò monitionem expostulari ad tales excommunicatos vitandos, cùm requiratur scientia, & notitia.

Secundò differunt dicta iura, & canon noster
8 Bullæ, & aliarum; quia ex vi Bullæ requiritur, vt naufragium committatur in mari, ad hoc, vt naufragorum bona surripientes, incidant in excommunicationem in ea contentam, vt patet ex ly. *aliusque maris regionibus.* At verò d. c. excommunicationi, iura ciuilia in auth. nauigia. C. de fur. & in l. 1 & 3. ff. de Incen. ruina, & naufrag. loquuntur generaliter de naufragium passis, & constitutiones Pauli III. Iulij III. & Pij V. disponunt etiam super dictis bonis naufragatis in ripis: nam ripæ fluminum, & torrentium proprié dicuntur, sicut litora maris. Hinc Ouid. 1. Met. Pro ripis littora pulsant. Cæs. 6. Bel. Gal. Difficili transitu flumen, ripisque præruptis. Verum tamẽ est, quòd aliquando ripa dicitur etiam de mari, vt habetur ex Plin. lib 9. cap. 15. Thynni dextra ripa intrant, læua exeũt. Vndè rapientes bona eorum, qui naufragium passi sunt in flumine, aut in stagno, licèt non incidant in excommunicationem in hoc canone contentam; subijciuntur tamen censuris, & pœnis in d.c. excommunicationi, & in relatis constitutionibus fulminatis.

Tertiò differt nostra Bulla à supradictis pontificijs constitutionibus: quia per illas protegũtur bona naufragata in ripis, & portibus rerarum, & locorum S.R.E. dumtaxat, hìc autem disponitur super bonis, in cuiuscunque maris regionibus, & littoribus iactatis, sicut in d.cap. excommunicationi, & alijs iuribus.

Quartò differunt: quia de iure ciuili excipiũtur duo casus, in quibus naufragorũ bona auferentes non puniuntur, quorum primus est, cùm naues naufragium passę sint infidelium: Secundus quãdo naues sunt piraticę fidelium: & per dictas cõstitutiones præcipuè Paual. III. excipiuntur hi, qui nautis in manifesto naufragio, & sub merfionis periculo constitutis, eorum opem, & auxilium implorantibus, & expo scentibus, nõ absque vitæ discrimine. in personarum, & rerum conseruatione auxilio fuerint, vel aliàs ab imminentis, & præsentanei naufragii periculis, ipsorũ labore, eos omnes liberauerint. & saluos reddiderint. aut bona iam deperdita recuperauerint; nam his casibus possunt statuto, & consuetudine uuari, & illa allegare possunt. In præsenti autem canone, vnus tantùm casus excipitur. de reliquis verò non meminit: licèt secundus casus in Bulla cœnæ Pij. V. excipiatur, vt supra quæst. præcedenti, diximus.

Quintò differunt inter se Bullæ ipsæ in cœna Domi-

Domini; quia Bulla Greg. XIII. non ſolùm includit naufragorum bona furripientes; ſed etiã tertium, ab alijs ablata, rapientem, Bulla verò noſtra includit tantùm principales naufragorũ bona furripientes; tertium autem nõ includit; quia de illo non meminit. Beneuerum eſt, quòd illa tertia perſona, cognito verò Domino nauis, & rerum ablatarum, tenetur reſtituere, quæ à furripiente acceperat, vel emerat, etiã nullo ſibi ſoluto pretio, per tex. in l. in ciuilem, C. de fur.

Sextò differunt, quoniam excommunicatio lata in d. c. excommunicationi, & in alijs conſtitutionibus, non eſt reſeruata; at verò excommunicatio noſtri canonis eſt reſeruata, ſicut reliquæ omnes in Bulla cœnæ contentæ.

Septimò differunt, quia in Bulla cœnę reuocantur omnia priuilegia, & conſuetudines incontrarium; ſicut etiam in ſupradictis conſtitutionibus. In iure verò ciuili, & alijs iuribus hęc reuocatio non reperitur.

Ex his igitur patet quòd ad incurrendas pœnas à iure ciuili latas contra naufragorum bona furripientes ſeptem requiruntur; quinque ex parte rei, & duo ex parte actionis. Ex parte rei, quòd ſint Chriſtianorum. Secundò quòd prouenient ex nauibus naufragium paſſis. Tertiò, quòd naues ipſæ ſint fidelium. Quartò, quòd non ſint piratarum. Quintò, quòd non habeantur pro derelictis. Ex parte autem actionis requiritur primò, quòd res ipſæ auferantur. Secundò, quod iniuſtè auferantur.

Ad incurrendam verò excommunicationẽ, & pœnas, quæ in ſupra relatis pontificijs conſtitutionibus habentur, ſeptem pariter conditiones exiguntur. Quatuor ſcilicèt ex parte rei: duæ ex parte actionis: & vna ex parte loci. Ex parte rei Primò, quòd bona ſint Chriſtianorũ. Secundò quòd fuerint proiecta ex nauibus, naufragium paſſis. Tertiò, quòd naues ipſæ ſint fidelium. Quartò, quòd non ſint habita pro derelictis. Ex parte actionis requiritur primò, vt dicta bona auferantur; ſecundò vt iniuſtè auferantur.

Ex parte denique loci exigitur, vt naufragiũ fiat in ripis, aut littoribus Pontificijs dumtaxat: vnde, ſi in alijs regionibus eueniat, dictæ pœnæ vi prędictarum cõſtitutionum non contrahuntur.

Ad incurrendam cenſuram noſtri canonis totidem conditiones debent concurrere, excepta tertia, ſecũdum ſententiam magis receptã: necnon vltima quæ non eſt eiuſdem qualitatis; nam hoc loco exigitur, vt naufragium fiat in mari tantùm; quamuis in quocunque mări, etiã non pontificio quis illam patiatur.

Ad incurrẽdum denique excommunicationem d. c. excõmunicationi, ſex debent concurrere, tria ex parte rei, & tria ex parte actionis. Ex parte rei. Primò, vt bona ſint Chriſtianorum. Secundò quòd bona ſint naufragorum. Tertiò, quod non habeantur pro derelictis. Ex parte actionis. Primò, quod auferantur. Secundo, quod iniuſtè auferantur, ſeu rapiantur. Tertio, quod auferentes ſint in mora reſtituendi.

Ex quibus infertur primò, quòd rapiens naufragorum bona, ſi poſtea mortuus ſit, ſeu pertinax in reſtituendo, duas contrahit excommunicationes *b*: alteram ſcilicet in noſtro canone contentam, & alteram, quæ in d. c. excommunicationi, continetur; nam licèt quando cenſura Bullæ cœnę concurrit cum cenſura iuris, nõ multiplicentur cenſuræ, vt ſupra annotauimus lib. 1. c. 3. q. 3. nihilominus hoc caſu multiplicãtur: quia reuera non concurrit cenſura noſtri canonis eum cenſura d. c. excommunicationi; ſed propter diuerſas cauſas ſeu peccata latæ ſũt; peccatum enim nõ reſtituendi, diſtinctum eſt à peccato furripiendi; & cenſura hæc fertur propter latrocinium; cenſura verò d. c. excommunicationi, propter retentionem. Præterea tex. in d. c. excommunicationi, videtur ſtatuere cõtra rapientes tantùm: at vero canon noſter locum ſibi vendicat contra quoſcunque iniuſtè accipientes bona naufragorum, vt infra melius declarabimus.

b

Secundò infertur quod idem erit dicẽdum, ſi quis ignorans bona naufragorum eſſe, ea occupauerit, vel animo conſeruandi, & reſtituendi vero domino illa percęperit; ſi poſtea mutet voluntatem, & incipiat ſibi retinere, & oblata occaſione reſtituendi prædicta bona proprio domino, reddere prætermiſerit, tunc duplicem excommunicationem incurrit: alteram, quæ habetur in noſtro canone; quia tunc moraliter illa primò furripuit, quando incipit eadem vt propria retinere: & alteram in d. c. excommunicationi, cõtentam, cùm, oblata ſibi occaſione, ſit in mora reſtituẽdi. Quòd, ſi antequam occaſione reſtituendi ſibi offeratur, bona huiuſmodi retineat, tũc ab excommunicatione d. c. excuſatur: eo quòd tunc nõ dicitur in mora reſtituẽdi; nõ tamen à cenſura huius canonis. Ita Sayr. hìc lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 8. num. 6. Quod verum puto, niſi velimus dictum tex. vltra moram reſtituẽdi, exigere rapinã, vt videtur innuere: tũc ibi feratur excõmunicatio cõtra eos, qui Chriſtianos naufragium patiẽtes ſpoliant rebus ſuis; modo ſpoliare, rapinam denotat, vt ex Lucano lib. 3 patet. Triſti ſpoliantur templa rapina, & infra. Deo duce, latius dicemus.

Adde hoc loco Alter. qui eap. 2. col. 1. *in fine* probabilius putat primo caſu vnam tãtùm cõtrahi excommunicationem, quia vtraq; excommunicatio lata eſt cõtra furripiẽtes huiuſmodi bona cum hoc diſcrimine, quòd excommunicatio iuris lata eſt cõtra furripientes, ſi fuerint moroſi in reſtituendo: excommunicatio verò Bullæ ſtatim alligat furripiẽtes, nulla expectata mora; & propterea eſt priori generalior. Ait enim, mentem Rom. Pontificis fuiſſe, vt abuſus tollatur, & latronum audacia compeſceretur, excommunicationis vinculo eos alligãdo ſiuè mutata voluntate reſtituerint, ſiuè bona ipſa naufragorum retinuerint: ſicut ad incurrẽdam cẽſurã canonis præcedẽtis ſatis eſt maris diſcurſus, licèt ad incurrendam excummunicationem iuris, vltra diſcurſum maris requiratur etiam aliqua actio ex prohibitis; & tamẽ nõ eſt dicẽdũ cõtraueniẽtes, ibi duas incurrere excõmunicationes, nẽpe peo diſcurſu maris deprędãdi animo: & alterã pro ſpoliatione: quia quãdo excõmunicatio Bullæ cõcurrit cum excõmunicatione iuris de eadẽ re, nõ multiplicantur cenſuræ: & propterea vnica tantùm ſufficit abſolutio.

Secundò autẽ caſu, quando ſcilicet quis ignorãs naufragorum bona occupauerit, inquit hoc eodem can. cap. 1. col. 4. ver. Verùm facit: quòd in Bulla Greg. poſt dictionem: furripuerint: hęc adduntur, *Aut ſcienter ſibi acceperint, aut ab alijs rapta, ſcu accepta ſcienter receperint.* Vndè propter dictionem illam: *ſcienter*: quę nõ habetur in hac Bulla S.D.N. Pauli V. arbitratur, quòd ſi quis tempore Gregorij accepiſſet huiuſmodi bona ignorans probabiliter eſſe bona naufragorum, etiam ſi ſciuiſſet eſſe bona aliena, & iniuſtè accepiſſet, in excommunicationem nõ incidiſſet; quoniam excommunicatio non ferebatur ſimpliciter contra rapientes bona aliena iniuſtè, ſed contra rapientes bona, quæ ſciebant eſſe naufragorum.

Immo iuxta tenorem præfatæ Gregorij Bullæ, etiam ignorantia culpabilis excuſare poterat ab hac excommunicatione: quia qui rapit ignoranter, etiam ex culpa, & negligentia; eo quòd poterat ſcire, adhibita diligentia, formaliter nõ rapit ex malitia, & certa ſcientia, quod ad cenſuram contrahendam exigebatur.

Hæc autem difficultas ait hodie non habere
13 locum in noſtra Bulla: quoniam illa dictio: ſcienter, in ea non reperitur. Quapropter furripiens naufragorum bona, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter culpabiliter, remanet excommunicatus.

Quòd ſi ignorans vt ſupra, aut ſciens, ſed ani-
14 mo reddendi bona illa proprijs dominis acceperit, ſi, adueniente ſcientia, vel mutata ſententia, ſtatuat eadem ſibi retinere, tunc ait idem Alter. hic cap. 2. col. 2. in ver. Tertia dubitatio: quòd contrahit excommunicationem huius canonis, nõ autem illam iuris, ſicut docuit in prio ri caſu, eadem fortè motus ratione: quæ quidem ratio in vtroque caſu mihi videtur ſatis probabilis.

ADDITIO

a Mora. Hanc eam-dem ſententiam tenet Suar. de cenſur. diſp. 21. ſect. 2. num. 2. Sayr. eod. tract. lib. 3. c. 8. num. 3. Tolet. lib. 1. ſuæ ſum. c. 21. Reginald. lib. 9. ſuę prax. num. 268. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. q. 13. num. 99. & alij. D. Cęſar.

b Excommunicationem. Addę hic Suar. de cenſ. diſp. 21. ſect. 2. num. 30. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. num. 99 & Alter. in explic. Bullę cœnę, c. 2. col. 1. D. Cęſar.

Ibi *(Chriſtianorum quorumcumque nauibus, &c.)* An, ſi naues naufragium paſſę ſint Chriſtianorum, & bona infidelium, furripiences ea, incidant in excommunicationem præſentis Canonis. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Surripientes bona infidelium è nauibus fidelium naufragium paſſis, non incidunt in excommunicationẽ huius canonis.*

2 *Verba, quando non ſunt ambigua, nulla in eis debet admitti voluntatis quæſtio.*

3 *Rapiens nauem fidelium vel eius ligna, in excommunicationem incidit.*

4 *Surripientes bona infidelium, qui pacem habent cum Chriſtianis, è nauibus fidelium naufragium paſſis, excommunicationem huius canonis non contrahunt.*

5 *Surripientes bona hæreticorum, qui naufragium paſſi ſint, excommunicationem prædictam non incurrunt.*

6 *Hæreticus propriè non dicitur Chriſtianus.*

7 *Surripientes bona Chriſtianorum è nauibus Infidelium naufragium paſſis, excommunicationis huius vinculo alligantur.*

8 *Genus, quot modis ſumitur.*

9 *Bonorum appellatione, quæ veniant.*

10 *Dictio, cuiuſcumque, eſt generalis, nihil excipiens.*

11 *Genus, in moralibus aliquando ſumitur pro ſpecie.*

12 *Surripiens bona naufragorum Infidelium, etiam ſi id tendat in damnum fidelium, in excommunicationẽ non incidit.*

13 *Naufragorum infidelium bona furripiens, aſſecurata à Chriſtianis, excommunicationem non contrahit.*

IN hac re videtur prima fronte dicendum, quòd ſi naues naufragiũ paſſę ſint Chriſtianorũ, & bona infidelium, furripientes ea incidant in excommunicationem noſtri canonis.

Probatur quia ad contrahendam excommunicationem huiuſmodi, ſatis eſt, quòd naues ſint Chriſtianorum, vt patet in illis verbis: *Qui Chriſtianorum quorumcumque nauibus, &c.* Nec fidelium, aut infidelium bonorum ratio aliqua habetur: eo quòd cuiuſcumque generis ſint, furripientes, in excommunicationem incidunt: vt conſtat ex illis verbis, *cuiuſcumque generis bona, &c.* Verba autem cenſurarum, maximè quę in Bulla cœnæ continentur, tantum ligant, quantum ſonant: vt latè ſupra probauimus, lib. 1. c. 3. q. 4.

Confirmatur quia Chriſtianorum intereſt, bona in eorum nauibus collata, quorumcumque ſint, ſiue fidelium ſiue infidelium, ſalua fore: eo quòd, licèt ſint infidelium: deſeruiunt tamen ad vbertatem, & vtilitatem fidelium: ergo ſi naues, de quibus agitur, ſint fidelium, & bona infidelium, furripientes ea, prædictam excommunicationem contrahunt.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
1 tentiam arbitror de iure veriorem eſſe, quam tenet Viual. hſ: num. mihi 29. quem refert, & ſequitur Sayr. in explicatione eiuſdem canonis, lib. 3. Theſ. c. 8. num. 7 tom. 1. & Vgol. ibidem. §. 2. ver. Secundò in excommunicationem.

Probatur: quia vi præſentis canonis protegũtur bona Chriſtianorum tantùm, non infidelium eo quòd non eſt verſimile. Eccleſiam ſub tam graui cenſura protegere voluiſſe res infidelium. Vndè meritò in c. excommunicationi, de rapt. excommunicantur rapientes bona Chriſtianorum dumtaxat, qui naufragium paſſi ſunt, non autem infidelium. Et idem ſtatuitur in Bulla Paul. III. quæ incipit: Accepimus, edita die 13. Martij, 1545. In Bulla Iul. III. ſub die 22. Octobris, 1554. incipiente: cùm nobis: & in Bulla Pij V. quæ eodem modo incipit, edita octauo Kal. Martij, anno primo ſui Pontificatus: ergo S. P. mentem eandem hoc loco fuiſſe credẽdum eſt,

De-

Denique huic ſententiæ conueniunt verba
2 huius canonis, vt infra ex ſolutione argumentorum demonſtrabimus: ergo conuenit etiam eiuſdem diſpoſitio: maximè quoniã verba adeò clarà ſunt, vt intellectus noſter in eis intelligẽdis laborem aliquem nõ patiatur, iuxta ea, quæ docet Bal. in auth. hoc inter liberos, in prin. C. de teſtam. & alij, quos refert. & ſequitur Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 4. ſub. num. 7. vbi enim in verbis nulla eſt ambiguitas, nulla debet admitti voluntatis quæſtio, l. ille, aut ille, ff. de leg. 3. l. iam hoc iure, & ibi Bar. ff. de vul. & pupill. ſubſt.

Beneuerũ eſt, quòd ſi quis raperet ipſam nauem
3 a Chriſtianorum, quæ naufragium paſſa
4 eſt, vel eius ligna, aut inſtrumenta: proculdubio in excommunicationem huius canonis incideret: nam appellatione bonorum hoc loco non ſolùm veniunt bona, de quibus infra in reſponſione ad primum argumentum dicemus, quæ ſunt in naui, ſed etiam ipſamet nauis, & ſcaphæ, inſtrumenta, funes, anchoræ, remi, & ipſa ligna eiuſdem confractę nauis, ſi ſoluatur, vt habetur ex Alter. in explic. huius can. cap. 2. dub. 5. & 8. vbi è contrario quoque docet, quòd ſi quis rapiat nauem infidelium naufragium paſſam, quę erat onuſta bonis fidelium, non autem ipſa bona, non erit excommunicatus, quoniam is dicitur rapere res infidelium, quæ vi huius canonis non proteguntur.

Ampliatur primò hęc concluſio, vt vera ſit,
4 non modo quando bona eſſent infidelium hoſtium, p. Turcarum, &c. ſed etiam, ſi ſint infidelium, qui pacem habent cum Chriſtianis: quales ſunt Iudęi Romę commorantes, & in alijs terris Chriſtianorum Principum: nam horum bona naufragata ſurripientes, in excommunicationem noſtri canonis nõ incidunt: eo quòd priuilegium iſtud, Religionis Chriſtianę gratia fuit conceſſum: quod in infidelibus locum ſibi non vendicat. Tenentur tamen ad reſtitutionẽ, iuxta tex. in l. Iudæi, il 2. & l. nullus, C. de Iudæ. & ita tenet Vgol. loco citato, cum alijs, ab eo allegatis.

Secundò ampliatur, vt non modò ſupradicta
5 bona infidelium ſurripientes excuſentur à dicta excommunicatione; ſed etiam, ſi bona huiuſmodi hæreticorũ eſſent, aut apoſtatarum: quoniam, licèt hi dicantur Chriſtiani; nõ tamen Eccleſiæ intentio eſt, illos, ac eorum bona protegere Eccleſiaſticis armis, quippe qui totis viribus contra Dei Eccleſiam nituntur: vt bene notat Sayr. & Viual. in ſupra relatis locis.

Immo hæreticus propriè non dicitur Chri-
6 ſtianus b. Nam nõ eſt membrum Eccleſiæ. Nec
b ratione characteris manet actu coniunctus cum Eccleſia: eo quòd omnes fatentur, quoſdam poſſe præcidi de facto ab Eccleſia: & propterea character non facit hominem hæreticum. eſſe actu in Eccleſia, & eſſe Chriſtianum; ſed ſolùm eſſe ſignum, quòd fuit in Eccleſia. Vndè meritò ait D. Thom. 3. par. q. 6. ar. 3. eos, qui fide carent nõ eſſe actu Chriſto vnitos, ſed in potẽtia tantùm. Quo circa hæreticus manifeſtus nullo modo dicitur Eccleſia membrum, neque interna, neque externa vnione. Occulti vero ſunt membra Eccleſiæ vnione externa per confeſſionem fidei, & viſibilium Sacramentorum participationem, vt habetur ex Alter. in explicat. huius can. c. 2. col. 3. dub 7.

Reſtat vt ad contraria reſpondeatur.

AD primum dicimus, quòd illa verba: *Qui Chriſtianorum quorumcumque*, non referuntur ad ly. *Nauibus*, ita vt textius exigat, quòd naues ſint Chriſtianorum ad dictam excommunicationem contrahendam; ſed referantur ad ly. *Cuiuſcunque generis bona*: & conſequenter excommunicantur ſurripientes Chriſtianorum quorumcumque bona: Quod naues deinde ſint fideliũ, vel infidelium, id textus non conſiderat.

Vndè, ſi naues ſint infidelium, ſed bona Chri-
7 ſtianorum, ſurripientes ea proculdubio excommunicationem ipſam contrahent: quia in hoc canone fidelium tantùm bona proteguntur: vt per Viual. & Sayr. ibidem. Nec illa verba: *Cuiuſcunque generis bona, &c.* intelligenda ſunt bona hominum cuiuſcumque nationis: atque adeò ſiue fidelium ſint, ſiue infidelium: quoniam licèt genus aliquando ſumatur pro congregatio-
8 ne multorum, aliquam habitudinem inter ſe habentium: vt ab vno Romulo dicitur Romanorum genus: & multoties accipiatur pro principio vniuſcuiuſque generationis, vt eſt Pater, & Patria: ſic enim Oreſtem dicimus à Tantalo habere genus: Pindarum Thebanum eſſe genere: & Platonem Atheniẽſem: vt habetur ex Porph. in Prędicab. c. 1. de genere: & Ariſt. 10. Met. c. 11 tamẽ ly. *Generis*, ſumitur hoc loco pro eo, quod prędicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid eſt: vt animal. Vndè vi noſtri canonis excommunicantur, non cuiuſcunque nationis bona ſurripientes, puta Italorum, Hyſpanorum, Turcarum, Anglorum &c. ſed cuiuſcũque generis bona, ſiue inanimata ſint: vt frumẽtum, aurum argẽtum, &c. ſiue animata: vt ſerui
9 ancillę, oues, & alia animalia: ſiue bona ſint quocunque modo mobilia, & ſe mouẽtia, aut inter immobilia reputentur. Vt ſunt ſerui aſcriptitij, ideſt culturę deputati, vt habetur ex Panor. in c. nulli, num. 2. de reb. Eccl. alien. vel non. Aut pecunia pupillaris deputata ad emptionem prędiorum, vel ad honeſtam partem lucri: vt voluit Rom. conſ 289 additus poſt Panor. loco citato: ſiue bona in dominio naufragorum ſint, ſiue bona fide ab eis poſſideantur: ſiue ſint: in actionibus, petitionibus, & perſecutionibus: qualia ſunt inſtrumenta proceſſus, literę caecutoriales, & c. l. bonorum, la. t. ff. de verb. ſignif. nã hæc omnia in bonis noſtris computantur: ſicut bona etiam ſuperficialia, vt ſunt ædes, quæ in conducto ſolo poſitę ſunt, quarum proprietas, ciuili, ac naturali iure eius eſt, cuius eſt ſolum, vt in l. fin. ff. de ſuperf. & habetur in d. l. bonorũ. Quę quidem bona ſuperficialia, cùm putè ſtabilia ſint, licèt vi noſtri canonis comprehẽdi nõ poſſint, cùm nauigio ferri non valeant; nihilominus ſuperficialia quodammodo bona, dici poſſunt picturæ in aliena tabula depictæ, quæ tabulæ, aut alterius materiæ ſuperficiei non dicũtur accedere; & ideo qui eas pinxit, earũdem efficitur dominus, vt in §. ſi quis in aliena tabula, in Inſt. de rer. diuiſ. Item bona quaſi ſuperficialia dicuntur literæ, in alienis membranis cõſcriptæ; quæ licèt membranis accedant; ſi ra-

men

men conſcribens bona fide ipſas conſcripſerit, expenſis recuperat: vt in §. literæ *in* Inſt. eod. tit.

Illa igitur verba; *Cuiuſcunque generis bona*, omnia prædicta bonorum genera comprehendunt: nam ly. *Cuiuſcunque*, eſt generale nomē nihil excipiens, vt eſt tex. in c. ſolitæ, *in* ver. Quod cunque, de maior. & obed. Vndè ſurripientes Chriſtianorum bona vt ſupra naufragita, in prædictam excommunicationem incidunt: quoniam omnia illa veniunt appellatione bonorum.

Nec vis eſt hîc faciendа in ſignificatione iſtius vocis, *Generis*, itaut omnino à ſpecie diſtinguidebeat, vt in Logica ſumitur: nam poteſt hoc loco æquè ſignificare ſpeciem: atque adeò idem eſt dicere, *Cuiuſcumque generis*, ac cuiuſcumque ſpeciei illa ſint: quia rigor logicus in moralibus locum non habet: multoties enim ſpecies appellatur genus vt in l. 3. §. genera poſſeſſionum, ff. de acquir. poſſ.

Ad confirmationem denique reſpondetur, quòd licèt ablatio iniuſta dictorum bonorum tenderet *in* detrimētum fidelium, etiam ſi ſint infidelium; nihilominus cùm *vt* noſtri canonis protegantur bona Chriſtianorum tantùm, vt diximus, ſurripientes ea, prnpter eorum iniuſtitiam poſſunt alia pœna afficiꝛnon tamen dictæ excommunicationis vinculo alligari.

Ex quibus etiam patet, improbabilem videri Alter. ſentētiam *c*, qui *in* explicatione eiuſdem canonis, cap. 2. col. 4. *in* prin in ver. Verùm: inquit, quòd rapiens bona naufragantium infidelium, quæ cōtractu aſſecurationis à mercatore fideli accepta ſunt ſub promiſſione ea trāsferēdi tutò, & ſine periculo ad aliquem locum, in excommunicationem hanc incidit: nam licèt ablatio dictorum bonorum tendat *in* detrimētum fidelium; non tamen eadem vi noſtri canonis ſub tali excommunicationis pœna videntur protegi.

Nec eadem ratio militat in Fidelium bonis, ac in bonis infidelium aſſecuratis à fidelibus (vt ipſe Alter. opinatur) nam qui amittit bona, longè maius damnum patitur, quàm qui pretium aſſecurationis ſoluit. cùm aſſecuratio vt plurimum fieri ſoleat ad rationem quinque pro quolibet centenario. Et quatenus militaret eadem ratio, hæc pœna non extenditur, niſi vbi redderetur fruſtratoria, aut expreſsè in iure reperiretur facta extenſio, vt diximus ſupra, lib. 1. cap. 3. q. 4.

contra Reginald. lib. 9. ſuæ prax. num. 270. Abb. Alex.

An ſurripientes bona è nauibus Chriſtianorum Piratarum, naufragium paſſis, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *In eo, in quo deliquit puniri quis debet.*
2 *Piratæ à ieò ſunt iuribus exoſi, vt benefacere indicentur, illos offendentes.*
3 *Piratæ ſunt ipſo iure diffidati.*
4 *Dicti, quorumcumque, eſt generalis, nihil excipiens.*
5 *Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*
6 *Surripientes bona è nauibus Piratarum Chriſtianorū, naufragium paſſis quæ rapta ſint ab infidelibus, cū Chriſtianis pacificè inuentibus, non incidunt in excommunicationem huius canonis.*
7 *Fideles rapientes bona infidelium, cum quibus non eſt bellum indictum, peccant mortaliter, & ad reſtitutionem tenentur.*
8 *Surripientes bona Piratarum Chriſtianorum, quæ reſtitutioni non fuerunt obnoxia pro rapinis è nauibus eorum naufragium paſſis, excommunicationem non contrahunt.*
9 *Piratarum bona de iure occupanti conceduntur.*
10 *Surripientes bona Piratarum naufragata, reſtitutioni obnoxia Chriſtianis, in excommunicationem incidunt.*
11 *Rem eſſe in bonis noſtris, & in dominio noſtro pariter non ſunt.*
12 *Surripientes bona eadem numero rapta per Piratas Chriſtianos à fidelibus, & quæ naufragium paſſa ſunt, excommunicationem incurrunt.*
13 *Percutiens clericum excommunicatum, incidit in excommunicationem.*
14 *Clerici actualiter aepoſiti non gaudent beneficio canonis, ſecus autem, ſi verbaliter.*

IN hac re quamuis Sayr. hoc loco, lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 8. num 6. videatur eſſe perplexus. & proinde moneat conſulendum eſſe S. P. nihilominus, quoniam poteſt caſus de facili euenire; & non ita de facili ipſum Pontificem adiri poſſit, quid nobis de iure dicendum videatur, breuiter aperire, opere pretiū eſſe duximus. Quapropter ad eius determinationem quatuor faciemus. Primò contraria afferemus. Secundò aliqua annotabimus. Tertiò rem ipſam quatuor concluſionibus determinabimus. Vltimò contraria diluemus.

Circa primum videtur prima facie dicēdum, quòd ſurripientes bona, è nauibus Chriſtianorū Piratarum, quæ naufragium in mari paſſæ ſunt, eiecta, vel in eiſdem exiſtentia, non incidant in excommunicationem præſentis canonis.

Probatur primò ex Bulla cœnæ Pij V. vbi fertur excommunicatio contra auferentes bona Chriſtianorum naufragorum: niſi nauis naufragium paſſæ ſint piraticæ.

Secundò probatur ex precedenti canone, vbi piratæ excommunicantur. Vndè non eſt veriſimile, S. Pōtificem voluiſſe huiuſmodi gentes, & eorum bona armis Eccleſiaſticis protegere, cū

Ec-

ADDITIO.

a Nauem. Hanc eamdem ſententiam ſequitur nouiſſimè Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 3. pun. 2. propoſ. vnica. in fin. Abb. Alex.

b Chriſtianus. Adde hic Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 8. n. 7 Reginald. lib. 9. ſuæ prax. n 270. ad fin. Filiuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16 n. 90. Vgol. in explic. huius can. Alter. ibidem c. 2. dub. 7. Viual. eodē loco, num. 30. & Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 3. pun. 3. propoſ. vnic. *in* fine. Abb. Alex.

c Sententiam. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 3. pun. 3. ſub num. 4. in fin. con-

Eccleſiæ ſint rebelles, inobedientes, & contumaces: non enim debent legis vti auxilio, qui faciunt contra legem. Hinc, qui in Eccleſia crimẽ committit, nõ debet Eccleſiæ immunitate gaudere; quia in quo deliquit puniri quiſque debet c. immunitatem, de immun. Eccl. Hac eadem ratione in auth. Nauigia, C. de fur. duo caſus excipiuntur, in quibus naufragorum bona auferentes non puniũtur, quorum primus eſt, cum naues naufragium paſſæ ſint infidelium: ſecundus eſt, quando naues ſunt piraticæ fidelium.

Tertiò Piratæ adeò luribus ſunt exoſi, vt be-
2 nefacere iudicẽtur illi, qui eos debilitant, & mutilant, ne maiora committant, vt in c. ſi quis. 23. q. 3. Et Bald. in d. auth. Nauigia, æquiparat eos hoſtibus fidei ac Principis, & ideò poſſunt im-
3 punè a quolibet bonis ſpoliari a; quia ſunt ipſo
a iure diffidati. Hoc idem docet Angel. conſ. 290. Themate tale eſt: Laſ conſ. 170. vol. 2. Strac. in tract. de Naut. p. 3. n. 29. & 30. & alij: Si ergo piratæ ſunt Reip. Chriſtianæ, & omnium hoſtes, & de iure poſſunt impunè occidi, ac deprædari, non videtur in excommunicationem huius canonis incidere illos, qui bona eorum naufragata ſuripercrent.

In altera parte poſſet defẽdi huiuſmodi bo-
4 na ſuripientes, quantumuis ſint piratarũ Chriſtianorum excommunicationem prædictam contrahere, ex eo quòd vi canonis excommunicantur ſuripientes bona naufragata quorumcumque Chriſtianorum: modo ly. quorumcumque eſt nomen generale nullum excipiens, ſicut nomen quodcumque quod nihil excipit, vt in c. ſolitæ, in ver. quodcumque, de maior. & obed.

Confirmatur, quia textus noſter generaliter
5 loquitur de bonis quorumcumque Chriſtianorum, nec piratarum bona excipit; ergo generaliter eſt intelligendus: quia lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſt. l. 2. §. Prætor, ff. de in ius voc. & l. 2. §. homines, ff. de vi bon. rap. Ergo ex vi huius canonis generaliter excommunicantur ſuripientes bona Chriſtianorum naufragata, ſiue Chriſtiani piratæ non ſint ſiue piratæ.

Secundò. In Bulla Pij V. excipiſitur naues piraticæ, quæ naufragium paſſæ ſunt, vt ſupra diximus, ſtatut ex vi dictæ Bullæ nõ erant excommunicati ſuripientes huiuſmodi bona, ſi piratarum erant: At verò in hoc canone, præter dicta exceptionis particula reperitur adempta, ergo intẽtio S. P. eſt, vellit ex vi huius canonis comprehendere generaliter omnes ſuripientes bona è nauibus; naufragium paſſis ſiue Chriſtianorum ſint, qui piraticam artem non exerceant: ſiue exerceãt: quia Bullæ cœnæ non durat niſi vſque ad publicationem ſequentis: & quando aliqua clauſula prioris Bullæ in ſequenti ommittitur, tunc vim, quàm prius habebat, amplius non habet; & perinde eſt, ac ſi in Bulla nunquam appoſita fuiſſet, vt ſupra probauimus lib. 1. c. 3. q. 3. Et hanc ſententiam tenet nouiſſimè Alter. in explicat. huius can. c. 2. num. 6. Hæ ſunt rationes, quæ in hac difficultate pro vtraque parte fecerunt fortè Sayrum anticipatum; reſtat modò, vt quid nobis dicendum ſit, videamus.

Pro determinatione huius quæſtionis eſt annot. quòd bona è nauibus Piratarum Chriſtianorum naufragium paſſis eiecta, vel in eiſdem exiſtẽtia, quædam ſunt de dominio, & proprietate ipſorum piratarũ: vt ſunt bona, quibus hoſtes ſpoliauerunt: vel quorum dominium adepti ſunt mixtione, vt in §. ſi duorum, in Inſt. de rer. diuiſ. & l. ſi alieni. ff. de ſolut. vel quæ ex bonis raptis a Chriſtianis; vel ab alijs, qui non ſunt hoſtes vlterius acquiſierunt, vt in l. ſi rem alienam. ff. de contrah. emp. l. 1. & l. ſi aliena, C. ſi quis alteri, vel ſibi. & l. qui vas. § cùm fur, ff. de furt. vel quæ acquiſiuerunt donatione, iure hereditario; aut quolibet alio iuſto titulo adepti ſunt: & quædam bona ſunt extra dominium & proprietatem eorum: vt ſunt bona eadem numero ab ipſis piratis iniuſtè ablata, aut apud eoſdem depoſita, locata, &c. & per bona iniuſtè ablata non modò intelligimus ea, quibus Chriſtianos ſpoliauerunt, ſed etiam, quæ ab infidelibus rapuerunt, cum quibus bellum non eſt iuſtè indictum: nam horum dominium nec nõ habent: vt per Syl. in ſum. in ver. Bellum. 1. n. 9. & 10.

Rurſus bona quæ ſunt in diminio piratarum, quædam ſunt reſtitutioni obnoxia pro rapinis, ab eiſdem commiſſis contra Chriſtianos, vel contra infideles, cum quibus non eſt indictum Bellum, ſed pacificè viuunt cum ipſis Chriſtianis: quædam autem non ſunt reſtitutioni obnoxia: vt quia piratæ adhuc non rapuerunt, aut ſi deprædati ſint, bona rapta eorum dominis reſtituerunt. His breuiter annotatis, ſit

Prima Concluſio.

6 SVrripientes bona è nauibus Piratarum Chriſtianorum, naufragium paſſis, quæ ſint rapta ab infidelibus, cum quibus non eſt Bellum indictum, ſed pacificè viuunt cum Chriſtianis, nõ incidunt in excommunicationem præſentis canonis.

Probatur, quia ad incurrendam prædictam excommunicationem, exigitur, vt bona naufragata, & ſurrepta ſint Chriſtianorum; modò ſupponimus dicta bona eſſe infidelium, quos piratæ deprædati ſunt; ergo excommunicationem ipſam non contrahunt. Tenentur tamen huiuſmodi bona ſuripientes, infidelibus reſtituere;
7 & hoc ex lege naturali, & diuina: quoniam Fideles rapientes bona infidelium iniuſtè, cum quibus non eſt bellum indictum, peccant mortaliter, & ad reſtitutionem tenentur, vt bene docet Syl. loco citato, & alij.

Secunda concluſio.

8 SVrripientes bona, quæ ſunt de dominio Piratarum Chriſtianorum, nec ſũt reſtitutioni obnoxia pro rapinis, & depræ dationibus è nauibus eorum naufragium paſſis, aut ab eiſdem eiecta nõ cõtrahũt excommunicationem prædictam. Probatur, quia licèt iſti dicantur ſuripere bona Chriſtianorum ex nauibus naufragium paſſis; tamen quoniam bona illa, cùm ſint Piratarum, de iure occupanti cõceduntur, cùm
9 ipſo iure ſint diffidati, & impune poſſint occi-

di

di,ac deprædari, vt ſupra probauimus ex auth. nauigia,& ibi Bal.C.de fur. furripientes ea non peccat; ergo cenſura aliqua non alligantur: quia nuſquam excommunicatio contrahitur, niſi cõcurrat peccatum mortale,vt in c. nullus, 11. q.3.

Cõfirmatur quia piratæ equiparantur hoſtibus fidei,& ſunt communes omnium hoſtes: & ideò ſictit à cenſura noſtri canonis excluduntur furripientes bona hęreticorum,& apoſtatarum naufragantium, cùm non debeant eccleſiaſticis armis protegi,qui totis viribus Dei Eccleſiam expugnare conantur: eadem ratione à diſpoſitione dicti canonis excludi debent furripientes bona piratarum,qui ſunt totius Reip. Chriſtianę,& omnium hoſtes,vt per Bal. in d. auth. nauigia.

Tertia Concluſio.

30 SVrripientes bona de nauibus naufragiũ paſſis, quæ ſint de dominio piratarum Chriſtianorum,reſtitutioni tamẽ obnoxia Chriſtianis pro rapinis,& deprædationibus ab eiſdem factis,aut pro quacunque alia cauſa; probabiliter eſt dicendum incidere in excommunicationem,quæ in hoc canone continetur.

Probatur,quia licèt prædicta bona ſint de dominio piratarum; tamen Chriſtiani habent ius ad illa bona, non quòd bona raptoris ſint tacitè hypotecata pro reſtitutione pretij rei raptæ;ſed quia Dominus rei furtiuæ, ſeu raptæ, habet actionem perſonalem contra raptorem, & ratione perſonæ habet etiam actionem ad bona illius interim dum perſeuerant in eius dominio, vt latè habetur ex Mol. & alijs, quos ipſe refert in ſuo tract. de contr.diſp. 329. & ſeq. & conſequenter bona illa piratarum dicuntur eſſe in bonis prædictorum Chriſtianorum, qui rapinam paſſi ſunt ab ipſis piratis: quia in bonis noſtris computantur non ſolùm quæ dominij noſtri ſunt,ſed & ſi bona fide à nobis poſſideantur & ſi quid eſt in actionibus, petitionibus & perſecutionibus,vt in l.bonorum.la. 1.ff.de verb.ſignif.ergo furripientes huiuſmodi bona,probabiliter ſcientes eſſe reſtitutioni obnoxia, cùm talis ſubtractio tendat in damnum Domini rei raptæ.qui ſit Chriſtianus,videntur incidere in ſupradictam excommunicationem:quia dicuntur furripere bona Chriſtianorum è nauibus naufragium paſſis.

Nec obſtat ſi dicatur quòd paria non ſunt rẽ 31eſſe in bonis.& rem eſſe in dominio nã id,quod tãtùm poſſidemus,dicitur eſſe in bonis noſtris, & tamen nõ eſt in dominio noſtro,vt in d.l.Bonorum §.in bonis.& l. rẽ in nobis,ff.de acquir. rer.domin.Rom.conſ.70,Viſis themate,& quæſtione, n.14. Iaſ. in l. is ad quem, n.9. not.4. vbi etiam Alex.n.4.ff.de acquir.hæred. Paul. Caſtr. conſ.113.in prin.vol.1.Inn.in c.illud.num.2.de præſump. Soc. conſ.12. viſo proceſſu agitato, ſub n.24.vol.4. & alij: vndè licèt dicta bona, ad quæ habent actionem Chriſtiani dici poſſint in Chriſtianorum bonis;non tamen dicẽtur Chriſtianorum bona; ergo furripientes ea non contrahunt prædictam excommunicationem;cùm vi noſtri canonis excommunicentur furripientes Chriſtianorum naufragorum bona: quoniã reſpõdetur,quòd bona,quæ ſunt in bonis Chriſtianorum,quamuis nõ ſemper dicantur in eorum dominio; tamen ſemper dicuntur Chriſtianorum:ſicut quæ ſunt in bonis noſtris, eſtò quòd non ſint in dominio noſtro,nihilominus, verè dicuntur noſtra. Meritò igitur furripientes dicta bona in excommunicationem incidunt.

Verũtamen eſt, quòd ſi quis dicta bona ſubtraxerit,non vſurpandi animo; ſed,vt redderet Chriſtianis,a quibus Piratæ alia bona rapuerãt, dictæ excommunicationis vinculo non alligatur,ar.tex.in l.3.§.non tantum,ff.de Incen. ruina,& nauſr.

Quarta Concluſio.

12 SVrripientes bona eadem numero rapta per piratas Chriſtianos à Fidelibus exiſtentia in eorum nauibus quę naufragium paſſę ſunt,vel in mari proiecta, aut in littore inuenta vſurpãdi animo, prædictam excommunicationem contrahunt *b*.

b

Hæc concluſio patet, quia iſti furripuerunt bona Chriſtianorum nullo modo ad piratas ipſos pertinentia.

Dixi animo vſurpandi, ideſt ſibi appropriandi: quoniam furripientes huiuſmodi bona animo reddẽdi propris eorum dominis,ſi facta inquiſitione debita,illos nouerit, cenſura ipſa nõ alligantur: eo quod furtum nõ dicuntur committere,ar.tex.in d.l.3. §.non tantum,ff.de incẽ. ruina,& nauſr.

Idem dicendum eſt,ſi piratæ ſint infideles,& Chriſtianos,quibus bellum nõ eſt indictum,deprædati fuerint; nam ſi naufragium patiantur, bona Chriſtianorum naufragata ſcienter furripientes,vſurpandi animo vtſupra,in excommunicationem incidunt:quia in noſtro canone nõ habetur ratio nauium; an Chriſtianorum ſint, vel infidelium,ſed tantùm ratio habetur bonorum Chriſtianorum.

Eſt tamenuerũ, quòd ſi Infideles hoſtes ſint, qui deprædati fuerint Chriſtianos,cum quibus iuſtum bellum habent & ipſorum Chriſtianorum bona ad tutum locum perduxerint: aut eſi eis peroctauerint:aut per 24.horas apud ſe habuerint.iuxta Prouinciarum cõſuetudinem;ita ut Chriſtiani hoſtes illos inſequi deſtiterint;ſi tamen naufragium patiantur,prædicta bona furripientes excommunicationis vinculo nõ alligãtur: quoniam huiuſmodi bonorum dominium Chriſtiani amiſerunt:vt latè habetur ex Mol.de Iuſt.& iure,tom.1 diſp.218. Et proinde non dicũtur furripuiſſe bona naufragata Chriſtianorum;ſed hoſtium infidelium. Nõ ſic,ſi hoſtes fideles eſſent.

Dixi cum quibus iuſtum bellum habẽt: quia ſi bellum haberent iniuſtum,cùm Infideles hoſtes, Chrianorum bonorum dominium nõ cõparauerint,iuxta ea,quæ dicit Mol.loco citato, in prin.ver.Dicendum deinde eſſet: furripiẽtes dicta bona in prædictam excommunicationem inciderent.

Ex dictis igitur patet reſponſio ad contraria vtriuſque partis.

Ad primum primæ partis reſpondetur,quòd licèt vi Bullæ cęnæ Pij V.excipiãtur ab excommu-

municatione prædicta furripientes bona Chriſtianorum à nauibus piraticis, quæ naufragium paſſæ ſint; vi tamen præſentis canonis non excipiuntur: vndè cùm generaliter feratur excõmunicatio contra furripientes bona de nauibus naufragium paſſis, generaliter comprehendit omnes afferentes bona Chriſtianorum naufragata, ſiue naues piraticæ non ſint, ſiue piraticę; quia vt ſupra diximus lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, in ijs rebus maximè, quæ rectæ rationi non repugnant.

Ad ſecundum dicimus, quòd vi præcedentis canonis non excommunicantur piratæ in vniuerſum, ſed illi dumtaxat, qui diſcurrunt mare Pontificium. Et dato, quòd omnes piratæ excommunicentur generaliter, ſola excommunicatio non eſt ſufficiens coniectura, qua præſumendum ſit, mentem S. P. non fuiſſe armis Eccleſiaſticis piratas, eorumque bona protegere:
13 nam Clericus quantumuis excommunicatus, Eccleſiaſticis armis defenditur contra eum percutere volentes: atque adeò percutiens clericum excommunicatum, incidit in excommunicationem contentam in c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. Vt per Inn. in c. ſi verè, num. 3. de ſent. excom. Syl. in ſum. in ver. excommunicatio, 6. n. 4. Nauar. in Man. c. 27. n. 79. & alij, quos refert, & ſequitur Sayr. lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 26. ſub n. 5. & ſeq.

Immo huiuſmodi canonis beneficio gaudẽt
14 clerici; etiam verbo depoſiti, vt per glo. in c. ad abolendã, & ibi Panor. n. 10. de hæret. Dixi verbo depoſiti: quia actualiter depoſitus, ſeu degradatus priuatur priuilegio, tum canonis, tum etiam fori, ita vt percutiens illum non incidat in excommunicationem d. c. ſi quis ſuadente: & delinquens punitur à ſæculari Iudice, vt per Doctores ſupra citatos.

Ad tertium dicitur, quòd non tantùm ex eo, quòd piratæ ſint adeò legibus exoſi, furripientes bona de dominio eorum exiſtentia è nauibus, vt ſupra naufragium paſſis, vi noſtræ clauſulæ ab excommunicatione excluduntur; ſed ex eo quòd piratarum bona de iure occupanti cõceduntur. Vndè ſi de iure diffidati non eſſent, furripientes eorum bona naufragata in excommunicationem prædictam inciderent.

Ad argumenta contrariæ partis quatenus faciunt contra nos reſpondetur ſimiliter. Nam quoad primum dicimus, quòd vi noſtri canonis comprehenderentur bona naufragata piratarum furripientes etiam ſi in eorum dominio ſint; niſi de iure horum bona occupanti concederentur. Eodem modo reſpondetur ad ſecundum, & vltimum argumentum.

ADDITIO

4 Spoliari. Adde hic Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. n. 91. & Bonac. de cenſur. Bullæ cœnæ, diſp. 1. q. 5. pun. 3. n. 1. Abb. Alex.

5 Contrahunt. Hanc eamdem opinionem ſequitur Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 5. pun. 3. n. 2. Abb. Alex.

Ibi (*Nauibus, &c.*) An è Scaphis naufragium paſſis, Chriſtianorum bona furripiens, incidat in excommunicationem huius canonis. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Furripientes bona Chriſtianorum ex ſcaphis naufragium paſſis, incidunt in excommunicationem huius canonis.*

2 *Scapha dicitur parua nauis, quæ in maiori naui circumuehitur, vel eam ſequitur.*

3 *Naufragorum Chriſtianorum bona furripiens è triremibus, & à quocunque alio nauigio genere naufragium paſſis, excommunicationem præſentis canonis contrahit.*

IN hac re videtur prima facie dicendum, quòd ſcaphis naufragium paſſis, ſi quis Chriſtianorum bona ex eis, vel in mari proiecta, aut in littore inuenta furripuerit, non incidat in excõmunicationem huius canonis.

Probatur, quia vi dicti can. excommunicãtur furripientes bona Chriſtianorum, nauibus naufragium paſſis; ſcapha autem non eſt nauis, ſed differt à naui, vt eſt textus in l. nauis onuſtæ, ff. ad l. Rod. de iact. ergo è ſcaphis naufragiſi paſſis Chriſtianorum bona furripiens, prædictam excommunicationem non contrahit: quia cùm ſimus in odioſis, verba ſũt ſtrictè, & propriè intelligenda, vt ſæpe diximus.

His tamen non obſtantibus contrariam ſen-
1 tentiam puto veriorem eſſe, nempe, quòd furripientes bona Chriſtianorum è ſcaphis naufragium paſſis, incidant in dictam excommunicationem.

Probatur, quia in hoc canone mens S. P. eſt protegere naufragorum Chriſtianorum bona, qui naufragium paſſi ſunt in mari: quòd huiuſmodi naufragium proueniat ex nauibus, aut ex ſcaphis tempeſtate iactatis hoc per ſe non conſideratur: vndè meritò in c. excõmunicationi, de rap. excommunicantur ſpoliantes bonis ſuis naufragium patientes ſimpliciter, nec de nauibus, aut ſcaphis aliquam mentionem facit.

Secundò ſcapha dicitur parua nauis, quę in-
2 maiori naui circumuehitur, vel eam ſequitur; ergo è ſcaphis naufragium paſſis bona Chriſtianorum furripiens dicitur ea furripere ex nauibus: quia plus, & minus non variant ſpeciem.

Tertiò, quoniam aliàs ſequeretur, vt è trire-
3 mibus, nauilijs, & his ſimilibus naufragium paſſis Chriſtianorum bona furripientes, in dictam excommunicationem nõ inciderent. Quod eſt maximum abſurdum: ne igitur ex contraria ſententia ſequatur abſurdum contra ea, quę ea, quæ docet Bar. in l. omnes populi, ff. de Iuſt. & iur. dicendum eſt, Rom. Pontificem per ly nauibus, intelligere hoc loco omne genus nauigij, vt habetur in d. c. excommunicationi, & in auth. Nauigia, C. de fur. & hanc ſententiam tenet Graff. in explic. præſentis canonis, lib. 4. deciſ. c. 17. num. 71.

Ex quibus patet quoque, quid dicendum ſit ad contrarium.

Ibi

Ibi (*tempeſtate, &c.*) An nauibus, hoſtium, aut piratarum impulſu expugnatis, bona Chriſtianorum ex eis, vel in mare proiecta, aut in littore inuenta ſurripiens, dictam excommunicationem contrahat. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Nauis quando dicitur expugnari.*
2 *Nauis quando dicitur in tranſuerſum iactari.*
3 *Surripiens naufragorum bona è naui, hoſtium impulſu expugnata, incidit in excommunicationem huius canonis.*
4 *Dictio, quoquomodo, eſt generalis complectens omnem modum.*
5 *Surripientes bona Chriſtianorum, in mari proiecta ad effugiendum hoſtium impulſum, incidunt in excommunicationem huius canonis.*

1 AD tituli explicationem, eſt annot. quòd nauis dicitur expugnari, cùm ſpoliatur, aut mergitur, aut diſſoluitur, aut pertunditur, aut funes eius præſcinduntur aut vela cõſcinduntur, aut anchoræ inuoluuntur de mari. Ita dicit tex. in l. expugnatur ff. de incẽd. ruin. & naufr. Quæritur igitur an ſi quis è naui vt ſupra expugnata, Chriſtianorum bona, vel in mari proiecta, aut in littore inuẽta, ſurripuerit, incidat in excommunicationem huius canonis.

In hac re videtur negatiuè reſpondendum
2 eſſe. Nam vi huius canonis excommunicantur ſurripientes bona Chriſtianorum naufragata, nauibus tempeſtate, ſeu in tranſuerſum iactatis, vel naufragium paſſis: naues autem expugnatæ non dicuntur tempeſtate, ſeu in tranſuerſum iactatæ, nec naufragium paſſæ: quia tempeſtate in tranſuerſum nauem iactari dicimus, quando vento aduerſo nauigantes tranſuerſi aguntur: vndè tranſuerſus agi dicitur, qui vi, & impetu quodam ab inſtitutò depellitur: ergo ſurripientes Chriſtianorum bona ex naui expugnata, non contrahunt excommunicationem noſtri canonis.

Secũdò probatur ex l. 1. & toto titulo, ff. de in cẽ. ruin. & ibi naufr. rate, naueque expugnata, vbi expugnatio nauis, ponitur vt quid diuerſum ab incendio, ruina, & naufragio: ergo excommunicatio lata contra ſurripientes bona Chriſtianorum è nauibus tempeſtate iactatis, aut naufragium paſſis, non debet extendi ad ſurripientes huiuſmodi bona è nauibus expugnatis: quia in cenſuris non fit extenſio de caſu ad caſum etiam ex indenditate rationis: vt ſupra lib. 1. c. 3. q. 4. probauimus.

1 His tamen non obſtantibus, contrariam *a* ſentẽtiam probabiliter puto delure veriorem eſſe,
3 quam tenet Vgol. hic §. 1. ver. Tertiò excommunicatio, cum alijs, quos ipſe allegat.

Moueor: quia in noſtro canone excommunicantur ſurripiẽtes prædicta bona, nauibus quo-
4 quomodo naufragium paſſis, ergo ſiue naufragium fiat tempeſtatis impulſu, ſiue hoſtium, aut piratarũ impetu, naui vt ſupra expugnata, ſurripientes dicta bona, incidunt in excommunicationem noſtri canonis: quia ly. *Quoquomodo*, eſt nomen generale, ſub ſe comprehendens omnẽ modum naufragij, per ea, quæ dicit glo. & Doct. in c. ad noſtram, inver. Quoquomodo, de prob. & Clem. ſi ſummus Põtifex, de sẽt. excom. Naufragium enim nihil aliud eſt, niſi damnum ſequutum ex fractione, vel periclitatione nauis in mari, ſiue damnum ſit in ipſa naui, ſiue rerũ, ac perſonarum, quæ in ipſa naui ſunt: vt bene notat hoc loco Vgol. n. 1. cum alijs, quos allegat. Hanc concluſionem puto veram etiam, vbi ad effugiendam hoſtium, aut piratarum deprædationem, & ad fugam velocius arripiendam, alle-
5 uiandæ cauſa nauis, Chriſtianorum bonorum, factus eſt iactus in mari: quia ſurripientes huiuſmodi bona in ipſo mari, aut in littore, videntur auſurre bona Chriſtianorum naufragata, cùm naufragium, vt ſupra diximus, nõ modo ex naui fractione dicatur, ſed etiam ex periclitatione in mari: modò in maximo periculo dicitur eſſe nauis, quam hoſtes, ſeu piratæ inſequuntur ad deprædandam eam.

Et re vera quamuis iſte caſus non ſit manifeſtè comprehẽſus ſub diſpotione huius canonis, tamen per ly. *Quoquomodo*, tacitè comprehẽditur. Tanto fortius quia in Bulla Pij V. quæ incipit. *Cùm nobis*: edita octauo Kal. Maij, anno primo ſui Pontificatus, per quam naufragorum Chriſtianorum bona proteguntur. ſupradictus caſus aperte exprimitur in illis verbis: *Propter maris infortunium & in dictis portubus, fugamque ab infidelibus, & alijs inimicis arreptã, alioſue inopinator caſus, à quos nonnulli naues, & nautilia deſeruerunt, & ab eorundem inimicorum conatibus euaſi fuerunt, &c.* Ergo eandem fuiſſe mentem Rom. Pontificis, hoc caſu veriſimiliter credendum eſt. Adquodetiam facit id quod dicit hic Graff. lib. 4. deciſ. p. 1. c. 18. num. 74. in fine: & facit tex. in l. ſi quis ex naufragio, in fine, ff. de incen. ruin. & naufr. Non nulla alia ad hanc rem pertinentia comulat Alter hoc eodem loco, cap. 2. col 6. in ver. Quartum dubium, & in ver. Quintum: quibus locis idem dicendum eſſe probat, quando nauis per ſciſſuras impletur aqua: & propterea proijciuntur merces in mari. Aut quãdo in euidenti periculo nauis deſeritur: quoniam eſtò, quòd aliquis Nauta peritus in ea remaneat, & ſuo labore, ac induſtria nauim conſeruet, tenetur illam Domino vna cum mercibus reſtituere, ſoluta ſibi debita mercede.

Ad contraria patet reſponſio ex dictis: quia nauis expugnata, dicitur aliquo modo naufragium pati: vi autem huius canonis proteguntur bona Chriſtianorum, quoquomodo naufragata.

ADDITIO.

a Contrariam. Adde hic Viual. caſu 4. num. 28. & Bonac. hoc eodem loco. diſp. 2 q. 5. pun. 2. ſub num. 8. contra Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. num. 89. vbi etiam, oum. 9. addit, idem ſentiendum eſſe de bonis, quæ gratia leuandæ nauis in mare proiecta ſunt. Et rationem, hanc eſſe ait, quoniam Rom. Pontifex generaliter excommunicat ſurripientes bona, è nauibus eiecta: tum quia hæc in mare proijciuntur ob naufragij pe-

periculum: tum etiam, quia horum dominium remanet apud priores dominos, qui ea proiecerant animo eadem postea perquirendi, & consequendi cùm potuerit, l. qui leuandæ, ff. ad leg. Rod. de iact. quam opinionem testatur cõmunem, dumodò bona accepta non sint ante naufragium. Io. Vincent.

Ibi (*Naufragium passis.*) An furripiens Christianorum bona ex nauibus non dum naufragium passis, sed in ipsa naufragij trepidatione, incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Surripientes bona naufragorum Christianorum in ipsa naufragij trepidatione, si sequatur naufragium, incidunt in excommunicationem huius canonis.*

2 *Depositarius appropriauit sibi bona, apud ipsum deposita in ipsa naufragij trepidatione, si sequatur naufragium, incurrit excommunicationem nostri canonis.*

3 *Surripiens naufragorum bona in naufragij trepidatione, si illa restituat antequam naufragium sequatur, excommunicationem non contrahit, etiam sequuto deinde naufragio.*

IN hac re Vgol. in explicatione huius canonis, §. 2. ver. Nono in excommunicationem, ait quod in excommunicatiooem hanc non incidit, qui in ipsa naufragij trepidatione naufragorum Christianorum bona rapit: vel ante naufragium; quia ipse canon excommunicat surripientes huiusmodi bona, nauibus naufragium passis, ergo qui in ipsa naufragij trepidatione, antequam fiat, furatur, prædictum excommunicationem non contrahit; tenetur tamen edicto ff. de incẽ. ruin & naufr. per tex. in l. Pedius, eod. tit. & pro hac sententia citat etiam Graff hic lib. 4. decis. p. 1. c. 18. oum. 72. ver. sextò nec in furripiente.

His tamen non obstantibus, contrarium, probabiliter videtur verius 1 a: puto enim dispositionem huius canonis comprehendere, nõ modo furripiẽtes bona naufragorum Christianorum, nauibus iam naufragium passis; sed etiam auferentes eadem in ipsa naufragij trepidatione antequam fiat.

Probatur ex tex. in d. l. Pedius, ff. de incẽ. ruin. & naufr. in prin. vbi Paul. Iurisc. sic ait *Pedius, posse etiam dici ex naufragio rapere eum, qui cùm nondum naufragium fiat, in ipsa naufragij trepidatione rapiunt, &c.* si igitur in ipsa naufragij trepidatione rapiẽtes, ex naufragio rapere de iure dicuntur: ergo furripientes Christianorum bona ex nauibus, non dum naufragium passis, sed in ipsa naufragij trepidatione, incidunt in excommunicationem nostri canonis.

Confirmatur, quia ipsa naufragij trepidatio, est naufragij principium, & consequenter tunc nauis incipit naufragium pati, ergo completo naufragio, qui ex naufragij trepidatione furripit, ex naufragio verè dicitur furripere, & consequẽter prædictam excommunicationem cõtrahit. Sicut qui cæpit clericum percutere, statim in excommunicationem incidit: nam qui percutere incipit, verè percutit, vt ipsemet Vgol. ait in explicatione primi canonis nostræ Bullæ, in ver. Ac eorundem libros, sub n. 1. ibi Octauò in excommunicationem. Et reuera mens. S. P. secundum hanc sententiam videtur esse, cùm per dispositionem huius canonis intendat naufragorum Christianorum bonis consulere.

Vndè hac eadem ratione, si dominus nauis in 2 illa naufragij trepidatione, nauem alleuiando, ex ea bona aliqua in scaphã intulerit, ab aliquo in terram deferenda, & conseruãda; quiquidè ad terram appulsus bona ipsa sibi appropriauit, in excommunicationem incidit, nam in rigore iste talis dicitur huiusmodi bona furripere; cùm furti nomine intelligatur omnis illicita vsurpatio rei alienæ: vt in c. pœnale, 4. q. 5. & propterea, si nauis naufragium patiatur, ex naufragio furripuisse cẽsetur, cùm furtũ in ipsa naufragij trepidatione supponimus hoc casu fuisse commissum. Dixi, si nauis naufragium patiatur: quoniam, naufragio non subsequuto, rapiens in illa naufragij trepidatione, non dicitur ex naufragio rapere, & proinde in dictam excommunicationem nõ incidit: vt bene docet glo. in d. l. Pedius, in ver. fiat, per tex. in l. 1. §. si suspicio, ff. eo. tit. de incen. ruin. & naufr.

Et sic furripiens in naufragij trepidatione, 3 non statim excommunicationis vinculo alligatur; sed sub sequuto naufragio: atque adeò, si antequam naufragium fiat raptor rem raptam restituat, in excommunicationem nõ incidit; etiã si statim post illius rei restitutionem naufragiũ sequatur.

Hæc probabiliter dicta sint: quia sententia Vgol. est etiam satis probabilis: & tanto fortius, cùm sit benignior: quapropter qui secũdum illam iudicaret, nõ puto quòd redargui mereretur: eo quòd in pœnis benignior est interpretatio faciẽda, vt in c. in pœnis, de regul. iur. in sextò

Ad argumentum patet respõsio ex dictis: nam propriè cõcludere videtur vbi huiusmodi bona subtracta sint ante naufragij trepidationem: eo quòd non possunt dici ablata ex naufragio; & in hoc euentu videtur loqui Graff. loco citato; secus autem, si furtum committatur in ipsa naufragij trepidatione: quia tunc bona dicũtur auferri ex naufragio.

ADDITIO.

a Verius. Contrariam sententiam tenet Reginald. lib. 9. suæ prax. num. 273. Graff. p. 1. decis. lib. 4. c. 18. num. 62. vers. sextò. Et Bonac. de censur. Bullæ cœnæ, disp. 1. q. 3. pun. 2. sub. num. 6. qui ad tex. in l. Pedius, ff. de incen. ruin. & naufr. respondens ait, tex. illum velle, non propriè rapi ex naufragio, quod in naufragij trepidatione aufertur. Quæ quidem opinio licèt videatur probabilis; probabilior tamen nobis videtur Duardi sententia per rationes ab eo allatas. Nec interpretatio ad d. l. Pedius quadrat: nam si impropriè rapere Iurisc. vellet, qui in naufragij trepedatione rapit, vsus esset verbis impropriętatem significãtibus, vt si diceret, videri etiã posse dici, &c. siquidem dictio, *videtur*, fictionem

nem, ac impropriétatem denotat, vt habetur per Glos. in l. nemo, ff. de reſtit. in integ. in ver. Pollicetur: & latè idem Duard. ſupra can. 1. q. 47. n. 19. Io. Vincent.

Ibi (*In mari, vel in littore inuenta*) An ſurripiens naufragorum bona, paulò vltra litus ventorum impetu tranſmiſſa, incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Surripiens naufragorum bona, vi ventorum extra litus maris tranſmiſſa, non incidit in excommunicationē huius canonis.*

CAſus contingere poteſt Genuæ, Neapoli, & in alijs Ciuitatibus, ad quarum mœnia, maris fluctus, tempeſtatis tempore alliduntur. Vnde quæritur, an ſi intra Ciuitatem, ventorum impetu, naufragorum Fidelium bona aliqua tranſmiſſa quis ſurripiet, incurrat excommunicationem noſtri canonis.

Breuiter reſpondetur negatiuè *a*: quoniam vi dicti canonis excommunicatur ſurripientes bona Fidelium naufragorum in mari, vel in litore inuenta: in caſu autem; de quo agitur, furtum ſupponitur commiſſum vltra mœnia Ciuitatis, ergo bona prædicta non poſſunt dici ablata nec in mari, nec litore: nam litus dicitur quouſque maximus fluctus hibernus à mari peruenit: vt in l. litus, ſa. 1. ff. de verb. ſignif. Et quamuis interdum litus ſumatur pro agro mari vicino, vt habetur Aen. lib. 4. *Cui litus arandum*; tamen hoc modo litus ſumitur impropriè: verba autem excommunicationis, cùm ſit pœna, debent ſtrictè, & propriè interpretari. Licèt contrarium videatur tenere Graff. hic lib. 4. deciſ. p. 1. c. 18. ſub num. 74. in vet. tertiò extenditur.

a 1

ADDITIO.

a Negatiuè. Hanc eandem opinionem ſequitur nouiſsimè Bonac. de cenſur. Bullę cœnę, diſp. 1. q. 3. pun. 2. ſub n. 7. qui ex hoc infert contra Filiuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. n. 97. hac excommunicatione non alligari, qui ſurripit bona in littore inuenta, etiam ſi naufragium factū ſit in ipſius fluminis ingreſſu; modò naufragium fiat intra ālueum ipſius fluminis, & bona delata nō ſint intra maris ambitum, vel ad lictus maris, ſi quidem Bulla loquitur de ſurripiētibus naufragorum bona in mari, vel in litore inuēta: eo autem caſu nō dicuntur bona naufragātium ſurripi, nec in mari: nec in littore inuenta; ſed in flumine. Eſt tamen verum, quòd ad contrahendā excommunicationem ipſam, ſatis eſt, quòd naufragium fiat in portu, ob illa generalia verba canonis, ibi, (*Tam in noſtris Tyrreni, & Adriatico, quàm in cæteris cuiuſcunque maris regionibus, & littoribus*) vt rectè aduertit idem Bonac. loco citato, in ver. Secus dicendum eſt: vbi etiam contraria ſoluit. Abb. Alex.

An Domino nauis naufragium paſſæ, naufragata bona apud aliquem in maris litore deponente, ſi depoſitarius depoſitum huiuſmodi neget, in prædictam excommunicationem incidat. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito domino.*
2 *Depoſitarius bonorum naufragorum quæ in litore maris apud ipſum à domino depoſita fuerunt, ſi neget ea, ac ſibi appropriet. licèt peccet; non tamen excommunicationem contrahit.*
3 *Furti nomine intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienæ.*
4 *Depoſitarius, qui in naui naufragij tempore, aut in ipſa naufragij trepidatione, bona apud ipſum depoſita recepit contrectandi animo, & negauerit ea ſecuto naufragio, in excommunicationem incidit: ſecus autem ſi tali animo illa receperit in mari, aut in litore.*

IN hac re videtur affirmatiuè reſpondendum, & conſequēter Chriſtianus naufragium paſſus, ſi ad litus maris peruenerit, & aliquas res quas ſaluare potuit, apud aliquem depoſuerit conſeruāda; ſi depoſitarius huiuſmodi res ipſas apud ſe depoſitas negauerit, atque adeò contra domini voluntatem ſibi retineat, in excommunicationem incidat.

Probatur, quia vi noſtri canonis excōmunicātur Chriſtianorum bona naufragata furripiētes ex naui, naufragium paſſa, aut in mari ex eadem naui proiecta, vel in litore inuenta: modò qui depoſitum negat, & contra domini volūtatem vult illud ſibi vſurpare, proculdubio dicitur ſurripere, cùm conueniat huic actioni furti definitio: eſt enim furtum contrectatio quędam rei alienæ, inuito domino. Hinc fit, vt contra depoſitarium prædictum in hoc caſu detur actio in duplum, ſi inficiatio fuerit ſequuta: vt in l. 1. §. prætor ait, vbi glo. & l quòd tumultus, ff. depoſ. ac in §. ſed furti actio, in Inſt. de fur.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam *a* arbitror de iure veriorem eſſe, quam tenet Proſper de Auguſt. in add. ad Steph. 40. in ſum. Bull. ſub tit. Bona naufragantium, in ver. Tertiò limitatur, nēpe quòd ſupradictus depoſitarius, ſi bona naufragorum Fidelium apud ipſum depoſita modo quo ſupra negauerit, & ſibi vſurpauerit, in prædictum excommunicationē non incidit.

a 1

Ratio autem hæc eſſe videtur, quoniam ad incurrēdam dictam cenſuram exigitur, vt huiuſmodi bona ſint ablata in nauibus naufragium paſſis: vel ex ipſis nauibus in mari eiecta; aut in litore inuēta. Modò in caſu, de quo agitur, eſto, quòd depoſitarius dicatur prædicta bona furripere. nihilominus, cùm dicta bona non fuerint furto ſubtracta in nauibus, nec in mari proiecta nec in litore inuenta, meritò excommunicationem noſtræ clauſulæ nō cōtrahit: quia in pœnis verba ſunt ſtrictè interpretanda.

Ampliatur hæc cōcluſio, vt idem dicendum ſit, ſi bona vt ſupra naufragata in mari, vel in ip

ſa

ſa naui à domino apud ipſum depoſita depoſitarius eodem modo negauerit: nam huiuſmodi bona ab ipſo depoſitario non fuerunt è naui ablata, nec in mari proiecta, ſed apud eundem à domino depoſita: atque adeò cùm in hoc euentu non conueniant verba huius canonis, nec conuenit eiuſdem diſpoſitio, ar. text. in l. 4. §. toties, ff. de dan. infec.

Immo talis depoſitarius nec cõtrahit excommunicationem contentam in c. excommunicationi, de rapt. nam ad contrahendam dictam excommunicationem oportet, vt naufragorũ bona rapiantur; modo raptor non dicitur, qui pecuniam apud ipſum depoſitam negat, eo quòd nullam vim contra deponentem adhibet, prout ad rapinam exigitur, vt in l. 1. C. de vi bon. rapt. c. 2. & tot tit. de rapt. ſed dicetur fur potius, cùm furti nomine intelligatur omnis illicita vſurpatio rei alienæ, c. penale, t. 4. q. 5. & ideò ad duplũ venit condemnandus tamquam fur, vt in d. l. t. §. prætor ait, & ibi glo. ff. depoſ.

Limitantur hæc, quæ diximus, vbi depoſitarius cõtrectandi animo naufragata bona in ipſa naui nauſragium paſſa à domino receperit: hoc caſu, cùm dicatur prædicta bona in naui ſurripere, arbitror eum incidere in dictam excommunicationem: eo quòd eidem cõueniunt verba huius canonis.

Non tamen puto eodem modo eſſe dicendũ, ſi extra nauim, in mari exiſtens, à domino huiuſmodi bona contrectãdi animo recipiat; vt quia dominus in ſcapha ea ſilua fecerat; nam recipiẽs tali animo, licèt in ipſo receptionis actu furtum commiſerit: tamen non dicitur commiſiſſe furtum bonorum, quæ ex naui naufragium paſſã in mare proiecta ſunt; ſed in mare apud ipſum depoſita: vndè, cùm ei non conueniant verba huius canonis, non conuenit diſpoſitio, & conſequenter prædictam excommunicationem non contrahit.

3 4

ADDITIO.

a Sententiam. Hanc eamdem ſententiam tenet Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 5. pun. 1. ſub num. 5. & 6. cum eiſdem tamen limitationibus relatis à Duardo, hac eadem q. num. 4. Abb. Alex.

An ſurripientes Fidelium naufragorum bona vtſupra, non animo ſibi appropriandi, ſed eis tantùm vtendi per aliquot tempus, & deinde vero domino reſtituendi, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 10.

SVMMARIVM.

1 *Surripiens is propriè dicitur, qui doloſè rem alienam, pro ſe vti habere.*

2 *Furtum eſt contrectatio rei fraudulosa lucrifaciendi gratia: vel ipſius rei, vel etiam vſus eius, poſſeſſionisue.*

3 *Gallinam auferens, vt ex ea ouum habeat, furtum committit.*

4 *Auferens bona nauibus naufragij tempore, non vt ſibi appropriet, ſed vt per aliquot tempus eis vtatur, incidit in excommunicationem huius canonis.*

5 *Vſus bonorum eſt bonorum ſpecies.*

6 *Auferens naufragorum bona, vt illis vtatur per temporis ſpacium adeò modicum, vt eorum vſus, & fructus non aſcendat ad quantitatem notabilem, non incurrit ſupradictam excommunicationem.*

7 *Bona dicuntur à beando.*

AD tituli explicationem eſt annot. quòd per bonorũ vſum intelligimus in hac quæſtione non ſolùm vſum bonorum mobilium; vt ſũt veſtes, arma, libri, & his ſimilia, ſed etiam vſum bonorum ſe mouẽtium, vt animalia: ſiue rationabilia ſint, vt ſerui, & ancillæ: ſiue ſint irrationabilia, vt equi boues, aues, oues, &c. Quo circa, ſi quis bona huiuſmodi fidelium naufragorum ex nauibus naufragium paſſis, vel ex eiſdem in mari proiecta, aut in littore inuenta, non vt ſibi appropriet, auferat; ſed, vt eiſdem per aliquot tempus vtatur; vt ſi veſtes ſint, illis per otto, vel decem dies induatur: ſi oues, aut aues ſint, vt ex eiſdem percipiat lac, caſeum, lanam, oua, pennas &c. per ſpatium duorum: aut trium menſium, & deinde proprijs dominis reſtituat; quæritur, an incidat in excommunicationem noſtri canonis.

In hac re videtur prima facie negatiuè reſpõdẽdum eſſe, nempe, quòd ſurripientes huiuſmodi bona, nõ animo ſibi appropriandi, ſed eiſdem per aliquot tempus vtẽdi, & fructus percipiendi, nõ incidant in dictam excommunicationem.

Probatur primò, quia vſus bonorum nõ ſunt ipſa bona. Hinc equi, domus, & veſtis vſus; non eſt equus, domus, aut veſtis: quoniam equus, domus, & veſtis ſunt res; vſus autem, ſunt actiones circa res ipſas. Sic etiam fructus bonorum, ſunt res diſtinctæ ab eorum bonis: nam partus ancillæ, non dicitur ipſa ancilla. Et fætus, lac & lana ouium, non ſunt ipſæ oues; ergo ſurripientes huiuſmodi bona, nõ vt ſibi appropriet, ſed animo illa reſtituendi proprijs dominis, retentis per aliquot tempus eorum fructibus, vel, vt eiſdem vtantur, nõ alligantur excommunicatione huius canonis: eo quod nõ dicũtur naufragorum bona formaliter ſurripere.

Secũdõ ex vi noſtræ Bullæ excommunicãtur ſurripientes bona Chriſtianorum, ſiue illa in ipſis nauibus naufragium paſſis, ſiue ex eiſdem eiecta in mari, vel in littore inuẽta abſtulerint modo, qui vtitur huiuſmodi bonis, vel fructus ex eiſdem percipit, nõ dicitur de nauibus bona ſurripere, vel bona ex eiſdem in mari proiecta, aut in litore inuẽta, ſed fructus, & vſum ex dictis bonis percipere. Cùm igitur vi verborum noſtri canonis protegãtur bona, quæ in nauibus naufragium paſſis reperiũtur, vel in mari proijciũtur aut in litore inueniũtur, & nõ vſus, & fructus huiuſmodi bonorum, cùm nõ percipiatur in nauibus, in mari, nec in litore, meritò auferẽtes illa, eiſdem fruendi ac vtendi animo per aliquot tempus, nõ incidunt in excommunicationem huius canonis: quia in pœnalibus verba ſũt ſtrictè interpretanda.

Nec ex eo, quòd primò fuerũt dicta bona ex 1 naui, mari, aut litore ſublata, auferens, poteſt dici ea ſurripuiſſe, quia cùm abſtulerit, vt domino

redderet,non dicitur furtum commisisse,quod propriè vi dicti canonis punitur: nã cùm loquatur de surripiente.debet intelligi de doloso, qui restituere non vult,sed pro se habere, qualis est fur,& latro,vt est tex.in l.3.§.sed enim. ff.de Incend.ruin.& naufr.& habetur ex Vgol. hîc, §.2. ver. Octauò in excommunicationem,cùm aliis, quos ipse allegat.

His tamen non obstantibus, contrariam sententiam puto veriorem.

Probatur quoniam auferens dicta bona supradicta intentione, verè, ac proprie dicitur ea 2 surripere, & consequenter furtum committere, cùm animum lucrifaciendi habeat;quod est de essẽtia furti. Est namque furtum ex Paulo iurisc. in l. 1.§.furtum est,ff.de fur.cõtrectatio rei fraudolosa lucrifaciendi gratia,vel ipsius rei,vel etiã vsus eius,possessionisue.

Hinc ait glo.in §.gallinarum,in Inst.de rer. diuis.quòd qui alterius gallinam contrectat, nõ vt 3 sibi appropriet, sed vt ex ea oiñ dumtaxat percipiat,verè dicitur furtum committere;quia lucrifaciendi gratia gallinam ipsam contrectauit: ergo idem dicẽdum in casu nostro,vt qui bona vt supra de nauibus naufragium passis aufert,vt eisdem vtatur,aut fructus percipiat, estò quòd 4 bona illa appropriandi sibi animum nõ habuerit,nihilominus,quia verè,& propriè dicitur ea surripere,seu furari,cùm lucrifaciendi gretia recipiat,in prædictam excommunicationem incidit. Etenim vi nostri canonis excommunicatur surripiens bona fidelium è nauibus naufragium passis,siue in ipsis nauibus abstulerit,siue ex eisdem nauibus in mari proiecta, vel in litore inuenta contrectauerit.

Confirmatur:quoniam in hoc canone excõ 5 municantur surripientes cuiusque generis bona fidelium ex nauibus,naufragium passis, &c. sed sic est,quòd vsus bonorum est genus quoddam bonorum, quòd sibi vsurpat auferens dicta bona,vtendi eisdem animo iuxta ea,quæ habentur ex Panor.& alijs in c.nõ liceat,de reb.eccl.alien. vel non.& in c.relatum,de testam.vndè meritò prædictæ excõmunicationis vinculo alligatur.

Hæc conclusio vera est,vbi fructus,qui ex di- 6 ctis bonis percipiuntur,sunt notabilis quantitatis:nam,non quælibet quantitas huiusmodi bonorum ablata,satis est ad excommunicationem contrahendam.vt infra Deo duce, in propria quæstione dicemus.

Ad argumenta igitur respondetur.

7 AD primum potest primò responderi negando antecedens:nã vsus, & fructus bonorũ sunt etiam bona, licèt sint res distinctæ ab ipsis bonis,quibus vtimur,& fruimur:nã appellatione bonorum,vt diximus,veniunt etiam iura incorporalia,& actiones,& facultas illa vtendi, & fruendi cùm vtilis sit,bonum verè dicitur;quoniam bona à beando derivantur, eo quòd prosint,cùm beare,sit prodesse.vt in l. bonorum appellatio,la prima.ff de verb. sign.

Vel secundò,&melius respondetur,quòd qui aufert dicta bona,vt illis vtatur, vel, vt ex eisdẽ fructus percipiat,verè dicitur surripere, seu furari bona ipsa, cùm lucrifaciendi gratia auferat. iuxta tex.in d.l.1.§.furtum,ff.de fur.

Ad secũdum dicitur,quòd quamuis percipiẽtes fructus ex huiusmodi bonis, vel eisdẽ vtentes, vsum & fructus non percipiant ex nauibus, mari,aut litore. sed ex bonis á supradictis bonis separatis: nihilominus quia percipiunt ipsa bona ex mentionatis lucris lucrifaciendi animo;verè dicuntur surripere eadem bona è nauibus, mari, vel litore; nimirum si in excommunicationem incidunt.

Quanti valoris debent esse bona naufragata, ad hoc,vt illa surripiens,incidat in excommunicationem nostri canonis. Q.11.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio nunquam fertur, nisi pro peccato mortali.*

2 *De minimis non curat Prætor.*

3 *Iudex pro re leui excommunictionem ferens, non censetur velle alligare contrauenientes;sed ita loqui ad terrorem.*

4 *Excommunicationem ferentes pro re leui,peccant mortaliter.*

5 *Surripientes naufragorum bona, non ascendentia ad valorem duorum aureorum, excommunicationem nostri canonis non contrahunt, licèt mortaliter peccent.*

6 *Surripientem minimum naufragorum, maximi valoris æstimatum à domino propter affectionem, an incidat in excommunicationem,declaratur.*

1 IN hac re Vgol. in explicatione præsentis canonis,§.2.ver.Septimòin excominunicatione nẽ ait, quòd ad cõtrahendam excommunicationẽ in hoc canone contentam, satis est si quis surripiat tantam quantitatem bonorum fidelium naufragorum,quę sufficiat ad committendum peccatum mortale: quia excommunicatio nunquã fertur, nisi pro peccato mortali: vt in c. nemo episcoporum,& c.nullus,11.q.3.

2 Vndè qui gladiorum vaginam.fasciculũ pennarum, & similia ex bonis naufragatis surripit, in prædictam excommunicationem nõ incidit; quia de minimis non curat prætor, ar. tex. in l. scio,ff.de in integr.rest.& l. quod si Ephesi,ff.de eo quod cer.loc. Paruitas enim materiæ excusat à peccato mortali, etiam si ex suo genere actus aliquis sit culpa mortalis,vt bene probat Syl. in sum.in ver peccatum,q.3.Nauar.in suo Man.c. c.17.n.3.Tol.lib.3 suæ sum.c.2.& alij.

3 Hinc Iudex.si pro re leui excommunicationẽ ferat,non censetur velle contrauenientes huiusmodi censuræ vinculo alligare, sed ita loqui ad terrorem. Sicut neque excommunicare intelligitur etiam,qui furatus est rem notabilem,& magnam furti partem iam restituit, pro quo fertur excommunicatio,vt ait Henriq. lib. 13. de exc. c.17.§.1.&Vict.§.5.eo.tit.quos refert,& sequitur Sayr.lib.1.Thes.tom.c.9.num.18.

4 Sic etiam excommunicatio generalis lata cõtra eos,qui furantur,aut malè ablatum nõ restituunt,solùm comprehendit auferentes,aut retinentes tantam quantitatem,quæ satis sit ad cõmittendum peccatum mortale, vt docet Petr. Nauar.lib.3.de rest.c.1.dub.8.n.61. Licèt prob-

bi-

bilem quoque putet cõtrariam ſentẽtiam; maximè ſi excommunicatio expreſsè feratur in eos qui etiam modica ſurriperent. Quod quidem non videtur probare Ledes. 2 2. q. 23. ar. 3. quem refert Sayr. loco citato, dicens, peccare mortaliter Prælatos, qui pro leuibus cauſis excommunicationem fulminant.

Pari ratione, lata excommunicatione contra
4 raptores, niſi reſtituant, ſi quis rapuerit, & tempore excommunicationis latę non habeat vnde reſtituat, quia non peccat nõ reſtituendo, quoniam ad impoſſibile nemo tenetur, in excommunicationem non incidit, vt per Sot. in 4. ſent. d. 22. q. 1. ar. 2. ver. Secundò ſi feratur.

Hæc ſententia re vera difficultatem non ha-
5 bet circa Vgol. dictũ, quòd pro re minima, quę ſatis non ſit ad committendum peccatum mortale, excommunicatio noſtri canonis non contrahatur. Non tamen puto, eandem ſuſtineri poſſe, ſi dicat, ſurripientem ex bonis naufragatis quamlibet quantitatem ſufficientem ad cõ-
6 trahendam letalem culpam, in dictam excommunicationem incidere, prout ex eo tacitè colligitur: nam ſi quis ſurripiat vnum, vel alterum realem, peccatum mortale committit, iuxta ea, quæ dicit Nauar. in Man. c. 17. ſub n. 4. & tamen pro huiuſmodi quantitate excommunicari nõ poteſt: quoniam per Cõc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 3. ſtatuitur, vt excommunicatio non feratur pro quacunque re perdita; ſed tunc ferri poſſit, quando res perdita, non eſt vulgaris, i. magni momenti: vt bene Concilium ipſum declarat Sayr. lib. 1. Theſtom. 1. c. 9 num. 33. circa mediũ Quaptopter ſi furtum bonorum naufragorum non accedat ad valorem duorum aureorum ſurripientes ea, dicimus peccare quidem mortaliter non tamen, in excommunicationem noſtri canonis incidere; quia res vulgaris dicitur, quæ non aſcendit ad valorem duorum aureorum, vt in l. ſi oleũ, §. fin. cum l. ſeq. ff. de dol. mal. Et ita tenuiſſe Præceptorem ſuum refert, & ſequitur Steph. quaranta in ſum. Bull. ſub tit. Bona naufragantium.

Beneuerum eſt, quòd ſi in re illa minima adeò
6 cadat domini affectio, vt ab eo magni momenti æſtimetur: aut eiuſdem priuatio eſſet ipſi domino cauſa notabilis damni, tunc ſurripiens rem illam ita minimam, probabiliter puto, quòd excommunicationis vinculo alligetur: nam huiuſmodi fur mortaliter peccat, & rem notabilem dicitur furari, ſi ſciat, aut ſcire debuerat propter illius rei fraudolentam cõtrectationem, magna moleſtia dominum afficiendum eſſe, aut eidem notabile damnum eſſe futurum.

Dixi probabiliter puto: quia ſi quis velit tenere, quòd committẽs furtum rei minimæ, magnæ propter affectum dumtaxat a domino eſtimatæ, non incidat in excommunicationem prædictam, hanc opinionem arbitror non eſſe improbabilem: nam in rei veritate poteſt deſẽdi, quòd non commiſerit furtum notabile, quamuis ob moleſtiam notabilem, quam attulit, mortaliter peccet: vt bene aduertit Nauar. loco citato, num. 3. ver. Quintò quod ſæpe, in fine.

ADDITIO.

4 Culpam. Adde híc Bonac. de cenſur. Bull. cen. diſp. 1. q. 5. pun. 4. ſub num. 3 cum alijs quos allegat. Abb. Alex.

An finguli, ſingulas res minimas fideliũ naufragorum ſurripientes, quæ ſimul iunctæ facerent quantitatem magnam, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 12.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio non fertur pro re vulgari, ſed res debet ſaltem eſſe valoris duorum aureorum.*

2 *Minimas res naufragorum, plures ſimul ſinguli ſingulas auferentes, ſi ſe inuicem adiuuent, quamuis ſinguli niſi ſingulas res minimas ſubtraxerint, vbi ſimul iunctæ faciunt quantitatem magnam, incidunt in excommunicationem huius canonis.*

3 *Iniuria tanto maior dicitur, quanto à pluribus admiſſa eſt.*

4 *Surripientes ſinguli ſingulas res minimas naufragorum quæ ſimul iunctæ faciunt quantitatem magnam, ſi ſine conſenſu inter ſe, nec in crimine ſe inuicem adiuuent, excommunicationem non contrahunt; etiam ſi ſe inuicem viderint ſurripientes.*

5 *Surripientes ſinguli ſingulas res minimas naufragorum quamuis inuicem ſe non adiuuerint; poſſunt tamen ſinguli ſub pœna excommunicationis compelli ad earum reſtitutionem, iuxta ſingulorum quantitatem ſublatam.*

6 *Rapientes ſinguli ſingulas res minimas naufragorum, ſi in mora fuerint in reſtituendo incidunt in cenſuram contentam in c. excommunicationi, de rapt.*

7 *Surripientes ſinguli ſingulas res minimas naufragorum ſi ſe inuicem non viderint nec iuuerint, nec ſciuerint damnum illatum, non peccant mortaliter, nec aliquam excommunicationem contrahunt.*

8 *Excommunicatio non contrahitur, ſi peccatum mortale non committitur.*

9 *Fur detinendo rem furtiuam, dicitur continuè furari.*

10 *Fur aſportando rem furtiuam in alienum territorium, ibi fortitur forum ratione nouæ contrectationis.*

PRo determinatione huius difficultatis eſt, annot. quòd quandoque contingit, ſingulos cum conſenſu inter ſe, & in crimine conſortes, ſingulas res minimas naufragorum ſurripere, quæ ſimul iunctæ faciunt quantitatem magnã: quandoque contingit ſingulos ſine conſenſu inter ſe, nec in crimine ſe inuicem adiuuantes auferre ſingulas res, vt ſupra minimas, quæ ſimul iunctæ faciunt quantitatem magnam; verùm, vnus auferendo videbat alios ſurripientes; vel ſaltem ſeorſim ſurantes, ſciebant damnum ab alijs illatum: quandoque contingit ſingulos res minimas naufragorum auferentes, ſe inuicem non videre, non ſciri, non iuuari, nec inducí ad rapiendum: ſed poſt furtum commiſſum, vnus venit in cognitionem damni illati ab alio. Denique poteſt contingere, ſupradictos aufe-

rentes res minimas, ita ſeorſim furripere, vt inuicem non iuuentur, non inducantur, non videant, &c. nec vnus veniat in cognitionem dãni illati ab alio.

Secundò eſt annot. quòd quãdoque ſupradictæ res minimæ ſeorſim ablatæ, ſimul iũctæ faciant quantitatem magnam, ſufficientem ad ferendam excommunicationem dumtaxat, nẽpe quòd faciant rem non vulgarem, & ſic aſcendẽtẽ ad valorem duorum tantùm aureorum, iuxta decretum Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. ca. 3. & l. ſi oleum §. fin. cum l. ſeq. ff. de dolo mal. & aliquando contingit, ſupradictas res minimas ſimul iunctas, non modo aſcendere ad ſupradictã quantitatem duorum aureorum ſed ad ſummã longè maiorem, & adeò notabilem, vt dominus nauis, naufragium paſſæ, per hũiuſmodi ſingularum minimarum rerum ablationem, maximũ damnum fuerit paſſus. His annotatis, ſit.

1

Prima Concluſio.

2 QVando ſinguli ſe inuicem adiuuantes, ſingulas res minimas naufragorum furripiũt, quæ ſimul iunctæ faciunt quantitatem magnã tunc omnes, & ſinguli incidunt in excommunicationem noſtri canonis, ſiue magna illa quantitas ſit duorum aureorum, ſiuè longè maior.

Probatur, quoniam hoc caſu, licèt ſinguli nõ niſi res minimas auferant; tamen, quando ſe inuicem adiuuant, perinde eſt, ac ſi ſinguli totam illam magnam quantitatem furriperent: ar. tex. in l. ita vulneratus, §. fin. ff. ad l. Aquil. vbi habetur, quòd cùm plures trabem alienam, furandi cauſa, ſuſtulerint, quam ſinguli ferre non poſſẽt, furti actione omnes tenentur.

Sic etiam, ſi plures aliquem ceciderint, aut
3 conuicium alicui fecerint, ſingulorum propriũ eſt maleficium: & tanto maior eſt iniuria, quanto à pluribus admiſſa eſt: Immo etiam tot iniuriæ ſunt quot & perſonæ iniuriam facientes: vt bene inquit Caius Iuriſc. in l. ſi plures. ff. de Iniur. Vndè ad reſtitutionem tenentur inſolidum totius quantitatis omnes illi, ſine quibus furtũ cõmiſſum nõ fuiſſet; vt per Nauar. in ſuo Man. c. 17. num. 130.

Secunda concluſio.

4 SI ſinguli ſine conſenſu inter ſe, nec in crimine ſe inuicem adiuuantes furripuerunt ſingulas res minimas naufragorum, quę ſimul iunctæ faciunt quantitatem magnã, ſi inuicem furripere ſe viderint, licèt omnes peccent mortaliter; tamen nullus in excommunicationem prædictam incidit.

Prima pars cõcluſionis patet, quia omnes cõcurrerunt ad inferendum iniuſtè notabile damnum proximo; ergo, eſtò quòd quilibet ſeorſim furtum commiſerit, & vnuſquiſque niſi res minimas abſtulerit, cùm inuicem ſe viderint in dicta notabili iniuſtitia inferenda, omnes tamen peccant mortaliter.

Secũda pars probatur, quia licèt ſinguli, ſingulas res minimas, vt ſupra furripientes, inuicẽ ſe viderint in tali damno notabili infetendo; nõ tamen ſe inuicem adiuuant: & proinde nõ poſſunt dici ſinguli magnæ rei furtum cõmiſiſſe, vt ex his, quæ diximus in præcedenti concluſione, patet; ſed tantùm rei minimæ, pro qua non fertur excommunicatio vt ſupra ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. cap. 3. in præcedenti quæſtione probauimus.

Eſt tamẽ verum, quòd ad reſtitutionem vnuſ-
5 quiſque tenetur pro eo, quod accepit dumtaxat & non omnes inſolidum: quia inuicem non ſe adiuuarunt ad furripiendum. Ad quam reſtitutionem faciẽdam poſſunt ſinguli compelli, etiã ſub pœna excommunicationis: quia hoc caſu, quamuis ſingulæ res ſeorſim ſumptæ, non ſint materia ſufficiens ad ferendam excommunicationẽm, cùm priuata vniuſcuiuſque acceptio ſit rei minimæ; damnum tamen à ſingulis ſimul ſumptis illatum, eſt graue, & in conſcientia reſiciendum: non poteſt autem reſici niſi ſingulis reſtituentibus ſuam partem; ergo non reſtituere in tali caſu, eſt peccatum mortale, & conſequenter iuſta erit excommunicatio reſpectu totius damni: eo quòd ſertur pro peccato mortali non reſtaurãti graue damnum proximi: vt bene docet Sayr. cum alijs, quos ipſe allegat, lib. 1. Theſ. tom. 1. c. 9. n. 9. & 10.

Immo, ſi rapina maximè præceſſerit moram
6 in reſtituendo, quamuis ſinguli niſi res minimas vt ſupra rapuerint, excommunicationem contrahunt, contentam in c. excommunicationi, de rapt. cuius vigore excommunicantur naufragorum fidelium bona rapientes, niſi reſtituant.

Idem dicendum eſt. vbi ſinguli ſine conſenſu inter ſe, nec in crimine ſe inuicem adiuuantes, nec ſe inuicem rapiendo, videntes, ſingulas res minimas naufragorum vt ſupra rapiũt, ſeu furripiunt, quæ ſimul iunctæ faciunt quantitatem magnam: nam ſi ſcientes damnum ab alijs datũ ſeorſim perrexerint ad rapiendum, peccãt mortaliter, non tamen incidunt in excommunicationem noſtri canonis: & niſi reſtituant poſſũt excõmunicari. Et ſi moram in reſtituẽdo præceſſerit rapina, incidunt in excommunicationẽ d. c. ſi excommunicationi: quia in his omnibus caſibus militat eadem ratio.

Tertia Concluſio.

7 SInguli ſine cõſenſu inter ſe, nec in crimine ſe inuicem adiuuantes, nec in rapiendo ſe inuicem videntes, neque cognitionem habentes de dãno ab alijs illato, ſi ſingulas res minimas naufragorum Fidelium furripiant, non peccãt mortaliter, nec incidunt in excommunicationem noſtri canonis.

Prima pars concluſionis patet: quia ſi vnuſquiſque eũtium ſeorſim ad furripiẽdum neſciuit, nec ſcire debuit aliorum iniuſtitiam, vnuſquiſque laborauit probabili ignorantia in inferẽdo damno notabili proximo, ergo, cùm ſinguli niſi ſingulas res minimas furripiant, nõ peccant mortaliter, ſed tãtùm venialiter, cùm prorę leui letalis culpa non contrahatur.

Secunda pars probatur tum ratione allata in
8 præcedenti concluſione; tum etiam, quoniam vbi non contrahitur peccatũ mortale, excommunicatio nõ incurritur: vt in c. nullus, 11. q. 3.

Eſt tamen notãdum; quòd ſi poſt furtum dictorum bonorum inuicẽ deuenerint in cognitionem de rebus illis minimis, quas ſimul ſeorſim

ſim, vt ſupra rapuerunt, quæ ſimul iunctę facerent quãtitatem magnam, tũc teneretur vouſquiſque ad reſtitutionem pro eo quod accepit, alias mortaliter peccarent: & id ſiuè ſumma illa magna aſcendat ad ſummam duorum aureorum tantùm, ſiuè dictam ſummam longè excedat: quia licèt priuata vniuſcuiuſque acceptio fuerit in ſe venialis; damnum tamẽ ab iſtis omnibus ſimul ſumptis illatum eſt graue, & in cõſcientia reficiendum; ergo non reſtituere in tali euentu letalis culpa contrahitur.

Immo ſub pœna excommunicationis huiuſmodi bona ſic furripientes, ad earum reſtitutionem compelli poſſunt: & ſi moram in reſtituendo rapinæ ſaltem præceſſerit, incidunt in excommunicationem d. c. excommunicationi, de rapt. ſicut diximus in præcedenti concluſione.

Dices ſinguli qui ſingulas res minimis nau-
9 fragorum, vt ſupra furripuerunt, recuſantes illas vero domino reſtituere, omnes ſimul dicũtur concurrere ad furtum rei notabilis naufragorum: quoniam, donec res furtiua non reſtituitur, fur, illam detinendo, dicitur continuè furari, ſicut noſtra conſeruatio à Deo, dicitur continua creatio: ex quo huiuſmodi retentioni conuenit definitio furti, cùm ſit cõtrectatio rei alienæ inuito domino, iuxta tex. in l. 1. ff. de fur.

Hinc fit, quòd, quãdo fur rem furtiuam aſpor-
10 tat in alienum territorium, dicitur in illo territorio nouiter furtum committere, & ratione nouæ contrectationis fortitur ibi forum, vt latè probat Bar. & Doctores additi poſt ipſum in l. ſi dominium, ff. de fur. Et ita fuiſſe deciſum in Sacro Neapolitano Conſilio refert Capy. deciſ. 104. vbi fuit dubitatum, an quidam vaxallus Comitis Montellæ, qui in eiuſdem domini ſui territorio iumentum furto ſubtraxerat de mane: & de ſero dum applicuiſſet in territorio Comitis Noiæ, fuit cum iumento captus; debeat remitti ad dictum Comitem Montellæ? Et fuit deciſum ratione nouæ contrectationis, iudicẽ competentem illius furis eſſe Comitem Noiæ, in cuius territorio fuit captus.

Et dum iterum ſimilis caſus occurriſſet in perſona cuiuſdam furis, capti à Capitaneo Puteolano eodem die quo furtum Neapoli commiſerat; refert idẽ Capy. loco citato fuiſſe deciſum in eodem ſacro Conſilio, cauſam eſſe cognoſcendam per Capitaneum Puteolanum: & & id ratione nouæ contrectationis: quia fur, detinẽdo rem furtiuam, dicitur continuè furari. Si igitur res ita ſe habet prædicti, qui ſingulas res naufragorum fidelium furripuerunt, videtur dicendum, quòd ſi in mora ſint in reſtituendo, non modò mortaliter peccent, ſed etiã incidant in excommunicationem noſtri canonis: quia licèt ſingulas res minimas ſeorſim furripuerint; tamen cùm nolint reſtituere, omnes ſimul detinent magnam quãtitatem dictorum bonorum, & conſequenter perinde ſe habent, ac ſi omnes ſimul concurrerent ad furtum rei notabilis naufragorum fidelium.

Huic argumento reſpondetur quòd licèt in rigore prædicti dicantur concurrere ad furtum rerum naufragorum, dum ſcilicet ablata nolint reſtituere; tamen quia inuicem non ſe adiuuãt in non reſtituendo, nõ poteſt dici; ſingulos magnæ rei naufragorum furtum commiſiſſe, iuxta ea, quæ ſupra diximus in præcedenti concluſione.

Vel ſecundò reſponderi poteſt, quòd huiuſmodi retentio non dicitur facta in naui, in mari, aut in litore prout vi canonis exigitur, vt naufragorum bona furripiantur: nil mirum igitur, ſi huiuſmodi non reſtituentes, in excommunicationem noſtri canonis non incidunt.

An furripientes bona naufragorum Fidelium in mari proiecta, & ab eiidem habita pro derelictis, incidãt in excõmunicationem præſentis canonis. Q. 13.

SVMMARIVM.

1 *Prætextus, nõ ſolùm velamen, & fictam cauſam ſignificat, ſed etiam veram denotat.*
2 *Dictio, quemcumque, eſt generalis, nihil excipiens.*
3 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*
4 *Furripiens bona naufragorum habita pro derelictis, nõ incidunt in excommunicationem.*
5 *Quæ pro derelictis habentur, occupanti concediuntur.*
6 *Naufragorum bona, licèt non præſumantur habita pro derelictis; tamen iſta præſumptio eſt iuris tantum: & propterea contra eam admittitur probatio in contrarium.*
7 *Bona habita eſſe pro derelictis, quomodò conſtet.*
8 *Bona pro derelictis habita eſſe quibus caſibus præſumitur.*

IN hac re videtur prima facie affirmatiuè reſpõdendum eſſe, & conſequenter furripientes ſupradicta naufragorum bona, ſub prætextu quòd habita ſint pro derelictis, non excuſentur ab excommunicatione noſtri canonis.

Probatur: quia vi dicti canonis furripientes
1 huiuſmodi bona nullam cauſam, nullumque prætextum allegare poſſunt quibus à dicta excommunicatione excuſentur, vt pater in illis verbis: *Seu alium quemcumque prætextum excuſare poſſint*: Prætextus enim, non ſolùm velamẽ eſt, quo moueri ſe aliquis ſimulat ad aliquid faciendum, cùm tamen alia cauſa moueatur: vt hac voce vtitur Sueton. in vita Cæſaris, & Tiberij; ſed et hoc nomine, ſub prætextu, iura ſignificant verã quoque cauſam, non ſimulatam, & fictam. vt in l. ſub prætextu, C. de tranſ. & c. ſuborta de ſent. & re iud.

Vndè in l. Imperatores, ff. de re Iud. quod in
2 prædictis iuribus legitur ſub prætextu. ibi dicitur, ſub obtentu. Cùm igitur textus noſter excludat quemcumque prætextum, cenſetur excludere quamcumque cauſam, ſiue falſa ſit, ſiuè vera: quia ly. *Quẽcumque*, eſt nomen generale, nihil excipiens, vt in c. ſolitæ, in ver. Nihil excipiens, de maior. & obed. Abb. in c. ſuper quæſtione, in glo. in ver. Quicunque, de offic. deleg. & glo. in ver. Baliſta, ff. ad Trebel. ergo furripientes dicta bona, eſtò quòd habita ſint pro derelictis, incidunt in excommunicationem preſẽtis canonis.

Secundò confirmatur, quia naufragorum bona non cenſentur habita pro derelictis: vt in

l. 2.

l. 2. §. fin. vbi glos. & in l. qui leuandæ, ff. ad. l.
3 Rhod. de iact & l. interdictum, §. 1. ff. de acquir. poſſeſſione, quia nemo præſumitur iactare ſuum, l. cùm de indebito, ff. de condit. indeb. ergo prædicti ſic furripientes, non poſſunt iuuari excuſatione, quod bona habita ſint pro derelictis.

His tamen non obſtantibus, in contrarium
4 eſt communis ſententia, quam tenet Sayr. in explicatione præſentis canonis, lib. 3. Theſt. tom. 1. cap. 8. num. 8. Graff. in explicatione eiuſdem, lib. 4. de. 1. ſ. p. 1. c. 18. num. 74. Vgol libidem, §. 2. ſub num 1. in ver. Duodecimò in excommunicationem: & alij, quos ipſe allegat.

Probatur, quia ea quæ pro derelictis habentur,
5 ſtatim noſtra eſſe deſinunt, & occupanti cõcedũtur. vt eſt tex. in l. 1. ff. pro derel. & in l. falſus, §. ſed iactum ex naue, ff. de fur. ergo auferentes dicta bona non dicuntur ea furripere; quia non contrectant res alienas inuito domino; nimirũ igitur, ſi in excommunicationem non incidũt, tum quia non peccant; tum etiam quoniam vi noſtri canonis excommunicantur furripientes, ideſt inuſtè auferentes, vt infra, Deo duce, latiùs dicemus.

Ad contraria facilè reſpondetur.

AD primum dicitur, quòd vi huius canonis, licèt furripientes huiuſmodi bona nullum prætextum, & conſequẽter nullam cauſam veram, aut falſam allegare poſſint, quibus ab excommunicatione excuſentur; ſd tamen intelligendum eſt de cauſa vera, ſed iniuſta: ſecus autem ſi cauſa vera eſſet ſed iuſta, vt ſumus in caſu noſtro. quando bona habita ſunt pro derelictis: nam tunc auferẽtes dicta bona, cùm nõ dicantur ea furripere, à dicta cenſura proculdubio excuſantur.

Ad ſecundum reſpondemus, quòd Naufra-
6 gorum bona non adeò nõ præſumuntur habita pro derelictis, vt præſumptio iſta ſit iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in cõtrarium, iuxtà tex. in c. afferte, & ibi Doct. de præſump. nam præſumptio huiuſmodi, eſt iuris tantùm, contra quam admittitur probatio in contrarium, etiam per alias præſumptiones: quia præſumptio iuris tollitur per aliam præſumptionem, vt in c. requiſiſti, vbi glos. & Abb. in ver. Præſumitur, de teſtam. & in d. c. afferte, ſub num. 4.

Conſtat autem rem aliquam haberi pro de-
7 relicta vbi eius dominus in numero rerum ſuarum illam nolle dixit. Vt pote, ſi dixit inueniẽti, proſſit, vel, vt dici ſolet, valeat, vel in bonam partem, vel in malam illam accipiat: in his enim caſibus manifeſtò conſtat, dominum pro derelicto rem ſuam habere. Vndè cùm ſimus in claris, non eſt confugiendum ad coniecturas, l. cõtinuus, ff. de verb. oblig.

Præſumuntur ãutem bona pro derelictis ha-
8 bita a in multis caſibus; nam primus caſus eſt, quando res, quæ in mari proijcitur ex ſui natura talis eſt, vt ſtatim in ipſo mari peritura ſit: tunc enim pro derelicta habetur. Huiuſmodi ſunt metalla in altum mare proiecta, vaſa ſaccharo plena, & his ſimilia: arg. tex. in l. falſus, ff. de fur. Itẽ ſi eſſent mala punica, limones, ceraſa, ficus, quæ in aquam proiecta facile corrumpuntur; vt de malis punicis ſuperioribus annis Arimini cõtingiſſe refert Vgol loco citato, ſub num. 2. quæ quidem ad littus inuenta, qui abſtulit, in prædictam excommunicationem non incidit.

Secundus caſus patet ex modo proijciendi prædicta bona, vt ſi liber apertus in mari proijciatur; ſecus autem ſi pannis inuolutus, & clauſus, vt per gloſ. in d. l. falſus, §. fin. & l. qua ratione, ff. de acquir. rer. domin. & Panorm. in c. cùm dilecti, num. 11. de accuſ.

Tertius caſus eſt, ſi naufragiũ paſſus taceat, & bona vt ſupra proiecta recuperare nullo modo curat: nam tunc præſumitur ea pro derelictis habuiſſe: vt notat Angel. in ſum. in ver. inuẽta, & Syl. eo. ver. tertium verò: per tex. in d. l. qui leuandæ. ff. ad. l Rod. de Iact.

Quartus caſus eſt, ſi res in mari proijciantur, præciſo omni tempeſtatis periculo: quoniam, neceſſitate ad proijciendum nõ vrgente, proijcientes præſumuntur animo derelinquẽdi proiecciſſe. Ita Sayr. loco citato: & Proſper de Auguſt. in add. ad Steph. Quarantã, in ſum. Bullarij, ſub tit. Bona naufragantium; vbi alios quoque caſus enumerat. Reliquos vide apud Alter. hoc eodem loco, cap. 2. dub. 9. vbi latè pertractat, quonammodo, & quando bona huiuſmodi cenſeãtur habita pro derelictis: vbi etiam non nullos explicat dicendi mdos circa rem iſtã. His enim, & ſimilibus caſibus auferentes dicta bona, excommunicatione non alligantur.

At vbi pro derelictis non conſtat huiuſmodi bona fuiſſe habita, tunc domino reſtituenda ſunt, ſi compareat: & ob id proclama fieri debet in vicinis locis, vbi res repertæ ſunt ſumptibus rerum domini: & ſi non comparuerit, ad Epiſcopum loci ſunt deferenda, vt ea inter pauperes diſtribuat, ſoluto pretio inuentoribus pro ſuo labore, ar. tex. in c. cùm tu, de vſur. Ita Vgol. ibi in fine.

ADDITIO.

a Habita. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. num. 93. & 96. Reginald. lib. 9. ſuæ prax. n. 271. & Bonac. de cenſur. Bullæ cœnę diſp. 1. q. 5. p. 4. ſub num. 7. qui tamen non putat veram eſſe opinionem eorum, qui volunt, bona pro derelictis haberi, quando res, quæ in mari proijciũtur, ex ſui natura tales ſunt, vt mox in ipſo mari perituræ ſint, aut recuperatu difficiles, vel ad corrumpendum faciles: ſiquidem nemo præſumitur velle ſuum prodigere, l. cùm de indebito, ff. de condit. indebit. Et res mea manet mea quamdiu conſumpta nõ eſt, vt probat idẽ Bonacin de reſtit. diſp. 1. q. 3. p. 5. n. 6. atque adeò Domino reſtituenda eſt, ſoluto recuperanti debito laboris pretio, & ita tenet ẽtiam Gambar. in explic. præſentis Bull. c. 4. n. 5. & ipſe Duard. q. 14. quamuis aliter ſentiant de re, quæ talis naturæ ſit, vt ſi ablata non fuiſſet, Domino extincta eſſet, nec ad lictus perueniſſet. 10. Vincet.

An

An auferens naufragorum bona, quæ & ſi dominus pro derelictis non habuerit; ea tamē re habiturus non fuiſſet, incidat in excommunicationem noſtri canonis.

Q. 14.

SVMMARIVM.

1 *Reipublicæ non intereſt, vt quis re ſua malè vtatur.*

2 *Surripientes naufragorum bona, quæ, etſi dominus pro derelictis non habuerit, ea tamen rehabiturus non fuiſſet, incidunt in excommunicationem huius canonis.*

3 *Surripiens naufragorum bona talis naturæ, quæ niſi ablata fuiſſet domino periſſent, non contrahit hanc excommunicationem.*

4 *Naufragorum bona ſalua facientes poſſunt expenſas repetere, & mercedem conſequi ab eorum domino.*

IN hac re videtur prima fronte dicendum, quòd auferentes dicta bona, non incidant 1 in prædictam excommunicationem. Nam ſi dicta bona dominus non habeat pro derelictis, nec recuperaturus eſſet, eo quòd per iſſent: ergo mallet ea perire, quam ab alio acquiri: ſed hoc ipſi domino licitum non eſt: quia Reipublicæ non intereſt, vt quis re ſua malè vtatur, vt in §. ſed & maior aſperitas, in Inſt. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. & in l. quidam in ſuo teſtamento, ff. de cond. Inſt. ergo huiuſmodi bona auferentes licitè ſibi acquirunt, & conſequenter dictam excommunicationem non contrahunt.

Secundò probatur ex tex. in l. ſi quid in bello, ff. de capt. vbi habetur; quòd ſi quid in bello captum eſt; quia in præda eſt, & ſic domino extinctum eſt, ad capientem pertinet, nec poſtliminio redit, ideſt vt reddendum ſit antiquo domino, a quo hoſtes illud vſurpauerunt: ergo è naufragio ſublata, ſi domino extincta erant, ad ipſum pertinent, qui ea extraxit, & liberauit: nā non poteſt aſſignari diuerſitatis ratio, cur bona ſublata in priori caſu fiant capientis: & non in poſteriori caſu; ergo auferentes huiuſmodi bona naufragata, in excommunicationem non incidunt.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen- 2 tentiam arbitror de iure veriorem eſſe, quam tenet Vgolin. in explicatione huius canonis, §. 2. num. 3.

Probatur hæc ſententia ex text. in l. Pomponius, ff. de acquir. rerum domin. vbi habetur quòd in naufragio, ſi quid noſtrum amiſſum eſt: aut fera beſtia nobis rapit, puta lupus porcos: aut pullos miluus: noſtrum manet, quamdiu recuperari poteſt: ſi ergo non amittimus dominium bonorum, quæ in naufragio amittuntur, vel rapiuntur à feris donec recuperari poſſunt: ergo dum recuperantur, eſtò quòd domino extincta eſſent; auferentes ea, contrectandi animo, in hanc excommunicationem incidunt.

Cōfirmatur ex Viual. relato ab eodem Vgol. nam qui iumentum in foueam prolapſum eruit propter quod mortuum non ſit, reſtituere proprio domino tenetur illud, eſtò periſſet, ſi eruitum ab eo illinc non fuiſſet. Ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, vt quamuis bona ex naufragio ſublata domino periſſent; nihilominus, auferentes ea teneantur proprio domino reſtituere aliàs ab excommunicationis vinculo non excuſantur.

Ex quo infert ipſe Vgol. quòd qui linum, ligna, & his ſimilia, vi fluminis lata ab impetu fluminis rapit, dominus eorum nō efficitur ſi pro derelictis dominus ea non habuit, eſtò periſſet. Idem dicendum eſt, ſi dominus dum curreret ad liberandum ea è flumine, opportunè illuc peruenire nequeat.

Hæc quæ diximus intelligenda ſūt, niſi bona 3 naufragata eſſent talis naturæ, vt proiecta, niſi mox ablata fuiſſent, domino omninò extincta eſſent, vt quia ad littus non perueniſſent, vel ad ea ſaluanda nullus alius periculoſe ſubieciſſet. Vndè ſi ſaccharum eſſet in ſacco inuolutum, vel aromata, quæ ex naufragio ablata ſunt, & domino penitus extincta erant, ad ipſum, qui ea extraxit pertinebunt. Nec audiendus eſt dominus; ſi dicat ſe malle ea perire: quia Reipublicæ non intereſt, vt re ſua quis malè vtatur. ita Vgol. loco citato, ſub num. 3. in verſ. excipitur tamen.

Secundò limitatur, ſi bona naufragata aues Sylueſtres aut feræ eſſent, velretiam piſces, qui ob naufragium in ſuam naturalem libertatem peruenirent, nam tunc capientes huiuſmodi animalia, cùm eorum domini efficiantur, vt dicit text. in d. l. Pomponius, proprio domino reſtituentes, in excommunicationem non incidunt.

Sic fera Sylueſtris ab aliquo vulnerata, itaut veriſimiliter capi poſſit, aut ſi aper in laqueum incidit, non fiunt vulnerātis, nec domini laquei niſi manualiter capiantur: quapropter occupāti conceduntur: quia accidere poteſt, vt à vulnerante, & domino laquei non capiantur: vt in l. in laqueū, ff. de acquir. rer. dom. & §. illud quæſitum de rer. diuiſ. & ideo excommunicatio lata contra alienas feras ſurripientes, non includit auferentes feras è laqueo, aut vulneratas, vt ſupra capientes: quoniam vulnerans, & qui laqueum parauit, nunquam dicturum ferarum efficiuntur domini, niſi eas manualiter capiant.

Quis pariter à lupo & pullus à miluo vbi ablati ſint, ſi lupus, & miluus cum præda adeò longè abierunt, vt difficilis ſit eorum perſecutio, auferentes à lupo oues, vel a miluo pullum, ait Vgol. ibidem num. 7. in verſ. Excipitur tamen, quòd quando dominus proſequi deſiit, quia eorum dominum amiſit, eorundem conſequenter efficerentur domini. Ad quod allegat tex. in §. Apium, in fine de rerum diu. dum in eo habetur, quòd examen, quod ex alueo tuo euolauerit eouſque intelligitur eſſe tuum donec in conſpectu tuo eſt, nec difficilis perſecutio eius eſt, alioquin occupantis ſit.

Quod quidem Vgol. dictum mihi non probatur: quia eſt contra text. in d. l. Pomponius. Nec exemplum apium adduci poteſt: quia apes fera natura ſunt: non ſic oues & pulli: nimirum ſi apium dominus in illo euentu amittit dominium, cùm in ſuam naturalem libertatem peruenerint:

Tertiò

Tertiò limitatur, vt auferentes huiuſmodi
4 bona naufragata, & eorum ope, & induſtria à naufragio ſalua facientes, poſſint expenſas repetere, & mercedem pro labore ab ipſorum bonorum domino, tanquam pro re ſua bene geſta, vt habetur ex Tab. in ſum. in verſ. Naufragium, num. 2. Sylueſt. & alijs ab Vgol. relatis in dicto loco, num. 3. In caſibus tamen, in quibus dominus illorum bonorum dominium non amittit. & idem dicendum eſt de eruentibus oue de faucibus lupi, & pullum de miluo: quia militat eadem ratio.

Reſtat modo, vt ad argumenta reſpondeamus.

AD primum patet reſponſio; nam hoc verum eſt: quando dominus vellet bona potius perire, quàm ab alio capi, aut ſi ſunt talis naturæ, vt proiecta in mari, niſi ſtatim ablata fuiſſent, domino omninò extincta eſſent, vt ſaccharum, aromata, & ſimilia: nam efficiuntur capientis ſi cum vitæ diſcrimine auferentes ſalua faciat; iuxta ea, quæ infra. Deo duce dicemus, in proxima. q. Secus autem, ſi bona eſſent talis naturæ, quæ non ſtatim proiecta domino extincta eſſent, vt ſunt ligna, panni, & alia huiuſmodi: quia licèt domino perijſſent, niſi hic & nunc, & à tali perſona ſalua facta eſſent; eorum tamen dominus dominium non amittit, atque ideò nō efficiuntur capientium.

Ad ſecundum dicitur, quòd ideò, quod ab hoſtibus captum eſt, ad recuperantem pertinet, ita vt antiquo domino non veniat reſtituendū: quoniam, quæ capiuntur ab hoſtibus in bello iuſto, hoſtes ipſi eorum acquirunt dominium: at verò bonorum, quæ de naufragio ſubtrahūtur dominium remanet penès eoſdem naufragos: nil mirum, ſi non efficiantur capientium, niſi in caſibus ſupra relatis.

An recuperans naufragorum bona cum propriæ vitæ periculo, teneatur ea proprijs dominis reſtituere: aliàs incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 15.

SVMMARIVM.

1 *Milites ex vi eorum muneris, tenentur bona, ab hoſtibus recuperata proprijs dominis reſtituere.*
2 *Familia publica recuperans bona rapta à bannitis, & latronibus, tenetur ea proprijs dominis reſtituere.*
3 *Charitas ordinata incipit à ſe ipſo.*
4 *Naufragorum bona ſalua faciens tenetur ea proprijs dominis reſtituere, etiam ſi cum propriæ vitæ diſcrimine ſalua fecerit.*
5 *Naufragorum bonorum dominium donec recuperari poſſunt, remanet penès proprios eorum dominos.*
6 *Bonorum, quæ à lupo, & ab alijs beſtijs rapiuntur dominium remanet penes illorum dominos, atque adeò efficiuntur recuperantium.*
7 *Lex ſimpliciter loquens ſimpliciter debet intelligi.*
8 *Naufragorum bonorum dominium, ſi talis naturæ ſint, vt in breui eſſent peritura, transfertur in recuperantem.*
9 *Capta in bello, cur fiant capientium; & quando recuperans ea teneatur proprijs dominis reſtituere.*

IN hac difficultate videtur prima fronte dicendum, quòd qui cum periculo propriæ vitæ naufragorum bona recuperauerit, ſi dominus maximè rehabiturus ipſa non fuiſſet, ad eorundem reſtitutionem proprio domino non teneatur.

Probatur: quia ſi recuperans huiuſmodi bo
1 na ad reſtitutionem teneretur; vel id eſſet; quoniam ex debito iuſtitiæ recuperare illa cogebatur: vel ex debito charitatis; ſed neutro modo: ergo, &c. Minor patet: nam non ex debito iuſtitiæ, quia nos ſupponimus ad recuperanda prædicta bona recuperantem ex officio non teneri: ſicut ex officio tenentur milites recuperare bona ab hoſtibus capta, & proprijs dominis reſtituere, etiam nulla mercede illis ſoluta; quoniam ad ipſos pertinet patriam tueri, l. ab hoſtibus capti, C. de poſtlim. reuer. Recepta enim dicuntur, non capta à militibus: & detenſores eorum eſſe decet, non autem dominos, vt habetur in d. l. ab hoſtibus, & in l. ſi quis ingenuam, §. quod ſi publicè, & l. ſi captiuis, §. expulſis hoſtibus. ff. eod.

Idem dicendum eſt de publica familia, ſeu
2 sbirris recuperant bus bona rapta à bannitis, & latronibus: quia & ſi ſtatutum præmium tribuat bannitum interficienti; id tamen publicæ familię non cenſetur tribuere: eo quòd ex officio tenentur bannitos exterminare, vt bene docet Bart. in l. 1. §. vtrum, ff. ad Syllan. & Felin. in cap. de hoc, num. 10. de Simon. Vgol. hoc loco, ſub num. 6. & Molin. de iuſtit. & iur. par. 1. diſp. 118. in verſ. Credo tamen.

Nec etiam qui recuperat huiuſmodi bona
3 cum propriæ vitę periculo ad id tenetur ex debito, ſeu ex officio charitatis: non enim quis protuendis alienis rebus, vitę ſuæ periculum ſubire compellitur: nam ordinata charitas ſe prius, ſuaque & deinde aliena tueri ſuadet, l. Preſes, C. de ſeru. & aqu. vbi etiam Gloſ. dum ait, quòd ordinata charitas à ſe incipit. Si igitur recuperans huiuſmodi naufragorum bona, cum propriæ vitæ diſcrimine, non cogebatur ad id, nec ex debito iuſtitiæ, nec ex officio charitatis, conſequenter deducitur. quòd eorum efficiatur dominus, & non reſtituens cenſuram aliquam non contrahit.

Secundò probatur ex text. in l. ſi quid in bello, ff. de capt. vbi non alia fortè ratione recuperantes capta ab hoſtibus, non tenentur ea prioribus dominis reſtituere, à quibus hoſtes ipſi rapuerunt, niſi quia non ſine propriæ vitæ diſcrimine illa recuperant: ergo idem videtur dicendum in caſu, de quo agitur.

His tamen non obſtantibus, in contrariū eſt
4 communis ſententia; a quam tenet Graſſ. in
a explicat. præſentis canonis, lib. 4. dec. par. 1. cap. 18. ſub num. 74. Vgolin. ibidem, §. 2. ſub num. 3. cum alijs, quos allegant. Volunt enim prædicti Doctores, quod ſi huiuſmodi naufragorum bona non habeantur pro derelictis, nec in breui erant peritura; tunc ſi dominus iuſtè ſperaret ſe illa recuperaturum, quia mare ad littus eijceret,

ret, qui iuſta mercede periculum illud ſubirēt, tunc ſilua ea facientes reſtituere tenentur, ſoluta ipſis mercede pro labore, ac periculo ad arbitrium boni viri.

Hęc ſententia patet ex tex. in l. Pomponius, ff. de acquir. rer. domin. vbi ſimpliciter dicitur, quòd naufragorum bonorum dominium, quouſque recuperari poſſunt, eſt penès ipſos naufragos dominos: ſicut à lupo, & alijs beſtijs ablata ſi recuperentur, eorum dominium remanet apud dominos: nec diſtinguit, an recuperata ſint cum propriæ vitæ diſcrimine recuperantis, vel non, ergo nec nos diſtinguere debemus: quia lex ſimpliciter loquens ſimpliciter debet intelligi: & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, arg. tex. in l. de pretio, ff. de publ. in rem act. ergo ſaluantes, ac recuperantes prædicta bona, etiam cum eorum vitæ periculo, cogūtur ea proprijs dominis reſtituere: ſolutis tamen eiſdem expenſis, ac mercede pro labore, ac periculo. Hanc eandem ſententiā tenet Alter. in explicat. eiuſdem can. cap. 2. col. 5. in verſ. Primum dubium: & col. 6. in verſ. Secundum dubium, & in verſ. Tertium.

Ad argumenta reſpondetur.

AD primum dicimus, quòd recuperans bona, de quibus agitur, licèt ea recuperare non teneretur ex debito iuſtitiæ, nec ex officio charitatis cum propriæ vitæ diſcrimine; nihilominus eadem recuperans, non per hoc reſtituere non compellitur: nam cùm dominus bona huiuſmodi non habuerit pro derelictis, nec ſint talis naturæ, quòd in breui eſſent peritura, illorum dominium adhuc permanet penes ipſum dominum: & ideò fatis eſt, ſi recuperāti expenſæ, ac iuſta merces pro labore, ac periculo tribuantur.

Ad ſecundum reſpondetur quòd non ex eo quòd abſque vitæ periculo captæ ab hoſtibus non recuperantur, antiquis dominis, à quibus hoſtes rapuerunt, non debentur, ſed fiunt recuperantium; ſed ex eo quòd dominium dictorū bonorum iure belli fuerat translatum ad hoſtes iuxta conditiones relatas à Molin. loco citato, nempe quòd bellum ſit iuſtum ex vtraque parte: & bona ab hoſtibus capta ad tutum locū fuerint perducta, aut cum hoſtibus ipſis pernoctauerint, vel per 24. horas apud eoſdē permanſerint ſecundum ſtatuta, & leges varias, à diuerſis Principibus deſuper latas. At verò dominium prædictorū bonorū naufragorum adhuc permanet apud ipſos; nimirum igitur, ſi recuperans ea etiam cum propriæ vitæ periculo, teneatur proprijs dominis reſtituere.

ADDITIO.

a Sententia. Adde hîc Bonacin. de cenſur. Bull. cœn. diſputatione 1. quæſt. 5. pun. 4. ſub num. 8. in ver. Dixi, & alios, quos allegat. Abb. Alex.

Ibi (*Surripuerint*) An ſurripientes dumtaxat, vel etiam rapientes fidelium naufragantium bona, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 16.

SVMMARIVM.

1 *Verba excommunicationis tantum ligant, quantum ſonant.*
2 *Rapere quid ſit, & quomodo differat à ſurripere.*
3 *Surripere, quid ſit.*
4 *Naufragorum bona rapientes, incidunt in excommunicationem huius canonis, ſicut eadem ſurripientes.*
5 *Furtum, non eſt rapina.*
6 *Rapina, eſt furtum.*
7 *Raptor, dicitur improbus fur, & non ſolùm tenetur edicto bonorum raptorum, ſed etiam furti.*
8 *Rapinam non permittit, qui furtum prohibuit.*
9 *Rapina ſe habet ad furtum, ſicut homo ad animal.*
10 *Argumentum à furto ad rapinam, & è contra quomodo procedat.*
11 *Excommunicatio lata contra rapientem, non includit ſimplex furtum committentem.*

VIdetur prima facie dicendum, quòd rapientes huiuſmodi bona, non incidant in excōmunicationem huius canonis.

Probatur, quia canon ipſe ex vi verborum videtur excommunicare ſurripientes dicta bona, vt patet ex ly. *Surripuerint*, ergo non cenſetur includere rapientes: nam verba excommunicationis tantum ligant, quantum ſonant: & non extenduntur ad caſus non expreſſos, etiam ex idēntitate rationis, vt bene docet Gloſ. in clem. 1. de ſepul. Modò rapere differt à ſurripere: nam rapere, eſt rem alienam per vim, impetu quodam, ac celeritate tollere, vt patet in cap. 2. & toto tit. de rapt. l. ſed eximendi, ff. ne quis eum, qui in ius, l. 5. C. de vi bon. rapt. & l. quo naufragium, ff. de incen. ruin. & naufr. At verò ſurripere, eſt rem alienam inuito domino latenter auferre, l. 1. §. ſed rapturus, & melius in l. ſi debitor, ff. de furt. & in d. l. quo naufragium, in principio.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam puto veriorem eſſe: nempe quòd vi noſtri canonis non tantùm excommunicentur ſurripientes, ſed etiam rapientes a bona fidelium naufragorum.

Probatur, quoniam licèt furtum non ſit rapina, eo quòd clam, & obſcurè fiat, vt in l. 1. ff. de furt. & rapina non clam, ſed palam committatur, vt in l. 1. & 2. ff. de vi bon. rapt. tamen rapina, verè dicitur furtum: vt per Bar. in l. ſi duobus, §. ſi quis iurauerit. num. 1. ff. de iure iuran. quem ſequitur Bald. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cler. & Hypol. de Marſil. in l. 1. n. 47. C. de rapt. virg.

Hinc raptor appellatur improbus fur: quoniam maioris pœnę eſt violenter aliquid eripere, quàm furari: & ideò raptor non ſolùm tenetur edicto vi bon. rapt. ſed etiam furti, vt per Gloſ. in d. l. 2. ff. de vi bon. rap. Quis enim magis rem alienam inuito domino contrectat, quàm qui rapit. Qua propter rectè dicitur, cū furem

furem improbum esse, &c. in Instit. de vi bon. rapt. rectus etiam in cap. penale, 14.q.5. sic ait: *Non rapina non permisit, qui furtum prohibuit; sed vtique furti nomine in lege veteris Testamenti, etiam rapinam intelligi voluit.*

Vnde rapina secundum Bart. loco citato, se habet respectu furti, sicut homo respectu ani-
9 malis: & proinde sicut valet argumentum: est homo, ergo animal: ita valet argumentum: est rapina, ergo furtum: & est raptor, ergo fur. Et quemadmodum non procedit argumentum de genere ad speciem affirmatiuè. Vt est animal, ergo homo: ita etiam non procedit argumentū de furto ad rapinam affirmatiuè. Vt est furtum; ergo rapina.

Quocirca sicut excommunicatio lata contra
10 occidentem animal, includit occidētem quodcumque animal, siue animal rationale sit, siue irrationale; non tamen, si feratur contra occidentem hominem, aut bouem, includit occidentem equum, aut leonem: ita excommunicatio lata contra furripientem, includit rapientem, cùm rapina sit furti species; sed non è con-
11 tra, si excōmunicatio feratur contra rapientē: nā non cōprehendit simplex furtū cōmittētem. Et ideò si in c. excōmunicationi, de rapt. excōmunicētur fortè rapiētes huiusmodi naufragorū bona, si nō restituant; si quis ea furripiat, estò quòd non restituat, non incidit in excommunicationem in d. cap. contentam: quoniam licèt rapere sit furtipere; tamen est etiam aliquid amplius: quia rapere, dicit furripere palam, & cum violentia, & id ideò est maius crimen, quàm furtum, quod committitur clam, & sine violentia.

Patet igitur ex dictis, quod cùm vi nostri canonis excommunicentur naufragorum bona furripientes, sub ea comprehenduntur etiam rapientes; sed non è contrario vi dicti canonis essent excommunicati furripientes, si excommunicarentur rapientes. Ad contraria ex dictis etiam patet responsio.

ADDITIO.

a Rapientes. Hanc eandē opin. sequitur Bonac. de cens. Bull. cœn. disp 1.q.5. pun. 1. n. 2. siquidē rapina est furtum, & peculiare malitiā illi superaddit ratione violentiæ. Io. Vincent.

Ibi (*Nec ob quodcumque priuilegium*) Quare furripientes naufragorum bona priuilegio non iuuantur, quominus excōmunicationem contrahant: quia nullum; vel quia vi huius canonis reuocetur? Q. 17.

SVMMARIVM.

1 *Afflictio non est addenda afflicto.*
2 *Priuilegium dicitur priuata lex, priuatorum vtilitatem respiciens.*
3 *Statutum seu priuilegium concedens naufragorum bonorum tortoribus, quando dicatur iustum; cum regulariter sit iniustum, & contra ius naturale.*
4 *Verbum furripere, iniustam acceptionem denotat.*

IN hac re Vgolin. in explicat. huius canonis, §. 1 2. ver. Septimò excommunicatio: ait, quòd furripientes huiusmodi bona idcirco priuilegio non iuuantur, quominus excommunicationē contrahant: quoniam huiusmodi priuilegium, est iniquissimum, cùm per illud afflictio addatur afflicto, contra tex. in l. Druus, ff. de offic. Præsid. & cap. cùm percussio, 7. q. 1.

Et eadem ratione Nauar. in Man. cap. 27. sub num. 117. docet, quòd lex, quæ docet, bona naufragorum tribuenda esse illi, aut illi est iniquissima: & propterea, cùm sit contra ius naturale, nullam vim obtinet, iuxtà ea, quæ habentur ex Syl. in sum. in ver. lex, q. 10.

Cùm igitur priuilegium lex sit, ad priuatos
2 homines pertinens, cap. priuilegia, d. 3. & latè Azor. lib. 5. moral. par. 1. cap. 22. in princip. Io. de Sil. de leg. disput. 17. sec. 1. & alij, hinc fit, quòd furripientes naufragorum bona, priuilegio defendi nō possunt ad effugiendā prædictam excommunicationem: quia huiusmodi priuilegium, tāquam contra ius naturale, nullam vim, atque efficaciam habet: & ideo vi nostri canonis priuilegium huiusmodi non reuocatur, quia validum; sed declaratur non obstare, quoniam irritum est, & inualidum.

Beneverum est, quòd si prædicta bona recta
3 intentione ablata, ne perirent, custodirentur, & adhiberetur omnis moralis diligentia ad verū dominum inueniendum, nou esset iniquum priuilegium, seu statutū, quod de bonis in hoc statu constitutis concederet, vt post lapsum rēpus moraliter sufficiens ad amittendam spem inueniendi verum dominum, in hos vel in illos vsus distribuerentur: quia iste canon loquitur de bonis naufragorum iniustè ablatis. Ita Suar. hic disp. 21. de cens. sec. 2. num. 34.

Hinc statutum, aut consuetudo, bona aliqua,
4 naufragium passa, ijs concedens, qui nautis in manifesto naufragij, ac subuersionis periculo constitutis, eorum auxilium implorantibus nō sine maximo vitæ discrimine in personarum, ac rerum conseruatione auxilio fuerint, vi præ-
a sentis canonis non reuocatur: a eo quòd consuetudines, & statuta huiusmodi sunt iusta, & rationabilia: & his casibus auferentes naufragorum bona, possunt illis vti, iuuari, eademque allegare; prout fuit expressè concessum per Bullam Pauli III. quæ incipit: Accepimus sedia, die 13. Martij. 1545. nam in hoc canone, licèt nullo priuilegio iuuentur furripiētes dicta bona: vt constat ex illis verbis. *Itaut, nec ob quodcumque priuilegium, &c.* tamen ly. *Quodcunque*: non intelligitur adeò generaliter, vt nullum priuilegium excipiat, vt in c. solitæ, de maior. & obed. sed debet intelligi de quocunque priuilegio iniusto, & irrationabili: tāto fortius, quia in disponendo vtitur verbo illo, *Surripuerint*, quod iniustam acceptionem denotat: vt supra diximus, q. præcedenti.

ADDITIO.

a Reuocatur. Adde Gambar. in explic. Bull. cœn. c. 4. n. 6. & Bonac. in explic. eiusdem, disp. 1. q. 5. pun. 4. sub n. 8. in fine. Abb. Alex.

An

An Romanus Pontifex, non modò iniuſta, & inualida priuilegia, ſed etiam valida, cuilibet, & à quocunque conceſſa reuocare poſſit. Q. 18.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia irrita, non propriè abrogantur, ſeu reuocantur, ſed nulla declarantur.*
2 *Priuilegia, quæ abrogantur, ſupponuntur prius fuiſſe valida.*
3 *Priuilegia multis modis reuocantur.*
4 *Priuilegium diuiditur in reale, & perſonale: & vtrũque ſubdiuiditur in gratioſum, & remuneratorium: conuentionale, & purum.*
5 *Priuilegium eſt donatio quædam, beneficium, fauor, & gratia.*
6 *Donatio ſemel facta, non poteſt amplius à donante reuocari.*
7 *Romanus Pontifex in terris alienis, quæ non ſunt de patrimonio Eccleſiæ, non exercet temporalem iuriſdictionem.*
8 *Facultas reuocandi priuilegia, pertinet ad poteſtatem legislatiuam.*
9 *Romanus Pontifex poteſt reuocare omnia priuilegia, à quocunque & cuilibet conceſſa, quæ ſunt contra ius naturale, aut diuinum.*
10 *Ad Romanum Pontificem pertinet reuocare omne id, quod eſt nutritiuum peccati.*
11 *Romanus Pontifex, ratione peccati, exercet iuriſdictionem temporalem ſuper vniuerſalem Eccleſiam.*
12 *Iudex laicus poteſt à Rom. Pontifice compelli ad obſeruantiam iuris canonici, quando per ius ciuile nutritur peccatum.*
13 *Rom. Pontifex poteſt irritas declarare leges permittẽtes viro occidere adulterum, & vxorem in adulterio deprehenſam: & omnes alias leges contra ius naturale, & diuinum, ac peccati nutritiuas.*
14 *Rom. Pontifex poteſt reuocare l. qui autem, ff. quæ in fraud. cred. per quam permittitur repudiando legatis facti dubitari.*
15 *Rom. Pontifex non debet reuocare priuilegia à Principe ſæcularis proprijs ſubditis conceſſa, quando non ſunt contra ius naturale, aut Diuinum.*
16 *Roman. Pontifex in multis caſibus, etiam in terris quæ non ſunt de patrimonio Eccleſiæ quia temporalia poteſt priuilegia concedere, & reuocare.*
17 *Legem ſoluere nemo poteſt, niſi Princeps, qui eam tulit.*
18 *Rom. Pontifex poteſt reuocare omnia priuilegia, ab ipſo alicui conceſſa.*
19 *Priuilegia ex ſua natura ſunt reuocabilia, etiam ſi remuneratoria ſint, non modo à concedente, ſed etiam à ſuis prædeceſſoribus.*
20 *Priuilegia reuocari non debent, niſi legitima ſubſiſtente reuocandi cauſa.*
21 *Priuilegia reuocandi iuſtæ cauſæ, quæ ſint, enumerantur.*
22 *Principi creditur de iuſta cauſa reuocandi priuilegia.*
23 *Priuilegia conceſſa per viam contractus reuocantur, ceſſante cauſa publicæ vtilitatis ſubſiſtente.*
24 *Priuilegia, quibus caſibus reuocari non poſſint.*
25 *Priuilegium gratuitum, eſt duplicis generis, & vtrique ex cauſa reuocari poteſt.*

AD tituli explicationem, eſt annot. quòd priuilegia quædam reuocantur, quoniam ſunt irrita: & quædam ſunt valida, & nihilominus abrogantur. 1

Priuilegia irrita non propriè abrogantur, ſeu reuocantur, ſed nulla declarantur, & hoc dupliciter. Primò quia ſunt contra ius naturale, aut Diuinum, & peccati nutritiua, vt ſũt priuilegia conceſſa pro furripiendis nauſragorum bonis. Secundò, quia ſunt contra ciuilis, aut canonici iuris formam obtenta. vt cùm priuilegium per ſurreptionẽ fuit impetratum: aut ſi priuilegiũ ſit contra conſtitutionem, aut conſuetudinem, vel ſententiam, & de cõſtitutione, conſuetudine, aut ſententia in eo non fiat mentio. Item, ſi ſecundum priuilegium ſpeciale ſit: nam non valet, ſi de primo no fiat mentio: & alijs modis, de quibus Syl. in ſum. in ver. Priuilegium, n. 10. Azor. lib. 5. inſt. moral. p. t. c. 22. q. 10. & Io. Sal. de leg. diſp. 17. ſec. 16.

Priuilegia verò, quæ abrogantur, ſupponuntur prius fuiſſe valida: nam abrogatio ſeu reuocatio verſatur circa rem præexiſtentem: ſicut priuilegij mutatio ſimilis phyſicæ mutationis, vt habetur ex Suar. lib. 8. de leg. c. 29 in prin. 2

Reuocantur igitur priuilegia tacitè per actũ Principis, priu legio contrarium, cum ſcientia eiuſdem priuilegij, aut per poſteriores leges, vel priuilegia: & expreſsè, verbis ſcilicet expreſſis in particulari, & in ſpecie, vel per clauſulam generalem. Non obſtantibus, & c. nam clauſula aliàs regulariter ſatis eſt: quia genus de ſe comprehẽdit ſpecies. 3

Dixi regulariter propter priuilegia, quæ in iure continentur, cùm aliud ſpecialius exigant: & propter priuilegia, quæ in ſuo tenore cõtinẽt, vt reuocari non poſſint, niſi de eis fiat expreſſa mentio de verbo ad verbum: vt per Felin. in c. nonnulli, de reſcrip. n. 6.

Item reuocantur per verba, quodammodo reflexiua. vt reuocata intelligantur, non obſtante tali, & tali clauſula: quia non eſt compellendus Romanus Pontifex ad inſerendum de verbo ad verbum huiuſmodi priuilegia: vt per Io. de Salas loco citato, n. 71. cum plur. ſeq.

Secundò eſt annot. quòd priuilegium, licèt multipliciter diuidatur per Hoſt. in ſum. tit. de priu. & Syl. in ver. Priuilegiũ, q. 1. tamẽ ex Azor. in ſupra citato loco, q. 2. Io. de Sal. de leg. diſp. 17. ſec. 2. & Suar. eod tract. lib. 7. c. 5. cum quinque alijs ſeq. ſatis eſt, ſi in duas partes diſtribuantur: in reale ſcilicet, & perſonale. Reale priuilegiũ appellatur, quod conceditur generi actionis cauſæ, vel negotij, loco, vel dignitati. Perſonale verò priuilegiũ eſt, quod cõceditur perſonæ certæ, ac determinatæ, vel certo generi perſonarum, ſeu Vniuerſitati, Communitati, aut Collegio: vt bene declarat ibi Azor. & alij Doct. ſupra citati. 4

Priuilegium denique vltra varias ſubdiuiſiones traditas à Suar. ſiue reale ſit, ſiue perſonale, ſubdiuitur in gratioſũ, & remuneratorium, cõuentionale, & purum. Gratioſum priuilegium gratis cõceditur, nullo habito reſpectu ad merita priuilegiati, vel eius parentem. Meritorium eſt, quod propter merita propria vel alterius datur. Cõuentionale tribuitur mediãte pacto aliquo, ſeu conuentione, & per viam contractus. Purũ denique conceditur, præciſo omni pacto

per absolutam beneficentiam concedentis, Ita Suar. de leg. lib. 8. c. 4.

His breuiter sic annotatis, quæritur modò, an Romanus Pontifex, possit omnia, quæcumque priuilegia annullare, irritare, abrogare, seu reuocare: siue concessa sint à se, siue à prædecessoribus: & siue concessa sint ab Imperatore, Rege, aut alijs Principibus, tam subditis, quàm non subditis,

In hac re videtur prima fronte dicendum, quòd Romanus Pontifex priuilegia semel concessa reuocare non possit; nam aut vult reuocare priuilegia, ab ipso, aut à suis Prædecessoribus data: vel ab alijs Principibus proprijs indultà subditis. Non potest dici primum: quia priuilegiũ est donatio quædã, cùm dicatur beneficiũ, fauor, & gratia; vt per Azor. lib. 5. inst. moral p. 1, c. 22. in prin. donatio autem semel facta, non potest amplius à donãte reuocari, l. 2. 3. 4. 5. & 6. C. de reuoc. don. ergo nec priuilegiũ a cõcedẽte. Nec potest dici secundum: quoniã Romanus Pontifex in terris alienis, quæ non sunt de patrimonio Ecclesiæ seu sæcularibus Principibus subiectæ, non exercet temporalem iurisdictionẽ, vt in c. per venerabilem, & ibi Panor, & alij, qui fil. fin. leg. ergo priuilegia, à temporalibus Dominis eorum subditis concessa, non potest reuocare; quia facultas hæc pertinet ad potestatem legislatiuam in subditos: nam, sicut priuilegio quis à lege, seu iure communi soluitur, & eximitur; & leges, ac iura non soluit, nec relaxat, nisi Princeps, cuius sunt authoritate sancita; ita non nisi eiusdem authoritate priuilegia reuocantur, per ea, quæ notat idem Azor. loco citato, q. 3.

His tamen non obstantibus, contrariam sententiam dicimus veriorem esse, Pro cuius explicatione, sit

Prima Conclusio.

ROmanus Pontifex potest reuocare omnia priuilegia, à quocunque, & cuilibet concessa, quæ sunt contra ius naturale, aut Diuinũ; siue concessa fuerint ab ipso Romano Pontifice, siue à suis prædecessoribus: siue ab Imperatore, aut à quacunque alia Potestate, sæculari, vel Ecclesiastica,

Probatur, quia ad Romanum Pontificẽ pertinet reuocare omne id quod est nutritiuum peccati: modò priuilegia contra ius naturale, aut Diuinum sunt huiusmodi; ergo &c.

Confirmatur, quoniam Rom. Pontifex reuocare potest, seu irritare omnem aliam legem, consuetudinem, statutum, compositionem, & iuramentum, quæ sint peccati nutritiua. etiam si pendeant à potestate sæculari; eo quòd Rom. Pontifex ratione peccati, exercet iurisdictionẽ temporalẽ super vniuersalem Ecclesiam, vt citra omnem controuersiam probat Nauar. in c. nouit, de iud. in 3. not. a n. 21. ad 42. in terminis nostris Io. Andr. in c. extirpandæ, de præb. Frac. in c. licèt, in 3. not. & ibi etiam Gemin. in ver. Nota quòd canones, de iure iur. lib. 6.

Hinc Iudex laicus potest a Rom. Pontifice compelli ad obseruantiam iuris canonici, quando per ius ciuile nutritur peccatũ, vt in c. fin. de for. comp. lib. 6. c. decernimus, de sent. excom. eod. lib & in d. c. licèt. Et id etiam per censuram Ecclesiasticam: vt bene notat Autr. de potest. sæcul. in Eccles. n. 35. & 58. Felin. in c. Ecclesiæ S. Mariæ, n. 41. de constit. Gemin. in allegato c. licet. & Anch. in regula ea quæ, in 3. q. de regul. iur. in sexto.

Potest etiã Romanus Pontifex irritas, ac nullas declarare leges permittentes viro, occidere adulterum in adulterio cum ipsius vxore comprehensum, vt in l. marito, & in l. si adulterium, ff. ad l. Iul. de adult. l. Graccus, C. eod. & in constit. Regni Neap. quę incipit: Si maritus: eod. tit.

Potest similiter reuocare, irritas, nullasq. declarare leges, dantes facultatem Patri occidendi adulterum filiæ in domo eius vna cum ipsa filia; sicut etiam adulteram filij, l. nec in ea, l. Pater, & l. quod ait, ff. ad l. Iul. de adult. quoniam huiusmodi leges, sunt peccati nutritiuæ. Ita Glos. in c. inter hæc, 32. q. 2. Abb. in c. veniens, il secondo, de solut. & alij, quos refert, & sequitur Mart. de iurisd. par. 2. c. 49. num. 3. cum seq.

Eadem ratione Rom. Pontifex reuocare potest leges cõcedenti homini soluto, habere mulierem solutam in cõcubinam, vt in auth. quib. mod. nat. eff. sui, §. si quis: nam huiusmodi leges sunt influstæ, peccati nutritiuæ. contra ius naturale, & in foro conscientiæ non ligantes.

Sic etiam potest reuocare leges, concedẽtes repudium vxoris, & dissolutionem matrimonij, ritè cõtracti, prout de facto reuocauit; eo quòd sunt contra ius diuinum, c. lege. d. 10. & c. sunt qui dicunt, 27. q. 2. sicut contra ius diuinũ sunt quoque leges, quæ vxorem, nubentem intra tẽpus luctus mariti, damnant infamia. & alijs pœnis afficiunt, de quibus in l. 1. & 2. C. de sæcun. nupt. quoniam dicit Apostolus, vt nubat mulier cui vult, c. 1. de sec. nupt. Et sunt impeditiuæ matrimonij; quod est vnum ex septem Sacramentis Ecclesiæ.

Præterea hac eadem ratione Rom. Pontifex in c. vnico, de præscr. & in c. possessor, de regul. iur. in sexto, damnauit præscriptionem cũ possessione malè fidei à iure ciuili concessam in auth. male fidei, C. de præscr. long. temp.

Item in c. cùm haberet, de eo, qui dux in matrim. reprobat legem ciuilem illegitimis alimẽta denegantẽ, vt in auth. licèt, C. de natur. liber. & in auth. excomplexu, C. de incest. & inut. nup.

Sunt etiam contra ius naturale leges, quæ dicunt, hæredem non facientem inuentarium, teneri vltra vires hæreditarias: hominem non ligari pacto: & aliæ, de quibus habetur ex Syl. in summ. in ver. Lex. q. 10.

Denique S. Pontifex potest reuocare l. qui autem, ff. quæ in frau. cred. per quam permittitur repudiatio legati facti debitori in præiudicium creditorum: quoniam lex illa est contra iustitiã, vel saltem contra charitatem: atque ideò in foro conscientiæ non est seruanda, vt bene docet Nauar. lib. 3. de restit. c. 1. in noua editione, num. 112. Molin. tom. 2. de iust. & iur. disp. 435. in fine, & latè Sanchez lib. 6. de Matr. disp. 4. nu. 9. cum plur. seq.

Si igitur Romanus Põtifex potest reuocare, & de facto reuocauit leges, & statuta contra ius naturale, ac diuinum; ergo potest etiam reuocare, ac irritare, nulla declarare priuilegia, contra eadem iura concessa. Etenim priuilegia, leges

ges ſunt,& priuatorum leges,vt in c.priuilegia, d.3. ſicut de facto in hoc canone reuocauit omnia,& quæcunque priuilegia,tanquam irrita,& contra ius naturale, ac diuinum, quibus conceditur,vt naufragorum bona furripi poſſint,vt in præcedenti q diximus.

Secunda Concluſio.

QVotieſcunque priuilegia non ſunt contra ius naturale, aut diuinum, nec aliquo pacto
15 iniuſta, aut peccati nutritiua, ſi ſint conceſſa à Poteſtate ſeculari propriis ſubditis circa ea,quę concernunt temporalia; tũc Rom. Pontifex nõ debet illa reuocare: ſiue conceſſa ſint per viam gratiæ, ſiue per viam remunerationis, ſiue per viam contractus:ſed ſi aliqua militet reuocandi, aut irritandi ratio, pertinet eorum abrogatio, ſeu irritatio ad ipſas temporales Poteſtates.

Probatur, quia S. Pontifex, licèt ſummam habeat poteſtatem, vt latè probat Mart. de iuriſd.p.1.à c.17 ad 26. tamen temporalem poteſtatem non exercet extra terras, quæ ſunt de patrimonio Eccleſiæ, vt ſupra diximus ex text. in c. per venerabilem & ibi Panorm.num.15.& alij.Qui ſil.fin. leg.

Beneverum eſt, quòd in certis cauſis,in qui-
16 bus temporalium adminiſtratio, & iuriſdictio ad ipſum de iure deuoluitur,vt per Gloſ.in d.c. per venerabilem,in ver.Certis cauſis:ſicut Romanus Pontifex poteſt concedere priuilegia iuxta ea,quæ dicit Azor. lib.5.inſt.moral. p. t. c.22.q.3. & hoc etiam extra terras, quæ ſunt de patrimonio Eccleſiæ, & in omnibus aliis caſibus,in quibus non præiudicat iniuſtè Dominis temporalibus,vt per Syl. in ſum.in ver. Priuilegium,q.2.& Armil. eod. ver n.3. ita etiã poteſt
17 priuilegia reuocare; quia ad eandem poteſtatem pertinet leges condere, & abrogare: & nemo poteſt quicunquam lege ſoluere, niſi Princeps,qui eam tulit.

Ex quo ſequitur,vt nec Princeps poſſit omnibus in vniuerſum priuilegia concedere; ſed tantùm hominibus ſuæ poteſtati, ac ditioni ſubiectis,vt habetur ex Azor.loco cit. q.4.

Tertia Concluſio.

ROmanus Pontifex poteſt reuocare omnia
18 priuilegia, ab ipſo alicui conceſſa: vt per Doct.in c.nouit,de iudic.& c.1.de prob. Sayr. lib.3.Theſ.tom.1.c.25.n.10.& alij.

Ratio autem hæc eſt, quia priuilegia ex ſui
19 natura,ſunt reuocabilia, etiã ſi remuneratoria ſint, vt per Doct. ſupra citatos.Hæc concluſio ampliatur,& limitatur multis modis.

Ampliatur enim primò,vt locum ſibi vendicet in quolibet alio Principe:nam quilibet princeps poteſt reuocare omnia priuilegia, ab ipſo proprijs ſubditis cõceſſa:vt per Bal.in l.reſcripta. C.de piec. Imper.offer. Iſern.in Conſt. Regni,quæ incipit:Et quia:ſub tit.Quòd null.Prælat.Panor. in d.c.nouit,n.25. & 26.& alij addiſi ibidem poſt ipſum: ac nouiſſimè Suar.lib.8.de leg.c.37 n.4.

Secũdò ampliatur dicta concluſio,vt procedat non modò in eodẽ Principe,priuilegia concedente; ſed etiam in ſucceſore. Vndè non ſolùm Princeps,qui gratiam,& priuilegia conceſſit,poteſt eadem ad libitum reuocare; verùm etiam ea,quæ à ſuis prædeceſſoribus fuerunt indulta,c.is cui, de præb. lib.6. Alber. de Roſat. Cyn.Bar.Bal.& alij in l.digna vox, C.de leg. Et hanc ſententiam communem eſſe teſtatur Syntag.lib.1.commun.opin.loco 2.c.2. Mart. de iuriſd. p.1.cap. 33.num.100. & Suar. loco citato.n.11.

Tertiò ampliatur,vt Princeps,non tantùm poſſit reuocare priuilegium ſingularũ perſonarum;ſed etiam Ciuitatum,vt per Innoc.in c. quę in Eccleſiarum,de conſt.Abb in d.c.nouit, de iud. & Mart. loco citato. Ratio autem hæc eſt,quoniam iuriſdictiones fluunt à Principe, & reſſluunt in ipſum,Bal.in cap.1.§. adhuc,de pac.iur.fir.

Sic ampliata limitatur primò eadem concluſio,
20 vt priuilegia ita demum reuocari liceat, quando aliqua ſubeſt reuocandi legitima, & iuſta ratio:alias nulla ſubſiſtente cauſa,non eſt licitum ea reuocare:vt latè probat Suar.lib.8.de leg.c.37.num.8.& 9. & Sayr lib.3. Theſ.tom.1. cap.25.n.10.

Iuſtæ autẽ cauſæ reuocandi priuilegia, ex ſu-
21 prà citatis Doctoribus ſunt, quando priuilegia incipiunt eſſe damnoſa,c.ſuggeſtum, de decim. Felin.in d.c.nouit, vbi etiam Dec.& Surd. de cis.236.in fin. Item quando proceſſu temporis aduertatur, vel ex amplitudine conceſſionis, vel ex malitia vtentis, eſſe contra bonum commune. Item vbi eſſet in præiudicium tertij:nam mens Principis non eſt,velle præiudicare tertio niſi priuilegium contineat immunitatem à collectis,ſeu talleis:quod quomodo procedat,declarat Syl.in ſum.in ver.Priuilegium,q.9.& Armil.eodem ver.q.8. Præterea iuſta cauſa reuocandi priuilegium eſt,vbi tenderet in damnum ſpirituale ipſius priuilegiati. Et denique in omnibus caſibus, in quibus poteſt Princeps reſcindere contractus inter duos priuatos poteſt reſcindere priuilegium, à ſe conceſſum.dicta Sayr. & alij Doctores ſuprà dicti.

Verum tamẽ eſt,quòd de iuſta causa reuocãdi
22 priuilegia credendum eſt Principi, ſecundum Gloſ.in clem.1.de probat.c.nulli, de reſcript.& Mart.de iuriſd.p.1.c.33. Imò quãdo priuilegiũ eſt omnino gratuitò conceſſum, poteſt à concedente reuocari omninò liberè,& ſine cauſa, ſaltem cogente,aut neceſſitatem inducente: vt per Suar.in d.c.37.n.10.

Multis etiam modis deſinunt, & reuocantur priuilegia,de quibus latè Azor.lib.5.inſt.moral. p.1.c.22.& 23.& Suar.de leg. lib.8. cap.29. cum multis ſeq.

Secundò limitatur prædicta concluſio,vt nõ
23 procedat,quotieſcunque priuilegiũ fuerit pretio emptũ: quoniam tunc tranſit in vim cõtractus,& non poteſt reuocari,nec per concedentem,nec per ſucceſſorẽ:vt eſt tex. in l.ſi fundus, C.de fund. patr.lib.10. Suar. ibidem,c.37.n.5. & 6. Mart. de iuriſd. p.1. c.33. n.104. Princeps enim tenetur ſtare contractui, non modo à ſe celebrato, ſed etiam à ſuo prædeceſſore:vt per Bal.in L.1.ff de cõſt. Princ. Alex.conſ.194.vol.1. Deus nãque nõ ſubiecit contractus ſub poteſtate Principis,Bal.in c.1. de nat. feud. & ita fuiſſe deciſum refert Afflict.dec.128. Capyc.deciſ.21. num.15.

n.15. Gram.dec.46. num.5. & vot.28. num.13.

Hæc quidem vera ſunt, niſi cauſa ſubſiſtat publicæ vtilitatis: nam tunc poteſt reuocari priuilegium à Principe, etiã ſi per viam contractus, aut remunerationis fuerit conceſſum: quoniam Princeps in conſcientia tenetur prouidere bono communi, vt per Iaſ. in l. Barbarius, ff. de off. Prætor. vbi etiam enumerat tres caſus, in quibus Princeps poteſt tollere ius quæſitum tertio, & Alex. conſ. 201. vol. 1. & conſ. 1. vol. 2.

Eſt tamen aduertẽdum, quòd quando reuocantur priuilegia per viam cõtractus, aut remunerationis, à ſupremo Principe conceſſa ex ſupradicta cauſa, aut alia ſimili, tunc dari ei poteſt aliquid aliud in recompenſationẽ, ſi is, cui huiuſmodi priuilegia conceſſa ſunt id exigat: vt bene docet Sayr. lib. 3. Theſ. tom 1 c. 25. n. 10. vbi etiam ait, quòd ſi cauſa vrgens expoſtulet, non ſolùm poteſt, verùm etiam debet huiuſmodi priuilegia reuocare.

Modum autem, quo ſit reuocandum priuilegium per viam contractus, docet Suar. in d. tract. de leg lib. 3. c. 38. n. 3.

Tertiò limitatur dicta concluſio, vt procedat
14 in priuilegijs conceſſis ſubditis; nam tunc poſſunt reuocari: ſecus autem, ſi priuilegium conceſſum ſit non ſubdito nam eo caſu non poteſt reuocari: vt notat Abb. in c. nouit, num. 25. de iud. Felin. in c. 1. de probat. Alex. conſ. 105. circa finem, vol. 1. & conſ. 215. vol. 2. & Suar. loco citato, cap. 37. num. 2.

Imò aliquando priuilegium, etiam ſubditis conceſſum, ſi actum habeat momentaneum, ita vt ſtatim ſuum ſortiatur effectum, nõ poteſt à cõcedente reuocari, vt per Abb. in d. c. nouit, num. 26. Quæ quidem vera ſunt, niſi cauſa vrgeat publicæ vtilitatis, vt per Iaſon. in d. l. Barbarius, & alios Doct. ſupra citatos.

Quartò limitatur, vt priuilegia inferioris, cõfirmata à ſuperiori, non poſſint reuocari per inferiorem, c. priuilegia. 1. & 2. 25. q. 2. Vndè priuilegia conceſſa à Rege, vel Imperatore: & per Papam ex certa ſcientia confirmata, non poſſũt ab ipſis Rege, aut Imperatore reuocari: vt habetur ex Syl. in ver. Priuilegiũ, n. 10. ver. Septimo. Quibus adde quoq. notata per Suar. in d. c. 37.

Reſtat modo, vt ad contrarium reſpondeamus.

AD argumentum igitur dicimus, quòd nõ omne priuilegium eſt pura donatio; nam illud quod conceditur per viam contractus, vel remunerationis, nõ poteſt appellari donatio; cùm non procedat ex mera liberalitate cõcedentis.

Et licèt detur priuilegium gratuitum; tamen
15 huiuſmodi priuilegiũ eſt duplex: nam quoddã conſiſtit in facultate tantùm, & licentia operãdi: & quoddã in abſoluta donatione cũ translatione dominij alicuius rei, vel iuris: vt cùm Caſtrum cõceditur, vel ius ſeruitutis, vectigalium, aut alterius tributi. Vndè cùm poſterius priuilegium ſit pura donatio, cõcedimus, illud reuocari non poſſe: quia nõ poteſt Princeps ſuo arbitrio, & voluntate rem à ſubdito tollere, cuius verum dominium habet, ſeu lus in ea re acquiſitũ, aliàs non fuiſſet donatio, ſed commodatio: at verò primum priuilegium gratuitum, quod conſiſtit tantùm in facultate, & licẽtia operãdi, poteſt ad libitũ concedẽtis reuocari. Imò ſi legitima ſubſit cauſa, poteſt reuocari etiam illud, quod pura dicitur donatio: ſicut ſupra diximus de priuilegijs conceſſis per viam contractus, ac remunerationis. Ita Suar. in d. cap. 37. n. 5. 6. & 10.

Ad ſecundum membrum argumẽti patet reſponſio, ex ſecunda concluſione.

ADDITIO.

4 Priuilegia. Adde Nauar. in c. nouit, not. 3. n. 2. & ſeq. de iud. & Io. Andr. in c. extirpandæ, de præben. D. Cæſar.

Ibi (*Conſuetudinem*) An vi noſtri canonis, improbantis conſuetudinem circa ſurripientes naufragorum bona, cẽſeatur improbata cõſuetudo præterita, vel etiam futura. Q. 19

SVMMARIVM.

1 *Lex conſuetudinem improbans, quando cenſeatur improbare præteritam tantùm, vel etiam futuram.*
2 *Conſuetudo occupandi naufragorũ bona, vi Bullæ cœnæ prohibetur non ſolùm præterita, ſed etiam futura.*
3 *Conſuetudo, quando improbatur per expreſſa verba, irrationabilis declaratur.*
4 *Conſuetudo occupandi bona naufragorum, dicitur corruptela, & contra regulam fidei, qua vnus alteri auxilio eſſe tenetur.*
5 *Conſuetudo occupandi naufragorum bona, eſt contra omne ius Diuinum, & humanum, cùm per eam addatur, naufragium paſſis, damnum damno, & afflictio afflictis.*
6 *Conſuetudo, vt valeat derogare legi, quas conditiones exigat.*
7 *Conſuetudo, quando vim habeat tituli, & æquiparetur priuilegio.*
8 *Conſuetudine inducitur, quidquid priuilegio concedi poteſt, quando eſt capacitas ex parte perſonæ.*
9 *Priuilegium Principis, quibus caſibus in plus ſe habet, quam conſuetudo.*

IN hac re, licèt quidam velint, quòd quando
1 lex expreſsis verbis conſuetudinẽ improbat, cenſeatur improbare præteritam tãtùm: & alij, non modò præteritã, ſed etiam futuram: vt latè habetur ex Azor. lib. 5. inſt moral. p. 1. c. 17. q. 10. tamen cùm ex vi noſtri canonis, cõſuetudo occupandi bona naufragorum, tanquã iniqua, nõ excuſet ab excommunicatione huiuſmodi bo-
2 na occupantes; citra vllam controuerſiã arbitror, damnari conſuetudinem, nõ modò præteritam, ſed etiam futuram: nam conſuetudo, quæ eſt contra ius naturale, Diuinum vel gentiũ; nõ conſuetudo, ſed corruptela dicitur, vt in c. quæ contra, 8. d. & latè Doct. in c. fin. de conſuet.

Dices, vi noſtri canonis nõ videtur improba-
3 ri huiuſmodi cõſuetudo, ſed tantùm abrogari: nã tunc conſuetudo dicitur aliquo iure Improbata, quando nõ ſolùm reuocatur, aut prohibetur, ſed etiam per expreſſa verba irrationabilis declaratur: vt patet in c. ad noſtrã, de conſuet. in illis verbis: *Eo quòd minus rationabilis*: & ex cap. vnico,

vnico,de cler.non reſid in ſexto ibi: *Conſuetudinẽ illã penitus improbantes* c.2.de prob. *Talem cõſuetudinem improbamus*, & latè habetur ex Suar.lib.7.de leg.c.7.num.7. Quæ quidẽ verba,aut alia æquipollentia relata a Suar.ibi, in tex.noſtro nõ habentur; ergo cenſetur abrogata conſuetudo præterita, non futura,quia quando cõſuetudo abrogatur,non reprobatur vt iniqua.

Huic argumento reſpondetur concedendo,
4 quòd conſuetudinis abrogatio,non eſt illius reprobatio: quoniã poteſt abrogari conſuetudo, non quia irrationabilis,ſed ſolùm quòd legislatori ſic placet: eo quòd iudicat,ita nunc magis expedire: vt bene notat idẽ Suar.ibi n.3. At verò in hoc canone cõſuetudo non tantũ prohibetur,verũ etiam omnino improbatur,tanquã irrationabilis: nã licèt hîc id expreſsè non habeatur;tamen Paulus II. in ſua Bulla, quæ incipit: Accepimus nuper:edita die 13.menſis Martij,1545. appellat hanc cõſuetudinẽ, corruptelam,& cõtra regulam fidei, qua vnus alteri auxilio eſſe tenetur. Et Iul.III. in Bulla,quæ incipit: Cùm nobis,edita 22.Octobris,1554 ac Pius
5 V. in Bulla. quæ eodẽ modo incipit, edita Kal. Maij,anno primo ſui Pontificatus.dicunt,ablationem bonorum naufragorum,eſſe cõtra omne ius Diuinum, & humanum, cùm per eã addatur,naufragium paſſis,damnũ damno,& afflictio afflictis.

Vndè merito dicendum eſt,vi noſtri canonis improbari non modò conſuetudinem præteritã, circa auferẽtes naufragorũ bona;ſed etiã futurã,tanquã contra ius naturale.Diuinum, Gẽtiũ, & contra regulã fidei: & nullo vnquã tempore potens abrogare legẽ:nam ad hoc,vt conſuetudo valeat derogare legi,multa requirũtur.
6 Exigitur enim primò, vt conſuetudo ſit maioris vtilitatis ipſi lege:& quòd habeat conditiones bonę legis,vt habetur ex Sot.lib.1.de iuſt.& iur.q 7.ar.2.Secundò,quòd inducatur à maiori parte Vniuerſitatis. Tertiò,quòd inducatur ex certa ſciẽtia. Quartò,quòd à Principe ſit ſcita,& tolerata. Quintò,quòd ſit rationabilis. Sextò, quòd ſit præſcripta, vt bene declarat Azor.loco citato,& c.18. Ioannes de Sal. de leg diſputatione 19.ſec.5 & Suar.lib.7.de leg.cap.8.cum plur. ſeq.& præcipuè cap 13. nu.8.vbi concludit, ad inducendam conſuetudinem ſatis eſſe, quòd rationabilis ſit,& præſcripta, per tex.in c. fin.de conſuet.

Quando igitur conſuetudo habet ſupradictas
7 cõditiones,cùm vera,& propria dicatur cõſuetudo, & nullã corruptelæ habeat miſtionẽ, tũc vim habet tituli, & parificatur priuilegio: nam conſuetudine induci poteſt quidquid priuilegio conceditur,l.hoc iure,§ ductus aquæ, ff.de aqu.quot.æſt.c.ſuper quibuſdam,de verb.ſignific.latè.Nauar.conſ.3.n.2.de cenſ.

Quod quidem verũ eſt data capacitate per-
8 ſonæ,vt in c.quanto,& ibi Panor.de cõſuet.aliàs lõgè plus poteſt priuilegium, quã conſuetudo.

Hinc Io Anan.in c.2.de præb.in ſexto,inquit
9 quòd laicus non poteſt conferre beneficia,etiã ſi ea contulerit tanto tẽpore,de cuius cõtrario memoria hominum non extat;ſed ex priuilegio Papæ poſſet.c.Adrianus.63.d. Abb. in c.nouit. n.12.cum additis ad ipſum,de iudic.

Sic,etiã laici non poſſunt ſe intromittere in cauſis Eccleſiaſticis, etiam ſi per longiſſimum tẽporis ſpaciũ de illis cognoſcere conſueuerint: quoniam nõ ſunt capaces poteſtatis ſpiritualis; at verò priuilegio poſſent, vt habetur ex Ioanne de Sal. de leg.diſp.19.ſec.6.ſub num. 63.

Eſt & alius caſus,in quo plus poteſt Principis priuilegium, quam conſuetudo, nempe quãdo conſuetudo à iure ipſo ſcripto improbatur, vt vt in c.cùm ſitis,de offic. Arch. & hoc verũ eſſe teſtatur Azor.lib 5.Inſt.moral.p.1.c.12. q.1.ver. Obijciũt quidam, cum alijs ab eo allegatis,etiã ſi cũ conſuetudine præſcripta cõcurrat fama.

Ibi (*Longiſſimi, etiam immemorabilis temporis poſſeſſionem.*) An verba iſta intelligantur de conſuetudine præſcripta, vel de formali præſcriptione. Q.20.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio differt à conſuetudinè præſcripta.*
2 *Conſuetudo præſcripta,cur ſic dicatur.*
3 *Præſcriptio quid ſit, quotuplex, & quas conditiones exigat.*
4 *Conſuetudo centenaria quomodo differat ab immemorabili.*
5 *Dictio,aut,eſt alternatiua, & ponitur inter diuerſa.*
6 *Immemorabilis ſeu longiſſima temporis poſſeſſio aliquando denotat conſuetudinem præſcriptam,& non præſcriptionem per ſe ſumptam.*
7 *Excluſio vnius,eſt incluſio alterius.*
8 *Conſuetudo contra ius ciuile,& præter ius canonicum, inducitur ſpacio decem annorum.*
9 *Conſuetudo contra ius canonicum,vel qua iuri alicuius Eccleſia præiudicatur, inducitur ſpatio 40.annorum.*
10 *Conſuetudo contra Eccleſiam Romanam,& contra coronã Regni, præſcribitur ſpatio centum annorum.*
11 *Conſuetudo, cuius initij non extat memoria præſcribitur,etiam ſi ius eſt reſiſtat.*
12 *Poſſeſſio longiſſimi & immemorabilis temporis dat titulum,& priuilegium,etiam ſolemne.*
13 *Centenaria poſſeſſio,habet vim bonæ fidei & ſcientiæ,*
14 *Conſuetudo,quòd naufragorum bona occupari poſſint, non poteſt præſcribi vllo vnquam tempore, etiam immemorabili.*
15 *Poſſeſſio longiſſimi,& immemorabilis temporis, non habet vim priuilegij.tituli, conceſſionis à Principe, beneficiet, ac ſcientiæ, quando tractatur de rebus, quæ præſcribi, ſeu vſucapi non poſſunt:aut de perſonis incapacibus.*
16 *Poſſeſſio longiſſimi, ac immemorabilis temporis prodeſt incapacibus,allegantibus priuilegium:dummodò cum huiuſmodi temporis lapſu fama concurrat.*
17 *Fama in antiquiſſimis plenè probat.*
18 *Longiſſimi temporis præſcriptio cum fama, licèt ſit præſumptio iuris, & de iure;tamen admittit probationem in contrarium per confeſſionem,*

1 AD tituli explicationem, eſt annot.quòd præſcriptio differt a conſuetudine præſcripta; nã præſcriptio reſpicit ius formatum: conſuetudo verò, eſt quid diſponens: & licèt dicatur præſcripta; nõ tamen ex eo ſic appellatur,quia
2 præſcribatur dominium alicuius rei;ſed dicitur præſcripta,ideſt obtenta per curſum temporis

requisiti ad præscriptionem, vt bene docet Panorm. in cap. fin. sub num. 7. de consuet.

Præterea, per præscriptionem lex aliqua
3 non inducitur, non interpretatur, nec legi derogatur; sed rerum dominia acquiruntur per continuationem possessionis temporis, à lege definiti; concurrente bona fide, & alijs conditionibus, de quibus Couar. in regula Possessor male fidei, de regul. iur. in sexto, & Molin. tom. 1. de iustit. & iur. disputat. 60. At verò per consuetudinem lex inducitur, interpretatur, & legi derogatur: vt per Bart. in l. de quibus, ff. de legib. & Azor. lib. 3. Instit. moral. p. 1. c. 17.

Denique consuetudo semper conuenit vniuersis: inducitur enim consuetudo in Communitatibus, cùm sit communis, non autem inter particulares: præscriptio verò conuenit etiam priuatis personis: vt per Abb. in d. cap. fin. numer. 20. & Couar. in regul. Possessor malefidei, par. 2. §. 3. num. 2. de regul. iur. in sexto.

Vtraque autem tam consuetudo, quàm præscriptio aliquando dicuntur longi temporis, nempe decem, aut viginti annorum: vt per Gloss. in rubr. C. quæ sit lon. consuetudo, & in rubr. C. de præscript. long. temper. decem, vel vigint. ann. aliquando longissimi, triginta, vel quadraginta annorum, l. omnes, C. de præscript. 30. vel 40. ann. Abb. in d. cap. fin. sub num. 11. aliquando centum, vt in auth. quas actiones, C. de Sacr. Eccles. & cap. si diligenti, de præscript. & aliquando immemorabilis temporis, l. ex hoc iure, §. ductus aquæ, ff de aqu. quotid. æst. & cap. 1. vbi Gloss. de præscrip. lib. 6.

Differunt autem inter se præscriptio, seu
4 consuetudo centenaria, & immemorabilis: quia de immemorabili nulla debet extare memoria: & ideo neque per instrumenta, neque per scripturas probari potest: centenaria verò saltem per scripturas probatur. Item quando præsumptio iuris est in contrarium, in centenaria titulus est necessarius: at in immemorabili non item, vt bene declarat Couar. loco citato, n. 6. cum plur. seq. & Mol. de iust. & iur. tom. 1. disp. 76. & 77.

His igitur sic annotatis, dum in præsenti canone statuitur, vt surripientes naufragorum bona ab excommunicatione excusari non possint, nec ob consuetudinem, aut longissimi, etiam immemorabilis temporis possessionem: quæritur, quidnam intelligatur per illa verba, *longissimi, & immemorabilis, &c.* consuetudo præscripta, an ipsa formalis præscriptio?

In hac difficultate videtur prima facie dicendum, per dicta verba Romanum Pontificem intelligere præscriptionem per se sumptam, ita vt surripientes naufragorum bona, nulla temporis possessione iuuari possint, quominus in excommunicationem incidant: siue illa possederint spatio longi temporis, siue longissimi, etiam immemorabilis.

Probatur, quia Sum. Pontifex postquam statuit surripientes prædicta bona, nec ob quodcunque priuilegium, consuetudinem ab excomunicatione excusari, immediatè subdit. *Aut longissimi, etiam immemorabilis temporis possessione*, quapropter sicut posuit priuilegium, vt quid distinctum à consuetudine, ita videtur posuisse consuetudinem, vt distinctam a longissimi, etiam immemorabilis temporis possessione; nam dicto illa, aut, est alternatiua,
5 quæ ponitur inter diuersa, vt in l. ille, ff de leg. 3. ergo per possessionem longissimi etiam immemorabilis temporis, Summus Pontifex intelligit hoc loco præscriptionem per se sumptam, & non consuetudinem.

His tamen non obstantibus, contrarium puto verius, quod videtur tenere Vgol. in explicatione præsentis can. §. 1. in ver. Nonò excommunicatio: dum ait, quòd excommunicatio hæc afficit surripientes, estò allegarent longissimam, & immemorabilis temporis possessionem; vtpotè asserendo semper homines huius loci in possessione prædicta fuisse, vt res huiusmodi habere possent. Vndè, cùm verba illa dirigat ad homines loci, per locum proculdubio intetelligit Ciuitatem aliquam, Oppidum, seu Castellum: & consequenter per longissimi, & immemorabilis temporis possessionem, intelligit consuetudinem præscriptam, & non præscriptionem per se sumptã; quia vt supra diximus, in hoc præcipuè differt consuetudo à præscriptione, quòd consuetudo conuenit vniuersis; præscriptio verò conuenit quoque priuatis hominibus.

Probatur hæc opinio: quoniam auferentes dicta bona, aut scienter, ac dolosè ausc-
6 runt: aut bonafide probabiliter ignorantes naufragorum esse, vel probabiliter credentes ad se pertinere. Si primum statim excommunicationem contrahunt in ipso actu surripiendi; estò deinde quòd animo mutato restituant, vt ex Vgol. dicemus infra, quæst. vlt. amp. 16. con. vnica: quapropter hoc casu impertinens esset possessio longissimi, ac immemorabilis temporis ad excommunicationem contrahendam. Quòd si secundum excommunicationem non incurrunt: vt patet ex his, quæ habentur in dicta quæst. vltim. conc. vnica, limit. 3. & si surripientibus ipsis superueniat scientia, ita vt incipiant esse in mala fide, bonis iam extra nauim, mare, & litus asportatis, estò quòd restituere non intendant: vel excommunicationem non incurrunt, iuxta notata in dicta quæst. vltim. limit. 2. aut si incurrunt, nunquam eorum possessio potest dici immemorabilis.

Non igitur potest intelligi textus noster de
7 præscriptione. Quòd si non loquitur de præscriptione necessariò intelligendus est de consuetudine: nã exclusio vnius inclusio est alterius, l. ar. tex. in c. non ne, de præs. & l. cùm Prætor, ff. de iud. atque ideo dum Romanus Pontifex, in hoc canone vult surripientes naufragorum bona non excusari quominus in excommunicationem incidant, nec ob quodcũque priuilegium, consuetudinem, aut longissimi, etiam immemorabilis temporis possessio-
8 nem; per consuetudinem, intelligit illam, quæ regulariter inducitur per spatium longi temporis, nempe per decennium, qualis est ea, quę contra ius ciuile, aut præter ius canonicum prscribitur: vt per Abb. in d. c. fin. n. 11. de cõsuet.

Per

Per poſſeſſionem verò lõgiſſimi temporis in-
9 telligit conſuetudinem, quæ ſpatio 40. annorũ inducitur; vt eſt conſuetudo cõtra iur canonicũ inducta; vel qua iuri alicuius Eccleſiæ præiudicatur.

Item longiſſimi temporis cõſuetudo dicitur,
10 centũ annorum, quæ præſcribitur contra Eccleſiam Romanam, aut contra coronam Regni.

Per poſſeſſionem denique immemorabilis
11 temporis, intelligit conſuetudinem cuius initij non extat memoria, & quæ præſcribitur hoc tempore, etiam ſi ius ei reſiſtat, vt bene declarat Molin. loco citato, diſp. 77.

Licèt enim poſſeſſio longiſſimi, ac immemo-
12 rabilis temporis det titulum, priuilegium, ac conceſſionem a Principe: vt habetur in c. 1. de præſcr. in feato, l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quot. æſt. Couar. ibidem a num. 7. vſque ad finem, & alij, quos refert, & ſequitur Mart. de iuriſd. p. 1. c. 33. num. 9. immo probat priuilegiũ ſolemne ſecundũ Bal. conſ. 257. vol. 2. vbi enim ſcriptura requiritur, id ipſum operatur temporis conſectura. Idem Bal. conſ. 24. vol. 4. Sicut etiam centenaria habet vim bonæfidei, & ſcien-
13 tiæ: vt habetur ex Doct. in d. l. hoc iure, §. ductus aquæ: & Mart. de Iuriſd. p. 1. c. 32. num. 27. nihilominus poſſeſſio huiuſmodi quantumuis immemorabilis, non eſt ſufficiens inducere cõ-
14 ſuetudinem in aliquo loco, per quam licitum ſit naufragorum bona occupare: quoniam cõſuetudo hæc eſt iniquiſſima, contra ius naturale, quæ afflictionem addit afflicto: & ideo non conſuetudo, ſed corruptela potius dicitur: vt ſupra dixtmus, q. præcedenti. Et licèt conſuetudo praua poſsit excuſare à pœna temporali, non tamen excuſat à ſpirituali: vt habetur ex Glo. in c. denique, 3. d. c. cùm venerabilis, & ibi Panor. de conſuet.

Quocirca ſub prætextu cõſuetudinis Naufragorum bona furripientes, nõ excuſantur ab excommunicatione noſtri canonis, etiam ſi eſſet conſuetudo, vel poſſeſſio longiſſimi temporis, & immemorabilis: quia quando damnatur conſuetudo tanquam irrationabilis, cenſetur etiam damnata illa, de cuius initio memoria non extat, c. ſi conſuetudinem, & ibi Doct. 8. d. voluit tamèn hoc loco declarare Roman. Pontifex irritam eſſe quamcumque conſuetudinem in contrarium inductam ad maiorem declarationem: vt bene notat Alter. hoc loco cap. 3. in fine.

In multis alijs quoque caſibus immemorabi-
15 lis poſſeſſio inualida eſt ad præſcribendum; & ad conſuetudinem inducendam: nam tunc poſſeſſio huiuſmodi habet vim tituli, priuilegij, ſcientiæ, bonæfidei, & conceſſionis à Principe, quando tractatur de rebus, quæ præſcribi, aut vſucapi poſſunt: ſecus autem, ſi agatur de rebus quæ præſcriptionis ſunt incapaces; quia tunc poſſeſſio, etiam mille annorum, vim tituli non habet: vt eſt tex. in c. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verb. ſignif. Rom. in l. 1. §. denique, ff. de aqu. plu. arcen. Mart. de iuriſd. p. 1. c. 20. num. 27.

Hinc loca Religioſa, & ſacra, quia poſſideri nequeunt. vt in l. qui vniuerſas, § poſſeſſionem ff. de acquir. poſſeſſ. Bar. in l. interdictum, vbi Glo. ff. vti poſſed. & Panor. in c. cùm ſuper, num. 19. de cau. poſſeſſ. & propr. & conſequenter non poſſunt præſcribi, vt per Glo. in ſum. 16. q. 3. & in Inſt. de vſuc. §. ſed aliquando; immemorabilis, ſeu longiſſima eorum detentio, etiam millenaria, ſicut nullum iur tribuere poteſt detentori, vt per Bar. in d. l. 1. §. interdum, Angel. in ſum. in ver. Præſcriptio, num. 14. & Syl. eod. ver. num. 2. eo quòd poſſidenti res ſacras, ſemper præſumitur mala fide poſſidere, Bal. in l. malè agitur, ver. Secundo modo, C. de præſcr. 30. vel 40. ann. & in l. ſuper longi, num. 11. C. de long. temp. præſcr. ita etiam per conſuetudinem quantumuis immemorabilis, & longiſſimi temporis, non poteſt induci in aliquo loco, vt tanquam propria poſſideri, & eorum dominium comparari poſſit, per ea, quæ notat Mol. tom. 1. de Iuſt. & iur. diſp. 75. & 77.

Idem dicendum eſt, vbi tractatur de perſonis incapacibus: his enim longiſſimi, ſeu immemorabilis temporis poſſeſſio, non dat nec titulum, nec priuilegium; maximè ſi de eo agatur, quod eſt omnino inconceſſibile, tam reſpectu dantis, quam recipientis: vt eſt dominium ſepulcrorũ, & iuris ſpeliẽdi apud laicos, vt habetur ex Card. conſ. 57. n. 3. & Crau. 4. p. de antiq. ver. Nõ obſtat auctoritas, n. 50.

Sic etiam cõſuetudo, qua laici nominant, deſignant, & offerunt Clericos Eccleſijs præficiẽdos, & non ratione fundationis, ædificationis, vel donationis Eccleſiarum, non poteſt induci ex poſſeſſione longiſſimi, & immemorabilis tẽporis; quia huius facultatis laici ſunt incapaces, & non poſſunt aliter fieri capaces, niſi priuilegio: vt latè probat Azor. lib. 5. Inſt. moral. p. 1. c. 19. circa finem: vbi quamplurimos alios caſus enumerat, in quibus conſuetudo, quãtumuis lõgiſſimi temporis, in duci non poteſt: & Mol. loco citato diſp. 62.

Eſt tamen verum, quòd incapaces prædicti ſi
16 cum lõgiſſimi, & immemorabilis temporis poſſeſſione, ſeu detentione allegent titulum, aut priuilegium capacitatis: nempe, quòd ſit incapax, factus capax priuilegio, tunc lapſus huiuſmodi temporis immemorabilis incapaci fauet: vt per Abb. in c. dudum, de decim. Fel. in c. cùm contingat, num. 4. de for. compet. Dummodò cum huiuſmodi temporis lapſu fama concurrat. Idem Fel. in d. c. accedentes. num. 5. de præſcr. Gabr. conſ. 1. num. 18. & 33. Accùm huiuſmodi fama recognitio probetur: Rot. Rom. p. 2. dec. 215. num. 7. in nouiſſim. Nam cùm aliquid obtineri non poteſt ſine priuilegio, tunc ſufficit illud probari per famam in antiquiſſimis: Bal. in
17 auth. quas actiones, C. de ſacr. Eccl. fama enim in antiquiſſimis plenè probat. Inn. in c. inconcuſſum, de verb. ſignif. & alij Doct. quos refert, & ſequitur Mart. de Iuriſd. p. 1. c. 33. num. 14. vbi etiam num. 12. & 13. & p. 4. caſu 64. num. 13. ait, quòd omnes Potentatus, qui præſcriptione tueri volunt, bene faciunt, ſi titulum allegant, ſeu priuilegium Imperatoris, vel quòd credant Maiores ſuos habuiſſe priuilegium, per ea, quæ dicit Bar. in l. Celſus, ff. de vſuc. & Bal. in l. Iudicis, C. de rei vendic. eo quòd longiſſimi temporis præſcriptio cum fama, licèt ſit præſumptio iu-
18 ris, & de iure; tamen admittit probationem in contrarium per confeſſionem partis: & ideo qui con-

confitentur, neque ipſos, neque Maiores ſuos habuiſſe aliquem titulum, ſeu priuilegium, non poſſunt præſcriptione tueri: quia eſt potius corruptela, quàm præſcriptio, vt in auth. vt nulli Iud. §. 1. & ibi Glo. Immo quanto longiori tempore ita dicant poſſidere, tanto maiori culpa tenentur, ar. tex. in c. fin. de conſuet.

Ad argumentum in contrarium patet reſponſio ex dictis: nam licèt dictio illa, aut, ſit alternatiua, & ponatur inter diuerſa: tamen in hoc canone non diuerſificat conſuetudinem à præſcriptione, vt ſic: ſed ipſammet conſuetudinem, quæ regulariter inducitur per decennium, a conſuetudine, quæ inducitur ex poſſeſſione longiſſimi, & immemorabilis temporis.

Vtrum naufragorum bonorum dominium, poſſeſſione longiſſimi, aut immemorabilis temporis comparari poſſit. Q. 21.

SVMMARIVM.

1 *Malefidei poſſeſſor, nunquam præſcribit.*
2 *Furtiuæ res, & quæ vi poſſeſſæ ſunt, ac quæ naſcuntur ex eis, vſucapi non poſſunt.*
3 *Naufragorum bona poſſidentes, ſi ſciant talia eſſe, nullo vnquam tempore poſſunt ea præſcribere: ſiue principales furripientes ſint, ſiue aly ab illis cauſam habeant. Et idem dicendum eſt, ſi ſciant eſſe aliena, eſtò quòd ignorent eſſe naufragorum*
4 *Bona fides ad præſcriptionem requiſita, debet eſſe ſine aliquo dubio, tempore quo inchoatur præſcriptio: ſecus autem, poſt inchoatam.*
5 *Naufragorum bona inuenientes, & ea tenentes animo reddendi vero domino, illorum dominium præſcriptione acquirere non poſſunt.*
6 *Naufragorum bona ſibi approprians bona fide, exiſtimans ſibi licere vigore alicuius conſuetudinis aut ſtatuti, non poteſt ea præſcribere.*
7 *Ignorantia iuris, etiam ſi Theologicè ſit inuincibilis nõ ſatis eſt ad præſcribendum.*
8 *Naufragorum bona auferens, credens ſua eſſe ex ignorantia craſſa, illa non præſcribit, ſecus, ſi ignorantia eſſet probabilis.*
9 *Ignorantia facti prodeſt poſſidenti, ad præſcribendum.*
10 *Ignorantia iuris eius, qui poſſidet præſcriptionem impedit: non autem ignorantia iuris eius, qui contulit.*
11 *Emens aliquid à pupillo, ſciens pupillum eſſe, rem illã præſcribere non valet.*
12 *Naufragorum bona poſſidens, ignorans talia eſſe: ſi cõcurrat iuſtus titulus, poteſt illa præſcribere ſpatio 30 vel 40. annorum*
13 *Res furtiuæ, & quæ vi poſſeſſæ ſunt, ſi concurrat bona fides cum iuſto titulo, præſcribuntur ſpatio 30. vel 40. ann.*
14 *Naufragorum bona iuſto aliquo titulo, ac bona fide recipiens ab eo, qui illa ſibi appropriauit exiſtimans iure licito ad ſe pertinere vigore conſuetudinis, aut ſtatuti, an triennalis vſucapione eadem vſucapiat.*
15 *Naufragorum bona poſſidens bona fide, ac iuſto titulo, etiam ſi ſint Eccleſiæ Romanæ, illa præſcribere poteſt ſpacio 30. annorum.*
16 *Res mobiles Eccleſiæ, etiam Romanæ, præſcribuntur ſpacio 30. annorum.*
17 *Præſcripto cum habet non tantùm in foro externo; ſed etiam interno.*
18 *Singularis ſucceſſor bonam fidem habens, licèt poſſit præſcribere, non obſtante mala fide ſui auctoris; non tamen id poteſt ſucceſſor vniuerſalis, ſtante mala fide teſtatoris: vel eius, cui ab inteſtato ſuccedit.*
19 *Mala fides defuncti, impedit præſcriptionem hæredis.*
20 *Res furtiuæ, & vi poſſeſſæ, licèt vſucapi non poſſint a fure, ac raptore, nec ab alio malam fidem habente; vſucapi tamen poſſunt à bona fide illa poſſidente.*

IN hac re videtur prima facie negatiuè reſpondendum.

Probatur, quoniam vi noſtri canonis auferẽtes huiuſmodi bona, nulla conſuetudine, nec vllius temporis, etiam immemorabilis poſſeſſione iuuantur, quominus excommunicationem cõtrahant; ergo tanto minus aliqua temporis diuturnitas eiſdem prodeſſe poteſt ad eorũdem bonorum dominium comparãdum: tũ quia multa iuuant ad damnum vitandum, quæ inutilia ſunt ad lucrum captãdum: tum etiam quia cùm excommunicatio ſupponat peccatum mortale, vt in c. nullus, 11. q. 1. & temporis curſus non excuſet auferentes huiuſmodi bona ab excommunicatione, ergo nec eos excuſat à letali culpa, atque ideo nõ proderit ad eorum dominium acquirendum, cùm præſcribere nemo poſſit rem, quam cum peccato detinet: eo quòd eſt in mala fide, c. fin. de præſcript. 1

Secundò furripiẽtes naufragorum bona, proculdubio furtum committunt, vt ſæpe diximus & propterea bona ipſa facta ſunt vitioſa, & affecta vitio furti: ergo curſu temporis eorum dominium acquiri non poteſt: quoniam res furtiuæ, & quæ vi poſſeſſæ ſunt, & quæ naſcuntur ex eis, vſucapi non poſſunt: vt in §. quod autem, & §. furtiuæ, in Inſt. de vſucap. 2

Pro explicatione huius difficultatis diſtinguẽdum eſt de dominio bonorum naufragorum comparando temporis curſu per illum, qui abſtulit ea: aut per tertium, qui ab auferente, vel ab alio recepit. Et ab iſto, vtrum bona, vel mala fide. Qua propter ſit

Prima Concluſio.

POſſidentes naufragorum bona, ſi ſint in mala fide; hoc eſt ſi ſciant talia eſſe. etiam ſi per lõgiſſimi, & immemorabilis temgoris ſpacium cũ eorum authoribus poſſederint, nunquam per huiuſmodi poſſeſſionem dictorum bonorum dicuntur comparaſſe dominium. 3

Probatur, quia malæfidei poſſeſſor nullo vnquam tempore quantumuis longiſſimo poteſt res poſſeſſas præſcribere, atque adeò illarũ dominium comparare, vt eſt tex. in c. fin. de preſcr. & in c. poſſeſſor malæfidei, de regul. iur. in ſexto, vbi latè Couar. p. 2. §. 8. n. 4. & Mol. de Iuſt. & iu. tom. 1. diſp. 63.

Ampliatur, vt hæc concluſio vera ſit, tam in Am-

principali auferente huiuſmodi bona, quàm in quocunque alio: nam ſi mala fide poſſideant, ideſt, ſi ſcientes naufragorum eſſe, eorum dominium quocũque temporis curſu comparare nõ valent: quia, vt diximus, poſſeſſor malefidei nũquam præſcribit.

Secundò ampliatur, vt ſatis ſit, ſi ſciant bona
4 eſſe aliena: nam eſtò quòd ignorent naufragorũ eſſe, adhuc dicuntur eſſe in mala fide, & ideo nõ poſſunt præſcribere: quoniam ſicut is dicitur bona fide poſſidere rem aliquam, cùm ſuam eſſe credit: ita dicitur mala fide, quando credit eſſe alienam, c. ſi virgo, 34. q. 2. & latè Molin. loco citato, in ver. Hoc ita conſtituto: vbi etiam probat con. 1. & 2. quòd ad inchoandam præſcriptionem, non ſatis eſt, ſi quis rem poſſidere incipiat cum dubio, an ſua ſit; ſed neceſſaria eſt bona fides, qua abſque dubio exiſtimet rem ſuã eſſe: & ſi poſt inchoatam ſuperueniat dubium, an ſit poſſidentis, tale dubium præſcriptionem non impedit; modò durante dubio moralẽ efficiat diligentiam, an res ſit aliena. Cùm igitur in caſu, de quo agitur inuentores dictorum bonorum, aut etiam tertiæ perſonæ certò ſciant eadem aliena eſſe, procul dubio cùm ſint in mala fide temporis curſu illorum dominium cõparare non poſſunt, quia malæ fidei poſſeſſor, vt diximus non præſcribit.

Quòd quidem puto verum eſſe, etiam ſi bo-
5 na huiuſmodi inuenerint, & abſtulerint animo ea conſeruandi, & reddendi vero domino, & facta debita diligentia cuius fuerint, non reperierint: nam illorum dominium per temporis curſum acquirere non valent: eo quòd cùm non ſint habita pro derelictis, vſucapi non poſſunt; exquo in eis deficit titulus pro derelicto, l. ſi quis merces, ff. pro derel. & Syl. in ſum. in ver. Inuenta, ſub n. 3. in fine. Et eo magis, quia inuentores rerum inuentarum non efficiuntur domini; ſed eas ſibi appropriantes, furtum committunt: vt eſt tex. in l. falſus, ff. de fur. Quocirca, non inuento earum domino tenentur pauperibus elargiri, iuxta ea, quæ docet Abb. & alij in c. cùm tu, de vſur. Niſi inuentores ſint multum pauperes: quia tunc de licentia Epiſcopi, vel eius pœnitentiarij, facta prius debita diligentia, poſſunt illas ſibi retinere: vt habetur ex Syl. loco citato num. 2.

Secunda concluſio.

6 AVferentes naufragorum bona, & ſibi appropriantes, probabiliter exiſtimantes vigore ſtatuti alicuius Ciuitatis, aut conſuetudinis illa ſibi competere: & probabiliter ignorantes; quæ in hoc canone, & in alijs iuribus, tum ciuilibus, tum canonicis conſtituta ſunt, licèt mortaliter non peccent, nec in excommunicationem incidant; eorum tamen dominium nullo temporis curſu, etiam longiſſimi, comparare poſſunt.

Probatur, quoniam ignorantia iuris, etiam ſi
7 theologicè ſit iuuincibis, non ſatis eſt ad præſcribẽdum, nec intra tempus, de cuius initio nõ eſt memoria, tex. eſt in l. iuris, ff. de iur. & fact. ignor. c. quia contra, de regul. iur in ſexto, l. nunquam, in prin. de vſuc. l. quemadmodum, C. de agric. & cenſit. lib. 11. et latè Molin. contra Couar. & alios tom. 1. de Iuſt. & iur. diſp. 64. con. 1. & 2. vbi hanc ſententiam magis veram, & communem eſſe teſtatur. Ratio autem hæc eſt: quoniam poſſidens rem alienam ſine titulo ex iuris ignorantia, præſumitur illam mala fide poſſidere: vt in d. l. quemadmodum, & d. c. qui contra.

Idem dicendum eſt, ſi auferens naufragorum
8 bona, ignorantia laborans, ſibi perſuadet ſua eſſe: quoniam adhuc eorum dominium temporis curſu acquirere non poteſt. Quod tamen intelligendum eſt de ignorantia craſſa, vel affectata: nam tũc dicitur eſſe in mala fide: ſecus autem, ſi
9 ignorantia eſſet probabilis: quia cùm hęc ignorantia ſit facti, prodeſt poſſidenti ad præſcribẽdum: eo quòd ſola iuris ignorantia, non autem facti, vſucapionem impedit, vt in l. 2. §. ſi à pupillo, ff. pro empt. & Mol. loco citato, in ver. Quod attinet.

Immodum diximus iuris inuincibilem igno-
10 rantiam impedire, quominus præſcribatur, intelligendum eſt de ignorantia eius, qui poſſidet, quiuè præſcribere rem debuit: ſecus autem de ignorantia eius, qui rem contulit: vt per Glo. in. §. ſed tamen, ver. Item ſi is: in Inſt. de vſuc.

Quocirca, ſi quis in ancilla ſolum vſumfructum habens, iuris ignorantia laborans, arbitratus ſit, partum illius durante vſufructu, ad ipſum pertinere, & illum vendidit ei, qui neſciebat eſſe partum ancillæ, cuius venditor ſolùm habebat vſumfructum, poteſt eumdem vſucapere tempore ſufficiente ad rem mobilem cum titulo præſcribendam. Ita Molin. vbi ſupra in ver. Quicquid tamen, propè finem.

Secundò ampliatur dicta concluſio; vt non ſolùm vera ſit in auferente naufragorum bona; ſed etiam in eo, qui emit ea ab ipſo auferente, aut à quocunque alio ſcienter, ideſt ſciens aliena eſſe: quia quamuis probabiliter exiſtimet dictorum bonorum dominiũ comparare, eſtò quòd ſpatio longiſſimi temporis poſſideat, cùm hæc ignorantia iuris ſit, eorum tamen non efficitur dominus.

Hac eadem ratione, qui à pupillo ſine tu-
11 toris auctoritate aliquid emit, ſciens eſſe pupillum, illius rei dominium, nullius temporis curſu poterit comparare, vt in d. l. 2. §. ſi à pupillo.

Dixi, ſciens eſſe pupillum, quia ſi ignorauerit, cùm hæc ignorantia ſit facti prodeſt ad præſcribendum: vt ibidem habetur.

Tertia Concluſio.

12 POſſidens naufragorum bona iuſto aliquo titulo, nẽpe titulo emptionis, donationis, dotis, & c ignorans naufragorum, aut quocunque alio modo aliena eſſe, illorum dominium comparare poteſt per poſſeſſionem longiſſimi temporis, puta 30. vel 40. annorum.

Probatur: quia res furtiuæ, & vi poſſeſſæ hoc
13 tempore præſcribuntur ab eo, qui bona fide à fure, aut raptore, vel à quolibet alio emit, exiſtimans eſſe vendentis, aut etiam donantis, etc. Ita Glo. in §. furtiuæ quoque rei, in ver. Longo tempore: de vſucap. et id per tex. in l. omnis, C. de

de præscr. 30 vel 40 annor. ergo estò, quòd huiusmodi bona fuerint furto sublata, aut etiã rapta, à tertio tamen bona fide possideote, prædicto tempore vsucapi possunt.

Immo titulo emptionis, aut quolibet alio, si
14 quis prædicta bona receperit ab eo, qui bona fide eadem auferens sibi appropriauit, probabiliter existimans vi alicuius statuti, aut consuetudinis ad se pertinere, iuxta ea, quæ supra diximus in præcedenti conclusione, si bona fide vt supra comparauerit, existimans esse vendentis, donãtis. & eiusdem dominium acquirere potest, nõ solùm possessione 30. vel 40. annorum; sed etiam tempore sufficienti ad rem mobilem cum titulo præscribendam; nempe spatio trium annorum, vt in Inst. de vsucap. in prin. & l. vnica, C. eod. tit. quia, vt superiori conclusione diximus, iuris ignorantia insuperabilis impedit præscriptionem: quando est ex parte volentis rem præscribere: secus autem, si sit ex parte conferentis.

Ampliatur hæc conclusio, vt spatio 30. anno-
15 rum, accedente bona fide vt supra, præscribantur dicta bona non tantùm contra priuatos, sed etiam aduersus Ecclesiam, etiam si Romana sit,
16 quoniam res mobiles cuiuscumque Ecclesiæ licet Romanæ spatio 30 annorum præscribuntur. vt benè probat Molin. tom. 1. de Iust. & iur. disp. 68. in fine.

Secundò ampliatur hæc conclusio, vt locum
17 sibi vendicet, non tantùm in foro exteriori; sed etiam in foro interiori: quia, cùm lex tribuens præscriptionem iusta sit, & ad commune bonũ edita, ne scilicet rerum dominia sint in incerto, obligat in vtroque foro, estò quòd nulla interueniat negligentia ex parte eius aduersus quem præscribitur: vt ex Couar. & alij probat Molina loco citato, n. 61.

Sic ampliata limitatur eadem conclusio, vt
18 vera sit in successore singulari quocunque titulo possideat: is enim quamuis eius author malam fidem habuerit; potest tamen præscribere, vt supra diximus: etsi non possit computare ad præscribendum tempus, quo author mala fide possedit. Secus autem, si successor sit vniuersalis, puta hæres, siue ex testamento, siue ab intestato: quia malafides defuncti impedit
19 præscriptionem hæredis. l. ante vitium, ff. de diuer. & tempor. præscr. & §. inter venditorem. in Inst. de vsuc. Molin. ibidem, disp. 65. & alij.

Ratio autem hæc est, quia hæres personam defuncti representat. Et hanc sententiam communem esse testatur Couar. in reg. Possessor malæ fidei, p. 2. §. 9. de regul. iur. in sexto; licèt ipse videatur velle quòd hæres, si non vtatur successione temporis defuncti, sed computet à tempore, quo ipse bona fide cæpit possidere, præscribere rem possit spatio 30. annorum. Quod bene reicitur à Molin. ibi: qui hoc dictum multipliciter quoque limitat.

Restat, vt ad contraria respondeamus.

AD primum patet responsio: nam argumen-
20 tum concludit contra possidentem malafide, qui nullo vnquam tempore præscribit.

Ad secundum respondetur quod res furtiuæ, & vi possessæ, non possunt vsucapi a fure, ac raptore, nec etiam ab alio, malam fidem habente: secus autem a bona fide possidente: nam is, licèt triennali præscriptione iuuari non possit, nec etiam decem, aut viginti annorum; tamen, concurrentibus aliis conditionibus, potest bona huiusmodi furtiua præscribere spatio 30. annorum, vt supra diximus.

Hinc ait Syl. in sum. in ver. Præscriptio, 2. q. 12. in fine: quòd breuiarium emptum a fure, & possessum 29 annis, tenetur emptor restituere si superueniat milla fides: quia res furtiua non nisi spatio 30. annorum præscribi potest.

Ibi (*Alium quemcumque prætextum*) Quid prætextus nomine hoc loco intelligatur. Q. 22.

SVMMARIVM.

1 *Prætextus significat tum fictam, tum veram causam.*

1 REspondetur quòd vt supra diximus. q. 13. prætextus hoc loco significat tum fictam, tum etiam veram causam: dummodo sit iniusta vt in d. q. latè explicauimus.

Quibus casibus contrahitur excommunicatio huius canonis, & quibus effugitur. Q. 23. & vlt.

SVMMARIVM.

1 *Naufragorum bona furripientes, incidunt in excommunicationem Bullæ cœnæ; quicumque sint, ac cuiuscumque conditionis existant.*

2 *Naufragorum bona cuiuscumque sint furripientes, excommunicationem contrahunt.*

3 *Naufragorum bona furripientes, excommunicantur quocumque modo naues naufragium passæ sint.*

4 *Naufragorum bona furripientes, excommunicationem incurrunt; siue furripiantur in Nilo, siue in Mari, siue in littore.*

5 *Naufragorum bona furripientes, excommunicantur: siue naues sint, quæ naufragium patiantur, siue triremes, siue scapha, &c.*

6 *Naufragorum bona furripientes, excommunicantur siue naues sint fidelium, siue infidelium, dummodò bona naufragata sint fidelium.*

7 *Naufragorum Piratarum bona furripientes, an, & quando in excommunicationem incidant.*

8 *Naufragorum bona furripientes, excommunicationem contrahunt, cuiuscumque generis bona sint.*

9 *Naufragorum bona furripientes, sunt excommunicati, in quocumque mari, etiam infidelium, illa furripiant.*

10 *Naufragorum bona, non solũ furripientes, sed etiam rapientes, excommunicantur.*

11 *Naufragorum bona rapientes, si in mora sit in restituendo duplicem excommunicationem contrahunt.*

12 *Naufragorum bona furripientes, in excommunicationem incidunt, etiam, si vtendi animo, per ali-*

aliquot tempus illa ſurripuerit.

13 *Naufragorum bona ſurripientes conſeruandi animo, & reſtituendi proprio domino, ſi mutent animum excommunicationem incurrunt.*

14 *Naufragorum bona ſurripientes, ſunt excommunicati, etiam ſi dominus recuperaturus ea non eſſet.*

15 *Naufragorum bona ſurripientes, excommunicantur etiam ſi ea cum propriæ vitæ periculo ſalua fecerint.*

16 *Naufragorum bona ſurripientes, excommunicationem contrahunt in ipſo actu ſurripiendi, etiam ſi poſtea mutato animo illa reſtituunt.*

17 *Naufragorum bona ſurripientes, in excommunicationem incidunt, non obſtante quocunque priuilegio.*

18 *Naufragorum bona ſurripientes, excommunicati ſunt, non obſtante quacunque conſuetudine.*

19 *Naufragorum bona ſurripientes excommunicantur, nõ obſtante quacunque præſcriptione.*

20 *Naufragorum bona ſurripientes, excommunicationem incurrunt, non obſtante quocunque prætextu.*

21 *Naufragorum bona ſurripientes, ſi ſint infidelium, excommunicationem non contrahunt, etiam ſi naues ſint fidelium.*

22 *Argumentum à contrario ſenſu, in iure eſt validum*

23 *Surripere, contrectationem rei alienæ inuito domino ſignificat: & ideo ad contrahendam excommunicationem Bullæ exigitur, vt acceptio ſit iniuſta.*

24 *Naufragorum hoſtium bona ſurripientes, excommunicationem non incurrunt.*

25 *Naufragorum fidelium bona ſurripientes; quę aſportantur ad hoſtes contra iuris canonici diſpoſitionem, in excommunicationem non incidunt.*

26 *Naufragorum bona ſurripiens, conſeruandi animo, & ea tradendi domino, ab excommunicatione excuſatur.*

27 *Naufragorum bona recipiens conſeruandi animo, & illa tradendi vero domino, ſi fuerit in mora in reſtituendo, an in excommunicationem incidat, declaratur.*

28 *Spoliare depræd ationem ſignificat.*

29 *Naufragorum bona ſurripiens ſi poſt modicum tempus reſtituat, licèt mortaliter peccet, & excommunicationem noſtræ Bullæ contrahat; non tamen contrahit excommunicationem c. excommunicatus, de rapt.*

30 *Naufragorum bona pro derelictis habita ſubtrahens nõ eſt excommunicatus.*

31 *Naufragorum bona mox periturum cum proprio vitæ periculo, ſalua faciens, ſi dominus dicta bona per aliud medium non erat rehabiturus, auferens ea excommunicationem non contrahit.*

32 *Naufragorum bona inſtè auferens, an lata excommunicatione teneatur ea reuelare.*

33 *Naufragorum bona ſubtrahens in compenſationem ſui credit i, in excommunicationem non incidit.*

34 *Naufragorum bona ſurripientes, excommunicationem Bullæ cœnæ non contrahunt, niſi ſcienter, ac dolosè illa ſurripiant.*

35 *Naufragorum bona ſurripientes, ex capite ignorantiæ, ab excommunicatione excuſantur.*

36 *Naufragorum bona ſurripientes extra mare, nauem, & littus excommunicationem non contrahunt.*

37 *Inclusio vnius, eſt excluſio alterius.*

38 *Naufragorum bona ſurripiens in ſtagno, vel flumine, licèt non contrahat excommunicationem Bullæ cœnæ; incidit tamen in excommunicationem c. excommunicationi, de rapt.*

39 *Naufragorum bona ſurripiens à tertio, qui primò eadem ſurripuit, licèt non incidat in excommunicationem; tenetur tamen ad illorum reſtitutionem vero domino, etiam ſibi pretio non ſoluto.*

40 *Naufragorum bonorum modicam quantitatem auferentes excommunicationem non incurrunt.*

41 *Depoſitarius, naufragorum bona apud ipſum depoſita negans, non eſt excommunicatus.*

42 *Naufragorum bona, vi ventorum extra litus tranſmiſſa ſurripiens, in excommunicationem non incidit.*

43 *Naufragorum bona ſurripienda mandans, conſulens, vel ſublata rata habens, excommunicationem non incurrit.*

44 *Vniuerſitas aliqua naufragorum bona ſurripiens, in excommunicationem non incidit.*

45 *Priuilegio, ſtatuto, aut conſuetudine, quo caſu iuuentur auferentes naufragorum bona.*

46 *Naufragorum bona, bona fide, ac iuſto titulo poſſidentes, curſu temporis præſcribere poſſunt.*

PRo determinatione huius quæſtionis, ſit vnica concluſio. Naufragorum bona ſurripientes, incidunt in excõmunicationem noſtri canonis. Hæc concluſio patet ex ipſo canone.

Ampliatur primò dicta concluſio, vt generalis ſit, omnes, & quaſcunque perſonas a comprehendens, ſiue maſculi ſint, ſiue fœminæ. Eccleſiaſtici, aut ſæculares, cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, & gradus: & ſiue liberi ſint, ſiue ſerui: catholici, vel hæretici, vt ſupra diximus, q. 1.

Secundò ampliatur, vt excommunicatio iſta comprehendat ſurripientes naufragorum bona quorumcumque Chriſtianorum: ſiue Itali ſint, ſiue Hiſpani, ſiue Indi: Et id propter dictionem illam: *Quorumcumque Chriſtianorum.* Item ſiue bona ſint dominorum nauis, vel magiſtri, remigantium, aut alterius; dummodo ſint Chriſtianorum, vt bene declarat Vgol. *in* explicat. huius canonis, §. 1. in ver. Item excommunicatio hæc.

Tertiò ampliatur, vt huiuſmodi excommunicatio extendatur contra ſurripientes prædicta bona, quocumque modo naues naufragium paſſæ ſint: ſiue tempeſtate, puta, ventis: ſiue incendio: ſiue ob inſcitiam magiſtri: ſiue ob nauium imbecillitatem, aut vetuſtatem, ſiue quia nimis onuſtæ eſſent: ſiue ob hoſtium inſecutionem, vt habetur ex Viual. hoc loco, num. mihi 28. Vgol. loco citato in ver. Tertiò excommunicatio hæc: & nos ſupra diſputauimus, q. 6. quoad naues, hoſtium, vel piratarum impulſu expugnatas.

Quartò ampliatur, vt excommunicatio prædicta comprehendat ſurripientes huiuſmodi bona; ſiue in mari illa ſurripiant, ſiue in littore, ſiue ex ipſa naui in ipſo naufragio, vt conſtat ex illis canonis verbis. *Siue in ipſis nauibus, ſiue ex eſdem eiecta in mare, vel in littore inuenta.* Immo hoc idem puto dicendum de ſurripientibus huiuſmodi bona in ipſa naufragij trepidatione; dummodò naufragium ſit ſequutum: vt cõtra Vgol. diximus ſupra q. 7. Nec diſtinguendum eſt, an nauis confracta, vel integra in tranſuerſum iactata ſit. Vndè eſtò allleuiandæ nauis grat a proiecta fuerint dicta bona; ſurripientes nihilomi-

minus in excommunicationem incidunt, furti tenentur, & ad reſtitutionem obligantur: vt habetur ex eodem Vgol. ibi in ver. Quarto excommunicatio hæc.

Quintò ampliatur, vt ſurripientes naufragorum bona, excommunicationem iſtam contrahant ſiue bona ſint ex nauibus, naufragium paſſis, ſiue triremibus, ſiue ratibus, ſiue ſcaphis: quia textus noſter per ly. *Nambus* intelligit hoc loco, omne genus nauigij: vt ſupra probauimus q. 5. 5

Sextò ampliatur vt ſurripientes iſta bona excommunicatione hac alligentur, ſiue naues naufragium paſſæ ſint fidelium, ſiue infidelium: dùmodò bona naufragata ſint fidelium: vt patet ex his, quæ annotauimus, ſupra, q. 3. 6

Septimò ampliatur, vt ſurripientes naufragorum bona prædictam excommunicationẽ contrahant, etiam ſi bona ipſa Piratarum Chriſtianorum ſint; iuxta tamen diſtinctionem à nobis ibi tam ſupra, q. 4. 7

Octauò ampliatur, vt excommunicatio iſta locum habeat contra ſurripientes fidelium naufragorum bona cuiuſcumque generis ſint: ſiue mobilia, vt frumentum, aurum & c. ſiue ſe mouentia, vt ſerui, ancillæ, oues, boues, & cæteræ animalia; ſiue bona ſint, quæ licèt non ſint immobilia; tamen inter immobilia reputantur: vt ſunt ſerui aſcriptitij, & pecunia pupillaris depoſita ad emptionem prædiorum: ſiue bona ſint in dominio naufragorum fidelium. ſiue ab eis bonafide poſſideantur: ſiue ſint in actionibus, petitionibus, & perſecutionibus: & denique eſtò, quòd quaſi ſuperficialia nuncupentur: vt ſupra, q. 3. in reſponſione ad ſecundum argumẽtum diximus. 8

Nonò ampliatur, vt dicta excommunicatio extendatur contra ſurripientes naufragorum fidelium bona in quocunque mari, & littore; ſiue mare fidelium ſit, ſiue infidelium: ſiue Pontificium, ſiue alterius, vt conſtat ex illis canonis verbis: *Tam in noſtris Tyrrheni, & Adriatici, quam in cæteris eiuſcumque maris regionibus, & littoribus ſurripuerint.* Et idem dicendum eſt, ſi litus proprium ſit ſurripientis: nam quando agitur de materia peccati vnuſquiſque Romano Pontifici ſubiectus eſt, c. nouit. de Iudic. & Vgol. loco ſupra citato: in ver. Duodecimò excommunicatio. 9

Decimò ampliatur, vt non modò ſurripiens, ſed etiam rapiens naufragorum bona, excommunicationem contrahat: quoniam qui rapit, dicitur etiam ſurripere: vt ſupra declarauimus, q. 16. 10

Vndecimò ampliatur, vt rapiens huiuſmodi bona, ſi pertinax ſit in reſtituendo, duplicem excommunicationem contrahat, alteram, quę cõtinetur in hoc canone, & alteram contentam in c. excommunicationi, de rapt. vt ſupra diximus, q. 2. num. 6. 11

Duodecimò ampliatur, vt excommunicatio præſentis canonis alliget ſurripientes naufragorum fidelium bona, etiam ſi animum habeant eiſdem vtendi per aliquot tempus dumtaxat. & deinde reſtituendi proprijs dominis, vt ſupra annotauimus q. 10. 12

Decimotertiò ampliatur, vt excommunicatio iſta includat etiam ſurripientes dicta bona animo conſeruandi, vel ignorantes ea naufragorũ eſſe, & poſtea mutent voluntatem, aut ſuperueniente ſcientia nolint proprijs dominis reſtituere: vt ſupra probauimus, q. 2. n. 6. 13

Decimoquartò ampliatur, vt hæc cenſura comprehendat ſurripientes huiuſmodi bona, etiam ſi dominus aliàs recuperaturus ea non eſſet vt patet ex his, quæ dixmus ſupra, q. 14. 14

Decimoquintò ampliatur, vt excommunicatio iſta extendatur contra ſurripientes naufragorum bona, etiam ſi ab auferentibus ea, ſalua fiant, cum propriæ ipſorum vitæ periculo iuxta ea, quæ ſupra diximus q. 15. 15

Decimoſexto ampliatur. vt ſurripiẽtes huiuſmodi bona, in ipſo actu ſurripiendi, excommunicationem contrahant: eſtò deinde quòd animo mutato, illa reſtituãt. vt bene declarat Vgol. in explicat. noſtri canonis, in ver. Vndecimò excommunicatio hæc. 16

Decimoſeptimò ampliatur, vt ſurripiẽtes naufragorum bona nullo priuilegio tueri poſſint, quominus excommunicationem hanc incurrãt quoniam priuilegia concedentibus naufragantium bona, illa ſibi vendicantibus, ſunt contra ius naturale, ac Diuinum, vt ſupra declarauimus, q. 17. & 18. 17

Decimooctauò ampliatur vt ſurripiẽtes huiuſmodi bona nulla cõſuetudine tueri poſſint, quominus excommunicationem contrahant: quia huiuſmodi conſuetudo non eſt valida, cũ ſit contra ius Diuinum. & naturale; & propterea corruptela potius dicenda eſt, quàm conſuetudo: & reprobatur vi huius canonis non modò præterita; verùm etiam futura vt ſupra probauimus, q. 19. & quocunque tempore præſcripta; q. 20. 18

Decimononò ampliatur, vt ſurripientes dicta bona non modo excommunicationem prædictam contrahant; ſed etiam bona ipſa nullo vnquam tempore præſcribere poſſint: ſicut nec alij habentes cauſam ab eis, ſi ſint in mala fide, vt ſupra annotauimus q. 21. con. 1. 19

Vigeſimò ampliatur, vt ſurripientes prædicta bona, in ipſam excommunicationem incidant, non obſtante quocunque prætextu, vt patet ex illis canonis verbis. *Aliumquemcunque prætextum.* Quocirca aſſerentes periculum ſubiiſſe, vel ſumptus feciſſe, quo res illas haberent, non excuſabuntur iuxta ea, quæ notat Vgol. in explicat. huius canonis, §. 1. in ver. Decimò excommunicatio hæc. 20

Sic ampliata limitatur primo eadem concluſio, vt tunc demum auferentes bona naufragorum incidant in excommunicationem præſentis canonis, quando bona naufragata ſunt fidelium ſecus autem, ſi ſint Infidelium, etiam ſi pacem habeant cum Chriſtianis Et fideles debent eſſe Catholici: ſecus autem ſi ſint hæretici: maximè ſi Chriſtiani & Catholici nominis ſint inimici. Vndè ſi bona ſint Paganorum, aut hæreticorũ, eſtò natus ſit Catholicorum ſurripientes tamen eorum bona vt ſupra naufragium paſſa, dictam excommunicationem non contrahunt: quoniã vi huius canonis excommunicantur, qui Chriſtianorum bona ſurripiunt: ergo ſumpto argumento à contrario ſenſu, iuxta tex. in l. 1. ff. de offic. eiu. ſecus dicendum eſt. ſi bona ſint Infidelium. Ita Vgol. hoc loco, §. 1. in ver. Secundò in ex-

excommunicationem: & in ver. Tertiò. Viual. in explicat. eiuſdem canon. n. mihi. 5. & nos latius diximus ſupra, q. 3.

Secundò limitatur, vt auferentes naufragorũ bona tunc dictam excommunicationem incurrant, quando illa iniuſtè auferunt, vt patet ex ly. *Surripuerint.* in tex. poſito; nã verbum illud contrectationem ſignificat rei alienæ inuito domino, atque ideo iniuſtam acceptionem, vt in l. ſi debitor, ff. de furt. & bene aduertit Suar. hic diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. n. 27. & ſeq.

Tertiò limitatur, vt ſub dſpoſitione præſẽtis
24 canonis non comprehendantur auferentes hoſtium naufragorum bona, quamuis Chriſtiani ſint: dummodo cum illis iuſtum bellũ habeant, quoniam licitum eſt in bello ſe quacunque ratione tueri: ar. tex. in c. dilecto, de ſent. excom. in ſexto, & l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. Vndè ſi duo Principes Chriſtiani inter ſe iuſtum bellum habeant, & naues alterius eorum, quæ commeatũ ferebant, naufragium paſſæ in alterius manus peruenerint, expugnantes eas, & auferentes bona, in cenſuram hanc non incidunt. Quod tamẽ locum habere cenſet Vgol. loco citato, in ver. Quartò in excommunicationem: ex parte illorum, qui iuſtum bellum gerunt, vel probabiliter ſe gerere opinantur.

Quartò limitatur, vt in dictam excõmunica-
25 tionem non incidant ſurripiẽtes huiuſmodi bona, quæ ſunt quidem Chriſtianorum, ſed aſportantur ad hoſtes Chriſtiani nominis cõtra prohibitionem Eccleſiæ, de qua in c. ita quorundam, de Iud. & infra habetur can. 7. noſtræ Bullæ, nam hos capere licet, & ſeruos facere, vt in d. c. ita quorundam, & per Vgol. ibi, in ver. Quintò in excommunicationem: vbi hoc idem dicendum eſſe putat, ſi bona huiuſmodi ſint exulum, qui hoſtes Ciuitatis ſunt, aut propria Piratarum, iuxta tamen diſtinctionem à nobis allatã ſupra, q. 4.

Quintò limitatur, vt qui huiuſmodi bona au-
26 ſert conſeruandi animo, & ea tradendi vero domino, illius habita notitia, prædictam excõmunicationem, non incurrat: quia acceptio iſta, nõ eſt iniuſta, tunc autem erit iniuſta, cùm bona ipſa ablata fuerint vſurpandi animo, & in proprium vſum, ac commodum conuertendi, etiã ſi deinde ſubſequatur pœnitentia, & mutato animo, reſtituantur.

Immo, ſi quis iuſtè vtſupra dicta bona ſuſtu-
27 lerit reſtituendi animo, ſi in mora deinde fuerit reſtituendi, eo quòd dum potuerit reſtituere nõ reſtituit, eiuſdem excommunicationis vinculo alligatur: vt per Caiet. in ſum. in ver. Excommunicatio, c. 23. & alios relatos à Proſpero de Auguſt. in addit. ad Steph. Quaran. in ver. Bona naufragantium, lim. 4.

Quod tamen puto verũ, vbi in ipſa naui naufragium paſſa, in mari, vel in littore animum reſtituendi mutauerit, quia tunc incipit bona ipſa ſurripere. eo quòd vſurpandi animo retineat, & conueniat el definitio furti; quod eſt contrectatio rei alienæ inuito domino, ſecus autem ſi animum reſtituendi non mutauerit, quia tũc, eſtò quod fuerit in mora reſtituendi, non videtur alligari vinculo excommunicationis noſtri canonis, nam iſte talis non diceretur ſurripere: at excommunicatio iſta fertur contra naufragorum bona ſurripientes. Idem arbitror dicendum, ſi animum reſtituendi dimiſerit extra nauim, mare, ac littus, quia tunc nõ cenſeretur bona naufragorum ſurripere ex naui naufragium paſſã in mari, vel in littore, vt ipſe canon exigit ad ipſius cenſuram incurrendam.

Nec Caiet. dictum eſt contra noſtram ſententiam: nam Caiet. loquitur de excommunicatione contẽcta in c. excommunicationi, de rapt. nẽpe quando primò præceſſit acceptio bonorum naufragantium, & accipiens poſtea fuit in mora reſtituendi. Vndè cùm dicta excommunicatio lata ſit contra detinẽtes bona naufragorum, ipſis inuitis, accipientes ea, niſi ſtatim reſtituant, cùm poſſint, mox in cenſuram incidũt; quoniã tempus reſtituendi determinatum eſt ad ſtatim, quod obligat ſemper ad ſemper.

Eſt tamẽ uerum, quòd nobis nõ probatur Ca-
28 iet. ſententia, dicentis, ad incurrendam excommunicationem d. c. excommunicationi, ſufficere ſi præcedat acceptio quæcunque, ſiue fiat ex charitate, ſiue vſurpandi animo quoniam hæc interpretatio videtur manifeſtè contra illum tex. excommunicantem illos, qui Chriſtianos, naufragium patientes ſpoliant rebus ſuis, niſi ablata reddiderint: Modò ſpoliare de prædationem denotat, & iniuſtam acceptionem, iuxta illud Luc. lib. 3. *Triſti ſpoliantur templa rapina*: ergo non ſatis eſt qualibet acceptio, niſi illa ſit iniuſta.

Imò, ſi cum iniuſta acceptione cõcurrat om-
29 nis mora in reſtituendo, licitè accipiẽtes huiuſmodi bona peccarent mortaliter, & incurrerent cẽſuram noſtri canonis; tamen ſi poſt modicum tempus illa reſtituant; quia in illa parua mora reſtituendi nõ committunt peccatũ mortale, ſortè in dictam cẽſuram c. excommunicationi, non inciderent, quoniã modica mora nõ eſt in conſideratione, vt ſupra diximus in explicat. primi can. q. 5 1. n. 31. excuſari ab excommunicatione dicti canonis retinentes libros hæreticorum per breue temporis ſpatium; eo quòd excommunicatio non incurritur ſine peccato mortali, c. nullus, 11. q. 3. Cùm igitur tex. in d. c. Excommunicationi, ad contrahẽdam excommunicationem prærequirat iniuſtam acceptionem, & moram in reſtituendo, cõſequenter arbitror illum exigere talem culpam, non modò in auferendo iniuſtè; ſed etiam in non reſtituendo ablata. Vndè ſi quis vſurpandi animo prædicta bona ſuſtulerit, & mox pœnitentia ductus, aut ſaltem poſt breue tempus eadem reſtituat, licèt incidat in excommunicationem noſtri canonis; non tamen contrahit excommunicationem d. c. excommunicationi.

Sextò limitatur noſtra concluſio, vt excom-
30 municatio iſta non alliget eos, qui naufragorũ bona habita pro derelictis obſtulerint: quoniã hi iuſtè illa ſibi appropriant: eo quòd quæ pro derelictis habentur, occupanti cõcedũtur: vt in §. fin. in inſt. de rer. diuiſ. & ſupra diximus, q. 13.

Septimò limitatur, vt vi noſtri canonis non
31 excommunicentur ij, qui naufragorũ bona, ex ſui natura mox peritura, cũ propriæ vitæ periculo ſalua fecerint, & dominus veriſimiliter dicta bona per aliud medium non erat rehabiturus: quoniam hi iuſtè dicta bona recepiſſe, atq; ideo tuta conſcientia retinere dicuntur.

Dixi,cum propriæ vitæ periculo : quia ſi illa
32 ſalua feciſſent abſque vllo vitæ diſcrimine, etiã ſi dominus ipſa bona, nec per ſe, nec per alium erat aliàs recuperaturus,tenẽtur proprio domino reſtituere: quoniam ad id ex charitate tenebantur. Ita Proſper de Auguſt.in add.ad Steph. Quaran.in ver. Bona naufragantium, lim. 7. & Vgol.& alij,vbi etiam addit,quòd ſi fulminaretur excommunicatio contra habentes bona huiuſmodi, licèt quis iuſtè illa detinere poſſit ; tenetur tamen eadem manifeſtare. Quod mihi non probatur : ſi ex illa manifeſtatione ſuſpicaretur damnum aliquod iniuſtè ſibi euenturum, iuxta ea,quæ habentur ex Graff.lib.4.deciſ.p.1. c.8.n.10.cum plur.ſeq.& Sayr.lib.1.Theſ.tom.1. c.9.ſub n.34. Adde hic etiam ea,quæ ſupra diximus,q.15.

Octauò limitatur, vt excommunicationẽ iſtã
33 non contrahat auferens bona ex naufragio,quę ſua ſunt,& magiſtro nauis accomodauerat:quia iuſtè accipit. Idem dicendum eſt de auferente huiuſmodi bona, pro ſibi debitis à naufragium patiente ; quæ aliter recuperare non poterat : dummodò bona debitoris ſint, & ſcandalum non interueniat : vt per Vgol. hic, §. 2. in ver. Octauò in excommunicationem.

Nonò limitatur,vt excõmunicatio hęc inclu
34 dat auferentes bona naufragorum ſcienter *b*,& *b* dolosè,ideſt ſcientes eſſe naufragata, & nihilominus animo ſibi appropriandi auferant: quoniam tex.noſter Inquitur de furripiẽte, & ſic de doloſo,qui reſtituere nõ vult.ſed proſe habere.

Vndè ſi quis ignorans dicta bona eſſe naufra-
35 gorum eadem auferat, in prædictam excõmunicationem non incidit:quia dolo caret,ar.tex. in l.3.§.ſed enim, ff. de incend. ruin.& nauſr. Et idem dicendum eſt de auferente huiuſmodi bona, ſi probabiliter credat ſibi licere ex ſtatuto Regionis: vt quia ruſticus eſſet,ac ſimplex. Ita Vgol.ibi,& Graff.in explic.præſẽtis canonis,lib. 4.deciſ.c.18.n.75. Qui licèt id verum eſſe dicat in habente probabilem ignorãtiam iuris,aut facti,ex Nauar.in Man.c.27.n.61.in fin.nihilominus ſi iſte canon, ad incurrendam excommunicationem,exigit dolum,& ſcientiam, arbitror à dicta cenſura excuſare ignorantiam quoq; craſſam,& affectatam,iuxta ea, quæ ſupra can. 1. q. 36.37.& 38 annotauimus, licèt oppoſitum verius nobis videatur per ea,quæ ex Alter. ſupra diximus,q.2.circa finem.

Decimò limitatur,vt ſub hac excommunica-
36 tione comprehendantur furripiẽtes naufragorum bona,ſi mari tantùm naufragium paſſa: quoniã hic canon loquitur de nafrafragio facto in mari : & ideo furripientes bona ex naufragio facto in flumine, in prædictam excommunica-
37 tionem non incidunt : quia incluſo vnius, eſt excluſio alterius,c nõne.de præſumpt.& l.cùm Præter,ff.de iudic.Et cùm ſimus in pœnalibus, verba ſunt ſtrictè inter pretanda; ar.tex in c.inpœnis,de regul.iur.in ſexto.& l.interpretatione, ff.de pœn. Ita Vgol. ibi in ver. Vndecimò in excommunicationem.

Beneuerũ eſt, quòd furripientes huiuſmodi
38 bona ex naufragio facto in flumine, vel in ſtagno licèt non contrahant excommunicationẽ noſtri canonis;contrahunt tamen excommunicationem contentam in c. excommunicationi, de tapt.qui loquitur generaliter de naufragium paſſis: ſicut tex.in auth.nauigia,C.de furt.

Vndecimò limitatur, hãc excommunicatio-
39 nem comprehendere per ſe primò furripientẽ prædicta naufragorum bona,& non alios. Vndè qui ſcienter bona huiuſmodi,ab alijs rapta in naufragio, furripuerit, in prædictã excommunicationem non incidit. quia non includit tertium: eo quòd de illo nõ meminit;vt bene notat Graff.loco citato,num.78. tenetur tamen illa tertia perſona, cognito vero domino dictorum bonorum,eidem reſtituere,quę à furripiẽte acceperat,vel emerat,etiam nullo ſibi ſoluto pretio,per tex.in l.in ciuilem,C.de furt.

Duodecimò limitatur, vt excommunicatio
40 hæc non alliget furripientes quantitatem modicam honorum naufragorum:qui ratione modicitatis rei excuſantur;niſi quantitas illa perueniret ad peccatum mortale, vt ad vnum nummum argenteum,ſecundum Graff. hoc loco,n. 77.ſeu ad duos aureos, vt nos diximus ſupra. q. 11. vel quando eſſent plures conſcij, & vnusquiſque ſcienter modicum quid furriperet:iuxta ea, quæ ſupra annotauimus, q. 12. & Graff. ibidem.

Decimotertiò limitatur,vt excommunicatio
41 iſta illos tantùm includat,qui naufragorum bona furripuerint in nauibus. naufragium paſſis ; aut in mari proiecta; vel in littore inuenta:quo circa furripientes bona,quæ quidẽ ſunt ex naufragio;ſed neque ex naui,neque ex mare,neque ex littore eadem auſerunt, prædictam excommunicationem non incurrunt:quia vi noſtri canonis,in dictis tantùm locis furripientes, excõmunicantur: vt conſtat ex illis verbis : *Siue in ipſis nauibus,ſiue ex eiſdem iectata in mare;vel in littore inuenta*. Ad quod facit etiam tex. in l. ſi quis ex naufragio,ff.de incẽ.ruin.& nauſr.vbi licèt agatur de furripientibus huiuſmodi bona ; non tamen eo edicto tenetur, qui rẽ ex naufragio ſeruatam,& in alio loco poſitam ſubtraxit;ſed furti;aut vi bonorum raptorum.

Hinc depoſitarius, qui bona prædicta apud
42 ipſum depoſita à naufragio paſſo,neganerit, & ſibi vſurpauerit.licèt mortaliter peccet, & de furto teneatur,vt in d.l.ſi quis ex naufragio, tamen in dictam excommunicationem non incidit:vt ſupra probauimus,q.9.

Eadem ratione excommunicationem ipſam
43 non contrahunt,qui naufragorum bona, ventorum vi extra littus tranſmiſſa, furripiant, vt ſupra diximus,q.8.

Decimoquartò limitatur hæc concluſio, vt
44 excommunicationem iſtam non incurrat, qui huiuſmodi naufragorum bona furripienda iuſſit,mandauit, conſuluit,ſuaſit,ſeu hortatus eſt : quoniã tales perſonæ in hoc canone non excõmunicãtur,nec de ipſis fit aliqua mẽtio:& propterea ſub illius diſpoſitione nõ comprehẽdũtur : quia diſpoſitio generaliter loquens de faciente,non comprehendit mandantem, conſulentẽ,hortantẽ,vt ſupra annotauis lib.1.c.3.q.4.

Eadem ratione ab hac excommunicatione excluditur, qui furtum dictorum bonorum ratum habuerit, furripientes ea defenderit, receperit,fauorem eiſdem dederit;quoniam is proprié non dicitur è naufragio furripere:& quando canõ aliquis,aut Bulla noſtra vult huiuſmodi

di

di perſonas comprehendere, exprimit: vt habetur ex Vgol. hic, §. 2. ver. Decimò in excommunicationem.

Quod quidem verum puto niſi ſic fauentes, defendentes, ac receptantes participent in crimine: quoniam quando plures concurrunt ad committendum furtum, omnes furantur, etiam ſi omnes actu non furripiant res alienas, vt ſi vnus ſcalas deferat alter aſſiſtat, alius res illas ſubtractat, occultet, vt in l. is qui opem. ff. de fur. Vndè iſti verè fautores, defenſores ſeu receptatores non dicuntur, vt opinatur Alter. hoc eodem loco, cap. 3. ſed appellantur ſocij criminis, & cooperatores.

Decimoquintò limitatur, vt excommunica-
45 tionem noſtri canonis non contrahat Vniuerſitas, quæ huiuſmodi bona rapiat: quia vi dicti canonis non excommunicatur Vniuerſitas, ſed ſingulares perſonæ, vt patet ex illis verbis: *Omnes, & ſingulos &c.* Et id non immeritò quia Vniuerſitas regulariter excõmunicari non poteſt: vt in c. Romana, §. Vniuerſitatem, de ſent. excom. lib. 6. & Vgol. loco citato, oum. t.

Decimoſextò limitatur, vt naufragorum bo-
46 na, bonafide, & iuſto titulo poſſidentes non modò in excommunicationem iſtam non incidant: ſed bona ipſa curſu temporis præſcribere poſſint; vt ſupra diximus, q. 21. con tertia.

ADDITIO.

a Perſonas. Adde, quòd probabiliter putat Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 5 pun. 1. num. 1. in fin. iunctis ijs, quæ per eundem habentur ibidem, q. 6. pun. 3. num. 8. ſub hac cenſura non comprehendi Vniuerſitates, quæ furripuerint huiuſmodi bona: quibus adde ea, quæ à Duard. traduntur infra can. 5. q 6. oum. 6. vbi in ſimili teſtatur cum Alter. ſeruari in praxi, vt culpabiles dumtaxat in excommunicationem incidant. Abb. Alex.

b Scienter. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 5. puo. 2. ſub num. 4. & 5. dum ait, quòd ſciens bona eſſe aliena; ignorans autem eſſe Naufragorum, cenſuram hanc non contrahit: ſi quidem non agit formaliter contra canonem, vt habetur ex Suar. de cenſur. diſp. 21. ſec. 2. n. 29. & Reginald. lib. 9. ſuæ prax. num. 268. qui tamen licèt ab ipſa excommunicatione nõ excludat eum, qui poſtquam cognouit ea eſſe bona Naufragorum, ſtatuat eadem ſibi retinere; ipſe tamen Bonac. ibi vult, hunc non incidere in excommunicationem huius canonis; ſed in excõmunicationem tex. in c. excommunicationi, de raptor. In hoc enim canone ſermo habetur de furripientibus; non autem de retinentibus: in d. verò c. excommunicationi, fit mentio de retinentibus. Et hanc eamdem ſententiam docent Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 8. num. 4. Suar. loco citato, o. 4. & Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. n. 95. Io. Vincent.

c Mandauit. Adde Vgol. in explic. Bull. cœn. c. 4. §. 2. ver. Decimò. Suar. de cenſur. diſp. 21. ſec. 1. num. 32. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. c. 4. q. 14. num. 10. & Alter. in explic. eiuſdem Bullæ, c. 3. qui licèt velint, conſulentem non ligari; præſtantem tamen auxilium, vel fauorem excommunicationis vinculo conſtringi: ſiquidem per ſe, ac proximè cooperantur tali crimini; atque ideo ſpoliator, ac latro cenſetur. Idem ſentiendum arbitrantur de mandante, ac de receptatore, qui non eſt merus receptator perſonæ, ſed particeps bonorum ſubtractorum: vt ſi inter ipſum, & furem bona Naufragorum ſubtracta diuidantur. Non tamen recedendũ eſt à ſententia, quam tenet Duard. Nam licèt mandantes, & auxilium, ac fauorem dantes, & receptatores huiuſmodi videantur cooperari tali crimini; reuera tamen non cooperantur phyſicè, ſed moraliter: quod furis non eſt ad excommunicationem incurrendam. Eſt tamen verum, quòd ſi quis contactu phyſico faueat, aut auxilietur ad res Naufragorum auferendas, vt ſi nauem latroni accomodet, inſtrumenta deferat, aut eidem aſſiſtat: nam qui tali pacto cooperatur ſpoliator verè dicitur, & excommunicationem contrahit. D. Cæſar.

COMMENTVM
In Canonem quintũ Bullæ in Cęna Domini.

ITEM Excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris ſuis noua pedagia ſeu gabellas, præterquam in caſibus, ſibi à iure, ſeu ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia permiſſis, imponunt, vel augent, ſeu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

De diuiſione textus. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio contra imponentes noua pedagia eſt antiquiſſima.*

2 *Nouorum pedagiorum impoſitio eſt damnata, non ſolũ iure Pontificio, ſed etiam Cæſareo.*

TExt. diuiditur in tres partes. In prima parte
1 ferrur excommunicatio. In ſecunda ponũntur perſonæ, quæ excommunicantur. In tertia actiones, propter quas ferrur excommunicario.

Secunda ibi, omnes. Tertia ibi, noua pedagia.

Circa primam partem eſt annot. quòd excommunicatio iſta eſt antiquiſſima, vna ex illis ante Clem. V. in Bulla cœnæ contentis, vt patet ex glo. in clem. 1. ver. Generales, de Iudic.

Circa ſecũdam partem excommunicatio generalis eſt, omnes, & quaſcũque perſonas cõprehendens, ſiue clerici ſint, ſiue laici, ſiue viri, ſiue mulieres, &c. quia canon ipſe excommunicat omnes: dictio autem, omnes, vniuerſos, & ſingulos compræhendit, ar. tex. in l. Iulianus, ff. de leg. 3.

Circa tertiam, tres ſunt actiones, quæ ſub excommunicationis vinculo prohibentur. Prima eſt imponere noua pedagia in caſibus à iure nõ permiſſis, vel præciſa S. A. licentia: Secunda augere pedagia, ſeu gabellas vtſupra. Tertia eſt exigere pedagia, ſeu gabellas prohibita imponi, vel augeri.

Pro cuius rei clariori intelligentia eſt annot. quòd in antiquis Bullis ante Pium V. ſimpliciter ferebatur excommunicatio contra imponentes noua pedagia: & de augentibus nulla fiebat mentio; & propterea in recentioribus Bullis à tempore Pij V. fuit extenſa dicta cenſura in augentes etiam: vt patet in illis verbis. *Vel augent.* Quod verbum fuit additum à Romano Pontifice ad maiorem declarationem, & explicationem: & ad tollendam omnem difficultatem. Nam quidam exiſtimabant, quòd augentes noua pedagia, non dicerentur noua imponere: vt infra, q. 8. dicemus. Vt igitur præcluderetur via fraudibus, & excuſationibus eorum, qui ſupradictæ ſententiæ clipeo ſe defendentes, noſtrum canonem per viam indirectam violabant, voluit ipſe Pontifex apertè declarare, ſub diſpoſitione dicti canonis comprehendi, non modo imponentes, ſed etiam augentes noua pedagia.

Eſt autem non modo iure Pontificio, ſed etiã
1 iure Cæſareo damnata noua pedagiorum & gabellarum impoſitio: vt in l. 1. C. vectigal. nou. inſt. non poſſ. & qui legem violaſſet, pœna centum aureorum cum infamiæ nota plectebatur, l. vna, ff. ad l. Iul. de amb. Iure vero Canonico tanquam excommunicatus fidelium communione carebat, donec ſatisfeciſſet, c. ſi quis Romipetas, 24. q. 3. c. innouamus, de cenſ. & c. quam quam, eod. tit. in ſexto. Quæ quidem excommunicatio contrahebatur, etiam ſi ſubditi cõſenſum præbuiſſent.

Beneuerum eſt, quòd huiuſmodi generalis prohibitio locum ſibi non vendicat quoad eos quibus ipſomet iure reperitur conceſſa facultas huiuſmodi tributa imponendi, vt habetur in c. ſuper quibuſdam, de ver. ſign. vbi Inn. III. ſic ait. *Duximus declarandum, illa eſſe Pedagia, Guidagia, Salinaria interdicta, quę non apparent Imperatorum, vel Regum, vel Lateranen. Concilij largitione conceſſa, vel ex antiqua conſuetudine, à tempore, cuius non extat memoria interdicta.*

Ibi (*In terris ſuis*) An impoſitio pedagij, aut alterius tributi reſpiciat territorium ſubiectum ei, qui tributum, ſeu pedagium imponit. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Tributorum impoſitio reſpicit territorium ſubiectum, ei, qui tributum imponit.*
2 *Noua pedagia imponere, eſt effectus ſupremæ iuriſdictionis.*
3 *Noua pedagia illi tantùm imponere poſſunt in terris ſuis, qui ſuperiorem non recognoſcunt.*
4 *Noua pedagia imponendi facultas, ex immemorabili conſuetudine acquiri poteſt.*
5 *Dictio, ſuum, ſignificat rem, in qua quis dominium pro parte habet: aut in qua quis dominium directum habet: vel aut plenum.*
6 *Terræ ſuæ non ſolùm denotant Ciuitates, & Oppida, ſed etiam territoria.*

REſpõdetur affirmatiuè; vt bene docet Suar.
1 in explicatione præſentis canonis, diſp. 21. ſec. 2. num. 39. & eſt tex. in §. ſi quis ex qualibet, in auth. quib. mod. nat. effic. ſui, Bal. in l. 3. c. de natur. lib. & Fel. in c. Rodulphus de reiud.

Immo imponere noua pedagia, ſeu gabellas,
2 eſt effectus ſupræmæ Iuriſdictionis a, l. 3. C. No-
a ua vectigal. c. innouamus de cẽſ. c. ſuper quibuſdam, & ibi Doct. de verb. ſignif. Sic etiam munera, atque collectas imponere. l. 3. C. de ann. & & trib. Item impoſitio gabellæ ſalis, ad eandem ſupremam Iuriſdictionem pertinet ſecundum aliquos. Nam Lyſimachus Rex Traciæ, & Martus Rex Romanorum primi fuerunt, qui huiuſmodi gabellam impoſuere: quam quidem, quoniam à Liuio Cenſore aucta fuit, idcirco ſalinator ipſe Liuius appellatus fuit, vt refert Mart. de Iuriſd. p. 1. c. 45. ſub n. 3. & 4. vbi etiam probat, quòd imponere prædictas gabellas in mari ad eandem iuriſdictionem ſpectat.

Ex hoc infertur, quòd non omnibus in terris
3 ſuis licitum eſt noua pedagia imponere, ſed illis dumtaxat, qui in temporalibus, ſuperiorem nõ habent: quales ſunt Imperatores, Reges, Papa, Concilium Generale, Ciuitates liberæ, merum, & miſtum imperium habentes: vt ſunt Veneti, Genuenſes &c. & omnes ſupremi Principes non recognoſcentes ſuperiorem. Vt Magnus Dux Florentiæ, Sabaudiæ, & his ſimiles.

Item licitum eſt noua pedagia imponere cui-
4 que habenti hanc facultatem ex immemorabili conſuetudine, vt latè habetur ex Sayr. in explicatione præſentis can. lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 9. a n. 14. vſque in finem. Vgol. ibidem, §. 1. cum alijs, quos allegant. Et Alter. in explicatione eiuſdem can. cap. 2. per totum.

Vndè alij Principes, qui ſupremi non ſunt, ſi noua pedagia imponant in terris ſuis, incidunt in excommunicationem noſtræ clauſulæ. vt infra ſuo loco latius, Deo duce, dicemus. Et per terras ſuas intelligimus hoc loco, ſiue huiuſmodi Principes, earum habeant dominium vtile, ac directum ſimul: ſiue vtile tantùm, vt feudatarij: ſiue directũ dumtaxat, vt Domini; etiam ſi pro parte alicuius Oppidi dominium habeant: nam

cùm

cum vi noſtri canonis excommunicẽtur hi, qui in ſuis terris vectigalia,& pedagia imponunt,ly.
5 *Suis*:ſignificat & rem,in quaquis dominium pro parte habet,vt in l.pupillus,§.fin. ff. de verb. ſignif.l.ſi quis ſeruos,ff.de leg.3.Gemin.in c.cùm non decet,num.2.de elect.in ſexto.Item ſignificat id,in quo quis dominium directum tantùm habet,& alius vtile: & qui plenum dominium habet,vt in d.l.ſi quis ſeruos,& latè Vgol hìc,§. 2.in ver.Quintò afficit. Vbi etiam ait, quòd dũ iſte canon prohibet noua pedagia imponi à Do-
6 minis in terris ſuis,per terras ſuas,non ſolùm intelligit Ciuitates,& Oppida, & alia huiuſmodi, ſed etiam territoria in quacumque eorum parte:vt in ponte aliquo,flumine,via,&c.nam quibuſuis locis ea imponant, in terris ſuis impoſita cenſentur, ar. tex. in c. cùm Epiſcopus,de offic. Ord.lib.6.

ADDITIO.

a Iuriſdictionis. Adde Sayr.de cenſur.lib.3.c. 8.num.12. Filliuc. tom.1. qq. moral. tr. 16.c. 5. num.14.Reginald.lib.9.ſuæ prax.c.16.num.283. D.Cæſar.

Ibi (*Noua &c.*) Noua pedagia,quæ dicantur; quæuè Antiqua. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Noua pedagia,quæ dicantur,quæ verò antiqua.*
2 *Noua pedagia imponere aliud eſt: & aliud antiquitus impoſita nouiter exigere:& propterea vi huius canonis non prohibetur antiqua pedagia nouiter exigere.*

1 NOua pedagia,vt colligitur ex Vgol. hoc loco,num.6.& Sayr.ibidem,lib.3.Theſ.tom. 1.c.9.num.12. dicuntur quæ nunquam impoſita fuerunt: aut quorum impoſitionis temporis memoria extat. Vndè illa pedagia dicuntur antiqua,quorum impoſitionis temporis memoria non extat. Item noua pedagia dicuntur incrementa veterum: Syl.in ſum. in ver. Excommunicatio 7.§.19.& Graff.in explic.huius canonis, lib.4.Dec.p.1.c.18.num 79.

In præſenti autem canone noua tantùm pedagia prohibentur,non antiqua: quoniam iſta propter temporis antiquitatem præſumuntur iuſtè impoſita. Immo nec etiam antiqua peda-
2 gia nouiter exigere vi dicti canonis prohibetur: quia aliud eſt pedagia noua imponere ,& aliud antiquitus impoſita nouiter exigere, vt bene notat Sayr.loco citato.

Ibi (*Pedagia, ſeu gabellas*) Quid ſit pedagium,ſeu gabella,& quomodo vi huius canonis imponi prohibeantur. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Pedagium quid ſit: & vnde dicatur.*
2 *Pedagium quomodo differt à guidagio.*
3 *Pedagium,ſeu guidagium exigens, tenetur territorium ipſius tenere ſecurum; atque ideo ſi aliquis in ſuo territorio ſpoliaretur,cogitur damna reſarcire; ſi ex eius defectu prouenerit.*
4 *Gabella quid ſit.*
5 *Pedagium, & gabella in hoc canone, idem ſignificant.*
6 *Pedagiorum,& gabellarum appellatione, venit etiam domus panis,in qua Domini terrarum, & Ciuitates faciunt poni panem,vel ſal,& vendi à Præpoſito illius officij.*
8 *Tallias ſeu collectas imponentes non excommunicantur, vi huius canonis.*

Prima concluſio.

1 PEdagium dicitur triburum, quod ſoluitur à tranſeuntibus per certa loca a principibus deſignata,c.ſuper quibuſdã,de verb. ſignif. Vndè pedagium à pede dicitur,eo quòd à tranſeũtibus pro eorum trãſitu per aliqua loca perſoluitur:vt habetur ex Rebuff.in expoſitione Bullę cęnæ ar.3.in ver. Pedagia.in praxi Benefic.

Differt autem pedagium à guidagio;quia gui-
2 dagium pro ducatu, viæque ſecuritate præſtatur: vt per glo.in d.c.ſuper quibuſdam. Quocirca exigens pedagium,ſeu guidagium,debet præ-
3 ſtare ſaluum conductum,& territorium eius renere ſecurum, atque ideo ſi aliquis ſpoliaretur, teneretur ei Dominus terræ rapinam reſarcire, ſi rapina commiſſa fuerit in Curia, territorio, ſeu diſtrictu,vbi pedagia à tranſeuntibus exigũtur,vt bene docet Bal.in c.conuenticula,de pac. tuen.& in l. r. de conſuet.

Quod verum eſt, quãdo deprædatio ex defectu exigẽtium pedagiũ,ſeu eorum dominorum prouenit, non faciendo quod facere tenentur ; aut malefactorem non exibeant; vt in l.nequid, ff.de incend.ru & naufr.& Angel.in ſum.in ver. Pedagium,cum aliis ab eo allegatis.

Secunda concluſio.

4 GAbella,quamuis latè ſumpta comprehẽdat, ſub ſe quamlibet publicam exactionem,nẽpe penſionem,cenſum,tributum,pedagiũ, guidagium,portorium, victigal, tallias, collectas, præſtantias,angaria, perangaria,munus, &c. de quibus latè per Syl.in ſum.in ver.Gabella 1.nihil ſolum ſtrictè conſiderata,dicitur omne tributum,quod ſoluitur pro mercibus inuectis,dum ſcilicet merces in aliquam Ciuitatem, Terram, ſeu Caſtellum deferuntur, aut inde auferuntur, ſeu venduntur. Appellatur etiam gabella, datium,ſeu duana,quæ nomina ſunt barbara, vſu hominum recepta,quorum ſingulis prædicta omnia ſignificantur:vt per Vgol.hic.n.5.

Tertia Concluſio.

5 PEdagium, & gabella idem ferè ſignificant in præſenti clauſula:nam ſignificant quodcũque tributum,quod imponitur pro tranſitu viarum,aut mercibus inuectis,ſiue ſoluatur pro fabrica,& conſeruatione pontium, & aptatione viarum:ſiue nauium ad tranſferendum,vt bene docet Sayr.in explicatione huius canonis, lib.3. Theſ.tom.1.c.9.num.5. Vndè imponentes noua

guidagia,noua portoria, & his ſimilia quocumque nomine nuncupentur, & pro quacunque re imponantur,incidunt in excommunicationē noſtri canonis,vt per Nauar. in Man. c.27.n.61. Vgol.híc,§.2.in ver.ſecundò afficit,cū aliis,quos allegat,& Suar.eodē,loco,diſp. 21.de cenſur.ſec. 2.num.41.

Adde quòd híc pedagiorum,& gabellarum appellatione venit etiam domus panis *a*, in qua 6 *a* domini terrarum vel Ciuitates faciunt poni panem,aut ſal,& vendi à præpoſito illius officij: vt per Ant.de Butr.in c.ſuper quibuſdam,de verb. ſign. Quocirca hæc excommunicatio id etiam nouiter imponentes comprehendit:quia quamuis excommunicatio ſit odioſa, tamen debet dilatari, quando per dilatationem euitantur pericula animarum: & homines retrahuntur à contractibus illius gabellarum,iuxta ea,quæ docet Abb.in c.ex tenore,num.5. & 6.qui fil. ſint leg. Quod notandum eſſe dicit Graſſ.in explic.huius canonis,lib.4.dec.p.1.c.18,ſub n.79.

Beneuerum eſt, quòd imponentes taxas, tallias,collectas,ſeu præſtātias,& ſimilia onera *b*,nō 7 *b* cōprehenduntur ſub diſpoſitione noſtri canonis;nam huiuſmodi onera fine , & inſtitutione differunt à gabellis,ac pedagijs. Pedagium enim vt diximus,eſt vectigal,quod imponitur pro trā ſitu viarum:guidagium quod ſoluitur pro ducatu viæ:portorium,quod pro portu, aut pontis tranſitu:gabella eſt tributum,quod pro mercibus vehendis,aut inuectis imponitur. Tallia verò ſeu præſtantia,collecta,ſeu taxa,& impoſitio, ſignificant pretium quoddam , quod ſoluitur à ſingulis ſubditis proportionaliter ad totam ſubſtantiam cuiuſcunque,vt habetur ex Caiet. in ſum.in ver.Excommunicatio,c. 17.Alfon.Viual & alijs quos refer & ſequitur Suar. loco citato. Sayr.ibidem;& Vgol.§.3.in ver.poſtremo.

ADDITIO.

a Panis. Contrarium tenent Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. num. 110. & Bonac. de cenſur. Bull.cœn. diſp. 1. q. 6. pun. 1. num. 4. Abb. Alex.

b Onera. Adde Bonac. de cenſur.Bull.cœnæ diſp. 1.q.5. pun.1. ſub num.4. vbi ab appellatione pedagiorum excludit onus , quod alicubi pertica tus dicitur . Imò contra Filliuc.& alios, in verſ. Ex his enim,probat excuſari communitatem,ſuperiorem recognoſcentem,ſi collectas pro ſuis neceſſitatibus citra licentiam imponat. Abb.Alex.

Ibi (*In caſibus ſibi à iure permiſſis*) In quibus caſibus ſit permiſſum à iure, Principibus ſupremis noua pedagia, ſeu gabellas imponere. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Principes ſupremi licèt non habeant certas leges definientes, ſeu caſus enumerantes, quibus valeant tributa imponere ; non tamen ſuo arbitrio fas illis eſt id agere, niſi legitima ſubſiſtente cauſa.*

2 *Tributa imponendi legitimæ cauſæ, quæ ſint.*

3 *Tributa imponendi finalis cauſa, debet eſſe publicum bonum.*

4 *Tributa imponendi cauſa formalis, eſt æqualitas in oneribus, ideſt, vt non magis vnus grauetur, quàm alter.*

5 *Tributa imponendi cauſa materialis eſt, vt conſtituantur ſuper rebus, quæ mercantur.*

6 *Gabellæ, ſeu tributa, an, & quando licitè imponantur ſuper rebus, quæ neceſſariæ ſunt ad proprium vſum.*

7 *Tributa exigentes ab Eccleſiaſticis ſunt excommunicati: & ſi Ciuitates exigant Interdicto ſubijciuntur.*

1 IN hac re Suar.in explicatione huius canonis, diſp.21.de cenſur.ſec.2.ſub n.36.opinatur nō eſſe aliquo iure ſcripto definitum, in quibus ſupremis Principibus licitum ſit huiuſmodi tributa imponere . Non enim habent hi Principes certas leges definientes, ſeu caſus enumerātes,quibus valeant hæc tributa imponere. Non tamen ſuo arbitrio fas illis eſt id agere; ſed opus eſt, vt legitima ſubſiſtat cauſa ; nempe ob Reip. neceſſitatem,aut vtilitatem;& ſeruatis conditionibus , vel ex natura rei, vel ex proprio iure , & conſuetudine vniuſcuiuſque Regni ad iuſtitiam requiſitis .

Sunt autem publicæ neceſſitates,pontes,pu- 2 blicæ domus , deſenſio ſtrararum, ſtipendia, & alia huiuſmodi, de quibus Bar. in l. vniuerſi, C. de Vectigal.Syl.in ſum. in ver. Gabella.3. num. 8.Angel.in ver. Pedagium,num. 2.& alij. Principes non debent ad ſuam ingluuiem explendam, & ad theſaurizandum ſibi tributa imponere ad ſubditorum lacrymas, ac gemitus non reſpiciētes;ſed tunc demum,quando adeò tenuiſſet Reſp. vt extraordinario auxilio iuuari eam oportet. vt in l.1.C.vectigal. nou. impon. poſſ.

Debet igitur eſſe cauſa finalis imponendi tri- 3 buta publicum bonum:vt ſcilicet liberetur, ac ſubleuetur Reſp. ab ære alieno . & alijs oneribus,vt per Felin.in c.cum dilecta, num.20. de reſcrip.

Oportet etiam ad iuſta tributa imponenda 4 concurrere cauſa formalis, i. æqualitas in oneribus , vt non magis grauetur pauper quàm dives : & ſi in aliquo grauetur plus dives quàm pauper admitti poteſt compenſatio,l.eum qui, de iureiur.

Item tributa iuſtè dicuntur imponi reſpectu 5 cauſæ materialis , nempe quando materia, pro qua imponitur tributum,eſt iuſta: vt ſi cōſtituitur ſuper rebus, quæ mercantur . Vndè iniuſta nuncupatur,vbi conſtituitur ſuper id,quod ne- *a* ceſſarium eſt ad proprium vſum *a*.Non enim licitū eſt gabellas imponere,niſi de his,quæ negotiationis,vel mercimonij cauſa deferūtur; vt in l.omnium,& l.vniuerſi,C.de vectigal.Nec conſuetudinem aliquid operari,ait Hoſt. in c.ſuper quibuſdam, de verb. ſignif. & alij, quos refert Sayr. hic lib.3.Theſ.tom.1.c.9.n.6.

Quod verum putat Syl.loco citato,n.14.vbi 6 Princeps habere poteſt ex mercibus ſtipendia honeſta , alias conſuetudo exigendi gabellam pro rebus ad vſum propriæ vitæ inuectis, non *b* eſſet irrationabilis *b*. Qua propter hodie adeſt vſus ferè in omnibus locis exigendi gabellam etiā pro ſupradictis rebus,vt habetur ex Nauar.

in

in ſum. cap. 17. num. 202. & Graff. lib. 2. deciſ. p. 1. cap. 25. num. 8. & in explicatione noſtri canonis, lib. 4. c. 18 num. 82.

Sic etiam iniuſtè dicuntur imponi tributa
7 ex parte cauſæ materialis, quando imponuntur perſonis Eccleſiaſticis citra Rom. Pontificis licentiam: vt in cap. non minus, & toto tit. de immun. Eccl. Qui enim à clericis, & alijs Eccleſiaſticis perſonis huiuſmodi tributa exigit per ſe, vel per alium: ſi particularis eſt, de iure eſt excommunicatus ipſo facto: ſi Collegium, aut Vniuerſitas Ciuitas, Caſtrum, aut Villa, ſubijciuntur Interdicto donec reſtituerint extorta: dummodò præfati non cauſa negotiationis deſerant: vt in cap. quamquam, de cenſib. lib. 6. latè Angel. in ſum. in ver. Pedagium, num. 4.

Ex quibus patet, quòd tributa, nõ modò iuſtè dicuntur imponi ex parte cauſæ efficientis, quando ſcilicet imponuntur ab habentibus poteſtatem, nempe à Papa, Concilio generali, Imperatore, Rege, & alijs Superiorem non recognoſcentibus, vt ſupra diximus, q. 2. ſed etiam iuſtè imponuntur, quando iuſta eſt cauſa materialis, formalis, & finalis.

ADDITIO.

4 Vſum. Hanc eandem ſententiam tenet Caietan. in ſum. in ver. vectigal. Tab. eod. ver. n. 4. Angel. in ver. Pedagium, num. 2. Tolet. lib. 5. ſuæ ſum. cap. 74. Ledes. 2. 2. q. 18 art. 3. Medin. p. 2. q. 96. art. 4. Beia p. 1. caſ. 13. & id per d. iura relata hoc loco per Duard. ſiquidem per l. omnium, C. de vectig. d. ſtatuitur, gabellam exigi pro rebus, mercimonij, & negotiationis tãtùm cauſa aſportatis, ac delatis: & in l. vniuerſi, C. eod. tit. pœna capitis imponitur exigentibus gabellam de rebus ad proprium vſum neceſſarijs. Et id ex eo, quòd dicunt, gabellam huiuſmodi eſſe iniuſtam: quia per eam pauperes ita onerãtur ſicut diuites, contra naturam tributi, quod iuxta facultatum proportionem ſolui debet. Imò aliquando plus onerantur pauperes, quam diuites: nam panem, vinum, & oleum frequentius emunt pauperes, quàm diuites. In contrarium tamen eſt conſuetudo, vt additione ſequenti dicemus. D. Cæſar.

6 Irrationabilis. Adde Suar. de legib. lib. 5. cap. 16. Turrian. 2. 2. tom. 2. diſp 44. dub. 3. n. 4. Io. de la Cruz, in direct. conſc. p. 1. præcep. 7. ar. 3. dub. 1. concl. 1. Malder. 2. 2. tract. 5. c. 6. dub. 6. & alios, exiſtimantes, gabellæ exactionem pro rebus ad vſum neceſſarius non eſſe de ſui natura iniuſtam: ſiquidem illa ſeruatur quoad fieri poteſt æqualitas: nam pauperes quamuis aliquando plures habeant filios, quàm diuites; nihilominus de ijs rebus, quæ ad vitæ vſum deſeruiunt, minus emunt pauperes, quàm diuites. Et licèt pauperes in huiuſmodi gabellis æquè contribuant ac diuites, aut etiam amplius; hoc ipſum tamen ijs ditioribus compenſatur: quò enim cariora ſunt, quæ ad cõmunem victum pertinent, eò ſolent carius vendi opera, quæ pauperes præſtant. Hæc eadem ſententia recipitur à non nullis alijs, cum aliquibus tamen conditionibus; nempe quando publica neceſſitas vrgeat, & vectigalia, quæ aliũde colligi poſſunt non ſufficiant: ſi ob aliquam neceſſitatem publicam ex conſenſu totius populi ſtatuatur: ſi imponatur pro ſecuritate viarum, cùm aliter ſecuritati conſuli nequeat; ſi ſit conſuetudo imponendi huiuſmodi gabellas, quæ memoriam hominum excedat, vt habetur ex Leſſ. de iuſtit. & iure lib. 2. cap. 33. num. 5. Molſ. tom. 2. ſuæ ſum. tract. 12. cap. 22. num. 96. Reginald. lib. 10. ſuæ prax. cap. 25. num. 377. & alijs: qui reſpondentes ad d. l. omnium, & l. vniuerſi, C. de vectigal. dicunt, iuribus illis per contrariam conſuetudinem fuiſſe derogatum. Et quatenus per conſuetudinem abrogata non eſſent, Princeps cùm ſit ſolutus legibus, imponens, vel licẽtiam tribuens imponendi eiuſmodi gabellas, cenſetur ſuper iuribus prædictis diſpenſare. Nec obſtat, quòd Peregrini tales gabellas ſoluunt; nam rectè reſpondet Malder. 2. 2. tract. 8. cap. 6. dub. 6. D. Cæſar.

An Principes ſupremi, qui poteſtatem habent imponendi noua pedagia, ſi illa imponant iniuſtè, & in caſibus iure non permiſſis, incidant in excommunicationem noſtri Canonis. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Tributa iniuſta ex parte cauſæ efficientis, vi huius canonis prohibentur nouiter imponi.*
2 *Noua tributa imponens ſupremus Princeps interris, quas de facto occupauit an incidat in excommunicationem huius canonis.*
3 *Noua pedagia, ſeu tributa imponentes, ſtatim excommunicationem contrahunt, etiam ſi illa non incaperint exigere.*
4 *Ex diuerſis non fit illatio.*
5 *Separatorum, ſeparata debet eſſe ratio.*
6 *Communitates ſuperiorem non recognoſcentes, ſi noua tributa imponant, an in excommunicationem incidant.*
7 *Dictio, omnes, comprehendit etiam Communitates.*
8 *Noua tributa imponentes de licentia eorum, qui iure proprio ea imponere poſſunt, in excommunicationem non incidunt.*
9 *Noua tributa imponentes vi longæ conſuetudinis, quamuis non ſint ſupremi Principes, ab excommunicatione excuſantur.*
10 *Noua tributa imponi mandantes, conſulentes, aut ſuadentes, non incidunt in excommunicationem.*
11 *Nouas tallias, ſeu taxas imponentes, excommunicationem non incurrunt.*
12 *Noua non modo prohibentur imponi, ſi iniuſta ſint ex parte cauſæ efficientis, ſed etiam ſi ex parte cauſæ materialis, formalis, & finalis.*
13 *Noua tributa, imponentes pro rebus, ad vſum propriæ, ac ſuæ familiæ pertinentibus, an, & quando in excommunicationem incidant.*
14 *Noua tributa imponentes cum licentia Superioris, ſi iniuſta ſint licèt peccent contra ius naturale, excõmunicationem tamen non contrahunt.*
15 *Dictio, ſeu, eſt alternatiua.*
16 *Noua tributa Eccleſiaſticis imponentes, an incidant in excommunicationem huius canonis.*

Noua

17 *Nouas tributa imponentes, ſi iniuſta ſint ex parte perſonarum, quibus imponuntur, excommunicationem huius canonis contrahunt.*

18 *Tallias, ſeu collectas imponentes perſonis Eccleſiaſticis, licet non incurrant excommunicationem huius canonis, incidunt tamen in excommunicationem, quæ continetur in can. 18. noſtræ Bullæ.*

IN hac difficultate Nauar. in ſuo Man. cap. 27. n. 6. in explicatione noſtri Canonis: vbi etiã Sayr. lib. 3. Theſ. cap. 9. num. 7. & Vgolin. ibidem, §. 3. in ver. Quartò in excommunicationem; dicunt, illam tantùm impoſitionem, ſeu augmentationem pedagiorum, ſeu gabellarũ vi huius canonis prohiberi, quæ iniuſta ſunt ex parte cauſæ efficientis dumtaxat: atque ideò ſolùm illi, qui poteſtatem non habent imponẽdi noua pedagia, aut gabellas, & illas imponunt, vel augent, aut exigunt per dictum canonem excommunicantur: quales ſunt Domini recognoſcentes ſuperiorem: ſiue ſingulares domini ſint, ſiue Cõmunitates, & Vniuerſitates; quia licèt excommunicatio in Vniuerſitatem collectiuè ſumptã non liget; ſingulos tamen de Vniuerſitate culpabiles ligat. Vndè ſi tributa iuſta ſint ex parte cauſæ efficientis, vt quia impoſita ab habentibus poteſtatem, eſtò quòd alias iniuſta ſint ex parte cauſæ materialis, formalis, & finalis, imponentes ea, in prædictam excommunicationem non incidunt.

Secunda ſententia eſt Suar. hoc eodem loco, diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. n. 37. dicentis tria. Primò dicit, ex vi noſtræ clauſulæ, non modò prohiberi gabellas, & pedagia iniuſta ex parte cauſæ efficientis; ſed etiam ex parte cauſæ materialis. Secundò dicit, quòd pedagia iniuſta ex parte perſonarum, quibus imponuntur, vi præſentis canonis non prohibentur; ſed prohibentur infra canone 18. quotieſcunque cauſa imponendi eſſet iniuſta. Tertiò dicit, quòd ſi cauſa iuſta ad imponendum tributa, deſit, tunc pedagia iniuſta ex ex parte perſonarum, quibus imponuntur, vi dicti can. prohibentur.

Tertia ſententia, quæ nobis magis probatur, eſt Graff. in explic. eiuſdem can. lib. 4. deciſ. p. 1. cap. 58. num. 80. dicentis, quòd Sixtus. V. loco illorum verborum, quæ apponi ſolebant ab aliis Pontificibus in Bullis; nempe, *Ad id poteſtatẽ non habentes*; Subſtituit hæc, *Præterquam in caſibus ſibi à iure permiſſis*: atque ideò cæteri Pontifices conſideraŭerunt ſolùm cauſam efficientem, ideſt vt imponentes tributa, perſonæ ſint poteſtatem habentes ea imponendi: quia dum cõſtat de illa, ſemper pro Principe præſumendum eſt, vt habetur ex Sot. lib. 3. de iuſt. & iur. q. 6. ar. 7. in fine, & Couar. in regul. peccatum, §. 5. n. 5. At Sixtus V. conſiderauit omnes cauſas: Materialem, formalem, efficientem, & finalem. Et conſequenter videtur velle, quòd vi noſtri canonis prohibeantur omnia tributa; ſiue talia ſint ratione cauſæ efficientis, ſiue ratione cauſæ materialis, formalis, aut finalis. Pro cuius rei explicatione, ſit

Prima Concluſio.

1 VI noſtri canonis prohibentur imponi omnia noua tributa iniuſta ex parte cauſæ efficiẽtis. Hæc concluſio eſt com[illegible], ex verbis noſtri canonis clariſſimè col[illegible]

Hinc Marchiones, Comites[illegible], & alij recognoſcentes ſuperiorem cui[illegible]ultatem non habeant imponendi noua[illegible], imponentes ea in terris ſuis citra S[illegible] Apoſtolicæ licentiam, aut Imperatoris, aut[illegible] eorum Supremi Principis, proculdub[illegible]idunt in excommunicationem huius ca[illegible]

Ampliatur hæc concluſio, vt ex[illegible]munica-
2 iſta comprehẽdat quoſcunque; ſiue clerici ſint, ſiue laici: ſiue maſculi ſint, ſiue fœmin[illegible], qui in terris ſuis noua pedagia impon[illegible], vel augeant: ſiue terrarum dominium directum tantùm habeant, ſiue vtile ſolùm, ſiue vtile ſimul, & directum, vt per Vgol. hoc loco, §. 2. ver. Quintò afficit. Vbi etiam ait, quod ne melior conditio ſit prædonis quam iuſti domini, vel eius, qui de facto terras aliquas teneat, imponentes noua tributa in terris quas de facto occuparunt, in prædictam excommunicationem incidunt. Quod quidem in rigore non videtur verũ: cũ res a prædonibus, aut ab alijs de facto & iniuſtè occupatæ nullo modo dici poſſint eorum prædonum, & iniuſtè occupantium: modo in penalibus verba ſunt ſtrictè intelligenda, vt ſæpe diximus.

Secundò ampliatur, vt excommunicatio ip-
3 ſa alliget noua tributa vt ſupra imponentes ita tamen, ac illa impoſuerunt: eſtò quòd exigi adhuc cæpta non ſint; nam iſte canon excommunicat imponentes noua tributa: imponere autem nõ
4 includit exigere, ſed ſunt verba omnino diuerſa; ergo nõ expectabitur, vt exigãtur: quia ex diuerſis nõ fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de min.

Confirmatur, quia exigentes noua tributa, in
5 hoc canone ſeparatim excommunicantur: ſeparatorum autem, ſeparata debet eſſe ratio, arg. tex. in l. fin. ff. de calumn. laſ. in l. ſi ex falſis, n 30. C. de tranſ. ergo imponentes noua tributa, excommunicationem ſtatim contrahunt, eſtò quòd non exigant.

Tertiò ampliatur, vt excommunicatio iſta comprehendat imponentes vt ſupra noua tributa quæcunque ſint, vt diximus ſupra, q. 4. con. 3. atque ideò ſiue ſint pedagia, ſiue guidagia, ſiue portoria, & ſimilia onera: & pro quacũque re imponantur: & ſic pro exportatione, importatione, tranſitu, emptione, venditione, permutatione, & quacunque alia, vt per Nauar. in Man. cap. 27. num. 61. Graff. loco citato, & Vgol. ibidem, §. 2. in verſic. ſecundò afficit.

Quartò ampliatur, vt excommunicatio prædicta includat imponentes noua tributa ſiue illa imponant ſuper rebus aliàs licitis, & imponi conſuetis; ſiue ſuper rebus illicitis, & imponi non conſuetis, vt ſunt res quæ pro ſuo, familiæque vſu deferuntur; aut ad Fiſcum, vel ad res colendum pertinent: ſuper his enim de iure communi vectigalia non imponuntur, excepto caſu, in q. præcedenti relato.

Quintò ampliatur, vt excommunicationem hanc contrahant noua tributa, vt ſupra imponentes, non ſolùm ſi imponantur, vt præſentur à perſonis, quæ aliàs ad ea præſtanda non tenẽtur, vt ſunt clerici, Eccleſiæ, & omnes perſonæ Eccleſiaſticæ, vt in cap. quamquam, de cenſib. lib. 6. verùm etiam ſi imponantur, vt

ab

ab ijs, præſtentur, qui aliàs vbi licita ſuot ad eadem præſtanda tenentur: nam iſte canon ſimpliciter loquitur de imponẽtibus nouas gabellas, & noua pedagia, illa imponendi poteſtatem non habentibus, nec diſtinguit; ergo nec nos diſtinguere debemus, l. de pretio, de publ. in rem act.

Sextò ampliatur ex Sayr. loco ſupra citato, 6 etiam ſi Communitates, a & Vniuerſitates ſint, a qui noua tributa imponant, & imponendi poteſtatem non habeant: nam vi noſtri canonis hę quoque excommunicantur.

Quod quidem mihi non probatur: quia Vniuerſitas ordinario iure excommunicari oon poteſt, vt in cap. Romana, §. in Vniuerſitatem de ſent. excom. in ſexto. Sed tantùm interdici. Vndè ſupra canone 2. dum voluit Sum. Pontifex eius diſpoſitionem comprehendere Communitates, de illis expreſſam mentioom fecit, excommunicando particulares homines, appellantes à ſententijs Rom. Pontificis ad futurum Generale Concilium, & Communitates interdicendo, hoc idem perpetrantes.

Confirmatur, quia canone præcedenti, q. 17. con. vnica, limit. vlt. ex Vgol. excluſimus ab excommunicatione lata contra furripientes naufragorum bona, Communitates, & non alia ratione, niſi quia vi dicti can. excommunicantur omnes & ſinguli prædicta bona furripientes: & Vniuerſitas iure ordinario excommunicari nõ poteſt; ergo eadem ratione dicendum eſt in caſu noſtro, Communitates ipſas non comprehẽdi ſub diſpoſitione noſtri canonis: tãtò fortiùs, quia de Cõmunitatibus in eo nulla fit mentio.

Nec obſtat ratio allata ab ipſo Sayr. quòd excommunicatio lata contra Vniuerſitatem, licèt nõ alliget Vniuerſitatem collectiuè ſumptam; alligat tamen ſingulos de Vniuerſitate culpabiles, iuxta ea, quæ idem Sayr. annotauit lib. 1. Theſ. tom. 1. cap. 8. num. 18. quoniam id verùm eſt, quando expreſsè contra Vniuerſitatem fertur excommunicatio. At in hoc canone nulla fit mentio Communitatum, ergo illas nõ includit.

Niſi velimus dicere, quòd Communitates 7 comprehendantur ſub ly. *Omnes*. Cùm in text. excommunicetur omnes, qui in terris, &c. nam qui omne dicit, nihil excludit: ar. tex. in l. Iulianus. ff. de leg. 3. & cap. ſi Romanorum, d. 19. Vnde Vgolin. hic, §. 2. ſub n. 2. in ver. Primò quicũque: per illa iura ait, quòd dictio illa. *Omnes*. Vniuerſos, & ſingulos comprehendit.

Sed re vera textus noſter videtur loqui de particularibus terrarum Dominis, vt patet ex illis verbis: *in terris ſuis*: ideò ſub ly. *Omnes* non videntur includi Communitates. Quod quidè eſt valdè notandum.

Verum tamẽ eſt, quod licèt hæc ſententia de iure defendi poſſit; nihilominus contrarium ſeruatur in praxi: vt habetur ex Alter. in explic. huius can. c. 4. ſub dub. 3. in ver. Nihilominus. Quocirca Communitates imponentes noua pedagia, comprehenduntur ſub diſpoſitione canonis, ita vt culpabiles tantùm Ciues excommunicentur: nam non excommunicatur Vniuerſitas collectiuè, ſed vnuſquiſque ſeorſum, qui huius criminis fuit reus.

Sic ampliata limitatur primò dicta cõcluſio, 8 vt excommunicatio iſta non comprehendat illos, qui, licèt ipſi imponendi noua pedagia facultatẽ non habeãt, tamen licẽtiam impetrauerũt ab ijs, qui iure proprio imponere illa poſſunt: vt per Tab. in ſum. 10 ver. Excõmunicatio, 5. caſu, 19. n. 2. ver. Primò not. Vndè qui à Rom. Pontifice, Concilio generali, ab Imperatore in terris ſuis, Imperio mediatè, vel immediatè ſubiectis, &c. facultatem imponendi noua tributa obtinuerunt, imponentes ea in terris ſuis, in prædictam excommunicationem non incidunt: vt benè declarat Vgol. híc, §. 3. in ver. Secundò in excommunicationem.

Secundò limitatur, vt ſub hac excommuni- 9 catione non comprehendantur hi, qui ex longa conſuetudine facultatem habent imponendi noua tributa: oam quamuis non ſint Supremi Principes, nihilominus imponentes in excommunicationem non incidunt, vt ex Sayr. & alijs diximus ſupra, quæſt. 2. & Vgol. hic, §. 1. verſ. Poſtremò vectigalia.

Tertiò limitatur, vt excommunicationẽ præ- 10 dictam non contrahant mandantes, *b* conſu- *b* lentes, ſuadentes, & hortantes imponi noua tributa, quia in hoc canone de his non fit mentio, iuxta ea, quæ annotauimus ſupra lib. 1. c. 3. q. 4. & Vgol. hoc loco, §. 3. in ver. Quartò in excommunicationem.

Quarto limitatur, vt excommunicatio iſta nõ 11 incurratur ab imponentibus nouas collectas, ſeu taxas inter ciues: quia hæc vectigalia oon ſunt, vt ſupra diximus, q. 4. con. 3.

Secunda Concluſio.

12 VI noſtri canonis, non modò prohibentur imponi noua tributa iniuſta ex parte cauſæ efficientis, ſed etiam ex parte cauſæ materialis, formalis, & finalis. Hæc concluſio eſt contra Vgol. & alios Doctores ſupra citatos.

Probatur primò, quia in hoc canone non ſolùm excommunicantur imponentes, aut augẽtes noua pedagia, ſeu gabellas, qui poteſtatem non habent; ſed etiam illi, qui in caſibus ſibi nõ permiſſis ea imponũt; ergo, etiam ſi alias habẽt poteſtatem ad imponenda tributa, ſi ea vtantur in caſibus ſibi non permiſſis, in cenſuram præſentis canonis incurrunt.

Quocirca ſecundum propriã verborũ ſignificationem, à quibus in dubio non eſt recedendum, vt habetur ex Bald. in l. quod eſt conſtitutum, C. ne de ſtat. defun. erit cenſura iſta alligatus, etiam ſupremus Princeps, qui in caſibus à iure non permiſſis pedagia imponit.

Secundò probatur hæc concluſio: quia in- prioribus Bullis ante Sixti V. tempora excommunicabantur imponẽtes noua pedagia, ad id poteſtatem non habentes: Vndè meritò Nauar. in Man. cap. 27. num. 61. qui interpretatur Bullam Greg. XIII. abſolutè negat ſub hoc canone comprehendi Principes ſupremos, ſuperiorem non recognoſcentes, ſed omnes, & ſolos illos, qui ſuperiorem habent, ad quem ab illis appellatio deuoluitur. Sed Sixtus V. mutando verba Bullæ, ſucceſſiuè alij Pontifices, nullam mẽtionem faciunt de poteſtate imponendi pedagia, ſed ſimpliciter excommunicant, qui in caſibus à iure nõ permiſſis pedagia imponunt, ergo cõ-

pre-

prehendunt etiam ſupremos Principes: quoniã ſi noluiſſent illos comprehendere, verba Bullæ non mutaſſent. Vndè, vt huiuſmodi verborum mutatio aliquid dicatur operari, iuxta tex in l. 1. ff. ad Munic. & eorũ quæ docet Bald. in rub. qui accuſ. non poſſ. dicendum eſt, intentionem dictorum Pontificum fuiſſe in hoc canone cõprehendere Principes, etiam ſupremos, qui in caſibus à iure non permiſſis noua pedagia imponunt.

Tertiò finis huius canonis, eſt conſulere vtilitati, ac indemnitati ſubditorum, ne à Dominis, iniuſtis exactionibus opprimantur: ſed ſic eſt, quòd maius periculũ ſubditis imminet oppreſſionis à ſupremis Principibus, quam ab inferioribus in impoſitione pedagiorum; nam Principes ſuperiorem recognoſcentes, ſicut carẽt poteſtate ad imponenda tributa, ita rariſſimè tentant illa imponere. Et licèt aliquando id præſumant; tamen ſi ſubditi ad ſuperiorem recurſum habent, ab eo facilè coerceri poſſunt. Sed Principes ſuperiorẽ non recognoſcentes, liberè poſſunt eorum abuti poteſtate abſque vlla formidine: qua propter ipſi maximè cohibendi erãt, ne noua tributa imponere auderent in caſibus à iure non permiſſis. Ergo intentio Sixti V. & aliorum ſucceſſiuè Pontificum fuit, vt noſtri canonis comprehendere omnes Principes, etiam Supremos imponẽtes noua pedagia in caſibus à iure non permiſſis.

Quartò iſte canon in Bullis à Martino V. & à nonnullis aliis Pontificibus editis latius ſe habebat: nam abſoluiè in eo excommunicabãtur noua pedagia imponentes, vel exigentes: atque ideo comprehẽdebat tam ſupremos Principes, quàm inferiores, & in quocunque caſu. Deinde alij Pontifices modificantes ipſum canonem, includebant illos ſolùm Principes noua pedagia imponentes, qui ad ea imponenda de iure facultatem non habebant. Ergo cùm Sixtus V. & alij ſucceſſiuè Pontifices reſtrictionem hanc variauerint, canonis verba mutantes, quibus vſi fuerant prædeceſſores Pontifices, præſumendũ eſt, eorũ intentionem fuiſſe, ita ſtatuere excommunicationem iſtam, vt non tam latè pateret, ſicut antiquitus, quæ comprehendebat omnes noua pedagia imponentes, ſine vllo diſcrimine: nec adeo coarctaretur, vt amplecteretur tãtùm inferiores Principes, pedagia imponendi facultatem non habentes, ſed medium teneret locũ, nempe vt cõprehenderet tàm ſupremos, quàm inferiores Principes, qui pedagia imponunt in caſibus à iure non permiſſis. Etenim hæc interpretatio, & menti conuenit, ac eiuſdem canonis verbis; quibus in dubio ſtandum eſſe dicit Gloſ. in l. 1. ff. quod met. cauſa, & in c. ſolitæ, de maior. & obed. Ad quod etiã facit text. in l. 1. §. is qui nauem, ff. de exerc act. Hanc ſententiam, non modò tenet Gratt. loco citato, ſed etiam Suar. hic diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. n. 37. In eandẽ videtur etiam inclinare Angel. in ſum. in verb. pedagium, n. 5. & nouiſſimè Alter. in explicat. huius can. c. 3. col. 1. in fine, & 2.

Ex hoc infertur quòd imponentes noua pe-
13 dagia, ſeu gabellas pro rebus ad vſum propriæ vitæ, & ſuæ familiæ pertinentibus, vel grauaturis colendi, vel quæ ad ſe defendẽdum emittur, aut deferuntur, prædictam excommunicationem contrahunt. Et idem dicendum eſt, ſi in prædictis caſibus noua pedagia augeãt: quia nouum pedagia dicũtur imponere, augere, & exigere, non modò in caſibus à iure nõ permiſſis, ſed omninò damnatis, vt ſupra diximus: & latè habetur ex Bera in reſp. caſ. conſ. caſ. 13. ver. Tunc demum. Quod verùm eſt, vbi Princeps poteſt ex mercibus honeſta ſtipendia conſequi; aliàs ſi non poſſet, ſi poteſtatem habeat, poteſt noua tributa imponere, etiam ſuper huiuſmodi rebus: vt ſupra probauimus q. 5.

Sic etiam imponẽtes huiuſmodi noua tributa, aut eadem augentes nulla extante Reip. neceſſitate, aut ſaltem maxima vtilitate: ſed tãtùm ad explendam eorum ingluuiem, ad theſaurizandum, & ad his ſimilia faciendum, proculdubio in excommunicationẽ noſtræ clauſulæ incidũt; nam in caſibus à iure damnatis, & nullo modo permiſſis illa imponũt: vt ſupra probauimus, q. 5. & habetur ex Marta de iuriſd. p. 1. c. 45. ſub num. 6. Quapropter ſupremi Principes aduertãt, quæſo, prioſquã noua tributa imponãt, vel augeant, ne ab auaritia impulſi, in laqueam incidant diaboli.

Eſt tamẽ verum, quòd imponentes noua tri-
14 buta in caſibus à iure nõ permiſſis, aut damnatis cum licentia Sedis Apoſtolicæ, ſiue ſupremi ſint Principes, ſiue ſuperiorem recognoſcãt, & eſtò, quòd aliàs peccarẽt cõtra ius naturale; nihilominus ab excommunicatione noſtri canonis excuſantur: quoniam vi præſẽtis canonis licèt excommunicẽtur hi, qui noua pedagia, ſeu gabellas imponũt; tamẽ excipiuntur duo caſus, quorum primus eſt, quando illa imponũtur in caſibus à iure permiſſis: & ſecundus quãdo imponũtur ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licẽtia, vt patet ex illis verbis: *Præterquam in caſibus ſibi iure,*
15 *ſeu ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia permiſſis, impo-*
c *nunt.* Nota dictionem illam: *Seu*: c quoniam alternatiua eſt: ergo ad excuſandum à cẽſura prædicta imponentes huiuſmodi noua tributa, ſufficit, ſi in caſibus ſibi à iure permiſſis imponant; vel ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia; etiam in caſibus a iure prohibitis.

Tertia Concluſio.

16 NOua tributa aliàs iuſta, ſed iniuſta ex par-
d te perſonarum, quibus imponuntur: d ve ſi perſonis Eccleſiaſticis citra Rom. Pontificis licentiam, vel tantùm nobilibus, & aliàs priuilegiatis conſtituãtur, vi huius canonis arbitror probabiliter prohiberi. Hęc concluſio eſt contra Suar. Gratt. hoc loco lib. 4. deciſ. c. 18. n. 84. p. 1. & alios.

Probatur eadem ratione, qua Suarez ipſe probauit ſecundam cõcluſionem, paulò ſupra poſitam. Nam in hoc canone non ſolùm excommunicantur imponentes, vel augẽtes noua pedagia, ſeu gabellas, qui poteſtatem nõ habẽt, ve ſupra probauimus; ſed etiam illi, qui in caſibus ſibi non permiſſis ſine ſpeciali S. A. licentia ea imponunt. Sed ſic eſt, quòd laicis, non ſolùm a iure non permittitur noua pedagia clericis imponere ſine ſpeciali S. A. licẽtia, ſed expreſsè prohibetur, vt habetur in tex. in c. non minus, & toto tit. de immunit. Eccleſ. ergo eſtò quòd gabellæ, & pedagia aliàs iuſta ſint ratione cauſæ

effi-

efficientis, materialis, formalis, & finalis, ſi clericis, & perſonis Eccleſiaſticis, & alijs perſonis priuilegiatis ſine licentia Rom. Pontificis imponãtur, imponentes ea, cùm dicantur eadem imponere in caſibus ſibi non permiſſis, proculdubio incidunt in excommunicationem præſentis canonis.

Idem dicendum videtur ſi ſupremus Prin-17 ceps tributum imponat in terris ſuis, aliàs iuſtũ ratione omniũ cauſarum; ſed iniuſtum quoad perſonas, comprehẽdendo omnes, etiam clericos, & perſonas priuilegiatas, & exemptas: quoniam verificantur in eo verba Bullæ, cùm talis Princeps verè dicatur noua pedagia imponere in caſu ſibi non permiſſo: vt infra: quæſt. 10. latius, Deo duce, dicemus.

Eſt tamẽ verum, quòd imponẽtes talias, col-18 lectas, & cętera huiuſmodi clericis, & Eccleſiaſticis perſonis, excommunicationem iſtam non contrahunt; ſed incidunt in excommunicationem contentam in canone 18. noſtræ Bullæ, de quo fuſius, Deo dante, ſito loco, dicemus.

Nec obſtat argumentũ Suarez dicentis, quòd vel tale tributum reſpicit terram; vel perſonas tãtùm. Si perſonas tantùm; ergo tunc non dicitur Princeps tributum imponere in terris ſuis, ſed in hac, vel illa perſona, atque ita non committit contra hunc canonem, per quem fertur cenſura cõtra imponentes noua pedagia in terris ſuis; quia neceſſe eſt ad incurrendam prædictam cenſuram, vt impoſitio tributi reſpiciat territorium ſubiectum imponẽti: ſi verò reſpicit territorium, Princeps non deliquit ibi imponendo tributum in caſu ſibi permiſſo, ſed in acceptione perſonarum, quod peccatum eſt alterius rationis, hoc loco non punitum: quoniam reſpondetur quòd dum ſupra diximus, q. 2. ad incurrendam excõmunicationem noſtri canonis, neceſſe eſt, vt impoſitio tributi reſpiciat territorium; non intelligimus, vt talis impoſitio ita reſpiciat territorium, vt nullo modo reſpiciat perſonas; ſed ita reſpiciat territorium, vt reſpiciat perſonas exiſtentes in territorio, ſubiectas territorio, aut tranſeuntes per territorium. Vndè dicimus, quòd tributum reſpicit territorium ipſum: ſed dum replicat Suarez, ergo Princeps non deliquit: eo quòd impoſuit tributum in caſu ſibi permiſſo; negatur conſequẽtia: nam Princeps imponendo tributum clericis, & alijs perſonis exemptis, dicitur imponere tributum in terris ſuis in caſu ſibi non permiſſo, vt in d. c. non minus, de immun. Eccleſ. eo quòd tributũ imponit huiuſmodi perſonis, vel quatenus dominium habent in terris, ſuis, vel quatenus trãſeunt per terras ſuas.

Nec denique obſtat Bulla Greg. XIII. cuius meminit Nauar. in ſum. c. 27. n. 61. nam licèt vi dictæ Bullæ nõ adeo expreſsè prohibeãtur tributa iniuſta ex parte materiæ, & perſonarum, quibus imponuntur; tamen non alia fuit Gregorij intentio: eo quòd magis expedit prohibitio tributi ex parte materiæ, & perſonarũ, quàm ex parte cauſæ efficientis ad prohibendum exceſſum poteſtatem habentium. Nam Domini non ſupremi, ſicut poteſtatem non habent ad imponenda tributa, ita rariſſimè tẽtant illa imponere: & quamuis tentent, cùm ſuperiorem in temporalibus habeãt, ab illo poſſunt facilè cohiberi. At verò ſupremi Principes poteſtatem habentes, & ſuperiorem non recognoſcentes, facilè poſſunt in vſu illius poteſtatis excedere: & propterea ad eos maximè dirigitur iſte canon, ſi in caſibus ſibi non permiſſis tributa imponant: vel quod in idem recidit, ſi poteſtate vti velint, vbi re vera, poteſtatem non habent: & ita tunc verè dici poſſunt imponere tributa poteſtatem non habentes, vt ait ipſe Greg. Ita Suar. loco citato, ſub num. 37.

Vel ſecundò dicit, poteſt cũ Graff. quòd eſtõ, quòd Gregorius, & alij Pontifices conſiderauerunt ſolùm cauſam efficientem, per illa verba: *Ad id poteſtatem non habentes*; tamen Sixtus V. & alij ſucceſſiuè Pontifices conſiderauerunt omnes cauſas: vt patet ex illis verbis: *Præterquam in caſibus ſibi à iure permiſſis.*

ADDITIO.

a Communitates. Hanc eandem ſententiam tenet Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſput. 1. q. 6. pun. 3. num. 8. Non tamen eſt recedẽdum à praxi, de qua teſtatur Duard. hîc, ſub num. 7. & infra dicemus, ſub num. 16. Abb. Alex.

b Mandantes. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 6. pun. 3. n. 10. qui hoc ipſum ideò ampliat in illis, qui mandant, aut conſulunt exigi: nam canon hic loquitur de imponentibus, augentibus, ac exigentibus: qui autem mandat, aut conſulit exigi, non dicitur verè, & propriè exigere; ſed interpretatiuè, & moraliter: niſi mãdantes authoritatiuè mandent, quoniam iſti videntur cooperare, vt ait ipſe Duard. poſt alios infra q. 13, ſub num. 4. vbi latius dicemus. Abb. Alex.

c Seu. Adde quod hanc eandem opinionem tenet Suar. Gabr. D. Anton. Angel. & Tabien. quos refert, ſed non ſequitur Filiuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 5. num. 105. & Megal. 3. p. lib. 3. cap. 4. num. 14. D. Cæſar.

d Imponuntur. Hanc ipſum opinionem ſequitur Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 6. pun. 3. ſub num. 7. in verſ. Ego verò cenſeo, vbi contraria Doctorum, contrarium ſentientium, ſoluit. Et ſub num. 8. excludit ab excommunicatione huius canonis communitates, noua pedagia imponentes, tum quia vniuerſitates non ligantur excommunicatione; tum quia, cùm ipſa Communitas bonum publicum reſpiciat, & ex priuatis perſonis conſtet, non præſumitur velle pecuniam priuatorum exhaurire; conſequenter neque S. P. cenſetur velle illam excommunicare, niſi exprimat. Quæ quidem ſententia licèt ſit probabilis; tamen ex Alter. teſtatur Duard. num. 7. in verſ. Beneverum eſt: contrarium in praxi ſeruari; ita vt non excommunicentur Communitates collectiuè, ſed culpabiles tantùm eiues, vnuſquiſque ſeorſum, qui huius criminis fuit reus. Abb. Alex.

Ibi (*Seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentia*) An Principes imponentes noua tributa sine licentia. S. Apostolicæ, incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Romanus Pontifex non solùm in spiritualibus, sed etiã in temporalibus supremam habet iurisdictionem. directè scilicet in suis terris, & indirectè, id est in ordine ad spirituale bonum, in aliens.*

2 *Romanus Pontifex potest eximere personas aliquas à solutione tributorum, quæ debentur alicui Principi temporali.*

3 *Supremi Principes possunt imponere noua tributa in terris suis, citra vllam Romani Pontificis licentiam.*

4 *Communitates liberæ possunt imponere noua tributa sine aliqua Romani Pontificis licentia. Idem dicendum est de illis, qui ex consuetudine præscripta talem facultatem habent.*

5 *Supremi Principes imponentes noua tributa in casibus à iure sibi non permissis, licèt in excommunicationem incidant; ab ea tamen excusantur, intercedente Romani Pontificis licentia.*

6 *Principes superiorem recognoscentes, si noua tributa imponant de licentia eorum, qui sunt ipsorum supremi Principes, excommunicationem non contrahunt, etiam si Romani Pontificis licentiam non habeant.*

7 *Principes feudatarij Romani Pontificis, si præcisè ipsius facultate noua tributa imponant, incidunt in excommunicationem, esto quòd licentiam hanc ab Imperatore obtinuerint.*

IN hac re Mar. de iurisd. p. 1. cap. 45. in fine tenet indistinctè, quòd vi nostri canonis prohibeatur noua tributorum impositio absque Rom. Pontificis dispensatione, & re diligenter in suo consistorio inspecta; atque ideò, siue imponi velint à Supremis Principibus, non recognoscentibus superiorem, siue ab alijs inferioribus.

Quod quidem expresè colligi putat ex tenore nostri canonis: vbi excommunicantur omnes, qui in terris suis noua pedagia, seu gabellas, præterquã in casibus sibi a iure permissis, imponunt, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licẽtia. Quasi ly. *Seu.* fit dictio cõiunctiua potiusquã alternatiua; ita vt sensus sit: Excommunicamus omnes, qui in terris suis noua pedagia, seu gabellas imponunt præterquam in casibus, sibi a iure permissis: & ex speciali Sedis Apostolicę licentia. Et hoc pro defensione pauperum subditorum. Nam, vt ait Sayr. hic. num. 38. Romanus Pontifex non solùm in spiritualibus; sed etiam suo modo in temporalibus supremam detinet potestatẽ, directè, & per se in suis terris; tanquã Supremus Dominus temporalis: & in alijs indirectè, & per aliud, scilicet in ordine ad spirituale bonũ alicuius Regni, vel totius Ecclesiæ. Per hanc igitur potestatem, & in ordine ad eumdẽ finem potest Summus Pontifex concedere facultatem imponendi vectigalia, etiam illi Principi, qui nullam ad hoc potestatem habet, vel pro aliquo casu, in quo sine tali facultate eadẽ imponere non posset.

1

Imò per eandem facultatem potest idem Summus Pontifex aliquas personas eximere à tributis tẽporalibus debitis alicui Principi, si ad spiritualem finem, id conueniens, vtile, aut necessarium sibi videatur.

His tamen non obstantibus, contrariam sententiam arbitror de iure veriorem esse, quam tenet Panorm. in c. innouamus, per illum tex. de censib. Angel. in sum. ver. Pedagium, n. 1. Syl. in ver. Gabella, 3. n 2. Sayr. in explicatione nostræ clausulæ, lib. 3. Thes. tom. 1. cap. 9. in fin. & Suar. eodem loco. disp. 21. de censur. sec. 2. n. 36. Pro cuius rei explicatione sit

2

Prima conclusio.

QVi superiorem a non recognoscunt, atque ideò supremam potestate habẽtes in terris, in casibus a iure permissis possunt imponere noua vectigalia citra vllam Rom. Pontificis licentiam. Hæc conclusio est communis.

a
3

Probatur quoniam instituere noua vectigalia est effectus supremę iurisdictionis: vt est tex. & ibi glos. & Doct. in c. innouamus, de censib. & in c. super quibusdam, de verb. signific. l. 3. C. nou. vect. & l. 3. C. de annon. & trib.

Idem dicendum est hodie de Republicis, & Ciuitatibus liberis, *b* merum, & mistũ imperiũ habentibus: quia istæ obtinuerunt de facto, vt imponere possint tributa, & noua pedagia.

4
b

Beneverum est, quod ad imponenda huiusmodi onera à Ciuitatibus prædictis nõ sufficit vnius partis Ciuitatis cõsensus, sed exigitur placitũ maioris partis, præsertim eorũ, quos ãgit vt per Syl. & alios, quos ipse allegat in sum. in ver. gabella, 3. sub n. 2. Angel. & alios sup. citat.

Denique qui ex cõsuetudine præscripta habẽt, vt noua vectigalia imponere possint, illa imponendo sine Sedis Apostolicæ licentia in casibus à iure permissis, in excommunicationẽ huius canonis nec etiam incidunt, per ea, quæ docent supra dicti Doctores.

Secunda conclusio.

5 QVi superiorem vt supra non recognoscunt, & habentes facultatem imponendi noua tributa, si illa imponunt sine licentia Summi Pontificis in casibus sibi à iure non permissis, incidunt in excommunicationem huius canonis; secus autem, si interueniat Sũmi Pontificis licentia: quoniam tunc, etiam in casibus a iure damnatis, imponentes noua tributa, excommunicationem prædictam non contrahũt. Hęc cõclusio patet ex dictis supra in proxima, q. cõ. 2.

Tertia Conclusio.

6 PRincipes superiorem recognoscentes, & alij, qui potestatem non habent imponendi noua pedagia, seu tributa; si illa imponant, augeãt, vel exigant cum licentia eorum, qui sunt ipsorũ Supremi Principes, in excommunicationẽ hãc nõ incidunt; esto quòd specialem a Sede Apostolica licentiam non habeant. Hæc conclusio est cõmunis, & pro ea est tex. in c. innouamus, de cẽsib. c. super quibusdã, & ibi Doct. de verb. sig.

Quam conclusionẽ dicimus veram esse quotiescũque noua tributa imponunt, in casibus à iure

iure permiſſis: aliàs authoritas Principum ſecularium non ſufficit, niſi cum ea concurrat authoritas Sedis Apoſtolicæ, vt ex verbis huius canonis clariſſimè colligitur, & ſuperiori, q. latius declarauimus.

Secundò limitatur iſta concluſio, vt nõ procedat, quotieſcunque Principes illi inferiores
7 ſunt feudatarij S. Pontificis: nam tunc non prodeſt illis, ſi licentiam imponendi noua tributa impetrent ab Imperatore, vel ab alio Supremo Principe: ſed licentiam prædictam obtinere debent à Sum. Pont. qui eorum dicitur Supremus Princeps: qua obtenta, ſimpliciter intelligitur data in caſibus à iure permiſis; miſi expreſsè fuerit conceſſa licentia, etiam in caſibus damnatis, & à iure non permiſſis. Qui autem ſint effectus ſupremæ poteſtatis, latè tractat Mart. de iuriſdiction. par. 1. à cap. 24. vſque ad cap. 47.

Ad contraria patet reſpoſio ex dictis.

ADDITIO.

a Superiorem. Adde Suarez de cenſur. diſputat. 21. ſect. 2. num. 36. Tolet. libr. 5. ſuæ ſum. cap. 73. num. 1. Gambar. in explicatione huius Bull. cap. 5. num. 4. Filliuc. t. 1. qq. moral. tractat. 16. num. 104. & Bonacin. de cenſur. Bull. cœn. diſputat. 1. quæſt. 1. puoct. 3. ſub num. 2. vbi, in verſ. Secundò, hanc eamdem facultatem imponendi noua pedagia tribuit Concilio generali, per text. in cap. ſuper quibuſdam, de verb. ſignificat. Ioano. Vincent.

b Liberis. Adde Medin. de reſtitut. quæſt. 13. Ioann. de Salas de legib. diſputat. 15. ſect. 1. num. 118. Vaſquez in ſuis opuſc. cap. 6. §. 1. & 6. num. 65. Reginald. lib. 9. ſuæ prax. num. 283. Alter. in explicatione præſentis can. cap. 2. & Bonacin. ibidem, diſputat. 1. quæſt. 6. punct. 3. ſub num. 3. vbi num. 4. addit etiam, Roman. Pontificem poſſe facultatem imponendi noua pedagia, & gabellas concedere temporalibus illi non ſubditis, ſi bono ſpirituali maximè expedire iudicauerit, & num. 5. rectè excludit Tyrannos, Regnorum vſurpatores: quia ad incurrendam hanc cenſuram opus eſt, vt imponens gabellam, eam imponat in terris ſuis: at loca, in quibus Tirannus gabellas imponit, non ſunt ipſius Tiranni. Quæ quidem ſententia licèt ſit probabilis; contraria tamen, quam tenet Filliuc. tom. 1. qq. moral. tractat. 16. num. 109. dicens huiuſmodi Tirannos alligari, non eſt improbabilis: quia Tirannus quãuis ioiquè poſſideat Regnum; nihilominus Reſp. præſumitur ius illi conferre ad euitanda grauiora incommoda: niſi ageretur de Tiranno, qui Oppidum poſſideret, cui non competit ius imponendi vectigalia, vt in ſimili cum Leſſ. Salas, Salon. & alijs tenet idem Bonac. de legib. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 7. §. 3. num. 12. & ſequent.

Abb. Alex.

Ibi (*Augent.*) An augere noua tributa ſit noua tributa imponere. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Tributa antiqua augere, eſt noua imponere: & ideo excommunicatio lata contra imponentes noua tributa, extenditur etiam contra augentes antiqua.*

IN hac re Armil. in ſum. in ver. Gabella num. 8. Roſella excom. 44. n. 5. & alij dicunt, quòd augere antiqua tributa, non eſt noua tributa imponere: & conſequenter excommunicatio lata contra imponentes noua pedagia, non extenditur ad antiqua augentes, & alias iuſta ſint: quia adiunctum præexiſtens, eſt pars tributi.

His tameo non obſtantibus, contrariam opi-
1 nionem puto veriorem eſſe: quam tenet Syl. in ver. Gabella, 3. §. 7. Angelus io ver. Pedagiũ, 1 ab. in ver. Excommunicatio, Quintò, caſu 25. Tol. Sayr. & Suar. hoc loco: dicentes, quod augere antiqua tributa eſt noua imponere. Vndè etiã ſi vi noſtri canonis prohiberentur imponi noua pedagia dumtaxat: & nulla fieret mentio de augentibus, ſub illius diſpoſitione includerètur antiqua ſimiliter pedagia augentes; quoniam licèt adiunctũ præexiſtens ſit pars tributi, & hac ratione contendant Doctores contrariæ ſententiæ, additionem illam non eſſe noui tributi impoſitionem; tamen illud eſt valdè accidentarium, & ex ſe illa impoſitio ſatis erat ad nouum tributum conſtituẽdum. Et eò magis, quia noua pedagia imponi hac præcipua ratione prohibentur, ne Domini exhauriãt pecuniam ſubditorum: quod æquè fieri contingit per augmentum noui pedagij: ſicut per noui impoſitionem: vt habetur ex Syl. loco citato.

Ibi (*Augeri prohibita exigant.*) An exigentes noua tributa in caſibus à iure non permiſſis, & ſine licentia S.P. aut Supremi Principis à Spontè dantibus, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Noua tributa exigentes à ſpontè dantibus, non incidũt in excommunicationem huius canonis.*
2. *Inuitus ſoluere noua pedagia quis proprie dicatur.*

1 REſpondetur negatiuè, vt benè docet, Sayr. lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 9. n. 8. Suar. ibidem diſp. 21. de cenſ. ſect. 2. n. 41. Vgol. eodem loco, in ver. Seu imponi, vel augeri, §. 1. n. 1. & alij. Probatur: quia vi noſtri canonis excommunicantur noua pedagia imponi, vel augeri prohibita exigentes: at exigere eſt extorquere ab inuito, qui nõ vult ſoluere, ar. text. in l. ſoluendo, iuncta gloſ. in ver. Exigere, ff. de neg. geſt. l. fideicõmiſſa, §. ſi rem, & ibi glo. in ver. Exegerat, ff. de leg. 3. ergo exigentes noua pedagia vt ſupra, à ſpontè dantibus incidunt excommunicationem huius canonis.

Hi igitur in prædictam excommunicationẽ incidunt quia inuito huiuſmodi prohibita tributa exigunt, ſiue exigentes ſint ipſi terrarũ Domini, ſiue eorum hæredes, cõductores gabellarum,

rum,illorũ miniſtri, famuli,& his ſimiles: & ſiue exigant tributa prohibita nouiter impoſita,vel aucta,ſiue exigant,quæ antiquitus alibi impoſita ſunt,ſed non ibi,vbi exigunt:quoniã pro nouis habentur. Noua enim vectigalia dicuntur, etiam reſpectu loci vbi exiguntur, non habito reſpectu,an ſecũdum ſe licita ſint,aut alibi ſint impoſita,vt bene declarat Vgol.hic in d.ver.ſeu imponi.

Dicitur autem inuitus ſoluere,qui vel impe-
2 rio,vel minis, vel arreſtatione bonorũ,aut perſonæ inductus,tributa ſoluit.Itẽ inuitus ſoluere is dicitur, qui rogatus ſoluit tãquam debitũ. Item inuitus præſumitur ſoluere,qui aſperitate verborũ,vultus, & aſpectus,vel alio quouis modo cõpulſus,ſoluit. Dicitur deniq; inuitus ſoluere,vbi præceſſit extorſio,licèt deinde ſequatur volũtaria ſolutio: quia iſta dicitur formaliter exactio.Ita Angel.in ſum.in ver. Exactio,& alij Doctores ſupra citati,cum alijs ab eiſdem relatis:qui etiam dicunt,quòd exigentes iniuſta pedagia a ſponte dantibus.excommunicationẽ huius canonis non contrahunt, etiam ſi clerici ſint,à quibus exigant;ſed incidunt in illam,quę continetur infra canone.18.

Adde quod Alter.hoc eodem loco,c.4. dub. 6. docet exactores prædictos incidere in excõmunicationem huius canonis , etiam ſi tributa huiuſmodi exigant à ſponte dantibus. Nam.ſecundum prętatos Doctores, exactores ipſi in hanc excommunicationem incidunt, quamuis alter rogatus ſoluat gabellam tanquam debitã. Sed vere fallitur;quia is dicitur inuitus tributũ ſoluere,vt ſupra diximus.

Vndè infert,quòd priuatæ perſonæ,& miniſtri,quia facilè poſſũt ignorare iniuſtitiã tributi ex parte cauſarum,eſtò quòd iniuſtitiam nouerint ex parte perſonarum, à quibus exigunt, ab excommunicatione excuſantur : quoniam; vbi de huiuſmodi iniuſtitia illis non conſtat , iuſtè præſumunt,Principem iuſtè agere .

Bene verum eſt , quòd ſi ſunt Eccleſiaſtici, à quibus huiuſmodi tributa exiguntur,exigentes ea contrahunt excommunicationem cõtentam in c.quamquam,de cenſib. lib.6.

Hæc ſententia re vera cùm æquior ſit,& cõ-
1 munis,licèt ab ea in praxi non ſit recedendum , nobis tamen,vt ſupra diximus,q 6. con. 3.in rigore non videtur omnino vera.Nã vi noſtri canonis excommunicantur exigentes noua pedagia imponi,ſeu augeri prohibita,in caſibus,à iure non permiſſis.Modò Laicis non ſolùm a iure non permittitur noua tributa ab Eccleſiaſticis exigere,ſed expreſsè damnatur,vt in c.non minus,& c. aduerſus de immunit. Eccl.ergo exigẽtes à Clericis huiuſmodi tributa quãtumuis iuſta ex parte cauſarum,ſi ſine licentia Rom.Pontificis exigant , in excommunicationem huius canonis incidunt:quoniam dicuntur illa exigere in caſibus à iure ſibi non permiſſis .

Eſt tamẽ verum, quòd ſi quis tributa prædicta ab Eccleſiaſticis exegerit,ſtãte ſupra relata ſententia,cùm ſit communis, poteſt tuta cõſcientia declarari illum non incidiſſe in prædictã excõmunicationẽ . Sed ſi antequam exigat Peritũ aliquem conſulat,tunc optimè faciet peritus ille,ſi reſpondeat ei ſecundum noſtram ſententiã: eo quòd fundatur probabili ratione:& per eam refrenatur tributa huiuſmodi exigentium cupiditas.Tantò fortiùs,quia non per hoc excuſatur à peccato mortali, & ab excommunicatione ſaltem d.c.quamquam,de cenſib.in ſexto.

An exigentes noua tributa ex parte omnium cauſarum iuſta , ſed iniuſta ex parte eorum,à quibus exiguntur , incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 10.

SVMMARIVM.

1 *Exigentes noua tributa ex parte omnium cauſarum iuſta,ſed iniuſta ex parte illorum,à quibus exiguntur , in excommunicationem huius canonis incidunt licèt contraria ſententia ſit etiam probabilis, & cõmunis:& ideò qui ſecundum illam iudicaret , malè non ageret .*

IN hac re Vgol.in explicatione præſentis canonis,in ver. Seu imponi §.1.ibi.Tertiò in excõmunicationem,& Suar. ibidem, diſput.21.de cenſur.ſect.2.nu.43. tenent partem negatiuam. atque ideò exigentes noua pedagia alias iuſta reſpectu cauſarum, nempe ex parte cauſæ materialis,formalis,efficientis,ac finalis;ſed tantùm iniuſta reſpectu perſonarum, à quibus exiguntur,non incidunt in excommunicationem præſentis canonis. quam ſententiã communẽ eſſe teſtatur idem Suar.loco citato. Ait enim in huiuſmodi exactione magis conſiderandũ eſſe id, quod exigitur, quàm is,à quo exigitur,nam per verba huius canonis illud prius determinatur; non autem hoc poſterius : ex quo non exigitur gabella ſimpliciter prohibita .

An , & quando exactores tributorum , quæ illicita ſunt , teneantur ad eorum reſtitutionem. Q. 11.

SVMMARIVM.

1 *Exigentes tributa iniuſta ſciẽtes talia eſſe,peccant mortaliter , & incidunt in excommunicationem : ac ad reſtitutionem tenentur,ſiue ſponte illa exigant,ſiue à Domini exigere vi,aut metu compellantur,*
2 *Reſtitutio debetur, vel ratione rei iniquè acceptæ , vel ratione iniuſtæ acceptionis.*
3 *Exigentes iniuſta tributa,tenentur ea reſtituere,etiamſi eorum Domini alias exegiſſent .*
4 *Exigens iniuſta tributa metu mortis , aut abſciſſionis membrorum excuſatur ab excommunicatione.*
5 *Exactores tributorum, probabiliter ignorantes ea illicita eſſe,non peccant,atque ideò in excommunicationem non incidunt , nec ad reſtitutionem tenentur.*
6 *Peccatum non committitur , niſi concurrat voluntas.*
7 *Voluntas ad committendum peccatum mortale , debet eſſe omnino libera.*
8 *Excommunicatio nunquam contrahitur , niſi interueniat letalis culpa .*
9 *Exactores tributorum , probabiliter ignorantes illicita eſſe, licèt non peccent , in excommunicationem*

non

non incidant, nec ad eorum reſtitutionem tenentur, durante ignorantia; ſuperueniente tamen ſcientia, reſtituere illa cogũtur.

10 *Rem furtiuam emens, exiſtimans furtiuam non eſſe, licèt non peccet, ad eius tamen reſtitutionem tenetur, ſuperueniente ſcientia, nec eiuſdem prtium recuperabit.*

11 *Vſurarium contractum celebrans, ſi exiſtimet iuſtum eſſe, licèt non peccet; tamen ſuperueniente ſcientia illius iniuſtitiæ, quæſita ex ipſo contractu tenetur reſtituere.*

12 *Exactores tributorum probabiliter ignorantes illicita eſſe, poſſunt ea præſcribere, ſeu vſucapere.*

13 *Iuſtus titulus ad vſucapionem neceſſarius, dicitur quælibet vera cauſa poſſidendi, eſtò quòd non ſit legitima.*

14 *Ad reſtitutionis ſubſtantiam parum refert, an damni illatio ſit ex culpa, vel non.*

15 *Damni illatio ſine culpa, iuuat tantùm quoad modum reſtituendi.*

16 *Furtiuum rem bona fide emens, ſi durante bona fide, pereat, aut alienet, non tenetur ad pretij reſtitutionem illius Domino, ſuperueniente ſcientia.*

17 *Exactores, qui probabiliter ignorantes, iniuſta tributa exigunt, ſuperueniente ſcientia, tenentur ſtatim ab exactione deſiſtere, alias peccant mortaliter, in excommunicationem incidunt, & ad reſtitutionem tenentur.*

18 *Exigentes tributa illicita ignoranter vt ſupra, ſuperueniente ſcientia, ſi non reſtituant, licèt peccent; non tamen in excommunicationem incidunt.*

19 *Exigentes tributa illicita dubitantes talia eſſe, ſi ſponte exigant, peccant mortaliter, excommunicationem contrahunt, & ad reſtitutionem tenentur, certiorati de eorum iniuſtitia.*

20 *Exactores, qui illicita tributa, probabiliter dubitantes talia eſſe, ab eorum dominis compulſi exigunt, licèt non peccent, certiorati tamen tenentur exacta reſtituere quatenus facti ſunt locupletiores.*

21 *Dubium impedit præſcriptionem, niſi poſt inchoatam ſuperueniat.*

PRo determinatione huius difficultatis, eſt annot. quòd quandoque contingit, exactores huiuſmodi ignorare prædicta tributa illicita eſſe.

Secundò eſt annot. quòd aliquando contingit prædictos exactores compelli ad exigendũ huiuſmodi tributa: & aliquando non compelli, ſed ſpõtè ab eiſdem exigi, vt ſunt hi, qui prædicta tributa à terrarum Dominis emunt. His annotatis, ſit

Prima Concluſio.

1 EXigentes iniuſta tributa, ſcientes talia eſſe, peccant mortaliter, incidunt in excommunicationem noſtri canonis, & tenentur ad reſtitutionem; ſiue ſponte exigant, ſiue à Dominis illa exigere vi, aut metu compellantur.

Probatur concluſio quoad primam partem; quoniam exigere gabellas, & pedagia illicita, eſt rapinam committere, vt bene docet Angel. in ſum. in ver. Pedagium, nu. 5. Syl. in ver. Gabella, 3. n. 7. Armil. in eodẽ ver. n. 8. & alij; ergo exigentes ea, mortaliter peccant, cùm rapina, diuina, ac naturali lege prohibeatur. Secunda pars patet, quoniam vi noſtræ clauſulæ excõmunicantur illicita pedagia, ſeu gabellas exigẽtes. Tertia pars conſtat ex tex. in c. ſi res, 14. q. 6. & ex Doctoribus ſupra citatis. Nam omnis reſtitutio, vel fit ratione rei iniquè acceptæ: vel ratione iniuſtæ acceptionis, vt latè habetur ex Syl. in ver. Reſtitutio, 2. & Sayr. lib. 10. Theſ. t. 2. tract. 2. c. 1. ſub n. 6.

2 Probatur denique concluſio quoad vltimã partem, quia exigere illicita tributa, cùm ſit rapina, eſt intrinſecè malum, & vtriuſq; teſtamẽti pagina damnatum, nunquam eſt licitum, etiam ad aliquod graue malum vitandum, vt eſt tex. in c. ſuper eo, de vſur.

Quæ quidem concluſio vera eſt, etiam ſi Do-
3 mini, aut alij huiuſmodi iniuſta tributa exegiſſent: quoniam ad reſtitutionem ſatis eſt, vt accipiens ſit cauſa, qua poſita, ponatur effectus: alioquin fur liber eſſet a reſtitutione, eo quòd fortaſſis alius eiuſdem rei furtum commiſiſſet.

Vndè non excuſatur homicida, eo quòd alius occidiſſet, ſi hominem illum ipſe non interfeciſſet. Sicut etiam, ſi duo domum comburãt, ambo tenentur, eſtò quòd alter eam combuſſiſſet, altero non comburente: vt benè docet Sayr. loco citato, c. 5.

Bene verum eſt, quòd ſi quis metu mortis aut
4 abſciſſionis membri compellatur prædicta tributa exigere, tunc arbitror illum non peccare, nec in dictam excommunicationem incidere: quoniam licitum eſt in bonis externis nocumẽtum inferre ad tuendam propriam vitam: eo quòd illo caſu quis reperitur in extrema neceſſitate dictorum bonorum ad vitam propriam conſeruandam: ſicut de captiuis ſupra diximus, can. 3. q. 13. amp. 3. ex Molin. de iuſt. & iur. to. 1. diſp. 115. concl. 4. & alijs.

Secunda concluſio.

5 EXactores tributorum, ſi probabiliter ignorent eſſe illicita, non peccant atque ideo in in excommunicationem non incidunt, nec ad reſtitutionem tenentur.

Probatur concluſio quoad primam partem:
6 quoniam probabilis ignorantia, ſiue iuris ſit, ſiue facti, facit actũ inuoluntarium, vt ſupra probauimus, lib. 1. c. 2. q. 5. Modò peccatũ non cõmittitur niſi concurrat voluntas, aliàs actus humanus nõ eſſet: vt habetur ex D. T. 1. 2. q. 6. ar. 1.

Hinc peccatum, dicitur receſſus voluntarius à
7 regula diuina, ſeu à diuino præcepto: vt ait Iol. lib 3. ſuæ ſum. c. 1. Quicquid enim in nobis fit, quod nec in volũtate eſt, nec à noſtra volũtate prouenit, peccatũ eſſe nequit. Et ideo imaginationes, ſeu cogitationes quantũuis turpes, etiã contra fidẽ: & motus carnales vſque ad effuſionem ſeminis, peccata nunquam dicentur, niſi à voluntate acceptentur. Imò voluntas ad committendum peccatum mortale, debet eſſe omninò libera. i. quòd liberum ſit velle aut nolle. Vndè cùm ex aliqua vehementi paſſione in noſtra volũtate inſurgit volitio vindictæ, aut alterius mali, ſi talis eſt, vt nõ ſit pro tunc in noſtra poteſtate nõ velle, peccatũ nõ erit: quoniã volitio illa nõ dicitur omnino libera, nec ex deliberatione procedere, quod eſt de ratione volũtarij.

Dixi, omninò liberã: quia ſi aliqua ex parte eſt in poſſe noſtro huiuſmodi volitionem contundere, licèt non totaliter; tunc grauior, aut leuior culpa eſt, quo magis aut minus eſt volũtarius actus, ſeu receſſus à diuina regula. Ita Tol. loco citato.

Secunda pars concluſionis patet, quia excõmunicatio nunquam contrahitur niſi concurrat letalis culpa, c. nemo Epiſcorum, & c. nullus, 11. quæſt. 3.

Tertia pars probatur ex his, quæ dicemus cõcluſione ſequenti.

Tertia concluſio.

9 EXactores, qui probabiliter ignotantes vt ſupra, illicita tributa, exigunt, licèt non peccẽt nec in excommunicationem incidant, & ad reſtitutionem non teneantur, durante ignorantia; tamen ſuperueniente ſcientia tenentur exacta reſtituere: ſiue ſponte illa exegerint, ſiue coactè.

Probatur, quia recipiens bona fide indebitũ, putans ſibi debitum eſſe, licèt excuſetur à peccato; tamen ſuperueniente ſcientia, non excutur à reſtitutione indebiti, vt in l. 1. & 2. & toto tit. ff. de condit. indeb.

10 Sic emens rem furtiuam exiſtimans furtiuã non eſſe, licèt non peccet emendo; illam tamen vero domino reſtituere tenetur, nec illius pretiũ recuperabit, vt eſt tex. in l. inciuilẽ, C. de fur.

11 Et celebrans contractum vſurarium, credens licitum eſſe, quamuis non peccet huiuſmodi contractum celebrando; nihilominus, ſuperueniente ſcientia illius iniuſtitiæ, quæſita ex eodẽ contractu, tenetur reſtituere: vt colligitur ex his, quæ docet Azor. lib. 10. inſt. moral. p. 3. c. 22 & Leſſ. lib. 2. de iuſt. & iur. c. 20. dub 12.

12 Eſt tamẽ verũ, quòd exactores prædicti legitima præſcriptione, ſeu vſucapione poſſunt à reſtitutione liberari, vt cùm bona fide tributa prædicta exegerunt, exiſtimantes licita: & per legitimum tempus, tãquam res ſuas poſſẽderint; quoniam tunc dicuntur habere titulũ pro ſuo, ſi exactores ipſi maximè ſint dictorum tributorũ emptores, vt in l. 1. & toto tit. ff. pro ſuo. Rodriq. p. 2. ſuæ ſum. c. 25. con. 1. & Syl. in ver. Præſcriptio. 1. q. 4. & in ver. Reſtitutio, 7. ſub num. 6. ver. Septimò, de præſcript.

13 Et licèt ad vſucapionẽ requiratur iuſtus titulus, vt in c. ſi diligenti, de præſcript. tamen iuſtus titulus dicitur quælibet vera cauſa poſſidẽdi, eſtò quòd non ſit legitima. Vndè titulus erroneus, vt quia credebat aliquis procuratorem ſuum emiſſe, præſtat veram cauſam præſcribẽdi, l. fin. ff. pro ſoc. & ideo dicit gloſ in d. c. ſi diligenti, relata ab Angelo in ſum. in ver. Præſcriptio, num. 5. quòd pro tanto dicitur titulus iuſtus, quia dat cauſam præſcribendi licèt in veritate non ſit iuſtus: nam ſi re vera eſſet iuſtus, tunc præſcriptio neceſſaria non eſſet.

Ad hæc faciunt etiam ea, quæ docet Abb. in c. de quarta, de præſcr. vbi ſub n. 29. ait, quòd præſcriptio currit contra ignorantem, pet tex. in l. fin. C. eod. tit.

14 Dixi, ſiue ſponte illa exegerit, ſiue coactè; quoniam ad ſubſtantiam reſtitutionis parum refert, an damni illatio ſit ex culpa, vel non; eo quòd reſtitutio cùm ſit actus iuſtitiæ commutatiuæ, ex ſua natura intendit æqualitatẽ tãtùm in rebus ipſis.

15 Hinc, ſi quis emat equum à fure, ſi eo viuẽte, ſciat equum eſſe furtiuum, tenetur reſtituere. Damnum autem illatũ ſine culpa iuuat tantùm quoad modum reſtituendi: atque ideo, qui bona fide furtiuum equum emit, ſi durante bona fide pereat equus, vel fuerit alienatus, & poſtea

16 is, qui habuerat reſciuit fuiſſe furtiuum: ad nihil tenetur, niſi ad id, quo factus erat locupletior, vt bene docet Sayr. lib. 10. Theſ. to. 2. tract. 2. c. 1. n. 4. & 7. citca finem. Sic etiam dicẽdũ eſt in caſu noſtro, vt quãdo exigentes bona fide vt ſupra tributa illicita, & legitimè nõ præſcripſerint: ſuperueniẽte ſcientia, non teneantur ad reſtitutionẽ, niſi quatenus facti ſũt locupletiores.

Quarta Concluſio.

17 EXactores, qui probabiliter ignorantes, iniuſta tributa exigunt, ſuperueniente ſcientia, tenentur ſtatim ab exactione deſiſtere: aliàs exigere proſequentes, peccant mortaliter, in excõmunicationem incidunt; & ad reſtitutionẽ tenentur, ſiue ſponte, ſiue coactè exigãt. Hæc cõcluſio patet ex his, quæ diximus in prima cõcluſione; nam iſti dicerentur illicita tributa ſcienter exigere. Quod quidẽ verum arbitror quotieſcunque exactores prædicti poſtquã reſciuerint tributa eſſe illicita, exegerint quantitatem notabilem, ſufficientem ad incurrendam excõmunicationem: ſecus autem, ſi quantitas parua ſit, & vulgaris iuxta decretũ S. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reſor. c. 3. & l. ſi oleum, §. fin. cum l. ſeq. ff. de dol. mal.

18 Non tamen exigentes bona fide vt ſupra illicita tributa, ſi ſuperueniẽte ſcientia nõ reſtituãt, incidunt in excõmunicationem noſtri canonis, eſtò quòd mortaliter peccent: quia iſti nõ dicũtur rapinam cõmittere, retinendo illicita vectigalia bona fide exacta: eo quòd nullam vim adhibuerunt in illis exigendis. Rapina autem nũquam committitur ſine violẽtia: vt in c. 2. & toto tit. de rapt. l. ſed eximendi, ff. ne quis eum, qui in ius, l. 1. C. vi bon. rapt. Et vi noſtri canonis illi dumtaxat excõmunicatur, qui exigentes illicita pedagia, rapinã committũt: vt ſupra diximus ex Angel. in ſum. in ver. Pedagium, n. 5. & alijs.

Quinta Concluſio.

19 EXigentes illicita tributa, dubitantes talia eſſe ſi ſponte exigant, peccant mortaliter, in excommunicationem incidunt, & ad reſtitutionem tenentur, certiorati de eorum iniuſtitia.

Probatur concluſio quoad primam partẽ, & ſecundam; quoniam diſcrimini ſe exponunt in alterius præiudiciũ: vt per Syl. in ſum. in ver. Gabella, 3. n. 20. Angel. in ver. Pedagium ſub n. 6. & Sal. in tract. de vectigal. ar. 2. ver. quid ſi quæras.

Quod verum puto, niſi Peritos conſuluiſſet, à quibus licita eſſe falsò edocti dubiũ depoſuerint, per ea, quæ docet Mol. de contr. diſp 350. n. 5. tertia pars concluſionis patet ex dictis.

Dixi certiorati; quoniam gabellæ, quãdo ſũt dubiæ, an ſint iuſtę, ſicut cõmuniter hodie ſũt, Cõfeſſores non debent cogere pœnitentes ad

earum

earum reſtitutionem: quia exponerent ſe periculo ſurripiendi à confitente, quod ſuum eſt, vt bene docet Armil. in ſum. in ver. Gabella, num. 18.

Sexta Concluſio.

20 EXactores, qui illicita pedagia probabiliter dubitantes talia eſſe, exigũt, cõpulſi ab eorũ Dominis, non peccant, nec in excõmunicationem incidunt: tenentur tamen exacta reſtituere certiorati de iniuſta exactione quatenus facti ſunt locupletiores.

Probatur prima pars concluſionis ex Syl. Angel. Sal. locis citat. & ex Armil. in ſum. in ver. Gabella, n. 9. quoniam propter bonum obedientiæ excuſantur in iſto ſubdito: ſicut dicimus de milite compulſo ire ad bellum quod probabiliter dubitat eſſe iniuſtum: vt in cap. quid culpatur, 23. quæſt. 1.

Quòd Hoſt. relatus à Syl. ibidem verũ putat, quando quis quãtum potuit inquiſiuit, & Peritos cõſuluit, & tamẽ ſemper dubius in ſe remãſit, alioquin tanquam ignorantiæ affectator nõ excuſatur. Imò etiam hoc caſu debet dubium deponere virtute obedientiæ: vt per Nauar. in Man. cap. 17. num. 201.

Secũda pars patet, quia excommunicatio nõ incurritur, niſi propter peccatum mortale.

Tertia pars eſt clara ex his, quæ ſupra diximus. Beneverũ eſt quòd exactores prædicti ſic dubitantes de iuſtitia tributorum prædicta tributa, & gabellas, quas exigunt, præſcribere non poſſũt: quia deficit bona fides, ſine qua præſcriptio nunquam locum habet, vt in regula poſſeſſor malæfidei, de reg. iur. in ſexto. Ad inchoandam enim præſcriptionem non ſufficit, ſi quis rẽ incipiat poſſidere cũ dubio an ſua ſit; ſed neceſſaria eſt bona fides qua abſque dubio exiſtimet rẽ propriã eſſe, vt in l. bonæfidei, in prin. ff. de acquir. rer. domin. & latè Mol. de iuſt. & iur. to. 1. diſp. 63. con. 1. vbi etiam con. 2. ait, quòd ſi poſt legitimè inchoatam præſcriptionem ſuperueniat dubium, an res ſit poſſidentis tale dubium præſcriptionem non interrumpit, quin potius poſſidens, continuare, & perficere poteſt cum tali dubio. Modò tamen interim, dum dubitat, moralem efficiat diligentiam, vt ſciat, an res ſit aliena. Quapropter idem proportionaliter dicere poſſumus in caſu noſtro; vt ſi exactores prædicti poſt tributorum exactionem, & eorum legitimè inchoatam præſcriptionem, probabiliter incæperint dubitare de dictorum tributorum iuſtitia, cum tali dubio poſſint cõtinuare, & complere præſcriptionem.

An fraudantes gabellas, & alia tributa, ſiue iuſta ſint, ſiue iniuſta, peccent mortaliter, & ad reſtitutionem teneantur. Q. 12.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis tenetur veritatem aperire Iudici, illum interroganti de delicto, ab aliquo commiſſo, & ab eo diffamato.*

2 *Tributa debentur Regibus, ac Principibus de iure naturæ: ſed non debentur decimæ.*

3 *Dignus eſt operarius mercede ſua.*

4 *Leges iuſtæ & præcepta ſuperiorum obligant ſimpliciter, poſt eorum promulgationem.*

5 *Pactum, in regulariter obligat ſub reatu culpæ, ad ipſius obſeruantiam.*

6 *Collectæ, ſeu tallæ ſoluendæ ſunt, durante cauſa iuſta, propter quam impoſitæ ſunt.*

7 *Leges pœnales non obligant ad culpam, ſed tantùm ad pœnam poſt Iudicis ſententiam.*

8 *Collectæ ſoluendæ ſunt a Ciuibus, non autem ab exteris.*

9 *Gabellæ, etiam iuſtæ, fraudari poſſunt citra culpam, ſi ſtatuta et leges illas imponentes pœnam ſtatuant defraudantibus.*

10 *Fur non ſolùm multatur pœna conſtituta à lege, ſed etiam condemnatur ad rei ſubtractæ reſtitutionem.*

11 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*

12 *Statuta, debent æqualiter ſe habere in ordine ad bonum commune.*

13 *Argumentum de pacto ad ſtatutum, eſt in iure validum.*

14 *Tributa, & gabellæ omnes iniuſtè præſumuntur impoſita, niſi contrarium conſtet.*

15 *Teſtis non tenetur, niſi requiſitus, teſtificari.*

16 *Tributa, quòd pro tali re, & in tanta quantitate ſoluantur, non eſt de iure diuino, ſed de iure humano.*

17 *Lex habet vim obligandi ad culpam ex voluntate Legiſlatoris.*

18 *Lex purè pœnalis, quando nihil prohibet, vel præcipit, ſed tantùm pœnam imponit, non obligat ad culpam, ſed ſolùm ad pœnæ ſolutionem poſt Iudicis condemnationem. & idem dicendum eſt de lege iuſta.*

19 *Exponens ſe periculo magnæ iacturæ, an, & quando letalem culpam contrahat.*

20 *Exponens ſe periculo perdendi famam, mortalem culpam non contrahit.*

IN hac re quatuor extant opiniones. Nam prima ſententia eſt Tab. in ſum. in ver. Pedagium n. 9. Vict. quem refert Lud. Lopez in inſtr. conſc. c. 36. Fr. Ioſephus in ſuis flor. e conſc. in mater. de reſtit. & aliorum, dicentium iuſta pedagia ſeu gabellas deberi, quando ab exactoribus exiguntur. Quòd ſi nullus adſit, qui huiuſmodi tributa exigat, poterit negotiator citra mẽdacium, periurium, & fraudem merces ſuas ex vno loco in alium transferre, eiſdem non ſolutis, citra culpã; dummodò non occultentur cùm venduntur, nec tranſferantur occultè, nec ferantur per vias inſolitas, & occultas.

Hæc ſententia ſuaderi poteſt exemplo teſtis,
1 qui tenetur veritatem aperire Iudici illã interroganti de delicto ab aliquo commiſſo, & de eo diffamato: quando verò non interrogatur, non tenetur ſe vltrò offerre ad ferẽdum teſtimonium. Ita in caſu noſtro ſubditus, ſi vectigalia ab eo exigantur, quæ iniuſta ſint, tenetur ea ſoluere; quia iuſtè exigit, iuſtè quoque poſtulat. Quòd ſi nullus exigat ab eo, non tenetur ipſe exactorẽ adire, & vltrò illa ſoluere.

Secũda ſententia eſt D. Th. in epiſt. ad Duciſſam Barbantiæ, & c. 13. ad Rom. lect. 2 Liran. ibidem, & in Matt. c. 22. Caiet. in ver. Vectigal. Panor. in c. innouamus. de cenſib. Salon de Vectigal. ar. 2. ver. Cõmunis autẽ ſententia, & aliorũ, quos refert, & ſequitur Sayr. lib. 9. Theſ. p. 2. c. 16

num. 30. dicentiū, quòd quādo gabellæ, seu pedagia sunt iustè impositæ, in foro conscientiæ debent omninò solui; aliàs non soluentes, furtū committunt, etiam si non exigantur. Et hāc sēntentiam communem esse testantur Sal. & Sayr. locis citatis.

Probatur primò authoritate sacræ Scripturæ ex illo Matt. 22. *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ Dei Deo*: Quibus verbis D. Hieronymus in Matt. cap. 17. D. Ambr. in c. 5. Lucæ, & alij probant de iure naturali tributa deberi Regibus, & Principibus; ficut decimæ in communi debentur ministris Ecclesiasticis.

Hoc idem probatur ex illo Matt. c. 17. vbi Christus voluit solui didrachmum pro se, & Petro, quamuis liberi sint, & immunes à tributis, ne publicani illi tributorum exactores scandalum paterentur.

Secundò probatur ratione: nam ius naturæ postulat, vt Regibus stipendium aliquod pro suis laboribus persoluatur: ait Dominus Lucæ, c. 10. *Dignus est operarius mercede sua*: ergo defraudantes eorum vectigalia, essent rei alienæ contrectatorēs: & in maximum Reip. damnum verget. si sæpius defraudarentur, cùm sine stipendijs Rempub. desendere tempore belli, eādemque conseruare tempore pacis non possēnt, vt bene probat, Salon. loco citato.

Tertiò si licitum esset iusta tributa fraudare; tunc licitum esset cum alterius iactura locupletari. Etenim huiusmodi fraus tendceret in præiudicium omentium, talia tributa: quod est manifestè absurdum, & contra iuris regulas.

Quartò leges iustæ, & præcepta iusta, superiorum obligāt simpliciter, & absolutè in foro animæ cùm primū fuerint sufficiēter promulgata, & à singulis subditis obedientiā exigunt, alias superiorū authoritas fruſtra fuisset à Deo in Rep. constituta, dicente Prouerb. c. 8. *Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt*, & latè probat Salon. 22. q 77. ar. 1. Sed leges, iusta tributa persolui præcipientes sunt iustæ; ergo obligant in foro conscientiæ: & fraudātes iusta vectigalia peccant, & ad restitutionem tenētur.

Quintò hoc idem probatur circa priuatas gabellas vniuscuiusque Ciuitatis, quæ cōmuoiter assisiæ nuncupantur, & à Communitatibus per modum collectarum imponi solent. Nā vni cuique Vniuersitati, eo ipso quòd Cōmunitas est, & populus suos habens Magistratus. licitum est grauamina, quæ voluerit ex cōmuni ciuiū cōsensu sibi præscribere, & communem arcā, vbi pecunia conseruetur, sibi constituere, vt in l. 1. C. Quod cuius. Vniuer. nom. Quod vbi Ciues de cōmuni consensu statuunt, apertè promittūt sibi inuicē gabellas huiusmodi soluere: ergo illas defraudando letalem culpam contrahunt: quoniā pactum iure naturali, ac diuino sub pēna peccati mortalis, in re graui seruandum est: vt est tex. iuncta glos. vbi etiam Panor. in c. 1. de pact. D. Tho. 2. 2. q. 110. ar. 3. ad secūdum, & alij, quos refert, & sequitur Syl. in sum. in ver. pactū q. 3. & 4.

Denique fraudātes gabellas, exponunt se periculo maximæ iacturæ, nam si in fraude cōprehendantur, in pēnā, mulctari solent in amissione bonorum pro quibus tributa fraudāt, & alijs pēnis affici iuxta statuta, & ordinationes locorū exponere autem se huiusmodi periculo, peccatum est.

Tertia sententia est Angel. in sum. in ver. Pedagium, n. 6. distinguentis inter gabellas, seu vectigalia: & inter collectas: & dicētis, quòd fraudantes gabellas citra mendaciū, & periurium, esto quod iustæ sint, non peccant, nec ad restitutionem tenētur. Collectæ verò, seu taliæ soluendæ sunt, durante iusta causa, propter quam impositæ sunt à Ciuibus, & a vicinis dumtaxat, non ab extraneis: ita vt cùm primum cessauerit iusta illa causa, neque à Ciuibus, nec ab extraneis persoluantur.

Probat suam sententiam quoad primam partem, quoniam leges imponentes vectigalia, pedagia, & similia tributa authoritate Principū, & Magistratuum totius Regni, non sunt præceptiuæ, sed purè pēnales. Non enim leges statuunt tributa prædicta esse soluēda, & si quis defraudauerit ea, bona illius præscribantur: sed statuunt pœnam præscriptionis bonorum defraudantibus tributa; vel aliā simulem pēnam. Quocirca, est in electione subditi, an velit soluere huiusmodi tributa: vel subire pœnam, vbi in fraude fuerit deprehensus.

Imò si leges prædictæ sunt purè pœnales, & non pēnales conditionatæ, in foro animæ solū obligant ad luendam pœnam aduenīente iudicis condemnatione, non tamen ad soluēda vectigalia; cum lex purè pēnalis nihil aliud contineat, quàm pœnā, neque ad aliquid aliud obliget, quàm ad pœnam: pœnam autem nemo cogitur soluere ante iudicis condemnationem: vt per Doctores in c. si aternitas, 12. q. 1.

Secunda pars huius opinionis similiter probatur ex Panor. ibi annotamus, n. 5. de censib. quoniam Ciues, iusta causa illud postulante, possūt sibi imponere onera, quibus possint eorum necessitatibus consulere, vt in l. 1. §. quibus autem, ff. quod quisque Vniuer. ergo durante iusta illa causa, non possunt collectas ipsis defraudare. Et quoniā ad huiusmodi collectas illi tantū tenentur, qui in eas consentiunt, ar. tex. in c. quod omnes tangit, de reg iur. in sexto, & illi, ad quos necessitates, propter quas illæ collectæ imponuntur, pertinent; sed extranei neque cōsentiunt in collectas Ciuitatis sibi alienæ; neq; pertinet ad eos prospicere necessitati talis Ciuitatis; ergo collectæ soluendæ sunt a Ciuibus, & non ab exteris; durante tamen legitima, & iusta causa: aliàs ea cessante, nec à Ciuibus debēt solui, ar. tex. in c. cùm cessante, de appell.

Quarta sententia, quæ nobis magis probatur est Nauar. in suo Man. c. 17. n. 200. & c. 23. n. 54. qui non solùm Angeli sententiæ assentitur; sed in vniuersum docet omnia vectigalia, pedagia, & gabellas, etiam ex consensu populi per modū collectæ impositas, si statuta, & leges, illas imponentes, adiunctam pœnam temporalē habeāt, in foro conscientiæ non obligare ad eorum solutionem, sed ad solam pœnam illam post Iudicis sententiam. Secundum hāc opinionem fuit decisum Bononiæ, vt habetur ex Beia in resp. casu conse. p. 1. casu 13.

Probatur primo, quia secundum nō nullorū sententiam leges humanæ purè pœnales nō obligant ad culpā: eo quòd videtur à ratione alienum, vt humanæ sanctiones duplicem statuāt,

pœnam

pœnam pro earum tranſgreſſione; temporalem ſcilicet & ſpiritualem ſi obligarent ad culpam. Modò vectigalia, & alia tributa, etiam per modum collectæ impoſita, ſunt veluti quædam leges humanæ ciuiles; ſi ergo pœnam imponant defraudantibus ea, non cenſentur obligare ad culpam.

Secundò ſi ſubditi ad huiuſmodi tributa perſoluenda, tanquam in foro conſcientiæ debita, 10 tenerentur; tunc ſequeretur, quòd defraudãtes ea, tenerentur non modò ad pœnam poſt Iudicis ſententiam; ſed etiam ad ipſorum tributorũ, quę fraudauerunt, ſolutionem: ſicut fur, qui nõ modo mulctatur pœna conſtituta a lege, ſed etiam condemnatur ad reſtitutionẽ eius, quod rapuit. Quod quidem in practica non ſeruatur: & nemo eſt, qui id concederet.

Tertiò nos videmus tributa paſſim à fidelibus 11 fraudari citra conſcientiæ ſcrupulum; ergo ſignum eſt, licitum eſſe eaſdem defraudare citra culpam. atque ideo ſubditorum arbitrio committi eligere pœnam, poſt Iudicis condemnationem; aut ſoluere tributa: quia conſuetudo eſt optima legum interpres.

Quartò tributa fraudantes exponunt ſe peri- 12 culo perdendi merces, ſi in fraude comprehẽdantur: & Gabellarij exponunt ſe fortunæ lucrandi ea; ergo ſicut Gabellarij deprehendentes fraude deferentes merces, in foro conſcientiæ iuſtè illas ſibi retinent, nec tenentur reſtituere; eodem modo erit dicendum de fraudantibus vectigalia, vt in foro conſcientiæ iuſtè ſibi retineant portionem illam debitam Gabellarijs, ita vt ad reſtitutionem non obligentur: quia aliàs ſtatuta illa non æqualiter ſe haberent in ordine ad bonum commune, iuxta ea, quæ docet Syl. in ſum. in ver. Lex. q. 5.

Et confirmatur, quia huiuſmodi ſtatutum, ſi 13 expreſsè hoc ſtatueret, eſſet valdè rationabile: ſicut hoc idem eſſet, ſi fieret per pactum: quoniam valet argumentum de pacto ad ſtatutum: vt in l. impoſſibile, ff. de pact. gl. in rubr. C. de Decur. lib. 10. & latè Bar. in l. 1. C. de ſum. Trin. & fid. cath. ergo cùm non conſtet de contraria voluntate legislatoris, vt æqualitatem cenſeatur ſeruare, tam circa Gabellarios, quàm circa ſubditos, præſumitur mentem illius fuiſſe, vt ſicut Gabellarij non tenentur reſtituere merces defraudantium tributa, ſed illas iuſtè poſſint ſibi retinere; ita etiam fraudantes ipſa tributa, ſi in fraude non comprehendantur, portionem illam Gabellarijs debitam non teneantur reſtituere: ſed in foro conſcientiæ licitè retinere ſibi poſſint.

Præterea, nos videmus Principes tributa, ſeu gabellas imponere multò maiora, quàm neceſſitas imponendi exigat: propter quod dicendum eſt, Principes, vel peccare plus æquo exigentes, vel ſi non peccant, dicendum eſt voluiſſe ſubditos ſupradicto modo obligare, & nõ aliter.

Accedat etiam, quòd Principes ſciunt homi- 14 nes conſueuiſſe gabellas fraudare, nec ſibi à Cõfeſſarijs ad reſtitutionem illos cõdemnari, cùm omnes ferè tributa quoad quantitatem, & qualitatem dubia ſint, an iuſtè conſtituantur: eo quòd tot conditiones exigũt ad eorum iuſtitiã, vt ſemper iniuſta eſſe præſumantur, niſi contrarium conſtet: vt in c. quamquam de cenſ. in ſexto. Vndè Caiet. in ſum. in ver. Vectigalia, Confeſſores monet debere eſſe prudentes, ne ad eorum reſtitutionem defraudantes de facili condemnent; ergo ſignum eſt, Principes noluiſſe obligare ſubditos fraudantes gabellas ad culpam, ſed ad pœnam dumtaxat, ſi in fraude deprehendantur.

Reſtat modo, vt ad argumenta reſpondeamus.

AD argumentum pro ſententia Tab. adduc- 15 tum, reſpondetur quòd eſt diuerſa ratio de teſte, & principali debitore; nam teſtis non tenetur, niſi requiſitus reſpondere; at verò debitor tenetur creditori ſuo, etiam irrequiſitus ſatisfacere. Vndè ſi ſubditi tenerentur iuſta tributa ſoluere, etiam irrequiſiti tenerentur: ſed quia in foro conſcientiæ non obligantur præciſè ad eorum ſolutionem, ſed in illorum facultate eſt, tributa ipſa ſoluere, aut defraudare, & periculo ſe exponere amittendi merces; id circo de Tab. ſententia nulla videtur habenda ratio.

Ad primum & ſecundum ſecundæ ſententiæ 16 dicitur, quòd licèt de iure naturali, & diuino tributa Regibus, ac Principibus debeantur; tamen, quod ex his, aut illis rebus, & tanta, vel in tanta quantitate ſigillàtim, & minutim ſoluantur, eſt iuris humani poſitiui, atque ideo pendet ex eorundem Principum lege, qua declarant, quantum, & ex quibus mercibus ſint ſibi ſoluẽda; & non ſoluentibus imponunt temporalem pœnam. Vndè fraudantes tributa non intẽdunt legi naturali, vel diuinæ contrauenire; ſed cùm tractetur de lege merè pœnali, arbitrio eorum committitur, an velint ſoluere, an potius tributa fraudare, & exponere ſe periculo luendæ pœnæ, & perdendi merces ad notabile Principis emolumentum: vel lucrandi illam partem gabellæ in paruum eiuſdem Principis detrimentũ. Ita Beia loco citato.

Nec obſtat, ſi diceretur, quòd ſi licitum eſſet fraudare gabellas, tũc ſubditi omnes poſſent illas defraudare in grane Principis, ac totius Reip. damnum, cùm, ſi tributa Principes non exigãt, Reip. & Ciuium conſeruationi cõſulere nequirent: quoniam reſpondetur quòd ad exigendum gabellas conſtituuntur miniſtri adeò pertigiles vt fraudari de facili non patiantur: & ſi aliquando contingat eos defraudari, multoties fraudantes in eorum fraude comprehenduntur, à quibus pœnas exigunt, & damna compẽſantur cum pœnarum ſolutione.

Ad tertium dicitur, quòd imputandum eſt 17 ementibus prædictas gabellas ſi non inuigilant, ne fraudentur: nam ſub tali conditione cenſentur illas emiſſe. Sicut enim vigilando, ſi fraudantes in eorum fraude comprehendant, illorum merces lucrabuntur: ita ſi non vigilant, damnum ipſismet, & non fraudantibus adſcribitur.

Ad quartum reſpondetur quòd nulla lex ha- 17 bet vim obligandi ad culpam, niſi ex voluntate legislatoris, quæ voluntas verbis adeò claris ſubdito conſtare debet, vt non poſſit ignoran-

rantiæ, aut dubio dari locus: cùm igitur in casu noſtro lex pœnam conſtituat, & nihil aliud de culpa meminit, procul dubio voluntatem Legislatoris non dicitur clarè exprimere; cùm pœna non pendeat neceſſariò à culpa, vt patet in irregularitate, quam contrahit Iudex, bigamus, &c.

Confirmatur quia ſi Legislatores pœnam ſtatuentes pro obſeruatione legis, interrogarentur de culpa, fortè de culpa non excogitaſſe de facili reſponderent.

Confirmatur prætetea ex Alfonſo Caſtr. lib. 1. 18 de poteſt. legis pœn. c. 9. vbi pluribus probat, nõ modo legem purè pœnalem non obligare ad culpam, quando nihil proltibet, aut præcipit ſed tantùm pœnam imponit illi, qui aliquid fecerit, aut agere prætermiſerit; ſed ſolùm ad pœnæ ſolutionem poſſ Iudicis condemnationem: verùm etiam legem miſtam, quando aliquid fieri præcipit, aut prohibet. & ſtatuit pœnam contra eiuſdem legis tranſgreſſores, eũm inter hanc legem miſtam, & purè pœnalem non ſit realis, ſed tantùm verbalis differentia: vt latè probat Beia loco citato cum alijs ab eo allegatis. Licèt in contrarium ſit communis ſententia.

Ad quintum facilis eſt reſponſio, quoniam argumentum procedit, quando pro ſolutione huiuſmodi collectarum non imponitur pœna, ſecus autem, ſi pœna imponatur vtſupra diximus.

Ad ſextum dicitur, quòd licèt ſecundum ali- 19 quos, qui periculo magnæ iacturæ bonorum, aut famæ, vel amiſſionis vitæ ſe offert, peccet mortaliter; tamen aliud eſt dicere, aliquem peccare, eo quòd temerè ſe vitæ periculo ob icit: & aliud eſt dicere, cum peccare, eo quòd facit contra legem, dictam pœnam ſtatuentem. Nam tanta cautela poteſt quis hanc legem tranſgredi, vt probabiliter pœnæ ab ea conſtitutæ in periculum non incidat.

Immo de fama, & alijs bonis, non eſt culpa 20 mortalis, ſi quis eorum iacturæ periculo ſe exponat: vt bene docet Sot. lib. 5. de Iuſt. & Iur. q. 10. ar. 2. Nauar. in Man. c. 23. n. 53. & Beia ibid.

Ad ſeptimum argumentum Angeli, quoad collectas, patet ſolutio ex reſponſione ad ſecundum, ſecundæ ſententiæ: nam argumentũ procedit, quotieſcunque non adijcitur pœna: ſicut diximus de gabellis, & pedagijs.

Quibus caſibus contrahitur excommmunicatio in hoc canone lata contra imponentes noua pedagia, ſeu gabellas, & imponi, aut augeri prohibita exigentes, & quibus effugitur. Q. 13 & vlt.

SVMMARIVM.

1 *Princeps ſuperiorem recognoſcens, in terris ſuis noua pedagia imponens, incidit in excommunicationem huius canonis: quæ quidem concluſio vndecim modis ampliatur, & ſex alijs limitatur.*

2 *Principes ſuperiorem non recognoſcentes, ſi noua pedagia imponant in terris ſuis, excommunicationem aſſequam non contrahunt. Idem dicendum eſt, ſi antiquas augeant. etiam ſine licentia Romani Pontificis, niſi id iniuſtè faciant ex parte alicuius ex cauſis, vel etiã perſonarum, quibus imponuntur.*

3 *Exigentes tributa impoſita, vel augeri prohibita, incidũt in excommunicationem huius canonis, ſiue ea agant per ſe, ſiue per alios, ſecundum aliquos.*

4 *Qui per alium facit, non dicitur vere, ac propriè facere, ſed interpretatiuè.*

5 *Capientes perſonas, & ad eos ducentes, qui iniuſta tributa exigant, ſi alias ob fugam exacta non fuiſſent, excommunicationem contrahunt.*

6 *Exigentes ſcientes tributa iniuſta, illo vnquam tempore præſcribere ea poſſunt.*

7 *Exigentes iniuſta tributa dubitantes talia eſſe, an & quando ex communicationem incurrant. Multas ampliationes, ac limitationes ad hanc materiam pertinentes vide in con. 3. huius q.*

IN hac re, quæ ſuprà explicatas quæſtiones diſperſa ſunt in vnum colligentes paucis additis rem ipſam tribus concluſionibus breuiter definiemus. Quocirca ſit.

Prima Concluſio.

1 PRincipes ſuperiorem recognoſcentes, noua pedagia, ſeu gabellas in terris ſuis imponentes, incidunt in excommunicationem noſtri canonis Hæc concluſio eſt communis, & ex tenore dicti canonis clarè colligitur.

Ampliatur hæc cõcluſio ſex modis relatis ſuprà q. 6 con. 1. nempe, vt generaliter lata ſit contra omnes; qui ſuperiorem habeant, ſiue dominium directum tantùm habeant terrarum, ſiue vtile tantùm, ſiue vtile & directum, ſiue prædones, & iniuſtè detentores dicantur.

Secundò ampliatur, vt ſtatim ac noua tributa imponunt, alligentur.

Tertiò ampliatur, vt excommunicatio iſta cõprehendat imponentes vtſupra noua tributa, quæcunque ſint.

Quartò ampliatur, vt excõmunicatio hęc alliget imponentes noua pedagia ſuper quibuſcunque rebus.

Quintò ampliatur, vt excommunicatio prædicta alliget imponẽtes noua pedagia ſuper quibuſcunque perſonis.

Sextò ampliatur, vt prædictam excommunicationem contrahant etiam Vniuerſitates, quę ſuperiorem recognoſcunt.

Septimò ampliatur, vt excommunicatio iſta includat vt ſupra imponẽtes noua pedagia, etiã ſi aliàs iuſta ſint ex parte cauſæ materialis, formalis, & finalis, & perſonarum, quibus imponũtur: quoniam ſatis eſt, vt noua pedagia iniuſta ſint ex parte cauſæ efficientis: eo quod hoc caſu tributa dicuntur imponi in caſibus à iure non permiſſis; quod vi præſentis canonis expreſsè prohibetur.

Octauò ampliatur, vt excommunicatio prædicta extendatur contra imponentes noua pedagia, qui ſuperiorem recognoſcunt etiam ſi aliàs iuſta ſint, & in terris ſuis non imponant: ſed tantùm in territorio propriarum terrarum, vt ſupra diximus, q. 2. in fine.

Nonò ampliatur, vt excommunicatio iſta cõpræhendat ſupradictos dominos cõſtituẽtes

tes

tes nouiter domum panis, in qua Domini terrarum, seu Ciuitates curant poni panem, aut sal vendi à Præpoſito illius officij: nam appellatione pedagiorum, & gabellarum venit etiam domus panis, vt ſupra probauimus, q. 4. con. 3.

Decimò ampliatur, vt ſub eadem excommunicatione compræhendantur prædicti Domini, etiam ſi tantùm augeant tributa antiquitus impoſita, vt ex tex. noſtro clariſſimè colligitur in illis verbis: *Vel augent*: Quod verum eſt, etiam ſi id in textu non fuit expreſſum: quia cùm in eo prohibeantur noua pedagia imponi, conſequẽter cenſentur prohibita vetera nouiter augeri: eo quòd augere antiqua tributa, eſt noua imponere, vt ſupra, q. 8. annotauimus.

Præterea, ſicut nõ poteſt nouum vectigal induci, & ſic totum quoddam imponi; ita nec iam inductum nouiter augeri, & ſic nec in partẽ nouum induci: quoniam argumentum de toto ad partem validum eſt in iure, l. quæ de toto, ff. de rei vendic. l. 3. ff. pro derel. & c. Paſtoralis, §. item cùm totum, de offic. deleg.

Rurſus ſi vetera poſſent augeri, nouis imponi prohibitis, proculdubio fraus fieret legi, & contra illius mẽtem committeretur, atque ideo contra legem, per ea, quæ habentur in l. non dubium, ff. de leg. & in c. certum eſt, de regul. iur. in ſexto, & quod vna via prohibetur, per aliam fieret contra tex. in c. cùm quid, eod. tit. lib. 6. & latè habetur ex Vgol. hic in ver. Vel augent. Vbi etiam ait, quòd eandem excommunicationem contrahunt augentes huiuſmodi tributa, ſiue licitè impoſita ſint, ſiue illicitè.

Vndecimò ampliatur: vt excommunicatio iſta alliget imponentes noua pedagia, ſeu gabellas, illaſque augentes, etiam ſi Domini ſint: ſuperiorem non recognoſcentes, dummodo imponant, vel augeant in caſibus à iure ſibi non permiſſis, vt in ſequenti concluſione latius, Deo duce, declarabimus.

Sic ampliata limitatur eadem concluſio in quatuor caſibus, quos ſupra retulimus, q. 6. quorum primus eſt, vbi domini ſuperiorẽ recognoſcentes, imponunt noua pedagia, & alia tributa, vel eadem augent cum ſuperiorum licentia. Secundus eſt, quando huiuſmodi Principes ex conſuetudine hanc facultatem imponendi noua pedagia, & vetera augendi habent. Tertius vt excommunicatio iſta non compræhendat mãdãtes, conſulentes, & hortantes imponi huiuſmodi tributa. Quartus vbi imponerent nouas tallias, vel collectas.

Quibus adde quintum caſum, quando hi Domini ſuperiorem recognoſcentes, velint antiqua pedagia nouiter exigere: quia tunc in excommunicationem prædictam non inciderẽt: eo quòd aliud eſt pedagia noua imponere, & aliud antiquitus impoſita nouiter exigere, vt ſupra diximus, q. 3. in fine.

Denique omnia, quæ diximus de imponẽtibus noua tributa, militant etiam in augentibus antiqua; atque ideo in eiſdem caſibus, quibus euadunt excommunicationem imponentes noua tributa, euadunt etiam vetera augentes, vt per Vgol. loco proximè citato, in fine.

Secunda Concluſio.

1 PRincipes ſuperiorem non recognoſcentes, ac abſoluti, noua tributa imponentes, in excommunicationem noſtri canonis non incidunt.

Probatur, quia hi iure proprio ea imponendi facultatem habent: eo quòd imponere noua tributa, eſt effectus ſupremæ iuriſdictionis, l. 3. C. noua vect. c. innouamus, de cenſib.

Ampliatur hæc concluſio, vt idem dicẽdum ſit de Ciuitatibus liberis, merum, & miſtum imperium habentibus: nam hæ Ciuitates, cùm ſupremam habeant iuriſdictionem, imponentes huiuſmodi tributa, excommunicationem aliquã non contrahunt. Sicut & bi, qui ex immemorabili conſuetudine talem facultetem habent, vt ſupra, q. 3. declarauimus.

Secundò ampliatur, vt ſupremi Principes Ciuitates, & alij ſupradicti non ſolùm poſſint noua tributa imponere, ſed etiam antiqua ſimiliter augere: quia, vt ſuperiori concluſione diximus, antiqua tributa augere, eſt noua imponere.

Tertiò ampliatur, vt ſupremi Principes, & alij ſupra nominati poſſint noua pedagia imponere, & antiqua ſimiliter augere, etiam ſine licentia Romani Pontificis, vt ſupra probauimus, q. 7. concl. 1.

Quartò ampliatur, vt præfati Principes, & Ciuitates imponentes noua tributa, aut antiqua augentes, nõ incidant in excommunicationem huius canonis, etiam ſi imponant ea in caſibus à iure nõ permiſſis, aut omnino damnatis; dummodò accedat licentia Romani Pontificis, vt probauimus ſupra, d. q. 7. con. 2.

Sic ampliata limitatur eadem concluſio, vt non procedat, vbi huiuſmodi Principes abſoluti noua tributa imponerent, aut antiqua augerẽt iniuſtè, ſiue iniuſta ſint ex parte cauſæ materialis, ſiue ex parte cauſæ formalis, ſiue finalis, quoniam his caſibus dicerentur tributa imponere, vel augere in caſibus à iure non permiſſis: quod vi canonis expreſsè damnatur, & conſequenter in eiuſdem excommunicationem inciderent, vt ſupra latè probauimus, q. 6. con. 2.

Secundò limitatur prædictos Principes, quãuis ſupremam iuriſdictionem habeant, & tributa iuſta imponant ex parte omnium cauſarum: nihilominus ſi iniuſta ſint ex parte perſonarum, quibus imponuntur, vt quia onerantur clerici, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, & exemptæ ad dicta tributa perſoluenda probabiliter puto excommunicationem contrahere, vt ſupra diximus, d. q. con. 3. & latius. q. 10. licèt in contrariũ ſit communis opinio.

Tertia Concluſio.

3 EXigentes tributa imponi, vel augeri prohibita, incidunt in excommunicationem huius canonis. Hæc concluſio clarè colligitur ex tex. in illis verbis: *Seu imponi, vel augeri prohibita exiguntur*.

Ampliatur primò hęc concluſio, vt excõmunicatio iſta includat non modò, qui per ſe exigunt iniqua tributa, ſed etiam per alios; atque ideo, tam miniſtros exactores, quam qui præſtat exigendi auctoritatem, ſiue ſint hi qui noua, & in-

iniuſta tributa impoſuerunt, ſiue eorum hæredes alias contingeret vilem perſonam, quæ exigit ſæpius excommunicari, & virum potentem, cuius auctoritate exiguntur, excommunicationem euadere. Ita Graff. hîc lib. 4. dec. p. 1. c. 18. num. 83. & Vgol. eodem loco, in ver. Seu imponi, vel augeri: ibi; Sextò in excommunicationem. Vbi etiam ait, quòd prædicti auctoritatem præſtantes ad exigendum, dicuntur verè exigere: nam qui per alios facit per ſe ipſum facere videtur.

Quòd quidem nobis in rigore nõ probatur, quia auctoritatem præſtare ad exigẽdum in rigore non eſt exigere, & in pœnalibus verba ſunt ſtrictè intelligenda. Tantò fortius, quia qui per alium facit, non dicitur vere facere, ſed interpretatiue: & ideo excommunicatio lata contra facientes, non includit mandantes: vt latè ſupra de hac re tractauimus, c. 1. q. 48. Quo circa dubia proculdubio redditur ſupradicta ſententia; niſi velimus dicere quòd hi ſint cooperatores a, & ſocij criminis; quod nobis verius videtur.

Secundò ampliatur, vt excommunicatio prædicta extendatur etiam contra eos, qui capiunt b perſonas. & ad eum ducunt b, qui iniuſta tributa exigit: vt ſunt Beruarij, & Barbiani. Quod verum intelligit Vgol. loco citato, in ver. Quintò excommunicatio, vbi alias exacta ob fugam non fuiſſent, ar. tex. in clem. 1. & ibi glo. de ſepul.

Tertiò ampliatur, vt exigentes iniuſta tributa in hanc excommunicationem incidant, etiam ſi iuſto metu illa exigant; niſi ad euitandã mortem aut membri mutilationem, id agant, vt ſupra probauimus, q. 11. con. 1.

Quartò ampliatur vt exigentes iniuſta tributa, teneantur, à quibus extorſerunt ea reſtituere, vt in d. con. 3. diximus. Nec vllo vnquam c tempore poſſunt iniuſtè exacta præſcribere, ſi ſcienter exegerint: quia malefidei poſſeſſor nunquam præſcribit, c. poſſeſſor malæ fidei, de reg. iur. in 6.

Quintò ampliatur, vt exigentes iniuſta tributa, etiam probabiliter ignorantes, ſi deinde ſuperuenerit ſcientia; teneantur ſtatim abexactione deſiſtere: aliàs exigere proſtquentes peccant mortaliter, in excommunicationem incidunt, & ad eorum reſtitutionem tenentur; vt ſupra citata q. 11. con. 4. annotauimus.

Sextò ampliatur, vt exigentes iniuſta tributa 7 in hanc excommunicationem incidant. etiam ſi dubitauerint talia eſſe; dummodo ſponte exegerint: & certiorati de eorum iniuſta, eadem reſtituere tenentur, vt habetur ind. q. 11. con. 5.

Septimò ampliatur. vt exigentes iniuſta tributa, in excommunicationem incidant, etiam ſi tãtùm iniuſta ſint ratione perſonarum, à quibus exiguntur, per ea quæ ſupra diximus, q. 6. con. 3. Et ſi cõtrarium teneat Vgol. hîc, in ver. Seu imponi. vel augeri, &c. §. 1. ver. Tertiò in excommunicationem: & Graff. ibidem, lib. 4. deciſ. p. 1. c. 18 num. 84.

Octauò ampliatur, vt exigentes iniuſta tributa, hanc excommunicationem contrahant, etiam ſi antiquitus alibi impoſita ſint, ſed non ibi, vbi exigunt: eo quòd ibi pro nouis habentur. Noua enim vectigalia dicuntur, etiam reſpectu loci, vbi exigũtur, vt bene declarat Vgol. hîc, in ver. ſeu imponi; ibi: Tertiò excommunicatio afficit.

Sic ampliata limitatur primò, vt exigẽtes tributa huiuſmodi, in excommunicationem nõ incidant, vbi probabiliter ignorent illicita eſſe, vt ſupra probauimus, q. 11. con. 2. & id verum eſt, ſiue ignorantia ſit Iuris, ſiue facti, ar. tex. in c. Apoſtolicæ, de cler. excom. miniſtr. & c. 2. de cõſtit. lib. 6. Quare famuli, & rudes homines, qui ſæpe ad hæc exigenda præponuntur ad portas, & ad alia loca, ab excommunicatione hac excuſantur ex capite probabilis ignorantiæ. Sicut etiam qui ab aliquo Principe dicta tributa cõducunt. Ita Vgol. ibidem, §. 1. ver. Secundo loco, & Graff. lib 4. deciſ. p. 1. c. 18. n. 83.

Secundò limitatur, vt excommunicatio iſta non comprehendat exigentes iniuſta tributa a ſponte dantibus: vt ſupra declarauimus. q. 9.

Tertiò limitatur, vt excommunicatio hæc nõ extendatur contra exactores, qui illicita tributa, probabiliter ignorantes talia eſſe, exigunt compulſi ab eorum Dominis: tenentur tamen exacta reſtituere, certiorati de iniuſta exactione quatenus facti ſunt locupletiores: vt ſupra diximus, q. 11. con. 6. Et ita puto reſtringendam eſſe ſententiam Vgol. qui loco ſupra citato, in ver. Quartò in excommunicationem, ait ſimpliciter, quòd qui inuitus huiuſmodi tributa exigit, vt quia inuitus huic muneri à Principe præficitur; ſed quia repugnare ob probabilem metum non audet, ob eam rẽ in excommunicationem non incidit. Probauimus enim in d. q. 11 concluſione 1. nõ quemlibet iuſtum metum excuſare ſic exigentes; niſi metus ſit mortis, aut mutilationis membri.

Quartò limitatur, vt ſub hac excommunicatione non comprehendãtur, qui antiquitus tributa licitè impoſita, ſed ob aliam cauſã diù intermiſſa, rurſus exigir, c. Vt ſi Ciuitas, quã iuſta c tributa exigens, dum in ditionem alicuius Principis deuenerit, & eo tempore illa nõ exegerit: modò priſtinam libertatem adepta dictorũ tributorum exactionem reſumpſerit, vt habetur ex Syl. in ver. Gabella. 3. n. 5. ver. Aduertenda ſũt quædam: & Vgol. in d. §. 1. ver. Quintò in excommunicationem.

Quintò limitatur, vt excommunicatio iſta nõ extẽdatur contra eos, qui dolo tributa exigunt, aggredientes viatores in via, & dicentes ſe eſſe d præpoſitos ad exigẽda tributa, cùm non ſint; nã licèt hi teneantur pœna concuſſionis; in hãc tamen excommunicationem nõ incidunt: quippe quæ in eos tãtùm fertur, qui ſuo iure huiuſmodi tributa exigere ſibi perſuadent, vt per Vgol. ibi in fine.

Sextò limitatur, vt excommunicatio iſta non comprehendat perſonas priuatas, quæ cùm ad id obligatæ nnn ſint, pecuniam à viatoribus recipiũt, vt eos ſecuros e per locum aliquẽ ducãt: nam hi iuſtè ſuas operas locare dicuntur cùm ad eas gratis præſtandas non tenerentur. Ita Io. Andr. & Panor. in c. ſuper quibuſdam, de verb. ſign. & alij, quos refert, & ſequitur Vgol. loco citato in ver. Sextò in excommunicationem.

ADDITIO.

a Cooperatores Hãc eãdẽ opinionẽ docet Suar. de cẽſur. diſp. 21. ſec. 2. n. 43. Vgol in explic. Bull. cœn. §. 2. u imponi, vel augeri, verſ. Quartò, & ſextò, Duar. in Man. c. 27. num. 61. Graff. 1. par. Deciſ. lib. 4. c. 18. num. 83. Reginald. lib. 9. ſuæ prax. num. 276. & alij communiter, aſſerentes hac excommunicatione alligari exigentes per ſe ipſos, aut famulos præpoſitos ad exigendum, aliosque miniſtros, qui exactioni cooperantur, vt qui recipiunt pecunias, qui ſcribunt, qui explorant ea, quæ ſcruntur. Quorum opinionem licèt non ſequatur Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 6. pun. 3. num. 10. ſed in rigore teneat cum Duardo hoc loco; nihilominus quoad mandantem auctorizãdo, ait eſſe probabiliſſimam, & in praxi debere ſuſtineri, ſi cõſtaret in praxi receptam eſſe. Abb. Alex.

b Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 6. pun. 3. num. 16. vbi etiam, num. 17. excludit ab hac excommunicatione reformantem vectigalia iam impoſita. vt ſi loco tritici, aut olei pecuniam æqualis valoris exigat: ſiquidem is non dicitur nouas gabellas imponere, vel exigere; ſed potius exigendi modum immutare, contra tex. in l. vectigalia, ff. de publican. & vectigal. vt rectè Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 26. num. 110. Io. Vincenti.

c Adde Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 9. num. 12. ſiquidem aliud eſt gabellam nouiter imponere, aliud antiquitus impoſitam nouiter exigere. D. Cæſar.

d Hanc eamdem ſententiam ſequitur Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 6. pun. 3. num. 14. vbi etiam num. 15. probabiliter ait, non ligari excommunicatione vectigalium exactorem, qui aliquid plus exigit, quàm à Superiore præſcriptum ſit: quoniam hæc rapina potius eſt, quàm gabellarum exactio. Et Rebuff. & alij putant, vi huius canonis illos tantùm excommunicari, qui auctoritate publica citra Superioris licentiam, noua pedagia imponunt, vel augent, vel impoſita exigunt; is autẽ non publica, ſed priuata auctoritate auctas gabellas extorquet. Abb. Alex.

e Adde hic Filluc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. c. 5. num. 3. & Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 6 pun. 3. num. 13. qui ex Ioan. Andr. & alijs ob id putat excuſari terræ Dominum, qui pretio mediante, facultatem alicui facit tenendi cymbam ad viatores tranſuehendos: ſiquidem, ſicut id per ſe ipſum, vel per famulos facere poteſt; ita etiam, vt id à conductore fiat, concedere poteſt. Io. Vincent.

COMMENTVM
In Canonem ſextum Bullæ in Cœna Domini.

ITEM Excommunicamus, & anathematizamus omnes falſarios litterarum Apoſtolicarum, etiam in forma Breuis, ac ſupplicationum, gratiam, vel Iuſtitiam concernentium per Romanum Pontificem, vel S.R.E. Vicecancellarium, ſeu gerentes vices eorum, aut mandato eiuſdem Rom. P. ſignatarum: nec non falsò fabricantes litteras Apoſtolicas, etiam in forma Breuis: & etiam falsò ſignantes ſupplicationes huiuſmodi ſub nomine Rom. P. ſeu Vicecanc. aut gerentium vices prædictorum.

De diuiſione præſentis canonis. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio contra falſificantes litteras Apoſtolicas, eſt antiquiſſima ante Clem. V. tempora.*
2 *Excommunicatio contra retinentes litteras Apoſtolicas falſas, aut eiſdem vtentes, an & quando contrahatur vi tex. in c. dura.*
3 *Literæ Apoſtolicæ cur ita dicantur.*
4 *Literæ Apoſtolicæ quot modis falſificentur, declaratur.*
5 *Supplicationes Apoſtolicæ, quæ nam ſint.*
6 *Falſo ſignare ſupplicationes Apoſtolicas, quid ſit, declaratur.*

TExtus diuiditur in duas partes. In prima parte ponitur excommunicatio. In ſecunda parte ponuntur perſonæ, quæ excommunicantur, & actiones, propter quas fertur excommunicatio Secunda ibi: Falſarios.

Circa primam partem eſt annot. quòd ex-
1 communicatio iſta eſt antiquiſſima. Nam continetur in Bulla cœnæ ante Clem. V. & de illa meminit glo. in clem. 1. de Iudic. Hæc eadem lata fuit ab Inn. 3. in c. ad falſariorum, de crim. falſ.

Immo in c. dura, §. adijcientes, eod. tit. etiam,
2 qui litteras falſas apud ſe habere cognoſcentes intra 20. dies non deſtruunt, aut reſignant. Qui quidem 20. dies licèt aliqui velint; quòd incipiãt currere à die cognitionis falſitatis; tamen Panor. in d. c. ad falſariorũ, circa finem vult, quòd incipiant à die excommunicationis prolatę per Ordinarios contra tales; ita quòd niſi illa præceſſerit, non erunt excommunicati: quoniam excommunicatio contenta in d. c. dura, non eſt ipſo iure, ſed ferenda.

Hoc idem tenet Angelus in ſum. in ver. Excommunicatio, Quintò, caſu 23. Syl. in ver. Excommunicatio. 7. num. 8. ver. Habentes, Suar. in ex-

explicatione huius canonis disp. 21. de censur. sec. 2. num. 49. & Buti. in d. c. ad falsariorum, qui dicit, quòd dispositio d. c. adeò fũdatur super retentione litterarum falsarum cum cognitione vt supra, vt si quis ignoranter non modò huiusmodi litteras retinuerit, sed etiam eisdem vsus fuerit, dummodo comperta veritate desistat, veniam mereatur & ab excommunicatione fiat immunis, nisi ignorantia sit crassa, vel affectata: nam huiusmodi ignorantia non excusat: vt ait Syl. loco citato. sub num. 9.

E contra verò, suppositâ retentione, & scientia, incurritur excommunicatio, etiam si tetinentes prædictis litteris non fuerint vsi. Et semel excommunicati non possunt absolui ab alio, quàm à Romano Pontifice, vt colligitur ex d. c. dura. Vbi excommunicati sunt pariter ipso iure, qui litteras Apostolicas accipiunt ab alio, quàm a manibus Papæ, seu Officialium, & bullatorum, nisi sint Magnates, qui possunt illas per internuncium accipere: quod de existentibus in Curia intelligunt Io. Andr. & Doct. ibi.

Et quamuis hodie dicta excommunicatio nô sit in vsu, nihilominus ligat, quando periculum est falsitatis; vt notat glo. & Panor. ibidem, & Tolet. in explicatione notari canonis in fine.

Circa secundam partem, quoad personas generalis est omnes, & quoscunque comprehendens, cuiuscumque status sint, aut conditionis, atque ideo includit Episcopos, Archiepiscopos, Cardinales Reges, Imperatores, laicos omnes, & clericos, masculos, & feminas: vt habetur ex Vgol. hic, §. 1. in ver. Quæ excommunicatio.

Quoad actiones autem, quatuor sunt, quæ in hoc canone prohibentur. Prima est falsare litteras Apostolicas etiam in forma Breuis.

Dicũtur autem litteræ Apostolicæ, eo quòd
3 à Romano Pôtifice dimanant, qui locum tenet, ac Sedem Petri Apostoli, qui primus fuit Christi Vicarius; Et sunt in duplici differentia; nam quædam dicuntur Breuia, quæ in forma breui ideſt breuibus verbis, & in paruis negotijs conceduntur, & à solis Secretarijs conficiuntur, & per Papam signantur in cera rubea annulo piscatoris; eandemq; vim habent ac rescripta: & quædam appellantur Bullæ à bulla plumbea illis appensa: vt habetur ex Rebuff. in eius praxi, p. 2. de Breuib. Apostol.

Falsificantur huiusmodi literæ, aut addendo,
4 aut corrumpendo, aut mutando, vt bene declarat Vgol. hic in prin.

Secunda actio, quæ prohibetur est falsificare supplicationes concernentes gratiam, vel iustitiam.

4 Sunt autem supplicationes Apostolicæ 4, pre-
5 ces in scriptis delatæ Romano Pôtifici: quæ post quam ab ipso Romano Pontifice admissæ sunt, signaturę nuncupãtur. Et si per huiusmodi supplicationes petitur aliquid gratiosè concedi, p. Beneficium. dicuntur gratiã cõtinere: eo quòd expostulatur id quod a iure non conceditur, ar. tex. in Clem. gratiæ, & clem. fin. de rescrip. Quòd si petatur aliquid, quod ius concedit, sed alio modo. nempe, vt detur sibi Iudex; vt causa alicui committatur, & his similia, supplicationes huiusmodi dicuntur iustitiam concernentes: quoniam per eas vult S. P. vt Iudex datus secundum iustitiam causam definiat.

Appellantur demque supplicationes, siue gratiam, siue iustitiam contineant: quia semper per eas impetratur aliquid. quod Princeps de iure concedere non compellitur. Ita Vgol. hic in ver. Ac supplicationum gratiam, vel iustitiam, &c. num. 1. ex Rebuff. in explicatione nostræ Bullæ ar. 4. in ver. Gratiam. Vbi etiam ait ex Mar. Soc. in c. licèt, num. 2. in ver. Tertius modus, cum seq. de crim. fal. quòd supplicationes, concernentes gratiam in eo dignoscuntur à supplicationibus concernentibus iustitiam: quòd in illis est cordula serica; in his autem adest cordula de cannabis.

Tertia actio, vi nostri canonis prohibita, est falsò fabricare litteras Apostolicas, etiam in forma Breuis: ideſt litteras conficere sine mandato, & consensu Rom. Pontificis, aut alterius, ad quem spectat: & id, tam quoad sententiam ipsarum, quàm quoad earundem subsignationem, vt in c. quàm graui, c. licèt, & c. ad falsarios, de crim. fal.

Contingit autem duobus modis litteras falsò fabricari primò vbi ea omnia falsa sunt, ex quibus litteræ constant: secundò vbi licèt conficiantur litteræ contra mentem S. P. tamen aliquid de veris litteris inseritur, p. cordula. Bulla, & bis similia: vt per Vgol. hoc loco, in ver. Nec non falsò fabricantes.

Quarta, & vltima actio, quæ in hoc canone
6 damnatur, est falsò signare easdem supplicationes sub nomine S. P. Vicecancel. aut alterius vices eorum gerentis. Circa quam actionem, est annotandum, quòd falsò signare supplicationes Apostolicas, nihil aliud est, quam signum eisdẽ apponere nomine Rom. Pontificis, Vicecancellarij, aut alterius vicem eorum gerentis, ipsis ignorantibus, non mandantibus. nec consentiẽtibus. Hoc autem duobus modis fieri contingit primò vbi supplicationes adulterino signo signãtur. Secundò vbi vero signo sigillantur, sed non de consensu eius, ad quem pertinet, vt habetur ex Vgol. loco citato, in ver. Etiam falsò signãtes &c. Sed re uera quoad hoc verè fallitur Vgol. Nam supplicationes. quæ vocantur etiam signaturę, vt habetur ex Rebuff. in sua praxi benefic. in declaratione nouæ prouisionis, quem refert, & sequitur Alter. in explic. eiusdem can. cap. 1. col. 1. in ver. Secundò notandum, sunt scripturę in papyro conscriptæ à Romano Pontifice, vel eius Delegato, seù Vicecancellario absque sigillo in medio scriptæ, partium supplicationes ac Pontificis concessiones breuiter continentes. Conscribuntur autem in papyro ad differentiã Bullarum, & Breuium, quæ scribuntur, in mẽbranis, & pergameno iuxta stylũ Romanæ Curiæ. Beneverum est, quòd si aliquãdo Breue cõtingat in papyro conscribi, semper tamen decoratur sigillo, quod Anulum appellant Piscatoris. Vndè quamuis de iure ciuili signare sit signum imprimere, seu sugillare; tamen in iure canonico vt plurimũ sumitur, ac præcipuè pro subscriptione. Quocirca ex parte, qua continet partis petitionem appellatur supplicatio; ex alterta verò parte, qua includit subscriptionem, dicitur signatura. Solet autem Vicecãcellarius, Cardinalis signare supplicationes, gratiam con-

tinen-

tinentes in casibus sibi per Regul. Cancel. concessis: vt sunt gratiæ. si neutri, vsque ad certam summam, & cum quadam limitatione. Signat etiam subrogationes, reformationes, & alias, de quibus Ludou. Rom. conf. 379. col. fin. Cur hodie Vicecancellarius non signat commissiones iustitiæ. latè habetur ex Alter. loco citato. Vbi etiam probat in ver. Ex his. quòd appellatione litterarum Apostolicarum licèt veniant Breuia, sicut & Bullæ, vt contra nonnullos probat Staph. super signat. Grat vel Iust. fol. 189. ver. Consueuit etiam aliquando, Sarnen. in tract. Breuium, col. 3. & seq. num. 5. & Rebuff. in praxi Benef. super Reg. 20. num. 16. nihilominus supplicationes non veniunt: quoniam supplicationes propriè dici non possunt litteræ Apostolicæ, cum ab alijs plurimum differant: & propterea, vt dispositio huius canonis extendi possit, etiam quoad supplicationes, nil mirum si Romanus Pontifex illarum in ipso canone meminit. Quæ quidem supplicationes, cùm aliquando iustitiam contineant, aliquando verò gratiam, de his omnibus intelligitur textus noster.

ADDITIO.

a Apostolicam. Adde Suar. de censur. disp. 21. sec. 2 num. 45. Reginald. lib. 9. suæ prax. c. 17. num. 287. Alter. in explicat. huius can c. 1. & Bonac. ibidem, disp. 1. q. 7. punct. 1. num 1. vbi etiam, num. 2. ex hoc infert, quòd litteræ sacræ Congregationis Cardinal. aut Pœnitentiariæ, aut Episcopi, vel Nuncij, aut Legati à latere, ac Datarij, non comprehenduntur sub nomine litterarum, vel supplicationum Apostolicarum, aut Vicecancellarij, aut Gerentium vices prædictorum: quoniam non expediuntur nomine Papæ, aut Vicecancellarij; sed nomine ipsorum Commissariorum, vt habetur ex Nauar. in Man. c. 27. n. 62. Alter. de censur. Bull. disp. 7. lib. 5. c. 1. vers. Hinc sequitur. Suar. de censur. disp. 21. sec. 2. num. 49. Reginald. lib. 9. suæ prax. num. 289. & ex alijs. Abb. Alex.

Quomodo differunt inter se excommunicationes, quæ in c. dura, §. adijcientes, c. ad falsariorum, de crim. falſ. & in nostro canone continentur. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio c. dura, §. adijcientes, de crim. fal. est ferendæ sententiæ; verùm à Iudice lata, Romano Pontifici reseruatur. At c. ad falsariorum, eod. tit. est latæ sententiæ, sed non est reseruata.*

2 *Falsas litteras Apostolicas apud se habere cognoscentes, ad quid teneantur, vt excommunicationem effugiant.*

3 *Vtentes litteris Apostolicis falsis, quomodo, & quando in excommunicationem incidant, explicatur.*

4 *Vtentes litteris Apostolicis falsis, quoniam modo excusentur ex capite ignorantiæ, declaratur.*

5 *Falsum nunquam committitur sine dolo.*

6 *Vtens litteris Apostolicis falsis, probabiliter ignorans esse falsas, licèt in foro interiori non sit excommunicatus, in foro tamen exteriori reputatur talis, donec doceat de probabili ignorantia.*

7 *Pœna dicit essentialem ordinem ad culpam.*

8 *Pœna omnis si iusta est, peccati pœna est, & supplicium nominatur.*

9 *Pœnitentia habet pro obiecto culpam.*

10 *Ignorantia præsumitur, vbi scientia non probatur.*

11 *Clericum percutiens non incedentem in habitu, præsumitur probabiliter ignorasse illum esse Clericum.*

12 *Testator si leget rem alienam, legatarius non potest cõpellere hæredem ad illam redimendam, aut eius æstimationem sibi dandam, nisi prius probauerit, testatorem rem legatam non ignorasse suam non esse.*

13 *Regula illa: Præsumitur ignorantia, vbi scientia non probatur; quomodo intelligenda sit, declaratur.*

14 *Electores in eligendo Prælato, non præsumuntur laborare probabili ignorantia.*

15 *Vtens litteris falsis, cur non præsumitur laborare probabili ignorantia.*

16 *Prohibita iure naturali si quis faciat, semper præsumitur dolo facere.*

17 *Malum factum dolo præsumitur actum.*

18 *Præsumptiones cùm inuicem concurrunt, inuicem eliduntur, & una tollit aliam.*

19 *Excommunicatio c. dura, §. adijcientes, non contrahitur, nisi post viginti dies post latam sententiã à Iudice: non sic excommunicatio c. ad falsariorum, & nostræ Bullæ; sed statim contrahitur.*

20 *Litteras Apostolicas accipientes ab alijs in Curia existentibus, quam è manibus Romani Pontificis, vel eiusdem Officialium, seu Magistratuum, an excommunicentur?*

21 *Text. in c. dura. duas continet excommunicationes, quæ differunt inter se, non modo quoad generalitatem, sed etiam quoad reseruationem.*

22 *Excommunicatio lata contra accipientes litteras Apostolicas ab alijs quàm a Romano Pontifice, vel eius Officialibus, abut in desuetudinem.*

23 *Clerici falsificantes litteras Apostolicas, vel eisdem vtentes, quibus pœnis afficiantur.*

24 *Clerici, licèt nunquam sint tradendi Curiæ seculari, nisi sint incorrigibiles; falsificantes tamen litteras Apostolicas, vel etiam inferiorum, statim traduntur.*

REspondetur, quòd inter excommunicationes in dictis iuribus contentas quinque 1 sunt differentiæ.

Primò differunt, quia excommunicatio in d. c. dura, §. adijciẽtes; est ferẽdæ sententiæ, verùm à Iudice lata, Romano Põtifici reseruatur, vt declarat Panor. in d. c. ad falsariorum, circa finem. Excommunicatio d. c. ad falsariorum, est latæ sententiæ, sed non reseruata. Excommunicatio autem nostri canonis est reseruata: sicut omnes aliæ, quæ in hac Bulla continentur.

Secundò differunt, quia in d. §. adijcientes, ex- 2 communicantur cognoscentes habere apud se litteras Apostolicas falsas, & infra 20. dies illas non destruentes, aut resignantes: nèc ex capite 4 ignorãtiæ a nisi probabilis sit excusantur, vt per Caiet. in sum. in ver. Excommunicatio. c. 26. Syl. in ver. Excommunicatio. 7. sub n. 8. & alios. In c. ad falsariorum, excommunicantur tam clerici, quã laici falsificantes litteras Apostolicas: eisdẽque vtentes, si laici sint, secus autẽ clerici, vt benè declarat Caiet. in ver. Excommunicatio, c. 27 In nostro autem canone excommunicantur nõ

ſolùm falſificantes litteras apoſtolicas,ſed etiam eaſdem falsò fabricantes.

Illud autem eſt annot. circa diſpoſita in d. c.
3 ad falſariorum,quòd vtentes litteris falſis, in cẽſuras & pœnas in eodem c.ſtatutas,incidũt; etiã ſi ignoráter id egerint,vt patet ex illis verbis. *Vt qui litteris noſtris vis voluerint,eas primò diligenter examinent:quoniam ſi falſis litterir ſe vſor dixerint ignoranter,eorum ſera pœnitentia euitare nequibit pœnas inferius adnotatas*. Ex quo oritur difficultas quonam pacto id verũ eſſe poſſit,ſi nos ſupra concluſimus, lib. 1. cap. 2 q. 5. ignorantiam excuſare à pœnis, maximè ab excommunicatione?

Sed reſpondetur ex Alter.in explicatione huius canonis c. 5.col. 1.in fine,& col. 2. & alijs, qui
4 videntur velle, textum illum loqui de ignorantia craſſa,aut affectata,quæ eſt eorum,qui nolũt adhibere diligẽtiam. vt facti veritatem inueſtigarẽt.Vndè illi cõtrahunt dictam excommunicationem,& pœnas in d. c. ſtatutas,cõtra vtẽtes litteris apoſtolicis falſis, qui non adhibuerunt omne ſtudium ad inueſtigandam veritatem, vt à contrario ſenſu videtur colligi ex illis verbis. *Eas primò diligenter examinent.* Quòd ſi quis vtatur huiuſmodi litteris falſis pro veris: & quantũ per ipſum licuit,curauit veritatem inueſtigare,tunc excuſatur à cenſura,& pœnis:quoniam iſte talis cùm probabili ignorantia laborans ipſis vtatur non peccat: & excommunicatio ſine peccato
5 mortali cõtrahi nõ poteſt,vt in c nemo Epiſcoporum & c.nullus. 11 q. 3. Et eò magis,quia nũquam ſine dolo falſum cõmittitur, l.nec exemplum,C. ad l.Cornel. de falſ.

Beneuerũ eſt, quòd iſte talis in foro exterio-
6 ri reputatur excommunicatus,vt ait Gloſ.in d.c. ad falſariorum.in ver. Examinẽt,cùm præſumatur ſcienter ſe vſum fuiſſe litteris apoſtolicis falſis: vel ſaltem cenſeatur affectator ignorãtiæ,atque ideo perinde ſe habet, ac ſi ſciens eiſdem vſus fuerit;quia ignorãtia affectata æquiparatur ſcientiæ,vt per Gloſ.in c.eos qui,in ver. Affectata de temp. Ordin. lib. 5.

Non tamen hæc præſumptio eſt iuris, & de
7 iure; ſed iuris tantùm; eò quòd admittit probationem in contrarium: atque ideo, qui probabiliter ignorans vſus fuerit litteris apoſtolicis falſis, ſi in foro exteriori de probabili ignorantia docuerit, excuſabitur etiam in foro exteriori ab excommunicatione,& pœnis d. c. ad falſariorum, de crim. fal. quoniam vbi non eſt culpa,non eſt pœna, cùm pœna eſſentialem ordinem dicat ad culpam.

Hinc D. Auguſtin. 1. retract. cap. 9. inquit. *Omnis*
8 *pœna,ſi iuſta eſt,peccati pœna eſt, & ſupplicium nominatur.* Et hoc clarè colligitur ex illo tex. in illis verbis. *Eorum ſera pœnitentia euitare nequibit pœnas ſuperius adnotatas*. Nam pœnitentia habet pro obiecto
9 culpam,cùm vera pœnitentia, alicuius culpæ ſit pœnitentia.

Nec mirum videatur,ſi hoc caſu præſumatur
10 ignorãtia affectata,ſeu ſcientia potius quã ignorãtia probabilis,contra tex.in c.præſumitur,de reg. iur. in ſexto,vbi habetur,quòd præſumitur ignorantia,vbi ſcientia non probatur.

Quocirca,ſi quis percutiat clericum nõ ince-
11 dẽtẽ in habitu, præſumitur probabiliter ignorare illum eſſe clericum;& propterea in excommunicationem non incidit etiam in foro exteriori,ſi ignorabat eſſe clericum,vt in c.ſi verò,il 2.de ſent excommun.

Sic etiam ſi teſtator leget rem alienam, lega-
12 tarius nõ poteſt compellere hęredem ad rem illam redimendam,aut ad eius æſtimationem ſibi dandam,niſi prius probauerit teſtatorem, rem legatam non ignoraſſe ſuam non eſſe, ſed alterius,vt in l. verius. ff.de probat. & id nõ alia ratione verum eſſe,niſi quia præſumitur ignorantia,vbi ſcientia non probatur.

Non inquam mirum videatur, ſi in hoc caſu
13 nõ ignorantia,ſed ſcientia præſumatur, quoniã regula illa præſumitur ignorantia, vbi ſcientia non probatur;nõ habet locum in ijs rebus,quas ſcire aut inueſtigare tenemur.

14 Hinc in eligendo Prælato,non præſumuntur electores laborare probabili ignorantia,cùm teneantur ante electionem diligẽter inquirere de vita & moribus eligendi,vt in c.innotuit, & ibi Glo.in ver. Ignorantiã;de elect. c.cùm in cũctis eod.tit.c. 2.61.d.& c.dilectiſſimi,8.q.2.

15 Vndè,cùm vtens litteris apoſtolicis teneatur prius inueſtigare de earum veritate, ſi falſæ comperiantur,non ignorans.ſed ſcienter id egiſſe præſumitur: atque ideo in ipſum vtentem transfertur onus probandi, quòd adhibuerit omnem diligentiam,quam potuit,& debuit, vt veritatem indagaret: qua diligentia probata, tunc vtenti litteris quantumuis falſis, non imputatur crimen,non modò in exteriori,ſed nec etiam in interiori iudicio,vt habetur ex Glo.in d.c.ad falſariorum.in ver.Dixerint,& in c.dura, ver. Euadere,de crim. fal.

Vel ſecundò dici poteſt, quòd idcirco in hoc
16 caſu ſcientia potius præſumitur:quàm ignorantia;quia agitur de eo, quod non ſolùm poſitiuo,ſed etiam naturali iure prohibitum eſt. ſicut vti litteris Apoſtolicis falſis: & propterea talis vſus præſumitur dolosè,ac ſciẽter adhibitus: quoniam quando tractatur de ijs, quæ ſunt de genere prohibitorum,ſemper præſumitur dolo, ac ſcienter facta fuiſſe: vt in l.ſi non conuicij. C. de iniur.& eſt tex.& ibi Panor. & alij in c. 1 de præſump. Nell.in tract. Ad defenſ. c.1. n.16. Felin.in c.ſi autem,n.1.& 2.de reſcr.& alij.

Nec obſtat, quod percutere Clericum eſt dẽ
17 genere prohibitorum,tũ iure poſitiuo, vt in c. ſi quis ſuadẽte diabolo.17.q.4.tum etiam de iure naturali:& nihilominus percutiens clericum, præſumitur eum percuſſiſſe ignorans clericum eſſe,vt ſupra diximus:quoniã reſpõdetur, quòd nos non diximus, quod percutiens clericũ ſimpliciter, præſumatur illum percuſſiſſe ignoranter, nam percuſſio iniuſta clerici, ſicut etiam & laici,cùm ſit de genere prohibitorum,præſumitur facta dolo,ac ſcienter,vt in d.l.ſi non conuicij;ſed diximus, percutientem clericum non incedentem in habitu, præſumi ignoranter eum percuſſiſſe: quoniam de iure talis quis eſſe præſumitur,in quali habitu reperitur.

Vndè cùm hæ duæ præſumptiones inuicẽ cõ
18 currãt,inuicem ſe elidunt,per ea,quæ docet Panor.in c.cùm inter R. n 5.per illum tex.de elec Et cũ hæc præſumptio ſit fortior tollit priorẽ. vt in c.litteras,de præſumpt. Panor in c.quia verisimile,de præſumpt.& Bal.in l.ſiue poſſidetis,in fine.in ver.Item nota.C.de probat.

Tertiò differunt,quia in d. §.adijcientes,tem-

pus

19 pus 20. dierum non incipit currere nisi post latâ sententiam excommunicationis à Iudice contra cognoscentes habere apud se litteras Apostolicas falsas, & infra dictum tempus illas non destruentes: aut resignâtes, vt habetur ex Panor. loco citato. At verò excommunicationes d.c. ad falsariorum, & nostri canonis statim ligant post patratas actiones in eis prohibitas.

Quartò differût, quia in d. c. dura, excommu-
20 nicantur accipiêtes litteras Apostolicas ab alijs in Curia existentibus, quam è manibus S. P. vel ab eiusdê Officialibus, seu Magnatibus. In c. ad falsariorum, excommunicâtur fautores, & defẽsores falsariorum litterarum Apostolicarum. In nostro verò canone excommunicantur nõ modò fallificantes litteras Apostolicas, sed etiam falsificãtes supplicationes Apostolicas, easdemque falsò fabricantes.

Est tamen adnot. quod tex. in d. c. dura, habet
21 duas partes. Nam in priori parte fertur excommunicatio, vt diximus, contra accipientes litteras Apostolicas ab alijs, in Curia existentibus, quàm è manibus Romani Pontificis, vel eiusdê Officialibus, seu Magnatibus. In posteriori verò parte, in §. adijcientes excommunicâtur cognoscentes habere apud se litteras Apostolicas falsas, & infra viginti dies illas non destruentes, aut resignantes. Hæ duæ censuræ differût interse nõ modò quoad generalitatem, vt infra dicemus, sed etiam quoad reseruationem, & modum, seu tempus ligandi. Etenim excommunicatio d. §. adijcientes, est ferendæ sententiæ, verùm à Iudice lata, Põtifici reseruatur. At excommunicatio lata in priori parte d. c. dura, licèt non sit reseruata, incurritur tamen ipso facto, vt constat ex illis verbis: *Excommunicationi subiaceat*: quæ verba significant censuram ipso iure latam, vt in c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. Ita contra Glos. oppositum sentientem, tenet Panor in d. c. dura.

Est tamenuerũ, quod dicta excommunicatio
22 hodie abijt in desuetudinem, vt ex cõmuni Doctorum sentẽtia probat Alter. in explicat. huius canonis, cap. 5. in fine.

Quintò differunt, quia in d. c. dura, § adjciẽ-
23 tes: excommunicatio licèt sit generalis quoad personas contra cognoscentes habere apud se litteras Apostolicas falsas, & illas infra 20. dies nõ destruentes, aut resignantes; tamen cotra accipientes litteras Apostolicas ab alijs quàm à S. P. vel ab eius Officialibus, aut Magnatibus restringitur ad existentes in Curia tantùm, vt ex Io. Andr. & alijs docet Syl. in sum. in ver. Excommunicatio 7. n. 8. in fine, & Tol. hic. In c. ad falsariorum, excommunicatio ex vno capite est generalis: & ex altero specialis. Est generalis contra personas falsificantes litteras Apostolicas, siue clerici sint, siue laici.

Immo clerici, vltra excommunicationem
quam contrahunt, omnibus officijs, & beneficijs Ecclesiasticis perpetuo sunt priuati: & si per se prædictum crimen commiserint degradati insuper potestati sæculari traduntur; atque ideo datur casus, in quo statim atque clericus est de crimine conuictus traditur Curiæ sæculari, estò quòd nõ sit incorrigibilis, vt bene notauit Abb. in d. c. ad falsariorum, n. 3. & Sayr. in explicatione nostri canonis, lib. 3. Thes. tom. 1. c. 10. n. 6.

Quæ pœna, excepta excommunicatione, extenditur etiam contra clericos falsificantes litteras inferiorum Iudicum, vt in c. si Episcopus, 50. d. & latè Abb. in c. olim, num. 2. de rescr. Et casus iste est singularis, in quo clericus, statim de crimine cõuictus, traditur Curiæ sæculari: nam regulariter id fieri non potest, nisi postquam constiterit clericum esse incorrigibilem, vt habetur ex Glos. in d. c. ad falsariorum, & ibi etiam Panor. num. 3. & Alter. hoc loco, cap. 5. col. 1. in prin.

Est autem dicta excommunicatio specialis cõtra vtẽtes litteris Apostolicis falsis: quia prædicta excommunicatio restringitur ad laicos dumtaxat. Vndè laici, qui vtuntur litteris Apostolicis falsis, sunt ipso facto excommunicati: clerici verò eisdem litteris vtentes, licèt officijs, ac beneficijs Ecclesiasticis spolientur, non tamen vi dicti c. sunt excommunicati, vt contra Host. docet Abb. in d. c. ad falsariorum, sub n. 6, & Caiet. loco supra cîtato. At excommunicatio, quæ in nostro canone cõtinetur, generalis est, vt supra diximus, omnes, & quascũque personas, prædictas actiones prohibitas, aut earum alteram perpetrantes comprehendens.

Ex quibus patet, quòd falsificantes litteras
24 Apostolicas, nõ solùm incidũt in excommunicationem Bullæ cœnæ, sed si cognoscât eas apud se habere, & sic retinentes, nisi infra 20. dies illas destruant, aut resignant, contrahunt excommunicationem d. § adjcientes, & si laici sint, & eisdem vtantur, incurrunt excommunicationẽ, quæ continetur in d. c. ad falsariorum.

ADDITIO.

a Adde Suar. de censur. disp. 21. sec. 2. num. 49. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. num. 185. D. Cæsar.

An mandantes litteras Apostolicas falsificare, incidant in excommunicationem præsentis canonis. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Verba legum, sunt intelligenda secundum commune modum concipiendi.*
2 *Communis vsus loquendi præualet omni rigori, & significationi verborum, etiam in odiosis.*
3 *Excommunicatio Bullæ cœnæ, lata contra falsificantes litteras Apostolicas, non extenditur contra mandantes.*
4 *Mandare, non est verè facere, sed interpretatiuè.*
5 *Dicta videntur, rei veritatem non denotat, sed interpretatiuè sumitur.*
6 *Mandantes falsificari litteras Apostolicas, an incidant in excommunicationem c. ad falsariorum.*
7 *Arma deferri ad Saracenos, si quis mandauerit, an, & qualem censuram contrahat?*
8 *Consulentes hortantes, fauentes, aut defendentes eos, qui litteras Apostolicas falsificant, an & quando excõmunicationem incurrant.*

IN hac re pugnantes, extant opiniones. Nã prima sententia est, Rodriquez in explicatio-

ne Bullæ cruciatæ,§.9.num.82.& aliorum, quos refert,& ſequitur Alfon. Vtual. in explicatione præſentis canonis,ſub n.6.alias n.152.ſecundum aliam impreſſionem dicentium, vt noſtri canonis excommunicari non modò per ſe falſificantes litteras Apoſtolicas, ſed etiam mandantes falſificari.

Hæc ſententia poteſt primò probari ex Bulla cęnæ à Greg. XIII. edita ſub anno 1584. cuius meminit Nauar in ſuo Man. c.27 .n.62.vbi fuit facta extẽſio c.ad falſariorum,cum omnibus pœnis,in eo contentis, ad falſificantes, ſeu mutantes ſupplicationes Apoſtolicas;ſed in d.c.excommunicantur non ſolùm qui per ſe,ſed etiam qui per alios falſificant litteras Apoſtolicas; ergo in noſtro canone non modò excommunicantur falſificantes,ſed etiam mandantes falſificari huiuſmodi litteras.

Secundò probatur ex tex.in c.mulieres, §.illi verò,de ſent.excomm.vbi habetur, quòd is vere committit, cuius auctoritate, vel mandato delictum committitur;ergo is verè dicitur litteras Apoſtolicas falſificare,cuius mãdato, ac auctoritate falſificãtur:atque ideo cùm in eis verè, & non interpretatiuè verba huius canonis cõueniant procul dubio in eiuſdem excommunicationem incidunt

Tertiò,Mandantes falſificare litteras Apoſto-
1 licas,ſecundum communem vſum loquendi,dicuntur verè falſarij; ergo ſi falſificantes huiuſmodi litteras incidunt in excommunicationem prædictam,incidunt etiam mandantes; quoniã verba legum ſunt intelligenda ſecundum communem modum concipiendi.ar.tex.in c.ex litteris,de ſponſ.& l.Labeo,ff.de ſupel.leg.eo quòd communis vſus loquendi prævalet omni rigori,
2 & ſignificationi verborum, c.cũ dilectus,de cõſuet.l.librorum,§.quod tamẽ Caſſius,ff.de leg.3. Quod adeò verum eſt, vt hoc locum ſibi vendicet,etiam in odioſis.In interpretatione namque legis,& cuiuſcunque etiam odioſæ diſpoſitionis communis loquẽdi vſus prævalet propriæ ſignificationi, vt per Ant.de Butr.& Panor.in c.nam & Rex,de ver.ſignif.

Immò hoc ipſum procedit, etiã ſi ſtatuto caueretur.vt verba ſtatutorum intelligãtur prout iacent,vt latè habetur ex Felin.in proem.Decr. num.14.

Denique ſententia excommunicationis lata in c.ita quorũdam de Iudæ.& in ſeq.can.noſtrę Bullæ contra deferentes arma ad Saracenos, & alios Chriſtiani nominis inimicos, & his ſimilia, quibus Chriſtianos Catholicos impugnare poſſint,extẽditur etiam ad mittentes,vt per Nauar. & alios Doct.in d.c.Ita quorũdam; ergo idẽ dicendum eſt in caſu,de quo agitur,vt excommunicatio lata contra falſificantes litteras Apoſtolicas,locum ſibi vendicet non ſolùm contra falſificantes per ſe;ſed etiam per alios.

His tamen non obſtantibus, cuntrariam ſen-
3 tentiam *a* arbitror de iure veriorem eſſe, quam
a tenet Graff. in explicatione præſentis canonis, lib.4. deciſ.p.1.c.18.num.95.& Vgol. eodẽm loco, §.2.num.3

Probatur, quia iſte canon nõ excommunicat
4 mandantes,ſed tantùm falſificãtes ergo excommunicatio lata contra falſificãtes litteras Apoſtolicas non extenditur contra mandantes falſificare: quia cum ſimus in pœnalibus,& odioſis, verba ſunt ſtrictè, & propriè interpretanda. Et ſignanter in legibus ſtatutẽtibus excommunicationem,eſt facienda ſtrictè interpretatio, atque ideo non eſt recedendum à proprietate verborum,maximè vbi tractatur de excõmunicationibus in Bulla cęnæ cõtẽtis,vt habetur ex Sayr. lib.3.Theſ.tom,1.c.2.ſubnum.6.Mandare autem falſum committi,nõ eſt propriè falſitatem cõmittere,ſed tantùm interpretatiuè. Sicut mandare,vt ſic,ſecundum propriam verbi ſignificationem non eſt facere verè,& propriè, ſed tantùm interpretatiuè: non ſecus ac cõſulere & fauere vt in c.2.de cler.pugn.in duel.vbi pugil verè homicida dicitur, & non mandans, licèt teneatur de homicidio.

Ad idem facit textus in c.vt famæ,de ſent. ex-
5 com.vbi Rom.Pontifex ait, quòd laici citra excommunicationis ſententiam de licẽtia Prælatorum capiunt clericos:cùm hoc nõ ipſi,ſed illi quorum auctoritate id faciunt,facere videãtur. Modò ly. *Videantur*:non rei veritatem vt eſt,ſed interpretatiuè ſignificat,vt per glo.in l.1.§ .deiecciſſe,in ver Videor.ff.de vi,& vi arm.

Secundò probatur,quia vbi Bulla cœnæ vult comprehendere mandantes,conſulẽtes,facientes,&c.de illis expreſſam facit mentionem,vt dicit Sayr.loco citato.Et idem videmus ſeruari in alijs iuribus;quæ quidem quando volunt punire non ſolùm facientem,ſed etiam mandantem, conſulentem &c. id explicant, extendentes pœnam ad quemcunque mandauerit, vel auxilũ, vel fauorem dederit:vt patet in c.felicis,de pœn. lib.6.& in clem.ſi quis ſuadente,eod.tit.

Hinc eſt,quòd in c.ad falſariorũ, de crim. fal. quia Summus Pontifex voluit extẽdere excõmunicationem latam cõtra falſificantes litteras Apoſtolicas etiam ad mandantes illas falſificari, fauentes,ac conſulentes,excommunicat omnes falſarios litterarum Apoſtolicarum,qui per ſe, vel per alios vitium falſitatis exercent,cum fautoribus,& defẽſoribus ſuis; ergo cùm in noſtro canone nulla mentio de prædictis perſonis fiat, ſignum eſt quòd Rom. Pontifex noluit ſub eo comprehendere.

Pro hac sẽtẽtia faciũt ea,q̃ latè tractãt Caiet. in ſum. in ver. Excõmunicatio,in prin.Nauar. in ſuo Man.c.27.n.51.& alij,quos refert,& ſequitur Steph.de Auil.de cẽſur.p.2.c.5.diſp.3.dub 2. dum in vniuerſum probant,quod excõmunicatio lata contra facientes,non ligant mandantes.

Reſtat modo, vt ad argumenta reſpondeamus.

6 AD primũ dicimus,quod ſi verba Bullæ Greg XIII.perpendantur extenſio d.c.ad falſariorũ ſit ad falſificantes,ſeu mutantes ſupplicationes Apoſtolicas:quia vt notat Nauar.ibi,appellatione litterarum Apoſtolicarum in materia odioſa, nõ comprehenduntur ſupplicationes à S.P.ſignatæ,quæ ſignaturæ dicuntur;non tamẽ videtur velle,quòd ſub diſpoſitione Bullæ includantur omnes caſus in d.c.contenti. Sed quicquid ſit de huiuſmodi extenſione ad mandantes,in hoc canone, ſicut in Bulla Clem. VIII. omiſſa eſt illius c.ad falſariorum extẽſio,& ideo,

d.c.

d. c. ad falsariorum, & casus ibi contenti remanent intra limites iuris antiqui, sicut prius, & in præsenti canone solùm continentur actiones expressæ cum reseruatione absolutionis, vt benè notat Sayr. hoc loco, lib. 3. Thes. tom. 1. c. 10. num. 3.

Ad secundum ex tex. in c. mulieres, §. illi verò de sent. excom. respondetur ex Nauar. in Man. c. 27. num. 51. quòd S. Pontifex per illa verba, *Verè commutit, &c.* nihil aliud intelligit, nisi quòd qui mandat verè delinquit; quod verum est: non tamen ait, quòd mandans percutere clericum, verè percutiat.

Ad tertium negatur antecedēs: non enim verum est, quòd mandantes falsificari litteras Apostolicas secundum communem vsum loquendi dicantur verè falsificare; sed dicuntur causa imputatiua, & consequenter imputatiuè, ac interpretatiuè falsarij.

Ad quartū respōdet Nauar. in d. c. ita quorūdam, quòd excommunicatio ibi lata contra deferentes arma ad Saracenos, idcirco extenditur ad mittentes: quia alias excommunicatio redderetur frustratoria: quādo autem lex redderetur frustratoria, tunc lex puniens facientes, extēditur etiam ad mandantes.

Hæc responsio reijcitur à quibusdam: quoniā estò, quòd verum sit, quòd vbi lex lata cōtra facientes redderetur frustratoria, extendatur ad mandantes; tamen in casu, de quo agitur, excōmunicatio lata cōtra deferentes, estò quòd non extendatur cōtra mittentes, non per hoc redditur frustratoria, vt considerāti patet. Et ideo alij respondent, quòd vbi in aliqua particulari materia iubens seu mandans secundum cōmunem vsum loquendi, dicitur facere talem rem, tunc excommunicatio lata contra ficiētes rem illam, extenditur etiam ad mandantes: cùm igitur mittere arma, & alia, quæ in d. c. ita quorūdam, prohibentur, perinde se habeat, ac deferre, secundum communem vsum loquendi, nimirū si excommunicatio lata contra deferentes, extendatur etiam contra mittentes.

Sed re vera, hæc responsio nobis nō probatur
7 nam dato quòd verum sit assumptum, tamē secundum communem vsum loquēdi, quādo aliquid mittimus, non dicimur deferre. Vndè melius dicamus cum Tol. in explicat. præsentis canonis, quem refert, & sequitur Steph. de Auil. loco supra citato, quòd in d. c. ita quorūdam, per deferentes, solùm intelliguntur ij, qui deferunt per se, & non qui mandant.

Non tamen negamus, quin mercator mittēs arma, & alia, vi d. c. prohibita, ad Turcas, ad hæreticos, & alios infideles, sit excommunicatus; sed solùm dicimus, quòd nō manet excommunicatus vi d. c. ita quorundam: & nostri canonis. Est enim excommunicatus ex vi tex. in c. significauit, de Iudæ. dum in eo habetur, quòd manent excommunicati, qui merces eis per nuncios destinarunt. Et si Dominus temporalis mandaret Mercatori, vel alius consuleret, quòd mitteret arma ad Saracenos, incideret in excommunicationē, quæ habetur in extrau. multa, & extrau. copiosus, de Iudæ. & in sequēti canone nostræ Bullæ, vt infra, Deo duce, latius dicemus.

Vndè his reiectis, firma remanet conclusio, quòd excommunicatio, vi nostri canonis lata contra falsificantes literas Apostolicas, non extenditur ad mandantes falsificari, nec etiam in consulentes, fauentes, hortantes, & defendentes.

Limitatur primò hæc conclusio, vt nō pro-
8 cedat in ijs, qui sunt socij criminis: vt si vnus de veteris bullis, bullam plumbeam extraxerit, & alius immediatè illam sibi traditam ab extrahente nouis litteris appenderit: nam estò, quòd prior ad completam falsitatem nō confluxerit; nihilominus videtur equé cū posteriori ad falsitatem cōcurrisse. Vndè, licèt excommunicatio nō liget faciētes, nisi actionem prohibitam cōsumauerint, vt bene docet Caiet. loco citato, & Steph. de Auil. vbi supra. dub. 5. quia tamē in casu nostro ad perfectam litterarum falsitatem vterque concurrit æquè principaliter, ille prior verè dicitur socius criminis: & ideo probabiliter puto; quòd in excommunicationem præsētis canonis incidat vterque.

Secundò limitatur, vt excommunicatio lata contra falsificantes litteras Apostolicas extendatur contra mandantes, consulentes, &c. vbi in ea particula talis appone retur, sub qua comprehenderentur. Vt si dicatur: quomodocumque quis fuerit causa: vel si quis fuerit causa; aut omnes. qui mediatè, vel immediatè, per se, vel per alios, directè, vel indirectè: seu quicumque fuerint culpabiles: nam tunc his casibus includerētur non modò falsificantes, sed etiam mandantes, adiuuantes, &c. per ea, quæ notat Steph. de Auil. loco citato, dub. 2. con. 2.

ADDITIO.

4 Sententiam. Hanc eamdem opinionem tenent Filliuc. tom. 1. qq moral. tr. 16. n. 188. & Reginald. lib. 9. fuæ prax. n. 289. D. Cæsar.

Ibi *(Falsarios)* Qui per falsarios litterarum Apostolicarum intelligantur in hoc canone. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Falsarij nomen, in genere consideratum, comprehendit sub se tum falsò fabricātes litteras Apostolicas, tum etiam mutantes eas quocunque modo.*

2 *Falsarij nomen, in specie sumptum, differt à falsò fabricante.*

3 *Falsificare literas Apostolicas, quot modis quis potest.*

4 *Falsarij non dicuntur, litteras Apostolicas subreptitiè impetrantes.*

5 *Falsarij non sunt formaliter, qui litteris Apostolicis alieno nomine impetratis, vtuntur: sed dicuntur falsarij largo modo.*

6 *Falsarius propriè non dicitur aperiens litteras Apostolicas, & propterea censuram aliquam non contrahit.*

7 *Falsi pœna punitur, deposita instrumenta ostendens aduersario; non tamen dicitur formaliter falsarius.*

8 *Contractus multi, quamuis non sint vsurarij; tamen tamquam vsurarij reijciuntur.*

9 *Aperiens testamentum clausum, licèt non sit falsarius;*

punitur tamen pœna falsi,

10 *Litteras priuatas aperiens, non punitur pœna falsi, sed crimine stellionatus.*

11 *Falsarius non dicitur, qui litteras Apostolicas lacerat, aut comburit; licèt grauiter veniæ puniendus.*

REspondetur, quòd licèt falsarij nomen, si in
1 genere consideretur, comprehendat sub se tum falsò fabricantes litteras Apostolicas, tum etiam mutantes eas quocunque modo; in specie tamen sumptum huiusmodi nomen differt à falsò fabricante: nam falsificare litteras Apostolicas, est, aut veras litteras ab earum fincera veritate immutare, aut vero sigillo, seu signo ad falsas litteras consignandas vti, vt in c. licèt, de crim. fal.

Vndè sub falsariorum appellatione hi omnes comprehenduntur: nempe, qui radunt veterem scripturam: qui aliquid noui scribunt: qui secât: qui lauant, aut conglutinant papyrum ad falsitatem litterarum. Item qui falsam Bullam falsis litteris apponunt: qui filum de vera bulla extrahunt ex toto, & per aliud filum immissum falsis litteris inserunt: qui filum ab ea parte, in qua carta plicatur incisum cum vera bulla, falsis litteris immittunt sub eadem plicatura cum filo similis canabis restauratum: qui à superiori parte bullæ alteram partem fili sub plumbo rescindunt, & per idem filum litteris falsis insertam reducunt intra plumbum, vt habetur in d. c. licèt.

Falsò autem fabricantes litteras Apostolicas dicuntur artifices, seu fabri bullarum: qui illas alicui priuato donant, aut vendunt ad faciendas litteras falsas: qui fabricant bullas plumbeas falsas, & his similia, vt bene docet Suar. hîc disp. 21. de censur. sec. 2. num. 45. & Sayr. hoc eodem loco, lib. 3 Thesaur. c. 10. n. 10.

Illos autem, qui contra tex. in c. dura, de crim.
2 fal. scienter litteras Apostolicas, non de manu S. Pontificis, aut eius Bullatoris, recipiunt, etsi tex. in d. c. licèt, à crimine falsitatis non reputet esse immunes; non tamen puto alligari excommunicatione nostri canonis, nisi litteræ ipsæ falsæ essent: nam isti non dicuntur propriè falsarij, sed interpretatiuè tales: cùm textus ille vtatur verbo: *Reputamus*: quod fictionem significat.

Ex hoc infertur primò quòd falsarij non di-
4 cuntur, qui subreptitiè, vel obreptitiè litteras Apostolicas impetrant, aut illis vtuntur; sed tantùm earum commodo priuantur, & in expensis condemnantur, vt in c. super litteris, de rescrip. Syl. in ver. excommunicatio. 7. num. 9. Nauar. in Man. c. 27. sub num. 62. & Sayr. loco citato, num. 5.

Nec obstat tex. in c. ad falsariorum, in fine, de crim. fals. vbi post statutam pœnam excommunicationis contra falsificantes litteras Apostolicas, ac contra eisdem vtentes, tandem ita concludit. *Quod & de his, qui falsas litteras impetrant, statutum obseruandum.* Quo circa Romanus Pontifex ibi videtur excommunicare litteras falsas impetrâtes, sicut excommunicati sunt, qui vtuntur litteris falsis: atque ideo falsarij videntur, etiâ qui subreptitiè, vel obreptitiè litteras Apostolicas impetrant, nam qui falsò narrando impetrant litteras Apostolicas, dicuntur impetrare litteras falsas; quoniam respondetur, quòd illi, qui suppressa veritate, vel expressa falsitate, impetrant litteras surreptitias, non dicuntur impetrare litteras falsas. sed obtinent veras litteras, licèt vtantur falsa narratione ad illas impetrandas.

Vndè impetrans Breue surreptitium à Papa quantumuis scienter, ac dolosè, eodemque vtens, non incidit in pœnam falsarij, nec in aliquam censuram incidit, vt supra diximus ex Syl. & alijs.

Quod quidem verum est quamuis impetrâs, talem veritatem supprimat, vel falsitatem exprimat, quæ si fuisset expressa, vel retenta respectiuè, Romanus Pontifex huiusmodi litteras non concessisset. Nam sic impetrans, non peccat committendo falsitatem in litteris Apostolicis legitimè expeditis: neque falsò fabricando illas tanquam Apostolicas, quibus modis incurritur excommunicatio nostri canonis, sed vtitur falsitate tanquam medio, vt impetret litteras à S. Apostolica, quæ sint veræ litteræ, quantùm ad expeditionem, licèt falsitatem contineant quoad narrationem, vt habetur ex Riccard. in 4. d. 18. ar. 12. q. 3.

Ratio autem cur hoc casu excommunicatio non fuerit lata, hæc est, ait ibi Riccard. quia talis dolus, ac fraus facilè a Iudice, & parte detegi potest.

Secundo infertur, quòd falsarij propriè non
5 dicuntur, qui litteris Apostolicis sub nomine
a alieno impetratis vtuntur a: nam licèt tam hi, quàm surripitiè impetrantes, sint pœna digni, cũ dicantur falsarij lato sumpto vocabulo, vt in c. dicenti, 25. q. 2. verè tamen, ait Sayr. ibidem, non sunt dicendi falsarij supradictarum litterarum: quoniam litteræ huiusmodi nõ sũt litteræ Apostolicæ falsæ, sed veræ, quamuis falsa suggestione: & ideo non incidunt in excommunicationem in nostro canone cõtẽtam, nec in eam, quæ continetur in d. c. ad falsariorum, de crim. fal. Hoc idem tenet Alter. in explicat. huius can. c. 4. col. 3. cum alijs quos allegat.

Tertiò infertur, quòd aperiens litteras Apo-
6 stolicas, non dicitur propriè falsarius: atque ideo in aliquam excommunicationem nõ incidit: quia nullo iure cauetur, vt bene docet Rosel. in ver. falsitas: num. 6. ad quod etiam facit tex. in c. cùm olim, il 2. de offic. de leg. vbi S. P. ait, quòd voluit punire in quo deliquit eũ, qui acta causæ relationis Iudicum delegatorum sigilla violando aperuit; & tamen non puniuit pœna falsi.

Nec obstat tex. in l. 1. §. is qui deposita, ff. ad l.
7 Cornel. de falsi, vbi habetur, quòd is, qui deposita instrumenta oftẽdit aduersario, plectitur pœna falsi. Et Aduocati iura partis aduersario oftendentes, falsi quoque pœna puniuntur, vt habetur ex Panor. in d. c. cùm olim, & Rosel. loco citato, num. 5. quoniam nõ ex hoc sequitur, quòd sint falsarij, sed tãtùm probatur, quod puniuntur tanquam falsarij pœna falsi.

Sicut nonnulli contractus, quamuis non sint
8 vsurarij, nihilominus, vt vsurarij reijciuntur.

Sic etiam aperiens testamentum clausum pu-
9 nitur pœna falsi, vt in l. qui testamentum, ff. ad l. Corn. de Falsi. & tamen is non potest dici verè, ac formaliter falsarius.

Quod

Quod ſi aperiens litteras Apoſtolicas non dicitur falſarius tantò minus talis dicetur, qui priuatis litteras aperiret; ſed ſtellionatus crimine venit puniendus, vt per Bar. in l. 1. ff. de præuar. & latè Panor. in d.c. cùm olim, il ſecondo, & in add. ad ipſum, de offic. deleg.

Quartò infertur quòd ſi quis litteras Apoſto
11 licas in totum comburat, aut laceret, non dicitur falſarius, & ſi grauiter veniat puniẽdus propter grauem iniuriã qua Sedes Apoſtolica afficitur. Ita Bal. in l. ſed & ſi quis, ff. de in ius voc. Felin. in c. ex litteris, in princ. de offic. deleg. & Viual. hic in fine.

Ratio autem hæc eſt, quoniam iſte non dicitur propriè letteras immutare, ſeu corrigere, vt bene docet Syl. in ſum. in ver. Excommunicasio. 7. ſub num. 7.

ADDITIO.

a Vtuntur. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. c. 8. q. 2. num. 186. & Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſputat. 1. q. 7. punct. 3. num. 4. Abb. Alex.

An falſificans litteras Apoſtolicas iniuſtas, incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Falſo inſtrumento vti non debeo contra petentem à me falſo inſtrumento.*
2 *Falſificans litteras Apoſtolicas iniuſtas, non incidit in excommunicationem huius canonis.*
3 *Falſitas, vt ſit punibilis, tria requirit, nempe dolum, intereſſe partis, & mutationem veritatis.*
4 *Delictum committens iuſto dolore motus, mitius punitur.*
5 *Delictum committens laceſſitus iniuria, in eum, qui ipſum contumelia affecit, mitius punitur.*
6 *Excommunicatio dicitur maxima omnium pœnarum.*
7 *Falſo inſtrumento vtentes contra petentem hoc falſo inſtrumento, non eſt dicendus formaliter falſarius.*

IN hac re Panor. in c. olim ex litteris, num. 6. de reſcr. arbitratur, quòd falſificans iniuſtas litteras Iudicis, debet puniri ac ſi iuſtas falſificaſſet.

Quod probatur ex illo text. in d.c. olim, vbi quidam clericus, ex eo quòd immutauit litteras quorundam Iudicum, quamuis iniuſtas, tanquã falſarius litem amiſit.

Confirmatur ex his, quę dicis Bald. in rub. C.
1 de fid. inſtr. num. 1. in ver. incidenter etiam quæro; dum ait, quòd contra petentem à me ex falſo inſtrumento, vti non debeo falſo inſtrumẽto: nã & ſi licitũ ſit malignantium ſubterfugus obuiare; id tamen non permittitur malitioſis, ac falſas exceptiones opponentibus: vt in c. cupiẽtes, & ibi gloſ. in ver. Malignantium, de elect. in ſexto. Si igitur falſificantes litteras Apoſtolicas, quamuis iniuſtas, ſunt falſarij, proculdubio incidunt in excõmunicationẽ huius canonis, in quo excõmunicantur falſarij litterarũ Apoſtolicarũ.

His tamen non obſtantibus, cõtrarium puto
2 probabiliter dicendum; atque ideo falſifican-
3 tes litteras Apoſtolicas iniuſtas, non incidunt in excommunicationem huius canonis.

Probatur primò quoniam, ad committendã
3 falſitatem punibilem, tria debẽt copulatiuè cõcurrere: nempe dolus, intereſſe partis, & mutatio veritatis, vt eſt text. l. quid ſit falſum, ff. ad l. Cor. de fal. iuncta l. nec exemplum & l. damus, C. eod. Anch. conſ. 23. & Syl. in ſum. in ver. Falſarius in prin. Quas conditiones ad incurrendam hanc excommunicationem exigi docet Gratian. in explic. huius canonis, lib. 4. deciſ. c. 18. p. 1. n. 87. Modò falſificans litteras Apoſtolicas iniuſtas, licèt doloſè, ac ſcienter falſificet, eaſdemq; mutet; præiudicium tamen parti non affert; eò quòd per talem mutationem non aufertur aliquid, quod de iuſtitia ſibi deberetur; ergo non venit hac cenſura plectendus.

Secundò probatur ex his, quæ docet idem
4 Panor. in d.c. olim, n. 6. dum ait, quòd falſificans litteras iniuſtas alicuius Iudicis, debet mitius puniri: quia vbicumque quis iuſto dolore motus committit delictum, pœna oportet aliquãtulum mitigari, vt in l. ſi adulteri, § Imperatores, ff. de adult. c. ſi verò, il primo, §. nec ille, de ſent. excom.

Hinc ait Specul. & alij Doct. additi poſt Abb
5 loco citato, quòd ſi quis prius laceſſitus iniuria prorumpit in iniuriam; vel in verbera contra iniuriantem, licet pœna mitigari, quia iuſto dolore motus fecit; ergo falſificãs litteras Apoſtolicas iniuſtas, cùm per iniuſtitiam fueris iniuria laceſſitus (nam iniuria dicitur ex eo quòd non iure fit, itaut omne id, quod non iure fit, iniuria fieri dicatur, vt in l. 1. ff. de iniur.) meretur pœnæ ordinarię ſaltem modificationem: atque ideò in prædictam excommunicationem non incidit. Quoniam ſi venit modificanda pœna, modificari debet in excommunicatione, quæ
6 maxima dicitur omnium pœnarum, c. corripiãtur, 23. q. 4. Dixi probabiliter hoc eſſe dicẽdum, quia contraria ſententia eſt æquè probabilis, per ea, quæ infra, Deo duce, dicemus, q. vlt. lim. 11.

Ad contraria reſpondetur.

AD primum dicimus, quòd tex. in d.c. olim ex litteris, non probat litteras, de quibus in eo fit mentio fuiſſe iniuſtas, vt Abb. opinatur: Et eſtò, quòd iniuſtæ ſint, cùm ipſe Abb. velit modificari pœnam, proculdubio modificari debet in excommunicatione, vt ſupra diximus.

Ad confirmationem dicimus, quòd non de-
7 bes quis vti falſo inſtrumento contra petentem ex falſo inſtrumento, non tamen vtens falſo inſtrumento, in eo caſu eſt dicendus formaliter falſarius: quoniam eſtò, quòd interueniat dolus, & mutatio veritatis; non tamen concurrit intereſſe pattis.

ADDITIO.

a Dicendum. Contrarium tenet nouiſſimè Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſput. 1. q. 7. pun. 3. nu. 9. quam ſententiam non modo æquè probabilem, vt Duard. hoc loco putat, ſed probabilio-

biliorem esse puto, per ea, quæ idem Duard. ex Alter. tradidit infra, q. vlt. sub lim. 11. num. 22. Abb. Alex.

An falsificans litteras Apostolicas, vim non habentes, incidat in excommunicationem nostri canonis. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas committitur in scriptura, quæ probat; secus autem, si fidem non faciat.*
2 *Falsificans litteras Apostolicas nondum absolutas, non incidit in excommunicationem huius canonis.*
3 *Falsificans litteras Apostolicas vim non habentes, eo quòd sunt iam expiratæ, aliquid illis addendo, vel detrahendo, per quod reddantur vtiles, excommunicationem contrahit: secus autem, si adhuc remaneant inutiles:*

1 IN hac re videtur prima facie negatiuè respondendum esse: nam glos. in c. quinto, vbi etiã Abb. sub n. 9. de iure iur. dicũt, quòd falsitas cõmittitur in scriptura, quæ probat; non autem in illa, quæ fidem non facit. Ad quod facit text. in l. 2. ff. ad l. Corn. de falsi. iũcta l. si quis aliquid, §. testamentum, ff. de pœn. vbi habetur quòd ille, qui scripsit falsum testamentum, vel signauerit, vel retinuerit, venit puniendus pœna falsi, & si talis scriptura non erat valida, non est imponẽda talis pœna. Ad idem facit tex. cũ glos. in ver. Priuatas, C. de falsi. Imò Paul. de Castr. con. 149. ait, quòd falsitas commissa super scripturam, quæ nullam facit probationem, nec extra ordinariè punitur.

Pro determinatione huius difficultatis, est annot. quòd litteræ Apostolicæ, quæ vim non habent, sunt in duplici differentia. Nam quædã vim non habent, eo quòd non sunt absolutæ, ac signatæ: & quædam vim non habent, eo quòd sunt expiratæ. Et tunc aut falsificantur addẽdo, vel detrahendo aliquid, per quod reddantur, vtiles: aut falsificantur addendo, vel detrahendo aliquid per quod, licèt mutentur litteræ, tamen adhuc remanent inutiles, & nihil probant. His breuiter sic annotatis, fit

Prima Conclusio.

2 FAlsificans litteras Apostolicas, quæ vim non habent, eo quòd nondum sunt absolutæ, nõ incidit in excommunicationem huius canonis. Hæc conclusio est Vgol. in explicatione dicti canonis, §. 2. in fine.

Probatur, quia cùm huiusmodi litteræ non sint absolutæ non possunt verè, ac propriè litteræ Apostolicæ nuncupari, cùm à Romano Pontifice non sint adhuc approbatæ.

Confirmatur, quia falsificare litteras Apostolicas, est aut veras ab earum sincera veritate immutare; aut vero sigillo, seu signo litterarũ Apostolicarum ad falsas litteras confingendas vti, vt in c. licèt, de crim. fal. & Suar. hic d. isp. 21. sec. 2. sub n. 45. Modò falsificans huiusmodi litteras, etiam illas subscribendo, cùm aliàs subscriptæ non sint, neutro modo dicitur falsificare; ergo in excommunicationem prædictã nõ incidit

Secunda conclusio.

3 FAlsificans litteras Apostolicas vim non habẽtes, eo quòd iam expirauerunt; a si addẽdo, aut detrahendo aliquid adhuc remanent inutiles sicut prius, in prædictam excommunicationem non incidit.

Probatur, quia vt superiori q. diximus, ad falsitaté punibilem tria requiruntur, nẽpe dolus, interesse partis, & mutatio veritatis. Modò in casu nostro licèt concurrant dolus, & mutatio veritatis; tamen non adest interesse partis: cùm supponamus litteras illas inutiles remanere sicut prius.

Pro hac eadem conclusione faciunt etiam ea, quæ supra diximus, ad probandum quòd falsitas non committitur in scriptura, quæ fidẽ non facit; atque ideò est inutilis.

Tertia Conclusio.

FAlsificans litteras Apostolicas vim non habẽtes, eo quòd iam expirauerunt, si addendo, aut detrahendo aliquid reddantur vtiles, in prædictam excommunicationem proculdubio incidit. Hæc conclusio est Syl. in ver. Excommunicatio, 7. §. 4. n. 10. & aliorum quos refert, & sequitur Vgol. loco citato. Et probatur, quia in hoc euentu concurrunt omnes conditiones requisitæ ad falsitatem punibilem: nempe dolus, interesse partis, & mutatio veritatis.

ADDITIO.

a Expirauerunt. Adde Reginald. libr. 9. Isuæ prax. num. 289. & Bonac. de censur. Bull. cœn. disp. 1. q. 7. pun. 3. n. 2. cum alijs, quos allegat: vbi tamẽ id limitat, nisi litteræ, quę euanuerũt, ita falsificentur, vt vtiles reddantur. vt si Roman. Pontifex priuilegium ad quinquennium concessit, & impetrans, eo elapso, quinquennium mutet in septennium. Abb. Alex.

An falsificans litteras, vel supplicationes Apostolicas in modico aliquo, incidat in excommunicationem præsentis canonis. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ, seu supplicationes Apostolicæ dupliciter immutari possunt: primò mutando sensum à Romano Pontifice intentum. Secundò sensum illum non mutando: & id etiam dupliciter,*
2 *Litteras Apostolicas mutantes in aliquo quantumuis modico, per quod mutatur sensus à Romano Pontifice intentus, incidunt in excommunicationem huius canonis.*
3 *Litteras Apostolicas mutantes in aliquo modico, iuxta Romani Pontificis mentem secundum se, non tamen prout est expressum in eis, probabiliter est dicen-*

eandem excommunicationem non contrahere.

4 *Ad falſitatem punibilem tria requiruntur, nempe dolus, intereſſe partis, & mutatio veritatis.*

5 *Litteras Apoſtolicas mutans iuxta Romani Pontificis mentem, vbi ad eum non poteſt habere facilis recurſus, an peccet.*

6 *Mutans litteras Apoſtolicas citra partis intereſſe, ſi mutatio fiat ſcienter, ac dolosè, an, & quando incidat in caſum reſeruatum.*

7 *Mutantes litteras Apoſtolicas quoad errorem in grãmatica, non peccant, atque ideò excommunicationem non contrahunt.*

8 *Raſura quælibet ſatis non eſt ad contrahendam cenſuram latam contra falſificantes litteras Apoſtolicas.*

9 *Facultas, quæ olim dabatur Summo Pœnitentiario abſolu ndi ab excommunicatione, quæ ex mutatione incurritur, litterarum ſenſu non mutato, an vſque adeò duret.*

1 AD tituli intelligentiam eſt annot. quòd dupliciter contingit immutari litteras, ſeu ſupplicationes Apoſtolicas. Primò mutando ſenſum à Rom. Pontifice intentum, vt ſi litteræ continebant diſpenſationem ſuper irregularitate ad Ordines minores iuxta Rom. Põtificis intentionem, falſificans litteras illas mutauit, ſcribendo diſpenſationem ad Ordines maiores.

Secundò contingit immutari ſupradictas litteras non mutando ſenſum à Rom. Põtifice intentum: & hoc dupliciter quoque contingere ſolet Priori modo, vt mens S. P. etiã vt expreſſa in huiuſmodi litteris nõ mutetur; ſed ſolùm materialis, ſeu grammaticalis error corrigatur. Poſteriori autem modo poteſt contingere mutationem eſſe ad mentem S. P. ſecundũ ſe; non tamẽ prout expreſſum in litteris. Vt ſi certo cõſtet Rom. Pont. diſpẽſaſſe alicui ſuper irregularitatem ad ſuſcipiendos Ordines maiores: at in litteris per errorem ſcripta ſit diſpenſatio ad Ordines minores. Nos igitur præſentẽ quæſtionem diſcutiemus, quoad omnes ſupradictos modos.

In hac re pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia fuit Hoſt. lib. 5. ſuæ ſum. de crim. fal. § qualiter committatur, ver. Sed hodie, Panor. inc. ex litteris, n. 3. de fid inſtr. Caiet. in ſum. in ver. Excommunicatio, c. 26. Syl. in ver. Excõmunicatio, 7. n. 8. & aliorum dicentium, vi Bullæ cœnæ excõmunicari mutantes litteras Apoſtolicas nõ ſolùm in magno, ſed etiam in minimo: atque ideò ſi figuram, vel litteram, vel dimidiã quis abraſerit, deleuerit, diminuerit, compleuerit, vel mutauerit abſque illius, ad quẽ pertinet licẽtia, in prædictam excommunicationem incidit. Imò eadem excommunicatione alligantur mutantes litteras huiuſmodi, etiam in puncto, corrigẽdo errorem in grammatica, litterarum ſenſu non mutato. Et id, etiam ſi corrigẽs dictas litteras ſit ipſemet notarius, qui illas ſcripſerit: nã adhuc poſtquam litteræ bullatæ ſũt, vel ſignatæ, non poteſt illas nec in magno, nec in minimo corrigere ſine licentia Officialis, ad hoc deputati: vt habetur ex Roſel. in ver. falſitas ſub n. 4. & Panor. loco citato.

Probatur hæc opinio: quia vt refert Hoſt. ibi in Curia adeſt canon excommunicationis latæ ſententiæ in quemcumque alium ab Officialibus, ſuper hoc in Curia deputatis, qui ſcripto bullato, vel notato aliquid, vel vnam figuram, vel etiam dimidiam abraſerit, deleuerit, diminuerit, compleuerit, vel mutauerit, ſine illius licentia, ad quem ſpectat.

Pro hac eadem opinione facit id, quod in priuilegijs Summo Pœnitẽtiario conceſſis habetur: nam inter alia priuilegia conceditur ei, vt poſſit abſoluere ab excommunicatione, quę ex mutatione incurruntur, litteræ ſenſu nõ mutato; ergo ſignum eſt, quòd mutantes litteras Apoſtolicas quocunque modo, etiam eorum ſenſu non mutato, incidũt in excommunicationem; aliàs fruſtra tale priuilegium fuiſſet conceſſum.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam puto veriorem, quam tenet Nauar. in ſuo Man. c. 27. n. 62. Tol. hic. §. 4. dub. 3. Viual. Tab. & alij, quos refert, & ſequitur Sayr. hoc eodem loco, lib. 3. Theſ. c. 10. n. 51. & Vgol. ibidem, §. 2. ſub num. 2. Pro cuius explicatione, ſit

Prima Concluſio.

2 MVtantes modicum aliquod in Apoſtolicis litteris, per quod mutatur ſenſus à Rom. Pontifice intentus, incidunt in excommunicationem noſtri canonis. Probatur, quia grauitas huius criminis, non atramento, ac litteris, ſed in ſenſu conſiſtit, vt bene docet Suar. in explicatione huius canonis, diſp. 21, de cenſur. ſec. 2. ſub num 46.

Rurſus Romanus Pontifex in hoc canone excommunicat omnes falſarios litterarũ Apoſtolicarum, ergo comprehendit etiam modicum aliquid in Apoſtolicis litteris mutãres, perquod mutatur ſenſus ab ipſo Pontifice intentus; quoniam hi veré ſunt falſarij. Hanc eandem ſententiam tenet Alter. in explic. huius can. c. 2, col. 3. in prin. Propoſit. prima. Quam concluſionẽ tũc puto veram, quando per talem mutationẽ parti, vel Fiſco graue *a* præiudicium infertur. Nã ſi leue tantùm eſſet ad letalem culpam inſufficiẽs, tunc aliter eſt dicendum: quia excommunicatio nunquam contrahitur, niſi per letalem culpam, vt eſt text. in c. nullus, 11. q. 3. & actio huiuſmodi falſificandi litteras, etiam leuitate materiæ, peccatum leue proculdubio eſſe poteſt, vt bene notat, Suar. loco citato, ex Caiet. in ſum. in ver. Falſarius.

a

Secunda Concluſio.

3 MVtantes modicũ aliquod in litteris Apoſtolicis iuxta Rom. Pontificis mentem ſecundum ſe, non tamen prout eſt expreſſum in litteris, probabiliter puto, in excommunicationem præſentis canonis non incidere. *b*

b

4 Probatur, quia in rigore hic veré falſarius dici non poteſt, atque adeò puniri: quoniam ad falſitatem formaliter punibilem, tria requiruntur, vt ſupra diximus, dolus, intereſſe partis, & mutatio veritatis. Modò eſtò, quòd interueniat hoc caſu dolus, & mutatio veritatis, non tamẽ adeſt intereſſe partis.

Imò Sayr. loco citato, n. 52. inquit, quòd iſte 5 talis adeò non eſt falſarius, vt potius, ſenſus ac mentis Rom. Pontificis dicẽdus ſit reſtaurator.

Et

Et quamuis propria authoritate id fieri nõ debeat,nec per ipſummet Notarium, qui litteras ſcripſit;ſed Curiæ officialibus ad illas corrigendas deputatis, ſit dimittendum, vt ex Panor. & alijs ſupra annotauimus; nihilominus fortè aliquando ſine peccato fieri potent, vbi maximè non dãretur facilis recurſus ad officiales Curiæ.

Eſt tamen verum, quòd quando committitur dolosè, ac ſcienter, & mutata veritate, licèt non ſequatur intereſſe partis; ſufficit tamen, vt falſarius incidat in caſum reſeruatum, vt habetur ex Steph.40. in ſum.Bull.in ver.Caſus reſeruati,n.8.ver.Quoad ſeptimum.Dummodo dolus ſit cum animo inferendi damnum,licèt non ſequatur iactura.

Dixi probabiliter:quia non deſunt Doctores magnæ authoritatis, præcipuè Suar.hîc, n. 47. qui tenent falſarios huiuſmodi,excommunicationem prædictam contrahere:quia licèt voluntas S.P.fuerit,talem gratiam concedere;non tamen eſt voluntas eius, vt litteræ, quæ eiuſdem teſtimonium continent,per alios,quã per proprios miniſtros, ad id deputatos, conſcribatur.

Hanc eandem ſententiam probabiliorẽ quoque putat Alter. in eundem can.c.2.col.3.Propoſitionc ſecunda.Mouetur primò quia iſte canon ſimpliciter loquitur, & non diſtinguit inferenda excommunicatione cõtra falſarios ; ergo ſimpliciter eſt intelligendus. Secundò quoniam falſarius eſt,qui mutat reſcriptum Principis,etiam ſi nemini noceat ; & ſi ſecus ſit in inſtrumento,vt docet Aſſl. deciſ. 107. n.9. Et denique,quoniam falſarius eſt,& dignus eſt pœna falſi, qui immutat reſcriptum,etiam ſi eo non vtatur,l. ſi falſos,C.de falſ.Si igitur hęc vera sũt, conſequenter fit, vt mutantes modicũ aliquod in litteris Apoſtolicis iuxta Romani Pontificis mentem ſecundum ſe,non tamen prout eſt expreſſum in litteris, excommunicationem iſtam contrahant,Quamuis ſi talis mutatio fiat,litteræ validæ ſint quantum ad effectum : eo quòd re vera continent voluntatem concedentis. Et ſi bona fides interueniat, ſicut excuſatur à culpa ; ita ſic mutans excuſatur à cenſura, vt ipſemet Suar. ait.

Tertia concluſio.

MVtantes modicum aliquid in litteris Apoſtolicis,quod non ſit contra mentem S. P. vt ſi
7 grammaticalis tantùm error corrigatur nõ modo in prædictam cenſuram non incidunt, ſed
c nec culpam aliquã contrahunt, e Ita Nauar. & alij ſupra citati, quos ſequitur Suar. ibidẽ n.46.

Probatur,quoniam ſi culpã aliquã contraherent, vel hoc eſſet,quia contra iuſtitiam,charitatẽ,aut aliam virtutẽ,vel reuerentiã Rom. Põtifici debitã,facerent:vel quia iuri alicui poſitiuo contrauenirẽt;neutro modo;ergo,&c. Probatur minor : quoniam non poteſt dici primũ, quia iſti, ſic litteras mutantes. videntur potius proſpicere honori, ſeu decentiæ litterarũ eius. Nec ſecũdum quoniam ius poſitiuũ, & iſte canon damnant falſificationem litterarum Apoſtolicarum. Modò mutantes modicum aliquid in litteris Apoſtolicis,quod non ſit contra mẽtem S. P. falſitatem re vera non committũt ; eo quòd deficit tertia conditio, nempe partis intereſſe. Aljàs etiam mutantes punctum in ſupplicationibus, & litteris Apoſtolicis inciderent in excommunicationem:quod ommes negant: vt notat hîc Tol.

Imò nec quælibet raſura ſatis eſt ad contra-
8 hendam dictam excommunicationem:quemã in c.conſcientia.de crim.fal.habetur,raſuram aliquam in loco non ſuſpecto, non haberi pro falſa ſcriptura.Et Vgol.loco citato,docet,quòd ſi in ſupplicatione dictum eſſet,Titio Arminẽſi & errore notarij ſcriptũ eſſet:Titio Piſaurienſi corrigens,& ponens prout in ſupplicatione,nõ peccat.Sicut nec Presbyter,qui in litteris ſui beneficij correxerit aliquid huiuſmodi, quod rei ſubſtantiam,eiuſvè qualitatem non mutat.

Adde,quod Alter.hoc loco,c.2. col.pen.in fine,in ver:Si quis poſtulet:inquit, quòd ſi quis priorem ſententiam ſecundæ noſtræ Concluſionis,ac etiã huius ſequi vellet,ita putat eſſe diſtinguendũ.Quòd aut error patenter apparens in Bulla reperitur etiam in minuta, ideò in ipſa ſupplicatione delata ad Romanum Pontificem: & tunc ex correctione talis erroris excommunicatio ipſa cõtrahitur,quoniã licèt voluntas S. Pontificis fuerit huiuſmodi gratiam concedere;non tamen vult, vt litterę,quę ad probãdam gratiam traduntur per alios quam per Officiales Sedis Apoſtolicę ad id ſpecialiter deputatos, conſcribantur. Aut error acciderit ſeltim vitio ſcriptoris in Bulla, ſed ſupplicatio rectè ſe habeat;& tunc rurſus diſtinguendum eſt de corrigente:quòd aut manebat in vrbe,vel prope illã ita vt facilè, & abſque vllo periculo potuiſſet Officiales adire,quorum ſupra meminimus: & tunc excommunicationis vinculo ſimiliter alligatur ipſe corrigens. Quòd ſi longe aberat ab Vrbe, vel ſine magno periculo non poterat ad Officiales ſe conferre, ſi correxerit,non peccauit mortaliter, maximè ſi ita diligẽter,& accuratè emendauit,vt nullum ſequatur ſcandalum, atquè ideo non erit excommunicatus; quia talis ex parte rei non eſt falſarius.

Sed re vera,ſi in prædictis caſibus litteras Apoſtolicas corrigens non eſt falſarius, quãuis peccet mortaliter.adhuc puto indiſtinctè illum excuſari ab excommunicatione noſtri canonis.eo quòd eius vi excommunicantur falſarij : ergo qui falſarij non ſunt,ſub ipſius diſpoſitione non comprehenduntur; quoniam in odioſis pœnæ ſunt reſtringendæ, vt ſæpe diximus.

Ad contrarium reſpondetur, quòd opinio
9 Hoſt.& aliorũ tunc temporis potuit eſſe vera : quoniam fortè tunc in Bulla cœnæ erant verba illa ab ipſo Hoſt. relata : quæ quidem in noſtro canone non leguntur. Vndè meritò dabatur olim facultas illa S.Pœnitentiario abſoluẽdi ab excommunicatione, quæ ex mutatione incurritur litterarum,ſenſu non mutato.

ADDITIO.

a Graue. Adde hic Bonacin. de cenſur. Bull. cœn.diſp.1.q.7.pun.2.num.5. dum vult, quòd aliquid, quãuis modicum ſi quis addit, vel detrahit, cuius additione, vel detractione ſenſus verborum à Romano Pontifice intentus variatur, in excommunicationem incidit, etiam ſi fortè parti, vel Fiſco graue damnum inde non ſequa-

æquatur: aliàs sequeretur, nullum peccatum, aut censuram contrahi, dum falsificantur litteræ Pontificæ, quarum falsificatio in nullius dānū vergit. Et licèt falsificatio in ordine ad partem, vel ad Fiscum grauem iacturam non inferat; in ordine tamē ad superiorem, cuius authoritas per falsificationem contemnitur, grauis illi iniuria irrogatur, sufficiens ad excommunicationem incurrendam. Sed re vera, si falsificatio adeo leuis sit, vt non sit plusquam peccatum veniale, tùm respectu partis, tùm respectu Fisci, tùm etiam respectu superioris, non est recedendum à sententia, quam tenet Duard. hoc loco: tum quia eam docent grauissimi Doctores, & ipsemet Bonac. probabilem putat eam esse: tum quia exceptis criminibus hæresis, ac schismatis, in omni peccato potest dari paruitas materiæ, quæ excusat à culpa mortali: & propterea corruit fundamentum contrariæ opinionis. Abb. Alex.

b Incidere. Hanc eamdem sententiam sequitur Bonac. de censur. Bull. cœn. disp 1. q 7. pun. 2. num. 7. cum alijs, quos allegat. Abb. Alex.

c Contrahunt. Adde Filluc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. num. 190. Reginald. lib. 9. suæ prax. num. 288. & Gambar. in explicat. Bull. cœn. c. 6. D. Cæsar.

Ibi (*S. R. E. Vicecancellarium &c.*) De Vicecancellarij significatione, & officio. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Cancellarij dignitas adeò magna est, vt Præfecti prætorio culmini meritò comparetur.*

2 *Cancellarij dignitas, Romæ, remanet penes Romanum Pontificem: & ideò post S. P. non datur alia dignitas, quàm Vicecancellarij.*

1 CAncellarius Romæ antiquitus Notarius, seu scriba dicebatur, vt notat glos. in l. 3. C. de Assess. In Regno autem Neapolitano, & in Gallia Cancellarij dignitas adeò excelsa est, vt Præfecti prætorio culmini meritò comparetur. Vndè in Regno ob illius celsitudinem, magnus Cancellarius appellatur.

Huius partes sunt, vt Principis præsentis Vicarij munere fungatur: eo peregrè profecto, Rex quodammodo censetur. Hinc nulla Principis constitutio, nulla sanctio, nullū diploma, nullum rescriptum, aut Regius Codicillus conditur, quin Magnus Cancellarius compertum habeat, & concurrat. Quapropter rerum omnium cognitione, omni doctrinarum, ac virtutum genere instructissimum, & ornatissimum eum oportere, necessariò fatendum est. Vicecancellarius autem ex eo dicitur quòd teneat locum Cancellarij: sicut Vicerex ex eo dicitur, quòd tenet vicem, & locum Regis.

2 Hæc Cācellarij dignitas Romæ remanet penes S. P. qui cùm sit Christi Vicarius, dicitur & eiusdem Cancellarius: nam præsente Rege, vt diximus, Cancellarius dicitur Regis Vicarius. Et propterea in Cancellaria post S. Pontificē, non est alia dignitas, quam Vicecancellarij, qui vices, & locum tenet S. P. qui magnus dicitur Cancellarius. Et post Vicecancellarium extat Vicegerentis officium, qui locum Vicecancellarij tenet.

An falsarij litterarum Apostolicarum alijs pœnis temporalibus afficiantur, vltra censuram huius canonis. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Falsarij litterarum Apostolicarum, vltra excommunicationem, variis quoque pœnis temporalibus afficiuntur.*

2 *Capitalis pœna licèt intelligatur de morte naturali, vel Ciuili; tamen pœna capitalis imposita falsarijs litterarum Apostolicarū intelligitur de morte naturali.*

3 *Litteras Apostolicas falsificantes puniuntur pœna mortis, licèt eisdem vsi non fuerint.*

1 REspondetur affirmatiuè. Etenim falsarij litterarum Apostolicarum si clerici sint, omnibus Ecclesiasticis beneficijs, & officijs per Iudicem Ecclesiasticum priuati, & degradati Curiæ sæculari traduntur puniendi, vt est tex. in c. ad falsariorum, de cremine falsi. Si verò sint laici, puniuntur pœna deportationis, & omnium bonorum publicatione, si liberi sint homines. Quòd si sint serui, plectuntur pœna vltimi supplicij, vt per glos. in d. c. ad falsariorum. in ver. Legitimas: per tex. in l. 1. §. vlt. ff. ad l. Cornel. de falsi. Bene verum est, quòd si sic exigit commissi sceleris magnitudo, etiam liber homo pro crimine falsi capitalis supplicij pœna afficitur, vt in l. vbi falsi, C. eod. tit.

Et licèt capitalis sententia intelligatur non
2 modò de ea, quæ continet pœnā mortis naturalis; sed etiam ciuilis, vt notat Glo. in l. Iudæus, ver. capitali, C. ne Christianum mancip. hæreticus, & c. tamen falsarij rescripti Principis veniūt omninò plectendi pœna mortis naturalis, vt est tex. in l. maiorem, C. eod. vbi, dum in eo habetur falsificātem rescriptum Principis, maiorem pœnam pati debere; hæc maior pœna nō potest intelligi, nisi mors naturalis: quoniam duæ pœnæ statutæ sūt pro crimine falsi, nēpe deportationis, quæ ciuilis dicitur mors: & mors naturalis, vt habetur in d. l. 1. §. vlt. ff. ad l. Corn. de falsi.

Et ita in praxi seruari quoad falsarios litterarum apostolicarum refert Alter. in explicat. huius can. cap. 6. vbi hanc conclusionem ampliat,
3 vt falsificantes litteras apostolicas pœnam mortis subire cogantur, etiam si litteris ipsis vsi non fuerint. & nemini damnum attulerint, ac etiam si falsitas committatur in re leui. Idem dicendū existimat de eo, qui vtitur litteris apostolicis per alium deprauatis, nisi ignorans id egerit.

Quibus casibus contrahitur excommunicatio præsentis canonis, & quibus effugitur. Q. 10. & vlt.

SVMMARIVM.

1 *Falsificantes litteras Apostolicas, incidunt in excommunicationem, quæ in Bulla cœnæ continetur.*

2 Fal-

2 *Falsificantes litteras Apostolicas, statim excommunicationem contrahunt, etiam si eis non vtantur.*
3 *Falsificantes supplicationes Apostolicas, Bullæ cœnæ excommunicationem contrahunt.*
4 *Falsò fabricantes litteras Apostolicas, vi Bullæ cœnæ excommunicantur.*
5 *Falsò signantes supplicationes Apostolicas, vi Bullæ cœnæ in censuram incidunt.*
6 *Falsificantes litteras Apostolicas iniustas, excommunicationem non incurrunt. Idem dicendum est de falsificantibus huiusmodi litteras, vim non habētes: aut de eas falsificantibus in modico, non mutato R. Pontificis sensu.*
7 *Falsificantes litteras Apostolicas, citra partis præiudicium, excommunicationem non incurrunt.*
8 *Litteras Apostolicas corrumpentes, excommunicatione non alligantur.*
9 *Quilibet potest proprio fauori renunciare.*
10 *Litteras Apostolicas ab alijs impetratas corrumpens, an, & quando in excommunicationem incidat.*
11 *Testamentum corrumpens, falsi pœna punitur; non tamen est falsarius.*
12 *Abrasio totalis, seu omnimoda litterarum corruptio, ex se non est sufficiens ad falsitatem committendam: nisi loco scripturæ abrasæ alia diuersa scribatur.*
13 *Falsificari mandantes, aut consulentes litteras Apostolicas, excommunicationem non incurrunt.*
14 *Falsificantis litteris ab aliquo si quis vtatur, in excommunicationem Bullæ non incidit.*
15 *Falsificantes litteras priuatas Romani Pontificis, excommunicationem Bullæ cœnæ non contrahunt.*
16 *Litteras Datarij, Vicecancellarij, Nuncij Apostolici, Congregationis Cardinalium aut aliorum Prælatorum falsificans, non incurrit Bullæ cœnæ censuram.*
17 *Litteras Legati à latere falsificantes, an incidant in excommunicationem Bullæ cœnæ.*
18 *Supplicationes Apostolicas falsificantes, nondum signatas à Romano Pontifice, aut ab eius Vicecancellario, vel Vicegerenti, non incurrit excommunicationem in hoc canone contentam & n. 21.*
19 *Argumentum à contrario sensu, in iure est valdissimum.*
20 *Idem operatur propositum in proposito, quod operatur oppositum in opposito.*
21 *Incipiens falsificare litteras Apostolicas, seu falsò fabricare, si facti pœniteat, & ab incepto desistat, in excommunicationem incidit.*
22 *Falsificantes litteras Apostolicas surreptitias, aut aliquo alio modo inualidas, seu iniustas, an incidant in excommunicationem.*

1 PRo determinatione huius difficultatis sit vnica conclusio. Falsificantes litteras apostolicas incidunt in excommunicationem præsentis canonis. Hæc conclusio non indiget probatione: patet enim ex eiusdem canonis verbis.

Ampliatur primò, vt excõmunicatio ista sit generalis omnes, & quascunque personas comprehendens quãcunque dignitatem habentes, & cuiuscunque cõditionis sint, siue masculi sint siue fœminæ, vt supra diximus, q. 1. in ver. Circa secundam partem.

Secundò ampliatur, vt sub dicta excommunicatione comprehendantur falsificantes litteras apostolicas quacunque ratione illas falsificant: siue falsitas sit secundum substantiam, siue secundum qualitatem, siue secundam formam, siue ex toto, siue pro parte, vt per Vgol. hic, §. 1. in ver. Item excommunicatio.

Tertiò ampliatur, vt prædicta excommunicatione alligentur falsificantes litteras apostolicas cuiuscumque generis sint, siue sint Bullæ, siue Breuia: siue motu proprio, siue ad petitionem partis fuerint concessæ: & siue datæ sint à Rom. Pontifice tantùm electo, & nõ consecrato, siue à consecrato: vt per eundem Vgol. loco citato, in ver. tertiò afficit, quarto, & postremo.

Quartò ampliatur, vt falsificãtes litteras apo-
2 stolicas, statim prædictam excommunicationẽ contrahant, etiam si eisdem non vtantur: nam Bulla excommunicat falsificantes litteras Apostolicas, & non considerat, an illis deinceps vtãtur, vt habetur ex Graff. in explicatione huius canonis, lib. 4. decis. par. 1. c. 18. n. 93. vbi etiam n. 94. id limitat in eo, qui raserit aliquam dictionem animo addẽndi nouam, & postea pœnitẽtia ductus, iterum eandem scripsit: quia iste nõ compleuit falsitatem. Et hanc eandem sententiam sequitur Vgol. ibidem, ver. tertiò afficit.

Idem dicendum putat Syl. in sum. in ver. Excommunicatio, 7. §. 8. propè finẽ. ver. Hoc etiã intellige: in eo, qui aliquid mutat in litteris Apostolicis, & statim antequàm eisdem vtatur, ipsas penitus lacerat, aut comburit: quia non dicitur corrigere, qui vult litteras huiusmodi cõburere.

Quod verum putat Alter. in explicatione nostri canonis c. 3. col. 1. dub. 2. vbi quis mutãs Papæ litteras, animum non habeat illis vtendi; sed
4 ab initio statuat ipsis perdere, ac destruere, quomodocumque mutentur, & corrigantur: is enim nullam contrahit excõmunicationẽ, quia verè nolnit corrigere, si proposuit eas illico lacerare. Secus autem erit, quãdo quis ita aliquid mutat in litteris Pontificijs, vt animum habeat ipsis vtendi: nam tunc excommunicationẽ istã statim contrahit, nec ei prodest, si mox eisdem laceret, aut comburet: eo quòd deliberatè deliquit in hunc canonem.

Quintò ampliatur, vt excõmunicatio hæc alliget falsificãtes litteras Apostolicas, etiã in modico, dũmodo mutetur sensus à Romano Põt. intentus, vt supra probauimus, q. 7. con. 1.

Sextò ampliatur, vt excommunicatio ista cõ-
3 prehendat falsificantes non modò litteras apostolicas, sed etiam supplicationes Apostolicas: vt patet ex illis verbis canonis, *Ac supplicationum gratiam*, &c. Et hoc siue supplicationes iustitiã concernant, siue gratiam: & siue signatæ sint ab ipso Romano Pontifice, siue ab eius Vicegerẽte, siue ab alio de eius mandato, vt ex eiusdem canonis verbis clarissimè colligitur.

Septimò ampliatur, vt prædicta excommu-
4 nicatione alligentur etiam falsò fabricantes litteras Apostolicas, vt patet ex illis verbis text. *Nec non falsò fabricantes*, &c. Et id verum est, siue litteræ iustitiam concernant, siue gratiam: siue in forma Breuis, siue in forma ordinaria eas fabricent: & siue falsò fabricent ex toto, siue ex parte: & deniq; siue illis vtantur, siue non vtãtur: vt bene declarat hoc loco Vgol. in uer. Nec non falsò fabricantes: sub num. 3.

Octauò ampliatur, vt sub eadem excommu-
5 nicatione includantur quoque falsò signantes supplicationes Apostolicas sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarij, aut gerentiũ uices prædictorum, vt constat ex uerbis textus:

Et

Et etiam falsò signantes &c. Quod quidem procedit siue supplicationes iustitiam concernant, siue gratiam: & siue falsò signent ac adulterino signo: siue vero non tamen de licentia prædictorũ, vt habetur ex Vgol. in ver. Etiam falsò signantes. Licèt quoad eius sententiã nõ admittamus, cũ supplicationes nõ signẽtur, subscribãtur absque sigillo, vt supra diximus, q. 1. circa finẽ.

Sic ampliata limitatur primò dicta conclu-
6 sio, vt excommunicatio ista non alliget falsificantes litteras Apostolicas iniustas, vt probabiliter diximus supra quæst. 5.

Secundò limitatur in falsificantibus litteras apostolicas, quæ vim non habent. Quod quomodo procedat, supra declaraulmus, q. 6.

Tertiò limitatur, vt excommunicatio hęc nõ cõprehendat falsificantes litteras apostolicas in modico, dummodo nõ mutetur sensus à Rom. Pontifice intentus, vt supra probauimus, q. 7. con. 1. 2. & 3. vel aliàs sub hac pœna prohibitũ nõ esset, vt habetur ex Vgol. hoc loco, §. 2. n. 2.

Quartò limitatur, vt huiusmodi falsarij præ-
7 dicta excommunicatione non alligentur, vbi
b non concurrit præiudicium tertij: *b* quia ad incurrendã hanc excõmunicationẽ tria requirũtur, nẽpe dolus, interesse partis, & mutatio veritatis, vt bene declarat hic Graff. lib. 4. dec. p. 1. c. 18. n. 87. & nos annotauimus supra, q. 5.

Quintò limitatur, vt excommunicatio hæc
8 locum non habeat in corrumpentibus omninò huiusmodi litteras, qui enim litteras apostolicas à se impetratas omninò deleret, aut scinderet,
9 in prædictam excommunicationem non incideret; nam quilibet potest proprio fauori renũciare, ar. tex. in l. si quis in scribendo, C. de pact. Marian. soc. in c. excommunicationi, n. 12. ver. Quamquam quis posset, de crim. fal. Panor. in c. ex litteris, sub n. 3. de fid. instr. & Tabien. in sum. in ver. Excommunicatio, 5. casu 5. num. 5. ver. Posset tamen impetrans.

Quod verũ arbitratur Alter. hic c. 3. dub. 2. etiam si litteræ fauorem alterius continerent. Nam quicquid sit de alijs pœnis, excommunicationem tamen non contraheret: eo quòd eo casu non diceretur corrigere, sed destruere.

Dixi litteras apostolicas à se impetratas: nam
10 qui scinderet litteras apostolicas, impetratas ad instantiam aliorum, Vgol. hic, §. 2. num. 4. non videtur eos excusare, vt colligitur ex tex. in l. 1. qui testamentum, in ver. Deleuerit. ff. de falsi. vbi pœna falsi tenetur qui testamẽtum deleuit. Hoc idem probatur in c. licèt, ver. Quinta, ibi per rasuram: & apertius in ver. sexta, & ver. Septima, de crim. falsi. & idem Vgol. in princ. nostri canonis, sub n. 2. in ver. Dixi aut corrumpendo. Quod quidem tunc verũ esse arbitramur, cùm loco abrasarum litterarum aliæ conscribuntur, aut alia subtilissima carta eiusdem quantitatis scripta cum tenacissimo glutino cõiungitur, & ita intelligitur tex. in d. c. licèt. Secus autem, si litteras omninò scinderet, ac corrumperet alijs litteris, aut chartis non suppositis: quia tunc, licèt lacerans litteras apostolicas ad aliorum instantiam concessas, grauiter veniat puniendus; tamen quia verè non dicitur falsificare litteras, non incidit in excommunicationem nostri canonis. Ad quod facit textus in d. l. qui testamentum, vbi vt diuersum ponũtur testamẽtum falsum scribere, signare, & mutare: ac testamentum delere.

Nec obstat, quòd pœna legis Corneliæ de-
11 falsis tenetur tã qui falsũ scripsit testamentum, quàm qui deleuit; quoniam licèt puniantur delentes testamentum falsariorum pœna; tamen in re non sunt falsarij: atque ideò delentes, & lacerantes omninò litteras Apostolicas, nõ incidũt in excommunicationem nostri canonis, in quo excommunicãtur falsarij dictarum litterarum: quia cùm simus in pœnalibus, non fit extensio, nisi aliquo iure expressè fiat, vt sæpe diximus. Et hanc sententiam videtur tenere Graff. hoc loco n. 94. vbi postquam dixit, falsificantes litteras apostolicas incidere in prædictam excommunicationem, etiam si pœnitẽtia ducti huiusmodi litteris non vtantur, deinde subdit: secus verò est in eo, qui raserit aliquam dictionem, seu additionem animo addendi nouam, & postea pœnitentia ductus iterum eãdem scripsit: quia
12 nihil mutauit, nec addidit: ergo abrasio totalis, & omnimoda litterarum corruptio, de per se nõ est sufficiens ad committendam falsitatem, quãdo ex ea non sequitur mutatio sensus litterarum vnius in alterum.

Sextò limitatur dicta cõclusio, vt excommu-
13 nicatio ista nõ alliget mãdates falsificari huiusmodi litteras, nec consulentes, fauentes, aut authoritatem præstantes ad falsificandum eas: quia de huiusmodi personis in hoc canone nulla fit mentio: alligantur tamen excommunicatione contenta in c. ad falsariorum, de crim. falsi. vt habetur ex Graff. loco citato, n. 95. quem refert, & sequitur Vgol. hic in d. §. 2. num. 3. & nos supra latius probauimus, q. 3.

Septimò limitatur, vt sub prædicta excom-
14 municatione non cõprehendantur vtentes litteris Apostolicis, ab alijs falsificatis: quoniam horum canon iste non meminit, & aliud est falsare litteras, & aliud est vti litteris falsis, vt per Alter. hic c. 4. dub. 5. Incidunt tamen in excommunicationem, quæ continetur in d. c. ad falsariorum. Ita Graff. ibidem num. 99. & Vgol. in d. §. 2. in ver. Octauò in excommunicationem, hanc non incidit. Et tãtò minùs prædictam excommunicationem nòn contrahunt habentes apud se litteras apostolicas falsas, & nõ destruẽtes: sed alligantur excommunicatione, de qua habetur in c. dura, § adijcientes, de crim. falsi. nisi intra 20. dies illas destruant, aut resignent. Qui quidem 20. dies incipiunt currere à die excõmunicationis latæ; cùm sit ferenda; verùm à Iudice lata, Romano Pontifici reseruatur, vt supra diximus, q. 1. & 2. in princ. vbi etiam diff. 4. probauimus, vi dicti canonis excommunicari quoq; accipientes litteras apostolicas ab alijs, in Curia existentibus quàm è manibus S. P. vel ab eiusdem offici alibus, seu magnatibus: quãuis quoad hoc non ligẽtur, nisi existentes in Curia tantùm: vt ibidem annotauimus diff. 2.

Octauò limitatur, vt excommunicatione ista
15 non alligentur falsificantes litteras priuatas c
c Romani Pontificis: quia hæ litteræ apostolicæ propriè non sunt: ex quo earum definitio eis non conuenit: vt bene notat Vgol. loco citato, in ver. Sextò in excommunicationem. Et idem dicendum est de impetrantibus litteras subreptias, & de mutantibus litteras Apostolicas de

mandato Rom. Pontificis, vt per eundem Vgolin. ibi num. 1. & 3. in ver. Quartò in excommunicationem.

Nonò limitatur hæc conclusio in falsificãti-
16 bus litteras alterius Prælati: quia vi nostri canonis excõmunicãtur falsificãtes litteras apostolicas; ergo secus, si aliorum. Quocirca falsarij, litterarum Datarij, Vicecancellarij, Nũtij Apostolici, Cõgregationis Cardinalium, Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarchatũ, ac etiã Legati a latere, non incidunt in excommunicationem nostri canonis, vt habetur ex Graff hic n. 97. & Vgolin d. §. 2. n. 6. Sayr. in explicatione eiusdem canonis lib. 3. Thes. tom. 1. c. 10. num. 9. Rodriquez in explicatione Bullę cruciatæ, 9. n. 82. & alijs, qui volunt, prædictas personas non ligari nec excommunicatione, quæ continetur in d. c. ad falsarios; sed tantùm peccare mortaliter, & incidere in alias pœnas latas contra falsarios, & teneri ad restitutionem omnem damnorum.

Quæ quidẽ omnia, licèt nobis probẽtur quo-
17 ad falsificantes litteras; tamen quoad falsificantes vel falsò signantes supplicationes sub nomine Legati à latere, d ies videtur dubia: nã vi nostri canonis excommunicantur falsarij supplicationũ per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicecancellarium, seu gerentes vices eorum, signatarum, aut falsò signãtes supplicationes huiusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecanc. aut gerentium vices prædictorũ. Modò Legati maximè gerunt vices Romani Põtificis: vt docet Abb. in c. olim ex litteris, sub n. 2. de reser. Nisi per gerẽtes vices eorum velimus intelligere Vicegerentem in Romana Curia permanentem. Sed hic canon loquitur in numero plurali: & ideò res adhuc dubia remanet. Possemus tamen defendere communem sententiam: quoniam idem Abb. loco citato, vult, quòd falsificans litteras Legati, non debet ita acriter puniri, sicut litteras S. P. per ea, quæ supra diximus q. 5. & tanto fortius: quia Legatus videtur Vicegerens, S. P. largo modo.

Dec mò limitatur dicta conclusio vt excom-
18 municatio hæc nun comprehendat falsificãtes supplicationes Apostolicas quæ non sunt signatæ a Rom. Pontifice vel à S. R. E. Vicecancellario, aut à gerentibus Vices eorum: vt ex verbis præsentis canonis clarissimè colligitur, dum in eo excommunicantur falsificantes: supplicationes apostolicas signatas ab vno ex illis tribus; ergo secus, vbi non sitnt signatæ: quia argumẽ-
19 tum à contrario sensu validissimum est in iure, vt in l. 1. & ibi Doct. ff. de off. eiu. & latè Euer. in loco, à cõtrario sensu. Et tanto fortius. quòd idẽ operatur propositum in proposito, quod operatur oppositũ in opposito, art. tex. in l. fin. ff. de fund. instr. & Vgol. hic, in ver. Ac supplicationũ,
20 sub n. 2. vbi etiam dicit, quòd falsificans supplicationes Apostolicas excusatur ab ista excommunicatione in omnibus casibus, in quibus alligantur falsificantes litteras Apostolicas.

Vndecimò limitatur, vt in excõmunicationẽ
21 t istam nõ incidat, qui cæpit confingere, & fabricare falsas litteras Apostolicas, sed antequ. m perficeret, facti pœnitens, ab incæpto opere de-
e stitit. e Nam vi huius canonis excommunicãtur falso fabricantes litteras Apostolicas, sed qui cæpit, vt supra, & non absoluit, non potest dici falsò f. bricare litteras apostolicas, sed tantùm intentionem h.buisse fabricandi, & incæpisse falsò fabricare. At excommunicatio ad eam contrahendam exigit actum perfectũ, vt sæpe diximus, quoniam verba, in pœnalibus maximè, accipiẽda sunt in propria significatione. Litteræ autẽ Apostolicæ dici non possunt, nisi postquã perfectæ sunt; ita vt nihil eis desit ex requisitis iuxta cõsuetudinẽ. & stylum Curiæ: & vel re ipsa, si litteræ sint veræ, vel secundum similitudinẽ, & apperentem aspectum, si litteræ sint falsæ.

Idem dicendum est de falsificantibus litteras apostolicas. antequam sint completæ nẽpe Bullamunitæ, seu signatæ, & penitus absolutæ, ita vt nihil eis desit, vt supra diximus, q. 6. con. 1. Nã licèt isti ob eorum temeritatem extra ordinaria pœna plecti possint; tamen non incidunt in excommunicationem nostri canonis; nec in alias pœnas contra falsificantes litteras apostolicas, à iure statutas: quia non dicuntur falsitatem committere in litteris apostolicis, cùm tales propriè dicantur postquam sunt omnino expeditæ, ita vt nihil aliud remaneat addendum ab Officialibus. Ita Alter. in explicat. præsentis can. cap. 3. in fine, & cap. 4. col. fin. dubit 6. vbi etiã, ob eãdem rationem idem dicendum esse putat de falsificantibus supplicationes apostolicas, nõdum omnino absolutas: eo quòd nõ possunt dici tales, si aliquid ad earum essentiam desit. Sicut testamentum appellari non potest vbi aliquod continet defectum, l. Paulus respondet falsum, ff. de verb. signific.

Bene verum est, quòd si litteræ haberẽt om-
22 nia requisita ad verã illarum expeditionem, sed defectum continerent circa validitatem, ratione surreptionis, aut ex alia causa, tunc falsificãtes eas, excommunicationem istam, & alias pœnas contra falsarios statutas contrahere, probat Alter. loco citato; quoniam falsificarent veras litteras apostolicas, & id solùm putat exigi ad cẽsuras, & pœnas huiusmodi incurrendas, quãuis omni carereant valore. Ad cuius sententiæ confirmationem affert Sarn. interpretationem in compẽd. vtriusque signat post n. 83. vbi agẽs de regul. 31. Cancel. Nempe commissiones causarum litteris super concessionibus beneficiorũ non expeditis, iurisdictionem non tribuere, ait: satisfactum esse huic regulæ, si Bulla sit expedita, habẽs mille defectus, quia postquam est omnino expedita, dicitur verè Bulla. Denique hoc ipsum confirmat: quia ad excommunicationem istam incurrendam, hic canon tãtùm exigit falsitatem in litteris, vel in supplicationibus Apostolicis: de validitate verò earum nihil disponit, idest, an legitimè vel perperam sint expeditæ. Ergo falsificãtes veras litteras Apostolicas quomodocunque bene, vel malè, valide, aut invalidè sint expeditæ, in excommunihationem hanc videntur incidere.

Quæ quidem sententia licet nobis probetur, quoad pœnã extraordinariã imponendam; tamen nobis videtur satis dubia, quoad excõmunicationem incurrendam per ea, quæ supra diximus, q. 5. & 6. de litteris Apostolicis iniustis, ac invalidis agentes.

AD-

ADDITIO.

a Perdere. Adde Bonac. de cenſur.Bull.cœn. diſp 1.q.7.pun.3.num.13.Abb.Alex.

b Tertij.Adde Suar.de cenſur.diſp.21. ſec.2.n. 46 & Caiet.in ſum.in ver. Falſarius.quam ſententiam probabilem eſſe putat Bonac. de cenſur. Bull.cœn.diſp. 1.q.7.pun 2.ſub n. 5. in fin.quãuis contrariam opinionem dicat ſibi videri probabiliorẽ pro qua re vide, quæ nos adnotauimus ſupra q.7.litt.a. Abb. Alex.

c Priuatus. Hanc eamdem ſententiam ſequitur Bonac.de cenſur. Bull. cœn. diſp.1.q.7. pun.3. num. 10. Abb. Alex.

d A latere. Adde hîc,quę ſupra adnotauimus, q.1.litt. a. & Bonac.de cenſur.Bull.cœn.diſp 1. q. 7. pun,1. ſub n.2.in fin.dum ait, quòd falſificantes litteras lẽgati à latere,ita demum in hanc excommunicationem incidunt.ſi litteræ expediantur nomine Romani Pontificis:aliàs ſecus. Abb. Alex.

e Deſtitut. Adde Reginald.lib.9 ſuæ prax. n. 288.& Bonac. de cenſur.Bull. cœn. diſp.1. q.7. pun. 12.dum volunt, idem dicẽdum eſſe de eo, qui verbum aliquod ex litteris abraſit, animo addendi aliud,ſed pœnitentia ductus non addidit,ſed prius verbum iterum appoſuit.Nec obſtat ſi dicatur,quòd ſtatim quòd prius verbum abraſum fuit, mutata fuit verborum ſignificatio ; ergo ſtatim contracta ſunt excommunicatio ; quoniam reſpondet Bonac. non cenſeri mutatam verborum ſignificationem ; quamdiù actio cõpleta non fuit actio : actio autẽ nõ fuit completa ſolùm detractione primi verbi,quod ſubtractum fuerat intentione addendi aliud , diſtinctam habẽs ſignificationem. Io.Vincent.

COMMENTVM

In Canonem ſeptimum Bullæ in Cęna Domini.

ITEM Excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Chriſtiani nominis hoſtes, & inimicos, vel hæreticos, per noſtras, ſiue huius ſanctæ Sedis ſententias, expreſſè, vel nominatim declaratos, deferunt, ſeu tranſmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, ſtannum, chalibem, omniumque alia metallorum genera, atque bellica inſtrumenta, lignamina, canabem, funes, tam ex ipſo canabe, quàm alia quaecunque materia, & ipſam materiam, aliaque huiuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant: necnon illos, qui per ſe, vel alios, de rebus ſtatum Chriſtianæ Reip. concernentibus, in Chriſtianorum perniciem, & damnum, ipſos Turcas, & Chriſtianæ Religionis inimicos, necnon hæreticos, in damnum Catholicæ Religionis, certiores faciunt, illiſque ad id auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtant. Non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, quibuſuis perſonis, Principibus, Rebuspublicis, per nos, & Sedem prædictam hactenus conceſſis, de huiuſmodi prohibitione expreſſam mentionem non facientibus.

De Diuiſione huius canonis. Q.1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio huius canonis, eſt antiquiſſima, vna ex illis ante Bullam Clem.V.*

2 *Delatio armorum, & aliorum, quæ ad vſum bellicum pertinent, ad chriſtianos, ac Catholici nominis inimicos, prohibetur non ſolùm vi præſentis canonis, ſed etiam de iure communi, tum canonico, tum ciuili: ac etiam iure Diuino ſaltem naturali.*

3 *Vendentes galeas, ſeu naues, & alia huiuſmodi Chriſtiani nominis inimicis, non poſſunt abſolui, donec totum, quod ex damnato commercio perceperint, & tantundem de ſuo in ſubſidium terræ ſanctæ trãſmiſerint.*

4 *Lucrum ab excommunicato, durante excommunicatione, ex damnata negociatione acquiſitum citra alterius iniuriam, non eſt reſtitutioni obnoxium.*

5 *Simoniacus licèt acquiſita illicite per ſimoniam in rigore non teneatur reſtituere tamen ad terrorem de iure compellitur ad reſtituendum omne quod per ſimoniam acciperit.*

6 *Deferentes res prohibitas ad infideles, lucrum, quod ex tali negotiatione conſequuntur, ex iniuſtitia accipiunt.*

7 *Abſoluentes deferentes prohibita ad infideles, non præmiſſa ſatisfactione, valet abſolutio.*

8 *Abſoluendi facultate conceſſa non habenti, ſi forma præſcripta non ſeruetur, nulla eſt abſolutio.*

9 *Abſolutionis forma præſcripta habenti poteſtatem abſoluendi, ſi non ſeruetur, non per hoc nulla redditur abſolutio.*

10 *Abſolutionis forma præſcripta habenti poteſtatem, ſi clauſula contineat irritantem, & non ſeruetur, irrita redditur abſolutio.*

11 *Abſolutus, non præmiſſa ſatisfactione, debet in eandem excommunicationem reduci.*

12 *Commercium habentes cum infidelibus tempore belli excommunicantur.*

13 *Deferentes ad infideles ad vſum bellicum pertinentia, de iure ciuili puniuntur pœna vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum.*

14 *Pugnare pro Patria, & Religione tenemur de iure diuino naturali, etiam contra parentes.*

15 *Bellanti iniuſtè auxilium præſtantes, faciunt contra præceptum diuinum de non occidendo, & non ſurando.*

16 *Deferre ad vſum bellicum pertinentia ad Chriſtiani*

nominis inimicos, eſt ſacrilegium contra principatum Chriſtianum, & contra primum legis præceptum.

17 *Iura prohibentia delationem armorum & aliarum rerum ad vſum bellicum pertinentium, in quibus conueniant, declaratur.*

18 *Bullæ cœnæ, & alia iura prohibentia delationem eorum, quæ ad vſum bellicum pertinent ad Chriſtiani nominis inimicos, quomodo differant, explicatur.*

19 *Deferentes arma, & alia prohibita ad Saracenos ſi capiantur efficiuntur ſerui capientium, & bonis omnibus priuantur: efficiuntur infames, inteſtabiles &c.*

20 *Excommunicatio contra deferentes arma, & alia prohibita ad Saracenos, non multiplicatur iuxta numerum iurium, talem pœnam ſtatuentium.*

21 *Pœna impoſita a lege, aut ſtatuto poſteriori, non adimit pœnam legis poſterioris, niſi ex eius verbis oppoſitum appareat.*

22 *Bullæ cœnæ non adimit alias pœnas ſtatutas ab aliis iuribus tũ ciuilibus, tũ canonibus cõtra deferẽtes arma, & alia prohibita ad Saracenos, ſed potius confirmat, & ſuperaddit reſeruationem.*

TEx. diuiditur in quatuor pates. In prima parte excommunicantur deferentes arma, & illa omnia, quibus Catholici impugnãtur, ad Infideles, hæreticos, & omnes Chriſtiani nominis inimicos. In ſecunda parte excommunicantur per ſe, vel per alios de rebus ſtatum Chriſtianæ Reip. concernentibus in Chriſtianorum perniciem, & damnum; Religionis Chriſtianæ inimicos, & hæreticos certiores faciẽtes. In tertia excommunicatur ad id conſilium, vel fauorẽ præſtãtes. In quarta derogatur omnibus priuilegijs quibus conceditur facultas deferẽdi dicta prohibita ad Infideles. Secunda ibi. Nec non illos Tertia ibi. Illiſque. Quarta ibi. Nõ obſtantibus.

Circa primam partem, ſunt tria conſiderãda.

1 Primò excommunicationis tẽpus. Secũdò perſonæ, quæ excommunicantur. Tertiò actiones, pro quibus fertur excommunicatio.

Circa excommunicationis tempus, eſt annot. quòd excommunicatio ipſa eſt antiquiſſima, vna ex illis ante Bullam Clem. V. de qua Gloſ. in clem. 1. de iudic. ſæpe ſæpius allegata.

Hæc eadẽ excommunicatio habetur in c. ita
2 quorundam, c. ad liberãdã, c. quod olim, de Iudæ. & in extrau. multa mẽtis, eod. tit. In c. ita quorundã, excommunicãtur ipſo facto deferẽtes arma, ferrum, & lignamina galearũ, ſubminiſtrantes neceſſaria ad impugnandum Chriſtianos: & regimen, & curam gubernationis in galeis, & piraticis nauibus Saracenorum exercentes. In c. ad liberandam, excõmunicãtur omnes illi, qui in d. c. ita quorundam, & inſuper excommunicantur hi, qui vendunt eis galeas, aut naues, & qui machinis, aut quibuslibet alijs aliquod eiſdem impendunt auxilium, vel conſiliũ in diſpendium Terræ ſanctæ.

Imò negatur huiuſmodi delinquentibus abſolutio donec totum,
3 quod ex commercio dãnato perceperint. & tantundem de ſuo in ſubſidium Terræ ſanctæ tranſmiſerint.

Vndè quamuis lucrum ab excommunicato,
4 durãte excommunicatione, ex damnata negotione acquiſitum citra omnem alterius inuriã, non ſit reſtitutioni obnoxium, iuxta ea, que habentur ex Inn. in c. cùm ſit, n. 2. de Iudæ. contra Anch. in d. c. ad liberandam, n. 3. tamen iuſtiſſimè potuit Eccleſia in pœnam tam execrandi ſceleris ſubijcere illud reſtitutióni, vt Chriſtianorum impiorũ animos, quos Catholicæ Religionis pietas ab huiuſmodi damnato commercio, & ſæua cupiditate non retrahit, ſaltem pœnarum multiplicitas, & grauitas coerceret.

Hoc idem patet in Simonia, vbi illicitè acquiſitum,
5 nõ eſt reſtitutioni obnoxium, vt in c. fin. de Simon. Et tamen ad terrorem pœna ſtatuitur, vt Simoniacus realis quodcumque munus accepiſſet, reſtituere teneretur.

Confirmatur, quia qui defert res prohibitas
6 ad infideles, & ex tali negociatione lucratur, lucrũ ex iniuſtitia conſequitur. Etenim tradit ea quæ reddũt validiores infideles ipſos ad impugnandum Chriſtianos; atque ideò illis dicitur iniuriam inferre: meritò igitur, ſic deferentes, ad reſtitutionem obligantur: vt per Gloſ. in d. c. ad liberandum, & Alter. in explic. huius can. cap. 8. col. 7. ver. Igitur ad dubitationem.

Verũ tamen eſt, quod ſi abſoluantur nõ facta
7 ſatisfactione, tenet abſolutio, vt habetur ex Io. And. & alijs, quos refert Sayr. hìc lib. 3. Theſ. t. t. c. 11. n. 10. Et Alter. in explic. eiuſdem canon. c. 8. col. 7. in prin. ver. Reſpondendum eſt.

Nam, vt habetur ex Gemin. in c. quoniam,
8 de immun. Eccl. lib. 6. licèt quando conceditur abſoluendi facultas nõ habenti, ſi non ſeruetur forma præſcripta, actus non valeat, iuxta Gloſ. in clem. 1. ver. inhibentes, de iur. patr. nihilominus vbi forma præſcribitur in abſolutione im-
9 pendenda ab habente poteſtatem, vt ſumus in caſu de quo agitur, cùm excommunicatio d. c. ad liberandam, non ſit reſeruata, ſi abſolutio tradatur non ſeruata forma decreta, valet abſolutio ipſo iure, vt in c. venerabilibus, §. vbi, de ſentent. excommun. in ſextò.

Et hanc ſententiam tenet etiam Panorm. in
10 c. dilectus, il ſecondo, de præbend. dummodò in conſtitutione præſcribente formam ſeruandam, non adſit clauſula irritans, nam eo caſu invalida eſt abſolutio, quamuis impendatur ab habente poteſtatem.

Verũ tamen eſt, quòd quando quis abſolui-
11 tur, non præmiſſa ſatisfactione, tunc debet iterum in eandem excommunicationem reduci, vt habetur ex D. Ant. 3. p. ſum. tit. 24. c. 30. ver. Notãdum quòd talis, & Syl. in ver. Excommunicatio, 7. §. 65.

In c. quod olim, excommunicantur etiam
12 ipſo iure omnes, qui tempore belli cum Saracenis commercium habent: aut per ſe, aut per alios, ſubſidia, vel conſilia illis impendunt tempore belli inter illos, & infideles.

In extrau. tandẽ multa mentis, renouat Clem. V. extrau. Nicol. IV. quæ incipit: Olim tã generali, & ſtatuit, vt nullus arma, equos, ferrũ, lignamina, victualia, & alia quæcũque mercimonia in Alanxadriam, vel ad alia loca Saracenorum terræ Aegypti, deferre, mittere, vel portare, ſeu de portibus eorum, eiſdem deferãtur, extrahere, vel extrahi permittere, aut illis, aliàs auxilium, vel fauorẽ præſtare quoquomodo præſumant: & contrafacientes excommunicationẽ

Papæ

Papæ reseruatam incurrunt, præter aliàs pœnas ibidem reseruatas.

Item hæc eadē, quę prohibita fuerunt per di-
13 cta capita, & per canonem nostræ Bullæ, prohibita reperiuntur per leges ciuiles, vt in l. 1. & 2. C. quæ res aspor. nō deb. l. cæteri, ff. de publ. & vectigal. & l. fin. C. de pœn. vbi sub pœna vltimi supplicij, & confiscationis bonorū prohibentur vinum, oleum, lignamina, & omnia ad apparatum bellicū pertinentia, ad barbaras nationes deferri: ferrum eis acuendum, & naues fabricandi artem eosdem edocere omnino damnatur.

Denique hæc omnia prohibita videntur non
14 modò iure canonico, & ciuili, sed etiam iure Diuino saltem naturali quoad aliquod tempus, & locū, in quibus tenemur pro Patria, & Religione etiam contra parentes pugnare, l. minimè, ff. de relig. & sump. fun.

Tantò fortius, quòd contra præceptū de non
15 occidendo, & non furādo facit, qui iniustè bellanti opitulatur, ar. tex. in c. noli, c. quid culpatur, c. militare, 23. q. 1. c. pœnale, 14. q. 5. quæ constat esse præcepta, naturalia secundū D. Thom. communiter receptum, 1. 2. q. 100. ar. 1. Modò, qui Infideles contra Christianos adiuuat, iniustè bellantibus opitulatur.

Imò crimen hoc loco vetitum, est sacrilegiū
16 contra Principatum Christianum, & eōtra primum præceptum, quo præcipitur Religio erga Deum, l. veluti, ff. de Iust. & iur. Natur. in d. c. ita quorundam, not. t. n. 8. & Sayr. hic lib. 3. Thes. tom. 1. c. 11. num. 5.

Ex quibus patet, quòd omnia prædicta iura
in hoc cōueniunt eum præsenti canone nostræ
17 Bullæ, quòd in omnibus prohibetur, ne ad infideles, & Christiani nominis inimicos ea deferātur, quibus ipsi potentiores fiant in bello ad pugnandum contra Christianos.

Differt autem in multis Bulla cœnæ Domini
18 à supradictis iuribus; quoniam in Bulla prohibetur deferri ad christiani nominis inimicos ac ad hæreticos filum ferri, stamnum, chalybē, omniaque alia metallorum genera, ac bellica instrumenta, canabum, funes tam ex ipso canabe, quā ex quacunque alia materia, & ipsam materiam. Item excommunicantur, qui per se, seu alios de rebus ad christianæ Reip. statum concernentibus in christianorum perniciem, & damnum, sua pradictos hostes certiores fecerint, illisque ad id auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstiterint. Quæ quidem omnia in dictis iuribus non habentur expresè. Quocirca Bulla nostra ex hac parte amplior est, & vniuersalior illis.

Secundò differt, quoniam in aliquibus ex supra citatis iuribus prohibētur victualia & merces per se ac directè, quatenus talia sunt, etiam si non deferantur animo adiuuandi infideles in bello ad impugnandum christianos, sed ob aliū quemeumque finē, vt causā lucrandi, vel negociandi, etiam si aliàs honesti essent fines. At verò in canone nostræ Bullæ per se, ac directè & in specie interdicitur tantùm delatio rerum, quæ per se ordinantur ad bellum, & quatenus tales, sunt instrumenta necessaria ad impugnandum: & vectigalia, merces, & cætera huiusmodi prohibentur in genere, vt q. seq. dicemus, quatenus subministrantur christianorum hostibus intētione formali, vel saltem virtuali; vt ex illis rebus infideles ipsi adiuuentur in bello ad impugnandum Christianos.

Tertiò differt nostra Bulla ab aliis iuribus,
19 quoad pœnas. Nam in ea contrauenientes sola excommunicationis pœna afficiūtur: atq; ideò, præter excommunicationem Romano Pontifici reseruatam, nulla alia plectuntur pœna. At in supra citatis iuribus, vltra excommunicationē, quæ non vbique est reseruata, aliæ multæ adijciūtur pœnæ. Etenim huiusmodi deferētes prohibita, si capiantur, efficiuntur serui capientiū, bonis omnibus priuātur: non possunt absolui, nisi lucrum, quod ex hac causa acquisierint, & tantundem de suo in subsidium terræ sanctæ trāsmiserint. Perpetuò remanent infames, intestabiles, & ad successiones tam ex testamēto, quā ab intestato fiunt prorsus inhabiles. Ad publica officia non admittuntur, & ab omnibus actibus legitimis sunt penitus excluſi, & tanquam excōmunicati, & hostes Catholicæ Ecclesiæ, diebus Dominicis & festis debent publicè denunciari. Iure denique ciuili bona eorum confiscantur, & capitalem pœnam subire coguntur. Hæc pœnæ in supradictis iuribus statutæ reperiuntur.

Est tamen verum, quòd excommunicationes,
20 quæ in dictis iuribus continentur, non multiplicātur iuxta numerū constitutionū, quæ pro eodē opere excommunicationem infligunt, vt malè arbitratur Glos. in d. c. quod olim, ver. Supponimus, de Iudæ. Nā licèt Summus Pontifex idē scelus sub excōmunicationis pœna sæpe prohibeat, non tamen intendit multiplicare excōmunicationes iuxta constitutionum numerum sed id agit, vt maiorem terrorē hominibus injiciat, illosque magis à contrauentione retrahat. Vndè si quis illas violat, non pluribus, sed vnica tantùm absolutione indiget.

Non tamē dicendū est vi nostræ bullæ fuisse
21 sublatas censuras dictorū iurium: quoniā pœna imposita à lege, aut statuto posteriori, non adimit pœnam legis anterioris nisi ex eius verbis oppositum appareat, ar. tex. in l. quoties, ff. de act. & obligat. & habetur ex Felin. in d. cap. quod olim, num. 4.

Quocirca, per hunc canonem non tolluntur
22 iuris excommunicationes, sed potius cōfirmātur, & superadditur reseruatio: atque ideò, vt fi dematur ex nostra Bulla huiusmodi excommunicatio, adhuc deferētes prohibita ad Christiani nominis inimicos, incurrerent alias iuris cēsuras desuper latas, singulas scilicet excommunicationes pro singulis transgressionibus.

Idem dicendum est de aliis pœnis huiusmodi delinquentibus à iure impositis, remanēt enim in suo robore; nec vi nostri canonis censentur abrogatæ, cùm de illis nulla in eo fiat mentio, iuxta ea, quæ docet Glos. in c. eos qui, ver. per annum, de temp. ordin. in sexto, & latè habetur ex Alter. loco citato, q. 4.

Quoad personas, excommunicatio ista generalis est comprehendens quascunque, sequentes actiones perpetrantes. Actiones autem pro quibus fertur excommunicatio in prima parte dicti canonis, sunt deferre, seu transmittere ad Christiani nominis, & ad fidei Catholicæ inimi eos vnam, vel alteram ex rebus hic transmitti prohibitis. Circa secūdā, reliquas partes eiusdē

canonis, nihil ad præſens occurrit dicendum, ſed in proprijs quæſtionibus infra, Deo duce, quæ explicatione indigent, aperiemus.

An noſter canon prohibeat omnia, quę prohibent ſupradicta iura ſimul iuncta. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Bona, quæ prohibentur deferri ad Saracenos ſunt in triplici differentia: nempe, quædam ſimpliciter deferri prohibita ad omnem Saracenorũ locũ, & omni tempore; quædã ad omnem locum, ſed non omni tempore; & alia omni tempore, ſed non ad omnem Saracenorum locum.*

2 *Dictio alius, alia, aliud, eſt repetitiua ſimilium.*

3 *Bona deferri prohibita ad Saracenos, quædam prohibentur formaliter & in ſpecie: & quædam virtualiter, & in genere.*

4 *Bona deferri prohibita ad Saracenos, ſiue formaliter, ſiue virtualiter dolicitur ferri contingit, bono ſcilicet, aut malo animo, formali, æquipollenti, aut præſumpto.*

5 *De æquipollentibus idem eſt iudicium.*

6 *Vi huius canonis prohibentur omnia, quæ de iure communi prohibentur ad Saracenos deferri.*

7 *Dictio alius, alia, aliud, non ſemper eſt repetitiua ſimilium.*

8 *Deferentes ad Saracenos bona vi huius canonis in genere prohibita, tunc in eiuſdem excommunicationem incidunt, quando malo animo, vero, aut æquipollenti, tempore belli deferunt.*

9 *Lanam & linum & his ſimilia ad Saracenos deferens extra tempus belli, in excommunicationem non incidit.*

10 *Sudariola, pannos ſubtiles laneos, aut ſericos ad Saracenos deferens, etiam tempore belli, excommunicationem non contrahit.*

11 *Canon iſte in plus ſe habet, & plura prohibet, quàm omnia iura ſimul contra deferentes arma, & alia ad vſum bellicum neceſſaria ad Chriſtiani nominis inimicos, condita.*

12 *Deferentes ſpecialiter prohibita in hoc canone, in excommunicationem incidunt, etiam ſi extra tempus actualis belli deferant.*

13 *Deferentes ſpecialiter prohibita cur excõmunicationem contrahant, etiam ſi extra tempus belli deferant: & deferentes generaliter prohibita extra dictum tempus, cenſuram ipſam non incurrant, ratio aſſignatur.*

14 *Belli tempus intelligitur etiam tempus treguæ.*

15 *Deferentes ſpecialiter in hoc canone prohibita, excommunicationis vinculo aſtringuntur, etiam ſi abſque malo animo ad Chriſtiani nominis inimicos deferant.*

16 *Excommunicatio non incurritur, niſi propter contumaciam.*

17 *Deferentes vi huius canonis prohibita ad Saracenos, probabiliter ignorantes hanc cenſuram, excommunicationem non contrahunt, etiam ſi ſciant facere contra legem Diuinam, Naturalem, aut ciuilem.*

18 *Verba illa in excommunicationibus appoſitis, quod ſufficiat affixio in valuis Sancti Petri Romæ, quid importent, declaratur.*

IN hac re Sayr. in explicatione præſentis canonis, lib. 3. Theſ. tom. 1. cap. 11. num. 12. & alij volunt, quòd iſte canon ſe ſolo non prohibet omnia, quæ prohibentur per prædicta iura ſimul iuncta.

Probat ſuam ſententiam primò, quia in d. c. quod olim, & in extrau. citata, excommunicantur qui victualia miniſtrant Saracenis, aut mercimonia, commercium cum illis habentes; qui quidem vi huius canonis non alligantur.

Secũdò in d. c. ita quorundam, excommunicantur ſubminiſtrantes neceſſaria ad impugnãdum Chriſtianos, & regimen, & curam gubernationis in galeis, & piraticis nauibus Saracenorum exercentes. Et in extrau. multa mentis, excommunicantur Chriſtiani, qui de portibus eorum extrahunt, aut extrahi permittũt lignamina, victualia, &c. Alexandriam, aut in alia Saracenorum loca: quę quidem omnia in præſẽti clauſula nõ continentur. Per leges denique ciuiles prohibetur doceri artem conficiendi naues, ipſos Barbaros, vt in d. l. fin. C. de pæn. Item vendi hoſtibus inhibetur cotem ferro ſubijciẽdam, vt d. l. cotem, ff. de public. & vecti. & denique prohibentur omnia ad paratum bellicum pertinẽtia, vinum, & oleum ad Barbaras nationes deferri, vt in l. 1. & 2. C. quæ res expor. non deb. quæ tamen hoc loco non prohibentur.

Hanc eandem ſententiam videtur ſequi Alt. 1 in explic. eiuſdem can. cap. 6. col. 1. & 2. pro qua allegat etiam Syl. & alios: qui quidem volunt, bona, quorum delatio ad Saracenos communi iure interdicitur, eſſe in triplici differentia. Nã quædam appellantur ſimpliciter prohibita, vt ſunt illa, quæ deferri prohibentur ad quemcũque Saracenorum locum: ſeu ad quoſcumq. Saracenos, & omni tempore, ideſt tam tempore belli, ac treguæ, quàm tempore pacis, vt ſunt arma, ferrum, equi, &c. vt in c. ita quorundam, c. ſignificauit, & c. ad liberãdam, de Iudæ: Quædam prohibita ſunt ad omnes Saracenos, atque ideò ad omnem eorum locum deferri, ſed non omni tempore, vt victualia, & mercimonia, quorum delatio tempore belli tantùm interdicta reperitur, non autem tẽpore pacis, vt in c. quod olim, de Iudæ: Alia denique interdicuntur deferri omni tempore, ſed non ad omnem locum: vt ſunt victualia, & mercimonia, quorũ delatio prohibetur in Alexandriam, & ad alia loca Saracenorũ terræ Egypti ſub dominio Soldani, tam tempore belli, & treguæ quàm tẽpore pacis, vt in extrau. multa mentis, eod. tit. Ad alios autem Saracenos tempore pacis delatio huiuſmodi, nullibi prohibita reperitur. Alter. igitur opinatũr, vi huius canonis prohibitam eſſe delationem ad Saracenos bonorum primi generis tantùm, quæ nempe ſunt arma, ferrum, equi, & cætera, quæ ſunt proxima inſtrumenta, ad vſum belli deſtinata.

Mouetur ex illis verbis, quæ habentur in hoc 2 eodẽ canone, *Aliaque huiuſmodi*, poſitis poſt res illas in ſpecie enumeratas; ergo verba illa referuntur ad ſupradictas res in ſpecie enumeratas: atque ideò ad bona primi generis tantùm, & nõ ad alia: quoniam dictio, alius, alia, aliud, eſt repetitiua ſimilium, vt in c. ſedes, de refer.

Confirmat hanc ſententiam: quia in Bullis antiquioribus, nempe Pauli III. & aliorum leguntur hæc verba *Et alia prohibita deferunt*: quæ ſecũdum aliquos indicabãt prohibitionem victualium:

lium: ergo cùm in hoc canone sublata sit dictio illa: *Prohibita*: & eius loco habentur supradicta verba, *Alia huiusmodi*, clarè videtur ex eo colligi mentem Romani Pontificis non esse hoc loco prohibere victualiũ delationem ad Saracenos; sed tantùm res illas, quæ pertinent ad bellum, atque ideo bona primi generis.

His tamen non obstantibus, contrariam sententiam arbitror de iure veriorem esse, quam 3 tenet Suar. hoc loco, disp. 22. de censur. sec. 2. n. 53. Pro cuius rei explicatione est annot. quòd actiones, & res fieri, ac deferri vt supra prohibitæ quædam formaliter, & in specie prohibentur: vt equi, arma, ferrum, filum ferri, stamnum, chalybs, cannabes, funem, tam ex ipso cannabe, quàm ex alia quacumque materia: & certiores facere infideles, & hæreticos de rebus statum Christianæ Reip. concernentibus. Quædam verò prohibentur in genere, & virtualiter, vt omnia metallorum genera, bellica instrumenta, & alia huiusmodi, quibus Christiani catholici impugnantur.

Secundò est not. quòd res, tam quæ generaliter, quam quæ specialiter prohibentur dupliciter ferri contingit: bono scilicet, & malo animo. 4

Bono animo, cùm quis prædictas res prohibitas ad Infideles, defert, probabiliter credens eas non fore sui ad bellum contra Christianos: vel probabiliter ignorans delationem illam esse cõtra iuris Diuini, seu Naturalis, Canonici, aut Ciuilis prohibitionem, & signanter nostri canonis.

Malo autem animo actiones prædictas fieri tripliciter contingere potest. Primò formali quotiescunque aliquis verè, & expressè prohibitas actiones patret, & res deferat, vt Infidelibus, & hæreticis sint vsui ad prælium contra Christianos.

Secundò æquipollenti; quando quis prohibitas actiones non agit, & res non defert, vt sint 5 Infidelibus, & hæreticis vsui ad impugnandum Catholicos; sed in alium bonum finẽ; verùm attentis omnibus loci, temporis, rei, & personarũ circunstantijs, probabiliter putat illos rebus, vt supra translatis aliquando vsuros esse contra Catholicos; aut si non putat, putare debet. ar. tex. in l. quod mihi, ff. si cert. pet. vbi Iaf. & in l. qui cum alio, & ibi Glo. ff. de regul. iur. Is igitur, licèt non dicatur contrauenire malo animo formali; contrauenit tamen modo animo æquipollenti: quod idem est: nam de æquipollentibus idem est iudicium. l. fin. ff. mand. c. dudum, il 2. de elect. latè Nauar. in d. c. Ita quorundam, not. 10. num. 7.

Tertiò denique contingit prædictis iuribus contraueniri agendo prædictas actiones malo animo præsumpto: quotiescumque aliquis defert specialiter prohibita in nostro canone, quæ de sui natura possunt esse vsui Infidelibus ad impugnandos Christianos: Is enim quamuis nõ habuerit malum animum; nihilominus malus animus præsumitur, vt bene docet Nafar. loco citato, corol. 9. seu n. 25. His adnotatis sit

Prima Conclusio.

6 VI nostri canonis prohibentur omnia, quæ prohibent dicta iura simul iuncta. Hæc cõclusio est contra Sayr. loco citato, & alios.

Probatur hæc conclusio ex solutione contrariorum. Nam quoad tex. in d. c. quod olim, & in citata extrau. licèt in nostro canone non fiat mentio de mercimonijs, & victualijs in specie, & expressè; tamen prohibentur in genere, seu tacitè: comprehenduntur enim sub illis verbis: *Et alia huiusmodi, quibus Christianos, & catholicos impugnant*: ex quo per delationem victualium ad Christiani nominis inimicos Catholici maximè impugnari possunt. Comprehenduntur etiam sub ly. *Auxilium quomodolibet præstent*: nam per delationem dictarum rerum, auxilium prædictis præstatur.

Sic etiam prohibitum regimẽ, & cura gubernationis in galeis, & piraticis nauibus Saracenorum specialiter, & expressè per tex. in d. c. ita quorundam; tacitè, ac generaliter vi præsentis clausulæ prohibitum censetur, per illa verba: *Auxilium præstent*: vt bene notat Suar. hic disp. 21. de censur. sec. 2. n. 56 & 59.

Et sub eadem particula comprehenduntur Christiani, qui de portibus eorum extrahũt, vel extrahi permittunt lignamina, victualia, &c. expressè prohibita per d extrau. multa mentis. Reliqua denique per supradicta iura ciuilia deferri inhibita, in genere quoque vi nostri canonis prohibentur. in illis verbis: *Et alia huiusmodi*: & *auxilium præstant*.

Nec obstat id, quod in contrarium adducit 7 Alter. quoniam non semper dictio alius, alia, aliud est repetitiua similium, vt est tex. in c. accedens, vbi Panor. n. 6. de præben. & infra latius, Deo duce, dicemus, can. 14. q. 6. in resp. ad primum. Vndè dictio illa contrahitur per immediatè consequentia verba: *Quibus Christianos impugnant*: atque ideo ob dicta verba; *Auxilium præstant*: prætata dictio non solùm refertur ad bona primi generis, sed ad omnia alia, quibus Christiani possunt ab Infidelibus impugnari.

Ad confirmationem dicimus, quòd per supradicta verba: *Et alia prohibita deferunt*: in antiquioribus Bullis habita, sumebatur occasio dubitandi, an mens Romani Pontificis fuisset prohibere tantùm bona primi generis, quæ à Doctoribus appellantur simpliciter prohibita: vt ex Syl. in sum. in ver. Excommunicatio. 7. §. 60. notat idem Alter. loco citato. Quocirca ad tollendam hanc dubitationem, loco illius dictionis: *Prohibita*: per successores Pontifices fuerunt in hoc canone posita verba illa: *Et alia huiusmodi, quibus Christianos impugnant*: vt comprehenderet prohibitionem delationis rerum, nõ solùm primi generis, sed omnium aliarium, quibus Christiani impugnantur.

Beneverum est. quòd deferentes hęc, & alia 8 similia vi huius canonis in genere prohibita, tũc in eiusdem excommunicationem incidunt, quãdo malo animo, vero, aut æquipollenti, tempore belli deferunt.

Dixi malo animo, vero, aut æquipollẽti, id est quòd deferentes intentionem habeant formalem, aut virtualem auxilium præstandi Christiani, ac catholici nominis inimicis, contra ipsos catholicns, iuxta ea, quæ supra annotauimus in secundo not.

Dixi tempore belli, quia si solùm predicta, vt supra generaliter prohibita deferantur eo tempore, quo bellum non geritur, tunc non fit cõ-

tra

tra noſtrum canonem: quoniam nullo modo nec formali nec æquipollenti, nec præſumptiuo datur eis auxilium contra Chriſtianos. Poſſunt tamen incurrere pœnas, & cenſuras in dictis iuribus contentas, in quibus prædicta ſpecialiter, & expreſsè prohibetur, vt latè probat Nauar. in d. c. ita quorundam, not. 8. n. 11. & 12. & not. 10. n. 40. & 41. quoniam, vt dicit idem Nauar. in d. c. not. 4. n. 10. & 15. ſupradicta generaliter prohibita ex ſui natura non ſunt inuenta ad bellandũ, ſed dicuntur talia ex intentione aſſumentis.

Vndè, qui extra tempus belli lanam & linum 9 & his ſimilia ad infideles defert; quia hæc bona, tam in pace, quàm in bello vſui eſſe poſſunt, & hic, & nunc non poſſunt moraliter cenſeri quaſi inſtrumenta, ſeu auxilia belli, procul dubio in excommunicationem noſtri canonis non incideret, vt latè ex Rebuff. & alijs probat Suar. hic num. 56.

Immo Viual. eodem loco, ſub n. mihi 175. in 10 ver. Qua diſtinctione, docet, quòd deferentes ſudariola, pannos ſubtiles, lancos, vel ſericos ad Infideles, vi præſentis canonis nõ erunt excommunicati abſolutè, etiam ſi tempore belli deferant: quoniam huiuſmodi ſubtiles telæ, ex quibus cammiſiæ fieri ſolent, & veſtes non ſunt eſſentiales ad bellum, & ſpecialiter in noſtra clauſula non prohibentur: nam ſine illis & cum illis bellari poteſt: atque ideo indifferentes ſunt ad vſum bellicum.

Secunda concluſio.

11 CLauſula noſtra multa prohibet, quæ ſupradictis iuribus nõ prohibentur: atque ideo in plus ſe habet ipſe noſter canon, quàm omnia dicta iura canonica, & ciuilia ſimul iuncta.

Probatur, quia vi noſtri canonis alligantur non ſolùm deferentes arma, &c. ad Saracenos, & Turcas, ſed etiam ad Iudæos, Paganos, & ad omnes Chriſtiani nominis inimicos, & hoſtes, vt bene notat Nauar. in d. c. Ita quorundam, not. 4. n. 17. & 26. & ex huius canonis tenore clariſſimè colligitur.

Secundò in hoc canone excommunicantur deferentes ſupradicta bona ad hæreticos à ſede Apoſtolica expreſsè, vel nominatim declaratos: In illis autem iuribus ſolùm comprehendũtur deferentes ea ad Saracenos.

Tertio ſub excommunicatione noſtri canonis includuntur certiores facientes Infideles, aut hæreticos de rebus pertinentibus ad ſtatum Chriſtianorum, & Catholicorum in eorũ damnum, & perniciem; qui tamen vi dictorum iurium non excommunicantur.

Quartò in præſenti canone prohibetur, nc vlla ratione arma ad infideles, vel hæreticos deferantur: cùm tamen olim ad nonnullos infideles licebat tempore pacis deferre, illa ſaltem ante conſtitutionem Clem. V.

Tertia concluſio.

12 AD contrahẽdam excommunicationem, quę in hoc canone continetur ob delationem earum rerum, quæ expreſsè, ac formaliter in eo prohibentur, non requiritur, vt actuale bellum geratur; ſed ſatis eſt, ſi illi, ad quos deferuntur ſint Catholicorum hoſtes.

Probatur, quia de actuali bello nulla fit mentio in ipſo canone; ſed tantùm de Chriſtiani nominis inimicis, & hoſtibus; ergo ad prædictam excommunicationem incurrẽdam ſufficit, quòd ſint hoſtes, ſeu inimici Chriſtiani nominis. Ita Rebuff. relatus à Suar. hic n. 56. in fine.

Ratio autem cur ea, quę formaliter, & expreſ- 13 sè prohibẽtur in hoc canone nõ requirãt actuale bellum: & prædicta quæ generaliter ſub tali prohibitione continentur requirãt actuale bellum ad prædictam excommunicationem incurrendam, hæc eſſe poteſt: quoniam victualia, & his ſimilia ſunt indifferentia ad impugnandum Chriſtianos: at verò ea, quæ ſpecialiter hic prohibentur, ſunt formaliter inuenta ad vſum belli: & ideo in primo caſu requiritur bellum: & in ſecundo ſatis eſt quòd ſint hoſtes.

Et per tempus belli intelligitur etiam tempus 14 treguæ: quia per eam bellum nõ tollitur, ſed intermittitur: vt habetur ex Syl. in ſum. in ver. Excommunicatio. 7. ſub n. 58. Vndè victualia, & cætera huiuſmodi, prohibita ſunt deferri vt ſupra, etiam ſi actu non committatur bellum, vt ſi tempore induciarum deferantur, vt per Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 1. c. 23. q. 16.

Quarta Concluſio.

15 DEferentes ea, quæ ſpecialiter prohibentur in hoc canone, incidũt in excommunicationem in eo cõtentam; eſtò quòd abſque intẽ- a tione mala deferant a ad Chriſtiani nominis Infideles, & hoſtes. Ita Nauar. in d. c. ita quorundã, not. 8. n. 11. & 12. & not. 10 n. 41. in fine.

Probatur, quia cùm ſciant ſub pœna excommunicationis prædicta prohibita eſſe ad hoſtes deferri, deferendo contumaces fiunt, eſtò quòd putent illis vſui non fore ad impugnandum Catholicos: nam ea de ſui natura ſunt talia; & malus animus, licèt non ſit formalis eſt tamen præſumptiuus.

Dixi ſpecialiter quoniam propter ea, quæ ge- 16 neraliter prohibentur, præciſi mala intentione, non incidunt in excommunicationem noſtri canonis, vt ſupra diximus ex Nauar. & Suar. ex quo non ſunt in contumacia, quæ eſt cauſa cenſuræ: cùm dicta bona generaliter prohibita, ſint indifferentia ad vſum bellicum: & proinde non adeſt malus animus præſumptus.

Ex hoc infertur quòd ſi quis probabiliter ignoraret cenſuram præſentis canonis, contraueniendo in eam non incidit: quia excommunicatio non incurritur, niſi propter contumaciã: vt ex Couar. & alijs probat Suar. de cenſur. Eccl. diſp. 4 ſec. 6. num. 2.

Immo eſto, quòd non excuſetur à letali cul- 17 pa, vt quia ſciat facere contra legem Diuinam, Naturalem, aut Ciuilem; tamen adhuc excuſatur à cenſura, quam ignorat: quoniam conditori legis ſtatuentis cenſuram, non eſt contumax.

Nec obſtat quòd in excommunicationibus 18 dicitur, quòd ſufficiat affixio in valuis S. Petri Romæ: quia vt rectè docet Angelica in ver. Excõmunicatio. 7. caſu vltimo, n. 3. id debet intelligi quoad præſumptionẽ fori cõtentioſi, vel quo-

ad

ad illos, qui sunt in culpa; non autem quoad forum internum, vt latè habetur ex Suar. loco citato, & Sayr. lib. 1. Thes. c. 18. num. 35. Vndè, dato quòd aliqui malo animo deferant prædictas res specialiter psohabitas ad Infideles vtsupra, si probabiliter censuram ignorent, non incidunt in excommunicationem. Dixi, si probabiliter, nā secus esset dicendum si culpabiliter censuram ignorent, vt per Doctores locis citatis.

ADDITIO.

a Deferant. Id tamen verum est, nisi deferentes hoc loco deferri prohibita, probabili laborarent ignorantia, quoniam tunc excusarentur, iuxta generales censurarum regulas traditas à Duard. supra lib 1. cap. 2. q. 5. cæterum, excluſa probabili ignorātia iuris, aut facti, defectus praue intentionis, cùm non tollat contumaciam, non excusat ab excommunicatione huius canonis. D. Cæsar.

Ibi (*Ad Saracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes: & inimicos.*) Qui dicantur Saraceni, & Turcæ, & quinam Christiani nominis hostes, & inimici. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Saraceni, antiquitus Agareni dicebantur; eo quòd genus ducerent ex Ismaele filio Abrahæ ex Agar ancilla susceptо.*
2 *Saraceni, dicuntur tales à Saraca Vrbe in Arabia; vnde idem sunt Saraceni quod Arabes, Agareni, seu Ismaelitæ.*
3 *Turcæ, cur ita nuncupentur.*
4 *Saracenorum appellatione veniunt omnes Mahometicam perfidiam sectantes.*
5 *Christiani nominis inimici, qui nam dicantur.*
6 *Ad contrahendam censuram huius canonis exigitur, vt delatio rerum, quæ in eo prohibetur fiat ad inimicos Christiani nominis, vt tales sunt; secus si ob aliam causam.*
7 *Deferentes vi huius canonis prohibita in specie, vel in genere ad Infideles, qui pacem habent cum Christianis, excommunicationem non contrahunt.*

1 SAraceni secundum aliquos antiquitus Agareni dicebantur: eo quòd genus ducerent ab Ismaele, Abrahæ filio ex Agar ancilla susceptо: quam quidem originem ægrè ferentes, mendaciter à Sara originem traxisse finxerunt, & propterea Saraceni nuncupantur: atque ideo eosdem Saracenos aiunt esse, ac Arabes sunt, Agareni, & Ismaelitæ.

2 Sed verius est, quod dicit Steph. auctor Græc. lib. de Vrb. Saracenos esse populos post Nabathæos in Arabia, sic appellatos à Saraca vrbe Arabiæ. Ex hac gente delectam militum manum sub Hæraclio Imperatore Christiano militasse tradit Paulus Aemil. lib 7. Hist. Franc. eo tempore, quo Cesroam Persarum Regem superauit: qui cùm promissum stipendium non accepisset ab Heraclio, & Romano Imperio deficientes, Damascum occuparunt: & deinde aucto Imperio in Aegyptum se transferentes Mahumesi falsi prophetæ sectam sunt assecuti.

3 Turcos verò, licèt quidam velint sic appellari ab vrbe quadam antiquissima, quæ Troconia dicebatur, & eius populi Troconi, sed cùm Scithæ regionem illam incolenses, eam vrbē, Turciam, & habitatores Turcas dici voluerit, hinc Turcæ nuncupati sint; tamen secundum sentētiam magis receptam, Turcæ originem duxerūt & nomen à Togarma, de quo Gen. 10. & appellantur etiam in scripturis Magog. Nam Magog Hebræis est Scithia, quibus dominatur Ottomanus Tirannus. Vndè multi veterum, & recētiorum voluerunt, nomine Gog, & Mogog in scripsuris significari Saracenos, & Turcas.

4 Quo circa Romanus Pontifex hoc loco per Saracenos a, & Turcas intelligit omnes gentes, a quę adhærent sectę Mahumettanæ, vt sunt Tartari, Mauri, & alij quamplures populi: immò & Saracenorum fautores, qui aduersus Christianos pugnant, & profitentur se inimicos Christiani nominis, quamuis nihil quoad Ecclesiam Catholicam pertineat, occupauerint.

5 Item inimici Christiani nominis, & hostes sūt Iudæi, Pagani, Idola, & Deos multos colentes, atque apostatæ à fide: vt habetur ex Vgol. in explic. huius can in ver. Qui ad Sasacenos, Sayr. lib. 3. Thes. tom. 1. c. 11. n. 3. & latè Alter. hoc eodem loco, cap. 2. col. 5. & 2.

6 Ad contrahendam igitur nostrę Bullæ cēsuram exigitur, vt delatio armorum, & aliarū rerum, quæ hoc loco prohibentur, fiat ad inimicos Christiani nominis, & hostes: qui quidem ij propriè sunt, qui Christianos ob hanc causam tantùm, quia Christiani sunt, & sic ob Christianam Religionem odio prosequuntur: secus autem, si ob aliam causam, nempe ob iniuriam à Christianis acceptam, aut propter bona ab ipsis occupata cum Christianis pacem non habent: nam hi propriè Christiani nominis hostes non dicuntur: vs bene docet Nauar. in c. Ita quorūdam, not. 4. n. 21, de Iudæ. ver. Decimotertiò, ibi, intelligo ausem, & Vgol. Vndè si ob supradictas causas infideles huiusmodi Christianos oppugnarent, non autem odio Religionis, & fidelium res non occuparent, sed iustè sua repeterent, ad ipsos bona vsupra prohibita deferentes, excōsnunicationem hanc non contraherent: quia mens huius canonis, & d.c. Ita quorundam, est comprimere potētiam hostium Christiani nominis, vt habetur ex eodē Nauar. in d. not. 4. n. 13. ver. Septimò infertur.

7 Sic etiam dicendum est de quibuscunque infidelibus pacem cum Christianis habentibus: vt potest dari casus in aliquibus Paganis, qui licēt multos Deos colant, cum illis tamen Christum etiam colere possunt: atque ideo Christiani nominis inimici non sunt. Sicut etiam dicimus de Machabæis, qui olim cum Romanis fœdus inierunt: vt in lib. 1. Machab. c. 8. Romani enim quamuis tunc temporis Gentiles, seu pagani essent multos falsos Deos colentes: nihilominus colebant etiam verum Deum, quem ipsi Machabæi adorabant. In Indijs etiam fertur, quamplurimos Indos contra alios Indos Christianis opem ferre; & ē contrario Christianos ipsis Indis. Qui igitur ad hos dicta bona pro-

hu-

hibita deferunt, in excommunicationem huius canonis non incidunt.

ADDITIO.

a Saracenos. Adde hîc Gambar. in explic. huius can. casu 7. num. 5. & seq. Reginald. lib. 9. suæ prax. c. 18. num. 293. & Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. num. 128. qui illos etiam appellat hostes, qui fedære pacis cum aliquibus Christianis coniuncti sunt, non autem cum alijs, vt si confœderatio esset inter Turcas & Venetos: siquidem Turcæ sunt inimici Christiani nominis, etiam si pacem habeant cum Venetis. D. Cæsar.

Ibi *(expressè, vel nominatim)* An ad incurrendam excommunicationem propter delationem armorum ad hæreticos, opus sit, vt hæretici sint nominatim declarati. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticorum infidelitas peior est, quàm Saracenorum, & plus peccant, quàm Saraceni, Turcæ, & alij infideles.*

2 *Deferentes arma, & alia, quibus Catholici impugnantur ad hæreticos, in excommunicationem incidunt, etiam si nominatim non sint declarati hæretici.*

3 *Dictio, vel, est alternatiua, ac disiunctiua, et ponitur inter diuersa.*

4 *Dictio,* Nominatim; *importat expressionem proprij nominis: & differt à dictione:* Expressè: *quæ idem significat, quod apertè.*

5 *Deferentes arma, & similia ad hæreticos, non declaratos saltem generaliter tales à Sede Apostolica, non incidunt in excommunicationem huius canonis.*

6 *Sententia Sedis Apostolicæ dicitur non solùm, quæ fertur à Romano Pontifice, sed etiam ab eius Officialibus.*

7 *Sententia lata per Legatum Papæ, & ab alijs Officialibus extra Curiam non dicitur Sedis Apostolicæ.*

1 IN hac re Sayr. in explicatione huius canonis lib. 3. Thes. tom. 1. c. 11. n. 16. existimat, quòd ad contrahendam supradictam excommunicationem ob delationem armorum, & aliarum rerum, quæ in hoc canone prohibentur, ad hæreticos, requiratur, vt hæretici sint expressè, ac nominatim declarati tales à Sede Apostolica. Hanc eandem sententiam tenet Tol. hic sub num. 7. in vet. Aliud dubium. vbi hanc esse rationem ait: quoniam ante huius particulæ adiunctionem, nomine infidelium, Christianæ Religionis inimicorum, non comprehendebantur hæretici: igitur post adiunctionem illi tantùm debent intelligi, qui per verba adiunctionis significantur. Quamuis enim hæretici Christiani nominis inimici non sint, cum Christi nomen profiteantur; nihilominus idcirco ad eos arma, & alia bona vtsupra prohibita deferri prohibetur; quia sunt inimici Catholicæ Religionis, & Ecclesiæ Catholicæ Romanæ, quã ipsi maximè detestãtur & eorum infidelitas peior est, quàm Saracenorũ: & plus peccant quàm Saraceni, Turcæ, & alij Infideles, vt habetur ex D. Thom. 2. 2. q. 10. ar. 6.

His tamen non obstantibus, contrariã sententiam arbitror de iure veriorem esse; atque ideo deferentes arma, & alia quibus Catholici impugnãtur, ad hæreticos, in excommunicationem incidant, etiam si nominatim non sint declarati hæretici.

2

3 Probatur, quia vi nostri canonis excommunicantur deferẽtes dicta bona ad hæreticos per sententiam Sedis Apostolicæ expressè, vel nominatim declaratos. Nota dictionem illam, vel, quia alternatiua est, vt in c. inter cæteras, & ibi Panor. n. 4. & alij de reser. Ergo ad incurrendam dictam excommunicationem satis est, si hæretici, ad quos arma deferuntur, sint declarati tales per Sedem Apostolicam expressè, vel nominatim: atque ideo alterũ eorum sufficit: ita vt, esto quòd hæretici nõ sint nominatim declarati tales, sed tantùm expressè, deferẽtes ad eos res illas prohibitas, proculdubio in prædictam excommunicationem incidunt.

a Expressè a autem declaratos hæreticos ab ijs, 4 qui nominatim declarantur inter se differre clarissimè colligitur ex nostro canone, propter dictionem illam, vel, quæ disiunctiua est, & ponitur inter diuersa, vt habetur in d. c. inter cæteras. Vnde ly. expressè idem significat, quod apertè, seu manifestè, iuxta tex. in c. 1. de const. in sexto, c. si cui nulla, & c. seq. de præben. eod. lib. ly. verò *Nominatim*: importat expressionem proprij nominis, vt in clem. 1. & ibi Glo. & Panor. de vit. & honest. cler. Et ideo expressè declarati hæretici dicuntur, qui apertè, ac manifestè declarati sunt tales; quamuis generaliter. Huiusmodi sunt Husitæ, Lutherani, Zuigliani, Caluinistæ, & his similes. Nominatim autem hæretici, sunt Lutherus, Caluinus, Helisabeth asserta Regina Angliæ, & alij huiusmodi, qui cum expressione proprij nominis à Sede Apostolica declarati sunt tales, vt supra diximus, can. 1. q. 7.

Quocirca, non solum deferentes arma ad Reginam Angliæ tempore quo viuebat, vi Bullæ 5 Clem. VIII. erant excommunicati, sed etiam ad quoscunque alios Lutheranos, Caluinistas, & similes hæreticos. Et hanc sententiam tenet Vial. in explicatione præsẽtis canonis, circa prin. n. 2. in vlt. impres. In eandem etiam videtur inclinare Vgol. in eiusdem expositione in ver. Qui ad Saracenos sub num. 6. dum extendit excommunicationem hanc in deferentes prohibita ad quoscunque hæreticos, qui de facto notorij sint. Quod nos intelligimus, dummodo per Sedem Apostolicam generaliter præcesserit declaratio, alias secus; quia vi huius canonis excõmunicantur deferentes vtsupra ad hæreticos declaratos per Sedis Apostolicæ sententiam: ergo qui deferunt arma ad hæreticos non declaratos, saltem generaliter iuxta ea, quæ supra annotauimus, in excommunicationem non incidunt: quia inclusio vnius, est exclusio alterius, l. cùm prætor, ff. de Iudic. Dixi declaratos per Sedis Apostolicæ sententiã; quoniã si ab alio, quàm à S. Pontifice, & Apostolica Sede fuerint declarati hæretici, siue generaliter siue nominatim, deferẽtes ad eos huiusmodi bona, sub dispositione nostri canonis

non

non comprehenduntur. Vndè ad incurrendam prædictam excommunicationē exigitur, quòd hæretici declarati sint, generaliter, vel nominatim: & quòd declarati sint per sententiam Sedis Apostolicæ.

Ex quibus patet, non videri rectè sensisse Alter. hoc eodem loco, cap. 2. col. 5. in prin. vbi per ly. Expresè intelligit officium, aut dignitatem, vel aliam conditionem expressam nomini proprio hæretici æquipollentem.

6 Beneuerū est, quòd per sententiā Sedis Apostolicę significatur sententia lata non modò per ipsum Romanum Pōtificem, sed etiam per eius Officiales, seu Delegatos, vel subdelegatos Papæ in Curia, vel vbi Papa residet. Quicūque ergo hæretici declarantur tales per Officiales Papæ, dicuntur declarari à Papa; nam quicquid agunt, eius potestate dicuntur agere. Et Sedes Apostolica dicitur esse in loco, vbi Papa residet: & in loco vbi Curia remanet.

Non tamen inclusi sunt illi, qui declarati sunt
7 hæretici nominatim per sententias latas extra Curiam, vel in loco, vbi non residet S. Pontifex, etiam si pronunciatæ sint auctoritate Papæ, & Sedis Apostolicæ. Vt si aliqui declarati sint hæretici per Legatum Papæ, aut per Nuncium, vel per Inquisitores, & alios Delegatos & Commissarios Apostolicos. Etenim sententiæ ab his prolatæ, non dicuntur pronūciatæ à Sede Apostolica. vt benè declarat ipse Alter. loco citato, col. 5. in ver. Respondeo, vbi etiam col. fin. ver. Quæri etiam potest: excludit à dispositione nostri canonis deferentes arma ad hæreticos notorios,
b & manifestos. Quod quidem intelligendum est *b* nisi essent generaliter declarati tales iuxta ea, quæ supra diximus: vel nisi tales hæretici actu, vel habitu impugnarent Catholicos, sicut dictū est de Saracenis: quoniam tunc incurreretur excommunicatio huiusmodi ex delatione armorū ad illos. Et quamuis non includerentur in hoc canone sub illa dictione: *Hæreticos*: continerentur tamen sub illis verbis: *Et alios Christiani nominis hostes & inimicos*.

Idem hic dicendum est de deferentibus prohibita ad subditos alicuius Principis nominatim hæretici pronunciatip er Sedem Apostolicam; nisi tales subditti essent Catholici, & odio haberent Principem, ac cuperent, si possent, ab eius tyrannide se liberare: & propterea quærerent arma, vt quamprimum occasione sibi oblata, huiusmodi rebus vtantur in perniciem Principis hæretici, vt habetur ex eodem Alter. ibidem io ver. Respondendum videtur.

ADDITIO.

a Expresè. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. num. 26. qui licèt cum Tolet. lib. 1. sum. c. 23. n. 5. putet eos solùm ligari qui deferunt arma hæreticis, expresè, ac nominatim declaratis, vt fuit Regina Angliæ; Bonac. tamen post Alter. hoc loco, disp. 1. q. 8. pun. 3. sub n. 5. in ver. Ego verò censeo, putat, opus non esse, vt hæretici sint nominatim, ideſt expresso nomine declarati; sed satis esse, vt alio signo equivalenti nomini proprio indicati sint, vt si in sententia excommunicationis dicatur, Declaramus hæreticum illum, qui tali munere fungitur, vel qui in tali loco verba hæretica protulit, aut qui tali bello Pontificiam auctoritatem impugnauit: huiusmodi enim hæreticus dicitur expresè declarari, licèt nomen ipsius proprium nō exprimatur, vt etiam Duard. docet supra can. 1. q. 7. sub n. 1. Qua expositione sic stante, refellit ipse Bonac. ipsius Duardi sentētiam in hac q. num. 5. dicens, Lutheranos, & similes hæreticos non dum esse nominatim, seu expresè declaratos; sed in genere, cùm nulla sententia extet, quæ manifestè declaret hos esse hæreticos: & per consequens videtur excludere ab excommunicatione deferētes arma, & alia hic prohibita ad Lutheranos, Hussitas, &c. de quibus supra can. 1. Nobis autem sententia Duardi videtur verior, tum quia Romani Pontificis intentioni magis congruit, qui hunc canonem edidit in odium Christiani, & Catholici nominis inimicorum, ne potentiores fiant ad impugnandos Catholicos, tum etiā quia canonis verbis magis aptatur: nam ly. expresè, vt differat à ly. nominatim, idem videtur denotare, ac in specie, prout huiusmodi sectæ excommunicatæ expresè fuerunt supra can. 1. Vndè Lutherani, Hussitæ, &c. fuerunt ibi excommunicati in specie, non autem in genere, vt ipse Bonac. arbitratur: quia Lutherani, Hussitæ, & alij similes non sunt hæreticorum genera, sed hæreticorum species in rigore logico. Confirmatur quia iste canon dum loquitur infra de hæreticis in genere, vtitur hæreticorum nomine absolutè, ac simpliciter, vt patet in illis verbis, *Nec non hæreticos in damnum Catholicæ Religionis, cultores faciunt*. Nec ly. expresè, videtur posse intelligi, vt Bonac. opinatur; quoniam tunc in re non differret à ly. nominatim; quoniam per æquipollens essent nominatim excommunicati, qui sic excommunicarentur, quod esset expresè contra dispositionem huius canonis, qui vtitur alternatiua, vel, inter dictionem expresè, & dictionem, nominatim Abb. Alex.

b Est. Adde Filliuc. tom. 1. eq. moral. tr. 16. n. 132. qui tenet cum Duardo hoc loco. Est tamen verum, quòd huiusmodi limitatio Bonac non probatur, in explic. huius can. disp 1. q. 8. pun. 3. Et hoc ideo, quoniam clausula illa extendi videtur solùm ad Infideles, & Paganos, non autem ad hæreticos, qui postea in sequentibus verbis exprimuntur. Et eò magis quoniam hæretici sunt quidem inimici Catholicæ Religionis; non verò Christiani nominis, tùm & ipsi se Christianos esse prædicent. Non tamen videtur recedendum esse à sententia ipsius Duardi, cùm sit probabilior per ea quæ supra adnotauimus, & Romani Pontificis menti magis conformis. Abb. Alex.

An deferentes ea, quæ vi nostri canonis prohibita sunt ad Schismaticos incidant in supradictam excommunicationem. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Qui non colligit mecum, contra me est.*
2 *Declarare bellum, an sit iustum, vel iniustum pertinet ad Romanum Pontificem.*
3 *Schismatici pure non sunt hæretici, nec Christiani nomi-*

minis inimici, & ideo deferentes ad eos hoc loco prohibita in excommunicationem non incidunt.

4 *Schismatici licèt sint inimici Christi, non tamen sunt inimici Christiani, & Catholici nominis.*

IN hac difficultate Viual. hîc n. 3. in vlt. impr. tenet partem affirmatiuam, nempe quòd deferentes vtsupra prohibita ad Schismaticos, incidant in excommunicationem nostri canonis.

Probat suam sententiã: quia vi primi can. huius Bullæ, Schismatici excommunicantur simul cum hæreticis: & inimicus dicitur Christi, qui eius Vicarium persequitur: eo quòd qui nõ colligit mecum, cõtra me est. Eadem ratione, idem Viual. loco citato, n. 8. docet, quòd mittẽs arma, aliaque instrumẽta bellica alicui Principi Christiano bellum iniustum gerenti cõtra Romanam Ecclesiam, prædictam excommunicationẽ contrahit: aut saltem illam, quæ continetur infra in
2 cap. 5. lata contra vexantes Cardinales, &c. Et insuper addit quòd declaratio, an sit iustum, vel iniustum bellum, ad sanctam pertinet sedem, quæ à nemine iudicatur, sed ipsa omnes iudicat, & Imperatores etiam priuat, c. cuncta per mundũ, 9. q. 3. clem. vnam sanctam, de maior. & obed. & alij quamplurimi Doct. ab eo allegati.

a His tamen non obstantibus, contrariũ *a* puto
3 verius. Probatur, quoniam purè Schismatici, nõ sũt hæretici, nec Christiani nominis inimici, sed tantùm Romano Pontifici inobedientes, & cõtumaces, vt supra probauimus, in expositione primi canonis, q. 56. Et idẽ dicẽdum est de iniustè bellantibus contra Romanam Ecclesiam; ergo non incidunt in prædictam excommunicationem, qua excommunicantur deferenter arma ad Christiani nominis inimicos, & hæreticos quoniã in pœnalibus verba sunt strictè interpretanda, vt sæpe diximus.

Ad contrarium facilè respondetur: quoniam
4 Schismatici, licèt dicantur inimici Christi, cùm eius Vicariũ persequantur; nihilominus nõ sunt inimici Christiani nominis, nec hæretici, vt supra diximus: aliàs sequeretur, quòd quilibet existens in peccato mortali, cùm sit Christi inimicus ob culpam mortalem, dicendus esset Christiani nominis inimicus, & hostis. Quod asserere, est maximum absurdum.

ADDITIO.

a Contrarium. Hanc eamdem sententiam sequitur Bonac. de censur. Bull. cœn. disp. 1. q. 8. pun 3. sub num. 7. Abb. Alex.

An deferentes arma, & alia vtsupra prohibita ad Christianos, in Infidelium, aut hæreticorum tertis commorantes, vel negotiantes, incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *In odiosis stricta facienda est interpretatio.*

2 *Deferentes arma, & alia huiusmodi ad Christianos, in infidelium, aut hæreticorum terris commorantes, vel negotiantes, in excommunicationem incidunt.*

3 *Eo magis quis maior, & potentior redditur, quo maioribus, & potentioribus præest.*

4 *Legis ratio magis attenditur, quàm lex ipsa, seu legis verbum.*

5 *Legis ratio satis est, si sit indubitatè præsumpta, vt argumentum valeat ex indemnitate rationis.*

6 *Deferentes arma ad Principes Christianos, cum Infidelibus fœdere coniunctos in perniciem iniustam alicuius Principis Christiani, an & quando incidant in excommunicationem.*

7 *Vendentes arma Christianis, quos certò sciunt eos ad Christiani nominis inimicos illa delaturos excommunicationem contrahunt.*

8 *Vendentes frumentum Ciuibus, quos certò sciunt illud delaturos extra territorium Ecclesiæ contra formam statuti sub pœna excommunicationis id prohibentis, incidunt in dictam censuram.*

9 *Deferentes arma ad Christianos in infidelium, et hæreticorum terris commorantes in perniciem ipsorum infidelium, excommunicationem non contrahunt.*

IN hac re videtur prima facie negatiuè respõdendum: atque ideo deferentes arma, & alia vi nostri canonis prohibita ad Christianos, in Infidelium, aut hæreticorum terris commorantes, vel negotiantes, in excommunicationem non incidere.

Probatur, quia vi dicti canonis illi tantùm ex-
1 communicantur, qui bona huiusmodi ad infideles hostes, & Christiani nominis inimicos, vel ad hæreticos expressè, vel nominatim per sententiam Apostolicæ Sedis declaratos, deferunt, vel transmittunt: ergo excommunicatio ista nõ extenditur in deferẽtes ea ad Christianos Catholicos commorantes in infidelium, & hæreticorũ terris: eo quòd non deferunt nec ad Infideles Christiani nominis inimicos, & hostes, nec ad hæreticos. Vndè cùm in hoc euẽtu verba huius canonis non conueniant, nec eiusdem conuenit dispositio. l. 4. § toties, ff. de dan. infect. & l. regula, § pen. ff. de iur. & fact. ignor. & eo maximè quia sumus in odiosis, in quibus stricta est facienda interpretatio, vt in c. odia, de regul. iur. in sexto, & præsertim cùm tractetur de excommunicationibus in Bulla cœnæ contentis, cuius verba tantum ligant, quantum sonant, vtsupra probauimus, lib. 1. c. 3. q. 4.

His tamen non obstantibus, contrariam sen-
2 tentiam arbitror de iure veriorem esse, quam tenet Nauar. in c. Ita quorundam, not. 4. num. 12. de Iudæi, Vgol. in explicatione præsentis canonis, in prin. sub num. 6. & Azor. lib. 8. Inst. moral. p. 1. c. 23. q. 5. & 6.

Probatur hæc sententia primò, quia quamuis delatio harum rerũ fiat ad Christianos Catholicos, tamẽ eiusmodi Christiani, sunt infidelium hostium & hæreticorũ imperio subiecti, ẽ quorum manibus infideles ipsi ad eorum libitũ auferre possunt eas ad Catholicos impugnãdum, & ideo meritò dici possunt ad hostes delatæ.

Confirmatur, quia per hoc hostium infideliũ
3 potẽtia crescit: eo enim quis maior, & potẽtior redditur, quo maioribus, & porentioribus præest, vt in §. nos igitur, in auth. de defens. Ciuit. Rursus satis dicitur quis deferre supradicta ad Infideles, cùm defert ea ad Christianos negotiato-

res,

res mox illis venditurus, & traditurus, ar. tex. in l. qui ſoluit, ff. de ſolut. Et certè ſic deſerentes, pro eo dubio dicuntur facere contra mentem huius canonis; ergo in eiuſdem pœnas incidũt, ar. tex. in l. non dubium, & ibi glo. & Bar. C. de leg.

Ratio denique cur vi dicti canonis arma, &
4 alia prohibita ad hoſtes prædictos deferri prohibeantur, hæc eſt; ne ſcilicet illis Chriſtiani impugnentur, vt patet in illis verbis: *Quibus Chriſtianos; & Catholicos impugnent*; Modò licèt delatio ſupradictorum bonorum fiat ad Chriſtianos Catholicos; tamen quia dicti Chriſtiani commorantur in terris Infidelium hoſtium, & hæreticorum, tẽdit in Catholicorum perniciem, & impugnationẽ; ergo vi noſtri canonis huiuſmodi bonorum delatio cenſetur prohibita. Nam ratio legis plus debet attendi, quàm lex ipſa, ſeu legis verba, l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. Hinc lex dicitur quicquid ratione conſiſtit, vt in c. cõſuetudo, 1. diſt. & Bar. in l. cùm mulier, ff. ſolu. matr. dum ait quòd idem eſt ratio, & mens legis, cauſatiuè ſcilicet: eo quòd cauſa finalis eſt anima legis, vt habetur per Bal. in l. ſi quis ſeruo, C. de furt.

Immo in pœnalibus, licet indẽtitas rationis,
5 ſeu ratio legis debeat eſſe expreſſa, adhoc, vt lex ipſa amplietur, & reſtringatur ad eiuſdem rationis limites. vt per glo. in clem. 1. in ver. Eligatur, de elect. & latè Syl. in ſum. in ver Lex. q. 18. tamẽ ſatis etiam eſt, ſi ſit indubitatè præſumpta, vt habetur ex eodẽ Syl. in ſum. in ver. Argumẽtatio. q. 1. Vndè dato, quòd ratio cur delatio armorũ ad hoſtes ſit ui noſtri canonis prohibita, nõ appareat in eo tam euidenter expreſſa; tamẽ procul dubio, illa quam ſupra diximus, nempe ne Catholici impugnentur, eſt indubitatè præſumpta: ergo ratio illa comprehendit, nõ modò deferentes arma, & alia vt ſupra prohibita ad hoſtes prædictos, ſed etiam deferentes ad Chriſtianos, commorantes & negotiantes in eorum terris.

Hoc idem multo fortius dicendum eſt de de-
6 ferentibus huiuſmodi bona ad Principes Chriſtianos cum Infidelibus, & hæreticis fœdere conjunctos, vt illis fauerent, etiam eo reſpectu, quo infideles ſunt, & Chriſtiani nominis inimici, & hoſtes in perniciem totius alicuius Principis Chriſtiani, præſertim quatenus Chriſtianus eſt.

Dixi eo reſpectu, quo Infideles ſunt Chriſtiani nominis inimici, &c. nam ſi tantùm fœdus haberent, vt neuter eorum alterum bello infeſtaret cauſa Religionis, aliter fortè eſſet dicendum, vt in hac re conſultus idem Nauar. loco citato, n. 27. refert eum reſpondiſſe.

Sic etiam vendentes res vtſupra prohibitas
7 Chriſtianis, quos certò ſciunt ad hoſtes eas eſſe miſſuros, in dictum excommunicationem incidere, tenet Vgol. hic in prin. ſub n. 7. Nam hi videntur per alios dicta bona tranſmittere cùm, & eorum opera deferantur, quod quidem vi huius canonis prohibitum eſt, vt infra dicemus.

Præterea, in excommunicationem incidit, qui
8 in territorio Eccleſiæ exiſtens, vnde frumẽtum extrahi prohibitum eſt, exteris illud vendit. quos certò nouit illinc tranſmiſſuros; ergo idem dicendum eſt in hoc euentu.

Et demum, ſi iſti cẽſuram prædictam nõ contrahunt, vt tranſmittentes, ſaltem ab ea non excuſantur ex eo, quòd ſunt fauentes illis ad deferendum: ſicut nautæ accomodantes, equos, boues, curros, &c. ad hæc deferenda, iuxta ea, quæ docet Nauar. in d. c. Ita quorundam, not. 8. n. 24. ver. Vndecimò. de Iudæ.

Hæc quę diximus limitantur, vbi arma, & alia
9 huiuſmodi deferuntur ad Chriſtianos, in infidelium, & hæreticorũ terris commorates, vel negotiantes, vt ea occulta tenant in perniciem, & in interitum ipſorum infidelium: nam tũc dicta excommunicatio, non incurritur: quoniã nõ deferuntur ad infideles ad impugnandum Catholicos, ſed potius ad Chriſtianos Catholicos in interitum, & necem infidelium: vt bene aduertunt Doctores ſupra citati.

Ad contraria patet reſponſio ex dictis: nam in prædictis caſibus, licèt verba huius canonis non conueniant; conuenit tamen eiuſdem mens, cui magis ſtandum eſt, quàm verbis. Et verba Bullæ tunc ſunt attendenda, vbi non conſtat de ipſius mente.

An deferentes ſupradicta ſpecialiter prohibita, ad Infideles, & hæreticos in terris Chriſtianorum Catholicorum commorantes, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Odia ampliantur, & pœnæ extendantur, vbi tractatur de animarum fauore, & Eccleſiæ vtilitate.*
2 *Ratione legis ceſſante, ceſſat eius diſpoſitio.*
3 *Deferentes arma, & alia ſpecialiter vi huius canonis prohibita ad infideles in terris Chriſtianorum catholicorum cõmorantes, ſi veriſimiliter credant eos abuſuros in ipſorum catholicorum perniciem, incidũt in excommunicationem huius canonis.*
4 *Deferentes arma ad infideles in terris chriſtianorum commorantes quæ vicinæ ſunt cum tribus chriſtiani nominis hoſtium, excommunicationem contrahunt.*

IN hac difficultate pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia eſt Mar. Soc. in c. ita quorundam, n. 14. cum ſeq. de Iudæ. & Vgol. in explicatione præſentis canonis in prin. n. 8. dicentium, quòd qui huiuſmodi res prohibitas tradit, aut defert ad prædictos hoſtes, incidit in excommunicationem vbicũque hoſtes illi ſint, atque ideo non modò, ſi in proprijs locis cõmorentur; ſed etiam, ſi ad Chriſtianorum Ciuitates venerint, & in eiſdem paçificè, & de ſuperiorum licentia vitam degant.

Probant hanc ſententiam primò, quia noſter canon generaliter loquitur de deferẽtibus prædicta bona ad hoſtes, nec diſtinguit: & eius ratio generalis eſt, & ob id vbicunque tradantur, locũ habet; ergo generaliter eſt intelligendus de hoſtibus vbicunque reperjantur.

Secundò diſpoſitio noſtri canonis tendit in
1 fauorem animarum, & Eccleſiæ, & ratio eadem militat, ergo extendi debet non ſolùm in hæc deferẽtes ad hoſtes in proprijs terris exiſtentes, ſed etiam vbicunque reperiantur: quoniam licèt ſimus in pœnis; vbi tamen de animarum fauore;
a & Eccleſiæ vtilitate agitur, & ratio eadẽ eſt, diſpoſitio dilatatur. Ita Glo. & Bar. communiter receptus in auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduer.

ner. vendit. & Soc. loco citato.

Secunda sententia est Sayr. hoc eodem loco, lib. 3. Thesc. 11. n. 26. & Azor. lib. 8. Inst. moral. p. 1. q. 7. oppositum doc ētium: nempe quòd deferentes supradicta specialiter prohibita ad Infideles, & hæreticos in terris Christianorum cōmorantes: in prædictam excommunicationem non incidant.

Mouētur ex eo, quòd ratio principalis huius
2 prohibitionis cessat, cùm non valeant illis Catholicos impugnare: ergo cessat ipsa prohibitio, ar. tex. in Iadigere. §. quamuis, ff. de iur. patr. cap. fuggestum, & c. meminimus, de appellat.

Confirmatur, quoniam licèt hi sint Christiani nominis inimici; non tamen sunt hostes.

Sed re vera istæ duæ opiniones inter se nō sūt
3 pugnantes. Nam prima sententia locum habet, vbi quis in Christianorum terris tradit hostibus
b res illas, quos probabiliter suspicari *b* potest illis oblata occasione, vsuros in Catholicorum perniciem: nam hoc casu ei conueniunt verba Bullæ: quia tradit eas hostibus Christiani nominis: & commen ratio; quoniam eisdem Christianos oppugnare possunt, ergo, & dispositio cōuenire debet: atque ideo in excommunicationē incidit

Et hanc opinionem expressè tenet idem V-
4 gol. hic in ver. Qui ad Saracenos, sub n. 4. ibi: Secundo loco. Vbi ait. quòd Iudæi vbi habitāt in terris Christianorum, quæ Turcis. & alijs Christiani nominis hostibus vicinæ sunt: vt in Vngaria, & in finibus Poloniæ, deferentes ad eos res illas prohibitas, non excusantur: quia verisimile est, oblata occasione, eisdem se contra Catholicos vsuros. Si vero commorentur in Ciuitatibus longè remotis ab Infidelibus, & ab ipsis non obsessis, quales sunt Ciuitates Italiæ: quia tunc periculum cessat ob eorum paucitatem, & verisimile non est se contra Christianos vsuros; deferentes vtsupra, dictam excommunicationē non contrahunt: quia cessit prohibitionis ratio. Et eadem ratione, qui Turcis seruis factis Christianorum arma vendunt, vbi periculum cessat, cessat etiam huius cēsuræ vinculum. Ita Vgol. loco citato ex Nauar. in d. c. Ita quorundam. not. 4. n. 14. in ver. Octauò infertur: Alter. hic cap. 2. col. 3. dub. 3. & Sayr. vbi supra, qui addit hoc verum esse, etiam si tales communiter prohibiti sint habere eiusmodi arma, & alia ad apparatum bellicum pertinētia: quia in eis cessat ratio principalis huius prohibitionis. Et sic secunda sententia locum habet quando cessat periculum, quod diximus, hæc de ista quæstione.

ADDITIO.

a Vtilitate. Sic etiam quando sumus in dubio, an aliquod statutum sit contra immunitatem Ecclesiasticam, debemus opinionem Ecclesiæ fauorabilem amplecti, vt in c. fin. de sent. & re iudic. & l. sunt personæ, ff. de Relig. & sump. fun. Fel. in c. 1. num. 104. de constit. Iaf. in l. filius familias. §. Diui, num. 82. & in repet. num. 110. ff. de legat. 3. Decian. lib. 3. cons. 80. num. 22. & alij. D. Cesar.

b Suspicari. Adde hic Alter. lib. 3. disp. 8. c. 2. q. 3. & Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. n. 144. qui ob id volunt, vendentes Nauim, aut Triremem huiusmodi Infidelibus in partibus Christianorum, hanc censuram contrahere, contra Nauar. Tolet. & alios. Idem dicendum est de vendentibus Romæ arma Iudæis ibi habitantibus, quoties probabiliter suspicantur, arma ab ipsis emi in perniciem Christianorum, vt ea transmittant ad Infideles, iuxta ea, quæ habentur ex Reginal. lib. 9. suę prax. num. 302. Filliuc. & Alter. locis citatis; qui tamen Alter. ibi q. 3. ad fin. excludit ab hac censura vendentem ensem Saraceno, vel Turcæ, qui serui sint Christianorum, citra omne ipsorum Christianorum damnum. D. Cæsar.

An deferentes arma, & alia vtsupra prohibita ex vna terra Infidelium, seu hæreticorum ad aliam, incidant in excommunicationem nostri canoni. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Deferentes arma, & alia huiusmodi à terris infidelium ad infideles in propriis eorum terris, incidunt in excommunicationem huius canonis: nisi ob hanc delationem hostes non fierent potentiores. Idem dicendum est de deferentibus prædictas res ex vna terra hæreticorum ad aliam.*

2 *Puluerem transmittens ad infideles etiam à terris fidelium ad impugnandum infideles, excommunicationem non contrahunt.*

3 *Pannos, lineos, sudariola, & alia similia deferentes ad infideles, excommunicationem non contrahunt. Secus autem si pannos lineos deferant tempore belli aptos ad naues cooperiendas.*

1 IN hac re Tab. in sum. in ver. Excommunicatio 6. n. 7. & Syl. in ver. Excommunicatio, 7. p. 64. tenent partem negatiuam: atque ideo deferentes res illas prohibitas à terris Infidelium ad infideles in propriis eorum terris, in prædictam excōmunicationem non incidunt.

Probāt hanc eorum sentētiam ex extr. Greg. 21. Postulastis, qui id expressè declarauit.

Secunda sententia, quæ nobis magis proba-
2 tur, est Tol. in explicatione præsentis canonis, n. 6. dicentis, quòd si aliqui Christiani existentes in terris Infidelium, aut hæreticorū hæc prohibita deferant ad alios, qui impugnant Catholicos,
4 in prædictam excommunicationem incidunt *a*.

Mouetur, quia dicta extr. Postulastis, est reuocata quantum ad excommunicationem tātùm, nō quoad alia. Vndè sequitur hac noua excommunicatione Bullę cęnę illos esse comprehēsos.

Confirmatur, quia in hoc casu nō cessat ratio prohibitionis: per ea, quæ diximus supra. q. 6. eo quòd per huiusmodi delationem Infideles potentiores fiunt contra Catholicos: quod vi nostri canonis principaliter prohibetur.

Limitatur hæc sententia, vbi dicta delatio nō tenderet in damnum Catholicorum: quia tunc cessat causa prohibitionis, ex quo, vi nostri canonis illa prædictarū rerum trāsmissio prohibetur, quibus Catholici impugnari possunt. Vndè qui transmitteret puluerem ad Infideles etiam à terra fidelium ad impugnādos infideles, prædictam excommunicationem non contraheret, quoniam puluis non sunt arma permanentia, &

ea

ea Christiani non impugnantur, nec specialiter est prohibita. Non sic erit dicendum, si permanentia deferret arma, vt per Nauar. in d. c. Ita quorundam, not. 4 n. 15. de Iudæ, & Sayr. hoc loco, num. 33.

Immo si tempore belli, panni lanei, aut lanei, apti ad naues cooperiendas, vel vela facienda
3 deferãtur ad huiusmodi hostes excommunicatio ista cõtrahitur, vt per Syl. loco citato, sub n. 63. & alios relatos hic à Viual. num. 14. quamuis ipse n. 15. eorum sententiam non sequatur, quoad sudariola pannos lineos, & laneos, quibus camisiæ fieri solent, & vestes: quia sine illis, & cum illis bellari potest.

Adde, quòd circa rem hanc Alter. in explicat. huius can. cap. 5. col. 5. ver. Ad hanc dubitationem: hoc pacto putat esse distinguendum: vt si Christianus hic prohibita transferat effecta meliora, & aptiora ad bellũ ex vno loco ad alĩ locum aracenorum, excommunicationem hãc contrahat: eo quòd opem dicitur ferre quodãmodo Christiani nominis inimicis. Quòd si res istas ab vno loco ad alium transferat penitus in eadem substantia, quantitate, & qualitate permanentes, excommunicationem non incurrit; quoniam prædictis non fert opem.

ADDITIO.

Incidunt. Hanc eamdem sententiam tenent Reginald. lib. 9 suæ prax. c. 18. n. 30. Sayr. de censur. lib. 3. c. 33. num. 19. & Bonac de censur. Bull. cœn. disp. 1. q. 8. pun. 2. sub num. 17. in ver. Sed mihi probabilis. Est tamen verum, quod contraria sententia non est improbabilis: nam vltra Tabien. & Syl. relatos à Duard. tenet eam Alter. hic disp. 8. c. 2. ad fin. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16 q. 3. num. 131. & alij, existimantes, Christianos commorantes in terris Turcarum, non ligari censura huius can nis, si fabricent arma, & Turcis vendant: quoniam hæc prohibitio nũ extenditur ad subditos Infidelium, sed ad Principes Christianos, & eius subditos. Nec huiusmodi armorum delatio dicitur propriè fieri ad Infideles, cùm ea iam existant in territorio, ac dominio Principis infidelis, vt autem quis censeatur deferre, modo vi huius canonis prohibito, debet habitare apud Christianos, & non esse subditus Principi infideli In praxi tamen non est recedẽdum a priori sententia; cùm in huiusmodi armorum delatione, si tendat in pernicie Christianorum, non cesset prohibitionis ratio. Abb. Alex.

An ementes ab Infidelibus, & hæreticis arma, & alia vi nostri canonis prohibita, & deferentes deinde eadem ad Infideles, incidant in prædictã excõmunicationẽ. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Ementes ab infidelibus arma, & alia huiusmodi, ac eadem eisdem deferentes, in eadem substantia, & qualitate permanentia, non incidunt in excommunicationem.*

2 *Ementes ab infidelibus, & hæreticis arma, & alia, vi huius canonis prohibita, & eidem ea reuendentes meliora effecta, contrahunt excommunicationem huius canonis.*

3 *Permutantes cum infidelibus arma, & alia ad vsum bellicum pertinentia viliora melioribus, excommunicationem non incurrunt: secus autem si meliora permutent pro vilioribus.*

HAec quæstio licèt affinitatem quãdam habeat cum præcedenti; reuera tamen nõ est eadem, sed in hoc differt: nam in priori quæstione nos supponimus, arma, & similia ad vsũ bellicum pertinentia, non esse Catholicorum, qui de vna terra infidelium ad aliam ea deferunt. At verò in præsenti controuersia supponimus prædicta bona esse de dominio Catholicorum, qui ab infidelibus, & hæreticis titulo emptionis, donationis, aut quocunque alio iusto titulo eadem receperunt, & deinde ad infideles deferũt.

In hac re tres extant opiniones Nam prima sententia fuit Syl. in sum. in ver. Excommunicatio. 7. sub n. 64. in fine, & Angeli in ver. Excommunicatio. Quinta, casu 21. in fine, qui cũ videãtur loqui de deferentibus res illas de vna terra infidelium ad aliam abstrahendo ab ementibus vel simpliciter deferentibus, consequenter idem sentiunt in terminis quæstionis nostræ, nempe, quòd nõ afficiantur excommunicatione in hoc canone cõtenta. Nam pro eorum sententia allegant constitutionem Greg. IX. quæ incipit: Postulastis, cuius meminit Rosell. & Syl. loco citato, n. 60. in fine: per quam Rom. Pontifex. declarauit, quòd excommunicatione nõ alligabantur portantes stuppam, canabem, &c. nisi talis delatio fiat cõtra Christianos, vel in dispendiũ Terræ sãctæ. Modò, qui emit arma ab infidelibus, vt vendat, aut donet similiter infidelibus, hoc non tendit in perniciem Christianorum, & cũsequẽter cessat prohibitionis ratio.

Nec obstat si dicatur, quòd dicta constitutio fuit reuocata, vt constat ex proœmio Bonifacij VIII. in sexto. Decr. quia vt ait ipse Syl. dicta cõstitutio non decreuit aliquid de nouo per præfata verba, sed tantùm ius declarauit, quod reuocatum non est.

Secũda sententia est Nauar. in c. Ita quorũdã, not. 8. n. 27. dicentis supradictos excommunicationem istam contrahere: quia per emptionem, arma in Christianorum ius, & potestatem deuenerunt: & proinde, quando venditione, vel donatione transeunt in Infideles, eo ipso arma, quæ facta fuerant Christianorum, censentur à Christianis ad Saracenos deferri; quare comprehenduntur sub dispositione nostri canonis.

Tertia sententia, quæ nobis magis probatur,
1 est Azor. lib. 8. Inst. moral. p. 1 c. 23. q. 9 distinguẽ
4 tis, a quòd aut arma, & his similia, quæ specialiter prohibẽtur vi nostri canonis, empta à Christianis in terris infidelium ab ipsis infidelibus, donantur, venduntur, aut quouis alio titulo trãsferuntur in infideles, eadem in substantia, quantitate, & qualitate permanentia. Et tũc excommunicatio nostri canonis non cõtrahitur, quia per delationem harum rerum, infideles non efficiũtur potentiores ad impugnandum Christianos.

Aut prædicta bona meliora affecta trãsferã-
2 tur: vt si Christiani equos indomitos, infirmos, &

malè valentes emant,& validiores,ac robuſtiores redditos ad alium locum infidelium transferant,vel ſi loricas,gladios,& ſimilia arma ad bellandum parum vtilia emant,& deinde meliorata,& ad prælium aptiora ſimiliter ad infideles deferant; & tunc in prædictam excommunicationem incidunt: quoniam per delationē prædictorum infideles potentiores reddūtur,& auxilium eiſdem præſtatur à Chriſtianis contra Chriſtianos.

Eadem ratione qui dictas res vtſupra prohibitas meliores pro vilioribus permutaret cum infidelibus in perniciem Chriſtianorum,à dicta excommunicatione non efficeretur immunis. Secus autem, ſi permutaret viliores pro melioribus: quia id non eſt tam deferre,quàm res illas ab huiuſmodi Infidelibus tollere, vt ex Nauar. in d.c. Ita quorundam, not.8.n.23.ver. Decimò docet.& Sayr.hoc loco ſub n.17.circa medium.

3 Dixi in perniciem Chriſtianorum: quia ſi talis contractus nullo modo tenderet in perniciē Chriſtianorum,ſecus eſſet dicendum: eo quòd ceſſat prohibitionis ratio,vt ſæpe diximus in ſimilibus caſibus. Et faciunt ea,quæ notat Vgol. hic, num.16.

ADDITIO.

4 Diſtinguentis. Hanc eamdem opinionem tenet Reginald.lib.9 ſuæ prax c.18.n.298.Gambar.hic,caſu 7.n.12.& 17. D.Cæſar.

An deferentes arma, & alia ad vſum bellicum pertinentia ad Infideles, & hæreticos: & deinde pœnitentia ducti eiſdem non tradentes,ſed reportantes,incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q.10.

SVMMARIVM.

1 *Non eſt recedendum à proprietate verborum.*
2 *Statuto ſi caueatur, vt deferens frumentum extra diſtrictum,certa pœna puniatur.deferens,ſi intra compreheſus fuerit cum frumento antequam diſtrictus fines egrederetur,an in pœnam incidat,*
3 *Verba præſentis temporis denotant actum inchoatum, perfectū verò in facto eſſe.*
4 *In pœnalibus corporalibus, licèt benignior pars ſit amplectenda: in pœnis tamen ſpiritualibus tutior pars eſt eligenda.*
5 *In dubio licèt in foro inducibili non debeat quis declarari excommunicatus; in foro tamen conſcientiæ debet quis ſe tenere talem.*
6 *Deferentes arma,& alia prohibita ad Chriſtiani,ac Catholici nominis inimicos,ſi pœnitentia ducti res illas non tradant,ſed reportent, in excommunicationē non incidunt.*
7 *Cenſura lata pro aliquo actu,nunquam incurritur, niſi actus ille perficiatur.*
8 *Excommunicatio lata contra eligentem indignum,ſi quis ſuffragium ferat,& electio non ſequatur, excommunicationem non contrahit.*
9 *Verba,deferunt ac tranſmittunt, ſimpliciter prolata, includunt res tranſmiſſæ,ſeu delatæ traditionem.*
10 *Muliones,& Nauta concurrentes ad delationem armorum, & aliarum rerum prohibitarum ad infideles,non incidunt in excommunicationem,niſi ſequuta traditione.*
11 *Deferentes arma & alia huiuſmodi ad infideles, eiſdemque illi tradentes ſtatim excommunicationem contrahunt,etiam ſi poſt traditionem, tradita recuperent.*
12 *Affectus non punitur antequam ſequatur effectus.*
13 *Attentantes debitum puniuntur eadem lege,ſed non eadem pœna.*
14 *In dubio facti in pœnis ſpiritualibus tutior pars eſt eligenda.ſecus autem ſi dubium eſt iuris.*
15 *Deferre & tranſmittere non modo denotant extractionem,ſed etiam effectualem traditionem res illis ad quem defertur.*

IN hac difficultate pugnantes extant opiniones. Nam prima opinio eſt Vgol.in explicatione huius canonis,§.1.n.12.dicentis, quòd vi noſtri canonis prohibita deferre incipientes,eſtò quòd ad hoſtes nōdum peruenerint: vel ſi peruenerint ea illis non tradiderint, nihilominus excommunicationem hanc contrahunt.

Probat ſuam ſententiam primò, quia in hoc
1 canone excommunicantur res illas deferentes, ſeu tranſmittentes ad hoſtes,vt patet in illis verbis: *Deferunt,ſeu tranſmittunt.* Sed ſic eſt, quòd illa verba ſignificant actum delationis, & tranſmiſſionis,non autem traditionis: ergo in ſupradictā excommunicationem incident, ſtatim atque ea deferre cæperunt;etiam ſi ad hoſtes non peruenerint: aut ſi peruenerint pœnitētia ducti eiſdē non tradiderint, alioquin a proprietate verborum diſcederemus contra tex.in l.non aliter, ff. de leg.2.

Secundò probatur;quia vbi lex vult actū cōſumatum eſſe,id exprimit,vt in c.ſi quis ſuadēte
2 diabolo,17.q.4.vbi ex eo quòd S.Pontifex vo'ebat in cenſuram dicti canonis incidere, qui re ipſa clericum offenderet,ob id dixit, *Iniecerit manus violentas:* atque ideo vſus eſt præterito perfecto,vt rem perfectā ſignificaret: ergo, cùm hoc loco id non expreſſerit;deferentes tantùm, ſeu tranſmittentes vtſupra,excommunicationē hāc contrahent,eſtò quòd res illas prohibitas hoſtibus non tradant.

Confirmatur:quia R.Pontifex in c. Ita quorundam,de Iudæ.cùm in caſu de quo agitur requirat actum perfectum, id ipſum expreſsè ſtatuit,vt conſtat ex ly. *Subminiſtrant:* quod verbum re ipſa traditionem factā ſignificat,vt bene docet Nauar. ibi. not. 8. n. 29. ergo cùm in noſtro canone actum perfectum non expreſſerit, ſub eiuſdem diſpoſitione videtur comprehendere ſimplicem tantùm delationem,ſeu tranſmiſſionem,etiam nulla ſubſequente traditione.

Tertiò probatur quia Rom. Pontifex voluit initium prohibere,& conatum ipſum,cùm iam ſciret tradentes, ac ſubminiſtrantes hæc hoſtibus iam excommunicatos fuiſſe per tex. in d. c. Ita quorundam.

Denique ſi ad contrahendam prædictam excommunicationem exigeretur actualis traditio prædictorum bonorum,& nō ſatis eſſet ſimplex delatio,aut tranſmiſſio, tunc ſequeretur, quòd
3 muliones,& magiſtri nauium;qui hęc prohibita ſcientes ad hoſtes deferunt, in excommunicationem ipſam non inciderent: ex quo non ipſi,

ſed

seu domini rerum eas hostibus tradunt. Quod est falsum: vt idem Vgol. ex Rebuff. probat hîc in prin. sub num. 4.

Hanc eandem sententiam valdè probabilem putat esse Alter. hoc eodem loco, cap. 4. col. 6. in fine. in ver. Tertia propositio, & col. 8. in ver. Quarta propositio.

Mouetur autem argumento à simili. Nam,
2 stante statuto in Ciuitate, quòd portantes frumentum extra districtum certa pœna plectantur, tunc deferens, si inuia comprehensus fuerit cum frumento antequam districtus fines egrediatur, statuti pœna venit meritò plectendus. si cõfitetur se voluisse illud asportare extra districtũ; & quamuis negetur, satis est, si repertus fuerit in limine districtus, vnde non nisi ad illum locum progredi non poterat, vt habetur ex Bal. in l. si fugitiui. num. 4. C. de seru. fugit. & Cyn. in l. 1. in fine C. de Naut. fæn. ergo idem putat dicendum in casu nostro, vt asportantes prohibita, licèt non peruenerint ad Infideles, nec illa eis tradãt, erunt excommunicati.

Confirmat hoc idem ex eodem Bal. loco ci-
3 tato num. 5. ver. Adde tamen: vbi suum dictum, inquit, maximè locum sibi vindicare, vbi statutum sibi non vsurpat verba significantia actum omnino perfectum. Vt si decret: si quis extraxerit; sed vtitur verbis temporis imperfecti, aut præsentis: si quis extraheret, aut si quis extrahit, quæ propriè accomodãtur actui inchoato, quãuis non sit consummatus, & completus. Hoc ipsum considerauit Felin. in c. significauerunt. n. 16. in fine de Iudæ. Cùm igitur hoc loquendi modo loquatur noster canon, vt patet in illis verbis, *Qui deferunt, aut transmittunt equos &c.* quæ verba significant actum in fieri, non in facto esse. ergo ex sola inchoata delatione sine alia traditione contrahitur hæc excommunicatio.

Addit denique ipse Alter. id magis locũ sibi
4 verificare in casu nostræ quæstionis: quoniam non agitur de pœna corporali, seu pecuniaria, vt iuniori pars sit eligenda, sed de pœna spirituali, nempe de excommunicatione, in qua tutior pars est eligenda. vt in c. iuuen. 5. de sponsal.

Vtdè in dubio licet in foro iudiciali non de-
5 beat quis declarari excommunicatus, vt habetur ex Dec. in c. præterea. 11. 2. n. 13. ver. Et ita opinio: de appel. tamen in foro conscientiæ in dubio quis tenetur se debet excommunicationis vinculo innodatum. Vt scit Glo. in c. 1. in ver. æstimare: de scrut.

His tamen non obstantibus in contrarium est
6 communis opinio: vt habetur ex Vual. in ex-
a plicatione huius canonis in fine. Sayr. ibidem, n. 21. cum aliis, quos ipse allegat. Vndè deferentes hic prohibita ad hostes si priusquam ducti res illas non tradant, sed reportent, in prædictam excommunicationem non incidunt.

Probatur primo, quia quando imponitur cẽ-
7 sura pro aliquo actu censura illa nunquam contrahitur, nisi actus ille perficiatur: quia censura cùm sit pœna, cùm verba sunt stricte, & propriè intelligenda, c. odia de reg. iur. in sexto.

Hinc sequitur quod excommunicatione lata
8 contra eligentem in dignum, si quis sufficiens ordinem ferat, & electio non confirmetur in excommunicationem non incidit ar. tex. in c. perpetuo, de elect. in sexto, & late, Suar. de censur. disp. 4. sec. 3. n. 2. & 3. & per totam. vbi quamplurimos alios etiam enumerat casus. Modo transmissio, seu delatio nunquã dicitur perfecta, nisi res transmissa, seu delata perueniat ad eum, ad quẽ destinatur transmitti, & deferri: nã litteræ nunquã dicũtur ad me delatæ, nisi cũ effectu mihi tradantur, quamuis cum ipsis litteris è Roma quis proficiscatur Mediolanũ, vbi iã cõmoror. Et in hoc sẽsu sunt intelligendi Doctores, qui hanc sententiã tenentes, dicunt, quòd verba sunt cum effectu intelligenda. ar. tex. in l. 1. §. hæc verba, ff. quod quisq. iur. vt scilicet deferant, & tradant, & ideo impugnatio Vgol. vim aliquam habere non videtur, dum conatur retorquere argumentum contra præfatos Doctores.

Secundò dum res illæ prohibitæ traditæ non sunt hostibus, cessat prohibitionis ratio: nã enim oppugnare catholicos, his rebus non traditis, hostes valent: ergo in casu, de quo agitur, cessat huius canonis dispositio; iuxta ea quæ supra annotauimus, q. 6 atque ideo estò quòd hæc prohibita deferantur, si hostibus non tradantur, excommunicatio non contrahitur.

Ad contraria facilè respondetur. Ad primum
9 patet responsio ex dictis: nam hæc verba: deferunt, & transmittunt, simpliciter prolata includunt rei transmissæ seu delatæ traditionem ei, ad quem res transmittitur, seu defertur.

Ad secundum respondetur, quòd . Pontifex per illa verba: *Deferunt, seu transmittunt* sit expressit, se velle ad contrahendam istam excommunicationem, transmissionem, seu delationem dictarum rerum perfectam, & coniunctam cum traditione concurrere; quia aliàs in rigore sermonis non diceretur facta transmissio, seu delatio eatum ad Christianos, ac catholici nominis inimicos, & hostes.

Ad confirmationem eodẽ modo respõdetur.

Ad tertium negatur antecedens: quoniam nec ex verbis, nec ex mente huius canonis colligitur.

Ad vltimum negatur sequela: quia mulieres,
10 & nautæ, sunt socij criminis, & concurrunt ad perfectionem actus; non tamen incidunt in excommunicationem, nisi sequuta traditione.

Quod adeò verum est, vt statim eam contra-
11 hant, etiam, si post traditionem tradita recuperent: quia hoc casu delictum per pœnitentiam non desinit esse perfectum: vt bene notat Sayr. loco citato, sub n. 17.

Ad argumentum à simili allatum ab Alter. ex
12 doctrina Bal. & Cyn. respondetur, quòd simus in casu valdè dissimili: quoniam sententia prædictorum Doctorum militat, vbi attentans delictum deuenit ad actum proximũ, & impœnitẽs fuit comprehẽsus cum prauo ipsius animo delinquendi: at casus noster loquitur de attentante pœnitente, & non comprehenso in contumacia. In delictis autem quando attentans ante deprehensionẽ de se factam se pœnitet, non punitur: quoniam in delictis locum habet pœnitẽtia; vt colligitur ex eodẽ Bal. in d. l. si fugitiui, sub n. 5. & in l. si quis non dicam rapere, sub octaua oppos. C. de epis. & cler. & propterea ex diuersis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minor.

Præterea in terminis contrauentionis supra-
13 dicti statuti dicunt prædicti Doctores, quòd sic attentantes puniuntur eadem lege, sed non ea-

dem pœna ſtatuti, atque ideo mitiori: quoniam ſemper mitior pœna imponitur pro delicto non conſummato. Si igitur minoranda eſt pœna in caſu, de quo agitur, procul dubio minorabitur quoad excommunicationem, quæ maxima eſt omnium pœnarum, c. corripiantur, 23. q. 4.

Denique prohibitio extractionis differt à prohibitione delationis: quoniam extractio ſignificat ex ſui natura, & ex vi vocabuli motũ localẽ ad ſummum: at delatio denotat non tantùm localem, ſed etiam rei delatæ realem traditionẽ ei, ad quem res defertur, vt ſupra diximus.

Nec ex eo quòd agitur de pœna ſpirituali in
14 dubijs tutior pars eſt eligenda, vt idem Alter. opinatur. quoniam ad ſummum hoc verum eſſe volunt Doctores quando dubium eſt facti, vt in d. c. iuuenis, de ſponſal. & in c. cùm deſideres, §. ſecundæ quæſtioni, de ſent. excom. ſecus autem quando dubium eſt iuris, vt in caſu, de quo agitur: nam tunc non modò in exteriori, ſed etiam in interiori foro benignior pars eſt eligenda: vt latè probat Suar. de cenſur. diſp. 40. ſec. 5. n. 16. Vbi etiam ſec. 6. idem dicendum eſſe probat quando tractatur de dubio facti: & in dubijs tutiorem partem eſſe eligendam in caſibus tantùm à iure expreſſis: Et id verum eſſe tam in foro exteriori, quàm in foro conſcientiæ.

Immo prædictum argumentum non facit ad
15 rem noſtram: nam nos non ſumus in dubijs, ſed in claris: etenim deferre, & tranſmittere ſecundum eorum ſignificationem non modo denotant extractionem, ſed etiam effectualem traditionem rei illi, ad quem res defertur, ſeu tranſmittitur, vt ſupra diximus.

12 *Deferens arma ad hoſtes ad redimendos captiuos tunc excuſatur, quando non habet alia bona: alias ſecus.*

13 *In moralibus, quod principaliter fit, ſemper conſideratur.*

IN hac re tres extant opiniones. Nam prima ſententia eſt Glo. & Panor. in c. ſignificauit, de Iudæ. negantium pro redemptione captiuorum deferri poſſe hæc prohibita ad Chriſtiani nominis inimicos, & hoſtes.

Probatur primò hæc ſententia: quia ſi hoc fieret, daretur materia delinquendi, & fraudum: eo quòd ſic deferentes ſemper poſſent ſe excuſare, quòd redemptionis cauſa id agant, contra tex. in l. conuenire, ff. de pact. dot.

Secundò probatur, quia non ſunt facienda
1 mala, vt inde eueniant bona vt in c. ſuper eo, de vſur. ergo propter bonum redemptionis captiuorum, non ſunt deferenda hæc prohibita ad prædictos hoſtes. cùm ex tali delatione ſequitur impugnatio Chriſtianorum, quod malum eſt.

Tertiò probatur: quia prohibitio delationis
2 harum rerum ad hoſtes, reſpicit publicam vtilitatem, ne ſcilicet Catholici impugnentur. Et redemptio iſta reſpicit priuatum fauorem, nẽpe captiuorum: ergo ſupradicta prohibita non poſſunt deferri ad hoſtes, nec etiam pro redemptione captiuorum: quia vtilitas publica præfertur priuatæ. ar. tex. in §. ſed et maior aſperitas, in Inſt. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iur.

Secunda ſententia eſt Io. Andr. in eodem c. dicentis, non eſſe conſulendâ huiuſmodi delationem, etiam pro redemptione captiuorum: quia ſi hoſtes id animaduerterent prohibita tantùm ad ſe deferri vellent. Verùm ſi fiat, cùm ob neceſſitatem id factum ſit, deferentes, ea ab excommunicatione excuſantur, ar. tex. in c. quoniam, 1 t. q. 3. & c. 2. de reg. iur. Hanc ſententiam debere intelligi de tranſmiſſione facta tempore pacis, docet hic Viual. num. 16. cum alijs quos allegat.

Tertia ſententia eſt Inn. in d. c. ſignificauit, de
3 Iudæ. exiſtimãtis pro redemptione captiuorum licitum eſſe citra pœnam aliquam res illas vtſupra prohibitas deferri ad huiuſmodi hoſtes, excepto tempore actualis belli. Hæc opinio in hoc differt à ſententia Panorm. quòd Panormitanus tenet opinionem Glo. indiſtinctè, durante bello, ita vt eo durãte nec pro redemptione captiuorum licita ſit huiuſmodi delatio. At verò Inn. prædictam rerum delationem damnat tantùm tempore actualis belli; quod quidem differt à tempore belli ſimpliciter: quia per tempus belli intelligitur etiam tempus treguæ: eo quòd per eam bellum nõ tollitur, ſed intermittitur vt habetur ex Syl. in ſum. in ver. Excommunicatio. 7. ſub n. 58. & Azor. lib. 8 Inſt. moral. p. 1. c. 23. q. 16. Actuale verò bellum nuncupatur illud, quod actu committitur.

Hanc eandem ſententiam ſequitur Nauar. in
4 d. c. Ita quorũdam, not. 8. n. 26. de Iudæ, & Vgol. in explicatione noſtri canonis, §. 1. ſub num. 11. Et ego de iure veriorem eſſe arbitror.

Probatur primò hæc ſententia ex tex. in d. c. ſignificauit, vbi habetur quòd licitè deferri poteſt aliquid ad Saracenos, vnde aliquod commodum, & ſubſidium ipſis veniat in articulo redẽptionis; ergo prohibita vi noſtri canonis deferri

ADDITIO.

6 Opinio. Adde Reginald. lib. 9. ſuæ prax. n. 298. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. q. 7. num. 143 D. Cæſar.

An licitum ſit deferre, quę in hoc canone prohibentur, ad infideles, & hęreticos ad redimendos captiuos Catholicos. Q. 11.

SVMMARIVM.

1 *Non ſunt facienda mala, vt inde eueniant bona.*

2 *Vtilitas publica præfertur priuatæ.*

3 *Belli tempus, differt à tempore actualis belli: nam per tempus belli intelligitur etiam tempus treguæ: actuale verò bellum dicitur illud, quod actu fit.*

4 *Deferentes arma, & alia prohibita ad infideles extra tempus actualis belli ad redimendum captiuos, in excommunicationem non incidunt.*

5 *Exceptio, debet eſſe de regula.*

6 *Argumentum à contrario ſenſu, eſt in iure validum.*

7 *Tregua non tollit, ſed intermittit bellum.*

8 *De quolibet verum eſt affirmare, vel negare.*

9 *Multa iam facta tenent, quæ iam facienda impedirentur, non ſemper licitè facta ſunt.*

10 *Deferentes arma ad infideles, ad redimendos captiuos, qui alia via redimi poſſunt, non excuſantur.*

11 *Deferentes arma, & alia prohibita ad infideles ad redimendos captiuos, in magna quantitate, non excuſantur.*

ri poſſunt: quia inde commodum haberevalēt.

Secūdò probatur, quoniam in d.c. ſignificauit, permittitur pro recuperādis captiuis in Alexandriam iri, modò in mercibus, quas deferunt, nihil habeāt, vnde poſſit Saracenis commodū, ac ſubſidium aliquod peruenire, excepto redēptionis articulo; ergo pro redemptione captiuorum hīc prohibita deferri poſſunt: nam exceptio debet eſſe de regula, art. tex. in l. nam quod liquidè, §. fin. ff. de pęn. legat.

Tertiò in eodē c. ſignificauit, ſtatuitur, vt deferentes prohibita poſt treguam cauſa lucrandi, excommunicationis vinculum non euadāt; ergo qui non lucrandi gratia illa deferunt, non incidunt; quia valet argumentum à contrario ſenſu, ar. tex. in l. 1. & ibi Doct. de off. eius.

Nec ly. *Poſt treguam* intelligendum eſt pro tēpore pacis, vt Syl. loco citato, ſub n. 61. & Viual. hīc n. 19. videntur innuere: ſed ly. *Poſt treguam*: intelligitur pro tregua iam facta, quo tempore, licèt non ſit actuale bellum; tamen adhuc durat bellum: quoniam per treguam non tollitur, ſed intermittitur bellū, vt ſupra diximus, & ex d. c. ſignificauit, in fine, clarè colligitur. Vndè, diſtinctio illa de tempore belli, & de tempore pacis: ante, vel poſt factum, quam Syl. & Viual. cum alijs faciunt, & tribuunt Io. Andr. ſuperuacanea videtur.

Tantò fortius, quoniam, vt bene Vgol. ait, aut licitum eſt pro redemptione captiuorum dicta bona deferre: aut non licet: ſi licet, quandocunque deferri poterunt; ſi non licet, neque poſt licitum erit: nam de quolibet verum eſt affirmare, vel negare.

Nec ex eo quòd multa iam facta tenent, quæ facienda impedirentur; iam facta, licitè, citra culpam facta ſunt: nam matrimonium poſt votum ſimplex caſtitatis licèt teneat contractum, quòd impediretur contrahendum: tamęo voueos ſimpliciter, matrimonium contrahendo, mortaliter peccat, vt eſt tex. in c. ſi vir. 27. d.

Concluditur igitur ex dictis, *a* quòd quamuis tempore actualis belli non liceat res illas prohibitas ad Chriſtiani nominis inimicos, & hoſtes, nec ad hæreticos deferri indiſtinctè, etiā pro redemptione captiuorum; nihilominus tēpore pacis, treguæ, ſeu belli ſimpliciter eas vt ſupra deferentes pro redimendis captiuis cēſuram aliquam non contrahunt: eo quòd vi d. c. ſignificauit, de Iudæ. licitè abſque aliqua diſtinctione, in dictis temporibus deferuntur.

Limitatur primo dicta concluſio, vt vera ſit, vbi captiui aliter redimi non poſſent: Secus autem, ſi alia ratione redimi queant abſque horū delatione: nam tunc, ceſſante neceſſitate, ceſſat etiam huiuſmodi delationis permiſſio. Et ad remedium extraordinarium nō confugimus, vbi ordinario locus eſt, ar. tex. in l. in cauſæ, la ſecōda, ff. de minor.

Secundò limitatur vbi magna quantitas deferretur; nā in d. c. ſignificauit, permittitur aliqui id deferri; ergo non in magna quantitate. Ita Vgol. loco citato.

Tertiò limitatur: vbi quis ad redemptionem faciendam nihil aliud haberet, niſi res per ſe prohibitas, vt arma, ferrum, &c. tunc enim ea deferēns vt ſupra ad hoſtes, ab excōmunicatione excuſaretur: ſecus autem ſi alias res ſpecialiter hic non prohibitas, ſed tantùm in genere, poſſet ex dicta cauſa ad hoſtes trāſmittere: quòniam tunc proculdubio in ipſam cenſuram incideret ſi tranſmitteret: vt colligitur ex his, quæ habentur per Alter. in explicat. huius can. c. 5. col. 4. ver. Secuodò dicendum eſt.

Reſtat, vt ad argumenta reſpondeamus.

AD primum reſpondetur, quòd qui in fraudē id faceret, in prædictam excommunicationē proculdubio incideret. Nos igitur loquimur de ijs, qui citra vllam fraudem, ſed pro ſola captiuorum redemptione hæc deferunt.

Ad ſecundum reſpondetur quòd redimere captiuos, eſt bonū, & delatio dictarū rerū prohibitarum ſimiliter eſt bona, dum ordinatur ad captiuos redimendos: nam huiuſmodi delatio non eſt intrinſecè mala, ſed tantùm mala quia prohibita: quod autē ex ea malum aliquod cōtingere poſſit. hoc non attenditur, cùm ſit per accidens: & in moralibus quod principaliter fit, ſemper conſideratur, ar. tex. in c. cùm voluntate de ſentent. excom. & l. non omnis, ff. ſi cert. pet. Ita Inn. in d. c. ſignificauit.

Ad tertium dicimus, quòd illa prohibitio delationis ſupradictarum rerū ad hoſtes, reſpicit publicam vtilitatem, quæ in magna eſt quantitate: eo quòd per eas de facili Catholici impugnantur. Secus autem, ſi parua quantitas eſſet, ut in hoc euentu ſupponimus. Et tantò fortius: quoniam hīc de fauore animæ agitur, ne ſcilicet captiui à fide auocentur: quod non contingit in ijs, qui captiui non ſunt: nec per delationem prædictam in parua quantitate probabiliter futuri ſunt: ergo fauor huiuſmodi cuique utilitati præferendus eſt, ar. tex. in l. ſunt perſonę, ff. de Relig. & ſump. fun.

ADDITIO.

a Dictis. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 6. quæſt. 7. num. 145. & Reginald. lib. 9. ſuæ prax. num. 299. D. Cæſar.

An deferentes ad hoſtes metu mortis compulſi res illas prohibitas, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 12.

SVMMARIVM.

1 *Lex naturalis, ſi concurrat cum lege poſitiua circa idem, tunc lex naturæ præfertur legi poſituæ.*

2 *Excommunicatio nunquam incurritur, niſi præcedat letalis culpa.*

3 *Lex de ſe conſeruando, immediatior & propinquior eſt principijs naturæ, quàm ſit illa de non tradendo armis, quibus Patria impugnari poſſit.*

4 *Deferentes arma, & alia huiuſmodi metu mortis, aut famis neceſſitate compulſi, non incidunt in excommunicationem; etiam ſi talis delatio tendat in grauc Chriſtianorum damnum.*

5 *Mentiri non eſt licitum, etiam ad propriæ vitæ conſeruationem.*

1 IN hac re Tab. in uer. Excommunicatio. 6. n. 12. uer. Vndecimò: Nauar. in c. Ita quorūdam, not.

not.8.n.26. ver.Decimotertiò : de Iudæ. & alij tenent partem negatiuam: quoniam vbi cõcurrunt lex naturæ,& lex positiua circa idem,tunc lex naturæ præfertur legi positiuæ. At propriæ vitæ conseruatio est de iure naturæ; prohibitio verò delationis prædictorum bonorum, est de iure positiuo;ergo deferentes huiusmodi res ad infideles metu mortis compulsi,cùm excusẽtur à peccato, consequenter excusantur ab excom-
2 municatione, quæ nunquam incurritur, nisi præcedat letalis culpa, c. nullus,11.q.3.

Idem dicendum est de deferentibus hæc vi, aut famis necessitate compulsi,vt per Vgol.in explicatione huius canonis,§.1.num.2.& 4.quia talis delatio fit ad vitæ conseruationem ; quæ vnicuique à natura insita est : atque ideò hæc deferentes vi,aut fame coacti,sicut non peccãt; ita in supradictam excommunicationem non incidunt.

Imò addit Sayr. hoc eodem loco, sub n.18.
3 quòd etiam si talis prohibitio consentiat cum lege naturæ de non oppugnando Patriam, adhuc sic deferentes excusarentur: quia lex de se conseruando immediatior, & propinquior est principijs naturæ, quàm sit illa de non tradendo armá,quibus Patria impugnari possit: & propterea,estò quòd sic deferentes morta iter peccarent contra ius naturale; tamẽ Pia Mater Ecclesia non videtur eos hoc casu excommunicare,ar.tex. in c.si verò,il primo,de sent.excom.

Hæc sententia re vera, vera est. Nam delatio
4 huiusmodi non est intrinsecè mala; aliàs nullo vnquam tempore permitti posset:ergo erit bona vel mala secundum finem deferentium res illas prohibitas,bonum, vel malum. Sed sic est, quod dicta delatio non fit in perniciem Christianorum, sed ad propriam mortem effugiendam, qui finis bonus est:ergo delatio ipsa bona est:atque ideo non est peccatum. Vbi autem peccatum non committitur,censura non contrahitur. Non igitur deferentes hæc prohibita metu mortis,aut famis necessitate compulsi,incidunt in excommunicationem nostri canonis.

Est tamẽ verum,quòd supposito,sic deferentes peccare mortaliter, arbitror prædictam excommunicationem contrahere, per ea quæ supra diximus can.3.q.13. con.3. Et id siue traditio seu delatio dictorum prohibitorum tendat in graue Christianorum damnum, siue in mediocre,quidquid dicat Vgolin.loco citato, sub n.4.in ver.At quid si armorum.

Nec ratio illa immediationis à Syar. supra al-
5 lata,ad rem pertinet:nam immediatior quoque est lex naturæ de se conseruando,quam de non dicendo mendacium; & tamen non est licitum mentiri etiam ad propriæ vitæ conseruationẽ: vt est tex. in c. super eo, de vsur. & proinde si pro mendacio excommunicatio lata esset, non excusaretur ab ea contrauenies metu mortis.

An Milites, qui arcem armis instructam, aut galeas,vel naues armis onustas, ab Infidelibus impugnatas, metu mortis, aufugientes dimiserint,cùm probabiliter potuissent illas ab inimicis defendere, si fortiter dimicassent, incidant in excommunicationem nostri canonis. Q.13.

SVMMARIVM.

1 *Oppidum armis instructum, aut nauem armis onustam tradent Christiani nominis inimicis in excommunicationem incidunt.*

2 *Milites metu mortis si aufugientes arcem armis instructam,aut naues armis onustas dimiserint,excommunicationem non contrahunt,etiam si arcem, & naues ex officio defendere tenerentur.*

3 *Ex dictis non fit illatio.*

HAec quæstio differt à præcedenti in hoc; quòd in illa deferentes arma ad infideles, & hostes, metu mortis detulerunt. In hac verò quæstione, milites, qui ex officio tenebantur arcem, & galeas cum nauibus,armis onustas, ab hostibus eas impugnantibus defendere, metu mortis aufugientes,terga verterint, propter quod hostes ipsi,arcem illam,galeas,& naues comprehendentes, armis spoliauerunt, quæritur an incidant in supradictam excommunicationem.

In hac re Azor. lib.8.Inst.moral.p.1.c.23.q.13.circa princ. videtur tenere partem affirmatiuã, dum ait, quòd sub dispositione præsentis canonis comprehenduntur, non modo qui arma deferunt ad Infideles,sed etiam qui permittunt arma ad Infideles deferri, cùm tamen ratione sui officij,& muneris, id prohibere deberent. Modo milites supradicti ratione sui muneris tenebantur dimicare ad defendendas arcem,galeas, & naues armis onustas. ab infidelibus eas impugnantibus, etiam cum probabili eorum periculo:cùm igitur renuentes certare, illas dimiserint, propter quod Infideles arcem illam,galeas,& naues capientes, armis spoliauerunt, proculdubio in dictam excommunicationem videntur incidere.

Confirmatur, quoniam idem Azor. loco ci-
1 tato,docet,quòd hi,qui tradunt infidelibus oppidum armis instructum, & nauem armis onustam,vt supra diximus, excommunicationem illam contrahunt;ergo eodem modo excommunicati erunt prædicti milites qui arcem,galeas, & naues prædictas armis onustas, aufugientes metu mortis Infidelibus dimiserunt: quoniam militat eadem ratio.

Denique in præcedenti q.nos concluſimus, quòd metu mortis deferẽtes arma ad Infideles, si peccant mortaliter, in excommunicationem inciderent; ergo excõmunicatio in casu de quo agitur omnino contrahitur. Etenim milites prædicti cum ratione sui officij tenerentur arcem,galeas,naues{que armis onustas ab inimicis defendere, etiam cũ periculo eorum vitæ, metu mortis illas dimittentes, proculdubio mortaliter peccant.

His tamen non obstantibus, contrariam sen-
2 tentiam puto ueriorem esse, nempe,quòd sit-
4 supradicti milites non incidant in excommunicationẽ nostri canonis,dũ aufugiẽtes metu mortis,dimittũt arcem, galeas,& naues huiusmodi, armis onustas, propter quod ab hostibus infidelibus fuerint captæ, & armis spoliatæ in perniciem Christianorum.

Probatur hæc sententia:quoniam dicti milites in rei ueritate non deferunt,nec transmittũt arma prædicta ad hostes,aufugiendo ut supra.

metu

metu mortis. Nec ex tali fuga intendunt facere hoſtes ipſos potentiores in perniciem Chriſtianorum. Imo nihil minus vellent; ſed tantùm dimittentes arcem, galeas, & naues prædictas metu mortis, fugam arripuerunt. Cum igitur prædicti milites non dicantur nec deferre, nec tranſmittere huiuſmodi arma ad Infideles hoſtes, conſequenter, in excommunicationem ſupradictam non incidunt: quoniam verba excommunicationis tantùm ligant, quantum ſonant, vt ſæpe diximus.

Ad contraria facilè reſpondetur.

ET ad primum dicimus, quòd Azor. non loquitur de dimittentibus defendere arcem, & naues armis munitas metu mortis, ſed de non prohibentibus, præciſo omni metu, ab aliis deferri ad Infideles arma in perniciem Chriſtianorum, cùm poſſint, & debeant ratione officij prohibere ne deferantur.

Ad confirmationem ſimiliter dicimus, quòd
3 loquitur de ſponte tradentibus Infidelibus oppidum prædictum armis ſtructum, & nauem armis onuſtam in perniciem Chriſtianorum, & nõ de dimittentibus defendere vt ſupra. Vndè, cum ſimus in diuerſis caſibus, ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minor.

Ad tertium reſpondetur, quòd in præcedenti, q. locuti ſumus de deferentibus arma metu mortis ad Infideles ſuppoſito enim quòd faciãt cõtra legem naturalem, vel diuinam, cùm peccent mortaliter, conſequenter in prædicta excommunicationem incidunt: ex quo vi noſtri canonis expreſſe prohibentur arma, & his ſimilia deferri ad Infideles. At verò in caſu noſtro loquimur de dimittentibus defendere arcem, & naues armis onuſtas metu mortis: propter quod Infideles arma raputerunt, quibus catholicos impugnare poſſint: quod vi Bullæ nõ dãnatur expreſsè: & ideò, eſtoquòd huiuſmodi milites peccent, dimittendo, & aufugiendo vt ſupra, cum ratione ſui muneris defendere illas tenerẽtur, non tamen incidunt in excommunicationem: quoniam excommunicatio cùm ſit pœna, non extenditur ad caſus ſimiles.

ADDITIO.

a Sententiam. Adde Reginald. lib. 9. ſuæ prax. c. 18. n. 300. Filiuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. n. 142. & Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 8. pun. 2. num. 16. qui tamen volunt incurri hãc excommunicationem eos, qui tradunt, vel tradi conſulunt arcem, vel Oppidum Infidelibus: quia in ipſis arcibus arma quoque, & inſtrumẽta bellica reperiuntur. Abb. Alex.

An deferentes hæc prohibita ad Infideles hoſtes, non ad impugnandos Chriſtianos, ſed ex alia cauſa, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 14.

SVMMARIVM.

1 *Deferentes arma, & alia hic prohibita ad infideles, qui non ſunt Chriſtiani nominis inimici, in excommunicationem non incidunt.*

2 *Deferentes arma ad infideles pugnantes contra Infideles, qui impugnant Chriſtianos, excommunicationem non contrahunt.*

3 *Deferentes arma ad infideles, excommunicationem incurrunt, etiam ſi illa non deferant ad impugnandos Chriſtianos, ſed ob aliam cauſam.*

4 *Tradere non dicitur quis, quod ſtatim eſt recuperaturus.*

IN hac re videtur prima facie negatiuè reſpondendum eſſe: atque ideò deferentes vi noſtri canonis prohibita ad Infideles hoſtes, non ad impugnandos Chriſtianos, ſed ex alia cauſa non incidant in excommunicationem huius canonis.

Probatur, quia deferentes res huiuſmodi ad
1 Infideles hoſtes, qui tamen Chriſtiani nominis nõ ſunt inimici, in ſupradictum excommunicationem non incidunt. Vndè ſi Infideles, quibus bellum eſt contra Chriſtianos, nõ occupẽt, neque occupare curent res Eccleſiæ Chriſtianæ, neque pugnent odio Religionis, ſed ad recuperandum dumtaxat res ſuas, à Chriſtianis indebitè occupatas; hoc caſu deferentes vt ſupra prohibita, excuſantur ab iſta excommunicatione, vt bene probat Nauar. in c. Ita quorundã, not. 4. n. 13. 15. & 16. de Iudæ. ergo deferentes, vt ſupra prohibita, non ad impugnandos Chriſtianos, in excommunicationem non incidunt: quia in vtroque caſu militat eadem ratio.

Vndè Nauar. loco citato, meritò ab excõmunicatione huiuſmodi excuſat eos, qui deferunt
2 arma ad infideles pugnantes contra infideles, qui impugnãt Chriſtianos: vel Chriſtianos cõtra illos defendunt, nec fauent aliis infidelibus cum Chriſtianis bellum gerentibus: quia armorum delatio in hoc euentu, non fit ad impugnãdos Chriſtianos.

His tamen non obſtantibus, in contrariũ eſt
3 veritas: a vt habetur ex Vgol. hoc loco, in prin.
4 n. 8. nempe quòd deferentes prohibita vi noſtri canonis ad huiuſmodi hoſtes, ſcilicet ob aliã cauſam, & non ad impugnandos Chriſtianos, incidant in excommunicationem huius canonis.

Probatur, quia Bulla generaliter loquitur, & non diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus.

Secundò, quia in hoc euentu militat prohibitionis ratio, ne ſcilicet Chriſtiani impugnentur: etenim id contingere poteſt ob quamcumque cauſam hæc deferantur; ſiue lucri gratia, ſiue gratiæ ferendæ, aut quacumque alia intẽtione.

Hanc eandem opinionem amplectitur Alter. in explic. eiuſdem can. c. 3. col. fin. in ver. Duodecimò ſub eiſdem verbis.

Ad contraria patet reſponſio. Nam in dictis
4 caſibus ceſſat ptohibitionis ratio etenim mens huius canonis eſt, diminuere potentiam hoſtiũ iniuſtè contra Eccleſiã Religionis odio pugnãtium. Vndè hanc excommunicationem non contrahunt Chriſtiani, qui cùm vicini ſint Turcis, & Chriſtiani nominis hoſtibus ferrũ ad eos deferunt, quo exillo arma ſibi facienda curent; modo illis tradant, quos veriſimiliter reſtituturos eſſe nouerint: nam non dicitur tradi quod ſtatim eſt quis recuperaturus, ar. text. in

l. aliud

l. aliud est capere, ff. de verb. signif. & latè Vgolin. hic, §. 1. num. 7.

ADDITIO.

a Veritas. Adde Bonac. de censur. Bull. cœn. disput. 1. q. 8. pun. 4 sub num. 1. Abb. Alex.

An mandantes deferri hìc prohibita ad Infideles hostes, incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 15.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata contra agentes, non extenditur ad consulentes, deferentes, & mandantes.*
2 *Mandantes deferri arma, & alia hic prohibita ad infideles, incidunt in excommunicationem huius canonis.*
3 *Verbum, transmittittere, significat per alium deferre.*
4 *Qui per alium agit, dicitur verè mandans.*
5 *Lex pœnalis extenditur de vno casu ad alium, quando aliòquin esset frustratoria.*
6 *Verba, Deferunt, & transmittunt non modò includunt principales deferentes, sed etiam adiuuantes, fauentes.*
7 *Deferentes ea, quæ ad vsum bellicum sunt indifferentia, ad infideles hostes extra tempus belli, & præcisa omni mala intentione, excommunicationem non contrahunt.*
8 *Deferentes arma, & alia hoc loco prohibita ad infideles in parua quantitate, in excommunicationem non incidunt.*

IN hac re pugnantes extant opiniones. Nam prima sententia fuit Tol. in explicatione huius canonis n. 7. & Sayr. in explicatione eiusdē, lib. 3. Thesaur. 1. c. 11. n. 25. tenentium partem negatiuam: atque ideo mandantes deferri, seu transmitti hoc loco, prohibita, non incidunt in excommunicationem.

Probatur, quia in censuris, cùm sint pœnæ, verba sunt stricte, & propriè intelligenda, ar. tex. in c. odia, de reg. iur. in sexto. Vnde excommunicatio lata contra agentes, sicut non comprehēdit consulentes, & defendentes; ita etiam non extenditur in mandantes, vt latè supra probauimus, lib. 1 c. 3. q. 4.

1 2 Has tamen non obstantibus, contrariam sententiam puto veriorem, a quam tenet Vgol. hoc 4 loco in pric. n. 3 & 7. & Azor lib. 8. Inst. moral. p. 1. q. 13. in prin. dicentes, vt huius canonis excommunicari, non solùm qui supradicta prohibita per se ad hostes deferunt, sed etiam qui per alios hæc deferenda curant. Nam in Bulla non modo excommunicantur, qui per se deferunt; verùm etiam & qui transmittūt, ob verbū 3 illud *Transmittunt*: quod per alios significat mittere.

4 Cōfirmatur, quia in hoc canone excommunicantur, qui deferunt, seu transmittunt. Per ly. *Deferunt* denotantur ij, qui per se portant; ergo per verbum illud: *Transmittunt*; significantur illi, qui per alios id agunt: alioquin verbum illud frustra poneretur, cōtra tex. in c. si Papa, de priuil. in sexto. & l. quoties, ff. de reb. dub. Modò, qui *per* alios agit, dicitur verè mandans, vt bene docet Steph. de Auil. de cēsur. disp. 3. dub. 2. con. 2. Hanc eandem sententiam tenet Rebuff. hoc loco. ar. 5. in ver. Deferunt, & Nauar. in Man. c. 27. n. 51. dum ait, mittentem arma ad Turcenos, ita esse excommunicatum, ac deferentem, non quòd idem sit deferre per se, & mittere 5 per alium, sed quia lex pœnalis extenditur de vno casu ad alium quando alioquin esset frustratoria, vt in c. si Ciuitas, de sent. excom.

Hoc idem aperte colligi ex hoc canone, in illo verbo: Transmittunt: probat Alter. eodem c. 3. col. 1. & 2.

Denique, si prohibita hæc, deferri mandantes, excommunicationem prædictam per supra dictas rationes non contraherent; in eandem 6 b tamen saltē inciderent, vt fauētes, b vt per Vgol. ibi in d. n. 7. Vndē illa verba: *Deferunt, & transmittunt*: non modò includunt principales deferentes siue res illas prohibitas hostibus huiusmodi donent, siue permutent, siue vendant, aut quo vis alio titulo in eos transferant; sed etiam adiuuantes, vt sunt nautæ iuuantes ad agendum naues, naues ipsas accomodantes, equos, mulos, currus, boues ac seruos ad eas deferendas, modò scienter id faciant: & denique mandantes deferri, vt diximus; siue id agant per proprios famulos, siue per alios homines mercede conductos, nempe per nautas, mulliones, & his similes: vt habetur ex Vgol. ibidem.

Quæ quidem omnia intelligenda sunt de illis rebus, quæ in hoc canone specialiter prohi- 7 bentur: quia deferens ea, quæ ad vsum bellicum sūt indifferentia, quæ specialiter hic non prohibētur, tunc demum excommunicatione contrahit, quando adest bellum, & mala intentione deferat, vt aliàs diximus.

Imò res illas specialiter prohibitas, si quis in- 8 parua qnantitate deferat, aut transmittat, in excommunicationem non incidit. c Vt si legationem agens apud Principem Infidelem, donet illi pugionem aliquem. Idem dicendum est de quahbet persona priuata; nisi donantes paruam illam armaturam, probabiliter suspicarentur se futuros in causa, vt id armorum genus ibi fabricaretur; vel eiusdem generis arma aliunde quærerentur, quibus Christiani impugnari possint; quia tunc à dicta excommunicatione nō excusarentur. Sicut ab eiusdem vinculo non diceretur absolutus, qui ferrum alicui Infideli dederit ad clauos cōficiendos pro construenda propria domo, & habita ratione loci, tēporis, & personæ probabiliter credat, infidelem illum vsurū ferro illo ad arma fabricanda in pernicie Christianorum. Secus autem, si probabiliter crederet, illum nō vsurum ferro prædicto quod paruæ esset quantitatis ad impugnandos Christianos: vt bene docet Sayr. hoc loco, n. 22. & 23. et Nauar. Vasq. & alii.

Ad contraria patet responsio ex dictis.

ADDITIO.

a Veriorem. Hanc eamdem sententiam tenēt Rebuff. hic, ar. 5. in ver. Deferunt, Alter. hoc eodem loco, cap. 10. ver. & primò col. 3. & Bonac. in explicat. eiusdem nostræ Bullæ, disp. 1. q. 8. pun. 2. num. 22. Abb. Alex.

Fa-

b Fauentes. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cen. diſp 1. q. 8. pun. 2. num. 18. qui eamdem ſequitur ſententiam. Abb. Alex.

c Incidit. Adde Reginald. lib. 9. ſuæ prax. c. 18. num. 298. D. Cæſar.

An mandans alicui Chriſtiano, vt ferat arma, & alia prohibita ad Saracenos, in excommunicationem ſtatim incidat, etiam non ſequuto effectu. Q. 16.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata contra plures alternatiuè, omnes comprehendit æquè principaliter.*
2 *Excommunicatus acceſſoriè, quando quis dicatur, exponitur.*
3 *Mandantes conſulentes, & c. quomodo principaliter excommunicantur, in excommunicationem incidunt, etiam non ſubſecuto principali effectu.*
4 *Vbi militas eadem ratio, eadem quoque militas iuris diſpoſitio.*
5 *Dictio, Quomodolibet, ex ſui natura omnem modum includit.*
6 *Opus, aut facto fieri contingit, aut conſilio, vel præcepto.*
7 *Mandans deferri arma, & alia prohibita ad Chriſtiani nominis inimicos. & hoſtes, in excommunicationem non incidit, niſi ſecuto effectu.*
8 *Actio principalis, quæ vi huius canonis prohibetur, eſt quomodo adiuuare Chriſtiani nominis inimicos in perniciem Chriſtianorum.*
9 *Adiuuari contingit Chriſtiani nominis inimicos contra Chriſtianos dupliciter, immediatè ſcilicet, & mediatè: & bis modis multipliciter.*
10 *Adiuuantes mediatè, vel immediatè, quomodo conueniant inter ſe, & quomodo differant, explicatur.*
11 *Mandans deferri arma ad infideles, nunquam dicitur illos adiuuare in perniciem Chriſtianorum, niſi ſecuto effectu.*
12 *Mandans deferri arma ad infideles, ſi ſequatur eorum delatio, ſtatim in excommunicationem incidit, etiam ſi nullum damnum ſequatur Chriſtianis.*
13 *Adiuuantes conſilio, auxilio, fauore, & c. ad deferendū arma ad infideles, ſecuta delatione, excommunicationem contrahunt, etiam ſi inde nullum ſequatur detrimentum fidelibus.*
14 *Defendens Chriſtianum aliquem, vt tutò valeat opem ferre infidelibus contra Chriſtianos, excommunicationem non incurrit, niſi Chriſtianus ille ex vitalis defenſionis infidelibus ipſis opem ferat.*
15 *Chriſtianum inſtruens ad reuelandum ſecreta infidelibus, aut litteras ab id eidem tradens, ſecreta ſtatum Reip. Chriſtianæ concernentia, continentes, & excommunicationem non incidit, niſi ſecuto effectu.*
16 *Agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur.*
17 *Mandãs deferri arma ad Chriſtiani nominis inimicos, ſi re integra mandatum reuocet, excommunicationem non contrahit.*
18 *Conſilium alicui præſtans, vt reueletſecreta Turcis, ſi re integra conſilium reuocet, excommunicationem non contrahit.*
19 *Conſilium præſtitum quomodo ſit reuocandum, explicatur.*

IN hac difficultate videtur prima facie dicendum, quòd mandans huiuſmodi, in excommunicationem noſtri canonis incidat, etiam ſi nullus ſequatur effectus: atque ideo eſtò, quòd mãdatarius vi mandati ductus non ſit ad deferendum prohibita ad Chriſtiani nominis inimicos & hoſtes.

Probatur primò; quoniam vi huius canonis 1 alternatiuè excommunicantur deferentes, & tranſmittentes, vt ſupra: vt patet in illis verbis: *Deferunt ſeu tranſmittunt*: ergo æquè principaliter excõmunicantur deferens, ac qui mãdat deferri. Nã quãdo plures excõmunicantur alternatiuè, ſeu vi alicuius cenſuræ prohibentur plures actiones alternatiuè, omnes æquè principaliter ſub illa cenſura comprehenduntur. Vt ſi excõmunicatio feratur contra eos, qui homicidium cõmiſerint, vel cõmitti mandauerint: vt eſt tex. in cap. 1. de homic. in ſextò, & latè habetur ex Vgol. in explic. noſtræ Bullæ, parte prima, c. 12. ſub n. 3. vbi declarat etiam, quomodo & quãdo plures intelligantur, acceſſoriè excõmunicari, & ait, quòd acceſſoriè excommunicati intelliguntur, qui cùm principalibus excõmunicãtur.

Vt ſi dicatur, excommunico appellantes ad 2 futurum Concilium, vnà cum fautoribus ſuis, & conſilium, auxilium, ue præſtantibus: vt habetur in Bulla Pij II. quam refert Caiet. in ſum. in ver. Excommunicatio, c. 25. & ipſos excommunicatos eſſe exiſtimat. At quãdo huiuſmodi perſonæ principaliter excommunicantur, in excõmunicationem incidunt, etiam effectu principali nõ ſubſecuto: vt ſupra probauimus in explic. can. 3 2. q. 6. ex Nauar. in man. c. 27. n. 51. Ergo mandãs deferri hoc loco prohibita ad Chriſtiani nominis inimicos, & hoſtes, ſtatim quòd mandat, excommunicationem contrahit, eſtò quòd mandatarius vi mandati non fuerit ductus ad ea deferendum.

Secundò, Conſilium, auxilium, vel fauorem 4 præſtantes a infidelibus prædictis, ac hæreticis a in damnum Chriſtianæ Reip. vi noſtri canonis excommunicantur: vt conſtat illis verbis: *Ad id auxilium &c.* Nam ly. *Ad id*, ſecundum veriorem expoſitionem, vt ait hoc loco Alter. cap. 10. col. 1. in ver. *Illiſque* denotat, ad perniciem, & damnũ Catholicæ Religionis, de quo proximè tractatũ erat. Qui quidem excommunicationem incurrunt, etiam ſi ipſi infideles ex huiuſmodi conſilio, auxilio, & fauore non moueãtur ad inferendum damnũ Chriſtianis: vt per Vgol. hoc loco, in ver. *Illiſque* ibi: Poſtremò afficit, & Alter. ibidem, c. 10. col. 2. in ver. Sequitur quartò. Et hoc ideo quia iſte canon cõſiderat ſolùm auxilium eſſe præſtitum, & principaliter eos excommunicat: ergo idem dicendum eſt de mandante res illas prohibitas ad hoſtes deferri, vt excommunicationem hanc contrahat ſtatim ac mandat, etiam ſi non ſequatur delatio, & mandati executio: quia nõ videtur poſſe aſſignari diuerſitatis ratio, cur vi noſtri canonis excommunicẽtur conſiliantes, auxiliãtes, ac fauentes, ſtatim ac conſulunt, auxiliantur, ac faueant; etiam non ſecuto effectu; & mandans in excommunicationem non incidat, niſi ſequatur effectus, nempè poſtquam mandatarius vi mandati ductus eſt ad deferendum prohibita ad Chriſtiani nominis inimicos, hoſtes. Cùm igitur eadem ratio militet in vtroque caſu, eadem quoque militat iuris diſpoſitio, l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Tertiò.

Tertiò. Excommunicationem noſtri canonis
5 contrahunt omnes illi, qui quomodolibet conſilium, auxilium, vel fauorem præſtant infidelibus, & hæreticis in damnum Reip. Chriſtianæ, etiam ſi nullum damnum ſequatur. Et id ob dictionem illam: *Quomodolibet*: in canone contentã, quæ ex ſui natura omnem modum includit: vt in clem. 2. ver. Ne igitur excesſũ, & ibi Gloſ. in ver. Quomodolibet, de sẽt. excõ. & indẽnitatibus, §. ſi qua verò à minoti, vbi 10. And. in ver. Quomodolibet, num. 2. de elect. lib. 6. atque ideo cenſuram hanc incurrit quacunque ratione quis operatur aliquid, ex quo vtilitatem aliquam, aut adiumentum conſequi poſſent infideles contra Chriſtianos. Ergo ſicut per dictionẽ illam *Quomodolibet*, prædicti conſulentes, auxiliãtes, & fauentes, ſtatim excommunicationis vinculo alligãtur, etiã nõ ſecuto effectu: ita quo
6 que dicendũ videtur de mandãte, de quo agitur. Nam mandãs, aliquo modo dicitur etiam concurrere, ad vtilitatem infidelium contra chriſtianos: quia opus aliquod tribus modis fieri poteſt; facto ſcilicet, conſilio, & præcepto, vt de homicidiò docet Gloſ. in c. ſicut dignum, §. Clericos, ver. Conſilium, de homicid.

b His tamen nõ obſtantibus, oppoſitã *b* ſenten-
7 tiam puto veriorem eſſe quam tenet Alter. in explicat. noſtri canon. c. 10. col. 3. ver. Et primò de mandãte: & ver. Non eſt autẽ. Vbi licèt cõcedat mandantem incidere in excommunicationem noſtri canonis, non tamen ipſam cõtrahere arbitratur, niſi ſecuto effectu; atque ideo, præcepto executioni demandato.

Pro cuius rei explicatione, eſt annot. quòd
8 principalis actio, quæ hoc loco ſub excommunicationis cenſura prohibetur, eſt quouiſmodo adiuuare Chriſtiani nominis inimicos in damnum Chriſtianorum.

Hoc autem adiumentum dupliciter præſtari
9 contingit. Primò immediatè: ſecundò mediatè. Immediatè adhuc duobus modis deferri poteſt, nempe cõperatione, pugnando cum illis contra Chriſtianos. Et ſic cooperantes, proprie dicuntur ſocij criminis, ſeu conſortes in crimine: vt per Gloſ. in clem. 1. ver. Defenſauerit, de pœn. & Dec. inc. 1. n. 11. de offic. deleg. & quacunque alia ratione. puta conſilium, auxilium fauorem, aut defenſionem eiſdem præſtando in perniciẽ Chriſtianorum.

Vndè qui conſilium dat huiuſmodi infidelibus, vt tali tẽpore ad certamẽ prouocent exercitum Catholicorum, aut tentent arcem expugnare ex hac vel illa parte, in hoc vel illo loco propugnaculum ædificent, & alia eiuſmodi, ex quibus damnum, & incommodum catholicis prouenire poſſit, is dicitur immediatè hoſtibus catholicæ fidei conſulere.

Sic etiam præbentes victualia, milites, remiges, & alia ad vſum bellicum neceſſaria ſupradictis hoſtibus, aut ſi bellum inſerant aduerſus Principem catholicorum, à quo obſidetur Ciuitas aliqua iniuſtè per Saracenos occupata, vt ab obſidione deſiſtat, vel hac ratione illum retinẽat, ne bello impetat ipſos Saracenos: ſi permittant eiſdem trãſitum per ſuas terras ad impugnandum, vel deprædandum Chriſtianos: aut à ſuis portibus extrahi ad vſum bellicum neceſſaria: qui per ſe certiores faciũt huiuſmodi hoſtes de rebus ſtatum Chriſtianæ Reip. concernentibus, hi omnes dicuntur immediatè illis opem ferre, auxilium, & fauorem præſtare.

Mediatè verò opem ferre huiuſmodi hoſtibus Chriſtiani dicuntur in damnũ Reip. Chriſtianæ, quando alicui Chriſtiano conſulũt, auxiliantur, fauent, aut eundem defendũt ſub hac ratione, vt ipſe Chriſtianus faueat, auxilietur, cõſilium det prædictis infidelibus, aut ipſos defendat in damnum ac detrimentũ Chriſtianorũ.

Hinc, qui daret conſilium, auxilium, aut fauorẽ Chriſtiano, vt reuelaret ſecreta Saracenis, vel hæreticis, is diceretur mediatè Chriſtiani nominis inimicos adiuuare, in damnum, & perniciem Chriſtianorum.

Sic etiam, qui defendit illum, qui vult adiuuare infideles, vel hæreticos, factis eum protegẽdo, vt tutò, & ſine periculo exequatur. quod intendit, vel verbis eundem excitando, laudando, aut commẽdando opus licitum eſſe dicens; is proculdubio mediatè dicitur prædictis hoſtibus opem ferre.

Non tamen diceretur fauere vt ſupra infidelibus, nec mediatè, nec immediatè, qui defenderet aliquem, qui arma ad Saracenos deferret, aut aliud crimen hoc loco prohibitum commiſiſſet, hac tantùm intentione, ne ad manus Iudicis veniat examinandus, vel puniendus: atque ideo certum eſt eum non comprehendi ſub diſpoſitione noſtri canonis: quia ceſſat prohibitionis finis, qui eſt, ne infidelibus & hæreticis ſubſidium aliquod impendatur in detrimentum Catholicorum.

Et denique mediatè dicitur opem ferre dictis hoſtibus, qui mandat alicui Chriſtiano, vt prohibita ad ipſos deferat, vel eũ inſtruat de rebus concernentibus ſtatum Reipublicæ Chriſtianæ, ad hoc vt eoſdem infideles de illis certiores faceret.

Conueniunt inter ſe immediatè vt ſupra ad-
10 iuuantes Catholicæ fidei inimicos, & hoſtes, & adiuuantes mediatè; quia omnes aliquo modo, adiumenti aliquid recipiunt infideles contra Chriſtianos: quod expreſsè probatur vi noſtri canonis per dictionem illam *Quomodolibet*.

Differunt autem in hoc: quòniam is qui immediatè adiuuat aliquo ex ſupradictis modis infideles, dicitur verè ac formaliter auxilio, cõſilium, vel fauorem eiſdem præſtare in damnũ Chriſtianæ Reip. etiam ſi ipſi ex huiuſmodi cõſilio, auxilio, vel fauore non moueantur ad interendum damnum aliquod Chriſtianis. At verò, qui mediatè vt ſupra adiuuat, nunquam dicitur verè, ac proprie adiuuare infideles, niſi ſecuto effectu, ideſt poſtquam mandatarius vi mandati, aut conſilij ductus eſt ad opem ferendam, vel fauorem infidelibus.

Si igitur mandans, nunquam dicitur adiuua-
11 re infideles in damnum chriſtianorum modo ſupra explicato; ergo in excommunicationem iſtam non incidit is, qui mandat arma & alia prohibita deferri ad infideles; niſi poſtquã mandatarius vi mãdati ductus eſt ad illius executionẽ. Etenim cùm vi noſtri canonis ſub excõmunicationis pœna prohibeantur adiuuari infideles in damnum Chriſtianorum; mandans, de quo agitur, nũquam dicitur adiuuare infideles, niſi poſt realem mandati executionem.

Bene-

Bene verum eſt, quòd poſt huiuſmodi execu-
12 tionem, mandans excommunicationis vinculo alligatur, etiam ſi ipſi infideles ex tali auxilio non moueantur ad inferẽdum dãnum aliquod Chriſtianis: quoniam tunc mandans, vere auxilium, & fauorẽ eiſdem detulit in damnũ Chriſtianorum: quod in noſtro canone prohibetur.

Confirmatur, quia adiuuãtes, vt ſupra imme-
13 diatè cõſilio, auxilio, fauore, aut defenſione incidunt in excommunicationem iſtam, etiam ſi damnum Catholicis non ſequatur, vt ſupra fuit dictũ; ergo idem dicendum eſt de mãdante poſt mandati executionem: quoniam talis mandans accedit ijs, qui immediatè opitulantur infidelibus; cùm mãdatum ſit actio acceſſoria ad principalem actionẽ, quæ per ſe prohibetur, nempe quouis modo adiuuare Turcas, aut hæreticos: vt habetur ex Alter. loco citato, col. 3. in ver. Non eſt autẽ. At acceſſorium ſequitur naturam principalis, vt in c. acceſſorũ, de reg. iu. in ſexto.

Quæ diximus de mandante, extendimus etiã
14 ad defendentem Chriſtianum aliquem, vt tutò valeat hoſtibus Catholicæ fidei opem ferre cõtra Chriſtianos: is enim non ſtatim excommunicationem contrahit, ſed ita demum, ſi Chriſtianus ille vi talis defenſionis ducatur cum effectu ad præſtãdum illis opem, alias talis defenſor non diceretur re ipſa addiuuare prædictos hoſtes, quod vi noſtri canonis prohibetur.

Eadem ratione, qui Chriſtianum inſtruit de-
15 rebus Chriſtianæ Reipub. ſtatum cõcernentibus, vt illas hoſtibus reuelaret, aut litteras eidem conſignet, ſecreta ſtatum eiuſdem Reip. concernentia continentes ad deferendas illas ipſis hoſtibus, non ſtatim cenſuram hanc incurrit: ſed ita demum ſi ad hoſtes peruenerit: eiſdemq; ſecreta reuelauerit, aut litteras tradiderit.

Sic etiam quamuis agentes & conſentiẽtes
16 pari pœna puniantur, vt in c. t. de off. deleg. c. notum, in fine, 2 q. 1. c. faciẽtis, 80. dist. & c. quãtæ, de ſent. excom. atque ideo, ſi quis cõſentiat, athorizando, conſulendo, negligendo, ſeu non impediendo cùm poſſit, arma deferri ad Chriſtiani nominis inimicos, in excommunicationẽ incidit, vt ſuo loco dicemus; nihilominus cenſura iſta non ligatur, niſi poſt actualem armorũ delationem, & conſignationem ipſis inimicis: quoniam antea nõ dicitur eiſdem opem ferre.

Ex quibus infertur primò, quòd mãdans ali-
17 cui Chriſtiano, vt arma, & alia in hoc canone prohibita ad Saracenos deferat in damnũ Chriſtianorum, ſi re integra mandatum reuocet, excommunicationem hanc non contrahit, etiam ſi mandatarius non obſtante mandati reuocatione, prohibita ad infideles ipſos reuocet: quoniam ex ſolo mandato non perficitur delictum, vt habetur in tex. in c. quicunque, de ſent. excõmun. in ſexto.

Secundò infertur, quòd ſi quis conſiliũ præ-
18 ſtaret alteri, vt reuelaret ſecreta Turcis, aut hæreticis, ſi re integra conſilium reuocauerit, excommunicationem hanc non incurrit: quoniam ſicut ex ſolo mandato; ita etiam ex ſolo conſilio delictum non perficitur.

Eſt tamen verum, quòd ſatis non eſt reuoca-
19 re conſiliũ datũ, ſed neceſſe eſt contrarijs rationibus ſuadere crimen illud non eſſe committẽdum: quoniam conſilium, quoad praxim, ſæpe eſt efficacius, quam mandatum. Etenim conſilium continet duo regulariter. Primum, quòd non eſt in commodum conſulentis. Secundum, quia frequenter docet modum ad delictũ patrandum: quæ quidem non continet mandatũ: & ideo cùm difficilius reuocetur conſiliũ, quam mandatum, Hoſt. & Inn. in c. ad audientiam, de homic. volunt ſatis non eſſe reuocare conſiliũ datum, ſed opus eſſe adhibere diligentiam ne delictum ſequatur: & propterea, ſi quis abortũ prægnanti conſulerit, non excuſatur à pœnis per reuocationem cõſilij, ſi ſequatur abortus.

Ad argumenta igitur facilè reſpondetur.

AD primũ dicitur, quòd eſtò doctrina Vgol. vera ſit, nempe, quòd vbi prohibentur plures actiones alternatiuè ſub aliqua cenſura, omnes prohibitæ æquè principaliter cenſentur; tamen verbum illud: *Tranſmittant*; ſub quo diximus comprehendi mandantes deferri prohibita ad hoſtes, ex vi vocabuli denotat actualem prohibitorum delationem, ac conſignationem ipſis hoſtibus. Vndè, ſicut ſupra diximus de mittentibus ad eoſdem litteras, quòd non contrahunt excommunicationem iſtam; niſi litteræ deferantur, & tradantur prædictis hoſtibus; ita etiam dicendum eſſe arbitror de mandantibus daferri res illas prohibitas, vt cenſura noſtri canonis non ligentur, niſi ſequatur actualis earum delatio, & conſignatio Chriſtiani nominis inimicis & hoſtibus.

Ad ſecundum patet reſponſio ex dictis. Non enim qui mandat alteri, vt adiuuet infideles, ex ſolo mandato dicitur illos adiuuare, niſi fauor, aut auxilium ſubſequatur; nimirum igitur, ſi vi noſtri canonis mandans vt ſupra, excommunicationis vinculo non alligatur, antequam effectus ſequatur, & mandatum compleatur.

Ad tertium reſpondetur eodem modo. Nam licèt mandantes dicantur aliquo modo adiuuare, id verum eſt, ſecuto effectu, non autẽ ex nudo mandato: & propterea mandans, de quo agitur, ante completum mandatum, in excommunicationem iſtã nõ incidit: vt bene docet Sayr. hoc loco, n. 22. & 23. ex Nauar. Viual. & alijs.

Ad reliqua patet reſponſio ex dictis.

ADDITIO.

a Præſtantes. Hanc eãdem ſententiã tenet Suar. de cenſur. diſp. 21. ſec. 2. n. 59. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16 q. 10. n. 153. Alter. hîc, c. 10. in verſ. Illiſque, Bonac. hoc eodẽ loco, diſp. 1. q. 8. pun. 1. ſub n. 3. vbi etiam ſub n. 4. in verſ. ſed mihi probabilius, idem dicendum eſſe putat de auxiliãtibus, ac mandantibus reuelari ſecreta Hoſtibus in perniciem Chriſtianorum. Abb. Alex.

b Oppoſitã. Adde Bonac. de cẽſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 8. pun. 2. n. 23. vbi etiã ait, quòd licèt reuocato mãdato, per generales regulas excommunicationis, mandãs non alligetur excommunicatione, auxilians tamen ſtatim dato auxilio, in hanc cenſuram incidit: ſiquidem, qui dedit auxilium, præſtitit actionem principaliter hîc ve-

Mandans verò alteri, vt deferat infideli, non itẽ: Nam in tex. dicitur, *illi, qui ad id auxilium præstit.* hic autem non dicitur auxilium infideli præstitisse. Quid autem dicendum sit de cõsilio præstante, dicetur infra, q. 38. sub n. 20. Abb. Alex.

An ratam habens delationem, seu transmissionem rerum in hoc canone prohibitarum, ad Saracenos, incidat in excommunicationem. Q. 17.

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitio mandato comparatur.*
2 *Ratam habens clerici percussionem, in excommunicationem incidit.*
3 *Ratum habens factum quod habet excommunicationẽ annexam, solo interiori mentis actu, & non per exteriora signa, nunquam excommunicationẽ cõtrahit.*
4 *Ratum quis habere non potest, quod suo nomine gestum non est.*
5 *Ratam habens armorum delationem ad Christiani nominis inimicos, in excommunicationem non incidit.*
6 *Irregularitas non incurritur per solam ratihabitionem homicidij.*
7 *Nulla censura, aut alia pœna ipso iure imposita propter delictum aliquod, per solam ratihabitionem incurritur, nisi in casibus à iure expressis.*
8 *Ratum habens delictum non dicitur illius causa; atque ideo non censetur illud committere.*
9 *Complacentia, quæ habetur per ratihabitionem delicti, respicit illud vt obiectum tantùm, non vt effectum.*
10 *Si quis coram amicis, & familiaribus diceret se appetere delationem armorum ad infideles, si sequatur delatio, & eiusdem ratihabitio, excommunicationẽ contrahit.*
11 *Tacita & expressa eadem est virtus.*
12 *Dicens coram suis familiaribus se desiderare alicuius clerici percussionem, si sequatur percussio, incidit in excommunicationem.*
13 *Ratam habens delationem armorum ad Saracenos, nullo modo potest illius dici causa moralis.*
14 *Ratihabitio, licèt comparetur mandato, re vera tamen non est mandatum, quia non habet illum influxum in opus, quem habet mandatum.*
15 *Lex non extenditur vltra proprietatem verborum ad ea, quæ per analogiam quandam, vel similitudinem tantùm cum aliis comparantur.*
16 *Ratum habens delictum aliquod, quando puniatur, vt mandans; declaratur.*
17 *Ratam habens percussionem clerici nunquam in excommunicationem incidit, nisi aliquomodo in percussionem illam influat.*
18 *Tex. in c. quantæ, de sent. excommun. quem intellectum habeat, explicatur.*
19 *Agentes, & consentienter pari pœna puniuntur ex interpretatione.*
20 *Regula illa agentes, & consentienter non procedit in dispositione, in qua fictus, & interpretatiuus intellectus non attenditur.*
21 *Excommunicatio non recipit intellectum fictum, seu interpretatiuum, sed verum.*
22 *Delationem armorum ad Saracenos desinens impedire eùm possit, an contrahat excommunicationem.*
23 *Reus non est illatæ iniuriæ de iure etiam, qui proximũ cõmodè potuit ab iniuria defendere, & nõ defendit.*
24 *Tex. in c. quantæ, de sent. excommun. non statuere specialiter tantùm fauore Ecclesiasticarum personarum; sed in vniuersum, probabiliter dicendum est.*
25 *Qui desinit impedere delationem armorum ad Saracenos, cùm possit, hunc in excommunicationem incidere, probabiliter videtur dicendum. Et hoc verum, siue desinens sit persona publica, siue priuata.*
26 *Excommunicato, ad eam contrahendam, an exigat actũ contra iustitiam, vel satis est si sit contra charitatem.*
27 *Delationem armorum ad Saracenos non impedire, cùm id possit, est contra iustitiam.*
28 *Delationem armorum ad Saracenos desinens impedire ex negligentia, vel timore, excommunicationem non incurrit.*
29 *Desinens impedire delationem armorum ad Saracenos eùm possit præsumitur dolosè id agere, & ideo in foro saltem exteriori erit excommunicatus.*
30 *Dolus non præsumitur, nisi probetur, vbi iuris præsumptiones in contrarium non adsunt.*

IN hac difficultate Alter. in explic. huius can. c. 10. col. 7. per totum distinguit, quòd aut delatio, seu transmissio; de qua agitur, est facta nomine ipsius ratam eam habẽtis, aut eiusdem nomine non est facta.

Primò casu, inquit, quòd ratã habens huiusmodi delationem, seu trãsmissionem; atque ideo intelligens aliquem eius nomine arma detulisse ad Christiani nominis inimicos, id si ratum habeat, in excommunicationem huius canonis incidit.

Probat suam sentẽtiam ex eo quòd iste talis
1 dicitur moralis causa huius delationis, sicut mãdans. nam ratihabitio, mandato comparatur, vt in c. ratihabitionem, de reg. iur. in sexto. Ergo sicut mandans deferri arma ad infideles, à prædicta censura non excusatur, vt proxima q. probauimus, ita quoque eorundem delationem ratam habens.

Confirmatur etiam ex tex. in c. cùm quis, de
2 sent. excom. lib. sexto, vbi habetur, quòd excõmunicationem incurrit, qui manus violentas, in clericum suo nomine illatas ratas habet, his verbis. *Cum quis absque tuo mandato manus iniecit in Clericum tuo nomine violentas, si hoc ratum habueris. excommunicationem latam à canone incunctanter incurrit*: Ergo idem dicendum est in casu. de quo agitur, cũ nõ possit assignari diuersitatis ratio.

Ad idem adducit tex. in c. quantæ. de sent. excom. vbi non prohibens percuti clericum, cùm posset, excommunicationem contrahit; quia supponit illum esse causam moralem dictę percussionis.

Exigit tamen ad incurrendam dictam censu-
3 rã, vt per exteriora signa appareat de ratihabitione, nempe receptando delinquentem, bene faciendo, laudando, &c. Quòd si factum ratum, habuerit, solo interiori voluntatis actu; iste talis; quoad Deum tantùm, erit alligatus, iuxta ea, quæ docet Glos. in d. cap. cùm quis, ver. Tuo nomine.

Secundò casu, vbi armorũ delatio non est fa-
4 cta nomine ipsius, eam ratam habentis, tunc ait, quòd huiusmodi crimen ratum habens, excommunicationis vinculo non alligatur: quoniã illa propriè non est ratihabitio, vt in c. ratam, de reg. iur. in sexto. Vbi dicitur, quod ratũ quis habere

bere non poteſt, quod ſuo nomine geſtum non eſt. Hoc idem probatur in d. cap. cùm quis.

His tamen non obſtãtibus, oppoſitum puto verius: atque ideo ratam habens armorũ delationem, & aliorũ, quæ in hoc canone prohibẽtur, in eiuſdem cenſuram non ſolùm in poſteriori, ſed nec etiam in priori euentu incidit.

Probatur, quia vt ipſemet Alter. fatetur, finis huius prohibitionis eſt, ne adiuuẽtur in aliquo infideles, vnde impugnari poſſint Chriſtiani, at qui ſolùm ratum habet ſubſidiũ antea per aliũ præſtitum ipſis infidelibus, nullo modo cõcurrit ad damnum, ac perniciem Chriſtianorum, quia ſupponimus ad executionem dicti criminis eum nullo modo fuiſſe operatũ, nec conſilio, nec mandato, nec conſenſu: ergo ſiue delatio huiuſmodi fiat nomine ipſius, ratam eam habentis; ſiue non, nunquam is excommunicationem huius canonis incurrit.

Secundò probatur, quia quando ſub cenſuris in Bulla contentis Rom. Pontifex vult comprehendere ratas habentes actiones in ea prohibitas, id exprimit, vt patet infra in can. 11. vbi excommunicatio lata contra offendentes S. R. E. Cardinales, extenditur contra ratihabentes. Idẽ ſtatuitur in c. felicis, de pœn. in ſextò: ergo cùm id hoc loco non expreſſerit, ratam habens dictam delationem in excommunicationem non incidit.

Tertiò ſecundum ſententiam magis receptã,
6 irregularitas non incurritur per ſolam ratihabitionẽ homicidij nomine ratihabentis cõmiſſi, vt habetur ex Sayr. lib. 7. Theſ. tom. 1. c. 4. ſub n. 17. & Suar. de cenſur. Eccl. diſp. 44. ſec. 3. n. 24. cum alijs, quos allegant: ergo nec etiam ratam habentes delationem rerum hoc loco prohibitarum, in ſupradictam excommunicationẽ incidunt: quia non poteſt aſſignari differentiæ ratio, cur illo caſu irregularitas non incurratur, & in iſto contrahatur excommunicatio.

Denique pro noſtra ſententia facit generalis
7 regula, quam ponit Suar. loco citato, dum ait, quòd nulla cenſura, aut pœna ipſo iure impoſita propter aliquod delictũ incurritur propter ſolã ratihabitionẽ, niſi in caſibus à iure expreſſis. Nam ratum habens delictum, non dicitur illud committere, quia non committit delictum,
8 niſi qui aliquo modo eſt eiuſdẽ cauſa: eo quòd ad peccandum nec eſſarius eſt liber influxus, qui citra cauſalitatem aliquam non datur: Sed qui ratum habet delictum iam antea commiſſum, nullo modo eſt ipſius cauſa: ergo nõ committit tale delictum. Etenim ille non fuit cauſa, quãdo delictum eſt cõmiſſum: quoniã tunc nullo modo cooperatus eſt, & prorſus ignorauit, quod fiebat: neque etiam poſtea, quando ratum habet, eſt cauſa; quoniam non fit, nec fieri iterum poteſt ille effectus, quia ſupponitur cõſummatum omnino fuiſſe delictum: ergo repugnat poſtea habere cauſalitatem in illud.

Tota igitur complacentia, quæ in ratihabitio-
9 ne habetur circa crimen commiſſum, reſpicit illud vt obiectum tantùm nõ vt effectum, & ideo nunquã cõparatur ad eũ, qui ratum illud habet, vt delictum ab eo commiſſum aliquo modo, ſed ſolùm vt obiectum gratum. Si ergo ratum habens crimen aliquod nullo modo dicitur illud committere: ergo pœna impoſita cõmittenti tale delictũ, non extenditur ad ratũ habentem; quia lex pœnalis non eſt extendenda, maximè cùm pœna ipſo facto imponitur.

Eſt tamẽ verum, quòd ſi quis coram amicis,
10 & familiaribus diceret ſe appetere delationem armorũ ad Saracenos, prouidens, vel præuidere debens eos inde fore excitandos ad ea deferenda, ſi poſtea deferant, puto eum incidere in excommunicationem noſtri canonis, ſi dilationẽ illam maximè ratam habeat: quoniam is dicitur influere aliquo modo in huiuſmodi delictum, & poteſt dici virtualis mandãs, quem ſuperiori, q. ſub excõmunicatione huius canonis cõcluſimus cõprehendi: quoniã virtuale, & formale ſe
11 habent ſicut tacitum, & expreſſum, vt aliàs diximus: at taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, l. cũ quid, ff. ſi cert. petat.

Confirmatur, quia Nauar. in man. c. 27. ſub n.
12 78. idem putat dicendum eſſe de eo, qui non iuſſit clericum ipſius inimicum percuti; ſed tãtùm ſuis dixit, ſe eiuſdem vindictam expetere, credẽs vel credere debens, quòd ex hoc illi mouerentur ad percutiendum: quia licèt non dicat eo animo, præuidere tamen debebat, eos eo animo dictum putaturos.

Ad argumenta reſpondetur.

AD primum reſpondetur, quòd ratam habẽs
13 delationem rerum hoc loco prohibitarum, ad Saracenos, nullo modo poteſt illius dici cauſa morahs, quia nec moraliter quidem influit in effectum, cùm moraliter ita non ſe geri ſupponimus, vt ei tribuatur effectus, iuxta ea, quæ ſupra annotauimus, lib. 1. c. 1. q. 2. ſub n. 3.

Et licèt ratihabitio comparetur mandato; ta-
14 men re vera non eſt mandatum; quia non habet illũ influxum in opus, quẽ habet mandatũ. Nam qui mandat, licèt phyſicè non influat in effectum immediatè, ſin illum tamẽ influit moraliter, atque ideo mediatè, & ita ſe gerit, vt ei tribuatur effectus, vt diximus in d. q. 2. At verò qui ratum habet, nullo modo influit in effectũ, & ideo quamuis vi noſtri canonis cenſura feratur contra mãdantes deferri prohibita ad Chriſtiani nominis inimicos; non tamẽ comprehẽdit id ratumhabentes: quia lex non extenditur
15 vltra proprietatem verborum ad ea, quæ per analogiam quandam, vel ſimilitudinem tãtùm cùm alijs cõparãtur. Ita Suar. loco citato, n. 26.

Ad confirmationem ex tex. in d. cùm quis, de
16 ſent. excom. in ſextò, dicitur, quòd licèt Glo. ibi, Anch. & alij ſimpliciter teneãt, in maleficijs puniri ratihabitionem, quando crimen cõmittitur nomine illius, qui ratumhabet, ſicut mandatum; nihilominus id intelligendum eſt, vbi antequàm crimen ſequatur, ratumhabẽs influit in illum, quaſi virtualiter mandans iuxta dictũ exemplum allatum à Nauar. loco citato, & Syl. in ſum. in ver. Excommunicatio ſexta, §. 5. ver. Quartò quando.

Ad quod facit, etiam Glo. ſin c. mulieres, ver.
17 Authoritate, vel mandato, in fine, de ſent. excõ. vbi quæritur, vtrum incidat in excommunicationem c. ſi quis ſuadente diabolo, 17 q. 4. ille qui non mandat percuti clericum, ſed poſtquã ſecuta eſt percuſſio ratã habuit, & reſpondet negatiuè, atque adeò cõcludit excommunicatio-

nis vinculo non alligati, licèt percuſſionem iam factam ratam habuerit: ergo neceſſe eſt, vt antequam percuſſio ſequatur, inſluat in illam, quaſi virtualiter mandans, vt ex ratihabitione percuſſionis, poſtquam ſecuta eſt, in excommunicationem incidat.

Et quòd talis influxus exigatur, expreſsè docet idem Alter. infra in explicat. 11. can. noſtræ Bullæ, c. 6. col. 7. in fine. Quamuis videatur velle huiuſmodi influxum ſtunc concurrere, quando delictum committitur nomine illius, qui ratũ illud habet. Nam ad probandam ſuam ſententiam allegat Card. in clem. 1. n. 3. de pœn. Anch. & Franc. in c. cùm quis, Panor. in d. c. mulieres, n. 8. de ſentent. excom. & in c. ſicut tuis, num. 8. de Simon. Syl. in d. §. 5. ver. Tertiò cùm quis, & alios, qui ad hoc, vt ratihabitio æquipareturmãdato, & ratum habẽs eaſdem pœnas luat ac mãdans, duas conditiones exigunt. Prima cõditio eſt, vt delictum cõmiſſum ſit nomine illius, qui poſtea illud ratum habet. Secunda eſt, vt cõmẽdetur opus factum, & cõprobetur, atque ſignis illud placuiſſe declaretur, de ſupradicto autem influxu nullam mentionem faciunt: ergo intelligenda eſt Alter. opinio iuxta prædictorum Doctorum ſententiam. Et licèt adducat exempla ſupra relata à Nauar. in man. c. 27. n. 78. & Syl. in d. ver. Quartò quando: non tamen negat, prædictas duas cõditiones ſatis eſſe. Quod eſt cõtra id, quod ſupra diximus ex Suar. dum oſtendimus, quòd licèt quis ratum habeat etimen ab alio ſuo nomine commiſſum, non tamen ob id dicitur influxum ad illud præbuiſſe.

Vel ſecundò reſpondetur ex eodem Suar. in d. ſec. 3. n. 23. quòd tex. in d. c. cùm quis, ſpecialiter ſtatuit fauore clericorum, & totius Ordinis Eccleſiaſtici: ſicut etiam tex. in d. c. fœlicis, de pœn. in ſextò. Et ideo non poteſt ſumi argumentum ad alias pœnas, & leges, in quibus talis extenſio non fit.

Imò ex dictis iuribus noſ ſupra ſumpſimus argumentũ in contrarium a ſpeciali; ideo enim in illis, & in alijs ſimilibus exprimitur ratihabitio, quia ſi non exprimeretur non comprehenderetur.

Nec ratio, quæ affertur in d. c. cùm quis, probat, tex. illum non diſponere aliquid ſpeciale, ſed tantùm declarare c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. quod loquitur de percutiẽte clericũ, habere quoque locum in ratihabente eiuſdem percuſſionem; quoniam, vt rectè reſpondet ipſe Suarez ibidem, num. 26. ratio illa non inducitur, vt per ſe faciens illam extenſionem, ſed tanquam ſufficiens ad mouendum Romanum Pontificem, vt illa fecerit. Et ideo Sum. Pont. non dixit, cùm ratihabitio mandato comparetur, ſed, *Cum debeat comparari*.

Ad tex. in d. c. quantæ, de ſent. excom. reſpõ-
18 detur, quòd in eo ſpecialiter quoque ſtatuitur fauore Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarum perſonarũ. vt habetur ex Suar. de cenſur. Eccl. diſp. 45. ſec. 4. n. 5. Et dato, quòd vera ſit Panor. interpretatio in d. c. quantæ, dicentis, quòd vbi pœna ipſo iure imponitur, agentes & conſentientes pari
19 pœna puniuntur, tamen id verum eſſe ait ex interpretatione. Quo circa locum non habet
20 in diſpoſitione, in qua fictus, & interpretatiuus intellectus non attẽditur, ar. tex. in l. 3. ff. de neg. in excommunicationis cenſura locum ſibi non vendicat intellectus fictus, ſeu interpretatiuus, alias excommunicatio lata contra facientes,
21 includeret quoque mandantes; nam qui per alium facit interpretatiuè, fictè, ac imputatiuè per ſe ipſum facere dicitur, non autem verè, vt ſupra probauimus, lib. 1. cap. 1. q. 2. & in explic. huius can. q. 13.

Vndè ſecundum doctrinam Suarez, ſi quis
22 compertum habeat, alteram paratum eſſe deferre arma, & alia prohibita ſubminiſtrare Chriſtiani nominis inimicis, & deſinit impedire, cùm poſſit, in excommunicationem noſtri canonis non incidit.

Eò magis quoniam ex communi ferè Doctorũ
23 ſententia, de iure ciuili nõ tenetur, nec reus eſt illatę iniuriæ, qui proximum commodè potuit defendere ab iniuria, nec tamen defendit, ivt in l. 1. §. Sed in eo. ff. ad Sylian. Bar. in l. culpa caret ff. de regul. iũr. Panor. & Dec. in c. 1. de off. deleg.

Bene verum eſt, quòd probabilis nobis vide-
24 tur ſententia eorum, qui volũt, tex. in d. c. quãtæ, non ſtatuere ſpecialiter tantùm fauore Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarum perſonarum, ſed in vniuerſum velle, ſeu declarare, vnumquemque teneri ab altero, ſi commodè poſſit, iniuriam propulſare, aliàs eiusdem pœnis ſubijcitur, quibus afficitur, qui iniuriam infert.

Quocirca probabilem quoque dicimus Al-
25 ter. ſententiam in explicat. huius canoñ. c. 10. col. 5. & 9. dicentis, quòd qui deſinit obuiare, ſi poteſt, ne ad Saracenos, vel hæreticos deferantur arma, & alia prohibita, quæ adiumento illis eſſe poſſunt ad impugnandos Chriſtianos, grauiter peccat, & in excommunicationem iſtam incidit, ſiue ad hoc teneatur ratione publici officij: vt ſi eſt Princeps, Iudex, aut ſuperior quicũq. ille ſit, ſæcularis, aut Eccleſiaſticus, qui ratione officij, & poteſtatis, quam habet in alios, prohibere poteſt, ne res illæ deferantur, & non prohibet. Nam Gloſ. in d. c. quãtæ, in ver. Interpretans: diſpoſitionem dicti c. ait eſſe veram citra omnem dubitationem, contra huiuſmodi perſonas; quia tenentur ex iuſtitia ratione officij, & adminiſtrationis, quam gerũt impedire, ne delicta committantur, c. fortè, 23. q. 4. & latè Ian. Panor. & Felin. in d. c. quantæ, & in c. 1. de leg. Syl. in ſum. in ver. Excommunicatio. 6. §. 5. ver. Quintò quãdo quis, & Nauar. in man. c. 27. n. 78. in ver. Sexta declaratio. Siue poteſtatẽ aliquam priuatam in delinquentem habeat, qualis eſt Pater, Dominus, & alij ſimiles, qui vident filium, ſeruũ, & ſimiles ſibi ſubditos huiuſmodi crimina committere, & poſſunt impedire, & nõ impediunt: quoniam ratione poteſtatis, quam habent in delinquentes, ad id tenentur, aliàs cũ conſentire cenſeantur, pari pœna puniũtur, iuxta ea, quæ docet Gloſ. in d. c. quãtæ, Io. And. Panor. & Dec. in d. c. 1. de off. deleg. & Couar. in clem. ſi furioſus, de homic. p. 2. §. 2. n. 7. ver. Etenim communi omnium ſententia. Siue denique nullam poteſtatem in delinquentem habeant, dummodò dolosè deſinãt obuiare prædictorũ delãtioni, iuxta ea, quæ de percuſſione clerici dicit Couar. loco citato, & alij. Nam omnes Doctores affirmant, in excommunicationem canonis, ſi quis ſuadente diabolo, incidere dolosè offenſionem clerici non impedientem, ſiue publicã

blica perſona ſit, & iuriſdictionem habeat, qui non impedit, ſiue iuriſdictione careat, atq; ideo ſi perſona priuata, poteſtatem habeat in delinquentem, aut non habeat. Ita Inn. Panor. Felin. & Syl. locis citatis.

26 Nec obſtat ſi dicatur, quòd licèt vera ſint quę diximus de perſonis publicis non impedientibus, cùm ad id teneantur ex debito iuſtitiæ, tamen non videntur locum ſibi vendicare in perſonis priuatis, qui ex lege tãtùm charitatis obligantur, iuxta ea, quæ docet Nauar. in c. non inferenda, 23. q. 3. n. 26. & in man. cap. 24. num. 20. At ad contrahendas cẽſuras exigitur, vt peccatum ſit contra iuſtitiam: quoniam reſpõdetur, quod non impedire delationem rerum hoc loco prohibitarũ, eſt crimen publicum, cùm vertatur in damnum publicum, ſeu cõmune Chriſtianorum, quod magis cauere debemus etiam cum incommodo noſtro, vt ait Alter. in explic.

27 huius can. c. 10. col. 6. in prin. Et propterea huiuſmodi crimen eſt contra iuſtitiam, ſicut contra iuſtitiã eſſet, perſonam priuatam doloſè nõ impedire clerici percuſſionem, eò quod clerici ſunt perſonæ publicæ, vt in l. 1. 9. huius ſtudij, ff. de iuſt. & iur. probat & idem Alter. in explic. 11. can. noſtræ Bullæ, cap. 6. col. 11. in fin. 13.

Imò dato, quòd doloſè non impedire, cùm poſſit, armorum delationem, ſit peccatum cõtra charitatem, poteſt etiã dici quodammodo contra iuſtitiam, quia non impediendo eſt cauſa moralis damni, quod ex tali delatione prouenit Chriſtianis: & propterea ſatis eſt ad contrahẽdam excommunicationem; ſicut de omiſſione defenſionis clerici ex dolo docet Alter. loco proximè citato, in ver. Secũdò reſpõderi poteſt.

Dixi, dummodò doloſè deſinat obuiare: quia

28 ſi ex negligentia, vel aliquo timore humano dictam armorum delationem quis non impedit, cũ poſſit, excommunicationis vinculo nõ alligatur. Quod intelligit ipſe Alter. hoc loco c. 10. col. 6. ver. Ex his igitur, quando huiuſmodi titulus ſatis eſt ad excuſandum à letali culpa, iuxta ea, quæ docet Nauar. in c. non inferenda, 18. q. 3

Eſt tamen verum, quòd ſicut, qui videns cle-

29 ricum percuti, & potens ſine aliquo ſui detrimẽto impedire illius percuſſionẽ, & non impedit, præſumitur eſſe in dolo, vt habetur ex Pan. in d. c. quãtæ, n. 8. ita proportionaliter dici poſſe videtur in caſu, de quo agitur, vt ſi quis videns armorum delationem ad Chriſtianinominis inimicos eam non impedit, cùm poſſit, præſumatur in dolo, atque ideo in foro ſaltem exteriori, iudicabitur excõmunicatus. Nã licèt regulari-

30 ter dolus non præſumatur, niſi probetur, vt in l. quoties. ver. Qui dolo, ff. de probat. tamẽ, qui poteſt impedire malum, & non impedit, habet contra ſe iuris præſumptiones, & coniecturas, quòd dolo id egerit: vt per eundem Panor. loco citato. Et ex d. c. quantæ clarè colligitur in illis verbis, *Eos delinquentibus fauere interpretamus, qui, cùm poſſint, manifeſtos facinori deſinunt obuiare.*

ADDITIO.

a Verius. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 8. pun. 2. n. 28. Abb. Alex.

An fideles in terris ſuis arma Saracenis vendentes, vel quocunque alio titulo Chriſtianis tradentes, quos certò ſciunt ad Saracenos fore delaturos, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 18.

SVMMARIVM.

1 *Vendens arma Chriſtiani nominis inimicis, in excommunicationem incidit, niſi famis neceſſitate, aut metu graui id ageret.*

2 *Chriſtiani in terris ſuis arma Saracenis vendentes, vel eam fidelibus, probabiliter credentes non eſſe illa deferenda ad hoſtes, aut ſi ſciant deferenda, nihil tamen vtilitatis ipſi ex tali delatione prouenturum, excommunicationem non contrahunt.*

IN hac difficultate pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia fuit Cardinal. Tolet. in explicat. huius can. vet. Primum dubium: negantis, vendentes, aut aliquo alio titulo vt ſupra transferentes res, in prædictam cenſuram incidere.

Et rationem hanc eſſe ait: quia cùm iſta conſtitutio ſit pœnalis, verba ſunt intelligenda in propria ſignificatione. Modò, cùm hoc loco excommunicentur qui deferunt, ac tranſmittunt, ſub tali diſpoſitione non comprehendũtur qui vendunt, aut quocunque alio titulo tradunt: quoniam vendere, ac tradere, non eſt deferre, nec tranſmittere.

Hanc eandem ſententiam tacitè videtur tenere Caiet. in ſum. in ver. Excommunicatio, c. 20. in fine: dum ait, quòd in hoc canone vnica tantùm actio prohibetur; nempè, Deferre: quãuis in c. ad liberandum, de Iudæ. non tantùm deferre, ſed & vendere ſit prohibitum. Vndè conſequenter ipſe Caiet. diceret, vendentem in caſu, de quo agitur, & non deferentem, excommunicationem huius canonis non contrahere.

Nauar. denique in c. Ita quorumdam, not. 10 n. 41. de Iudæ. apertè ſimiliter docet, quòd vẽdentes ſolùm, & non deferentes naues, vel galeas Saracenis, non incurrunt cenſuram d. c. ita quorundam; quoniam ibi excommunicantur, qui deferunt lignamina galearum: ergo idipſũ fateri compellitur de excommunicatione noſtri canonis.

His tamen non obſtantibus, oppoſitam ſen-

1 tentiam puto probabiliorem eſſe, quam tenet Syl. in ſum. in ver. Excommunicatio, 7. §. 64. ver. Secundò qui deferunt. Vbi loquens de eo, qui ad ſui defenſionem tantùm defert arma ad terras infidelium; deinde occaſione pecuniæ vendit illa Saracenis, inquit, talem in excommunicationẽ incidere: quia delatio prohibetur gratia venditionis, aut donationis, ſeu cuiuſcunque traditionis: ergo ſi deferens eſt excommunicatus, multò magis erit vendens.

Limitatur tamen ptimò hæc ſententia, niſi venditio huiuſmodi fiat ab eo, qui famis neceſſitate compellitur, aut ad euitandum maximũ aliquod detrimẽtum in perſona, vel bonis, iuxta ea, quæ ſupra diximus, q. 12.

Secũdò limitatur; vbi probabiliter credit vẽ-

2 dens arma Saracenis, aut Chriſtianis mercato-

ribus, non esse illa deferenda ad Hostes Christianorum: vel saltem verisimiliter non constat ei de opposito: aut si dubitet posse deferri, scit tamen nihil vtilitatis ex illis prouenire posse Saracenis, vel ex paruitate materiæ, vel ex generositatis morum, aut alijs ex causis: neque inuincos ex tali venditione fieri validiores, ac promptiores ad impugnandos Christianos, quàm sine illis essent. Et ita intelligendam esse priorem sententiam docet hic Alter. cap. 3. col. 3 ver Ego censeo. Vbi etiam inquit, oppositam sentétiam locum sibi uendicare, quando uenditor certò scit, uel scire tenetur emptorem res illas emere, ut ad Saracenos deferat: nam tunc excommunicationem contrahit: eo quòd saltem mediatè cooperatur, ut transmittátur hæc prohibita ad Saracenos: si enim non uenderet, non possent transmitti: sicut dicimus de ijs, qui permittunt talia extrahi ex suis portibus.

Confirmatur quoniam si propter delationē absque traditione, ut aliqui uolunt, incurritur prædicta excommunicatio; ergo multò magis dicendum est de venditione, etiam non præcedente delatione.

Denique causa cur hæc deferri prohibentur est ne infideles fiant potentiores ad impugnandum Christianos: at hoc ipsum fit per eorum venditionem absque delatione.

Ibi(*Equos*) Quænam equorum appellatione veniāt: & an non solùm deferentes equos, sed etiam mulos, camelos, aut asinos, comprehendantur sub excommunicatione nostri canonis. Q. 19.

SVMMARIVM.

1 *Equorum appellatione veniunt etiam equæ.*
2 *Deferentes equos, qui adhuc pulli sunt, ad infideles hostes, incidunt in excommunicationem huius canonis. Nec distinguendum est, an sani sint: vel infirmi: debiles, an fortes.*
3 *Equorum appellatione non veniunt muli, asini, cameli, &c.*
4 *Deferentes mulos, mulas, asinos, & his similia ad infideles hostes excommunicationem contrahunt; & id etiam si bona intentione hæc animalia deferant.*
5 *Deferentes mulos, asinos, & alia generaliter hoc loco prohibita tunc excommunicationem incurrunt, quādo ea deferunt tempore actualis belli inter Catholicos, & huiusmodi hostes.*

1 REspondetur, quòd equorum appellatione, vi nostri canonis, veniūt equæ, tum quòd equorum nomine, & ipsæ equæ comprehendūtur: eo quod masculinum complectitur fœmininū, l. 1. ff. de verb. signif. tum etiam quoniam ad bellādum maximè iuuant, & alios equos generare possunt: vt habetur ex Rebuff. in explicatione huius canonis, ar. 5 in ver. Equos.

Item sub dispositione dicti canonis continē-
2 tur equi, qui adhuc pulli sunt: a quoniā ijs grā-
a dioribus factis, Christiani proculdubiò impugnari possunt: & ideo ratio Bullæ in illis locum sibi vendicat. Et tātò fortius: quia pulli equorū equi sunt, & differunt á grandioribus secundum plus, & minus. Nec distinguendum est, an debiles sint, & infirmi: an fortes, & robusti: quia canō iste non distinguit, & propterea, nec nos distinguere debemus, ar. ex. in l. de pretio, ff. de pub. in rem act. & cō magis quia debiles, pingues, & fortes reduci possunt. Nec præterea satis interest, an equi ab hostibus ipsis empti sint morbosi, & deinde curau deferantur ad eosdem: aut aliàs á prædictis empti non sint: vt per Nauar. in man. c. 27. n. 63. ver. Tertia: & Vgol. hoc loco, in ver. Equos. sub n. 1. Vbi etiam n. 2. vi præsentis canonis arbitratur prohiberi delationē frenorū, habenarum, sellarum, terrorum, quibus equorū pedes muniuntur cingulorū & aliarum rerum, quæ ad equos armā ecessariæ sunt: quoniā hæc omnia accedunt equis & accessoriū sequitur naturam principalis, c. accessorium, de regul. iur. in sexto.

Est tamen verum, quòd equorū appellatione, licèt nō veniant muli, mulæ, asini, cameli, &
3 his similia animalia, cùm sint diuersæ speciei; tamē deferentes huiusmodi animalia ad hostes
4 cōprehenduntur sub prohibitione dicti canonis: nā per eū prohibentur omnia, quibus Christiani impugnantur: & prædicta animalia plurimum prosunt ad deferendum ea, quæ ad pugnā dum sunt necessaria, & consequenter ad impugnandum Christianos.

Et quamvis Nauar. in c. Ita quorundā, de Iu-
5 dę not. 5. n. 27. ver. Decimoquinto: velit, quòd qui deferunt mulos grādes, quibus hostes indigent ad portandum commeatum, non incidant in excōmunicationem, nisi mala intētione eos deferant ad bellum contra Christianos inferendū; nihilominus illos prędicta excōmunicatione alligari bene docet Sayr. hoc loco sub n. 27. quoniā si incidunt quādo mala intentione eos deferant, incidant etiam quacunque intētione deferantur: quia in his rebus prohibitis, nō tam intentio attenditur, quàm res ipsa quæ defertur. & licèt non fiat mentio mulorum specifice, cōprehenduntur tamen sub illis verbis *Aliaque huiusmodi, quibus Christianos &c. catholicos impugnent.* Est tamen notandū, quòd præter equos, qui specialiter prohibentur, omnia alia supra relata cū generaliter & non specificè deferri prohibeantur, tunc deferentes, excommunicationem cōtrahunt, quando extat actuale bellum inter catholicos, & huiusmodi hostes, vt sæpe diximus.

ADDITIO.

a Sunt. Adde Alter. de cēsur. lib. 5. disp. 7. c. 1. col. Filliuc. tom. 1. qq. moral tract. 16. n. 34. Sayr. de cēsur. c. 11. n. 27. & Gibar. li 1c loco, casu 7. n. 10. contra Reginald. lib. 9. suæ prax. c. 18. n. 294. D. Cæsar.

Ibi(*Arma*) Quæ veniāt armorū appell. Q. 20.

SVMMARIVM.

1 *Armorum appellatione vi huius canonis veniunt, quæ ad vsum bellicum pertinent.*
2 *Arma, quæ vnum dicuntur per se offensiua, & quædam per se defensiua.*
3 *Arma, quæ ex sua natura bellica non sunt, sed tantùm dicuntur talia ex intentione assumentis, sub huius canonis prohibitione continentur.*
4 *Armorum appellatione non veniunt cultri parvuli, nisi in magna quantitate deferantur.*

5 Sta-

5 *Statutum puniens deferentes arma, non habet locum contra deferentem cultellum paruum, aptum ad incidendum panem, & alia neceſſaria.*

6 *Arma ad Infideles hoſtes deferre dicitur etiam is, qui Oppidum armis inſtructum, vel nauis armis onuſtam eiſdem tradit.*

REſpondetur, quòd licèt ſub armorum appellatione innumera ferè inſtrumenta conprehendantur, de quibus latè Nauar. in c. Ita quorundam, not. 5. de Iudæis; ſub præſenti tamẽ canone illa dumtaxat continentur, quæ ad vſum bellicum aſſumuntur: vt bene docet, hoc loco Sayr. lib. 3. Theſ. rom. 1. c. 11. n. 28. & alij. Et hæc ſiue talia dicantur per ſe, & offenſiua: vt ſunt lãceæ, claues ferreæ, arcus, enſes, pilæ ferreæ, pilæ lapideæ, ad bombardas accomodatę, ipſæ bom-
2 bardæ, & alia his ſimilia inſtrumenta, de quibus in l. 2. C. quæ res aſpor. non deb. & Glo. in d. c. Ita quorundam, in ver. ferrum, de Iudæ. Siue arma bellica per ſe ſint defenſiua, Vt galeæ, ſcuta, loricæ, ocreæ, chirothecæ ferreæ, &c. vt per Doctores ſupra citatos. Siue arma huiuſmodi ſint miſta. nempe offenſiua, ac defenſiua. Vt turres quædam ligneæ, quarum meminit Vgolin. hoc loco in ver. Arma, ſub num. 3. Hæc omnia ſub armorum appellatione veniunt vi noſtri canonis.

Immo ſub armorum nomine includũtur etiã
3 hoc loco, arma, quæ ex ſui natura bellica nõ ſũt ſed tantùm ex intentione aſſumentis. ſeu arma
4 bellica per accidens a. Vt ſunt ligones, raſtra, ſecures, & alia inſtrumenta huiuſmodi: quæ per ſe non ad bellandum ſed ad terram excolendam ſunt inſtituta: dicuntur tamen arma bellica: quia homines his quoque inſtrumentis vtuntur ad bellum perficiendum. Ob id etiam lapides, & fuſtes armorum appelletione continentur: quia ijs pro armis vti poſſumus. Ad quod facit tex. in l. armorum appellatio, ff. de verb. ſignif. vbi ſic legitur: *Armorum appellatio, non vtique ſcuta, & gladios, & galeas ſignificat: ſed & fuſtes, & lapides.* Qui textus poteſt intelligi de lapidibus communibus ad ædificia, & non de illis ad machinas bellicas artificioſè fabricatis, vt ſunt pilæ, ſeu globi lapidei, qui vt ormentorum bellicorum ſolent cum impetu emitti, & excludi: nam tempore dictæ legis conditæ, non erant adhuc adinuenta huiuſmodi tormenta bellica.

Vel melius dicamus. prædictam legem loqui de lapidibus, artificioſè fabricatis, deſeruientibus vi bello Fundibullarijs, quos funda circunducentes eiectos percutiebant hoſtes: nam tũc temporis ibant ad caſtra milites fundibullarij, ſic appellati, quòd vtebantur fundi cum lapidibus aduerſus hoſtes.

Eodem modò fortè intelligenda eſt quoad fuſtes; nempe, vt loquatur de haſtis ligneis artificioſè factis, quibus appoſita cuſpide præferrata milites in bello vtuntur: quoniam iſtæ dicuntur propriè arma. & ſub armorum nomine verè, ac proprie comprehenduntur; non autem lapides ad ædificia, vt ſupra deſeruientes, & fuſtes ad comburrendum.

Vndè lapides & fuſtes primi generis tantùm, puto prohiberi in ſpecie vi noſtri canonis. ita vt ex tali delatione incurratur excommunicatio in eo contenta, licèt deſit praua intentio. Non autem lapides, & fuſtes ſecundi generis: quoniam hi improprié armorum appellatione intelligũtur: vt habetur per Gloſ. in clem. ne in agro, §. quia verò, ver. Arma, de ſtat. monach. dum ait, quòd excommunicatio in illa Clem. lata contra monachos, intra Monaſterij ſepta arma tenentes non includit eos, qui lapides & fuſtes tenent Hoc idem docet Angel. in §. ex malefic. us, col. 6. in Inſt. de action. & in § recuperanda, de Interd.

Et re vera ſecundum communem loquendi vſum, nemo eſt, qui lapides & fuſtes appellet arma. Vndè cùm communis loquendi vſus attendatur, maximè in hac materia armorum, vt inquit Cardin. in d. Clem. ne in agro, q. 5. & Felin. in c. ita quorundam, n. 3. de Iudæ. ſub armorum nomine, vi noſtri canonis non comprehenduntur dicti lapides, & fuſtes, ad præliãdum per accidens duntaxat deſeruientes.

Quo circa inquit Alter. hoc loco, cap. 7. col. 4 in prin. & in ver. Secundò dicimus, quòd in re conueniunt omnes ſcribentes, & coherenter aſ-
* ſerunt, nõ incidere in excommunicationem noſtræ Bullæ illos, qui deferunt ad Saracenos huiuſmodi lapides, & fuſtes, etiam ſi fortè caſu aliquo Saraceni illis rebus vterẽtur in prælio præter mentem ipſorum deferentium: ſecus verò ſi depraua intentione actuali vel virtuali illos tranſmitterent, ad deſeruiendum ſcilicet in bello contra Chriſtianos: quoniam in hoc euentu eſſent excommunicati, iuxta ea, quæ ſupra annotauimus, q. 2. con 4.

Sic etiam lignorum faſciculi, & manipuli quibus milites vtuntur ad conſtruendum vallum ad ſe ipſos defendendos, & alios offendendos in bello ſub armorum nomine veniunt ex intẽtione aſſumentis. Sicut & terra ad eundem finem aſportata: paleæ, & ligna ad cõburendas Vrbes.

Non tamen armorum nomine veniunt cul-
4 tri paruuli ad ſcindendum panem, vel ad aptandum calamos: eo quòd nullum vſum in prælio habere poſſunt.

Vndè ſtatutum puniens deferentes arma per
5 Ciuitatem, non comprehendit portantes huiuſ-
b modi cultros b. Vt eſt Glo. in auth. de Arm. ad fin. ver. Minores, quam ſequitur Bar. in l. 1. n. 2. ff. ad leg. Iul. de vi pub. & Panor. in c. Clerici, ili. n. 7. de vit. & honeſt. cler. dum ait, quòd tex. ille, qui ſub pœna excommunicationis prohibet clericis delationem armorum, non habet locum contra clericum deferentem cultellum paruum aptum ad incidendum panem, & alia neceſſaria. Quòd ſi culter iſte paruulus aptus eſſet ad offendẽdum, & deſeruire poſſet in bello, tunc ſub armorum nomine comprehẽdetur: vt habetur ex Bar. & Panor. locis citatis, quos refert, & ſequitur Alter. in explic. præſentis canon. c. 7. col. 7. in ver. Hinc ſequitur: & in ver. Animaduertendum eſt.

Adde etiam quòd arma ad infideles, vt Deo
6 duce dicemus deferre dicuntur, non ſolùm hi, qui ſupra numerata inſtrumenta deferunt; ſed etiam qui oppidum armis inſtructum, vel nauem armis onuſtam infidelibus tradunt, atque ideo vi noſtri canonis in excommunicationem incidunt. vt per Azor. lib. 8. Inſt. moral. p. 1. c. 23. q. 13.

AD-

ADDITIO.

a Accidens. Adde, quòd instrumenta, quibus Fabri Ferrarij, Fabri Lignarij, Agricolæ, & alij artifices in suarum artium exercitio vtuntur, ita demum vi nostri canonis prohibita censentur deferri ad infideles, si tantæ quantitatis sint, vt ex ijs instrumenta bellica facilè fieri possint; quia ferrum, & materia vetita deferuntur, vt habetur ex Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. num. 135 D. Cæsar.

b Cultros. Hanc eamdem sententiam tenent Suar. de censur. disp. 23. sec. 5. num. 8. Filliuc. tom. 1 qq. moral. tr. 16. c. 8. num. 142. & Sayr. de censur. lib. 3. c. 33. num. 29. D. Cæsar.

Ibi (*Ferrum, filum, ferri, stamnum, chalibem,*) An appellatione ferri veniant vena ferri, cultri, & claui, itaut hæc omnia vi nostri canonis expresè prohibeantur. Q. 21.

SVMMARIVM.

1 *Quæ verisimiliter Princeps expressisset, habentur pro expressis.*

2 *Is dicitur facere contra legem, qui verba legis amplectens, contra legis nititur voluntatem.*

3 *Appellatione ferri non veniunt clauiculi, cultri parvuli, & c. nisi in maxima quantitate ad infideles deferantur.*

4 *Ferri appellatione non venit vena ferri. Idem dicendũ est de vena stamni, & chalybis.*

5 *Deferẽtes venam ferri, stamni, aut chalybis ad infideles hostes tempore actualis belli, incidunt in excommunicationem huius canonis: secus autem, si res istas deferant extra tempus belli.*

IN hac re pugnantes extant opiniones. Nam prima opinio est Syl. in ver. Excommunicatio, 7. n. 58. Suar. in explicatione nostri canonis, disp. 21. de censur. sec. 2. num 55. Vgol. in eodem loco, in ver. Ferrum. n. 4. & Sayr. ibidem, lib. 3. Thes. c. 11. num. 29. dicentium, appellatione ferri comprehẽdi ferrum tam factum, quàm infectũ. & per ferrum factum intelligunt ferrum, ex quo aliquid fabricatum est, quo quis pugnare, aut munire se possit. Et ideo ab appellatione ferri excludunt brochettas, clauiculos, scalpellos, cultros ad panem incidendum, fibulas ferreas, & his similia: quoniam hæc omnia, & similia non sunt adinuenta ad pugnandum, nisi quis tantam eorum multitudinem deferret, vt vir prudens probabiliter dubitare possit, ne illis in arma formaliter collatis, in bello vterentur. Per ferrum autem infectum intelligunt, non tantùm massam ferri redactam in formam ferri; sed etiam materiam mineralem ferri, & sic venam ferri, quamuis non sit per ignem liquata, & in ferrum transformata.

Probant hanc eorum sententiam primò quoniam aliàs frustra redderetur huiusmodi ferri prohibitio: si enim liceret materiam ipsam mineralem deferri, facilè posset ex ea ferrum educi, & confici, quo Christiani impugnarentur.

Secundò probant, quia ex Rom. Pontificis 1 mente id clarè colligitur, nam si interrogaretur, an sub appellatione ferri vellet comprehendere venam ferri: atque ideo illius prohibitionem, proculdubio affirmatiuè responderet, quippe qui sciret ferrum inde de facili conflari posse, ergo perinde est, ac si expressisset: vt habetur ex Glo. communiter receptain l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. etenim ferrum de proximo conflandum habetur pro conflato ar. tex. in l. pen. ff. de milit. testam.

Tertiò is dicitur facere cõtra legem, qui ver- 2 ba legis amplectens contra legis nititur voluntatem: atque ideo prohibita extractione frumẽti, censetur etiam prohibita farinæ, ac segetum, triticum continentium transportatio: vt in l. nõ dubium, & ibi Doct. C. de leg. ergo prohibita delatione ferri, censetur etiam prohibita eiusdem venæ mineralis transmissio: aliàs transmittentes eam, contra mentem huius canonis facerent, & consequenter contra canonem.

Denique ferri transmissio ad infideles prohi- b betur vi nostri canonis fauore Ecclesiæ ac Religionis Christianæ; ergo latior interpretatio facienda est. ar. tex. in l. sunt personæ, ff. de Relig. & sump. fun.

Secunda sententia est Nauar. in c. Ita quorũdam, not. 6. n. 12. & in Man. c. 27 sub num. 63 de Iudæ. dicentis, quòd appellatione ferri non venit vena ferri: eo quòd vena ferri, seu terra, ex qua ferrum conflatur, nõ est ferrum, ergo ei cũ verba Bullæ non conueniant, nec etiam conuenit eiusdem dispositio ar. tex. in l. 4. §. totics, ff. de damn. infecto. Hæ sunt opiniones, quæ in hac re adducuntur, restat modò, vt quid nobis in hac re dicendum sit, videamus. Pro determinatione huius difficultatis, sit

Prima Conclusio.

3 APpellatione ferri, vi nostri canonis non veniunt clauiculi, fibiæ, cultri paruuli ad cõcinnandos calamos, vel ad incidendum panes, & his similia.

Probatur, quia licèt in l. 2. C. quę res aspor. nõ deb. prohibeatur delatio ferri; tum facti, tum etiam infecti, tamen in hoc canone per ly. *Ferrum*, intelligitur ferrum formaliter: non autem ferrum factum, ex quo armorum ibidem est facta specialis mentio: vt bene aduertit Vgol. hic in ver. ferrum sub n. 4. in fine.

Secundò dato, quòd textus noster per ferrum intelligat tum infectum, atque ideo massam ferri; tum etiam factum, vt arma siue sint per se, siue per accidens; tamen illud ferrum factum vi dicti canonis transmitti prohibetur, quo quis pugnare, aut munire se possit. Quod quidem fieri non accidit cultris paruulis, clauiculis, & his similibus.

Bene verum est, quòd conclusio ista tunc vera est, quando ex parua illa ferri quantitate ratione loci, ac temporis magnum detrimentum fidelibus nõ contingeret, aliàs secus, atque ideò venirent appellatione armorum ex intentione assumentis: vel comprehenderentur sub illis verbis. *Aliaque huiusmodi, quibus Christianos, & catholicos impugnant.* Quibus adde ea quæ latè tractat Alter. in explicat. huius canonis c. 7. col. 3. & 4.

Se-

Secunda concluſio.

4 APpellatione ferri non venit vena ferri, atque ideo vena ferri non eſt hic ſpecialiter, & expreſsè ptohibita deferri ſicut ferrum & filum ferri.

Hæc concluſio eſt Nauar. loco citato. Probatur, quia vena ferri nullo modo poteſt dici formaliter ferrum, ſed tantùm in potentia, & virtualiter tale. Quemadmodum vapor non dicitur formaliter aqua, ſed tantùm in potentia, & virtualiter. Habet enim vena ferri diuerſam proprietatem, definitionem, ac nomẽ à ferro. Idem dicendum eſt de vena ſtamni, & Chalybis.

Ex quibus conſtat falſam videri opinionem Alter. hoc eodem loco, cap. 6. col. 5. in prin. qui ſecutus Syl. ſententiam in ver. Excommunicatio 7. §. 59. ver. Et ſecundò, tenet, quòd deferens venam ferri ad Infideles eſt excommunicatus. Nec obſtat, quòd vena ferri non habet alium vſum niſi, vt ex ea, virtute ignis confletur ferrum: & ſe habet ſicut ſegetes in ſpicis: nam non propterea eodem modo prohibetur ſicut ferrum, cùm non ſit niſi in potentia tale: nec ſe habet vt ſegetes in ſpicis: quoniam ſegetes in illis ſunt formaliter, non autem virtualiter.

Eſt autem ſtamnum metalli ſpecies, quod in fodinis inuenitur cum argẽto, & in fornace primum liqueſcit. Vndè Plin. plumbum album appellat. Chalybs verò eſt illa ferri ſpecies, ex qua ignarium conflatur.

Tertia Concluſio.

QVamuis appellatione ferri non veniat vena
5 ferri a, nec vena ſtamni & chalybs ſub no-
6 mine ſtamni, & chalybis; nihilominus deferentes ad hoſtes dictorum metallorum venas, incidunt in excommunicationem noſtri canonis; ſi tempore belli defetant. Et id non ex eo quòd ferrum, ſtamnum, aut chalybem deferant; ſed ex eo quòd deferunt id, per quod Chriſtiani impugnantur. Vndè comprehenduntur ſub illa particula: *Et alia huiuſmodi, &c.* Nam per venas huiuſmodi, licèt immediatè nõ poſſint impugnari Chriſtiani; mediatè tamen bene poſſunt. Et ſic venæ dictorum metallorum in genere, non autem in ſpecie vi noſtri canonis deferri prohibẽtur, atque ideo deferentes tempore belli, alligãtur dicta excommunicatione; non tamen extra tempus belli, vt de alijs omnibus in genere prohibitis ſupra diximus, q. 2. con. 1. & 2. Et hæc probant argumenta prioris ſententiæ. Quo circa dictæ opiniones facilè conciliari poſſunt ſupradicto modo illas intelligendo.

ADDITIO.

a Ferri. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. num. 138. Gambar. in explic. huius Bull. caſ. 7. n. 13. & alios, quos refert, & ſequitur Bonac. in explic. eiuſdem Bull. diſp. 1. q. 8. pun. 2. num. 5. Abb. Alex.

Ibi (*Omniaque alia metallorum genera*) Quæ veniant ſub metalli nomine. Q. 22. 1

SVMMARIVM.

1 *Metalli nomine veniũt aurum, argentum, electrum, æs, ferrum, plumbum, ac ſtamnum.*
2 *Frumenti delatione prohibita, cenſetur etiam prohibita delatio farinæ.*
3 *Pecunia numerata, ſiue aurea ſit, ſiue argentea, vel ærea vi huius canonis ſpecialiter non prohibetur.*
4 *Metalli nomine venit maſſa metalli.*
5 *Argento legato, non cenſetur legata pecunia argentea numerata.*
6 *Legata ſunt fauorabilia, & latam recipiunt interpretationem.*
7 *Pecunia, ex ſui natura non eſt inuenta ad conſtruenda inſtrumenta bellica, ſed ad res venales comparandas.*
8 *Pecunia numerata, licèt ſpecialiter non prohibeatur vi huius canonis; prohibetur tamen in genere: & propterea deferentes eam ad infideles hoſtes tempore belli, in excommunicationem incidunt: ſecus autem extra tempus belli.*

1 IN hac re, vt certa ab incertis ſecernamus, not. eſt, certum eſſe quòd metalli nomine veniũt aurum, argẽtum, electrum, æs, ſtamnum, plumbum, & ferrum; vt habetur ex Rebuff. in explicatione præſentis canonis, ar. 5. in ver. Metallorum genera, cum alijs, quos ipſe allegat. Quibus addit Sayr. hoc eodem loco, num. 29. in fine cuprum, & aurichalcum. Tota difficultas modo eſt de nummis aureis, argenteis, aut alterius metalli: an eorum delatio vi noſtri canonis prohibeatur.

In hac q. Vgol. hìc in d. ver. Omniaque metallorum genera, n. 5. partẽ affirmatiuam exiſtimat eſſe veriorem, atque ideo vi noſtri canonis, quo prohibetur delatio omnis generis metallorum ad hoſtes, cenſeri prohibitam quoque nũmorum tranſmiſſionem.

Probat ſuam ſentẽtiam primò quoniam metalla ob eam rem prohibita ſũt deferri: eo quòd ad bellica inſtrumenta conſtruenda ſunt apta; ergo multo magis pecuniæ, quæ belli nerui nũcupantur, & ad bellum omnium vtiliſſimæ. Illis enim commeatus parãtur, arma comparantur, exercitus conſtituuntur, vrbes, & arces expugnantur.

Secundò in hoc canone prohibetur, ne metalla ad hoſtes Chriſtiani nominis deferantur; ergo prohibita cenſentur ea omnia, quæ fiunt ex ipſis: etenim metalla non per ſe prohibita ſunt; ſed quoniam ex eis fiunt ad præliandum neceſſaria; ergo & nummi cuiuſcumque metalli prohibiti cenſentur, cum ad bellum neceſſario requirantur.

Tertiò prohibita frumenti tranſportatione,
2 cenſetur etiam prohibita delatio farinæ, quæ ex frumento fit: vt per Doct. in l. non dubium, C. de leg. & latè Viu. in ſua Syl. op. 765. ergo prohibita delatione metallorum ad hoſtes cenſetur etiam prohibita delatio nummorum, qui fiunt ex metallo.

Nec obſtat tex. in l. cùm aurum, & in l. Quin-

tus

tus Mutius, la 2. §. 1. ff. de aur. & argen. leg. vbi argento legato, nummi non comprehenduntur: quoniam ibi tractatur de diſpoſitione facta in vltima voluntate, in qua præſumitur, teſtatorẽ voluiſſe grauare hæredem quanto minus fieri poteſt: & ſic tractatur de re odioſa. At in caſu, de quo agitur, tractatur de re fauorabili ob fauorem Chriſtianæ Religionis, ar. tex. in l. ſunt perſonæ, ff. de Relig. & ſump. fun. atque ideo amplianda eſt diſpoſitio.

Denique pecuniam deferentes ad hoſtes, procul dubio dicuntur eiſdem fauere ad impugnandum Chriſtianos; ergo ſaltem ſub diſpoſitione noſtri canonis tanquam fautores includuntur.

Hinc eandem ſententiam tenet Viual. hoc loco, num. 10. in fine. & Nauar. in Man. c. 27. num. 63. verſ. Sextò.

Secunda ſententia eſt Suar. in explicatione eiuſdem canonis diſp. 21. de cenſur. ſub num. 54. dicentis, quòd cum pecunia duplicem vſum habere poſſit, materialem ſcilicet, quatenus ad bellica inſtrumenta conſtruenda deſeruire poteſt: & formalem, quatenus pecunia eſt generale inſtrumentum ad omnes contractus. Si pecunia deferatur ad finem deſeruiendi ad bellica inſtrumenta conficienda, tunc deferentes comprehenduntur ſub diſpoſitione noſtri canonis ſpecialiter ſub illis verbis: *Omniſque alia metallorum genera*: atque ideo incidunt in excommunicationem quocunque tempore deferant ad infideles, ſiue tempore belli, ſiue tempore pacis. Si verò ad vſum formalem pecuniam ipſam ad Infideles deferant, tunc deferẽtes, quamuis ſpecialiter non comprehendantur ſub illis verbis; *Omniaque metallorum genera*; nihilominus includuntur generaliter ſub illis verbis: *Aliaque huiuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant*: nam pecuniis Catholici maximè impugnantur ab hoſtibus.

Hæ ſunt opiniones, quæ in hac re adducuntur: reſtat modò, vt quid nobis dicendum ſit, videamus. Sit igitur.

Prima Concluſio.

3 PEcunia numerata, ſiue aurea ſit ſiue argentea, aut cuiuſcumque alterius metalli generis, vi noſtri canonis non eſt prohibita ſpecialiter ad hoſtes deferri ſub illis verbis: *Omniaque metallorum genera.*

4 Probatur, quia per metallum in hoc canone, intelligitur maſſa metalli; ſicut per ferrum ſupra diximus intelligi maſſam ferri.

Confirmatur etiam ex tex. in d. l. cùm aurum, & in d. l. Quintus Mutius, la 2. §. 1. ff. de aur. & arg. leg. vbi ſub argento legato, nummi nõ comprehenduntur: ergo metallorum appellatione hoc loco non venit pecunia numerata.

5 Nec valet reſponſio Vgol. in explicatione nõſtri canonis, in ver. *Omniaque alia metallorum genera.* Sub n. 5. ibi. Nec obſtant iura: dum ait, quòd ob eam rem, argento legato, nummi non comprehendũtur, ne hæres nimis oneretur, & ſic ſumus in re odioſa: quoniam cum in dictis iuribus tractetur de legato, non de re odioſa, ſed de re fauorabili quidem agitur, cum legata fauorabilia ſint, ac latam recipiant interpretationem: vt

6 in l. in teſtamentis, ff. de Regul. iur. & conſequẽter extendenda potius ſint, quàm reſtringenda, ita vt legatario magis, quàm hæredi faueatur, vt latè probat Mant. lib. 7. de coniect. vltim. vol. tit. 1. num. 28. & 29. Vndè non ex eo, quòd ſumus in odioſis, legato argento, nummi non comprehenduntur; ſed quoniam ſecũdum proprietatẽ verborum, appellatione argenti, non veniunt nummi.

An autem deferẽtes pecuniam ad hoſtes ſpecialiter ſub diſpoſitione noſtri canonis includãtur tanquam fauentes, & auxilium dantes, infra Deo duce, ſuo loco dicemus.

Secunda Concluſio.

PEcunia numerata non eſt ſpecialiter prohibita vi præſentis canonis ſub illis verbis: *Omniaque alia metallorum genera*, etiam ſi deferatur ad hoſtes ad finem deſeruiẽdi ad bellica inſtrumẽta conficienda. Hæc concluſio eſt contra Suar. loco ſupra citato.

8 Probatur: quoniã pecunia a, ex ſui natura non
7 eſt adinuenta ad conſtruenda bellica inſtrumẽta; ſed ad emptiones, & venditiones contrahẽdas: vt in l. 1. ff. de rer. perm. ergo ex vi dictorum verborum pecunia ex praua intentione deferẽtis non cenſetur ſpecialiter prohibita deferri ad hoſtes: quoniam in rebus, quæ in hoc canone prohibẽtur, non tam intentio attenditur, quam res, quæ defertur ad excommunicationem contrahendam: vt habetur ex Suar hoc loco, ſub n. 27. in fine, & ipſe Suar. id non negat in ſupradicto loco.

Tertia concluſio.

8 PEcunia numerata licèt ſpecialiter nõ ſit prohibita deferri ad hoſtes in illis verbis: *Omniaque, &c.* Eſt tamen prohibita deferri generaliter ſub illis verbis: *Aliaque huiuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant.*

Probatur, quia Chriſtiani non minus impugnantur pecuniis, quàm armis. Et ita intelligendam eſſe arbitror ſententiam Vgol. ſupra relatã: eo quòd hanc concluſionem probant argumẽta, quę idem Vgol. affert. Vndè deferentes pecuniam ad hoſtes, tunc demum in excommunicationem noſtri canonis incidunt, cùm illã tempore belli deferunt; non autem extra tempus belli, iuxta ea, quæ ſupra annotauimus q. 1. & 3.

Limitatur iſta concluſio in Chriſtianis ſub imperio hoſtium Chriſtiani nominis exiſtentibus: nam ſi pecuniam ad eos deferunt pro tributis, ex quo aliter effugere id nequeant, etiam ſi tempore actualis belli eam deferant, prædictam excommunicationem non contrahent: vt habetur ex Vgol. loco citato, ſub n. 5. in ver. Excipio tamen.

Secundò limitatur vbi Princeps Chriſtianus non poteſt reſiſtere viribus hoſtium: nam tunc, ne bello ab eis impeteretur, licitum erit ei redimere vexationem ſuam, pecunia data, ar. tex. in c. dilectus, de ſim.

AD-

ADDITIO.

z Pecuniâ. Adde, quòd Bonac. poſt alios, de cenſur. Bull. cęn. q. 8. pun. 2. n. 5. in ver. Quartò omnia, videtur velle, pecuniâ ſpecialiter vi canonis prohiberi; quoniâ magnoperè bello deſeruit ad impugnãdos hoſtes: Et prohibita frumẽti tranſportatione, cenſetur etiam prohibita farinę delatio. Sed re vera prima ratio non videtur aliud probare, niſi pecuniæ delationem prohiberi in genere, propter illa verba. *Alia huiuſmodi.* Iuxta ſententiam Duard. in hac q. concl. 3. & ſecunda ratio non video quomodo accomodari poſſit ad rem noſtram; ſiquidem militat diuerſa ratio, cùm frumentum per ſe fuerit adinuentum, & ex ſui natura expoſtulat, vt reducatur in farinam, vt ex ea panis fiat: non ſic metalli natura, cùm per ſe primò non fuit adinuentũ, vt ex eo pecunia fiat, ſed ad alios vſus cùm metallo vti poſſumus, & de facto vtimur, abſque eo quòd reducatur in pecunia. Vndè probabiliùs nobis videtur Duardi ſententia hic, concl. 1. & 2. optimè diſtinguentis. Et eò magis quoniam idem Bonac. in eam videtur inclinare d. pun. 2. num. 11. Abb. Alex.

An Alchimiſta deferens ad hoſtes ſecretum, quo aurum, argentum, aliudue metalli genus confici poſſit, incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 23.

SVMMARIVM.

1 *Alchimiæ ſecretum, quo aurum, aut aliud metalli genus confici poſſit vi huius canonis ſpecialiter deferri non prohibetur.*
2 *Ariſt. propoſitio: Propter quod vnumquodque tale, & illud magis: quomodo intelligitur.*
3 *Sol formaliter non eſt calidus, nec frigidus, aliàs corrumpetur.*
4 *In pœnalibus non fit extenſio, etiam ex identitate rationis.*
5 *Tacitè, & expreſſè eadem eſt virtus. Non tamen hæc propoſitio dicitur ſimpliciter vera: ſed multipliciter limitatur.*
6 *Argumentum à pacto ad legem, ſeu ſtatutum, eſt in iure validum.*
7 *In pœnalibus non fit extenſio, etiam ſi militaret maior ratio.*
8 *Alchimiſta deferens ſecretum ad infideles hoſtes, quo metalli genus aliquod confici poſſit, tempore belli, & malo animo, excommunicationem incurrit; ſecus autem, ſi deferat extra tempus belli.*

IN hac re Vial. in explicatione noſtri canonis, num. 10. exiſtimat, quòd Alchimiſta, qui non aurum, nec argentum inuirgis; ſed ſecretum, aut artem, qua aurum, aut argentum, aut aliud metallorum genus confici poſſit, ad hoſtes tranſfert, in excommunicationem huius canonis pro culdubio incidit. Et hoc probat ex illa Ariſt. maxima, 1. poſt. c. 2. *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.*

Hæc Vial. ſententia ſi ſimpliciter intelligenda ſit: atque ideo, vt ars, ſeu ſecretum prædictũ vi noſtri canonis expreſſè prohibeatur, mihi videtur, quòd ſubſtineri nullo modo poſſit: quoniam ſi ſpecialiter prohiberetur, id expreſſè comprehenderetur ſub illis verbis: *Omniaque alia metallorum genera*: Sed ſub illis verbis non cõprehenditur ſpecialiter: quia ſecretum, ſeu ars conficiendi metallum, non eſt formaliter metallum, ergo vi noſtri canonis ſpecialiter defetri non prohibetur.

Nec obſtat illa maxima Ar. *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis*: eo quòd non poteſt verificari in caſu de quo agitur. Nam aut Vial. intendit tx ea probare, quod ex quo metallum eſt propter artem, ſeu ſecretum; ars, ſeu ſecretum, eſt magis metallum, atque ideo magis ſpecialiter, & expreſſè vi huius canonis deferri prohibitum, quam ipſum metallum: Aut intendit probare, quòd dum hoc loco prohibetur metallum expreſsè, ac ſpecialiter ad hoſtes deferri, quod eſt propter artem, & ſecretum, multò magis ſpecialiter, & expreſsè cenſetur prohibitum ſecretum.

Non poteſt dici primum. Nam aut metallum
2 eſt propter ſecretum vt cauſam vniuocã; vel vt cauſam æquiuocam. Non poteſt dici metallum propter ſecretum, vt cauſam vniuocam, quia ſecretum eſt alterius rationis ab ipſo metallo, & non producit ſibi ſimile in ſpecie, ſicut ignis, ignem. Et prædicatum non cõuenit vtrique vni propter aliũ, prout requiritur adhoc, vt propoſitio illa verificetur: vt bene docet Cardin. Tol. in explicationẽ d. c. 2. lib. 1. Poſter. q. 1. ad 8. vndè ſicut non valet dicere: Homo deambulat propter ſanitatẽ, ergo ſanitas magis deambulat: quoniam prædicatum illud; *Deambulat*: quod conuenit homini, non conuenit ſanitati: ita etiam dici, non poteſt; Metallum eſt propter ſecretum, ergo ſecretum eſt magis metallũ: ex quo eſſe metallum non conuenit ſecreto, ſicut ipſi metallo.

Nec poteſt dici quòd metallum dicatur pro-
3 pter ſecretum vt cauſam æquiuocam: quoniam dato, quod verificari poſſit maxima illa, ſecretũ non dicetur magis metallum formaliter, ſed tãtùm eminenter. Sicut dicimus calor eſt propter ſolem, ergo ſol eſt magis calor: namſol dicitur magis calor eminenter, & non formaliter: eo quòd ſol formaliter non eſt calidus, nec frigidus aliàs corrumperetur. Et tunc ſicut ſecretum nõ eſt formaliter metallum; ita etiam formaliter non comprehenditur ſub diſpoſitione noſtri canonis, quo formaliter prohibetur metallum deferri ad Infideles; & ſic deferentes ſecretum, vi dictorum verborum, non eſſent excommunicati: quia in pœnalibus, & maximè in excommu-
4 nicatione, vt ſæpe diximus. non fit extenſio de caſu ad caſum, etiam ex identitate, vel maioritate rationis.

Quòd ſi ſecundum, atque ideo Vial. intendit probare per illam maximam, quòd dum vi noſtri canonis prohibetur metallum, quod eſt propter ſecretum, expreſsè, ac ſpecialiter deferri ad hoſtes; multò magis expreſsè, ac ſpecialiter cenſetur prohibitum ſecretum: tunc idem dicendũ eſt, quod paulo ante diximus, nempe quòd ſicut ſecretum eſt magis metallum eminenter. & non formaliter: ita vi canonis prohibetur ſecretum, tacitè, ſeu eminenter, vt ita dicam, non formaliter: & propterea non comprehenditur formaliter ſub dicta diſpoſitione.

Dices ſicut in naturalibus ſe habet formali-

liter,& eminenter; ita in moralibus se habet tacitum & expressum;sed taciti, & expressi eadem est virtus, vt in l.cùm quid, ff.si cert. pet. ergo si tacitè continetur prohibitio dicti secreti in nostro canone;idem est, ac si vi eiusdem expressè, ac formaliter prohiberetur: & consequenter, si per nostrum canonem excommunicantur deferentes metalla ad infideles: eo quòd vi ipsius expressè, ac formaliter eorum delatio vtsupra prohibetur,excommunicantur etiam deferentes secretum,cuius delatio tacitè inhibetur.

Sed contra,quoniam propositio illa:Taciti & 6 expressi eadem est virtus; non est simpliciter vera,& non nullas habet limitationes;& præcipuè limitatur à Glo.in dicto c.cùm quid,vt locum non habeat in contractibus,qui verbis perficiũtur:vt in l.quicquid astringẽdæ.ff.de verb.oblig. vbi habetur, quòd quicquid astringendæ obligationis causa dictum est, id nisi palàm verbis exprimatur,omissum esse intelligendum est. Cũ igitur valeat argumentum ex pacto,seu contractu ad statutum, siue legem iuxta ea, quæ dicit Glo.in rubr.de Decur.lib 10.l.non impossibile, ff.de pact. Et Calcan.cons.7. sub n. 9. sicut maxima illa non valet in contractibus,qui verbis perficiuntur,seu in pacto;ita non valet in lege, seu statuto,atque ideo in nostro canone.

Secundò dato,& non concesso, quòd dicta 7 propositio sit vniuersaliter vera,licèt verificétur in prohibitione;non tamen militat in pœna: & ideo eſiò quòd fateamur, quòd sicut metallum, quod expressè vi canonis nominatur,sit formaliter prohibitum; ita etiam secretum, propter quod sit metallum, vi eiusdem canonis sit tacitè deferri prohibitum,cùm de secreto non fiat ibi expressè mentio; tamen non ex hoc sequitur, quòd sicut vi clausulæ puniuntur deferẽtes metallum ad Infideles hostes, atque ideo excõmunicantur,ita etiam excommunicantur deferentes secretum: quoniam in pœnalibus, vt est excommunicatio, verba debent strictè interpretari,& non fit extensio de casu ad casum;etiam si militaret maior ratio: vt latè habetur ex Panor.& alijs in c. ad aures, num.8. de referip. quia argumentum à maiori, vel paritate rationis, nõ procedit in odiosis,& exorbitantibus,vt per eũdem Panor.in c.fin.num.9.& in c. licèt. num. 4. de transl.Episcopi.

Beneuerum est,quòd Alchimista deferens, vt 8 supra secretum ad infideles hostes,licèt specialiter, & expressè non comprehendatur sub illis verbis; *Omniaque alia metallorum genera*; tamen generaliter comprehenditur sub alijs eiusdem canonis verbis: *Et alia huiusmodi, quibus Christianos, & catholicos impugnant.* Nam per tale secretum impugnari possunt Christiani. Vndè qui tempore pacis huiusmodi secretum ad hostes transmitteret, licèt in supradictam excommunicationem non a incideret;eandem tamen contraheret a, si tempore belli malo animo formali, aut virtuali deferret,iuxta ea,quę supra diximus,q.2.con.1.& 3

ADDITIO.

a Contraheret. Hanc eamdem opinionem sequitur Bonac.de censur. Bull.cœn. disp. 1. q. 8. pun.2.num.12.Abb.Alex.

Ibi *(Bellica instrumenta)* Quæ veniant appellatione bellicorum instruuentorum. Q.24.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta bellica sunt timpana,tubæ,fistulæ,cornua; scalæ, ignes, artefacti, manus ferreæ, turres ligneæ, &c,*

1 IN hac re,per bellica instrumenta quidam intelligunt bõbardas,arcus,& his similia. Quod a nobis non probatur a:nã hæc,& similia veniunt appellatione armorũ. Vndè Nauar. hic in Man. c.27.num.63.quem refert Sayr.hoc eodem loco lib.3.Thes. tom.1. c.11. n.30. per bellica instrumenta intelligit timpana,tubas,fistulas, cornua, & alia huiusmodi,quibus animantur,& instruũtur milites ad pugnandum. Vgol.denique in explicatione eiusdem canonis.in ver. Atque bellica instrumenta: hæc ipsa interpretatur pro his omnibus,quæ ad expugnãdas vrbes naues exercitusque superandos pertinent: vt sunt turres ligneæ,scalæ ad conscendendos muros,ignes arte facti, manus ferreæ, quibus naues comprehenduntur,ne aufugiant,& alia huiusmodi.

ADDITIO.

a Probatur. Adde Alter. hic cap. 7. col. 7. & Bonac. hoc eodem loco, disp.1. q.8. pun. 2. sub num.5.in vers.Quintò bellica. Abb.Alex.

Ibi (*Lignamina*) Quæ veniant appellatione lignaminum. Q.25.

SVMMARIVM.

1 *Lignaminum appellatione,quæ veniant,declaratur.*

1 REspondetur,quòd per lignamina hoc loco, non intelliguntur omnia lignorum genera,quæ deseruiunt ad comburendum; sed illa dumtaxat, quæ apta sunt ad fabricandas naues, galeas, & alias machinas bellicas, illa etiam quæ deseruiunt ad construendos currus, ad armandas bombardas. Item ea,quibus hastæ, clipei, arcus,sagittæque fiunt: vt habetur ex Vgol. hic in ver. Lignamina cum alijs, quos allegat. Vndè deferentes ad hostes lignamina huiusmodi,cùm formaliter, & expressè prohibeantur vi nostri canonis, proculdubio in excommunicationem incidunt.

Immo aliquo casu deferentes ligna ad comburendum, adhuc excommunicationem contrahunt; vt si ad Ciuitates comburendas tempore belli deferant: quia eorum prohibitio generaliter comprehenditur sub illis verbis: *Aliaque huiusmodi*: vt per Vgol. loco citato, sub num. 3. Quibus Adde quoque ea,quæ tractat, hoc eodem loco, Alter.cap. 7. col. 5.

An

An appellatione lignaminum, veniant naues, galeæ, & alia nauigia: necnon & turres ligneæ. Q. 26.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens extrahi frumentum, cenſetur prohibere quoque extrahi farinam.*

2 *Lignaminum appellatione non veniunt naues, galeæ, & aliæ res, quæ conſtruuntur ex ipſis.*

3 *Deferentes naues, & alia nauigia ad infideles hoſtes tempore belli incidunt in excommunicationem huius canonis; ſecus autem, ſi illa deferant extra belli tempus.*

4 *Mittens ad infideles hoſtes lecticam, & alia ſimilia recreationis gratia, in excommunicationem non incidit.*

DOctores ſupracitati exiſtimãt, quòd deferẽtes naues, galeas, & alia nauigia ad infideles hoſtes comprehendantur ſub diſpoſitione noſtri canonis.

Probant eorum ſententiam per illam maximam Abb. 1. poſt c. 2. *probet quod vnumquodque ſit de ſe magis.* Si enim prohibentur omnia ligna, quæ ſunt apta ad conſtruenda nauigia, multò magis prohibentur nauigia, ex quibus fiunt.

Confirmat hoc idem Vgol. ibi n. 2. quia ſtatuto prohibente ne frumẽtum extrahatur, nec farina quidem extrahi poteſt vt ait Bar. in l. quæ
1 ſolum. §. illud, ff. de leg. 3. quem Doctores communiter ſequuntur: vt teſtatur Viu. opin 765. & 706. vbi etiã ait, quòd nec panis extrahi poteſt.

Hanc eãdem ſententiam tenet hic Alter. cap. 7. col. 8 in ver. Ex his euidenter, dum ait quòd licet prohibitum eſſet ne ad Saracenos triremes, Naues, Currus, Rota & ſimilia apportarentur, nõ ideirco ſequeretur non poſſe deferri materiam, ſcilicet ligna, ex quibus illa formari poſſunt, tamen valet è contra, prohibita materia alicuius rei artificialis eo fine, ne illa haberi poſſit, fortiori ratione rem ipſam prohibitam haberi. Cõfirmat eandem ſententiam, nam qui defert triremes, naues, currus & haſtas, & cætera huiuſmodi, procul dubio dicitur lignamina deferre, ex quib. illa formata ſunt: nam valet argumentum ab inferiori ad ſuperius, vt habetur ex Bal. in l. cõuenticula, C. de Epiſcop. & cler. ergo deferens triremes, & naues in excommunicationẽ huius canonis incidit, quo ſimpliciter prohibetur ne deferantur lignamina. Nõ tamẽ eadem ratio militat in illo, qui ad infideles tranſmitteret alias res quãuis neceſſarias ad triremes conſtruendas, vt ſtuppã, clauiculos, picẽ. & his ſimilia, quoniã is excommunicationem nõ contraheret, quia licèt hæc ſint ſecundaria materia triremis, & ſine illis fabricari nequeant, nõ tamen ſunt lignamina, quæ per ſe prohibẽtur: tunc autẽ illa deferẽs excõmunicationis vinculo allig etur, quando praua intentione trãſmitteret, et infidelibus vtilia eſſent ad bellũ ad impugnandũ Chriſtianos, ſicut ſi deferret alias merces ad eundem finẽ: vt late habetur ex Nauar. in c. ita quorundã, notab. 7. n. 17. & per eundem Alter. loco ſupra citato, in ver. Non eſſet tamen. Immo in ver. Reſpondeo, addit quòd licèt deferentes ligna ad hoſtes ad comburendum tantùm adonea, vi huius canonis in excommunicationem incideret; tamen ſi quis deferret hæc genera lignorũ tanquam merces cõmunes ſine depraua intentione formali, aut virtuali, nempe quòd attentis circumſtantijs temporis, loci, & perſonarum probabiliter crederet ea vtilia futura in bello Saracenis contra Chriſtianos, quamuis poſtea Saraceni illa conuerterent ad vſum bellicum, hoc caſu talis deferens non eſſet excommunicatus.

Hæc ſententia nobis non probatur, ſi velint,
2 delationem nauium hoc loco ſpecialiter eſſe prohibitam, ſub ly. *Lignamina*: quoniam appellatione lignaminum nõ veniunt naues, & aliæ res, quæ conſtruuntur ex ipſis: ſicut aqua, ignis, & tarina, non dicuntur formaliter panis: quia panis conficitur ex eis. Vndè prohibitis lignaminibus, non cenſentur formaliter, & expreſsè prohibita nauigia, ſaltem quoad pœnam, vt ſupra, q. 20 diximus de ſecreto, propter quod fit metallum: ſed tantùm prohibita cenſentur generaliter ſub illis verbis: *Et alia huiuſmodi, quibus Chriſtianos impugnant*: nam per nauigia, turres ligneas, & ſimilia Chriſtiani maximè impugnantur. Et hoc modo comprehendi ſub hoc canone videtur tenere Viual. in explicatione eiuſdem, n. 11.

Vndè deferentes nauigia prædicta ad infide-
3 les hoſtes, tunc demum in excommunicationem incidunt, cùm tempore belli ea deferant, ſecus ſi tempore pacis, exceptis turribus ligneis, quæ veniunt appellatione inſtrumentorum bellicorũ: vt ſupra annotauimus, q. 21. Non ſic deferentes lignamina ad ipſos Infideles: nam quocunque tempore deferantur, cùm ſint expreſsè prohibita vi noſtri canonis, ſtatim excommunicationem contrahunt.

Beneuerum eſt, quòd vt bene docet Viual. hic
4 n. 12 qui mitteret ad infideles, lecticam aliquam ſellam, aut nauiculas pretioſas, adinuentas recreationis gratia dumtaxat, non incideret in ſu-
a prædictam excommunicationem: quoniã Chriſtiani ſimilibus rebus impugnari non ſolent: & ideo, etiam ſi tempore belli res huiuſmodi ad Infideles deferantur excõmunicatio nõ cõtrahitur

Ad contraria patet reſponſio ex dictis.

ADDITIO.

a Excommunicationem. Hanc eamdem ſententiam ſequitur Bonac. de cenſur. Bull. coen. diſp. 1. q. 8. punct. 2. n. 7. Abb. Alex.

An ſi vi noſtri canonis expreſsè prohiberentur nauigia, nulla facta mentione lignaminum, deferentes lignamina ad Infideles, eſſent excommunicati. Q. 27.

SVMMARIVM.

1 *Nauigiorum appellatione non veniunt lignamina: & ideo ſi prohiberetur delatio nauigiorum ad infideles hoſtes, non cenſeretur prohibita delatio lignaminum.*

REſpondetur, quòd ſicut appellatione lignaminum nõ veniunt nauigia formaliter, vt ſupra diximus; ita è contra nauigiorum appellatione non veniunt lignamina formaliter, quibus

naugia conſtruuntur. Sicut appellatione panis non veniunt formaliter aqua ignis, & farina: & appellatione domus nõ veniunt tigna, & cæmẽtũ formaliter. Vndè ſi ſtaturo prohibeatur ædificari domum in aliquo loco, non per hoc cenſetur prohibita in eodem loco tignorum, & cementi conſeruatio, quibus conſtituitur domus. Quo circa, ſi vi noſtri canonis prohiberetur delatio tantùm naugiorum ad infideles, deferentes ad eoſdem lignamina, etiam apta ad vſum belli, & ad conſtruenda naugia extra tempus belli, dictam excommunicationem non contraherent; eo quòd lignaminorum delatio expreſsè, & ſpecialiter non prohiberetur, ſed tantùm generaliter ſub illis verbis: *Et alia huiuſmodi, quibus Chriſtianos impugnant*: nam per lignamina ad vſum bellicum apta Chriſtiani maximè impugnantur. Et ſic tempore belli tantùm deferentes eſſent excommunicati.

Ibi *(Cannabem, funes)* Quæ veniant ſub dictarũm rerum prohibitione. Q. 28.

SVMMARIVM.

1 *Cannabis feminis prohibitio, vi huius canonis facta eſt in genere, non autem in ſpecie: & ideo extra tempus belli deferentur illud ad infideles hoſtes, in excommunicationem non incidunt.*

2 *Funium appellatione non veniunt ſcalæ ex funibus conſtructa. Vndè funes hoc loco prohibentur generaliter, non autem ſpecialiter.*

1 REſpondetur, quòd cannabis herba eſt, ex qua vela, & funes conſtruuntur: atque ideo ſub prohibitione cannabis, & pannus, & vela deferri prohibenrur. Immò, & ſemen cannabis ſi hoc animo deferatur, vt Chriſtianis obſit: vt habetur ex Vgol. híc in ver. Cannabem. Quodquidem puto prohiberi generaliter, nõ autẽ ſpecialiter, excepta cannabis herba, quæ ſpecialiter deferri prohibetur, ſicut funium delatio, quorum appellatione veniunt quicumque funes, ſiue lanei ſint, & cannabium; ſiue ex lana, vel ſerico facti, qui poſſunt vſui eſſe in bello; ſiue ex quacunque alia materia.

Non tamen arbitror ſcalas ex funibus cõſtructas ſpecialiter hoc loco prohiberi; ſed tantùm generaliter ſub illis verbis: *Aliaque huiuſmodi*: licèt contrarium videantur tenere hoc loco Sayr. lib. 3. Theſc. 11. tom. 1. num. 32. & Vgol. ibidem in ver. Cannabem, & funem.

Ibi (*Alia denique huiuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant*) Quorum delatio prædictis verbis prohibeatur? Q. 29.

SVMMARIVM.

1 *Deferri prohibentur ad infideles hoſtes omnia, quibus contingit catholicos impugnari.*

2 *Quæ ſint, quibus catholici impugnantur, declaratur.*

3 *Deferri prohibentur ad infideles hoſtes ea, quibus hoſtes chriſtianis terribiliores appareant; eſto ad bellandum non deſeruiant: vt ſunt plumæ galeri. &c.*

4 *Deferri generaliter hic prohibita, ſi quis deferat, in excommunicationem non incidit, niſi id agat tempore belli ad chriſtianos impugnandos.*

REſpondetur quòd vi dictorum verborum innumera ſunt, quæ ad Chriſtiani, ac catholici nominis hoſtes deferri prohibẽrur: nam cùm ſint generalia, præter ea quæ ſpecialiter in hoc canone inhibentur tranſmitti, ſub illa verborum generalitate comprehenduntur omnia, quibus catholicos contingit impugnari.

Quo circa prohibentur in primis omnia ad victum a neceſſaria, quibus Chriſtiani nominis hoſtes contra catholicos in bello ſuſtententur. Eiuſmodi ſunt panis, vinum, frumentum, farina, oua, piſces, caſeus, & his ſimilia. Item medicinæ ad vulneratos ſanandos, Medici, & alij homines cuiuſcumque ſectæ ſint, quibus Chriſtiani nominis hoſtes contra Catholicos vtantur. Item vi dictorum verborum generaliter inhibentur tranſmitti omnia, quibus, aut Chriſtianos oppugnent, aut ſe ab illis defendant.

Hinc ſtuppã, picem, puluerem, clauos ad naues, ac rriremes conſtruendas deferentes ad hoſtes huiuſmodi, in excommunicationem noſtri canonis proculdubio incidunt. Item qui deferunt telam, pannos, vela, ſcalas funeas, aut etiam ligneas, ligones, raſtra, ſecures, ad ſoueas effodiẽdas, ad vallum conſtruendam, minas, ſiu cuniculos agendos. Item deferentes terram, arenam, calcem, fabroſque ad turrim ædificandam, vt facilius Chriſtioni oppugnentur: tradentes hoſtibus, arcem iam factam, turrim, ſpeculam, aut aliam quamcumque fabricam ligneam, aut lapideam cuiuſcumque generis, quæ ad impugnandos Chriſtianos, vel ad tuendos hoſtes à Chriſtianis apta ſunt. Item tribuentes hoſtibus iumenta, boues, mulos, aſinos, currus, & his ſimilia, omnes hi ſub diſpoſitione noſtri canonis generaliter comprehenduntur.

Sic etiam deferri ſub illa verborum generalitate prohibentur ea, quibus hoſtes Chriſtianis terribiliores appareant, eſto ad bellandum non deſeruiant, vt ſunt plumæ, galeri, ceruinæ pelles quibus militares veſtes fiunt, & cæteri huiuſmodi. Item per illa verba deferri inhibẽtur ſulphur, nitrum, pecunia, & non nulla alia, quæ, quamuis arma ex ſui natura non ſint, ex aſſumentium intentione talia fiunt, vt ſupra diximus.

Non tamen hæc generalitar prohibita ad hoſtes deferentes excommunicantur, niſi tempore belli ad Chriſtianos impugnandos deferant, iuxta ea, quæ ſupra diximus. q. 2. con. 1. & 3.

ADDITIO.

4 Ad victum. Adde, quòd Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 8. pun. 2. ſub num. 6. in verſ. Sed mihi diſtinguendum, ait, quòd aut victualia deferuntur eo tempore, quo moraliter loquendo non poſſunt bello inſeruire: vel eo tempore, quo moraliter poſſunt inſeruire. Primo caſu, inquit, victualia non comprehendi ſub noſtri canonis prohibitione: Secundo verò caſu comprehenduntur. Sed hæc diſtinctio non diſcrepat in re à diſtinctione, quam affert Duar. ſupra, q. 2. concl. 1. & 3. & in hac q. infra num. 4. Io. Vincent.

Ibi

Ibi *(Nec non illos &c.)* Quid per ſtatum Chriſtianæ Reipublicæ, & damnum catholicæ Religionis hoc loco intelligatur. Q. 30.

SVMMARIVM.

1 *Status chriſtianæ Reip. eſt temporalis ſtatus non ſolùm totius chriſtianitatis, & fidei catholicæ, ac Eccleſiæ ſed etiam vniuſcuiuſque particularis Regni, Prouinciæ, ac Ciuitatis.*

2 *Certiores facientes infideles hoſtes, in damnum vnius chriſtiani tantum, non incidunt in excommunicationem.*

3 *Quæ dicantur redundari in damnum catholicæ Religionis.*

REſpondetur quòd ſtatus Chriſtianæ Reip. de quo in præſenti canone infideles hoſtes certiores fieri prohibentur in Chriſtianorum
1 perniciem, eſt temporalis ſtatus, non ſolùm totius Chriſtianitatis, & fidei catholicæ, ac Eccleſiæ, ſed etiam vniuſcuiuſque particularis Regni, Prouinciæ, & Ciuitatis: vt bene docet Sayr. in explicatione præſentis canonis lib. 3. Theſ. c. 11. num. 35.

Hinc fit, quòd ea, ſtatum Reip. Chriſtianæ cõcernentia, in Chriſtianorum perniciem hoſtibus nunciata dicuntur, quæ ad occupãda Chriſtianorum loca diriguntur, Chriſtianoſue oppugnandos, ac depredandos. Vt ſi quis Chriſtiani nõminis inimicos loca aliqua non bene munita eſſe, & facile occupari poſſe doceat: aut fame ciuitatem premi denunciet, vt ob id obſidione facilè capi poſſit. Item ſi quis de conſilijs Ducum exercitus, coſdem certiores faciat, aut conſilium initum, aut apparatum pro recuperando aliquo loco chriſtianorum, ab ipſis hoſtibus occupato, eiſdem ſignificet.

Beneuerum eſt, quòd certiores facientes ſupradictos Infideles hoſtes de rebus ſtatum chriſtianæ Reip. concernentibus in perniciem vnius dumtaxat chriſtiani, vel damnum, ſub diſpoſi-
2 tione huius canonis nõ comprehẽduntur: quia
a excommunicatio fertur contra ſuptadicta facientes in perniciem chriſtianorum, nempe vel totius Reipublicæ chriſtianæ, aut alicuius chriſtianorum Regni, Prouinciæ, ciuitatis, aut loci: vt habetur ex Vgol. in explicatione huius can. in ver. Nec non illos, ſub n. 2. in fine.

In damnum verò catholicæ Religionis redũ-
3 dare poſſunt primò omnia quæ ſupra diximus: nam ſi chriſtianorum res, & loca ab hæreticis occupentur, ſecundum eorum prauam ſectam chriſtianos ipſos viuere compellunt. Secundò in damnum catholicæ Religionis vergit, cùm Princeps ſit eligendus, & electioni ſint affuturi, qui chriſtianum Principem nolint; id ſcientes, & celantes, & hæreticos de hoc animo certiorem facientes, proculdubio in damnum catholicæ Religionis id agere dicuntur: eo quòd ſub hæretico Principe catholica Religio de facili labefactatur, cùm in Republica, quales ſunt Principes, tales eſſe ſoleant reliqui ciues. Ita Vgol. loco citato.

ADDITIO.

a Comprehenduntur. Hanc eamdem ſententiam ſequitur Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 8. pun. 2. num. 29. Io. Vincent.

Ibi *(Per ſe, vel per alios)* Qui nam per hæc verba ſub diſpoſitione noſtri canonis comprehenduntur. Q. 31.

SVMMARIVM.

1 *Certiores facientes infideles hoſtes vote, nutu, aut per nuncium, de his, quæ pertinent ad ſtatum Chriſtianæ Reip. in perniciem, ac damnum Chriſtianorum, in excommunicationem incidunt.*

2 *Litteras, ut nuncios mittentes ad hoſtes ad reuelandum ſecreta, non excommunicantur, niſi litteris traditis, & reuelatione per nuncios ſubſecuta.*

BReuiter reſpondetur, quòd per ly. *Per ſe*, excommunicantur omnes, qui voce, nutu, aut ſcripto certiores faciunt Infideles hoſtes, aut hæreticos de rebus ſtatum Reip. chriſtianæ con-
1 cernentibus in perniciem chriſtianorum, & in-
a damnum catholicæ Religionis *a*. Per ly. *Alios* excommunicantur autem omnes hi, qui per nuncium, & per deferentes litteras continentes huiuſmodi ſecreta certiores vt ſupra faciunt infideles hoſtes, & hæreticos. Nec non ipſi nuncij, ac litteras deferentes: quoniã quando quis per nũcium ſecretum reuelat, quamuis nuncius videatur potius auxiliator, quam reuelator; tamẽ etiã ipſe in excommunicationem incidit: eo quòd ipſe per ſe reuelat; alter verum per ipſum.

Nec intereſt, quòd ipſe ex propriis nihil afferat, ſed tantùm narret dicta ab alio: quoniam, vt ait hoc loco Suar. n. 58 ſatis eſt, quòd in fide, & auctoritate alterius huiuſmodi ſecreta reuelet. Vndè qui litteras mittit, dicitur per ſe quoque reuelare: eo quòd qui nuncium, & litteras mittit per ſe loqui cenſetur: vt habetur ex Glo. in clem. fin. & ibi Doct. de ſent. excom. Et qui defert; dicitur reuelare per applicationem ſcripturæ continentis ſecreta, & per conſignationem eiuſdem: ſicut qui applicat ignem; moraliter dicitur comburere.

Nunquam tamen nuncios aut litteras huiuſmodi mittentes, in excommunicationẽ incidũt; ſicut nec ipſi nuncij, niſi ad hoſtes peruenerint, eiſdemque ſecreta reuelauerint, aut litteras tradiderint. Vndè ſi nuncij in via capti fuerint, aut interfecti, vel litteræ interceptæ ſint, vel amiſſæ, antequam hoſtibus ſecreta prædicta reuelauerint, licèt peccatum contraxerint; excommunicationis tamen vinculo non fuerint alli-
b gati *b*: vt bene notat Vgol. hic in ver. Necnon illos, §. 1. Ibi. Primum igitur.

Quæ diximus de nuncijs, & litteris ſupradictis extendimus ad eos, qui ſupradicta nõ nunciant, nec nuncium, aut litteras mittunt, ſed cum ijs perſonis loquuntur, quos ſciunt hoſtibus ea denunciaturos: nam in excommunicationem hanc eos incidere ex veriſimili mente Romani Pontificis, vel tanquam fautores, firmiter tenet Vgol. loco citato, in ver. Secundò afficit.

ADDITIO.

a Religionis. Adde Suar.de cenſur. diſp. 21. ſec.2.n.58. & Filliuc.tom.1. qq.moral. tract. 16. num. 150. D.Cæſar.

b Allegati. Adde Filliuc.tom.1.qq.moral.tr. 16.q.10.n.154.D.Cæſar.

An vi tormentorum compulſi edocentes Chriſtiani, ac catholici nominis inimicos res ſtatum Reip. Chriſtianæ concernentes vt ſupra, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 32.

SVMMARIVM.

1 *Iure naturali tenemur pro Patria, ac Religione pugnare.*
2 *Reuelare ſecreta hoſtibus Chriſtianæ Religionis, eſt crimen ſacrilegij contra primum præceptum.*
3 *Vi tormentorum compulſi, edocentes infideles hoſtes reſtatum Reip. Chriſtianæ concernentes in excommunicationem non incidunt.*
4 *Certiorem facere, eſt per nuncium, aut per litteras nunciare.*
5 *Secreta vi tormentorum manifeſtans, non dicitur ea reuelare, ſed ipſa à eo inueſtigari, & explorari dicuntur.*
6 *Verba legislatoris ſunt ipſius mentis manifeſtatiua, niſi aliter ſentiſſe expreſſe probetur.*

HAec quæſtio practicabilis eſt: nam multotues Chriſtiani, ac Catholici nominis inimici, & hoſtes, Catholicos capientes quæſtionibus ſubijciunt, ac tormentis, ad ipſos edocendos res Reip. Chriſtianæ ſtatum concernentes: qui quidem grauiter tormenta ſuſtinentes, eorũ vi compulſi hoſtes huiuſmodi deſupradictis rebus inſtruunt, in Chriſtianorum perniciem. Quæritur igitur an hoc modo prædicta ſecreta reuelantes, in excommunicationem incidant.

In hac re Vgol.in explicatione noſtri can. in ver. *Nec non illos*, §.1.ibi. Tertiò afficit, tenet partem affirmatiuam: atque ideo ab hoſtibus captus, & tortus, eſtò quòd vi tormentorum ſecreta prædicta pateficiat; nihilominus in excommunicationem noſtri canonis incidit.

Mouetur hac tantùm ratione, nempe, quia offendit Bullam,

Poteſt etiam confirmari: nam Chriſtiani ita
1 ſecreta reuelantes, peccant mortaliter contra ius naturale, quo tenemur pro patria, ac Religione etiam contra Parentes pugnare; vt eſt tex. in l. minime, ff. de Relig. & ſump. fun. Item videtur facere contra præceptum de non occidendo: eo quòd per eiuſmodi reuelationem videntur hoſtibus iniuſtè bellantibus cõtra Chriſtianos opitulari, vt in c. noli, cum duobus ſeq. 23. q. 1. & c. pœnale, 4. q. 5.

Immo reuelare dicta ſecreta, eſt ſacrilegij cri-
2 men contra Principatum Chriſtianum, & cõtra primum Præceptũ quo præcipitur Religio erga Deum, l. veluti, ff. de luſt. & iur. & Nauar. in c. Ita quorundam, not. 1. n. 8. de Iudæis. Si igitur ſic reuelantes peccant mortaliter; ergo excommunicationem prædictã proculdubio contrahunt: nam quotieſcunque prohibetur aliquid intrinſecè malum, ſeu contra ius naturale ſub pœna excommunicationis, tunc contrafaciens, ſicut non excuſatur à culpa, etiam metu mortis; ita etiam non excuſatur ab excommunicatione lata propter talem culpam: vt ſæpè diximus.

Hanc eandem ſententiam citra omnem cõtrouerſiam tenet etiam Alter. in explic. eiuſdem can. cap. 9. col. pen. in ver. Reſpondeo abſque vllo dubio. Et rationem aſſignat: quoniam iſte talis poſſet ſe reddere reum ab huiuſmodi tormentis vtens verbis amphibologicis: quocirca ſi interrogaretur, vt dicat, an exercitus Chriſtianus ſit hac, vel illac tranſiturus: an caſtrum ſit bene munitum, &c. poteſt reſpondere, ſe neſcire, quamuis optimè omnia nouerit; quoniam verbum illud: Neſcio: poteſt citra mendacium hunc ſenſum habere: Neſcio, vt tibi reuelẽ. Confirmatur quoniam hoc eodem modo poteſt Iudici occulta ſciſcitanti reſponderi. Nam vt habetur in c. qualiter & quando, il. 1. de accuſ. Iudex interrogans debet excipere occulta crimina, & admonere teſtem, ne illa detegat: ergo multo magis id licitum erit nullam habenti iuriſdictionẽ, & per iniuriam interroganti.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
3 tẽtiam a arbitror de iure veriorem eſſe, nempe
a Chriſtianos vi tormentorũ compulſos, qui Chriſtiani, ac catholici nominis hoſtibus res ſtatum Reip. Chriſtianæ concernentes aperuerunt, eſto quòd talis reuelatio tendat in perniciem Chriſtianorum, & in damnum catholicæ Religionis, vi noſtri canonis in ſupradictam excommunicationem non incidere.

Probatur, quoniam vi dicti canonis excommunicantur certiores facientes Chriſtianæ, ac catholicæ Religionis inimicos de rebus ſtatum Chriſtianæ Reip. cõcernentibus, in Chriſtianorum perniciem. Modò qui vi tormẽtorum cõpulſi fecreta huiuſmodi manifeſtant, ſecundum rigorem ſermonis, & propriam verbi ſignificationem non dicuntur hoſtes prædictos certio-
4 res facere: quoniam certiorem facere ſecundum vim, ac proprietatem verbi, eſt per nuncium, aut per litteras nunciare: vt apud Cicer. 6. Verr. legitur. *Certiorem te faciunt Aſiaticum Chartagine delita, &c.* Plau. in Caſ. *Fac me certiorem, quid meus vir me velit.* Et Teren. in Phorm *Quantum potes me certiorem face.* Sed potius vi tormentorum dicun-
5 tur ſecreta illa ab eiſdem inueſtigari, & explorari: vt eſt tex. in l. edictum, ff. de quæſt. Cùm igitur ſimus in pœnalibus, in quibus ſtrictè facienda eſt interpretatio, vt in c. pœnæ, de pœn. d. 1. c. odia, de reg. iur. in ſexto, non eſt recedendum à proprietate verborum: atque ideo vi tormentorum compulſi reuelantes hoſtibus res, ſtatum Reip. Chriſtianæ cõcernentes, quamuis talis reuelatio tendat in perniciem Chriſtianorum, in ſupradictam excommunicationem non incidunt.

Et tantò fortius excuſantur, vbi hoſtes pro certo ſcirent, conſilia Chriſtianorum ſic tortos noſſe, vt idem Vgol. ibi fatetur.

Reſtat modò, vt ad contraria reſpondeamus.

AD argumentum. Vgol. negatur antecedens: nam

nam vi tormentorum ſecreta prædicta hoſtibus manifeſtantes, non dicuntur illos certiores facere, quod per bullam prohibetur: atque ideo nõ faciunt contra Bullam.

Ad confirmationem Reſpondetur quòd tũc
6 quotieſcũque prohibetur actio aliqua intrinſecè mala, ſeu contra ius naturale ſub pœna excommunicationis, contrafaciens, ſicut non excuſatur à culpa, etiam metu mortis, ita etiam non excuſatur ab excommunicatione lata propter talem culpam; quando actionem, ſeu culpam illam vi verborum legis ſtatuentis ſecundũ propriam ſignificationem prohiberi conſtat. At vi noſtri canonis ſecundum eiuſdem verborum proprietatem, quæ in dubio ſunt legislatoris, & diſponentis mentium manifeſtatiua, cùm aliter ſenſiſſe manifeſtè non probatur: vt in l. non aliter, in prin. ff de leg. 3. & l. ſi alij, ff. de vſufr. leg. tormentorum vi compulſi eiuſmodi ſecreta pandentes, non comprehenduntur, ſed tantùm certiores, vt ſupra facientes. Vndè eſtò quòd Chriſtiani ſic reuelantes mortaliter peccent, per ea, quæ in contrarium adducta ſunt; non tamen incidunt in excommunicationẽ in noſtro canone contentam.

Ad argumentum Alter. eodem modo reſpondetur: nam eſtò, quòd potuiſſent vti verbis amphibologicis, ſi tamen ſic reſpondere ommittant, peccant quidem mortaliter, ſi doloſè id egerint: ſed non ſunt excommunicati: quia ſub verborum proprietate noſtri canonis nõ includuntur.

ADDITIO.

a Sententiam. Hanc eamdem ſententiam ſequitur Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 8. pun. 1. ſub num. 9. qui tamen in ver. Sed mihi, eam limitat, niſi reuelans poſſet verbis amphibologicis eludere interrogantes, & tormenta deuitare; quoniam tunc reuelando in excommunicationem incideret: is enim non dicitur vim, vel metum grauem pati, qui ab eo facili negotio poteſt ſe liberare Abb. Alex.

An certiores faciens Turcas de his, quæ iam nouerant, ita vt nihil noui ſciant, incidant in excommunicationem huius can. Q. 33.

SVMMARIVM.

1 *In quauis conſtitutione attenditur id, quod eſt per ſe, & non per accidens.*
2 *Certiores faciens Chriſtiani nominis inimicos de his, quæ iam nouerant, itaut nihil noui ſciant, in excommunicationem non incidit.*
3 *Qui certus eſt certiorari vlterius non poteſt.*
4 *In correlatiuis quod diſponitur in vno, diſponitur etiã in alio.*
5 *Certiores facientes Chriſtiani nominis inimicos, & hoſtes de rebus ſtatum Reip. Chriſtianæ concernentibus tunc demum in excommunicationem incidunt, quando id tendit, in perniciem Chriſtianorum.*
6 *Ex diuerſis non fit illatio.*

IN hac re Vgol. in explicat. huius can. in ver. *Nec non illos, &c.* § 1. ibi, At quid de his: & Alter. hoc eodem loco, cap. 9. col. 5. in ver. Reſpondendum eſt: inquiunt, quòd talis denuncians extra omnem cõtrouerſiam in excommunicationem incidit.

Probant primò hanc opinionem: quoniam actio principalis, quæ prohibetur in hoc canone, eſt certiores facere Turcas de rebus ſtatum Reip. Chriſtianæ concernentibus: ergo is qui de huiuſmodi rebus certiores illos facit per ſe, vel per alium, violat legem, atque ideo excommunicationem contrahit.

Secundò, deferentes arma ad Infideles excommunicationem incurrunt, quamuis Infideles ipſi armis eſſent optimè muniti, & rebus omnibus ad bellum neceſſarijs inſtructi: atque ideo illis non egeant: ergo idem dicendum eſt de facientibus certiores Infideles de rebus ſtatum Reip. Chriſtianæ concernentibus, eſtò quòd ipſi id prius optimè nouerint, & nihil noui intelligant.

Tertiò, qui per ſe, vel per alios certiores facit
1 huiuſmodi Infideles vult reuelare occulta, & ſcienter contrauenire diſpoſitioni huius canonis: ergo prædictam excommunicationem cõtrahit, eſtò quòd Infideles prædicti ex alia parte id nouerint: quoniam id agit, quod per ſe prohibetur. Quòd autem id quod denunciatur ſit illis notum, eſt per accidens. At in quacunque conſtitutione inſpiciendum eſt quod eſt per ſe, non autem quod accidit: ar. tex. in c. cùm voluntate, de ſent. excom. l. ſi quis nec cauſam, & ibi Iaſon, & alij. ff. ſi cert. petat.

Denique ſicut ad contrahendam cenſuram ex armorum delatione, non eſt neceſſe, vt Infideles actu illis vtantur ad impugnandum Chriſtianos, ſed ſatis eſt, vt impugnari poſſint; ita quoque ad incurrendam cenſuram, de qua agitur, ſatis eſt ſi res ſupradictas Infidelibus patefaciant, nec attenditur quòd ipſis ſint notæ: quoniã tales ſunt, vt contingere poſſit eos ignorare.

His tamen non obſtantibus, contrariam ego
2 ſententiam puto eſſe probabiliorem a.

a Probatur; quoniã vi noſtri canonis illi excõmunicantur, qui res, ſtatũ Chriſtianæ Reip. cõcernentes reuelant in perniciem Chriſtianorũ, & in damnum catholicæ Religionis; ſed qui certiores reddit Infideles de rebus huiuſmodi, quas iam nouerant, ita, vt nihil noui ſciant, vi talis reuelationis nullum damnum infert Chriſtianis, ac catholicæ Religioni, vt patet: ergo in prædictam cenſuram non incidit. Minor patet. Probatur Maior ex illis canonis verbis: *In Chriſtianorum perniciem, & in damnum catholicæ Religionis.*

Secundò probatur: quia in hoc canone ſertur
3 excommunicatio contra eos, qui de ſupra dictis rebus Infideles certiores faciunt: ſed ſic eſt quòd nos ſupponimus Infideles ipſos res illas ex alia parte optimè antea nouiſſe, ergo eſtò quòd poſtea à Fidelibus perceperint, non propterea dicuntur certiores fieri: quoniam qui certus eſt certiorari vlterius nõ poteſt; vt eſt tex. in c. eum qui certus, de regul. iur. in ſexto: atque ideo ſic reuelantes non dicuntur facere quemquam certiorem; ergo ſupradicti, vt ſupra reuelantes, in dictam excommunicationem non incidunt.

Nec obſtat id quod reſpondet ad hoc idem
4 Alter. loco citato, nempe, quòd regula illa vera

eſt ex parte denunciati, non autem ex parte denunciantis: quoniam cùm denuncians, & denũciatus ſint correlatiui. ſicut denunciatus in caſu propoſito non fit certior, ita etiam denuncians non dicitur facere certiorem: eo quòd in correlatiuis quod diſponitur in vno diſponitur etiam in alio: vt latè declarat Euerar. in loc. à correlatiuis.

Ad argumenta reſpondetur.

AD primum, concedimus antecedens; nempe quòd actio principalis, quæ vi huius canonis prohibetur, ſit certiores facere Turcas de rebus, ſtatum Reip. Chriſtianæ concernentibus: Sed negamus conſequentiam: quoniam reuelãtes vtſupra; non dicuntur certiores facere Infideles ipſos: eo quòd iam certi ſunt: vt ſupra diximus, & facit etiam tex. in l. 1. ff. de act emp.

Ad ſecundum poteſt primò reſponderi negãgando antecedens, quia prædictis armis nos ſuponimus nullo pacto impugnari Chriſtianos: quòd vi noſtri canonis ad incurrendam excommunicationem exigitur: vt patet ex illis verbis: *Quibus Chriſtianos, & catholicos impugnant.*

Vel ſecundò, & melius reſpondetur negando conſequentiam: nam eo caſu idcirco deferentes arma ad Saracenos excommunicationem incurrunt, eſtò quòd illis non egeant, nec potentiores fiant, quia in rigore dicuntur arma illa ad Saracenos deferre, quod in hoc canone ſimpliciter prohibetur. At reuelantes vt ſupra, in caſu de quo agitur, non dicuntur certiores facere Infideles, quod vi noſtri canonis ſub pœna excommunicationis interdicitur; nil mirum igitur ſi excommunicationem ipſam non contrahunt.

Ad tertium patet reſponſio ex dictis: nam dato, quòd ſic denunciantes malum animum habeant; nihilominus in rigore, & ſecundum proprietatem verborum non dicuntur certiores facere Infideles; quod exigitur ad incurrendam dictam excommunicationem.

Confirmatur: quia vi huius canonis non ex-
5 communicantur ſimpliciter certiores facientes Infideles de rebus ſtatum Reip. Chriſtianæ concernentibus: ſed quando ita certiores faciunt; vt eorum denunciatio tendat in perniciem Chriſtianorum, & in damnum Catholicæ Religionis: vt conſtat ex illis verbis: *In Chriſtianorum perniciem, & in damnum catholicæ Religionis.* At prædicta denunciatio non eſt huiuſmodi; nimirum ſi ſic reuelantes excommunicationis vinculo non alligantur.

Ad vltimum, negatur proportio: quoniã prio-
6 ri caſu arma actu deferuntur ad Saracenos; quod ſimpliciter in hoc canone prohibetur: At in caſu, de quo agitur, licèt excommunicationis mucrone feriantur qui certiores faciunt, Saracenos de rebus, ſtatum Reip. Chriſtianæ concernentibus; nihilominus ſic denunciãtes in caſu noſtro non dicuntur Infideles illos de prædictis rebus certiores facere; & propterea ſupradictam cenſuram non contrahunt. Præterea primo caſu prohibetur ſimpliciter armorum delatio: at in caſu noſtro illa delatio vi canonis interdicitur, quæ tendit in perniciem Chriſtianorum, & in damnũ catholicæ Religionis. Quo circa ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus exſul, ff. de minor.

ADDITIO.

4 Probabiliorem. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 8. pun. 4. ſub num. 5. qui ob id excuſat à peccato mortali detractionis eum, qui de occultis alterius delictis loquitur cum illo, cui ei cognita erant. Abb. Alex.

Ibi (*Illiſque ad id auxilium, conſilium, vel fauorem, &c.*) Quos nam referat relatiuum illud, ipſos hoſtes, an Chriſtianos, Catholicorum ſecreta reuelantes. Q. 34.

SVMMARIVM.

1 *Auxilium, conſilium, aut fauorem dantes inimicis Catholicæ fidei in perniciem Chriſtianorum, in excommunicationem incidunt.*

2 *Auxilium conſilium, aut fauorem præſtantes Chriſtianis ad reuelandum ſecreta infidelibus hoſtibus in damnum catholicæ Religionis, excommunicationem non contrahunt.*

3 *Auxilium conſilium, vel fauorem dantes inimicis Catholicæ fidei, excommunicationem incurrunt. ſiue illa præſtent directè, ſiue indirectè in damnum, ſeu perniciem Chriſtianorum.*

6 *Auxilium, conſilium, aut fauorem præſtantes inimicis Catholicæ fidei in perniciem Chriſtianorum, excommunicationem contrahunt, etiam ſi nullum detur damnum Chriſtianis ſubſequatur.*

IN hac re videtur prima facie. dicendum relatiuum illud: *Illique* referre Chriſtianos, nempe illos, qui dant auxilium, conſilium, aut fauorem Chriſtianis, vt huiuſmodi ſcelus reuelandi ſecreti committant in perniciem Chriſtianorũ, & damnum Catholicæ Religionis. Ita videtur ſentire Sayr. ſi rectè perpendatur, in explicatione præſentis canonis, lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 11. num. 35. in fine.

Probatur hæc ſententia, quoniam poſt excõmunicationem latam contra illos Chriſtianos, qui per ſe, vel per alios de rebus, ſtatum Reip. Chriſtianæ concernentibus, in Chriſtianorum perniciem ipſos Turcas, & Chriſtiani nominis inimicos, & hoſtes; necnon hæreticos in damnũ Catholicæ Religionis certiores faciunt; Romanus Pontifex immediatè ſubdit: *Illiſque ad id auxilium conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtant:* Nota ly. *Ad id.* quòd ad actiones primæ partis non poteſt referri, cùm actiones illæ ſint plures; ergo neceſſariò ſequitur debere referri ad actionem illam ſecundæ partis: atque ideo intelligendum eſt de ſecreta reuelantibus: & non de deferentibus arma, ferrum, filum ferri &c.

Licèt autem hæc ſententia huius canonis ver-
1 bis ſatis conuenire videatur, Suar. tamen in explicatione eiuſdem canonis. diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. num. 57. & Vgol. hoc eodem loco, in ver. *Illiſque ad id auxilium, &c.* volunt relatiuum illud: *Illiſque*: non referre Chriſtianos, Catholicorum ſecreta reuelantes; ſed Chriſtianæ Religionis inimicos, & hæreticos, atque ideo in hoc canone excommunicantur omnes, qui in damnũ Chriſtiani nominis ac Religionis, & Chriſtianorum, opem ferunt hoſtibus Chriſtiani nominis, auxi-

xilio, aut consilio, aut fauore quomodocunq; .

1 Mouetur Suar. hac ratione: quia relatiuum illud, *Illisque*, sequitur inimicos Christianæ Religionis, de quibus proximè sermo præcesserat; nimirũ igitur, si illos referat, & nõ Christianos.

Ex quo infert ipse Suar. n. 58. quòd licèt reue-
2 lantes hæc secreta infidelibus, contrahant hanc censuram; non tamen in illam incidunt dantes consilium, vel fauorem [illegible] huiusmodi sce-
a lus reuelandi secreta committant, quia iuxta dictam interpretationem sequentia verba non referuntur ad ipsos.

Quòd tamen verum arbitror, nisi reuelandi scelus sequatur: aliàs in excommunicationem incideret: quoniam hi dicuntur aliquo modo fauere dictis hostibus in damnũ Christianorũ, quod vi nostri canonis prohibetur per dictionẽ illã *Quomodolibet*: vt supra diximus, q. 16. Et ita intelligendus etiam est Alter. hoc loco, cap. 10. col. 1. in ver. Ex qua interpretatione: dũ ait, non incidere in excommunicationem illos, qui darent auxilium, consilium, vel fauorem alteri, vt reuelaret secreta turcis, & hæreticis: aliàs sibi ipsi esset contrarius, per ea, quæ docet in eodẽ cap. col. 3. in ver. Respondendum est.

Secundò infert, sub hac parte quatuor actiones prohiberi: nempe reuelare secreta infidelibus nociua Christianis, quæ videtur esse propria prohibitio huius Bullæ. Item cõsilium dare illis, quod etiã sub excommunicatione prohibitum fierat in c. quod olim, & in c. ad liberãdam, de Iudæ. Item dare auxilium, vel fatorẽ, quod etiam in d. capitibus, & in extrat. Ioan. 22. de Iudæ. & Clem. V. fuit statutum. Et denique vltima actio declaratur per illa verba: *seu quocunque alia ingenio subsidia impendãt, vel machinis, aut quibuslibet alijs: vel qui in piraticis Saracenorũ nauibus pro cupiditate sua regimen, & curam gubernationis exercent.* Quæ quidem verba, licèt habeantur in d. c. quod olim, & c. liberandam, & fortè in Bulla cœnæ Clem. VIII. edita anno 1595. quã ipse Suar. fuscepit explicandam; tamen in alijs Bullis eiusdem Clem. VIII. quas explicant Vgol. Sayr. Vtual. & in Bulla S. D. N. Pauli Papæ. V. non leguntur, sed eorum loco legitur. *Aliud auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstant.* Sed re vera verba illa æquipollent his, per ly. *Quomodolibet præstant*.

Quocirca Vgol. hic in ver. *Illisque*: ibi, Tertiò
3 affirmat excommunicationem hanc aligare auxilium ferentem directè, vel indirectè. Directè pugnando pro ipsis hostibus, contrà Christianos; fabricando ipsis arma, ferendo eisdem commeatum, & alia ad vsum bellicum necessaria: & subministrando milites, magistros nauium, remiges, bitumen, & alia ad naues fabricandas peritos in arte militari, & fabros ad turres ædificandas. Indirectè verò, vt si Princeps aliquis Christianus bellum moueat contra obsidentem Turcas, vt ab obsidione desistat: nam tunc Christiani nominis inimicis indirectè dicitur opem ferre in perniciem Christianorum, atque ideo in excommunicationem incidit: quoniam excommunicatio ista afficit ferentem
4 auxilium quomodolibet. Quam censuram contrahi, etiam si deinceps damnum non sequatur, cum Bulla solùm consideret auxilium esse præstitum, tenet ipse Vgol. ibidem in ver. Postremò afficit. Et nouissimè Alter. in explic. eiusdem can. c. 10. col. 2. in ver. Sequitur quarto: & in ver. Sed modò perquirendum est. Vbi etiam declarat, quibus modis dicatur quis dare consilium, auxilium, & fauorem Saracenis in damnum, & perniciem Christianorum. Et inter alios inquit, quòd Principes Christiani, qui permittunt Infideles huiusmodi trãsire per ter-
a ras suas, a aut non prohibent, cùm possint: propter quod subsecuta est deprædatio Christianorum, aut poterat subsequi, tamquam eorum fautores incidunt in excommunicationẽ huius canonis. Idem dicendum est si ex eorum portibus extrahi ab ipsis permittunt deferenda ad Saracenos contra Christianos.

Imò ait ibidem; in ver. Respondendum est, col. 4. & 5. eamdem censuram incurrere, qui nõ consulit, nec auxiliatur Infidelibus, sed concurrit aliquo modo vel consilio, aut mandato, defensione, consensu vel ratihabitione, vt illis opẽ ferat. Et id ob dictionem illam *Quomodolibet*: quæ omnem modum includit: vt in Clemen. 2. vbi Glos. in ver. Quomodolibet, de sent. excom. c. vnico, §. præsenti, de cler. ægrot. lib. 6. & in c. Indemnitatibus, §. si qua verò à minori, & ibi Io. And. in ver. Quomodolibet, n. 2. de elect. eo. lib. Quæ quidem quomodo, & quando vera sint, latè supra declarauimus, q. 16. 17. & 18.

Hanc eandem sententiam videtur tenere Tol. hoc loco, n. 13. in fin. Et ideo, quãuis prior sententia nobis videatur probabilis; nihilominus à posteriori, arbitror non esse decedẽdum, tum propter suprà dictorum Doctorum authoritatem, tum, quia Religioni Christianæ est fauorabilior; tum denique, quia pro priori sententia, non inuenio hucusque Doctorem, qui eam expressè teneat.

ADDITIO.

a Suas. Adde hîc Reginald. lib. 9 fiæ prax. n. 298. & Bonac. de censur. Bull. cœn. disp. 1. q. 8. pun. 2. nu. 19. cum alijs, quos allegat, vbi etiam num. 20. idem putat dicendum esse de Principe, qui arma extrahi permittit ex finis portibus, scilicet illa ad Infideles deferri, quãdo tenetur de iustitia damnum Christianorum impedire. Et si 2. de Principe, qui trãsitum infidelibus ad deprædandos Catholicos proficiscentibus permittit; quoniam his fauere dicitur. Esi tamen verum, quòd tunc excommunicationem contrahere huiusmodi Principem putat, quando expostulatus transitum concedit tacitè, vel expressè: secus autem si non expostulatus negatiuè se habeat; quoniam eo casu non incurrit, cùm non dicatur auxilium, vel fauorem præstare. Etenim fauor, consilium, & auxilium importare videntur actionem, seu cooperationem physicam, vel moralem: hic autem negatiuè se habendo, dum ex iustitia non tenetur impedire, non exercet actionem physicam, vel moralem in damnum Christianorum; quamuis aliunde peccare possit cõtra charitatem, & contra strictissimum naturæ vinculum de damnis prximi, & multò magis catholicæ Religionis impediendis. Sed re vera dubia valdè nobis videtur hæc Bonac. sententia, quando tractatur de vitando dam-

damno Catholicæ Religionis, [& Princeps poteſt obuiare impediendo tranſitum; ſiquidem Princeps ex debito iuſtitiæ tenetur impedire damnum Catholicæ Riligionis, cùm id pertineat ad publicum ius per ea quæ habentur ex Gloſ. in c. quantæ, in ver. Interpretans, de ſent. excommun. Vndè arbitror non eſſe recedendum à ſententia Duardi in hac q. num. 4. Ioan. Vincent.

An fauorem, auxilium, ſeu conſilium præſtans prædictis hoſtibus contra Principem aliquem Chriſtianum, ne tam fortior fiat, vnde ab alijs reſiſti ei non poſſit, incidat in excommunicationem. Q. 35.

SVMMARIVM.

1 *In moralibus inſpicitur id, quod per ſe primò agitur, et non quod per accidens conſequitur.*

2 *Fauens Infidelibus hoſtibus contra aliquem Chriſtianũ ne fortior ille fiat, in excõmunicationem incidit.*

IN hac difficultate videtur prima fronte negatiuè reſpondendum eſſe.

Probatur primò, quia contra Religionem nõ dicitur agere: quod vi dicti canonis, exigitur ad excommunicationem prædictam contrahẽdam: quoniam intentionem non habet fauendi hoſtibus in perniciem Chriſtianorum, & Catholicæ Religionis; ſed tantùm ne Princeps ille fortior fiat.

Secundò ex cauſa prædicta fauentes hoſtibus
1 id agunt, vt ſua tueantur: quod quidem licitum eſt, vt eſt tex. in l. vt vim, ff. de Inſt. & iur. Sicut licitũ eſt eiſdẽ fauere ad propria bona recuperanda. Hinc Princeps Chriſtianus, qui loca alterius Principis Chriſtiani occupauerat, ſi contra Turcas bellum gerat: ille alius Princeps, vt ſua recuperet, eidem bellum mouẽs in excommunicationem non incidit: eſtò bellum mouendo proſit Turcis: nam ſuam rem agere quiſque poteſt; & in vnaquaque diſpoſitione inſpicitur id, quod per ſe primò agitur, & nõ quod per accidens conſequitur, ar. tex. in c. cùm voluntate, de ſent. excom. & l. ſi quis nec cauſam, & ibi Iaſon, & alij. ff. ſi cert. pet. Tertiò probatur eadem ſententia, quoniam ob ſimilem cauſam Rex quidã Gallus fœdus inijt tum Turcis, vt refert Nauar. in c. Ita quorundam, not. 4. n. 27. de Iudæ.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
2 tentiam arbitror de iure veriorem eſſe, quã tenet Vgol. in explicatione præſentis canonis, in ver. *Illiſque ad id auxilium*, n. 4. atque ideo fauens hoſtibus contra aliquem Chriſtianum ne fortior ille fiat, in excommunicationem prædi-
a ctam incidit. a

Probatur, quoniã iſte talis, licèt non intendat aliquid agere in perniciem Chriſtianorum, & damnum Catholicæ Religionis; tamen fauor huiuſmodi re ipſa redundat in maximum detrimentum Chriſtianæ Religionis, ergo excõmunicationem hanc contrahit: nam ad contrahẽdam cenſuram iſtam, non tã cõſideratur prauus animus, quàm res ipſa, quæ agitur. Nemo enim excuſaret mercatorem deferentem multas haſtas, multas caſſides ferreas, & his ſimilia Turcis ſolo animo lucrãdi, & non in perniciẽ Chriſtianorum: vt bene aduertit Nauar. in explicat. huius canonis, in man. c. 27. n. 63. propè finem.

Ad contraria facilè reſpondetur.

AD primum negatur antecedens: quia licèt intentionem non habeant fauendi hoſtibus in perniciem Chriſtianorum, tamen re ipſa in eorum damnum hoſtibus fauent: quod ſatis eſt ad excommunicationem incurrendam: vt ſupra diximus.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd ſic fauẽtes non oppugnantur ipſi, & ideo non ſe tuentur, ſed alios oppugnãt iniuſtè. Et exemplũ propoſitum non facit ad rem noſtram: eo quòd fauor ille non directè, ſed per obliquum impertitur, vt bene notat idem Vgol. loco citato, ſub n. 1. in ver. ſecundò, vbi quis.

Ad tertium denique dicimus, quòd qui fœdus inijt, id propterea facit, vt ſe oppugnatũ defenderet, quod quomodo fieri poſſit, q. ſequẽti, latè Deo duce, diſcutiemus: at in caſu, de quo agitur, ſic fauentes non oppugnantur: ſed ipſi Chriſtianũ Principem impugnant, quẽ præſumendum non eſt, contra ius naturale facturũ, vndè animæ ſuæ detrimentum patiatur. Tantò fortius, quòd experientia docet, non inueniri Chriſtianum Principem, qui alterius Chriſtiani Principis bona occupet, niſi in ijs ius aliquod habeat, aut ſaltem habere ſibi ſuadeat.

ADDITIO.

a Incidit. Hanc eandem opinionem ſequitur Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 8. pun. 4. ſub num. 10. vbi diffusè rem hanc pertractat. Abb. Alex.

An Princeps Chriſtianorum bellum gerens cum alio Principe Chriſtiano, poſſit aduocare milites infideles pro ſui, ſuorumque bonorum tutela, aut recuperatione, & illis arma, & alia ad bellum neceſſaria ſubminiſtrare citra cenſuram huius canonis. Q. 36.

SVMMARIVM.

1 *Neſarium erat apud Iſraelitas, connubia iungere cum Gentilibus.*

2 *Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate, aut quæ ſocietas lucis ad tenebras. Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli ad infidelem.*

3 *Chriſtianis prohibitum eſt cùm Iudæis commercium, cibum ſumere, vel medicinam.*

4 *Confœderationes cum Paganis, & Saracenis, prohibitæ ſunt de iure canonico.*

5 *Armorum & aliorum, quæ ad vſum bellicum ſunt neceſſaria, ad Chriſtiani nominis inimicos delatio prohibita eſt, non ſolùm iure poſitiuo, ſed etiam iure naturali.*

6 *Prohibitio, ſi fiat rei minoris, multò magis cenſetur facta rei maioris.*

7 *Ieſu*

7 Iesu Christi negocium agitur, cùm infideles impugantur.
8 Exclusio vnius est alterius inclusio.
9 Malorum correptio si negligitur, Diuinam vltionem excitat.
10 Qui adhæret Deo vnus spiritus sit cum eo.
11 Cum electo electus eris; & cum peruerso peruerteris.
12 Qui comitatur cum viro iniquo, obuoluitur est in peccatis eius.
13 Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicabit superbo, induet superbiam.
14 Inimici amicus, præsumitur inimicus.
15 Confœderationum cum infidelibus infelices recenſentur euentus.
16 Animæ salus, omnibus rebus temporalibus est præferenda.
17 Cùm tractatur de materia peccati, nulla lex seu consuetudo humana seruanda est, quæ iuri diuino, vel canonico aduersatur.
18 Princeps Christianus potest infideles aduocare ad necessariam sui defensionem aduersus quemcunque alium, etiam si Princeps sit Christianus; eisdemque arma tradere.
19 Aduocatio infidelium ad propriam defensionem, non est intrinsecè mala.
20 Defensio est de iure naturali, & omni iure.
21 Defensionis causa licitum est non solùm aggressorem occidere, sed etiam innocentem interimere, si mors propria aliter vitari non potest.
22 Necessitas non habet legem; atque ideo facit licitum, quod alias licitum non est in lege.
23 Votum reincundi si fregerit aegrotus, reus non est voti.
24 Mala intrinsecè, sunt contra ius naturale.
25 Defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ, quæ nam dicatur.
26 Iura positiua humana; imò etiam aliqua iura positiua diuina, & naturalia, non obligant cum periculo mortis.
27 Confessionis integritas, est de iure diuino positiuo.
28 Eleemosynam præbere indigenti in extrema necessitate constituto, est de iure diuino, naturali.
29 Inuasus, si aggressorem occidat, excusatur apud Deum etiã si ipse inuasor causam dederit insultus per furtum, adulterium, & cætera eiusmodi.
30 Aggressor inuasus, si significet inuasori, se velle ab insultu desistere, an inuasus ipse teneatur acquiescere.
31 Incantatio per artem magicam, cùm sit intrinsecè mala, non potest fieri pro defensione fructuum, nec pro quocunque alio bono.
32 Maleficium maleficio solui, peti non potest à maleficio, quantumuis parato ad illud soluendum.
33 Tex. in l. eorum, C. de Malef. & Mathem. quomodo intelligendus sit, declaratur.
34 In moralibus attenditur id quod fit per se, non autem per accidens.
35 Innocentem tradere potest Resp. Tyranno, qui eum expostulat ad perdendum, ab obsidione alias non recessurus.
36 Princeps iustè bellum gerens, licitè potest mœnia subuertere, ac turrim, in quibus malos innocentes certò nouit esse interimendos.
37 Pugnans in bello iniusto probabiliter credens esse iustum, quamuis ille sit innocens, iustè tamen necatur ab exercitu Principis iustè bellantis.
38 Defendere se cùm aliter quis non potest ab hoste persequente, nisi conculcet infantem in via iacentem, excusatur si illum interimat.
38 Pregnans letali morbo laborans, an & quando possit pharmacum sumere cum periculo fœtus.
40 Pregnans letali morbo laborans, nõ potest sumere pharmacum directè ordinatum ad abortum, siue fœtus sit animatus, siue non.
41 Pregnans, vbi nulla spes est, quòd partus edatur viuus, potest sumere pharmacum, etiam post animationem fœtus, si ex eo sperat probabiliter sanitatem.
42 Vitam exponere non tenetur, vbi spes non extat salutis spiritualis proximi.
43 Martinus Bonacina laudatur.
44 Innocentem occidere, an & quando liceat ad propriæ vitæ conseruationem.
45 Innocentem occidere, illum in præcipitium impellendo, conculcando, aut quocunque alio modo ad suæ vitæ conseruationem, non est licitum, vbi non est inuasor.
46 Tabulam in naufragio, aut panem in tempore necessitatis auferre non licet ab existentibus in eadem necessitate.
47 Iacentem infantem, qui baptizatus non sit interficiens ad propriæ vitæ conseruationem, an peccet.
48 Salus spiritualis proximi, præferenda est saluti corporali propriæ.
49 Princeps in bellum, an possit castrum, aut turrim demolire, in quibus certò nouit nonnullos infantes, & alios innocentes non baptizatos esse interimendos.
50 Resp. an possit tradere Tyranno Virginem, quam petit ad violandam, si ab obsidione aliter liberari non possit.
51 Confœderationes fidelium cum infidelibus ad propriæ vitæ, ac bonorum defensionem licitas esse, ex scripturæ sacræ locis probatur.
52 Malum, quod quis sua culpa patitur, sibi imputatur.
53 Princeps aliquem infidelem contra alium Principem Christianum iniuste bellantem, & tradens illis arma ad sui defensionem, si finito bello ea sibi restituenda curat, in excommunicationem non incidit; etiam si aliàs peccet aduocando infideles.
54 Matrimonium à fidelibus cum infidelibus contrahi non est licitum, sed vetitum etiam de iure diuino, nisi in aliquo speciali euentu, ita vrgens causa occurreret, vt recta ratio, matrimonium huiusmodi contrahendum dictaret.
55 Matrimonium fidelis cum infideli, est prohibitum, ob timorem infectionis, & lapsus in infidelitatem.
56 Exponere se periculo infectionis, est intrinsecè malum.
57 Salamon sapientissimus, & sanctissimus ob coniugium cum feminis idololatris, ad earum idola colenda tractatur fuit.
58 Matrimonij finis, non solùm est prolis generatio, sed etiam legitima ipsius educatio.
59 Matrimonium fidelis cum infideli, licèt iure diuino sit prohibitum, tamen eo iure non est irritum.
60 Matrimonia multa connumerantur, quæ contracta fuerant à fidelibus cum infidelibus, tam in lege naturæ, quàm in lege gratiæ.
61 Præceptum nullum adest iuris diuini positiui in lege euangelica, exceptis præceptis fidei, ac Sacramentorum.
62 Matrimonium fidelis cum infideli, licèt non sit irritum de iure diuino, est tamen irritum si contrahatur contra legem Dei, vel contra legem naturæ, vel contra aliquod statutum, matrimonium annullans.
63 Matrimonium esse potest inter infideles, etiam si sint dispares cultu; secundum quod matrimonium est ordi-

ordinatum ad prolem ſecundum perfectionem naturæ, non autem vt eſt Sacramentum.

64 *Matrimonij actus inter infideles, non eſt peccatum.*

65 *Matrimonium per ſtatutum irritatur, vt contractus, non autem vt Sacramentum.*

66 *Matrimonium fidelis cum infideli, eſt irritum de iure Eccleſiaſtico tantum.*

67 *Matrimonium fidelis cũ infideli poteſt contrahi ex Romani Pontificis diſpenſatione, & ſi iuſta diſpenſandi cauſa deſit, licèt peccent contrahentes, matrimonium tamen eſt validum.*

68 *Matrimonium ſi contrahat Sacerdos cum Romani Põtificis diſpenſatione, ſi iuſta diſpenſandi cauſa non interueniat, licèt peccet Romanus Põtifex, matrimonium nihilominus eſt validum.*

69 *Matrimonium, vt Sacramentum eſt, non poteſt conſiſtere, niſi inter duos fideles.*

70 *Matrimonium Catholici cum hæretica, & è conuerſo, quamuis iure Eccleſiaſtico prohibeatur: nihilominus ſi contrahatur, erit validum non ſolùm quoad contractum, ſed etiam quoad Sacramentum.*

71 *Ex diuerſis non fit illatio.*

72 *Aduocatio infidelium, & cum eis confœderationes fieri non poſſunt à fidelibus, niſi ad neceſſariam ſui, rerumque ſuarum defenſionem.*

73 *Aduocatio infidelium, & cum eiſdem confœderationes illicitæ ſunt apud fideles, cùm tendunt in ſcãdalum, & periculum fidei, & non fiunt ad ſui, ſuarumque rerum abſolutam defenſionem, ſeu recuperationem.*

74 *Iudæorum conſortium ad fidem venientium, probitum eſt cum iis, qui adhuc in veteri ritu conſiſtunt.*

75 *Malorum conſortia, etiam bona ſæpe corrumpunt.*

76 *Tex. in clem. 1. §. porrò de iureiur. in quo interdicitur Imperatori confœderatio cum Paganis et Saracenis, quonam pacto intelligitur.*

77 *Lex poſitiua, ſiue humana ſit, ſiue diuina, non intelligitur obligare ad ſui obſeruantiam cum periculo mortis, pro eo, quod non eſt intrinſecè malum.*

78 *Conſpirantes contra Principem, eiuſdemque Magiſtratus, ac milites, quæ pœna ventunt puniendi.*

79 *Armorum delatio ad Chriſtianam nomini inimicos, ſi per eam efficiantur potentiores ad perdendum Chriſtianos, eſt prohibita iure non tantùm humano, ſed etiam naturali.*

80 *Princeps aduocans infideles ad ſui defenſionem, eiſdemque arma tradens, finito bello debet ea ab ipſis auferre; alias ſi negligat, incidit in excommunicationem huius canonis.*

81 *Iungi Chriſtianæ fidei inimico tunc propriè quis dicitur, quando mali aliquid cum eo committit, aut committentibus fauet.*

82 *Adhærere alicui tunc dicimur, quando eius facto conſortium voluntatis, vel approbationis adiungimus.*

83 *Cum electo electus erit, & cum peruerſo peruerterit, quomodo intelligitur.*

84 *Malus duobus modis non te maculat, ſi ei non conſentias, & ſi redarguas.*

85 *Aduocatio infidelium, & cum eiſdem confœderationes vt licitè fieri poſſint a fidelibus, etiam contra alios fideles debent quinque concurrere.*

86 *Confœderationes inter chriſtianos, Turcas & Saracenos, ſeruo, aut nunquam licitè fieri poſſunt.*

87 *Confœderationes fidelium cum infidelibus debent fieri conſulto Romano Pontifice.*

88 *Quando poſſunt ſponte rectè facere, licitè quoque ab eis peti poſſe.*

89 *Aduocatio infidelium, & cum eiſdem confœderatio, ſi periculo exponant Religionem Chriſtianam, & fidem catholicam, ſunt contra ius naturale, etiam ſi ſi fiant ad ſui, ſuarumque rerum defenſionem.*

90 *Bonum commune Religionis, ac fidei, de iure naturali præfertur bono temporali totius Reipublicæ.*

91 *Cauendum ſemper eſt, ne maiora damna per bellum inferantur, quàm bonum quod ſequitur.*

IN hac re Cacheran. ab Ozaſco in diſputat. An Principi Chriſtiano, & c. quæ eſt vltima poſt eiuſdem deciſiones ſacri Senatus Pedamõtani, Matt. Cunon. in ſuo tract. de pact. lib. 1. c. 22. n. 74. & alij volunt, nefas eſſe Principi Chriſtiano fœdere, ac amicitia cum infidelibus coniungi, eoſdemque aduocare cõtra Chriſtianos, etiam ad ſui, ſuorumque Regnorum, & Principatuum defenſionem. Quocirca conſequenter proculdubio aſſereret, quòd eiſdem arma tradens aut alia ad bellum neceſſaria ſubminiſtrãs, in cenſuram noſtri canonis incideret, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus q. 7.

Quòd illicita ſit huiuſmodi Infidelium aduocatio, probãt Cacheran. loco citato, & alij quãplurimis Scripturę ſacræ locis, ſacrorum canonum authoritate, ac etiam ratione.

Mouentur primò ex illo Gen. cap. 34 vbi filij
1 Iacob, Hemor. & Sichem incircumciſis quærẽtibus cum eis connubia iungere, reſpõderunt. *Non poſſumus facere quod petitis, nec dare ſororem noſtram homini incircumciſo: quod illicitum, & nefarium eſt apud nos. Sed in hoc valebimus fœderari, ſi volueritis eſſe ſimiles noſtri, & circuncidatur in vobis omnis maſculini ſexus, tunc dabimus & accipiemus mutuo filias veſtras ac noſtras, & habitabimus vobiſcum, erimusque vnus populus. Si autem circuncidi nolueritis, tollemus filiam noſtram, & recedemus.*

Ad hoc etiam addunt cap. 7. Deuteron. vbi Moyſes ex Dei mandato loquens filijs Iſrael de Gethæo, Gerezeo, Amorrhæo, Chananæo, idololatris, ſic ait, *Non inibes cum eis fœdus, nec miſereberis earũ, neque ſociabis cũ eis coniugia. Filiã tuã non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo: quia ſeducet filium tuum, ne ſequatur me, & vt magis ſeruiat dijs alienis: irascetur furor Domini, & delebit te citò.*

Addunt quoque cap. 2. iud. vbi loquens Angelus ad populũ Iſrael, inquit: *Eduxi vos de Aegypti, & introduxi in terram, pro qua iuraui patribus veſtris, & pollicitus ſum, vt non facerem irritum pactum meum vobiſcum; ita dumtaxat, vt non ferietis fœdus cũ habitatoribus terræ huius.*

Prætereà lib. 3. Reg. c. 15. dum Aſa Rex Iuda, auro atque argento miſſo, cõduxerit Benhadad Regem Syriæ contra Baaſa regem Iſraelitarum, fuit ab Hanani Propheta grauiter reprehenſus lib. 2. Paralipom. cap. 16.

Item Exod. cap. 23. in fine, Deus expreſsè prohibet, ne ſuus populus cum infidelibus fœdus paciſcatur. Et in quamplurimis alijs ſcripturæ locis allatis à ſupradictis Doctoribus legitur etiã, quòd Deus populo ſuo prohibuerit, ne ab Aegyptijs, vel ab Aſſyrijs auxilium peterent.

Ex his igitur videtur dicendum aduocationẽ infidelium cõtra fideles eſſe iure Diuino damnatam in ſacris litteris veteris teſtamenti.

Imò hoc idem probari in lege Euangelica
2 arbitrantur ex illo Matt. cap. 10. in illis verbis: *In viam Gentiũ ne abieritis, & in Ciuitatem Samaritanorũ nõ introieritis.* Ioan. etiã cap. 4. legitur. *Nõ enim bene conueniunt, vel commutantur Iudæi Samaritanis.*

Aſſe-

Afferunt quoque cap. 10. Act. Apoſt. per illa verba, quæ in eo habentur, *Vos ſcitis quomodo abominatum ſit viro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenas* & c. 11. *Quare introiſtis ad Gentes præputium habentes, & comeditis cũ illis.* Et Diuus Paulus 1. Cor. 5. prohibet fideles commiſceri Idolis ſeruientibus. Et 2. Cor. cap. 6. inquit. *Nolite iugum ducere cũ Infidelibus. Quæ enim participatio iuſtitiæ cũ iniquitate? Aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum Infideli? Quis autem conſenſus templo Dei cum Idolis?* Idem Apoſtolus. 1. Cor. cap. 6. redarguit Chriſtianos, quod iudicio contendant apud Infideles. Et Io. Apocal. cap. 2. *Sed habeo aduerſus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balach mittere ſcandalum, coram filijs Iſrael edere, & fornicari ita habes, & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.*

Secundò probant eorum ſententiam ex c. ſæpe, c. nullus, 28. q. 1. & c. nõ oportet, & ſeq. 1. q. 1. vbi Chriſtianis prohibetur commercium, & cõmunio cum Iudæis & Infidelibus, ita vt ab eis nec cibum ſumere, nec recipere mẽdicinam liceat: nec benedictiones, nec cum eis orare fas ſit. Ergo multò minus licitum eſt auxilium ab ipſis infidelibus contra Chriſtianos petere.

Confirmatur ex clem. 1. §. porrò, de iureiur. vbi expreſsè interdicitur Imperatori conſœderatio cũ Paganis, & Saracenis: cuius clem. diſpoſitionem ad omnes Chriſtianos Principes extẽdi, docet Card. in d. §. porrò, in 2. not. Adhuc etiã tex. in l. quiſquis, C. ad l. Iul. maieſt. vbi militibus, ac priuatis perſonis interdicitur, ne cum Barbaris factionem ineant.

Tertiò, hanc ipſam ſententiam corroborant ex eo quòd in c. ita quorũdã, de Iudæ. & in noſtro canone ſub pœna excommunicationis, & alijs pœnis interdicitur Chriſtianis, ne arma, & alia ad vſum belli neceſſaria deferant, aut tranſmittant ad Chriſtianæ fidei hoſtes: opem, cõſilium, auxilium, vel fauorem præbeant: aut aliquid agant, quo infideles adiuuẽtur. Quæ omnia lege naturali, ac etiã ciuilibus iuribus prohibita eſſe, probãt ex l. 1. & 2. C. quę res aſpor. nõ deb. l. pen. & fin. C. quæ res vend. non poſſ. Si igitur prohibitum eſt, bona prædicta deferri, tranſmitti ad Infideles, multò magis prohibita cenſetur Infidelium aduocatio in perniciem Chriſtianorum. Nam prohibitis rebus, multò ſatius præſtat perſonas veluti maiores eſſe prohibitas, ar. eorũ, quæ dicit Bal. in l. conſentaneũ, col. 1. C. quom. & quan. Iud. & Bar. in extrau. qui ſint rebel. in ver. Rebellando, col. 2. Et cum prohibeatur armorum delatio, tantò fortiùs cenſetur prohibita eorum traditio: quoniam delatio ob traditionem prohibetur.

Quartò Nicol. III. & Leo IV. hortantur Frãcorum exercitum, vt omni timore, & terrore depoſito, contra inimicos ſanctæ fidei pro defenſione Chriſtianorum agere viriliter ſtudeãt, vt habetur in c. omnium, 23. q. 5. & c. omni timore, 23. q. 8. Etenim negotium Domini noſtri Ieſu Chriſti agitur, cùm infideles impugnantur: vt in extrau. Io. XXII. incipiente: Copioſius, et ibi Gloſ. in ver. Negotium. Si igitur Sancta Eccleſia Francos hortatur, & eorũ exemplo omnes alios Chriſtianos ad impugnandum infideles pro defenſione fidelium, neceſſariò infertur, velle quoque prohibere, ne cum infidelibus pacem, & fœdus habeãt in Chriſtianorum perniciem. Nam vnius excluſio, incluſio eſt alterius, c. nonne, de præſumpt.

Quintò hanc eandem opinionem probãt ex his, quæ ſcribit D. Greg. ad Reginam Francorum Brunichildam, regiſtrata in c. ſi quos, 23. q. 4. dũ eã admonet, vt malorum correptionẽ ex negligentia non prætermittat; ne ob id flagellũ perfidarum Gentium, quod ad multarum nationum vindictã excitatum eſt, Deus inducat. Si ergo Greg. Reginã admonet, ne ſit negligẽs in puniendis malis, ne Deus infideles in Chriſtianorum nationes inducat, multò magis cenſetur inhibere aduocationem infidelium in perniciem Chriſtianorum.

Sextò argumentantur. Qui adhętet Chriſto, vnus ſpiritus ſit cum eo; ſicut tollens membra Chriſti, ſi adhærcat meretrici, vnum corpus cũ ea efficitur: vt habetur ex Apoſt. 1. Cor. c. 6 ergo qui iungitur Chriſtianę fidei inimico, eiuſdẽ Chriſtianę fidei inimicus efficitur: atque ideo ſi fidelis infidelibus adhæreat, vnum corpus cum illis conſtituitur, iuxta illud Pſal. 17. *Cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris.* Et 32. c. 2. *Qui comitatur cum viro iniquo obnoxius eſt in peccatis.* Et cap. 13. in prin. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Et qui communicabit ſuperbo, induet ſuperbiã.* Hinc ait Bald. in l. libri, C. de inoffic. teſtamen. quem refert Anch. cõſ. 158. Confœderatos eiuſdem intentionis, ac voluntatis eſſe: & amicum inimici præſumi inimicum, inquit Gloſ. in c. ſi inimicus, in ver. Nolite, d. 93. & Bart. in l. ſciendum, §. ſi accuſatio, ff. de legation.

Septimo ad corroborationem eorum ſentẽtiæ, recenſent infelices euentus eorum, qui vel ab infidelibus auxilia petierunt, vel copias ſuas cũ ipſis coniunxerunt. Etenim ex eo quòd Aſa Rex Iuda auxilium petijt à Rege Syriæ contra Baaſa Regem Iſrael, immiſit ei Deus perpetua bella, vt habetur 2. Paralip. c. 16. Et Imperatores Orientis, præſertim Ioãnes Cãthacuzenus, cùm aduocauerint Turcas cõtra hoſtes, ab eiſdem Turcis ab Orientis Imperio fuerunt eiecti, atqde ideo ſocietas illa infidelium toti Europæ fuit exitialis: vt ex Turciarum rerũ ſcriptoribus refert Matt. Cunon, loco citato, ſub n. 81. vbi recenſet etiã, Sebaſtiani Regis Portugaliæ funeſtam illam expeditionem, qua ſuas copias cum Muleio Mahometo Mauritaniæ rege coniunxit.

Octauò conãtur probare, aduocationem huiuſmodi infidelium eſſe intrinſecè malam: nam ſic aduocantes exponunt periculo Religionem chriſtianam, & fidem catholicam. Etenim cùm in exercitibus fideles cũ infidelibus miſcentur, veræ Religionis antea cultores, Idololatricis cultibus facilè inficiãtur, ac corrumpi poſſunt. Ex horum quoque aduocatione innumera ſunt mala, quæ prouenire ſolẽt fidelibus: nempe furta, latrocinia, homicidia, incendia, ſacrarum virginum ſtuprationes, adulteria, & his ſimilia. Vndè ad hæc omnia vitanda à tali auxilio eſt abſtinendum, eò magis, quia hoc periculũ cõcernit animæ ſalutẽ, quæ omnibus rebus temporalibus præferenda eſt, iuxta illud. *Nihil prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur.* c. Matthæus Cardinalis, de ſimon. Et cùm tractetur de materia peccati

nulla

17 nulla lex, ſeu conſuetudo humana ſeruãda eſt, quæ iuri diuino, vel canonico aduerſatur; ſed ius ipſum diuinum, ſeu canonicum eſt attendẽdum: vt eſt tex. & ibi Doct. in c. fin. de præſcrip. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, & ibi Panor. num. 9. Dec. & alij, de conſtit. latè Imol. in c. cùm contingat. de iureiur. & Bar. in l. priuilegia, C. de ſacr. Eccl.

His tamen non obſtantibus, oppoſitam ſen-
18 tentiam veriorem puto, a atque ideo Principẽ
a chriſtianum citra omnem cenſuram poſſe infideles aduocare ad neceſſariam ipſius defenſionem aduerſus quemcumque, etiam ſi ſimiliter ſit Chriſtianus Princeps, illiſque arma tradere, dũmodo concurrant cõditiones, de quibus infra dicemus. Hæc opinio eſt Oldradi conſ. 71. Panor. in c. quòd ſuperinum 15. de vot. Alter. in l. 1. n. 19. C. Vndè vi, Martin. Laud. de bello, q. 3. Corſ. de poteſt. reg. in 4. p. q. 33. Soc. conſ. 20. ver. Non enim, inter conſilia Curt. ſen. Afflict. de feud. in tit. de pac. iur. firm. in ver. Cõuenticulas, n. 32. Felin. in c. ad liberandam, n. 9. de iud. æ. Ioan. Andr. in addit. ad ſpecul. in tit. de iudic. col. 3. ver. Conuertendo nunc caſum, D. Anton. in ſua ſum. 3. p. tit. 4. de ſui defenſione, §. 11. Franc. Aras in tract. de bell. n. 19 Greg. de val. tom. 3. diſp. 3. q. 16. de bello, pun. 2. col. 3. in fin. & nouiſſimè Alter. in explicat. huius canonis cap. 5 col. pen. ver. Secunda propoſitio. Qui quidem Doctores, licèt non loquantur de traditione armorum, & aliorum, quæ ad vſum bellicum neceſſaria ſunt, excepto Alter. loco citato, qui quæſtionem noſtram explicat in terminis, etiam quoad arma; nihilominus, quia licitam putant aduocationem infidelium contra fideles, ad propriam vitæ, ac rerum neceſſariam defenſionem, ex eorum ſententia deducitur, licitum quoque eſſe aduocare huiuſmodi infideles ipſis arma tradere, ſine quibus defenſio inutilis eſſet, ar. tex. in l. 2. ff. de iuriſdictio. omn. iudic.

Probatur primò hæc opinio. Nam ſi aduo-
19 catio huiuſmodi fieri nequiret, id eſſet; vel ex eo, quia lege aliqua prohibetur. vel quòd ſit intrinſecè mala, nentro modo; ergo, &c. Maior patet. Minor etiam, quoad primam partem, ex infra dicendis, & ex ſolutione argumentorum euidenter patebit.

Probatur modò quoad ſecundam: quoniam
20 quod quis ad neceſſariam ſui defenſionem agit iure feciſſe per legem tum naturalem, tum ciuilem, tũ ctiã canonicã exiſtimatur, vt eſt tex. & ibi Doct. in l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. l. ſcientiã, §. qui cùm aliter, ff. ad l. Aquil. c. ius naturale, 1. d. & c. Si verò, de ſent. excom. Et hoc etiam ſi iuſtè quis timeret, ſe aliter defendere non poſſe, l. ſi quis ſumo, ff. eod.

Imò in periculo conſtituto ignoſcitur, non
22 ſolùm ſi aggreſſorem occidat, ſed etiam ſi aliũ non ſocium, atque ideo innocentem interimat, vt l. 1. & ibi Gloſ. C. ad l. Corn. de Sicar. Etenim ignoſcendum iura cenſuerunt ei, qui ſanguinẽ ſuum quahter qualiter redemptum voluerit, l. 1 ff. de bon. eorum, qui ant. ſent. mort. ſibi conſc.
22 Et quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum. Nam & Sabbatum cuſtodiri præceptũ eſt: Machabæi tamen ſine culpa ſua in Sabba-
to pugnabãt. Sic & hodie, ſi quis iciunij ſtege-
23 rit ægrotut, reut voti non habetur. Ita tex. in c. quod non eſt licitum, de regul. iur. lib. 5. & c. remiſſionem 5 ſed notandum. 1. q. 1. Dauid quoq; famis neceſſitate compulſus panes propoſitionis comedit, quos niſi Sacerdotibus comedere licitum erat: vt in lib. 1. Reg. c. 21.

Quòd ſi hæc omnia vera ſunt, neceſſariò cõ-
24 cludendum eſt aduocationem huiuſmodi ad neceſſariam vitæ defenſionẽ non eſſe intrinſecè malam: quoniam intrinſecè, & ex obiecto mala ſunt contra ius naturale, & rectam rationẽ, atque ideo non poſſunt concedi iure ciuili, & canonico, quæ fundantur ſuper naturali lege quæ eſt participatio legis Dei æternæ, vt aliàs diximus.

Et licèt ad hæc reſpondeat Cacheran. loco
25 citato, dicens: Iura illa, & rationes ſupradictas inteligi debere de defenſione licito modo facta, & cũ moderamine inculpatæ tutelæ; vt per Doct. in d. l. vt vim, & l. 5. & ibi gloſ. & alij. C. vnde vi. Quę quidem defenſio ſecundum leges tunc inculpata dicitur, quando illud fit, ſine quo violentia repelli non poteſt, non autẽ de eo, cui lex diuina, vel ſaltẽ canonica reſiſtit: nihilominus reſponſio hæc noſtræ ſententiæ nõ officit, qui ſupponimus. Principem in caſu, de quo agitur, violentiam aliter repellere non poſſe, quàm aduocando infideles: &, vt ex argumẽtorum ſolutione patebit, talis defenſio, nec diuinis, nec canonica lege prohibita reperitur.

Nã eſtò, quòd iure diuino, & canonico pro-
26 hibeantur confœderationes cũ infidelibus aduerſus fideles; nunquam tamen id prohibitum intelligitur vbi Princeps aliter ſe defendere nequit: & propterea cum vitæ, ac Principatuum diſcrimine. Etenim iura poſitiua humana; imò
27 etiam aliquando poſitiua diuina, & naturalia non obligant cum tanto periculo. Integritas
28 enim confeſſionis, eſt de iure diuino poſitiuo: reſtituere alienum, ac votum implere, eſt de iure diuino naturali; ſicut eleemoſynam præbere indigenti, in extrema neceſſitate conſtituto, vt in d. c. ius naturale 1. d. & d. c. quod non eſt licitum, de regul. iur. lib. 5 & tamen hæc iura non obligant cum vitæ periculo, vt habetur ex Azor. lib. 1. inſt. moral tom. 1. cap. 11. q. 2. & Sanchez lib. 1. Decal. cap. 18. num. 5.

Nec videtur locum ſibi vendicare ſecunda eiuſdem Cacher. reſponſio, dicentis: Leges ſupra relatas procedere de iure fori; ſecus autem de iure poli, ſeu diuino, cùm lege licèt tolerentur aliqua delicta, impunita dimittantur ad vitandum maius malum, vt in l. Graccus. C. ad l. Iul. de adult. & in l. vnica. C. de concubin. non tamen tollitur quin huiuſmodi delicta committentes mortaliter peccent, & legi Dei, ac iuri canonico contraueniant: vt in c. cùm inter. & ibi Gloſ. 23. q. 2. latè Panor. in c. 2. in 4. not. de homic. quoniam iura illa fundantur ſuper ius naturale, quod attenditur in foro conſcientiæ.

Hinc inuaſus, ſi aggreſſorem occidat, excuſa-
29 tur etiam apud Deum de omni culpa, cùm vtatur iure ſibi à natura conceſſo. Quod quidem verum eſt, etiam ſi ipſe inuaſus cauſam dederit inuaſionis, nempe per furtum, adulteriũ, cõtumeliam; & his ſimilia quoniam non propterea

terea ius amisit vitæ propriæ tuēdæ, atque ideo si aliter mortem euadere non possit, non peccat eum interficiendo.

Idem locum habet in eo, qui à principio fuit
30 iniustus aggressor, & deinde significat inuaso, se velle ab insultu desistere: nam si inuasus nolit acquiescere, & aggressorem ipsum interficere molitur, tunc inuasor, si aliter mortem effugere non valet, illum interficiens non peccat; quamuis in foro exteriori, vt homicida veniat puniēdus. Et in foro conscientiæ tenetur ad omnia damna inde subsequuta, si aggressus nō habuit iustam causam sibi persuadēdi, aggressorem ex animo voluisse ab insultu desistere. Nam per primam iniustam inuasionem causa fuit omniū damnorum; neque inuasus iustam rationem habuit existimandi, ipsum verè desistere velle à sua prima praua intentione. Ita Molin. de iust. & iur. to. 4. tract. 3. disp. 15. n. 1, & 2. Petr. Nauar. lib. 2. cap. 3. num. 362. Sot. lib. 5. eo. tract. de iust. & iur. ar. 9. circa medium, vbi etiam asserit, hoc casu irregularitatem non contrahi.

Est tamen verum, quòd tex. in Leorum, C. de
31 malefic. & Mathem. qui videtur admittere artem magicam pro defensione fructuum allegatus ab Oldrad. in d. cons. 71. ad probandam hac sententiam, non probat intentum. Nam incantatio per artē magicam, cùm sit intrinsecè mala, nunquam citra culpam fieri potest pro quocunque bono. ar. tex. in c. super eo de vsur.

Hinc est, quòd non potest peti maleficium
32 malefic io solui a malefico, quantumuis parato ad illud soluendum, vt rectè docet Caiet. in q. illa de malef. tom. 2. suorum Opusc. tract. 11. & latè Sanchez lib. 7. de matr. disp. 95. Vndè si aduocatio infidelium, de qua agitur, esset intrinsecè mala, tolerari quidem posset, sicut toleratur meretricium ad euitandum adulterium, nō tamen citra culpam fieri valeret. Sicut aliqui Doctores volunt, tex. illum in d. l. eorum, tolerare incantationes ad defensionem fructuū ideſt impunitas dimittere.

Imò si vera est Angel. responsio ad d. legem
33 ibi, dum vult, eam debere intelligi de incantationibus, quæ fiunt virtute diuina, non autem per inuocationē Dęmonum, cùm hæ omni iure prohibitę reperiantur, vt habetur in toto tit. de Sortileg. & 26. q. 1. 2. 3. 4. & 5. lex illa nullo modo adduci potest ad probandam nostram sententiam.

Secundò probatur hæc opinio: quoniam si
34 aduocatio, de qua agitur, esset illicita, talis quidē ex eo diceretur, quòd facta esset in perniciē Christianorum; sed hoc est falsum; ergo, &c. Maior patet ex his, quę docent authores primę sententiæ. Probatur minor: quia aduocatio ista per se primò, ac directè facta censetur in defensionem iustam Christianorū, atque ideo ipsius Principis Christiani aduocantis ad necessitatem, ac iustam defensionem sui, suorumque bonorū. Quòd autem inde sequatur pernicies alterius Principis Christiani iniustè bellantis, & sequacium, id est per accidens, & per se primo non intentum ab ipso Principe Christiano aduocāte. At in moralibus attenditur id, quod fit per se, non autem per accidens: quoniam sicut in rebus naturalibus, quod est per accidens, speciem non cōstituit, ita in naturalibus, quod sequitur præter intentionem, est quasi per accidens, nullumque iuris effectum operatur, ar. tex. in l. 2. in fin. ff. de condit. & demonstr. Royas par. 1. de hæret. num. 130. & supra diximus, can. 1. q. 29. num. 8. in fine.

Quocirca non alia ratione licitum est Reip.
35 ad se liberandam tradere innocentem tyranno, qui eum expostulat ad perdendum, ab obsidione alias non recessurus; nisi quia innocentem in eo euentu non tradit Resp. directè vt occidatur, sed vt ipsa ab obsidione, eiusdemque perditione liberetur. Quòd autem deinde ex huiusmodi innocētis traditione eius mors sequatur, id est per accidens: quod non attenditur; vt habetur ex Mol. tom. 4. de iust. & iur. tract. 3. d. 10. num. 4. P. Nauar. lib. 2. de restit. cap. 3. n. 120. Ludouic. Lopez 1. par. instruct. cap. 60. & Less. lib. 2. de iust. & iur. cap 9. dub. 7. num. 38. vbi nonnullas rationes affert, & respondet ad obiectiones Sot. lib. 5. q. 1. ar. 7. contrarium sentientis.

Hac eadem ratione licitum est Principi iustè bellanti mœnia subuertere, ac turrim, in quibus multos innocentes certò nouit esse interimendos: quoniam Princeps per se primò non intendit innocentium perditionem, sed tantùm victoriam, sui, suarumque rerum defensionem.

Is etiam, qui ex ignorantia inuincibili pugnat
37 in bello injusto, defendendo suum Principem iniustè bellātem, itaque ideo innocens, iustè necatur ab exercitu Principis iustè bellantis. Ob id quoque fas est, innocētem occidere, qui prosecuto assumitur ab inuasore, si inuasus mortem aliter euadere non possit.

Excusatur pariter, qui nō potest aliter se de-
38 fendere ab hoste persequente, quàm fugiendo per angustum iter, vbi baptizatum infantē cōculcat: quoniam his casibus directè, ac per se primò intenditur mortis vitatio, ac proprię vitæ cōseruatio. Quòd autem inde sequatur aliorum occisio, id prouenit per accidens, quod nō attenditur. Ita Petr. Nauar. lib. 2. cap. 3. nu. 147. Cordub. lib. 1. q. 33. & 38. dub. 2. Caiet. 22. q. 67. art. 2. & Less. loco citato dub. 9.

Idem dicendum est de prægnante, quæ letali
39 morbo laborat, nec superest aliud remedium, præter pharmacū ex sui natura illius morbi curatiuum: nam potest illud adhibere cum intentione morbum expellandi, licèt mors fœtus nōdum animati postea sequatur: quia mater non intendit mortem fœtus, sed per se primò, ac directè sanitatem intendit. Quòd deinde proueniat mors fœtus, id accidit, & non attenditur. Ita Syl. in fum. in ver. Medicina. q. 4. Nauar. in man. cap. 25. num. 62. Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 20. n. 14. & Less. lib. 2. de iust. & iur. c. 9. dub. 50. num. 62.

Dixi licèt fœtus nō dum animati &c. quoniā
40 quando fœtus est animatus, vel dubitatur, an sit animatus, nō licet prædictum pharmacum adhibere, periculosum fœtui, quāuis ex sui natura sit talis morbi sanatiuum, & adhibeatur cum intentione expellendi morbum. Etenim proles in tali casu reperitur in extrema necessitate spirituali. Salus autem spiritualis præferenda est propriæ corporali. Vt per D. Anton. 3. p. tit. 7. cap. 2. §. 2 Syl. in ver. Medicina. q. 4. & alios quos refert Sayr. lib. 7. Thes. tom. 2. lib. 7. cap. 12. fub num. 22. vbi latè, hanc rem pertractat. Quamuis

uis nō de ſi vint Doctores, qui indiſtinctè teneāt, licitum eſſe prægnanti, quādo nō ſuppetit aliud remedium adeius ſanitatem, etiam poſt animationem ſętus, ſumere medicinam, quæ de ſe directè ac principaliter cauſatiua eſt ſanitatis in matre, ſicèt inde ſequatur abortus. Vt eſt ſanguinis emiſſio, balneum, pharmacum purgatiuum humoris, emplaſtrum mitigatiuum doloris, & alia huiuſmodi: quia cùm iſta medicamēta ex ſui natura, & directè ſint cauſatiua ſanitatis; quòd inde ſequatur mors fœtus, eſt tātùm per accidens: At actiones humanæ ex eo, quod per ſe eſt intentione operātis ſpeciem ſumunt, & non ex eo, quod ſequitur per accidens. Ita Anton. de Cordub. in ſum. caſ. conſc. q. 173. & lib. 1. quæſtionarij. q. 38. dub 2. Petr. Nauar. lib. 2. reſtit. cap. 3. num. 138. & ſeq. Petr. de Arag. 22. q. 64. ar. 7. & Ludou. Lopez. lib 1. inſtruct. c. 63. Quibus locis limitant cum communi opinione, id locum non habere, quando medicina nō eſt directè, ac principaliter collatiua ſanitatis prægnanti, ſed eſt ad abortum ordinata. Vt eſt venenum, laceratio, percuſſio, &c. Nam tunc id non licèt, etiam ante fœtus animationem. Ita Couar. p. 2. §. 3. num. 1. Leſſ. loco citato, n. 61. & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 20.

Ratio cur non liceat adhiberi pharmacum prægnāti quæ morbo laborat, quod directè dirigitur ad abortum, etiām ante fœtus animationē, hęc eſt, quoniā intendere, vel procurare abortū ob ſanitatem matris, eſt contra naturā generationis: ſicut eſt illicitum procurare pollutionem ob ſanitatem. Quæ quidem ratio multò magis demonſtrat, nefas eſſe dare pharmacū poſt animationem ſętus, alioquin directè occidi videretur innocens ad ſeruandum alterum; quod non eſt licitum.

Eſt tamē verū, quòd quando nulla ſpes eſt, vt
41 viuus edatur partus: & ex alia parte probabiliter ſperatur ſanitas matris, ſi adhibeatur ſanatiuum remedium, tunc poteſt huiuſmodi remedio vti mater, cùm videatur vti iure ſuo, nec teneatur vitam exponere, vbi ſpes non extat ſalutis ſpiritualis proximi, imodo remedij ſit æquè
42 ex ſuo genere ſanatiuū: vt habetur ex Leſſ. loco citato, n. 64. Sanchez vbi ſupra, n. 18. Sayr.
43 lib. 7. Theſt. tom. 2. cap. 12. ſub n. 72. & nouiſſimè à doctiſſimo, ac omni laude digniſſimo Martino Bonacina, in ſuo tract. de reſtit. diſp. 2. q. vlt. ſec. 1. pun. 7. ſub n. 3. in ver. Addo tamen.

Et ita moderandos eſſe caſus ſupra relatos de
44 proſternente infantem iacentem inuia, aut de impellente aliquem in flumen, vel in præcipitiū vt ipſe propriam mortem effugiat, quā ſibi inferre perſequens hoſtis intendit, quando ſcilicet ſpes aliqua eſt de non euentura talis infantis occiſione, aut alterius ſummerſione, ſeu præcipitatione, aut ſi ſpes ferè nulla ſit, conetur tamen illam non inferre, quantumpoteſt: ſic enim actu indirecto in mortem innocentis, directo verò ad mortis propriæ vitationem poteſt quis iacētem in via conculcare, vel alterum in flumen, aut in præcipitium impellere. Ita Sayr. loco citato, n. 18. vbi num. 17. docet etiam, quòd vbi nullus adeſt inuaſor, & eſt moralis certitudo de
45 morte innocentis, tunc fas non erit illum occidere, in via iacentem proterere aut in præcipitium impellere ad propriam mortem effugiendam, etiam ſi non ex intentione id agat: quoniam puer iacens in via, & dormiens, aut alius, qui in præcipitium eſt impellendus, non eſt aggreſſor iniuſtus, vt ſupponitur, & eſt iuſtus poſſeſſor vię ac loci communis, in quo iacet. Ergo iniuſtè impellendo, aut proterendo eum occideret, vt ipſe mortem effugeret.

Vt enim illicitum eſt panem, aut tabulam in
46 naufragio à iuſte poſſidente, & qua extremè indigeat ad propriam ſalutem conſeruandam, auferre, vt ſe ipſum à morte liberet, ita etiam nefas eſt alterum in præcipitiū impellere, aut iacentem in via proterere, qui iuſtè locum illum poſſidet, nec poteſt pro tunc loco cedere, vt ipſe mortem effugiat.

Illud denique ſilentio dimittendum nolo,
47 quod inquit Leſſ. lib. 2. cap. 9. dub. 9. in fine, dum vult, quòd, ſi infans vt ſupra iacens non ſit baptizatus, citra culpam occidi nullo modo poteſt etiam in defenſionem ab iniuſto inuaſore, & ad propriam mortem vitandam: quoniam infans ille non ſolùm in periculo eſt mortis corporalis, ſed etiam ſalutis ſpiritualis. Salus autem
48 ſpiritualis proximi præferenda eſt ſaluti obtrę corporali, quando proximus exiſtit in extrema neceſſitate ſpirituali.

Quod quidem ſi verum eſt, non video, cur
49 idem dicendū non ſit de Principe iniuſtè bellāte, ac deuaſtante Ciuitatem, caſtrum, aut turrim infidelium, in quibus certò nouit, nonnullos infantes non batizatos eſſe interimendos. Nec iuſtè perdi poſſent, quia poſtquam adoleuerint fient Chriſtianorum hoſtes: vt idem Bonacina quoad innocentes, & infantes non baptizatos viuos captos, dicendum exiſtimat in præcitato loco, ſub n. 2. in ver. Secundò, quia. Nec etiam id licitum fieret Principi ratione publicæ vtilitatis temporalis: quoniam ipſemet Leſſ. in d. dub. 7. ſub n. 40. negat Rempublicam poſſe Virginem tradere tyranno, eam petenti ad violandam, etiam ſi aliter ab obſidione liberari non poſſet: & id ob periculū animæ ipſius Virginis.

Vndè dicēdum videtur, poſſe inuaſum in ne-
50 ceſſariam defenſionem propriæ vitę ab iniuſto inuaſore puerum iacentem inuia indirectè cōculcare etiam ſi ſciat non eſſe baptizatum: aut negandum eſt Principem iuſtè bellantem, poſſe turrim demoliri, vbi certò ſciat nonnullos infantes non baptizatos eſſe interimēdos, cùm nō poſſit aſſignari diuerſitatis ratio, cur in poſteriori caſu permittatur infantes non baptizatos indirectè, & præter intentionem occidi, & non in priori infantem illum non baptizatū iacētē.

Tertiò pro hac ſententia faciunt nōnulla ſcri-
51 pturæ loca, præſertim illud Gen. c. 21. vbi legitur Abraham fœdus percuſſiſſe cū Abimalech Rege Paleſtinorum, & Machabæos viros sāctos lib. 1. Machab. c 8. cum pluribus ſequent. pacē, & fœdus ſtatuiſſe cum Romanis, qui tunc erant infideles, cū Bacchide Gentili, cum Ptolomeo Rege Aegypti, Demetrio, Demetrij filio, & alijs infidelibus.

Et ſi dicas ex Cacher. loco citato, huiuſmodi confœderationes fuiſſe licitas, cùm non tenderent in perniciem, ſed inutilitatem fidelium; eadem ratione ipſe dicam, confœderationem, & aduocationem infidelium à Principe Chriſtiano,

no, bello iniustè impetito ab alio Principe Christiano, citra culpam fieri posse, cùm non in perniciem, sed in vtilitatem, ac necessariam defensionem tendat Christianorum directè, ac per se primò, nempe ipsius Principis cõfœderantis, ac vt supra aduocantis. Nam quòd inde postea sequatur pernicies aduersarij Principis Christiani, & sequacium iniustè bellantium, id est per accidens, quod supponimus directè non intendi ab aduocante Principe. At quod est per accidens, non attenditur in moralibus: vt supra diximus.

Tantò fortius, quoniã malum quod pati cõ-
52 tingit Principem illum iniustè bellantem, sua culpa patitur, cùm possit, & debeat ab indebita molestatione desistere. Malum autẽ, quod quis sua culpa patitur, sibi imputatur, vulgata regula malum, de reg. iur. in sexto.

Quartò dato, & non concesso, quod illicita
53 simpliciter sit confœderatio, seu aduocatio infidelium à Principe Christiano ad sui, suorumque Principatuum defensionem, licèt Princeps vt supra aduocans, & fœdus iniẽs cum infidelibus, peccet mortaliter, agendo fortè contra legem naturalem, aut positiuam; nihilominus excommunicationẽ nostri canonis non contraheret. *b*

b Nam aut dictis infidelibus non subministrat arma, & alia ad vsum bellicum necessaria: aut subministrat. Si primum, non comprehenditur sub dispositione dicti canonis, quo excommunicãtur deferentes, seu mittentes arma ad infideles. Nec potest dici secundum, quia si in huiusmodi censuram incideret, id esset, quoniam per dicta arma, & alia hoc loco prohibita, infidelibus tradita, Christiani impugnarentur: quod in hoc canone prohibetur; vt patet in illis verbis: *Quibus Christianos, & catholicos impugnant*: Sed hoc est falsum; ergo, &c. Nã nos supponimus arma & alia huiusmodi tradi infidelibus à Principe Christiano directè, ac per se primò in defensionem Christianorum: atque ideo ipsius Principis aduocantis bello iniustè impetiti. Quòd deinde ad Principis defensionem, Princeps ex aduerso, qui iniustam habet præliandi causam, & eius sequaces dictis armis impugnentur, id est per accidens, & præter intensionem Principis iustè se defendentis: quod non attenditur.

Eò magis, quia infideles per traditionem dictorum armorum, non efficiuntur potentiores ad perdẽdum Christianos. Etenim nos supponimus, arma, & alia ad vsum bellicum necessaria tradita infidelibus, eisdem nõ elargiri à Principe aduocante; sed finito bello repeti, ne ipsis vlo vnquam tempore vti valeant in perniciem Christianorum.

Quòd si Princeps id negligeret, hanc censuram proculdubio contraheret: quoniam donatio dictarum rerum tenderet directè in perniciem Christianorum, & ipsi infideles efficerentur potentiores ad impugnandum Christianos, quod vi huius canonis expresè prohibetur. Ita Nauar. in c. ita quorundam, de Iudæ. not. 4. num. 15. in fine, & num. 25.

Restat modò, vt ad argumẽta respondeamus.

AD primum argumentum, fundatum super Sacræ Scripturæ testimonijs, respondetur in primis ad illud Genes. cap. 34. quòd ex eo nihil certi colligi potest. Nam filij Iacob eo modo responderunt Sichem, & Hemor addecipiẽdum eos, vt vindictam sumerent de commisso stupro in personam Dinæ eorum sororis: vt cõstat ex illis verbis: *Responderunt filij Iacob Sichem, & patri eius in dolo sæuientes ob stuprum sororis, &c.* & funestus deinde euentus id clarius demõstrauit. Nam in eodem cap. legitur, quòd die tertio post circumcisionem Sichem, & Hemor, & omniũ aliorum masculorum qui in earum Ciuitate erant, arreptis duo filij Iacob, Simeon, & Leui fratres Dinæ gladijs, ingressi sunt Vrbem, interfectisque omnibus masculis, Hemor, & Sichem partier necauerunt tollendo Dinam de domo Sichem sororem suam.

Secundò, dato, quòd filij Iacob verum dice-
54 rent; sic respondentes; nihilominus confœderationes vt sic cũ infidelibus, nefarias apud ipsos non asserunt, sed nefarium esse dicunt apud eos, cum infidelibus confœderari ad connubia cum illis iungenda. Hoc autem non modo nefarium reputabatur, sed etiam expresè prohibitum fuisse à Deo, in plurimis scripturæ locis, clarissimè constat. Et quòd matrimonium fidelis cum infideli vetitum sit de iure diuino naturali, ac proinde, secluso quouis iure Ecclesiastico, nullatenus licere, nisi in aliquo speciali euentu ita vrgens causa occurreret, vt recta ratio, matrimonium huiusmodi ineundum dictaret, tenet Sot. in 4. d. 39. q. vnica, ar. 2. col. 4. ver. Apparet ergo. Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 136. cum alijs, quos refert, & sequitur Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 71. sub num. 5.

Ratio verò huiusmodi prohibitionis desumi-
55 tur ex illo Deuteron. c. supra incontrarium adducto. Vbi Deus interdicẽs matrimonium Hebræorum cum Gentilibus, & causam prohibitionis adducens, inquit: *Quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & vt magis seruiat diis alienis.*

Hanc eandem prohibendi rationem affert 3.
56 Reg. cap. 11. dicens, *Certissimè suertent corda vestra, vt sequamini Deos alienos.* Vndè cùm exponere se periculo infectionis, sit intrinsecè malũ; eo quòd vnusquisque naturalem obligationẽ habet vitandi periculum nocumenti, & consequenter omne id, quod est causa peccati, vt supra probauimus, can. 1. q. 34. merito Sanchez loco citato, & alij volũt huiusmodi præceptum esse morale, atque ideo ius diuinum naturale: quia ius diuinum naturale dictat, peccandi periculum totis viribus cauẽdum esse. At præsentaneum valdè periculum imminere lapsus fidelis coniugis in infidelitatem ob mutuum amorem, quo arctissimè colligantur si alter sit infidelis, constat ex multorum miræ sanctitatis perditione.

Etenim Salamon sapientissimus, ac sanctissi-
57 mus si ob coniugium cum fœminis idololatris ad earum idola colenda tractus fuit, multò magis timendum est de cæteris fidelibus, qui nec ea sanctitate, nec ea sapientia pollent.

Accedit etiam: quoniam finis matrimonij cũ
58 sit non solùm prolis generatio, sed etiam legitima eius educatio, ac proles apud vtrumq. parentem veniat educanda, vbi parentes dispares Religione sunt, magno discrimini lapsus in infidelitatem exponitur.

Est tamen verũ, quod licèt diuino iure matri-

monium fidelis cum infideli ſit prohibitũ;tamẽ
9 ſecundum ſententiam magis receptam, matrimonium huiuſmodi iure diuino, ſiue naturale ſit,ſiue poſitiuum,non eſt irritum:quoniã conjunctio fidelis cum infideli nõ aduerſatur omnino fini matrimonij: nam ex eo procreari poteſt ſoboles,ac in Catholico educari cultu. Et in lege naturæ multa leguntur fuiſſe iuncta cõnubia fidelium cum infidelibus. Vt in Gen.ca.29.
65 legitur de Iacob cum ſialibus Laban Ethnici.& c.41.cum Aegyptia,Putipharis filia. Item in lege ſcripta Heſter matrimonium contraxit cum Aſſuero,vt habetur in c.2.Heſter, Salamon cũ filia Pharaonis,vt in lib.3.Reg.c.3. Item in lege gratiæ eiuſmodi matrimonia paſſim fuiſſe contracta,teſtatur D. Hieronym.lib.1. in Iouian. D.Auguſt.in lib.de fid. & operib.c.19.

Nec denique iure diuino poſitiuo irrita dici
61 poſſunt prædicta connubia:nam in lege Euãgelica nullum adeſt præceptum iuris diuini poſitiui,exceptis fidei, ac Sacramentorũ præceptis: alia verò præcepta diuina cõſtat eſſe ſimul iuris naturalis: in quo djſtat à veteri lege,quæ multa alia præciebat:vt habetur ex D. Thom. quodlib.4.ar.13.& 1.2.q.108.ar.5.in corp. Sot.in 4.d. 40.q.vnica,ar.4. & alijs, quos refert, & ſequitur Sanch. lib.7.de matrim.diſp.5a.ſub n.2.

Hoc autem intelligendum eſt,niſi matrimo-
62 nium contractum ſit contra legem Dei,vel cõtra legem naturæ, vel cõtra ſtatutum aliquod, matrimonium annullans. Nam licèt inter infideles poſſit eſſe matrimonium, vt in c.gaudemus, de diuort.etiã ſi ſint diſpares cultu ſecũdũ
63 quod matrimonium eſt inofficium, ſeu prout ordinatum ad prolem ſecundum perfectionem naturæ, non autem ſecundum quod eſt Sacramentum, & ſecundum perfectionem gratiæ; itavt actus matrimonialis in infidelibus excuſe-
64 tur,nec ſit peccatum ſi debitum reddatur propter bonũ prolis,aut fidei;tamen eiuſmodi matrimoniũ inter infideles eſt nullum,ſi contrahatur contra legẽ naturæ inter aſcendentes ſcilicet,& deſcendentes:aut contra ipſorum infide-
65 lium ſtatutum, matrimonium irritans; quoniã licèt ſtatuta nihil poſſint contra matrimonium, vt eſt Sacramentum: tamen poteſtatem habent in illud vt eſt fœdus humanum, atque ideo vt contractus. Vt bene ex D.Thom.& alijs probat Syl.in ſum.in ver.matrimonium.8.ſub n.10.

Eſt igitur iure tantùm Eccleſiaſtico matrimo-
66 niam irritumꝰ fidelis cum infideli, nõ quòd adſit textus expreſſus in iure illud irritans:quoniã omnes canones, qui ad hoc afferuntur vel ſunt ex ſanctis,vel Concilijs Prouincialibus deſumpti:vel loquuntur de ſpeciali matrimonio inter Chriſtianum & Iudæum: nec prohibent irritãdo:vt patet ex tex.in c.caue,c.nõ oportet, c.ſiquis Iudaicæ,c.Iudæi, 28 q.1.Sed quia eſt receptiſſimus Eccleſiæ vſus ex Apoſtolorum traditione, quo introductum eſt, vt fidelis cum infideli nulliter matrimoniũ cõtrahat. Ita Sot.in 4. diſt.39.q.vnica ar.2.col.5. ver.Hæc autẽ,& alij quos refert,& ſequitur Sanch.lib.7. de matrim. diſp.71.ſub n. 8.

Vndè ſequitur, ex ſola Romani Pontificis di-
67 ſpenſatione poſſe connubia conſiſtere inter fidelem,& infidelem. Quæ quidem diſpenſatio, quamus cauſam iuſtam exigat; nihilominus ſi iuſta cauſa deſit,peccant quidem contrahentes contra ius diuinum,ſed matrimonium eſſet validum.

Sicut ſi Romanus Pontifex citra legitimam
68 cauſam diſpenſaret, vt Sacerdos vxorem duceret,valeret matrimoniũ, quodſolo iure Eccleſiaſtico erat irritum:at letalem culpã Sacerdos contraheret contra votũ,quod iure diuino matrimonium impedit. Ita Sanchez loco citato n.10.Vbi etiam n 11.in reſpon.ad quartum, ait, quòd matrimonium fidelis cum infideli,licèt
69 ſit irritum in ratione Sacramenti, quod iure diuino conſiſtere non poteſt, niſi inter duos fideles; erit tamen validum,attento ſolo iure diuino, vt quidam contractus naturalis eo pacto, quo inter ipſos infideles valet.

Catholici verò cum hæretica, aut è contra-
70 rio,& ſi iure Eccleſiaſtico matrimoniũ prohibeatur;nihilominus ſi cõtra Eccleſiæ prohibitionẽ cõtrahatur, erit validũ, nõ ſolùm quoad cõtractũ, ſed etiã quoad Sacramentum: vt latè probat idem Sanch.eodem lib.7. diſp.72. n.2.

Ad illud cap.2.iud.dicimus.quòd meritò An-
71 gelus Domini conqueritur de populo Iſrael, quòd fœdus pepigerãt cum Idololatris: nã initum fuerat contra ipſius præceptum,& aras eorum non ſubuerterant:vt conſtat ex illis verbis: *Ita dumtaxat, vt non ferretis fœdus cum habitatoribus terræ huius,& aras eorum ſubuerteretis, & noluiſtis audire vocem meam,cur hoc feciſtis?* Quapropter dicta confœderatio citra culpam fieri nõ poterat:eò magis, quia nõ fuit inita à populo Iſrael ad neceſſariam ſui, ſuarumque rerum defenſionem, ſicut ſupponimus eſſe aduocationem,de qua agitur. Vndè ex diuerſis non fit illatio. l. Papinianus exuli.ff. de minor.

Ad cap.15.lib 3.Reg & c.16.lib.2.Paralipom.
72 reſpõdetur,quòd Aſa iuſtè fuit ab Hanani Propheta reprehenſus, quòd fœdus pepigit cũ Benadab Rege Syriæ,ab eoque auxilium contra Baaſam Regem Iſrael petijt.Nam paulò ante, c. 14.eiuſdem libri,inuocauit Dominum, & in eo habens fiduciam,Domino cedente,cõtriuit Aethiopes, quorum exercitus erant decies centena millia viri, & currus trecenti.Et deinde immemor Dei adiutorij, petijt auxilium à Rege Syriæ,in eo,& non in Domino fiduciam habens: vt patet in illis Prophetæ verbis: *Quia habuiſti fiduciam in Rege Syriæ,& non in Domino Deo tuo,idcirco euaſit Regis Syriæ,exercitus de manu tua.Nonne Aethiopes,& Libies multò plures erant quadrigis,& equitibus, & multitudine nimia, quos cùm in Domino confidiſti tradidit in manu tua?Oculi enim Domini contemplãtur vniuerſam terram,præbent fortitudinem iis, qui corde perfecto credunt in eum.*

Pugnabat igitur Dominus pro Aſa,& Domino cedente, ipſius hoſtes contriti ſunt:vt in d. c.14.legitur in illis verbis:*Quia Domino cedente,cõtriti ſunt,& exercitu illius præliante.* Idẽ habetur in c.23.Ioſue.vbi Ioſue ſic locutus eſt ad Hebræos. *Vos cernitis omnia, quæ fecerit Dominus Deus veſter cũctis per circuitum Nationibus.quomodo pro vobis ipſe pugnauerit, &c.* Et cum ex Dei præcepto Iſraelitæ bellarent, Deus dicebatur eorum in bello ductor:vt in c.Dominus noſter,in fin.23.q.2.

Vndè cùm Deus pro Aſa ac populo Hæbræo
præliaretur, cui non eſt difficile ſaluare,vel in multis,vel in paucis:vt in lib.1.Reg.c.14.& in d.

cap.54.

cap. 14. lib. 2. Paralipom. non poteſt dici aduocaſſe infideles contra Baaſam ad neceſſariã ſui, ſuique populi defenſionem. Et propterea hoc factũ non poteſt adduci contra noſtram ſententiam: poſtquã in propoſita quæſtione nos ſupponimus Principem Chriſtianum aduocare infideles contra alterum Principem Chriſtianum ad ſui, ſuarumque rerum abſolutam defenſionẽ.

Eodem modo reſpondetur ad nonnulla alia ſcripturæ loca, in quibus Deus prohibuit populo ſuo, ne cum Aegyptijs, & alijs infidelibus fœdus paciſcatur, nec auxilium ab eis peteret. Nõ enim neceſſaria erat confœderatio huiuſmodi, nec auxilium aliquod exigebatur, vbi Dei adiutorium manifeſtum erat,

Hinc Iſai. cap. 30. ſic ait: *Væ filij deſertores, dicit dominus, vt faceretis conſilium, & non ex me: & oraremini talem, & non per ſpiritum meum, vt adderetis peccatum ſuper peccatum, qui ambulatis vt deſcendatis in Aegyptum, & os meum non interrogaſtis, ſperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciã in umbra Aegypti. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confuſionem, & fiducia in umbra Aegypti in ignominiam.*

Item c. 31. *Væ, qui deſcendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis ſperantes, & habentes fiduciam ſuper quadrigis: quia multæ ſunt: & ſuper equitibus, quia præualidi nimis: & non ſunt confiſi ſuper ſanctum Iſrael: & Dominum requieſierunt.*

Reliquæ ſcripturæ authoritates, quæ contra
73 noſtram ſententiam à Doctoribus cõtrariæ opinionis adducuntur, tam noui, quàm veteris Teſtamenti, vel loquuntur de confœderatione fidelium cum infidelibus, quoad cõnubia, & copulam: vel quoad idololatriam: vel vbi confœderatio huiuſmodi tendit in ſcandalum, aut periculum fidei: vel ſi nõ fiat ad abſolutam ſui, ſuarumque rerum defenſionem, aut recuperationem. His enim caſibus nos non negamus illicitas eſſe huiuſmodi confœderationes, ſeu aduocationes infidelium, vt infra, Deo duce, melius explicabimus.

Ad ſecundum argumentum ex tex. in c. ſæpe,
74 c. nullus, 28 q. 1. & c. nõ oportet, cum ſeq. 1. q. 1. reſpondetur, quòd in dictis iuribus prohibetur conſortium Iudæorum ad fidem venientium cum his, qui adhuc in veteri ritu conſiſtunt, ne forte eorum participatione ſubuertantur: nam
75 ſæpe malorum cõſortia etiam bonos corrumpunt: quantò magis neophytos, qui ad vitia proni ſunt. Ita tex. in d. c. ſæpe. At verò in caſu noſtro nos ſupponimus ceſſare ſubuerſionis periculum; & propterea licita eſt infidelium aduocatio ad ſui neceſſariam, & abſolutã defenſionẽ.

Ad tex. in clem. 1. §. porrò, de iureiur. vbi ex-
76 preſsè interdicitur Imperatori cõfœderatio cũ Paganis & Saracenis, dicimus, quòd illud ius, cùm ſit poſitiuum, non obligat ad ſui obſeruãtiam cum tanto diſcrimine, atque ideo contra ſui, ſuorumque abſolutam, ac neceſſariam defenſionem, vbi ceſſat ratio ſcandali, ac fidei detrimẽtum; quoniam lex poſitiua, ſiue humana ſit,
77 ſiue diuina, nunquam intelligitur obligare ad ſui obſeruantiam cum periculo mortis, pro eo, quod non eſt intrinſecè malum: vt ſupra probauimus lib. 1. c. 2. q. 2. n. 20. & 21.

Ad l. quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſt. patet re-
78 ſpõſio. Prohibetur enim in illo tex. ſcelerata factio, quæ formaliter dicitur conſpiratio contra Principem, ſeiuſdem Magiſtratus ac milites, atque ideo eſt crimẽ læſæ maieſtatis: & propterea ſic conſpirantes pœna vltimi ſupplicij, & bonorum confiſcationis veniunt puniendi.

Ad tertium negatur conſequentia: quoniam
79 per delationem armorum, & aliorum, quæ ad vſum bellicum ſunt neceſſaria, ad infideles, & ad Chriſtiani nominis inimicos & hoſtes, ipſi hoſtes efficiuntur potentiores ad perdendu Chriſtianos: & propterea huiuſmodi delatio prohibita eſt iure non modo humano, ſed etiam naturali. At verò per infidelium aduocationem, de qua agitur, non eſt item: quoniam nos ſupponimus eos aduocari à Principe Chriſtiano ad ſui, ſuorumque principatuum iuſtam, & abſolutam defenſionem. Quod autem inde poſtea ſequatur pernicies aduerſarij Principis impiè bellantis, id non attenditur, cùm ſit per accidens. Eò magis, quoniam perditio ſua ex ſe prouenit, cùm ab indebita perſecutione nolit deſiſtere.

Et quamuis à Principe tradantur arma, & alia
80 ad vſum bellicum neceſſaria ipſis infidelibus; nihilominus concedimus, Principem illum curare debere, vt completo bello, auferat ab eiſdẽ infidelibus arma, & alia bellica inſtrumẽta, quæ illis tradidit, ne ipſis vllo vnquam tempore vti valeant in perniciem Chriſtianorum. Et ſi Princeps id negligeret, procul dubio excommunicationem noſtri canonis cõtraheret: vt ſupra diximus ex Nauar. in c. ita quorundam, de Iudæ. not. 4. n. 15. in fine, & num. 25.

Ad quartum ex tex. in c. omnium, 23. q. 5. &
c. omni timore, 23. q. 8. dicitur, quòd non ex eo quòd Nicol. III. & Leo IV. hortantur exercitũ Francorũ, vt omni timore & terrore depoſito, præbeant contra Chriſtiani nominis inimicos pro Chriſtianorum defenſione, cenſentur prohibere Principi Chriſtiano aduocationem infidelium ad eius neceſſariam & abſolutam defenſionem, cùm aduocatio huiuſmodi non tendat per ſe primò, & directè in Chriſtianorũ perniciem, ſed per ſe primo, ac directè in eorum defenſionem, nempe Principis aduocantis, & ſequacium: vt ſæpe diximus.

Eodem modo reſpondetur ad quintum, per tex. in c. ſi quos, 23. q. 4. Nam ex eo ad ſummum nihil aliud cõligitur, niſi inhiberi aduocationẽ infidelium in perniciem Chriſtianorum; quod nos non negamus. At aduocatio infidelium, de qua tractatur, non tendit in perniciem, ſed per ſe primo ac directè in abſolutam defenſionem Chriſtianorum.

Ad ſextum dicimus, quòd iungi Chriſtianæ
81 fidei inimico tunc aliquis dicitur, quando malum aliquid cum eo cõmittit, aut committentibus iuuet, ſi autem neutrum facit, nullo modo ſociatur: Vt eſt tex. in c. ita planè, 23. q. 4. At in caſu noſtro, aduocatio infidelium, eorumque cõfœderatio non tendit ad committendum malum aliquod, nec ad eiſdem fauendum in malis committendis, ſed per ſe primò ac directè ordinata eſt in bonum Chriſtianorum, nempe in iuſtam, ac neceſſariam defenſionem Principis Chriſtiani aduocatis; quæ omni iure permittitur: ergo Princeps ille non dicitur infidelibus adhærere:
82 nam tunc dicimur alicui adhærere, quãdo eius facto conſortium voluntatis, vel approbationis adiungimus.

Hinc D. Auguſt. illa Apoſt. verba: *Recedite exite inde, & immundum ne tetigeritis*: intelligit denotare conſenſum in peccatis, & ſic contactū cordis, non corporis. Vt habetur in c. à malis, & c. recedite, ead. c. & q.

Eodem modo intelligendum eſt illud pſal. 17.
83 *Cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris*. Et Eccl. cap. 12. *Qui comitatur cum viro iniquo, obnoxius eſt in peccatis eius*. Et cap. 13. eiuſdem libri. *Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea: & qui communicabit ſuperbo induet ſuperbiam*. Agitur enim in dictis ſcripturæ locis de cōiunctione, & communicatione cordis, ac valuntatis, non autem de ciuili cōſortio. Nā, vt ait tex. in d. c. a malis. Duobus mo-
84 dis non te maculat malus: ſi ei non conſentias: & ſi tedarguas. Hoc eſt non communicare, nō conſentire. Et c. præcedēti, idem D. Aug. ſic cōcludit. *Ergo communio malorum non maculat aliquem participatione Sacramentorum, ſed conſentione factorum. Nam ſi in malis factis non eis quiſque conſentiat: portat malus cauſam ſuam, & perſonam ſuam, nec præiudicat alteri, quem in conſenſione malæ operis ſocium non habet criminis*.

Ad dictum Bald. in l. libri. C. de inoffic. teſtam. dum ait, confœderatos eiuſdem intentionis, ac voluntatis eſſe, reſpondemus, id verum eſſe n. ordine ad illud, in quo fit confœderatio, non autem in omnibus. Cùm igitur in caſu noſtro ſupponamus confœderationem, & aduocationem infidelium fieri ad iuſtam Chriſtiani Principis defenſionem; concedimus in hoc eſſe eiuſdem intentionis, ac voluntatis ipſum Principem cū aduocatis infidelibus: ſed iſta intentionum, ac voluntatum vnio. cùm tēdat in bonum, laudabilis potius eſt quam damnabilis.

Ad illud denique Glo. in c. ſi inimicus, d. 93. & Bar. in l. ſciendum. §. accuſatio, ff. de legation. dicentium: Amicum inimici, præſumi inimicū, reſpondemus, hoc procedere, niſi aliæ præſumptiones eſſent in cōtrarium. At huiuſmodi aduocatio, ſeu confœderatio cum infidelibus à Principe Chriſtiano ad ſui, ſuarumque rerum defenſionem, cùm ſit iuſta, excludit omnem præſumptionem inimicitiæ Dei, cuius ſunt inimici infideles.

Ad ſeptimum dicitur, quòd vt colligitur èx
85 Greg. de Valent. tom. 3. diſp. 16. de bello. punct. 2. col. 3. in fine, Alter. in explicat. huius canonis. c. 3. col. pen. in vet. Secunda propoſitio. Nauar. in c. ita quorundam, not. 4. num. 15. in fine, & n. 25. Et alijs relatis a Cacher. in loco ſupra citato circa finē diſp. ad hoc, vt Princeps Chriſtianus poſſit confœderationes inire cum infidelibus, eoſdemque aduocare ad ſui ſuorumq; Principatuū defenſionem, arma, & alia ad vſum bellicum neceſſaria ipſis tradere, quinque debent concurrere. Primum, quòd iuſtum gerat bellū, ſiue ſe defendendo ſiue offendendo. Secūdum, quod aduocationis, ſeu confœderationis tēpore non vigeat bellum inter Chriſtianos, & alios infideles neque actiuè, neque paſſiuè. Tertium, vt Princeps ille non poſſit aliter ſe, ſuaque defendere, & bellum gerere, niſi aduocando infideles. Quartum, quòd ſcandalum abſit, & periculum fidei. Et denique quintum, vt completo bello, ipſe Princeps omni diligētia curet auferre ab ipſis infidelibus arma, & alia bellica inſtrumenta eis tradita, ne vllo vnquam tempore cōtra Chriſtianos vti valeāt. Quòd ſi Princeps negligetet res illas prohibitas recuperare, incideret in excommunicationem huius canonis.

Ad argumentū modò reſpondentes dicimus, quòd Deus immiſit perpetua bella Regi Iudæ, eò quod aduocauit in ipſius auxilium Regem Syriæ contra Baſan Regē Iſrael, nulla neceſſitate compulſus, & ſpreto Dei auxilio, à quo paulo antè liberatus fuerat ab exercitu Aethiopum. 2. Paralip. 14. vt notauit D. Amb. in orat. de obitu Theodoſij, & Abulen. q. 17. in c. 16. eiuſdem lib. Vndè, cùm per huiuſmodi aduocationem maiorem ſpem demonſtrauerit habuiſſe in exercitus Regis Syriæ quàm in Domino, quem aliàs nouerat pro eo pugnaſſe, non eſt mirum ſi infelix fuit ex iuſto Dei iudicio illius euentus.

Quo verò ad alios Imperatores, & Reges Chri-
86 ſtianos à Deo mortificatos ob cōfœderationes factas cum Turcis, veriſimiliter dicendum eſt non fuiſſe initas iuſtè, ritè, ac rectè, omnibus ſu pradictis conditionibus concurrentibus. Nam inter Chriſtianos, & Turcas ſemper ferè bellum viguit actiuè, vel paſſiuè, & propterea cū eiuſmodi Chriſtiani nominis inimicis, & hoſtibus rarò citra ſcandalum cōfœderatio fieri poteſt.

Vndè Greg. de Valen. loco citato, inquit, Regem Galliæ Francoſcum ratione ſcandali minimè fuiſſe laudatum, quòd Turcas in ſubſidium accerſiuerit contra Carolum V. Sicut etiam ob eandem fortè rationem putat Aſa Regem Iudæ fuiſſe reprehenſum, eo quòd aduocarit in ſubſidium exercitum Syriæ contra Regem Iſrael. Quocirca meritò ex huiuſmodi confœderationibus infelices euentus conſpiciuntur.

Et eo maximè ſi inconſulto Romano Ponti-
87 fice fiant, ad quem arbitror pertinere iudiciū, an expediat, atque ideo confidetare conditiones vt ſupra recenſitas, in verè concurrant. Nā aduocare infideles, & fœdera cum eiſdem paciſci contra Principes Chriſtianos cùm aliquando fieri contingat non ſine maximo animarum diſpendio, & fidei Catholicæ detrimento, Rogianus Pōritex in iis præcipuè, quæ ad finē ſpiritualem ſpectant; atque ideo ad ſalutem animarum, & fidei Catholicæ conſeruationem habet vtrumque gladium, & poteſt cōdere leges tam ciuiles, quàm canonicas, etiam in Terris, quæ non ſunt de patrimonio Eccleſiæ: vt ſupra probauimus lib. 1. cap. 1. q. 2. ſub n. 18. & 19. Vndè meritò in clem. 1 §. porrò. de iureiur ſupra relata, Sūmus Pontifex expreſsè interdixit cōfœderationes cum Paganis, & Saracenis. Et quamuis nos ſupra diximus, conditionem illam non obligare ad ſui obſeruantiam, vbi confœderationes ipſæ fierent ad ſui, ac rerum ſuarum abſolutam defenſionem, concurrentibus alijs conditionibus ſupra numeratis; nihilominus iudicare, an ob abſolutam, & neceſſariam defenſionē fiant, & an omnes ſupradictæ conditiones concurrant, ad Romanum Pontificem pertinet, vt ſupra diximus.

Ad vltimum reſpondetur, quòd ex ſupradi-
88 ctis patet, aduocationē infidelium ad ſui ſuarūque rerum defenſionem, ſi concurrant ſupradictæ conditiones. non eſſe malam, ſed bonā. Nā quando ſubeſt iuſta belli cauſa, non ſolùm licitè ſuſcipi poteſt ab ijs qui iniuriam accepetūr, ſed etiam ab alijs, quś velint eſſe iuſti belli ſocij, Vndè

dè ſi infideles rectè, & citra omnem culpam agerent, opem ferendo Principi Chriſtiano iuſtè bellanti, ergo Princeps ipſe iuſtè ab ipſis auxiliũ petit: nam quod alij poſſint ſponte rectè facere, licitè quoque ab eis peti poteſt, iuxta ea, quæ habentur ex Caiet. 2. 2. q. 40. ar. 1.

Non tamen negamus, quin confœderationes, 89 & aduocationes infidelium, ſi periculo exponãt Religionem Chriſtianam, & fidem Catholicam ſint illicitæ, & contra ius naturale: quoniam naturalis ratio dictat, vt bonum commune Religionis, & fidei præferendum ſit bono temporali totius Reipublicæ: vt bene notat Leſſius. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap 9. dub. 7. n. 40 & periculum vi iure iure naturæ præcipi, probat Sanchez lib. 2. Decal. cap. 6. ſub n. 8. At in noſtra controuerſia, huiuſmodi periculum ſupponimus abeſſe.

Quoad reliqua ſemper cauendum eſt, ne ma- 91 iora damna per bellum inferantur, quàm ſit bonum quod ſequatur: vt habetur per Sayr. lib. 7. Theſt. 2. cap. 12. n. 14. in fine.

ADDITIO.

* Puto. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 8 pun. 4. ſub num 10. in verſ. Reſpondeo, in prin. vbi pro hac eadem opinione affert Reginald. Rodriq & alios. Abb. Alex.

b Contraheret. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 8. pun. 4. ſub num. 10. in verſ. Reſpondeo, ad fin. Abb. Alex.

Ibi (*Non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs.*) An S. P. reuocet ſupradicta priuilegia, vti valida, vel declaret non obſtare, tanquam nulla. Q. 37.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia contra ius Diuinum, ſeu naturale conceſſa ſunt nullius momenti, & ipſo iure nulla, ac inualida.*

2 *Quod non poteſt induci per conſuetudinem, nec ſanciri per legem, non poteſt concedi per priuilegium.*

3 *Leges, aut conſuetudines dici non poſſunt, quæ naturali, vel Diuinæ legi, aut conſequentibus ex ipſis aduerſantur: ſed potius corruptelæ, & iniquitates.*

4 *Romanus Pontifex diſpenſans cum aliquo in voto ſine cauſa, non ſolùm peccat diſpenſando, ſed etiam diſpenſatus non eſt tutus in conſcientia.*

5 *Meretrix propter conſuetudinem, quam habet in peccando, non poteſt ab aliquo compelli ad peccandum.*

6 *Priuilegium, quando ſit reuocabile.*

7 *Priuilegium dicitur priuata lex, ſeu priuatum ius, indultum à Principe contra ius commune.*

8 *Priuilegium quando conceditur, ſemper debet in eo fieri aliqua ſui communis mentio per verba generalia non obſtante quacunque lege, &c. & aliquando etiam ſpecialis exigitur alicuius legis expreſſio.*

9 *Priuilegia ſæpe concedũtur propter minuam potentiũ importunitatem, & Principum occupationem.*

10 *Princeps non præſumitur priuilegium concedere contra legem, niſi de eo in illo fiat mentio, aut ſoluta ſit contra ipſam priuilegium concedere, & idem dicendum eſt de priuilegio indulto contra aliquam conſuetudinem.*

11 *Romanus Pontifex poteſt concedere facultatem alicui deferẽdi arma, & alia huiuſmodi ad infideles hoſtes.*

12 *Romanus Pontifex, ſi conſideretur vt purus homo poteſt errare in his, quæ pertinent ad bonum particularium; eſt tamen ſemper præſumendum pro eius ſententia.*

13 *Apoſtolica ſedes aut inuenit ſanctum, aut facit ſanctum.*

14 *Romanus Pontifex in his, quæ pertinent ad fidem, ad mores, & ad bonum vniuerſale totius Eccleſiæ: non poteſt errare.*

15 *Romanus Pontifex non poteſt concedere priuilegium tranſmittendi arma, & alia huiuſmodi ad infideles hoſtes, vbi talis tranſmiſſio tenderet in perniciem Chriſtianorum.*

16 *Priuilegium tendens in perniciem Chriſtianæ Religionis, tamquam contra ius naturale, & diuinum eſt ipſo iure nullum.*

17 *Priuilegium conceſſum à Romano Pontifice deferendi arma, & alia prohibita ad infideles hoſtes, nulla ſubſiſtente cauſa, ſi non vergat in præiudicium Chriſtianorum eſt validum, quamuis peccet ipſe Pontifex.*

18 *Princeps diſpenſando in propriis legibus ſine cauſa, culpa ſit rei.*

19 *Diſpenſatio ſine cauſa, non diſpenſatio; ſed potius diſſipatio dicenda eſt.*

20 *Princeps, quamuis ſine cauſa diſpenſet in propriis legibus; dicitur tamen diſpenſare in re propria, & in propria voluntate, & ideo valida eſt diſpenſatio.*

21 *Prodigens Dominus bona ſua eſtò prodigendo peccet, illorum tamen dominium transfert.*

22 *Agens contra ius Superioris, non tollendo eius obligationem, non dicitur diſpenſare, ſed violare illud.*

23 *Lex diuina, & naturalis ex eo ſolùm, quod factum prohibeat; non impedit factum quoad valorem, & ſubſtantiam ſed quoad honeſtatem: cohibet voluntatem, ſed non auſert poteſtatem.*

24 *Diues licèt diuina lege aſtringatur ad ſuperflua graniter indigentibus eroganda, ſi ea prodigeret, factum quidem teneret, licet ius diuinum violaret.*

25 *Priuilegio ſine cauſa conceſſo vtens, quomodo, & quãdo peccat, explicatur.*

26 *Priuilegio deferendi arma ad infideles hoſtes, nulla cauſa ſubſiſtente obtento, ſi quis vtatur, licèt peccet, non tamen in excommunicationem incidit.*

27 *Diſpenſatio conceſſa ab Inferioribus Prælatis ſine cauſa in lege Superioris ex eiuſdem commiſſione, vltra culpam, quam contrahunt eſt nulla, ſecus autem ſi diſpenſatio fiat in propriis legibus: quia tunc, licèt peccent diſpenſatio tamen eſt valida.*

28 *Priuilegia deferendi arma, & alia prohibita ad infideles, in quibus fit mentio prohibitionis noſtræ Bullæ, non cenſentur reuocata vi huius canonis.*

29 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*

30 *Priuilegia deferendi arma, & alia prohibita ad Infideles hoſtes, quomodo vi noſtri canonis reuocentur, aut non obſtare tanquam nulla declarentur?*

31 *Priuilegia deferendi prohibita ad infideles impetrata ante clauſulam illam noſtræ Bullæ: Non obſtantibus, &c. eſtò quòd in eius impetratione nulla appareat facta mentio dictæ Bullæ & aliorum iurium, vi huius canonis vti valida reuocantur.*

32 *Priuilegia deferendi prohibita ad infideles poſt additam noſtræ Bullæ clauſulam, Non obſtantibus, &c. niſi ipſius Bullæ prohibitionis expreſſa in eis mentio fiat, vi huius canonis non reuocantur vt ſint valida; ſed declarantur non obſtare tanquam nulla.*

33 Vide

33 *Priuilegia impetrata ad deferendum prohibita ad infideles post additam nostræ Bullæ clausulam, Non obstantibus, & c. an ad eorum validitatem exigam specificam mentionem prohibitionis huius canonis, vel satis sint verba compollentia?*

34 *Priuilegia concessa a Sede Apostolica deferendi merces, & victualia extra tempus belli, & habendi cõmercia cum infidelibus, & nostri canonis non sunt reuocata.*

35 *Mercatores deferentes merces ad infideles hostes vigore priuilegiorum suorum Principum secularium, an excommunicationem contrahant, declaratur.*

36 *Princeps secularis non potest concedere licentiam, aut priuilegium aliquod aduersus Romani Pontificis constitutiones.*

37 *Delatio armorum, & aliorum, quæ in hoc canone prohibentur deferri ad infideles hostes, non semper est iure naturali, aut diuino prohibita.*

IN hac difficultate videtur prima facie dicendum, Romanum Pontificem prædicta priuilegia non reuocare tanquam valida; sed declarare quòd nõ obstent dispositioni nostri canonis tanquam nulla, & inualida.

Probatur, quoniam deferre arma, ferrum, li-
1 gnamina, & reliqua hoc loco prohibita ad infideles, cõsequique certiores facere de rebus statum Christianæ Religionis cõcernentibus in perniciem Christianorum, est cõtra ius naturale, ac diuinum, vt supra probauimus, q. 29. ergo priuilegia concessa pro deferendis supradictis rebus ad Infideles vt supra, sunt contra ius naturale, & diuinum: atque ideo Romanus Pontifex per illa verba non reuocat dicta priuilegia vti valida, sed declarat ea non obstare tanquam nulla, & inualida; quoniam priuilegia cuntra ius naturale, ac diuinum concessa, sunt nullius momẽti, & ipso iure nulla, & inualida: vt patet ex his, quæ supra diximus, canone 4. q. 18.

Et confirmatur, quoniam illud, quod intro-
2 duci non potest per consuetudinem, nec sanciri per legem, non potest concedi per priuilegium; sed consuetudo non inducitur, nec lex aliqua sancitur contra ius naturale, ac Diuinum, ergo nec priuilegium conceditur contra dicta iura. Vndè cùm delatio, & certiorem facere de supradictis in canone prohibitis, sint contra ius naturale, & Diuinum priuilegia desuper concessa, nulla sunt; & consequenter R. Pontifex declarat illa non obstare tanquam nulla, & non reuocat vti valida. Maior patet, quoniam priuilegium dicitur lex quædam priuata, c. priuilegio, d. 3. Minor probatur ex tex in c. quæ contra, 8. d. c. flagitia, 32. q. 7. c. cùm in Ecclesia, de simon. & c. non satis, de consuet.

Hinc non excusatur fornicator à fornicando,
3 periurus à peierando, fur à furando, homicida ab occidendo: eo quòd à lege, vel consuetudine hæc permittantur. Non enim leges, nec cõsuetudines nuncupari possunt, quæ naturali, aut Diuinæ legi, vel consequentibus ex illis aduersantur; sed potius corruptelæ, & iniquitates: vt in c. mala, 5. fruſtra, & c. quo iure, 8. d. late Doct. in c. fin. de consuet. & Felin. & alij in c. 1. de treg. & pac.

Sic etiam leges humanæ, communis vsus, & obseruantia, non possunt vsuram, quæ cõtra ius naturale ac Diuinum est, vt in c. super eo, de vsur. facere licitam, neque rei vsurariæ exactionem: vt est tex. & ibi Doct. in clem. ne Romani, de elect. Glo. in auth. ad hæc, de vsur. Abb. in c. cùm sit generale, de for. compet. & Bal. in rubr. de consuet. n. 24.

Vndè, licèt Principes absoluti, & liberæ Ci-
4 uitates sint supra iura positiua: & S. Pontifex sit supra omnes leges, Principes, & Potestates; tamen non sunt supra ius naturale, & Diuinum: quia iuri naturali, & Diuino omnes subijciuntur. Et ideo Papa, cùm supra ius naturale, ac Diuinum dispensandi facultatem non habeat: vt habetur ex Felin. in c. quæ in Ecclesiarum, n. 30 ver. Cæterum limitatur, cum aliquo fine causa dispensans in voto non solùm peccat dispensãdo; verùm etiam dispensatus, non est tutus in conscientia: vt bene docet Abb. in c. non est, n. 7. 8 & 9. de vot. & vot. redẽp. & Sayr. lib. 6. Thes. tom. 2. c. 12. n. 26. quoniam per votum fit promissio Deo supra quem non est Papa.

Immo iudices proculdubio litem sum face-
5 rent, atque ideo à peccato nõ essent immunes, si secundum consuetudines & leges iuri naturali, aut Diuino contrarias iudicarent. Et meretrix propter consuetudinem licitam; quam habet peccandi, non potest a Iudice, aut ab alijs compelli ad peccandum, vt cõtra erroneam illam Decij sententiam in l. inuitus, ff. de Regul. iur. in fine, rectè docet Couar. lib. 3. var. qq. c. 14. n. 2. cum alijs ab eo allegatis: & facit tex. in c. si peccatum, 22. q. 1.

Denique si Romanus Pontifex, non declara-
6 ret haud obstare tamquam nulla, & inualida huiusmodi priuilegia; sed reuocaret vti valida, tũc quoad personas, sibi in temporalibus non subiectas, reuocatio esset nullius momenti: quoniã licèt priuilegium ex sui natura sit reuocabile, quando conceditur subditis: vt latè habetur ex Panor. Felin. Dec. & alijs in c. nouit, de Iudic. tamen, quando priuilegium conceditur non subditis, reuocari non potest, etiam si concedatur à Principe, superiorem non recognoscente: vt probant supra citati Doctores. Rom. cons. 252. & 352. Alex. cons. 11. tot. vol. 4. Andr. Sicul. cons. 2. vol. 4. & idem Panor. cons. 41. lib. 1. vbi ait, id multo magis verum esse, quando priuilegium est consummatum i. quando exercita est iam iurisdictio. Quod quidem videtur absurdum.

Pro explicatione huius difficultatis est primò not. quòd nõ omnis delatio eorum, quæ vi præsentis canonis prohibentur, est iure naturali, aut Diuino prohibita; sed tantùm illa, quæ hic, & nunc considerata, tendit in perniciem, & in impugnationem Christianorum. Vndè si verisimiliter ex circumstantijs, hic, & nunc pensatis, à recto, saniori: & prudentissimo iudicio iudicari possit, prædictis rebus Infideles vt supra hostes nunquam vsuros ad impugnãdum Christianos, tunc illa delatio non esset contra ius naturale, nec Diuinum, cùm non tendat ad cooperationẽ iniustam contra Rempub. Christianam, & in Christianorum perniciem. Et idem dicendum est proportionaliter de facientibus certiores eosdem Christiani nominis inimicos de rebus statum Christianæ Religionis concernentibus: & si nullum ad id priuilegium cõcessum reperiatur, & consequenter reuocatio prædictorum

pri-

priuilegiorum videtur potius referri ad actiones prædictæ partis noſtri canonis dumtaxat, non autem ſecundæ.

Secundò eſt annot. quòd cùm priuilegium dicatur priuata quæ lam lex, ſeu priuatum ius indultum à Principe contra ius commune; vt in c. Abbate, de verb. ſignif. hinc fit, quod circa conceſſionem priuilegiorum deferendi arma, & reliqua in hoc canone, & in alijs iuribus prohibita, poſſumus conſiderare duo tempora. Primũ, in quo fuerunt conceſſa huiuſmodi priuilegia poſt prohibitionem tex. in c. ita quorundam, de Iudæ. & aliorum canonum. Secundum, in quo conceſſa fuerunt dicta priuilegia poſt prohibitionem dictarum rerum vi noſtri canonis factã. Et in vtraque conceſſione eſt attendendum, an ſit facta expreſſa mentio dictorum iurium, & noſtri canonis, dictas res deferri ad Infideles prohibentium: vel non. 7

Tertiò eſt annot. quòd priuilegium, cùm ſit contra communẽ legem, quando alicui conceditur, ſecundum ſententiam magis receptam à Panor. in c. non nulli, ſub n. 10. cum alijs Doctoribus ad ipſum additis, de reſcrip. ſemper in eo debet fieri, aliqua iuris communis mentio; per verba generalia, ſcilicet, non obſtante quacunque lege, quando lex, contra quam conceditur priuilegium, non habet clauſulam derogatoriã: vel per verba ſpecifica, vbi lex illa clauſulam habet derogatoriam; & ſpecialem de ea requirit mentionem: vt latè habetur ex Felin. in d. c. non nulli, vbi plures enumerat caſus, in quibus requiritur in conceſſione priuilegij ſpecialis mentio legis, contra quam conceditur, nec ſatis eſt generalis. Sufficiunt etiam verba æquipollentia. Vt ſi dicatur; Non obſtantibus quibuſcunque legibus, & conſtitutionibus, etiam ſi in eis contineatur, quòd de verbo ad verbum debeat de illis fieri mentio, quæ voluit haberi pro expreſſis, &c. ar. tex. in clem. dudum, de ſepul. prope finem, Panor. in c. cum inſtantia, num. 5. de cenſib. Cyn. in l. vnica, C. vt quando Imper. Ant. de Butr. conſ. 11. incipit: viſis litteris legitimationis, & conſ. 49. Idem Panor conſ. 26. Rom. conſ. 323. & conſ 497. 8

Ratio autem cur in priuilegijs debeat fieri aliqua iuris mentio, ſpecialis, aut generalis, vt ſupra, hæc eſt, ait Panor. in d. c. non nulli, & Bar. in l. fin. C. ſi contr. ius, vel vtil. publ. Nam ſæpe priuilegia emanant contra ius ex nimia Principis occupatione, vel propter nimiam petentium importunitatem: & ideo niſi in priuilegio mentio fiat de iure, ſaltem in genere, non præſumitur Princeps velle concedere priuilegium contra ius. 9

Eſt tamen verſi, quòd vbi ius eſt notiſſimum, & Papa eſt ſolitus concedere priuilegium contra illud, non eſt neceſſe, vt priuilegium mentionem faciat de iure illo; vt in terminis reſcripti tenet etiam Abb. in c. 1. per illum tex. ſub n. 12. de reſcr. cum additis ad ipſum & in ſimili voluit Bar. in l. ille, aut ille, §. cùm in verbis, ff. de leg. 3. 10

Et quod dixi de lege, contra quam conceditur priuilegium, extendimus etiam ad priuilegium conceſſum contra aliquam loci conſuetudinem: nam conceſſio huius priuilegij non valet, niſi in eo mentio fiat illius conſuetudinis ſaltem per verba generalia: vt in c. 1. de conſt. lib. 6. Abb. in c. licet vobis n. 7. de præb. & latè glo. 25. q. 2. in prin. ac Syl. in ſum. in ver. Priuilegium, ſub num. 10.

Quartò eſt annot. quòd diuerſa ratio habenda eſt de reuocatione, ſeu annullatione priuilegiorum, quæ conceſſa ſunt circa delationem rerum, de quibus agitur, ad Infideles ante emanationem noſtri canonis, & diuerſa poſt emanationem. His annotatis ſit.

Prima Concluſio.

ROmanus Pontifex poteſt concedere priuilegia alicui deferendi, ſeu tranſmittendi arma, & alia vi noſtri canonis, & aliorum iurium prohibita, ad hæreticos, & alios Infideles, Chriſtiani nominis inimicos, & hoſtes a. 11 a

Probatur, quoniam non omnis delatio prædictarum rerum eſt intrinſecè mala contra ius naturale, aut Diuinum, vt ſupra probauimus ex primo not. Vndè, eſtò, quod ſit prohibita huiuſmodi delatio de iure poſitiuo, cùm S. Pontifex ſit ſupra omne ius, & cunctis ſuperior, vt in c. cũcta per mundum, 9. q. 3. conſequenter ſequitur, quòd poſſit ſuper illa iura diſpenſare per conceſſionem priuilegiorum: nam is poteſt priuilegium concedere, & in ijs, in quibus poteſt legem condere: vt in c. per venerabilem, qui fil. ſin. leg. & latè Syl. cum alijs, quos allegat in ſum. in ver. Priuilegium, num. 2. vbi probat, quòd S. Pontifex, non modò in ſpiritualibus, & in temporalibus in terris ſuæ temporalis iuriſdictionis; ſed etiam ſemper, & in omnibus, niſi iniuſtè præiudicet Dominis temporalibus.

Confirmatur: quoniam de facto fuerunt cõceſſa huiuſmodi priuilegia à S. P. Genuenſibus, & Venetis: vt ex Arch. refert Syl. in ſum. in ver. Excommunicatio. 7. ſub n. 58. ergo habet hanc facultatem, concedendi. Nam, licèt S. P. in his, quæ pertinent ad bonum particularium hominum, vt in concedendis priuilegijs, gratijs, dignitatibus, beneficijs, in alienandis rebus Eccleſiaſticis, in iudicando, & his ſimilibus poſſit, errare, cùm vtatur medio incerto, i. atteſtationibus hominum: vt bene notat Syl. in ſum. in ver. Canonizatio, n. 2. & eò magis, quia ſi, vt purus homo cõſideretur, erroribus ſubiectus eſt, ſicut cæteri homines: eo quòd nihil humani alienum ab eo eſſe poteſt, & circundari poteſt corporalibus, ac ſpiritualibus infirmitatibus, afflictionibus, anguſtijs, & tentationibus, ſicut alij homines: tamen ſemper iudicandum eſt pro S. P. diſpoſitione, ſi in prædictis determinationibus nõ appareat notoriè erraſſe; & conſequenter tenendum eſt ſupradicta priuilegia potuiſſe concedere, & ritè, ac rectè conceſſiſſe, penſatis omnibus circumſtantijs, quibus legitimè iudicari poſſit hìc, & nunc, delationem dictarum rerum non tẽdere in perniciem Chriſtianorum: atque ideo Infideles, illis nunquam vſuros ad ipſos impugnandos. Nam S. P. propter maiorem Spiritus ſancti aſſiſtentiam, & plurium cœleſtium ſpirituum cuſtodiam ſuper omnem aliam rationalẽ creaturam, non ita de facili errat, & minus vincitur, quàm alij homines. 12

Sedes Apoſtolica, legitur, quòd aut inuenit ſanctum, aut facit ſanctum. c. 1. 40. d. Hinc opinio Inn. III. Pontificis maximi, qui Decr. epiſt. 13

com-

commentatus eſt, ſupra omnes canoniſtas maximę dicitur auctoritatis: quoniam, & ſi vt Doctor particularis potuit errare ſ ſemper tamen pro ſua opinione præſumendum eſt cùm talis ſententia ſit S. P. qui non eſt erroribus de facili ſubiectus, ſicut alij homines: vt bene docet Panor. in c. ſignificaſti, de elect. Felin. in c. 1. de conſtit. & alij, quos refert, & ſequitur Viual. in explicatione 2. can. noſtræ Bullæ.

Immo S. Pontifex in his, quæ ad fidem, ad mo-
14 res, & ad bonum vniuerſale totius Eccleſiæ pertinent nullo pacto errare poteſt, & contrarium aſſere, eſt manifeſta hæreſis: vt eſt communis, tum Theologorum, tum etiam canoniſtarũ opinio, quam refert, & ſequitur Ant. Gabr. lib. 2. com. opin. tit. de clauſ. §. 2. num. 1. Nauar. in c. placuit, de pœn. d. 1. num. 118. & in *Man.* c. 12. n. 89. Et hoc ex ſuppoſitione Diuinæ prouidẽtiæ gubernantis Eccleſiam Spiritu ſancto, ne fallatur, iuxta illud Io. 4. Spiritus ſanctus aduenies docebit omnem veritatem, ideſt de neceſſarijs ad ſalutem.

Ex quibus patet, quòd licèt Romanus Ponti-
15 fex *b* ſine cauſa nõ poſſit priuilegium cõcedere
b deferendi res vt ſupra prohibitas ad hoſtes, ac inimicos Chriſtiani nominis: cùm tendat in perniciem Chriſtianorum; tamen ſi tale priuilegiũ concedat, vtentes eo quamuis peccent contra ius naturale, aut Diuinum; nihilominus excuſantur ab excommunicatione: quoniam Rom. Põtifex eſt ſupra omne ius poſitiuum, quo iure ſunt cenſuræ omnes quoad applicationem; & inſtitutionem, vt aliàs diximus. Et ſi cum legitima cauſa huiuſmodi priuilegia concedat, tunc citra culpam ſuum ſortiuntur effectum. Quare, ſi ob redemptionem captiuorum, & præcipuè alicuius Principis, Reip. maximè vtilis: aut propter ingruentem famem, ad habendum frumentum ab eiſdem hoſtibus, aut ob aliam publicam vtilitatem id permitteret, non peccaret: & priuilegium his caſibus obtinens, eo vtens, tutus erit in conſcientia: Dummodo in detrimentũ Reip. Chriſtianæ non redundaret: nam tunc licitum non eſſet Turcis Chriſtianos impugnantibus priuilegium concedere, vt quis arma, & alia huiuſmodi ad ipſos deferret: vt habetur ex Vgol. in explic. huius canonis, in prin. ſub num. 17. in ver. An igitur Romanus Pontifex.

Immo huiuſmodi priuilegium tendẽs in per-
16 niciem Chriſtianæ Reip. cùm ſit contra ius naturale, ac diuinum, vt ſupra probauimus, & infra dicemus in ſolutione primi argumenti, eſt ipſo iure nullum.

Quod ſi non rendat in detrimẽtum Chriſtia-
17 norum, & nulla ſubſiſtente cauſa fuerit à Romano Pontifice conceſſum, tunc peccabit Põtifex; ſed priuilegium erit validum.

Quòd peccet, patet: quoniam legislator, &ſi
18 ſupremus Princeps exiſtat, diſpenſando cum aliquibus abſque legitima cauſa in proprijs legibus, culpæ fit reus. Nam offendit æqualitatem, quam iuſtitia erga omnes ſeruari petit, c. iuſtum eſt, d. 9. Et violat ius naturæ, dictans partem ſuo toti congruere debere, excipiens temerè, & im-
19 prudenter aliquos per diſpenſationem. Vnde huiuſmodi diſpenſatio, non diſpenſatio, ſed diſſipatio potius dicenda erit, iuxta illud D. Bernardi lib. 3. de conſider. ad Eugenium circa finem. Ita Sanchez, cum innumeris ferè Doctoribus quos allegat lib. 8. de Matrim. diſp. 18. num. 3. vbi etiam n. 6. docet, qualem culpam contrahit ita diſpenſans, venialem ſcilicet, an mortalem, & probabilius putat non contrahere pluſquam venialem.

Quòd autem huiuſmodi priuilegiũ ſine cau-
20 ſa indultum, non ſit irritum, probatur, quoniam Supremus Princeps, quamuis ſine cauſa diſpenſet in lege propria; nihilominus diſpenſare dicitur in rẽ propria, & in propria voluntate, eam mutans, à qua ſola lex vim habet: ergo huiuſmodi diſpenſatio tanquam in bonis proprijs facta,
21 at valida erit abſque cauſa, ſiue diſpenſans peccet ſiue non, ſicut dominus prodigens bona ſua, verum dominium illorum transfert, eſtò prodigẽdo peccet.

Nec obſtat, ſi dicatur, quod iure diuino natu-
22 rali interdictum ſit Principi diſpenſare ſine cauſa in iure humano, vt ſupra diximus; quoniam aliàs ſic diſpenſans, non peccaret, quòd eſt falſum: ergo irrita eſt huiuſmodi diſpenſatio: quam reſpondetur, quòd quoties agitur contra ius aliquod ſuperioris, non diſſoluendo eius obligationem, nõ diſpenſatur in illo. ſed violatur: quapropter, quamuis priuilegium conceſſum ſine cauſa, culpam contineat; valet tamen eius conceſſio. Secus autem dicendum eſt, vbi ita agitur contra ius ſuperioris, vt eius obligatio tollatur: quia tunc eſt diſpenſatio in illo, & proinde ſine cauſa facta non tenet.

Ratio huius dicti hæc eſt: quoniam lex diuina
23 & naturalis ex eo ſolùm quòd factũ prohibeat, non impedit factum quoad valorem, & ſubſtantiam, ſed quoad honeſtatem: cohibet enim voluntatem, ſed non auſert poteſtatem. At ſecus eſt, quando in illa diſpenſatur, quia tunc obligatio legis tollitur: & lex ex ſui natura ſecum affert, vt à nullo inferiori diſſolui poſſit. niſi iuxta ſuperioris præſcriptum. Ita Sãchez lib. 8. de Matrim. diſput. 17. q. 2. in ſolutione primi argumenti: vbi
24 ad clariorem ſupradictorũ intelligentiam, exẽplum affert in diuite, qui licèt diuina lege aſtringatur ad ſuperflua grauiter indigentibus erogãda; ſi tamen ea prodigeret, factum quidem teneret, licèt ius diuinum violaret.

Applicãdo igitur hæc omnia ad priuilegium, de quo agitur, concludimus, quod ſi Romanus Pontifex ſine cauſa priuilegium alicui concederet deferendi arma ad infideles, peccaret quidem, eſtò quod non tenderet in pernicie Chriſtianorum, eo quòd diuinam legem naturalem violaret, ſed priuilegium eſſet validum.

Beneuerum eſt, quod vtens huiuſmodi priui-
25 legio ſine cauſa cõceſſo, licèt multi velint, quòd non peccet, ceſſante ſcandalo, & alterius notabili damno: vt habetur ex Anch. in c. non eſt, in fine de vot. & in c. cùm admonaſterium, num. 25. de ſtat. Monac. Azor. lib. 5. Inſt. moral. c. 15. q. 3. & alijs: nam cùm diſpenſatio huiuſmodi ſit valida, nulla legis obligatio ſupereſt, cuius tranſgreſſio vtentem ad culpam obliget; nihilominus Sanchez ind. diſp. 18. n. 11. cum alijs quamplurimis Doctoribus, quos allegat, cõtrarium putat probabilius. Nam licèt ablata ſit illius legis humanæ obligatio vi diſpenſationis; tamen ſupereſt obligatio legis naturalis dictantis, neminem debere abſque cauſa iuſta à ſuo toto diſcrepare. Quo-

cir-

circa concedimus, hunc non peccare contra legem humanam: verùm peccat contra legem naturę; cùm manente lege in ordine ad alios, rationi ſit diſſonum, vt quiſpiam, nulla iuſta ratione excuſante, non viuat æquali iure cum alijs.

Vndè, quamuis deferre arma, & alia hoc loco
26 prohibita ad Chriſtiani nominis inimicos, & hoſtes, ſit actus ex ſuo genere indifferens, tamè cùm lege Eccleſiaſtica prohibeatur ſub pœna excommunicationis, & de iure ciuili ſub nonnullis pœnis temporalibus, vt ſupra, q. 1. & 2. oſtendimus, ſi quis obtineat priuilegium illa deferendi citra omnem rationabilem cauſam, licèt excuſetur ab excommunicatione, & alijs pœnis, & de tali delatione moleſtari nequeat; culpam tamen committit. Ita quoque Alter. in explicat. huius canon. cap. 16. in fine.

Vbi etiam probat, quod ſi inferiores Prælati
27 diſpenſationem concedant ſine cauſa, non modò peccant; ſed diſpenſatio, nulla eſt. Quod intelligendum eſt, vbi diſpenſant in lege ſuperioris ex eiuſdem commiſſione. Vt ſi Epiſcopus diſpenſet in lege ieiunij, aut delationis armorum ad hoſtes ex Romani Pontificis commiſſione; nam ſi ſine cauſa diſpenſet, peccat & irrita eſt diſpenſatio: quia quoties inferiori committitur poteſtas diſpenſandi in lege Superioris, ſemper intelligitur, cauſa iuſta exiſtente: vt bene declarat Sanchez in d. diſp. 17. q. 1. ſub num. 4. Secus autem dicendum eſt, quando Prælati inferioses diſpenſant in legibus à ſe latis, quoniam tunc, licèt peccent, tamen valida eſt diſpenſatio: eo quòd non diſpenſant in voluntate aliena, ſed in propria; vt habetur ex eodem Sanchez loco citato, q. vlt. ſub n. 27. cum alijs, quos allegat.

Secunda Concluſio.

28 VI noſtri canonis non reuocantur priuilegia illa, in quibus ſit expreſſa mentio prohibitionis eiuſdem circa delationem armorum, & aliarum rerum vtſupra ad hæreticos, & infideles ſiue priuilegia conceſſa ſint ante, ſiue poſt publicationem præſentis.

Hæc concluſio patet: nam S. P. hoc loco, in fi-
29 ne voluit, non obſtare priuilegia, quibuſuis perſonis conceſſa, de huiuſmodi prohibitione expreſſam mentionem non facientia: ergo illa priuilegia, in quibus de prædicta prohibitione fit expreſſa mentio, vi eiuſdem canonis non reuocantur, nec nulla declarantur: ſed firma, ac valida, & in ſuo priſtino robore permanent: nam exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis: vt eſt tex. in c. Dominus. 32. q. 7. & c. 2. de cõiug. lepr. Abb. in c. cum dilecta, ſub n. 7. de confir. vtil vel inutil. & alij. Sicut argumentum à contrario ſenſu, in iure eſt validiſſimum. l. 2. ff. de hæred. inſtit. l. Pomponius, §. ſed ſi is qui, ff. de procur. c. à nobis, & ibi Doct. de ſent. excom. & glo. in c. 1. de ætat. & qual.

Vltima pars cõcluſionis clara eſt, & ideo probatione non indiget.

Tertia concluſio.

30 PRiuilegia huiuſmodi, impetrata poſt prohibitionem, c. ita quorundam, de Iudæ. & aliorũ iurium, & antequam vi Bullæ cœnæ fuiſſent ſupradictæ res prohibitæ deferri ad hæreticos, & alios infideles, ſi in ipſis priuilegijs nulla apparet facta mentio ſaltem generalis dictorum iurium, cùm nulliter fuerint impetrata, vi nonsi canonis non tãquam valida reuocantur; ſed tanquã nulla declarantur non obſtare.

Hæc cõcluſio patet ex tertio not. quoniã ſecundum opinionem magis receptam in impetratione priuilegij debet fieri mentio legis, cõtra quam impetratur, ſaltem generaliter, ſi clauſulam non habeat derogatoriam, & requirentem ſpecificam mentionem; aliàs eius impetratio eſt nullius momenti: vt in d. not. ſupra probauimus.

Quarta Concluſio.

31 PRiuilegia vtſupra impetrata poſt prohibitionem delationis dictarum rerum ad Infideles, vi Bullæ cœnæ factam; ante tamè additionẽ illorum verborum. *Non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, &c.* Eſtò, quòd in eorum impetratione nulla appareat facta mentio iurium, & Bullæ ſupradictæ vi noſtri canonis non declarantur non obſtare tanquam nulla; ſed vti valida reuocantur.

Hæc concluſio patet etiam ex ſupradictis in tertio not. quoniam Bullã cœnæ, cuius vi prohibita fuit delatio dictarũ rerum ad infideles, tẽpore impetrationis dictorum priuilegiorũ, certum eſt, fuiſſe notiſſimam Romano Pontifici, cũ ſingulis annis in die cœnę Domini eiuſdem fiat publicatio; ergo ſi S. Pontifex erat ſolitus cõcedere priuilegium contra prohibitionem prædictam, in impetratione huiuſmodi priuilegiorũ ad eorum validitatem non erat neceſſaria ſupradictæ Bullæ mentio. Nam vtſupra diximus, vbi ius aliquod eſt notiſſimum, & Papa eſt ſolitus concedere priuilegium contra illud, non eſt neceſſe ad validitatem priuilegij, vt in eo fiat mentio de iure illo: ergo cõceſſio dictorũ priuilegiorum erat valida: atque ideo vi noſtri canonis per illa verba: *Non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, &c.* priuilegia ipſa non declarantur nõ obſtare, tanquam inualida: ſed reuocantur, eò quòd prius erant firma, & valida.

Quinta concluſio.

32 PRiuilegia ſupradicta impetrata poſt additã noſtræ Bullæ verba illa. *Non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, &c.* niſi prohibitionis factæ delationis dictarum rerum ad infideles expreſſa mentio fiat, tunc vi noſtri canonis, non reuocãtur tanquam valida; ſed declarantur nõ obſtare tanquam nulla, & inualida.

Hæc concluſio patet ſimiliter ex his, quæ diximus ſupra in tertio not. Nam cùm iſte canõ, contra quem fuerunt impetrata priuilegia, habeat clauſulam derogatoriam, requirentem expreſſam mentionem dictæ prohibitionis in huiuſmodi priuilegiorũ impetratione, ſi talis mẽtio in eis non fiat, impetratio proculdubio nulla erit: quoniam vt probauimus in d. not. quando lex habet clauſulam derogatoriam, & de ea ex-

expreſſam exigit mentionẽ, ſi in priuilegio cõtra ipſam impetrato, non fiat eiuſdem expreſſa mentio, impetratio eſt nullius momenti.

Verumtamẽ eſt, quòd ſufficit, ſi mentio dictæ
33 prohibitionis fiat ſpecialiter, vel per verba æquipollentia: vt ſi dicatur. Non obſtantibus quibuſcunque legibus, cõſtitutionibus. priuilegijs, &c. etiam ſi in eis contineatur, quòd de verbo ad verbum debeat de illis fieri mentio, quæ voluit haberi pro expreſſis: vt in d. loco ſupra annotauimus. Licèt contrarium teneat Alter. in explic. huius canonis, cap. 11. col. 2. in ver. Nec ſatis erat, eo quòd Romanus Pontifex expreſsè poſtulat ad valorem talis priuilegij, vt in eo ſpecialis mentio huius canonis fiat, iuxta ea, quæ docet Cardinal. conſ. 136. col. 5. Vndè col. 1. eiuſdem cap. in ver. Virtute, inquit, quòd vi huius clauſulæ omnia priuilegia quibuſcunque conceſſa, quę huic canoni contraria ſunt, abrogantur, in quibus de abrogatione ſpecialis & expreſſa mentio non fieret. Quæ quidem ſpecialis derogatio, licèt hoc loco appoſita non fuerit, adhuc tamẽ nullum priuilegium aduerſus ea, quæ in hoc canone interdicuntur validum eſſet: quoniam priuilegia, vim non habent contra noſtram Bullam ob clauſulam generalem, & ampliſſimam, quam habet infra, in §. Non obſtãtibus: qua reuocantur omnia priuilegia quibuſcumque perſonis conceſſa.

Beneuerum eſt. quod paulo infra, in ver. Ani-
34 maduertit: ipſe Alter. notat ex Tol. lib. 1. inſtr. Sacerd. cap. 23. in fine, per dictam clauſulam nõ reuocari priuilegia, ſi quæ conceſſa ſunt à Sede Apoſtolica deferendi merces, & victualia extra tempus belli, & exercendi commercia. Nam hic illa tantùm priuilegia tolluntur, quæ repugnãt, & aliqua ex parte aduerſantur prohibitioni huius canonis; in quo interdicitur ſolùm delatio, & traditio armorum, & inſtrumentorum bellicorum, nempe rerum, quæ immediatè, vel mediatè vtiles ſunt, & referuntur ad bellum, quæ à DD. appellantur res per ſe prohibitę. Quocirca præfati Doctores volunt derogari priuilegia dumtaxat deferendi arma, & alia ad vſum bellicum neceſſaria, non autem priuilegia defedi alia rerum genera.

Dixi, non reuocari priuilegia, ſi quæ conceſſa
35 ſint à Sede Apoſtolica: quoniam Mercatores, & alij negociatores, qui de licentia ſuorum Principum, aut quocumque priuilegio à temporali Principe eiſdem conceſſo deferunt victualia, & alias merces extra tempus belli ad Saracenos, & alios Chriſtiani nominis inimicos & hoſtes, licèt non incidant in excommunicationem noſtri canonis, ſi ea non deferant deprauata voluntate in perniciem Chriſtianorum; cõtrahunt tamẽ excõmunicationẽ contentam in c. quod olim de Iudæ. & in extrau. multa mentis. eod. tit. vbi excommunicantur, qui victualia miniſtrant Saracenis, aut mercimonia, commercium cum illis habentes, vt ſupra, q. 1. & 2. latè tractauimus. Nam Princeps ſæcularis non poteſt licentiam,
36 aut priuilegium aliquod concedere aduerſus Romani Pontificis cõſtitutiones, cùm ſit illi inferior: quoniam inferior non habet facultatem diſpenſandi ſuper lege Superioris, c. inferior, 21. diſt. c. cùm inferior, de maior. & obed. & c. quæ in Eccleſiarum, de conſt.

Quocirca Nauar. in c. ita quorundam, not. 1. n. 14. de Iudæ. quem refert & ſequitur Alter. loco citato, col. 3. in prin. inquir, quòd huiuſmodi victualia deferentes, ac commercium habentes cum dictis infidelibus vigore dictarum facultatum, ſeu priuilegiorum Principum ſæcularium, peccant mortaliter & incidunt in excommunicationem dictorum iurium & non poſſunt abſolui à Confeſſario, niſi ſint parere parati, & cõmercia cum Saracenis diſſoluere. Quamuis ab eorum Principe poſſint immunes fieri à pœnis in iure ciuili contentis contra huius criminis Reos.

Reſtat modò, vt ad argumenta reſpondeamus.

37 AD primum reſpendetur quòd, vt ſupra diximus in primo not. non omnis delatio eorũ quæ per noſtrum canonẽ, & alia iura prohibentur, eſt iure naturali, aut Diuino prohibita; ſed illa tantùm, quæ hic, & nunc conſiderata tendit in pernicię, & impugnationem Chriſtianorum. Et ideo priuilegia, ſi ſuper huiuſmodi delatione concedantur, ſunt nulla, & inualida. Quòd ſi verisimiliter ex circumſtantijs, hic, & nunc penſatis, iudicari poteſt delationem prædictam non eſſe in pernicię chriſtianorum, cùm non ſit contra ius naturale, & Diuinum, poteſt quidem rectè per priuilegium concedi, ſicut per multos S. Pontifices ſunt conceſſa. Vndè vi noſtri canonis ex hoc capite, priuilegia huiuſmodi non declarantur non obſtare tanquam inualida, ſed reuocantur tanquam valida.

Ad ſecundum negamus ſequelam: quoniã, vt probauimus ſupra in 4. can. q. 19. Sũmus P. cùm ſit omnibus ſuperior, poteſt omnia priuilegia ab ipſo maximè conceſſa, reuocare, etiam ſi per viam contractus, ſtatuti, vel remunerationis fuerint indulta: vt bene docet Nauar. in Man. c. 27. num. 72. in fin. & Sayr. lib. 3. Theſ. c. 25. ſub num. 10. cum alijs in d. loco allegatis. Omnes enim Principes ſunt Romano Pontifici ſubditi, & ſubordinati.

Vndè ſicut Luna in tantum lucet, in quantum lumen ſium recipit à ſole; ita Principes regnãt, & gubernant dependẽter à S. P. vt in c. ſolitæ, de maior. & obed. Quapropter S. P. meritò dicitur ſuper omnẽ Eccleſiaſticã, & ſæcularem poſtatem, & maiorem habet adminiſtrationem Apoſtolo Paulo, vt habetur ex Viual. in explicatione 2. can. præſentis Bullæ.

ADDITIO.

a Hoſtes. Adde hìc Alter. in explic. huius canonis, c. 11. & Gambar. ibidem, c. 9. D. Cæſar.

b Pontifex. Adde, quòd eamdem ſententiam ſequitur Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 8. pun. 4. ſub num. 15.

Abb. Alex.

Qui-

Quibus caſibus contrahitur excommunicatio præſentis canonis, & quibus effugitur. Q. 38. & Vlt.

SVMMARIVM.

1 *Delatio armorum, & aliorum, quæ in hoc canone prohibentur ad infideles hoſtes, non ſolùm vi dicti canonis eſt prohibita, ſed etiam de iur. canonico, ciuili, ac Diuino, & omnia in eo prohibentur, quæ per dicta iura damnantur, & alia quamplurima.*

2 *Tranſfugæ, qui cum armis ad infideles hoſtes confugiunt, in excommunicationem incidunt: ſicut alij omnes quicunque ſint.*

3 *Deferentes arma ad infideles hoſtes, excommunicationem contrahunt, ſiue ſuo, ſiue alieno nomine deferant: ſiue per ſe, ſiue per alios.*

4 *Deferentes arma ad Chriſtianos, in hoſtium terris commorantes, excommunicationem contrahunt.*

5 *Deferentes arma ad infideles hoſtes, ſtatim excommunicationem incurrunt, nec ſi poſtea illa recuperent excuſantur, aut cum ipſis hoſtibus pacíſcantur de illis non vtendo contra Chriſtianos.*

6 *Excommunicatio abſolutione tantùm tóllitur.*

7 *Deferentes arma ad infideles hoſtes, excommunicationem incurrunt, quocunque titulo, á quocunque loco, & ad quemcumque locum deferant; ac quacumque intentione, cauſa, et quocunque tempore tranſmittant & quocunque priuilegio.*

8 *Deferentes arma, & alia prohibita ad infideles hoſtes, in excommunicationem incidunt quicunque ſint, etiam ſi hæretici eſſent, & nominatim non excommunicati.*

9 *Deferentes generaliter vi huius canonis prohibita, extra tempus belli, excommunicationem non contrahunt.*

10 *Deferentes arma, & alia huiuſmodi ad purè ſchiſmaticos, excommunicationem non incurrunt.*

11 *Deferentes arma ad infideles hoſtes, & ea illis non tradentes, ſed penitentia ducti reportantes, in excommunicationem non incidunt: ſicut ſi eadem, & his ſimilia deferant pro redemptionè captiuorum extra tempus actualis belli.*

12 *Deferentes arma ad infideles, qui hoſtes Chriſtiani nomine non ſunt, cenſura non alligantur.*

13 *Deferentes arma, & alia hic prohibita ad infideles hoſtes metu mortis, aut famis compulſi, excommunicationē non incurrunt.*

14 *Deferentes arma, & alia huiuſmodi ad infideles hoſtes ad ſui defenſionem, excommunicationem non contrahunt.*

15 *Deferentes arma, & his ſimilia ad infideles hoſtes in fauorem Chriſtianorum, in excommunicationem non incidunt. Idem dicendum eſt ſi in parua quantitate, aut probabilis ignorantia laborantes ea deferant.*

16 *Certiores facientes infideles, & hoſtes de rebus ſtatum Reip. Chriſtianæ concernentibus excommunicationem contrahunt, etiam ſi hæretici ſint, qui nuncient: & ſiue per ſe, ſiue per alios id agant, nec intereſt an numerus fidelis ſit, vel infidelis quoad ipſum mittentem.*

17 *Certiores facientes infideles hoſtes de rebus ſtatum Reip. Chriſtianæ concernentibus excommunicationem incurrunt, etiam ſi nullum damnum ſequatur Chriſtianis, aut nunciata ex alia parte nouerint.*

18 *Certiores facientes infideles, vt ſupra, in cenſuram incidunt in quocunque loco id agant, etiam ſi infideles in terris Chriſtianorum habitent, & cum eis pacificè viuant: & eſto quòd hæretici ſint; qui certiores fiant, & nominatim non ſint excommunicati, ac denunciati.*

19 *Certiores facientes infideles hoſtes vt ſupra vi tormentum, aut ſi nuncij non peruenerunt ad hoſtes, vel nũciatio non tendat in perniciem chriſtianorum excommunicatione non ligantur.*

20 *Auxilium, conſilium, aut fauorem præſtantes hoſtibus in damnum catholicæ fidei, incidunt in excommunicationem, ſiue illa per ſe præſentur, ſiue per alios, etiam ſi nullum damnum ſequatur chriſtianis: aut hoſtes damnum chriſtianis erant aliàs allaturi.*

21 *Auxilium, conſilium, aut fauorem dantes infidelibus hoſtibus per accidens, aut ſi ea non tendant in perniciem chriſtianorum, vel quia conſilium non influit in effectum, excommunicationem non contrahunt.*

Prima Concluſio.

DEferentes arma, & omnia, quibus Catholici impugnantur, ad Chriſtiani, & Catholici nominis inimicos, & hoſtes, incidunt in excommunicationem in hoc canone contentam. Hæc concluſio patet ex tenore primæ partis eiuſdem canonis.

Ampliatur primò hæc concluſio, vt delatio
1 prædictarum rerum prohibita ſit, non modo vi præſentis canonis; ſed etiam de iure Ciuili, Canonico, ac diuino ſaltem naturali, vtſupra probauimus, q. 1.

Secundò ampliatur; vt in hoc canone omnia prohibeantur deferri ad ſupradictos hoſtes, quę per iura canonica, & ciuilia prohibentur, & alia quamplurima: vt ſupra annotauimus, q. 2. con. 1. & 2.

Tertiò ampliatur, vt excõmunicatio iſta ge-
2 neralis ſit omnes, & quaſcunque perſonas comprehendens cuiuſcumque conditionis ſint, ſtatus, ac dignitatis: atque ideo alligat tam maſculos, quàm feminas, tam liberos, quàm ſeruos, tam Clericos quàm Laicos, & tam perſonas priuatas, quàm in dignitate conſtitutas: ſiue Cardinales ſint, ſiue Imperator, aut Rex, & multò magis inferiores Prælati, ac Principes: ſiue Romano Põtifici ſubditi ſint in temporalibus, ſiue non ſubditi. Nam vi noſtri canonis excommunicãtur omnes vt ſupra deferentes, ergo nemo excluditur, art. tex. in l. Iulianus, ff. de leg. 3. Et hac eadem ratione, immo á fortiori eiuſdem excommunicationis vinculo alligantur trãſfu-
4 gæ a, qui cum armis, & rebus huiuſmodi prohibitis ad dictos hoſtes aufugiunt: vt habetur ex Nauar. in c. ita quorundam, not. 8. n. 33. de Iudæ. & Vgol. hoc loco in prædicta parte præſentis canonis n. 1. & 2.

Quartò ampliatur: vt ſub hac excommunica-
3 tione comprehendantur, nõ modò qui proprio nomine; verùm etiam, qui alieno nomine hæc deferri prohibita, deferunt: quoniam vi noſtri canonis ſimpliciter excommunicantur deferentes, & non diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus: ar. tex. in l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præt. & l. de pretio, ff. de publ. in rem act. Confirmatur quia verbum, deferre, ſignificat factũ,

& non ius; ergo nihil interest, an quis suo, vel alieno nomine prædicta deferat. Et tantò fortius, quoniam, tum verba canonis, tum etiam eiusdem ratio æqualiter conueniunt, proprio, & alieno nomine talia deferentibus, siue gratis deferant, siue mercede aliqua: vt sunt Muliones, & Nautæ: vt bene declarat Vgol. loco citato, in ver. Quartò in excommunicationem, n. 4.

C Quintò ampliatur, prædictã excommunicationem extendi non solùm contra prædicta vt supra prohibita, per se deferentes ad hostes; sed etiam in eos, qui per alios hæc deferenda curant, atque adeò non tantùm agentes, verùm etiam mandantes, vt latè supra probauimus, q. 15.

Sextò ampliatur, vt in dictam excommunicationem incidant sic deferentes, etiam si res illas 4 prohibitas deferant ad Christianos, qui in ipsorum hostium terris negotiantur, aut morantur: vel ad eos Catholicos, quos certò nouerint, easdem ad hostes delaturos, aut transmissuros, quamuis ipsi catholici extra hostium terras cõmorẽtur, vt supra diximus, q. 6. vbi plura de hac re annotauimus.

Septimò ampliatur huiusmodi prohibita ad 5 hostes deferentes, in excommunicationẽ hanc incidere statim ac deferunt; estò, quòd ab hostibus ipsis, vi, dono, pretio, aut quocunque alio modo deinde recuperent: quoniã eo ipso, quòd res illæ traditæ sunt hostibus, excommunicatio cõtrahitur, cùm vi canonis hæc agẽtes, ipso iure excommunicentur, atque ideo nulla alia via, 6 nisi per absolutionem tollitur, sicut omnes aliæ excommunicationes, vt in c. cùm desideres, de sent. excom. Nauar. in c. Ita quorundam, not. 8. n. 29. de Iudæ. & alij, quos refert, & sequitur Vgol. loco citato, num. 13. vbi etiam n. 12. & 14. hac eadem ratione, dictam excommunicationem locũ sibi vendicare probat in sic deferentes, etiamsi hostes deinceps contra Christianos illis non vtantur: aut deferentes paciscantur cum hostibus de illis non vtendo contra eosdem.

Octauò ampliatur vt deferentes huiusmodi 7 res prohibitas ad hostes, dictam excommunicationem contrahant, quocunque titulo deferãt, siue titulus sit venditionis, siue locationis, siue donationis, siue permutationis, vel alius eiusmodi, vt supra diximus, q. 15. & latè habetur ex Vgol. in supradicto loco, n. 5. Illa enim verba deferunt, & transmittunt, nudum factum significant, nec distinguunt vnũ contractum ab alio, & ideo nec nos distinguere debemus, ar. tex. in l. de pretio, ff. de publ. in rem act.

Nonò ampliatur, vt excõmunicatio ista cõprehendat res illas prohibitas ad hostes deferentes à quocunque loco, & ad quemcũque locum deferãt: atque ideo si quis huiusmodi prohibita deferat ad Christiani nominis, & catholicæ Religionis inimicos; in Catholicorum terris commorãtes, in prædictam excommunicationem incidit: si probabiliter suspicari potest, illos oblata occasione dictis rebus vsuros cõtra catholicos, vt supra diximus, q. 7. Idẽ dicendum est de deferente vt supra prohibita ex vna terra infidelium, seu hæreticorum ad aliam, Catholicos impugnantium: vt supra, q. 8. fuit à nobis probatum. Quod etiam verum est, si res illas emat ab infidelibus, & eisdem, melioratas vendat, aut permutet: vt in q. 9. Similiter fuit explicatum, Et latè habetur ex Vgolino vbi supra, num. 16.

Decimò ampliatur, vt deferentes specialiter hic prohibita ad dictos hostes, excommunicationem contrahant, quacunque intentione deferant, siue bona sit, siue mala: vt supra diximus, q. 2. con. 4. Quod verum est nisi cesset prohibitionis ratio: vt fuit annotatum supra, q. 14.

Vndecimò ampliatur vt dictæ res prohibitæ sint deferri ad hostes quacunque ex causa: atque ideo tempore actualis belli eas deferentes in excommunicationem incidunt.

Dixi tempore actualis belli; quia extra dictũ tempus citra vllam pœnam deferri possunt: vt supra q. 11. annotauimus, & infra Deo duce, dicemus.

Duodecimò ampliatur, vt hæc prohibita ad hostes deferri non possint quocunque tempore: atque ideo non solùm tempore belli, sed etiam tempore pacis. Probatur, quia dicta specialiter prohibita vi nostri canonis simpliciter deferrã prohibẽtur, nec distinguitur, an tempore belli, aut pacis tempore deferantur, ergo generaliter, & indistinctè est intelligendus: quia lex generaliter loquens generaliter debet intelligi, & quãdo non distinguit, nec nos distinguere debemus l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præsi. Et cõfirmatur, quia ratio dicti canonis militat in vtroque tẽpore: nã illis hostes contra Christianos vti possunt estò tunc non vtantur, & sic tempore pacis. Vbi autem militat eadem ratio, eadem quoque militat iuris dispositio. ar. rex. in l. 4. §. toties ff. de dan. infec. & Vgol. loco supra citato, n. 15.

Dixi specialiter prohibita; quia de prohibitis generaliter aliter est dicendum: eo quòd ea deferentes tempore belli tantùm, prædictã excõmunicationem contrahunt; vt supra diximus, q. 2. con. 1. & 4. & infra Deo duce, latius dicemus.

Decimotertio ampliatur, vt res illæ deferri prohibitæ sint, non obstante quocunque priuilegio. Quod quidẽ quomodo procedat, latè supra diximus, q. 37.

Decimoquartò ampliatur vt prohibitorũ huiusmodi delatio prohibeatur ad quoscũq; Christiani nominis inimicos, & hostes: iuxta ea quæ supra annotauimus, q. 3. Et ad hæreticos, etiam si nominatim non sint excommunicati; vt supra q. 4. probauimus. 8

Quintodecimò ampliatur, vt deferentes pro- 9 hibita ad Saracenos præter supradictam excommunicationem, quam contrahunt, multis etiam afficiantur pœnis temporalibus. Nam in c. Ita quorundam, de Iudæ. Per Principes. & Cõsules Ciuitatum omnium bonorum priuatione multari debent; & capientium serui fiunt. Immo ibi docet Panor. sub n. 4. in fine, ex sententia Ioan. Andr. quòd isti, qui in seruitutem incidunt propter delictum manumitti non possunt: ar. tex. in l. 1. C. Quibus ad libert. proclam. non lic. In c. ad liberandam, eod. tit. contrauenientibus denegatur absolutio, donec totum, quod ex damnato commercio perceperint, & tãtundem de suo in subsidium terræ sanctæ transmiserint. In extrau. multa mentis: eod. tit. additur huiusmodi delinquentibus pœna perpetuæ infamiæ: efficiuntur incapaces testamenti tàm actiuæ, quàm passiuè, ita quòd nec testari, nec legata ris relicta percipere valeant, & insuper ad successiones tam ex te-

teſtamento quàm ab inteſtato redduntur inhabiles, ad publica officia non admittuntur: omnes actus legitimi ſunt eis perpetuò interdicti, & tamquam excommunicati, & hoſtes Catholicę fidei diebus Dominicę, & feſtiuis publicè denunciantur. Denique de iure Ciuili in l. Nemo, C. quæ res aſpor. non deb. Imperator in eos, qui Barbaris arma vendunt publicationis bonorũ, ac capitis pœnã ſtatuit: & eadem pœna afficiuntus docentes Barbaros, & Turcas cõſtruere naues, l. fin. C. de pœn. & ſupra tractauimus, q. 1.

Sic ampliata limitatur primò dicta concluſio, vt excommunicatio iſta nõ comprehendat deferentes ad hoſtes vi noſtri canonis generaliter prohibita extra tempus belli: quia generaliter prohibita, ex ſui natura non ſunt inuenta ad bellandum, ſed dicuntur talia ex intentione aſſumentis.

Vndè ſi quis lanam, linum, & his ſimilia extra tempus belli ad hoſtes deferat, in excommunicationem nõ incidit: vt ſupra diximus, q. 2. con. 1. 3. & 4. 11

Idem dicendum eſt de deferentibus equorũ fræna, habenas, ſellas, ferros, quibus æqui calceantur, cinguios, & alias res, quæ ad equos armandos neceſſariæ ſunt: item mulos, aſinos, & camelos: nam hęc omnia generaliter prohibentur deferri vi noſtri canonis, vt ſupra annotauimus. q. 16.

Item eadem ratione à dicta cenſura excuſantur, extra tempus belli deferentes vt ſupra ligones, raſtra, ſecures, cultros paruulos, lignorum faſciculos, & his ſimilia, quæ ex ſui natura arma bellica non ſunt, ſed ſub armorum nomine veniunt ex intentione aſſumentis, vt ſupra, q. 20. latè fuit explicatum.

Sic etiam à dicta excommunicatione excuſãtur deferentes clauiculos, fibias, cultros ad concinnandos calamos, venam ferri, ſtãni, aut chalybis: quia hęc omnia generaliter tantùm comprehenduntur ſub diſpoſitione d. canonis: vt patet ex ijs, quæ ſupra diximus, q. 21.

Excuſantur quoque ab huiuſmodi excõmunicatione deferentes pecuniam numeratam extra belli tempus; quia hæc tantùm generaliter deferri prohibetur iuxta illa, quæ ſupra annotauimus, q. 22.

Eadem ratione in dictam excommunicationem non incidunt, extra prædictum tempus deferentes ſecretum, quo aurum, argentum, aliud que metalli genus confici poſſit: vt habetur ſupra, q. 23.

Idem dicendum eſt de deferentibus naues, galeas, & alia nauigia: quia cùm iſta generaliter prohibeantur, extra belli tempus excommunicationem non incurrunt: vt ſupra probauimus quæſt. 26.

Secundò limitatur, vt dicta excommunicatio 10 comprehendat deferẽtes vt ſupra prohibita ad infideles Chriſtiani nominis inimicos, vel ad hęreticos; ſecus autem, ſi ad purè ſchiſmaticos deferant: quoniam purè ſchiſmatici, nõ ſunt Chriſtiani, ac catholici nominis inimici, nec hoſtes; ſed tantùm Romano Pontifici inobedientes, & contumaces, vt ſupra probauimus, q. 5.

Tertiò limitatur, vt ſub diſpoſitione noſtri 11 canonis non comprehendantur hic prohibita deferentes ad hoſtes; & deinde pœnitentia ducti, eiſdem ea non tradentes, ſed reportantes, vt ſupra diximus, q. 10.

Quartò limitatur, vt excommunicatio iſta non includat deferentes huiuſmodi prohibita ad dictos hoſtes extra tempus actualis belli pro redemptione captiuorum: vt ex ijs, quæ ſupra q. 11. annotauimus, clariſſimè conſtat.

Quintò limitatur, vt ſub diſpoſitione præſẽ- 12 tis canonis non comprehẽdantur deferentes vt ſupra prohibita ad infideles, qui hoſtes Chriſtiani nominis non ſunt, neque occupãt, nec occupare curant Chriſtianorum bona, neque cõtra Chriſtianos Religionis odio pugnant, ſed ob aliam cauſam, in quorum numero Indos eſſe ſe audiuiſſe refert Vgol. hic, §. 1. n. 7. Etenim Indi contra Chriſtianos nõ Religionis odio pugnãt; ſed quia iniuſtè à Chriſtianis eorum bona occupari putant.

Sextò limitatur, vt excommunicatio iſta lo- 13 cũ ſibi non vendicet contra eos, qui metu mortis res illas prohibitas ad dictos hoſtes deferũt; vt ſupra diximus, q. 12. Et idem dicẽdum eſt de illis, qui famis neceſſitate compulſi ſupradicta prohibita hoſtibus ipſis tradunt, etiam ſi graue damnum in Chriſtianos futurum eſſe veriſimiliter crederent, nã tunc, licèt peccatum mortale committerent; tamen excõmunicationis vinculo non alligarentur. Quod nobis non probatur per ea, quæ annotauimus in d. q. 12. propè finem.

Milites etiã, qui arcem armis inſtructam, aut galeas, vel naues, armis onuſtas ab infidelibus impugnatas metu mortis, aut fame compulſi aufugientes dimiſerint, cùm probabiliter potuiſſent illas ab inimicis defendere ſi fortiter dimicaſſent, in excommunicatione hanc non incidunt, quia dicti milites in rigore ſermonis non dicuntur deferre res huiuſmodi prohibitas nec tranſmittere ad hoſtes: vt ſupra, q. 13. ſunt à nobis annotatum.

Non tamen excuſarentur, ſi milites ipſi ſponte, & ſine probabili mortis, cruciatus, aut captiuitatis metu, arcem, aut naues prædictas hoſtibus dimitterent: vt bene probat Vgol. hic, §. 1. ſub n. 3. circa finem.

Septimò limitatur, vt excommunicatione iſta 14 non alligentur, huiuſmodi prohibita ad hoſtes *b* deferentes, ad propriam defenſionem *b*. Hinc Chriſtianus Princeps, qui iniuſtè oppugnatus cùm Chriſtianos habere non poſſit, unde ſe defendat, Infideles ad ſuam defenſionem vocauit, eiſdemque arma, ac reliqua omnia ad bellum neceſſaria tradidit, in prædictam excõmunicationem non incidit: quoniam defenſio cuique permiſſa eſt de iure naturali, l. vt vim, ff. de Iuſt. & iur. Debet tamen cauere, ne arma, & his ſimilia ad bellum neceſſaria apud hoſtes remaneant, quibus deinceps Chriſtianos oppugneot: nã cùm poſſet ea ipſis auferre, & non aufert, excommunicationem cõtrahit: vt habetur ex eodem Vgol. loco proximè citato, ſub n. 6. & nos latè ſupra probauimus, q. 36.

Octauò limitatur, vt excommunicatio prædi- 15 cta nõ incurratur, vbi ſic prohibita deferuntur *c* ad hoſtes ad fauorem Chriſtianorum *c*: quoniã tũc ceſſat prohibitionis ratio, & ob id ceſſat prohibitio, ar. tex. in c. cùm ceſſante, de appell. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patr. Quo circa dicta

prohibita tradẽtes infidelibus, qui pugnant cõtra alios infideles pro Christianis, in excommunicationem nõ incidunt: vt rectè docet Nauar. in c. Ita quorundam, not. 4. num. 15. de Iudæ. & Vgol. ibidem, n. 5. & 9.

Nonò limitatur, vt excommunicatio ista non alliget deferentes res illas ad hostes, probabili iuris, aut facti laborantes ignorantia: aut rem paruam ex dictis prohibitis ad eosdem deferant. Vt latè declarat Vgol. in eodem loco, n. 8. & 10.

Decimò limitatur, vt excõmunicationẽ hanc non contrahant deferentes res supradictas ad Infideles, qui eis non indigent, nempe si supponamus eos esse armis omnis generis ad bellum necessarijs optimè munitos, neque ob id reddi vllo modo validiores, aut potẽtiores ad pugnãdum: quoniam cessat prohibitionis ratio, cùm illis Christiani non impugnentur. Benè verum est, quod contrarium puto verius: quoniã Romanus Pontifex simpliciter prohibet huiusmodi delationem: vt habetur ex Alter. in explic. eiusdem can. cap. 3. col. 5. in ver. Nono ob eãdẽ.

Vndecimò limitatur, vt in prædictam excõmunicationem non incidant, qui ventorum, & maris temperie compulsi, cum armis, & alijs rebus prohibitis ad terras Infidelium ea deferunt: quoniam talis accessus non est voluntarius. atque ideo non peccant: & consequenter excommunicationem non incurrunt: quia excommunicatio citra letalẽ culpam non contrahitur: vt habetur in c. nulli. & c. nemo Episcoporũ, 11. q. 3. Quod verum puto, nisi naufragationem fuerint ingressi eo animo, vt ad Christiani nominis inimicos dicta bona prohibita deferrent, & animũ non mutauerint: aut sponte infidelibus ea tradiderint: nam tũc puto excommunicationis vinculo eos alligari: per ea, quæ habentur ex Alter. in explic. nostri can. cap. 8. col. 5. in fine: vbi etiãm ait, vt supra vi ventorum compulsos excusari quoque ab alijs pœnis tẽporalibus: eo quòd vbi non est culpa, non infligitur pœna. Et hoc idem habetur ex Felin. in c. significauit, n. 7. de Iudæ.

Secunda Conclusio.

DE rebus statum Reipublicę Christianę cõcernentibus in Christianorum perniciem Turcas, & Christianæ Religionis inimicos certiores facientes, incidunt in excommunicationem præsentis canonis. Hæc conclusio patet in tex. ex illis verbis, *Nec non illos, qui per se, vel alios, de rebus statum, &c.*

16 Ampliatur primò dicta conclusio, vt excommunicatio ista generalis sit, omnes, & quascunque personas alligans, iuxta ea, quæ in proxima conclusione diximus, ampl. 3. Quibus adde, vt excommunicationem hanc contrahant, etiamsi hæreticus sit, qui nunciet: vt habetur ex Vgol. in explicatione huius canonis, in ver. Necnon illos § 1. sub n. 1. ibi. Quæ excommunicatio.

Secundò ampliatur, vt excommunicationẽ hac alligentur certiores facientes catholicę Religionis inimicos vt supra, siue per se, siue per alios id agant: vt supra. q. 31. declarauimus. Nec interest an nuncius, Christianus sit, vel infidelis quoad ipsum mittentem: vt per Vgol. loco proximè citato, in ver. Secundò afficit.

Tertiò ampliatur, vt hæc excommunicatio

17 comprehendat nunciantes huiusmodi, etiam si ex tali nunciatione nullum damnum sequatur Christianis: nam vi nostri canonis prohibetur, ne supradicti infideles certiores vt supra fiant in damnum Christianorũ: atque ideo quòd possit esse ipsis damnum: vndè, esto quòd nõ sequatur, nunciantes ipsi prædictam excommunicationẽ contrahunt: eo quòd nuncians fecit totum id, quod potuit: vt per Vgol. ibi in ver. Sextò excommunicatio.

Quartò ampliatur, vt certiores facientes vt supra infideles excommunicationem istam cõtrahant, etiam si infideles ipsi sic nunciata, ex alia parte antea nouerant secundũ Vgol. & alios licẽt nos oppositum verius esse probauimus supra, q. 33.

Quintò ampliatur, vt ista excommunicatio

18 extendatur contra certiores vt supra facientes quoscumque Christiani nominis inimicos, iuxta ea, quæ supra annotauimus, q. 3. & id verum est, siue in terris christianorum, siue in suis sint huiusmodi infideles: & siue pacificè cum christianis viuant, siue non: eo quòd canon iste simpliciter loquitur, & fauor ad vniuersam christianam rempublicam pertinet vt per Vgol. loco prædicto, in ver. Quintò excommunicatio hæc. Quod intelligendum est, quotiescumque denunciatio illa tendit in perniciem christianorum, aliàs secus, vt bene notat hic Graff. lib. 4. decis. c. 18. n. 105. p. 1.

Sextò ampliatur, vt sub dispositione huius canonis comprehendantur non modò certiores facientes supradicto modo christiani nominis inimicos; sed etiam hæreticos in damnum catholicæ Religionis: atque adeò quicunque hæretici sint, qui certiores fiant, etiam si nominatim non sint excommunicati, notorij, aut denunciati: quia canon iste non distinguit, & tractatur de fauore Religionis. Ita Vgol. ibidem sub num. 3.

Sic ampliata limitatur primò dicta conclusio

19 vt locum non habeat in ijs, qui vi tormentorum compulsi, res statum Reipub. Christianæ concernentes Catholicæ Religionis inimicis, & hostibus, aperiunt, vt latè supra probauimus, q. 32.

Secundò limitatur, vt excommunicatio ista non alliget eos, qui literas, ac nuncios miserunt ad dictos hostes; sed ad illos non peruenerunt, vt quia literæ interceptæ fuerunt, vel deperditę vel nuncij capti, aut interfecti fuerint: vt bene notat Vgol. ibi, sub n. 2. in ver. Primum igitur.

Tertiò limitatur, vt sub excommunicatione hac hi tantùm includantur qui prędictos hostes vt supra certiores faciunt in damnum Reip. Christianæ: secus autem, si denunciatio huiusmodi non tendat in christianorum perniciem. Vt si quis christiani, aut catholici nominis hostibus denunciaret, talem in Pontificem, aut cardinalem promotum fuisse; Principes inter se concordes viuere, & alia huiusmodi. Immo satis non est denunciationem illam tendere in perniciem vnius, vel alterius christiani, sed ad dictam excommunicationem contrahendam, denunciatio ipsa debet verti in damnum christiani nominis: atque adeò alicuius Regni, Prouinciæ, ciuitatis, aut Terræ: vt habetur ex Graff.

loco

loco ſupra citato. Hinc Princeps Chriſtianus, qui contra alium Principem Chriſtianum iuſtè bellum gerit, aut ſe gerere opinatur, & ad ſuum auxilium Turcas vocauit, ſi de ſtatu ſui aduerſarij Turcas ipſos certiores faciat, in excommunicationem noſtri canonis non incidit: quoniam denunciatio prædicta, non eſt rerum, ſtatum Reip. Chriſtianæ vniuerſæ concernentium, facta in commuoem perniciem Chriſtianorum, quam ipſe canon exigit; ſed illius Principis dumtaxat, in quem bellum gerit. Vndè cùm prohibitionis ratio ceſſet, ceſſare quoque debet ipſa prohibitio: ar. tex. in l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patr. & latè Vgol. ibidem, in ver. Tertiò in excommunicationem: & in ver. Quartò in excommunicationem.

Quartò limitatur vt excommunicationem hanc non contrahant ratam habentes delationem armorum ad infideles hoſtes: vt ſupra probauimus, q. 17.

Tertia concluſio.

d AVxilium conſilium, aut fauorem d, præſtantes hoſtibus in damnum Catholicorum, & Catholicæ Religionis, incidunt in excommunicationem noſtri canonis. Hæc concluſio patet ex tenore eiuſdem canonis, in illis verbis: *Illiſque ad id auxilium, conſilium, vel fauorem; &c.*

Ampliatur primò, vt concluſio iſta vera ſit, ſiue auxilium feratur per ſe contra Chriſtianos pugnando, aut arma fabricando, & alia huiuſmodi: ſiue per alios, nempe ſubminiſtrando milites, magiſtros nauium, naues, remiges, & his ſimilia. Et ſiue directè, ſiue indirectè: vt ſupra diximus, q. 34.

Secundo ampliatur, vt excommunicatio iſta comprehendat ſic auxiliantes, etiam ſi nullum damnum ſequatur Chriſtianis: nam iſte canon ſolùm conſiderat auxilium præſtitum. Et idem dicendum eſt de præſtantibus conſilium, vel fauorem directè, vel indirectè: per ſe, aut per alios tempore belli, aut pacis. Et hoc per dictionem illam: *Quomodolibet*: in tex. poſitam. Vndè, qui conſulit Turcis, & alijs Chriſtiani, ac Catholici nominis inimicis, & hoſtibus, vt Principibus Chriſtianis diffidentibus, bellum contra ipſos moueant, in dictam excommunicationem incidit. Idem dicendum eſt de conſulentibus turrim ædificationem, bombardarum aſportationem, & alia huiuſmodi contra Chriſtianos eandem excommunicationem contrahunt eiſdem hoſtibus contra Chriſtianos animum in prælio facientes: vt habetur ex Vgol. in explicatione præſentis canonis, io ver. Illiſque ad id, &c. à num. 1. ad 4.

Tertiò ampliatur, vt excommunicatio prædicta includat vt ſupra conſilium dantes, etiam ſi hoſtes damnum Chriſtianis erant alias illaturi, vt per Vgol. ibidem ſub num 2. in ver. Exci-
e pitur tamen. Quod oobis non probatur e: nam is propriè dicitur conſilium dare, quando is cui datur conſilium, non eſſet alias facturus: atque ideo quando conſilium influit in effectum, vt per Syl. io ſum. in ver. Excommunicatio. 8. n. 12. & Nauar. in Man. c. 27. n. 51.

Quartò ampliatur, vt excommunicatio iſta extendatur etiam in dantes fauorem, auxilium vel conſilium dictis hoſtibus contra Principem aliquem Chriſtianum, ne tam fortior fiat, vnde ab alijs reſiſti ei non poſſit. Quod verum eſt, ſi id redundet in detrimentum Chriſtianæ Religionis: vt ſupra probauimus, q 35.

Sic ampliata limitatur dicta cõcluſio primò,
21 vt diſpoſitio præſentis canonis locum ſibi non vendicet, vbi quis per accidens ſuam rem agens hoſtibus prædictis opem ferat, iuxta ea, quæ ſupra annotauimus, q. 35. & Vgol. loco citato, ſub n. 1. in ver. Secundò vbi quis.

Secundò limitatur, vt excommunicatio iſta locum non habeat vbi fauor, auxilium, & conſilium, quæ dantur hoſtibus, non tendunt in perniciem Chriſtianorum, quia tunc ceſſat prohibitionis ratio, ar. tex. in c. cùm ceſſante, de appell.

Tertiò limitatur, vbi conſilium non influit in effectum, quia abſque illo hoſtes erant adhuc Chriſtianos impugnaturi: ſic enim conſulentes, in excommunicationem non incidunt: vt ſupra diximus contra Vgol. amp. 5.

Quartò limitatur, vt ſub hac excommunicatione illi tantùm comprehendantur, qui prædictis hoſtibus fauent, auxiliantur, ac conſulunt in perniciem Chriſtianorum; & non alijs in textu enumeratis. Vndè licèt reuelantes ſecreta infidelibus, & hæreticis, ſtatũ Reip. Chriſtianæ, & Catholicæ Religionis concernentia, prædictam cenſuram contrahant; non tamen in illam incidunt dantes conſilium auxilium & fauorem illis aut alijs vt huiuſmodi ſcelus reuelandi ſecretà committant: vt ſupra q. 30. latè probauimus.

ADDITIO.

a Transfugæ. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 8. n. 13. & 14. qui non ſolùm Chriſtianos, qui ex Chriſtianorum exercitu confugiunt ad Turcas putat hac cenſura alligari; ſed etiã Chriſtianos militantes in caſtris, vel nauibus Infidelium contra Chriſtianos; niſi metu mortis excuſentur: vel niſi decertarent in caſtris Infidelium contra alios Infideles, iuxta ea, quæ habentur ex Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16 num. 131. & 141. Alter. lib. 5, de cenſur. diſp. 8. c. 2. q. 4. Idem dicendum putat de tradentibus arma dictis Infidelibus pugnantibus contra alios infideles, quoties rationabiliter credunt ipſos non vſuros illis contra Chriſtianos, quamuis poſtea per accidens contingat, vt eiſdem contra chriſtianos vtantur, vt per Filliuc. loco citato n. 131. Abb. Alex.

b Defenſionem. Adde Filliuc. t. 1. qq. moral. tract. 17. n. 147. & Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q 8. pun. 4. num. 13. Abb. Alex.

c Chriſtianorum. Contrariam ſententiam tenet Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 8. pun. 4. ſub n. 14. in fin. quoniam non ſunt laxandæ habenæ: fieri namque poſſet, vt multi hunc ſibi titulum excuſationis adſcriberent, allecti ſpe lucri Et ob id reiecit etiam ſententiã Reginaldi lib. 9. ſuæ prax. n. 301. exiſtimantis, eum excuſari poſſe, qui arma Saracenis deferret. præmidès plus cõmodi ex pretio, & pecunijs armorum percepturos chriſtianos, quàm incommodi ex delatione armorum. Eſt tamen verum, quòd excuſatur deferens, vel permutans arma cum infidelibus in commodum Chriſtianorum:

quia vtiliter Christianorum negotium gerit. Vndè hic casus per epicheam cēsetur exceptus, vt habetur ex Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. num. 147. Reginal. loco citato, & alijs. Abb. Alex.

d Præstantes. Contrariam sententiam improbabilem non esse putat Bonac. de censur. Bull. cœn. disp. 1. q. 8. pun. 2 sub num. 25. in ver. Oppositā tamen opinio: tum quia censura non incurritur, nisi secuto effectu, sub censura prohibito; tum quia mandans, vel consulens percuti clericum, non ligatur censura canonis, nisi secuta clerici percussione; tum quia licèt auxilium, & consilium non sint actiones accessoriæ relationi, & transmissioni; sunt tamē accessoriæ damno. Non est tamen recedendum ab opinione Duardi hoc loco; siquidem actiones auxiliandi, & consulendi licèt sint accessoriæ facto; auxiliantes tamen, & consulentes æquè principaliter excommunicantur: & propterea etiam effectu non subsecuto, in excommunicationem incidunt, iuxta ea, quæ habentur ex Navar. c. 27. num. 51. & ex eodem Duard. supra lib. 1. cap. 3. q. 4. num. 6. vbi respondet ad obiectionem, de mandante, ac consulente clericum percuti. Ita re vera non video cur possit id denegare Bonac. postquam sub num. 23. in ver. Respondeo, concedit auxiliantes contrahere censuram, & non consulentes; cùm hoc canone eodem modo excommunicentur consulentes, fauentes & auxilium dantes, vt patet ex illis verbis, *Illisque ad id auxilium, consilium, vel fauorem*, &c. & eò magis, quia satis est, vt cōsilium, & fauor possint esse in damnum Christianorum, vt idem Duar. in simili ex Vgol. dixit supra, num. 17. Abb. Alex.

e Probatur. Hanc eamdem sententiam sequitur Bonac. de censur. Bull. cœn. disp. 1. q 8. pun. 2. sub num. 26. vbi id tamen intelligendum esse putat; modò consulens non sit in causa, vt infideles alias parati citius, vel facilius, aut crudelius damnum inferant: tunc enim consilium hoc casu esset efficax. Imò num. 27. excommunicatum censet, qui, consilio Infidelibus dato, dubitat, Infideles ipsius consilio motos esse ad inferendum damnum; quia iuris præsumptio est contra ipsum, vt in simili idem Bonac. ex Mascar. Sayr. & alijs, de censur. disp. 7. q. 1. pun. 4. n. 8. in primis editis; in poster. verò, pun. 5. num. 7. Abb. Alex.

COMMENTVM

In Canonem Octauum Bullæ in Cœna Domini.

ITEM Excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, seu inuadentes eos, qui victualia, seu alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria adducunt: ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt seu perturbant, seu hæc facientes defendunt per se, vel alios cuiuscunque fuerint ordinis, præeminentiæ conditionis, & status: etiam si Pontificali, seu Regali, aut alia quauis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.

De Diuisione Canonis, & Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata in hoc canone fuit tempore Mart. V.*

2 *Excommunicatio huius canonis quomodo differat ab excommunicatione ab aliis constitutionibus super eandem materiam editis, declaratur.*

CAnon iste diuiditur in tres partes. In prima parte excommunicantur impedientes, seu inuadentes, victualia, & alia ad vsum Romanæ
a Curiæ adducentes *a*. In secunda excommunicātur qui impediunt, prohibēt, seu perturbāt eos, qui adducere, vel afferre ad ipsam Romanam Curiam prædicta volunt. In tertia excommunicantur, qui defendunt impedientes, ne bona huiusmodi ad vsum, & victum Romanæ Curiæ necessaria deferantur. Secunda ibi, ac etiam. Tertia ibi, seu hæc facientes. Ad eiusdem canonis intelligentiam tria sunt considerāda: nempe excommunicationis tempus: personæ, quæ excommunicantur: & actiones, propter quas fertur excommunicatio.

Circa primum est annot. ex Syl. Tab. & alijs,
1 quos refert Sayr. hic lib. 3. Thes. tom. 1. c. 12. n. 1. quòd excommunicatio ista fuit lata tempore Mart V. & successiuè ab alijs Pontificibus. Imò Greg. XIII. extendit excommunicationem ipsam in exigentes, seu soluere facientes aliquid pro delatione rerum, in ea mentionatarum: vt ex Bulla cœnæ ab eo lata clarissimè patet; cuius meminit Nauarr. in suo Man. c. 27. num. 64. Quæ quidem extensio, cùm in hoc canone nō habeatur, de illā non est habenda ratio.

Quamplurimæ aliæ constitutiones ad hanc rem pertinentes editæ fuerūt à diuersis Pontificibus, nempe à Sixto IV. Iulio II. innouatæ postmodum à Clem. VII. anno 1527. Pontificatus sui primo, in Bulla edita pro abundantia rei frumentariæ, & agriculturæ exercendæ, à Pio V. anno 1566. motu proprio de priuilegijs artis agriculturæ, & rei frumentariæ, & à Greg XIII. anno 1578. Pontificatus sui sexto, in constitutione edita contra extrahentes frumenta & legumina.

Ve-

Verùm excõmunicatio quæ in dictis conſtitutionibus continetur, in multis differt *b* ab excommunicatione quæ in hoc canone habetur.

Differunt enim huiuſmodi cenſuræ inter ſe primò: quoniã cenſura Bullæ quoad perſonas, generalis eſt, vt infra fuſius Deo duce, dicemus: at verò excommunicatio in dictis conſtitutionibus contẽta, Barones tantùm comprehendit, & Domicellos Romanos, poſſidentes Oppida, Terras, & Villas quinquaginta miliaria ab Vrbe, ſeu iuſta diſpoſitionẽ Greg. XIII. omnes Apoſtolicæ Sedi, mediatè, aut immediatè ſubiectos, etiã ſi Eccleſiaſtici ſint cuiuſcunque dignitatis.

Secundò differunt; quia excõmunicatio noſtræ Bullæ reſpicit delationem omnium rerum ad vſum Romanæ Curiæ pertinentium: dictarũ autẽ conſtitutionum cenſura, illas ſolùm res reſpicit, quæ ad cibũ pertinent, non omnis generis, ſed triticum dumtaxat, ordeum, legumina, & omnis generis frumenta & fruges.

Tertiò differunt: nam iſta ſunt edita in fauorẽ Romanæ Curię: & propterea afficit eos, qui impediunt deferentes ad Romanam Curiam victualia, & alia ad ipſius vſum neceſſaria; ſiue in Vrbe contingat id eſſe, ſiue extra Vrbem illa verò reſpicit fauorem Vrbis, cùm alliget impedientes eos, qui victualia deferunt ad Vrbẽ, ſiue ad Curiales deferant, ſiue alt quiſcunque alias priuatas perſonas.

Quarto differunt: quoniam illa excõmunicatio alligat emẽtes quoscunque impoſitas frumẽta, & fruges præterquam pro ſui familiarum; familiarum vnius anni: vel eadem deferunt ad alia loca præterquam ad Vrbem ſine licentia Romani Pontificis: vel ſi collecta ſint mixtis, & aliis locis Romano Pontifici ſubiectis abſque eiuſdem licẽtia in ſcriptis obtenta, & ipſius manu ſignata, extrahere, vel extrahi facere præſumunt. At excommunicatio huius Bullæ horũ non meminit.

Quintò differunt: quia prædictæ conſtitutiones, vltra excommunicationem, contrauenientes afficiunt alia quoque pœnis: noſtra verò Bulla nullam aliam pœnam ſtatuit, præter excommunicationem.

Circa ſecundum perſonæ, quæ vi huius canonis excommunicãtur, ſunt ſex; quinque ſcilicet principales, & vna acceſſoria. Principales ſunt primò, Impedientes ad victum, & alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria deferẽtes. Secundò inuadentes. Tertiò prohibentes, ne prædicta ad Romanam Curiam adducantur. Quartò impedientes eadem adduci. Quintò perturbantes, ne in Curiam afferantur. Acceſſoria denique perſona, dicitur defendens per ſe, vel per alios, qui dicta faciunt.

Circa tertium quinq; ſunt principales actiones quæ vi noſtri canonis prohibentur: & vnica tantùm eſt acceſſoria. Principales ſunt Primò impedire deferentes victualia, & alia neceſſaria ad vſum Rom. Curiæ. Secundò eoſdem inuadere. Tertiò prohibere, ne prædicta ad Curiam deferãtur. Quartò impedire ad eandem deferri. Quintò perturbare, ne vt ſupra deferantur. Acceſſoria demum actio eſt, per ſe, vel per alios prædicta facientes defendere. Quæ quidem omnia per ſuas quæſtiones latius, Deo duce, explicabimus.

ADDITIO.

a Adducentes. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. c. 7. q. 3. num. 160. & Reginald. lib. 9. ſuæ prax. cap. 19. num. 306. qui volunt, paruitatem materiæ excuſare ab excommunicatione huius canonis: quia paruitas materiæ in aliis peccatis excuſat a letali culpa, atque adeo ab excommunicatione, cùm excommunicatio non contrahatur citra letalem culpã, vt in c. nullus 11. q. 3. Hinc ait Filliuc. loco citato, quòd qui impedit deferentem vnum, vel alterum animal ad vſum Romanæ Curiæ, excommunicationem iſtam non contrahit: ſiquidem damnum communitati illatum, vt notabile cenſeatur, materiam longè maiorem exigit: ſecus autem ſi fuerit incauta, vt tot animalia non adducantur, quæ ad gregem conſtituendum ſufficerent. Imò Reginald. vbi ſupra, & alij paruitatem materiæ, non ſolùm ex quantitate rei; verùm etiam ex temporis magnitudine pẽſendam eſſe. Vnde Graff. lib 4. decis. c. 18. num 96. & Vgol. hoc loco, §. 3. verſ. Nono: ſpacium vnius horæ modicum tẽpus in materia arbitrantur. Et quamuis Filliuc. loco citato, putet, magnam materiam poſſe ea quantitatem dici, quam equus onuſtus deferre poteſt; id tamen puto verum, vbi equus eſſet onuſtus pipere, cinamomo, zaccaro, & alijs huſmodi rebus prætioſis: ſecus autem, ſi onuſtus eſſet ligno, oleribus, &c. D. Cæſar.

b Differt. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 14. cap. 6. q. 10. num. 96. ad fin. & tract. 15. cap 6. q. 9. n. 153. & Bonac. in explic. Bull. cœn. diſp. 1. q. 9. pun. 1. ſub num. 12. 13. & 14. qui explicant Bull. Paul. V. editam contra eos, qui frumenta, blada, legumina, & oleum extrahunt, & extrahi faciunt a ſtatu Eccleſiaſtico extra illum: vel etiã a locis immediatè ſubiectis Eccleſiæ Romanæ, ad loca ciuſdem Eccleſiæ, mediatè ſubiecta. Abb. Alex.

Ibi (*Impedientes, ſeu inuadentes*) Impedire, & inuadere, quid ſignificant. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Impedire, idem eſt, quod obſtare.*

2 *Impedire non dicitur victualia, ne ad Romanam Curiã adducantur, qui ea non vult vendere, donare, aut quouis alio titulo in alium transferre, vt ad Romanam Curiam deferantur; etiam ſi alia deſint, quæ deferri poſſint.*

3 *Impedit multipliciter cõgit deferentes victualia ad Romanam Curiam, nempe dolo malo, bona fide, mediate, immediatè, directè, vel indirectè.*

4 *Dolus ſumitur in bonam, & in malam partem.*

5 *In moralibus attenditur id quod eſt per ſe, & non per accidens.*

6 *Inuadere, eſt impetu aliquo quemquam aggredi, ſeu in aliquem irruere, quo eum expoliet, interficiat, damnum, vel iniuriam inferat.*

7 *Omnis, qui inuadit, impedit; ſed non è contrario. Vnde impedire eſt quoddam genus: inuadere eſt eius ſpecies.*

Pro

1 PRo determinatione huius quæſtionis eſt ann. quòd impedire ſecundum propriam verbi ſignificationem, idem eſt quòd obſtare ne quid fiat, iuxta illud Cic. ad Attic. lib. 8. *Nec mecum cõiungere priuſquam Cæſar tuum iter impediret*. Vndè impedire idem eſt quòd pedes implicare, ſeu contra pedes ire: atque ideo hoc loco, impediẽtes quominus victualia ad Romanam Curiam deferantur, dicuntur hi, qui obſtant, qui detinent, ne prædicta ferantur.

Hinc fit, quòd impedire dici non poteſt is, qui
2 res ſuas non vult vendere, *a* donare, aut quouis
a alio titulo in alium tranferre, vt ad Romanam Curiam deferantur: etiã ſi aliæ deſint, quæ deferri poſſint: quoniã iſtud in rigore, cùm dicat negationem actionis: non eſt impedire: vt bene docet Suar. in explicatione præſentis canonis, diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. num. 64. prope finem.

Multipliciter autem cõtingit impediri deferentes ſupradicta bona ad Romanam Curiam.
3 *b* Primò Dolo malo, *b* & bona fide: mediatè, & immediatè: directè, & indirectè.

Dolo malo is propriè dicitur impedire, qui ob id ſolùm impedit, quòd bona huiuſmodi nõ vult deferri ad Romanam Curiam: ar. tex. in l. 1. ff. de eo, per quem fact. erit. Bona fide verò impedire cenſetur, qui ex iuſta cauſa res illas deferendas impedit. Vt ſi ex propria Ciuitate, ne peſtenti cõtagione patiatur, Dominus extrahi prohibuerit. Vel ſi ſi peſtis in Curia eſſet, & ob id ne ſua Ciuitas inficiatur, ne quis ſuorum Ciuium eò profiſcatur ſtatuat. Aut ne deferens, latronum, aut hoſtium periculo ſe exponat, & cætera huiuſmodi ar. tex. in l. ſed eximendi, & ibi Gloſ. fin. ff. Ne quis eum, qui in ius.

Quam quidem bonam fidem Alter. in explic.
4 huius can. cap. 1. appellat dolum bonum, ad differentiam doli mali. Dolus enim apud ſcribentes, in bonam, & malam partem ſumitur. Nam primò modo ſumptus dolus, ſollertiam, calliditatem, & ſtrattagemã ſignificat: vt habetur ex tex. in l. 1. §. Non fuit, & ibi. Gloſ. ff. de dol. mal. Secundò verò modo dolus eſt ſimulatio ad decipiendum: & propterea appellatur malus, & definitur in d. l. 1 §. dolũ malum, ff. de dol. mal. quod ſit machinatio quædam alterius decipiẽdi cauſa, cùm aliud agit, & aliud ſimulat. Seu eſt
5 omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumuenẽdum, fallendum, decipiendum alterum adhibita.

In hoc igitur canone hi tãtùm excommunicantur, qui dolo molo *c* conãtur auuertere ad-
c ducentes neceſſaria ad Romanam Curiam: atq; adeo fraude, mẽdacio, vi, metu, fallacia, machinatione blanditiis, precibus, aut quouis alio modo ad malum finem: & ob eam cauſam præcisè, quia victualia deferunt; intentione impediendi, ne deferantur. Non autem qui bona fide, ac dolo bono id agunt, ſiue precibus, ſuaſione, cõſilio, metu, aut alia via honeſta impediant: quoniã hoc caſu impeditur acceſſus ad Vrbẽ, non ea intentione, ne deferantur victualia, ſed ob aliàs iuſtas, & honeſtas cauſas. Quòd ſi ob has cauſas impeditur victualium delatio, id non intenditur per ſe ab ipſo impediente ſed prouenit per accidens. & præter ipſius intentum. At in moralibus attenditur id, quod eſt per ſe, non autẽ illud, quod eſt per accidens: ar. tex. in l. non omnes, ff. ſi cert. pet. l. 3. §. fin. & ibi Bart. ff. ſi quis caution.

Hac eadem ratione excommunicatione non alligatur, qui Clericum ligaret, ſi aliter coercere eum non poſſet, ne iniurijs, aut plagis alij afficeret: quoniam bona fide id agit, & ad bonum finem: vt habetur ex Innoc. in c. ſi verò il 1. n. 2.
d de ſent. excom. An autẽ in dubio *d* præſumatur impedimentum illatum fuiſſe dolo malo, vel bono, habetur ex eodem Alter. loco citato, col. 3. ver. ſed poſſet dubitari quis.

Immediatè is impedit, qui per ſe, ſuis manibus, aut per ſuos detinet huiuſmodi bona ad Romanam Curiam deferentes. Mediatè verò per alios: vt eſt tex. in l. 1. §. feciſſe, ff. de eo, per quem fact. erit.

Directè denique impedit, qui ſimpliciter, & aperte ne prædicta deferantur, prohibet. Indirectè verò, qui per obliquum impedit, vt potè prohibendo, ne ex ſuo territorio res extrahantur: ſeu ne quis inde proficiſcatur: ſeu ne quis volentes eas vt ſupra deferre de iumentis accommodet, aut per ſuum territorium tranſeãt. Quocunque ex dictis modis deferentes ipſi impediuntur, cenſura præſentis canonis contrahitur. Ita Vgol in explicatione eiuſdem canonis à num. 2. ad tertium. Indirectè quoque dicitur quis impedire, ne huiuſmodi bona ad Romanã Curiam deferantur, vbi nulla neceſſitate compulſus illa emerit, ne ab alijs empta deferantur: aut malignè operam dederit, vt merces, quas aliquis Romam defert, ante acceſſum ad Romanã Curiam corrumpantur, ſubmergantur, aut perdantur: quoniam is dicitur impedire, ne deferantur: vt patet ex his, quæ docet Suar. loco citato, in fine: & Viual. hoc eodem loco, num. 14. & 15.

Inuadere verò, eſt impetu aliquo quemquã
6 aggredi, ſeu in aliquem irruere quo eum expoliet, interficiat, aut damnum, vel iniuriam inferat. Vndè omnis qui inuadit, impedit: ſed non è
7 contrario; omnis qui impedit, inuadit: quoniã impedire eſt genus quoddam; inuadere verò eſt eius ſpecies: vt bene docet Vgol. in ſupra allegato loco, ſub num. 3. Quocirca diſpoſitio huius canonis eſt vniuerſalis comprehendens omnes, qui vel vi aggrediuntur adducentes neceſſaria ad Curiam Romanam, vel quouis alio modo, etiam precibus, & ſuaſione impediunt: vt notat Alter. hoc eodẽ loco, c. 1. col. pœn. in ver. Itaq;

ADDITIO.

a Vendere. Adde Alter. in explicat. Bull. cœn. diſp. 9. c. 4. col. 2 verſ. Item, & Bonac. in explicat. eiuſdem, diſp. 1. q. 9 pun. 1. Abb. Alex.

b Malo. Dolus quomodo, & quàliter probetur. Vide Menoch. lib. 3. præſumpt. 3. num. 9. Tuſch. inver. Fraus, dolus, concluſ. 475. & in ver. Dolus, concl. 574. vbi latè probat, an & quando coniecturis probari poſſit: & quãdo claras exigat probationes ad pœnam imponendam. Io. Vincent.

c Malo. Adde, quòd hoc canone puto alligarinõ tantùm, qui dolo malo impediunt deferentes victualia, & alia ad vſũ Romanæ Curiæ; ſed etiã qui lata culpa id agunt; quoniã lata culpa æquipara-

patur dolo, Bart. in l. quod Nerua, ff. depoſ. Soc. regul. 20. Dolus latæ culpæ æquiparatur: & latè Tuſch. in ver. Dolus, concl. 375. & 376. vbi num. 4. id ampliat, etiam ſi lex loquatur taxatiuè de dolo; maximè ſi lata culpa non conſiſtit in negligendo, vt in l. contractus, & ibi Dec. ff. de regul. iur. Gloſ. in l. 1. §. interdum, ff. de neg. geſt. Confirmatur, quia lata culpa æquiparatur ignorantiæ craſſæ, quæ non excuſat ab excommunicatione, vt ſupra probat Duard. lib. 1. c. 2. q. 5. & eo maximè, quia iſte canon ad incurrendam excommunicationem, non exigit ſcientiã, præſumptionem, & dolum, iuxta ea, quæ latè traduntur ab eodem Duard ſupra hoc eodem lib. 2. can. 1. q. 36. & 37. D. Cæſar.

d Dubio. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 9. pun. 3. ſub nu. 2. qui diſtinguendum putat contra Alter. quòd aut qui impedit publicam perſonam gerit: vel gerit perſonam priuatam. Primo caſu in dubio dolus non præſumitur: ſiquidem perſona publica in dubio præſumitur iuſtè impediuiſſe; niſi oppoſitum ex circumſtantijs colligatur; cùm in publica perſona delictum non præſumatur. Secundo verò caſu, ſatis eſt, quòd impeditus probet ſuiſſe impeditum; nam quoad forum externum priuata perſona impediens præſumitur dolo impedimentum intuliſſe, cùm talis perſona ius non habeat impediendi. Abb. Alex.

An alicuius Ciuitatis Dominus, per alios impediens deferentes res ſupradictas ad Romanam Curiam, incidat in excommunicationem huius canonis. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Mandans impedire dicitur, qui per alium impedit.*
2 *Mandans impedire victualia deferentes ad Romanam Curiam, in excommunicationem non incidit, niſi authoritatiuè concurrat.*

IN hac re Vgol. in explicatione præſentis canonis, ſub n. 2. in ver. Immediatè, in fine, tenet quòd Dominus loci per ſuos milites impedièns dictos deferentes, dicitur offendere Bullam: atque ideo in eiuſdem excommunicationem incidit: & tamen, cùm per ſe nõ impediat, dicitur impedire per alios.

a His tamen non obſtantibus, contrariam a ſẽ-
1 tentiam puto veriorem eſſe. Probatur, quia qui per alios impedit dicitur mandans: vt patet ex his, quæ habentur ex Steph. de Auil. de cenſur. p. 2. c. 5. diſp. 3. dub. 2. con. 2. At excõmunicatio lata contra facientes, non extenditur ad mandantes, vt ſupra probauimus lib. 1. c. 3. q. 4. & in multis alijs locis.

Eſt tamẽ verũ, quòd ſententia Vgol. videtur
2 poſſe ſuſtineri, vbi Dominus authoritatiuè, & præſens exiſtens per ſuos ſeruos, ſeu milites ſic deferentes impediat: nam tunc idem eſt, ac ſi ſuis manibus impediret: vt colligitur ex tex. in l. 1. §. feciſſe, ff. de eo, per quem factum erit &c. vbi ſic legitur. *Feciſſe autem dolo malo, non tantùm is putatur, qui ſuis manibus vel per ſuos retinuerit: verum, qui alios quoque rogauerit, &c.* Et ſic textus idem iuris eſſe videtur velle, impedire, propriis manibus, ac authoritatiuè per ſuos ſeruos per ea, quæ docet Suar. in explic. can. 9. noſtræ Bullæ diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. num. 66. circa finem. Et re vera hanc opinionẽ puto eſſe valdè probabilẽ, & de mente Romani Pontificis ſatis certam, cùm hoc caſu maior ratio militet contra Dominum, quã cõtra ſuos milites, Adde hic quæ dicã infra, q. 8.

ADDITIO.

a Contrariam. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 9. pun. 2. ſub num. 21. qui contraria ſoluit. Abb. Alex.

An Dominus impediens aliunde deferentes neceſſaria ad victum, aut vſum Romanæ Curiæ, vt res illæ in Ciuitate ſua, maxima penuria laborante remaneant, incidat in dictam excommunicationem. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Ordinata charitas incipit à ſe ipſo.*
2 *Neceſſitas non habet legem.*
3 *Dominus Ciuitatis impediens deferentes victualia ad Romanam Curiam, vt in ipſius Ciuitate, maxima penuria laborante, remaneant, in excommunicationem non incidit.*
4 *Neceſſitatis tempore omnia ſunt communia.*

1 IN hac quæſtione Vgol. hoc loco ſub n. 2. in ver. Non dolo malo, propè finem, partem negatiuã exiſtimat eſſe veram: atque ideo, ſi quis impedit eos, qui aliunde res huiuſmodi deferũt vt in propria Ciuitate remaneant, ſi ibi caritas annonæ grauis eſſet, in dictam excommunicationem non incidit. Ad quod allegat tex. in l. Præſes, C. de ſeruit. & aqu. & c. diſcipulos de cõſec. d. 5. Ex d. l. Præſes colligũt Gloſ. Bal. & Saly. quòd ordinata charitas incipit à ſe ipſo. Et ind. c. diſcipulos, ſic legitur. *Diſcipuli, cùm per ſegetes tranſeundo euellerent ſpicas, & ederent: ipſius Chriſti vox innocẽtes vocat, quia coacti fame hoc fecerũt.* Si igitur ordinata charitas incipit à ſe ipſo, & aliena ſubtrahens famis neceſſitate compulſus, à culpa excuſatur: ergo Dominus ex ſupradicta cauſa, deferentes dicta bona ad Rom. Curiam impediens, excommunicationis vinculo non alligatur: quoniam vbi letalis culpa non contrahitur, ibi excommunicatio locum ſibi non vendicat. vt in c. nullus 11. q. 3.

Hæc ſententia videtur nobis valdè probabi-
a lis. a Et confirmari poteſt ex tex. in c. ſicut non alij, de conſecr. d. 1. & c. quod non eſt licitum, de reg. iur. quibus iuribus habetur, quòd neceſſitas non habet legẽ, ideſt nõ eſt ſubiecta legi, & quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum. Sic Sabbathum cuſtodiri in veteri lege præceptum fuit: & tamen Machabæi ſine culpa
3 ſua in Sabbatho pugnabant. Et ſi ieiunium fregerit ægrotus, reus voti non habetur: vt patet in d. c. quòd non eſt licitum.

Hoc idem probatur ex his, quæ dicit Gloſ. in d. c. diſcipulos. dum ait quòd in neceſſitate omnia debetur eſſe communia, per tex. in c. ſicut

47.

47. d. & maximè cibaria, l. 2. §. cùm in eadem nau in fine, ff. ad l. Rhod. de iac.

ADDITIO.

a Probabilis. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 9. pun. 2. ſub nu. 20. vbi diſtinguendum putat, quòd aut Curia maiori, vel pari laborat indigentia; vel nõ laborat: & aut neceſſitas ſubditorum illius Principis, eſt extrema; vel non eſt extrema. Siquidem ſi neceſſitas eſt extrema, Princeps impediens in excommunicationem non incidit; niſi Curia in pari reperiretur indigentia: ſi verò neceſſitas ſubditorum non eſt extrema; ſed tantùm grauis, tunc ſi parem Curia patiatur indigentiam, Princeps impediens excommunicationem contrahit, cùm in pari cauſa meliot ſit conditio poſſidentis. Curia nanque ius maius habet, cùm in ipſius commodum victualia deferantur, eiuſdemque vſui deſtinata eſſent: & eó magis quia priuatus in graui neceſſitate res alienas ſibi applicandi ius non habet, vt patet ex traditis ab eodé Bonac. poſt alios in ſuo tract. de contr. diſp. 2. q. 8. pun. 3. num. 5. Abb. Alex.

Ibi (*victualia, ſeu alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria*) Quæ victualium nomine comprehendantur: & quæ res dicantur ad vſum Roman. Curiæ neceſſaria. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Victualium, ſeu victus appellatione veniunt omnia, quibus ad eſum, potum, cultumque corporis, illudque induendum, curandumque vtimur.*
2 *Ad eſum, & potum, quæ pertineant.*
3 *Ad cultum, & indumentum corporis, quæ ſpectant.*
4 *Vſus Romanæ Curiæ, quænam includit.*
5 *Impedientes eos, qui ad Romanam Curiam deferunt canes, accipitres, & his ſimilia, in excommunicationem non incidunt.*

a 1 REſpõdetur quòd victualiũ, ſeu victus a appellatione, quod idem eſt ſecundum Vgol. híc §. 1. n. 1. veniunt omnia, quibus ad eſum, potum, cultumque corporis, illudque induendũ, curandumque, vtimur: vt in l. verbo victus l. cętera, & l. inſtratum. ff. de verb. ſignif.

Dixi ad eſum, potum, ideſt non modò fru-
2 mentũ, farina, panis, & legumina, vuæ, vinum, oleũ, ouа, carnes, caſcus, olera, cæpæ, piſces, & his ſimilia: ſed etiã ligna, ſine quibus veſci prædicta nequeunt: quoniã cũ conceditur aliquid, conceſſum cenſetur omne id, ſine quo haberi nequit: ar. tex. in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudic.

Ad cultum, & indumentum corporis pertinẽt
3 veſtes, ſiue ex lino, ſiue ex lana, ſiue ex ſerico, aut ex alia materia conſtent, & omnia, quæ ex his contexuntur. Vt linum, lana, ſericum, &c. nam, conceſſo conſequenti, & antecedens quoquoque conceſſum eſſe intelligitur, ar. tex. in l. ad rẽ mobilem, & l. ad legatum, ff. de procur. Ad corporis cultum, & indumentum pertinẽt etiã ſtramenta, nempe lecti, culcitræ, & alia, quæ ad lectum pertinent, l. quos, §. 1. ff. de verb. ſignific. Non tamen victus appellatione venit ſtragula, l. cèt ad corporis indumentum pertineat: vt habetur in d. l. in ſtratum: eo quòd ſine illa viuere poſſumus. Sed id intelligendum eſt de ſtragula pretioſa: nam aliàs appellatione victus, veniũt non ſolùm veſtimenta, & alia ſupradicta, ſed etiam inſtrumenta, vt diximus. Medicinæ demum veniunt appellatione victus: quia ad viuendum homini neceſſariæ ſunt. Vt latè quoq; de his tractat Alter. in explic. eiuſdem can. c. 2.

Quæ verò ad vſum Romanæ Curiæ neceſſã-
4 ria ſunt, duo includunt ex Vgol. loco citato. Primum omnia, quæ pertinent ad commodũ, & decorem eorum, qui in Curia morantur, etiã ſi victus appellatione nõ veniant, ſed alia ratione ad homines ſpectant. Vt ſunt equi, muli, paleæ, fœnũ, & ordeum, quibus aluntur: ac etiam pecunia, quia per illam omnia parantur. Secundum, quod dicta verba cõprehendit, eſt omne id quod ad Curiæ munera obeunda neceſſariũ eſt, vt ſunt papyrum, cera, filum, ferrum, candelæ, & cætera eiuſmodi. Non tamen prædictorũ appellatione veniunt literæ, quas tabellarij deferunt, atque ideo eos impedientes, non incidunt: vt per Vgol. hic §. 4. ver. Poſtremó.

Ex quo infertur, quòd impedientes deferre
5 canes, accipitres, ad venationem, & aucupationem faciendam, & ſimilia, quæ neceſſaria, vt ſupra non ſunt ſaltem moraliter, in prædictam excommunicationem non incidunt.

ADDITIO.

a Victus. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 9. pun. 1. n. 8. Abb. Alex.

b Neceſſaria. Adde Alter. in explicat. huius canon. cap. 4 col. 3. qui ob eamdem rationem excludit ab hac excommunicatione impedientes deferre ad Roman. Curiam muſica inſtrumenta. Eſt tamen verùm, quod Bonac. in hoc eodem can. diſp. 1. q. 9. pun. 1. num. 9. & 10. contrariam ſententiam tuetur, quoniam muſica inſtrumenta ob honeſtam animi recreationem deſeruiunt; cùm hæc vſui honeſtorum hominum conueniant. Et circa litteras, quarum meminit Duard. híc, ſub num. 4. in fine. addit ipſe Bonac. d. num. 10. limitandam eſſe opinionem ipſius Duardi, niſi litteris inſerta ſint Chyrographa, quibus pecunia ad Curiã cambitur: in huiuſmodi Chyrographa maximè neceſſaria ſupt vſui Curialium. Abb. Alex.

Ibi (*Ad Romanam Curiam*) Quid per Romanam Curiam intelligat iſta canon. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Curiæ nomen à cura deriuatur.*
2 *Curia duplex, ſacrorum ſcilicet, ac Magiſtratus.*
3 *Curia, in hoc canone dicitur locus, vbi ſedes Apoſtolica reſidet.*
4 *Curia Romana in eo loco dicitur eſſe, quo Romanus Põtifex domicilium tranſtulit cum tota familia.*
5 *Quænam perſonæ conſtituunt Romanam Curiam.*

R 1 Ro huius rei determinatione eſt annot. quòd Curiæ nomen à cura deriuatur, &,

vt

vt Inquit Festus, est locus, in quo Magistratus haberi solent, publicas curas gerentes. Item sedes, ac templum publicæ Consilij. Hinc Cic. de sene. sic ait: Non Curia vires meas desiderat.

Est tamen Curia duplex, sacrorum scilicet, ac
2 Magistratus, seu Senatus. Nam in Curijs Sacerdotes res diuinas; & Magistratus humanas curabant. Secundo Curia non solùm pro loco, sed etiam pro hominibus sumitur. Vndè Lucan. victo iure minas iactaret Curia Gracchis. Tertiò Curia sumitur pro aliqua Populi parte. N. m. Romulum Vrbis conditorem, illius curam, & gubernationem dum generet. Populum Romanum in triginta partes diuisisse traditur, vt per commodè rogare potuisset singulorum Ciuiũ sententias ad probandas, vel improbãdas leges, quæ ferendæ fuissent; atque adeò partes illæ, quæ de Reipub. salute sententias dicebant. Curiæ dicebantur, & eorum leges curiatæ: vt habetur ex tex. in l. 2. ff. de orig. iur.

In hoc autem canone per Curiam Romanã
3 intelligitur locus, vbi Sedes Apostolica resider, & Romanus Pontifex domicilium habet cum familia, iudicibus, & alijs Magistratibus suis, vt benè notat Vgol. hic, §. 2. in prin. & Sayr. in explic. eiusdem canonis, lib. 3. Thes. to. 1. c. 12. n. 3.

Est tamen verũ, quòd licet Romana Curia
4 dicatur locus vbi Sedes Apostolica residet; tamen locus ille non semper est in eadem Ciuitate; sed vbi Romanus Pontifex moratur, siuè Audiẽtia ideſt Iudices sui ibi sit Curia; vt in Clem. ne Romani §. fanè, vers. tamen adiecto: de elect. & Felin. in c. ergo n. 14. ver. Nota bene Gl. f. de iureiur. Vndè Curiam R. esse in eo loco dicunt, quo Rom. Pontifex domicilũ transtulit cũ rota sua familia; vt habetur etiã ex Anchar. in d. §. fanè. n. 5. Quod nobis non probatur si pet domicilũ intelligat factũ habitationis, & animũ perpetuo habitandi, iuxta ea quæ docet Felin. in c. directus, il. 2. sub n. 12. de reſcr. & Rot. decis. 150. sub n. 5. Nam tutis esse arbitror, si Rom. Pontifex alicubi habitet per maiorem partem anni, cum familia, & Magistratibus: nam ille locus dicetur Curia Romana, est oquòd animum habeat redeundi Romã, & sic ad proprium domicilium. Dicetur inquam Curia Romana, licèt Sedes Apostolica extra Romam, & in alium locũ fuerit translata: quoniam sæpius S. P. Romæ suũ domicilium, & suam Audientiam habet. Nõ ramẽ Curiam constituit translatio habitationis per modicum tempus facta ab ipso S. P. sine audiẽtia, ar tex. in c. is qui, de sepult. in sexto, & latè Vgol. loco citato, cum alijs, quos allegat.

Constituunt autem Curiam Romanam om-
5 nes, qui inseruiunt, & assistunt Romano Pontifici in cura, & in administratione Populi Christiani; ut sunt Cardinales, Episcopi, & alij Prælati, Magistratus, Iudices, Notarij, Aduocati, Procuratores, sollicitatores, & alij ministri, qui vulgò dicuntur Curiales: de quibus omnibus latissimè tract. hoc eodẽ loco, Alter c. 3. per totũ.

ADDITIO.

6 Cardinales. Adde quòd Cardinales sunt uerè curiales, & curiam sequentes, & ideò subsunt iurisdictioni in spiritualibus fratrum S. Antonij de Vienna, qui in Curia Romana de consuetudine præsunt Curialibus, & illis ministrant Sacramenta. Oldr. cons. 2. 11. & 293. num. 2. & seq. & cons. 311. num. 2. & 3. Tusch. in ver. Cardinales curiales, concl. 101. num. 1. vbi etiam, num. 2. probat, quòd tenentur residere in Curia, & assistere S. P. vt assumant pondus diei, & æstus: & propterea residentes in Curia excusantur à residentia aliorum beneficiorum, absentes verò non gaudent priuilegijs, vt latè Gamez. in regul. de impetr. benefic. per obitum famil. Card. q. 17. & Cardinalis non residens potest priuari, c. ex gestis, de cler. non resid. D. Cæsar. 5

Ibi (*Prohibent, impediunt, seu perturbant*) Quonam modo verba ista inter se differant. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Impediri propriè quis dicitur, cùm per obliquum moratur: prohiberi, cùm quis rectè impeditur: & perturbari quocunque modo moretur: vel melius, impedire est facto prohibere verbis: perturbare tandè, est impedimentum simpliciter inferre.*

1 REspondit Vgol. hic. in ver. Ac etiam eos: n. 2. quòd prohibere propriè quis dicitur, qui directè quem impedit, aut verbis iubendo, aut minis, vel factis in carcere detinẽdo, ne quid faciat, atque adeo, ne prædicta deferat. Impediri hic accipitur, vbi quis per obliquum eũ moratur, vt potè adimendo ei iumẽta, vel res, quibus ad Curiã deferre quis velit. Perturbare tãdẽ significat quocunque alio modo obstacula, & impedimẽta opponere, etsi hoc loco pro impedire simpliciter accipiatur. Nos autem dicamus, quòd prohibere, impedire, & perturbare, impedimentum, & obstaculum significãt. Nam prohibere significat hoc loco impedimentum inferri verbis: Impedire denotat impedimentũ facto: Perturbare verò est impedimentum simpliciter inferre, siue id verbis tantùm fiat, siue verbis, & factis simul. Nam perturbatio ex Cic. Tusc. 4 est auersa à recta ratione contra naturam animi commotio, cuius partes, ait, ex duobus inopinatis bonis nasci: nempe ex lætitia, quæ est præsentium bonorum: & ex spe, quæ est futurorum: & ex duobus inopinatis malis: ex ægritudine scilicet, quæ est de præsentibus, & ex metu, qui est de futuris. Hinc idem Cic. 6. Phil. sic ait. *Quid est tumultus, nisi perturbatio tanta, vt timor oriatur.* Vndè is re vera dicitur perturbare in termini præsentis canonis, qui timorem incutit, tumultuat, contumelias infert, risibus confundit, qui bona aliqua promittit, aut largiatur, aut
2 quocunque alio modo impedit, ne victualia, seu alia ad vsum Rom. Curiæ necessaria adducantur. Ad quod facit tex. in c. fin. 5. q. 4.

ADDITIO.

2 Impedit. Adde Gambar. hic, cap. 1. num. 29. & Bonac. in explicat. eiusdem Bullæ, disp. 1. q. 9. pun. 2. sub n. 23. qui quidem id intelligit, modò sequa-

ſequatur effectus, ideſt, dummodò quis defendat eum, qui re ipſa inuadit, vel impedit victualium delationem: eo quòd putat, actionem hãc eſſe acceſſoriam. Item eos tantùm hac cenſurã, inquit, inuolui, qui de facto impediunt: ſecus qui de iure: ſiquidem defenſio iuridica nemini denegatur, cùm ſit de iure naturali, l. vt vim, ff. de iuſtit. & iur. Et denique aduertit cum Alter. hoc eodem loco, c. 5. ad fin. diſp. 9. quòd qui defendit, ſeu protegit dumtaxat poſt ſubſecutum effectum impedimenti, vel inuaſionis, non ligatur hac cenſura, vt ſi eum defendat, ne ob inuaſionẽ factã capiatur, vel puniatur. Etenim Romanus Põtifex eos tantùm excommunicatione alligat, qui per ſe, vel alios defendũt hæc facientes; nempe inuadentes delatores victualium, vel impedientes ipſorum delationem ad vſum Curiæ. Quam ſententiam licèt probabilem cenſeat ipſe Bonac. eam tamen limitat, modò delinquens ob huiuſmodi defenſionem non reddatur animoſior ad talia crimina in poſterum committenda: quoniam defenſor id præuidens non excuſaretur: eò quòd nõ ſolùm diceretur defendere perſonam delinquentis; verùm etiam aliqua ratione in cauſa eſſet, vt delictum cenſura vetitum patraretur. Quod quidem verum puto ſi ſecundum delictum cũ effectu ſubſequatur. Io. Vincent.

Ibi (*Seu hæc facientes defendunt*) An hæc facientes mandantes defendi, incidant in excommunicationem. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Mandantes defendi impedientes, aut inuadentes eos, qui victualia ad Romanam Curiam deferunt, in excommunicationem incidunt.*

PRo determinatione huius rei eſt annot. quòd, in Bulla cęnæ Syxti V. per Toletum expoſita vbi nos modo legimus in præſenti canone: *Seu hæc facientes defendunt*: ibi legitur; *ſeu hæc faciunt: vel defendunt*: propter quod Tol. ibi lib. 1. ſuæ ſum. c. 26. in priori editione, ait, Cajet. in ſum. in ver. Excommunicatio, c. 19. Et Nauar. in Man. c. 27. n. 64 in explicatione dicti canonis, voluiſſe ſuppleudum eſſe infinitum: *Fieri*: atque ideo ſub eiuſdem diſpoſitione comprehendi etiam mãdantes: nam qui fieri facit, dicitur mandare, ar. tex. in l. 1. §. de ciſſe, ff. de vi, & vi arm.

Sed hæc interpretatio ipſi Toleto meritò nõ probatur; quia nunquam tale verbum reperitur poſitum a prima Bulla Martin. V. uſque ad ultimam: quapropter ſi defectus eſſet, credibile eſt, quòd fuiſſet emẽdatum maximè poſt aduertentiam Cajet, cùm etiam in aliis Bullæ clauſulis legatur: *Qui fieri faciunt*: & cùm ſit materia odioſa, reſtringenda potius eſt, quàm ampliãda.

Vnde refert ipſum interfuiſſe in conſultatione cum S. Pœnitentiario ſuper prædictam Bullã, & cùm ad prædictum locum peruenerint cũ uiris doctis ibi aſtantibus, fuit reiecta Cajet. opinio, & dictum, quòd verbum: *Faciunt*: eſt repetitio præcedentium, & ſignificat excommunicari non tantùm prædicta facientes, ſed etiam eos defendentes. Et de cauſa puto, quòd in Bulla Clem. VIII. & in noſtra cum multis alijs nõ reperitur verbum illud: *Faciunt*. Sed ad clariorem intelligentiam legitur: *Seu hæc facientes defendunt*.

Eſt tamen verũ, quòd cùm poſt illa verba immediatè ſequantur hæc alia, *Per ſe, vel per alios*, licèt vi noſtri canonis non excommunicentur mandantes prohibita in eo perpetrari; tamen excommunicationis vinculo alligãtur, qui mãdant defendere talia facientes: quia qui per alios defendit, non poteſt, niſi mediante mandato, hoc facere: vt habetur ex Steph. de Auil. de cẽſur. p. 2. c. 5. diſp. 3. dub. 2. con. 2.

An vi præſentis canonis excommunicentur conſilium dantes ad impediendum deferentes victualia, & alia ad vſum Romanæ Curiæ. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Conſilium dantes ad impediendum, ſeu inuadendum eos, qui ad R. Curiam victualia deferunt, in excommunicationem non incidunt.*

IN hac re Viual. in explicatione præſentis canonis, tenet in hanc excommunicationem incidere, non modò defendentes eos, qui impediunt ſeu inuadunt ad vſum Rom. Curiæ neceſſaria adducentes, ac etiã eos, qui ne ad Rom. Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, ſeu perturbant: ſed etiam ad id auxilium, & conſilium dantes. Motus fortè quia conſilium ſit ſpecies auxilij, ac defenſionis.

Hæc ſententia re vera nobis non probatur; nam licèt conſilium dicatur quodammodo defenſio, ſeu auxilium: tamen in rigore conſilium eſſentialiter differt à defenſione, & auxilio: eo quòd ſunt diuerſi influxus. Nam auxilium, ſeu defenſio adiuuat ab extrinſeco: conſilium verò ab intrinſeco, vt aliàs diximus ex Sayr. lib. 3. Theſ. tom. 1 c. 6. num. 6. & alijs.

Quibus caſibus contrahitur cenſura præſentis canonis, quibus verò effugitur. Q. 10. Vlt.

SVMMARIVM.

1 *Impedientes deferentes victualia, & alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria ad eandem Curiam, in excommunicationem incidunt, quicumque ſint, etiam Romano Pontifici in temporalibus non ſubiecti, & quocunque modo impediant, directè, vel indirectè, per ſe, vel per alios, & eſtò quòd deinde ab impedimento ceſſent.*

2 *Dictio, omnis, eſt vniuerſalis, & nullum excipit.*

3 *Illuſtres perſonæ comprehenduntur ſub verbo generali, & generali conſtitutione: ſiue ſæculares ſint, ſiue Eccleſiaſticæ.*

4 *Impedientes eos qui victualia deferunt ad Romanam Curiam excommunicationem contrahunt, etiam ſi res delatas illis non auferant,*

5 *Impedientes victualia deferẽtes ad Romanam Curiam excõmunicationem incurrunt ad quoſcunque illa deferant, etiam ſi Prælatorũ dictæ Curiæ famuli ſint.*

6 Pri-

6 *Priuilegium conceſſum Dominis, extenditur etiam ad eorum famulos, quando Domini vti illo priuilegio commodè non poſſunt.*

7 *In pœnalibus facienda eſt ſtrictè interpretatio, quando non conſtat aliter de mente diſponentis.*

8 *Impedientes victualia deferri ad Rom. Curiam, excommunicationis vinculo alligantur quicunque authoritate impediant: & quicunque ſint, qui impediantur: ac vbicunque Romana Curia reperiatur, ſiue Romæ, ſiue Neapoli, ſiue in Gallia, &c.*

9 *Impedientes eos, qui deferre volunt victualia ad R. Curiam, in excommunicationem incidunt. Idem dicendum eſt de iis, qui prædicta facientes defendũt, defendi mandant, ac iubent.*

10 *Impedienter deferri victualia ad Rom. Curiam, vltra excommunicationem pluribus alijs pœnis afficiuntur.*

11 *Impedientes victualia deferentes ad Romanam Curiam, tunc excommunicationem incurrunt, quando per ſe primò id agunt: ſecus autem ſi ſecundariò, & per accedens.*

12 *Ordinata charitas à proximioribus incipit, & extraneis vltimo loco terminatur.*

13 *Eripiens de manu furis equum deferentem victualia ad Romanam Curiam, excommunicationem non contrahit.*

14 *Impedienter eos, qui deferunt victualia ad Romanam Curiam, in excommunicationem tunc incidunt, quãdo iniuſtè impediunt: ſecus autem, ſi iuſtè: vt detrudere facientes in carcerem ipſorum debitores, &c.*

15 *Impedientes victualia portantes ad Romanam Curiã, excommunicationem ita demum incurrunt, ſi dolosè id agunt: ſecus autem, ſi bona fide.*

16 *Impedientes victualia vt ſupra deferenter ad Rom. Curiam, ſi probabiliter ignorent excommunicationem noſtri canonis, illam non incidunt.*

17 *Impedienter, ſeu inuidenter, qui deferunt victualia ad Romanam Curiam, tunc demum excommunicationem incurrunt, ſi eos impediant, aut inuadant, vt deferentes ſua: ſecus autem, ſi ex alia cauſa.*

18 *Spoliatus pecunijs tantùm, deferentes victualia ad Romanam Curiam, an, & quando excommunicationem contrahat?*

19 *Curiæ Romanæ reſidentia non dicitur per ſolam Romani Pontificis aſſiſtentiam in aliquo loco, niſi cum eo conſtituat in illum Curiales.*

20 *Impedientes tabellarios, ne literas ad Romanam Curiã deferant aut impedientes deferri ea, quæ ad delectationem tantùm ſpectant, in excommunicationem non incidunt.*

21 *Minutis impediri victualia deferentes ad Rom. Curiam, excommunicationem non incurrunt, & idem dicendum eſt de conſilium dantibus.*

PRo determinatione huius difficultatis, ſit vnica Concluſio. Impedientes eos, qui deferunt victualia, & alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria ad eandem Curiam, incidunt in excõmunicationẽ præſentis canonis. Hæc cõcluſio patet ex textu: & ideo probatione nõ indiget.

Ampliatur primò dicta concluſio: vt excommunicatio generalis ſit omnes quoſcũque cõprehendens, cuiuſcumque fuerint ordinis: vt conſtat ex illis verbis, *Cuiuſcumque fuerint ordinis*, atque ideo ex Rebuff. in explicat. huius can. in ver. Ordinis: ſiue proceres ſint, Decuriones, Senatores, & alij ſimiles, iuxta ea, quæ habẽtur per Gloſ. in l. 1. §. quamuis ſit manifeſtiſſimum, ver. Ordinum, ff. de ventr. inſpic. Item cuiuſcumq; ordinis, nempe, ſi perſonæ Eccleſiaſticæ cõtrauenĩãt, ſiue in minoribus, ſiue in maioribus ordinibus ſint conſtitutæ: vt per Alter. hoc eodẽ loco, c. 1. col. penult. in ver. Cuiuſcumque.

Comprehendit etiam quoſcunque contrauenientes cuiuſcunque ſint præeminentiæ, per ly. *Præeminentiæ*, ideſt cuiuſcumque fuerint dignitatis, Eccleſiaſticæ, vel ſæcularis: vt habetur ex Gloſ. in clem. 1. ver. Quibuſcunque, de Iudi. etiã ſi Imperiali, vel Regali præfulgeant dignitate.

Et quamuis hic de Regali, & Pontificali dignitate fiat mentio, & non de Imperiali; tamen 2
Imperator contrauenies, comprehẽditur ſub illis verbis: *Aut alia quauis Eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate*: vel ſub dictione illa, *Omnes*, quæ eſt vniuerſalis, & nullum excipit, l. textoribus, & l. Iulianus, ff. de leg. 3. c. ſi Romanorũ, & ibi Gloſ. in ver. Dicendo: 19. diſt. Couar. lib. 1. ver reſol. cap. 13. Et Apoſt. Paul. cap. 2. ad Hebr. qui declarans verba illa Pſal. 8. *Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius*, ſic inquit, *In eo enim quòd omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum ei.*

Hinc ait Gloſ. in Clem. 1. ver. Quibuſcunque, 3
de iudic. per verbum generale comprehendi quoque perſonas illuſtres. Et re vera nullum ex tat iuris priuilegium, quo excipiantur à generali conſtitutione, continente excommunicationem, perſonæ eminentiores, ſiue Eccleſiaſticæ ſint vt Epiſcopi, Archiepiſcopi. & Superiores Prælati: ſiue Laicales, vt Duces, Reges, & Imperator: vt probat Alter. lib. 3. de cenſur. Eccl. diſput. 10. cap. 5. & in explicat. can. 7. noſtræ Bullæ, cap. 1. in prin. ac in explicat. huius can. loco citato: vbi declarãs quoque dictiones illas in text. poſitas, *Conditionis, & ſtatus*, docet, per dictiones illas alligari quoſcumque, ſiue diuites ſint, ſiue pauperes: Miles, aut Doctor: Maſculus, aut fœmina: Maior, aut Minor, dummodò ſit doli capax: Nobilis, aut plebeius: Seruus, ingenuus, & liber. His igitur verbis vult Sum. Pontifex omnes includere, & neminem excipere, niſi paruitas materiæ, aut probabilis ignorantia illos excuſaret.

Secundò ampliatur, vt excommunicatio iſta etiam contra eos, qui in temporalibus Romano
a Pontifici ſubiecti non ſunt, extendatur: a nãque impedientes vt ſupra ſacrilegium committunt contra Sedem Apoſtolicam, vt habetur ex Caiet. in ſum. in ver. Excommunicatio, c. 19. conſequenter eorum punitio ad Rom. Pontificem pertinet, iuxta ea, quæ docet Nauar. in c. nouit, not. 6. n. 40. ver. Peccatum autem Eccleſiaſticũ, de Iudic. & alij.

Tertiò ampliatur: vt excommunicatio hæc comprehendat quoſcunque contrauenientes, ſiue directè deferentes victualia ad Rom. Curiã impediant, ſiue indirectè: mediatè, vel immediatè: per ſe, aut per alios; iuxta tamen ea quæ ſupra annotauimus, q. 3. & 8. & eſtòquòd deinde ab impedimento ceſſet: nam ſtatim, quòd impedimentum præſtatur excommunicatio contrahitur; niſi modicum ſit impedimentum, vt habetur ex Vgol. hoc loco, §. 3. in ver. Nono, & Alter. ibidem cap. 5. col. 3. circa medium, in ver. Octauò alia excommunicatio.

Quartò ampliatur: vt ſub dicta excommuni- 4
catione comprehẽdantur qui deferentes vt ſupra impediunt, etiam ſi res ipſas, quas deferunt

eisdem non ădimant'. Nam vi noſtri canonis, excommunicătur ſimpliciter impedientes eos qui ad Romanam Curiam hæc afferunt, vel adducunt: nec expoſtulat rerum delatarum ablationẽ; ergo nec nos requirire debemus, ar. tex. in l. de pretio, ff. de public. in rem act.

Quintò ampliatur, vt impedientes prædicti
5 in excommunicationem incidant, ad quoſcun-
b que b de Romana Curia res illæ deferantur: atque adeò nõ ſolùm, ſi ad Romanum Pontificẽ, Cardinales, Nuncios Principum, & ſimiles Prælatos aſportentur; ſed etiam ſi pro ipſorum famulis, & alijs Curialibus. Nam hi omnes in Romana Curia ſunt; & priuilegium cõceſſum Do-
6 minis pertinet etiam ad famulos, vbi Domini vti illo priuilegio commodè non poſſint: ar. tex. in c. licet, §. cùm conceditur, de priuil. Vndè priuilegium hoc etiam ad ſtabularios, coquos, pictores, macellarios, & his ſimiles extendi putat Vgol. in explicatione præſentis canonis, §. 3. in ver. Sexto afficit.

Imò idem Vgol. ibidem exiſtimat, ad incurrendam dictam excommunicationem ſatis eſſe ſi huiuſmodi bona Romã deferantur: cui omnes, qui ibi morantur, ad vſum Romanæ Curiæ vtiles ſunt ſuis artificijs, & artibus.

Hinc Greg. XIII. in Bulla quæ incipit: *Inter multiplices nobis*: lata ſub anno 1578. die 7. Menſis Maij, anno ſexto ſui Pont. hæc dere tractans, non dixit Romanam Curiam; ſed almam Vrbem: quo verbo ſimpliciter intelligi videtur voluiſſe, in excommunicationem incidere, qui impediunt quominus prædicta ad Vrbem deferãtur, in qua eſt Romana Curia.

Sic etiam Pius V. in Bulla, *Cupientes*, edita ſub die 11. Octobris 1566. & Clem. VII. in Bulla: *Ad Sacram*.

Quæ quidem interpretatio nobis non proba
7 tur, quoad noſtrum canonem: quia cùm ſimus in pœnalibus, verba ſunt ſtrictè interpretanda: quando non conſtat aliter de mente diſponentis. Non enim mentis maius teſtimonium eſt, quàm qualitas inſpecta verborum: vt bene notat Bal. in l. ad recognoſcentes, C. de Ingen. manum.

Sextò ampliatur, vt impedientes ſic deferẽ-
8 tes excommunicationem contrahant. quacunque actoritate impediant: atque ideo in dictam cenſuram incidunt. ſiue Iudicis officio. ſiue priuata authoritate impedimentum de facto præſtent: vt per Vgolin. loco citato, in ver. Decimò.

Septimò ampliatur, vt excommunicatio iſta impedientes prædictos alliget, quicunque ſint, qui impediuntur. atque ideò ſiue res illas iumẽtis deferãt, ſiue nauibus ſiue humeris, ſiue curribus: quoniam canõ ipſe generaliter loquitur, & ideò generaliter debet intelligi, ar. tex. in l. t. §. generaliter, ff. de legat. præſt.

Octauò ampliatur, vt excommunicatio iſta comprehendat impedientes eos, qui deferunt ſupradictas res ad Romanam Curiam, vbicumque ſit, ſiue Romæ, ſiue Neapoli, ſiue in Gallia, aut alibi. Vndè Vgol. in ſupra citato loco, in ver. Octauò, ait, quòd dum Clem. VIII. reperiretur Ferrariæ, ſi quis impediuiſſet victualia Ferrariam deferri, in hanc excommunicationem proculdubio incidiſſet. Et quoniam pars Curiæ tunc tẽporis remanſit Romæ, ſi quis impediuit, ne res illæ Romam deferentur, in eandem excommunicationem incidit: ar. tex. in l. quæ de tota, ff. de rei vend. vbi habetur, quòd eadem eſt ratio totius, & partis.

Nonò ampliatur, vt ſub hac excommunica-
9 tione comprehendantur non modò impediẽtes eos, qui deferũt victualia ad Romanam curiam; ſed etiam impedientes eos, qui res illas defetre volunt; vt patet in illis canonis verbis: *Ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur prohibentur, &c.* Vbi eſt not. ex Vgol. hic in explicatione dictorum verborum: quia illa duo verba: *Adducantur, & afferantur*; adhibita ſunt ad includendum eos, qui quaſcunque
10 res impedirent, quominus ad Curiam portarẽtur. Nam hæc omnia partim ducuntur: vt boues, capreæ, ſues, & oues, & alia ſimilia animalia ad vſum dictæ Curiæ ſpectantia, cùm per ſe iter faciant: partim vero feruntur, vt frumentũ, oleum, vinum, & alia huiuſmodi: partim denique afferri, ac duci poſſunt; ſed commodius feruntur, vt ſunt agni, ædi: gallinæ, & his ſimiles minutæ animantes.

Decimò ampliatur: vt dicta excommunicatio non modo impedientes vt ſupra alliget, ſed etiam eos, qui hæc facientes defendunt, aut defendi mandant, & inbent: vt ſupra diximus, q. 8.

Vndecimò ampliatur: vt impedientes ſupra-
d to dicti, vltra cenſuram iſtam, quam cõtrahunt, d pluribus alijs afficiantur pœnis. Nam Clem. VII. in Bulla edita pro abundantia frumentaria, & agricultura exercenda, ſub anno 1513. Põtificatus ſui primò: Barones, & alios, qui Ciuitates, Oppida & Terras in feudum, ſeu in Vicariatum, aut alio quouis titulo obtinent, declarat dominio dictorum feudorũ omnino priuatos, Terras, Oppida, & Villas ſubijcit ipſo facto Eccleſiaſtico Interdicto, & perſiſtentes poſt ſemeſtre in eorum duritia, priuat omnibus terris, & feudis, & ad alia obtinenda inhabilitat. Has eaſdem pœnas cõfirmauit Pius V. & Greg. XIII. vt latè habetur ex Alter. hoc eodem loco, c. 5.

Sic ampliata limitatur primò, vt tunc ſupra-
11 dicta excommuninatio dictos impedientes cõ-
e prehendit, cùm per ſe primò victualia, & alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria ad eãdem conuehi prohibẽt, atque impediunt: ſecus autẽ ſi ſecundariò, ſeu per accidens id agant; quia tunc excommunicatio nõ cõtrahitur; eo quòd in moralibus attenditur id, quod eſt per ſe, & non per accidens.

Hinc Princeps aliquis, annonæ ipſius Ciuitatis, Prouinciæ, aut Regni conſulens, prohibẽdo ab illis victualia, & his ſimilia à ſupradictis eiuſdem locis extrahi; quamuis ex tali prohibitione ſequatur, quòd ad Rom. Curiam deferri non poſſint; nihilominus vi noſtri canonis non alligatur: quia hoc caſu incidenter tantùm prohibetur dictorum bonorum delatio ad Romanã Curiã: eo quòd per ſe primò vtilitati Prouinciæ, ſeu Regni, & eorum Ciuitatibus cõſulitur. vt ex Caiet. Nauar. Viual. & alijs docet hic Sayr. lib. 3. Theſ. c. 12. num. 3. tom. 1.

Eſt tamen verũ, quod ius, quo dicto caſu Princeps vtitur debet eſſe clarum ſaltem practicè; nam ſi quis in caſu dubij velit diſpoſitione d. canonis contraire, non excuſaretur: vt bene docet

hic

hic Suar. disp.21.sec.2.num.64. Imò etiam supposito iure claro, debet aliqua rationabilis causa pro temporis opportunitate concurrere: nâ si quis necessitatis tempore iniquè victualia extrahi prohiberet, cùm faciat cõtra charitatem, vel contra iustitiam legalem, quæ commune bonũ respicit, id satis esset ad incurrendam præsentem excommunicationem, quia in eo casu iustum est hoc præceptum: vt' perstundem Suar. loco citato.

Esset autem rationabilis causa, si Ciuitas, Pro
12 uincia, aut Regnum propter extractionem victualium detrimentum pateretur, tunc ex causa prædicta licitè potest Princeps eorũ extractionem impedire: quia ordinata charitas à proximioribus incipit, & extraneis vltimo loco terminatur: vt per Glos. in c. quiescamus, in ver. Postulat, d.42. per tex. in c. cùm satis, d.86. & facit etiam tex. in l. Præses, C. de seru. & aqu.

Sic etiam, quia Princeps tenetur Ciuitatem suam conseruare sanam, & incolumen ab omni contagione, prohibens suis vassallis timore pestis, ne Romam adeant contagionẽ suspectam (quod absit) quamuis ex tali prohibitione impedimentum inferatur ad deferendum victualia ad Romanam Curiam; quia tamẽ hoc impedimentum est per accidens, non consideratur; quoniam censuræ intelligendæ sunt penès id. quod est per se primò, & non per accidens. Id enim quod per se primò à Principe intenditur, est suæ Ciuitatis, Prouinciæ, aut Regni cõseruatio: qua propter ab excommunicatione excusatur. Ita Nauar. in suo man. c.27.n.64. Caiet. in sum. in ver. excommunicatio, c.19. & alij. Hoc idem dicendum est de Principe, qui vt suæ Ciuitatis penuriæ consuleret, impediret etiam, alibunde deferentes res illas ad Romanam Curiã, vt in propria Ciuitate remanerent, vt supra diximus q. 4.

Item in supradictum excommunicationẽ nõ
13 incidit, qui agnoscens equum sibi furto subtractum ad Romanam Curiam victualia deferentem; illum è manibus furis, vel alterius in itinere, subtraxerit, quoniam estò, quòd delationem prædictorum impediat, hoc tamen impedimẽtum est per accipens: eo quòd per se primò dominus equi intendebabt recuperare equũ, furto sibi subtractum, vt de iure poterat, per tex. in l. in ciuilem, C. de fur.

Secundò limitatur, vt excommunicatio præ-
14 dicta tunc locum sibi vendicet, quando impedientes, vt supra deferentes, iniustè impediunt, & cum peccato mortali: quoniã excommunicatio non contrahitur vbi talis culpa non cõmittitur, c. nullus, & c. nemo, 11.q.3.

Hinc infertur, quòd gabellarum exactores no-
f minata in tex. bona detinentes ob gabellam *f* iustè sibi debitam non solutam, excõmunicationis vinculo non alligantur. Dixi iustè, quia si iniustè impositam gabellam exigant, non excusantur, nisi probabilis ignorantia iuris, vel facti concurreret.

Sic etiam Iudex detrudens in carcerẽ victualia vt supra deferentes ex causa alicuius commissi criminis: quia iustè in carcere illos detinet; eo quòd publicè interest, vt delicta puniãtur, l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. in excommunicationem nostri canonis non incidit.

Hac eadem ratione detrudi faciens in carcerem debitorem suum, donec sibi satisfaciat, cũ iustè id faciat, non excommunicatur, quoniam secũdum iuris præcepta debitum sibi debetur, l. Iustitia, ff. de iust. & iur. & §.1. iuris præcepta, in inst. eo. tit.

Tertiò limitatur, conclusionem nostram pro-
15 cedere, quando dicta victualia dolosè *g* ad Ro-
g manam Curiam deferri prohibentur iuxta ea, quæ supra annotauimus, q 2. Secus autẽ si bona fide, aut bono zelo vt supra prohibeantur.

Hinc sequitur, quòd qui putridos pisces, & alia victualia corrupta ad Rom. Curiam deferri prohibeat, dubitans, ne cum illis aliqua contagio ad R. Curiam deferatur, cum dolo id non faciat, in excommunicationem non incidit: vt habetur ex Viual. in explicatione præsentis canonis, num.7.

Sic etiam, qui bona fide, probabiliter igno-
16 rans censuram hanc, ea deferri impediuerit; estò quòd talis prohibitio sit iniusta, & peccatum mortale; nihilominus non excommunicatur prohibens, aut impediens: quia licèt faciat contra legem Diuinam peccando; non tamen facit contra legislatorem, censuram ferentem. Vndè cùm non adsit contumacia, propter quam semper fertur excommunicatio, talis non erit excommunicatus: vt probauimus supra, lib.1.c.2. q.5.con.2.

Quartò limitatur, vt ad dictam excommuni-
17 cationem incurrendam exigatur, vt quis deferentes supradicta victualia, impediat, & inuadat vt deferẽtes sunt ad Rom. Curiam; nam si pro-
b pter aliam causam *b* impedimentum inferatur, censura ipsũ non contrahitur.

Hinc sequitur, quòd qui ob particulares inimicitias interficit deferentem res illas ad Romanam Curiam, in dictum excommunicationẽ non incidit, quia non occidit vt portantem, sed vt inimicum. Ita Viual. hic, num.12. & alij, quos refert, & sequitur Sayr. in explicatione eiusdem canonis, lib.3. Thes. to.1. c.12.n.4. licèt contrarium teneat Vgol. hic, §.4. ver. Tertio in excommunicationem, in fine, cuius opinio videtur probabilis per ea, quæ infra dicemus can. 10. quæst.10.

Sic etiam impediens aut inuadens aliquem
18 Romam victualia deferentem alicui particulari, & priuatæ personæ, prædictam excommunicationem non contrahit; quia bona illa, licèt Romam deferantur, non tamen deferuntur ad vsum Curiæ, sed ad vsum priuatæ personæ: vt per Viual. ibi n.11. Idem dicendum est de spo-
i liante tantùm pecuniis *i* deferentem merces ad Rom. Curiam, vt respondisse refert idem Viual. loco citato, n.13. quendam grauissimum Doctorem Theologum Salmanticæ. Quod quidẽ verum puto, nisi illarum pecuniarum subtractio, fit causa quominus victualia deferantur, & ipse spolians verisimiliter crederet ob hãc causam victualia non esse deferenda ad Rom Curiam: quoniam tunc sic delinquens ab hac censura non videtur excusari posse: nam cùm prohibetur illud, prohibitum censetur omne illud per quod deuenitur ad illud, vt in c. cùm quid il 2. vbi Glos. de regul. iur. in sexto. Et eo maximè, quia illud impedimentum, cùm ab impediente iniustè, fuerit præuisum; dicitur inten-

tum, ſi non formaliter, ſaltem virtualiter. Et hanc ſententiam tenet Vgol. loco citato: qui licèt teneat in hanc excommunicationem non incidere, qui clam furatur aliquid ab his, qui ad Romanã Curiam prædicta deferunt: cùm Bulla excommunicet ſolùm impedientes, & inuadentes, non autem furantes; latrones tamen, qui itinera obſident, & apertè ſic deferentes ſpoliãt, ab huiuſmodi cenſura non excuſat: nam hi inuadere dicuntur.

Non obſtat, ſi dicat aliquis, quòd clam furripiẽs pecunias homini, ad Curiam victualia deferenti, non intendit impedire victualium huiuſmodi delationem, ſed ipſas tantùm pecunias furto ſubtrahere: quòd autem occaſione talis furti, is qui deferebat victualia, nolit amplius ad Curiam accedere, id eſt per accidens: at in moralibus, vt ſæpe diximus, attenditur id, quod per ſe, & principaliter fit, non id quod accidit: vt in l. ſi quis nec cauſam, & ibi Doct. ff. ſi cert. pet. Quoniam reſpondetur, quòd quando fur ille ex circumſtantijs rei ablatæ, perſonæ, temporis, loci, & ex alijs conditionibus poterat probabiliter ſuſpicari ex tali furto retrahi poſſe venientem, ne victualia ad Curiam aſportaret, eſtò, quòd re vera id non intenderet, excommunicationem nihilominus contraheret, cùm ex ignorantia craſſa legem tranſgrediatur, & rei illicitæ det operam. Nam regula illa: Attendendum eſſe, quòd principaliter agitur: non habet locum, cùm quis dat operam rei illicitæ: vt habetur ex Iaſ. in d. l. ſi quis nec cauſam, n. 14. Ratio autem huius dicti colligitur ex his, quæ docet Couar. in c. alma Mater. p. 1. §. 10. num. 16. ver. Illud ſanè prætermittendum non eſt: dum ait: quòd qui dans operam rei illicitæ, ex ignorantia craſſa damnatum aliquod agit, non poteſt propriè dici fiuiſſe ab eo volitum per accidens, ſed per ſe: quia apertè voluit rem illam illicitam, cui operam dabat; & volens illam, cẽſetur eo ipſo velle id, quod ex ea ſequitur.

Vndè, quemadmodum is, qui dans operam rei illicitæ, Titium percuſſit, quem ex ignorãtia craſſa clericum eſſe ignorabat, nõ excuſatur ab excommunicatione, c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. iuxta communem Doct. ſententiam in c. ſi verò, il 2. de ſent. excom. Ita etiam, qui clam furatur pecunias victualia ad Curiam deferenti, ſi attentis circumſtantijs probabiliter ſcire poterat, ob huiuſmodi furtum, illum receſſurũ, & ad Curiam victualia non allaturum amplius, excommunicationem noſtri canonis non effugiet, cùm ex ignorantia craſſa, & dans operam rei illicitæ, canonem ipſum tranſgrediatur. Ita Alter. in explicat. huius can. cap. 4. col. 3. in fine, & col. 4. in ver. Reſpondeo. Vbi etiam inquit ſecus eſſe dicendum, quando fur, de quo agitur, neque actuali, neque virtuali intentione cogitare poterat, ob tale furtum, victualia prædicta ad Curiam deferentem, ab incepto itinere receſſurum fore.

Quæ quidem opinio, licèt nobis probabilis videatur; nihilominus eſt contra ea, quæ paulò ſupra diximus ex Viual. & Sayr.

Quintò limitatur, vt excõmunicatio iſta eos
19 tantùm comprehendat, qui victualia deferenda impediunt ad Romanam Curiam. Vndè ſi Romanus Pontifex, aut Cardinales ſe conferãt in aliquam Ciuitatem, & ſecum audientiam nõ habeant, nempe ſuos Iudices, & ibi Pontifex ipſe moriatur, qui prædicta eò deferri non permittit, in excommunicationem non incidit: nã reſidentiã Curiæ ibi non eſt: vt ſupra diximus, q. 6. & habetur ex Vgol. hoc loco, §. 4. in ver. Quæro in excommunicationem.

Sextò limitatur, dictam excommunicationẽ eos tantùm alligare, qui impediunt deferentes bona ad vſum Rom. Curiæ pertinentia, de quibus tractauimus ſupra, q. 5. ſecus autem, ſi ad vſum prædictũ non pertineant: atque ideo impedientes qui ad Romanam Curiam deferũt ſimias, accipitres, Nanos, inſtrumenta muſica, & alia quæ ad vſum Rom. Curiæ neceſſaria non ſunt; ſed tantùm delectabilia, in prædictam excommunicationem non incidunt: quia cũ verba canonis huic caſui non cõueniant, nec eiuſdem diſpoſitio conuenire debet, ar. tex. in l. 4. §. toties, ff. de dan. in ſec.

Idem dicendum eſt de impedientibus Tabellarios, ne litteras ad Romanam Curiam deferant: quia victus nomine, litteræ non comprehenduntur: & ad vſum Romanæ Curiæ nõ pertinent tantò fortiùs, quia dictio illa, *Aliaué, &c.* eſt repetitiua ſimilium antecedentibus: vt habetur ex Iaſon. & alijs in l. quicũque, C. qui admit. Quibus adde, quæ ſupra diximus in d. q. 5. in fine, Vgol. loco citato, in ver. Poſtremò.

Septimò limitatur, vt ſub dicta excommunicatione cõprehendantur principales impedientes deferri bona prædicta, non autem mandantes impediri; vt ſupra diximus, q. 8. excepto caſu relato à nobis ſupra, q. 3. & exceptis ijs, qui mãdant impedientes ipſos defendi: vt clarè colligitur ex tex. in illis uerbis: *Seu hæc facientes defendunt per ſe, vel alios &c.* & annotauimus in d. q. 8. in fine.

Octauò limitatur, vt excõmunicatio iſta non extendatur ad conſilium dantes ad impediendum deferentes uictualia, & alia ad uſum Romanæ Curiæ neceſſaria: ut ſup. q. 9. probauimus.

ADDITIO.

a Extenditur. Adde Filliuc. tom. 1 qq. moral. tract. 16. c. 7. q. 1. num. 155. Reginald. lib. 9. ſuæ prax. c. 19. num. 307. & Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſput. 1. q. 9 pun. 1. num. 15. vbi addit, quòd licèt ex ui huius canonis actiones hic prohibitæ ſint ſpecies ſacrilegij; nihilominus ex earum natura fieri poteſt, vt iniuſtitiæ labem, ut plurimum adiunctam habeant, uel aliam malitiam pro diuerſitate circumſtantiarum. Abb. Alex.

b Quoſcunque. Adde Reginald. lib. 9. ſuæ prax. num. 307. & Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 9. pun. 2. num. 1 a. Abb. Alex.

c Deferentur. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. c. 7. q. 2. n. 165. id ampliantentem etiam ſi fortè Curiales, ea emere nõ ſoleant; ſed ſolùm alij Incolæ illius loci, in quo Romana Curia reſidet. Vt ſi quis impediat ferentem magnam piſcium, aut mercium copiam, quas mercatores, qui annonam faciunt, immediatè emere ſolent; non autẽ Curiales: ſiquidem hæ res deferuntur ad uſum Rom. Curiæ. D. Cæſar.

d Contrahunt. Adde Bonac. de cẽſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 9. pun. 1. ſub n. 12, 13. & 23. Abb. Alex.

Primo,

e Primò. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. cap. 7. q. 2. num. 56. & alios relatos à Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 9. pun. 2. ſub num. 7. & 8. Abb. Alex.

f Gabellam. Adde Reginald. lib. 9. ſuæ prax. num. 307. Gambar. hîc, cap. 8. num. 5. & Bonac. hoc eodem loco diſp. 1. q. 9. pun. 2. num. 13. vbi id intelligit locum ſibi vendicare, quando gabella eſt iuſta: aliàs exactores, niſi bonam fidem habeant, non excuſarentur; quoniam non dicerentur iuſtam cauſam habere. Abb. Alex.

g Doloſè. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 9. pun. 2. num. 2. Abb. Alex.

h Cauſam. Adde Reginald. lib. 9. ſuæ prax. num. 307. & Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. quæſt. 9. pun. 2. num. 14. vbi ob id excludit ab excommunicatione iſta, qui equum à fure ſiblatum, à furis manibus ſubtrahit illum ad Rom. Curam ducens: nõ enim iniquè impedit, cùm ius habeat ad rem ſuam recuperandam: illamq; poſſit vbiq; etiam à tertio poſſeſſore vindicare citra pretij ſolutionem, l. inciuile m, C. de furt Io. Vincent.

i Pecunijs. Adde Reginald. lib. 9. ſuæ prax. num. 307. & Bonac. de cenſur Bull. cœn. diſpũt. 1. quæſt. 9. pun. 2. num. 10. qui hoc intelligit verùm eſſe; dummodo non ſpoliet animo impediendi delationem victualium, & ſpoliatus pecuniam deſcrat ad eiuſdem vſum, & commodum: ſecus ſi ad vſum alicuius Curialis: quoniam tunc ſpolians in excommunicationem incideret: eo quòd diceretur Curiam offendere in ijs, quæ ad ipſius vſum ſpectant & denique ſupradicta intelligit, dummodo ſpolians non interficiat; aut vulneret: nam his actionibus diceretur propriè inuadere, ac impedire victualium delationem. Ioann. Vincent.

k Curiam. Adde Gambar. hîc cap. 8. ad fin. Reginald. lib. 9. ſuæ prax. cap. 19. num. 306. & Filliuc. tom. 1. qq. moral. cap. 7. quæſt. 4. D. Cæſar.

COMMENTVM

In Canonem Nonum Bullæ in Cœna Domini.

ITEM Excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apoſtolicam venientes, & recedentes ab eadem, ſua vel aliorum opera interficiunt, mutilant, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, à nobis, vel à noſtris Iudicibus non habentes, illam ſibi temere vendicantes, ſimilia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare.

De Diuiſione Canonis. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio iſta fuit lata tempore Mart. V.*
2 *Venire ad Sedem Apoſtolicam, quis propriè dicatur.*
3 *Accedens, aut recedens ad Sedem Apoſtolicam, ſi aliud agens longo tempore differat iter complere, non gaudet priuilegio huius canonis.*

TEx. diuiditur in duas partes. In prima parte excommunicantur offendentes illos qui ad Romanam Curiam veniunt, vel ab ea receedunt. In ſecunda excommunicantur vexantes illos qui in eadem Curia morantur. Secunda Ibi. Necnon. Ad cuius intelligẽtiam quatuor nobis duximus conſideranda. Primò tempus latæ excommunicationis. Secundò perſonæ quę excõmunicantur. Tertiò actiones, propter quas fertur excommunicatio. Quartò perſonæ, in quas actiones ipsæ fieri probentur.

Circa primum eſt not. quòd excommunicatio iſta antiqua eſt: reperitur enim in Bulla. Mar. V. vt ex D. Ant. Syl. & alijs refert Sayr. hic lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 13. in prin.

Circa ſecundum excommunicatio generalis eſt omnes & quaſcunque perſonas comprehẽdens, huic cauſoni contrauenientes. Et hoc ob dictionem illam, *Omnes*, quæ neminem excludit, l. Iulianus, ff. de leg. 3. & Vgol. hoc loco, § 1. ſub num. 1. in ver. Nam primò.

Circa tertium quinque ſunt actiones, propter quas fertur excõmunicatio. Primò interficere per ſe, vel alios. Secundò mutilare. Tertiò ſpoliare. Quartò capere. Quintò detinere perſonas mox recenſendas.

Circa quartum tria ſunt perſonarum genera, in quas actiones prædictæ fieri prohibentur. a Primò venientes ad Sedem Apoſtolicam. a Secundò recedentes ab eadem. Tertiò morãtes in Curia Rom. Vbi eſt annot. ex Vgol. hic in principio canonis, num. 2. quòd is dicitur ad Sedem Apoſtolicam venire, qui aut ratione Ordinis, vel rationc iuriſdictionis gerere apud Sedem Apoſtolicam, aut aliquid ab ea deſiderat impetrare. Ratione Ordinis, vt ſcilicet conſecratio aliqua fiat. Ordinis collatio, & cætera huiuſmodi. Iuriſdictionis autem ratione; nempe vt appellationem proſequatur, vt beneficium aliquod ſibi conferatur, penſionem conſequatur, ſuper aliquo voto ſibi diſpẽſetur, indulgentia ſibi tribuatur, & his ſimilia; vt per Gloſ. in c. tranſmiſſam. de elect.

Verùm, quia Romanus Pontifex in terris Eccleſię ſubiectis habet vtrumque gladium, ſpiritualem ſcilicet, & temporalem: idcirco qui ad Sedem Apoſtolicam proficiſcitur, ad præſẽtã illi

illi canonem, vt singulis annis sit ab Hyspaniarum Rege in re cognitionem Regni Neapolitani: vel ad aliquod officium, vel gratiã impetrãdam, si offendatur altero ex dictis modis, offendens in excommunicationem incidit. Vndè venientes ad Sedem Apostolicam illi proprié dicuntur, qui ad eam ratione Rom. Pontificis veniunt; & non qui ratione stationis, vel Indulgẽtiarum, sed habentes negotium prætensionem, gratiam, & alia huiusmodi mediante, vel interueniẽte Papa, siue Romæ sit, siue alibi: vt habetur ex Tol. in explicatione nostri canonis, lib. 1. suæ sum. c. 26 n. 3. Vgol. ibidem. Et latè Alter. in explic. eiusdem can. c. 1. col. fin. in ver. Veniẽtes, & recedentes. Vbi etiam cap. 2. col. 3. in ver. Respondeo: notat, quòd hoc participium: Veniens, vel recedẽs: significat actum in fieri, ideſt motum cõtinuum, & successiuum veniendi ad Sedem Apost. vel ab ea recedẽdi. Motus autem continuus non tantùm progressiuus atẽditur, quàm volũtatis: ideſt, quòd veniens non mutauit voluntatem veniendi, nec se alteri negocio tradidit, aut longi temporis interuallo cessauerit ab incæpto itinere. Etenim actus aliquis nõ dicitur continuus, si vel longo tẽpore intermittatur, vel contrarius actus interponatur: vt est tex. in l. 1. §. qui præsens, iuncta Glos. in ver. Qui præsens est, & Iason n. 3. & 8. ff. de verb. obligat. l. continuus, & l. quæ extrinsecus, eo. tit. latè Panor. in c. cùm causam. num 2. de elect.

Vndè sequitur, quòd si quis ad Sedem Apostolicam veniens, in via mutet voluntatem, *b* iã nõ
3 *b* appellatur amplius veniens. Idem dicendũ est, si in eadem voluntate permanserit, & aliud agẽs longo tempore, differat iter complere: tunc enim iniuria illum afficiens in excõmunicationem iſtam non incideret: eo quòd moraliter loquendo, non dicitur offendere venientem ad Sedem Apostolicam. Eodem modo proportionaliter dici potest de recedente.

Quando autem breue, aut longum temporis interuallum dicatur in casu de quo agitur, non potest assignari certa regula in omnibus. Nam vnum, & idem temporis spacium pro diuersitate actionum breue, & longũ iudicabitur ad cõstituendum aliquem actum continuum, vel interpolatum: vt notat Iaſ. loco citato. Nihilominus Alter. loco citato, in ver. Quæret aliquis; circa rem iſtam hanc regulam tradi posse arbitratur. Vt quãdo quis ab inchoato itinere acceſsũ ad Sedẽ Apost. vel ab ea recessũ voluntariè differt non impeditus morbo, aut aliqua alia legitima causa, per plures dies aliud agens separatũ, & omnino diuersum ab itinere, & quod neque immediatè, neque mediatè ordinatur ad finem veniendi ad Apost. S. aut ab ea recedendi, is nõ potest dici veniens, nec recedens: atque adeò si tunc temporis offenditur, non habet locum excommunicatio huius canonis. Sed quot dies satis sint ad constituendum lõgum tempus, iudicio superiorum stãdum est, & in dubio petenda est absolutio ab excommunicatione.

An autem Romana Curia differat à Sede Apostolica, infra Deo duce dicemus.

ADDITIO.

a Apostolicam. Adde Filliuc. tom. 1. qq. mo-

tract. t 5. c. 6. q. 3. num. 139. & tract. 16. c. 7. q. 6. num. t64. & Bonac. de censur. Bull. cœn. disp. 1. q. 10. pun. 1. sub nu. 2. ver. Sed mihi dicendum: vbi putat, probabilem esse sententiam Alter. hoc loco, disp. 10. c. 2. dub. 4. & Reginald. lib. 9. suæ prax. num. 208: existimantium nomine Sedis Apostolicæ intelligi Papam, vt Papa est, quatenus est caput, & Pastor totius Ecclesiæ Catholicæ, iurisdictionem spiritualem à Christo acceptam exercens. Vel intelligi audientiam Papæ, nempe, vt comprehendit officiales, & ministros Sedis Apostolicæ. Non tamen Duardus est sibi contrarius per ea, quæ dicit, infra, q. 37. num. 7. vt malè arbitratur Bonac. loco citato, sub num. 3. vers. Secundò eos; quia in hac q. n. 2. loquitur de gratijs, & officijs spiritualibus: at in d. q. 37. n. 7. loquitur de gratijs, & officijs temporalibus: & in re Duard. ipse sequitur opinionem Alter. & aliorum. Abb. Alex.

b Voluntatem. Adde Bonac. de censur. Bull. cœn. disp. 1. q. 10. pun. 1. sub num. 4. Abb. Alex.

Ibi (*Venientes, & recedentes*) An canon iſte intelligendus sit de eisdem venientibus, ac recedentibus; vel de diuersis. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium concessum accedentibus ad aliquem locum censetur concessum eisdem quoque ab eo recedentibus.*
2 *Securè non dicitur ire, qui tutò redire non potest.*
3 *Romanus Pontifex excommunicans eos qui offendunt accedentes ad Sedem Apostolicam, censetur etiam excommunicationem ferre contra offendentes eosdem recedentes, etiam si de recedentibus expressam mentionem non fecerit.*
4 *Vbi militat eadem ratio, ibi quoque militat eadem iuris dispositio.*
5 *Offendentes eos, qui veniunt à Sede Apostolica, ad quam prius non accesserant, in excommunicationem non incidunt.*
6 *Dicto, Vel, ponitur inter diuersa.*
7 *Dicto, Et, copulat omnino diuersa & contraria.*
8 *Recedere, quid propriè denotat.*
9 *Lex sæpe vtitur pluribus verbis, quàm sit opus, ad maiorem ipsius declarationem.*
10 *Verba legis, seu statuti, debent aliquid operari, quando id commodè fieri potest.*
11 *Ad Apostolicam Sedem accedentes, securi permanent sub Apostolica protectione.*
12 *Offendentes in Romana Curia commorantes, bodie in excommunicationem non incidunt.*

AD tit. intell. est annot. quod dum vi nostri canonis excommunicantur ij, qui offendũt accedentes ad S. Apostolicam, & ab ea recedentes; illa uerba: *Accedentes ac recedentes*: possunt habere duplicem sensum. Nam primò intelligi possunt de eisdem, qui ad S. Apostolicam uenerunt, & deinde, expeditis negotijs, ab ea recedãt; ita vt excõmunicatio feratur cõtra omnes, qui eos offendunt, siue dum accedunt, siue dũ recedunt ab Apostolica Sede. Secundò, dicta uerba intelligi possunt de diuersis; ideſt de illis, qui ad Sedem Apostolicam accedunt ad tractã-

dum

dum aliquid cum ipſa: ac etiam de illis, qui à Sede Apoſtolica recedunt, licèt ad eandem nũquam venerint, eo quòd antea ibi manebant.

Quæritur igitur, de quibus intelligatur iſte canon.

In hac difficultate videtur prima fróte dicẽdum, quòd canon ipſe intelligatur non ſolùm de eiſdem, qui accedunt, & recedunt vt ſupra; ſed etiam de illis, qui ab Apoſtolica Sede diſcedunt, etiam ſi ad ipſam nunquam venerint, vt quia ibidem antea permanebant.

Probatur, quoniam aliàs excommunicatio
1 lata contra offendentes eos, qui à S. Apoſtolica recedunt, ſuperflua eſſet: atque ideo ſufficeret cenſurã loqui de offendentibus accendẽtes ad S. Apoſtolicam: nec opus fuiſſet verba quoque facere de recedentibus: quia priuilegium alicui conceſſum eundi ad locum aliquem, cenſetur eo ipſo conceſſum ad redeundum, c. fin. de treg. & pace, vbi etiam Panor. & Felin. & facit quoque rex. in c. quia diuerſitatem, in fine, de conceſſ. præben. Vbi habetur, quod tempus ſemeſtre datum ad conferendum, ſeu eligendum beneficium, non currit illi, qui ad Apoſtolicam ſedem acceſſit, apud illam permanſit, & ab ea re-
2 ceſſit. Etenim ire, & redire æquiparãtur in iure, c. magnæ, in fine de vot. Vndè ſecurè non dicitur venire, qui tutò redire non poteſt, vt per Abb. Panor. in c. ego N. de iureiur. num. 2. ver. Et ſextò.

Quocirca, ſi Romanus Pontifex in hoc cano-
3 ne excommunicaret omnes illos, qui offenderet venientes ad Sedem Apoſtolicam ſimpliciter, & non adderet: *Et recedentes* cenſura locum ſibi vendicaret etiam contra eos, qui offenderent ipſos recedentes. Ne igitur ſuperfluè videatur hoc loco addita dictio illa, *Recedentes*, dicendum eſt, canonem noſtrum debere intelligi non ſolùm de eiſdem, qui accedunt, ac recedunt vt ſupra; ſed etiam de recedentibus dumtaxat, etiam ſi ad Sedem Apoſtolicam nunquam venerint.

Secundò probatur, quia non poteſt aſſignari
4 diuerſitatis ratio, cur eiſdem venientibus, ac recedentibus beneficium huius canonis concedatur; & non aliis recedentibus tantùm, cùm tam accedentes ad Romanam Curiam, quam in ea commorãtes, ſint ſub Apoſtolica protectione. Cùm igitur in vtroque caſu militet eadẽ ratio, militat etiam eadem iuris diſpoſitio, l. adigere, §. quãuis, ff. de iur. patr. & l. illud, ff. ad leg. Aquil.

His tamen non obſtantibus, oppoſitum puto
5 verius; atque ideò in excommunicatione nõ-
a ſtri canonis incidere, qui offendunt recedentes à Sede Apoſtolica, cùm ad eandem antea venerint; non autem offendentes recedẽtes vt ſupra, qui ad Sedem Apoſtolicam non acceſſerint; eo quòd per prius ibi manebant.

Probatur primo: quia Romanus Pontifex hũc canonem edidit in fauorem eorum, qui cogũntur Sedem apoſtolicam adire pro rebus, ac negocijs ſuis, vt ſecũrè ſedem ipſam adeant, & ne ab itinere retrahantur ob timorem iniuriæ ſeu offenſionis in ſe ipſis, aut rebus. Vndè Romanus Pontifex, vt ſufficienter ipſorum incolumitati conſuleret, excommunicat offendentes eos, non ſolùm accedentes, ſed etiam dum, expeditis negotijs, recedunt.

Secundò ſi Romanus Pontifex, per illa verba
6 *Venientes & recedentes*, vellet denotare diuerſas perſonas, vteretur particula diſiũctiua, Vel, atque ideo excommunicaret eos, qui offendunt accedentes, vel recedentes &c. Etenim alternatiua regulariter ponitur inter diuerſa, vt per Bart. in l. ſi is qui ducenta, §. vtrum. in ſexta oppoſ. ff. de reb. dub. At vtitur copula. &, propter
7 quod videtur indicare ipſi loqui de eiſdẽ venientibus, qui poſtea recedũt. quoniam dictio, &, copulat omnino diuerſa, & contraria, & operatur, vt vtrumque copulatum ſit æquè principaliter prohibitum: vt habetur ex Gloſ. & ibi Panor. in c. quærelam, de Simon. c. pen. vbi etiã idem Panor. de vit. & honeſt. Cler.

Tertiò, & ultimò, recedens ab aliquo loco is
8 propriè dicitur, qui ad illud prius aduenerat, iuxta illud Pla. in Can. *Ab iſtoc procul recedas*. Et Cic. ad Att. lib. 2. *Aduola in Formianum, vndè nos pridie Non. Maij recedere cogitamus*. Etenim qui à loco proficiſcitur, ad quem prius non acceſſerat, non dicitur recedere, ſed diſcedere, ſeu proficiſci. Sed Romanus Pontifex in hoc canone excommunicat eos, qui offendunt accedentes, & recedentes, &c. ergo neceſſariò eſt intelligendus de eiſdem recedentibus, qui prius acceſſerant.

Hanc eãdem ſentẽtiam tenet Alter. in explic. huius can. c. 2. col. 1. per totam.

Ad contraria reſpondetur.

9 AD primum dicitur, quòd quamuis priuilegium alicui conceſſum eundi ad locum aliquem, cenſeatur etiam eidem conceſſum ad redeundum: & ideò ſi Papa in hoc canone excõmunicaret omnes illos, qui offenderent accedentes ad S. Apoſtolicam, nulla facta mentione, ab ea recedentium, adhuc ſi illius diſpenſatione recedentes ipſi comprehenderẽntur, accedentiumque beneficio gauderẽt; nihilominus, quia Roman. Pontifex amborum meminit hoc loco non ex hoc poteſt dici ſuperfluus: quoniã cùm agatur de excõmunicatione, quæ pœna eſt ſpiritualis, omnium grauiſſima, grauiter animam afficiens, voluit ipſe Pontifex exprimere in noſtro canone non ſolùm uenientes ad Sedẽ Apoſtolicam; uerùm etiam & recedentes, ad maiorem declarationem, & ad tollendam omnem ambiguitatem. Nam ſæpe lex plenioribus utitur uerbis, quàm ſit opus, ut metem Legiſlatoris clarius manifeſtet: ut habetur ex Felin. in c. fin. n. 1. circa finem, de treg. & pac.

Et licèt regulariter uerba legis, ac ſtatuti de-
10 beãt aliquid operari, *b* ut in c. ſolitæ, de maior.
b & obed. nihilominus regula illa locum ſibi vẽdicat, quando id commodè fieri poteſt, & multipliciter limitatur per Felin. in d. c. ſolitæ, n. 9. uer. In quantum, & in c. 1. num. 14. & ſeq. de reſcript.

Ad ſecundum argumentum patet reſponſio.
11 Nam, ut ſupra diximus, iſte canon fuit editus in fauorem illorum, qui pro ſuis negocijs ſedem apoſtolicam adire compelluntur, ut ſub protectione apoſtolica ſecuri maneãt, hi qui ad apoſtolicã ſedẽ accedũt: iuxtà rex. in c. unic. de cler. peregr. & ne retrahantur ab itinere, timentes ab eorum aduerſarijs offendi. Quæ quidem rationes ceſſant in morãtibus in Curia, & ab ea proficiſ-

Digitized by Google

ficiscentibus. Quo circa Greg. XIII. licèt in sua Bulla includat non solùm venientes, & recedentes, sed etiam apud Sedem Apostolicam morãtes; nihilominus successores Pontifices particulam illam omiserunt, illa fortè ductu ratione, quòd manendo apud Sedem Apostolicam, non imminet illud periculum supra relatum.

Quapropter ait idem Alter. loco citato, quòd
2a qui hodie offenderet venientem ad Sedê Apostolicam, eo tempore, quo apud eam commoratur, hac censura non afficeretur: Secus verò tempore Greg. XIII. cùm in eius Bulla commorantes quoque exprimerentur. Quod quidem nobis videtur satis dubium per ea, quæ infra dicemus, canone proximo, q. 14.

Patet igitur ex dictis, hanc excommunicationem locũ sibi non vendicare, contra offendentem illum, qui discedit à Sede Apostolica, cùm ad illam antea non venerit ad sua negotia pertractanda, sed apud ipsam sedem manebat. Solùm igitur huius censuræ vinculo alligãtur, qui offendunt accedentes ad Apostolicam Sedem, aut eosdem ab ea recedentes.

ADDITIO.

a Verius. Adde Vgol. hic, §. 2. & Alter. hoc eodem loco, disp. 10. c. 2. col. 2. & 3. dub. 2. D. Cæsar.

b Operari. Adde etiam tex. in c. si Papa, in prin. de priuil. in 6. Feder. de sen. conf. 109. num. 2. Roman. conf. 83. late Tusch. in ver. Verba debent aliquid operari, concl. 83. vbi regulã, quòd verba debeant aliquid operari; & quòd non debeant esse superflua, ampliat non tantùm in legibus, & statutis; sed etiam in dispositione hominis. Rolan. conf. 155. num. 45. & seq. & Rom. conf. 580. num. 4. in fin. Item in instrumentis, Bal. in rub. C. de contrah. empt. Alex. conf. 117. num. 3. lib. 1. eamdem regulam ampliat in qualibet alia dispositione, & multipliciter limitat. D. Cæsar.

An offendentes volentes venire ad Sedem Apostolicam: vel ab ea recedere, incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Offendentes volentes venire ad Sedem Apostolicam, in excommunicationem hanc non incidunt.*
2 *Excommunicatio non extenditur vltra id, quod ipsius verba sonant.*
3 *Offendens accedentem ad Sedem Apostolicam, statim excommunicationem contrahit, etiam si offensus ceperit tantùm accedere.*

IN hac re videtur prima facie affirmatiuè respondendum esse: atque ideo offendêtes eos, qui volũt ad Sedem Apostolicam accedere, vel ab ea recedere, in præsẽtem excommunicationem incidere.

Probatur, quia in præcedenti canone excommunicantur non modò impedientes deferentes victualia ad Romanam Curiam; sed etiam, qui deferre volunt: ergo idem dicendum est, in casu nostro, vt sub dispositione nostri canonis comprehendantur, non solùm hi, qui offendunt accedẽtes ad Sedê Apostolicã, & ab ea recedentes; verum etiã volentes accedere, aut recedere.

His tamen non obstantibus, incontrariũ est
1 veritas, nempe quòd offendẽtes ad Sedem Apostolicam venire, vel ab ea recedere volentes, nõ incidũt in excommunicationem huius canonis.

Probatur, quoniam ex vi verborum huius ca
2 nonis solùm excommunicantur, qui offendunt accedẽtes ad Sedem Apostolicam, vel ab ea recedentes: non autem volentes accedere, ac recedere; ergo priores tantùm excommunicationis vinculo alligantur, & non posteriores: quia in pœnalibus verba sunt stricte intelligẽda, c. odia, de reg. iur. in sexto, & excommunicatio cùm sit pœna, non extenditur vltra id, quod ipsius verba sonant: vt sæpe diximus, & ad hoc faciunt etiam allegata per Sayr. lib. 1. Thes. tom. 5. c. 50. num. 8.

Est tamen verũ, quòd excommunicatio ista
3 afficit eum, qui offendit accedentem ad Sedem Apostolicam, vel ab ea recedentẽ statim, quod cæpit accedere, vel recedere: atque ideo statim atque è domo egressus est, & iter suscepit, arg. tex. in c. dilectis filiis, vel secondo de appell. Nam eo ipso, quòd quis iter arripuit ad Sedem Apostolicam venire ad eam dicitur: vt habetur ex Vgol. in explicatione nostri canonis, §. 5. sub n. 3. in ver. Quartò excommunicatio hæc.

Ad cõtrarium patet responsio: idcirco enim excommunicantur vi præcedentis canonis non modò impedientes deferẽtes victualia ad Rom. Curiam; sed etiam qui deferre volunt: quia ex verbis eiusdem canonis apertè colligitur. Quod quidem nõ fuit expressum in præsenti canone; nimirum igitur si sub ipsius dispositione cõprehenduntur hi tantùm, qui offendunt accedentes ad Sedem Apostolicam, & ab ea recedentes & non volentes accedere, aut recedere: quoniã in pœnalibus, vt sumus in casu de quo agitur, verba sunt strictè intelligenda, & nõ valet argumentum à simili: vt supra diximus, lib. 5. cap. 3. quæst. 4.

Ibi (*Sua, vel aliorum opera*) An vi nostri canonis excommunicentur, non modò facientes crimina in eo damnata, sed etiam fieri mandantes. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Mandantes offendi accedentes ad Sedem Apostolicam, in excommunicationem incidunt.*
2 *Mandans interfici aliquem per assassinum, statim excommunicationem contrahit, etiam non secuto effectu: non tamen incidit in excommunicationem huius canonis.*
3 *Assassini, qui dicantur.*
4 *Assassinus dicitur etiam si vt alicui complaceat delictum committat, nulla penitus pecunia, & præmio recepti.*
5 *Auxilium consilium, aut fauorem præstantes ad offendendum accedentes ad Sedem Apostolicam excommunicationem non contrahunt.*

Re-

REſpondetur affirmatiuè: quoniam vi dicti
1 canonis, non ſolùm qui ſua, verùm etiã, qui aliorum opera prædicta crimina committunt, excõmunicãtur; ergo ſub diſpoſitione dicti canonis comprehenduntur etiam mandantes huiuſmodi crimina perpetrari: quoniam illa verba *Sua, vel aliorum opera*: æquipollẽt verbis illis: *Qui per ſe, vel per alios*: quæ verba mandantes comprehendere ſupra probauimus can. præcedenti, q. 7. in fine. Et hanc ſententiam citra vllam cõtrouerſiam tenet, hoc loco, Vgol. §. 1. ſub n. 1. in ver. Item excommunicatio hæc.

Eſt tamen verũ, quòd hic licèt mandans nũquã excommunicationem contrahat, niſi ſecuto effectu, vt aliàs diximus, nihilominus mandans interfici per aſſaſſinum, eo ipſo eſt excommunicatus, etiam non ſecuto homicidio: vt in
2 c. 1. de hom. lib. 6. & ibi Doct. & Suar de cenſur. diſputat. 44. ſec. 3. num. 6. Quocirca mandans interfici per aſſaſſinum accedentes ad Sedem Apoſtolicam, vel ab ea recedentes, vel in Curia morantes, etiam non ſecuto effectu, ſtatim in excommunicationem incidit vi d. cap. 1. Non tamen vi noſtri canonis: quoniam noſter canon opus perfectum exigit.

Et quamuis Suar. loco citato, per aſſaſſinum
3 nõ intelligat quemcumque, cui mandatur homicidium fieri, etiã ſi pecunia data ad hoc munus conducatur; ſed intelligat quãdam peculiarẽ nationem, & gentẽ, quæ in d. tex. aſſaſſini nũcupantur; de quorum origine laiè tractat Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 129. nihilominus ſecundum cõmunẽ intelligentiam, ait idem Mart. loco citato, n. 3. tex. in d. c. 1. procedere, etiã contra illos Chriſtianos, qui pretio recepto, aliquem occidunt, licèt non ducant originem ab illo hominũ genere: eo quòd in eorũ loco ſunt ſubrogati, & per promiſſionem factã alicui dicitur conſumatum crimen aſſaſſinij.

Imò non ſolùm ſi pro pecunia, ſed etiã ſi vt
4 alicui complaceat quis delictum cõmittat, dicitur perpetratum huiuſmodi crimen: atq. ideò ſi nihil datũ ſit, aut promiſſum occidẽti. Quod ſaltem procedit, vbi ſubeſt veriſimilis ſpes conſequendi beneficium aliquod, ſeu remunerationem ab eo, cui complacere volebat. Ita ex Ioan. Andr. in c. pen de cler. refid. Gram. vot. crim. 9. n. 3. & alijs dicit Mart. in d. caſu 129. vbi etiã latè tractat, quando clericus aſſaſſinus perdat priuilegium fori.

Illud tandem monitum te volo ad vberiorẽ
5 intelligẽtiam dictorum verborum: *Sua, vel aliorum opera*: quòd in Bulla Greg. XIII. Erant excommunicati dantes auxilium, cõſilium, vel fauorem damnata in hoc canone crimina committẽtibus. Sixtus V. autem prædicta verba abſtulit, & eorum loco ſubrogauit ſupradicta: *Sua, vel aliorum opera*, quæ in hac eadem Bulla reperiuntur. Vndè his verbis, vt notat hic Alter. c. 3. col. 1. in ver. Sed videdus eſt: voluit Romanus Pontifex arctare hanc excommunicationem, vt non comprehendat conſulentes, auxilium præſtantes, ac fauentes, quos Gregorij Bulla includebat; ſed illos tantùm excommunicat, qui ſunt
6 principales delinquentes, & mandantes. *a* Quòd iſte fuerit Pontificis intentus, colligitur ex verborum diuerſitate: nam vbi variantur verba, variatur etiam diſpoſitio.

ADDITIO.

a Mandantes. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 7. q. 5. nu. 162. & alios apud Bonac. hic, diſput. 1. q. 10. pun. 1. num. 5. qui id limitat, modò non adſit cooperatio ad actionem hoc loco prohibitam, interficiendo, vel mutilando; quoniam tunc auxilium dantes excommunicationem contraherent. Et num. 6. excludit ab excommunicatione eiuſdem canonis actiones per eum prohibitas ratas habentes: ſiquidem vi huius canonis excommunicantur, qui per ſe, vel per alios occidunt, &c. qui autem ratum habet homicidium, &c. non dicitur occidere nec per ſe, nec per alios, cùm ratihabitio ſit homicidio poſterior, Abb. Alex.

An mandans prædicta crimina cõmitti, ſi mandatum reuocauerit ante ſecutum effectum, in excommunicationem incidat, illo demum ſecuto. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Offendi mandantem eos, qui accedunt ad Sedem Apoſtolicam, ſi mandatum reuocauerint ante ſecutum effectum, in excommunicationem non incidunt, etiã ſi poſtea ſequatur effectus, & eſtò quòd reuocatio nõ peruenerit ad mandatarij notitiam.*

2 *Excommunicatus reſipiſcẽs à contumacia, ſtatim eſt abſoluendus.*

3 *Irregularitas contrahitur à mandante occidi aliquem, etiam ſi pœnitentia ductus mandatum reuocauerit, ſi homicidium deinde ſequatur: & mandatum non peruenerit ad notitiam mandatarij.*

4 *Excommunicatio fertur pro peccato futuro: irregularitas verò, ac ſuſpenſio infligũtur etiam pro peccato præterito.*

1 REſpondetur negatiuè, etiam ſi reuocatio
a non peruenerit ad mandatarij notitiã; *a* dũmodo de peccato contritus faciat ſuum poſſe, vt reuocatio ipſi perueniat ad mandatarij notitiam.

Ratio autem hæc eſt: quoniam excommuni-
2 catio nunquam incurritur, niſi propter contumaciam, & perſeuerantiam in peccato, cùm ſit medicinalis: vt in c. 1. de sẽt. excõ. in ſexto, & ideò excommunicatio pro peccato præterito nunquam fertur. Imò excommunicatus ſtatim, atque à contumacia diſcedit, ob quam excommunicationem contraxerit, & Eccleſiæ parere paratus eſt, à quacunque excommunicatione, ſiue iuris ſit, ſiue ab homine ſtatim eſt abſoluẽdus, vt habetur ex Sayr. lib. 1. Theſ. tom. 1. c. 9. num. 29 in fine.

Nec obſtat, ſi dicatur, quòd mandans, eſtò
3 quòd mãdatũ reuocauerit, ſi reuocatio nõ peruenerit ad notitiam mandatarij, ſecuto effectu, efficitur irregularis: vt per Felin. in c. ex parte, de reſcr: Couar. in c. Alma mater, p. 2 §. 2. n. 9. de ſent. excom. in ſexto, Nauar. in man. c. 27. n. 233. Suar. de cenſur. diſp. 44. ſec. 3. n. 7. & alij: quoniã diuerſa ratio militat in excõmunicatione, & diuerſa

uersa in irregularitate: eo quòd irregularitas, sicut suspensio, & interdictum aliquando infligũ-
4 tur, etiam pro peccato præterito, & consequẽter etiam contra contritum de peccato, & in peccati contumacia non perseuerantẽ. At verò excommunicatio nunquam incurritur, nisi pro peccato futuro, & pro perseuerantia in peccati contumacia: nimirum igitur si mandans reuocans mandatum, & adhibita diligentia supradicta, excusetur ab excommunicatione, etiã si reuocatio non peruenerit in notitiam mandatarij, sed non ab irregularitate, nisi prius reuocatio intimata fuerit mandatario. Ita ex Henriq. & alijs tenet Steph. de Auil. de censur. p. 7. de irregularitate, disp. 6. sec. 2. dub. 4. con. 2.

ADDITIO.

a Notitiam. Adde, quòd eamdem sententiam tenet Alter. hic, disput 8. cap. 16. & disput. 10. cap. 3. col. 2. vers. Tertiò. Auil. de censur. 2. p. c. 5. disp. 3. dub 7. & Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 11. cap. 8. q. 13. nu. 167. & alij. Et quamuis contrariam sententiam teneat Bonac. in suo tract. de censur. disput. 1. q. 1. pun. 6. num. 6. nihilominus non est recedendum à priori sententia, cùm limitatione tamen à Duard. hoc loco data: si quidem fortioribus nititur argumentis; quæ insoluta per Bonac. dimittuntur. D. Cæsar.

An mandans ad S. A. accedentem verberari tantùm, si mandatarius mandatum excedens illum occiderit, aut mutilauerit, incidat in excommunicationem nostri canonis. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Mandans verberari aliquem, licèt expressè inhibeat ne occidatur, si mandatarius fines mandati excedens illum occiderit, aut mutilauerit, in irregularitem incidit.*
2 *Culpa si præcessit, an quis teneatur de casu.*
3 *Mandans verberari tantùm accedẽtem ad Sedem Apostolicam, si mandatarius fines mandati excedens illum occiderit, aut mutilauerit, excommunicationem non contrahit: dummodo absolutè non præcipiatur sed limitetur modus, & instrumentum.*
4 *Culpa si præcessit, tenetur quis de casu eadem lege, non autem eadem pœna.*

IN hac re videtur prima fronte dicendum, sic mandantem, prædictam excommunicationem proculdubio contrahere.

Probatur ex tex. in c. fin. de homic. lib. 6. vbi
1 ex Bonifacio VIII. sic legitur: *a Is, qui mandat alı-*
a *quem verberari, licèt expressè inhibeat, ne occidatur vllatenus, vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficitur, si mandatarius fines mandati excedens, mutilet, vel occidat*: ergo eodem pacto mandans, accedentem ad Sedem apostolicam verberari; estò quòd expressè inhibuerit, ne occidatur, aut mutiletur, si mandatarius fines mandati excedens, illũ occiderit, aut mutilauerit, in excommunicationem incidit: quia in vtroque casu militat eadẽ ratio, in supradicto tex. allata, nempe quòd mãdando in culpa fuit, cùm hoc euenire posse debuerit considerare. Vndè Glo. ibi in ver. cul-
2 pa, ponit pro regula, quòd vbi culpa præcessit, quis tenetur de casu; sicut quãdo præcessit culpa, non excusat metus, l. si mulier, ff. quòd met. cau. Vbi autem militat eadem ratio, ibi militat etiam eadem iuris dispositio: vt in l. illud, ff ad l. Aquil. & l. adigere. §. quamuis, ff. de iur. parr. Pro hac sententia videtur esse Vgol. in explic. XI. can. nostræ Bullæ, in ver. Nec non ea mandantes, §. 2. num. *6.*

b His tamen non obstantibus, oppositam *b* sen-
3 tentiam arbitror veriorem esse: atque ideò mãdantem, accedentem vt supra ad S. A. vel ab ea recedentem verberari, si mandatarius excedens mandati fines, illum occidat, aut mutilet, nostri canonis censuram non contrahere.

Probatur: quia vi dicti canonis excommunicatio fertur contra mãdantes occidi, aut mutilari accedentes ad S. A. vel ab ea recedentes; ergo excõmunicatio huiusmodi non debet extendi ad mandantes verberari: quoniam sicut verberare, non est occidere, non mutilare; ita pariter, qui mandat verberari non dicitur mãdare interfici, vel mutilari. Vndè cùm in pœnalibus nõ fiat extensio, vt sæpe diximus, sequitur, quòd prædictus mandans verberari vt supra, in supradictum excommunicationem non incidit.

Secundò. Illud homicidium, seu mutilatio non fuerunt volita, nec directè, nec indirectè à dicto mandante verberari; ergo nullo modo propter homicidium, aut mutilationẽ huiusmodi contra eius voluntatem subsecuta, dictam excommunicationem contrahit. Antecedens patet. nam non sunt volita directè. quia directè, mandans, verberationem dumtaxat præcepit, cũ expressa prohibitione occisionis, aut mutilationis. Nec etiam indirectè: quoniã sic mãdãs, licèt in mandando verberationem, in iustitiam committat; tamen in cauendo de morte, & mutilatione, ne ex tali verberatione sequantur supponimus fuisse adeò diligentem, & sollecitum, ac si verberatio iustè illata esset. ac prudentissimè mandata. Vt si rem ipsam fideli ministro, & humano modo prudenti, ac cauto commiserit & limitauerit modum, & instrumẽtum, in quibus nullum esset periculum: quo casu re ipsa, & coram Deo homicidium, & mutilatio, vt sic nõ sunt indirectè volita: neque in conscientia culpa illa grauior est propter homicidium, aut mutilationem subsecutam: vt bene docet Suar. de censur. disp. 44. sec. 2. n. 3. Consequentia probatur: quia si homicidium, & mutilatio non sunt directè, nec indirectè volita ab ipso mandante verberari: ergo nullo modo pro morte aut mutilatione subsecuta, excommunicationem ipsã contrahit: quoniam excommunicatio nunquã incurritur, nisi contumacia præcedat, & letalis culpa committatur, vt sæpe diximus.

Ad tex. in c. vlt. de hom. in sexto respondetur quòd textus ille specialiter disponit in irregularitate, & non ex rei natura mors secuta imputatur verberanti, sed ex dispositione iuris; quòd

ita

ita ſtatuit in irregularitatis deteſtationem: atque ideò legis interpretatione reputatur huiuſmodi homicidium voluntarium quoad hanc pœnam, cum exſe, & coram Deo ſit omninò inuoluntarium, & cauſale. Poſſet tamen homicidium, & mutilatio prædicta eſſe volũtaria indirectè ex modo præcipiendi: nã ſi abſolutè præcipiatur percuſſio, non limitando modum, neq. inſtrumẽtum, etiam ſi addatur ne vſq; ad mortem, vel mutilationem procedatur, actio mãdata ſemper eſt in ſe periculoſa, & ideo dum non veſtitur illis circumſtantijs ſupra numeratis, intrinſecè includit illud voluntarium indirectũ: ve benè notat Suar. loco citato: quapropter probabiliter eſt dicendum hoc caſu illos non excuſari à ſupradicta excommunicatione.

Ad probationem conſequẽtiæ dicitur, quòd licèt in re in culpa fuerit mãdando verberationem; non tamen in occidendo, aut mutilando vt ſupra probauimus. In odium nihilominus irregularitatis voluit ille textus, vt nulla humana diligentia mandantis ſit ſufficiens ad euitandũ culpam', & ad contrahendam irregularitatem, ſi effectus homicidij, aut irregularitatis ſequatur: nam obligat illam ad cogitandum', quòd non obſtante illa diligentia, & limitatione, poſſit mandatarius, mandati fines excedere.

Secundò dato, quòd ex rei natura aliqua culpa præceſſerit: vt Gloſſ. ibi opinatur, ex illa regula colligitur, teneri prædictos mandantes eadẽ lege, non eadem pœna: nam ſemper malitia, & dolus magis puniuntur, quàm negligentia, & culpa. Etenim qui dolo aliquem occidit, tenetur pœna ordinaria. vt in l. 1. ff. ad l. Corn. de Sicar. Qui autem præciſo dolo hominem interfecit propter culpam, extraordinariè punitur ℔ l. Sed & ſi, § ſi magiſter, ff. ad l. Aquil.

ADDITIO.

a Legitur. Adde hîc Alex. conſ. 140. in princ. iuncto num. 6 lib. 2. & Tuſch. in ver. Homicida, concluſ. 150. num. 3. vbi notat caſum, in quo quis habetur pro homicida, licèt animum non habeat occidendi. D. Cæſar.

b Oppoſitam. Adde hîc Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 10. pun. 2. ſub nu. 4. contrarium ſentientem'. Non tamen eſt recedendum à ſententia Duard. hoc loco; quoniam fortiſſimis fundatur argumentis: cum limitatione tamen, quam affert idem Duard. infra q. 31. nu. 2. Abb. Alex.

c Punitur. Adde, quòd adeò verùm eſt, vt occidens citra dolum excuſetur à pœna ordinaria, vt ab ea excuſetur, etiam ſi fuerit in lata culpa; maximè ſi conſiſtat in negligendo: Siquidem culpa nunquam æquiparatur dolo in imponẽda pœna, vt per Ang. conſ. 268. in fin. & Tuſch. in verſ. Dolus culpa lata, concl. 576. num. 9. vbi tamen num. 10. in vno tantùm caſu, ait latam culpam æquiparari dolo, etiam quoad pœnam imponendam, nempe in Iudice in caſu ſpeciali, de quo in l. vnica, C. de priuat. carcer. & in l. fin. C. ad l. Iul. de vi. Angel. loco citato, Franc. Brun. tract. de indic. & tortur. p. 2. q. 5. num. 28. & ſeq. Imò idem Tuſch. ibi num. 11. ait, quòd lata culpa ſemper eſt dolus verus in Doctore, & Profeſſore; quia turpe eſt Doctori, cùm culpã rẽdarguit ipſum, l. 2. §. Seruius, ff. de origin. iur. & latè habetur per Angel. Aret. conſ. 2. num. 41. & ſeq. & per eumdem Tuſch. in ver. Turpe eſt Doctori, vbi id extendit etiam in minore Doctore, & in arbitratoribus. Io. Vincent.

An rata habentes crimina, vel eorum alterum, quæ vi noſtri canonis prohibentur, incidant in excommunicationem in eo contentam. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Rata habentes crimina, quæ nomine ratihabentium ea, commiſſa non ſunt, nec excommunicationem, nec irregularitatem, nec pœnam aliam contrahunt.*

2 *Conſentiens necatui, aut verberationi eius, qui accedit ad Sedem Apoſtolicam, dum actu ſuo nomine occiditur, aut verberatur in excommunicationem incidit.*

3 *Ratam habens Clerici percuſſionem ſuo nomine factam, excommunicationem incurrit, etiam ſi prius illam non mandauerit, neque omnino cogitauerit.*

4 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.*

5 *Ratum habens homicidium ſuo nomine commiſſum, irregularitatem incurrat, & num. 10. infra.*

6 *Ratum habens homicidium, aut verbera in perſonam accedentis ad Sedem Apoſtolicam in excommunicationem hanc non incidit, etiam ſi ſuo nomine fiant.*

7 *Nihil ſimile, eſt idem.*

8 *Ratam habentes percuſſionem Clericorũ, eorum nomine factam, cur incidant in excommunicationem cap. ſi quis, 17. q. 4.*

9 *Ratihabitio ſimpliciter, non eſt mandatum.*

10 *Ratum habens homicidium ſuo nomine commiſſum, irregularitatem non contrahit.*

11 *Ratum habens homicidium, mutilationem, aut verbera in perſonam accedentis ad Sedem Apoſtolicam, licèt incidat in excommunicationem, c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. non tamen cenſuram huius canonis incurrit.*

12 *Ratam habens percuſſionem Clerici, ad hoc vt incurrat excommunicationem, c. ſi quis ſuadente diabolo 17. q. 4. multæ conditiones exiguntur.*

13 *Mulier, licèt poſt occiſionem viri ratum habeat homicidium ſuo nomine commiſſum: tamen ſi non præceſſit machinatio in mortem, non impeditur contrahere cum occiſore.*

1 AD tituli explicationem eſt annot. quòd hic non loquimur de ratihabitione criminũ, quæ nullo modo fiunt nomine ratihabẽtiũ: clarũ eſt enim quòd ſi pura ſit ratihabitio abſque vllã cooperatione, quòd ratihabentes ſupradicta crimina vi noſtri canonis prohibita, ſicut irregularitatem non incurrunt; ita quoque in excommunicationem non incidunt: quia talis conſenſus, eſt crimen mentale dũtaxat, propter quod nõ cõtrahitur cenſura, cùm Eccleſia poteſtatem non habeat ſuper actus purè internos: vt ſupra diximus, can. 1. q. 24. con. 1.

Nec quæſtio noſtra eſt de eo, qui conſentit
2 huiuſmodi crimẽmbus, dũ ſuo nomine actu cõmit-

mittuntur: nam tunc videtur dictorum criminum reus, nisi exterius ostendat non consentire, repugnet, ac alienum se à tali mandato, & opere, quantum possit, ostendat; estò quòd repugnatio illa ex toto corde non proueniat, per ea, quæ contra Host. in cap. ad audientiam, de homicid. docet Suar. de censur. disput. 44. sec. 3. sub n. 22. Et ideò sicut iste talis non excusatur à Doctoribus ab irregularitate, ita arbitror, illũ nõ excusari ab excommunicatione, quæ in hoc canone habetur, quoniam ratihabitio illa, non est simplex consensus, sed moralis quædã cooperatio, & verè mandatum. ar. tex. in c. quantæ, de sent. excom. Quæstio igitur nostra est de cõsentiẽte prædictis criminibus, vel eorũ alteri illius nomine iam patratis, an incidat in excommunicationem in nostro canone contentam.

In hac difficultate proparte affirmatiua facit
3 tex. in c. cùm quis de sent. excom. in sexto, vbi habetur, incurrere aliquem excommunicationem can. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. si ratam habeat clerici percussionem, suo nomine factam; quamuis prius, neque illam mandauerit, neque omnino cogitauerit.

Et rationem hanc esse ait ille tex. quoniam
4 ratihabitio retrotrahitur, a & mãdato comparatur. Vndè ex eo non tam videtur ius condi, quàm declarari ex regula ratihabitionem, de reg. iur. in sexto.

Hoc idẽ probatur ex tex. in c. Felicis. de pœn. in sexto, vbi pœnæ latæ cõtra percussores Cardinalium, expressè extenduntur contra ratihabentes. Et similis extensio habetur in clem. 1. eo. tit. contra ratihabentes percussiones factas in personam Episcopi; ergo eadem ratione ratihabentes crimina vi nostri canonis damnata, incidunt in excommunicationem, in eo contentam.

Cõfirmatur, quia consentiens in homicidiũ,
5 eius nomine factum, efficitur irregularis: vt per Syl. in sum. in ver. Homicidium, 1. q. 7. Maiol. lib. 5. de irregul. c. 48. § 6. Nauar. in man. c. 27. n. 233 & alios. Et hoc per regulam illam ratihabitionem, de reg. iur. in sexto, in qua habetur, quòd ratihabitio retrotrahitur, & mandato cõparatur: Ergo idem dicendum est in casu nostro, vt ratihabentes supradicta crimina, eorum nomine commissa, excommunicationem contrahãt, quæ in hoc canone continetur.

His tamen non obstantibus, oppositam sententiam puto veriorem esse: atque ideo ratihabentes crimina supradicta ipsorum nomine perpetrata, non incidunt in excommunicationem prædictam.

Probatur, quoniam ratihabentes dicta crimi-
6 nalia, nullo modo sunt eorum causa, ergo dictam excommunicationem non contrahunt. Consequentia clara, quia vi huius canonis excommunicantur, qui sua, vel aliorum opera interficiũt, mutilant, &c. ergo debent aliquo modo causa esse ad incurrendam huiusmodi excommunicationem. Antecedens probatur, quoniam ratihabentes vt supra non sunt causa, quando delicta committuntur: eo quòd tũc nullo modo cooperantur, & quod fit omnino ignorant: neque sunt causa quando rata habent illa crimina: nã ea non fiũt; sed iam commissa sunt, quia supponimus consummata esse; ergo repugnat postea habere causalitatem in illa. Tota ergo complacentia, quæ habetur ex illa ratihabitione circa delicta commissa, respicit ea, vt obiectum, non vt effectum. Ita Suar. loco citato, num. 24.

Confirmatur ex tex. in d. c. cùm quis, de sent.
7 excom. in sexto, vbi habetur, quòd ratihabitio comparatur mandato, ergo ratihabitio non est mandatum, quia nil simile est idem, l. quod Nerua, ff. depos. ergo ratihabentes dicta crimina, in excommunicationem nostri canonis non incidũt: quoniam in eo excommunicãtur dicta crimina committentes, vel mandantes committi: vt supra probauimus, q. 3. & non rata habentes. Modò in pœnalibus verba sunt strictè, & propriè intelligenda: vt sæpe diximus,

Restat modò, vt ad contraria respondeamus.

Ad primum ex tex. in c. cùm quis, & alijs iu-
8 ribus, respondetur quòd ibi specialiter statuitur fauore clericorum, & totius ordinis Ecclesiastici, vt benè docet Sayr. lib. 7. Thes. tom. 1. c. 4. n. 19. & Suar. loco citato, n. 23. nempe, vt excõmunicatio lata contra percutientes clericos, & alios Ecclesiasticos, extendatur ad ratihabẽtes eorum percussiones; & ideò non potest sumi argumentum ad alias pœnas, & leges, in quibus talis extentio non fit. Quin potius hinc sumitur argumentum incontrariũ à speciali. Ideo enim in his iuribus, & similibus exprimitur ratihabitio, quia si non exprimeretur, non comprehenderetur, sicut etiam exprimuntur mandans, & consulens: nam si lex tantùm puniret faciẽtem, non comprehenderentur saltem quoad censuras, vt supra probauimus, lib. 1. c. 3. q. 4.

Nec ratio, quam affert tex. d. c. cùm quis, in-
9 dicat tex. illum non disponere aliquid speciale, sed declarare tex. in c. si quis suadente diabolo, qui loquitur de percutiente clericum, habere quoque locum in ratihabente eiusdem percussionem, cùm ratihabitio mãdato comparetur: quoniam vt rectè respondit Suar. ibidem, n. 26. ratihabitio simpliciter, non est mãdatum, quia non habet illum influxum in opus, quem habet mandatum, nam mandãs dicitur causa, eo quòd in effectum influit, nõ immediatè, sed mediatè: at verò qui ratum habet, nullo modo influit in effectum, & ideò si lex tantùm fertur cõtra mãdantem, non comprehendit ratum habentem, eo quòd non extenditur vltra proprietatẽ verborum ad ea, quæ per analogiam quandam, vel similitudinem cum alijs comparantur. Quocirca meritò in dictis iuribus dicitur, quòd ratihabitio comparatur mãdato, non autem, quòd sit mandatum. Et ius proportionẽ illam considerare, vt illos æquales faciat in pœna, sicut apud Deum, æquales sunt in grauitate culpæ; non secus ac desiderium æquiparatur operi in foro Dei. Vndè, cùm ratihabitio, sit delictum pœna dignũ: ex potest non solùm punire, qui committit delictũ, sed etiã, qui ratum postea habet. Et sic non est verùm, quòd in d. c. cùm quis, nõ statuitur specialè ius: quoniam ratio illa non inducitur, vt per se faciens illam extensionem, sed tanquam sufficiens ad mouendum Pontificem, vt illã faciat. Et ideo S. P. nõ dixit, cùm ratihabitio mãdato cõparetur, sed cum debeat comparari.

Ad

10 Ad confirmationem reſpõdetur negando antecedens; nam ſecundum Doctorum ſententiã magis receptam, ratihabẽtes homicidium, non efficiũtur irregulares: vt eſt Gloſ. in c. ſi quis viduam, in ver. Aut conſilio, 50. d. Angel. in ver. Homicidiũ, n. 7. Hoſt. Cou. Viual. & alij, quos refert, & ſequitur Sayr. loco citato, ſub nu. 17. & Suar. ibidem. Nam pœnæ ſunt reſtringẽdæ, & irregularitatis non incurritur, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt in c. is qui, de ſent. excom. lib. 6.

Vndè, his reiectis, firma remanet concluſio, quod ratihabentes crimina, vi noſtri canonis prohibita, in eiuſdem canonis excommunicationem non incidunt.

11 Ampliatur hæc concluſio, vt procedat etiam quoad ratihabitionẽ occiſionis, aut mutilationis clericorum, accedentium, vel recedentium à Sede Apoſtolica: nã, etſi huiuſmodi ratihabẽtes incidant in canonem, ſi quis ſuadẽte diabolo, & excommunicatio Romano Põtifici ſit reſeruata; non tamen vi præſentis canonis noſtræ Bullæ reſeruata cenſetur; atque ideò, qui facultatẽ habent abſoluendi à quibuſcunque cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, præterquam ab illis, quæ continentur in Bulla cœnæ Domini, poſſunt abſoluere ratihabẽtes occiſionem, vel mutilationem clericorum ab excõmunicatione contra illos latam In d. c. cùm quis, de ſent. excom. in ſextò, & in alijs iuribus ſupra citatis; etiam ſi ratihabitio habeatur occiſionis, aut mutilationis clericorum accedentiũ ad Sedem Apoſtolicam, vel ab ea recedentium.

Ad quam excõmunicationem incurrendam
12 debent concurrere conditiones, quas colligit Steph. de Auil. de cenſur. p. 2. c. 5. diſp. 3. dub. 9. & alij. Nã primò requiritur, vt percuſſio clerici fiat nomine ratihabentis talem percuſſionem, ideſt quòd fiat ipſius contemplatione. Secundò requiritur, quòd approbet percuſsionem illam, ſciens ſuo nomine geſtam fuiſſe. Vndè ſi ignoret ſuo nomine fuiſſe geſtam, excommunicationem non contrahit; quoniam licet gaudeat de percuſsione clerici; non tamen de ea gaudet quatenus ipſius nomine facta eſt cùm id ignoret. Tertiò exigitur, vt ratihabitio huiuſmodi exprimatur verbis, aut alio ſigno exteriori, quoniam ſi tãtùm corde fiat, nõ incurritur excõmunicatio: eo quòd Eccleſia non habet poteſtatẽ ſuper actus purè intemos. Quartò requiritur habilitas extremorſi, nempè, quòd ratificans potuiſſet mandare cõmitti delictum, tempore quo eſt commiſſum. Vndè ſi tempore patrati delicti, ratificans illud, erat infans, vel furioſus, quamuis ratificet iam adultus, vel ſui compos, eacommunicationem non contrahet: quia ratihabitio non retrotrahitur ad impoſſibile. Quintò requiritur, quòd lex ſolùm delictum ipſum exigat: nam ſi requireret præuiam machinationem, non ſatis eſſet ſola ratihabitio ad legis pœnam incurrendam.

Sic mulier, licèt poſt occiſionem viri ratum
13 habeat homicidium; tamen ſi non præceſſit machinatio in mortem, non impeditur contrahere cum occiſore: eo quòd quando non interuenit adulterium, lex exigit, vt præcedat mortis machinatio: vt per Syl. in ſum. in ver. Conſenſus, q. 5. §. 8. cum alijs, à Steph. allegatis loco citato.

ADDITIO.

4 Retrotrahitur. Adde, quòd ratihabitio non ſolùm retrotrahitur in delictis; ſed etiam in cõtractibus, vt per Doctor. in regula, ratihabitionem; quæ vera eſt, quando extrema ſunt habilia; aliàs non trahitur retro, vt per Bart. & alios l. bonorum, ff. rem rat. hab. Alex. conſil. 110. num. 3. lib. 1. Vnde ratificatio non trahitur retro, quando fit in tempus, in quo actus, qui ratificatur, non poſſet fieri: vt quia lapſum ſit tempus talem actum faciendi, Soccin. conſ. 16. num. 35. lib. 4. Alex. conſ 135. num. 6. lib. 2. & alij apud Tuſch. in ver. Ratificatio, concluſ. 21. vbi regulam hanc multipliciter ampliat, & limitat. D. Cæſar.

An omittens obuiare criminibus, vi noſtri canonis prohibitis, incidat in excommunicationem in eo contentam. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Non caret ſcrupulo ſocietatis occulta, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.*

2 *Necare videtur non tantùm is, qui parium præfocat, ſed etiam is, qui abijcit, & alimentum denegat, & is, qui publicis locis miſericordiæ cauſa exponit, quam ipſe non habet.*

3 *Paſce fame morientem: ſi enim paſcendo hominem ſeruare poteris, ſi non paueris occidiſti.*

4 *Clericum permittens percuti, cùm poſſit obuiare, incidit in excommunicationem.*

5 *Agentes, & conſentientes, pari pœna puniuntur.*

6 *Homicidio non obuians, cum poſſit, ac debeat, an efficiatur irregularis.*

7 *Obuiare prætermittentes, ne accedentur ad Sedem Apoſtolicam offendantur, cum poſſint, ac debeant, non incidunt in excommunicationem huius canonis.*

8 *Omiſſio reducitur ad genus commiſſionis imputatiuè.*

9 *Qui non facit quod facere debet, videtur facere aduerſus ea, quæ non facit imputatiuè.*

10 *Occultantes arma accedentium ad Sedem Apoſtolicam, quibus ſe defenderent, ſi ob id ab aliquo occidantur, mutilentur, &c. non incidunt in excommunicationem huius canonis.*

11 *Interuenientes mutilationi accedentis ad S. Apoſtolicam, non vt mutilet, ſed vt delinquẽtibus opem ferat, ſi forsè per aliorum violentiam mutilans impediretur, an excommunicationem contrahat.*

12 *Cooperantes mutilationi accedentis ad Sedem Apoſtolicam, excommunicationem incurrunt.*

13 *Cooperantes ſunt vna ſimul cauſa moralis.*

14 *Obuiare prætermittens mutilationi Clericorum accedentium ad Sedem Apoſtolicam, licèt incidant in cẽſuram cap. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. hanc tamen non incurrunt.*

15 *Agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur ex interpretatione.*

16 *Qui per alium facit, fidè, ſeù interpretatiuè dicitur per ſeipſum facere.*

17 *Irregularitas, vt contrahatur, ſatis eſt moralis influxus ad homicidium, ſeù mutilationem.*

18 *Excommunicatio vt contrahatur, non ſolùm exigit moralem influxum, ſed etiam phyſicum.*

19 *Suadens, ex charitate volens aliquem defendere, ne defendat, irregularitatem non incurrit: ſecus, ſi ex iuſtitia.*

20 *Sciens homicidium contra aliquem moliri, ſi non reuelat ex debito charitatis, in irregularitatem non incidit: ſecus ſi ex debito iuſtitiæ.*

21 *Medicus non ſtipendiatus ſi omittat curare infirmum, propter quod moriatur, irregularis non efficitur: ſecus autem, ſi eſt ſtipendiatus.*

AD tituli explicationem eſt annot. quòd hęc quæſtio dupliciter diſputari poteſt. Primò de omiſſione pure negatiua, quæ nullum habet poſitiuum influxum, phyſicum, nec moralem in ſupradicta crimina. Vt cùm quis videt accedentes ad S. Apoſtolicam, aut ab ea recedentes interfici, mutilari, capi, detineri, ſeù ſpoliari, & non impedit, agendo, vel contra charitatem, cũ poſſit: vel etiam contra iuſtitiã, cum debeat, vt ſi ſeruus Dominum non defendat, filius patrem, Iudex, ſeù Gubernator ſubditos. Secũdò diſputari poteſt de omiſſione, quę non eſt purè negatiua; ſed poſitiuũ habet influxũ, phyſicum aut moralem in ipſa crimina. Vt occultare arma accedentium, & recedentium vt ſupra, quibus ſe defenderent. Aut ſi quis permittat, interficientes, mutilantes, &c. armis eius vi ad huiuſmodi crimina perpetranda: aut illis intereſſe:, non vt ſeruet, ſed, vt delinquentibus opem ferret, ſi fortè per aliorum violeotiam impedirentur.

In hac difficultate pro parte affirmatiua fe-
1 eit primò tex. in c. ſicut dignum, §. illi etiam, de homic. vbi habetur, quòd qui potuit hominẽ liberare à morte, & non liberauit, eum occidit. Idem dicit tex. in §. 1. 53. d. dum ait, quòd mortem languentibus probatur infligere, qui hanc cùm poſſit nõ excludit. Et c. error, 24. d. habetur, quòd error, cui non reſiſtitur, approbatur, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori definit obuiare. Hoc idem probat tex. in c. non ferenda, 23. q. 3. dicẽs, quòd qui ſocij non repellit iniuriam, cùm poſſit; tãm eſt io vitio, quàm ille, qui facit iniuriam, & cap. fin. eod. cauſa, & q. Ex D. Aug. habetur, illos immunes à ſcelere non eſſe, qui permiſerunt Chriſtum Principibus crucifigere, cùm ſpoſſent illos à facto, & ſe à cõſenſu liberare: nam qui definit obuiare cùm poteſt peruerſis, & non facit, conſentit. In c. facientes, 86. d. pariter legitur, quòd qui negligit obuiare quod valet, facientis culpam habet. Ad idem facit tex. in l. necare, ff. de liber. agnoſc. vbi ſic ait Paul. Iuriſc. *Necare*
2 *videtur non tantùm is, qui partum præfocat; ſed etiam is, qui obtrect. & qui alimentam denegat, & is, qui publicis locis miſericordiæ cauſa exponit, quam ipſe non habet.* Quaſi dicat: Necare dicitur, non tantùm qui poſitiuè ſe habet ad homicidium; ſed etiam negatiuè, denegando alimenta.

Hinc D. Ambr. in c. paſce, 86. d. paſce, inquit,
3 fame morientem: quiſquis enim paſcendo hominem ſeruare poteris, ſi non paueris, fame occidiſti.

Ex quibus iuribus clariſſimè cõſtat, quòd qui poteſt obuiare alicui facinori, & nõ obuiat, eiuſdem criminis probatur eſſe reus: ergo omittẽdo obuiare criminibus, vi noſtri cãonis prohibitis, incidit in excommunicationem in eo cõtentam, & eo maximè, ſi obuiare poſſit, ac debeat: vt in l. qui non facit, ff. de regul. iur. vbi pro iuris regula conſtituitur, quòd qui non facit, quòd facere debet, videtur facere aduerſus ea, quæ non facit.

Secundò probatur clarios ex tex. in c. quan-
4 tæ, de ſent. excom. vbi S. Pontifex excommunicationem io c. ſi quis ſuadente diabolo, latam contra percutientes Clericos, declarat locum ſibi vendicare, etiam contra permittentes clericos percuti, cum poſſint prohibere.

Et rationem hanc eſſe ait: quia agentes, &
5 conſentientes pari pęna puniuntur: & eos fauere delinquentibus interpretantur iura qui, cùm poſſint, manifeſto facinori deſinunt obuiare. Vbi Abb. num. 3. illam iuris interpretationem extendit etiam ad pęnam ipſo iure latam: & in foro exteriori dolũ præſumi eo ipſo, quòd aliquis eſt præſens, & poteſt obuiare, & nõ obuiat.

Tertiò, & vltimò, qui poteſt obuiare homici-
6 dio cùm poſſit, & debeat, & definit obuiare, efficitur irregularis, ſecuto homicidio, vt docet Nauar. in c. non auferenda, per illũ tex. 23. q. 3. & in Man. c. 27. n. 232. & c. 24. nu. 5. & 6. Socin. in c. ad audieotiam, de homic. q. 95. num. 338. Maiol. de irregul. §. 5. & alij: quoniam ex ſupra allegatis iuribus, homicida eſt, qui manifeſto homicidio definit obuiare, cùm poſſit, & debeat. Ergo idẽ dicendum eſt in caſu noſtro, vt vi noſtri canonis, excommunoicationis vinculo alligentur, qui, cùm poſſint obuiare criminibus, vt ſupra prohibitis, deſinunt obuiare. Ad hęc etiam faciunt, quæ dicemus, can. 11. q. 19.

a His tameo non obſtantibus, cootrariã a ſen-
7 tentiam puto veriorem eſſe; atque ideò deſinẽtes obuiare criminibus, vi noſtri canonis prohibitis, etiam ſi poſſint, ac debeant, non incidant io excommunicationeio in eo contentam.

Probatur, quoniã vi dicti canonis prohibentur actus purè poſitiui, nẽpè interficere, mutilare, capere, detinere, ſpoliare accedentes ad Sedem Apoſtolicam, aut ab ea recedentes. At verò non obuiare criminibus, cùm quis aliàs poſſit, ac debeat, eſt actus purè negatiuus: ergo ſub excommunicatione noſtri canoois non comprehendũtur deſinẽtes obuiare interficiẽtibus, mutilantibus, capientibus, detinentibus, ſpoliãtibus accedentes ad Sedem Apoſtolicam, vel ab ea recedentes: quoniam in pœnalibus verba ſunt ſtrictè interpretãda, c. odia, de reg. iur. in 6.

Nec obſtat id, quòd Theologi dicunt; præci-
8 puè D. Th. 1. 2. q. 71. ar. 6. ad primum, & q. 72. ar. 6. ad vlt. nempe, quòd omiſſio reducitur ad genus commiſſionis. Vnde pro eodem accipiunt: dictum, & non dictũ: factum, & non factum. Ad quod etiam facit tex in l. qui nõ facit, ff. de reg. iur. dũ dicitur, quòd qui non facit quod facere debet, videtur facere aduerſus ea, quę non facit;
9 quoniam reſpõdetur, quòd illud vocatur factũ; aut dictum imputatione, non ſecundũ proprietatem, vt conſtat ex ly. *Videtur*, in d. l. qui non facit; quod verbum non denotat rei proprietatẽ, ſed imputationem, vt bene docet Gloſ. in l. 1, §. deieciſſe, iover. videor, ff. de vi, & vi ar m. & Suar. diſp. 45. de cenſur. ſec. 4. ſub n. 6. In excommunicatione autem non amplioribus interpretationibus

nibus vti debemus,ſed propriis,ac ſtrictis.

Hanc ſententiam amplio nō modo veram eſſe, quando quis deſinit obuiare contra iuſtitiæ debitum, ſed etiam contra obligationem charitatis, vt exemplum poſuimus in explicatione tituli noſtræ quæſtionis: quoniam quod obligatio obuiandi ſit ex debito iuſtitiæ, vel charitatis, eſt valdè extrinſecum ad excommunicationem vi huius canonis contrahendam: quia præter culpam conſiderat indecentiam, fundatam in externa actione, hic autem æqualis eſt carētia actionis exterioris, licèt obligatio ſit inæqualis: vt in terminis irregularitatis docet Suar. loco citato.

Secundò amplio noſtram ſententiam procedere, etiam in omiſſione, quæ non eſt purè negatiua, ſed habet phyſicum, aut moralem influxum in dicta crimina. Vndè occultantes arma accedentium ad S. Apoſtolicam, vel ab ea recedentium, quibus ſe defenderent; ſi ab aliquo occidantur, mutilentur, capiātur, &c. licèt quoad Deum ſint prædictorum criminum rei; non tamen arbitror eos incidere in excommunicationem prædictam, quia iſti non dicuntur formaliter interficientes, mutilantes &c. ſed potius ad interficiendum, ac mutilandum, ſeu capiendum fautores, & auxiliantes.

Sic etiam permittentes vti eorum armis, quibus dicta crimina committantur, non videntur excommunicari quoniam iſti non poſſunt dici pluſquam auxiliantes.

b Idem puto dicendū de eo, qui intereſſet, *b* nō vt feriret, ſed vt delinquentibus opem ferret, ſi fortè per aliorum violentiam impediretur: ex quo iſte formaliter eſt defenſor. Niſi velimus dicere eſſe cooperatorē, per ea, quæ dicit Suar. de cenſur. diſp. 45. ſec. 3. num. 7. & Auil. eo. tract. p. 7. diſp. 6. ſec. 2. dub. 3. con. 1. Modò excommunicatio lata contra facientes, non extenditur ad auxiliantes, fauentes, defendentes, conſulentes, &c. nam quando iura volunt perſonas huiuſmodi comprehendi, illas exprimunt: vt patet in c. 2. & in multis aliis canon. noſtræ Bullæ: in c. excommunicamus, §. credentibus, de hæret. & in quāplurimis aliis iuribus. Latè habetur ex Sayr. lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 2. ſub n. 6. & Steph. de Auil. de cenſur. p. 2. c. 5. dub. 1.

Quæ omnia vera ſunt, niſi auxilium, & fauor talia ſint. vt contineant cooperationem ad eādem actionem: quia tunc cenſuram incurrerēt, fauorē, & auxilium dantes: vt bene docet Suar. in explicatione noſtri canonis, diſp. 21. de cēſur. ſec. 2. n. 66. Qui etiam diſp. 45. ſec. 3. n. 5. 6. & 7. docet quibus modis contingere poteſt cooperatio, & ratio eſt, quia iſti dicuntur vna ſimul cauſa moralis iuxta ea, quæ docet idem Auil. de cenſur. p. 7. diſp. 6. ſec. 3. dub. 3. num. 1.

Tertiò amplio eandem ſententiam veram eſſe, etiam in prætermittentibus obuiare prædictis criminibus contra clericos commiſſis: nā licèt hi ſint excommunicati vi tex. in c. quantæ, de ſent. excom. non tamen ſunt excommunicati vi præſentis canonis, qui excommunicat facientes, & mandantes dumtaxat; & non fauentes, auxilium dantes, defendentes, aut deſinentes huiuſmodi criminibus obuiare.

Reſtat modò, vt contraria diluamus.

Ad primum ex tex. in c. ſicut dignum. §. illi etiam, de homic. & ex aliis iuribus in eo allegatis, patet reſponſio. Ete nim iura illa loquuntur imputatiuè, ſeu interpretatiuè. & non ſecundum rei veritatem. Vndè qui potuit hominem liberare à morte, & non liberauit, licet dicatur illū occidere imputatiuè, reſpectu tamen nō occidit, & mortem languentibus probatur infligere, qui hanc, cùm poſſit, non excludit, imputatiuè tātùm, non ſecundum rei veritatē.

Ad ſecundum ex tex. in d. c. quantæ, reſpondetur quòd ibi caſus eſt ſpecialis fauore Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarum perſonarum: vt docet Suar. de cenſur. diſp. 45. ſec. 4. n. 5. Et eſtò, quòd vera ſit Abb. interpretatio in d. tex. dum ait, quòd vbi pœna ipſò iure imponitur, agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur, id ſe declarat verum eſſe ex interpretatione: & ideo locū ſibi non vēdicare in ſtatuto, vbi fictus, & interpretatiuus intellectus locū non habet: ad quòd allegat tex. in l. 3. ff. de negot. geſt. Modò in excommunicationum materia locum ſibi nō vēdicat intellectus fictus, ſeu interpretatiuus; aliàs excommunicatio lata contra facientes, comprehenderet etiam mādantes: nam qui per aliū facit, interpretatiuè, fictè, & imputatiuè per ſe ipſum facere dicitur, non autem verè: vt in l. 1. §. deieciſſe, & ibi Gloſ. in ver. videor, ff. de vi, & vi arm. Quod eſt manifeſtè falſum, vt ſupra diximus, lib. 1. c. 3. q. 4. & in alijs locis.

Ad tertium reſpondetur negando conſequē tiam: quoniam, ad incurrendam irregularitatē ſufficit moralis influxus poſitiuus ad homicidiū: nā qui priuat aliū iure ſuo, & re ſua ſibi neceſſaria ad defenſionem, habet moralem influxum ad homicidiem: atque ideo dicitur moraliter homicida: & propterea meritò in irregularitatem incidit: vt habetur ex Suar. loco citato ſub n. 7. At verò in excommunicatione ad eam contrahendam, non modo ad actionem prohibitam exigitur moralis influxus, verum etiam phyſicus: aliàs excommunicatio lata contra facientem homicidiū, extenderetur contra mandantem, qui dicitur homicidij moralis cauſa: eo quòd ad illud moraliter influit: vt ſupra diximus, q. 3. Imò communis ſententia eſt, vt non omnis, qui deſinit obuiare homicidio cùm poſſit, & non obuiat ſit irregularis, ſed ille tantùm, qui non ſolùm poteſt obuiare; ſed etiam ex debito iuſtitiæ debet. & omittit: vt docet Nauar. in man. c. 27. n. 231 Henr. Syl. & alij, quos refert, & ſequitur Suar. ibi, & Steph. de Auil. de cenſur. p. 7. diſp. 6. dub. 7.

Hinc ſequitur quòd ſi quis volenti ex charitate defendere alium perſuaſerit, ne defendat eſi, nō fit irregularis; licèt id dolos è faciat, nempe, vt occidatur. Secus autem, ſi quis volenti ex iuſtitia deferendere alium: vt quia Iudex eſſet, Miniſter iuſtitiæ, Gubernator. Dominus, Herus, Pater. maritus, tutor: & è cōtra vaſſallus, famulus, filius, vxor. pupillus, & his ſimiles, de quibus Nauar in ſū. c. 24. n. 18. & Hēr. c. 12. n. 7. in Gloſ. litera, D. perſuaſerit ne defendat: quoniam tunc efficitur irregularis: ſicut ille, qui nō ſolùm perſuaſerit, ſed per violetiam. & iniuriam, aut haudem defendere volentem ex charitate, a diſſi-

sione retrahere: quoniam tunc ageret contra iustitiam, & fieret irregularis: licut si aliquis volenti dare eleemosynam, persuadeat, ne eam det, solùm peccat contra caritatem, nec tenetur restituere: at si per vim, vel fraudem retrahat, peccat contra iustitiam, & ad restitutionem tenetur: quoniam licèt ille pauper non habeat ius iustitiæ ad illam eleemosynam; habet tamen ius ad hoc, vt nemo illam impediat per iniuriam, vel fraudem.

Sic etiam, si quis sciat homicidium cõtra aliquem moliri, & non reuelet, si ex debito charitatis tantùm reuelare debeat, non est irregularis: secus autem, si ex debito iustitiæ. 20

Eadem ratione, si Medicus non stipendiatus omittat curare infirmum, propter quod moritur, non efficitur irregularis: quia ex charitate tantùm curare eum tenebatur: secus autem, si Medicus ille erat stipendiatus; quia tunc manet irregularis: ex quo ex debito iustitiæ ad illius curationem cogitur. 21

Denique si fœmina dicat illi, ex quo concepit, se velle sumere medicinam ad committendum abortum, & ille taceat, & sequatur abortus post animationem, efficitur irregularis: quia tenebatur ex debito iustitiæ impedire: secus autem, si is, qui tacet non sit is, ex quo concepit: nam tunc, secuto abortu, non manet irregularis: eo quòd ex charitate dumtaxat tenebatur illum impedire. Ita Stephan. de Auil. loco supra citato, cum aliis, quos ipse allegat.

ADDITIO.

a Contrariam. Adde Bonac. de censur. Bull. cœn. disputat. 1. quæst. 10. pun. 2. num. 7. & 8. Abb. Alex.

b Interesset. Adde, quòd posteriorem sententiam meritò approbat Bonac. hic, disput. 1. quæst. 10. pun. 2. quæst. 8. quando per assistentiam delinquentes animosiores fierent. Abb. Alex.

Ibi (*Interficiunt*). An interficiens accedentem ad Sedem Apostolicam cum occidendi animum non habuerit, sed leuiter tantùm verberandi, incidat in excommunicationem nostri canonis. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Occidens aliquem, estò quòd occidendi animum non habeat, sed tantùm leuiter verberandi, in irregularitatem nihilominus incidit.*

2 *Occiacus accedentem ad Sedem Apostolicam si occidendi animum non habuerit sed tantùm leuiter verberandi, excommunicationem huius canonis non contrahit.*

3 *Lege simpliciter imponente pœnam pro homicidio, sub eius dispositione comprehenditur homicidium voluntarium tantùm.*

4 *Excommunicatio, vt incurratur, exigit contumaciam.*

5 *Excommunicatione lata contra committentes Sacrilegium, si quis furripiat rem Sacram ignorans talẽ esse, in excommunicationem non incidit.*

6 *Excommunicatione lata contra fures, si quis probabiliter ignorans furetur, illam non contrahit.*

7 *Lata culpa, & ignorantia crassa coincidunt: & vtraque dolo comparatur.*

1 PRo parte affirmatiua facit: quoniam iste talis non excusaretur ab irregularitate: eo quòd non dabat operam rei licitæ, sed illicitæ per ea, quæ docet Syl. in sum. in ver. Homicidium 2. in princ. Inn. Io. And. & alij in c. tua nos, de homic. Nauar. in man. c. 27. n. 228. & alij, quos refert Steph. de Auil. de censur. p. 7. disp. 6. sec. 1. dub. 1. ergo interficiens accedentem ad S. Apostolicam, vel ab ea recedentem, etiam si occidendi animum nõ habuerit, sed tantùm leuiter verberandi, incidit in excommunicationem in nostro canone contentam: quoniam videtur militare eadem ratio in vtroque casu.

His tamen non obstantibus, cõtrarium puto 2 de iure verius: atque adeò interficiens accedẽ- a tem ad S. A. cùm occidendi animum non habuerit, sed tantùm leuiter verberandi, non incidit in excommunicationem nostri canonis.

Probatur primò; quoniam vi dicti canonis 3 dãnatur homicidium volũtarium, istud autem nõ est huiusmodi, ergo &c. Maior patet, quia quãdo vi alicuius legis simpliciter pœna imponitur pro aliquo homicidio, semper intelligitur de volũtario. Hinc infans, furiosus, & dormiens, declarantur immunes ab irregularitate, quauis occidant, & non alia potest esse ratio, nisi quia homicidia non sunt voluntaria. Præterea, quia homicidium, quod non est voluntarium, non est humanum, nec moraliter potest esse ab homine: ergo non potest esse fundamẽtum excõmunicationis. Hac eadem ratione Mart. Iurisc. in l. 1. §. Diuus, ff. ad l. Cornel. de Sicar. sic ait, *Diuus Adrianus rescripsit, eum qui hominem occiderit,* 4 *si nõ occidendi animo hoc admiserit, absolui posse.* Denique ad incurrendam excommunicationem requiritur contumacia: ar. tex. in c. Sacro, de sent. excom. At verò interficiens accedentem ad S. A. cùm occidendi animum non habuerit: sed tantùm leuiter verberandi, contumax dici non potest: quoniam licèt iste propter verbera, quæ intulit, Deum offenderit, cuius legem fuit præricatus; non tamen Ecclesiam offendit, nec cõditori præsentis canonis dicitur cõtumax, cùm cõtraueniendi animum nõ habuerit: eo quòd animum non habuit occidendi accedentes ad S. A. quod vi nostri canonis inhibetur.

Hinc est, quòd si excommunicationis senten- 5 tia feratur contra quoscunq; Sacrilegium cõmittentes, si quis rẽ aliquam sacram furto subtraxerit, probabiliter credens esse prophan, licet faciat contra legem Dei, qua furtum dãnatur: non tamen incidit in excommunicationem latam pro Sacrilegio: quia non facit contra Ecclesiam, nec conditori illius canonis dicitur cõtumax: eo quòd probabiliter ignorabat rem illam esse sacram.

Sic etiam censura lata contra fures, si quis in- 6 uincibiliter ignorans censuram illam, furetur, quamuis faciat contra legem Dei furando; censuram tamen non cõtrahit: quoniam conditori illius legis non potest dici cõtumax, cùm probabiliter illius censuram supponimus ignorare. Ita Suar. de censur. disp. 4. sec. 9. num. 2. Say. lib. 1. Thes. tom. 1. cap. 18. & latè Azor. lib. 1. Inst. moal.

ral. p. 1. c. 15. q. 3. cum alijs Doctoribus ab eis allegatis. Cùm igitur interficiens accedentem ad S. A. cùm occidendi animum non habuerit, non sit conditori nostri canonis contumax; cõsequenter in excommunicationem in eo cõtentam non incidit.] Eandem sententiam tenet Alter. in explicat. huius can. cap. 4 col. 3. ver. Rursus quid.

Hanc cõclusionem puto veram, nisi lata sil-
7 tem culpa *b* interceſſerit ex parte verberantis :
b nã lata culpa, & ignorantia craſſa coincidunt, vtraq; dolo æquiparatur, & eodẽ modo definitur. Eſt enim lata culpa ignorare, quod communiter ſcitur : vt bene docet Bart. & alij in l. quod Nerua, ff. depoſ. Et ignorantia craſſa eſt ſimiliter ignorare, quod omnes ſciunt, & ſcire debent : vt per Sayr. lib. 1. Theſ. 10m. 1. c. 18. n. 4. Vnde ſicut ignorantia craſſa, & vincibilis non excuſat ab excommunicatione : vt per innumeros ferè Doctores relatos à Sayr. ibi num. 10 ita quoque puto latam culpam nõ excuſare interficientem, ad S. A. ven. entem; eſtò quòd animũ verberandi duntaxat habuerit, & non occidẽdi. Tanto fortiùs, quia huiuſmodi homicidium poteſt quodammodo dici directè volũtarium, per ea, quæ dicit Steph. de Auil. de cenſur. p. 7. d. 6. ſec. 2. dub. 1.

Ad contrarium facilè reſpondetur. Ideo enim in hoc caſu cõtrahitur irregularitas : quia caſus huiuſmodi eſt expreſſus in iure : vt in c. tua nos de homic. quem rectè declarat Suar. de cenſur. diſp. 45. ſec. 6. n. 9. & 10. At verò, quòd hoc euẽtu incurratur excommunicatio, nullo iure cauetur.

ADDITIO.

a Verius. Contrarium ſententiam tenet Bonac. hoc loco. diſp. 1. q. 10. punct. 1. ſub num. 11. motus ex eo quòd homicidium huic imputatur, cùm exercuerit actionem periculoſam, ex qua re ipſa mors ſubſequuta eſt : & eſt irregularis ob homicidium ; atque ideo eſt excommunicatus. Excuſat tamen à cenſura huius canonis eum, qui accedentem ad Curiam ea ſolùm percuſſione percuſſit, quæ nullo modo apta erat ad mortem inferendam ; ſed caſu accidit, vt percuſſus fugiendo lapſus ſit in parietem, & fracto capite interierit ; modo id à percutiente præuiſum non fuerit, iuxta ea quæ idem Bonac. poſt alios docuit in ſuo tract. de cenſur. diſp. 7. q. 4. punct. 8. & 9. & de cõtract. diſp. 2. q. vlt. ſec. 2. punct. 2. n. 1. Quæ quidem opinio licèt probabilis ſit, vbi priori caſu leuiter percutiens præuiderit de ſe illi ex tali percuſſione ſubſequuturum homicidium ; nihilminus Duardi ſentia videtur verior, & æquior : eo magis, quia ipſe Bonac. rationes, quas ipſe Duardus hoc loco attulit, non euacuauit. Abb. Alex.

b Culpa. Addè, quòd contra hæc, quæ dicit Duard. faciunt, quæ conſuluit Angel. conſ. 268. quem ſequitur Tuſch. in ver. Dolus culpa lata, concl. 576. num. 9. dum volunt, quòd occidens citra dolum, excuſatur à pœna ordinaria ; etiã ſi fuerit in culpa lata ; quia culpa nunquam æquiparatur dolo in pœna imponenda. Quòd ſi excuſatur à pœna ordinaria, ergo excuſatur ab excommunicatione, quæ maxima eſt omnium pœnarum, c. corripiantur, 17. q. 4. Io. Vincent.

An leuiter vulnerans accedentem ad Sedem Apoſtolicam, qui non vi vulneris, ſed ex ſuo malo regimine, Medicorum negligentia, aut imperitia ſit mortuus, incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 10.

SVMMARIVM.

1 *Nihil intereſt vtrum occidat quis, an cauſam mortis præbeat.*

2 *Qui eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.*

3 *Hominem non occidens, ſed vulnerans vt occidat, homicida eſt.*

4 *Vulnerans accedentem ad Sedem Apoſtolicam haud letaliter, qui non vi vulneris, ſed ſuo malo regimine, aut Medicorum imperitia mortuus ſit, in excõmunicationem huius canonis non incidit.*

5 *Vulnerans, ad hoc, vt homicida dicatur ſecuta morte vulnerati, requiritur vt mors ſequatur ex vi ipſius vulnerantis, & ex eiuſdem actione ; non autem aliunde.*

6 *Mandans ita demum irregularitatem incurrit, ſi mandatarius excedens fines mandati occidit, aut mutilat.*

7 *Vulnerans accedentem ad Sedem Apoſtolicam, ſi vulneratus moriatur non vi vulneris, ſed ex malo ipſius regimine, aut Medicorum imperitia, irregularitatem non contrahit.*

8 *Cauſã mortis præbẽs tũc dicitur occidere, quãdo cauſa mortis eſt proxima, & per ſeſe ſecus autem ſi cauſa remota, & per accidens.*

9 *Quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, vbi quis eſt cauſa cauſæ, per ſe, ſecus autem, quando eſt cauſa cauſæ per accidens.*

10 *Si quis occidendi animo vulnus minus letale in accedentem ad Sedem Apoſtolicam inuleriit, ex cuius vi grauiore infirmitate percuſſus interiit, in excommunicationem incidit, ſicus irregularitatem contrahit. Secus autem, ſi occidendi animum non habuerit.*

11 *Hominem non occidens, ſed vulnerans vt occidat, ſi vi vulneris vulneratus non pereat, non dicitur propriè, ſed ficte homicida.*

1 IN hac re pro parte affirmatiua facit tex. in l. nihil, ff. ad l. Corn. de ſic. vbi Vlpian. ait, quòd nihil intereſt, vtrũ occidat quis, an cauſam mortis præbeat : vterque enim tenetur l. Cornelia, de ſic. atq. ideo homicida nuncupatur : ſed inferens vulnus accedenti ad Sedem Apoſtolicam, vel ab ea recedenti, ex quo moritur, præbet illi cauſã mortis, ergo verè homicida eſt ; eſtò quòd vulnus letale, nõ ſit, & vulneratus ex ſuo malo regimine, Medicorum negligẽtia, aut imperitia moriatur : quoniã non perhoc dici poteſt, quòd mortis cauſam non præbeat. Si igitur vulnerãs, de quo agitur verè dicitur homicida ; ergo verè in excommunicationem, quæ in noſtro canone continetur incidit : quia vi dicti canonis excõmunicantur, qui interficiunt venientes ad Sedem Apoſtolicam vel ab ea recedentes.

Confitmatur, quoniã ſi vulnus non eſſet ſi-

latum mors non eſſet ſecuta,etiam poſita impe
ritia Chirurgi,& malo regimine: ergo ſic vul-
nerans verè dicitur homicida: quia eſt cauſa
vulneris,quod eſt cauſa mortis.

Præterea ſupponamus,quòd vulneratus mo-
2 riatur ex eo,quòd non eſt inuentus Chirurgus
vulnerans proculdubio erit irregularis:quoniã
non eſt alius,cui poſſit mors imputari: ergo idẽ
dicendum eſt ſi moriatur ex imperitia Chirur-
gi:nã ex hoc,quòd Chirurgus curet,ſed malè,
nõ ſequitur,quòd mors tribuatur ſoli Chirur-
go:ſed quòd tribuatur vulneri,& etiã Chirurgo;
Si vulneri tribuitur mors;ergo tribuitur vulne
rãti:atq; ideo vulnerans, de quo agitur verè di-
citur homicida, & per conſequens vi noſtri ca-
nonis excõmunicationis vinculo alligatur:quo
niam qui eſt cauſa cauſæ,eſt cauſa cauſati. Hinc
Presbyter,qui intuitu diſciplinæ quendã in ca-
3 pite percuſſit, qui ex eo vulnere infirmitatẽ le-
talem contrahens interijt,ab omni altaris mini-
ſterio, & Sacerdotali officio perpetuò depo-
nitur:vt in c.presbyterum,de homic. Sic etiam S.
P. in c.ad audientiam, eo.tit.declarauit irregula-
rem quendam Presbyterum, qui volens famu-
lum corrigere cingulo, quo cingi ſolitus erat
contingit,quòd cultellus de vagina,quæ cingu-
lo adhærebat,elapſus,illum in dorſo aliquantu-
lum vulnerauit, propter quod alia grauiori in-
firmitate percuſſus,expirauit:eſtòquòd aliquã-
diu vixiſſet,& conualuiſſet à vulnere. Et id non
alia ratione, niſi quia dicti Presbyteri fuerunt
cauſa vulnerum, quæ cauſa fuerunt dictarum
infirmitatum, quibus vulnerati percuſſi inte-
rierunt. Et ſic ex eo,quòd fuerunt cauſa cauſæ,
fuerunt cauſa cauſati.

Denique probatur ex tex.in l.Diuus, ff.ad l.
Corn.de ſic. vbi habetur, quòd qui hominem
non occiderit,ſed vulnerauerit, vt occidat,pro
homicida eſt damnandus: ergo vulnerans,de
quo agitur, homicida erit ſaltem, ſi occidendi
4 habuerit animum: a & ita incidet in excommu-
nicationem noſtri canonis.

His tamen non obſtantibus contrariam ſen-
4 tentiam arbitror de iure veriorem eſſe,nempe,
quod inferens vulnus non letale ad Sedem Apo
ſtolicam ſe conferenti,vel abeã recedenti, qui
5 nõ vi vulneris,ſed ex ſuo malo regimine, b Me-
dicorum negligẽtia, aut imperitia ſit mortuus,
non incidit in excommunicationem, in noſtro
canone contentam.

Probatur hæc ſententia:quoniam ad hoc,vt
5 vulnerans dicatur propriè,& formaliter homi-
cida, requiritur,vt mors ſequatur ex actione
vulnerantis; ſed non aliunde. Vndè licèt actio
vulnerandi ex genere ſuo periculoſa ſit; tamen
hic,& nunc & in tali individuo,vt ſupponimus,
non fuit periculoſa: & ideo author eius hic,&
nunc iam non eſt cauſa homicidij.

Et quamuis dici poſſit cauſa remota; nihilo-
6 minus talis non eſt,vt vulneranti tale homici-
dium imputetur; nec de hoc aliquod ſpeciale
ius reperitur:quo circa ad excommunicationẽ
vi noſtri canonis contrahendam non ſufficit:ſi-
cut nec ad irregularitatẽ; vt rectè probat Suar.
diſp.45.de cenſur.ſec.6.n.19 contra communes,
quos refert Step.de Aual.eod.tract.7.diſp.6,ſec.
1 dub.5.& probat tex.in c.vltimo,de homic. in
ſexto,vbi habetur,quòd tunc mandans contra-
hit irregularitatem, quando mandatarius exce-
dens fines mandati, occidit, vel mutilat:ergo ſi
non exceſſiſſet, nec letaliter vulneraſſet; alter
verò ſua culpa, aut propter Medicorum impe-
ritiam, ſeu negligentiam moreretur, mandans
non incurreret irregularitatem ex vi dicti ca-
nonis,qui requirit,vt mandatarius excedat mã-
dati fines: nullum enim ius aliud eſt, propter
quod irregularitas in illo euentu contrahatur:
Ergo non incurritur; eo quòd eadem ratio eſt
de ipſo mandatario,& de quocunque alio ſimili
7 percuſſore. Quòd ſi de irregularitate ſupradi-
cta uera ſunt; multò magis dicendum eſt de ex-
communicatione ui noſtri canonis contrahen-
da:atque ideo ſatis coon eſt.ut uulnus accedenti
ad Sedem Apoſtolicam inferatur; niſi uulneris
moriatur:quia ad dictam excommunicationem
incurrendam exigitur formalis interfectio, aut
mutilatio,nec ſufficit uulneratio,ut ex tenore
noſtri canonis clariſſimè colligitur.

Reſtat modò, vt ad argumenta reſpondemus.

8 AD primum ex tex.in l.nihil,ff.ad l.Corn.de
ſic. reſpondetur, quòd tunc is dicitur occi-
dere, qui cauſam mortis præbet, quando cauſa
mortis eſt proxima,& per ſe;ſecus autem,ſi cau
ſa eſt remota,& per accidens,ut eſt uulnus non
letale in caſu,de quo agitur,ex cuius oi mors or
ta coon eſt; ſed ex malo regimine, aut medico-
rum imperitia,ſeu negligentia.

Ad confirmationem negatur conſequeotia;
quoniam tunc uulnus inferens dicitur uerè ho-
micida, quando ex ui uulneris mors ſecuta eſt;
ſecus autem,ubi ex alia cauſa, ut in caſu noſtro.

Ad aliud negatur antecedens,quia licèt mors
tribuatur uulneri,& chirurgo;non tamen æquè
principaliter tribuitur uulneri,ſicut chirurgo:
nam chirurgo mors tribuitur per ſe:uulneri au
tem cùm non ſit letale, nec per ſe aptum mortẽ
inferre,tribuitur tantùm per accidens:modo in
moralibus,& præcipuè in materia excommuni
cationis,cẽſurarum, ac etiam irregularitatum,
attenditur id quod eſt per ſe; non autem per
accidens.

Vel ſecundò poteſt reſponderi negando con-
ſequentiam;quoniam tunc tribuitur mors uul-
neranti,quando tribuitur uulneri; quotieſcũq;
mors tribuitur uulneri per ſe,nempe, quòd ex
ui uulneris ſit ſecuta mors:ſecus autem,ſi mors
tribuatur uulneri per accidẽs,ut in caſu noſtro.

Ad probationem cõſequẽtiæ dicimus, quòd
9 tunc illa maxima:Quod eſt cauſa cauſæ,eſt cau-
ſa cauſati:uerificatur,quando quis eſt cauſa cau
ſæ per ſe ſecus autem, quando eſt cauſa cauſæ
per accidens.

Ad iura in d. c.Presbiterum, & c.ad audien-
10 tiam,reſpondetur,quòd ideò Presbyteri illi fue
rũt in illis caſibus declarati irregulares,eo quòd
fuerunt cauſa cauſæ per ſe:nam mors illorũ,qui
fuerunt uulnerati proceſſit ex ui uulnerũ,quæ
grauiorem, & letalem infirmitatem uulneratis
influxerunt. Quapropter concederem,quòd ſi
quis occidendi animo uulnus minus letale in-
accedentem ad Sedem Apoſtolicam,uel ab ea
recedentem intulerit,ex cuius ui grauiori infir-
mitate

mitate percuſſus interijt, in excommunicationē noſtri canonis incideret: nam ille videtur, quòd fuerit cauſa cauſę quodammodo per ſe mortis: atque ideo videtur poſſe dici vera cauſa cauſatu, & ſic mortis.

Dixi occidendi animo: quia ſi animum occidendi non habuerit, nō arbitror ſupradicta excommunicatione alligari: nam eſto, quod habuerit animum vulnerandi, & cum effectu vulnerando mortaliter peccauerit cōtra legē Dei; non tamen peccauit contra legislatorem, excommunicationem imponentem contra interficientes, ex quo animum interficiendi non habuit, & conſequenter conditori legis non fuit contumax: excommunicatio autem nunquam incurritur niſi propter contumaciam cùm ſit medicina, ar. text. in cap. Sacro, de ſent. excom. & cap. 1. eo. tit. in ſexto, late Sayr. cum Doct. quos allegat lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 27.

Ad vltimum ex tex. in l. 1. §. Diuus, ff. ad l. 11 Corn. de ſicar. reſpondetur, quòd qui hominē non occiderit, ſed vulnerauerit, vt occidat, ſi vi vulneris vulneratus non interierit, dicetur homicida; non tamen verè, proprié, & formaliter, ſed fictè ex legis fictione, quæ maleficia diſtinguit ſecundum voluntatem & propoſitum: in excommunicationem verò actio, quæ illius vigore prohibetur debet verè, & realiter committi, & non fictè alias nunquam incurritur: vt vt ſupra diximus, q. præcedenti, in reſpon. ad ſecundum.

ADDITIO.

4 Animum. Nunquam tamen letaliter vulnerans in excommunicationem noſtri canonis incidit, niſi ſequuta morte vulnerati: quia nunquam quis poteſt condemnari de morte, antequam letaliter vulneratus ſit mortuus, vt per Boer. deciſ. 223. num. 6. Et licèt id limitet, quando certum erat, quòd erat morturus; id tamen non militat in caſu noſtro: quia vi canonis excommunicantur interficientes: occiſus autem nunquam quis dicitur, niſi anima ſeparetur à corpore. D. Cæſar.

9 Regimine. Adde hic Bald. conſ. vlt. verſ. Tertiò caſu, lib. 4. vbi id limitat, quando negligentia, & malum regimen vulnerati eſſet circa minima; niſi huiuſmodi minima eſſent toties multiplicata, quòd faceret maximam. Vndè ſi vulneratus in capite, qui debet abſtinere à vino biberet multoties vinum per guttas, tunc procul dubio, ſui mali cauſa diceretur, vt rectè probat Tuſch. in ver. Vulnerans, concl. 376. & 377. vbi latè quoque oſtendit, quando vulnus dicatur mortale, ita vt vulnerans teneatur de homicidio. Et in ver. Vulneratus, concl. 379. ponit non nullas coniecturas, quibus vulneratus præſumitur mortuus ex vulnere: & concl. 380. probat etiam, quòd vulnus non mortale iudicari quoque poteſt ex coniecturis. Nunquam tamen vi huius canonis quis in excommunicationem incidit niſi ſequuta morte letaliter vulnerati: quia ſicut vulnerans ſi condemnetur de vulnere, non vitat pœnam homicidij, quando ex vulnere ſequuta eſt mors, vt per Boer. deciſ. 323. nu. 5. ita vulnerans mortiferè aliquem poteſt condemnari de morte, antequam letaliter vulneratus ſit mortuus, vt per eundem Boer. loco citato, & Tuſch. in ver. Vulnerans, concl. 383. D. Cæſar.

An interficiens vnum tantùm hominem, accedentem ad S. A. & non plures, incidat incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 11.

SVMMARIVM.

1 *In excommunicationem non fit extenſio, etiam ex identitate rationis.*
2 *Ex diuerſis non fit illatio.*
3 *Blaſphemans vnum ſanctum dumtaxat, & non plures, antiquitus pœna ordinaria non puniebatur.*
4 *Occidens, mutilans, ſpolians, capiens, vel detinens vnū tantùm hominem accedentem ad Sedem Apoſtolicā, incidit in cenſuram huius canonis.*
5 *Miſſam vnam tantùm audiens die feſto, ſatisfacit præcepto audiendi Miſſas in plurali.*
6 *Locutio plurium non ſolum ex parte ſubiectij, ſed etiam ex parte prædicati, referri ſingulos ſingulis: non ſic locutio plurium ex parte prædicati tantùm.*

PRo parte negatiua facit: quoniam noſter canon loquitur in numero plurali: nam illius verborum vigore non excommunicantur interficientes venientem ad S. A. vel ab recedentem: ſed venientes, & recedentes: ergo interficiens vnum tantùm hominem accedentem vt ſupra, non incidit in excommunicationē noſtri canonis: quoniam in pœnalibus non fit extēſio, ſed pœnæ, vt ſunt excommunicationes, ſtrictè ſunt interpretādæ: vt ſæpe diximus ex Gloſ. in Clem. 1. de ſepul. Panor. in c. Deus qui, d. tuit. & honeſt. Cler. & Sayr. lib. 1. Theſ. to. 1. c. 10 n. 8.

Secundò licèt in pœnis aliquando contingat
1 fieri extenſionem; tamē in caſu noſtro talis extenſio nullo modo fieri poteſt: quoniam militat diuerſa omnino ratio: quoniā plus eſt, & maius facinus occidere plures homines, quam vnum hominem. Vndè ſi in excommunicatione non eſt facienda extenſio de vno caſu ad alium, etiā ex identitate rationis; tantò minùs excommunicatio lata contra occidentem plures homines, non debet extendi ad occidentem vnum hominem; cùm ſit diuerſa ratio, & ex diuerſis non fiat illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minor.

Tertiò Ferdinandus Rex, quoniam conſtitu-
2 tionem ediderat contra blaſphemantes ſanctos ſub die 21. Aprilis 148. in numero plurali: & ſecundum non nullos Doctores Regnicolos non cōprehendebat blaſphemantem vnum dumtaxat ſanctum; aliam conſtitutionem edidit ſub die 11. Aprilis 1483. in qua pœnā extendit contra blaſphemantem, etiam vnum ſanctum, di-
3 cens: *Si quis Chriſto, aut alicui Sanctorum, atque Sanctarum Dei maledixerit, aut in eos blaſphemus extiterit tuxta formam conſtitutionum, & capitulorum huius Regni irremiſſibiliter puniatur*: vt in Pragmatica Regni Neapol. clariſſimè patet. Ergo ſignum eſt, quòd quando de iure imponitur pœna offendentibus homines in numero plurali, illa pœnā non debet extendi contra offendentem vnum tantùm

tantùm hominem : atque ideo excommunicatio vi noſtri canonis lata contra offendentes ad S.A. venientes, non debet extendi ad offendentes vnum tantùm hominem venientem.

Quartò Clem. ſi furioſus, de homic. quæ vult, quòd mutilans; uel occidens unum hominem, ſit irregularis, non loquitur in numero plurali, ſed in numero ſingulari. Sic etiam in c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. ubi fertur excommunicatio contra percutientem Clericum: ergò in hoc noſtro canone, cum feratur excõmunicatio contra offendentes accedentes ad S. A. in numero plurali, ſignum eſt, quòd non uoluit comprehendere offendentes unum tãtùm hominem accedentem ad S. A. aliàs ſingulari locutione fuiſſet uſus.

His tamen non obſtantibus contrariam ſen-
4 tentiam *a* arbitror de iure ueriorem eſſe, nem-
a pe quòd ui noſtri canonis non modo excõmunicatur interficiens, mutilans, &c. plures homines accedentes ad S. A. ſed ſi vnum tantùm hominem occiderit, mutilauerit, ſpoliauerit, cœperit, detinuerit.

Probatur hęc ſententia primò ex tex. in c. excommunicationi, de rapt. ubi excommunicatio lata contra rapientes, aut bonis ſpoliantes Romanos, aut alios Chriſtianos pro negotiatione, aut alijs honeſtis cauſis nauigio uectos: aut naufragorum bona rapientes, habet locum, nõ modò contra capientes, aut deprædantes plures Romanos: & plures Chriſtianos, & contra bona naufragorum rapiẽtes: ſed etiam contra capiẽtes unum dumtaxat Chriſtianum, etiam ſi una re illum ſpolient: & contra rapientem rem unã unius dumtaxat naufragium paſſi: ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, ut excommunicatio lata ui noſtri canonis contra interficientes accedentes ad S. A. comprehendat etiam, qui unum hominẽ ut ſupra accedentẽ interfecerit.

Cõfirmatur, quoniam aliàs ſequeretur, quòd Clerici, & Sacerdotes poſſent eſſe unius Laici miniſtri, ac procuratores: eo quòd ex tex. in c. Sacerdotibus, ne cler. vel mona. prohibetur clericos eſſe miniſtros laicorum in numero plurali & non alicuius laici. Quod quidem nemo eſt, qui concederet.

Denique, cæteris prætermiſſis, ſequeretur, quòd imponentes nouam gabellam, & non plures, non incideret in quintum canonem noſtræ Bullæ: eo quòd per eum excommunicãtur imponentes nouas gabellas in numero plurali. Et ſub octauo canone non comprehenderentur impediẽtes unum hominem deferentẽ victualia & alia ad uſum Romanæ Curię neceſſaria: eo quòd in illo excommunicantur qui impediunt deferentes in numero plurali. Quæ quidem omnia ſunt manifeſtè falſa.

Reſtat modò, vt ad argumenta reſpõdeamus.

AD primum reſpondetur quòd noſter canõ, licèt loquatur in numero plurali reſpectu eorum, qui ſub excommunicationis pœna prohibentur interfici, mutilari, ſpoliari, capi, detineri; non tamen cenſetur excludere à dicta excommunicatione offendentes ut ſupra unum tantùm hominem accedentem ad S.A. quoniã in numero plurali quoque loquitur reſpectu eorum, qui interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, & detinent. Vndè referenda ſunt ſingula ſingulis, itaut, non ſolùm in illam excommunicationem incidãt, ſi unus, aut plures interiecerint plures homines accedentes ut ſupra; ſed etiam ſi ſinguli ſingulos.

Sic etiam intelligitur tex. in c. Miſſas, de conſecr. d. 2. ubi per Conc. Agath. præcipitur Miſſas audire die dominico totas; & tamen qui unam tantùm Miſſam audit die dominico, ſupradicto præcepto ſatisfacit: quoniam tex. ille præcipit audire Miſſas totas in plurali, non quòd fit neceſſe, eundem plures eodem die audire Miſſas: ut quidam exiſtimarunt: ſed referenda ſunt ſingula ſingulis: ut qui audiũt unam Miſſam, audiant totam, & ſic de alijs: ut bene declarat Syl. in ſumma in uer. Miſſa 2. ſub n. 1. circa medium. Hoc eodem modo intelligendi ſunt textus in c. 2. c. non dubium, c. porrò, c. parochianus, & alij ſimiles, de ſent. excom.

Ad ſecundum dicimus, quòd ſecũdum proprietatem uerborum, quæ in noſtro canone continentur, includuntur non modò offendẽtes plures accedentes ad S. A. ſed etiam unum per ea, quæ ſupra diximus; & ideo hoc loco nõ eſt tractandum de extẽſione aliqua: atque ideo impertinens eſt ſupradictum argumentum.

Ad tertium ex conſtitutione Regni Neapol.
6 à Rege Ferdinando condita, reſpondemus, quòd dato, & non ꝯceſſo, quòd uerũ diceret Doctores tenentes illam ſententiam: nihilominus hoc ideo eſſet, quoniam licèt ex parte prædicatorum utatur plurali locutione; tamen reſpectu ſubiecti utitur locutione ſingulari dicens: *Quiſquis poſthac auſus fuerit blaſphemare Apoſtolos, alioſque quouis ſanctos*: & ideo forte in pœnam dictæ conſtitutionis non incidunt blaſphemantes unum ſanctum; ſed plures ſanctos: quia non poſſunt referri ſingula ſingulis: at uero in caſu noſtro S.P. loquitur pluraliter, ne ſolùm ex parte prædicati; ſed etiam ex parte ſubiecti: & ideo, cùm ſingula ſingulis comparentur textus noſter, ita comprehẽdit offendentes unũ hominem accedentem ad S.A. ſicut plures.

Vel ſecundò reſponderi poteſt, quod in dicta conſtitutione conſtabat de mente Regis, volẽtis ſub ea comprehendere blaſphemantes, non unum, ſed plures ſanctos: & ideo mutata intentione uoluit, dictam conſtitutionem primò edi tam contra blaſphemantes plures ſanctos extẽdere perſecundam ad blaſphemantes, etiam unum ſanctum.

Ad quartum negatur conſequentia: quoniã ſecundum proprietatem uerborum, & communem modum loquendi, eodem modo ui noſtri cano nis comprehenduntur offendentus, ut ſupra unum tantùm hominem, ac ui dictorum iurium: eo quòd illorum intelligentia ex cauſis eſt aſſumenda dicendi: quia non ſermoni res; ſed rei eſt ſermo ſubiectus, c. intelligentia, de uerb. ſignif. Et nihil obſtat narrandi diuerſitas, ubi eadem dicuntur, c. nihil eod. tit. aliàs ſequeretur, quòd iura, quæ excommunicant uiolentas manus inferentes in clericum, ut in cap. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. c. porrò, & c. parochianos, de ſent. excom. cùm loquantur pluraliter circa manus, non comprehenderent inferentem unam dumtaxat manum uiolentam in clericum, atque ideo pugnum, uel alapam;

pam; ſed tantùm eos, qui vtramque manum violenter in eum intulerit. Quod eſt manifeſtè falſum.

ADDITIO.

4 Sententiam. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſput. 1. quæſt. 10. pun. 1. num. 11. Abb. Alex.

An ſi plures ſimul concurrant ad interficiendum aliquem accedentem ad Sedem Apoſtolicam incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 12.

SVMMARIVM.

1 *Plures præmiſſo conſilio, aggredientes accedentem ad Sedem Apoſtolicam, ipſumque interficientes, in excommunicationem incidunt omnes, ſiue vnus tantùm percuſſerit, & interfecerit, ſiue omnes: & ſiue ſciatur quis eum percuſſerit, ſiue ignoretur.*

2 *Homicidium dicitur directè volitum, quando eſt formaliter volitum in ſe, vel in cauſa adeò propinqua, vt moraliter loquendo ſit impoſſibile velle illum, & nolle mortem.*

3 *Plures concurrentes ad occidendum accedentem ad Sedem Apoſtolicam, non præmiſſo conſilio, & in rixa, ſi vnus letale vulnus infixerit, omnes ſunt excommunicati, ſi omnes occidendi animum habuerint.*

4 *In dubio, tutior pars eſt eligenda.*

5 *Dubium facti in cenſuris, quid operetur, quid dubium iuris.*

6 *Plures ſimul concurrentes in rixa ad occidendum accedentem ad Sedem Apoſtolicam ſi conſtat vnum tantùm letaliter vulnerauiſſe, & animum occidendi habuiſſe ſolus, & non alij ſunt excõmunicati. Secus autem, ſi talem animum omnes habuerint, quoniam omnes incurrunt, etiam ſi nullus letaliter vulnerauerit.*

7 *Plures in rixa vulnerantes accedentem ad Sedem Apoſtolicam nullus tamen letaliter, ſed poſt letale vulnus ab alio inflictum, in excommunicationem omnes incidunt.*

PRo determinatione huius difficultatis eſt diſtinguendum, quòd aut plures præmiſſo cõſilio, aggrediuntur accedentem ad Sedem Apoſtolicam ad interficiendum illum: aut non præmiſſo conſilio; ſed in rixa ſubitò contingenti. Et ſi in rixa, tunc, aut omnes percuſſerit, aut vnus tantùm percuſſit. Et ſi omnes percuſſerunt, aut omnes letaliter percuſſerunt, vel vnus dumtaxat, & tunc, aut ſcitur percutiens, aut ignoratur. His ſic ſtantibus, ſit.

Prima Concluſio.

1 SI plures præmiſſo conſilio, ſimul aggrediẽtur accedentem vt ſupra ad Sedem Apoſtolicam interficiant illum: ſiue vnus tantùm percuſſerit, & interfecerit; ſiue omnes: & ſiue ſciatur quis eum percuſſerit, ſiue ignoretur; omnes vi noſtri canonis ſunt excommunicati.

Probatur, quia omnes ſupradicti ſunt cauſa homicidij: nam omnes cooperati ſunt ad huiuſmodi homicidium committendum, inuicem ſe adiuuando, & ideo non poſſunt dici ſimpliciter auxiliantes; ſed ſocij criminis: vt bene docet, Suar. in explicatione præſentis canonis, diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. num. 66.

Imò dicuntur omnino voluntariè concurrere ad dictum homicidium, per ea, quæ docet idem Suar. de cenſur. diſp. 45. ſec. 3. n. 7. & Steph. de Aulſ. cod. tract. p. 7. diſp. 6. ſec. 2. dub. 1. Nam illud homicidium eſt directè volitum, quando eſt volitum formaliter, & expreſsè in ſe, vel in cauſa adeò propinqua, vt moraliter loquendo ſit impoſſibile, velle illam, & nolle mortem.

Et denique dicuntur proximè cooperari ad huiuſmodi crimen, & licèt non immediatè applicauerint cauſam adiuuantem ad mortem; vel directè, quia non omnes ad ipſam occiſionẽ habent directum concurſum; tamen dicuntur proximè cooperari indirectè concurrendo ad ipſum crimen, vt detinendo occidendum, ne fugiat, vel aſſiſtendo occiſori, occiſoremque ſua præſentia tuendo, & animando cum directa intentione occidendi. Ita Doctores ſupra citati, & alij, qui exemplum afferunt de pluribus vno conſilio concurrentibus ad furtum: nam quilibet tenetur inſolidum reſtituere damnum illud.

Secunda Concluſio.

3 QVando plures concurrunt ſimul ad interficiendum accedentem ad Sedem Apoſtolicam, vel ab ea recedentem, non præmiſſo cõſilio, ſed in rixa ſubitò contingenti, & omnes illum percuſſerunt; ſi vnus letale vulnus infixerit, & neſcitur à quo inflictum; tunc probabiliter puto, omnes vi noſtri canonis eſſe excommunicatos.

Probatur, quia licèt non cõcurrant præmiſſo cõſilio; omnes tamen facto ipſo inuicem ſe adiuuant, & debilitant aduerſarium; ergo omnes concurrunt ad occiſionem tanquam vna cauſa totalis. Quæ quidem ratio videtur concludere, etiam ſi ſciatur is, qui letaliter vulnerauerit, dũmodò omnes habeant interficiendi animũ: quia iſti ſocij criminis, ſeu cooperatores proximè dicuntur, potiuſquam auxiliantes, per ea, quæ ſupra diximus.

Dixi dummodo omnes habeant occidendi animum: quoniam ſi is, qui letale vulnus dumtaxat intulit, habuit occidendi animum, & non alij, tunc ille tantùm tenetur de occiſo, & non alij, ar. tex. in l. fin. ff. ad l. Corn. de Sicar. vbi Marcellus iuriſc. ſic ait. *Si in rixa percuſſus homo perierit, ictus vnuſcuiuſque in hoc collectorum contemplari oportet.* Et Gloſ. ibi ſubdit: vt præſumatur quis occidendi animo percuſſerit, quis non: iuxta tex. in l. 1. §. Diuus, ff. eo. in quo habetur, quòd qui hominem non occiderit, ſed vulnerauerit, vt occidat, pro homicida eſt damnandus.

Quòd ſi prædicta vera ſunt quando ſcitur is, qui letaliter vulnerauit, tantò fortiùs eſt dicendum, quandoquidem vulnus letale intulit penitus ignoratur, ar. tex. in latem Mela, §. ſed ſi ſeruum plures. ff. ad l. Aquil. vbi Vlpian. Iuriſc. ſic ait, *Sed ſi ſeruũ plures percuſſerint: vtrũ omnes, quaſi occiderint*

tenemur, videamus. Et ſi quidem apparet cuius ictu perierit, ille quaſi occiderit tenetur, quod ſi non apparet, omnes, quaſi occiderint, teneri, Iul. ait.

Confirmatur, quia in dubijs tutior pars eſt eligenda, vt in c. ad audientiam, & c. ſignificaſti, il
4 2. de homic. Quæ iura, licèt loquãtur in irregularitate, quæ ex homicidio contrahitur, & a Doctoribus varie interpretentur, vt latè habetur ex Suar. de cenſur. diſp. 40. ſec. 6. per totam; tamẽ in terminis excommunicationis eſt tex. in c. illud, de cler. excom. celebr. Et faciunt ea, quę docet Sayr. lib. 1. Theſ. p. 1. tom. 2. c. 13. n. 23. dum-
5 ait, quòd quando quis dubitat, an factum commiſerit, pro quo eſt lata excommunicatio, debet tenere ſe excommunicatum; ſecus, ſi dubitatio ſit iuris.

Tertia concluſio.

6 SI conſtat in rixa omnes percuſſiſſe, ſed vnũ
4 tantùm letaliter vulneraſſe; ſi ille tantùm occidendi voluntatem habuerit, qui letaliter vulnerauit, & non alij: nec inuicem ſe iuuerint; tũc puto quòd letaliter vulnerans tantùm eſt excõmunicatus: quoniam ille formaliter eſt homicida dumtaxat, vt habetur in d. l. item Mela, §. ſed ſi ſeruus plures, & Suar. de cenſur. diſp. 45. ſec. 3. n. 4. in fine.

Quarta Concluſio.

SI omnes concurrerint ad interficiendum in rixa vtſupra, & omnes vulnerauerint, nullus tamen letaliter; ſi omnes occidendi animum habuerint, omnes vi noſtri canonis tenentur de occiſo; atque ideo ſunt excommunicati.

Probatur, quia omnes cooperati ſunt ad necẽ. Item omnes ſunt irregulares, vt bene docet Suar. loco citato, ſub n. 9.

Quinta concluſio.

7 SI vnus, vel plures inflixerint vulnera de ſe non letalia poſt inflictũ letale vulnus ab alio, omnes perçutientes accedentem ad Sedem Apoſtolicam, vi noſtri canonis ſunt excommunicati.

Probatur, quoniam hi omnes ſunt homicidæ nam licèt vltimi letaliter non vulnerauerint; illa tamen vulnera, quæ alias letalia non ſunt, in corpore debilitato inflicta, letalia efficiuntur. Bar. in l. fin. ff. ad l. Corn. de Sicar. & Suar ibidem.

Hæc omnia intelligenda ſunt de occidente accedentes ad Sedem Apoſtolicam, vt accedentes ſunt, vt infra, Deo duce, dicemus. Nec diſtinguendum eſt in hac concluſione, vtrum in rixa, vel præmiſſo conſilio occidentes, vtſupra vulnerauerint: dummodo omnes ſimul, & non diuiſim, poſt aliquam moram, vnus poſt alium, vulnera illa inflixerint: & vulnerans ſtatim per vltima vulnera interierit, vt q. ſequenti melius declarabimus.

Quæ diximus de interficiente in hac quæſtione, & in pluribus alijs præcedentibus, poſſũt proportionaliter dici de mutilante, & de nonnullis alijs actionibus, hoc loco, prohibitis.

ADDITIO.

4 Rixa. Adde hic ea, quæ habentur ex Menoch. de arbitr. caſ. 362. in prin. & Tuſch. in ver. Rixoſum homicidium, concl. 355. num. 21. & per totam, vbi latè declarat materiam plurium in rixa vulnerantium, ſiue plures, ſiue vnus tantùm letaliter vulnerauerit, ſiue nullus letaliter, D. Cæſar.

An plures diuiſim concurrentes ad interficiendum accedentem ad S. A. incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 13.

SVMMARIVM.

1 *Omnes diuiſim letaliter percutientes accedentem ad Sedem Apoſtolicam, ſi percuſſus vi vltimi vulneris ſtatim interierit, non omnes ſunt excommunicati, ſed vltimus tantùm.*

2 *Omnes diuiſim letaliter percutientes accedentem ad Sedem Apoſtolicam, & vi vltimi vulneris quamuis letalis, ſtatim non interierit, ſed poſt aliquot tẽpus, primus, qui letaliter vulnerauit eſt excommunicatus, & irregularis, & non alij.*

3 *Plures diuiſim percutientes accedentes ad Sedem Apoſtolicam, ſed vltimus tantùm letaliter vulnerauit, non omnes, ſed vltimus dumtaxat in excommunicationem incidit.*

4 *Plures diuiſim perçutienter accedentem ad Sedem Apoſtolicam, ſed nullus letaliter, & vi vulneris vltimo loco illati percuſſus interierit, tunc non omnes ſed ille ſolus qui fuit vltimus in vulnerando cenſuram contrahit.*

IN hac re conſiderandum eſt, an omnes, qui diuiſim percuſſerunt, inflixerint vulnera letalia, vel nullus: & an primus tantum, & nõ alij: vel vltimi, & non primus. Et ſi vltimi conſiderandum eſt, an vulneratus, ex vulnere vltimo loco inflicto ſtatim perijt, vel nõ ſtatim; ſed poſt aliquot temporis ſpacium. Sit igitur.

Prima Concluſio.

1 SI omnes diuiſim letaliter percuſſerint accedentem vt ſupra ad Sedem apoſtolicã, & percuſſus vi vltimi vulneris ſtatim interierit; probabiliter eſt dicendum, quòd vltimus dumtaxat ſit excommunicatus, & non alij.

Probatur, quia vltimus tantùm dicitur verè illum interfeciſſe, ex quo fuit de facto cauſa proxima, & efficax homicidij.

Confirmatur, quoniam ſi poſt primã letalẽ percuſſionem, vulneratus ſtatim occidatur à fulmine, is qui primò illum vulnerauit, & ſi letaliter non efficeretur irregularis vt ait Steph. de Auil. in ſuo tract. de cenſur. p. 7. diſp. 6. ſec. 3. dub. 4. con. 1. ver. Si opponas: ergo tantò minus incidit in excommunicationem noſtri canonis, cùm nullo iure hoc ipſum caueatur.

Be-

Beneuerum eſt, quòd hæc concluſio videtur locum ſibi vendicare, quotieſcunque certo cõſtat, ſecundum vulnus per ſe ſolum ita cauſaſſe ſtatim mortem, vt primum vulnus non accelerauerit eam: nã ſi accelerauerit, ptimus percuſſor erit etiam excommunicatus: eo quod omnes hoc caſu dicuntur vera, & efficax, ac proxima cauſa homicidij, vt in terminis irregularitatis tenet Steph. de Auil. loco citato, con. 2.

Dixi probabiliter, quia quod omnes ſint excommunicati, non videtur opinio improbabilis: nam ſi vi vltimi vulneris percuſſus, mortuus non fuiſſet; vi primi, cùm læthale ſit, mortem vitare non poterat. Et ita in terminis irregularitatis aliqui volũt, vt refert Auil. ibidem con. 1. Ex Medicorum autem iudicio, & coniecturis poteſt conſtare primum vulnus de ſe læthale non concurriſſe, vel concurriſſe de facto ad mortis accelerationem.

Secunda concluſio.

2 SI omnes diuiſim læthaliter percuſſerint, & vi vltimi vulneris, quamuis læthalis percuſſus ſtatim non interierit, ſed poſt aliquot tempus, tunc arbitror, quod primus, qui læthaliter vulnerauit, eſt excommunicatus, & non alij.

Probatur, quoniã ille dumtaxat dicitur cauſa proxima, & efficax homicidij: & ſi ab alijs percuſſus non fuiſſet, adhuc vi vulneris primo loco illati mortuus eſſet.

Et confirmatur quia in materia irregularitatis primus tantùm dicitur irregularis: vt per eũdem Steph. de Auil. ibi con. 3. Et tantò minus vltimo loco vulnerans, non eſſet excommunicatus; ſi læthale vulnus non intulerit: vt ex eodem Doctore habetur ibidem, concluſ. 4. Quæ omnia vera puto, niſi vulnera vltimo loco illata mortem vulnerati non accelerauerint, iuxta ea, quæ diximus ſupra q. præcedenti, concluſ. ſecunda.

Tertia concluſio.

3 SI omnes diuiſim percuſſerint, ſed vltimus tantùm læthaliter vulnerauerit, tunc ille tãtùm eſt excommunicatus, & non alij, ar. tex. in c. ſignificaſti, il 2. de homic. Ratio autẽ hæc eſt, quia vltimus dumtaxat eſt cauſa proxima, & efficax homicidij, per ea, quæ docet Suar. de cenſur. diſp. 45. ſec. 3. nu. 8. in fine.

Quarta concluſio.

4 SI omnes diuiſim percuſſerint, ſed nullus læthaliter; & vi vulneris vltimo loco illati, vulneratus interierit, tunc puto, quòd ille ſolus, qui vltimo loco vulnerauit ſit excommunicatus: nam licèt vltimus læthaliter non percuſſerit ſecundum ſe; tamen vulnus ab eo illatum hic, & nunc, in corpore debilitato, eſt læthale, per ea, quæ dicit Bartol. in l. fin. ff. ad l Cornel. de ſicar. Vndè ſi animum habuerit occidendi, dicitur formaliter, & verè homicida.

ADDITIO.

a Percuſſerint. Adde Bar. in l. fin. num. 10. ff. de ſicar. Cæpol. caut. 5. & alia cumulata per Tuſch. in ver. Rixoſum homicidium, concl. 355. nu 41. & 42. cum plur. ſeqq. D. Cæſar.

Ibi *(Mutilant)* Quid ſit mutilare. Q. 14.

SVMMARIVM.

1 *Mutilare in iure idem ſignificat quod detruncare, ſeù abſcindere, atque ideo mutilatio non differt ab abſciſſione.*
2 *Mutilus dicitur, qui abſciſſum membrum habet.*
3 *Communis vſus loquendi præualet omni rigori, ac ſignificationi verborum.*
4 *Lacerare idem denotat, quod abſcindere, detruncare, minuere, ac mutilare.*
5 *Sanus qui dicitur, ſi poſt membri lacerationem conſanuerit, ita vt eo vti poſſit ad operandum.*
6 *Membrum dicitur debilitari, quando eius officium aliqualiter impeditur: vt ſi digitus alicui amputetur.*

IN hac re pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia fuit Panor. in c. cum illorum ſub n. 8. de ſent. excom. Syl. in ſum. in ver Homicidium, 3. q. 3. & aliorum dicentium, quòd mutilare, non eſt membrum detruncare, ſed adeò percutere, vt illius officium remaneat impeditum. Vt ſi quis in tibia percuſſus nõ valeat ambulare; nam is propriè dicitur membro mutilatus. Ad quod allegãt tex. in l. idem Oſilius, ff. de edil. edic. Hoc idem volunt colligi ex Bar. in l. 2. in fine, ff. de publ. iudic. Vndè hac differentiam dicunt eſſe inter mutilationẽ, & truncationem, quòd mutilatio eſt membri adeò facta debilitatio, vt ipſius officium reddatur inutile, at verò truncatio, eſt membri omnino abſciſſio. Pro qua ſententia adducunt tex. in clem. ſi furioſus, de homic. vbi dicunt, ibi poni pro diuerſis, mutilare, & detruncare.

a Secũda ſententia 4, quæ nobis magis proba-
1 tur eſt Vgol. in explicatione præſentis canonis in ver. Mutilant, n. 1. Suar. de cenſur. diſp. 5. ſec. 2. ſub n. 8. Steph. de Auil. eo. tract. p. 7. diſp. 5. ſec. 1. dub. 2. concl. vnica, Maiol. de irregul. c. 14. n. 1. Nauar. in Man. c. 27. n 206. & n. 208. & aliorum dicentium mutilare, in iure idem eſſe, ac detrũcare, ſeù abſcindere: atque adeò non differre inter ſe mutilationem, & abſciſſionem: nã vtraque ſignificat diminutionem aliquam, vt eſt tex. & ibi Glo. in cap. 1. de cler. in duel. vbi membri diminutio, à Glo. dicitur membri mutilatio, & apertius probatur in clem. 2. de homic. & c. pen.
2 de corp. vit. ibi. *Manu altera mutilatus*. Quibus verbis, ait Vgol. ſignificatur, eum abſciſſam manum habere, & ſic mutilũ cum dici, qui abſciſſum membrum aliquot habet. Imò idem Syl. in ſum. ver. Mutilare, dicit, quod ex communi hominum locutione mutilatio nunc capiatur detrũcatio, ſeù diminutio. Quapropter ita procul dubio eſt dicẽdũ: quia communis vſus loquẽdi præualet omni rigori, & ſignificationi verbo-

borum,vt in l.librorum,§.quod tamen Caſſius, ff.de leg.3.& c.cū dilectus,de conſuet. Id ipſum habetur ex Ariſt.5. metaph. cap.17. de mutilo, vbi inquit, hominem dici mutilum,cui ablata eſt pars,quæ ex toto ablata non habeat generationem Cic.quoque 3.Phil.ſic ait: In Galliam mutilatum ducit exercitum, ideſt diminutum: Horat.prætereà,1.ſer.ſat.5. O tua cornu,ni ſoret execto frons,inquit,quid faceres,cū ſie mutilus minitaris. Et Cæſ.denique 6.bell.Gall.Magnitudine antecedunt, mutilæque ſunt cornibus.Ex quibus paret,quòd idem eſt mutilare, diminuere, ac detruncare, ſeù membrum aliquod penitus abſcindere.

Reſtat modò, vt ad contraria reſpondeamus.

AD primum ex tex.in l.Item Oſſilius, ff.de ædil.edic. dicitur, quòd ibi non datur diſtinctio inter truncare,ſeù abſcindere: & mutilare;ſed potius pro eodem ibi ponuntur abſcindere,& mutilare, ſi verba tex. bene perpendantur.Dicit enim Paulus Iuriſc. *Item Oſſilius dicit: ſi homini dictus ſit abſciſſus,membriue quid laceratum: quamuis conſolidauerit: ſi tamen ob eam rem eo minus vti poſſit non videri ſanum eſſe.*

Nota ly. *Abſciſſus*, & ly. *Laceratum*:quoniam
4 idem ſignificant: nam lacerare idem denotat, quod abſcindere,detruncare,minuere,& mutilare.Hinc ait Aſcon.Lacerus dicitur amputatus membris,aut oculis,aut auribus.Et Feſtus lacerum appellat quemcumque auribus curtatum, & in corpore imminutum. Idem colligitur ex Virg.6. Æn.dicente. *Atque hic Priamidem laniatum corpore toto, Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora.*

Nec obſtat ſi dicatur,quòd poſt ly. *Laceratum* ſequitur Iuriſc.dicens: *Quamuis conſolidauerit*:quapropter videtur probari,membrum laceratum poſſe conſanari: quod non poteſt verificari in membri truncatione,ſed tantùm in eiuſdem debilitatione; quoniam reſpondetur quòd Iuriſc. non loquitur ibi de abſciſſione,& omnimoda truncatione totius membri: ſed de abſciſſione digiti, vel alterius partis membri. Vt patet ex illis verbis. *Si hominis digitus ſit abſciſſus, membriue quid laceratum*, & ideò quando Iuriſc. ſubdit *quāuis conſolidauerit*, loquitur de cōſonatione totius membri,quę benè illi conuenit,etiam ſi inutile remaneat;cum hac tamen diſtinctione,vt ſi per huiuſmodi abſciſſionem,homo membro vti nō
5 poſſit,non dicatur ſanus: ſecus autem, ſi nō obſtante partis membri amputatione, ſeù laceratione, eodem vti valeat: nam tunc homo ille verè dicitur ſanus. Et ſic Iuriſc. in illo tex.vtitur illis participijs,abſciſſus,& laceratum, non quòd abſcindere differat à lacerare; ſed vt elegantius loqueretur.

Nec Bar.in l.2.ff.de publ.iudic.in fine docet, quòd mutilatio ſit membri debilitatio, ſed tantùm ait,quòd membrum tunc dicitur debilitari.quādo officium membri aliqualiter impeditur,ad quod allegat tex.in d.l.Idem Oſſilius,qui bene probat Bart.intentum:nam per digiti,aut alterius partis membri detruncationem, poteſt membrum debilitari, & eiuſdem officium aliqualiter impediri, quamuis membrum conſanatum fuerit.

Ad vltimum argumentum ex clem. ſi furioſus,reſpondetur quòd in illo tex.non aſſignatur differentia inter truncationem,& mutilationē; ſed inter mutilare,& occidere,vt ex eiſdem verbis clariſſimè patet,quorum tenor eſt is, qui ſequitur: *Si furioſus, aut infans, ſeù dormiens hominem mutilet, vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit. Et idem de illo cēſemus, qui mortem aliter vitare non valens, ſuum occidit, vel mutilat innocentem.*

ADDITIO.

4 Sententia. Adde hic Alter.diſp.10.cap.3.& alios,quos refert,& ſequitur Bonac.hoc eodem loco,diſp.1.quęſt.10.punct.1.num.14.& 15.Abb. Alex.

An ad incurrendam excommunicationem noſtri canonis, exigantur totius membri mutilatio; vel ſatis ſit, ſi eiuſdem pars aliqua detruncetur. Q.15.

SVMMARIVM.

1 *Qui partem cuiuslibet digiti ſibi abſcindit, irregularis efficitur.*

2 *Membri partem amputans accedens ad S. Apoſtolicam, in excommunicationem non incidit.*

3 *Membrum dicitur corporis pars, & deriuatur à mutor, mutiris, & illud propriè dicitur, quod diſtinctum habet officium.*

4 *Membrum dicitur mammilla mulieris, non autem mămilla viri.*

5 *Digiti non ſunt formaliter membra, ſed largo modo ſumpta: eo quod diſtinctum non habent officium: & partes ſunt, ac officium membri.*

6 *Pœna ſtatuta contra detruncantes membrum, non extēditur in abſcindentes aliquid digitum.*

7 *Teſticuli ſine gentali membro, licèt non ſint membra; amputantes tamen ea, quo caſu irregularitatem contrahant.*

8 *Irregularitatem non contrahit abſcindens alteri digitū, aut teſticulum, ſecus autem ſi teſticulos, aut digitum ſibi ipſi amputet.*

9 *Irregularitatem non contrahit, qui teſticulis caret, aut iuſta ex cauſa eos ſibi amputari fecit.*

10 *Dentes, & labia non ſunt propriè membra: ſicut nec capilli barbæ, mentum, auricula, & ungues.*

11 *Detruncare, per ſe primo ſignificat amputare, & ſecundariò diminuere.*

12 *Mutilare, per ſe primò dicit diminuere, & per ſe ſecundò dicit amputare.*

13 *Detruncatio, ſi referatur ad partem membri, per ſe primò dicit amputationem partis, & ſecundariò diminutionem membri.*

14 *Mutilatio, ſi referatur ad membrum, principaliter dicit diminutionem membri, & ſecundariò amputationem partis membri.*

15 *Membrum mutilatum, quamuis conſanatum fuerit, aliquando tamen remanet inutile ad operandum, & aliquando remanet adhuc vtile.*

16 Lex

16 *Lex prohibens mutilationem membri, differt a lege prohibente mutilationem hominis.*

17 *Mutilari propriè dicitur homo, per amputationem totius membri.*

18 *Irregularitas ſtatuta contra mutilantem hominem, non extenditur contra mutilantem membrum hominis, per amputationem partis tantùm membri.*

19 *Detruncans alicui digitum, etiam pollicem, non efficitur irregularis.*

20 *Detruncans partem aliquam carnis accedenti ad S. A. in excommunicationem non incidit. Idem dicendũ eſt de capillis, & c.*

21 *Detruncans totum aliquod membrum accedenti ad S. A. excommunicationem contrahit.*

22 *Detruncans partem membri accedenti ad S. A ita vt membrum, quamuis conſanuerit reddatur inutile, incurrit excommunicationem huius canonis.*

23 *Paria ſunt in iure, non eſſe, & inutile eſſe.*

24 *Irregularitas contrahitur per detruncationem partis membri, vbi membrum redditur inutile ad operãdũ*

25 *Detruncans partem membri, quod conſanatum remanet vtile ad operandum, in excommunicationem hanc non incidit.*

26 *Mutilatione prohibita, ſiue aliqua membri abſciſſione, ſub aliqua pœna: pœna illa non incurritur, niſi ſequatur totius membri amputatio.*

IN hac re Vgol. in explicatione præſentis canonis in ver. *Mutilant*, ſub n. 3. Ibi. Quoad primam quæſtionem; exiſtimat ad contrahendam prædictam excommunicationẽ ſatis eſſe, ſi pars tantùm membri accedenti ad S. A. amputetur.

Probat ſuam ſententiam, quoniam mutilare ſignificat abſcindere, vt in c. pen. de corp. vit. iũcto c. ſi quis abſciderit, d. 55. At qui partẽ mẽbri abſcindit, abſcindere proculdubio dicitur.

Secundò probat ex tex. in c. qui partem, d. 55.
1 vbi habetur, quòd qui partem cuiuslibet digiti ſibi abſcindit, irregularis efficitur: & tamen ob abſciſſionem partis alicuius corporis, non redditur quis irregularis, niſi pars illa corporis mẽbrum ſit.

His tamen non obſtantibus oppoſitum puto
2 verius, atque adeò ad incurrendam excommunicationem noſtri canonis, latam contra mutilantes accedentes ad Sedem Apoſtolicam vel ab ea recedentes, non ſufficit amputatio partis membri, ſed omnino requiritur eiuſdem totalis amputatio.

Pro cuius rei explicatione eſt annot. primò,
3 quòd membrum ſecundum Bar. in l. 2. ſub n. 13. ff. de publ. iudic. dicitur à metior metiris, quod eſt partire, & diuidere. Vndè membrum, corporis pars meritò nuncupatur. Et ſi largo modo ſumatur membrũ, quælibet corporis particula, membrum appellari poteſt. Sicut dicimus, quẽlibet lapidem, partem eſſe domus. At verò mẽbrum, ſi ſtrictè conſideretur, illud dumtaxat dicitur, quod eſt pars corporis, diuerſum habens officium ab alijs diſtinctum. Sicut partes, & mẽbra domus formaliter appellamus, quæ diſtinctè deſeruiunt habitantibus. Vt camera, eoquina, & c. l finita, §. Ex hoc edicto. ff. de dan. infect.

Ex hoc infertur, quòd manus, naſus, pes, lin-
4 gua, oculus, & auris dicuntur formaliter membra: eo quòd diſtinctum habent officiũ ab alijs membris. Sic etiam mammillæ mulierum dicũtur membra; non tamen mammillæ virorum: quoniam primæ habent proprium officiũ, non ſecundæ: vt contra Couar. in d. clem. ſi furioſus, & alios relatos a Steph. de Auil. de cenſur. p. 7. diſp. 5. ſec. 1. dub. 1. tenet Bal. in l. data opera, n. 75. C. qui accuſ. non poſſ. & Sayr. lib. 6. Theſt. 1. c. 15. in fine.

Secundò infertur, quòd digiti non ſunt for-
5 maliter membra, ſed mẽbra largo modo ſumpta: eo quòd non habent officium diſtinctũ, ſed ſunt partes, & officium membri: vt bene docet Bar. in d. l. 1. ff. de publ. iudic. & in l. non ſunt liberi, ff. de ſtat. homin. vbi ait, quòd ſtante ſtatuto, quòd ſi quis amputauerit membrum aliquod
6 tali pœna puniatur, non comprehenditur ſub eo amputans digitum. Hoc idem dicit Bal. in d. l. data opera; & colligitur clarè ex tex. in d. l. itẽ Oſſilius, ff. de ædil. edic. vt bene aduertit Sayr. loco citato, ſub n. 13. vbi ſoluit cõtraria oppoſitam tenentium opinionem.

Sic etiam teſticuli ſine genitali membro, non
7 dicuntur membra ſecũdum aliquos; ſed potius partes, & officium membri: eo quòd nõ habent diſtinctum officium.

Nec obſtat, quòd ex amputatione teſticulo-
8 rum incurritur irregularitatis, ut in c. ſignificauit, & c. ex parte, de cor. vit. quoniam non incurritur irregularitas, ex eo, quòd teſticuli amputantur; ſed quia culpa abſcinduntur, quæ eſt alia irregularitatis ſpecies, diſtincta ab ea, quæ habetur in d. clem. ſi furioſus, de homic. ſtatuitur enim de iure irregularitas contra amputantes ſibi digiti partem, aut contra ſe ipſum caſtrantẽ aut in teſticulorum abſciſſione conſentientem, aut culpabiliter abſciſſionis cauſam prębentem, vt in c. qui partem, 55. d. & c. 5 de corp. vit. contra abſcindentẽ autem digitum, aut teſticulos alteri, nulla reperitur in iure ſtatuta irregularitas.

Vndè qui teſticulis caret, aut iuſta ex cauſa
9 paſſus eſt illos ſibi amputari, irregularis non efficitur: quia teſticuli non ſunt membra, ſed ſunt acceſſorij, & partes virilis membri: vt bene docet Nauar. in Man. c. 27. n. 206. & alij, quos refert & ſequitur Sayr. in ſupra citato loco. ſub n. 15.

Dentes quoque, & labia eadem ratione non
10 poſſunt dici membra verè, & propriè: eo quod deſeruiunt, & accedunt præcipuis membris. nẽpe linguæ, & ori ad loquendum, comedendum, bibendum, & c. quicquid dubitet Bal. in d. l. data opera, C. qui accuſ. non poſſ. n. 76.

Capilli denique, barba, mentum, & auricula, ideſt cartilago illa, quę eſt annexa auri, & vngues tantò minus dicuntur membra: quoniam hæc omnia proprium officium non habent; ſed ad ornatum, ac decorem corporis humani à natura data ſunt; vt bene dicit Sayr. ibi n. 11. & 17. & Abb. in c. cùm illorum, ſub n. 8. de ſent. excom.

Secũdò eſt notan. quòd mutilare, vt ſuperiorĩs
11 quæſt. diximus, licèt idem ſit quod detrũcare, & vtrumque verbum amputationẽ, & diminutionem ſignificet; tamen detruncare per ſe primò ſignificat amputare, & ſecundariò diminuere:
12 nam nihil truncatur, quod nõ minuitur. At mutilare per ſe primò dicit diminuere, & per ſe ſecundo dicit amputare: quia nõ datur mutilatio ſine diminutione aliqua, & amputatione.

Vndè ſi detruncatio referatur ad partem mẽ-
13 bri, per ſe primò dicit amputationem partis, & ſecundariò dicit diminutionẽ membri: ſi verò
14 mutilatio referatur ad membrum, principaliter

dicit diminutionem membri,& ſecundariò amputationem partis membri. Exemplum primi patet ex tex. in l.item Offilius,ſeu Officilius, ff. de ædil.edic. vbi dum agitur de truncatione digiti,illa detruncatio non dicit per ſe primò amputationem membri,ſed amputationem digiti, & partis membri. Et quoniam manus per digiti amputationem minuitur, conſequenter dicit diminutionem membri. Exemplum ſecundi videtur eſſe in c. t. de cler.pugn.in duel. vbi habetur quòd clericus iniens duellum,ſiue obtulerit,ſiue ſuſceperit,deponendus eſt: poterit tamen Epiſcopus cum eo diſpenſare,ſi mors, vel membrorum diminutio non ſit inde ſecutura. Glo.ibi membrorum diminutionem, appellat, membrorũ mutilationem: & ſic mutilatio per ſe primò dicit membri diminutionem: & quãdo non amputatur in totũ membrũ non dicitur detruncari membrum,ſed quid membri,& propriè minui membrum; vt in d.l.item Officilius.

Tertiò eſt annot.quòd cùm mutilatur,ſeu minuitur membrũ,quod accidit,vbi ex eo aliqua pars detruncatur, tunc quandoque contingit, membrum illud per talem mutilationem, quãuis cõſanatum fuerit, remanere inutile ad proprium munus ſubeundum. Vt ſi ex manu amputentur quatuor digiti: aut pollex,& index. Et quandoque euenire ſolet,vt non obſtante ſupradicta mutilatione,membrum conſanatum, remaneat vtile ad ſuam operationem exercendam. Vt ſi ex manu duo vltimi digiti amputentur, vel tres medij. Primo caſu ſic mutilatus, non dicitur ſanus. Secundo autem caſu dicitur ſanus; vt colligitur ex tex. in d.l.item Offilius.

Vltimò eſt annot. quòd quandoque cõtingit per legem,vel ſtatutum ſub aliqua pœna expreſsè prohiberi membrorum mutilationem: & aliquando prohibetur mutilatio hominis ſimpliciter,ſine aliqua membri expreſſione. Primo caſu,ſi aliter non conſtet de intentione ſtatuentis, ad incurrendam pœnam ſatis eſt, ſi pars aliqua membri præcidatur,quæ ſit organica, & deſeruiat ad officium mẽbri: quia tunc verè dicitur mutilari membrum,quia minuitur membrum, vt in d.c.1.de cler.pugn.in duel.& c.cùm illorũ, & ibi Glo.in ver.mutilationem,de ſent.excom. dũ ait,quòd in ſimili cauſa,non eſt diſtinguendũ inter membrũ,& membrum; ideſt inter mẽbrũ in larga,vel inſtricta ſignificatione ſumptũ,quia per amputationem partis verè dicitur mutilari & minui mẽbrum. Et hoc modo declarat Gloſ. prædictam Suar.de cenſur.diſp.44.ſec.2.num.7. in fine. Secundò caſu,ad incurrendum pœnam, non ſatis eſt,vt præcidatur pars membri, ſed requiritur omnino,vt amputetur totum mẽbrũ, quia nunquam dicitur,hominem mutilari, niſi per amputationem alicuius membri; vt in c.expoſuiſti,de corp.vit. eo quòd corpus humanũ conſtat ex membris,eundem actum non habẽtibus,iuxta illud D.Pauli 1.Cor.c.12. Et ita Doctores ſecundum ſententiam magis communẽ intelligunt clem.ſi furioſus,de hom. vbi ſtatuitur irregularitas contra mutilãtes aliquem hominem ſimpliciter,ſine aliqua membri expreſſione; nam volunt,non effici irregulares mutilãtes aliquam partem membri,ſed requiri mutilationem totius membri,quoniam tunc verè dicitur hominẽ mutilari,& minui formaliter, quãdo amputatur ei membrum.

Vndè ſi quis alicui digitum, etiam pollicem, vel indicẽ amputauerit: dicunt Doctores,quòd non efficitur irregularis: quoniam non ex eo, quod facit aliquem irregularem per detruncationem pollicis,aut indicis,ipſe efficitur irregularis; vt habetur ex Cardin.in d clem.ſi furioſus, Abb.in c.1.ſub n.8,qui cler.vel vouen. Syl.in ver Homicidium,3.q.3.ver. Nõ tamẽ, & latè Steph. de Auil.de cenſur.p.7.diſp.5.ſec.1.dub.1.& ſeq. ac Sayr lib.6.Theſ.tom.1.c.15. à n. 15. vſque ad finem,cum alijs doctoribus,quos allegant contra Caiet. Sotum ab eiſdem relatos, & contra Suarez loco ſupra citato,n.8. ſoluentes rationes in contrarium. His annotatis,ſit

Prima Concluſio.

20 AD incurrendam excõmunicationem in noſt 10 canone contentam,ſatis non eſt ſi pars aliqua carnis abſcindatur ei,qui ad Sedẽ Apoſtolicam accedit,vel ab ea recedit.

Probatur, quoniam illa carnis amputatio nõ dicitur verè,ac propriè mutilatio; nam mutilare ſignificat membrum abſcindere,ſi ad totum hominem verbum illud referatur,vt ſupra probauimus in vltimo not,caro autẽ non eſt mẽbrũ, nec pars aliqua organica corporis. Hanc cõcluſionem tenet etiam Vgol. in explicatione præſentis canonis in ver. Mutilant. ſub. n.3. in fine. Quod dixi de carne, idem dicendum eſt de capillis,barba,& alijs, ad ornatum corporis pertinẽtibus; iuxta ea,quæ ſupra annotauimus in primo not. quoniam hæc omnia,non ſunt mẽbra.

Secunda Concluſio.

21 AD contrahendam ſupradictam cenſuram,ſatis eſt ſi accedẽti ad Sedem Apoſtolicã, vel ab ea recedenti præcidatur totum aliquod mẽbrum; quod verè dicatur tale: eo quòd diſtinctũ ab alijs officium habeat. Hæc concluſio eſt cõmunis,& per ſe patet. Nam vt noſtri canonis excommunicantur mutilantes accedentes ad Sedem Apoſtolicã, vel ab ea recedentes. Mutilatio autem non poteſt intelligi, niſi per amputationem totius,aut partis corporis membri per ea, quæ ſupra diximus in vltimo not. atque adeo licèt controuerſia ſit inter Doctores de amputatione partis membri: noſtra tamen concluſio eſt citra vllam controuerſiam,dum ſequitur de præciſione totius membri: quia in toto partem non eſt dubiũ contineri, vt in c.in toto,de reg. iur.in ſexto, & plus ſemper in ſe continet,quod eſt minus, c.plus ſemper,eod.tit.

Tertia concluſio.

22 ACcedẽti ad Sedem Apoſtolicam ſi amputetur pars membri,propter quod membrum ipſũ,quãuis conſanatũ fuerit: nihilominus reddatur inutile ad operandũ, tunc arbitror,quòd ita mutilans incidat in excommunicationem noſtri canonis.

Probatur: quoniam iſte propriè dicitur mutilare hominem: eo quòd ſic mutilatus,nõ dicitur

tur sanus, vt in d.l.item Offilius, ff. de ædil. edic. Et licèt pars membri remanserit; tamen cùm sit inutile, perinde est, ac si totum membrum fuerit amputatũ: quia paria sunt in iure non esse, & inutile esse: vt in c.2. de translat. Episc. & l. fin. vbi Glos. C. ad l. Flau. de plag.

Vndè veram puto sententiam Syl. in ver. Ho-
24 micidium. 3.q.3. ver. Quartum, Maiol. lib.5. de irreg. c.50.n.2. Tol. lib.1. Instr. c.27. not.3. Suar. de censur. disp.44. sec.2. sub n.8. & aliorum, dicentium ad irregularitatem incurrendam sufficere amputationẽ mẽbri, vel fiat eiusdẽ grauis diminutio, ita vt inutile reddatur ad operandũ per detruncationem præcipuæ partis membri. Vt si quis alicui amputauerit dimidiam partem manus, vel quatuor digitos, aut indicem, & pollicem, labia, partem linguæ, aut vtrumq. testiculum, propter quod membra principalia, quibus accedunt, redduntur inutilia ad eorum operationem faciendam. Quòd si in prædictis casibus contrahitur irregularitas, probabiliter etiam puto contrahi censuram nostri canonis: quoniam homo per huiusmodi abscissiones, dicitur verè mutilatus.

Quinta conclusio.

25 ACcedenti ad S.A. si præcidatur pars mẽbri, quod consanatum remanet adhuc vtile ad propriam operationem exercendam; tũc puto quòd ita mutilans non incidit in excommunicationem nostri canonis.

Probatur: quoniam hoc casu homo non dicitur propriè mutilatus, prout exigit ipse canon; sed tãtùm membrum hominis: eo quòd homo
a dicitur mutilus per amputationem totius membri, & non per eiusdem partem: vt supra probauimus in 4. not. Et tantò fortiùs, quia homo, nõ obstãte tali amputatione, adhuc sanus appellatur: vt in d.l. item Offilius.

Confirmatur quoniam, vt supra diximus in 4. not. secundum sententiam magis receptam ad incurrendam irregularitatem, statutã in Clem. si furiosus, de homic. non sufficit vnius, vel alterius digiti amputatio, sed exigitur totius membri detruncatio: & non alia ratione, nisi quia per partem membri præcisam, homo non dicitur mutilatus, quod à dicta clem. requiritur. Ergo idem dicendum est in casu nostro, vt si accedẽti ad S. A. præcidatur pars membri, quod consanatum remanet adhuc vtile ad propriam operationem exercendam, sic abscindens, non incidit in excommunicationem, quoniam hoc pacto detruncatus, non dicitur verè mutilatus, quod vi nostri canonis exigitur.

Vndè, si quis obtruncauerit duos vltimos digitos huiusmodi accedenti ad S.A. vel a bea recedenti, cùm amputatio ista non reddat manũ inutilem ad operandum, excommunicationem prædictam arbitror eum non contrahere. Idem puto dicendum, si vnum tãtùm testiculum amputauerit, vel auriculam, ideſt cartilaginem illã, quæ est circa aurem: quoniam homo cum vno testiculo potest generare: & cartilago illa non est membrum, necessaria auditui, sed potius tutela, & ornamentum auris: vt ex Nauar. & alijs probat Sayr. lib.6. Thes. tom.1. c.15. n.17.

Ad contraria patet responsio: nam quoad pri-
26 mum concedimus, quòd mutilare denotat abscindere; verùm quando simpliciter sub aliqua pœna prohibetur mutilatio, sine aliqua mẽbri expressione, vt habetur in præsenti canone: nũquam pœna contrahitur, nisi sequatur totius membri amputatio; vel saltem adeo partis, vt inutile remaneat ad suam operationem exercendam, iuxta ea, quæ annotauimus supra, in vltimo not. & con.3.

Ad secundum dicimus, quòd argumentum illud potius facit pro nobis, quàm contra nos: nã si quis non efficitur irregularis per amputationẽ partis corporis, nisi pars illa mẽbrũ sit; ergo ad contrahendam excõmunicationẽ nostri canonis satis non est abscissio partis membri, sed oportet præcidi totum membrum, cùm excõmunicatio sit maior pœna; imò maxima omnium pœnarum, c. corripiantur, 23.q.4.

Nec tex. in d.c. qui partem, facit ad rem nostram: nam tex. ille loquitur de eo, qui culpabiliter sibi obtruncauit partem digiti. At contra detruncantem alteri digitum, nulla reperitur statuta irregularitas: vt patet ex his, quæ supra diximus In primo not.

ADDITIO.

a Operandum. Contrariam sententiam docet Bonac. de censur. Bull. cœn. disp.1. q.10. pun.1. n.16. vbi idem quoque putat dicendum de eo, qui claudum aliquem efficit, nullo membro amputato: vel qui cæcum aliquem facit, non eruto oculo. Non tamen est recedendum à Duardi sententia: nã eam tenet quoque Alter. hoc loco c.4.n.5. & fortioribus fundatur argumentis. Abb. Alex.

An si quis dentem euellat accedenti ad Sedem Apostolicam aut ab ea recedenti, incidat in excommunicationem nostri canonis. Q. 16.

SVMMARIVM.

1 *Dentem euellens accedenti ad S. Apostolicam, non incidit in excommunicationem huius canonis, etiã si percussione mediante id faciat.*

2 *Verberans, aut vulnerans accedentes ad S. A. excommunicationis latæ sententiam non contrahit.*

3 *Dentes omnes si quis euellat accedenti ad S. Apostolicam, excommunicationem non incurrit.*

4 *Priuilegium Principis est latissimè interpretandum in præiudicium concedentis, non autem in præiudicium tertij.*

IN hac re Vgol. in explicatione præsentis canonis in ver. Mutilant, n.4. tenens partem affirmatiuam, ait, quòd dentem euellens sic accedentibus, sic hoc faciat illum percutiendo, in dictam excommunicationem incidit: secus si vi ac dolo dentem euulserit.

Probat suam sententiam hac potissimum ratione; quoniam dentes proprium officium habent: nam vocis organa sunt, & alimenti ministri, partim ipsum secantes, partim cõtinentes.

Sed hoc non obstante, contrarium puto ve-

rius: atque ideo ſi quis dantem euellat accedenti ad S. A. in excommunicationem prædictam non incidit. Probatur, quia dentes non poſſunt dici membra verè, & propriè: eo quòd accedũt, & deſeruiunt præcipuis membris, nẽpe linguæ, & ori, ad loquendum, comedendum, ac bibendum: vt ſupra annouimus, q. præcedenti, in primo not. in fine, & habetur etiam ex Inn. in c. ſignificauit, de corp. vit. Modò ad contrahẽdam excommunicationem noſtri canonis exigitur abſciſsio totius membri, nec ſatis eſt, ſi eiuſdem pars præcidatur: vt ſupra probauimus q. prædicti. con. 4.

Quam concluſionem puto veram, etiam ſi
2 mediante percuſsione euellatur; quoniã verberans accedentes ad S. A. aut forte vulnerans, vi huius canonis non excommunicatur: quia verberanti, aut vulneranti, vt ſupra nulla verba dicti canonis conueniunt; ergo nec cõuenit eiuſdem diſpoſitio, ar. tex. in l. 4. §. toties, ff. de dan. infec. & latè Vgol. loco citato, n. 5. Quod tamen quomodo procedat, infra Deo duce, dicemus, q. 31. Secundò amplio dictam cõcluſionem etiã ſi euellantur plures dantes; nam adhuc puto dictam excommunicationem non contrahi: quia non per hoc os inutilè remanet ad comedendum, & lingua ad loquendum; iuxta ea quæ di-
3 ximus in vltima, & penultima concl. præcedẽtis q. Nec Inn. in d. c. ſignificauit, negauit dentes eſſe membra reſpectu irregularitatis, vt ipſe Vgol. opinatur; ſed illos inter membra nõ cõnumcrauit, quia non habẽt proprium, & peculiare officium, ſed deſeruiunt, & accedunt ori, ac linguæ, quę ſunt propriè, & per ſe membra. Ex his etiam patet reſponſio ad contrarium.

Ex quibus conſtat minus probabilẽ eſſe Alter. ſententiã in explicatione huius can. c. 4. col. 7. in ver. Verùm, & col. 8. exiſtimantis ſimiliter cum Vgol. excommunicationem hanc contrahere dentem eruentem, auriculam, aut barbam amputantem venienti, vel recedenti à Sede Apoſtolica: nã cùm hæc omnia non ſint formaliter membra, is non dicitur mutilari. Nec mutilatio hoc loco ſumẽda eſt in larga ſignificatione pro amputatione partis membri, (vt opinatur ipſe Alter.) ſed intelligenda eſt ſtrictè iuxta ea, quæ ſupra diximus in præcedenti quæſt. cùm ſimus in penalibus, ar. tex. in c. cùm ſcela, de regul. iur. in 6.

Nec valet dicere, quod iſte canon continet
4 priuilegium ſecuritatis conceſſum venientibus ad Sedem Apoſtolicam, & ab ea recedentibus, vt abſque vllo periculo, & metu accedere, ac recedere poſſint. Vndè cùm priuilegium Principis debeat latiſsimè interpretari, vt in c. dilecti, de donat. l. beneficium, ff. de conſt. Princ. intelligenda eſt canonis diſpoſitio non ſolùm de mutilatione principalis membri, nempe de manu, pede, &c. ſed etiam de amputatione membri minus principalis, qualis eſt dens, digitus, auricula, barba: quoniam reſpondetur, quòd priuilegium eſt latiſsimè interpretãdum in præiudicium concedentis, ſecus autem cùm tractatur de præiudicio tertij: vt habetur ex Syl. in ſum. inver. Priuilegium. q. 3. Cùm igitur hoc loco prohibeatur ſub pœna excõmunicationis mutilatio hominis, quę in ſtricta ſignificatione denotat amputationẽ principalis mẽbri, vt in proxima quæſt. diximus: & non puniatur mutilatio membri, quæ ſignificat amputationem partis membri, ſeu membri minus principalis, meritò is, qui accedenti ad S. Apoſtolicam, vel ab ea recedenti dentem eruit, auriculam, digitum, aut barbam amputat, in excommunicationem iſtã non incidit.

An verberibus debilitans membrum accedenti ad S. A. itaut reddatur inutilè ad operandum, ſine tamen alicuius eiuſdem partis inciſione, incidat in excommunicationem. Q. 17.

SVMMARIVM.

1 *Debilitans membrum percuſſione aliqua, ſi reddatur inutile ad operandum, irregularitatem contrahit.*
2 *Debilitans membrum accedenti ad S. Apoſtolicam ita vt reddatur inutile ad operandum; ſine tamen alicuius ipſius partis præciſione, excommunicationem huius canonis non incurrit.*
3 *Membrum debilitatum, non deſinit eſſe membrum.*
4 *Mutilatum appellatur membrum, etiam ſi totum non præcindatur.*
5 *Irregularitas ſtatuta contra mutilantes, non extenditur contra debilitantes membrum.*
6 *Membrum quamuis ſit aridum, nihilominus non deſinit eſſe membrum.*

IN hac re videtur prima fronte affirmatiuè reſpondendum, atque adeò percuſſione aliqua debilitans membrum accedentis ad Sedem Apoſtolicam, vel ab ea recedentis, ita vt reddatur inutile ad operãdum, eſtò quòd nullam partem dicti membri amputauerit, nihilominus, excõmunicationem noſtri canonis contrahat.

Probatur, quia ſecundum ſententiam Panor.
1 in c. cùm illorum, ſub n. 8. de ſent. excom. Ang. in ver. Homicidiũ, 5. q. 5. Syl. in ver. Homicidiũ 3. q. 3. Maiol. lib. 5. de irregul. c. 50. n. 7. Iacob. de Graff. lib. 2. deciſ. c. 62. n. 3. & aliorum, debilitans membrum ex vulnere, aut percuſſione, vel inciſione neruorum, efficitur irregularis, ſi membrũ illud reddatur maximè ad operandum inutile; quia paria ſunt non eſſe, & inutile eſſe. Fundantur etiam ſuper dictam Clem. ſi furioſus, de homic. vbi dicunt, detrũcare, & mutilare, poni tãquam diuerſa: quaſi detruncare, ſit penitus abſcindere, & mutilare, ſit membrum debilitare, itaut impediatur illius opus, & officium; ergo idem dicendum eſt quoad excommunicationẽ incurrendam vi noſtri canonis; quoniam militat eadẽ ratio in vtroque caſu; vt aliàs diximus.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
2 tentiam puto de iure veriorem eſſe, nempe, quòd debilitans membrum ſine aliqua eiuſdem partis inciſione; eſtò quòd remaneat inutile ad operandum, in hanc tamen excommunicationem non incidat.

Probatur, quia debilitare membrum ſine ali-
3 qua inciſione, nõ poteſt dici mutilare: nam per mutilationem, in iure intelligitur amputatio membri: vt per Doctores in d. clem. ſi furioſus, membrum autem debilitatum non deſinit eſſe membrum: ar. tex. in c. ſicut vrgeri, 1. q. 1.

Et confirmatur, quia licèt membrum debili-

tatum

quem ſit mutile quoad operationem, valet tamen ad decorem, & ornatum corporis.

Deinde mutilatio ſtrictè, & propriè ſumpta, 4 eſt amputatio membri, vt vult Glo. in c. accuſatio, verbo Debilitatus, & ibi Panor. num. 3. de accuſ. Suar. de cenſur. diſp. 44. ſec. 2. ſub num. 6. Steph. de Aufl. eod tract. p. 7. diſp. 5. ſec. 1. dub. 3. con. 2. nica, Sayr. lib. 6. Theſaur. 1. cap. 15. ſub num. 6. & alij. Quam ſententiam probauimus ſupra q. 14. in vlt. not. veram eſſe, quando prohibetur mutilatio ſimpliciter, nempe hominis; ſecus autem ſi fiat exciſio membri; nam mutilatum dicitur membrum, etiam ſi in totum non abſcindatur, niſi contrarium de intentione legis conſtet. Si igitur mutilatio ſtrictè ſumpta, eſt amputatio membri, excommunicatio lata contra mutilantes, non extenditur ad debilitantes membrum: quia in pœnis faciendæ eſt ſtrictè interpretatio, c. odia, de reg. iur. in 6.

Denique ſecundum ſententiam magis recep- 2 tam irregularitas ſtatuta contra mutilantes, non extenditur contra debilitantes membrum: vt latè habetur ex Doctoribus ſupra citatis, ergo excommunicatio lata contra mutilantes, nõ extenditur contra debilitantes membrum: quoniam, vt ſupra diximus, eadẽ ratio militat in vtroque caſu: vbi autem militat eadẽ ratio, ibi etiam militat eadem iuris diſpoſitio, l. illud, ff. ad l. Aquil. Et hanc ſententiam nouiſſimè tenet Alter. hic cap. 3. col. 2. & 3. in ver. Mutilant, & hoc ideò, quoniam anima manet in membro debilitato. & c. 4 col. 6. in ver. Reſpondeo, vbi hoc idem tenetur de obcæcante oculum.

Ad contrarium patet reſponſio: nam ſecundum ſententiam magis communem irregularitas non contrahitur per ſolam debilitationem membri per rationes ſupra allatas. Imo Abb. contrarius in hoc ſibi eſt in c. diacono, num. 9. qui cler. vel vouen. Nec obſtat ratio allata, quòd parua ſunt non eſſe, & inutile eſſe: quoniam tunc vera eſſet maxima illa, quotieſcunque membrum inutile eſſet per amputationem præcipuæ partis membri, quamobrem inutile redditur ad operandum, vt ſupra diximus, q. 14. con. 3. nam per talem amputationem, homo dici poteſt mutilatus. Secus autem in caſu noſtro in quo nulla interuenit abſciſſio, ſeu membri diminutio: eo quòd vbi non interuenit diminutio, ſeu detruncatio aliqua, nunquam poteſt eſſe mutilatio.

Nec denique valet dicere, quòd qui mem- 6 brum aliquod ita lædit, vt ex vi læſionis omnino arefcat, & efficatur quamuis nullam partem abſcindere videatur; tamen ſubſtantialiter mutilat; nam reliquit corpus vno membro priuatum, vt ait Suar. loco citato, n. 11. quoniam reſpondetur, quòd eſto, quòd ita debilitans membrum, dicatur aliquem quodammodo priuare membro, cùm ſit ei inutile ad operandum; reuera tamen non priuat; eo quòd membrum quamuis ſit aridum nihilominus non deſinit eſſe membrum, donec coniunctum eſt corpori: ſatis enim eſt, quòd vita careat; quia tamen corpori per neruos, & pellem cõiungitur, corporis calore foue tur, atque adeò conſeruatur, & non putreſcit; ſicut corrumpitur membrum omnino præciſum.

An abſcindens membrum iam aridum accedenti ad Sedem Apoſtolicam aut ab ea recedenti, incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 18.

SVMMARIVM.

1 *Amputans membrum aridum accedenti ad Sedem Apoſtolicam, incidit in excommunicationem huius canonis.*

SVar. de cẽſur. diſp. 44. ſec. 2. n. 11. docet, quòd ſi quis membrum iam arefactũ alicui amputaret, non attingendo membra viuentia, in irregularitatem non incurreret: quia membrum aridum re uera non eſt membrum licet appareat eſſe tale: ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro vt qui amputat membrum aridum accedenti ad Sedem Apoſtolicam, non ſit excommunicatus vi noſtri canonis.

Contrarium tamen puto uerius. a Probatur, 1 quia vt ſupra diximus q. proxima in fine membrum aridum eſt uerè membrum, & eius amputatione homo uerè dicitur mutilatus. Confirmatur quoniam is, qui membrum debilitat dum taxat, ſi non redditur inutile maximè, non eſt irregularis: vt ſupra fuit probatum in q. precedenti, & conſequenter, nec vi noſtri canonis eſt excommunicatus; ergo qui membrum aridum abſcindit, fit irregularis, & in terminis noſtris excommunicationem contrahit: alias quis poſſet mutilari à duobus, nullo eorum irregulari, ac excommunicato remanente. Quod videtur abſurdum.

Ad contrarium patet reſponſio ex dictis.

ADDITIO.

a Verius. Eamdem ſententiam ſequitur Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 10. pun. 1. nu. 13. Abb. Alter.

An mutilans mortuum, qui dum accederet ad S. A. in itinere interiit, incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 19.

SVMMARIVM.

1 *Mutilans mortuum, qui ad Sedem Apoſtolicam ſe recipiens in itinere interiit, in excommunicationem non incidit.*

2 *Mutilans mortuum, non efficitur irregularis.*

AD dubii explicationem eſt annot. quod hæc quæſtio intelligitur de mutilante mortuum ſub illa formalitate, quam ſæpe diximus, nempe quatenus dum viueret erat accedens ad Sedem Apoſtolicam.

Pro parte affirmatiua ſicut Maiol. lib. 5 de ir- 1 regul. c. 50. n. 8. dum ait, quòd qui mortuum mutilauerit per inimicitiam, & mortui ignominiam, efficitur irregularis; ergo idem dicendum videtur in caſu noſtro.

a In contrarium tamen est veritas: quoniam
s hæc mutilatio non dicitur humani membri ab
scissio, sed cadaueris. At vi nostri canonis excõ-
municãtur mutilantes homines accedentes ad
Sedem Apostolicam, aut ab ea recedentes: ergo
excommunicatio ista non comprehendit muti-
lantes mortuos; eo quòd mortuorum corpora,
non sunt homines, sed cadauera.

Cõfirmatur quoniam mortui non dicuntur
accedentes, seu recedentes vt supra, sed accesse-
runt, vel recesserunt; ergo mortuos huiusmodi
mutilantes, prædictam excommunicationem
non contrahunt.

Ad contrarium respondetur, quòd Doctores
a communiter tenent contra Naiol. eo quòd nul
la ratione fundatur, vt per Nauar. in Man. c. 27.
n. 219. Suar. de censur. disp. 44. sec. 2. n. 11. Sayrus
lib. 6. Thes. tom. 1. c. 15. sub n. 9. cum alijs, quos
ipse allegat. Et ideo cum mutilans mortuum,
non sit irregularis, consequenter mutilans mor-
tuum de quo agitur, vi nostri canonis non erit
excommunicatus.

ADDITIO.

a Veritas. Adde Bonac de censur. Bull. cœn,
disp. 1. q. 10. pun. 1. sub n. 17. qui eamdem senten-
tiam tenet, Abb. Alex.

Ibi (*Spoliant*) Quid sit spoliare, & quæ sub spoliationis nomine comprehendantur. Q. 20.

SVMMARIVM.

1 *Spoliare, quid sit, & quotuplex sumitur.*
2 *Spoliare, stricto modo sumptum, significat fortunæ bo-
nis exuere.*
3 *Spoliatus bonis quis dicitur, etiam si vna re exuatur.*
4 *Spoliare bonis, refertur ad bona tam mobilia, quàm sta-
bilia: verùm hoc loco refertur ad mobilia tantùm.*

1 SPoliare, ait Vgol. hoc loco, in ver. *Spoliant*: est
spolia alicui inuito eximere, atque exuere.
Hinc Cic. pro Pla. sic dixit. *Est enim grauius spoliare
fortunis, quam non augeri dignitate.*

Hoc autẽ verbum dupliciter sumitur. Primò
largè, seu methaphoricè, & secundò strictè, &
propriè. Priori modo spoliare, ad multa refer-
tur, quę non sunt fortunæ bona. Hinc spoliari
quis dicitur pudicitia iuxta illud Cic. pro Cæs.
Pareat inuentus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam. Item
spoliatur aliquis præsidio: vt habetur ex eodem
Cicer. pro Dom. *Quorum proscriptionis metu ne fre-
quentia nudarent, virorum bonorum præsidio spoliarentur.*
Sic etiam aliquem dicimus spoliari sanitate. Ide
Tusc. *Conturbatio animum sanitate spoliat.* Et demũ
spoliare pupillum dicitur tutor, qui malè admi-
nistrat, l. qui fundum, §. tutor, ff. pro emp.

Spoliare verò propriè, & stricto modo sump
a tum, significat fortunæ bona exuere, vt est tex.
in l. v. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. fin. ff. de his,
quæ in fraud. credit. Iust. Imperator, §. fin. & ibi
Doct. de act. & Cicer. in V. Apollonium. *Omni
argento spoliasti, & depeculatus es.* Et spoliatus bo-
nis quis dicitur, etiam si vna re fuerit denuda-
tus: sicut bona rapta dicimus etiam si res vna
dumtaxat rapta fuerit. l. Prætor la 2. §. bona rap-
3 ta, ff. de vi bon. rapt.

Beneuerum est, quòd quamuis fortunę bonis
4 dupliciter spoliare contingat, rebus scilicet im-
a mobilibus a. & mobilibus, vt in c. extrauagantes,
c. litteras, c. fœpe, & toto tit. de rest. spol. tamen
spoliare hoc loco significat hominem aliquem
b bonis mobilibus exuere b. Id autem duobus mo
dis similiter contingit. Iustè, & iniustè: priori
modo, hostes spoliantur: posteriori verò per de-
prædationem fit spoliatio, iuxta illud Terent. in
Hec. *Quin spolier, mutilet, laceres*, & ita sumitur in
hoc canone.

ADDITIO.

a Immobilibus. Adde quòd spolium cùm
propriè cadat in rebus immobilibus, vt per
Oldr. conf. 199. in fin. Anch. conf. 248. num. 3. &
latè Tusch. in ver. Spoliatio, concl. 395. si quis
Romam adeuntis bona immobilia in loco, à
quo discessit, relicta, occupet, eum puto in ex-
communicationem incidere: quoniam occu-
pans eo casu, dicitur verè Romam adeuntem
spoliare. Confirmatur, quia spolium datur, &
restitutio in rebus, & pro rebus furatis, & per
vim apprehensis, licèt immobilia sint. Inf.
cons. 70. num. 2. lib. & Tusch. loco citato, in fine.
Non tamẽ simplex furtum committentes inci-
dunt in excommunicationem huius canonis,
per ea quæ docet Duard. infra q. 21. Io. Vin-
cent.

b Exuere. Adde Bonac. de censur. Bull.
cœn. disp. 1. q. 10. pun. 1. sub num. 18. Abb.
Alex.

An furtim surripientes bona aliqua accedentibus ad S. A. vel ab ea recedentibus, incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 21.

SVMMARIVM.

1 *Furtim surripientes bona accedentibus ad Sedem Apo-
stolicam non incidunt in excommunicationem.*
2 *Spoliare, significat deprædari.*
3 *Censura lata contra surripientes, comprehendit etiam
rapientes, sed non è conuerso, censura lata contra
rapientes, comprehendit surripientes.*

1 IN hac re Vgol. hoc loco, in ver. *Spoliant*: sub
num. 4. ibi, Item excommunicatio, existimat
sub dispositione nostri canonis non modò
comprehendi deprædantes eos, qui accedunt
ad Sedem Apostolicam, quod fieri contingit
mediante violentia apertè illos aggrediendo
more latronum, & grassatorum strataru; sed
sed etiam ab eisdem bona furtim surripientes,
per contrectationem scilicet dolo, & fraude;
iuxta tex. in §. furtum, in Inst. de oblig. quæ ex
delict. nascuntur.

Immo in eandem cẽsuram, putat incidere il-
lum,

lum, qui promittit se accedentes vt supra tutos ductúros per locum aliquem, vbi latrones adesse inquit, cùm id falsum sit, modò pecuniam illi tribuant.

Hæc re vera Vgol. sententia nobis non probatur: quoniam vi nostri canonis excommunicantur spoliãtes accedẽtes ad S. A. vel ea ab recedentes; ergo sub eiusdem dispositione deprædantes tantùm comprehenduntur, non autem simplex furtum a committentes: quia spoliare, rapinam, & depredationem denotat: vt est tex. in c. excõmunicationi, de Raptor. Hinc Lucan. lib. 3 *Triſti ſpoliatur templa rapina.* Et eo maximè, quoniam verbum illud, *Spoliant*, in textu positũ conlungitur cùm illis eiusdẽ verbis: *Interficiant, annilant*: quà propter rapere seu depredari significat, non autem furripere: iuxta illud Teren. loco citato. *Quin ſpolies, mutiles, lacerés*, & Luc. ab vr. *Regem obtruncat, & ſpoliat.* Et spoliũ dicitur quid quid hostibus detrahitur.

Hanc eandem sentẽtiam videtur tenere hoc loco Alter. cap. 3. col. 3. in ver. Spoliant. Pro quà affert tex. in l. bona fides, in illis verbis: *Latro ſpolia, quæ mihi abſtulit.* ff. depoſ. & illud Lucæ cap. 10. *Et incidit in Latrones, qui etiam diſpoliaverunt eum.* Et sic Latrones verè & propriè dicuntur spoliare. Et in hac significatione (inquit) accipitur verbum: *Spoliant*: in hoc canone.

Vndè licèt censura lata contra furripientes comprehendat etiam rapientes, quia furtum est genus comprehendens sub se rapinam, quæ est furti species; tamen censura lata contra rapientes, non comprehẽdit simplicẽm furtum committentes: quoniam, quamuis rapere, sit furripere, nihilominus rapere dicit aliquid amplius: quia rapere dicit furripere palãm, & cum violẽtia; & ideo est maius crimen, quàm furtũ, quod committitur clam & sine violentia: vt supra diximus, can. 4. q. 16. propè finem.

ADDITIO.

a Furtum. Adde, quòd hanc eandem sententiam tenet Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 4. q. 10. pun. 1. sub num. 19. Abb. Alex.

An rapientes scripturas, quas secum deferũt accedentes ad S. A. incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 22.

SVMMARIVM.

1 *Spoliantes ſcripturis accedentes ad S. A. iura litium concernentibus, excommunicationem contrahunt.*

1 REspondetur quòd si scripturæ illæ concernunt maximè iura litium, negotiorum, atque causarum, tunc spoliantes accedentes ad S. A. huiusmodi scripturis, puto, quòd dictam excommunicationem cõtrahant: quoniam dictæ scripturæ, adhuc dicuntur bona, cùm per illas bona defendantur, & acquirãtur sicut appellatione bonorum veniunt iura, & actiones, l. bonorum, in prima, ff. de verb. ſignif. vndè cùm *ſpoliare* significet bonis exuere, consequenter sequitur, quòd rapientes supradictas scripturas, in excommunicationem incidunt.

An rapiens vxorem, filias, filios, aut seruos, quos secum refert accedens ad Sedem A. vel ab ea recedens, incidat in excommunicationem. Q. 23.

SVMMARIVM.

1 *Homo eſt dignißimæ creaturæ, & in ea attenditur reverentia Diuinæ pulchritudinis.*
2 *Fortuna eſt inſidiatrix hominis, & inviſibile bellum.*
3 *Homo etiam, ſi ſit ancillæ partus, non venit fructuum appellatione.*
4 *Rapiens vxorem ſuam, & ſeruos, quos ſecum defert accedens ad Sedem Apoſtolicam, excommunicationem contrahit.*
5 *Mulieris bona beatur eſt vir.*
6 *Pater beatur, ſeu perpetuatur in filijs.*
7 *Rei vendicatio competit domino rei.*
8 *Filius a patre ratione patriæ poteſtatis; & vxor à marito ratione ſubiectionis, poſſunt quodammodo vendicare.*
9 *Vxor licèt ſit æqualis viro quoad debitum coniugale: eſt tamen ex diuino iure ſub illius poteſtate quoad eius corpus, gubernationem, & obſequia domeſtica.*
10 *Vxor, filij, & ſerui veniunt appellatione bonorum.*
11 *Homo omnium creaturũ ſublimarium eſt dignißimus.*
12 *Homo dicitur creatus ad imaginem, & ſimilitudinem Dei: eo quod operatur per voluntatem, & intellectum.*
13 *Ancillæ, licèt non veniant ſub conceſſione vſufructus, tamen ſunt verè fructus.*

IN hac re videtur prima facie negatiuè respõdendum esse: atque ideo vi auferens vxorem, filias, filios, ac seruos ab eo, qui accedit ad S. A. vel ab ea recedit non incidit in excommunicationem nostri canonis.

Probatur, quoniam spoliare, vt supra diximus, q. 19. est fortunæ bona exuere. At bonorũ appellatione humana creatura non videtur cõprehendi, quoniam dignißima est, & in ea attẽditur reuerentia Diuinæ pulchritudinis: vt est tex. in l. ſi quis, C. de pœn. Glo. in c. ad audientiã, de crim. falſ. & Panor. in c. ſi quis, sub num. 5. de ſur. fortunæ verò bona vilia sunt, & volubilia, ita vt inopinato fortunæ impetu, omnem rem familiarem quis amittit: vt est tex. in l. planè, ff. vt in poſſeſſ. legat.

Hinc Seneca in prouerbijs: *Lenis eſt fortuna, elio depoſcit quod dedit: & fortunam cuius uſperis, quàm retineas.*

Non potest homo sub fortunæ bonorum nomine continerienam vt ait Bal. in l. per hanc, C. 1. C. de tempor. appel. fortuna est insidiatrix hominis, & inuisibile bellũ, ita vt ipsius ictus prius sentiatur, quàm sciatur. Et Seneca loco citato: *Fortuna cum blanditur, venit captum: fortuna obeſſa nulli contenta eſt ſemel: fortuna nimium quem fouet, ſtultum facit.*

Confirmatur: quia homo, etiam si sit ancillæ partus nõ venit fructuum appellatione: vt in §. in pecudum. In ſtit. de rer. diuiſ. ergo non venit appellatione bonorum: atque adeò rapiens vxorem, filias, filios, aut seruos, quos secum defert acce-

accedens ad S. A. in prædictam excommunicationem non incidit. Nam fructus proculdubio bona sunt.

His tamen non obstantibus, contrariam sententiam arbitror de iure veriorem esse, quam tenet Vgol. in explic. præsentis canonis in uer. *Spoliantes* n. 5. dicens, quòd si quis adimeret uxori quam secum duxit, uel filios, uel seruos, quos in potestate habet ad Apostolicam Sedem uadens censuram hanc non euaderet.

Probatur hæc sententia ex eodem Vgol. per tex. in c. ex transmissa, de restit. spol. ubi aperte colligitur, quòd quis dicitur uxore spoliari.

Secúdò probatur clarius ex tex. in l. bonorũ, l. 1. ff. uerb. signif. ubi habetur, quòd bona ex eo dicuntur, quia beant; hoc est beatos faciunt; & beare, est prodesse. ergo uxor, filij, & serui ueniunt appellatione bonorum. Cõsequẽtia probatur; nam de uxore ait Ecclesiast. 26. *Mulieris bonæ Beatus est vir.* Est enim uxor seminarium generis humani; atque nuptiis nihil est utilius hominibus, ut in §. rursus, in auth. de testam.

Dicuntur uxores liberorum protreandorum animo, & uoto. Etenim filij, filiæue dicitur cõcipiuntur, ut ex prole eorum, earumue diuturnitatis nobis memoria in æuum relinquatur: ut habetur ex tex. in l. liberorũ, in fine, ff. de uerb. signif. & ita parentes in filijs quoque dicuntur beari.

In seruis denique beantur Domini, quoniam serui eis inseruiẽdo prosunt; & beare nihil aliud est quam prodesse, ut supra diximus.

Si igitur uxor, filij, & serui uenient appellatione bonorum; ergo rapientes eos ut supra ab accedentibus ad Sedem Apostolicam, supradictã excommunicationem contrahunt; quoniam uerè dicuntur illos spoliare bonis; quod ui nostri canonis prohibetur.

Denique serui dicuntur esse in dominio dominorum, ut in l. seruus, & seruus, ff. de acquir. rerum domin. adeò ut contra illos indebitè possidentes, competit eorum dominis in rem actio, ut in l. Iulianus, & l. non solùm, ff. de rei vendi.

Et quamuis liberi homines qui in aliena potestate sunt, uendicari supradicta actione propriè non valeant, ut in l. 1. §. per hanc, ff. eo. nihilominus a patre filius ratione patriæ potestatis, ut in inst. toto titulo de patr. potest. à marito uxor ratione subiectionis bene uendicantur. Nam uxor licet sit æqualis uiro, quoad debitum coniugale; est tamen iure Diuino sub illius potestate, quoad eius corpus, gubernationem, & obsequia domestica: ut patet ex illo Gen. c. 3. *Sub uiri potestate eris*: appellaturque fere famula uiri, c. hæc imago, & mulierem, 33. q. 5.

Vnde esto, quòd à uiro non possit simpliciter uendicari quasi ferus; uendicatur tamen adiecta causarum Diuini; & canonici quibus uxor sub uiri potestate manet. Ita Sanchez cum alijs doctoribus, quos allegat, lib. 9. de matr. disp. 4. num. 9.

Si igitur à Domino seruus iure dominij à patre filius iure patriæ potestatis, & uxor à uiro iure supradictæ subiectionis, uẽdicari possunt: ergo dictæ personæ ueniunt appellatione bonorum; quia ut ait tex. in d. l. bonorum, la. 1. ff. de uerb. signif. in bonis nostris computantur, non solùm, quæ domini nostri sunt; sed etiam si bona fide a nobis possidẽtur: & si quis est in actionibus, petitionibus, & persecutionibus: atque ideò rapientes eos ut supra ab accedentibus ad S. A. in supradictam excommunicationem incidunt. eo quòd uerè dicũtur illos spoliare, quòd eis fortunæ bonis exuere.

Restat modò, vt ad contraria respondemus.

AD primum negatur minor: ut patet ex dictis: & ad probationem minoris dicimus, quod licèt homo sit dignissima creatura; non tamen sequitur, non esse creaturam fragilem, caducam, ac mutabile, qualia sunt omnia sublunaria. Bene verum est, quòd creaturarum sublunarium, homo est omnium dignissimus; eo quòd operatur per voluntatem, & intellectũ, qua ratione dicitur creatus ad imaginem, & similitudinem Dei. Ad id autem, quod Genesis dixerunt de fortuna, respondemus, quòd fortuna non est creatura aliqua sublunaris, aut cælestis, sed est uis Diuina: ut habetur in l. fluminum, §. seruis, ff. de damn. infect. quæ Diuina uirtus sua infinita prouidentia hanc proprietatem dedit sublunaribus, ut mutabilia sint, caduca, & momentanea, ne homo eos ultimum finem ponere, sed ad Deum tenderet, & ad cælestia, pro quibus creati sumus.

Ad confirmationem respondetur, quòd licèt appellatione partis non ueniat sub concessione uisus actus, ob hominis dignitatem; partus tamen uere dicitur fructus; nam, ut legitur Luc. c. 1. Elisabeth dum a Maria Virgine uisitaretur, repleta Spiritu sancto exclamauit uoce magna, & dixit. *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris*,

An accedentes ad Sedem Apostolicam si Christiani non sint, & spolientur à fidelibus, spoliantes eos, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 24.

SVMMARIVM.

1 *Spoliantes infideles accedentes ad Sedem Apostolicam, non incidunt in excommunicationem huius canonis.*

2 *Aequitas postulat, vt vtrique seruetur æqualitas.*

3 *Spoliantes infideles accedentes ad Sedem Apostolicam, non contrahunt excommunicationem eam si saltem probabiliter dubitent. Idem dicendum si fideles infideles.*

4 *Spoliantes aut impedientes infidelem accedentem ad sedem Apostolicam baptizandi gratia, probabiliter dicendum est, quòd incidat in excommunicationem.*

IN hac re Vgol. in explicatione præsentis canonis in uer. Spoliant: sub n. 4. ubi, Tertiò afficit, tenens partem illi matiam sic ait, Excommunicatio hæc afficit quicunque sint, qui spoliantur, siue Christiani sint, siue non Christiani: quia hoc priuilegium concessum est in fauorẽ

Apo-

Apoſtolicæ ſedis: ac propterea nemo alterius vitio priuari eo debet, ar. text. in c. ſi diligenti, de for. compet. & c. contingit, de ſent. excom.

Confirmatur hæc ſententia: quoniam aut infideles accedentes ad Sedem Apoſtolicam pacificè viuunt cum Chriſtianis: aut hoſtes ſunt, ſed mediante ſaluo conducto Rom. Pontificis ad dictam Sedem Apoſtolicam ſe conferunt. Si primum, non poſſunt iure licito ſpoliari: quia huiuſmodi infideles cum Romanorum legibus viuant, nō debent à fidelibus offendi: ut in l. Iudæi, lá 1. & l. nullus. C. de Iudæ. Quod ſi ſecundum cùm, non obſtante ſaluo conductu, ſpoliétur, illa ſpoliatio proculdubio tendit in iniuriā Romani Pontificis; ergo ſpoliantes eos, in dictā excommunicationem incidunt.

a His tamen non obſtantibus, contrariam a ſē-
1 tentiam puto veriorem eſſe: atque ideo ſpoliātes infideles accedentes ad Sedem Apoſtolicā, vel ab ea recedentes, non incidere in excommunicationem noſtri canonis.

Probatur, hæc ſententia primò, quoniā Infideles ſpoliantes Chriſtianos, accedentes ad Sedem Apoſtolicam, vel ab ea recedentes, non incidunt in excommunicationem prædictam: eo quòd cùm baptizati non ſint, cenſurarum ſunt omninò incapaces, ergo nec Chriſtiani ſpoliantes infideles accedentes; dictam excommunicationem contrahunt: quia æquitas poſtulat, vt vtrique ſeruetur æqualitas.

Secundò probatur, quoniam non eſt veriſimi-
2 le Rom. Pontificem ſub cenſura adeo graui protegere voluiſſe infideles.

Tertiò probatur ex his, quæ ſupra dixímus can. 3. q. 5. in qua concluſimus, quòd Piratæ diſcurrentes mare Pontificium animo depredandi infideles tantùm, ſub diſpoſitione dicti canonis non comprehenduntur.

Ampliatur dicta concluſio, vt vera ſit, ſiue
3 infideles pacificè viuant cum fidelibus, ſiue nō: & mediante ſaluo conductu ad Sedem Apoſtolicam ſe conferant, & ſiue ſint hæretici: quoniam in d. q. 5. idem diximus de piratis: & in vtroque caſu militat eadem ratio.

Secundò ampliatur, vt ſpoliantes ſupradictos infideles, excommunicationis uinculo non alligentur, etiam ſi illos interficiant: quoniam non poteſt aſſignari diuerſitatis ratio, cur ſpoliantes huiuſmodi infideles à prædicta excommunicatione excuſentur, & interficientes eos, in illam incidant.

Reſtat modò, vt ad argumenta reſpondeamus.

AD primum dicimus, quòd priuilegium huiuſmodi principaliter conceſſum fuit in fauorem accedentium ad Sedem Apoſtolicam, & ab ea recedentium, ut in ea liberè poſſint eorū negotia peragere: & ad eandem liber ſit litigantium acceſſus; ut habetur ex Vgol. hic in uer. Detinent, ſub n. 1. & nos infra latius; Deo duce, dicemus, q. 30. Vndè non eſt ueriſimile, Eccleſiā uoluiſſe armis Eccleſiaſticis infideles ſic accedētes protegere, cùm extra Eccleſiam ſint, & ad nos non pertineant, iuxta illud Apoſt. 1. Cor. c. 5. & hæreticos Eccleſiæ cenſuris defendere, quippè qui totis eorum uiribus Dei Catholicam Eccleſiam impugnant.

Ad confirmationem reſpondetur, quòd licèt infideles Romanorum legibus uiuentes, nō debeant offendi; non tamē ex hoc ſequitur, ut ſpiritualibus Eccleſiæ armis debeant protegi, ſicut fideles. Et quatenus ratione ſalui conductus ſpoliatio huiuſmodi tenderet in iniuriam Rom. Pontificis, & S. A. id tamen eſt per accidens: atque adeò malitia hæc puniri poteſt ab Eccleſia, non tamen vi noſtri canonis.

Bene verum eſt, quòd contraria ſententia nō
4 eſt improbabilis, maximè ſi quis interficeret Infidelem accedentem ad S. A. baptizandi gratia vt habetur ex Viual. hic n. 5. Hanc eandem ſententiam ſequitur Alter. hoc eodem loco c. 2. col. 4. ver. Quaotum ad infideles.

ADDITIO.

a Contrariam. Hanc eamdem ſententiam tenet Farinac. de carcer. & carcerat. q. 28. num. 68. Petr. Gambac. de immun. Eccleſ. lib. 4. c. 7. & 8. Couar. lib. 2. var. reſolut. cap. 20. num. 11. verſ. Tertiodecimò, & alij, quos refert Bonac. in ſuo tract. de legib. diſp. 3. quæſt. 7. §. 3. num. 5. & Petr. Gambac. loco citato, quamuis ipſe Bonac. hic diſp. 1. q. 10. pun. 2. num. 13. ſequatur ſententiam Alter. diſp. 10. c. 2. col. 4. dub. 3. Vgol. Viual. Filliuc. & aliorum, exiſtimantium, offendentes infideles accedentes ad S. A. excommunicationem incurrere: eo quòd Rom. Pontifex abſolutè, & generaliter loquitur, nec diſtinguit. Abb. Alex.

Ibi (*Capiunt, detinent*). Quid in iure ſignificent capere, ac detinere. Q. 25.

SVMMARIVM.

1 *Capere nunquam dicimur, niſi retinendi animum habeamus. Et in quo differat à detinere, explicatur.*
2 *Capere quomodo differt ab arreſtare.*
3 *Capiens accedentes ad S. A. ſtatim dimiſſurus, in excommunicationem non incidit.*
4 *Præceptum faciens accedenti ad S. A. vt eam non adeat, excommunicationem non contrahit.*

REſpondetur quòd licèt capere nunquam
1 dicatur, niſi retinendi animum habeamus: nam non videtur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere: vt in l. non videtur, ff. de regul. iur. tamē capere in hoc differt à de-
a tinere: quoniā detinere eſt manu, vel lignamine aliquo tenere, vel eſt cuſtodiæ mancipare, ſeu carcerare: at capere, eſt manibus comprehendere. Sæpe enim capitur, qui non carceratur: vt in c. ſi clericos, de ſent. excom. in ſexto, clem. frequenti, in prin. & poſt prin. de exceſib. Prælat. Gloſ. in clem. multorum, de hæret. in ver. Capere, & ibi Panor. in prin.

Item differt capere ab arreſtare: quia arreſta-
2 tio ſit ſine manuum iniectione; puta per præceptum, ne domum, aut alium locum exeat: at captio non eſt niſi manuum apprehenſio interueniat:

ueniat: vt rectè docet Panor. in d. clem. multorum, num. 4.

Ex hoc infertur primò quòd qui accedentes
3 ad S. A. vel ab ea recedẽtes capit, ſtatim illos dimiſſurus, in excommunicationem noſtri canonis nõ incidit: *b* quia iſte propriè nõ dicitur eos
b capere; vt in d. l. non videtur, ff. de regul. iur.

Secundò infertur, quòd qui præceptum facit
4 alicui accedenti ad S. A. vt ad ipſam Sedem nõ adeat, nec ipſum cuſtodiæ tradit, aut vinculis, arbitror, quòd nõ incidat in excommunicationem noſtri canonis: quoniam ſic præcipiens nõ
c dicitur illũ detinere, c ſed arreſtare potius. Niſi velimus dicere quòd ly. *Detinent*, in hoc canone ſignificet idem, quod Impediunt quocunque modo dolo malo: vt videtur hoc loco ſentire Vgol. in ver. *Detinent*; ſub n. 1. & 3. in ver. Poſtremò: & infra, Deo duce, dicemus; q. 31.

Dixi, accedenti, &c. quoniam, qui volentes accedere ad S. A. vel ab ea recedere actu non capiunt aut detinent in dictam excommunicationem non incidunt, vt aliàs diximus.

ADDITIO.

a Detinere. Adde, quòd Alter. hîc, quem refert, & ſequitur Bonac. hoc eodem loco, diſp. 1. q 10. pun. 1 ſub num. 32. inquit, quòd detinere idem eſt, quòd captum detinere, ſeu morari, & impedire: ſiquidem fieri poteſt, vt accedens ad Curiam impediatur ab itinere, vel quia ab aliquo capitur: vel quia captus detinetur. Vult. n. Romanum Pontificem vtramque actionem capiendi, ac detinendi ſub cenſura prohibere: quorum ſententia probabilis videtur. Abb. Alex. ind.

b Incidit. Contrarium tenet Alter. quem refert, & ſequitur Bonac. hîc, diſp. 1. q. 10. pun. 1. num. 26. Sed re vera Duardi ſententia hoc loco gratis impugnatur: nec reſpondetur ad tex. in l. non videtur, ff. regul. iur. Confirmatur, quia hoc caſu concurrit etiam paruitas materiæ, cùm capiat ſtatim dimiſſurus. Nec id negat ſibi contrarius Bonac. d. pun. 1. nu. 31. Io. Vincent.

c Detinere. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſput. 1. q. 10. pun. 1. num. 33 contra Alter. nam vult, quòd detinere ſignificat actionem phyſicam violentam contra perſonam captam: & cùm verſemur in materia pœnali, nõ debet fieri extenſio. Vndè excludit ab hac excommunicatione, qui non manu violenta; ſed minis in cauſa eſt, vt aliquis ad S. A. non accedat. Abb. Alex.

Ibi (*Nec non illos omnes*) Quomodo & quando in excommunicationem incidant offendentes, vt ſupra in Curia morantes. Q. 26.

SVMMARIVM.

1 *Offendentes in Curia Romana morantes, in excommunicationem non incidunt, niſi authoritatiuè id agant.*
2 *Qui depredando ſpoliat aliquem in curia morantem, non incidit in excommunicationem huius canonis.*
3 *Mandantes authoritatiuè offendi in Curia morantes, in excommunicationem contrahunt.*

REſpõdetur quòd aliomodo ſe habẽt actiones in præſenti canone prohibitæ circa venientes ad Romanam Curiam, vel ab ea recedentes: & alio modo circa morantes in Curia quoad excommunicationem iſtam contrahendam. Nam circa venientes ad S. A. vel ab ea recedentes, ſatis eſt interficere, mutilare, ſpo-
1 liare, &c. At verò circa morantes in Curia, non quicunque illos interficit, mutilat, &c. eſt excõmunicatus; ſed qui authoritatiuè hoc facit; hoc eſt, qui ea faciens, ſe illorum Iudicem competentem præſumit, cùm non ſit: vt patet in illis verbis: *Qui iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, à nobis, vel à noſtris Iudicibus non habentes, illam ſibi temerè vendicantes, ſimilia contra morantes in eadem curia audent perpetrare.*

Ex quo fit, quòd qui depredando ſpoliat ali-
2 quem in Curia commorantem; vel qui in rixa, odio, vel inimicitia illum interficit, aut mutilat, extommunicationem huiuſmodi nõ contrahit: quia nõ authoritatiuè, & tanquam iuriſdictionem exercens id efficit. Ita Sayr. ex Caiet. & alijs, in explicatione noſtri canonis lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 13. n. 4. & Suar. eodem loco, diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. n. 66. vbi licèt teneat, ſub diſpoſitione dicti canonis non comprehendi mandantes; tamen, quia Iudex non poteſt authoritatiuè, & tanquam iuriſdictionem habens prædictas actiones exercere, niſi mandando potius, quàm per ſe ipſum exequendo, cenſuram hanc incurrit. Sicut eandem incurrũt eorum executores, qui ſunt veluti vna perſona cum prædictis mandantibus, & ſub nomine, ac titulo Iuriſdictionis eorum operantur.
3
Adde quòd per morantes in Curia Caiet. quem refert, & ſequitur Tolet. hîc n. 4. intelligit Curiales ipſos, qui ratione Curiæ pontificiæ Romæ ſunt; ſiue mediatè, ſiue immediatè Pontifici inſeruiant, ſiue ſint Cardinalibus vel Epiſcopis, qui adſunt Curiæ. Vndè Romaoi Ciues, & alij, qui alijs de cauſis Romæ ſunt, non dicuntur morantes in Curia.

An ad contrahendam excommunicationem noſtri canonis, requiratur, vt omnes actiones in eo prohibitæ, ſimul fiant, vel ſufficiat earum aliqua. Q. 27.

SVMMARIVM.

1 *Alternatiuæ, vel ſatis eſt alteram partem eſſe veram.*
2 *Copulatiuæ, & natura, eſt diuiſa in ſe copulare.*
3 *Leges in pœnalibus interpretrandæ ſunt potius in fauorem rei, quàm accuſatoris.*
4 *Ad contrahendam excommunicationem latam contra offendentes, accedentes ad S. A. ſatis eſt ſi ſpolientur, vel detineantur, capiantur, vel mutilentur, aut occidantur.*
5 *Non ſermoni res, ſed rei eſt ipſe ſermo ſubiectus.*
6 *Lex, nihil aliud eſt, quàm ipſa ratio legis.*
7 *Leges in pœnalibus tunc benignam recipiunt interpre-*

pretationem, quando non conſtat de voluntate Legislatoris.

8 *In ambigua voce legis, ea potius accipienda eſt ſignificatio, quæ vitio caret.*

IN hac re prima facie videtur dicẽdum, quòd ad incurrendam prædictam excommunicationem ſatis non ſit occidere, vel mutilare, vel ſpoliare, vel capere, vel detinere accedentes ad Sedem Apoſt. vel ab ea recedentes, aut in Curia morantes; ſed exigitur, vt quis omnes ſupradictas actiones, vt ſupra prohibitas coniunctim faciat; nempe, quòd accedentem ad S. A. capiat, & detineat, ſpoliet, mutilet, & occidat; alioquin ſi vnam ex dictis actionibus prætermittat, licèt aliàs peccet, & pœna debita in foro exteriori veniat plectendus; non tamen videtur, quòd incidat in excommunicationem in noſtro canone contentam.

Probatur; quoniam iſte canon non loquitur
1 alternatiuè per dictionem, vel, ad cuius veritatem ſatis eſt alteram partem eſſe veram: vt in c. in alternatiuis, de regul. iur. in ſexto, l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit, & in l. ſi ita quis ſtipuletur, ff. de verb. oblig. Et conſequenter non excõmunicat, qui interficiũt, vel mutilãt, vel ſpoliant, vel capiũt, vel detinent ſic accedẽtes; ſed excõmunicationẽ promulgat cõtra eos, qui interficiũt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinẽt. Ergo intelligendus eſt copulatiuè per dictionem, &, cuius
2 natura eſt diuiſa in ſe copulare: vt in l. regula, ff. de iur. & fact. ignor. Iaſon in l. 1. ff. de iuſt. & iur. & Abb. cum aliis ad ipſum additis, in c. querelã, nu. 5. de Simon. atque adeò nunquam vi noſtri canonis erit quis excommunicatus, niſi aliquẽ ſic accedentem capiat, & detineat, & ſpoliet, & occidat, ac mutilet; nec ſufficit alteram ex dictis criminibus committere; niſi omnia ſimul coniuncta perpetret. Tantò fortiùs, quia in pœnalibus leges interpretandæ ſunt potius in fauorem rei, quàm accuſatoris, aut Fiſci; eò quòd leges
3 magis tendunt ad ſoluendum, quàm ad ligandum, l. Arrianus, de action. & oblig. l. non puto, to, ff. de iur. Fiſc. & latè Paul. de Caſtr. conſ. 291. viſa inquiſitione, in fine, vol. 2.

Sed his non obſtantibus, in contrariũ eſt veritas, nempe, quòd noſter canon ſit intelligẽdus quoad actiones prohibitas alternatiuè, non autem copulatiuè; & propterea ad incurrendam ſupradictam excommunicationem ſufficit, ſi quis tantùm detineat accedentes ad Sedem Apoſtolicam eſtò, quòd non ſpoliet, mutilet, capiat, vel occidat.

Probatur, quoniam iſte textus vtitur quodam
4 modo fraſi canonis præcedentis, & ſubſequentis, qui excommunicant eos qui prohibent, impediunt, &c. adducentes neceſſaria ad vſum Romanæ Curiæ: & interficiunt, mutilãt, vulnerãt, detinent, capiunt, ſeu deprædantur; ſed dicti canones loquũtur alternatiuè: ergo eodem pacto eſt dicendum de hoc canone.

Confirmatur quoniam textus in c. excõmunicationi, de rapt. & clem. ſi furioſus, de homic. imponentes pœnã contra occidentes, mutilãtes, & ſpoliantes, loquuntur ſimiliter alternatiuè.

Denique in hoc canone fertur excommunicatio contra impedientes accedentes ad Sedem Apoſtolicam vel ab ea recedentes, aut in Curia commorantes negotiorum cauſa: at impedi-
5 tur accedentes vt ſupra à ſuis negotijs etiam per vnam, vel alteram ex dictis actionibus: ergo ad illam incurrendam ſatis eſt vnam, vel alterã ex eis committere; quia intelligentia dictorum, ex cauſis eſt aſſumenda dicendi: eo quòd nõ ſermoni res, ſed rei eſt ipſe ſermo ſubiectus, l. intelligentia, de verb. ſignific.

Ad argumentum igitur reſpondetur primò
6 negando antecedens, nam textus noſter ſecundum conſuetam Rom. Pontificis fraſim, ſecundum communem modum loquendi aliorum iurium, & ſecundum rationem legis, alternatiuè loquitur per ea, quæ ſupra diximus. Lex enim nihil aliud eſt, quam ipſa ratio legis, l. nõ dubiũ, & ibi Bal. C. de legib. Vndè quẽadmodum corpus regulatur ab anima; ita lex regulatur à ratione legis, & non à verbis: nam verba legis reſtringuntur, & ampliantur ad limites rationis eiuſdem legis; vt bene docet Abb. in c. quia nõ nulli, ſub n. 10. propè finem. de reſcrip. Cùm igitur excommunicatio iſta lata ſit in odium impedientium accedentes ad Sedem Apoſtolicam pro eorum cauſis, & negotijs peragendis; accedentes ipſi ita impediuntur per interfectionẽ, mutilationem, ſpoliationem, capturã, & carcerationem, & ſic per omnes illas actiones ſimul, & coniunctim patratas; ac ſi per eorum alterã, nempe vel per interfectionem, vel per mutilationem, vel per ſpoliationem, vel per capturam, aut detentionem. Ergo ad incurrendam dictam excommunicationem non exigitur, vt in perſona vnius omnia illa crimina committãtur; ſed ſatis eſt eorum vnum, vel alterum.

Vel ſecundò reſpondetur negando conſequẽ-
7 tiam, & ad probationem dicimus, quòd tunc in pœnalibus leges benignam recipiunt interpretationem, quando non conſtat de voluntate legislatoris: vt in l. benignus, ff. de leg. at verò in caſu noſtro per ſupradicta conſtat de voluntate Romani Pontificis, quòd alternatiuè loquatur: nõ ergo verba noſtri canonis intelligenda ſunt copulatiuè.

Imò eſtò, quòd clauſula ipſa ambiguè loqua-
8 tur, adhuc alternatiuè intelligenda eſt; aliàs ſi copulatiuè eſſet interpretanda, vitio non careret, cùm interpretatio eſſet cõtra legis rationẽ. In ambigua verò voce legis, ea potius accipiẽda eſt ſignificatio, quę vitio caret, l. in ambigua, ff. eod. tit. de leg.

An vnum, aut plura crimina, vi noſtri canonis prohibita committens, incidat in vnã, vel plures excommunicationes, iuxta numerum delictorum. Q. 28.

SVMMARIVM.

1 *Plures irregularitates contrahere quis non poteſt.*
2 *Plures excommunicationes contrahi poſſunt ab vna & eadem perſona.*
3 *Plures ſuſpenſiones, & plura interdicta ab vno, & eodem homine incurri poſſunt.*
4 *Accedentem ad Sedem Apoſtolicam vno impetu capiens, detinens, ſpolians, mutilans, & demum occidens, vnam tantùm excommunicationem contrahi, & non plures, iuxta numerum actionum.*

5 *Clericum in dormitorio verberans, & deinde eundem verberando per clauſtrum trahens, in vnam tantùm excommunicationem incidit.*

6 *Accedentem ad Sedem Apoſtolicam primò capiens, deinde detinens, poſtea ſpolians, inſuper mutilans, & denique interficiens diuerſis temporibus, quinque contrahit excommunicationes, iuxta numerum delictorum.*

1 AD tituli explicationem, eſt annot: quòd licèt vna, & eadem perſona irregularis exiſtēs plures irregularitates contrahere nonpoſſit: atque adeò irregularis celebrando, aut Ordinem ſacrum ſolemniter exercendo, nouam irregularitatem non contrahit: quoniam irregularitas non eſt propriè ſuſpenſio, nec alia cenſura Eccleſiaſtica, ſed impedimentum: vt per Inn. in c. ſi celebrat, n. 3. de cler. excom. miniſtr. quem ſecūtur Nauarr. in man. c. 27. n. 154. & 194. Hen. lib. 7. c. 13. n. 6. Maiol. lib. 1. de irregular. c. 2. num. 8. &
2 lib. 4. c. 33. n. 3. & alij; tamen vna, & eadem perſona ſecundum varietatē actus poteſt in vnam, vel plures excommunicationes incidere, tex. eſt in clem. vnica, de ſchiſm. clem. 2. in fine de ſent. excom. & c. officij, eo. tit. quoniam ſicut culpa iterari poteſt; ita etiam rationabiliter iterari poteſt & pœna. Et ſicut vni pluralia iūnia, plures vigiliæ, & orationes infligi poſſunt; eodem modo, & pari ratione infligi eidem poſſunt plures excommunicationes.

Et quamuis vna ſit ſeparatio quoad obiectū
3 ſcilicet à communione ſacramentorum, & hominū: eſt nihilominus alia, & alia prohibitio, & ſeparatio. Quēadmodū enim homo per primū peccatum mortale priuatus gratia à Deo ſeparatur, & per ſecundum plus elongatur, & deinceps: ſic homo per primam excommunicationē ab Eccleſiæ communione ſeparatur: & per ſequentes excommunicationes magis elongatur, & indignior redditur ſuffragijs Eccleſiæ, ita vt abſolui poſſit ab vna excommunicatione, & non ab alia, & excommunicatio ſecunda tunc incipit ſuum habere effectum, cùm quis abſoluitur à prima; nec vnquam Eccleſiæ communioni reſtituitur: niſi ab omnibus excommunicationibus fuerit abſolutus. Et quod de excommunicatione diximus, de ſuſpenſionis, & interdicti iteratione dicendum quoque eſt, quoniam militat eadem ratio: vt bene docet Abb. in cap. Capitulum S. Crucis, & ibi Glo. in ver. Suſpēſionis, de reſcr. & alij Doctores, quos refert, & ſequitur Sayr. lib. 5. Theſ. tom. 1. c. 10. ad 5. vbi ſoluit contraria.

Secundò eſt annot. quòd quæſtio noſtra, nō eſt de interficiente, mutilante, ſpoliante, capiente, detinente diuerſas perſonas. Vt ſi quis vnum hominem accedentem ad Sedem Apoſtolicam cæperit, alterum detinuerit, tertiū ſpoliauerit, quartum mutilauerit, & aliū interfecerit; nam clarum eſt hoc caſu, quòd iuxta numerum perſonarum, & actionum, plures excommunicationes contrahit; vt habetur ex Vgol. in explicatione præſentis canonis, in ver. *detinens* ſub n. 4. ibi: At quid ſi quis plures. Noſtra igitur quæſtio eſt de eo, qui vnam, & eandem perſonam primò cepit, deinde detinuit, rurſus ſpoliauit, præterea mutilauit, denique interfecit; an vnam, vel plures excommunicationes contraxerit.

Tertiò eſt annot. pro determinatione præfatæ quæſtionis, quòd quandoque contingit prædictas actiones vno impetu committi in vna, & eadem perſona: quandoque diuerſo impetu. His annotatis, fit

Prima Concluſio.

4 QVi accedentem ad S. A. vel ab ea recedentem vno impetu a cœperit, detinuerit,
a ſpoliauerit, mutilauerit, & demum occiderit, vna dumtaxat, & non plures excommunicationes contrahit.

Probatur hæc concluſio ex tex. in c. cùm pro
5 cauſa, de ſent. excom. vbi qui Clericum in dormitorio verberauit, & poſtea eundem verberando per clauſtrum traxit, in vnam tantùm incidit excommunicationem.

Ratio autem hæc eſt, quoniam hoc caſu cenſetur vnus tātùm actus moraliter fictus, & vna percuſſio. Sicut qui tota die cum excommunicato communicauerit, in vnam tātùm excommunicationem incidit; quia illa vna cenſetur cōmunicatio: & qui centū corbes frumenti ab Eccleſiæ territorio extraheret, eodē tempore; & centū currus onuſtos ſimul, aut vnū immediatè poſt alium aſportando, ſemel excomunicationē cōtraheret, ſi lata ſit cenſura deſuper: vt habetur ex Sayr. lib. 1. Theſ. tom. 1. c. 10. ſub n. 9.

Secunda Concluſio.

6 QVi diuerſo impetu accedentem vt ſupra primò capit, deinde detinet, poſtea ſpoliat, inſuper mutilat, & demū interficit, quinque contrahit excommunicationes ſecundum numerum actionum.

Probatur quoniam licèt vna, & eadem perſona ſit, quæ capitur, detinetur, ſpoliatur, mutilatur, & interficitur; tamen multæ ſunt actiones, ſeu quinque actus numero diuerſi; tum phyſicè, tùm etiam moraliter, & vi noſtri canonis prohibiti: modo pro varietate actus, in varias quis incidit excommunicationes.

Sic qui ſæpius clericum percutit diuerſo impetu, vt quia hodie manus ei amputat, alia vice pedes, & poſtea aures; quia non eodem impetu huiuſmodi crimina patrat, in tres excommunicationes incidit iuxta numerum mutilationum.

Eodem modo dicendum eſt de aſportantibus frumentum è territorio Eccleſiæ, & cōmunicatione cum excommunicato non eodē impetu: vt bene docet Sayr. loco cit. vbi pro hac concluſione allegat tex. in clem. r. de ſepul. Hāc ipſam ſententiam tenet Alter. in explicat. huius can. cap. 4. col. 3. ver. Rurſus quid.

ADDITIO.

a Impetu. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſputat. 1. quæſt. 10. pun. 2. num. 9. & 10. Abb. Alex.

An

An, qui vno ictu mutilat, aut interficit plures homines accedentes ad Sedem Apoſtolicam, vel ab ea recedentes, incidat in plures excommunicationes præſentis canonis. Q. 29.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens tres clericos vno ictu, tres contrahit excommunicationes.*
2 *Occidens vno ictu plures accedentes ad S. A. in plures incidit excommunicationes.*
3 *Delicta plura concurrentia non faciunt, vt vllius impunitas detur.*

1 REſpõdetur affirmatiuè: a quoniam qui vno
a ictu tres clericos percutit, tres etiã incurrit excommunicationes, vt docet Io. Andr. in c. delictum, de regulis in ſexto, in Mercur. Nauar. in man. c. 6. n. 18. & alij, quos refert, & ſequitur Suar. tom. 3. Theſ. 176. ſub n. 9. ergo idem
2 dicendum eſt in caſu noſtro, vt qui vno ictu plures accedentes vt ſupra occiderit, aut mutilauerit, plures excommunicationes contrahat.

Secũdò probatur, quia ſi ſeparatim illos percuteret, in plures incideret excommunicationes, vt q. præcedenti diximus, in ſecũdo not. ergo idem dicendum eſt, vbi vno ictu, & vna, ac eadem percuſſione fit accedentes mutilat: alioquin vnus dedita opera plures vnico ictu poſſet occidere, & vnicam tamen pœnam ſubire, atq; adeò pro vnico tantùm homicidio puniri; & ſic alteriùs immunitatem conſequeretur cõtra tex. in l. nunquam plura, ff. de priuil. delict. in illis verbis: *Nunquam plura delicta concurrentia faciunt, vllius impunitas detur.*

Cõfirmatur, quia cùm omnes percuſſerint, nec ſit ratio, cur ob vnius potius, quàm aliorũ percuſſionem excommunicatus ſit, dicendum eſt excommunicationes contraxiſſe ſecundum numerum percuſſorum, cum ſingulis eodem modo iniuriam intulit. Sicut è contra ſi tres vna haſta vnum percuſſerint, omnes ſunt excõmunicati, cùm non ſit maior ratio de vno, quã de alijs.

Hanc eandem ſententiã videtur tenere Vgol. in explicatione huius canonis, in ver. *Detinent*: ſub n. 4. ibi, At quid ſi plures; dum ait, quòd ſi quis plures euntes ad Sedem Apoſt. capiat, in tot excommunicationes incidit, quot erũt capti, vel ſpoliati: ſicut de percutiente ſimul plures clericos concluſit, refert. Et nouiſſimè Alter. hoc eodem loco, c. 4. col. 5. in ver. Item plures.

ADDITIO.

a Affirmatiuè. Contrariam ſententiam probabiliter defendi poſſe cum Suar. tenet Bonacina de cenſur. Bull. diſput. 1. quæſt. 10. punct. 2. ſub num. 11. quoniam vnicum tantùm peccatum, & vnica tranſgreſſio committitur.

Abb. Alex.

An capiens, detinens, mutilans, ſpolians, aut interficiens vnum clericum ad Sedem Apoſtolicam euntem; in vnam tantùm, vel in plures incidat excommunicationes. Q. 30.

SVMMARIVM.

1 *Cenſura Bullæ cœnæ quando concurrit cum iuris cẽſura, cenſuræ non multiplicantur, ſed tantùm ſuper additur reſeruatio.*
2 *Capiens Clericum ad Sedem Apoſtolicam accedentem, aut eundem mutilans, ſpolians, detinens, aut occidẽs, duas contrahit excommunicationes.*
3 *Clericus ſeipſum percutiens animo irato, in excommunicationem incidit.*
4 *Volenti, & patienti nulla fit iniuria.*
5 *Vna, & eadem excommunicatio, ſi feratur à pluribus contrahentis an, & quando vnam, aut plures incurrat excommunicationes.*

VIdetur prima fronte dicendum, quòd occidens, mutilans, vel detinens vnum clericũ accedentem ad S. A. in vnam tantùm excommunicationem, & non in plures incidat.

Probatur, quia licèt ſub excommunicationis pœna prohibeatur etiam clericorũ percuſſio: ut eſt tex. in c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. tamen quotieſcunque excommunicatio ob eãdem cauſam, ab eodem legislatore per diuerſas conſtitutiones infligitur, ſemel tantùm pro eodem actu incurritur.

Hinc deferens ſemel arma ad Infideles, in vnã tantùm excommunicationem incidit, licèt diuerſis iuribus delatio illa prohibeatur: ut latè probat Nauar. in c. Ita quorundam, de Iudæ not. 11. Glo. ult. n. 26. & ſeq.

Et in terminis noſtris, quando cenſura Bullæ
1 cœnæ concurrit cum iuris cenſura, cenſuræ nõ multiplicantur, ſed tantùm ſuper additur reſeruatio: vt bene docet Suar. in explicatione dictæ Bullæ, diſp. 21, de cenſur. ſec. 1. n. 3. & ſec. 2. n. 30. Nauar. in ſuo man. c. 27. n. 54. in fin. & nos ſupra annotauimus, lib. 1. c. 3. q. 3. n. 5.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
2 tentiam arbitror de iure veriorem eſſe, quam tenet Vgol. in explicatione præſentis canonis, in ver. *Detinent*: ſub n. 4. in fine, ibi, Quid itidem; dicens, quòd ſi quis capiat clericum ad Sedem Apoſtolicam eũtem, in duas incidit excommunicationes: in vnã, quia clericus eſt, ob c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. & in alteram: quia ad Sedem Apoſtolicam ibat, & id ob diſpoſitionẽ noſtri canonis. Hanc eandem ſententiam tenet Viual. hic ſub n. 14. & in can. ſeq. n. 12.

Probatur quoniam licèt tùm vi noſtri canonis, tùm etiam vi tex. in d. c. ſi quis ſuadente diabolo, ſub pœna excõmunicationis iniuriоſa deprehenſio, detentio, ſpoliatio, mutilatio, & occiſio prohibeantur; tamen diuerſa ratione prohibentur prædictæ actiones fieri in clericos ac in accedentes ad S. A. Nam excommunicatio contra offendentes clericos fuit lata fauore ordinis clericalis. At verò excommunicatio contra offendentes accedentes ad S. A. fuit introducta fauore ipſorum accedentium.

Hinc clericus ſe ipſum percutiens animo ira-
3 to efficitur excommunicatus. Imò nec poteſt conſentire, vt ab alio percutiatur; quia per clerici percuſſionem iniuria fit ordini clericali, cuius fauori clericus renunciare non poteſt: vt in c. contingit, il primo, & ibi Abb. de ſent. excom. latè Sayr. lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 26. cum alijs Doctoribus ab eo allegatis.

Non ſic accedens ad S. A. nam ſi patiatur ab
4 aliquo capi, detineri, ſpoliari, &c. aut ſe ipſum animo quantùmis irato mutilet, non incidit in excommunicationem noſtri canonis: quoniam, cũ ipſius fauore introducta ſit prædicta excõmunicatio, quilibet ſuo fauori renunciare poteſt, l. quod fauore, ff. de legib. Et volenti, ac patienti nulla fit iniuria, l. nõ videtur, ff. de iniur.

Cùm igitur diuerſa ex cauſa prædictæ excõmunicationes latæ ſint per diuerſa iura, ſequitur quòd mutilans, vel occidens, capiens, aut ſpolians aliquem clericum accedentem ad S. Apoſtolicam duplicem contrahat excommunicationem: quoniam quoties lege vna fertur excommunicatio pro vna cauſa: & alia pro alia, contrafaciens, incurrit vtranque excommunicationem.

Imò ſi à diuerſis pro eadem actione feratur
5 excommunicatio tanquam propria, etſi eadem ſit cauſa; contraueniens tamen diuerſas contrahit excommunicationes. Vndè ſi Epiſcopus maritimæ Ciuitatis ſententiam excommunicationis tanquam ſuam, & à ſe latam ferat contra deferentes arma ad Saracenos, hæc tanquam diuerſa ab ea, quæ à iure, & à Bulla cœnæ contra eoſdem fertur, habenda erit: quia authores ſũt diuerſi eadem poteſtate non fungentes.

Dixi tanquam ſuam: quoniam ſi lata eſſet tãquam innouatio, & publicatio illius, quæ fertur à iure, & à Bulla, iam eadem cum illa dicenda eſſet, & contraueniens in vnam tantùm cenſurã incideret: vt ex Nauar. & alijs docet Sayr. lib. 1. Theſ. tom. 1. c. 10. n. 10. & 11. Et ex his etiam patet reſponſio ad contraria.

An percutiens, aut vulnerans; non tamen capiens, detinens, ſpolians, mutilans, nec occidens accedentes ad Sedem Apoſtolicã incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 31.

SVMMARIVM.

1 *Ex diuerſis non fit illatio.*

2 *Percutiens, aut vulnerans accedentem ad Sedem Apoſtolicam ita vt impotens reddatur per aliquos ſaltem tempus ad perficiendum iter, incidunt in excommunicationem: ſecus autem ſi vulnera, & verbera adeò ſint leuia, vt non reddatur impotens ad iter perficiendum, quoniam tunc excommunicationem ipſam non contrahunt.*

3 *Verbis minatorijs detinens accedentes ad Sedem Apoſtolicam, vel ab ea recedentes, incidit in excommunicationem etiam ſine vllam realem actionẽ exerceat.*

IN hac re Viual. in explicatione huius canonis, n. 14. tenens partem negatiuam ait, quòd non erit excommunicatus, qui tantummodo percuſſerit, vulnerauerit, fuſtibus, funibus, flagellisue ceciderit, aut pugnis ora contuſerit accedẽtes vt ſupra ad Sedem Apoſtolicam.

Hanc eandem ſententiam tenet Vgol. hoc eo-
1 dem loco, in ver. *Mutilant*, nu. 5.

Probat hanc ſententiã Vgol. primò, quia nulla verba huius canonis ſic percutienti, ſeu vulneranti conueniunt: nam vi dicti canonis excõmunicantur, qui interficiunt, mutilant, ſpoliãt, capiunt, detinent accedentes ad ſedem apoſtolicam, vel ab ea recedentes, aut in Curia morãtes: percutere autem, vel vulnerare, non eſt nec interficere, nec mutilare, nec ſpoliare, nec capere, nec detinere, cùm igitur verberanti, & vulranti non conueniant noſtri canonis verba, nec eiuſdem diſpoſitio conuenire debet: ar. tex. in l. 4. §. toties, ff. de dan. infec. Et cùm diuerſa ſint percutere, ac vulnerare, à criminibus hic prohibitis, ex diuerſis nõ fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minor.

Secundò probatur, quia vbi canones volunt, & verberantem comprehendere, id exprimũt, vt habetur in clem. 1. de homic. & in noſtra Bulla, can. 10. & 11.

Denique ſumus in pœnalibus, in quibus ſtrictior interpretatio facienda eſt, l. interpretatione, ff. de pœn. c. in pœnis, & c. odia, de regul. iur. in ſexto. Non ergo vulnerantes, vel percutiẽtes eos, qui accedunt ad ſedem apoſtolicam vel ab ea recedunt, incidunt in excommunicationem noſtri canonis.

Breuiter nos dicamus, quòd aut vulnerãtes,
2 ſeu verberantes accedentes ad Sedem Apoſtolicam, ita illos vulnerãr, aut verberãt, vt impotentens reddantur, ſaltem per aliquot tempus ad perficiendum iter ad eandem ſedem; atque adeò impediantur; aut vulnus adeò leue eſt, & verbera pauca, vt illis non obſtantibus, commodè valeant iter perficere.

Primo caſu puto ſic velnerantes: ſeu verberãtes, incidere in dictam excommunicationem: quia comprehendũtur ſub illo verbo. *Detinent.* Nam detinere hoc loco ex Vgol. in explicatione noſtri canonis in ver. *Detinent*, ſub nu. 1. & nos ſupra diximus, q. 24. propè finem, ſignificat, non ſolùm captum tenere, ſed etiam non captum dolo malo impedire, vel morari; eo quòd ratio prohibitionis ea eſt, vt liber acceſſus ſit ad Apoſtolicam Sedem, quæ libertas impeditur, quacumque ratione, dolo malo, venientem quis moretur: ſiue per mutilationem, ſiue per vulnera, aut verbera. Et tantò fortiùs, quia per morbum verè quis dicitur detineri, iuxta illud Terent. in Phor. *Pol me detinuit morbus*.

Hinc Alter. in explic. huius can. cap. 4. col. fin.
3 in ver. Reſpondeo: opinatur hãc eandem excõmunicationem incurrere illos, qui non exercẽtes aliquam actionem realem, ſolis verbis minatorijs detinent accedentem ad Sedem Apoſtolicam, vel ab ea recedentem: quoniam ad contrahendam prædictam excommunicationem, non eſt neceſſe, vt vis inferatur, & violenter detineatur ſic accedens; ſed ſufficit vt doloſè, & iniuſtè impediatur, quoniam Romanus Pontifex abſolutè prohibet detentionem.

Secundò caſu arbitror ſic vulnerantes, aut verberantes, prædictam excommunicationem non contrahere: quia ceſſat ratio prohibitionis & ita forte ſunt intelligenda, quæ ſupra in contrarium adduximus.

AD-

ADDITIO.

1 Ministorijs. Contra Alter. tenet Bonac. de censur. Bull. coen. d. sp. r. quæst. 10. pun. 1. n. 33. & sequitur sententiam Duardi supra q. 25. n. 4. Abb. Alex.

An prædicta crimina, vel eorum alterum committens in accedentes ad Sedem Apostolicam non vt accedentes sunt, sed propter particulares inimicitias, aut ex alia causa, incidat in excommunicationem nostri canonis. Q. 32.

SVMMARIVM.

1 *Lex simpliciter loquens, simpliciter est intelligenda.*
2 *Occidentes, seu mutilantes accedentem ad Sedem Apostolicam, non vt accedentem, sed ob aliam causam, in excommunicationem non incidunt.*
3 *Vbi militat eadem ratio, militat etiam eadem iuris dispositio.*
4 *Offendens recurrentes ad Rom. Curiam tunc demum excommunicationem contrahit, si læsio fiat intuitu causarum, & negotiorum in ipsa Curia.*

IN hac re Vgol. hoc loco, §. 1. sub nu. 3. in ver. Octauò afficit, tenens partem affirmatiuam, ait, quòd huiusmodi crimina committens in accedentes ad Sedem Apostolicam, in dictâ excommunicationem incidit, etiam si eos non in odium Romanæ Curiæ: sed ob aliam causam, vt puta ob particulares inimicitias, vel vt pecunijs spoliet, dicta crimina committat. Et hoc ideo; quoniam Bulla solùm inspicit interficientem eum, qui ad Apostolicam Sedem vadit, & ob id nõ curat, quamobrem interficiat. Sicut Ecclesia excommunicat percutientes personas Ecclesiasticas, vt in c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. ob quamcumque causam percutiat.

Pro hac eadem sententia citat Viual. in ex-
1 plicatione similiter nostri canonis, n. 81. in antiqua impressione.

Et potest vlterius confirmari: quia vi nostri canonis excommunicantur interficientes mutilantes, &c. accedentes ad Sedem Apostolicam, nec canon ipse distinguit, de committentibus prædicta crimina in accedentes quatenus accedentes sunt, atque adeò intuitu negotiorum, sed generaliter, ac simpliciter loquitur; ergo simpliciter est intelligendus; quoniam lex simpliciter loquens, simpliciter debet intelligi, l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præst. & quando non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. de pretio, ff. de publ. in rem act.

His tamen non obstãtibus, contrariam sentẽ-
2 tiam puto satis probabilem esse; quam videtur tenere hoc eodem loco Viual. sub n. 12. in fine in vltima impress. vbi excusat ab hac excõmunicanone omnes, quos excusant ab excommunicatione præcedentis canonis. Sed in dicto canone n. 12. Excusat illum, qui ob particulares inimicitias interficit in itinere inimicum suum, deferentem victualia, vel merces Romam; quia non occidit, vt portantem, sed vt inimicum: ergo in præsenti canone similiter censetur excusare interficientem accedentes ad Sedem Apostolicam non vt accedentes, & intuitu negotiorum; sed ob aliam causam, nempe propter particulares inimicitias, vel vt eos pecunijs spoliet: quia non occidit, vt accedentes; sed vt inimicos. Vnde si vera est Viual. sententia in priori casu, vt probabilem eam esse supra diximus, can. 8. q. vlt. lim. 4. erit etiam vera in casu de quo agitur: eo quòd in vtroque militat eadẽ ratio. Vbi autẽ
3 militat eadem ratio, ibi quoque militat eadem iuris dispositio: vulgata, l. illud, ff. ad l. Aquil. & l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patr.

Præterea probatur ex ijs, quæ docent Caiet.
4 in explicatione 12. can. nostræ Bullæ, in sua sum. in ver. excommunicatio, c. 15. Graff. in eiusdem explicatione, lib. 4. decis. p. 1. c. 18. nu. 118. & alijs, dum volunt, quòd offendens recurrẽtes ad Romanam Curiam, ita demum in excommunicationem incidit, si læsio fiat intuitu negotiorum, seu causarum in Curia Rom. alioquin si ex ira, aut voluntate furandi, vel cõtracta aliunde inimicitia, has iniurias litigantibus inferat, prædictam excommũnicationem nõ contrahit. Ergo idem dicendum est in casu nostro, quia sicut in d. c. 12. attẽditur fauor causarum, vt habetur ex Suar. ibi disp. 21. de censur. sec. 2. sub num. 73. ita etiã in hoc canone, non modò attenditur fauor accedentium, sed etiam fauor negotiorum, ac etiam apostolicæ sedis: vt fatetur, idem Vgol. hoc loco in ver. *Spoliat*: sub num. 4. ibi, Tertiò.

Denique confirmatur ex his, quæ annotauimus supra can. 1. q. 28. & 29. cum plur. seq. dum ex communi Doctorum sentẽtia probauimus, quòd ita demum excommunicatio lata contra receptatores, fautores, & defensores hæreticorũ locum sibi vendicat, vbi receptantur, fouẽtur, & defenduntur hæretici, vt hæritici sunt, atque adeò in fauorem hæresis: secus autẽ si recepten-tur, aut defendãtur amicitiæ, affinitatis, aut cõsanguinitatis gratia. Ergo eodem modo dicendũ videtur in hoc euentu, vt tunc demũ interficientes, mutilantes, spoliantes, capientes, vel detinentes eos, qui accedunt ad Sedẽ Apostolicam, aut ab ea recedunt excommunicationem hanc contrahant, quãdo prædicta committunt contra eos vt accedentes, seu recedentes sunt; atque adeò intuitu negotiorũ. Secus autem si hæc fiant ob aliam causam, nẽpe propter particulares inimicitias, aut depredationis gratia.

Est tamen verum, quòd contraria sententia non est improbabilis: & ideo diximus, hanc opinionem esse probabilem: vt, in seq. canone, q. 10. Deo duce, latius dicemus.

Ad contrarium facilè respondetur. Nã ideò percutiens clericum quacumque ex causa, incidit in canonem si quis suadente diabolo: quia excommunicatio fertur simpliciter in percutẽtem clericum, suadente diabolo; ergo ad illam incurrendam satis est, vt ita percutiat clericum, vt illum, suadente diabolo, ideſt sciens, ex proposito, ac iniuriandi animo percutiat. At verò hoc loco non excommunicantur simpliciter occidentes, vel mutilantes homines: sed homines accedentes ad S. Apostolicam. Ergo tunc demum excommunicationem cõtrahunt, quãdo dicta crimina in illos committunt, vt acce-

dentes ſunt, ideſt intuitu negotiorum tantùm: non autem propter particulares inimicitias, aut alium cauſam.

Nec Viual. authoritas ab eodem Vgol. allata in aliquo officit; quoniam licèt in antiqua impreſſione id tenuerit; tamen in nouiſſima ſe retractauit, vt ſupra diximus.

Ad vltimum dicimus quòd tunc lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, quãdo non reſtringitur per aliquam rationem illi legi derogantem, vel tacitè inhærentem, vt hoc loco conſpicitur.

Ibi (*Temerè*) Quæ ſit huius aduerbij de iure ſignificatio. Q. 33.

SVMMARIVM.

1 *Temeritas eſt audacia ad malum.*
2 *Temerè dicitur fieri, quod ſcienter, & fraudulenter perpetratur.*
3 *Ignorantia quælibet etiam craſſa, & affectata excuſat ab excommunicatione huius canonis.*
4 *Ad contrahendam excommunicationem contra offendentes in Curia commorantes, exigitur, vt id agant authoritatiuè, tanquam iuriſdictionem habentes cùm eam non habeant.*
5 *Furto vel rapina mediante ſpolians in Curia Romana commorantes, aut in rixa, vel per inimicitias interficiens, non incidit in excommunicationem huius canonis.*
6 *Excommunicatio lata contra offendentes in Curia, commorantes exigit, vt talis offenſio fiat authoritate vſurpata, temerè, ac ſcienter. Non ſic excommunicatio contra offendentes eos, qui ad Curiam accedunt, vel ab ea recedunt.*
7 *Epiſcopus, vel alius Prælatus exercens aliquam ex actionibus in hoc canone prohibitis in ipſius ſubditum in Curia commorantem, excommunicationem contrahit.*

1 REſpondetur ex Vlual. in explicatione noſtri canonis in principio: quòd temeritas eſt audacia in malum: vt eſt tex. in l. iubemus, vbi gl. & Doct. C. de ſacroſ. Eccl. Card. in clem. 1. de ſũ. Trin. & fid. Cath. & alij, quos ipſe allegat.

2 Hinc temerè dicitur fieri, quod ſcienter, ac fraudulenter perpetratur: vt in c. per venerabilẽ, qui fil. ſint legit. & Syl. in ſum. in ver. temerè.

3 Quo circa, cum ad contrahendam excõmunicationem contra huiuſmodi crimina committentes latam, in eos, qui in Curia morantur, exigatur temeritas, ſeu ſcientia; à dicta cenſura excuſantur non modò ex capite probabilis ignorantiæ, ſed etiam craſſæ, & affectatæ, iuxta ea, quæ ſupra diximus can. 1. q. 36. 37. & 38.

In hac igitur ſecunda parte huius can. Romanus Pontifex excommunicationem fulminat in eos tantùm, qui non habentes aliquam iuriſdictionem, neque ordinariam, neque delegatam à Papa, vel ſuis Iudicibus vſurpant ſibi temerè, ac ſcienter illam, & fingẽtes habere iuriſdictionem authoritatiuè, & tanquam ex officio committunt vnũ ex criminibus in priori parte eiuſdem canonis prohibitis, & exercent ius in commorantes in Curia Romana tanquam Iudices ordinarij, vel Delegati à Romano Pontifice, aut eius officialibus.

4 Ex hoc ſequitur primò quòd ad prædictã excommunicationem contrahendam exigitur, vt committens crimina huiuſmodi, nõ habeat iuriſdictionẽ à Papa, vel ſuis officialibus: & quòd ea committat tanquam Iudex, & iuriſdictionẽ habens.

5 Quo circa, qui furando ſpoliat aliquem morantem in Curia, vel in rixa interficit, aut propter inimicitias, excõmunicationis huius vinculo non alligatur: quoniam non authoritatiuè, & tanquam iuriſdictionem habens id agit, ſed vt priuata perſona. Ita Caiet. in ſum. in ver. Excõmunicatio, cap. 14. & expreſsè colligitur ex tex. in illis verbis: *Qui iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, à nobis, vel à noſtris Iudicibus non habẽtes, &c.*

6 Secũdò ſequitur, ſupradictas quinque actiones prohibitas, nempe interficere, mutilare, ſpoliare, capere, & detinere, non eodem modo dãnari a quoad venientes ad Sedem Apoſtolicam, & ab ea recedentes, ſicut interdicuntur in ordine ad commorantes. Nam reſpectu accedentium, & recedentium, ſatis eſt aliquod illorum criminum ſimpliciter committere. At verò reſpectu commorantium exigitur, vt ea fiant temerè, ſcienter, & authoritate vſurpata: vt habetur ex Tolet. lib. 1. inſtr. ſacerd. cap. 25. ſuper explic. huius can. ver. Aliud dubiũ eſt, an illa tria.

7 Tertiò infertur, quòd ſi quis iuriſdictionem habens, ſed non in Curia Romana: vt Epiſcopus, vel alius Prælatus aliquam ex dictis actionibus prohibitis authoritatiuè, & tanquam ſuperior exerceat in ſubditum ipſius cõmorantẽ in Curia, proculdubio in excommunicationem iſtam incidit: quoniam licèt iuriſdictionem habeat in ſuum ſubditum; illam tamen exercere non poteſt erga illum, quandiù commoratur in Curia, cùm ſit ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, & gaudeat eodem priuilegio, ſicut veniens ad Sedem Apoſtolicam, & ab ea recedens: vt eſt tex. in c. quia diuerſitatem, de conceſ. præben. c. ſtatutum, 6. præferendo, de reſcr. lib. 6. Et canon iſte illos tantùm excipit, qui iuriſdictionem exerceant in commorantes in Curia, habentes poteſtatem a Papa, vel eius officialibus: vt benè declarat Alter. in explic. huius canonis, cap. 5. col. 2. & 3.

ADDITIO.

4 Damnari. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap 7. q. 5. & Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. pun. 1. num. 34. 35. 36. 37. & 38. Abb. Alexand.

Ibi (*Morantes*) Quid intelligitur per dictionem illam. Q. 34.

SVMMARIVM.

1 *Morantes in Curia Romana, qui propriè dicantur.*
2 *Subſequentia verba declarantur per præcedentia, & vna pars ſtatuti declarat aliam.*

In

IN hac re Tolet. lib. 1. inſtr. c. 25. in expli. huius can. in ver. aliud dubium eſt, inquit ex mente Caiet. Morantes in Curia hoc loco, dici ipſos Curiales, qui Romæ verſãtur ratione Curiæ Põtificiæ: ſiue immediatè ſeruiant Pontifici: ſiue maneant apud Cardinales, vel Epiſcopos, qui Curiam ſequuntur.

Nos autem probabiliorem exiſtimamus ſententiam Alter. hoc eodem loco, cap 5. col. 4. in ver. Sed hæc explicatio: dicentis, quod in hoc canone quoad hanc poſteriorem partem, non agitur de Curialibus Romanæ Curiæ vt ſupra inſeruientibus: ſed tractatur de iis, qui morantur in Curia ad perficiendum, ac expediẽdum propria negotia apud Sedem Apoſtolicam: & propterea morantes in Curia dicuntur illimet, qui ad S. apoſtolicam venerunt, de quibus dictum eſt in priori parte ipſius canonis: quoniam ex præcedentibus verbis declarantur ſubſequentia, l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. Et vna pars ſtatuti declarat aliam: vt per Bart. & Angel. in l. vtrum, ff. de petit. hæred.

Confirmatur, quia in Bulla Gregor. XIII. ſub eadem ratione excommunicantur accedentes ad ſedem apoſtolicam, & apud eam morantes, & ab ipſa recedentes: ergo morantes in Cuia hic intelliguntur, qui ad eandem venerant.

ADDITIO.

a Curia. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 7. quæſt. 5. & Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſputat. 1. quæſt. 10. pun. 1. ſub n. 39. vbi etiam ait, quòd licèt nomine Curiæ hoc loco intelligat S. A. nihilominus in rigore loquendo, Curia Romana non eſt idem quod Sedes Apoſtolica. Nam Curia accipitur pro audientia Romani Pontificis, eiuſdemque Tribunali: quod in duobus locis eſſe poteſt; nempe Romæ, abſente Papa: & in alio loco, vbi ſit Papa. Sedes verò Apoſtolica per antonomaſiam iure antiquo accipi conſueuit pro Eccleſia Romana, cuius caput eſt S. P. Vicarius Chriſti, & ſucceſſor Petri: & hæc in vno tantùm loco reperitur, nempe, vbi Papa exiſtit; quamuis, vt plurimum ſumatur pro Romana Curia. vt habetur ex Alter. in explicat. eiuſdem Bull. diſp. 10. c. 1. col. 2. verſ. Ad ſedem. Abb. Alex.

An Mandantes occidi in Curia commorantes, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 35.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati lata contra facientes non comprehendit mandantes.*
2 *Mandantes occidi in Curia Romana commorantes, excommunicationem contrahunt.*
3 *Interpretatio præcedentium ſumitur ex ſubſequentibus, & è contra.*
4 *Dictio ſimiliter ex ſui natura refertur ad proxima præcedentia, & denotat ſimilitudinem in omnibus.*
5 *Mandatis, & mandatario, vnum & idem delictũ eſt.*

IN hac difficultate videtur, prima facie negatiuè reſpondendum: atque ideò mandantes interfici, mutilari, aut detineri in Curia commorantes, ſupradictam excommunicationem non contrahere.

Probatur hæc ſententia primò, quoniam in 1 hac ſecunda parte huius canonis excommunicantur interficientes, mutilantes, ſpoliantes, capientes, & detinentes in Curia commorantes; & de mandantibus nulla fit mẽtio, ergo mandãtes, de quibus agitur vi noſtri canonis excommunicationis vinculo non alligantur: quia excommunicatio lata contra facientes non comprehendit mandantes; vt latè ſupra probauimus lib. 1. cap. 3. q. 4.

Secundò in Bulla Greg. XIII. & in alijs prioribus extat clauſula. *Vel qui alia fieri mandant*: non ſolùm in ordine ad venientes ad Sedem Apoſtolicam, & ab ea recedentes, ſed etiam ad morantes in Curia; ergo ſignum eſt, cùm in hac ſecunda parte clauſula illa fuerit adempta, mentem Romani Pontificis non eſſe; vt mandãtes interfici commorantes in Curia ſub hac cenſura includantur.

Nec ex identitate rationis cum accedentibus ad Sedem Apoſtolicam, & ab ea recedentibus poteſt duci argumentum, quoniam, vt ſæpe diximus, in cenſuris non fit extenſio ex identitate rationis: & tantò fortiùs in caſu noſtro, in quo non eadem ratio militat: nam à Romano Pontifice hoc loco magis ſouentur accedentes ad Sedem Apoſtolicam, & ab ea recedentes, quam in Curia commorantes. Etenim quoad illos, fertur ſimpliciter excommunicatio contra eoſdem interficientes, mutilantes, & c. At quoad iſtos, contra ipſos offendentes nõ fertur ſimpliciter cenſura, ſed cùm authoritatiuè fiat offenſio. Et Rationem hanc eſſe ait Alter. in explic. noſtri can. c. 5. col. 3. in ver. Sed poſtulabit: quoniam commorantes in Curia non ita facilè poterunt iniuria affici à priuatis perſonis, vbi reſidẽt Papa, & Iudices: ſicut ipſi accedentes vt ſupra: & recedentes: nil mirum igitur, ſi ſub diſpoſitione huius canonis voluit Romanus Põtifex comprehendi non ſolùm offendentes, vt ſupra accedentes, & c. ſed etiam mandantes; & quoad offendentes in Curia commorantes, principales tantùm delinquentes, non autem mandantes.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen- 2 tentiam a veriorẽ eſſe puto, quam tenet Alter. a in explic. huius can. cap. 5. col. 5. in ver. Reſpondeo: Probatur primò, quoniam in priori parte huius canonis habentur hæc verba: *Sua, vel aliorum opera*: quæ ſignificãt vtrumque principalẽ; 3 ſcilicet delinquentem, & mandantem; ergo eadem cenſentur repetita in hac poſteriori parte eiuſdem canonis: quoniam interpretatio præcedentium ſumitur ex ſubſequentibus, & e cõtrario: & vna pars legis declarat aliam, l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff de leg. 1. Bart. in l. vtrum, ff. de petit. hæred. & in l. Prætor ait, §. rrit, ff. vi bonor. rapt. latè Doct. in § ex hoc autem capite, in inſtit. de leg. Aquil.

Secundò probatur ex illa dictione. *Similis*, in- 4 tex. poſita, quæ ex ſui natura refertur ad proxima præcedentia, & denotat ſimilitudinẽ in omnibus, non ſolùm quantum ad genera actionũ, verùm etiam quoad modum committẽdi: cùm

non possit assignari diuersitatis ratio, cur potius ad ipsis actiones, & non admodum, efficiendi referatur.

Tertio, quia magis proprius modus exercendi dictas actiones authoritatiuè prætextu iurisdictionis est mandare, vt fiant, quàm immediatè illas exequi. Quo circa, si ille qui mandat tãquam priuata persona interfici accedentem ad Sedem Apostolicam, vel ab ea recedentem, vt contraueniens huic canoni in ipsius censuram incidit: eo magis id affirmandum est de illo, qui authoritatiuè id, fieri præcipit contra morantẽ in Curia: quia præcipiendo proprie dicitur authoritatiue illas committere.

b 5 Imò, si de alterutro, *b* de mandante scilicet, aut de operante dubium esset, quis eorũ in hoc euentu excommunicationem hanc contraheret, dubitari posset de eo potiùs, cuius opera vteretur mandans ad committendũ illas actiones, quàm de ipso mandante: quoniam ipse executor non agit authoritatiuè, nec habet iurisdictionem, sed vt simplex minister superioris mãdatum exequitur. Incidit tamen ipse quoque in eandem censuram, quia agit, & operatur recipiens potestatem, & iurisdictionem ab ipso mãdante, & cuius nomine opus exequitur, nisi ex capite ignorantiæ excusaretur existimans mandantem veram habere iurisdictionem. Etenim vnum, & idem numero est delictum mandantis & mãdatarij per ea, quæ docet Bal. in l. nõ ideò minous, n. 5. C. de accusat. & Bart. in l. sed si vnius n. 5. ff. de iniur.

Ad contraria respondetur.

AD primum dicimus: quòd licèt in hac secũda parte canonis nulla mentio fiat de mandantibus, de ijs tamen habetur in priori eiusdẽ parte in illis verbis: *Sua vel aliorum opera*. quæ quidem verba referuntur non modò in fauorem accedentium ad Sedem Apostolicam, & ab ea recedentium: sed etiam in Curia commorantiũ: quoniam sicut subsequentia verba declarant præcedentia; ita è contrario, vt supra diximus.

Ad secundum respõdemus: quòd Bullã Greg. XIII. & alias priores ipse Alter. affert potius pro sua sententia, quàm contra suam sententiam intelligendo hunc canonem secundum illarum dispositionem per illa verba: *Vel qui talia fieri mãdant*, & his similia. Vndè tunc contrariũ procederet, quando supradicta verba: *sua, vel aliorum opera*, & æquipollentia fuissent omnino sublata in hoc canone, tam in prima, quàm in secunda eiusdem parte.

ADDITIÓ.

a Sententiam. Adde, quòd contrarium tenet Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 7. q. 5. & 8. num. 170. dum vult, mandantes, excommunicationem hanc non incurri, nisi sequuta actione: quæ quidem sententia est probabilis. D. Cæsar.

b Alterutro. Adde Suar. de censur. disput. 21. num. 66. D. Cæsar.

Ibi (*In eadem Curia*) Quid per Curiam in hoc canone intelligatur. Q. 36.

SVMMARIVM.

1 *Curia, in hoc canone idem significat, quod Sedes Apostolica.*

2 *Accedens, aut mutilans accedentes ad Sedem Apostolicam, non animo negotiandi in Curia, sed ratione stationum aut Indulgentiarum, excommunicationẽ non contrahit.*

3 *Curia, in hoc canone intelligitur sedes Apostolica, etiam si extra Romam fuerit translata.*

4 *Curia Romana in rigore latius se habet, quàm sedes Apostolica.*

1 RESpondetur quòd Curia hoc loco idem significat, quod Sedes Apostolica: vt apertè colligitur ex verbis nostri canonis. Nam in prædicta eiusdem parte postquã Romanus Põtifex tulit excommunicationem contra eos, qui interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, aut detinent venientes ad S. A. extendit eandem excommunicationem in committentes dicta crimina in personam eorum, qui in eadem Curia commorantur. Et sic illam, quam primo loco appellauit S. A. vltimo loco appellat Curiam.

Vndè oportet ad incurrendam dictam excõmunicationẽ, quòd personæ, quæ prohibentur offendi, veniant ad S. A. vel ab ea recedant: aut in Curia hoc est in loco, vbi degit S. A morentur intuitu negotiorũ in Curia: vt latè Nauar. in man. c. 27. n. 65. & Tolet. híc, c. 29. inst. sacer. n. 3. vbi etiam vna cum Viual. hoc eodem loco, n. 3. per S. Apostolicam, non intelligunt Romam simpliciter, atque adeò non omnes quot, quot in Vrbẽ cõfluunt vi nostri canonis protegũtur, sed hi tantùm, qui ratione Romani Pontificis veniunt ad tractandum aliquid cum eo, nempe ad obtinendam aliquam gratiam, vel ad tractãda alia negotia ad Sedis patrocinium pertinentia; nam taliter recurrentes, sunt sub protectione Sedis Apostolicæ, vt est tex. in c. Argata, 2. quæst. 6.

Quo circa si quis ad S. A. se conferat, aut ab ea
2 recedat, vel in eadem moretur, non animo negotiandi, & ratione negotiorum agendorum in Curia; sed tantùm ratione stationum, vel Indulgentiarum, vi dicti canonis non protegitur.

Et quamuis Sayr. hoc loco, lib. 3. Thesaur. c.
3 c. 13. n. 3. per Sedem apostolicam, & Curiam, intelligat Sedem Apostolicam, seu Curiam Romæ tantùm existentem; tamen Tolet. loco citato, & Vgol. in explicatione huius canonis, nu. 1. volunt ipsius dispositionem nõ restringi ad Curiam quæ Romæ commoratur, sed extendi ad S. A. & Curiam, quocunque transferatur: atque adeò, siue Romæ, siue alibi S. A. existat, offendentes vt supra accedentes ad earum, vel recedentes, aut commorantes, incidunt in prædictã excommunicationem. Etenim Sedes Apostolica, licèt secundum antiquum loquendi vsum intelligatur Ecclesia Romana, cui Papa successor Petri Christi Vicarius præest: & id ob sui excellentiam, quamuis aliæ essent Ecclesiæ, quæ dicerentur apostolicæ sedes; tamen sedes apostolica secundum propriam significationem accepta

cepta in vno tantùm loco consistere potest nẽpe, vbi viuens Romanus Pontifex moratur: & eo defuncto, vbi electio facienda est successoris vt in extrau. ad onus, de elect. & in extrau. execrabilis, post medium inter comm. de præb.

Vnde & si hoc loco pro eodem sumantur curia Romana, & Sedes Apostolica; nihilominus in
4 rigore Sedes Apostolica differt à Curia Romana: latius enim se habet Curia Romana, quam Sedes Apostolica: nam vbi est Sedes Apostolica, ibi necesse est, vt sit Curia Romana: sed non è contra dicendum est: quoniam Romana Curia potest simul in duobus locis manere, scilicet in loco, vbi est Papa: & in loco vbi est Audientia cansarum; vt benè declarat Alter. in explicat. huius can. cap. 1. col. 1. 2.

Quibus casibus contrahitur censura præsentis canonis; quibus verò effugitur. Q. 37. & Vlt.

SVMMARIVM.

1 *Interficientes, mutilantes, spoliantes, capientes: aut detinentes eos, qui ad Sedem Apostolicam accedunt, recedunt, vel in ea commorantur, in excommunicationem incidunt quicunque sint: siue omnia simul dicta crimina committant, siue vnum tantùm: & siue plures sint qui offendantur, siue vnus dumtaxat: & siue vnus sit qui alterum mutilet, aut occidat, siue plures vnum: coniunctim, vel diuisim.*

2 *Vnus & idem potest contrahere tot excommunicationes quot crimina vi Bullæ cœnæ damnata commiserit in personam accedentis ad Sedem Apostolicam, aut ab ea recedentis, & quot accedentes vt supra occiderit, siue diuisim, aut vno ictu. Imo si clericus sit offensus duplicantur censuræ. Idem dicendum est de mutilante membrum aridum, aut sanum.*

3 *Spolians accedentes ad Sedem Apostolicam, & ab ea recedentes, in excommunicationem incidit: siue eorum bona propria sint, siue accomodata, etiam à spoliante, vel eidem ab ipsis accedentibus fuerint furto subtracta: & siue bona sint fortunæ, siue vxor, filij, aut serui.*

4 *Spoliantes mutilantes, & c. accedentes ad S. Apostolicam, excommunicationem incurrunt, etiam si Papa, cum eius Curia extra Romam Sedem transtulerit, & accedentes existimantes Sedem Apostolicam Romam esse, cùm alibi existeret in eam vrbem se contulerint. Idem dicendum est de vulnerantibus, & percutientibus huiusmodi personas, esto quòd accedere ad S. A. cœperint dumtaxat.*

5 *Mandantes mutilari, & c. accedentes, recedentes, et cõmorantes vt supra in excommunicationem incidunt: nisi mandatum reuocauerint: aut crimina rata habuerint: vel mandatus mandati fines excesserit.*

6 *Occidentes aut mutilantes infideles, accedẽtes ad S. A. an excommunicationem hanc incurrant.*

7 *Occidentes eos, qui accedunt ad Sedem Apostolicam, non negotiorum causa in ipsa sede, sed ratione indulgentiarum, aut festiuitatum, excommunicationem non contrahunt. Idem dicendum est si eos non occidant, vt accedentes sunt, & intuitu negotiorum: aut contra volentem tantùm accedere ad Sedem Apostolicam irruant.*

8 *Occidentes, capientes detinentes, & c. accedentes ad Sedem Apostolicam, ab ea recedentes, aut commorantes vt supra, iustè, & legitima causa subsistente, in excommunicationem non incidunt.*

9 *Vxor, iure Diuino, in licitis tenetur obedire marito.*

10 *Occidentes eos, qui accedunt ad Sedem Apostolicam, si occidendi animum non habeant, excommunicationem non incurrunt, nisi lata culpa interuenerit in occidendo.*

11 *Ratam habens mutilationem, spoliationem, & c. in personam accedentium ad Sedem Apostolicam in excommunicationem non incidunt: sicut nec eos leuiter verberantes, aut vulnerantes, aut membrum totaliter non amputantes, nisi reddatur mutile adoperandum.*

12 *Spoliantes clam accedentes ad Sedem Apostolicam, excommunicationem non contrahunt. Idem dicendum est de capientibus eos, statim dimittentes.*

13 *Occidentes, mutilantes capientes, & c. eos, qui in Curia commorantur, non auctoritatiuè sed vi inimicos aut deprædandi animo, excommunicationem non incurrunt.*

14 *Occidens recedentes à S. Apostolica, qui domicilium in aliquo loco non habeant, an, & quando incidat in excommunicationem.*

15 *Occidens accedentes, aut recedenter à Sede Apostolica quos ignorabat eò accedere, vel inde recedere, in excommunicationem non incidit. Idem dicendum est de commorantibus in Curia.*

1 PRo determinatione huius difficultatis, sit vna Conclusio Interficientes, mutilantes, spoliantes, capientes, detinentes eos, qui accedunt ad Sedem Apostolicam, ab ea recedunt, vel in ea commorantur, incidùnt in excommunicationem præsentis canonis: vt ex eiusdem tenore patet.

Ampliatur primò hæc conclusio, vt generalis sit omnes, & quascunque personas comprehendens, huic canoni contrauenientes. Nam in disponendo vtitur dictione illa, omnes, quæ neminem excludit: vt supra probauimus, q. 1.

Secundò ampliatur, vt excommunicatio ista comprehendat, non solùm committentes omnia dicta crimina simul; sed etiam si vnum vel alterum tantùm: atque ideo ad contrahendam dictam censuram, satis est, si quis solùm detineat accedentes ad S. A. vel ab ea recedentes, aut in eadem commorantes; estò, quòd non spoliet, mutilet, capiat, occidat: vt habetur ex his, quæ supra diximus q. 27.

Tertiò ampliatur, vt excommunicationem hanc contrahant prædicta crimina, vel eorum alterum committentes, non solùm si plures sint qui accedant, recedant, & commorentur vt supra; & occidantur, mutilentur, spolientur, capiãtur, aut detineantur; sed etiam si vnus sit dumtaxat, qui accedat ad S. A. recedat, aut commoretur, & in eum dicta crimina committantur, vel ex eis aliquod: vt supra annotauimus, q. 11.

Quartò ampliatur, vt in prædictam excommunicationẽ incidant huiusmodi crimina perpetrantes, non solùm si vnus sit, qui vnũ tantùm hominem, aut plures accedentes vt supra, recedentes, aut commorantes, occidat, mutilet, spoliet, capiat, aut detineat: sed etiam si plures sint, qui vnum tantùm hominem accedentem, recedentem, aut commorantem, interficiant, mutilent,

lent, spolient, &c. & hoc siue diuisim: siue coniunctim. Quod quidem quomodo procedat, latè supra declarauimus, q. 12. & 13.

Quintò ampliatur, vt vnus, & idem possit cõ-
2 trahere tot excommunicationes, quot crimina vi canonis prohibita committat in personam alterius; dummodo non eodem impetu cõmittantur; atque ideo si quis accedentem ad S. A. primò capit, deinde detinet, postea spoliat, insuper mutilat, & demum interficit, quinque contrahit excommunicationes: vt supra annotauimus, q. 28. con. 1. & 2.

Sextò ampliatur, vt quis plures excommunicationes vi nostri canonis possit contrahere, non solùm si plures homines accedentes ad S. A. diuisim interficiat, aut mutilet; verum etiam si vno tantùm ictu plures homines occidat, vel mutilet; vt constat ex his, quæ supra diximus, q. 29.

Septimò ampliatur, vt supradicta crimina committentes in clericos, accedentes ad Sedem Apostolicam ab ea recedentes, uel in eadem commorantes in duas incidant excommunicationes; nempe in censuram contentam in c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. quatenus clerici sunt: & in censuram nostri canonis, vt accedentes, recedentes, vel commorantes vt supra sunt: vt probauimus, q. 30.

Octauò ampliatur, vt excommunicatio ista comprehendat mutilantem eum, qui accedit ad S. A. uel ab ea recedit, aut in eadem commoratur; non modo si eidem amputet membrum sanum; sed etiam membrum aridum, vt diximus superius, q. 18.

Nono ampliatur, vt excommunicationem
3 hanc contrahant spoliantes eos, qui accedunt ad S. A. recedunt, aut commorantur, quibuscum-
4 que rebus ipsos spolient: atque adeò non modo pecunia, pannis, vestibus, atque iumentis, sed etiam scripturis, vxore, filijs, & seruis: vt supra probauimus, q. 22. & 23. Quod verum est, siue res sint ipsorum spoliatorum omnino: siue quo ad vsum tantùm, vt quia fuerunt ipsis accommodatæ: nam ob id suæ dici possunt, cùm earum cura ad ipsos pertineat, & contra furripientes furti actionem habeãt: vt in §. furti autem, in inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.

Immo si is, qui res huiusmodi prædictis accommodauit, eisdem eos expoliat, in eandem censuram incidit, vbi ad eum finem accommodauit, vt ad S. A. secum ferre possent, nempe vestes, arma, equum. & his similia; nam iniustè facit: eo quòd a contractu discedit, qui ab initio est voluntatis sed ex post facto necessitatis. ut in i. sicut, C. de act. & oblig. atque adeò commodans, tenetur permittere, ut commodatarius accommodatis rebus ad eum finem utatur, cuius gratia accommodatæ sunt: alioquin peccat: ut in c. 1. de comod. & in l. commodata, ff. comod. Ita Vgol. in explicatione huius canonis: in uer. *Spoliant.* Sub num 5. & 6. Vbi etiam ait, quòd spoliantes, accedentes ut supra excommunicationis uinculo alligantur, etiam si illis bonis eos spolient, quæ accedentes ipsi ab eisdem spoliantibus furto subtraxerant: eo quòd iniustè spoliant. id propria facientes auctoritate, cùm nemo sibi Iudex esse possit: vt habetur in C. tit. Ne quis in sua causa iudicet.

Quod verum est, nisi periculum sit res ipsis amittendi, iudicem adeundo: quoniam tunc licitè posset illas auferre: nam, & debitorem fugitiuum propria auctoritate capere possumus: vt est tex. in l. ait Prætor, §. si debitorem, ff. de ijs, quæ in fraud. credit. & Ias. in l. vinum, nu. 3. ff. si cert. pet.

b Idem dicendum est de spoliantibus famulos *b* accedẽtium ad S. A. Nam famuli eodem priuilegio fruuntur, quo ipsorum domini: ar. tex. in c. licet, §. fin. de priuil. lib. 6. Et eandem censuram contrahunt, qui eorum muliones deprædantur; dummodo sciant res tales accedentium vt supra esse: vt per eundem Vgol. loco citato. Vbi etiam n. 4. vult in eandem censuram incidere Iudicẽ, qui sic accedentes iniustè spoliat, etiam si iure magistratûs id faciat. Ad quod allegat tex. in c. conquerente, de restit. spol.

Decimò ampliatur, vt excommunicatio ista
4 locum sibi vendicet vbicumque sit S. A. seu curia: atque ideo committentes huiusmodi crimina in accedentes ad S. A. vel ab ea recedentes, aut in eadem commorantes prædictam excommunicationem contrahunt, siue S. A. seu Curia, quæ idem significant, sit Romæ, siue extra Romam: vt supra diximus, q. 36. in fine. Quod adeò verum esse putat Vgol. in explicatione huius canonis, §. 1. sub n. 3. in ver. Septimò excommunicatio: vt si quis existimans Romæ esse Sedem Apostolicam, cùm alibi existeret, Romam se cõtulerit, & mutilatus, occisus, spoliatus, captus, vel detẽtus fuerit; adhuc delinquẽtes huiusmodi, censuram ipsam contraherent: nam estò error, ad S. A. tamen propositum eundi habet, & vt ad illam se conferat, proficiscitur.

Vndecimò ampliatur, vt excommunicatio prædicta comprehendat etiam vulnerantes, & percutientes eos, qui accedunt ad S. A. vel ab ea recedunt, aut in eadem commorantur; dummodo talia sint vulnera, aut verbera, quibus sic accedentes, impotentes reddantur ad perficiendũ iter. vt supra probauimus, q. 31.

Duodecimò ampliatur vt prædicta crimina committentes in accedentes ad S. A. dictam excommunicationem contrahant, etiam si accedentes notabilem itineris partem nõ peregerint, sed tantùm accedere cœperint: vt concluſimus supra, q. 3. propè finem.

Decimotertiò ampliatur, vt vi nostri canonis
5 non modò excommunicentur perse committentes dicta crimina, sed etiam per alios, atque adeò mandantes; vt supra fuit ductum, q. 4.

Quod quidem verum est non solùm, si huiusmodi delicta patrentur in accedentes ad S. A. vel ab ea recedentes; verum etiam in eos, qui in eadem Sede, seu Curia commorantur: vt bene docet Suar. in explicatione d. canonis, disp. 22. de censur. sec. 2. n. 73. Nisi mandans mandatum reuocauerit; iuxta ea quæ annotauimus supra, q. 5. vel crimina iã commissa rata habeantur. vt diximus supra q. 6. aut si quis mandet accedentem ad S. A. verberari tantùm, & mandatarius mandatum excedens illum occiderit, aut mutilauerit: nam his casibus mandans, vel rata habẽtes huiusmodi crimina, excommunicationem non contrahunt: vt supra probauimus, q. 6.

Decimoquartò ampliatur, vt non solùm beneficio huius canonis gaudeãt Domini, sed etiã fa-

famuli eorum, vbi ſine illis Domini commodè ad Sedem Apoſtolicam accedere non poſſent: quoniã priuilegium conceſſum Domino extẽditur ad familiares, & domeſticos, quando Dominus ipſe ſine familiaribus, & domeſticis priuilegio frui non poſſet: vt in c. licèt, ver. Cùm conceditur: & ibi Gloſ. ver. Admittuntur: vbi etiã Franc. n. 2. de priuil. in ſexto. Familiares autem intelliguntur perſonæ liberæ, quæ ſeipſas deputant alicui Domino ad aliquod honeſtum ſeruitium, & obſequium præſtandum mercede conducti: vt habetur ex Franc. in c. fin. num. 14. de verb. ſign. Hinc Felin. in c. Ego. N. nu. 11. in fine de iureiur. & in c. innouamus, nu. 1. de treg. & pac. ait, quòd ſi alicui conceditur ſaluus conductus vſque ad Vrbem, & ille ſine ſocijs ad eã ſe conferre non poſſet, intelligitur ei conceſſa tuta veniendi facultas pro ſocijs, & equò.

Sic ampliata, limitatur primò eadem concluſio, vt ita demum committentes dicta crimina
6 in accedentes ad S. A. excommunicati ſint, quãdo accedentes ſunt Chriſtiani, ſecus autem, ſi ſint infideles. Quo circa occidentes, aut mutilantes Iudæos accedentes ad S. A. in hanc excommunicationem non incidunt: vt probabiliter diximus ſupra, q. 24.

Dixi probabiliter, quia contraria ſententia non eſt improbabilis: maximè, quia habet Doctores pro ſe, nempe Vgol. & Viual. in d. q. à nobis relatos.

Secundò limitatur, vt excommunicatio iſta
7 illos tantùm comprehendat, qui prædicta crimina committunt in accedentes ad S. A. ratione Romani Pontificis, ſæpe ad tractandum aliquid cùm eo, ad obtinendam aliquam gratiam, vel ad tractanda alia negotia ad Sedis patrocinium pertinentia. Vndè ſi quis ad S. A. accedat, aut ab ea recedat, vel in eadem moretur nõ animo negotiandi, & ratione negotiorum agendorum in Curia; ſed tantùm ratione ſtationum, vel indulgentiarum, vi dicti canonis non protegitur: atque adeò interficientes eum, in dictam excommunicationem non incidunt: vt patet ex his, quæ ſupra annotauimus, q. 36. propè finem.

Idem dicendum eſt de accedente ad Papam ad aliquid cum eo agendum, non quatenus Papa eſt, & præeſt Sedi Apoſtolicæ, vel cum Officialibus, Ordinarijs, aut Delegatis ipſius Romani Pontificis, vt caput eſt totius Eccleſiæ; ſed ad illum ſe confert, vt Rex eſt, & temporalis Princeps, temporalem, ſupremam iuriſdictionem exercens in Vrbe, ac in reliquis Prouincijs ditioni Romanæ Eccleſiæ ſubiectis: aut ad tractandum cum eiuſdem Officialibus temporalibus. Quocirca offendens ſic accedentem excommunicationis vinculo non alligaretur, ſi ad Romanũ Pontificẽ accederet cum intentione obtinendi ab eo officium aliquod temporale, aut ad proſequendam appellationem in cauſa temporali, vt ſe purgaret à crimine, vel ad ſoluendum canonem pro feudo, aut ob ſimiles tẽporales cauſas: eo quòd non dicitur venire ad ſedem apoſtolicam: quoniam per ſedem apoſtolicam intelligitur Papa quatenus eſt Paſtor, & caput totius Eccleſiæ catholicæ, habẽs iuriſdictionem ſpiritualem: vt ſumitur audientia Papæ, vt talis eſt, ideſt vt comprehendit officiales, & miniſtros ſedis apoſtolicæ, exercentes iuriſdictionem ſpiritualem ſuſceptam ab ipſo Romano Pontifice; ergo accedens ad Papam pro negotijs temporalibus, non comprehenditur ſub diſpoſitione huius canonis: quia nõ dicitur venire ad S. Apoſtolicam. Eadem ratione ſi quis iniuriam interat accedenti ad Papam vt temporalem Dominium, in excommunicatione iſtã non incidit, licèt, quæ infra in 12 can. habetur, contrahat. Ita Alter. ex Natar. & alijs in explicatione præſentis canonis c. 12. col. fin.

Tertiò limitatur, vt ſupradictam excommunicationem contrahant prædicta crimina vt ſupra committentes, hi tantùm qui ea committunt in accedentes ad ſedẽ apoſt. vt accedentes
c ſunt, c ideſt intuitu negotiorum. Vndè qui propter particulares inimicitias interficit inimicũ ſic accedentem, probabiliter eſt dicẽdum eum non eſſe excõmunicatũ: vt ſupra diximus, q. 32.

Dixi probabiliter, quia contraria ſententia non eſt improbabilis.

Quartò limitatur, vt dicta excommunicatio locum habeat in cõmittentibus dicta crimina contra accedentes ad ſedẽ apoſt. ab ea recedentes, aut in eadem commorantes; ſecus autem, ſi patrentur contra volentes accedere, recedere, aut commorari, vt ſupra annotauimus, q. 3.

Quintò limitatur, vt tunc demum excõmu-
8 nicatio hæc contrahatur, quando accedentes ad ſedẽ apoſt. vel ab ea recedentes, aut in ea cõ-
d morantes iniuſtè d detinentur, capiũtur, ſpoliãtur, mutilantur, aut occidũtur: nam ſi hæc omnia iuſtè inferantur, excõmunicatio non incurritur.

Ex hoc, vltra ea, quæ ſupra annotauimus ampliatione 13 infertur ex Viual. hîc à n. 5. ad 13. & Vgol. hoc eodem loco, §. 1. ſub nu. 4. ad deciſionem nonnullorum caſuum.

Primus caſus eſt, vbi Iudex capiat, vel detineat malefactorem, qui cùm carceres confregerit, aut fugiens dicat ſe velle Sedem Apoſtolicam adire: namhoc euentu, excommunicationis vinculo non alligatur: eo quòd iuſtè detineat illũ, qui ante ſententiam aufugit, & carceres confregit. Imò poteſt pro tali delicto illum punire tãtò fortiùs, quoniam per fugam videtur confiteri delictum. Quod quomodo procedat, latè habetur ex Panor. in c. veritatis, n. 29. cum ſeq. de dol. & contum. Sic etiam ſi Iudex aliquem interficiendum curauit, qui poſt commiſſum graue crimen in eiuſdem territorio, fugam arripuerat ad ſedem apoſtolicam pro impetrando beneficio, in prædictam excommunicationem non incidit: quia veriſimile non eſt Romanum Põtificem velle excommunicare iuſtè quem punientem: ar. tex. in c. erit autem lex, d. 4. l. ſuncimus, C. de pœn. & l. meminerint, C. vnde vi: alio quin delicta remanerent imputata contra tex. in l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. & ob id daretur materia delinquendi; quod quidem abſurdum eſt; atque adeò non dicendum. ar. tex. in l. nam abſurdum, ff. de bon. liber.

Secundus caſus eſt, vbi quis ad ſui defenſionem euntem ad S. A. interfecerit, aut mutilauerit, cum moderamine inculpatæ tutelæ: nã tunc prædictam excommunicationem non contrahit: eo quòd defenſio, & vim vi repellere de iure naturali eſt, l. vt vim, ff. de iuſt. tut.

Ter-

nachum fugientem, ſeu apoſtatam: nam eſtò, quòd dicit, ſe velle adire S. A. in excommunicationem non incidit: eo quòd iuſtè illum detinet.

Immo capiens monachum ab ipſo Abbate appellantem; & ad ſedem Apoſtolicam confugientem, omiſſo medio Abbatis Generalis, vel alterius ejuſdem ſuperioris, eſtò quòd dictus monachus iuſtam habeat cauſam, & indebitè fuerit ab ipſius Abbate grauatus; dictus tamen Abbas excommunicationem aliquam non incurrit, capiendo, & detinẽdo vt ſupra huiuſmodi monachum; quia, etſi monachus ille iuſtam cauſam habeat recurrendi ad ſuperiores, & appellandi, tamen, quoniam appellauit, omiſſo medio, iniuſtè appellauit: eo quòd monachus a grauamine Abbatis, ſiu Prioris, aut alterius Præpoſiti Regularis, non poteſt, omiſſo medio, appellare ad Romanum Pontificem; ſed à Priore ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem: & à Generali ad Protectorem interponitur appellatio: iuxta formam decreti Clem VIII. cuius meminit, Steph. 40 in compen. Bullar. ſub tit. Monaſteria, & cõuentus, quod incipit: Quoniã nõnulli, ſub Michaele Bonello Cardinali Alexandrino, & R. P. D. Alexander in compen. noſtrorum priuilegiorum, tit. appellatio, §. 3. Et eo maximè, ſi talis appellans, & aufugiens ad S. A. eſſet Clericus noſtræ Religionis, vel Ordinis Ciſtercienſis; quibus ſub pœna excommunicationis ipſo facto interdicitur appellatio extra Religionem: vt habetur in d. compen. tit. appellatio. §. 4. Et tantò fortius, vbi tractatur de correctione regulari, & Superioris diſciplinæ, à qua non datur appellatio, non modò Clericis Regularibus, & Ordinis Ciſtercienſis. & aliis citatis ibidem, §. 2. Sed nulli prorſus Regulari, vt habetur ex Vigil. hic n. 7.

Quartus caſus eſt, vbi Vicarius generalis Epiſcopi detinet Regularem aliquem, recurrentem ad ſedem apoſtolicam ſine licentia ſui ſuperioris: nam in hanc excommunicationem non incidit; vt habetur ex Bulla Sixti V. de Regul. quam allegat ipſe Vigil hoc eodem loco, n. 8.

Quintus caſus eſt, ſi maritus uxorẽ detineat,
9 dicentem ſe uelle adire S. A. nulla legitima ſubſiſtente cauſa: nam nullam contrahit excommunicationem; cùm uxor iure Diuino in licitis teneatur Marito obedire, Vigil. n. 9. Sextus caſus eſt, ſi Pater detineat filium uolentem adire S. A. ſine ipſius licentia: quia excommunicationis uinculo non alligatur, cùm ſui iuris non exiſtat. Et propterea aliter dicendum eſſet de emancipato. Idem Vigil. ibi n. 10.

Sextò limitatur dicta cõcluſio, vt excommu-
10 nicatio iſta alliget interficientes, aut mutilantes accedentes ad Sedem apoſtolicam, uel ab ea recedentes, aut in eadem morãtes, vbi animum habent occidendi, aut mutilandi: Secus autem, ſi non occidendi, aut mutilandi animum habeant, ſed tantùm leuiter uulnerandi; nam tunc eſto quòd mors, aut mutilatio ſequatur, in prædictam excommunicationem non incidunt; niſi lata culpa interceſſerit in percutiendo accedentes, & recedẽtes; vt ſupra probauimus, q. 9 Idem dicendum eſt de vulnerante leuiter ſic accedẽtem; qui non vi vulneris, ſed ex malo regimine, aut Medicorum imperitia mortuus eſt, iuxta ea quę ſupra annotauimus, q. 10. nam ſic vulnerans excuſatur ab excommunicatione, etiam ſi interficendi animum habuerit.

Septimò limitatur, vt excommunicatio iſta
11 non extendatur in rata habẽtes huiuſmodi crimina: vt ſupra diximus, q. 7. & tantò fortius innõ obuiantes dictis criminibus, etiam ſi poſſint vt ſupra probauimus, q. 8.

Octauò limitatur, vt ſub dicta excommunicatione non comprehendantur vulnerãtes, & percutientes adeò leuiter ſic accedentes, vt non ex eo impedianrur adire S. A. vt patet ex his, quæ ſupra annotauimus, q. 31.

Nonò limitatur dicta concluſio, vt ita demũ hæc excommunicatio includat mutilantes accedẽtes ad S. A. vel ab ea recedentes, aut in eadem commorantes, quando mutilatio fit alicuius membri totaliter, ſecus autem, ſi pars tãtùm membri amputetur: niſi ex amputatione talis partis, membrum inutile reddatur, ad operandum, vt latè probauimus ſupra, q. 15. con. 3. & 4. Idem dicendum eſt de euellente dentem; quia dens non eſt membrum, vt diximus ſupra, q. 16. & in debilitante membrum ſine aliqua inciſione: nam eſtò quòd dictũ membrum remaneat inutile ad operãdum, ſic illud debilitans, in excommunicationem non incidit: vt ſupra probauimus, q. 17. Et idem concluſimus de mutilante mortuum, ſupra, q. 19.

Decimò limitatur, vt ita demum ſpoliantes
12 eos: qui accedunt ad S. A. uel ab ea recedunt, uel in eadem commorantur, ui noſtri canonis excommunicentur, vbi ſpoliatio fit patenter, ſecus ſi clam fiat, & furtiuè: vt diximus, q. 21.

Vndecimò limitatur, vt tunc capiens ſic accedentes in prædictam excommunicationem incidat, vbi non eſſet ſtatim dimiſſurus; ſecus autẽ ſi poſt captum ſtatim dimittat; nam tunc dictã cenſuram non contrahit. Et idem dicẽdum eſt de arreſtante, quæ tantùm uerbis fieri contingit iuxta ea, quæ ſupra annotauimus, q. 25.

Duodecimò limitatur dicta concluſio, vt tũc
13 interficientes, mutilantes, ſpoliantes, capientes, uel detinentes eos, qui in Curia commorantur, ui noſtri canonis excommunicentur, quando auctoritatiuè, & iuriſdictione uſurpata, prædicta crimina committunt, ſecus, ſi in rixa, odio, inimicitia, aut deprædandi animo huiuſmodi perſonas ſpolient, capiant, & c. vt patet ex his, quæ ſupra diximus, q. 38.

Immo, non omnes qui in Curia morantur, vi huius canonis proteguntur; ſed illi tantùm, qui vulgò dicũtur Curiales, qui ratione Curiæ Põtificiæ Romæ ſint: ſiue mediatè, ſiue immediatè Rom. Pontifici inſeruiant: & ſiue ſint cũ Cardinalibus, & Epiſcopis, qui adſunt Curiæ. Ita Caiet. in ſum. in ver. excommunicatio, c. 14. & Tol. hic lib. 1. Inſtr. Sacerd. c. 26. n. 4.

Adde etiam ex Vgol. hoc loco, in ver. *Necnon illos*, ſub n. 2. ibi. Poſtremò; eos tantùm Curiales vi dicti canonis protegi, qui in curia commorantur. ſecus autem, qui in Curiam domicilium tranſtulerunt: nam de morantibus Bulla tantũ loquitur: atque ideo, ſi quis Curialem habentẽ domicilium in Curia, auctoritate vt ſupra vſurpata occidat, mutilet, ſpoliet, capiat, vel detineat, in hanc excommunicationem non incidit.

Sed

Sed re vera id nobis non probatur; namcommorari non tantùm dicitur, qui in aliquo loco per breue tẽpus, tecreationis gratia, vel ad ruralia peragenda commoratur: vel is, qui habitationẽ alicubi habet animo ibi permanẽdi promaioti parte anni; iuxta ea quæ latè tractat Sãchez lib. 3. de matr. disp. 23. sub n. 9. Sed commorari quoque is dicitur in aliquo loco, qui ibi domicilium habet: nam domicilium constituitur non solùm animo perpetuò commorandi; sed etiam facto, ideſt per actualẽ habitationem: vt habetur ex eodem Sanchez, loco citato, nu. 1. & 2. Vndè offendentes vt supra Curiales in Curia commorantes, incidunt in dictã excõmunicationem, siue commotentur per breue tẽpus: siue animo in ea cõmorandi per maiorem partem anni, & sic habentes simplicem habitationem: siue ita in Curia cõmorentur, vt in ea animum habeant perpetuò permanendi, atq; adeò domicilium habentes.

e 14 Decimotertiò limitatur, e vt excommunicatio ista locum non habeat contra committentes huiusmodi crimina in recedentes à S. A. & domicilium in aliquo loco non habentes: nam licèt offendentes supradicto modo accedentes ad S. A. in quacunque parte itineris, dictam excommunicationem contrahant; offendẽtes tamen vagabundos ab ipsa Apostolica Sede recedentes, censura ipsa non alligãtur: quoniam ex quo vagantur, & domicilium nusquam cõstitutum habent, statim ac ab Apostolica Sede discesserunt, desinunt esse sub eiusdem protectione: eo quòd statim peruenerunt ad propriũ domicilium, cùm pro domicilio, habeant totum terrarum Orbem. Ita Vgol. hic §. 2. sub num. 1. vbi etiam ait, quòd idem dicendum est de eo, qui iter ad Apostolicam Sedem cœpit, & antequam ad A. S. peruenerit, itineris eius se pœnituit: cæptumque iter nõ perficit: nam dum recedit, desinit esse sub protectione Apostolica: atque adeo interficiens eum, vi nostri canonis non excommunicatur. Nisi per morbum, aut aliam iustam causam iter non perficit: nam ex verisimili, & probabili mẽte authoris, Bullę priuilegio frui existimandũ hunc censet ipse Vgol.

15 Decimoquartò limitatur, vt excommunicatio ista non extendatur in committẽtes huiusmodi crimina in personam alicuius, quem pro-
f babiliter ignorabant *f* accedere ad S. A. vel ab ea recedere: nam qui clericum ignorans percutit, in excommunicationem, quæ habetur in c. si quis suadente diabolo, 17. quæst. 4. non incidit. Ita Vgol. hic, §. 1. sub num. 4. in ver. Secundo loco.

Et licèt in foro conscientiæ standum sit delinquentium dictis ad probandam ignorantiæ probabilitatem: ar. tex. in c. humanæ aures, 22. q. 5. & Glos. in clem. 1. ver. Non habita: de priuileg. in foro tamen exteriori, ignorantia probabilis multis modis probari potest: nempe iuris præsumptione, c. præsumitur, de regul. iur. in sexto, & ibi Glos. in ver. Præsumatur. Item iuramento, c. cùm in tua, ibi: Nisi proprio firmauerit iuramento: de his qui matr. accus. poss. Præterea probando aliquid, ex quo necessariò consequitur talem eum qualitatem ignorare, c. Pastoralis, de except. Rursus probando aliquid, quod verisimilis ignorantia consequitur, c. iudicis, 3. quæst. 9. Et denique alijs modis, de quibus latè Mascard. de probat. concl. 88. volum. 2. Idem dicendum est de eo, qui occidit aliquem, quem credebat ad Sedem Apostolicam se conferre, cum alio iret: is enim excommunicationem hanc non contrahit: quia re vera ad Sedem Apostolicam accedentem non interfecit: quod vi huius canonis prohibetur tenetur tamen donec ei non innotescat rei veritas se reputare excommunicatum: vt de percutiente laicum, dum crederet esse clericum docet Couar. in c. Alma Mater, p. 1. §. 10. num. 15. ver. Duodecimò liber. Sed non idem iudicium est de occidente venientem ad Sedem Apostolicam, cùm crederet alio processurum fore, verùm si sciuisset illum ad Sedem Apostolicam accedere, nihilominus offendisset: is enim in excommunicationem incidit: nam hæc ignorantia non est causa actus inuoluntarij: vt de percutiente clericum tenet Couar. loco citato, quem refert, & sequitur Alter. in explicat. huius can. cap. 4. col. 2. & & 3.

Offendentes autem, vt supra cõmorantes in Curia, authoritate vsurpata ex capite ignorantiæ, excusantur à dicta excommunicatione etiam si ignorantia non sit probabilis; sed sit crassa, & affectata per illud verbum, *Audent*, in canone positum vt supra diximus, q. 33.

Decimoquintò limitatur, vt ita demũ mãdãtes supradicta cõmitti in accedentes ad Sedem Apostolicam vel ab ea recedentes, aut in eadẽ cõmmorantes, incidant in excommunicationẽ nostri canonis, si mandatarius fines mandati nõ excesserit. Vndè si quis mandauit alicui, vt accedentem ad Sedem Apostolicam leuiter percutiat, & mandatarius illum mutilet, aut occidat, prædictam excommunicationem non cõtrahit. Quod quidem quomodo verum sit, latè supra diximus, q. 6.

ADDITIO.

a Rebus. Adde Alter. in explicatione Bullæ cœn. disput. 10. c. 4. dub. 6. & Bonac. in explicat. eiusdem Bull. disput. 1. quæst. 10. pun. 1. num. 20. & 21. vbi etiam, num. 22. putat, tunc rapientes familiares, famulos etiam ptetio conductos, vxores, & filios, alligari excommunicatione huius canonis; quando Dominus, Pater, Maritus huiusmodi personas secum deferant intuitu negotiorum in Curia tractandorum: aliàs secus. Vndè si quis occidat filium, qui ab eius Patre ducitur Romam alendum in aliquo collegio, in hanc excommunicationem non incidit. Quæ quidem limitatio licèt sit probabilis; nobis tamen videtur valdè dubia, vbi Pater habuerit principalem intentionem adeundi S. A. & minus principalem ducendi Romam filium ad alendum, iuxta ea, quæ docet Duard. infra can. 10. q. 6. num. 3. aliàs sequeretur, vt quis in hanc excommunicationem non incidit, nisi spoliet bonis, & pecunia eum, qui bona, & pecuniam Romam deferat intuitu negotiorum dumtaxat. Abb. Alex.

b Famulos. Adde Bonac. de cẽsur. Bull. cœn. disp. 1. q. 10. pũ. 1. n. 25. vbi ait, quòd spoliãtes multiones accedẽtiũ ad S. A. ita demũ excõmunicationem

Digitized by Google

nè contrahunt, si sint in comitatu Dominorũ; quoniam tunc censentur ipsi Domini spoliari dum accedunt ad S. A. Secus verò si bona, quæ mulliones deferunt, ebrium Dominis pereunt, probabilius est dicendum, spoliantes eos hanc censuram contrahere; quia Dominos censentur spoliare dummodo bona deferant eodem tempore, quo Domini S. A. adeunt; iuxta ea, quæ habentur per Duard. infra can. 10. q. 3. n. 5. quoniam tunc licèt simul in comitatu cum Dominis mulliones non reperiantur, sed per aliquot milliaria ante, vel retro fuerint spoliati, censentur ipsi Domini spoliati, si spoliantes sciant, mulliones esse Ademptum S. A. Abb. Alex.

c Sunt. Adde Cambar. lib. c. 9. & Bonac. hoc eodem loco, disp. 1. q. 10. pun. 2. sub n. 3. qui refert sententiam Reginal. lib. 9. suæ prax. cap. 19. n. 309. Alter. disp. 11. c. 1. ad fin. & aliorum contrarium sentientium: & tandem concludit, vtrãque sententiam esse probabilem, quamuis ipse opinionem quam tenet Duard. probabiliorem esse putet, & in praxi tenendam; & si soluere teneantur rationes, quæ pro ea afferuntur. Abb. Alex.

d Iniustè. Adde Bonac. de censur. Bull. cœn. disput. 1. q. 10. pun. 1. num. 27. Abb. Alex.

e Limitatur. Hanc eamdem sententiam tenet Bonac. de censur. Bull. cœn. disp. 1. q. 10. pun. 1. num. 7. & 8. vbi etiam num. 9. in ver. Respondeo addit, quòd verbum, recedentes, non superfluè ponitur in hoc canone: nam controuersia est inter Doctor. vtrum vexans recedentem alligetur excommunicatione lata contra vexantes accedentem ad aliquem locum, si in censura non exprimatur vexans recedentes. Siquidem licet Rebuff. hic, ar. 5. in ver. Recedentes, Vgol. hoc eodem loco, §. 2. num. 1. & Duard. ipse infra can. 10. q. 14. velint incurrere; nihilominus ipse Bonac. putat, oppositam sententiam non carere probabilitate, quoniam in materia censurarum, non valet extensio de casu ad casum; vel à maiori ad minus, aut à minori ad maius; sed verbis dispositionis standum est. Non tamen recedendum est à priori sententia; quoniam alias sufficienter non protegerentur accedentes, & frustratoria posset esse censura, cùm in recessu citra excommunicationem possent offendi: at quando cessura redderetur frustratoria fit extensio de casu ad casum. Abb. Alex.

f Ignorabant. Adde Mascard. de probat. tom. 2. concl. 88. Alter. lib. 5. disp. 10. c. 4. dub. 1. col. 2. Bonac. in suo tract. de legib. disp. 2. q. 8. pun. 3. num. 13. D. Cæsar.

COMMENTVM

In Canonem Decimum Bullæ in Cęna Domini.

ITEM *Excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu depraedantes Romipetas, seu Peregrinos, ad vrbem causa deuotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes. Et his dantes auxilium, consilium, & fauorem.*

De Diuisione Canonis. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio ista habetur etiam in corpore iuris, et in Bulla cœnæ a Mart. V. edita.*

2 *Excommunicatio huius canonis, quomodo differat ab excommunicatione iuris communis, declaratur.*

3 *Peregrinatio ad limina Apostolorum, & ad loca Palestinæ olim habuit abusum nascentis Ecclesiæ.*

TExtus diuiditur in duas partes. In prima parte fertur excommunicatio contra personas principaliter delinquentes. In secunda cõtra personas accessorias. Secunda ibi. Et his dantes, &c. Ad cuius intelligentiam quatuor veniũt consideranda. Primò tempus latæ excommunicationis. Secundo personæ, quæ excommunicãtur. Tertiò actiones, propter quas fertur excõmunicatio. Quartò personæ, quæ sub excommunicationis vinculo offenda prohibentur.

Circa primum est annotandum quòd hæc eadem excommunicatio habetur in c. si quis Romipetas, 1 & 6, illi, 24 q. 3. & in plurimis aliis, sub dist. 78. cõtentis: ac in c. innouamus, de treg. & pac. Nõ tamen excommunicatio in dictis iuribus contenta est solemnis, sicut ad præsens in Bulla cęnę, cuius meminit etiam Mart. V. apud D. Antoninũ, & alios relatos hic a Sayr. lib. 3. Thes. tom. 1. cap. 14. n. 3. vbi similiter ait, quòd in Bulla Mart. V. comprehendebantur etiam peregrini ad Hierusalem, & bona offendentium contra dispositionem huius canonis erant confiscata.

Differt autem excommunicatio nostri cano- 2
nis ab excommunicatione, quæ in dictis iuribus continetur in pluribus. Primò, quoniã iuris excommunicatio non est Papæ reseruata; excommunicatio verò nostri canonis, est reseruata, sicut reliquæ omnes, quæ in hac Bulla cõtinẽtur.

Secundò in iure excommunicantur capientes, & spoliantes peregrinos rebus, quas afferũt: at in hoc canone excommunicatio fertur non modo contra capientes, ac depręadantes peregrinos, sed etiam contra eosdem interficientes, mutilantes, vulnerantes, & detinentes.

Tertiò in iure hoc priuilegium cõceditur nõ tantùm Romipetis, & peregrinis ad Vrbem venien

nientibus, ſed generaliter omnibus peregrinis Apoſtolorum limina, & aliorum Sanctorũ oratoria viſitantibus: vt patet in d. c. illi: at priuilegium huiuſmodi, vi præſentis canonis cõceditur tantùm Romipetis, ac peregrinis ad Vrbem.

Et quamuis in Bulla Mart. V. extenderetur etiam ad peregrinos euntes in Hieruſalẽ; rationem tamen eam eſſe arbitratur Alter. hoc loco in prin. quòd antiquo tẽpore vigebat Ordo militiæ Templariorum (qui ſic dicebantur, quia iuxta templum Domini apud Hieruſalẽ in Palatio Regio habitabant) inſtitutus tempore Gelaſij II. anno 1119. vt ipſi milites armis peregrinos à Mahometanis tutos redderent: & per omnem Terram Sanctam circunducerent. Et eodẽ ferè tẽpore vigebat quoque Ordo, ſeu Religio militum Hoſpitaliorum B. Ioan. ſiue Rhodiorũ militum, qui hoſpitio excipiebant peregrinos. Sicut Ordo quoque Theotonicorũ, qui ex vtro que priorum admiſtus erat. Sed quia Tẽplariorum Ordo à Clem. V. in Concil. Viennen. anno 1313. ob nonnulla crimina fuit deletus: idcirco, ceſſante dictorũ militum auxilio erga peregrinos, cùm paucißimi eſſent, qui peregrinationẽ hanc ſuſciperent, licèt antea eorum maximus eſſet numerus, ſicut rationabiliter antiquitus ſupradictum priuilegiũ concedabatur peregrinis, qui proficiſcebantur in Hieruſalem, non ſolùm in Vrbem; ita etiam hodie, cùm iter huiuſmodi non frequentetur à fidelibus, ſed illud tãtùm Vrbis, vi Bullæ cęnæ proteguntur Romipetæ dumtaxat: & accedentes Romam deuotionis gratia, non autem euntes in Hieruſalem.

Has duas ſanctas peregrinationes, ad limina ſcilicet Apoſtolorum, & ad loca Paleſtinæ, in quibus Dominus noſter ſalutis myſteria operatus eſt, ab initio naſcentis Eccleſiæ fideles ſuſcipere conſueuerunt. Vt ex Cardin. Baron. tom. 2 Annal. anno Domini, 199. latiſſimè habetur. Et rectè quoque tractat Alter. hoc eodem loco, c. 6. vbi ad demonſtrandum, quàm pię ſint, & Deo gratæ ad Hieruſalem, & ad Vrbem præcipuè peregrinationes, inter alia refert id, quod legitur apud Surium in vita Sanctæ Brigitæ, quã anno Domini 1350. Chriſtus admonens ſic allocutus eſt. *Proficiſcere Romam, illic enim plateæ ſunt auro ſtratæ, & SS. ſanguine rubricatæ, vbi prpoter condonationes ſiue indulgentias, quas promoruere ſancti, compendio venitur ad Cœlum. manebis autem illic donec videas Sanctum Pontificem. & Imperatorem.* Deinde poſt annos plurimos præcepit eidem Dominus, vt Hieroſolimam ſe conferret.

Circa ſecundum, perſonæ, quæ excommunicantur quædam ſunt principales, nempe interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, ſeu deprędantes: & quædam ſunt acceſſoriæ, quales ſunt, auxilium, conſilium, & fauorem præſtantes.

Circa tertium ſex actiones vi præſentis canonis prohibentur. Primò interficere. Secundò mutilare. Tertiò vulnerare. Quartò detinere. Quintò capere. Sextò deprædari.

Circa quartũ perſonæ quæ offendi prohibentur ſunt Romipetæ, ſeu Peregrini, ad Vrbẽ cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipſa recedentes.

Ex quibus patet, quòd canon iſte, quoad morantes in Vrbe, latius patet, quam præcedens, Nam in ſuperiori canone excommunicantur, qui offendunt venientes ad Sedem Apoſtolicã, & ab ea recedentes, & commorantium non meminit. At verò canon iſte comprehendit, & fouet non ſolùm peregrinos, & Romipetas accedentes, & recedeutes deuotionis cauſa, vt ſupra, ſed etiam ob eandem cauſam in Vrbe commorantes. Quo circa interficiens, mutilans, vulnerans, capiens, detinens, aut deprædans peregrinũ, qui Romam deuotionis gratia proficiſcitur, eo tempore, quo Romę ad eundem finẽ cõmoratur, nempe vt Eccleſiarum viſitationẽ, & alia deuotionis opera perficiat, ita in excommunicationem iſtam incidit, ſicut ſi illum inuia accedentem, vel recędentem offenderet.

Eſt etiam iſte canon in plus ſe habens, quàm proximus quoad actiones acceſſorias. Nam in illo excommunicantur, qui ad Sedem Apoſtolicam venientes, vel ab ea recedentes ſua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, vulnerant, & c. Et de auxiliantibus, ac conſulentibus nulla fit mentio. At in hoc canone excommunicatio fertur etiam contra conſulentes, & auxiliantes ad dicta crimina perpetranda.

Immo noſter canon differt à præcedenti, & octauo, quoniã illi editi ſunt fauore Sedis Apoſtolicæ, & Curiæ Romanæ contra impedientes, & offendentes, qui deferunt victualia, aut veniunt ad S. A. iſte verò reſpicit fauorem Romanæ Vrbis contra lædentes peregrinos ad Vrbem ipſam deuotionis cauſa venientes: quapropter non reſpicit Papam, vel Curiam, ſed Romã tantùm. Ita Caiet. in ſum. in ver. excommunicatio, cap. 13.

Ibi (*vulnerantes*) Quid in iure ſignificat vulnerare. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerare, eſt percutere cum aliqua corporis apertura.*

2 *Romipetas, ſeu peregrinos verberans, non incidit in excommunicationem huius canonis.*

3 *Verberare, non eſt vulnerare, etiam ſi cum liuore verbera inferantur.*

4 *Romipetis, aut peregrinis ora contundens, vel os in brachio, ſeu membro alio confringens, ſi in corpore apertura non appareat, excommunicationem non contrahit.*

5 *Romipetis capita confringens, ita vt in eis Chirurgi opera apertura fiat, in excommunicationem incidit.*

6 *Vulneratus nemo dicitur, niſi ex eius percuſſione ſanguinem effundat.*

7 *Vulneratus propriè dici non poteſt, atquè adeò excommunicationem huius canonis non contrahit, qui ex percuſſione guttam tantùm ſanguinis effundit.*

8 *Statutum puniens vulnus, debet intelligi de magno vulnere, non autem de vulnuſculo.*

QVoniam ſuperiori canone explicantes verba illa interficere, mutilare, ſpoliare, capere, & detinere, nonnulla ad eorum declarationẽ pertinentia cumulauimus: & in præſenti canone cũ præter ſupradictas actiones prohibeatur

duæ aliæ, nempe vulnerare, & deprædari; ideirco prætermiſſis ſupradictis iam explicatis, ne bis idem repetere videamur, in hac quæſtione videbimus de ſignificatione prioris verbi: & in ſequenti de ſignificatione poſterioris.

Eſt igitur vulnerare, vt ad rem ipſam deueniamus, percutere cũ aliqua corporis apertura a
1 Hinc vulnus dicitur, patens corporis apertura, a
a ictu aliquo inflicta. Sic Liu. 4. Bel. Pun *Tandem vulneribus confectæ Virgines, cum omnia repleſſent ſanguine, exanimes corruerunt.* Virg quoque Aen. lib. 4. *Infixum ſtridet ſub pectore vulnus.* & Ouid. 5. Met. *Torquet in hunc haſtam calido de vulnere raptam.* Ad hoc etiam facit tex. in l. 1. §. Ditus, ff. ad l. Corn. de Sicar. & l. ſi ſeruus, §. inquit lex, ff. ad l. Aquil.

Ex hoc infertur, quod ſi quis Romipetas, aut
2 Peregrinos verberauerit, in excommunicationẽ
Peregrinos noſtri canonis non incidit: quoniam verberare, non eſt vulnerare: & vi dicti canonis prohibetur vulneratio, non verberatio.

Quod quidem verum eſſe arbitror, etiam ſi
3 verberatione, percuſſum liuore afficiat: quoniã liuor non eſt vulnus. Liuor enim dicitur plumbeus quidam color, ex eo procedens, quòd in corpore, duro ictu illato, exiles venæ contuſæ ſanguinem ad extremam cutem diffundunt.

Immo ſi pugnis ora Romipetis, aut Peregri-
4 nis quis contũderit *b*, aut os in brachio, vel in-
b alio membro confregerit, ſi in corpore apertura non appareat, non erit excommunicatus, nã iſte non dicitur vulneraſſe: & vi noſtri canonis realis exigitur vulneratio: atque adeò ſatis non eſt quicunque affectus, niſi ſequatur exterior vulneris affectus: vt bene docet Vaual. hic, nu. 3.

Eſt tamẽ verum quòd ſi quis alicui Peregrino
5 aut Romipetæ, caput adeò contũderit, vt os in eò confregerit, eſtò, quòd non appareat capitis apertura; ſi tamen Chirurgi opera cutis incidi oporteat, & conſequenter caput aperiri ad curandam contuſionem illam; arbitror probabiliter, quòd ſupradictam cenſuram contrahat, ſi vulnerãdi animo illos maximè percuſſerit; quoniam ſicut nihil intereſt, vtrum occidat quis, an cauſam mortis præbeat; vt in l. nihil, ff. ad l. Cornel. de Sicar. ita non videtur intereſſe, an quis vulneret, vel cauſam vulneris præbeat. Et hanc ſententiam tenet Alter. in explicat. huius can. cap. 1. col. 2. in ver. Vulnerare: per tex. in d. l. ſeruus, vbi etiam Bart. & Iatius in l. Præter edixit, §. fin. ff. de iniur. Ait enim quod latius patet percutere quàm vulnerare: omnis enim qui vulnerat, percutit; ſed non è contra; nam vulnus, inquit, dicitur quando fit ſciſſura, ſeu ſeparatio in corpore: aut talis tumor, cuius cauſa ſequatur ſeparatio cutis intrinſecus, licèt exterius nõ appareat, vel ſaltem neceſſe ſit, vt Medicus inſtrumento artificioſè partem læſam ad extrahendã ſaniem adaperiat: quia hoc caſu percuſſio cauſa eſt ſciſſuræ, & ſeparationis in corpore. At verò vbi nulla prorſus apparet ſciſſura in corpore, non vulnus, ſed percuſſio ſimpliciter appellatur.

Ex quo infertur, non dari vulnus ſine ſangui-
6 nis effuſione, neque appellari quempiã vulneratum, niſi ex percuſſione ſanguinem effundat; vt habetur ex Hoſt. Io. Andr. Anch. Panor. & alijs in c. propoſuiſti, de conſecr. Eccl. Benè verum
7 eſt quòd ad contrahendam hanc excommunicationem, ſatis non eſt ſi gutta tantùm ſanguinis ex vulnuſculo fluxerit: quoniam percuſſio illa, vulneris nomen non meretur: eo quod cùm ex qualibet etiam modica corporis læſione ſanguis facillimè effundatur, vt notat Gio. in c. cùm illorum, uer. effuſionem ſanguinis: de ſent. excommun. quando gutta ſola ſanguinis fluit, percuſſio erit minima: atque adeò non punibi-
8 lis, per ea, quæ docet Bal. in l. pen. C. de ædil. edicto, dum ait, quòd ſtatutum puniens uulnus
c debet intelligi de magno uulnere *c*, non de uulnuſculo, uel leui raſura. Hoc idem aſſerit Angel. in l. ſi pignore, §. ſi furem, ff. de furt. & in l. 1. §. ſed ſciẽdum, ff. de edil. edic. Quando uerò non eſſet adeò minima ſanguinis effuſio, ut ſatis eſſet ad conſtituendum peccatum mortale, ſic uulnerãs Romipetas, & Peregrinos, excommunicationẽ iſtam incurreret. Ita Alter. loco citato col. 2. in fine, & 3. ubi etiam in fine capitis; in uer. Neque opus eſt; ait quòd ad contrahendam prædictam cenſutam opus non eſt, ut Peregrinus, uel Romipeta huiuſmodi occidatur, aut uulneretur in odium Chriſtianæ Religionis, uel Papæ, uel ipſius ſanctæ peregrinationis. ſed quacunque ex cauſa offendatur ſi ut peregrinus agnoſcitur aut reputatur: quoniam Bulla generaliter loquitur. Quod quidem, an uerum ſit, infra in propria quæſt. Deo duce, dicemus.

ADDITIO.

a **Apertura.** Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. c. 3. q. 9. num. 124. Gambar. hic. c. 10. n 6. & Alter. hoc eodem loco, c. 1. col. 3. dub. 1. ubi etiã ait, contra Gambar. loco citato, num. 5. quòd uulnerare non dicitur, qui modicam ſanguinis copiam ſua percuſſione extraxerit, niſi effuſio illa ſanguinis culpa ſit mortalis quod nobis non probatur, ut infra dicemus, hac eadem q. litt. c. Eſt tamen uerum, quòd licèt non deſint, qui uelint, quòd adhibita diligẽtia dubitetur, an percuſſio ſufficiat ad conſtituendum vulnus, in dubio percutientem cenſendum eſſe excommunicatum, vt per Alter. loco citato, Suar. Rebel. & alios, quos refert Bonac. de cenſur. diſp. 2. q. 2. pun. 6. §. 2. num. 49. nihilominus ipſe Bonac. ſequutus Sanchez contrariam ſententiam putat probabiliorem, & contraria ſoluit. D. Cæſar.

b **Contunderit.** Idem dicendum eſt de tumefactione: quia appellatione uulneris non uenit tumefactio, & inflatio, Boer. deciſ 323. in prin. & Tuſch. in uer. Vulnus, concluſione 378. num. 2. ubi etiam, num. 7. excludit a uulnere ſcraſſignaturam, ſcorticaturam, & alia ſimilia. Imò excludit à uulnere uulnuſculum; & propterea in materia ſtatuti, loquentis de uulnere, non uenit uulnuſculum ex Boer. loco citato, col. 1. in prin. D. Cæſar.

c **Vulnere.** Adde Boer. deciſ 323. col. 1. in prin. & Tuſch. in uer. Vulnus, concluſ. 378. num. 6. dicentes, uulnuſculum dici paruum uulnus: & in materia ſtatuti loquentis de uulnere, non uenire uulnuſculum; uel ſaltem eſſe arbitrariũ iudici. Vndè cũ ui noſtri canonis excõmunicẽtur uulnerãtes, nõ cõprehẽdũtur ſub eo in-

inferentes paruum vulnus: quòd verum puto; etiam ſi leuiter vulnerans, letaliter peccauerit: ſiquidem vi canonis cùm prohibeatur vulnus, in pœnis verba ſunt ſtrictè interpretanda: & eò maximè cùm agitur de excommunicatione, quæ maxima eſt omnium pœnarum, vt in c. corripiantur, 23. q. 4. & in ea verba tantùm ligat, quantum ſonant, vt rectè probat Duar. ſupra lib. 1. c. 3. q. 4. Illud tamen hoc loco prætereundem eſſe nolui, quòd ſi quis Peregrinum forfice uel tridente uulneret, itaut uno ictu plura ei uulnera inferat, in plures excommunicationes non incidit; quia uulnerans Clericum forficè, uel tridente, aut raſtro, per quæ plura uulnera uno ictu Clerico intulit, unam tantùm excommunicationem contrahit, vt habetur ex Calder. conſ 464. circa medium, uer. Puto igitur. Etenim una eſt actio; & propterea una imponitur pœna. Hinc lex, aut ſtatutum puniens uulnerantem ſimpliciter, conſiderans ſolùm actum agentis, licèt uulneret cum bidente; tenetur tamen de unico delicto. Ita addentes ad Bart. in l. ſi gemma, in prin. in uer. Ego puto. ff. de arb. furt. cæſ. qui dicunt eſſe communem contra Bart. & eam ſequitur etiam Tuſch. in uer. Vulnerans, concl. 382. num. 4. ubi id tamen limitat, niſi lex, uel ſtatutum puniret non actum agentis; ſed uulnera pro modo uulnerum; nempe quòd pro quolibet uulnere puniatur in centum aureis: nam eo caſu quot ſunt uulnera, tot erunt pœnæ, non habita conſideratione, an uno ictu, uel una uice ſint illata, ut per Bart. in d. l. ſi gemma, uerſ. Aut ſtatutum dicit. D. Cæſar.

Ibi (*Deprædantes*) Qui propriè dicantur deprædari. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Deprædari, eſt vi aliquid ab aliquo auferre: & idem eſt quod rapere.*

2 *Furto ſubtrahentes aliquid Romipetis, ſeu peregrinis non incidunt in excommunicationem huius canonis.*

3 *Deprædantes Romipetas, ſeu peregrinos ab eis occiſos, & mortuos, excommunicationem non contrahunt.*

4 *Romipetarum mulliones deprædantes, an excommunicationem incurrant.*

1 REſpondetur, quòd depredari, nil aliud eſt, quàm vi aliquid ab aliquo auferre. Vnde deprædari idem eſt, quòd rapere: vt in cap. 1. de Rapt. Hinc. Cic 3. Ver. *Cùm eſſet apertiſſimè prædatus.* Deprædantes igitur Romipetas, & Peregrinos, ſub diſpoſitione noſtri canonis comprehenduntur, ſiue pecunia, ſiue pannis, ſiue filijs, a ſiue vxoribus, equis, aut quacunque alia re ipſos ſpolient, iuxta ea, quæ ſupra diximus, can. precedenti, q. 20. 21. 22. & 23.

Ex quo infertur primò, quòd furtim aliquid 1 furripientes Romipetis, ac Peregrinis, in prædictam excommunicationem non incidunt; quoniam furtum differt à rapina, ſeu deprædatione eo quòd illud committitur etiam; hæc autem palam: vt diximus in d. q. 21. & Vgol. in explicatione noſtri canonis in ver. Deprædantes: num. 5. vbi etiam ait, quòd Rom. Pontifex hoc loco graſſatores punire voluit; qui in itinere inſidiantur, & non res tantùm, ſed ſæpius vi tam auferunt.

Secundò infertur, quòd ſi quis Romipetas, 3 aut Peregrinos interficiat, alius verò ſuperueniens eos iam mortuos ſpoliet, dictam cenſuram non incurret: nam vi huius canonis hi tantùm excommunicantur, qui deprædantur ideſt vi auferunt: ſpoliantes autem mortuos, vi ſpolia ab eis non dicuntur auferre: vt bene notat idem Vgol. loco citato, num. 4. Qui num. 3. ſimiliter ait, quòd ſi quis muliones deprædetur, Romipetarum res deferentes, in hanc cenſuram 4 incidit; quoniam cenſetur Romipetas deprædari; niſi muliones periculum huiuſmodi in ſe ſuſcepiſſent; nam eo caſu, cùm non Dominis, ſed mulionibus bona pereant, ob id non Romipetæ, ſed muliones dicuntur ſpoliari; atque adeò, illos deprædantes prædicta excommunicatione non alligantur; Quamuis b idem Vgol. ibi contrariam b opinionem putet eſſe verorem: nam ſic deprædantes Peregrinorum bona deprædantur; eſtò muliones eorum c periculum in ſe ſuſceperint.

A D D I T I O.

a Pannis: Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. c. 5. q. 9. num. 124. & Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 11. pun. 1. ſub num. 8. vbi etiam, num. 9. ait, deprædantes filios, & vxores Romipetarum excommunicari vi huius canonis; quamuis id neget vi canonis præcedentis: quoniam prædo non ſolùm is dicitur, qui res aufert; ſed etiam, qui homines rapiendo in in ſeruitutem redigit priuata auctoritate: quod non denotat ex vi verbi, ſpoliare, vt ſupra dixit q. 10. pun. 1. num. 21. Abb. Alex.

b Contrariam. Et hæc Vgol. ſententia videtur verior: quoniam aſſecuratio bonorum non tollit eorum dominium à Domino, cui aſſecurantur. Et quamuis muliones depredentur, non tamen ob id Peregrini excluduntur à depredatione, cùm Peregrini cenſeantur depredati; Siquidem rapina committitur, etiam non adhibita violentia; vt patet in eis, qui palam aſportant res alienas; dummodo ſint parati inferre vim, vt in l. ſi quis ex domo, ff. de furt. Alex. conſ. 103. num. 2. & Tuſch. in ver. Rapina, concl. 3. num. 6. & 7. Imò videtur dicendum, quòd deprædantes muliones Peregrinorum, incidant in excommunicationem huius canonis, etiam ſi non cenſerentur deprædati Peregrini: quia muliones dicuntur famuli temporales conductitij Peregrinorum: at famuli conducti, gaudent eodem priuilegio, quo gaudent eorum Domini, vt conſtat ex ijs, quæ habentur ex Duar. cap. 15. quæſt. 8. ſub num. 4. Et maximè ſi Peregrini ſint perſonæ adeò dignæ, vt ſine mulionibus, qui bona eorum defe-

rant, peregrinari nequeant, iuxta ea, quæ idem Duard.adnotauit supra can.9.q.37.sub num. 5. vers.Decimoquartò ampliatur.D.Cæsar.

Ibi(*Romipetas, seu Peregrinas*) Qui nam dicantur Romipetæ, seu Peregrini. Q.4.

SVMMARIVM.

1 *Romipetæ nomen generalius est, quàm peregrini nomen.*
2 *Romipeta dicitur etiam Ciuis Romanus, qui Romam petit: non tamen dici potest peregrinus: esto quòd eò se conferat deuotionis causa.*
3 *Ciuem Romanum deuotionis causa, Romam petentem interficiens, in excommunicationem incidit; non sic interficiens Romæ commorantem deuotionis causa.*
4 *Peregrinus propriè quis dicatur.*

1 REspondetur quòd hoc nomen Romipeta, generalius est, quàm Peregrini nomen: Nã
a Romipeta *a* secundum vim vocabuli quemcũque Romam petentem denotat: & in hoc canone is proprié dicitur, qui deuotionis causa Ro-
2 mam se confert: atque adeò Ciuis Romanus, qui causa deuotionis ad Vrbem vadit, Romipeta nuncupatur, vt vox ipsa denotat; non autem Peregrinus.

Hinc sequitur, quòd qui Ciuem Romanũ ad
3 Vrbem deuotionis causa venientem interficit, mutilat, vel spoliat, supradictam excommunicationem contrahit; cùm tamen è contra, qui Romæ commorantem deuotionis causa offenderet, in illam non incideret: quoniam is non dicitur Romipeta, nec Peregrinus. Ita Sayr. hìc lib. 3. Thes. c. 14. num. 6. Peregrinus autem ex Viual. hìc, num. 7. sumitur dupliciter. Nam omnes recedentes à loco sui domicilij, dicuntur Peregrini, lato sumpto vocabulo, vt in l. Ciues, C. de In
4 col. strictè verò, ac propriè is dicitur peregri-
b nus *b*. qui deuotionis gratia visitat Apostolorũ limina, aut alia loca Sacra: vt habetur ex Angel. Syl. Tab. & Armil. in ver. Peregrinus, & Nauar. in Man. c. 27. n. 63, & 67. & isti propriè sunt sub protectione S. R. E. vt in c. argùta, 2. q. 6. Et gaudent hoc priuilegio, etiam si Romanus Pontifex Romæ non esset. Immò non nulla alia habent priuilegia, de quibus Tiraquel. de priu. piæ cau. & alij.

Ibi (*Ad Vrbem*) An omnes Peregrini gaudeant priuilegio nostri canonis. Q.5.

SVMMARIVM.

1 *Indefinita æquipollet vniuersali.*
2 *Peregrini Romam tantùm petentes, & non alias Vrbes adeuntes, gaudent beneficio huius canonis.*
3 *Vrbis derivatio vnde sumatur.*
4 *Vrbis appellatione sine alio additamento, Roma intelligitur.*
5 *Vrbis appellatione veniunt etiam suburbia.*
6 *Peregrini, qui non intus Romam se conferunt, sed ad visitandum sepulcra S. Laurentij, S. Sebastiani, & alias Sanctorum reliquias extra muros Vrbis existentes, si offendantur, offendentes eos in excommunicationem incidunt.*
7 *Peregrinos, seu Romipetas ad Territorium Romanum deuotionis causa accedentes, si quis vulnerat, in excommunicationem incidit.*
8 *Territorium quid nam sit explicatur.*
9 *Delictum commissum intra centesimum miliarium ab Vrbe, dicitur in Vrbe commissum.*
10 *Vrbis appellatione veniunt ædificia cõtinentia in fauorabilibus tantùm secus in odiosis.*
11 *Indefinita, tunc æquipollet vniuersali quando tractatur de materia necessaria.*
12 *Lana indefinitè legata, sub ea non venit lana tincta: secus autem si legetur omnis lana.*
13 *Indefinita non æquipollet vniuersali, quando est multum præiudicialis.*
14 *Legato argento meo, censetur legatum argentum meũ, quod erat tempore testamenti.*

IN hac re videtur prima facie dicẽdum, quòd omnes Peregrini gaudeant beneficio huius canonis ad quamcumque Ciuitatem se conferant deuotionis causa.

Probatur, quia canon ipse indefinitè loquitur
1 protrgendo Peregrinos ad Vrbem accedentes, ergo censetur protegere omnes Peregrinos accedentes ad quamcumque Vrbem: quia indefinita æquipollet vniuersali: vt habetur ex Glo. in c. vt circa, in ver. Aliorum, de elect. in sexto, latè Panor. & Ant. Franc. in c. in Genesi, sub num. 1. eod. tit. Atque adeò deprædantes peregrinos accedentes ad Sacram ædem Sanctissimæ Mariæ Lauretanæ, ad Sepulcrum Christi Domini, ad S. Iacobum de Galitia, & alia pia loca, incidunt in excommunicationem nostri canonis.

His tamen non obstantibus, in contrarium est
2 veritas, & consequenter ij tantùm vi nostri canonis excommunicãtur, qui Romam deuotionis causa accedentes, recedentes, seu morantes tantùm Peregrinos interficiunt, mutilant, vulnerant, capiunt, detinent, aut deprædantur: & non alios.

Probatur: quoniam, licèt Vrbis nomine ve-
3 niant domicilia plura simul coniuncta, & alia Ciuitatis loca, quæ muris, seu mœnibus sepiuntur iuxta illud Cicer. pro Sestio. *Domicilia coniuncta, quas Vrbes dicimus, mœnibus sepserunt.* Et in l. 2. ff. de verb. signif. habetur, quòd Vrbis appellatio muris finitur: nam Vrbs ab vrbo, parte aratri dicitur: eo quòd aratro Ciuitates definiebantur: vt in l. pupillus, §. Vrbs, ff. eod. tamen Vrbis ap-

ADDITIO.

a Romipeta. Adde Alter. hìc disp. 11. cap. 2. col. 1. & 2. Anton. de Sousa, hoc eodem can. c. 11. n. 4. & alios apud Bonac. ibidem, disp. 1. q. 11. pun. 3. sub n. 2. Abb. Alex.

b Peregrinus. Adde Reginald. lib. 9. suæ prax. num. 311. Anton. de Sousa hic c. 11. num. 4. & Bonac. hoc eodem loco, disp. 1. q. 11. pun. 3. n. 3. Abb. Alex.

appellatione, vbi aliud non additur, per figuram
4 antonomaſiam, Roma intelligitur: vt eſt tex. in l. vt Alphenus, eod. tit. paulò ſupra citato. Vndè ſicut, cùm ius ciuile dicimus abſque alio additamento, ius ciuile Romanorum intelligimus: vt in §. ſed ius quidem ciuile, in Inſt. de iur. natur. gent. & ciuil. ita Romam accipimus, cùm Vrbem ſimpliciter nominamus.

Beneuerum eſt, quòd Vrbis nomine, non mo
5 dò comprehẽditur Ciuitas, quæ muro cingitur verum etiam, & continentia ædificia ſeu ſuburbia, itaut interdicta Ciuitate, ſuburbia quoque interdicta cenſeantur: vt in c. ſi Ciuitas, de ſent. excom. & in ſpecie de Vrbe Romana eſt tex. in d. l. vt Alphenus. Vbi ſic Marcellus ait. *Vt Alphenus ait, Vrbs eſt Roma, quæ muro cingitur; Roma eſt etiam, quantùm continentia ædificia eſſent: nam Romam nõ muro tenus exiſtimari ex cõſuetudine quotidiana poſſe intelligi, cùm diceremus Romam, etiam ſi extra Vrbem habitaremus.*

Vndè Peregrini, qui non intus Romam ſe cõ-
6 ferunt, ſed ad uiſitandum ſepulcra S. Laurentij, S. Stephani, aut S. Sebaſtiani, extra Romam accedunt, ſi quis eos deprædetur, proculdubio in excommunicationem incidit. Et idem dicendũ eſt de Romipetis: vt ex dictis clariſſimè patet, & Vgol. in explicatione præſentis canonis, à nu. 4. ad 5.

Et latè Alter. hoc eodem loco, c. 3. col. 3. ver.
7 Ad hanc difficultatem. Vbi hæc, quæ diximus circa loca extra mœnia, ampliat non ſolùm ſt exiſtant in ædificijs continentibus extra muros; ſed etiam, quę in Territorio Romano continentur; accipiendo Territorium nõ latè vt ponitur pro comitatu, diſtrictu, aut Diœceſi; ſed propriè vt dicit vniuerſitatem agrorum intra fines cui-
8 iuſque Ciuitatis, ab eo appellatum, quòd Magiſtratus ibi ius ferendi habeat; vt in l. Pupillus, 239 in fine: ver. Territorium eſt, ff. de uerb. ſignific. & l. Prætor ait, ver. Nõ perpetuæ, ff. de ſepulcr. viol. Vndè ſecundum hanc interpretationẽ, qui occideret peregrinum euntem ad tres fontes, ac etiam vltra ſitas Eccleſias dummodò ſtnt in Territorio Romano, excommunicationem iſtam contraheret, etſi peregrinus, huiuſmodi Romam non fuerit ingreſſus. Etenim delictum commiſſum intra cẽteſimum miliarium ab Vr-
9 be, dicitur in Vrbe commiſſum, & eius cognitio pertinet ad Præfectum Vrbis, vt eſt tex. in l. 1. ver. cùm Vrbem noſtrã, ff. de Offic. Preſect. vrb.

Eſt tamẽuerum, quòd licèt appellatione Vr-
bis veniant ædificia continentia extra Vrbem
10 in eius Territorio; tamen hoc locum ſibi vendi cat in materia fauorabili, vt eſt materia huius canonis; Secus autem quando tractatur de delictis, & pœnis: nã tunc nomen Vrbis, ac Ciuitatis ſumitur inſtricta ſignificatione, & comprehendit ea tantùm loca, quæ intra mœnia continentur, vt habetur ex Panor. in c. Rodulphus, n. 4. & Felin. n. 11. de reſcrip.

Vndè, his ſic ſtantibus, ad contrarium facilè reſpondetur; nam indefinita tunc æquipollet
11 vniuerſali, quando tractatur de materia neceſſaria. Vt homo eſt animal; ergo omnis homo eſt animal. Vel tractatur de materia impoſſibili negatiuè ſumpta, & omnium particularium eſt eadem ratio, & conditio: hinc valet dicere. Homo non eſt lapis, ergo nullus homo eſt lapis, Secus autem vbi tractatur de materia contingenti: & quando non eſt eadem ratio, & conditio, propter aliquod accidens, omnium particularium in vniuerſum comprehenſorum: atque adeò, non valet dicere. Homo currit; ergo omnis homo currit. Sic etiam ſi legetur indefinitè marmor, ſub tali legato non comprehẽduntur ſtatuæ, & cęteræ ſpecies, ex marmore factæ; ſed rudis tantùm materia marmoris: vt in l. quæſitum, §. illud fortaſſe, ff. de leg. 3.

Eadem ratione ſt lana indefinitè, legetur ſub
12 ea non continetur lana tincta: vt in l. ſi cui, in prin. ff. eod. & tamẽ ſt legetur omnis lana, omnis lana, etiam tincta legato cedit, l. pediculis, §. labeo, ff. de aur. & arg. leg. ſicut ſub legato omnis marmoris continentur ſtatuæ marmoreę, & reliquę ſpecies ex marmore factę: vt in l. 1. ff. eod. & l. hæres meus, §. 1. ff. de leg. 3. latè Glo. in c. vt circa, in ver. Aliorum. de elect. Immo Panor. in c.
13 quia circa, num. 5. de priuil. ait, quòd diſpoſitio indefinita quandò continet rem, aut eſt multũ
14 præiudicialis, non extenditur ad futura. Vt ſi lego argẽtum meum; intelligitur argentum, quod erat meum tempore teſtamenti, l. ſi ita, ff. de aur. & argen. leg. & publicatis bonis alicuius, cenſentur publicata bona præſentia, non futura, l. ſi mandauero, §. is cuius. ff. mand.

Modò ad rem noſtram deuenientes, dicimus, quòd cùm Vrbis appellatione, per antonomaſiã dicatur Roma, ſtante eius Excellentia, ratione huius accidentis, dum de Vrbe in hoc canone indefinitè fit mentio, non intelligitur de omni Vrbe, ſed tantùm de Vrbe Romana: atque adeò Peregrini tantùm ad Vrbem Romæ deuenientes, vi eiuſdem canonis proteguntur, & non alij.

ADDITIO.

a Romam. Oppoſita ſententia probabilior videtur Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 11. pun. 3. ſub num. 3. in ver Dixi iuxta, &c. & rationem hanc eſſe ait, quia verſamur in materia cenſurarum, ſeu pœnali, in qua verba accipienda ſunt ſecundum arctiorem ſignificationem, c. ſtatutum, de elect. Ar Vrbis appellatione iuxta propriam, & ſtrictam ſignificationem, ea tantũ loca veniunt. quæ intra mœnia continentur, vt habetur ex Panor. in c. Rodulphus, n. 4. vbi etiã Felyn, n. 11. de reſer. Non tamen eſt recedendũ à ſententia ipſius Duar. tum quia ſumus in materia fauorabili, cùm fauore Religionis cenſura hæc lata fuerit: & propterea appellatione Vrbis, veniunt etiam ſuburbia, vt probat idem Duar. tum etiam, quoniam actio primaria, propter quam Peregrini proteguntur, eſt actio viſitandi reliquias Sanctorum intra, vel extra mœnia Vrbis exiſtentes: vndè ſatis eſt, ſi intentionẽ habeant Peregrini viſitandi Reliquias Sanctorum, quæ ſint extra mœnia, vt offendentes eos, excommunicationem iſtam contrahant.
Io. Vincent.

Ibi (*Deuotionis, seu peregrinationis*) Quinam dicantur deuotionis, seu peregrinationis causa ad Vrbem accedere. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Deuotio, est propensio quadam animi ad Deum, & res Diuinas.*
2 *Deuotionis causa Romam petere, quis propriè dicatur.*
3 *Romam petentes æquè principaliter deuotionis, ac negotiorum gratia si quis interficiat, incidit in excommunicationem huius canonis, secus autem, si principaliter negotiorum causa eò proficiscerentur.*
4 *Magis dignum trahit ad se minus dignum.*

1 REspondetur, quòd sicut Deuotio, est propensio quædam animi ad Deum, & res Diuinas, vt bene declarat Suar. tom. 2. de Relig. lib. 2. c. 6. Vbi etiam probat, deuotionem actum esse Religionis; ita is dicitur causa deuotionis ad
a Vrbem accedere, qui Religionis causa a eò se
2 confert, vt scilicet Deum veneretur, ac colat, tũ in se ipso, tum in suis sanctis, quorum Ecclesias, & sacra loca, sepulturas, & reliquias sacras, ac eorum venerandos cineres visitat.

Peregrinationis autem causa is quoque ad Vrbem venit, qui deuotionis etiam gratia illuc accedit, nam, vt ait Caiet. in ver. Excommunicatio c. 13. quem refert, & sequitur Vgol. hic sub n. 6. in fine, inter causam deuotionis, & peregrinationis nihil interest, nisi quantum ad exteriorem manifestationem: eo quòd deuotio, interior est: peregrinatio extrinsecus patet. Ex eo enim quòd quis Romam se confert, domestica negotia, & curas dimittens, & Diuinis exercitijs totum se dedicans, ob id Deo inseruiendi prompti animi indicium præbet; atque adeò deuotionis gratia ad Vrbem accedere nuncupatur. Vndè peregrinatio, propriè dicitur effectus deuotionis: nam deuotio est causa, vt iter illud quis suscipiat, & pium istud opus exerceat.

Ex hoc infertur, quòd si quis non deuotionis causa Romam se conferat, sed vt in ea magnificas illas antiquitates cernat, arma comparet, aut aliquid aliud agat, deprædantes eum in prædictam excommunicationem non incidit.

Beneuerum est, quòd si quis æquè Religionis
b ac negotij causa b in Vrbem veniat, deprædan-
3 tes illum, dictam censuram contrahunt: quoniã verba huius canonis, & ratio ei conueniunt: & beneficium Principis latissimè est interpretandum l. beneficium, ff. de constitut. Tanto fortius, quia vbi duo concurrunt, semper magis dignum trahit ad se minus dignum, ar. tex. in c. vnico, de consecr. Eccl. vel altar. Et eò magis, id verum esset vbi estò quis ob alia negotia Romã vadat, primario tamen causa deuotionis, seu peregrinationis eò proficiscitur: nam in moralibus id inspicitur, quod primario agitur, ar. tex. in l. si quis nec causa, ff. si cert. pet. & c. cum voluntate. de sent. excom. secus autem, si negotiationis causa primariò Romam proficiscatur; & secundario deuotionis gratia: alioquin quot quot ad Vrbem accederent, priuilegio huiusmodi potirentur: eo quòd nemo eò se confert, quin loca illa pia visitet. Ita Vgol. in explic. præsentis canonis, § 1. sub num. 1. ver. Octauò excommunicatio, & nos infra suo loco, Deo duce, melius explicabimus.

ADDITIO.

a Causa. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. c. 5. q. 8. & Bonac. de censur. Bull. cœn. disp. 1. q. 11. pun. 3. n. 8. 9. 10. & 11. Abb. Alex.

b Causa. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. c. 5. q. 8. Anton. de Sousa hic c. 11. num. 5. & alios apud Bonac. hoc eodem loco, disp. 1. q. 11. pun. 3. sub num. 14. vbi num. 15. docet etiam, quomodo discerni possit finis principalis à fine minus principali; & dicit, finem principalem appellari, qui est causa substantiæ actionis, seu cuius gratia fit opus, aliàs non faciendum: finis verò minus principalis coincidit cum causa impulsiua, quæ non est causa actionis, sed impellit & excitat ad agendum. Abb. Alex.

An Romipeta, seu Peregrinus, aliquod crimen vi nostri canonis prohibitum committens in personam alterius Romipetæ, seu peregrini deuotionis causa Romam similiter petentis, prædictam excommunicationem contrahat. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinus peregrinum vulnerans, si letaliter peccat vulnerando, in excommunicationem incidit, siue id agat appensatè, siue in rixa.*
2 *Vbi militat eadem ratio, militat etiam eadem iuris dispositio.*
3 *Verba: suadente diabolo: quid significent.*

IN hac re Viual. in explicatione præsentis canonis in fine, ait, quod si Peregrinus, Peregrinum in rixa vulnerauerit, iracundiæ calore motus, non incidit in excommunicationem nostri canonis; secus autem, si appensatè, & data opera vulnus in eum inflixerit: quoniam tunc excommunicationis vinculo alligaretur. Et ita iudicatum fuisse Romæ à grauissimis Doctoribus refert idem Viual.

Hæc sententia re vera nobis nõ probatur: nã quòd in rixa, vel data opera, peregrinus, peregrinum vulneret, si vulnerando peccet mortaliter; non attenditur: eo quòd nõ potest assignari differentiæ ratio, cur peregrinus, si peregrinũ data opera vulneret, in excommunicationem incidat, & non in rixa.

Vndè breuiter dicamus, quòd peregrinus vul
1 nerans peregrinum, si letaliter a peccat vulne-
a rando, supradictæ excommunicationis vinculo alligatur, siue in rixa percutiat, siue data opera,
b & appensatè b.

Probatur: nam sicut se habet clericus percu-
2 tiendo clericum ad incurrendam excommunicationem c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. ita se habet peregrinus vulnerando peregrinum ad

con-

cõtrahendam cenſuram noſtri canonis; ſed clericus percutiendo clericum, eo ipſo vi dicti canonis eſt excommunicatus, ſi percutiẽs mortaliter peccet, ſiue in rixa percutiat, ſiue data opera: ergo idem dicendũ eſt de peregrino, qui peregrinum vulnerat, vt eo ipſo quòd vulnerãdo mortaliter peccat, in excommunicationẽ noſtri canonis incidat, ſiue in rixa, ſiue data opera, vulnus ab eo fuerit illatum. Maior patet, quoniam militat eadem ratio in vtroque caſu. Vbi autem militat eadem ratio, eadem etiam militat iuris diſpoſitio, l. illud, ff. ad l. Aquil. & latè habetur ex Panor in c. 1. num. 8. de iur. calum. Minor probatur, quoniam in tex. in d. c. ſi quis ſuadente diabolo, illa verba: *Suadente diabolo*, non
8 ẽnotant, quòd ad incurrendam excommunicationem dicti canonis, requiratur percuſſio clerici ex propoſito, & appenſatè, & quòd ſatis nõ ſit, quòd in rixa percutiatur clericus; ſed illa verba ſignificant, vt is, qui clericum percutit, ſit capax peccati mortalis, ideſt quòd habeat iudicium ad peccatum mortale committendũ: eo quòd excommunicatio maior, non niſi ob peccatum mortale incurritur: vt in c. nemo, 11. q. 3. Vndè eo ipſo, quòd percutiens clericũ peccat mortaliter, alligatur cenſura dicti canonis, ſiue percuſſio data opera, ſiue in rixa illata fuerit: vt bene declarat Sayr. lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 26. n. 3. Steph. de Auil. in ſuo tract. de cenſur. p. 2. c. 5. diſp. 3. dub. 10. & Suar. eod. tract. diſp. 22. ſec. 2. ſub num. 5.

Nec obſtat id, quod dicit Vial. nempe, quòd iuxta ſuam ſententiam vidit Romæ iudicatum fuiſſe à doctiſſimis viris: quoniam illa ſententia potuit eſſa vera tempore Grego. XIII. Ex quo idem Vial. refert canone præcedenti, n. 2. à dicto Romano Pontifice in codẽ canone excommunicari ex propoſito interficientes, vel mutilantes Romipetas, ſeu Peregrinos ad Vrbem deuotionis cauſa venientes. Quæ dictio: *Ex propoſito*, cùm hodie ſublata fuerit, canon iſte generaliter eſt intelligendus: atque adeò, vt comprehendat Romipetas, & Peregrinos vulnerantes, non modo ex propoſito, & data opera; ſed etiam in rixa.

ADDITIO.

a Letaliter. Dummodò non ſit vulnuſculum, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, q. 2. litt. c. Quam concluſionem puto veram, ſiue Peregrinus Peregrinũ vulneret, vt peregrinus eſt; ſiue ob particulares inimicitias, vt patet ex ijs, quæ cumulauit Duard. infra, quæſt. 10. ſub num. 2. & ſeq. vbi etiam contrariam ſententiam ait eſſe probabilem. D. Cæſar.

b Appenſatè. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. num. 123. & Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 11. pun. 2. ſub num. 3. vbi contraria ſoluit. Abb. Alex.

An committens crimen aliquod, vi noſtri canonis prohibitum, in accedẽtem Romam, non deuotionis, ſeu peregrinationis gratia, ſed ad adimplendum votum aliquod in excommunicationem ſupradictam incidat Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Opera facta cum voto, ſunt magis meritoria, quàm ex ſola voluntate prouenientia.*
2 *Deuotio eſt affectus generalis ad prompte exequendum omnia, quæ ſunt Diuini cultus: & propterea differt ab alijs affectibus circa particulares cultus.*
3 *Deuotio eſt actus Religionis.*
4 *Votum adimpletio, eſt actus Religionis.*
5 *Deuotio, votum adimpletio, & peregrinatio, licèt ſint deuotionis actus, tamen inter ſe ſunt eſſentialiter diſtincti.*
6 *Votum adimpletio, an, & quando imperentur à deuotione.*
7 *Vulnerans, aut occidens Romipetam à deuotione minimè ductum, nec ad illam acquirendam inductum, in excommunicationem non incidit: eſto quòd votum adimplendi gratia Romam petat.*
8 *Vulnerans, aut occidens Romam petentem principaliter votum adimplendi cauſa, & minus principaliter cauſa deuotionis acquirendæ, excommunicationem non contrahit.*
9 *Vulnerans, aut occidens Romam petentem votum adimplendi gratia, à deuotione tamen ductum, aut ad illã comparandam inductum, excommunicationem iſtam incurrit.*
10 *Fines plures principales habere quis poteſt in aliquare agenda.*

IN hac re Vial. in explicatione præſentis canonis, ſub n. 8. in ver. Ibi cauſa peregrinationis: tenet partem affirmatiuam: atque adeò vulnerans petentem Romam, non ex pura deuotione, ſed voto conſtrictum, & quaſi timore pœnæ, incidit in excõmunicationem d. canonis.

Probat ſuam ſentẽtiam primò, quoniam ad-
1 impletio voti, iuſta & pia cauſa eſt, quamuis talis non ſit deuotione motus.

Secundò, quia plus meritoria ſunt opera facta cum voto, quàm ex ſola voluntate prouenientia: vt ait D. Tho. 22. q. 88. ar 6. & opuſc. 17. c. 12. Gloſ. in clem. 1. de reliq. & vener. ſect. Nauar. in man. c 12. n. 32. & alij.

His tamen non obſtantibus contrariam ſen-
2 tentiam puto veriorem eſſe. Pro cuius explicatione eſt annot. quòd deuotio vere, propriè, ac formaliter ſumpta, eſt affectus quidam generalis ad promptè exequendum omnia, quæ ſunt diuini cultus.

Vndè differt ab alijs affectibus circa particu-
3 lares cultus: nam generalis ille affectus prouenit ex conſideratione Diuinæ excellẽtiæ, & debitę ſubiectionis ad ipſum; alij verò affectus ad particulares cultus, nempe ad orandum, ad vouẽdum, &c. proueniunt ex illo generali affectu ad promptè exequendum omnia, quæ ſunt Diuini cultus. Item generalis ille actus, dicitur formaliter Religionis: quoniam ab illa eſt immediatè elicitus, & per ſe nõ eſt ex alio priori actu eiuſdem virtutis, cùm ipſe ſit primus, ſed potius ipſe comparatur ad alios affectus particulares Diuini cultus ad modum principij vniuerſalis mouentis: at verò affectus illi ad particulares cultus, puta ad orandum, meditandum, vouendum, & ad alia huiuſmodi, ſunt particulares affectus, ex illo generali affectu prouenientes, atque adeò non ſunt formaliter deuotiones, ſed habent ſua propria nomina, ſeu ſpecies, ad quas

pertinent. Vt affectus ad orationem, comprehenditur ſub oratione: affectus ad pœnitentiã, ſub pœnitentia,& ſic de aliis. Nominantur tamen deuotiones ſecundum quandam rationẽ, vel participationem.

Imò aliquando à Doctoribus ſacris oratio appellatur deuotio,& è contra deuotio oratio. Et pœnitentiæ aliquando tribuitur deuotio. Sed hæc omnia non ſunt intelligenda de deuotione formaliter,ſed tãtùm cauſaliter. Vndé deuotio dicitur oratio,quia illam cauſat: & è contra oratio eſt deuotio: quoniam cauſatur interdum ab oratione. Sic etiam pœnitentia, dicitur deuotio cauſaliter; quoniam ex compunctione cordis, & corporis afflictione ſolet deuotio generari,vt bene declarat Suar.de Relig.lib.2.de orat.ment. ac deuot.c.7.

Secundò eſt annot. quòd ſicut deuotio eſt
4 actus Religionis, vt ſupra diximus,ita etiã voti adimpletio,vt idem Suar. declarat, de Relig. lib.1.de eſſent.& honeſt.vot.c.15.num.9. Non tamẽ dicitur adimpletio voti actus elicitus Religionis;ſed imperatus,iuxta illud Eſai.c.19. *In illo die cognoſcent Aegyptij Dominum, & colent eum in hoſtijs, & muneribus, & vota vouebunt, & ſoluent*. Imò ipſa quoque peregrinatio poteſt dici Religionis actus: nam cùm peregrinus is propè dicatur, qui deuotionis cauſa viſitat Apoſtolorum limina, & alia ſacra loca;dum viſitat, Deũ adorat, & colit in ſe,vel in ſanctis ſuis.

Eſt tamen verum, quòd licèt deuotio, voti
5 adimpletio,& peregrinatio quatenus ſaltem includunt adorationem,ſint actus Religionis; illi tamen actus ſunt inter ſe eſſentialiter diſtincti: quoniam deuotio dicit promptitudinẽ ad omnem Dei famulatum: & adimpletio voti dicit actũ fidelitatis erga Deum; eo quòd per adimpletionem voti,adimpletur promiſſio,quæ per votum fit Deo de meliori bono. At verò peregrinatio, cùm terminetur ad viſitanda Apoſtolorum limina, & alia loca ſacra,quæ ſemper eſt coniuncta cum aliqua adoratione, & oratione vocali, conſiſtit in externo Dei cultu; in genuflexione.ſ.manuum elevatione,in oratione,&c.

Tertiò eſt annot.quod tam peregrinatio,quã
6 voti adimpletio quandoque imperantur à deuotione: & quandoque nõ imperantur à deuotione,ſed fiunt ad comparandam deuotionem. Et quãuis peregrinatio ſtrictè ſumpta nunquã poſſit eſſe,niſi ſit, vel imperata à deuotione, vel facta ad acquirendam deuotionem;nihilominus adimpletio voti fieri poteſt abſque eo, quòd imperetur à deuotione, nec ad acquirendam deuotionem;ſed aliquis poteſt illud adimplere ſola oeceſſitate compulſus; nempe ad euitandum peccatum mortale, alias nõ ſoluturus. Vel Romam petere principaliter voti cauſa adimplendi;& minus principaliter cauſa deuotionis. His annotatis, ſit

Prima Concluſio.

7 VVlnerans,aut occidens Romam petentem, à deuotione minimè ductum, nec ad illam acquirendam inductum; ſed voti adimplendi gratia compulſum;licèt mortaliter peccet;non tamen incidit in excommunicationem noſtri
8 canonis.

Probatur quoniam eſtò,quòd adimpletio voti ſit actus Religionis, ſicut deuotio; nihilominus,iſti duo actus eſſentialiter inter ſe differũt, vt ſupra probauimus in ſecundo not. Qua propter excommunicatio vi noſtri canonis lata cõtra vulnerantes,occidentes,&c. Peregrinos, & Romipetas, ad Vrbem accedentes deuotionis gratia,non debet extendi contra vulnerantes, ſeu occidentes Romam petẽtem,non deuotionis,ſed voti tantùm adimplendi cauſa:eo quòd excommunicatio, cùm ſit pœna, non patitur extenſionem,vtſæpe diximus.

Idem videtur dicendum,ſi quis vulneret Ro
8 mam adeuntem principaliter voti adimplendi cauſa; & minus principaliter cauſa deuotionis acquirendæ:quoniam iſte non dicitur formaliter peregrinus,ſeu Romipeta: Etenim peregrinus, ſtricto modo ſumptus, dicitur,qui deuotionis gratia principaliter,viſitat Apoſtolorum limina,& alia loca Sacra.

Secunda Concluſio.

9 VVlnerans, vel occidens Romam petentem voti adimplendi gratia;à deuotione tamẽ ductum,aut ad illam comparandam ioductum, ſupradictam excommunicationem contrahit.

Probatur,quoniam vi noſtri canonis excommunicantur vulnerantes, occidentes,mutilantes,&c. Romipetas,ſeu Peregrinos, ad Vrbem cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis accedentes, &c. Modò,qui voti adimplendi gratia Romam petit à deuotione ductus,vel ad eandem acquirendam inductus,verè dicitur ad Vrbem accedere cauſa deuotionis: nam æque principaliter intendit adimplere votum,& deuotionem acquirere,ſi à deuotione non fuit ductus. Etſi à deuotione fuit inductus ad votũ ipſi adimplẽdum,verè Romam pergit deuotionis cauſa: exquo cauſa adimplendi votum fuit deuotio.

Dixi, ſi æquè principaliter intendit votum
10 adimplere,& deuotionem acquirere quando à deuotione non fuit inductus; quoniã aliquis in aliqua re agenda poteſt habere duos fines principales: vt bene docet Abb.in c.cùm nuncius, num.1. de teſtib.& latè Dec. & Doct. in c.cùm ceſſante,de appell.

Reſtat modò,vt ad argumenta reſpondeamus.

AD primum dicimus, quòd quamuis adimpletio voti, ſit pia, & iuſta cauſa; tamen ſi adimplens votum,nullo modo deuotione ad illud adimplendum fuit motus,vi noſtri canonis non protegitur:quoniam ipſe canõ excommunicat vulnerantes Romipetas, ſeu peregrinos, ad Vrbem cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis accedentes. Qui autem Romam pergit non ex cauſa deuotionis;ſed tantùm voti adimplendi gratia, non accedit cauſa peregrinationis, quia peregrinatio includit deuotionem,ergo vi dicti canonis non protegitur: eo quòd in pœnalibus non fit extenſio.

Ad ſecundum negatur conſequentia,quoniã argu-

argumentum nihil aliud concludit, nisi quòd qui Romam se confert voti adimplendi gratia, plus meretur, quàm sola deuotione inductus. Sed non ex hoc sequitur, excommunicationem nostram debere extendi, cùm in pœnalibus, non fiat extensio.

ADDITIO.

a Canonis. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 5. num. 120. Alter, hic, disp. 1. c. 1. ad fin. & Bonac. hoc eodem loco, disp. 1. q. 11. pun. 3. contrarium sentientes: quia Peregrinus, qui Romam venit voti adimplendi causa, aut pœnitentiæ adimplendæ secundum communem loquendi modum dicitur Romam accedere causa deuotionis, seu deuotam peregrinationem suscipere. Quæ quidem opinio licèt sit probabilis; sententia tamen Duardi nobis videtur probabilior: tùm quia negatur ille communis loquendi vsus: siquidem is propriè moueri à deuotione dicitur qui nullo iure cogente mouetur ad peregrinationem; at qui adimplendum votum, vel pœnitentiam peregrinatur, etiam secundum communem loquendi modũ, non censetur moueri à deuotione; sed potius ab obligatione diuina de adimplendo voto, & ab obligatione confessarij de pœnitentia adimplenda: tùm etiam propter rationem ab ipso Duardo hoc loco allatam. Abb. Alex.

An committens crimen aliquod ex supradictis contra accedentem ad Vrbem, non modò deuotionis gratia, sed etiam animo negotiandi in Curia, incurrat vnam, vel plures excommunicationes. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerans, aut occidens Romipetam, Vrbem petentem principaliter negotiorum gratia, et minus principaliter causa deuotionis, in excommunicationem non incidit: secus autem, si principaliter.*

2 *Vulnerans, aut occidens Romipetam, Romã petentem æquè principaliter deuotionis, ac negotiorum gratia, incidit in duas excommunicationes.*

PRo determinatione huius difficultatis, est considerandum, quòd aut quis principaliter accedit Romam animo adeundi Curiam negotiorum causa, & minus principaliter deuotionis, seu peregrinationis gratia: aut è contra principaliter se cõfert ad Vrbem ex causa deuotionis, & minus principaliter propter negotia: aut æquè principaliter se confert deuotionis, & negotiationis causa vt supra. His annotatis, sit

Prima Conclusio.

1 VVlnerans, aut occidens aliquem peregrinũ, seu Romipetam, accedentem ad Vrbem principaliter causa negotiorum in Curia; & minus principaliter deuotionis gratia, non incidit in excommunicationem nostri canonis; sed in excommunicationem canonis precedentis dũtaxat, & sic vnam tantùm excommunicationem contrahit. Hæc conclusio est Vitul. in explicatione præsentis canonis, sub num. 8. in ver. Ibi causa peregrinationis.

Probatur, quia accessus ille minus principalis deuotionis gratia, accedit intentioni principali adeundi Romam propter negotia: modò accessorium sequitur naturam sui principalis: vt in c. accessorium, de reg. iur. in sexto.

Secunda Conclusi

VVlnerans, aut occidẽs peregrinum, seu Romipetam, accedentem ad Vrbem principaliter deuotionis gratia, & minus principaliter propter negotia, incidit, in excommunicationem nostri canonis tãtùm, & non in aliam. Hæc conclusio est etiam de mente Vitul. loco citato: & eodem modo probatur.

Tertia conclusio.

2 VVlnerans, aut occidẽs peregrinum, seu Romipetam, æque principaliter accedentem ad Vrbem deuotionis, ac negotiorum causa in a Romana Curia, incidit in duas a excommunicationes, nempe in illam, quæ continetur in canone præcedẽti, & in illam nostri canonis. Probatur, quoniam venit contra vtrumque canonẽ: & aliquis potest habere plures fines principales pro vna, & eadem actione: vt supra diximus ex Panor. in c. cùm nuntius, n. 1. de test. & Dec. & alijs in c. cùm cessante, de appellat.

Imò, si vt supra vulneratus est clericus, vulnerans, tres excommunicationes contrahit, duas supradictas, & aliam, quæ habetur in c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. vt supra probauimus can. præcedenti, q. 29.

ADDITIO.

a Duas. Hanc sententiam licèt probabilem esse dicat Bonac. de censur. Bull. cœn. disp. 1. quæst. 11. pun. 3. sub num. 16. oppositam tamen opinionem putat esse veriorem, vbi offensus non esset clericus: quoniam tunc non dupli-duplicem; sed vnam tantùm contraheret excommunicationem: nam putat, vnicam esse transgressionem, ex eodem motiuo prohibitã: siquidem Romanus Pontifex ex eodem motiuo securitatis intendit consulere, & prospicere, accedentibus ad Vrbem causa negotiorum, & causa deuotionis, vt singulis ad Vrbem, vel ad Curiam securus, & liber pateat aditus. Quæ quidem sententia licèt sit probabilis, & æquior; nihilominus in rigore prior videtur verior: nã excommunicatio præcedentis canonis fertur pro vna causa; & hæc pro alia: prior habet pro fine fauorem negotiantium in Curia; & posterior habet pro fine Dei cultum, & Sanctorum venerationem: qui fines principaliores sũt motiposecuritatis. Abb. Alex.

An

An committens crimen aliquod ex prædictis in peregrinum, seu Romipetam, non vt talem, sed vt particularem sibi inimicum, incidat in excommunicationem nostri canonis. Q. 10.

SVMMARIVM.

1 *Occidens, aut vulnerans Romipetas, aut peregrinos, nō vt tales sunt, sed vt particulares inimicos, aut ex alia causa, de incidat in excommunicationem huius canonis, declaratur.*

2 *Clericum percutiens, non vt clericum est, & in odium clericalis ordinis, sed propter particularem inimicitiam, aut alia ex causa, contrahit excommunicationem c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4.*

3 *Exceptio firmat regulam, in casibus non exceptis.*

4 *Similitudo satis est, quod in vno, aut pluribus verificetur.*

5 *Canon si quis suadente diabolo, 17. q. 4. fuit editus non solum fauore Clericorum, sed etiam fauore Ecclesiæ, ac totius ordinis clericalis.*

6 *Clericum percutere, crimen publicum est: & propterea cuilibet de populo competit prò eo vindicta.*

7 *Clericum percutiens volentem, & patientem incidit in excommunicationem text. in c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4.*

8 *Iniuria non fit volenti, & patienti.*

9 *Iniuriam inferre nemo potest sibi ipsi.*

10 *Vulnerans, aut occidens peregrinum in adulterio cum vxore deprehensum, aut cum matre, sorore, aut filia turpiter peccantem, excommunicationem non contrahit. Idem dicendum est de mulere vulnerante peregrinum, illam violare volentem, et quæ dicuntur circa rem hanc de peregrino, militant quoque in clerico.*

IN hac re Vital. in explicatione præsentis canonis, sub n. 8. in ver. Quartò noto, videtur
1 tenere partem negatiuam: nam ab excommunicatione dicti canonis excusat omnes, quos à censura præcedentis canonis excusauit. In præcedenti verò canone, n. 12 in fine, immunes effecit ab eius excommunicatione nonnullos, & signanter quos enumerauit supra canone. 8. in quo, n. 12. excusat ab illius excommunicatione illum, qui ob particulares inimicitias interficit in itinere inimicum suum deferētem victualia, vel merces Romam: quia nō interficit eum, vt portantem, sed vt inimicum. ergo eodem modo videtur excusare ab excōmunicatione nostri canonis interficientem Romipetam, seu peregrinum, non vt talem, sed vt particularem sibi inimicum: eo quòd hoc loco excommunicātur, non quocunque modo interficientes, vulnerantes, &c. Romam petentes, sed offendentes illos, vt Romipetæ, ac peregrini sunt, ideſt sub hac ratione, quia Romam petūt de uotionis, seu peregrinationis gratia.

Secundò vi d. canonis octani excommunicātur inuadentes, seu perturbantes eos, qui deferunt victualia, & alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria, non quocunque modo, & quocunq; animo, sed quatenus inuadunt, aut perturbant illos animo impediendi, ne hæc ad Romanam Curiam deferantur: quoniam voluntas & propositum distinguunt maleficia. Ita ex Nauar. Vival. & alijs docet Sayr. in explicatione d. can. 8. lib. 3. Thes. tom. 1. c. 12. n. 4. Ergo eodem modo videtur dicendum in casu nostro, vt vi præsentis canonis excommunicentur offendentes Romipetas, & peregrinos, nō quacunque ex causa, aut intentione; sed ex eo dumtaxat, & ob eā causam, ne Romam se conferant deuotionis causa: atque adeò si quis eos interficiat, ob particulares inimicitias, non incidit in dictam excommunicationem.

Hæc sententia re vera probabilis est: & pro
2 ea faciūt, quæ supra annotauimus canone præcedenti, q. 32. Nihilominus contraria sententia non est improbabilis: nam qui cognoscens aliquem esse clericum eundem percutit, licèt illū non percutiat, vt clericum, nec in odium ordinis clericalis; sed vt inimicū; nihilominus si iniustè percutiat, incidit in excommunicationem c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. ergo qui cognoscit aliquem esse peregrinum, seu Romipetam, & eundem vulneret, estò quòd illum non vulneret, vt peregrinum, & vt petentem Romā deuotionis causa; sed vt particularē sibi inimicum, si iniustè vulneret, incidit in excommunicationem nostri canonis. Antecedens patet; quoniam percutientes clericum, non excusantur ab excommunicatione d. c. si quis suadente diabolo, nisi duplici ex capite, nempe quando iustè illum percutiunt, aut probabiliter ignorant esse clericum: vt latè habetur ex Turrecrem. & alijs in d. c. si quis suadente, Suar. de cēsur. disput. 22. sect. 1. Sayr. lib. 3. Thes. cap. 27. Sylu. ver. excommunicatio. 6. num. 6. & alijs: ergo in alijs casibus restat firma regula: quoniā exceptio firmat regulam in casibus non excep-
3 tis, c. Dominus, 32. q. 7. cap. dixit Dominus, 32. q. 1. Abb. in c. 2. de coniug. lepr. & in c. nostra, vbi etiam Ant. de Butr. de sepult.

Confirmatur quia ad incurrendam excommunicationem dicti can. satis est si iniuria clericus afficiatur, nec distinguitur, an afficiatur, vt clericus, vel vt inimicus, vt per Doctores supra citatos, & præcipuè Suar. nu. 24. ergo idem dicendum est in casu nostro, nempe, vt vulnerans peregrinum, vt sibi inimicum, & nō vt peregrinum; si iniustè vulneret, incidat in excommunicationem nostri canonis: quia militat eadē ratio in vtroque casu, cùm prohibeātur actiones hic quatenus iniuriosæ sunt peregrinis: sicut in canone præcedenti in terminis illius notat Suar. ibi in princ.

Nec obstat si dicatur, quòd ex hoc sequeretur, quòd sicut clericus percutiens se ipsum, est excommunicatus, aut percutiens clericum volentem, & patientem, ab excommunicatione nō excusatur: ita Romipeta, seu peregrinus se ipsū percutiens, aut alius illum volentem, & patientē vulnerare: quoniam respondetur, quod similitudo inter clericum, & peregrinum nō est necesse quòd verificetur in omnibus: quia simili-
4 tudo satis est si verificetur in vno, aut pluribus, cùm sit vnius ad vnum, vel ad plura facta comparatio: vt bene docet Abb. cum additis ad ipsum in c. inter corporalia, sub n. 12. in uer. Nullum simile, de Transl. Episc. Quocirca similia non debent in omnibus comparari, aliàs essent eadem, ex quo nihil simile est idem, l. quod Nerua, ff. de pos.

Vndè

Vndè respondendo ad argumentum, dicitur
5 quòd eo casu diuersa militat ratio: nam priuilegium, d.c. si quis suadente diabolo, non tantùm fuit cõcessum fauore clericorum, sed etiam fauore Ecclesiæ, & totius Ordinis clericalis: eo quòd iniuria facta clerico censetur facta Christo, & toti Ecclesiæ, cuius est ipse caput, dicente per prophetam Domino. *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei*, &c. acensatio, il s. 2. q. 7. c. quisquis, 8. q. 1. & Bal. in l. si quis in hoc genus, C. de Episc. & cler. Hinc huiusmodi crimen dicitur publicum, & cuilibet de populo competit de-
6 eo vindicta: vt latè Maran. in sua pract. p. 6. in ver. Et peruenitur: n. 142. & 143. Quo circa, si remittatur iniuria à clerico offenso, non censetur remissa illa, quæ facta est Deo, & toti Eccle-
7 siæ; nimirum igitur, si clericus percutiens se ipsum, est excommunicatus, sicut alius illum percutiens, etiam volentem, & patientem: quoniã,
8 licèt volenti, & patienti non fiat iniuria, l. nemo videtur. ff. de iniur. & consequenter clericus, vt persona priuata non dicatur pati iniuriam; tamen quia iniuria infertur toti Ecclesiæ ac Deo, hanc pati clericus nõ potest: vt ex Caiet. & alijs diffusè docet Sayr. lib 3. Thesaurom. 5. c. 26. num. 18. 59. & 20. At verò priuilegium vi nostri canonis concessum Romam petentibus deuotionis causa, concernit tantùm eorum personas, & nõ ipsam Ecclesiam; nempe, vt securè, & sine aliquo impedimento possint Romam petere, & suas deuotiones adimplere. Vndè afficiens illos iniuria, illos dumtaxat lædit, & non totã Ecclesiam & propterea si peregrinus se ipsum vulneret, non est excommunicatus: sicut nec alius, qui ipsum volẽtem, ac patientem mutilet: quia volenti, & patienti nulla fit iniuria, vt supra di-
6 ximus. Et sibi ipsi nemo potest iniuriam inferre: vt per Arist. 5. Ethic. c. 15. & latè Azor. lib. 1. inst. moral. p. 3. c. 8. Cùm igitur diuersa sit ratio in supradictis casibus, ex diuersis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minor. Nam sicut, vbi est eadem ratio, eadem etiam est iuris dispositio, vt in c. fin. 9. in alijs, & il. Abb. n. 53. vt lit. non contest. & in c. quoniam frequenter, n. 6. eod. tit. ita è contra vbi militat diuersa ratio, vt diximus.

Non tamen est ita dicendum, vbi quis vulne-
10 raret peregrinum cum vxore in adulterio de-
b prehẽsam, *b* aut cum matre, sorore, aut filia turpiter peccãtem, aut mulier similiter eũdem illam violare volentem: nam his casibus excusarentur ab excommunicatione nostri canonis, etiam si illum occiderent: sicut in eisdem casibus excusatur interficiens clericum ab excommunicatione d. cap. si quis suadente: dummodo incontinenti fiat vulneratio, seu occisio: vt in cap. si verò, il t. & c. ex tenore, de sent. excom. quoniam militat eadem ratio: eo quòd sicut mulier percutiens clericum ipsam violare volentem, iustè percutit ad defensionem propriæ honestatis: ita etiam & eadem ratione iustè vulnerat peregrinum contra propriam pudicitiã irruentem.

Et sicut iustus dolor excusat vulnerantem, aut interficientem Clericum in adulterio cum vxore deprehẽsum, aut cum matre, filia, aut sorore turpiter se habentem, ar. tex. in l. Gracchus. ad l. Iul. de adult. l. si adulterium, §. Imperatores ff. eod. & l. t. §. fin. ff. ad l. Corn. de Sicar. quoniã tex. in d. c. si verò, non videtur statuere specialiter in odium clerici fornicantis: sed specialiter fauore percutientis, dummodo percussio fiat incontinenti: & consanguinea, quæ fornicauerit non sit inferioris gradus ab enumeratis: eo quòd iura percussionem huiusmodi reputant factam à tali persona, vehementi passione compulsa, & non iudicant illam violentam oppressionem; sed potius humanam quandam defensionem: vt bene docet Suar. loco supra citato, n. 34. & 35. Ita etiam dicendum est pro eisdem causis de vulnerante, aut occidente peregrinũ.

Vndè qui hanc opinionem defendere vellet, ad contraria posset respondere. Nã quoad primum dici potest, quòd licèt Viual. secundum rationem, quam allegat videatur tenere cõtrariam sententiam, dum ait: quòd non interficit eum, vt portãtem, sed vt inimicum; tamẽ ratio illa non videtur cõuincere: quoniam illa excõmunicatio, cùm sit lata contra impedientes deferentes victualia, & alia necessaria ad vsum Romanæ Curiæ, ad incurrendam illam excommunicationẽ satis est, vt iniustè illos impediãt; nec consideratur, si lædant illos, vt deferentes, aut vt inimicos.

Vel secũdò, & melius responderi potest, quòd excommunicatio d. can. 8. fuit lata principaliter in fauorem Romanæ Curiæ, eiusdemque fauorem respicit, ne scilicet impediantur deferentes ad eam victualia, & alia ad eiusdem vsũ necessaria, vt ex tenore dicti canonis colligitur; nimirum si illius vigore excommunicantur inuadentes, seu perturbãtes eos, qui deferunt victualia, & alia, ad vsum Rom. Curiæ necessaria, non quocunque modo, & quocunque animo, sed quatenus inuadunt, aut perturbant illos animo impediendi, ne ad Romanam Curiam illa deferantur. At excõmunicatio præsentis canonis fuit principaliter lata in fauorem peregrinorum, & petentium Romam deuotionis causa: meritò igitur, mutilans, uulnerans, aut occidens quocunque modo iniustè peregrinos, incidit in excommunicationem; nec inspicitur, si ut inimicos illos percutiant, uel ut Romam petentes deuotionis gratia. Et sic patet etiam responsio ad secundum argumentum. Nihilominus, quia ad argumentum de percutiente clericum, potest responderi eodem modo, quo ad illud respondimus supra, q. 31. can. præcedenti; idcirco hanc sententiam non defendimus simpliciter, sed probabilem tantùm iudicamus; ita vt contraria non sit improbabilis. Tantò fortiùs, quia mitior est, uidetur esse de mente Nauar. Viual. & aliorum, quos refert Sayr. loc. cit.

ADDITIO.

a Est. Adde Reginald. lib. 9. suæ prax. c. 59. nu. 311. Alter. de cẽsur. lib 5. disp. 5. t. c. 1. ad fin. uer. Neque opus est: & Bonac. de censur. Bull. cœn. disp. 1. quæst. 5. pun. 3. sub num. 3. in fin. Abb. Alex.

b Deprehensum. Non tamen Peregrinum occidens, aut uulnerans cum alia quàm propria uxore deprehensum excusatur ab excommunicatione huius canonis, ut habetur ex Bonac. de

de cenſur. Bull. cœn. diſput. 1. q. 11. pun. 3. n. 4. in fin. Abb. Alex.

Ibi (*Accedentes, & in ea commorantes &c.*) An Romæ domicilium habentes, ſi extra Romam reperiantur, & eam petant deuotionis tantùm gratia, gaudeant beneficio noſtri canonis. Q. 11.

SVMMARIVM.

1 *Romipetæ, quamuis Romæ domicilium habeant, ſi vulnerantur dum Romam ſe conferunt deuotionis gratia, vulnerantes incidunt in excommunicationem huius canonis.*

2 *Domicilium eſt duplex, originis ſcilicet, & habitationis.*

3 *Domicilium originis, non dicitur locus vbi quis natus eſt, tempore quo parentes eius ibi aderant ad tempus negotiationis gratia, aut alia ex cauſa.*

4 *Natus extra parentum domicilium, natus fingitur, vbi parentes domicilium fortiebantur.*

5 *Domicilium habitationis contrahitur ſtatim, ac quis incipit alicubi habitare, animo ibi perpetuò manendi.*

6 *Domus ſola, non eſt ſufficiens domicilium conſtituere.*

7 *Habitationem habere quis dicitur in aliquo loco, in quo habitat animo in eo permanendi pro maiori parte anni.*

8 *Habitatio non comparatur per breuem commorationē in aliquo loco, animo redeundi ad proprium domicilium: ſed ſic ſe habens, dicitur peregrinus.*

9 *Vulneranter Romipetas extra Romam habitationem habentes, & Romæ quoque domicilium, an et quando incidant in excommunicationem huius canonis. Et quid dicendum ſit de his, qui vagantur.*

IN hac re Vgol. in explicatione præſentis canonis, §. 2. in fine, & in uer. Et in eo morantes: uidetur tenere partem negatiuam: quoniam iſti nec Romipetæ dici poſſunt, nec peregrini; ſed Ciues Romani.

His tamen non obſtantibus, in contrarium
1 eſt ueritas; atque adeò, quamuis aliqui domicilium Romæ habeant, & eam petant deuotionis gratia; nihilominus beneficio noſtri canonis gaudebunt; ita ut uulnerantes, aut occidentes eos, incidant in excommunicationem d. canonis.

Pro cuius rei explicatione, eſt annot. primò
2 quòd domicilium eſt duplex originis ſcilicet; & habitationis. Domicilium originis dicitur quis ſortiri in eo loco, ubi naſcitur: dummodo parētes eius tempore eiuſdem ortus, ibi domicilium habeant: quoniam ad conſtituendū domiciliū originis, nō ſatis eſt natum eſſe aliquem ni Op-
3 pido, in quo parentes domiciliū non habeant; ſed ad tempus aderant negotiationis, aut alia ex cauſa: tunc enim non erit loci originarius, in quo natus eſt, ſed natus fingitur, ubi parentes
4 habitationis domicilium ſortiebantur: ut habetur ex tex. in l. filios, C. ad Municip. lib. 10. & l. Ciues, in fin. C. de incol. eod. lib. Et mater, propter animum reuertendi, quem habebat ad proprium domicilium, fingitur ibi ſemper fuiſſe, & ita peperiſſe, l. 1. & l. retro, ff. de capt. Panor. in c. Rodulphus, num. 9. & ibidem Felin. nu. 14. de reſcript.

Domicilium verò habitationis contrahitur
5 ſtatim, ac quis incipit alicubi habitare, animo ibi perpetuò manendi: vt in l. domicilium, ff. ad Municipal. Vndè ad domicilium habitationis cōparandum duo copulatiuè requiruntur, nēpè habitatio inchoata, & animus perpetuò habitandi: vt bene docet Felin. in c. dilectus, il 2. n. 11. & 12. ver. Secundus caſus: & ver. Secundò limito, de reſcr. Rot. Rom. in nouiſ. p. 2. dec. 150.
6 n. 4. & ſub n. 6. Et propterea ſola domus, non eſt ſufficiens domicilium conſtituere, vt habetur ex Inn. in c. ex parte, de for. comp. & Syl. in ſum. in ver. Domicilium, nu. 1. & 2. ſicut nec ſola habitatio; quam is in aliquo loco habere dicitur, vbi non animo perpetuò cōmorandi habitat, ſed poſt certum tempus ad proprium domicilium reuerſurus. Huiuſmodi ſunt ſcholares, mercatores, ſollicitatores in Curia, mercenarij, & ij, qui cauſa peſtis, aut belli fugiunt, illis ceſſantibus redituri; & alij ſimiles. Ita Felin. loco citato, & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez lib. 3. de matr. ſub nu. 11. in ver. Quarta, &
7 n. 14 vbi ex Tiraquel. etiam inquit, quòd in eo loco habitare quis dicitur, vbi pro maiori parte anni commoratur, aut incipit habitare animo commorandi per maiorem partem anni: vt quia domum conduxit, vel officinam.

Dixit pro maiore parte anni, quoniā ſi quis
8 aliò petit breui ad proprium domicilium rediturus, non cenſetur ibi comparaſſe habitationem, ſed habetur tanquam peregrinus: vt in c. is qui, de ſepult. in ſexto.

Differt autem domicilium originis à domicilio habitationis in hoc, quòd illud eſt immutabile: eo quòd domicilium originis eſt naturale, & naturalia ſemper permanēt: vt in l. aſſumptio, ff. ad Municip. & l. origine, C. de Municip. atque ideo, quamuis ſubditus ratione originis, domiciliū habitationis transferat; nihilominus nō deſinit eſſe ſubditus: quia domiciliū originis nunquam deperditur: vt per Abb. in c. propoſuiſti, nu. 7. de for. comp. At verò domiciliū habitationis eſt mutabile: nam per translationem habitationis in alium locum cum animo perpetuò ibi manendi, deperditur prius domiciliū, & acquiritur nouum: quia omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, c. t. de reg. iur. latè Sanchez loco citato: ſub num. 2. cum plur, ſeq.

Secundò eſt annot. quòd ſunt aliqui, qui in vno loco domicilium, vel habitationem habēt: & in alio loco ita commorantur, vt in eo nec domicilium, nec habitationem habeant. Vt ſi quis ex loco domicilij, vel habitationis ſe aliò transferat recreationis, aut deuotionis, gratia, poſt breue tempus ad proprium domicilium, aut ad habitationē reuerſurus: vt in d. c. is qui, de ſepult. in ſexto.

Alij ſunt, qui habitationem tantùm habent in aliquo loco; nullibi tamen domicilium: præterquam illud originis: vt ſi quis priſtinum domicilium omnino deſerens, aliò ſe conferat, ibi per maiorem partem anni permanſurus: iuxta ea, quæ ſupra annotauimus.

Alij

Alij in vno loco domicilium habent, & in alio habitationem. Vt ſi quis in vno loco cœperit habitare animo in eo perpetuò commorandi: & deinde retento eodem animo, in alium locũ ſe transferat per maiorem partem alicuius anni ibi permanſurus.

Quidam ſunt, qui in duobus locis duo habẽt domicilia, vt cùm quis in vtroque loco æqualiter eſt inſtructus; ideſt habet omnia neceſſaria ad vſum: & æqualiter commoretur animo perpetuò commorandi: alterum ſcilicet hieme, & alterum æſtate inhabitans. Vt ſe habent nobiles Ianuenſes: vt per Syl. in ſum. in ver. confeſſor. 1. n. 10. in fine, & Sanchez lib. 3. de matr. diſp. 24. ſub n. 3. Et non habet animum perpetuò commorandi, & ſit ſimiliter æqualiter inſtructus, & eodem modo habitet, dicitur habere duplicem habitationem, vt patet ex his, quæ ſupra diximus.

Sunt denique alij, qui nullibi nec domicilium nec habitationem habent. Vt ſi quis priſtinum domicilium omninò deſerens, nauiget, vel iter faciat, quærens vbi ſe collocet. Et iſte propriè dicitur vagus, vt eſt tex. in l. eius, la. 2. §. Celſus, ff. ad Munic. Glo. in cap. 2. de ſepul. in ſexto in ver. Domicilia, & alij Doctores, quos refert, & ſequitur Sanchez in d. tract. lib. 3. diſp. 25. nu. 2. His annotatis, ſit

Prima Concluſio.

HAbitationem habens extra Vrbem, & domicilium in Vrbe, ſi in eam ſe cõferat deuotionis gratia, poſt aliquot tempus, completa deuotione, ad locum habitationis reuerſurus, gaudet beneficio huius canonis; non modò dũ accedit ad Vrbem, & pro eo tempore, quo deuotionis cauſa moratur in Vrbe; ſed etiam quãdo ab ea recedit: atque adeò vulnerans, mutilans, occidens, aut capiens illum euntem, commorantem, aut recedentem vt ſupra, incidit in excommunicationem d. canonis.

Probatur, quoniam iſte talis, licèt non poſſit dici peregrinus, cùm ſit Ciuis Romanus; dicitur tamen Romipeta: eo quòd verè dicitur Romã petens: quod etiam Ciui Romano competere ſupra, q. 4. probauimus. Vndè ſi Ciuis Romanus Bononiæ reperiatur habitationem habere ſtudiorum, aut negotiorũ gratia, quamuis Romæ domicilũ habeat; nihilominus, ſi eò proficiſcatur deuotionis cauſa, Bononiam poſtea regreſſurus, beneficio huius canonis gaudebit.

Quod quidem verum eſt, ſiue dictum domicilium ſit originis, ſiue habitationis: quia in vtroque caſu militat eadem ratio.

Idem dicendum eſt, ſi vnum domicilium habeat extra Vrbem, puta Friſcatæ æſtiuo tempore, & alterum in Vrbe in hieme: & in æſtate Friſcatam inhabitans, inde Romam proficiſcatur deuotionis gratia, poſt breue tempus reuerſurus: quoniam vt ſupra diximus, poteſt quis habere non ſolùm duas habitationes in duobus locis; ſed etiam duo domicilia, ſi in vtroque æqualiter ſit inſtructus: atque adeò proficiſcens Romam deuotione motus, verè dicitur Romipeta. Et id, etiam ſi æquè principaliter Romã petat pro alijs negotijs, vel ſaltem minus principaliter: vt ſupra diximus, q. 9.

Secunda Concluſio.

10 SI quis domicilium habens extra Vrbem, a & a illud omninò deſerens, ad eandem Vrbem ſe conferat deuotionis gratia: vbi deinde incipiat habitare animo perpetuò commorãdi; tũc accedens gaudet priuilegio noſtri canonis quoad vſque domicilium comparauereuit, ideſt cẽperit in ea commorari animo perpetuò permanendi: & non vltra.

Probatur quoad primam partem: quia eo caſu acceſſit Romam deuotionis cauſa; ergo verè dicebatur peregrinus: & conſequentur offendens illum prædictam excommunicationem contraxiſſet.

Secunda pars patet; quoniam vbi in Vrbe cõſtituit ſibi domicilium, & incipit ibi habitare animo perpetuò commorãdi, tunc efficiter ciuis Romanus, & deſinit eſſe Romipeta, ſeu peregrinus, ergo non gaudet beneficio d. canonis. Et ita puto intelligendum eſſe Vgol. loco citato, vt ex his, quæ ibi docet facilè colligi poteſt.

Idem dicendum eſt ſi extra Vrbem habitationem tantùm habeat, vel ſit vagus, & Romam petat deuotione motus; & deinde domicilium ibi ſibi conſtituat: quia militat eadem ratio.

ADDITIO.

a Vrbem. Adde Alter. lib. 5. de cenſur. diſp. 11. c. 5. q. 2. Gambar. hic c. 10. Anton. de ſouſa hoc eodem loco, c. 11. & Bonac. ibidem diſp. 1. q. 11. pun. 3. ſub nu. 22. Abb. Alex.

Ibi (*Recedentes*) An Romam petens deuotionis cauſa, & oblitus alicuius rei, domum redeat ad ſuſcipiendam eam, ſi in reditu vulneretur, vulnerans incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 12.

SVMMARIVM.

1 *Romipetas vulnerantes, dum ex itinere redeunt domũ ad ſuſcipiendam rem aliquam, iter deinde proſecuti, incidunt in excommunicationem huius canonis. Idem dicendum eſt, ſi in itinere aliquo diuertat, quo vbi ſuum amicum viſitet.*

IN hac re videtur prima facie negatiuè reſpõdendum eſſe: nam vi præſentis canonis excõmunicantur vulnerantes Romam accedentes deuotionis gratia, in ea commorantes, vel ab ipſa recedentes. At in caſu noſtro, iſte talis non dicitur Romam accedere: quia poſt cæptum iter recedit: nec in Vrbe commorari, eo quod ad eam nondum peruenit: nec ab ipſa recederd: quoniam non ab Vrbe, ſed à via, quæ ducit ad Vrbem ſupponimus ipſum recedere: ergo hunc vulnerans, in dictam excommunicationẽ

non incidit: cùm d. canonis verba eidem non conueniant.

His tamen non obſtantibus, contrariâ ſententiam puto veriorem eſſe a, quam tenet Vgol. in 1 explicatione huius canonis, §. 1. in ver. Tertiò afficit. Probatur, quoniam receſſus ille, itineris primò ſuſcepti gratia fit, & eſt acceſſorius ad iter illud: atque adeò, non tantùm dicitur receſſus, quàm ad Vrbem acceſſus: quia id quod accedit ſequitur naturam ſui principalis; vt in c. acceſſorium, de reg. iur. in ſexto: vndè ſic recedentem vulnerans, procul dubio prædictam eẽſuram contrahit. Quod puto verum, etiam ſi vulnus inferat, vbi ad propriam domum peruenerit ad rem illam accipiendum, vt iter poſtea perficiat: quoniam habetur ratio itineris primò ſuſceptiinam eo ipſo, quòd domum primò fuit egreſſus. peregrini nomen induit, & conſequẽter canonis verba eidem conueniunt.

Idem dicendum eſt, ſi in itinere aliquò diuertat, vbi ſuum amicum viſitet: vt per Vgol. ibi in fine. Eodem quoque beneficio gaudet peregrinus, ſeu Romipeta, qui diutius ob morbum, aut aliam iuſtam cauſam moraretur, ad Vrbem accedendo, in ea morando, vel ab eadem recedẽdo: vt per eundem Vgol. hic, in ver. Vel ab ipſa recedentes, in fine. Ex quibus etiam patet reſponſio ad contrarium.

ADDITIO.

a Eſſe. Adde Anton. de Sotus hic, diſp. 69. num. 4. & Bonac. hoc eodem loco, diſp. 1. q. 11. pun. 3. ſub num. 24 vbi num. 25. quamuis referat ſententiam Vgol. qui id ampliat, etiam ſi Peregrinus poſtquam pia loca inuiſit, nollet viſitaſſe, & peregrinationem ſuſcepiſſe; quoniam adhuc beneficio huius canonis potiretur: ſiquidem deuotionis cauſa Romam venit, & quæ pietatis erant, præſtitit: nihilominus oppoſitam ſententiam ipſe Bonac. putat veriorem, eùm retractatione voluntatis nõ poteſt amplius dici peregrinus: & ex ratione Vgol. nihil aliud colligitur, niſi talem eſſe peregrinum denominatione quadam extrinſeca. Abb. Alex.

An deuotionis cauſa Romam petens, ſi in ea nullum pietatis opus faciat, recedens gaudeat beneficio præſentis canonis. Q. 13.

SVMMARIVM.

1 *Romipetæ, ſeu peregrini, ſi poſtquam ad Vrbem peruenerint nullum in ea pietatis opus egerint recedentes, ſi quis eos vulnerat in excommunicationem non incidit. Idem dicendum eſt ſi in itinere voluntatem mutent: ſecus autem ſi morbo impediti id agant.*

2 *Peregrini morbo impediti, cur beneficio canonis gaudeant, etiã ſi Romam non peruenerint, & indulgentiam non lucrentur, explicatur.*

VIdetur prima fronte affirmatiuè reſpondẽdum. Probatur, quia ad hoc, vt quis beneficio noſtri canonis gaudeat, ſatis eſt, ſi deuotionis cauſa Romam petat: ergo eſtò quòd deinde eò cùm peruenerit, Apoſtolorum limina, & alia loca ſacra non viſitauerit, nec aliud Religionis, aut pietatis opus exerit, non per hoc ab ea recedens eiuſdem canonis priuilegium non potietur: atque adeò ipſum vulnerans, in excommunicationem non incidet: quoniam cauſa deuotionis canon exigit ex parte accedentium dumtaxat; non autem recedentium.

Sed his non obſtantibus, contrariam ſententiam a arbitror veram eſſe, quã tenet, hoc loco 1 Vgol. in ver. *Vel ab ipſa recedentes*: ibi, Aliquid, dũ ait, quòd ſi quis pietatis cauſa ad Vrbem accedit, ſed poſteaquam illuc peruenit, neque pia loca viſit, nec aliud pietatis munus obiit; ſed aliud egit; ipſum domum redeuntem offendẽs, in prædictam excõmunicationem non incidit; quoniam ceſſet cauſa pietatis, quam ob rẽ priuilegium huiuſmodi fuit conceſſum; ar. tex. in c. cùm ceſſante, de appellat.

Idem dicendum putat ſi in itinere voluntatẽ mutet; ſecus autem, ſi morbo impeditus id agat: nam tunc voluntas prodeſt, ac ſupplet, ſaltem ex præſumpta voluntate Romani Põtificis.

Immo, vt colligitur ex Alter. in explic. huius can. cap. 5. dub. 1. col. 2. in prin. ver. Reſpondeo: hoc ipſum ſuaderi poteſt ex eiuſdẽ canonis verborum proprietate. Nã accedentes ad Vrbem ex ipſo canone gaudent priuilegio, de quo agitur; ſed qui itineri ſe exponit ad hunc finẽ, vt rẽ nuncupatur accedens, & multò magis ſi cõpleuerit iter; quia iam acceſſit; ergo excommunicationem illam contrahit offendens eum, qui ad Vrbem accedens deuotionis gratia, & ab ea, vel ab ipſo cæpto itinere recedit infirmus, non valens ſicut optabat, iter, & deuotiones perficere; quoniam verba canonis huiuſmodi peregrino conueniunt, atque ideo eiuſdem diſpoſitio, ar. tex. in l. 4. §. Prætor ait, & ibi Bar. n. 25. ff. de admin. tutor. l. ſi verò, §. omnibus, ff. de accuſat.

Confirmatur, quia ille propriè cenſendus eſt peregrinus deuotionis gratia, qui ex propoſito ad hunc finem iter aggreditur: ergo licèt morbo impeditus contra ipſius voluntatẽ non potuerit iter perficere, & Sanctorum reliquias viſere, nõ propterea peregrinorum priuilegium dicitur amittere.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd Romam accedẽs, ſeu ad aliud locum ad cõſequendum Iubilæum aut alias indulgentias, ſi egritudine, aut alia iuſta cauſa impeditus, iter non potuerit perficere nec opera iniuncta adimplere, Iubilæum, ſeu Indulgentias non conſequitur: vt habetur ex D. Thom. 3. p. q. 30. ar. 3. & Palud. in 4. diſt. 20. q. 4. ar. 3. immò ſecundum D. Anton. in 2. p. ſum. tit. 10. c. 3. Palud. loco citato, Cordub. de Indul. q. 23. & alios, non ſatis eſt partem operum iniunctorum adimplere, vt quis partem indulgẽtiæ lucretur: quoniam reſpondetur, quòd in caſu noſtro militat diuerſa ratio. Nam indulgentiæ conceduntur ſub conditione adimplendi onera iniuncta, ergo conditione non adimpleta, Indulgentias conſequi nemo poteſt. Quocirca Greg. XIII. & Clem. VIII. in Bullis per eos editis indictionis Iubilæi anni Sanct., ne peregrini, qui iter incæptum ad Vrbem ad conſequendum Iubilæum, perficere non poterant, eius fructu, fraudarentur, declararunt, eorum intentionem eſſe, vt fructum illum potirentur etiam illi, qui cæptũ iter

non

non potuerint perficere. At priuilegium noſtri canonis ſub tali conditione non fuit conceſſum peregrinis: & ideò illo gaudent etiam, ſi morbo impediti peregrinationem exptam explere non poſſunt.

Vnde his ſic ſtantibus, ad contrarium dicimus, quòd canõ iſte deuotionis, ſeu peregrinationis cauſam non tantùm exigit ex parte accedentium Romam, ſed etiam ex parte eorum, quibus ea commorantur, & ab eadem recedunt: vt verba d. canonis rectè conſideranti patent.

ADDITIO.

a Sententiam. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 11. pun. 3. ſub n. 24. Abb. Alex.

An prædictum priuilegium conceſſum ad Vrbem accedentibus, ſi vi noſtri canonis expreſsè datum non fuiſſet, etiam in ea commorantibus, & ab eadem recedentibus, commorantes ipſi, ſeu recedentes, illud potirentur. Q. 14.

SVMMARIVM.

1 *Romipetis, ac peregrinis eſſò quòd non fuiſſet beneficium huius canonis eiſdem recedentibus, & commorantibus in Vrbe conceſſum expreſsè, cenſeretur conceſſum tacitè.*

2 *Accedentibus ad aliquem locum conceſſa ſecuritas, cenſetur conceſſa etiam recedentibus.*

IN hac re videtur dicendum, quòd non: quoniam cùm ſimus in pœnalibus, non eſt faciẽda extenſio de caſu ad caſum: vt ſæpe diximus: ergo beneficium conceſſum accedentibus Vrbem deuotionis gratia, non eſt extendendũ ad commorantes in ea, aut ab ea recedentes: atque adeò vulnerantes commorantes Romæ deuotionis cauſa, aut ab ipſa recedentes, excommunicationem noſtri canonis non contraherent. Confirmatur quia ſi priuilegium conceſsũ accedentibus, cenſeretur conceſſum morantibus, & recedentibus, in hoc canone non fuiſſent expreſsè priuilegiati commorantes, & recedentes vt ſupra: quoniam non eſt veriſimile, Romanum Pontificem in hoc canone voluiſſe vti verbis ſuperfluis, & inutilibus.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
1 tentiam arbitror de iure veriorem eſſe; & conſequenter, ſi priuilegium huiuſmodi non fuiſſet expreſſum, quoad commorantes in Vrbe, & ab ea recedentes, conceſſum accedentibus: commorantibus etiam ac recedentibus cenſeretur conceſſum.

Probatur, quia conceſſi alicui ſecuritate accedendi ad aliquem locum, cenſetur etiam cõceſſa ſecuritas ab eo recedendi. Et ſi concedatur facultas conducendi mercantias ſecurè in aliquã ciuitatẽ, cenſetur quoque data ſecuritas recedendi, vt ibi tenet probat Felin. in ſi quem n. 1. vers. ſed dic etiam. & pac. ergo priuilegium conceſſum accedentibus Romam deuotionis cauſa cenſetur etiam indultum in ea cõmorantibus ob eandem cauſam, & ab ipſa recedentibus: quia militat eadem ratio in vtroque caſu. Et eo magis, quia tractatur de priuilegio conceſſo fauore Religionis, quod latam recipit interpretationem: vt alias diximus. Hæc ſententia eſt de mente Rebuff. in praxi Benefic. in explicatione noſtræ Bullæ: ar. 7. in ver. Recedẽtes: & Vgol. in explicatione præcedentis canonis. §. 2. ſub n. 1. vbi id allegat tex. & ibi Panor. nu. 6. in c. quia diuerſitatem, de concel. præben.

Ad contraria facilè reſpondetur.

AD primum dicimus, quòd licèt priuilegiũ huiuſmodi ſit odioſum delinquentibus; eſt tamen fauorabile Romipetis, & peregrinis, ac Chriſtianæ Religioni: & ideò extenſionem potius, quàm reſtrictionem patitur.

Ad confirmationem reſpondetur quòd plerumque cauſa maioris declarationis lex vtitur verbis ſuperfluis, & plenioribus, quàm ſit neceſſe, vt habetur ex eodem Felin. loco citato, ſub num. 2. & ideo verba illa non poſſunt dici inutilia.

An Clerici peregrini ipſorum ſuperiorum licẽtia Romã petẽtes, gaudeant beneficio huius canonis, itavt vulnerantes eos excõmunicationem iſtam contrahant. Q. 15.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinatio, cur eccleſiaſticis interdicatur ſine eorũ ſuperiorum licentia.*

2 *Peregrinatio a laicis non eſt ſuſcipienda ſine licentia Epiſcopi.*

3 *Eccleſiaſtici peregrinationem ſuſcipientes ſine licentia ipſorum ſuperiorum, non gaudent beneficio huius canonis.*

4 *Eccleſiaſtici peregrinantes, non obtenta à ſuis ſuperioribus licentia, ſi deſecant Eccleſiaſticis punire poſſunt.*

5 *Fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem.*

6 *Peregrinatio quando dicitur ex deuotione ſuſcepta.*

7 *Peregrinatio dicitur fieri deuotionis gratia, non ſolùm quando a deuotione imperatur, ſed etiam quando fit ad comparandam deuotionem.*

8 *Peregrinatio deuotionis gratia, poteſt ſuſcipi, etiam ab Infidelibus, & hæreticis.*

9 *Eccleſiaſtici, qui peregrinationem ſuſcipiunt, non obtenta ab eorum Prælatis licentia, quibus caſibus gaudent beneficio huius canonis.*

10 *Eccleſiaſtici ad Romanũ Pontificem confugientes negotiorum gratia, non obtenta ab eorum Prælatis licentia, pœnam non merentur, ſecus ſi ad alium ſuperiorem.*

11 *Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, quandoquidem non derogatur per aliam legem, aut rationem.*

12 *Eccleſiaſtici ſine ſuperiorum licentia peregrinationem ſuſcipientes, ſi poſtquam Romam peruenerint, ſacri pœnitentiarij agnoſcãt, & pia loca viſitent, gaudent priuilegio huius canonis.*

AD tituli explicationem eſt annot. quòd peregrinatio ad ſanctorum reliquias, & eorũ Eccleſias, licèt apud Eccleſiam catholicam ſæpe in vſu fuerit, ac maximè commẽdata tũquã fidelibus valdè vtilis, & fructuoſa; ita vt contrarium errorem temerè affirmãtes a Cõcil. Trid. ſeſſ. 25. in prin. in Decreto de inuocat. venerat: ac reliq. ſanct. meritò reppellãtur; clericis tamẽ ac Religioſis interdictum eſt peregrinationem vouere, vel aſſumere, ab eorum Prælatis licentia non obtenta: vt eſt tex. in c. non oportet, il 1. de conſecr. d. 5. & c. magnæ, de vot. Et hoc ideò, quoniam clerici ſunt addicti altaris, miniſterio, celebrationi Diuinorum officiorum, adminiſtrationi Sacramentorum, curæ animarũ: & ſi Religioſi ſint intra ſepta monaſterij ſub clauſura viuentes, orationibus, & pœnitentiæ vacantes, peregrinatio ipſis non ſemper eſſet accommoda, diuinus cultus diminueretur, Eccleſia Sacrorum clericorum obſequijs fraudaretur, & fideles populi in receptione Sacramentorum, & in alijs rebus Spiritualibus ob penuriam Eccleſiaſticorum Miniſtrorum detrimentum paterentur.

Imò non ſolùm id Eccleſiaſticis, ſed etiam
2 Laicis ab Epiſcopo litteris non obtentis Interdicitur: vt in d. c. non oportet, & §. interdicimus, in auth. de ſanct. epiſc. quoniam ad Epiſcopum pertinet iudicare, an alicui peregrinari expediat: ar. tex. in c. quid ergo. 11. q. 3.

His itaque breuiter annotatis, nos non quærimus hoc loco de laicis, qui ſine licẽtia Epiſcopi peregrinationem huiuſmodi ſuſceperunt: clarum eſtenim eos huius canonis beneficio potiri: etenim Epiſcopi conſenſus à Laicis petitur ex honeſtate, ac decentia, non ex neceſſitate: & eo magis quoniam etiam ſi concederemus id olim fuiſſe neceſſarium: hodie tamen non viget huiuſmodi obligatio: nam multi peregrinantur non habita tali licentia. Sola igitur queſtio noſtra eſt de Eccleſiaſticis, an ſi peregrinationem hanc ſuſceperint non impetrata ab eorum ſuperioribus peregrinandi venia, hoc eodem gaudeant priuilegio: atque adeò ſint ſub protectione Apoſtolica, ita vt eos vulnerantes, mutilantes, occidentes, capientes, aut carcerantes incidant in excommunicationem huius canonis.

In hac difficultate Alter. hoc eodem canone cap. 4. col. 3. in ver. Negari non poteſt: tenet partem affirmatiuam.

Probat ſuam ſententiam primò quoniam vi huius canonis ſimpliciter proteguntur peregrini: ergo ſimpliciter eſt intelligendus de omnibus peregrinis Romam petentibus deuotionis gratia: eo quòd lex generaliter loquens generaliter debet intelligi; & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, vt ſæpe diximus.

Secundò clericus, ſi ſine licentia Epiſcopi Romam veniens anno Iubilæi ad conſequẽdas indulgentias, illarum fructu non priuatur: vt habetur ex Io. Anan. in ſuo tract. de Iubil. ergo idemdicendum eſt de Eccleſiaſticis vt ſupra peregrinationibus, vt gaudeant priuilegio noſtri canonis, eſtò quòd peregrinationẽ ſuſceperint non obtenta ab eorum ſuperioribus facultate.

Tertiò in d. c. magnæ, de vot. Romanus Pontifex votum peregrinationis vltramarinæ ab Epiſcopo emiſſum commutet in alia opera pia; ergo huiuſmodi votum validũ erat, & ad ipſum adimplendum Epiſcopus ipſe tenebatur ſi commutatum ei non fuiſſet: & tamen multò minus licẽt Epiſcopo, quàm clerico peregrinationem vouere, aut illam aſſumere, à Romano Pontifice non obtenta venia: vt in d. c. magnæ: ergo defectus huiuſmodi facultatis non reddit Inualidam peregrinationem, nec eſt cauſa vt clericus peregrinus ſit priuatus peregrinorum priuilegio.

His tamen non obſtantibus, oppoſitam ſen-
4 tentiam puto probabiliorem eſſe.

Probatur: quoniam, dum hi peregrinantur
3 nõ habita ab eorũ ſuperioribus facultate, proculdubio mortaliter peccãt, & maximè ſi clerici ſint in Sacris, aut Religioſi intra monaſterij ſepta viuentes: nã vltra quòd violant obediẽtię votum, in re graui non obtemperant Eccleſiæ præceptis, quæ iubet, vt Eccleſiaſtici non vagẽtur ſine ipſorum ſuperiorũ licentia: vt habetur in ſupra citatis c. non oportet, & c. magnæ.

Imò cùm proprias Eccleſias deſerant, puni-
4 ri poſſunt, & earum adminiſtratione priuari: vt in c. inter quatuor, & ibi Gloſ. de cler. nõ reſid. & multò magis Religioſi veniũt puniẽdi, quippè qui eorum Prælatis ſubditi ſunt ratione voti obedientię, non ſolùm quoad actiones ipſas exteriores, ſed etiam quoad voluntatẽ. Quo circa non eſt verſimile, vt ſub Apoſtolica protectione velint recipi, qui Eccleſiæ præceptis cõtumaces ſunt, & minimè obtemperantes: eo
5 quòd fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem: vt in c. fin. de immun. Eccleſ.

Secũdò Eccleſiaſtici, de quibus agitur peregrinationem propria authoritate ſuſcipientes in ipſo actu peregrinationis delinquunt; & delictũ tã diu durat, quàm peregrinatio; ergo debet omninò priuari beneficio peregrinationis, quòd Romam petentibus peregrinationis, ſeu deuotionis gratia vi noſtri canonis conceditur: quoniam in quo deliquit puniri quis debet, vt eſt tex. in d. c. fin. de immun. Eccl.

Tertiò illis peregrinationis priuilegium iſtud
6 conceditur, qui deuotionis cauſa Romam petũt, vt patet ex ijs canonis verbis: *Cauſa deuotionis* ſed Eccleſiaſtici, qui ſine ſuperiorum licentia peregrinationem ſuſcipiunt, non poſſunt dici propriè deuotionis gratia Romam petere: ergo priuilegij ſupradicti beneficium nõ potiuntur. Minor probatur; quoniã cũ tales ſupponamus eſſe Eccleſiæ cõtumaces, atq. adeò in peccato mortali perſeuerantes, eorum peregrinatio nõ poteſt a deuotione imperari: nam deuotio eſt actus interior Religionis, & illi dicuntur ex deuotione peregrinationẽ ſuſcipere, qui ex amore, & charitate quadam eximia erga Deum, & ſanctos mouentur: vt quemadmodum ipſos sãctos, & Deum, ſic ea, quæ ipſius ſunt, & quæ ad eos pertinẽt libenter videre, ac ſummo honore, & veneratione proſequi videantur: vt ex ipſo Alter. habetur hoc eodem can. cap. 3. col. fin. ver. Ex his ſequitur, Modò, ſicut amor Dei, & letalis culpa non poteſt eſſe in vno, & eodẽ ſubiecto, vno, & eodem tẽpore; cùm nemo poſſit eſſe pro parte amicus, & pro parte Dei inimicus; ita etiam deuotio nõ poteſt eſſe in homine exiſtente in peccato mortali: atque adeò, ceſſã-

te

te cauſa, propter quam fuit conceſſum priuilegium, ceſſat priuilegium, ar. tex. in c. cùm ceſſante, de appellat.

Dices, peregrinatio fieri dicitur deuctionis gratia, nõ ſolùm quando imperatur à deuotione; ſed etiam quando fit ad comparandam deuotionẽ vt ſupra diximus ex Suar. q. 8. Etenim peregrinatio excitat noſtram fidem erga Deũ, prouocat nos ad aſſumendos ſanctos illios, quorũ reliquias veneramur, in patronos: qui enim ad Martyrum templa ſe conſert, eorũ geſta glorioſiſſima recolit, carceres, verbera, paſſiones, ac mortem quam ſunt pro Chriſto perpeſſi cõtemplatur, eorum conſtantiam, ac fortudinem admiratur. Præterea, deuotionis cauſa peregrinari poſſunt Infideles, hæretici, ſchiſmatici, interdicti, ſuſpenſi, excommunicati, ac irregulares: vt probat idem Alter. hoc loco, c. 4. col. 1. 2. & 3. & tamẽ eorum peregrinatio non eſt imperata à deuotione, cùm ſint extra gratiam, ergo fit ad comparãdam deuotionem. Infideles ſcilicet vt inſtruantur in fide, & Hæretici, Sçiſmatici, ac excommunicati vt reſipiſcant, & præteritorum ſcelerum abſolutionem recipiant.

Denique ſi letalis culpa ob facultatem illam non obtentam priuaret prædictos Eccleſiaſticos peregrinorum priuilegio, tunc ſequeretur quòd occidẽs, aut mutilãs quẽcũque peregrinũ Romã petentem, ſi in peccato mortali reperiatur, à vinculo excommunicationis eſſet immunis, quod videtur manifeſte falſum.

Reſpondetur, quòd peregrinatio, licèt fieri dicatur deuotionis cauſa, non modo quando imperatur à deuotione, ſed etiam quãdo fit ad deuotionem comparandam; atque adeò exiſtens extra gratiam, poſſit adhuc peregrinationem aſſumere deuotionis gratia; tamen in caſu, de quo agitur, id dici propriè non poteſt: quoniam dum Eccleſiaſtici ſine licentia peregrinationem aſſumunt, in ipſo actu peregrinationis Deum offendunt atque inhonorant, & in eorũ crimine pertinaciter perſeuerant quamdiù durat ipſa peregrinatio: & propterea ipſorum peregrinatio non poteſt propriè dirigi ad deuotionem comparandam. Et quatenus dirigeretur, cùm ob peregrinationem delinquant in ipſo actu peregrinationis, nõ merentur ipſius beficium conſequi, atque adeò ipſos occidens, mutilans, vulnerans, depredans, detinens, carcerans, in excommunicationem huius canonis non incidit.

Limitatur primò hæc concluſio, vt vera ſit,
9 vbi Eccleſiaſtici ſcienter, ac dolosè ſine ſuorum Prælatorum licentia peregrinationem ſuſcipiunt, ſcientes id non poſſe citra letalem culpã; ſecus autem, ſi ex probabili ignorantia exiſtimẽt ſibi licere, & nõ delinquere; quoniam cùm nullam culpam cõtrahant, quæ priuationis ſupradicti priuilegij cauſa eſſet, eiuſdem priuationem non merentur.

Secundò limitatur; vt beneficio huius cano-
10 nis non priuẽtur Eccleſiaſtici ſine ſuorũ ſuperiorũ licentia petegrinationem aſſumentes, vbi dum ſe exponant itineri, & Romam petant ad appellationem proſequendã, aut ad euitandam iniuſtam oppreſſionem deliberẽt æquè principaliter Romã petere negociorum, ac deuotionis, ſeu petegrinationis gratia: quoniam cùm primo caſu non exigatur licentia, eo quòd licitum eſt ad Papam confugere, inuito etiam Epiſcopo; non tamen ad alium ſuperiorem, vt in c. omnes oppreſſi cũ tribus ſeq. 2. q. 6. nullo modo delinquunt aſſumẽdo alium finem. Etenim poteſt duci Romam ob plures fines æquè principales, & per ſe intentos, ad negocia peragendũ ſcilicet apud Sedẽ Apoſtolicam, & ad peregrinandum deuotionis cauſa: vt latè probat Alter. in explicat. eiuſdem can. cap. 4. col. 8. ver. Secunda propoſitio: & infra Deo duce, latius ſuo loco dicemus.

Reſtat modò, vt contraria ſoluamus.

AD primum reſpondetur, quòd tũc lex ſimpliciter loquens, ſimpliciter debet intelligi,
11 quando eidem non derogatur per aliam legẽ, aut rationem, prout huic canoni derogari videtur per ea, quæ ſupra diximus.

Ad ſecundum dicimus, quòd; aut Clericus
12 Romam petens ſine licẽtia Epiſcopi ad Indulgentias conſequendas de ipſius contumacia, pœnitentiã nõ egit; aut egit. Si primũ, negamus eum lucrari Indulgentias; ſi verũ ſecundum, id concedimus; & tũc fatemur; quòd ſi huiuſmodi Eccleſiaſtici eos eorum cõtumaciæ verè pœniteat dum Romam peruenerint, & pia loca viſitent, quamuis dum accederent beneficiũ huius canonis nõ fuerint potiti, nihilominus dum Romæ deuotionis cauſa morãtur, & deinde ab ea recedunt, arbitror eos non priuari dicto beneficio; atque adeò ipſos occidentes, aut mutilantes incidunt in excommunicationem noſtri canonis.

Ad tertium facilè reſpondetur: nam non ex eo quòd Epiſcopo fuerit diſpenſatum ſuper peregrinationis votũ, ſequitur licitè potuiſſe votum adimplere, non obtenta prius à Romano Pontifice facultate.

ADDITIO.

a Sententiam. Alter. ſententiã ſequutus Bonac. hoc eodem loco diſp. 1. q. 11. pun. 3. ſub nu. 190. in ver. Ad propoſitam difficultatem, eam confirmat primò; quia ſi clericus anno iubilęi citra licentiam proprij Epiſcopi Romam pergat, vt fruatur iubilæo, ipſius fructu non priuatur. Secundò, qui tempore iubilæi delinquit ſpe obtinendi remiſſionem virtute iubilæi, frui poteſt iubilęo. Tertiò, qui priuilegio abutitur non ſtatim amittit priuilegium, licèt dignus ſit, vt eo priuetur. Quartò ſcrupuloſus, qui vouit vota, non emittere citra confeſſarij conſenſum, validè poſtea vouet, nõ expoſtulato confeſſarij cõſenſu. Quintò, qui iurat, domum non venditurum, validè eam vendit, licèt contra iuramentũ faciat. Sextò, beneficiarius criminoſus, qui diuinum Officium coram Prælato recitat, non ſolùm, vt Deum laudet; verùm etiam, vt bonus ab eo reputetur, aut ſub hac ratione beneficium conſequatur, ſatisfacit præcepto diuini Officij, & dicitur actum orationis, vel etiã deuotionis præſtare. Denique Romanus Pontifex abſolutè ac indiſtinctè priuilegiũ ſecuritatis concedit accedentibus ad Vrbem cauſa de-

uotionis,nempe ex affectu ad Deum, vt Deum laudet,ſacras Eccleſias viſitet, Sanctorum reliquias colat;ergo priuilegio frui debet. Neque obſtat, ait idē Bonac. quòd peregrinatio ſit cū peccato ; quoniam peccatum nō tollit propriū actū peregrinationis:alioquin etiā,qui Romā ſe confert animo viſitādi ſacras reliquias, & ſimul ſubtrahēdi pecunias ſocijs in via:vel animo patrandi delictū aliquod in Curia, non diceretur Romā cauſa peregrinationis pergere,& priuilegio ſecuritatis gaudere : quod non videtur admittendum.

Hęc ſententia licèt re vera aliquam probabilitatē habeat;oppoſita tamen ſententia videtur nobis probabilior:quoniā vnus,& idē actus nō poteſt eſſe bonus, & malus;atq. adeò eodē actu nō poteſt quis moueri ex deuotione, ac amore erga Deum:& contumax eſſe Deo,eiuſdē voluntati contraueniendo,cùm Prælato nō obediat, & cōtumax exiſtat,cui Dominus præcipit obedire , & ſpretus eodē actu remanet ipſe Dominus,quo ſpernitur Prælatus,iuxta illud Domini, *Qui vos ſpernit,me ſpernit.* Vndè cùm acceſſus huiuſmodi non dicatur à deuotione imperatus , per conſequens religioſus Romam ſe conferēs citra licentiam ſui Prælati, non poteſt dici formaliter peregrinus , cùm peregrinus eſſe nequeat, qui ex deuotione non mouetur, & propterea,nec potiri poteſt protectionis Apoſtolicæ priuilegio,in hoc canone contento.

Vndè,hac ratione ſic ſtante,ad contraria facilè reſpondetur. Ad primum ſufficiēter fuit reſpōſū per Duard.in hac q.in reſp.ad 2. Etenim clericus anno iubilæi citra proprij Epiſcopi licentiam Romā pergēs frui poteſt iubileo non eodē actu,quo proprio Epiſcopo eſt cōtumax;ſed alio actu;nēpe prō contumacia,& alijs peccatis pœnitentiā agendo,& reliqua adimplendo,quę vi iubilæi præcipiuntur. Ad ſecundum eodem modo reſpondetur: nō enim talis fruitur iubileo;eodem actu,quo deliquit ſpe obtinendi remiſſionem virtute iubilæi ; ſed alio actu, nēpe pœnitentiæ commiſſi criminis,& aliorum peccatorum,& adimplenda adimplēdo. At pergēs
2 Romam citra licentiam proprij Prælati, donec redeat ſemper dicitur eſſe in contumacia, & nō poteſt pœnitentiam agere commiſſi criminis dū eſt in via, niſi redeat,ſi poſſit;& ſi reperiatur in Vrbe voluntatem ſaltem habeat redeundi cùm primùm poterit. Ad tertium,conceſſo antecedenti,nego conſequentiam.nam Religioſus,qui citra ſui Prælati licentiam Romam pergit,cùm nō impediretur à deuotione, nūquam acquiſiuit priuilegiū huius canonis,cum non dicatur formaliter peregrinus. Ad quartum dicitur, quòd ſcrupuloſus diuerſo actu vouit,vota non emittere citra confeſſarij conſenſum,ab eo,quo poſtea vouit,non habito confeſſarij conſenſu: & propterea negatur cōſequentia. Ad quintū negatur pariter conſequentia , quoniam licèt talis validè vendet ; peccat tamen violando iuramētum . Ad ſextum negatur antecedens ſi peccat mortaliter recitādo officium,vt quia per hipocriſim decipiendi Prælatum animū habeat : ſiquidem tunc non diceretur actum deuotionis præſtare. Ad vltimum denique negatur conſequentia:nā is de quo agitur,nō poteſt dici moueri ex deuotione,cùm vno & eodem actu non poſſit amari,& deſpici Deus.Eſt tamen verum, quòd iſte talis cùm Romam iam peruenerit, ſi animum redeundi habeat,ac contumaciā purgandi,poterit rectè pœnitentiam agere commiſſi criminis,loca ſacra, & Sāctorum reliquias venerari,& indulgentias conſequi. Abb.Alex.

Ibi(*Et in his dantes auxilium, conſilium,vel fauorem.*) Quinam propriè dicantur dare auxilium, cōſilium, vel fauorem ad committenda crimina in hoc canone damnata . Q.16.

SVMMARIVM.

1 *Auxilium dantes illi propriè dicuntur, qui alia ratione extra delictum,delicti cauſa opem ferunt.*
2 *Conſilium dantes,nunquam excommunicationem contrahunt,niſi conſilium in effectum influat .*

1 REſpondetur ex Vgol. in explicatione noſtri canonis in ver. Et in his dātes,&c.quòd auxilium præſtantes non dicuntur ij , qui in ipſo delicto committendo præſtō ſunt,& vna cū alijs delictum committunt:nam tunc principales sūt
a & ſocij criminis ; ſed auxilium dantes, *a* illi propriè cenſentur, qui alia ratione extra delictum, delicti tamen cauſa opem ferunt; vtpotè pecuniam,arma ſeruos ſubminiſtrando,aſtando, ne timeāt:ar.eorū,quæ dicit Bart.in l.qui ſeruum, §.fin.ff.de furt.Et idem dicendum eſt de fauentibus . Conſilium autem dantes ad effectum
2 contrahendi cenſuram,nunquam dicuntur cēſuram contrahere niſi conſilium influat in effectum;ita vt ſine huiuſmodi conſilio, delinquētes moti non fuiſſent ad delinquendum: vt per Syl.in ſum.in ver.Excommunicatio, 8.n.12. & Nauar. in man.c.27.num.51.

ADDITIO.

4 Dantes . Adde Bonac.in explicatione Bull. cœn.diſp.1.q.11.pun.1.num.14. Abb.Alex.

An conſulens alicui , vt Romipetam, aut peregrinum vulneret,aut ad id auxilium,vel fauorē impertiatur , ſtatim in hanc cenſurā incidat , etiā ſi effectus nō ſequatur. Q.17.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſorium ſequitur naturam principalis .*
2 *Conſulens alicui,vt Romipetam,aut peregrinum vulneret,vel ad id auxilium,aut fauorem præſtet ſtatim in cenſuram incidit, etiam ſi effectus non ſequatur.*
3 *Copula,& facit venire copulatum æquè principaliter.*
4 *Excommunicatio ſi feratur contra vulnerantes Romipetas , vel contra ad id auxilium aut fauorem præſtantes,auxiliantes, & fauentes,dicuntur principaliter excommunicari.*
5 *In alternatiuis,ſatis eſt alteram partem adimpleri.*

IN hac difficultate Vgol. in explicatione præſentis canonis,in ver.Et in his dantes, ſub nu. 1.tenet,quòd ſi quis alicui ſuaſerit,vt peregrinū depredetur ; qui quidem eſtò , quòd illum depredari conatus ſit,non valuit, neutrum cenſuram hanc contraxiſſe .

Probat hanc ſuam ſententiā ; quia principa-

1 lis delinquens, non est excõmunicatus; eo quòd pœnam humanam quis non incurrit ipso iure, nisi delictum sit perfectum: ar. tex. in c. cùm cũctis, §. fin. de elect. iuncto c. perpetuò, eod. tit. in sexto, ergo nec ipse consulens, & suadens, qui est est accessorius, sicut auxilium, & fauorem præstans: quoniam accessorium sequitur naturam principalis, vt in c. accessorium, de reg. iur. in sexto

Secundò probatur hæc sententia ex his, quæ docet idem Vgol. in explicatione nostræ Bullæ par. 1. c. 12. in fine, dum ait, quòd prædictę personæ non excommunicantur principaliter, cũ simpliciter excommunicentur facientes, & consilentes, &c. ad quod allegat extrau. 1. Bonifacij VIII. de sent. excom. innouatam à Greg. XIII. die 9. Nouem. 1574. cuius meminit. Step. 40. in sum. Bull. in ver. Data, & promissa, &c. & eã cõmentauit Nauar. eo quòd ibi excõmunicantur facientes, & deinde dantes ad id consilium; & tamen in excommunicationem eos non incidere ait ibidem Nauar not. 26. n. 43. ergo Idem dicendum est in casu nostro, cùm huiusmodi personæ in hoc canone eodem modo excõmunicentur; nec constat aliunde de mente Romani Pontificis, volentis eas principaliter excommunicationis sententia alligare.

His tamen non obstantibus, contrariam sententiam arbitror de iure veriorẽ esse, atq; adeò consulens alicui, vt Romipetam, aut peregrinũ vulneret, vel ad id auxilium, aut fauorẽ præstet,
4 statim a in hanc censuram incidit, etiam si effectus non sequatur, dummodò cõcurrant requisita, de quibus egimus in præcedenti q.

Probatur, quia in hoc canone dantes auxiliũ, consilium, & fauorem, excommun. cantur æquè principaliter, ac offendentes Romipetas, & peregrinos, Etenim Romanus Pontifex post excommunicationem latam contra vuulnerantes mutilantes, occidentes, deprædantes, capientes, aut detinentes Romipetas, & peregrinos, ad Vrbem accedenses de uotionis, seu peregrinationis gratia, in ea commorantes, & ab ipsa recedentes; deueniendo postea ad dantes ad id auxilium, consilium, & fauorem, in ferendo contra illos excommunicationis sententiam, coniungit illam cum præcedenti per copulam, &, dicens. *Et his dantes auxilium, consilium, & fauorem:* ergo ẽ-
3 setur excommunicare æquè principaliter huiusmodi personas, ac principales delinquentes: quoniam copula, &, est talis naturæ, vt faciat venire copulatum æquè principaliter; vt per Glos. & ibi Panor. in c. quærelam, num. 4. de Simon. & latè Iason. cum alijs, quos allegat in l. 1. n. 5. ff. de de Iust. & iur. Quod si æquè principaliter excõmunicantur, consulens alicui, vt Romipetã, aut peregrinum vulneret, aut ad vulnerandũ auxilium, aut fauorem præstet; statim in hãc excommunicationem incidit, etiam si vulneratio ex aliquo accidenti non sequatur: quoniam huiusmodi personæ quando principaliter excommunicantur, censuram contrahunt, etiam non secuto effectu: vt habatur ex Caiet. in sum. in ver. Excommunicatio. c. 25. ibi. Vbi nota primò: Nauar. in Man. c. 27. n. 51. Sayr. lib. 3. Thes. tom. 1 c. 5. n. 4. & Vgol. loco citato, à num. 3. vsque in
4 finem, vbi etiam principaliter intelligit dictas personas excommunicari: vel quando expressè constat ex verbis disponentis: aut ubi excommunicatio alternatiuè fertur. Vt pote, si Romanus Pontifex his verbis vtatur. *Vel fecerit, vel mandauerit.* Vt habetur in c. 1. de homic. in sexto, vbi statuitur, vt in sententiam excommunicationis incidat, qui interfecerit, vel mandauerit interfi-
5 cit: in alternatiua enim satis est alteram partem adimpleri: ar. tex. in l. si hæredi plures, ff. de condit. instit. & Clem. si quis suadente diabolo, de pœn.

Cõfirmatur hæc sententia ex Bulla Pij. II. cuius meminit Caiet. in supra relato loco: vbi post quam tulit excommunicationem contra appellantes à sententijs Romani Pontificis ad futurum Concilium, volens deinde accessoriè excõmunicationem ferre contra cõsilium dãtes, auxiliantes, & fauentes, vsus est dictione, cum, dicens. *Et contrafacientes, vnam cum fautoribus suis, & consilium, auxiliumue præstantibus:* quæ quidem dictio ex sui natura accessionem significat: vt habetur ex eodem Panor. in d. c. quærelam sub num. 5. & latè Anton. de Butr. in c. in litteris, de restit. spol. ergo dum Rom. Pontifex in hoc canone non fuerit vsus dictione, cum, sed dictione, &, quæ facit venire copulatum æquè principaliter, signum est quòd consilium dantes, auxilium, & fauorẽ, voluit excommunicare principaliter, & non accessoriè, atque adeò excommunicationem contrahunt, etiam effectu non secuto.

Ad argumenta respondetur.

AD primum dicimus, quòd licèt consulẽtes, auxiliantes, & fauentes sint personæ accessoriæ; tamen vi nostri canonis excommunicantur æquè principaliter, ac principales delinquẽtes: vt diximus.

Ad secundum respondetur, quòd in d. extrau. dictæ personę non excommunicantur accessoriè, sed æquè principaliter, nisi aliter constet de mente disponentis. Et hoc per dictum copulam, &, quę facit venire copulatum æquè principaliter.

ADDITIO.

a Statim. Contrariam sententiam probabilem putant Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. c. 5. q. 10. num. 126. Alter. híc disp. 11. c. 5. & Bonac. hoc eodem loco. disp. 1. q. 11. pun. 1. sub num. 15. putant enim, auxilium, consilium, vel fauotem dantes, non æquè principaliter excommunicari; sed tantùm accessoriè: siquidem licèt copulæ, &, ea sit natura, vt copulatum faciat æquè principaliter venire; nihilominus sæpe copula, &, pro disiunctiua sumitur, vel, & nisi hoc loco disiunctiuè sumeretur, per consequens fieret, hanc censuram non contrahi, nisi ab ijs, qui occidunt, mutilant, vulnerant, capiunt, & deprædantur, ac simul auxilium, consilium, vel fauorem, præstant. Non est tamen recedendi mà sententia Duardi hic: fundatur enim optimis iuribus, ac argumentis; nec consecutio

Iu-

ſupradicta ſequitur: nam Rom. Pontifex licèt dictione alteroatiua vtatur in prohibẽdis actionibus principalibus; vtitur tamen copulatiua in prohibendis auxilio, conſilio, & fauore, cuius natura eſt, vt æquè principaliter faciat venire copulatum. Et quamuis aliquando copulatiua, & reſoluatur in alternatiuam, ſeu diſiunctiuam, vel; hoc loco tamen non reſoluitur: quoniam ſicut alternatiuè S.P. fuit locutus de interficiẽtibus, mutilantibus, vulnerantibus, detinentibus, capientibus, & deprædantibus Romipetas, ſeu peregrinos, vtens dictione illa, ſeu; ita, & eadem dictione fuiſſet vſus circa dantes auxilium, conſilium, & fauorem. Sed dato, quòd copula illa, &, reſoluatur in dictionem, vel, aut, ſeu, & ſic ioo alternatiuam, ac diſiunctiuam; adhuc tamen æquè principaliter excommunicarentur auxiliantes, fauentes, & conſulentes; ſicut & æquè principaliter excommunicantur interficientes, mutilantes, deprædantes, &c. quoniam alternatiua æquè principaliter quoque facit venire ſub diſpoſitione diſiunctũ, vt rectè probat idem Duard. hoc loco, ſub num. 4. Ioan. Vincent.

Quibus caſibus contrahitur excommunicatio præſentis canonis, quibus autem effugitur. Q. 18. & vlt.

SVMMARIVM.

1 *Romipetas, ſeu peregrinos, ad Vrbem accedentes, in ea commorantes, vel ab ea recedentes, ſi quis occidat, mutilet, vulneret, detineat, capiat, ſeu deprædatur, in excommunicationem incidit, etiam ſi Romanus Pontifex Romæ non eſſet, aut ipſi peregrini Romam non fuerint ingreſſi, ſed pia loca extra mœnia exiſtentia viſitauerint.*

2 *Romipetas, vel peregrinos vulnerantes excommunicationem contrahunt, non ſolùm ſi Romam petant deuotionis cauſa; ſed etiam vota adimplendi gratia, & id etiam ſi Romipetæ Romæ domicilium habeant: aut hæretici ſint, vel ſchiſmatici, aut alij infideles.*

3 *Romipetæ, vel peregrini occidentes, mutilantes, vel vulnerantes, & c. alios Romipetas, ſeu peregrinos, excommunicationem incurrunt.*

4 *Romipetæ, ſeu peregrini, vi Bullæ cœnæ protegantur, ſtatim ac iter inceperint, etiam ſi alicuius rei oblitì domum regrediantur ad illam accipiendam. Quod quidem priuilegium cenſetur conceſſum eiſdem, dum Romæ commorantur, vel ab ea recedunt, etiam ſi vi dictæ Bullæ non fuiſſet expreſſum: ac etiam ſi principaliter pro alio negotio eo venerint; dummodò æquè principaliter ſe contulerint deuotionis cauſa.*

5 *Auxilium, conſilium, aut fauorem dantes vulneratibus, aut mutilatibus eos, qui Romam petunt deuotionis cauſa, ſtatim incidunt in excommunicationẽ, etiam non ſecuto effectu.*

6 *Peregrinos vulnerans, qui aliò ſe conferunt, quàm Romam, excommunicationem Bullæ non incurrit. Immo nec Romam venientes principaliter negotiationis gratia, & minus principaliter cauſa deuotionis.*

7 *Romipetas, & peregrinos vulnerantes, non vt tales ſed ſed propter iniuriam eis, aut ob aliam cauſam, an excommunicationem incurrant.*

8 *Romipetas, aut peregrinos recedentes ab Vrbe, qui pia loca non viſerint: nec aliud pium opus egerint, ſi quis occidat, aut vulneret, in excommunicationem non incidit.*

9 *Romipetas, ſeu peregrinos iuſtè occidentes, mutilantes, capientes, deprædantes, ſeu detinentes, excommunicationem non contrahunt.*

10 *Romipetas, vel peregrinos verberantes tantùm, an, & quando excommunicationem incurrunt.*

11 *Romipetis, aut peregrinis bona furripientes tantùm, vel mortuos eos ſpoliantes, in excommunicationem non incidunt.*

1 PRo determinatione huius difficultatis, ſit vnica Concluſio. Interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, ſeu deprædantes Romipetas, ſeu peregrinos ad Vrbem accedentes, in ea commorantes, vel ab ipſa recedentes, incidunt in excommunicationem præſentis canonis. Hæc concluſio patet ex ipſo canone.

Ampliatur primò dicta concluſio eodem modo, & in eiſdem caſibus proportionaliter, quibus ampliauimus concluſionẽ vltimæ quæſtionis præcedentis canonis.

Secundò ampliatur, vt Romipetæ, ſeu peregrini gaudeant beneficio huius canonis, etiam ſi Romanus Pontifex Romæ non eſſet, vtſupra diximus. q. 4. in fine.

Tertiò ampliatur, vt Romipetæ ſeu peregrini vi noſtri canonis protegantur, etiam ſi Romam non ingrediantur; ſed pia loca, & ſanctorum reliquias, extra Vrbis mœnia exiſtentia viſitent: atque adeò illos vno, aut altero ex dictis modis offendentes; ſupradictam excommunicationem contrahunt: vtſupra probauimus, q. 5. circa medium.

Quartò ampliatur, vt eodem beneficio gau-
2 deant Romam petentes, voti a tantùm adimplẽ-
a di gratia, dummodo ad id deuotioone ducantur, aut ad illam comparandam inducantur, iuxta ea, quæ ſupra annotauimus, q. 8. con. 2.

Quintò ampliatur, vt Romipetæ hoc priuilegium potiantur, etiam ſi Romæ domicilium habeant, vtſupra probatum fuit. q. 11. concl. 1. & 2.

Sextò ampliatur, vt Romipetæ, ac peregrini vi noſtri canonis offendi prohibeantur, etiam ſi excommunicati ſint, hæretici, aut ſchiſmatici, dummodò deuotionis cauſa in Vrbem ſe conferant: ar. tex. in c. cùm ſecundum, §. fin. de hæret lib. 6. Quod verum eſt, niſi in eo eſſent hæretici, qui cenſerent Romanum Pontificem in hoc poteſtatem non habere: nam ex eo: quod oppugnant, vtilitatem conſequi non debent. Ita Vgol. hic, in ver. Quartò: & in ver. Quintò, vbi etiam in ver. Sextò, hoc idem priuilegium extendit ad Iudæos, & alios infideles peregrinos, qui, vt Chriſtiani fiant, Romam veniunt, & conſequenter deuotionis gratia.

Septimò ampliatur, vt Romipetæ, ſeu pere-
3 grini hoc eodem priuilegio vtantur cõtra alios Romipetas, ſeu peregrinos ad Vrbem deuotionis cauſa venientes: atque adeò Romipeta, ſeu peregrinus vulnerans alium Romipetam, vel peregri-

regrinum, in dictam excommunicationem incidat: vt ſupra diximus, q. 7.

Octauò ampliatur. vt priuilegium prædictũ
4 habeant Romipetæ, ac peregrini ſtatim ac incipiunt peregrinari, propriam domum exeuntes; etiam ſi alicuius rei obliti domum ipſam regrediantur, ad illam ſuſcipiendam, animo deinde perficiendi itet: vt ſupra annotauim, q. 12.

Nonò ampliatur, vt priuilegium huiuſmodi conceſſum Romipetis, ſeu peregrinis, deuotionis cauſa Romam accedentibus, cenſeatur conceſſum in ea commorantibus, & ab ipſa recedẽtibus, etiam ſi expreſſum id non fuerit: quoniã ſecuritas conceſſa venientibus ad aliquem locũ, cenſetur tacitè conceſſa eiſdem ab eodem loco recedentibus, vt ſupra q. 14. probatum fuit.

Decimò ampliatur, vt vi noſtri canonis protegantur Romipetæ, ac peregrini, etiam ſi pro aliis negotijs in Vrbem veniant; dummodo principaliter; vel ſaltem æquè principaliter in illam ſe conferant, deuotionis, ſeu peregrinationis gratia: vt ſupra diximus, q. 6. & 9. con. & 3. vbi etiam tractauimus, quando offendentes huiuſmodi perſonas, in vnam, vel plures excommunicationes incidant.

Vndecimò ampliatur, vt non ſolùm commit
5 tentes ſupradicta crimina in Romipetas, & peregrinos, incidant in excommunicationem noſtri canonis, ſed etiam auxilium, conſilium, & fauorem eiſdem præſtantes; etiam ſi non ſequatur effectus, vt latè probaui, ſupra q. 16.

Duodecimò ampliatur, vt beneficio huius canonis gaudeant nõ tantùm principales vt ſupra
b peregrinantes, ſed etiam eius familiares b, ſerui. ac omnes, qui comitantur eorum Dominũ Romam petentem peregrinationis, ſeu deuotionis cauſa: quoniam licèt deeſſet illis intentio peregrinandi ex cauſa deuotionis; ſed eorum finis eſſet tantummodo famulari Domino, illumq; comitari; tamen adhuc hoc priuilegium eis prodeſſet, non vt peregrinis, ſed quatenus ſerui, ac familiares ſunt ipſius peregrinantis; quoniam priuilegium cõceſſum Domino extenditur etiã ad familiares, quando aliàs inutile eſſet. Ita Alter. in explic. huius can. cap. 5. in fine in ver. ſexta dubitatio.

Sic ampliata limitatur primò hæc eadẽ concluſio, vt ij peregrini dumtaxat vi noſtri canonis protegantur, qui Romam ueniunt, & nõ alij: & ideo prædicta crimina committentes in peregrinos, euntes ad S. Iacobum de Galitia, ad Sacram ædem Sanctiſſimæ Mariæ Lauretanæ, & ad alia pia loca, excommunicationem iſtam nõ contrahunt: vt ſupra annotauimus, q. 5.

Secundò limitatur, vt Romipetæ, ac peregrini ad Vrbem accedentes, in ea commorantes, & ab ipſa recedentes, tunc demum beneficio noſtri canonis gaudeant, quando deuotionis ſeu peregrinationis gratia id agunt principaliter, vel ſaltem æquè principaliter deuotionis, ac negotiorum cauſa: Secus autem, ſi Romam ſe conferant ad ſua negotia peragenda, vel ſaltem minus principaliter deuotione moueantur, vt ſupra diximus: q. 6. Et idem dicendum eſt, ſi voti ad implendi gratia ad Vrbem veniãt, nullo modo à deuotione ducti, nec ad eandem acquirẽdam inducti; vt ſupra fuit probatum, q. 8. con. 1.

Tertiò limitatur, vt excommunicatio iſta cõ-
7 preheudat illos tantùm, qui prædicta crimina committũt in Romipetas, ſeu peregrinos, vt tales ſunt, nemqe ob eam cauſam, ne Romã ſe cõferant deuotionis, ſeu peregrinationis gratia: ſecus autem ſi illos offendat propter aliam causã, vt pote ob inimicitiam. Quod quidé probabiliter ſolùm ſubſtinuimus ſupra, q. 10.

Quartò limitatur, vt Romipetæ, ſeu peregri-
8 ni hoc priuilegium non potiantur recedẽtes ab Vrbe, aut in ea commorantes, ſi pia loca non viſerint nec aliud pium opus egerint: vt patet ex iis, quæ ſupra diximus, q. 13.

Quintò limitatur, vt excommunicatio hęc il-
9 los tantùm alliget, qui Romipetas, & peregrinos
c iniuſtè occiderint: ſecus ſi iuſtè; c quoniam tunc non incurritur ipſa cenſura. Vnde ſi quis ad ſui defenſionem peregrinum aliquem interficiat, mutilet, vulneret, capiat, aut detineat, cùm iuſtè id faciat, & citra vllam culpam, vt in l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. proculdubio in excommunicationem non incidit. Sic etiã exules diffidatos, quos ſi quis occiderit præmium ipſi eſt cõſtitutum, vulnerantes mutilantes, vel occidentes, capientes, detinentes, ſeu deprædantes, eſtò quòd Romam petant deuotionis, vel peregrinationis gratia, dictam excommunicationem non contrahunt: vt habetur ex Vgol. hic, §. 2. in ver. Secundò in excommunicationem. Sic etiam dicẽdum eſt de Iudice huiuſmodi perſonas iuſtè puniente, & de aliis ſupra relatis can. præcedenti, q. vlt. limit. 5.

Sextò limitatur, vt prædicta cenſura non in-
10 cludat verbetantes dũtaxat huiuſmodi Romipetas, ac peregrinos; etiã ſi huore illos afficiant; aut eiſdem ora pugnis contunderint, aut os in brachio, vel in alio membro confregerint, dummodo in corpore apertura non appareat; vel ſaltem Chirurgi opera partes contuſę non veniant aperiendæ ad ſanandas eas: vt ſupra diximus, q. 2.

Septimò limitatur, vt prædicta excõmunica-
11 tio non extendatur contra ſurripientes bona Romipetis, ſeu peregrinis, nec contra ſpoliãtes huiuſmodi perſonas iam mortuas: quoniam vi noſtri canonis non excommunicãtur furtũ cõmittentes, ſed deprædantes: vt patet ex his, quæ annotauimus ſupra, q. 3.

ADDITIO.

a Voti. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. c. 5. q. 8. n. 120. Anton. de Souſa hic, c. 11. n. 2. & alios, quos refert, & ſequitur Bonac. hoc eodem loco, diſp. 1. q. 11. pun. 3. ſub n. 20. moti ea ratione; quia cui conuenit ratio diſpoſitionis, conuenit etiam ipſa diſpoſitio ar. tex. in l. nos accuſare, §. omnibus, ff. de accuſat. l. ſi verò, §. de viro, ſolut. matr. c. cùm ſecundum §. fin. de hæretic. lib. 6. Io. Vincent.

b Familiares. Oppoſitam ſententiam putat eſſe de iure veriorem Bonac. de cenſur. Bull. cęn. diſp. 1. q. 11. p. 3 n. 5. quando familiares intẽtionem haberent non peregrinandi cauſa deuotionis; ſed ſolùm obſequij cauſa erga Dominũ, quia in materia pœnali præſertim cenſurarũ, non eſt facienda extenſio vltra verborum ſignificationem: verba autem huius canonis ſignificant illos ligari excommunicatione, qui ueniãt

ac-

accedentes Vrbem deuotionis causa ; non autem causa famulatus. Nobis tamen videtur probabilior sententia Duardi; maximè si famuli in comitatu sint cum eorum Dominis : quoniam iniuria facta famulis censetur facta Dominis: & propterea priuilegium Domini extenditur ad famulos, c. licèt, de priuil. lib. 6. Io. Vincent.

5 Iustè. Adde Reginald. lib. 9 suæ prax. c. 19. num. 311. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. c. 5. q. 9. n. 122. D. Cæsar.

COMMENTVM

In Canonem Vndecimum Bullæ in Cœna Domini.

ITEM Excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S.R.E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopi, Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis Diœcesibus, Territoryis, Terris, seu Dominijs eijcientes. Nec non ea mandantes vel rata habentes, seu præstantes auxilium, consilium, vel fauorem.

De Diuisione Canonis. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum appellatione, veniunt etiam Episcopi.*
2 *Excommunicatio lata in c. si quis suadente diabolo, contra percutientes clericos, fauor est, quam excommunicatio huius canonis.*
3 *Excommunicatio huius canonis habetur etiam in c. felicis, de pœn. in sexto, in clem. si quis suadente, eod. & in Const. Pij V. infelicis sæculi.*
Conueniunt in multis iura, Cardinales & alios Antistites fauentia cum Bulla cœnæ.
4 *Differunt multiplicitèr inter se iura, & Bulla cœnæ in fauorem Cardinalium, & aliorum Antistitum edita.*
6 *Defendentes eos, qui offenderunt Cardinalem, aut alium Antistitem, existimantes, innocentes esse, in excommunicationem non incidunt, etiam si postea repertantur culpabiles.*
7 *Consanguinei, & affines recipientes, eos qui offenderunt Antistitem, excommunicationem non contrahunt.*
8 *Defendentes eos qui offenderunt Antistitem re lædentur ab aliqua persona priuata, aut ab ipso Antistite offenso, seu ab ipsius consanguineis, excommunicationem non incurrunt.*
9 *Cardinales, et Antistites offendentes literas excommunicationem, varias etiam temporalibus pœnis afficiuntur.*
10 *Episcopum proponium si Ciuitas ad occidendum cõcurrat, aut quouis modo in offensionem Cardinalis, Episcopalis primum dignitatis.*
11 *Ciuitas, aut Collegium tunc dicitur ad crimen aliquod concurrere, quando conuocatis singulis collegium constituentibus ad deliberandum, decernunt, crimen illud esse committendum.*
12 *Populus si ad sonum campanæ concitato cursu moueatur ad delinquendum, nunquam censetur tamen Ciuitatem deliquisse, nisi præcesserit populi adunc sermem, conuocatio, ac deliberatio.*

TEx. diuiditur in duas partes. In prima parte excommunicantur Personæ principaliter delinquentes, in secunda accessoriè contrauenientes. Secundà ibi: Nec non, Ad cuius rei explicationem est annot. quod in hoc canone quinque veniunt considerandà. Primò tempus latæ excommunicationis. Secundò personæ, quæ excommunicantur. Tertiò actiones, propter quas fertur excommunicatio. Quartò personæ, quæ vi canonis proteguntur. Quintò loca, è quibus ipsæ eijci prohibentur.

Quoad primum, est annot. quòd hæc eadem 1 excommunicatio fertur generaliter contra offendentes clericos, in c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. quorum appellatione veniunt etiam Episcopi, vt in l. Præsbyteros, C. de Episc. Aud. Item Cardinales, quòniam clerici dicuntur omnes, qui Diuino Cultui ministeria Religionis impendunt, l. 2. C. de Episc. & cler. & Isid. lib. 7. etymol. c. 12.

Vndè excommunicatio lata in d. c. si quis sua- 2 dente, latior est excommunicatione, quæ in præsenti canone continetur. In hoc enim excommunicantur, tantùm percutientes particulares personas; in illa verò excommunicantur etiam percutientes quomodolibet quamcumque Ecclesiasticã personam, & si prima solùm tonsura sit initiata, vel Nouitius existat, vel comissus cuiuscumque Religionis cum reseruatione S. Pontifici, quando percussio esset grauis, c. si verò, il secondo, de sent. excom. In clem. quoque si quis suadente, de pœn. & in c. ita nos, 25. q. 2. specialiter proteguntur Episcopi: & in c. felicis, de pœn. lib. 6. ac in const. Pij V. quæ incipit: Infelicis sæculi, edita 14. Kalen. Ian. 1569. cuius meminit Vgol. de verbo ad verbum in explicatione nostri canonis. in Ver. vel fauorem sub n. 6. proteguntur in specie Cardinales. In nostra verò Bulla excommunicatio huiusmodi, de recenti fuit addita, vt notat hic Vigal. & Sayr. lib. 3. Thes. tom. 1. c. 15. num. 3. in explicatione ejusdem canonis.

Conueniunt autem iura prædicta cũ cano- ne

1 ne noſtræ Bullæ in multis,& in multis differſit. Conueniunt inquàm primò quoad prohibitas actiones priocipales: nam licèt hoc loco diſtinctius exprimantur,& ad nouem capita reducantur; ſi tamen eiuſdem verba rectè perpendãtur, quæ prohibentor ibi,prohiberi etiam io dictis iuribus,& e coouerſo conſtat.

Secundò conuenlunt,quoniam ſicutvi noſtri canonis excommunicantur mandantes,rata habentes,auxiliantes,ſauentes, & conſilium dantes;ita quoque in d.c.Felicis,de pœn.in ſ.xrò.

Tertio conueniunt quoad reſeruationẽ:quia tam excommunicatio noſtræ Bullę,quàm excõmunicatio dictorum iurium ſuot Romano Põtifici reſeruatæ.

Differunt vero dicta iura ab huius Bullæ ca-
5 none primò quoniam in iſto ſola fertur excommunicatio cõtra huiuſmodi ſacrilegos:in dictis verò iuribus,vltra excommunicationis cenſurã fertur quoque Interdictum:vt in c. Felicis,vbi, excepta Vrbe,quælibet Ciuitas auxilium,cõſilium,aut fauorem tribuens offendenti S. R. E. Cardinalẽ, Eccleſiaſtico ſubijcitur Interdicto. Et in d.clem.1. Terra delinquentis contra Epiſcopum eadem cenſura afficitur vſque ad condignam eius ſatisfactionem. Dummodo terra illa vltra vnam diæcefim non contineat, alias terra principalis domicilij, vel Ciuitas eſt ſuppoſita Interdicto.

Secundò differunt,quia in prædictis c.felicis, & clem.1. excommunicantur receptatores, ac defenſores eorum, qui crimina hoc loco damnata commiſerint:vt conſtat ex illis verbis: *Aut poſtea receptauerit,vel defenſauerit ſcienter eundem*: At verò vi noſtri canonis excommunicationis vinculo ligantur fauentes,auxillum,aut conſilium dantes ad prædicta ſcelera committenda in Cardinales, Epiſcopos, & alios Prælatos in eo recenſitos:& id ob illa verba: *Seu præſtantes auxilium,conſilium,vel fauorem*.

Non tamen iura illa intelligenda ſunt de de-
6 fendentibus horum criminũ Reos iuſtè,vt quia arbitrentur ac cuſatum eſſe innocentem,& talẽ fore ex Iuris diſpoſitione probare intendunt.etſi deinde probetur culpabilis;ſed loquuntur de defendentibus ſcienter contra iuſtitiam huiuſmodi reos:vt per Glo.in d.c.Felicis,in ver. Defenſauerit: vbi remittit ſe ad ea, quæ dixit in c. propoſuit.ver. I autorem,de cler.excom. minſtr.Cardin. in d.clem.1. num.12. ver. Decimoquarto quæro de defendente,& Syl.in ſum. in ver. Excommunicatio.7 §.46.ver. Terno vtrum incidit.

Sic etiam ſub diſpoſitione dictorum iurium
7 non comprehenduntur receptantes conſanguineos,& affines, qui ſcelera hic prohibita commiſerunt,vt tales ſunt,& non in fauorem ſceleru:quoniam hi,licèt omnino non abſoluãtur; non tamen adeò ſeuerè puniuntur ſicut extranei,ar.rex. in l. 1. & 2. ff. de ijs, qui latr. occult. Ita Glo.in d.c.felicis,in ver.Receptauerit.

Et denique à cenſuris ipſorum excludunrur
8 defendentes, aut receptantes huiuſmodi ſacrilegos,ne lædãtur ab aliqua perſona priuata. vel ne ab ipſo Prælato offenſo, uel eius conſanguineis procurantibus vindictam nomine eiuſdem Prælati iniuria afficiantur:quoniam actio, qua quis quærit reum offendere,eſt noua iniuria, quam quiſque à ſocio poteſt legitimè propulſare: vt in c.dilectus,de ſent.excom. lib. 6. in illis verbis: *Et quidem cum liceat cuilibet ſuo vicino,vel proximo pro repellenda ipſius iniuria ſuũ imperti auxilium immo ſi poteſt, & negligit videatur iniuriantem fouere, ac eius particeps eius culpæ,& c.* Ita Glo. in d.clem. 1. ver. Defenſauerit: & Syl. in ſum. in ver. Excommunicatio.7.§.45.in ver. Addit tamen.

Solùm igitur iure com. prædicta cenſura ligantur ij,qui dictos delinquentes poſt commiſſi ab eis ſcelera adiuuant,defendunt, recipiunt, inſtruunt, domi occultant, ne in manus Miniſtrorum Iuſtitiæ incidant. Qui quidem non excommunicantur vi canonis noſtræ Bullæ: quia Bulla excommunicat defenſorem delicti, non autem delinquentis,vt q.ſequenti,Deo duce, dicemus.

Tertiò differunt dicta iura à canone præſẽtis Bullæ:quoniam in d.c.felicis,excommunicatio fertur non ſolùm contra offendentes S. R. E. Cardinales; ſed etiam contra quemcumque Dominum, ſeu Rectorem, qui intra menſem à die habitæ notitiæ tenorem conſtitutionis d.c. felicis obſeruari non fecerit. Et in d. clem. 1. excommunicationis ſententijs ſubijciuntur Poteſtates, Conſiliarij, Baiuli, Scabini, Aduocati, Conſules,Rectores, & Officiales,qui in ijs, quæ ib. prohibeotur culpabiles exiſtunt. At verò noſtræ Bullæ cẽſura ad has perſonas nõ extẽditur.

Quartò Iura ipſa differunt à noſtra Bulla quo ad formam abſolutionis impeodendam: quia in d. c.felicis, & clem.1. antequam Reo abſolutionis beneficium impendatur,debet ipſe Reus idoneè cauere, quòd inferendæ pœnæ parebit, & pœnitentiam iniungendam peraget. Quòd diebus domimcis, & alijs ſolennibus nudus coram populo femoralia tantùm habens incedet per omnes illius loci Eccleſias principales,vicinorumque locorum.Præterea quòd ferulas in manibus deferens,cum eis per eaſdem Eccleſias publicè ſe fuſtigabit. Et denique vltra mare proficiſcens,per tres annos ad minus pœnitentiam ager,non reuerſurus finito triennio abſque Sedis Apoſtolicæ ſpeciali licentia. In noſtra verò Bulla, in abſolutionis forma impendeoda nihil horum præcipitur.

Quintò differunt,quia in noſtra Bulla alia pe-
9 na præter excommunicationem ſupradictis ſacrilegis non imponitur. At in dictis iuribus,nẽpe in c.felicis,& Clem.1. vltra excommunicationem,& Interdictum plores aliæ, & grauiſſimæ pœnæ temporales eiſdem inferuntur. Nam tanquam Rei criminis læſæ Maieſtatis perpetuò efficiuntur infames,diffidati,& banniti:priuantur teſtamẽti factione actiua,& paſſiua;atque adeò excluduntur à ſucceſſione tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato: cuncta ipſorum ædificia dãtur in ruinam, ita vt fiant habitationes eorum deſertæ,& non ſit qui eas inhabitet. Nullus eis debita reddere, nullus reſpondere in Iudicio tenetur. Bona confiſcantur, feudis, officijs, ac beneficijs ſint ipſo iure priuati, ſicut eorum filij, & neptes quibuſcunque dignitatibus; & ad alias in futurum efficiuntur inhabiles. Negatur ipſis poſtulandi facultas,iudicandi,& exercendi quodcumque publicũ munus. In Iudicijs eorũ teſtimonium nullam probationem facit, atque ideo ad teſtificandum, & ad omnes actus legi-

timos

timos efficiuntur inhabiles. Et denique quamdiù tanti facinoris auctores,& particeps in ſua contumacia perdurauerint, ſingulis diebus dominicis,& feſtiuis, pulſatis campanis, & candelis accenſis, per omnes illius loci Eccleſias, in quo tantum facinus fuerit attentatum, nec non Ciuitatum,& Diœceſum vicinarum denunciatur publicè excõmunicati. Et ſi cõtingat (quod
10 abſit) Ciuitatem in necem proprij Epiſcopi cõcurrere,aut quouis modo in offenſionem Cardinalium, Epiſcopali priuatur dignitate, vt in c. Ita nos,25 q.2.& in d.c.felicis.

Dicitur autem Ciuitas,aut Collegium huuſ-
11 modi facinora committere,vbi conuocatis ſingulis Collegium conſtituentibus, vel Vniuerſitatem ad deliberandum, an eſſet occidendus Epiſcopus,vel quouiſmodo offendendus Cardinalis,& facta deliberatione,quod Epiſcopus occidatur, aut Cardinalis offendatur, Epiſcopus occiditur,ſeu Cardinalis offenditur, tunc enim diceretur tota Ciuitas,ſeu Collegium deliquiſſe: vt in c. cùm omnes, de Conſtit. alias ſecus: quoniam delictum commiſſum à pluribus alicuius corporis,vel Vniuerſitatis ſimul concurrentibus, non poteſt dici commiſſum ab Vniuerſitate,niſi fuerit commiſſum conuocato cõſilio, & deliberatione præcedente eorum, qui Ciuitatem repreſentant, vel fuerit factum ab ipſo populo ad hoc congregato more cõſueto,& deliberatione præmiſſa: vt per Glo.in l. ſicut,ff. quòd cuiuſque vniuer.& in l. aliud, ver. Refertur,ff. de regul.iur.& Bar.in l.aut facta, § fin. ff. de pœn. Vbi ex eo illud quoque ſilentio prætereundum nolui,quod etiã confirmant Io.Andr. in d.c. Felicis,Panor.in c.dilectus,il 2.n.9.& 13. de Simon.Io.de Lign. & Io.de Imol.in d.clem.
12 1.ver.Si Ciuitas;nempe,quòd ſi vniuerſitas populus ad ſonum campanæ concitato curſu moueatur ad interficiendum aliquem, nõ cenſetur tota Ciuitas occidiſſe,ſed ſingulares perſonæ, ſi non præceſſit conuocatio populi ad hunc finẽ facta,& deliberatio.

Quoad ſecundum eſt annot. quòd perſonæ, quæ in hoc canone excommunicantur, quædã ſunt principales,& quædam acceſſoriæ. Principales ſunt nouem: nempe,interficientes, mutilantes,vulnerantes,percutientes,capientes,carcerantes, detinentes, hoſtiliter inſequentes, & ejicientes. Acceſſoriæ verò ſunt quinque videlicet, mandantes, ratum habentes, auxiliantes, conſulentes,ac fauentes, ad ſequentes actiones, vel earum vnam,aut alteram perpetrandas. In d.c. Felicis,& Clem. ſi quis ſuadente addunturetiam tria alia perſonarum genera,nempe fouentes, defenſores,& receptatores:& in relata conſtitu. Pij V.extenditur conſtitutio Bonifacij. quæ incipit; Eiuſdem, &c. edita contra offendentes S.Rom.Ec. Cardinales,etiam ad ſcientes,& non reuelantes.

Quoad tertium actiones ſimiliter quædã principales ſunt,& quædam acceſſoriæ. Principales ſunt nouem. Primò interficere. Secundò mutilare. Tertiò vulnerare. Quartò percutere. Quinto capere. Sextò carcerare. Septimò detinere. Octauò hoſtiliter inſequi. Nonò è locis ſuis ſequentes perſonas ejicere. Acceſſoriæ autẽ actiones ſunt quinque. Primo mandare. Secundo ratum habere. Tertiò auxiliari. Quarto. cõſulere. Quintò fauere. Adduntur etiam in d. c. Felicis, clem. ſi quis ſuadente,& in d. Conſt. Pij V. aſſociari, defendere, receptare, & ſcire prædictos delinquentes contra S. R. E. Cardinales, & non reuelare.

Quoad quartum ſex ſunt perſonarum genera, quæ vi præſentis canonis proteguntur,& offendi prohibentur. Primò Cardinales. Secundò Patriarchę. Tertiò Archiepiſcopi. Quartò Epiſcopi. Quintò Sedis Apoſtolicę Legati. Sextò euiſdem, S. A. Nuncij.

Quoad vltimum, loca,ex quibus dictæ perſonæ inhibentur ejici,ſunt quatuor. Primò e ſuis Diœceſibus. Secundò è ſuis territorijs. Tertiò è terris. Quartò è dominijs.

Vtrum actiones in ſupradictis iuribus prohibitæ, virtute contineantur in hoc canone. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio huius canonis non includit omnia, quæ prohibentur in c.felicis,in clem.ſi quis ſuadente,& in Conſt. Pij V.*
2 *Socius criminis,non ſolùm auxilium præſtat,ac fauorem,ſed ipſe facit.*
3 *Auxilium,eſt de præſenti,conſilium de futuro.*
4 *Receptatio,an,& quando ſit ſpecies auxilij.*
5 *Conſpirationem non reuelans an dicatur opem ferre?*

IN hac re Nauar. in ſuo Man.c.27.n.67.ait, in hac clauſula generaliter includi omnia illa, quæ in d.c.felicis,& Clem.ſi quis ſuadente ſpecialiter enumerantur. Vndè videtur aſſerere, ſub hoc canone comprehendi ſocium, defenſorem, ac receptatorem. Hanc eandem ſententiam tenet Alter. hoc eodem loco, cap.1. in fine,dum ait,omnes excommunicationes iure antiquo latas contra offendentes perſonas Eccleſiaſticas contineri virtualiter ſub excommunicatione huius canonis tanquam in ſolemniori,& quæ difficilioris eſt abſolutionis. Vndè ait lædentes Cardinalem aut alium ex enumeratis hic Prælatis, violare quoq; canonẽ ſi quis ſuadente diabolo, 17.q.4. in quo fertur excommunicatio contra offendentes clericos. Nõ tamen dicendum eſt è contra, ex offenſione ſimplicis clerici contrahi cenſuram noſtræ Bullæ. Et ſi tolleretur excommunicatio Bullæ, non propterea intelligeretur ſublata excommunicatio d.c.ſi quis ſuadente diabolo.

Secunda ſententia, quæ nobis magis proba-
1 tur, eſt Suar. in explicatione eiuſdem canonis diſp.21.de cenſur.ſec.2.n.72.tenentis cũ Nauar. quoad ſocium: quoniam qui ſocius eſt criminis
2 auxilium confert,fauorem: Imò ipſe etiam facit, cum ſit cooperator: vt ſupra probauimus can.præcedẽti,q.15.contra verò Nauar. quoad defenſorem.ac receptatorem: nam,qui poſt commiſſum crimẽ delinquentem receptat, nõ propterea mandat,aut ratum habet delictum, ne-
3 que confert auxilium, vel conſilium: eo quòd auxilium eſt de præſenti: conſilium de futuro; neutrum autem eſt ad præteritum.

Nec

Nec valet dicere, quòd receptatio ſit ſpecies
4 auxilij, cùm ſit auxilium ad ſe tuendum, vel occultãdum, ne à miniſtris iuſtitiæ capiatur; quoniam licèt hoc malum eſſe poſſit: non tamen vi noſtri canonis ſpecialiter prohibetur, ſicut inhibitum non eſt conſilium dare ad effugiendas perſequẽtium manus. Sic etiam receptare, quãuis ſit fauorem præbere, nihilominus non præſtatur fauor ad committenda delicta in hoc canone damnata; ſed ad euitandum forte illorum pœnam.

Quoad defenſionem, patet etiam dicta ſententia: quia ſi defenſio huiuſmodi ſupponitur poſt commiſſum delictum, vt ſupponitur in d. c. Felicis, per ly. *Poſtea* talis defenſio, nec auxiliũ eſt, nec fauor ad ea, quæ ibi prohibentur. Quæ ratio, tunc conuincere dicitur, quando delictũ omninò præterijt, & ſolùm agitur de ſupplicio delinquentis. At verò ſi crimen adhuc pendeat in futurum. quia habet continuationem aliquã ſeu actum ſucceſſiuum, vt eſt detentio, incarceratio, vel quia agitur de reparando damno illato; puta per bonorum ſpoliationem; tunc receptare, & defendere, eſſent, auxilium, vel fauorẽ præbere ad continuationem delicti, vel damni illati: & ita omnes illæ particulæ comprehenderentur ſub noſtro canone.

Quod diximus de defenſore, ac receptatore,
3 idem proportionaliter dicendum eſt de ſciente delictum, & non reuelante, iuxta d. Conſt. Pij V. quia hoc non eſt mandare delictum, nec ratum habere, nec auxilium, nec conſilium dare, cùm non reuelare delictum, ſit actio poſt commiſſum delictum, vt conſideranti patet: ſecus autem de non reuelante conſpirationem, & ſic delictum committendum, vt infra Deo duce, dicemus, q. 19.

Ex his igitur concluditur, quòd in plus ſe habent dicta iura ſimul iuncta, quàm iſte canon: & ideo in his, quæ excedunt ipſum canonem, contrauenientes incidunt in excommunicationem dictorum iurium; non autẽ noſtri canonis.

Ibi (*Percutientes*) Quid hoc loco ſignificet percutere; & an idem ſit, quòd vulnerare. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Percutere, an idem ſit, quod ferire, & in hoc canone quid ſignificet.*

2 *Percutientes S.R.E. Cardinales Epiſcopos, & alios maiores Prælatos, incidunt in hanc excommunicationem, ſiue percutiant cum corporis apertura, ſiue non.*

3 *Percutere ſi propriè ſumatur, latius patet, quàm verberare.*

4 *Verberare, & pulſare, licèt quandoque confundantur; tamen ſi ſtrictè conſiderentur verberare ſignificat cum dolore cædere, pulſare verò ſine dolore.*

IN hac difficultate Viual. in explicatione ſe-
1 quentis canonis, n. 4. exiſtimat, quòd verbum, percutere, idem ſignificat, quòd ferire. Hinc infert, quòd ſi quis fæcularem aliquem recurrentem ad Romanam Curiam pro ſuis negotijs, alapa cædat. pallium ei rumpat, in faciem conſpuat, aquam ſuper eundem effundat, in excommunicationem in d. canone contentam nõ incidit: quoniam id non eſt illum percutere: eo quòd percutere ſecũdum propriam, & gramaticalem eius ſignificationem, denotat ferire. Sic Virg. Aen. lib. 12. *Ferque, quaterque manu pectus percuſſis honeſtum*.

Sed quicquid ſit de Viual. ſententia circa prædicti nominis ſignificationem; nos tamen dicimus, quòd percutere, in hoc canone non ſit idem, quòd ferire: quoniam vi d. canonis, excõmunicantur ſpecialiter tam vulnerantes, quàm percutientes; ergo ſignum eſt, quòd hoc loco, ly. *Percutientes*, non ſignificat idem, quod vulnerantes; ſed ponuntur pro diuerſis, ſicut interficientes, mutilantes, capientes, carcerantes, detinentes, hoſtiliter inſequentes, & eijcientes.

Vndé concluditur, quòd in hoc canone, percutere, ſignificat, cædere ſine aliqua corporis apertura, & conſequenter non denotat vulnerare, ſeu ferire, quod non ſit ſine aliqua corporis apertura: vt can. præcedenti probauimus, q. 2. Et tantò fortiùs: quoniam licèt percutere ſignificet ferire; tamẽ ſignificat etiam cędere ſine vulnere: vt colligitur ex Tolet. hic propè finem. Hinc Cic. offic. lib. 1. ſic ait: *Si dare hanc vim Marco Craſſo, vt digitorum percuſſione poſſet hæres ſcriptus eſſe.* Imò ſecundum communem modum loquendi, rectè dicimus aliquem alapa percuſſum, non ſecus ac gladio. Et qui manus violentas in clericum iniecit, verè clericum percuſſiſſe dicitur; eſtò quòd vulnus eidem non inflixerit, vt per DD. in c. ſi quis ſuadente Diabolo, 17 q. 4. Sayr. lib 3. Theſ. tom. 1. c. 26. & 27. Suar. de cenſur. diſp. 22. ſec. 1 & alij.

a Cùm igitur percutere referatur ad ferientẽ,
2 & ad verbera inferentem ſine vulnere, & in noſtro canone feratur excommunicatio ſpecialiter contra vulnerantes, & percutientes, ſequitur, quòd comprehendantur, nõ modo percutientes cũ corporis apertura, per ly. *Vulnerantes*, ſed etiam comprehendantur percutientes ſine vulnere, & aliqua corporis apertura, per ly. *Percutientes*, atque adeo percutere, ac vulnerare, hoc loco ad diuerſa referuntur. Licèt percutere, idem ſignificet quod cedere, ideſt verberare, aut pulſare, vt in cap. cùm Beatus, 45. d.

Imò ſi percutere propriè ſumatur latiùs patet, quàm verberare, aut pulſare: nã quouiſmodo quis alium lædat, ſiue manu, ſiue virga, flagello, aut baculo, dicitur percutere. Non ſic verberare, aut pulſare, quæ ſignificant flagello cædere, non autem pugno, niſi abuſiuè: vt in l. item §. ait Prætor, ff. de iniur. & l. ſi ex plagis, §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil.

Et licèt prædicta verba quandoque confun-
4 dantur: vt in l. Prætor ait, propè finem, ver. Sicum ſeruum meum, ff. de iniur. tamen ſi ſtrictè conſiderentur, verberare ſignificat cum dolore cædere: pulſare vero ſine dolore: ſic habetur in l. Lex cornelia, ff. eo. tit. & l. ſi ſine, §. fin. iuncta Gloſ. in ver. Verberatus. ff. rem rat. hab. Quo circa Romanus Pontifex in hoc canone percutientes intelligit, non ſolùm, qui fuſte, flagello, baculo, aut quocunqoe alio inſtrumẽto verberat, ſed vniuerſaliter, qui pugno, alapa, ſeu quo-

uis alio modo corporaliter pulſat.

Quid autem in hoc canone ſignificent verba illa: Interficientes, mutilantes, vulnerantes, latè ſupra declarauimus, can. 9.

ADDITIO.

a Percutere. Adde Alter. de cenſur. lib. 5. diſp. 12. c. 4. col. 1. ver. Percutientes, & Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 12. pun. 1. num. 2. excludentem à cenſura huius canonis auferentem, aut lacerantem, pallium S. R. E. Cardinali, quàuis incidat in can. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. Abb. Alex.

Ibi (*Capientes, carcerantes, detinentes*) Quid hoc loco denotent prædicta verba. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Detinere, licèt ſignificet etiam carcerare; tamen in hoc canone, detinere, ſumitur ſtrictè, prout differt a carcerare.*

2 *Carcer inuentus eſt ad cuſtodiam.*

3 *Carcerem dari in pœnam, licèt iure ciuili improbetur: iure tamen canonico carcer non ſolùm in cuſtodiam, ſed etiam datur in pœnam.*

4 *Carcerem priuato an & quando licet inferre: & carceris quot ſint ſpecies, declaratur.*

5 *Capere licèt non dicamur, niſi retinendi animum habeamus, tamen perſonas hic prohibitas ſi quis capiat & alij tradat detinendas, ambo in excommunicationem incidunt.*

6 *Carceratio comminata ſatis non eſt ad incurrendam cenſuram contra carcerantes, & detinentes Antiſtites.*

1 REſpondetur, quòd licèt detinere, non modò ſignificet manu, aut ligamine aliquẽ tenere, ſed etiam cuſtodiæ mancipare, & carcerare, nam detinere eſt genus quoddam, ſub ſe cõtinens carcerare, & quocunque alio modo tenere, vndè omnis, qui aliquem in carcerẽ conijcit detinet, ſed non è contra, omnis qui detinet, carceribus mancipat; tamen in hoc canone, dè-
a tinere a, ſumitur ſtrictè, prout differt à carcerare. Nã carcerare formaliter, eſt aliquem publica
2 auctoritate in aliquo loco poſitum, ne aufugiat cuſtodire: eo quòd carcer ad inuentus eſt ad cuſtodiam: vt in c. quamuis, de pœn. lib. 6. & l. 1. & toto tit. de cuſt. reor.

Et quamuis ius ciuile improbare videatur dari carcerem in pœnam: vt in l. aut damnum, ff. de pœn. vbi ſic inquit Vlpian. *Carcer enim ad continendos homines non ad puniendos haberi debet*; nihilominus iure Pontificio carcer, non ſolùm in cu-
b ſtodiam, ſed etiam datur in pœnam b: vt in d. c. quamuis. Vbi Bonifacius Octauus permittit, vt carceri, licèt ad cuſtodiam fuerit adinuentus, Rei perpetuo, vel ad tempus ad pœnitentia peragendam mancipentur. Hoc idem patet in tex. in clem. 1. §. propter quod, de hæret.

Eſt autem carcer publicus, & priuatus. Pu-
4 blicus dicitur, quem ſupra diximus. Priuatus vero eſt, quo priuati homines vtũtur: & is citra culpam haberi non poteſt. Immo iure ciuili pœna vltimi ſupplicij imponitur priuatos carceres habentibus: vt in l. vnica, C. de priuat. carcer. & in l. ſuccurritur, ff. ex quibus cau. maior. Bene uerum eſt, quòd D. Thom. 2. 2. q. 65. ar. 3. ad tertium, licèt aſſerat crimẽ eſſe aliquem ab aliquo priuato carceribus mancipari; nihilominus id concedit cuicunque priuato ad detinendũ hominem ad horam, ne delictũ aliquod committat, aut ne ſe præcipitem tradat.

Excõmunicantur igitur vi noſtri canonis incarcerantes Cardinalem, [illegible] alios Antiſtites, & Prælatos ibi recenſitos; ideſt detrudentes eos in locum, vt ibi cuſtodiantur, & inde exire nequeant; ſiue carcer publicus ſit, ſiue priuatus. Dũmodo recta intentione vtſupra id nõ agant.

Detinere verò, ſpeciatim ſumptum, ſignificat de facto aliquem tenere: quod ad priuatas perſonas proprié pertinet: vt in l. 5. in ver. Detinere, & in ver. Detinerent, ff. de eo, per quem fact. erit, quom quis in iud. ſiſt. Hinc Cic. lib. 1. Tuſcul. ſic ait: *Et cùm penè in manu iam mortiferum illud teneret poculum locutus ita eſt.* Et Ouid. epiſt. 15. *Cùm te tenes arctius ille.*

c Et quamuis capere c nunquam dicimus, niſi
5 retinendi animum habeamus, vt in l. non videtur. 52. ff. de reg. iur. & nos alias diximus ſupra, can. 9. q. 24. Nihilominus vnus poteſt aliquem capere, & alij tradere detinendum; atque adeò vnus poteſt excommunicationem contrahere, vt capiens: & alter, vt detinens.

Nec ſatis eſt ad incurrendam dictam excom-
6 municationem minari capturam, carcerationem ſeu detentionẽ perſonis, quæ vi noſtri canonis proteguntur, niſi cum effectu actiones prædictæ compleantur; quoniam actus per cẽſuram prohibitus, debet eſſe conſumatus. Vndè ſupradictæ perſonæ cum effectu debent capi, detineri, carcerari, aut ejici à ſuis diœceſibus, territorijs, vel ab illis terris, in quibus per legationem iuriſdictionem habent, vel dominium; nã ille etiam dicuntur terræ ſuæ. Quod ſi dictæ perſonæ compellantur exire à terra non ſua, nempe a Curia Regis, licèt aliàs peccatum committatur; non tamen excommunicatio præſentis canonis incurritur: vt bene notat Suar. hoc loco, diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. n. 70. & Sayr. ibidem lib. 3. Theſ. t. 1. c. 15. n. 6. Sic etiam ſi aliqui ex ijs, qui vi d. canonis proteguntur non capiatur; ſed inſultus ei fiat ad domum, vt eidem injuria inferatur: vel ſi obſideatur in domo, vel in caſtro, non vt ibi cuſtodiatur, ſed ad inferendum illi iniuriã
d non contrahitur iſta excommunicatio d, vt idẽ Sayr. ibi notat e. Inn. & alijs, & nos infra, Deo duce, latius dicemus.

ADDITIO.

a Detinere. Adde hic Alter. lib. 5. diſp. 12. c. 4. col. 2. verſ carcerantes. & Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. c. 9. q. 3. n 236. D. Cæſar.

b Pœnam. Adde, quòd carcer eſt corporis cruciatus, atque adeò mala manſio, l. apud Labeonem, §. quæ thonis, ff. de iniur. Caſtil. cont. 13 n. 26. & cont. 29. num 29. Tuſch. in ver. Carcer, concl. 79. num. 1. & 2. vbi etiam nu. 3. probat, carcerem eſſe ſpeciem ſeruitutis, l. 1. & 2. ff. de lib. homin exib. quòd tamen limitat, vbi fieret à priuato de facto: ſecus autem ſi à Iudice via iu-

iuris; quoniam tunc carcer non diceretur ſeruitutis ſpecies, Alex. conſ. 133. num. 9. verſ. Non obſtat, lib. 6. Imò carceratio infert infamiam carcerato, & eſt actus omnino irreparabilis, Alex. conſ. 17. col. 3. lib. 1. Eſt tamen verum, quòd quando Iudex reum conſignat militibus, extra carcerem tutò cuſtodiendum: vel illi aſſignat domum, vel Ciuitatem pro carcere non dicitur reum formaliter carcerare: ſiquidem id fieri ſolet quibuſdam perſonis, qui probabiliter æſtimantur innocentes, vt colligitur ex Tuſch. loco citato, num. 7. Iudicem tamen ita conſignantem S. R. E. Cardinalem, in excommunicationem huius canonis incidere, citra omnẽ controuerſiam fatendum eſt. Nam ſaltem diceretur eum capere, vel detinere. D. Cæſar.

e Capere. Adde, quòd captura infert iniuriam. Vndè, qui facit aliquem capere iniuſtè tenetur actione iniuriarum, l. pen. C. qui bon. ced. poſ. l. fin. ff de iniur. Imò captura non ſolùm eſt ignominioſa; ſed grauamen irreparabile infert, vt per Bald. in l. ſi clericus, col. 2. C. de Epiſcop. & Cler. Caſts. in l. 4. §. condemnatum, circa fin. vbi Iaſ. n. 31. ff. de re iudic. Alex. conſ. 17. col. 3. lib. 1. & Tuſch. in ver. Capto iniuſtè, concl. 75. n. 3. D. Cæſar.

d Excommunicatio. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. c. 9. q. 7. n. 245. & Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 12. pun. 1. ſub nu. 5. 14. & 15. contra Alter. hoc eodem loco, lib. 5. diſp. 12. c. 4. col. 5. ver. Hæc opinio. Abb. Alex.

Ibi (*Vel hoſtiliter inſequentes*) Quid eſt hoſtiliter inſequi. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Hoſtiliter inſequi, eſt aliquem hoſtili more, tanquam capitalem hoſtem publicè perſequi.*

2 *Hoſtiliter inſequentes Epiſcopos, & alios maiores Prælatos, ſi inſecutio publicè fiat in excommunicationem incidunt, etiam ſi perſonis huiuſmodi nullum damnum inferatur.*

3 *Cardinalem obſidens, vt verecundiam tantùm ipſi inferat, aut vt eis contumelioſis tantùm afficiat, in excommunicationem hanc non incidit.*

4 *Lex etiam in odioſis & pœnalibus extenditur ad omnia, ad quæ verba extenduntur.*

5 *Verba legis iuxta finem, propter quem edita eſt, debet intelligi.*

6 *Legis verba interpretanda ſunt, vt ipſa proprioſin. non fruſtretur.*

7 *Legis mens eſt attendenda potius quàm verba.*

8 *Id pro lege habendum eſt, quòd legislator interrogatus, cùm eam ferret, reſpondiſſet.*

9 *Priuilegia conceſſa fauore dignitatis Eccleſiaſticæ, ſunt latiſſimè interpretanda.*

10 *Hoſtiliter inſequi, denotat publicam inſecutionem hoſtilis more.*

11 *Extenſio in pœnalibus nunquam fit, niſi lex ſi ret inanis, fruſtraretur ſuo fine, aut id per aliam legem in ſpecialibus caſibus ſtatueretur.*

1 2 REſpondetur, quòd hoſtiliter a inſequi dicitur aliquis, quotieſcunque hoſtili more, tãquam capitalis hoſtis, vel publicè, ac manifeſtè perſequitur, vt habetur ex Gemin. in c. Felicis, in prin. n. 5. de pœn. lib. 6. Vndè qui Cardinales, & alias perſonas in hoc canone relatas inſequitur, vt interficiat, mutilet, vulneret, percutiat, capiat, detineat, carceret, rebus ſuis ſpoliet, è pro prijs locis eijciat, vel alio quocunque modo lædat, proculdubio ſub diſpoſitione noſtri canonis comprehenditur: quoniam hæc omnia hoſtes faciunt.

Immo ad cenſuram, hanc contrahendam ſatis eſt, ſi inſecutio publicè fiat, etiamſi perſonis 2 huiuſmodi nihil damni inferatur, dũmodo nocendi conatus interueniat. Hinc eſt, quòd qui Cardinalem perſequens, telum in eum torſerit, lapidem iniecerit, ad eius ædes inſultum fecerit vt ipſum interficeret, mutilaret, caperet, obſideret, & his ſimilia, prædictam excommunicationem contrahit, eſtiũ nihil damni ex eo ſequatur, nec hoſtili more inſecutio inferatur: vt patet ex his, quæ dicunt hoc loco Sayr. lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 15. n. 7. Et Vgol. in ver. vel hoſtiliter inſe- 3 quentes, cum alijs, quos allegant. Vbi n. 5. & 6. id limitat, quando quis obſidet Cardinalem, quo verecundiam ipſi inferat, aut verbis contumelioſis eundem afficiat: quoniam tunc in cenſurã ipsã non incidit: vt ſupra, q. præcedẽti, in fine ex Sayr. & alijs Doctoribus quoque annotauimus.

Et licèt Alter. hoc eodem loco, cap. 4. col. 5. ver. Hæc opinio: dicat, quòd iſta ſententia eſt communis per rationes, quas affert Gemin. in c. Felicis, de pœn. in ſexto, & alij, eidem tamen non probatur.

Mouetur primò qnia Doctores referunt Archidiaconi ſi pro communi ſententia: qui non loquitur de excommunicatione, quæ contrahi tur per hoſtilem inſecutionem: eo quòd Archidiaconus nititur teſtimonio Innocentij in c. nuper, de ſent. excom. in prin. tractantis ſolùm de excommunicatione c. ſi quis ſuadente diabolo, 17 q 4 & dicentis illam incurri, ſi obſideatur domi Clericus, vt non poſſit abire: ſecus autem ſi id fiat, vt ignominia, & dedecore afficiciatur. Vndè nõ agit ipſe Inn. de excom. d. c. felicis. quę per ſolã inſecutionem incurritur: nec potuit de illa agere, cùm cõſtitutio d. c. felicis, fuerit edita a Bonifacio VIII qui fuit lõgè poſt ipsã Innoc.

Secundò quoniam verbum *Inſequor* licèt ſi- 4 gnificet motum ſequentis alium præeuntẽ; tamen propriè denotat idem quod valdè ſequor. Et cum in hoc canone ſimpliciter apponatur, ſumendum eſt in ſua laſſiſſima ſignificatione; quia lex etiam in odioſis, & pœnalibus extenditur ad omnia, ad quæ verba extenduntur, l. cum lege, & ibi Glo. ff. de teſtam. & Dec. in l. factum §. in pœnalibus. ff de regul. iur. & eò magis, quia 5 verba legis iuxta finem propter quem edita eſt, intelligi debent, l. in agris. ff de acquir. rer. domin. c. in. de præben. At finis Romani Põtificis in hoc canone fuit prouidere dignitati, ac ſecuritati Præſulum, vt ab omnibus debito honore afficerentur, & eorum munus ſecuri citra omnẽ formidinem gererent: ergo comprehenditur ſub diſpoſitione noſtri canonis, non modò dictos Antiſtites hoſtiliter inſequentes; ſed etiam inſultum eiſdem ad eorum domum facientes iniuriandi tantùm animo, quoniam aliàs prædicto fini prouiſum ſufficienter non ſuiſſet.

Confirmatur quia verba legis interpretanda

6 sunt, vt ipsa proprio fine non frustretur, & reddatur inanis, etiam si materia sit pœnalis, c. si ciuitas, de sent. excom. in sexto, Glo. in c. quanquàm, ver. Aliter facta. de vsur. At si dispositio huius canonis comprehenderet illos tantùm, qui Cardinales insecuntur, & non insultantes vt supra, suo fine frustraretur.

Confirmatur magis, quia mēs legis est magis
7 attendenda, quàm verba, c. Marcum, 1. q. 1. c. fin. de regul. iur. in 6. & l. cùm Prætor, §. dulcissimis, ff. de leg. 2. & id pro lege habendum est, quod
8 legislator interrogatus, cùm cam ferret, respondisset: vt per Glo in l. talc pactum, §. fin. ff. de pact. At mens Rom. Pontificis videtur fuisse, vt excommunicatio ista comprehendat non solùm insequentes: sed etiam eo modo insultantes.

Tertiò mouetur, quoniam dispositio nostri
9 canonis est priuilegium publicum respiciēs dignitatem ordinis: ergo non est coarctanda, sed largissimè interpretanda fauore dignitatis Ecclesiasticæ: vt in c. olim, de verb. sign.

Denique quoniam non desunt Doctores, qui tenent insultantes hoc pacto clericos, incidere in c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. ergo multò magis id dicendum est de insultantibus Antistites, de quibus agitur vt incidant in excommunicationem, quæ habetur in hoc canone.

His tamen non obstantibus, arbitror nō esse
10 recedendum à communi opinione. Etenim hostiliter insequi, secundum propriam vocabuli significationem denotat publicam insecutionē hostili more: quod non potest verificari in huiusmodi insultantibus: & ideo, cùm simus in pe-
11 nalibus, verba sunt strictè interpretanda; nec in pœnis fit extensio, nisi quando lex fieret inutilis frustraretur suo fine, aut id per aliam legem in specialibus casibus statueretur. Quæ quidem omnia non militant in casu nostro: nam nullo canone, aut alia Ecclesiastica constitutione id statuitur; nec ob id canon iste redditur inutilis, quòd excommunicatione non alliget sic insultantes supradictos Præsules, cùm alliget eos occidentes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, hostiliter insequentes, ac à propriis Diœcesibus, & terris eicientes.

Et denique non ex eo quòd hoc canonis priuilegium sit publicum est latissimè interpretādum: quoniam in pœnalibus, vt sæpe diximus, & quando agitur de præiudicio tertij; priuilegia recipiunt strictam interpretationem: tanto fortius, quia non constat de mente Romani Pontificis saltem præsumptiuè, vt interrogatus de casu, de quo agitur, sit responsurus iuxta prædictam sententiam.

ADDITIO.

a Hostiliter. Adde Reginald. lib. 9. suæ prax. c. 20. num. 313. Anton. de Sousa hic c. 12. disp. 59. n. 2. & alios apud Bonac. hoc eodem, loco, disp. 1. q. 12. pun. 1. n. 6. Abb. Alex.

Ibi (*Cardinales*) Cardinalis, quisnam propriè dicatur, vt offendentes eum, in prædictam excommunicationem incidant: & an maiorem Episcopo habeant dignitatem. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis, vt legitimè quis dicatur creatus, duo exigit, nempe quod de ipso fiat electio: & quod electus electioni de se factæ consentiat.*

2 *Cardinalem electum tantum, qui electioni nondum consensit offendens, excommunicationem illam non contrahit.*

3 *Cardinalis, cur ita dicatur.*

4 *Cardinalium potestas magna est, & mortuo Romano Pontifice, Pontificia potestas non manet in eorum Collegio actualiter, sed radicaliter tantùm.*

5 *Cardinalium Collegium, mortuo Papa, an habeat facultatem condendi, & reuocandi leges.*

6 *Cardinales olim consiliarij dicebantur.*

7 *Cardinales, licèt Episcopos officio excedant; tamen non habent maiorem, quàm Episcopi dignitatem.*

8 *Cardinalium si mentio non fieret in hoc canone, sed tantum Episcoporum, & c. offendentes eos excommunicationem illam non contraherent.*

9 *Episcoporum si tantùm mentio fieret in hoc canone, beneficio eius non gauderent Archiepiscopi, & Patriarchæ.*

10 *Episcoporum appellatione in his, quæ pertinent ad officium Pontificale veniunt etiam Archiepiscopi, Patriarchæ, & c. Secus autem in priuilegijs: quoniam id non semper est verum.*

11 *Priuilegium concessum Clericis, includit etiam Episcopos, Archiepiscopos, & c.*

12 *Episcoporum appellatione non veniunt clerici.*

1 RESpondetur, quòd ad creandum aliquem
a in Cardinalem a, duo tantum exigūtur. Primò electio, seu nominatio in Cardinalē. Secundò assensus eiusdem electi, seu nominati. Nam quòd pileum habeat, vel non habeat, de Cardinalis essentia non est. Ita Palud. in 4. d. 18. q. 3. ar. 2. casu 16.

Vndè offendentes Cardinales electos dum-
2 taxat, qui electioni nondum consenserūt, excōmunicationem nostri canonis nō contrahunt: quoniam non sunt adhuc Cardinales: secus autem dicendum est, post consensum electioni præstitum: eo quòd per illum, electione præcedēte statim efficiuntur Cardinales. Quiquidem tales
3 ex eo dicuntur, quòd sicut cardine sustentatur ostium; ita Ecclesia eorum consilio, scientia, vitę sanctitate, ac prudentia sustentatur: vt in c. sacrosanctæ: in fine 21. d. & Archid. in c. vbi periculum, §. hoc sacro, de elect. in sexto.

Horum dignitas, ac potestas magna est: nam
4 mortuo Romano Pontifice, eius potestas in eorum Collegio manet dupliciter. Primò quantū ad radicem proximam in quantum eligunt, & constituunt Papam. Secundò quantum ad materialc in Papatu; quia per electionem, personā determinant.

Non tamen Pontificia potestas remanet pe-
5 nes Collegium quoad actualem administrationem; quæ est quid formale in Papa; nisi quatenus

nus ſtatuto, conceſſione, aut commiſſione prædeceſſoris eiſdem licitũ eſt. Hinc, Papa mortuo, Collegium Cardinalium non poteſt diſpenſare ſuper illius leges, ac conſtitutiones, aut eaſdem informare, vel reformare, aut alia ordinare, quæ ad Pontificiam iuriſdictionem pertinent; vt eſt tex. in clem. Ne Romani, de elect.

Et quod diximus de Cardinalibus, idem dicendum eſt de Epiſcopis; vt mortuo Papa, Pontificia poteſtas quoad adminiſtrationem apud eos non remaneat: quoniam Epiſcopi per Papam adminiſtrant: vt bene declarat Syl. in ſum. in ver. Cardinalis.

Ex quo infertur, quòd Cardinales non poſſũt
6 alterare formam eligendi Papam, eo mortuo, traditam in c. licet, de elect. quia cùm ſint Papæ inferiores, nõ poſſunt eiuſdem conſtitutionem tollere ſeu reformare. Multa colligit Syl. ad electionem Papæ pertinentia, quæ videri poſſunt apud ipſum, in ver. Electio. 3. q. 3.

Cardinales etiam olim conſiliarij dicebantur vt in c. Eccleſiaſticis, 12. q. 2. Item appellantur præciputi, ac principes Sacroſanctæ Eccleſiæ regides; in ea gubernanda Romano Pontifici aſſiduè aſſiſtentes, vt in c. fundamenta. §. decet, de elect. lib. 6. Quo circa, vbi aliquò Legati mittũtur, à latere Legati nuncupantur: quippe qui è latere Rom. Pontificis, cui aſſiſtunt, proficiſcũtur: vt habetur ex Glo. in c. 1. in ver. Legati, de offic. leg. lib 6.

Et licèt Cardinales officio Epiſcopos exce-
7 dant, cùm ad eos ſpectet Romani Pontificis electio, & non niſi ex eis Papa eligi poſſit; tamen non habent maiorem, quàm Epiſcopi dignitatem: vt bene notat Bar. in l. 1. §. ſi quis, ff. de appel. & latè ſupra probauimus, lib. 1. c. 5. q. 1.

Sed non ex hoc infertur, quòd excommuni-
8 catio lata contra offendentes Epiſcopos, comprehendat offendentes Cardinales: nam quamuis Glo. in c. relatio, 21. q. 1. Cardinalem pro Epiſcopo interpretetur; nihilominus Cardinalis, vt Cardinalis, differt formaliter ab Epiſcopo: & in pœnis facienda eſt ſtrictè interpretatio: vt in c. pœnæ, de pœn. d. 1. & Godia, de reg. iur. in ſexto. Vndè cùm in prioribus Bullis, etiam Greg. XIII anno 1583. & ante ipſum, non fieret mẽtio Cardinalium, puto, quòd offendentes Cardinales, licèt incidiſſẽt in pœnas c. Felicis, de pœn. in ſexto, & in conſt. Pij V. quæ incipit: Infelicis, ſæculi, contentas; non tamen incidiſſent in cenſurã præſentis canonis.

b Immo ſi tantùm de Epiſcopis fieret mentio *b*
9 in hoc canone: non autem de Patriarchis, & Archiepiſcopis, à beneficio huius canonis excluderentur Archiepiſcopi, & Patriarchæ ſecundum Alter. hoc eodem loco, cap. 3. col. 1. ver. Sed adhuc vrgebit: quoniam licèt in ijs, quæ ſpectant ad officium Pontificale appellatione Epiſcoporum comprehendantur ſuperiores, nempe Archiepiſcopi, & Patriarchæ ſeu Primates, tam in fauorabilibus, quàm in pœnalibus: vt habetur ex Glo. in c. quia periculoſum, ver. De Epiſcopis, de ſent. excom. in ſexto, & hoc ideo, quoniã omnes habent eumdem ordinem, nec ordo re-
10 periatur, qui ſuperior ſit Epiſcopatu; tamen in priuilegijs, quæ reſpiciunt dignitatem, & perſonas, non ſemper verum eſt, vt priuilegium conceſſum Epiſcopis, cenſeatur etiam conceſſum Archiepiſcopis, ac Patriarchis, quia priuilegium non extenditur ad perſonas non expreſſas, licèt in non expreſſis militet eadem ratio, vt in c. ſanè, de priuil. Etenim priuilegium eſt ius ſpeciale, & ſequitur perſonas priuilegiatas, & no alias, c. priuilegium, de reg. iur. in 6. & hanc differentiam eſſe inter legem, & priuilegium inquit Panor. in d. c. ſanè, n. 3. quoniam lex eſt communis omnibus; priuilegium verò eſt lex priuata: quia propter non trahitur ad alios non expreſſos ſine auctoritate concedentis.

Non eodem modo dicẽdum eſt ſi priuilegiũ
11 huius canonis ſimpliciter conceſſum Clericis: nam tunc includeret Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, Legatos; & omnes Eccleſiaſticos, ſicut priuilegium canonis: ſi quis ſuadente Diabolo, 17. q. 4. quoniam appellatione Clericorũ in fauorabilibus maximè veniunt etiam ſupradicti Præſules, immo, & Cardinales, monachi, & omnes Eccleſiaſtici; eo quòd per aſſumptionem ad Cardinalatum, Patriarchatum, & c. non deſinat quis eſſe clericus, vt in c. fin. de Simon.

Non tamen è contra appellatione Epiſcopo-
12 rum, Archiepiſcoporum, Patriarcharũ, & Cardinalium veniunt clerici, ſicut nec ipſi comprehenduntur ſub nomine Canonicorum. Quocirca, cùm Summus Pontifex voluerit hoc priuilegium concedere nõ vniuerſaliter omnibus clericis, ſed tantùm maioribus dignitatibus, idcirco debuit illas ſigillatim exprimere, & excommunicationem pronunciare aduerſus offendẽtes in ſpeciè ſupradictos Præſatos, & primarias perſonas Eccleſiaſticas. Hæc Alter. in d. cap. 3. col. 1. & 2.

ADDITIO.

a Cardinalem. Adde Filliuc. t. 1. qq. moral. tr. 16. c. 9. q. 5. n. 239. Anton. de Souſa hic c. 2. diſp. 60. n. 1. & Bonac. hoc eodem loco, diſp. 1. q. 12. pun. 2. ſub n. 7. Abb. Alex.

b Mentio. Contrariam ſententiam probabiliorem putat Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 12. pun. 2. ſub n. 5. Abb. Alex.

Ibi (*Ac Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sedis Apoſtolicæ Legatos, vel Nuncios*) Quinã ſint Patriarchæ, & alij ſupra nominati. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcoporum ordo, eſt tripartitus.*
2 *Legati Sedis Apoſtolicæ ſunt triplicis generis: nam quidam ſunt à latere, alij nuncij, alij miſſi.*

1 REſpondetur quòd Epiſcoporũ ordo vltra Romanum Pontificem, qui Sacerdotum Princeps appellatur, eſt quadripartitus, ſeu hodie tripartitus; vt ſupra declarauimus lib. 1. c. 5. q. 1. Nam omnes Epiſcopi, aut ſunt Patriarchæ, qui pluribus Prouincijs præſunt. & inter Epiſcopos, poſt Romanum Pontificem primum locũ obtinent, vt colligitur ex tex. in c. cleros, d. 21. & Panor. in c. antiqua, n. 5. de priuil. Qui quidem alio vocabulo nũcupantur Primates; vt in c. Prouinciæ, d. 99. Aut ſunt Archiepiſcopi, qui

vni dumtaxat prouinciæ præsunt, eiusdemque Episcopos subiectos habentes; & alio nomine Metropolitani dicuntur. Aut sunt Episcopi specialiter sumpti, vnam tantùm ciuitatem habentes, vt bene declarat hic Vgol. num. 1. cum plur. seq. & nos latius diximus supra, in d. q. 1.

a Legati a denique Sedis Apostolicæ sunt tripli-
b cis generis: Nam alij dicuntur à latere; & hi Cardinales sunt, vt in proxima q. annotabimus. Alij nati, qui statim ac Episcopalem dignitatem adepti sunt, legati quoque dicuntur. Et alij sunt missi; & isti propriè dicuntur Nuncij, vt in c. 1. & ibi Glos. de offic. legat. in sexto, Vgol. loco citato, & latè Alter. hoc eodem loco, cap. 2. per totum.

ADDITIO.

a Legatis. Adde Toletum de Salas de legib. disp. 8. sec. 21. nu. 51. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 18. num. 241. & ante illos Host. in sum. de offic. Legati. D. Cæsar.

An offendentes supradictos Episcopos electos tantùm, & non consecratos, incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Episcopum electum tantùm, & non consecratum persequentes, non incidit in excommunicationem huius canonis.*

2 *Episcopus, ante ipsius consecrationem, non dicitur talis.*

3 *Archiepiscopus quis non dicitur, nisi post pallij receptionem.*

4 *Archiepiscopi, Patriarchæ, & Episcopi in hoc conueniunt inter se, quod omnes sunt Episcopi.*

5 *Episcopum, qui Episcopatui renunciauit, offendens, excommunicationem hanc contrahit: & id etiam si Episcopus ordini renunciauerit.*

6 *Episcopus Archiepiscopus, aut Patriarcha renuncians ordini; ac dignitati, non dicitur renunciare quoad potestatem, & habitum, solùm quoad exequutionem, & exercitium.*

7 *Episcopus, quamuis Episcopatui renunciauerit, si conferat Ordines, characterem imprimit.*

8 *Priuilegium huius canonis primariò respicit fauorem Ecclesiasticum, & secundariò fauorem primatarum personarum.*

9 *Archiepiscopus gaudet priuilegio huius canonis, etiam ante pallij susceptionem, dummodo sit consecratus.*

10 *Archiepiscopus quis dici non potest ante pallij susceptionem, etiam si electus sit, ac consecratus.*

11 *Prima tonsura initiatus, efficitur capax iurisdictionis Ecclesiasticæ: & propterea potest esse Vicarius Episcopi.*

12 *Episcopus non consecratus, an possit sententiam degradationis contra aliquem ferre.*

13 *Legatus, seu Nuncius Apostolicus beneficio huius canonis gaudet, statim ac Vrbem egressus est: & durat donec Romam redierit, & vbicunque moram traxerit.*

14 *Priuilegium concessum dicit eundi ad locum aliquem, censetur concessum eidem ad redeundum.*

15 *Legatus, & Nuncius hoc canone proteguntur, etiam antequam Prouinciam, ad quam mittuntur ingrediantur.*

16 *Legatus, & Nuncius æquiparantur Proconsuli.*

PRo parte affirmatiua faciunt, quæ supra diximus, q. 6. dum concluſimus, quòd offendentes Cardinales tantùm electos, incidunt in supradictam excommunicationem; ergo idem dicendum est de percutientibus Episcopos tantũ electos, Archiepiscopos, & Patriarchas: quoniam videtur militare eadem ratio.

Secundò Episcopus electus, & confirmatus dumtaxat, licèt adhuc non consecratus, potest exercere ea, quæ sunt iurisdictionis: atque adeò potest excommunicare, ac etiam degradatione sententiam ferre secundum aliquos relatos à Panor. in c. transmissam, per illum text. num. 1. & 4. de elect. ergo illum offendentes, incidunt in excommunicationẽ nostri canonis: eo quòd iste talis dicitur propriè Episcopus.

Tertiò quoniam iste canon licèt delinquentibus sit odiosus; Episcopis tamen est fauorabilis; ergo extendi debet ad Episcopos electos dũtaxat, & non consecratos: quia fauores sunt ampliandi, c. odia de reg. iur. in sexto. Hanc sententiam videtur tenere Graff. hoc loco lib. 4. dec. p. 1. c. 18. sub nu. 116. cùm alijs, quos allegat.

a His tamen non obstantibus, contrariam a sẽ-
1 tentiam arbitror de iure veriorem esse, quã tenet Vgol in explicatione præsentis canonis, inver. Ac Patriarchas, num. 3. Suar. in explic. eiusdem can. disp. 21. de censur. sec. 2. n. 69. Sayr. ibidem, lib. 3. Thes. tom. 1. c. 15. num. 4. & latissimè Alter. hoc eodem loco, c. 3. dub. 2. 3. & 4.

Probatur: quoniam electus, aut præsentatus
2 in Episcopum, ante illius consecrationem non dicitur Episcopus: vt colligitur ex his, quæ docet Abb. in c. transmissam, de elect. sicus promotus in Archiepiscopum ante pallij receptionẽ,
3 non potest appellari Archiepiscopus, vt habetur ex eodem Abb. Panor. cum alijs ad ipsũ additis in c. nisi specialis, de auth. & vsu pall. & in d. c. transmissam; ergo excõmunicatio lata cõtra offendentes Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas, non habet locum contra offendẽtes ipsos electos, & confirmatos dumtaxat, & nõ consecratos: quoniam huiusmodi priuilegium Episcopali dignitati tributum est. Et licèt in hoc canone specialis mentio fiat dictarum dignitatum; id tamen factum est ad maiorem declarationem; & quatenus omnes sunt Episcopi, & in Episcopos consecrati. Nam licèt Patriarchatus dignitas formaliter distinguatur à dignitate Archiepiscopatus, & Episcopatus: quia vna
4 dignitas est alij subordinata; tamen in hoc conueniunt Patriarcha, Archiepiscopus, & Episcopus: quoniam omnes sunt Episcopi: vt latè supra declarauimus, lib. 1. c. 5. q. 1. Bene verum est, quòd offendens Episcopum consecratũ, qui re-
5 nunciauit Episcopatui, b incidit in prædictã ex-
b communicationem: eo quòd Episcopus consecratus, quamuis Episcopatui renunciauerit; nihilominus remanet verè Episcopus, ratione cõsecrationis, vt rectè notat Sayr. loco citato: & Vgol. ibidem n. 2. Et id verũ est, etiã si huiusmodi Episcopus loco, & dignitati, seu ordini re-

nun-

nunciauerit. Nam quando Epiſcopus, Archi-
6 piſcopus, aut Patriarcha renunciat Ordini, & dignitati non dicitur renunciaſſe quoad poteſtatem, & habitum, ſed ſolùm quoad executionem & exercitium. Etenim in dignitate vtrumque includitur: nempe poteſtas, quæ traditur in ipſa conſecratione: & executio, quæ conſiſtit in adminiſtratione.

Vnde Epiſcopus, quamuis Epiſcopatui renũciauerit, ſi conferat Ordines characterem im-
7 primit: vt habetur ex Panor. in c. 1. nu. 3. de ordin. ab Epiſcop. qui renunc. Epiſcop. Non igitur amittit priuilegium huius canonis, quoniã extinct dignitatem quoad poteſtatem. Tantò fortiùs quia licèt huiuſmodi priuilegium ſecũ-
8 dariò commodum, & fauorem priuatarum perſõnarum; tamen primariò reſpicit fauorem, & Eccleſiaſticam dignitatem; cui non poteſt priuata perſona renunciare: vt in c. ſi diligenti, de for. compet. Panor. in c. contingit, 1. num. 4. de ſent. excom. & Alter. loco citato, dub. 3. Vbi etiã dub. 4. idem dicendum eſſe putat de Archiepi-
9 ſcopo, vt hoc priuilegio gaudeat, etiam ante palij receptionem: dummodo ſit conſecratus. Nam licèt per pallium conferatur plenitudo
10 Pontificalis officij & nomẽ Archipiſcopale; ita vt antea electus in Archiepiſcopum, ac etiam conſecratus non poſſit appellari Archiepiſcopus: vt in c. niſi ſpecialis, de auth. & vſu pall. tamen priuilegio hoc potitur, vt Epiſcopus conſecratus, quem præfatum priuilegium habere ſupra diximus.

Imò offendens Epiſcopos, vt ſupra electos tantùm, & non conſecratos, eſtò quod excommunicationem noſtri canonis non contrahat; incidit tamen in alias cenſuras, & pœnas in iure contentas: vt per Gloſ. in c. dignum, de celebr. Maſſ. Syl. in ſum. in ver. excommunicatio. 7. & alij, quos refert Viual. hic n. 8.

Ad tertium dicimus, quòd licèt iſte canon Epiſcopis ſit fauorabilis; tamen quia continet excommunicationẽ, quæ eſt pœna, dicitur ſimplicitèr pœnalis, & ideò non patitur extenſionẽ.

Vndè, his reiectis, concludimus quòd offendens Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos electos, & non conſecratos, ſupradicta excommunicatione non alligatur. Et idem puto dicendum de Legatis natis; ſecus autem de Legatis à latere, & Nuntijs: quoniam in his ſatis eſt quòd eligantur, & ab eiſdem electioni præſtetur aſſenſus. Et tantò fortiùs, quia priores ſunt Cardinales: per ea, quæ ſupra diximus, q. 6.

Eſt tamen verum, quòd Legatus, ſeu Nũcius,
13 tunc priuilegium huius canonis potitur, cùm Vrbẽ egreſſus fuerit: & durat donec Romam redierit, & vbicunque moram traxerit: quoniã priuilegium cõceſſum alicui eundi ad aliquem locum, cenſetur cõceſſum eidem ad redeundũ,
14 c. fin. de treg. & pac. vbi Panor. & Felin. Ad hoc facit etiã tex. in c. quia diuerſitatem, in fine, de conſuet. præben. vbi declaratur tempus ſemeſtre datum ad eligendum, ſeu conferendum beneficium, non currere illi, qui ad Apoſtolicam Sedẽ acceſſit, apud eandem permanſit, & ab ea receſſit. Etenim ire, ac redire æquiparantur in iure: vt habetur ex Panor. in d. c. fin. & eſt tex. in c. magnæ, in fine de vot. l. ſi cui, ff. ex quib. cauſ. maior. & Bart. in l. vtimur, ff. de ſepulcr. viol.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd Legatus, c aut Nũ-
15 cius dici quis non poteſt antequam Prouinciã, io quam mittitur ingrediatur, nec prius poteſtatẽ Legati exercere poteſt: atque adeò huiuſmodi priuilegio non potirt: quoniam reſpondetur. Legatum Apoſtolicum æquiparari Proconſuli vt in c. 1. de off. Leg. in ſexto. Vndè ſequitur, vt id poſſit, quod olim Proconſul poterat ante ſuã io Prouinciam ingreſſum. At Proconſul, vt ha-
16 betur in l. verò, ff. de offic. Proconſul vbique procõſularia inſignia habet ſtatim atque Vrbem egreſſus eſt, poteſtatem autem non exercet, niſi in ea Prouincia ſolùm, quæ ei decreta eſt: & in l. ſeq. ſimiliter habetur, quòd omnes Proconſules ſtatim ac Vrbem egreſſi ſunt, iuriſdictionem habent voluntariam, non tamen contentioſam. Ergo idem dicendum eſt de Legatis Apoſtolicis: vt bene notat Alter. in explic. huius can. cap. 3. dub. 5.

Ad argumenta igitur reſpondetur.

AD primum negatur conſequentia quoniã ad conſtituẽdum Cardinalem duo tantùm requiruntur, nempe electio ex parte Romani Pontificis, & conſenſus ex parte electi, ſeu nominati in Cardinalem. At verò ad creandum aliquem in Epiſcopum præter electionem, ſeu nominationem, exigitur etiã conſecratio: alias ante conſecrationem non dicitur Epiſcopus, nec venit appellatione Epiſcopi, vt ſupra probauimus.

Ad ſecundum negatur ſimiliter cõſequentia;
11 eo quòd ad exercendam iuriſdictionem ſpiritualem ſufficit, quòd aliquis ſit clericus: nã prima tonſura initiatus eſt capax iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, & ideò poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi: vt in c. decernimus, & ibi Doct. de iudic. nimirum ſi quis, eſtò quòd ſit in Epiſcopum tantùm electus, & confirmatus, poſſit iuriſdictionẽ exercere: atque adeò excommunicare, & ſecun-
12 dum aliquos ſententiam degradationis ferre. Et ſi contrarium videatur ſentire Panor. in d. c. tranſmiſſa, quoad degradationem actualem: quoniam Epiſcopus electus, & non cõſecratus, ſicut non poteſt ordinate clericum; ita nõ poteſt eundem degradare.

ADDITIO.

a Contrariam. Adde Anton. de Roſa hic, c. 22. diſput. 61. num. 3. Gambar. hoc eodem loco, cap. 11. num. 11. & Bonac. ibidem, diſput. 1. q. 12. pun. 2. ſub num. 7. Abb. Alex.

b Epiſcopatui. Adde Reginald. lib. 9. ſuæ prax. num. 313. & Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 12. pun. 2. ſub num. 8. vbi idem dicendum putat cum Vgol. hoc loco, c. 11. §. 1. num. 1. ad fin. de Cardinali, ſeu Epiſcopo verberaliter tantùm depoſito, vel hæretico, aut ſchiſmatico, antequã talis criminis reus fuerit declaratus: ſecus autem dicendum eſt de degradato; quoniam is omnibus priuilegijs priuatur, vt habetur ex Duard. infra, q. 22. num. 18. Abb. Alex.

c Legatus. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 12. pun. 2. num. 10. Abb. Alex.

Ibi

Ibi (*Aut eos à ſuis Diœceſibus, territoriis &c.*) Quomodo, & quando dicte perſonæ dicuntur eijci à ſuis Diœceſibus, Territorijs, Terris, & Dominijs. Q. 9.

SVMMARIVM.

1. *Eijcere, ſignificat aliquem aliàs receptum expellere.*
2. *Eijcere, includit etiam bannum, cùm eijcere generaliùs ſit, quàm bannire.*
3. *Eijcere à propriis diœceſibus, & terris Epiſcopis quis non dicitur, vbi eos ad dicta loca venientes non recepit.*
4. *Diœceſis, quid ſit.*
5. *Terra, quomodo differt à territorio.*
6. *Eijcientes Epiſcopos, & alios maiores Prælatos ab eorum diœceſibus, & terris, ſiue in eis temporalem, ſiue ſpiritualem iuriſdictionem habeant, includunt in excommunicationem iſtam.*
7. *Dictio, ſuum, aliquando ſignificat dominium, & proprietatem: aliquando quod de facto tenetur: Et aliquando quod ſub cura tenetur: ſeu in quo iuriſdictio habetur.*
8. *Eijciens Epiſcopos ab eorum terris patrimonialibus, Excommunicationem hanc non contrahit.*
9. *Epiſcopi, Archiepiſcopi, &c. licèt volenter non expellantur a propriis Diœceſibus, terris, ſed tantùm verbis ejicientes tamen eos in excommunicationē incidunt.*
10. *Epiſcopos recipere, & in poſſeſſionem ſuorum Epiſcopatuum recipere recuſantes non incidunt in excommunicationem hanc, canonis. Idem dicendum eſſe de non recipientibus Cardinales Legatos, &c.*
11. *Legatos, ac Nuncios Apoſtolicos recipere recuſantes, incidunt in excommunicationem extrau. Ioan. 22.*

1 PRo determinatione huius difficultatis eſt annot. quòd eijcere, ſignificat aliquem aliàs receptum expellere, ſiue fiat expulſio authoritate priuata ab aliquo priuato: ſiue authoritate publica à Domino loci per bannum: nam eijcere, includit etiam bannum, cùm generaliùs ſit, quã bannire: vt habetur ex Nauar. in man. c. 27. n. 67 vet. Septimò. Item eijcere is etiam dicitur, qui hortatoriam impetrat, vt Epiſcopus à terris ſuis eijciatur, vt per Graff. in explicatione præſentis canonis lib. 4. deciſ. p. 2. c. 18. nu. 116.

Hinc infertur quòd eijci non dicuntur præ-
3 dictæ perſonæ à ſuis diœceſibus, terris, territorijs, & dominijs, vbi quis eos ad dicta loca venientes non recipit; atque ideò excommunicationem noſtri canonis non contrahit: vt benè notat hic Vgol. in ver. Aut eos à ſuis diœceſibus, §. 1. ſub num. 4. in ver. Tertiò in excommunicationem.

Per diœceſim autē intelligimus hoc loco vni-
4 uerſitatem plurium locorum ad vnum Epiſcopum pertinentium, ar. tex. in c. 5. de offic. ordin. in ſexto. Item Prouinciam vni Archiepiſcopo ſubiectam, & omnes alias prouincias, quibus præeſt Patriarcha: Vndè diœceſis latius patet
5 quàm territorium. Nam diœceſis plura territoria aliquando continet; cùm territorium ipſi tantùm loca contineat: eo quòd territorium eſt vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſq. ciuitatis, l. pupillus, §. territorium, ff. de verb. ſignif. & differt à terra: quoniam terra ſumitur pro Vrbe aliqua, oppido, villa, & caſtro cum ſuo territorio: & idem ſignificat in hoc canone, quod dominium.

Quo circa ad contrahendam prædictam ex-
6 communicationem oportet, vt dicti Antiſtites & Prælati eijciatur a prædictis locis, dummodo ſua ſint ideſt in eis iuriſdictionem habeant ratione ſuarum dignitatum: a ſiue iuriſdictio illa
4 ſpiritualis ſit; ſiue temporalis. Nã quamuis pronomen illud, ſuum, ſit nomen æquiuocum; vt habetur ex Bar. in l. cùm in teſtamẽto, ff. de aur. & arg. leg. & Iaſ. in l. pecuniam nu. 2. ff. ſi cert. pet. atque adeò aliquando ſignificet dominium, & proprietatem, vt in l. 2. ff. de relig. & ſump. funer. aliquando id, quòd de facto tenetur, vt ait Bart. in rub. C. de verb. ſignif. num. 5. & aliquando, id quòd ſub cura; & adminiſtratione habetur: vt per Gloſ. in c. 2. in ver. Rebus ſuis, vbi etiã Felin. de iureiur. nihilominus hoc loco pet
5 ly. *Suis*, ſignificantur diœceſes, territoria, & terræ, ſeu dominia, in quibus Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Apoſtolicæ Sedis
7 Legati, & Nuncij iuriſdictionem ratione ſuarũ dignitatum obtioẽt: ſiue iuriſdictio illa temporalis ſit, & ſpiritualis ſimul, qualis eſt, quam habet Epiſcopus Imolẽſis Bagnaſiæ; ſiue ſpiritualis tantùm; vt Epiſcopi in ſuis dioceceſibus, quas habent in locis aliorum Principum: & Legati, at Nuncij in ſuis locis vbi eorum munera obeũt; Archiepiſcopi, & Patriarchæ in ſuis prouinciis, & Cardinales in ſuis Eccleſijs titularibus: quoniam hoc priuilegium ob eas dignitates ipſis conceſſum eſt: vt benè declarat Vgol. hic in d. ver. Aut eos à ſuis, &c. num. 5. iuxta, ea quæ dicit Abb. in c. pro illorum, n. 2. ver. Not. 1. de præb.

Ex quo infert idem Vgol. ibidem, §. 1. ſub n. 4.
8 in ver. Item in excommunicationem, quòd qui eijceret Epiſcopum à ſuo fundo, quem ratione patrimonij habet, qui eundem à ſua Ciuitate ratione originis, vel domicilij, aut etiam iuriſdictionis, quam habet ratione patrimonij, in excommunicationem hanc non incideret: eo quòd ratione dignitatũ priuilegium huiuſmodi fuit conceſſum, alias earum inuſtra in canone mentio facta eſſet.

Quamplurima quoque circa prædictorũ terminorum declarationem cumulat hoc eodem loco Alter. cap. 4. col. 9. 10. 11. & 12. vbi latiſsimè declarat quid ſit Diœceſis, & an veniat appellatione Ciuitatis: quid terra, territorium, ac dominium: & quid importet ly. Suis: & ait, quòd pronomen illud, *Suis*, referendum eſt ad perſonas priuilegiatas eiectas non autem ad ipſos Dominos terrarum, qui eijciunt, quod probat ex dictione illa, *Eos*, quæ immediatè præcedit, quæ dictio refertur ad Cardinales, Patriarchas, & c. qui quidem licèt non habeant dominium in diœceſibus, & terris; habent tamen in illis iuriſdictionem ratione dignitatis Eccleſiaſticæ, & muneris; quo in illis funguntur, & hoc ſatis eſt, vt ſupra verè Diœceſes, & ſua territoria, & terræ vocentur, vt habetur ex Panor. in c. pro illorum, num. 2. de præben. & Cardinal. in Clem. 5. ver. Terra, num. 4. de pœn.

Non tamen probamus id, quod ibidem ait col. 13. circa principium, dicẽs: excommunicationem hanc contrahi ſi ſupradicti Antiſtites eijcian-

eijciantur à terris ſuis, quamuis iure hæreditario ſibi competant, aut ratione patrimonij, vel originis: quoniam hæc omnia licèt ſua ſint, tamen eadem non obtinent ratione dignitatum, quarum contemplatione conceditur priuilegium noſtri canonis.

Eſt tamen verum, quòd ad incurrendam cẽ-
9 ſuram iſtam non eſt neceſſaria expulſio violẽta,
b quæ facto fiat: ſed ſatis eſt verbalis, b nẽpe ſi metus inijciatur comminando exilia, carceres, & his ſimilia: dummodò ad euitandum periculum cum effectu à dictis Diœceſibus, & terris exeãt: nam verba debent intelligi cùm effectu, c. relatũ de cler. non reſiden. & Felin. in c. Rodulphus, num. 7. de reſcrip.

Et cùm hoc loco puniatur tantùm expulſio,
10 non alligantur hac cenſura, qui facto nolunt
c recipere Epiſcopos e, & admittere eos in poſſeſſionem ſuorum Epiſcopatuum, quando nulla ſubeſt legitima cauſa ex iuris diſpoſitione, propter quam poſſeſſionẽ denegare, vel retardare valeant. Idem dicendum eſt de Cardinalibus quoad Eccleſias titulares. De Patriarchis, Archiepiſcopis, Legatis, & Nuncijs quantum ad Prouincias: quoniam Bulla loquitur ſimpliciter de eijcientibus: at eijcere longè aliud eſt, quàm non recipere.

Incidunt nihilominus nolentes recipere Nũ-
11 cios, & Legatos in excommunicationem extrau. ſuper gentes, Io. 22. de conſuetut. quæ non eſt reſeruata, & extenditur in eos, qui ita non recipiunt, vt impediant. Hæc Alter. loco citato, col. penult. & vltim.

ADDITIO.

a Dignitatum. Contrarium probabilius putat Bonac. hic diſp. 1. q. 12. pun. 1. num. 17. quoniam hoc caſu verificantur verba canonis abſolutè excommunicantis eijcientes eiuſmodi Prælatos à Terris ſuis. Terra enim, quæ alicui titulo patrimonij, hæreditatis, originis, vel domicilij competit, iuxta communem, & vulgarem loquendi modum, dicitur ſua. Sed reuera ſtandum eſt menti, non autem verbis legis, l. nô dubium, C. de legib. mens autem Summi Pontificis fuit ferre hanc excommunicationem contra eijcientes huiuſmodi Prælatos à ſuis locis, & terris, in quibus præſunt, vt patet ex illis verbis, *Aut eos à ſuis Diœceſibus, territorus, Terris ſeu dominijs eijcientes*. Vndè non eſt recedendum à ſententia Duardi hoc loco. Io. Vincent.

b Verbalis. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moralium, tract. 16. num. 248. & ſequenti, & Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſput. 1. q. 12. pun. 1. n. 19. Abb. Alex.

c Epiſcopos. Adde hic Bonac. de cenſuris Bullæ cœnæ diſp. 1. q. 12. pun. 1. num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. Abb. Alex.

An dicta crimina committentes in clericos, aut Religioſos, qui ſint de familia Cardinalium, aut dictorum Antiſtitum, & Prælatorum, incidant in prædictam excommunicationem. Q. 10.

SVMMARIVM.

1 *Familiares Cardinalium, ſeu Epiſcoporum offendentes, in excommunicationem hanc non incidunt.*
2 *Familiares Cardinalium offendentes, dicuntur inferre iniuriam Cardinalibus.*
3 *Cardinales inſultantes, vt eis iniuriam inferrent, non incidunt in excommunicationem huius canonis.*

IN hac re Armil. in ſum. in ver. excommunicatio: De excommunicatione. 2. contra infectatores Cardinalium, ait quòd ſimili pœna plectendi ſunt huiuſmodi crimina committentes in clericos, ac Religioſos familiæ Papæ vel Cardinalium. Hoc idem tenet hic Vual. quem refert, & ſequitur Sayr. hoc eodem loco, lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 15. ſub num. 3. non modò de clericis, & Religioſis exiſtentibus de familia Romani Pontificis, & Cardinalium, ſed etiam Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum, qui vi noſtri canonis proteguntur; dummodò illos offendant, eorum intuitu, & quatenus de ipſorum familia ſunt: quoniam hoc caſu iniuria cenſetur illata ipſis Prælatis. Secus autem ex priuato odio, & inimicitia: quia tunc, licèt mortaliter peccent, & incidant in can. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. banc tamen cenſuram non contrahunt: eo quòd per talem offenſionem, nulla infertur iniuria dictis Cardinalibus, & Epiſcopis.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
1 tentiam arbitror de iure veriorem eſſe: atque adeò offendentes clericos, & Religioſos prædictos quantumuis intuitu Cardinalium, & aliorum Antiſtitum, dictam excommunicationem
a non contrahunt. a

Probatur, quia in hoc canone fertur excommunicatio contra offendentes huiuſmodi Antiſtites, nulla facta mentione eorum familiarium; ergo non extenditur in lædentes clericos, ſeu Religioſos eorum familiares: quoniam in odioſis, vt eſt excommunicatio, non fit extenſio, cùm odia reſtringi, & fauores conueniat ampliari, c. odia, de reg. iur. in ſexto, & c. pœnæ, de pœn. d. t.

Denique prædictum priuilegium, eſt conceſſum ſupradictis Prælatis ratione ſuarum dignitatum; ergo, illud potiri non poſſunt eorundẽ familiares; qui huiuſmodi dignitatibus carent.

Nec obſtat, quòd offendentes clericos, & Re-
2 ligioſos prædictos intuitu Cardinalum dicuntur iniuriam inferre Cardinalibus: quoniam, licèt hoc ipſum fateamur; id tamen vi præſentis canonis non prohibetur, etſi in ſe ſit malum. Sicut ly. *Capere*, in tex. cõtentum, ipſemet Sayr. loco citato, nu. 6. intelligit cum effectu ideſt cum reali captura.

Vnde, ſi non capiatur Cardinalis, ſed inſul-
3 tus ei fiat ad domum, vt eidem iniuria infera-
b tur, vi noſtri canonis cenſura non incurritur b: eo quòd iſte canon non excommunicat iniuriã inferentes Cardinalibus, ſed illos interficientes mutilantes, vulnerantes, percutientes capiẽtes, carcerantes, detinentes, hoſtiliter inſequentes è ſuis locis eijcientes.

Hanc eandem ſententiam tenet hoc loco noui-ſſimè Alter. cap. 3. dub. 7. qui id ampliat procedere etiam, vt non incidant in excommunicationem c. Felicis, de pœn. in 6. quoniam ibi familia-

miliares huiuſmodi non proteguntur, exceptis familiaribus Papæ, & Cardinalium: nam cùm, in d.c.de illis tantùm fiat mentio, priuilegium non eſt extendendum ad familiares Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, & Legatorum.

ADDITIO.

a Contrahunt. Adde Anton. de Souſa hic c. 12.diſp.66.nu.3. cum alijs apud Bonac. de cenſuris Bullæ cœnæ diſp.1.q.12. pun.2. num.11. qui excludit ab hac excommunicatione etiam offendẽtes familiares Cardinalium eorum ipſis Cardinalibus in eorum contemptum: quia cẽſura non ligat vltra mentem conditoris verbis expreſſam. Abb. Alex.

b Incurritur. Adde quòd quamuis Doctores ferè communiter doceant, offendentem aliquẽ Clericum, aut Religioſum ex familia Papæ, aut Cardinalium affici excommunicatione, c. Felicis de pœn. in 6. nihilominus ſi rectè perpendatur ille textus, nulla in eo fertur excommunicatio contra offendentes Prælatorum familiares; ſed tantùm præcipitur eos mulctari pro qualitate criminis, vt patet ex illis verbis, *Proportionetur pœna delicto, ita quòd vindicta ex æquo exceſſui reſpondente, ab offenſa noſtrorum cohibeantur deinceps manus temeratæ formidine vltionis*; vt rectè aduertit Bonac. hoc loco, diſp.1.q.12. pun.2. ſub nu.12. in verſ. Addunt tamen. Eſt tamen verum, quòd cùm agatur de percuſſione clericorum, ſupponitur per d.textum, percutientes excommunicatione alligari, quę continetur in cap. ſi quis ſuadente diabolo, 17.q.4. & propterea communiter Doctores volunt huiuſmodi delinquentes eſſe excommunicatos: & non deſunt, qui volunt hanc excommunicationem eſſe reſeruatã Papæ; alij verò negant. Verùm nos diximus eſſe, vel non eſſe reſeruatam Papæ, ſi leuis, mediocris, aut enormis læſio inferatur iuxta extrau. quæ incipit, *Perlectis*, quam de verbo ad verbum refert Duardus infra q.22. ſub num.6. Vndè ſub diſpoſitione d. c. Felicis, non proteguntur familiares omnium Prælatorum, qui in noſtro canone recenſentur; ſed familiares tantùm Papæ, & Cardinalium, qui Clerici ſint, aut Religioſi, vt ex illo textu clarè colligitur. Qui verò dicãtur familiares Papæ, ſeu Cardinalium rectè explicat Bonac. loco citato, ſub num.13. dum ait ex textu in c.finali, de verb. ſignif. in fin. illos dici familiares, qui in obſequium alicuius principis ſe tradiderunt, & ab eo victum recipiunt, etiam ſi extra domum degant; modò in neceſſarijs domi, aut foris adſint. Io. Vincent.

An eiſdem cauſis, quibus canones excuſant ab excommunicatione percutientes clericos, excuſent etiam offendentes Cardinales, & alios Antiſtites ab excommunicatione noſtri canonis. Q. II.

SVMMARIVM.

1 *Legis verba generaliter prolata, generaliter debent intelligi, etiam in odioſis.*

2 *Cardinales, & Epiſcopes percutientes, eiſdem cauſis ab excommunicatione excuſantur, quibus excuſant percutientes Clericos.*

3 *Cardinalem, aut Epiſcopum percutiens, ignorans probabiliter eſſe tales, in excommunicationem iſtam non incidit, nec etiam contrahit excommunicationem contentam in c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q.4. ſi ignores eſſe clericos, ſeu Eccleſiaſticas perſonas.*

4 *Cardinalem, aut Epiſcopos percutientes iuſtè excommunicationem non incurrunt.*

5 *Clericum comprehenſum turpiter ſe habentem cum vxore, ſi is, & c. ſi quis percutiat, tunc excuſatur ab excommunicatione, quando incontinenti eum percutit; ſecus autem, ſi ex internallo fiat percuſſio.*

6 *Clericus quomodo, & quando dicitur turpiter inuentus cum matre, filia, & c. & quæ vxoris, matris, filiæ, ac ſororis appellatione veniant*

7 *Clericum percutiens in loco ſuſpecto inuentum cum vxore, & c. in excommunicationem non incidit.*

IN hac difficultate videtur prima facie negatiuè reſpondendum. Nam tex. in c. ſi verò, 1. & 2. de ſent. excom. excuſantes clericos, ab excommunicatione percutientes clericos, ad vim repellãdam, aut turpiter cum propinqua comprehenſos: vel ignorantes tales eſſe, in clericorum odium editi fuerũt: At Cardinales, Patriarchæ, & alij Antiſtites, qui vi canonis proteguntur, non ſunt ſimpliciter clerici, ſed ſupra clericos, ſupremas poſt Romanum Pontificem, potiuntur dignitates, quarum ratione hoc priuilegium eiſdem fuit conceſſum; vt ſupra diximus, q.9. ergo offendentes huiuſmodi Antiſtites, non excuſantur ab excommunicatione noſtri canonis, ex cauſis, ob quas excuſantur percutientes ſimplices clericos ab excommunicatione, quæ continetur in c. ſi quis ſuadente diabolo, 17.q.4.

Cõfirmatur: quoniam canon iſte ſimpliciter prohibet actiones iſtas prohibitas committi in huiuſmodi Præſules abſque vlla exceptione: ergo excommunicatio ipſa comprehendit omnes ſine vlla exceptione: quoniam verba legis generaliter prolata, generaliter debent intelligi, l. de pretio, ff. de public. in rem act. l. ſi ſeruitus, ff. de ſeruit. Vrban præd. & c. ſolitæ, in fin. de maior. & obedien. Quam regulam veram eſſe etiam in odioſis, & pœnalibus, docet Cald. conſ.1. in prin. ver. Sed poteſt reſponderi: Dec. conſ.5. in cauſa Dominæ Mariæ: prope finem: & Aym. conſ.518. In hac cauſa, num.14.

Ruurſus committens actionem aliquam ex prohibitis contra huiuſmodi perſonas priuilegiatas, etiã in caſibus permiſſis in d.c. ſi verò, nõ ſolùm peccat contra Deum, ſed etiam contumax efficitur in hunc canonem, ergo remanet excommunicatus: ſicut percutiens Clericum ob eandem rationem excommunicationem contraheret can. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q.4. niſi per Romanum Pontificem caſus illi in d.c. ſi verò, fuerint excepti: Quocirca cùm cenſura huius canonis pronuncietur generaliter ſine vlla limitatione, generaliter eſt intelligen-

da.

da. Et eo magis, quia ſi Summus Pontifex aliquos caſus excipere voluiſſet, illos expreſſiſſet, ar. l. vnicæ, §. fin. C. de caduc. toll. Hanc ſententiam, excepta cauſa defenſionis, tenet Alter. n. explic. huius can. cap. 5. circa fin. in ver. Reſpõdeo, ſupra dictis rationibus motus.

a His tamen non obſtantibus, contrariam a ſẽ-
1 tentiam expreſsè tenet hoc loco Vigil. num. 5. dum ait, quòd ſi aliquem in hac Bulla contentum inueniſſet aliquis, in ſuo habitu concumbentem cum vxore, & illum occidiſſet; per dictam Bullam minimè eſſe ſublatum tex. in d. c. ſi vero, 11. de ſent. excom. vbi inueniens aliquem clericum in fragranti crimine cum vxore, matre, filia, vel ſorore, & illum interficiens, non eſt excommunicatus. Quamuis peccaret mortaliter interficiendo authoritate priuata.

Et paulò ſupra, num. 4. ſimiliter docet, quòd
2 occidens aliquem ex hic cõtentis, incedentem habitu laicali abſque vlla notitia, vel cognitione ſui Ordinis, nullam antiquam, nec nouam contrahit excommunicationem: quia cenſuræ
b non ligant ignorantes b: atque adeò per hunc canonem non eſt immutatus tex. in d. c. ſi vero, 2. de ſententia excom. vbi habetur, quòd qui percutit clericum, ignorans probabiliter eum clericum eſſe, excommunicatus non eſt.

Denique nu. 7. idem Vigil. inquit, quòd alij quoque caſus inueniuntur expreſsi in iure, in quibus Eccleſiaſtici poſſũt capi, detineri, & occidi abſque cenſuræ metu, vt de aggreſſore, & alijs tradunt Summiſtæ.

Hanc eandem ſententiam videtur tenere hoc eodem loco Vgol. §. 2. per totum, vbi latiſſimè tractat, & refert caſus, in quibus clericus impunè, & citra cenſuram aliquam offendi poteſt. Sayr. ibidem, lib. 1. Theſtom. 1. c. 15 n. 5. dicens, hunc canonem intelligendum eſſe de percuſſione iniuſta: & Suar. in explicatione eiuſdem canonis, diſp. 21. ſec. 2. n. 69. vbi ſic ait: Prædicta igitur verba nulla ferè noua expoſitione indigent: nam verba, quæ ſignificant actiones, ſatis per ſe clara ſunt, & quælibet earum ex ſuo genere ſufficit ad incurrendam hanc cenſuram. Dico autem, ex ſuo genere, quia ſemper requiritur peccatum mortale: poſſet autem interdum eſſe veniale ex leuitate materiæ: interdum etiam poſſet eſſe nullum peccatum, ſi actio fieret in defenſionem propriam: quia tunc non eſſet actio iniurioſa. Prædicta autem verba formaliter ſumenda ſunt, quatenus ſignificant iniurioſas actiones, vt per ſe conſtat. Denique aliquãdo poſſet eſſe peccatum mortale, non tamen eius ſpeciei, aut circumſtantiæ, quam hæc clauſula, & cẽſura requirit, ob facti, & perſonæ ignorantiam; vt ſi quis vulneret Cardinalem noctu incedentem, vel mutato habitu, ignorans illum eſſe Cardinalem etiam ſi aliàs peccet mortaliter, non incurret hanc cenſuram, quia formaliter, & ſecundum ſpeciem, vel circumſtantiam culpæ, non agit contra hanc Bullam: vndè neque eſt contumax, vt in ſimili dicemus infrà explicando canonem, ſi quis ſuadente. Hæc Suar.

Ex quibus patet ſupradictorum ſententiam eſſe, vt iura excuſantia percutientes clericos ab excommunicatione, c. ſi quis ſuadente diabolo, 17 q. 4. excuſent etiam offendentes Cardinales, & alios ſupradictos ab excommuninatione noſtri canonis.

Et licèt rationem aliquam explicitè non aſ-
3 ſignent; ex eiſdem tamen Doctoribus implicitè colligitur. Nam quoad percutientes dictas perſonas ad vim repellendam, ſupponitur defenſionem iuſtam eſſe, concurrentibus requiſitis ad moderamè inculpatæ tutelæ: atque ideò ſic percutientes, nõ peccare: quod omninò requiritur ad excommunicationem contrahendam, vt in c. nullus, 11. q. 3. Et quando quis ignorans vt ſupra percutit Cardinalem, non eſt cõtumax conditori præſentis canonis, ſed tantùm Deo: iuxta ea, quæ ſupra diximus, lib. 1. c. 2. q. 5. con. 2.

Et denique dum offendũt huiuſmodi perſonas turpiter habentes cum vxore, matre, filia, vel ſorore, Eccleſia non reputat percuſſionem illam, tanquam factam, ſuadente diabolo; ſed vt factam vehementi paſſione: quoniam in caſu tam acerbo, doloris vis vehementer hominem commouet: nec eam iudicat violentam oppreſſionem, ſed humanam quandam defenſionem: vt colligitur ex Suar. loco citato, quoad primã, & ſecundam rationem: & ex eodem quoad tertiam, diſp. 22. ſec. 1. num. 34. in fine. Vbi etiam num. 35. ait, quòd rectè aduertit Syl. in ver. Excommunicatio, 6. not. 4. cap. 16. neceſſarium eſ-
4 ſe hanc percuſſionem fieri incontinenti, quãdo actualiter clericus in tali actu inuenitur, & paſſio vehementer mouet: nam tunc habet locum iuſta excuſatio. Et interminis noſtris idem ſentit Vigil. hîc num. 5. in fine. Vndè iura ſupra citata, non diſponunt, ſed potius declarant, excommunicationem contra percutientes clericos, non habere locum in dictis caſibus ob rationes ſupra relatas. Et ita remanet etiam reſolutum argumentum, quod in contrarium ad duximus.

Ex quibus infertur, quòd ſi vera eſt ſupradicta
5 ſententia, vera etiam erunt, & applicari quoque poſſunt citra diſpoſitionem noſtri canonis ea, quæ dicuntur de percutiente clericum ad ſui, ſuorumvè defenſionem, pudicitiæ, ac bonorum; imò extraneorum, ſi Eccleſiaſtici ſint; nam his caſibus excuſatur ab excommunicatione, etiam ſi timens probabiliter à clerico interfici, vel mutilari, ipsũ prius mutilet, aut interficiat: nec tenetur aufugere cùm poſſit; vt latè declarat Vgol. hîc, §. 2. a num. 2. ad 10. vbi nu. 13. rectè quoque explicat quomodo, & quando clericus dicatur turpiter inuentus: & quę vxoris, matris, filiæ, ac ſororis appellatione veniant. Quam
6 quidem ſententiam probabilem puto: quoniã Romanus Pontifex in d. c. ſi verò, declarat, non autem nouiter diſponit, illos caſus nõ comprehendi ſub diſpoſitione can. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. atque adeò inueniens clericum turpiter ſe habentem cum vxore, & c. Si illum percutiat, Eccleſia non reputat percuſſionem illam tanquam factam, ſuadente diabolo, ſed vt factam vehementi paſſione: quia vt ſupra diximus eo caſu vis doloris vehementer hominem commouet, nec eam iudicat violentam oppreſſionem, ſed humanam quandam defenſionem.

7 Eſt tamen verum, quòd hanc opinionem tunc probabilem eſſe putarem, quando aliquis ex dictis Prælatis turpiter inueniretur (quod abſit) eo modo, quo exemplificat Vgol. loc. cit. Secus autem, ſi ſolus cum ſola in loco ſuſpecto comprehenderetur: nam licèt excuſaretur ab ex-

com-

communicatione,qui clericum ſic inuentum incontinenti percuteret iuxta ſententiã Nauar. quam communem eſſe ipſe teſtatur in Man. c. 27.n.84.& Suar.de cenſur. diſp.22.ſec.1.ſub nu. 37. id tamen ſatis non videtur in percutiente aliquem exenumeratis in hoc canone: quoniã propter dignitatem perſonæ, & munus, quo fungitur, non redditur adeò ſuſpectus, ſicut ſimplex clericus maximè ſi de huiuſmodi criminis genere non ſit aliàs diffamatus.

ADDITIO.

a Contrariam. Adde hîc Suar.de cenſur.diſp. 21.ſect.2.num.69. Alter.hoc loco,cap.5. dub.2. Gammar.hic cap.11.num.5.& Bonac.diſp.1. q. 12 pun.3.ſub num.4.vbi tamen num.5. circa Prælatum turpiter comprehenſum cum vxore & c.oppoſitam ſententiam putat eſſe tutiorem, Abb.Alex.

b Ignorantes. Adde hic Bonac. diſp.1. q.12. pun.3.ſub nu.7. vbi etiam addit,quòd qui percutit Cardinalem probabiliter ignorans diſpoſitionem noſtri canonis, hac cenſura non afficitur, ſicut nec efficiuntur conantes percutere huiuſmodi perſonas; quoniam verba intelligẽda ſunt cum effectu. Abb.Alex.

Ibi (*Necnon ea mandantes*) An mandantes prędicta crimina committi in ſupradictos Antiſtites, incidant in excommunicationem,non ſecuto effectu. Q. 12.

SVMMARIVM.

1 *Mandantes percuti Cardinales,Epiſcopos,& alios in hoc canone nominatos, an incidant in excommunicationem huius canonis.*
2 *Mandans,ex mandato non obligatur, niſi mandatarius mandatum fuerit executus.*
3 *Acceſſorium ſequitur naturam principalis.*
4 *Mandatum differt à iuſſu,& præcepto.*
5 *Aſſiſſus qui dicuntur.*
6 *Mandans percuti Cardinalem, ſi mandatum deinde reuocauerit,excommunicationem iſtam non contrahit,etiam ſi poſtea ſequatur effectus.*

1 IN hac re videtur dicendum,quòd mandantes huiuſmodi, in excommunicationem noſtri canonis incidant,ſtatim ac mandant prædicta crimina committi, ac etiam ſi aliàs non ſequatur effectus.

Probatur:quia vi dicti canonis excommunicantur mandantes æquè principaliter ac faciẽtes, ergo dictam excommunicationem contrahunt ſtatim atque mandant etiam non ſecuto effectu:clara eſt conſequentia ex his,quæ docet Vgol.cum alijs,quos ipſe allegat par. 1. noſtræ Bullæ,c.12. Antecedens probatur ex dictione illa *Necnon*:in tex.poſita. Nam Romanus Pontifex poſt excommunicationem latam contra dicta crimina committentes, extendens illam ad mandantes,rata habentes, in auxilium, conſilium,& fauorem præſtantes,ſic ait. *Necnon ea mandantes,vel rata habentes,&c.* At dictio illa: Necnon:cùm ex duabus negatiuis conſtet, procul dubio affirmat,& copulat æquè principaliter: vt habetur ex tex.in §.cumque hoc,in prooem. inſtit.& nos ſupra diximus,can.2.q.6.

Confirmatur: quoniam dictio illa; *Necnon* æquipollet copulæ,&,quæ quidem facit venire copulatum principaliter,non autem acceſſoriè: vt per Abb.in c.ſæpe,n.7.de verb.ſignif.& in c. quærelam, n.5. ac latè Iaſon cum alijs, quos allegat,in l.1.n.5.ff.de iuſt.& iur.

Nec mirum,ſi ex ſolo mandato quis ligetur; quoniam hoc ipſum mandare,eſt delictum cõſumatum; vt habetur ex Io. Andr. in Add. ad tex.in c.1.in ver. Mandauerit,de hom. lib.6. Et hanc ſententiam tenet Gloſ.in clem.1. ver.Mãdauerit, de pœn.

Hęc ſententia,licèt de iure vera nobis videatur per ea,quæ annotauimus ſupra can.2.q.6.& can.precedenti,q.15.hihilominus,quoniam in contrarium eſt communis ſententia, ab ea non
a eſt recedendum *a*: & eò magis, quia mitior eſt, & fauorabilior: atque adeò mandantes prædicta crimina committi, excommunicationem hanc non contrahere,niſi ſecuto effectu, & criminibus commiſſis. Ita Vgol. in explicatione præſentis canonis,in ver.*Necnon ea mandantes*: §. 2.num.1. Viual.hoc eodem loco, propè finem, Armil.in ver.Excommunicatio,De excommunicatione,2.contra inſect. Cardin. Sayr. ibidem lib.3.Theſ.tom.1.c.15.num.9.& Graff.lib.4.deciſ.p.1.cap.18.n.17. vbi idem ait dicendum eſſe de præſtantibus auxilium, conſilium, vel fauorem. Hanc eandem ſententiam tenet nouiſſimè Alter.hoc eodem loco,c.6.col.4. in prin. in ver.Sed ſuperſunt.

Probant hãc eorum ſententiam primò ex eo,
2 quòd mandans,ex mandato non obligatur, niſi mandatum mãdatarius fuerit executus, ar. tex. in §.is qui exequitur, in inſt de mãd.& l.3.ff.eo.

Secundò probant,quia tã Vgol.quàm Sayr.
3 & alij Doctores citati ſupponunt, mandantes, hoc loco, excommunicari acceſſoriè, ſed is qui mandatum ſuſcipit,& ſic faciens,in excommunicationem non incidit, antequam rem perfecerit,ergo nec mandantes; quoniam acceſſoriũ ſequitur naturam principalis; vt in c.acceſſorium,de regul.iur.in ſexto.

4 Vndè, retenta ſupradicta communi ſententi (etſi nobis prior ſententia videatur verior) ampliatur primò, vt procedat, non ſolùm in mandante; ſed etiam in iubẽte, ac præcipiente:quia in his omnibus militat eadem ratio: & propterea in dictam excommunicationẽ non incidit, niſi ſecuto effectu. Differt autem mandatum à iuſſu,& præcepto in hoc; quòd mandatum, eſt contractus verbis initus, quo committitur volenti aliquid agendum gratuito,vt colligitur ex Gloſ.in Rubr.ff.mand.iuncto §. pen. & fin. in inſt.eod.Iuſſus autem dicitur mandatum quod dam, quod à parente ſit liberis, aut à Domino ſeruis, & ob id non eſt liber quoad ſuſcipiẽtem, ſed neceſſitatem quandam habet: vt habetur ex Glo.in l.1.in ver.Quemadmodum,ff.quod iuſſu,& in §.ſed hoc iure,in ver.Iuſſu, in inſt. de Attil.tut. Præceptum denique fit à Iudice,& ab habente iuriſdictionem in eum,cui præceptum fit: argumen. tex.in l.legis virtus, ff. de leg. &

Vgol.

Vgol. hic in ver. *Necnon ea mandantes.*

Secundò ampliatur, vt iuxta prætiatam ſentẽtiam idem dicendum ſit de prætantibus auxilium, conſilium, vel fauorem.

Sic ampliata limitatur primò, vbi quis mandaret, huiuſmodi Antiſtites per aſſaſſinos occidi: nam tunc etiam effectu non ſecuto, prædictã cenſuram contraheret, vt in c. 5. de homic. in ſexto, vel ſaltem illam contentam in d. textu. Et per aſſaſſinos, non modò intelligimus quoſdam ſpeciales populos; ſed etiam Chriſtianos, qui pretio recepto, vel pacto mediante, aliquem occidunt, vt ex Mart. de iur. p. 4. caſu 129. vbi latè hanc materiam tractat.

Secundò limitatur, vt licèt mandantes offendi Cardinales, & Epiſcopos, effectu non ſecuto, non incidat in excommunicationem noſtri canonis; contrahunt tamen cenſuras. & pœnas cõtentas in c. Felicis, de pœn. in ſexto, & in clem. ſi quis ſuadente diabolo, eo. tit. quoniam Romanus Pontifex in dictis iuribus vtitur alternatiua, vel, dicens: *Percuſſerit, vel fieri mandauerit, &c.* atque adeò cenſetur æquè principaliter excommunicare mandantes, ac offendentes huiuſmodi Antiſtites, iuxta regulas traditas ab eodem Vgol. par. 1. explicationis noſtræ Bullæ, cap. 12. ſub num. 3. & Nauar. in Man. c. 27. ſub n. 51. in ver. Adde, quòd refert.

Ex hac concluſione ſic ampliata, ac limitata, 6 infertur primò quòd ſi quis Cardinalẽ aut Epiſcopum percuti mandauerit, & mandati poſtea ipſum pœnituit: ac propterea mandatum reuocans, mandatarium de tali reuocatione certiorem fecerit, in hanc cenſuram non incidit; eſtò quòd mandatarius deinde Cardinalem percuſſerit: quia mandans cenſuram non contrahit, niſi ſecuto effectu ante reuocationem mandati; ſicut nec irregularitas incurritur, ſi homicidium ſequatur poſt reuocationem mandati, de homine occidendo primò facti: vt bene probat Vgol. hic in ver. *Necnon ea mandantes*: ſub n. 2. ibi Primũ igitur, vbi etiam in ver. Quintò: probat, idem dicendum eſſe; vbi mandatarius nouerit mandãtem mandati pœnituiſſe, nã eſtò quòd certiorem non fecerit, ſi mandatarius ipſe poſt dictam ſcientiam crimen commiſerit, mandans cenſura non aligatur: quoniam ex quo ſcit mandatum ſublatum eſſe, cur certior fiat, cauſa non eſt, c. qui certus, de regul. iur. in ſexto, & l. 2. in fine, ff. de contrah. empt.

Imò apud Deum, ſic mandans excuſatus etſi delictum ſequatur poſtquam ipſum mandati pœnituit, eſtò, quòd mandatarius pœnitentiam huiuſmodi nõ nouerit; modò quantum potuit, vt mandatarium certiorem faceret, eleborauerit: vt per Gloſ. in c. cùm quis de ſent. excom. lib. 6. & Vgol. ibi in ver. Teſtió, & q. ſeq. latiùs dicemus.

Secundò infertur, quòd ſi quis poſt mandatũ de interficiendo Antiſtitem aliquem, moriatur & poſt eius mortem mandatarius mandatum exequatur, in hanc excommunicationem non incidit; quia ſecundum dictam ſententiam mãdans, excommunicationem non contrahit, niſi ſecuto effectu, & cùm mandatum extinguatur morte mãdantis, delictum cõmiſſum poſt eiuſdem mortem, non poteſt dici cõmiſſum de ipſius mandato: vt habetur ex Gloſ. in c. Mulieres §. fin. in ver. Authoritate, vel mandato: & ibi Panor. num. 6. de ſent. excom. Vgol. & alij, quos refert, & ſequitur Sayr. lib. 5. Theſ. tom. 5. c. 8 n. 18. vbi etiam id verum eſſe ait ſiue mandatarius certior factus fuerit de morte mandantis antequam percuſſit clericum; ſiue non: & ſiue mãdans egerit pœnitentiam in morte de tali mandato; ſiue non ſe pœnituerit. Hæc eadem latè quoque explicantur ab Alter. in explic. eiuſdem can. cap. 6. col. 5. & 6.

ADDITIO.

6 Recedendum. Adde Anton. de Souſa hic diſp. 63. num. 2. & Bonac. hoc eodem loco, diſp. 1. q. 12. pun. 3. ſub num. 9. Abb. Alex.

An ſi mandantem Antiſtitem percuti, mandati pœnitea; ſed mandatarium de mandati reuocatione certiorem facere non potuit, ſi ſequatur effectus, ipſe mandans in excommunicationem incidat, Q. 13.

SVMMARIVM.

1 *Mandans percuti Antiſtitem, ſi ſe mandati pœniteat, ſed mandatarium dementi reuocatione certiorem facere non potuit, in excommunicationem non incidit, etiam ſi ſequatur effectus.*

2 *Mandans, & pœnitens Antiſtitem percuti, ſi non aduertit reuocare mandatum, excommunicationem non contrahit.*

3 *Mandans, & pœnitens Antiſtitem percuti ſi non aduertit reuocare mandatum, & mutilatio ſequatur, irregularitatem contrahit.*

IN hac re pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia fuit Gloſ. in c. mulieres, in ver. Authoritate: ibi ſed pone, de ſententia excom. dicentis, quòd mandans clericum percuti de mãdati reuocatione non valens mandatarium certiorem facere, ſi mandatarius id ignorans mandatum exequatur, ipſe mãdans excommunicationem contrahit.

Probat hanc ſuam ſententiam ex tex. in c. mãdato, de procur. & in l. ſi mandaſſem, ff. mãd. vbi aperte habetur. quod mãdans obligatur ex mãdato, quod executus eſt mandatarius, qui reuocationem ignorauit.

Sed his non obſtantibus, contrariam ſenten- 1 tiam arbitror veriorem eſſe, quam tenet Inn. in d. c. mulieres: & Vgol. hoc loco: in ver. *Necnon ea mandantes*: Sub n. 2. ibi: His igitur: atque adeò mãdans percuti Antiſtitẽ, ſi ſe mandati pœniteat ſed mandatarium de mandati reuocatione certiorem facere non potuit: & mandatarius id ignorans mandatum executioni dederit, in excommunicationem non incidit.

Probatur: quoniam ad hoc, vt quis excommunicationem illam contrahat, dolus requiritur; at hic nõ eſt dolus: eo quòd mãdati ſui pœnituit, & mandatariũ certiorẽ facere non potuit.

Hac eadem ratione, ſic mandans, & pœnitẽs,

ab excommunicatione excuſatur; vbi mandatũ reuocare non aduerterit;vt per Doctores ſupra citatos. Dixi,ſi non aduerterit; quia ſi cùm poſſet,& animaduerteret,mandatum non reuocauit cùm hic dolo non careat,in excommunicationem proculdubio incidit.

Imò ita mandans,& pœnitens, qui non aduer-
3 tit,nec certiorem facere potuit mandatarium de reuocatione mandati; licèt excuſetur ab excommunicatione,tamen ſi mutilatio,aut occiſio ſequatur, irregularitatem contrahit:quia ad contrahendam irregularitatem,non eſt neceſſe vt culpa interueniat.Hinc mandãs alicui, vt ſuũ inimicum interficiat,& ante executionem pacẽ cum inimico ineat;quo caſu,tacitè ſaltem,mandatum reuocatum cenſetur; irregularis tamen ſit;dummodo directè, vel indirectè mãdatarius certior factus non ſit: vt habetur ex Soc. in cap. peruenit,n.43.de ſent.excom.& Vgol.loco citato,in ver.Quartò.

Ad contrarium ex tex.in d.c.mandato, & l.ſi mandaſſem,reſpondetur quòd ideò in dictis iuribus, actio mandatario datur, qui de mandati reuocatione certior factus non eſt;ne damnum iniuria patiatur ex mandato, quod ſuſcepit, & executioni mandauit:at hic non immeritò dãnum patitur:quoniam mandatum illud, vt de re turpi,non valebat,nec ſuſcipere, nec exequi debebat.

An mandantes ex tribus Cardinalibus vnum determinatum percuti, ſi mandatarius alium percutiat, ipſe mandans in excommunicationem incidat. Q. 14.

SVMMARIVM.

1 *Mandans percuti aliquem Cardinalem determinatum, ſi mandatarius alium Cardinalem percutiat, mandans ipſe in excommunicationem non incidit.*

HAec difficultas hoc loco diſcutitur ſuppoſita ſententia dicentium, mandantem excommunicationem hanc non contrahere, niſi ſecuto effectu. Nam ſi quis velit tenere priorẽ opinionem, quam de iuris rigore veriorem ſupra probauimus, q.12. nempe, quòd mandans committi crimina, vi noſtri canonis prohibita, in cenſuram ipſam ſtatim incidat,etiam,& aliorum,quæ determinauimus, q.præcedenti,proculdubio inutilis eſſet: vt conſideranti patet.

Breuiter igitur ad quæſtionem reſpondetur
1 ex Vgol.in explicatione noſtri canonis: in ver. *Necnon ex mandantes*. n. 7. & alijs ab eo allegatis, quòd mandãs, hoc caſu prædictam excommu-
a cationem non contrahit *a*. Probatur: quia de ſuo mandato percuſſus ille dici non poteſt: eo quòd alium percuticndum mandauit;ergo de mandato non tenetur,ar. tex. in l. diligenter, ff.mand. & §.is qui,in inſtit. eod.tit.

ADDITIO.

a Contrahit. Adde Bonac.de cenſuris Bullæ cœn.diſp.1.q.12.pun.3.n. 15. quamuis pto contraria ſententia falsò.citet Duard.Io. Vincent.

Ibi (*Rata habentes*) Quid ſit ratihabitio, ad effectum contrahendi cenſuram noſtri canonis. Q. 15.

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitio,quid ſit.*
2 *Ratihabitionem fieri,duobus modis contingit.*
3 *Ratam habentes percuſſionem in perſonam alicuius Cardinalis,aut Epiſcopi, an, & quando in excommunicationem incidant.*
4 *Excommunicationis ſententia non trahitur retro, ſicut aliæ ſententiæ.*

REſpondetur quòd ratihabitio eſt alicuius
1 facti comprobatio, meo nomine geſti, ſed à me non mandati. Dixi meo nomine:quoniam fruſtra ratum habemus, quòd noſtro nomine geſtum non eſt:iuxta ea,quæ dicit Bart.in l.1.§. ſed etſi quis.ff.de vi, & vi arm. & eſt tex.in c.ratum,de regul.iur.in ſexto.

Dixi comprobatio:quoniam ratihabitio duo-
2 bus modis fieri potest, verbis ſcilicet,ac factis. Verbis,expreſsè geſtum probando,vt ſi quis diceret: Rem gratam mihi feciſti: vel nihil mihi optatius contingere potuit. Factis autem, cùm deinceps, delinquentem ipſum cariorem habuit, amiciorque ei factus eſt, eidemque aliquid donauit: nam & factis declaratur animus: ar. tex. in §. pauonum, ver. In ijs: in inſt. de rer. diuiſ.

In excommunicationem igitur incidit, qui
3 crimen aliquod vi noſtri canonis prohibitum ſuo nomine ab aliquo cõmiſſum in Antiſtite,
a altero ex dictis modis cõprobauerit: quoniam ratihabitio mandato æquiparatur: vt in d.c.ratum,& c.ratihabitionem,de reg.iur in ſexto,atque adeò ad dictam cenſuram contrahendam exigitur, vt delictum ſit commiſſum nomine ipſius ratum illud habentis,vt ſupra diximus.

Quòd verum eſt, niſi actio tractum habeat
4 ſucceſſiuum:vt eſt detentio,& incarceratio: nã tunc, licèt a principio talis actio facta non fuerit alicuius nomine; cùm tamen habeat tractũ, ſi illam ratam habet, cùm aliàs haberet poteſtatem ad irritandam illam, & id omittat;ex tũc cenſuram ipſam contrahit: quia etſi non poſſit ratam habere carcerationem talium perſonarum, à principio factam; habet tamen ratam continuationem, ſeu detentionem eorundem; quæ vi noſtri canonis expreſsè prohibetur: vt benè notat Suar. hìc, diſp.21. de cenſur.ſec.2. num. 71.

Adde,quòd ad contrahendam prædictam excommunicationem ob ratam habitã Antiſtitis perculſionem,neceſſaria eſt quoque tertia conditio; nempe, vt qui ratam habuit huiuſmodi
b crimen,potuerit illud mandare *b* quando commiſſum fuit. Quo circa ſi tunc erat infans,aut amens, etiam ſi comparato vſu rationis ratum habeat factum, in excommunicationem nõ incidit. Nam ratihabitio moraliter efficit, tanquã propriũ actũ eius nomine factũ, qui illum poſtea ratam habet: eo quòd ratihabitio retrotrahitur & mandato cõparatur. Ita Nauar.in man. c.27.n.233 cũ alijs Doctoribus.quos ipſe allegat, & Suar.de cenſur.Eccl.diſp.44.ſect.3. ſub n. 23.

Non

Non tamen ex hoc ſequitur excommunicationem contrahi per ratihabitionem vi noſtri canonis, quando iniuria afficitur Cardinalis, aut alius ex iis eo priuilegiatis, ſed tunc temporis quando ratum habetur crimen: vt per Gloſſin c. cùm quis: ver. Incurrit, de ſent. excom. lib. 6. Nam illa iuris regula: *Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non eſt dubium comparari*: vt in c. ratihabitionem, de regul. iur. in ſexto, intelligitur quoad vinculũ ex facto anteriori: ſatis enim retrotrahitur ad tempus anterius, cum liget ex priori crimine, licèt excommunicatio effectum ſortiatur, ſecreta ratihabitione, & comprobatione. Etenim excommunicationis ſententia non trahitur retro ſicut aliæ ſententiæ, ſed ſtatim ligat, & non ſuſpendit effectum ſuum: vt in c. licèt, de ſent. excom. lib 6. c. paſtoralis, de appell. Et cùm ſit pœna delicti non poteſt alligari non delinquentem, ſed cùm quis ratificat, tunc primò delinquit: & propterea tunc primò alligatur. Ita Anch. in d. c. ratihabitionem, n. 3. Franc. & Gemin. ibidem nu. 5. & alij: vbi docent, regulam illã locum ſibi vendicare in contractibus conditionalibus, in quibus purificata conditione, obligatio reducitur ad tempus, quo fuit celebratus contractus: ſed vbi nullum præexiſtit obligationis fundamentum, tunc obligatio incipit à ratificationis tempore.

ADDITIO.

a Comprobauerit. Adde Reginald. lib. 9. ſuæ prax. n. 314. Anton. de Souſa hîc diſp. 64. & Bonac. hoc eodem loco diſp. 1. q. 12. pun. 1. ſub nu. 23. vbi ob id excuſat ab hac excommunicatione eum, qui ignorãs Cardinalem ſuo nomine percuſſum, lætatur de eiuſdem percuſſione: is enim non dicitur propriè percuſſionem ratam habere, quia ignorabat ſuo nomine factam; licèt grauiſſimè peccet. Abb. Alex.

b Mandare. Adde hîc Anton. de Souſa cap. 12. diſp. 64. n. 2. & Bonac. hoc eodem loco, diſp. 1. q. 12. pun. 1. ſub num. 23. Abb. Alex.

An Cardinalis incarcerationem nomine Titij factam, ſi Titius ipſe prius improbauerit, & denique ratam habuerit, in prædictam excommunicationem incidat. Q. 16.

SVMMARIVM.

1 *Rallum, intelligitur de prima vice.*
2 *Quod operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito.*
3 *Cardinalem nomine Titij carceribus mancipans, licèt ipſe Titius huiuſmodi carcerationem improbauerit, ſi tamen poſtea ratam habuerit, in excommunicationem incidit.*

a IN hac re videtur prima facie negatiuè reſpõdendum, ex iis, quæ docent Freder. de ſen. conſ. 238. incipit: Scribitis: & Vgol. cùm aliis, quos allegat in explicatione præſentis canonis: in ver. Vel rata habentes: n. 6. dum dicũt, quòd ſi quis ab initio factũ ſuo nomine improbauit, eſtò quòd deinceps illud ipſum probauerit, excommunicationem tamen non contrahit. Et hoc ideò, quia factum intelligitur de prima vice ar. tex. in l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verborum ſignific. & tantò fortiùs, quoniam ſicut ſtatim approbando, in excommunicationem incidit; eſtò ac deinde illud improbet: ita & à principio improbando, eandem effugiet; licèt
2 deinceps illud approbet: nam, quod operatur propoſitum in propoſito, operatur etiam oppoſitum in oppoſito, ar. tex. in l. fin. §. fin. ff. de leg. 3.

His tamen non obſtantibus, contrarium puto verius, atque adeò ſi quis Cardinalem nomine Titij carceribus mancipauerit; eſtò quòd ipſe Titius dictam carcerationem primò improbauerit; ſi tamen poſtea ratam habuerit: ſtatim excommunicationem incidit.

Probatur: quia cùm talis actio tractum habeat ſucceſſiuum, quocunque tempore ratam illam habeat, cùm alias poteſtatem haberet illam irritandi, & prætermittat, ex tunc in cenſuram incidit: quoniam licèt ratam non habeat Cardinalis carcerationem; tamen ratam habet eiuſdem detentionem, quæ vi noſtri canonis prohibetur.

Vndè his ſic ſtantibus, ad contrarium patet reſponſio: nam opinio ſupradictorum Doctorum locum ſibi vendicat in delictis, quæ tractũ non habent ſucceſſiuum, vt eſt caſus noſter; ſed
a momentaneum, a vt mutilatio, occiſio, percuſſion, & his ſimilia.

ADDITIO.

a Momentaneum. Adde Anton. de Souſa, hoc loco, cap. 12. diſp. 64. n. 5. & quamuis oppoſitum videatur tenere Bonac. ibidem, diſp. 1. pun. 1. ſub num. 25. tum quia hic verè dicitur ratum habere delictum ſuo nomine perpetratũ; tùm quia hic irregularitatem contrahit, qui ab initio mandatum occidendi reſpuit. & illud deinde acceptauit, & exequutioni dedit. Nihilominus prior ſententia videtur probabilior per rationes, quas affert Duard. & Bonac. non rectè ſoluit, vt conſideranti patet. Io. Vincent.

Ibi (*Auxilium, conſilium, vel fauorem*) Quando dicatur præſtari auxilium, conſilium, aut fauorem. Q. 17.

SVMMARIVM.

1 *Auxilium re tantùm præſtatur, non autem verbis regulariter: licet aliquando contingat auxilium præſtari quoque verbis.*
2 *Adiuuans percutiendo Cardinalem, non vt auxiliator, ſed vt principalis, excommunicationem contrahit.*
3 *Conſilium eſt ſolummodo ſuaſio, & differt à mandato.*
4 *Fauor, non tantùm eſt proclivis hominis affectus, ſed etiam ipſa voluntas ex tali affectu proueniens.*
5 *Auxilium, & fauor, nunquam ſufficiunt ad excommunicationem contrahendam, niſi alliciant ad peccandum.*

6 *Auxilium, aut defenſionem prabens eis qui offenderunt Antiſtites, atque ideò poſt commiſſum crimen, in excommunicationem non incidunt; dummodo auxilium, conſilium, aut fauor non impendantur in crimínibus habentibus actum ſucceſſuum.*

VGol. hoc loco, in ver. Seu præſtantes eis auxilium: exiſtimat, auxilium ope *a*, ac reltantùm alicui præſtari ad committendum crimina
1 vi noſtri canonis prohibita. Vt ſi quis ſciens arma dederit ad Cardinalem occidendum; aut venenum, vt in l. 3. ff. ad l. Cornel. de ſicar. Item ſi pecuniam ſubminiſtrauerit, aut homines, vel ſatellites ad id accommodauerit, funes, ac manicas ferreas ad ipſum conſtringendum dederit, carcerem ad eundem cuſtodiendum conceſſerit, & his ſimilia. Verbis autem putat, auxilium alicui præſtari non poſſe: atque adeò iuuantes verbis non contineri ſub auxilio, ſed ſub conſilio, & fauore: ad quòd allegat tex. in l. in furti actione, §. ope, ff. de furt. & l. ſæpe in fine, ff. de verb. ſignif. Quod verum puto regulariter: nam auxilium, & clamoribus etiam deferri poteſt: vt eſt tex. in l. 1. §. eodem autem, ff. ad Senatuſc. ſyllan.

Eſt tamen verum, quòd is, qui adiuuat, vulnerando, capiendo, &c. non vt auxiliator, ſed vt
2 principalis, in excommunicationem incidit: ſecus autem, ſi vulneranti, aut capienti ſolùm adfuit, paratus ad opem ferendam, ſi opus fuerit: nam tunc verè dicitur auxiliator: vt colligitur ex his, quæ docet Bar. in l. qui ſeruo, §. ſi duo, ff. de furt. & Vgol. loco citato.

Conſilium eſt formaliter ſuaſio, ſeu hortatus
3 & differtà mandato: vt in §. tua tantùm, in inſt. mand. vndè conſilium præſtatur ſolùm verbis, nempe ſuadendo, impellendo, inſtruendo, ſuggerendo, vel ſecuturam vtilitatem oſtendendo: vt in d. l. in furti, & l. ſæpe. Quod quidem contingere poteſt dupliciter. Primò directè, vt ſi quis alicui explicitè cõſulat, vt Antiſtitem vulneret, aut de vulnerandi modo eũdem inſtruat. Indirectè verò præſtatur conſilium, vbi quis aliquibus ex ſuis dixerit, quos nouerat ipſius voluntatem adimpleturos, vel ſaltem id credere debebat: Vellem, ſi poſſem de tali Epiſcopo vindictam ſumere: aut ſi ſuaſit aliquam turrim bombardis vaſtandam, in qua Epiſcopus erat incluſus, & ideò interfectus. His enim caſibus conſulentes, excommunicationem prædictam proculdubio contrahunt: vt habetur ex eodem Vgol. hic, in ver. Conſilium.

Quod quidem verum eſt, ſiue cõſilium fraudulenter impendatur, ſiue abſque fraude, aut quomodolibet ad committenda ſacinora in noſtro canone damnata. Nam licèt extet iuris regula, quòd nullus ex conſilio obligatur, niſi fuerit fraudulentum: vt in c. nullus, de regul. iur. in ſexto; tamen regula illa locũ ſibi vendicat, quãdo conſiliũ verſatur circa cõtractus, ita vt quis tunc demum teneatur actione doli quando cõſilium fuit fraudulentum: vt in l. & eleganter, in fine, ff. de dolo. At quando conſilium datur ad committẽdũ maleficium aliquod, tunc conſulens ſimpliciter tenetur non actione de dolo, ſed ratione ſceleris commiſſi: atque adeò ſi ad committẽdum homicidium conſilium præſtitit, homicida eſt, & tanquam talis venit puniẽdus, c. ſi quis viduam, 50. diſt. c. ſicut dignum. §. qui verò, de hom. Gloſ. Dyn. & Io. Andr. in c. nullus: & Bart. in l. non ſolùm, §. ſi mandato, ff. de iniur.

Eſt tamen verum, quòd ad hoc vt conſulentes teneantur de delicto, quorum conſilio ſuit
b patratum neceſſe eſt, vt conſilium influat *b* in crimẽ, ideſt quòd conſilium ipſum ſit criminis cauſa: tunc conſulentes & agentes pari pœna puniuntur: aliàs ſi is cui cõſulitur erat cõmiſſurus delictum, conſulentes puniuntur leuiori pœna. Ita Panor. in c. 1. nu. 5. propè fin. de offic. deleg. Felin. in c. nuper, nu. 6 de ſent. excom. Ad quòd facit tex. in d. c. ſicut dignũ, §. qui verò, vbi Alex. 111. agens de nece Sanctiſſimi viri Thom Cantuarienſis Archiepiſcopi, orta ex excitato Regis Angliæ in eum odio, ſic ait *Qui verò ſe aſſerũt animum Regis inflammaſſe ad odium, vnde homicidium fuit ſecutum durè, & aſperè, ſed non ita ſeuerè ſunt puniendi: niſi forte Regem ipſum ad illud homicidium ſuis ſuggeſtionibus prouocaſſent.* Quocirca ſi quis alteri conſulat ſacrilegium de quo agitur, qui aliàs firmiter propoſuerat illud omninò committere, in excõmunicationem huius canonis non incidit: ſicut nec eã cõtentã in c. Felicis, de pœn. lib. ſexto, contrahere, docet Gloſ. ibdem in ver. Fauorem.: & in ver. Illud autem: & ver. Simplici fauore. Hanc eandem ſententiam tenent Gemin. Anchar. & Franc. in eodem c. Felicis. Et in terminis noſtræ Bullæ Alter. in explicat. huius canonis, cap. 6. col. 20 vbi etiam col. 21. in ver. Sed petes, & in ver. Proponit, concludit ex Felin. in d. c. 1. n. 10. de offic. deleg. & in c. ſicut dignum, n. 9. de homic. quòd in dubio exiſtimari debet, delinquentem ex conſilio accepto prouocatũ fuiſſe ad maleficium committendum; niſi tales exiſtant probabiles, & certæ coniecturæ, ex quibus euidenter contrarium colligatur. Vt ſi probetur capitales inimicitias interceſſiſſe inter ipſũ reum criminis, & eum, qui iniuria affectus eſt, iuxta ea quæ docet Bal. in l. metum, in fine, ff. quod met. cauſ. Item ſi criminis auctor antequam conſilium accepiſſet, omnia ad maleficiũ committendum neceſſaria præparaſſet: vt per Gloſ. in Lapud Celſum, in prin. ver. Cauſa, ff. de dol. except.

c Fauor e denique, non tantùm eſt procliuis ho
4 minis affectus, ſed eſt ipſa vtilitas, ex tali affectu proueniens; atque adeo fauere eſt commodum, ſeu vtilitatem alicuius tueri ex animo. ar. tex. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. Quod quidem duobus modis ſumi, dicit idem Vgol. hic in ver. Vel fauorẽ n. 1. In genere ſcilicet, & in ſpecie. Fauere, generatim ſumptum, ſignificat, quacum ratione, re, aut conſilio quis aliquem adiuuet: & propterea omnis, qui aut auxilium, aut conſilium præſtat ad percutiendum Epiſcopum, fauere dicitur. Speciatim verò fauere is cenſetur, qui præter auxilium, & conſilium, ratione alia iuuat, vt potè commendando, laudando, retinendo domi perſonas aliquas, quouſque delictum committant.

Nũquam tamen cenſura iſta contrahitur, niſi
5 fauor huiuſmodi, & auxilium alliciant ad peccãdum ſicut ſupra diximus de conſilio; ideſt ſint cauſa, ſine qua effectus aliàs non ſequeretur: vt eſt Gloſ. in c. nuper. il 2. in uer. Conſiliũ de ſent. excom. & in c. felicis, in uer. Fauorem, de pœn.

in

in ſexto, licèt contrarũ teneat Vgol. hic, in ver. Conſilium, in fine. Nec denique dantes conſilium, auxilium, & fauorem in prædictam excommunicationẽ incidunt, niſi ſecuto effectu, iuxta ſententiam magis receptam, quam ſupra retulimus, q. 12. cũ plur. ſeq. & habetur ex Sayr. cum alijs quos allegat in explicatione præſentis canonis, lib. 2. Theſ. tom. 1. c. 15. n 12. Vbi etiam addit, quòd conſilium impenditur rogando. Quòd mihi videtur valdè dubium; poſtquam preces, mandati potius habent ſpeciem, quàm conſilij. Eſt tamen verum, quòd quot eſcunque preces diriguntur ad vtilitatem eius, qui rogatur, tunc preces illæ poſſunt dici ſuaſiones, & ſic conſilium, & non mandatum, vt bene docet Bar. in l. non ſolùm, §. ſi mandator, ff. de iniur. & Syl. in ſum. in ver. mandatum, in prin.

Illud denique te monitum eſſe volo quòd ſi
6 quis poſt crimen cõmiſſum adiuuat delinquẽtem, & defendit, in excommunicationem huius
d canonis non incidit d: quoniam hoc loco excõmunicantur mandantes, ſeu ratas habentes actiones principales prohibitas, & præſtantes eis auxilium, conſilium, vel fauorem eodem modo, ſcilicet ad committendas dictas actiones prohibitas. Confirmatur, quoniam qui poſt delictum commiſſum præbet auxilium malefactori, non dicitur propriè opem dediſſe ad crimen patrãdum; vt habetur ex Felin. in c. ſicut dignum, n. §. de homic. & Bart. in l. non ſolùm. §. ſi iuramẽto, ff. de iniur. & Cardinal. in clem. 1. n. 9. de pœn.

Et hanc ſententiam tenet hoc eodem loco Alter. c. 6 col. 18. in ver. Secũdò quæret aliquis. Quam quidem veram puto in actionibus, quæ non habẽt actum ſucceſſiuum, quales ſunt mutilatio, occiſio, & c. Secus autem in actionibus habentibus actum ſucceſſiuum, qualis eſt detẽtio, aut carceratio: nam tunc ſi poſt huiuſmodi crimina patrata adiuuaret, & defenderet delinquentem, proculdubio prædictam cenſuram contraheret; per ea, quæ ſupra diximus, q. 15. ſub num. 3.

ADDITIO.

a Ope. Adde hic Anton. de Souſa c. 12. diſp. 62. n. 6. & Bonac. hoc eodem loco, diſp. 2. q. 12. pun. 1. n. 27. Abb. Alex.

b Influat. Adde quòd eandem opinionem ſequitur Bonac. de cenſuris Bull. cen. diſp. 1. q. 12. pun. 1. n. 28. Abb. Alex.

c Fauor. Adde Anton. de Souſa hic cap. 12. diſp. 62. num. 6. Alter. hoc eodem loco, diſp. 12. cap. 6. & Bonac. ibidem, diſp. 2. q. 12. pun. 1. ſub num. 29. Abb. Alex.

d Incidit. Adde Anton. de Souſa hic diſp. 65. num. 3. & 4. Reginald. lib. 9 ſuæ prax. num. 314. & Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 9. n. 243. D. Cæſar.

An conſulens Epiſcopum percuti, ſi priuſquam ſequatur effectus, conſilium reuocet, excuſetur ab excommunicatione noſtri canonis. Q. 18.

SVMMARIVM.

1 *Conſulens percuti Epiſcopum, ſi conſilium reuocet, & rationibus contrarium ſuadeat, in excommunicationẽ non incidit.*
2 *Tollitur vnumquodque eo modo, quo inductum eſt.*
3 *Conſilium difficilius reuocatur, quam mandatum.*
4 *Contumacia, ac lethalis culpa exigitur ad excommunicationem contrahendam.*
5 *Conſulens non in cenſuram incidit, niſi eius conſilium influat in effectum.*
9 *Conſulens in dubio præſumitur influere in effectum, niſi ex coniecturis contrarium colligatur.*

HAnc quæſtionem diſputamus ſuppoſito ex
1 communi Doctorum ſententia, quòd hoc loco conſilium dantes, ſicut auxiliantes, & mãdantes non principaliter, ſed accеſſoriè excommunicẽtur, licèt nobis in rigore contrarium videatur vt ſupra diximus, q. 12. Quocirca, vt paucis rem ipſam abſoluamus, reſpõdetur ex Vgol. in explicatione præſentis canonis: in ver. Conſilium, quòd conſilium ita reuocans in prædictã excommunicationem non incidit; etiam ſi poſt conſilium reuocatum ſequatur perculſio.

Probatur, quoniã conſulens homicidium, ſi ſequatur effectus poſt conſilij reuocationẽ, nõ efficitur irregularis, vt bene docet Innoc. in c. ad audientiam, ſub n. 2. ver. Item non intereſt vbi etiam Panor. in fine, & Socin. nu. 316. Ergò multò minùs in caſu noſtro efficitur excommunicatus: quia facilius quis irregularitatem contrahit, quam excommunicationem.

Eſt tamen verũ, quòd in reuocando conſilio
2 non ſatis eſt, ſimpliciter illud reuocare, & certiorem facere eum, cui conſilium datum eſt: ſicut ſatis eſſet in reuocando mandatum; ſed cõtrarium rationibus ſuadere neceſſe eſt: nam ſicut quis rationibus conſilium dedit: ita etiam cõtrarijs rationibus tollere debet: eo quòd vnũquodque tollitur eo modo, quo inductum eſt, vt in l. naturalẽ, ff. de reg. iur. & c. 1. extra eod. Et eò magis quia nõ adeò facilitèr conſilium ſuſceptum quis relinquet, cùm ſuaſ. nte reſſe ſibi
3 iam fuerit perſuaſum. Quæ quidem ratio non militat in mandante, eo quod mandatarij nihil intereſt: & ob id ſatis eſt illud ſimpliciter reuocare, nulla reuocationis ratione reddita. Ita Innoc. & alij Doctores ſupra citati. Qui Innoc. ſimiliter ait, quòd ſi neceſſe ſit, vt certiorem eũ faciat quem interficiendum conſulerat, id facere debet, modò illum non manifeſtet, qui occidere ipſum velit.

Ex quibus conſtat, minus probabilem videri
4 Alter. ſententiam in explicatione huius can. c. 6. col. 21. in ver. De hac difficultate, dum ſimpliciter ait, non liberari ab hac cenſura conſulentẽ quamuis conſilium datum reuocet, & ſtudeat retrahere animum eius, qui cõſilium recepit ab ipſo ſcelere; niſi prudenter certiorem faciat illũ, contra quem iniuria paratur, vt ſibi caueat; quia eſt aliquis, qui in eum inſidias machinatur; aut firmiter crederet poſt reuocationem cõſilij retraxiſſe penitus illum, cui delictum conſultum fuerat a propoſito illud committendi. Nã ſupponamus, quòd conſulens poſt conſilium datũ nullo vnquã modo, nec via poſſit eum qui conſilium accepit retrahere: nec certiorare illũ cõ-

tra quem iniuria paratur: & peccati sui pœniteat is proculdubio, saltem in foro conscientiæ, non erit excommunicatus, etiam si sequatur delictum: quoniam sic consulens non perseverat in contumacia, & peccato, quæ requiruntur ad excommunicationem incurrendam: vt in c. nullus, & c. nemo episcoporum, 11. q. 3.

Et tãtò fortiùs id verum puto, vbi delinquẽs erat alias crimen commissurus, etiam non habito consilio: quoniam licèt is sit criminis reus, & dignus graui pœna; tamen quia eius consilium non influit in effectum, in excommunicationẽ non incidit, etiã si consilium non reuocauerit, quamuis in dubio præsumẽdum esse delinquẽtem ex consilio accepto prouocatum fuisse ad crimen committendum, optimè probet Felin. in cap. 1. num. 10. de offic. deleg. & in c. sicut dignum, num. 9. de hom.

5

Quam quidem opinionem veram putat Alter. loco citato, in ver. Proponit; nisi tales existãt probabiles, & certæ coniecturæ, ex quibus euidenter contrarium colligatur; vt si probetur inimicitias graues, ac capitales interfuisse inter ipsum reum criminis, & eum contra quem delictum commissum fuit: vt habetur per Bal. in l. metum, in fine, ff. quod met. ca. Vel si delinquẽs ante acceptum consilium omnia parasset, quæ ad crimen patrandum erãt necessaria: vt habetur ex Glos. in l. apud Celsum in prin. ver. Causa, ff. de dol. excep. Quocirca Iudicis arbitrio id cõmitti debere determinandum, docet Anch. in cap. Felicis num. 6. de pœn. lib. 6.

6

Vtrum non prohibens Antistitem percuti cùm possit, incidat in excommunicationem nostri canonis. Q. 19.

SVMMARIVM.

1 *Antistitem si quis non prohibeat percuti, cùm possit, in excommunicationem incidit.*

2 *Fauere quis dicitur, qui cùm possit, facinori desinit obuiare.*

3 *Antistiti percuti non obuiantes cùm possint, in excommunicationem incidunt, etiam si ad id ex officio non tenentur.*

4 *Antistiti, qui clamore, aut pecunia, potest opem ferre citra suæ vitæ periculum, & non affert, excommunicationem contrahit.*

5 *Conspirationem in mortem Cardinalis sciens, & non reuelans, excommunicationem incurrit.*

6 *Conspirationem in mortem Episcopi, aut alterius Antistitis sciens, si non reuelat, excommunicationis vinculo alligatur.*

7 *Scienti delictum aliquod committendum, licèt ex sola illius scientia non veniat puniendus; id tamen limitatur, si subsistat sciat delictum committendum in Dominum, & è contra, aut filius in patrem: nam isti si non reuelant iure ciuili puniuntur.*

8 *Obuiare qui potest, & perturbare delinquentes, & non facit, eorum impietati fauere dicitur.*

9 *Non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto sacrorum desinit obuiare.*

10 *Reip. ac cuiuscunque proximi periculo iure naturali, ac diuino tenemur subuenire.*

11 *Sciens conspirationem in mortem alicuius Antistitis, si probabiliter credit per secretam admonitionem conspirantem recessurum à tali sacmore, tunc antequam illum reuelet, debet præmittere secretam correctionem, nisi ex dilatione denunciationis immineret periculum multitudini.*

12 *Prælati præceptum de reuelando crimine, intelligendum est, saluo ordine fraternæ correctionis.*

13 *Prælato præcipienti reuelationem criminis occulti non est obediendum.*

14 *Prælatus non habet potestatem præcipiendi super occultis, nisi in quantum per aliqua indicia manifestantur.*

15 *Antistitem percuti non obuiantes ex negligentia, aut inaduertentia, in excommunicationem non incidit.*

IN hac re videtur negatiuè respondendum, per ea, quæ supra latè disputauimus, cãn. 9. q. 7. dum concluſimus, quòd omittens obuiare volentibus interficere, mutilare, capere, detinere, seu spoliare accedentes ad S. Apostolicam, non incidit in excommunicationem dicti canonis: quia in eo prohibetur actus positiui, quales sunt interficere, mutilare, & alij supradicti; at verò non obuiare dictis criminibus, cùm aliàs quis possit, est actus purè negatiuus: ergo idem dicendum est in casu nostro: quoniã vi præsentis canonis similiter prohibentur actus purè positiui, nempe interficere, mutilare, percutere, detinere, &c. & non prohibere Antistitem percuti, cùm possit, est actus purè negatiuus.

1

4 His tamen non obstantibus, contrariam a sẽtentiam puto veriorem esse; quam tenet Vgol. hoc loco: in ver. *Vel fauorem*, n. 3 atque adeò non prohibens, cùm posset, Cardinalem percuti, incidit in excommunicationem nostri canonis.

Probatur: quoniam fauere proculdubio is dicitur; quod vi d. canonis, expresè prohibetur. Quòd verè percutienti faueat probatur ex tex. in c. quantæ, de sent. excom. vbi habetur, quòd hi delinquentibus fauere dicuntur, qui cùm possint, facinori desinunt obuiare. Si ergò fauere illi dicuntur, qui cùm possint, manifesto facinori non obuiant, idem proculdubio dicẽdum est de non prohibente percuti Cardinalẽ, aut alium Antistitem cùm possit, atque adeò in supradictam excommunicationem incidit.

1

Ampliatur hæc conclusio, vt non solùm locum sibi vendicet in iudicibus, ac potestatibus, qui ad id ex officio tenentur, sed etiam in ijs, qui iurisdictionem non habent: nam si possunt prohibere, ne Antistites offendantur, & non prohibent, prædictam excommunicationem cõtrahunt: eo quòd tex. in d. c. quantæ, generaliter loquitur vt bene declarat Vgol. loco citato. Vbi etiam n. 4. 5. & 6. hoc idem dicendum esse ait, si quis sine suæ vitæ periculo clamando poterat huiusmodi Prælatis opem ferre, & non clamauit; aut pecunia eos redimere, & non redimit: quia tunc in excommunicationem incideret, per ea quæ docet Socin. in c. ad audientiam, num. 355. q. 98. de hõmic.

3

4

Sic etiam si quis sciret, quem in mortem Cardinalis conspirasse, si dolo id tacuit, & non patefecit, hanc censuram non effugiet: quoniã fauere delinquenti proculdubio is dicitur, ar. tex. in l. 1. §. potuisse, ff. ad Senatusc. Syl. Et extat constitutio Pij V. quæ incipit, infelicis seculi

5

ſi periculo, edita 14. Kalen. Ianuarij, 1569. Pontificatus ſui, anno quarto, occaſione maximi illius facinoris, temporibus noſtris commiſſi perſonam ſanctiſſimi, ac Mediolanenſium gloriæ Caroli Borromei, S.R.E. Cardinalis, & Eccleſiæ Mediolanenſis Archipiſcopi, in qua cõſtituitur, vt quicumque quouis modo, vel per literas, aut ex cætu, ſeu conatu, vel alijs ſignis, aut indicijs quibuſcumque notitiam habuerit, vel etiam conceſſerit quempiam authorum, adminiſtratorũ, vel conciorum conurationis, ſiue conſpirationis in perſonam Cardinalis, teneatur quamprimum id Romano Põtifici, ſi in Curia fuerit, ſin autem Ordinario loci, vel ſi Cardinalis ipſe Ordinarius exiterit, propinquiori Epiſcopo, & ſi crimen non dum fuerit commiſſum, etiam ipſi Cardinali quanto citius reuelare, & quicunque etiam non ſubditus, & extraneus hac in re deficiens, cuiuſcumque dignitatis ſit, excommunicationis laqueo remaneat innodatus, & Maieſtatis reus infamiam, & omnes alias pœnas in edictis, de pœn. lib. 6. latas eo ipſo incurrat.

Et licèt in dicta conſtitutione mentio tãtùm
6 fiat Cardinalium, & ſpecialiter edita ſit contra ſcientes, & non reuelantes eos, qui offendunt S.R.E. Cardinales; nihilominus ratio ſupra relata conuincit excõmunicationem noſtræ Bullæ contrahere non ſolùm ſcientes parari inſidias contra Cardinales, & non reuelantes, ſed ãdem probat vniuerſaliter de Epiſcopis, Archiepiſcopis, & alijs Prælatis hoc loco ret ſitis. Et hanc ſententiam tenet etiam, hoc loco, Alter. cap. 6. col. 14. & 15.

Quam quidem confirmat etiam ex eo quòd
7 & ſi nemo de iure ciuili de ſola ſcientia, & notitia criminis veniat puniendus, vt in l. culpa caret, & ibi Glo. & DD. ff. regul. iur. tamen id fallit in pluribus caſibus, nempe in ſubditis, & Domino, qui tenentur inuicem impedire inſidias, quæ ſibi parantur. Idem dicendum eſt de filio erga patrem, & de ſubdito ſpirituali erga parochum, & Epiſcopum proprium, qui dicũtur etiam parentes ſpirituales. Vnde ſicut filius ſi ſciat crimen aliquod committendum aduerſus patrem, & non reuelet, tenetur ex ſola ſcientia, & ſi nullo modo ſit particeps in delicto vt in l. 2. & ibi Glo. ff. de partic. ita quoque iudicandũ eſt de eo, cui conſtat inſidias parari proprio Epiſcopo, & machinationem non manifeſtat: vt habetur per Bar. in l. vtrum, ff. ad leg. Pomp. de paric. Panor. in in c. r. num. 9. de reſtit. ſpol. & Felin. in c. quantæ, num. 3. de ſent. excom. & in c. 1. num. 5. de offic. deleg.

Hoc idem corroboratur magis; quoniam de
8 iure ſaltem canonico in foro conſcientiæ ex ſola ſcientia quis tenetur impedire delictum, vt per Abb. in d. c. 1. n. 9. de reſtit. ſpol. per tex. in c. dilecto, de ſent. excom. lib. 6. vbi etiam Glo. in ver. Vicino: & facit tex. in c. qui poteſt, & c. inferenda, 23. q. 3. quibus iuribus habetur, quòd qui poteſt obuiare, & perturbare delinquentes
9 & non facit, eorum impietati fauere dicitur. Etenim non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Et in c. error, & § 1. 83. dist. legitur, quod non eſt grandis differentia, an letum inferatur, vel admittatur: mortem enim languentibus probatur infligere qui hanc cùm poſſit non excludit. Quòd ſi hæc vera ſunt in perſonis priuatis, multò magis id dicendum videtur de perſonis in hoc canone relatis, cùm ſint inſignæ & publicæ perſonæ, ar. tex. in auth. multò magis, C. de ſacr. Eccleſ.

Denique omnis lex, ſiue naturalis, ſiue diui-
10 na, vel humana, præcipit periculo tum Reip. tum etiam cuiuſcumque proximi ſubuenire, vt habetur ex Caiet. in D. Thom. 22. q. 33. ar. 7. ergo qui non conſulit periculo proximi in caſibus ſupra citatis, proculdubio omnem legem violat, & maximè cum tractetur de Prælatis adeò inſignibus, ex quorum offenſione effenditur etiam commune bonum.

Eſt tamen verum, quòd ſi quis ſciat aliquem
11 parare inſidias huiuſmodi Prælatis, & probabiliter credat per ſecretam admonitionem illum receſſurum à tali facinore, tunc debet præmittere ſecretam correptionem, cùm hæc iure diuino præcipiatur: vt in c. ſi peccauerit, 2 q. 1. & c. nouit, de iudic. Quòd verum puto, nili ex dilatione denunciationis talis criminis immineret periculum multitudini, quia bonum commune id poſtulat, & qui ſic occultè peccat non ſolùm in te peccat, ſed etiã in alios, iuxta ea quæ docet D. Thom. 22. q. 33. ar. 7. in corp. dum inquit, quod ſi aliquis occultè tractet, quomodo Ciuitas tradatur hoſtibus, vel ſi hæreticus priuatim homines à fide auertat, oportet ſtatim procedere ad denunciationem, vt huiuſmodi nocumentum impediatur, niſi fortè aliquis firmiter exiſtimaret, quòd ſtatim per ſecretam admonitionem poſſet huiuſmodi mala impedire.

b Ex quibus patet ſatis rigoroſam *b* eſſe Alter.
12 ſententiam in explicat. huius canonis, c. 6. col. 16. in ver. Caietanus: dicentis, quòd ſi quis ſciat contra Cardinalem, vel alios Prælatos hic recẽſitos per aliquem machinari malum, quamuis eum monuerit, & ſperet emendationem; tamẽ à reuelatione deſiſtere non debet. Etenim hæc ſententia non modo non conuenit D. Thomæ dictis, vt ipſe putat eam conuenire, ſed potius eiſdem manifeſtè videtur aduerſari. Nam vltra ea, quæ ſupra retulimus ipſe D. Thom. in reſpõſione ad quintum, ſic ait. *Ad quintum dicendum, quod Prælato non eſt obediendum contra præceptum Domini ſecundum illud Act. 5. Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Et ideo quando Prælatus præcipit, vt*
13 *ſibi dicatur, quod quis ſciuerit corrigendum, intelligendum eſt præceptum ſiue ſilio ordine fraternæ correctionis, ſiue præceptum fiat communiter ad omnes, ſiue ad aliquem ſpecialiter. Sed ſi Prælatus expreſsè præciperet contra hunc ordinem à Domino inſtitutum, & ipſe peccaret præcipiens, & obediens, quaſi contra præceptum Domini agens. Vnde non eſſet ei obediendum quia Prælatus non eſt Iudex iudiciorum occultorum, ſed ſolus Deus. Vnde non habet poteſtatem præcipiendi aliquid*
14 *ſuper occultis, niſi in quantum per aliqua indicia manifeſtantur, puta per infamiam, vel per aliquas ſuſpitiones: in quibus caſibus poteſt Prælatus præcipere eodem modo, ſicut & Iudex ſecularis, vel Eccleſiaſticus poteſt exigere iuramentum de veritate dicenda.* Concluditur igitur ex dictis, quòd datur caſus, in quo quis ſciat parari inſidias Cardinali, aut alijs Prælatis in noſtro canone recenſitis, & in excommunicationem non incidat, etiam ſi crimen ipſum non denunciet. Is enim cenſuram iſtam contrahit, qui nouit aliquem in offenſionem prædictorũ

Præ-

Prælatorum conſpiraſſe,& id dolo taceat,& nolit manifeſtare.

Dixi ſi dolo tacuit: quia ſi ex inaduertentia, 15 aut negligentia id prætermiſerit, cenſura non alligatur: eo quòd fauere hoc loco ſignificat cõſenſum quendam doloſum. Et tantò minus ſi facinori obuiare non poteſt, aut opem ferendo, nihil ſe facturum crederet, aut malum, quod ſibi futurum timeret: vt habetur ex eodem Vgol. loco citato, ſub num. 3. vſque ad nu. 6. incluſiuè. Et latè Alter. in explicat. eiuſdem can. c. 6. col 9. ver. Secundò, queri poteſt. & col. 10. 11. & 12.

Ad contrarium facilè reſpondetur. Nam idcirco ſupra can. 9. q. 7. concluſimus, quòd omittens obuiare interficientibus accedentes ad S. A. in excommunicationem non incidit; quia in d. canone, fertur excommunicatio contra facientes duntaxat: at in hoc canone, fertur etiam contra fauentes: Vndè cùm non obuiare, non prohibere, cùm poſſit, ſit fauere; nimirum, ſi nõ prohibentes hic excommunicationem contrahant; & non in d. can. 9.

ADDITIO.

a Contrariam. Oppoſitam ſententiam probabiliorem putat Bonac. hic diſp. 1. q. 12. pun. 3. ſub n. 14. in verſ. ſed mihi probabiliùs; niſi ſortè conſentiant cooperando, aut auctoritatem præſtando: nam ſi quis ſua taciturnitate in cauſa fuerit, vt delinquentes animoſiores, & promptiores fierent ad patrandum delictum, ſeu auctoritatem præſtet, in hanc excommunicationem incidit: quoniam auxilium & fauorem delicto præſtat; ſicut non reuelans delictum contra Cardinalem conſpiratum, alligatur excommunicatione Bullæ Pij V. quæ incipit, *Infelicis ſæculi*, Abb. Alex.

b Rigoroſam. Cum Alter. de iuris rigore tenet Bonac. hoc loco, diſp. 1. q. 12. pun. 3. ſub nu. 15. in ver. ego vero; Quamuis ſi vſum, & praxim reſpiciamus, teneat cum Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 14. cap. 6. q. 11. n. 9. ver. Octauò: qui ait, nonnullos arbitrari, Bullam illam Pij V. non obligare, eò quod vſu recepta non fuerit ob præcepti difficultatem; ſiquidem homines retelationes huiuſmodi valde abhorreot. Abb. Alex.

An Cardinalis, & alij Prælati, de quibus agitur offenſi, poſſint offendentes declarare incidiſſe in excommunicationem huius canonis. Q. 20.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, aut arbitrer in cauſa propria quis eſſe non poteſt.*

2 *Conſuetudo, quod offendens ſe ponat in manibus inimici, non valet.*

3 *Cardinales, & alij Prælati priuilegiati, ſi offendantur, poſſunt declarare, offendentes eos incidiſſe in excommunicationem huius canonis quando crimen eſt notorium.*

4 *In notoriis non exigitur cauſæ cognitio, nec alia probatio ad ſententiam ferendam.*

5 *Iudex licèt quis eſſe non poſſit, in cauſa propria; tamen quando Iudici publicè infertur iniuria, ſiue realis, ſiue verbalis, bene poteſt.*

6 *Iudex tunc poteſt quis eſſe in cauſa propria contra offendentem, quando pœna eſt limitata à iure: aliàs ſecus, etiam ſi offenſa ſit notoria.*

7 *Iudex poteſt ſibi ius dicere contra offendentem, quando iniuria afficitur vt Iudex: ſecus autem vt particularis perſona.*

8 *Iudex eſſe poteſt Papa in cauſa propria, vbi offenſa contra ipſius perſonam commiſſa tangeret Eccleſiam ſine notoria ſit, ſine occulta. Secus autem ſi iniuria ipſum Papam tantùm tangeret: quoniam tunc cauſa alteri deleganda eſt.*

9 *Iudex in cauſa propria Eccleſiæ poteſt eſſe Prælatus, vbi notoriè conſtat, rem de qua controuertitur, eſſe Eccleſiæ. Secus autem ſi aduerſarius negaret rem eſſe Eccleſiæ, & adduceret aliquid, quod probabiliter rem dubiam redderet.*

1 IN hac re videtur prima facie dicendum, quòd huiuſmodi Præſules, ſi offendantur nõ poſſint offendentes eos declarare in excommunitionem huius canonis incidiſſe.

Probatur primò ex tex. in l. 1. C. ne quis in ſua c. iud. vbi habetur, quòd in re propria iniquum admodum eſt alicui licentiam tribuere ſententiæ. Quod quidem adeò verum eſt; vt nec arbitrer in ſua cauſa quis eſſe poſſit: vt eſt tex. in l. pen. ff. de arbitr.

Immo nonvalet conſuetudo, quod offendẽs 2 ponat ſe in manibus inimici; vt in c. contingit, de ſent. excom. per quem tex. Bart. in l. 1. §. vſque adeò, in fine, ff. de iniur. reprehendit conſuetudinem Ciuitatis Piſanæ. Non enim debet Iudex offenſus offendentem punire, ſed illum remittere debet ad ſuperiorem, vt habetur per Inn. in c. dilectus, de pœn.

Secundò probatur ex tex. in l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſdict. omn. Iud. vbi dicitur, quòd qui iuriſdictioni præeſt, non debet neque ſibi ius dicere, neque vxori, vel liberis ſuis, neque libertis, vel cæteris, quos ſecum habet. Quã regulam ait Laſ. ibi n. 5. procedere vſque ad decimum gradum cognationis. Hoc idem patet ex c. inter quærelas, 23. q. 4. & ibi Glo. in ver. Propria, & c. 1. 4. q. 4. Si igitur nemo poteſt eſſe Iudex in cauſa propria, vel ſuorum: ergo ſi Cardinales, & alij Antiſtites, de quibus agitur in noſtro canone, percutiantur, non poſſunt percutientes eos declarare in excommunicationem iſtam incidiſſe, alias ſequeretur, quòd ius dicerent in cauſa propria.

a His tamen non obſtantibus, in contrariũ a eſt 3 communis opinio, quam tenent Doctores in c. ſelicis, de pœn in ſexto, & in terminis noſtris Alter. in explic. huius can. cap. 7. col. 1. & 3. in ver. Ad hanc igitur: dicentes licitum eſſe Cardinali Legato, & alteri Prælato priuilegiato offenſis, declarare offendentes eos eſſe excommunicatos, quando crimen eſt notorium.

Probatur, quoniam in notoriis non exigitur 4 cauſæ cognitio, nec alia probatio ad ſententiam proferendam: vt in auth. vt Iudic. fine quoque ſuffr. §. neceſſitatem; ſed tantùm requiritur declaratio, & notificatio: vt in c. cùm ſecundum, in fin. de hæs. lib. 6.

Hoc

Hoc idem in vniuerſum verum eſſe, quoad omnes Iudices offenſos publicè, tenet Iaſ. & alij in d.l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſd. omn. Iudic. & Inn. in c. ex parte, il 1. de ver. ſignific. vbi c. ſeq. declarat etiam, quæ nam dicatur manifeſta iniuria. Quòd ſi hæc vera ſint, multò magis locum ſibi vendicant in terminis quæſtionis noſtræ, cùm in canone noſtræ Bullæ tractetur de ſola excommunicatione, quæ incurritur ipſo facto abſque vllo miniſterio hominis: & propterea ipſemet Antiſtes offenſus poterit declarare excommunicatos excommunicatione Bullæ, & vt talis promulgare, maximè cùm Eccleſiæ Romanæ iniuriam magis, quam ſuam vendicare videatur: vt ait Turrecr. inc. 2. n. 3. ver. potius enim in hoc, d. 94.

Dixi quando crimen eſt notorium, quoniam ſecus dicendum eſt, ſi fuerit occultum: vt bene declarat Inn. in d. c. ex parte, il 1 vbi etiam Panor. Ant. de Butr. & alij, de verb. ſignific.

Immo vbi dubitari poſſet aliqua ratione an excommunicatio locum haberet, tutius eſſet, & conuenientius, vt talis declaratio per ſuperiorē fieret; vt habetur ex Franc. in d. c. felicis num. 6. de pœn. in ſexto, quem refert, & ſequitur Alter. loco citato.

Ad contraria patet reſponſio. Etenim regulariter nemo poteſt Iudex eſſe in cauſa propria, 5 & ſuorum, vt in iuribus ſupra citatis; verum regula iſta multipliciter limitatur: vt habetur apud Gemin. in c. 1. vbi etiam Anch. & Franc. de pœn. in 6. Io. Andr. in d. c. ex parte, de verb. ſignif. Iaſ. & alios in l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſd. om. Iudic.

Regula ſupradicta limitatur primò quando Iudici publicè infertur offenſa, ſiue realis, ſiue verbalis: vt ſupra diximus.

Secundò limitatur, quando pœna eſt limita- 6 ta à iure, ſecus autem ſi limitata, non ſit; quoniã tunc Iudex offenſus non poteſt ius tibi dicere contra offendentem, etiam ſi crimen eſſet notorium: vt habetur ex Panor. & Ant. de Butr. in d. c. ex parte, & Iaſ. in d. l. qui iuriſdictioni, ſub n. 3.

Tertiò vbi Iudex iniuria afficitur, vt Iudex eſt 7 & ratione ſuæ dignitatis ſecus autem vt particularis, ac priuata perſona, vt per Glo. in c. 1. ver. Punire, de pœn. in ſexto. Beneuerum eſt. quòd hoc caſu non denegatur iudici offenſo, non vt iudici, ſed vt particulari perſonæ. quin delinquentem capere poſſit, & carceribus mãcipare quouſque cauſę cognitionē ſuperior ſuſceperit

Quartò limitatur vbi tractatur de crimine 8 contra R. P. commiſſo, & iniuria tangeret Eccleſiam: nam tunc cognitio ipſius ſpectat ad eundem Papam, ſiue offenſa notoria ſit. ſiue occulta. Dixi, ſi iniuria tangeret Eccleſiam, quia ſi tangeret tantùm Papam, & notoria non eſſet, atque adeò probatione indigeret, tunc cauſam alteri delegabit, vt inquirat, l. 1. C. ſi quis Imper. maled. & habetur ex Alter. hoc eodem loco, c. 7. col. 2. in ver. Sed clarius.

Quintò limitatur, vt Prælatus, liçèt non poſ- 9 ſit eſſe Iudex in propria cauſa ciuili, ſed eligunt arbitri, c. ſi clericus, 11. q. 1. tamē poteſt eſſe Iudex in cauſa propriæ Eccleſię: vt de Epiſcopo docent Bar. & Bal. in l. varia, C. ne quis in ſua cau. Sicut procurator Fiſci eſt Iudex in cauſa Fiſci, l. 1. C. vſil cau. Fiſcal. Quod quidem verum eſſe dicimus, quando notoriè conſtat rem de qua controuertitur eſſe Eccleſię, & per aduerſarium non negetur: nam tunc Epiſcopus monitione præmiſſa poteſt illum notorium ſacrilegum excommunicare; neque dicitur tunc iudex in cauſa propria, ſed potius dicitur iuris executor; ſecus autem vbi aduerſarius negaret rem eſſe Eccleſiæ. & adduceret aliquid, quod probabiliter rem dubiam reddit; nam tunc nõ licet Epiſcopo cauſam cognoſcere, ſed deuoluitur ad Superiorem. Ita Alter. loco citato.

Ex quibus patet quod cùm in controuerſia, de qua agitur, tractetur de facto notorio & pœna à iure determinata, qualis eſt excommunicatio, ipſo facto incurrenda, proculdubio Cardinales, & alij Antiſtites in hoc canone enumerati ſi percutiantur poſſunt declarare percutientes incidiſſe in excommunicationem, quando notoriè conſtat de percuſſione.

ADDITIO.

4 Contrarium. Hanc eandem ſententiam ſequitur Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 12. pun. 4. n. 1. Abb. Alex.

An Cardinalis, ſaltem à latere, poſſit abſoluere ipſum percutientem ab excommunicatione huius canonis. Q. 21.

SVMMARIVM.

1 *Qui declarat nihil noui facit.*
2 *Cardinalis a latere comprehenditur appellatione Sedis Apoſtolicæ.*
3 *Legatus à Latere non poteſt abſoluere percutientes, ſe ipſum ab excommunicatione.*
4 *Legatus a Latere, quoniam pacto dicatur habere poteſtatem ad omnia, quæ Papæ conueniunt.*
5 *Legatus a latere habet facultatem abſoluendi ob. 2. cõmunicatione lata in c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. etiam ſi percuſſio ſit grauis.*
6 *Percuſſio quando dicitur leuis, mediocris, aut grauis, ſeu enormis.*
7 *Princeps ſi pluries, ac ſæpe ſoleat alicui ſpecialiter cõcedere reſeruatum aliquod, tunc poteſt illud transire ſine ſpeciali conceſſione, quaſi ex tacita ipſius permiſſione.*
8 *Conſuetudo non inducitur ex his, quæ pendent ex mera facultate alicuius.*
9 *Nuncij S. A. poſſunt abſoluere ab excommunicatione, c. ſi quis ſuadente diabolo, etiam ſi percuſſio ſit enormis; non tamen extra eorum Prouinciam, ſicut poteſt Legatus a latere.*
10 *Legati nati. nõ poſſunt abſoluere a percuſſione clericorũ enormi: niſi ex à S. Apoſtolica ſpeciáliter committatur.*

1 ADditi explicationem eſt annot. quòd hoc loco non eſt nobis controuerſia de Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis, & Cardinalibus in vniuerſum: nam clarum eſt. hos non habere facultatem abſoluendi à caſibus, & cenſuris noſtræ Bullæ, vt infra. Deo duce, latius ſuo loco dicemus. Etenim licèt poſſint ipſos percutientes declarare iocidiſſe in excommunicationem huius

huius canonis quando crimen eſt notorium, vt ſuperiori, q. probauimus; nihilominus non poſſunt eoſdem abſoluere: eo quòd qui declarat reum excommunicatum, non dicitur illum ligare, cùm eundem non aſtringat grauiori pœna, quàm antea eſſet, & qui declarat, nil noui facit. Quocirca in hac re non militat regula illa, quæ colligitur ex tex. in c. verbum, de pœn. d. t. vbi habetur: quòd eius eſt ſoluere, cuius eſt ligare.

Sola igitur controuerſia nobis eſt de Cardinali Legato à latere, qui comprehenditur apellatione Sedis Apoſtolicæ, iuxta Glo. in c. ſi Abbatem: ver. tranſeundi, de elect. in ſexto, & Frâc. ibi n. 4. Vndè non obſtante, quod excommunicatio iſta reſeruata eſt Sedi Apoſtolicæ, poteſt meritò dubitari, an ipſe Legatus à latere poſſit ipſum percutientes à prædicta cenſura abſoluere. 2

In hac re Franc. in c. Felicis, n. 5. de pœn. in ſexto, licèt proponat quæſtionem, an Cardinalis Legatus à latere poſſit abſoluere illum à quo fuerit percuſſus ab excommunicatione lata in d. c. Felicis, illam tamen inſolutam dimiſit: Quocirca nec nos in explicatione noſtri canonis in eis, quæ enucleatione digna videntur deficere videamur, non immeritò propoſitam controuerſiam hoc loco duximus explicandam. Videtur igitur prima facie dicendum, Cardinalem Legatum à latere poſſe ſe ipſum percutientes ab ſoluere à cenſura huius canonis.

Probatur primò ex tex. in c. 1. in prin. de verb. ſignif. in ſexto, vbi habetur, quòd Legatus à latere habet poteſtatem ad omnia, quæ Papæ conueniunt; ſed Romanus Pontifex poteſt abſoluere ab excommunicatione, de qua agitur: ergo Cardinalis à latere hoc ipſum valet, atque adeò poteſt abſoluere ſe ipſum percutientes.

Secundò probatur ex c. ad eminentiam, de ſent. excom. vbi dicitur, Legatum à latere poſſe abſoluere eos, qui ſunt excomunicati, eo quòd manus violentas in Clericum iniecerunt, & tamen excommunicatio, quæ habetur in c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. lata contra Clericorũ percuſſores, eſt reſeruata Romano Pontifici: ergo poteſtas Legati à latere extenditur ad ea, quę Papæ conueniunt, atque adeò poteſt abſoluere ab excommunicatione huius canonis, ſe ipſum percutientes.

Hanc ſententiam videtur tenere Glo. in c. 2. ver. Sed multorum, 94. d. vbi quærit, an qui capit Legatum ab eo abſolui poſſit, & apertè affirmat abſoluere poſſe.

His tamen non obſtantibus, in contrarium 3 eſt veritas.

Probatur ex communi Doctorum ſententia dicentium Legatum à Latere non habere facultatem abſoluendi à cenſura contra percutientes Cardinales, latam in d. cap. Felicis, de pœn. in ſexto. Ita Franc. in d. c. Felicis, nu. 5. Felin. in c. ad eminentiam, n. 5. ver. Limita tertio, de ſent. excom. Specul. in tit. de Legato, § nunc dicamus n. 10. ver. Sed quæritur vtrum Legatus; & Alter. in explicat. huius can. cap. 7. col. 5. ver. Quod nõ valeat abſoluere.

Ratio autem hæc eſt, quia Romanus Pontifex cenſuram huiuſmodi expreſsè ſibi reſeruauit in d. c. Felicis his verbis; *Nec ab alio, quàm à Romano Pontifice poſſent abſolutionis beneficium obtinere, nſi dictæ ſit mortis articulo conſtituti.* Quod ſi Legatus à latere non poteſt abſolutionis beneficiũ impẽdere ab excommunicatione in d. c. Felicis, contenta, tanto minus à cenſura noſtri canonis, cũ cenſuræ Bullæ cœnæ non comprehẽdatur nec ſub generali quidem conceſſione abſoluendi à cenſuris, quæ R. Pontifici reſeruantur, vt infra, Deo duce, ſuo loco, dicemus.

Reſtat modò, vt ad contraria reſpondemus.

AD tex. in d. c. 1. de verb. ſignif. in 6. dicimus, quòd tex. ille non dicit, quòd Legatus à latere habet poteſtatem ad omnia, quæ ipſi Papæ conueniunt, ſed tãtùm recepti in filios Romanæ Eccleſiæ: virtute ipſorum priuilegij non poſſint excommunicari, nec interdici ab alio, quàm à Romano Pontifice, vel Legato ab eius latere deſtinato. Vndè id quod in contrarium 4 adducitur nõ colligitur ex eo tex. Et eſtò quòd verum ſit, quòd Legatus omnia poſſit præter ea, quæ expreſsè excipiuntur iure, prout quamplurimos caſus exceptos enumerat Glo. in c. quod translationem, ver. Reſeruata; de offic. Legat. & in clem. quia contingit, ver. Sedis Apoſtolicæ de Relig. dom. & Turrecr. in c. huic Sedi 17. d. tamen hic caſus expreſsè excipitur in d. c. felicis, in illis verbis: *Nec ab alio, quam à Romano Pontifice, &c.* Et à caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ contentis per nullum alium quàm Romanum Pontificem abſolutionem impẽdi poſſe, clare, Deo fauente, demonſtrabimus infra, lib. 3. §. 2. Vndè cùm hic caſus ſit exceptus, cõcludendum eſt, Legatum à latere non poſſe abſoluere ſe ipſum offendentes ab excommunicatione noſtri canonis.

Ad tex. in c. ad eminentiam, de ſent. excom. reſpondet Specul. in tit. de Legato, §. nunc dicamus; num. 7. ver. Quod etiam dixi: Legatum à 5 latere poteſtatem habere abſoluendi clericorũ percuſſores, quando percuſſio leuis eſt: nam Epiſcopus à leuiſſima tantùm abſoluere poteſt Quod ſi iniuria fuerit atrox, grauis, ſeu enormis tunc ab ea ſolus Papa abſoluit, vel qui ab eo expreſſam ad hoc poteſtatem obtinet, quæ non tranſit cum generali legatione; ar. tex. in c. porrò, & c. ſanè, de priuil.

Appellat autem Speculator leuiſſimam iniuriam, ſeu percuſſionem, quam alij dicunt leuẽ; & leuem dicit, quam alij vocant mediocrem.

Quæ verò percuſſio leuis ſit, quæ mediocris, 6 & quę atrox, ſeu enormis declaratur per extrau. quæ incipit: Perlectis; relatam à Nauar. in ſuo Man c. 17. ſub n. 91. cuius tenor eſt qui ſequitur: *Perlectis & c. Reſpõdemus percuſſionẽ leuem eſſe pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, aut baculi, aut lapidis, quæ nullam maculam, neque ſugillationem carnium relinquit, neque abſcindit membrum, ſine effractione dentium, ſine auulſione multorum capillorum, ſine effuſione multi ſanguinis. Nolumus tamen dicere, quod huiuſmodi leuis percuſſio, vt pugni, aut vnguis ſit atrox ob multi ſanguinis effuſionem. Ad iudicandum tamen, quæ læſio ſit leuis, mediocris, aut enormis, volumus diligenter perpendi, non ſolum factum, ſed etiam qualitatem eius, & modum percutiendi, & lædendi cum omnibus ſuis circumſtantijs loci, perſonæ, & alijs. Perſonæ, ſi eſt magiſter, Iudex,*

Præ-

Prælatus, Pater, Patronus, aut Dignitas, percussus iniuste à subdito, aut ab alio se vltiori, quia ex hoc interdum censentur graues iniuriæ, quæ ex se sunt leues, aut mediocres. Et quia conditio negotij non patitur integram determinationem huius rei, relinquimus tuo arbitrio, vt declares quæ sit leuis, & quæ enormis iniuria, admonendo, vt potius declares in dubio esse percussionem grauem, & ab ea non posse absoluere, quàm declarando leuem esse, occasionem præbeas lædendi statum Ecclesiasticum.

Circa quam extrau. est annot. quod Nauar. loco citato, n. 92. percussionem enormem appellat, qua quis interficitur, scinditur membrum, aut inutile, vel quasi ad suum munus efficitur: & illam, ob quam factam in alia parte, quàm in naribus, vel alia vnde sanguis facilè erumpere solet defluit multum sanguis: & illam, quæ fit in propriam Episcopum, aut Abbatem, & quæ magno scandalo est Populo: vt habetur ex Inn. in c. cùm illorum, de sent. excom.

Et licèt Glo. in d. c. cum illorum, in ver. Mutilationē; & Syl. in sum. in ver. Absolutio. 4. in pri. idem dicendum putet de quo habet excessu notorio: nō tamen id putat verum ipse Nauar. nisi quando percussio in se est notabilis, & gignit aliquod magnum scandalum.

Vndè refert Lapum in alleg. 76. conclusisse percussionem esse leuem, à qua posset absoluere Episcopus, colaphum, quem impegit Capellanus quidam perpetuus Aretinæ Ecclesiæ cuidam canonico in eadem Ecclesia absque sanguinis emissione. Et Cardin. cons. 42. similiter consulunt percussiones duorum clericorum, qui ipsis mutuò pugnos, & pedes impegerunt in itinere, esse leues, à quibus posset absoluere Episcopus.

Percussionem denique mediocrem vult esse mediam inter leuem, & enormem. Et quia de hac re certa regula tradi non potest, relinquitur arbitrio Episcopi, & etiam confessarij, qui habet facultatem Episcopi.

Ex dictis igitur patet, Speculatorem velle tex. in d. c. ad eminentiam loqui de percussione mediocri, quā ipse appellat leuem: atque adeò ab hac posse absoluere Legatum à latere, cùm ab ipsa non valeat absoluere Episcopus, sed tantum à leui, quam idem speculator vocat leuissimam; non autem intelligi de percussione atroci, & enormi: nam ab ea solus Romanus Pontifex, & non alius absoluit.

Sed te vera hæc Specul. responsio à multis rejicitur; nam licèt concedamus, Episcopum nō posse absoluere à mediocri, nisi priuilegiatos, quales sunt clerici cohabitantes simul in eodē collegio, qui se inuicem percutiant, dummodò enormis non sit percussio, vt in c. quoniam, de vit. & hon. est. clet. Sic etiam Regulares in simili casu absolui possunt ab eorum Prælato, vt in c. Monachi, de sent. excom. vbi non ex eo, quòd in tex. habeatur: *Quicunque modo se in claustro percusserint*: & nulla apponatur distinctio percussionis, includit enormē. cùm hic casus semper cēseatur excepturi: vt per Glo. in d. c. quoniam, in fine, in ver. Atrocitas, & Panor. in d. c. Monachi, num. 5. ad quod facit tex. in d. c. cùm illorum, de sent. excom. & in c. canonica, eod. tit. oihilominus, quia tex. in d. c. ad eminentiam, absque alia distinctione declarat facultatem absoluendi ab excommunicatione lata pro manuum iniectione in clericos, habere Legatum à latere, nec adsit tex. in iure, qui eam sibi limitet in leui, seu mediocri, idcirco assignanda est alia ratio, cur Legatus à latere competat ista potestas.

Quocirca quidam voluerunt Legatos à late- 7
re hoc ius sibi vendicasse ex consuetudine, vt colligitur ex his, quæ habentur in tex. in c. quoad translationem, de offic. Leg. vbi Romanus Pontifex ex eo quòd sæpius antea Sedes Apostolica huiusmodi facultatem Legatis à latere in dulgere expressè consueuerat, ex eo deducitur id ipsis ex Legationis officio competere. Hinc Panor. ibi n. 3. notat, quòd vbi aliquid Principi reseruatum sæpius specialiter conceditur, potest illud transire sine speciali concessione, quasi ex permissione colligitur mentem Principis esse illud inferiori communicare, etiam si deinceps specialiter non exprimatur. Hæc autem consuetudo debet esse tanti temporis, cuius initij memoria non extet: vt in c. super quibusdam, de verb. sign. & in l. si publicanus, §. in omnibus, ff. de publi. & vectig.

Nec obstat si dicatur, quod ex his, quæ sunt 8
meræ voluntatis, & quæ gratuitè permittuntur non inducitur consuetudo. Hinc ait Inn. in c. cùm Ecclesia suttina, de cau. poss. & propr. quòd si quis sæpius amicum suum iter facientē inuitaret, & domi suæ hospitaretur, non propterea consuetudo inducitur, vt teneatur semper in futurum ipsum hospitari; quoniam licèt hoc sit verum, non tamen est contra id quod supra diximus. Etenim nos non asserimus, ex eo quòd Romanus Pontifex concesserit Legatis à latere potestatem aliquādo absoluendi, ob violentam manuum iniectionem, inductam esse obligationem ex parte Pontificis, vt teneatur semper eandem facultatem Legatis concedere; sed solùm vult inferre, ex eo quòd olim consueuerunt Romani Pontifices hoc priuilegium legatis à latere concedere, colligi posse, mentem Pontificis fuisse omnibus Legatis à latere eandem facultatem semper communicare, quamuis in eorum facultatibus id non fuerit expressum, iuxta tex. in d. c. quoad translationem, de offic. leg.

Vel denique possumus respondere ad d. c. ad eminentiam, ex Panor. in d. c. quoad translationem, n. 4. quòd Legatus à latere potest absoluere ab excommunicatione lata in c. si quis suadente diabolo, 17 q. 4. contra percutientes clericos, etiam si percussio esset atrox, seu enormis, verum id sibi competit ex approbatione S. Pontificis.

Immo hæc eadem potestas concessa Legatis 9
à latere, competit quoque Legatis, seu Nuncijs missis à Papa, nō simpliciter sicut Legatis à latere, atque adeò etiam extra propriam Prouinciā etiam nō subditos, sed iuxta tex. in c. excommunicatis de offic. Leg. nempe, vt valeant absoluere solùm in ea Prouincia, ad quam mittuntur, & illos tantùm qui ibi delictum commiserint. Legati vero nati, nempe ratione Ecclesiæ cui sunt 10
Præfecti, nullam in hoc potestatem habent. nisi eis à Sede Apostolica specialiter committatur: vt habetur per Glo. in d. excommunicatis, in ver. Commissum: & alios, quos refert, & sequitus Alter. in explicat. nostri can. cap. 7. in fin. Verùm licèt vera sint de facultate absoluendi ab

ex-

excommunicatione contenta in c. ſi quis ſuadente diabolo, ex hoc tamen inferri non poteſt, Legatum à latere poſſe abſoluere ſe ipſum offendentes ab excommunicatione c. Felicis de pœn. & tantò minus ab excommunicatione, quæ habetur in noſtro canone: quoniam hæc facultas non apparet ei cõmunicata, ſicut prior in d.c. ad eminentiam, de ſent.excomm.

Quibus caſibus contrahitur excommunicatio præſentis canonis, quibus autem effugitur. Q. 22. & Vlt.

SVMMARIVM.

1 *Percutientes, carceranres, aut mutilantes, &c. Cardinales, Epiſcopos, aut alios Antiſtites, in excommunicationem Bullæ incidunt quicunque ſint, etiam ſi Cardinalis Cardinalem percutiat.*
2 *Priuilegiatus aliquando vtitur priuilegio contra priuilegiatum.*
3 *Cardinales, & alij Antiſtites ſi ſe ipſos percutiant, mutilent, aut occidant, incidunt in excommunicationem huius canonis.*
4 *Clericus ſe ipſum percutiens, contrahit excommunicationem c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4.*
5 *Cardinalem, aut alios Antiſtes percutiens, ob inimicitias excommunicationem incurrit.*
6 *Cardinales, aut Epiſcopi percutiens, in excommunicationem incidit, etiam ſi huiuſmodi perſonæ excommunicatæ ſint, ſuſpenſæ, vel interdictæ, aut verbaliter depoſitæ.*
7 *Cardinalem, aut Antiſtitem hæreticum, ſeu ſchiſmaticum percutiens, excommunicationem iſtam incurrit Et id etiam ſi Epiſcopus renunciauit Epiſcopatui, aut Cardinalis capellum nondum ſuſcepit.*
8 *Cardinalis conſtituitur per electionem, & electi conſenſum, non ſic Epiſcopus: ſed per conſecrationem.*
9 *Cardinales, vel Antiſtites hoſtiliter inſequentes, aut publicè perſequentes, vel eicientes ab eorum diœceſibus, terris, &c. in excommunicationem hanc incidunt; quacunque auctoritate eiciantur.*
10 *Cardinalem, aut Antiſtitem contumelijs inſequens ex communicationem non contrahit.*
11 *Percutere licèt aliquando referatur ad verbalem iniuriam, ſicut inſequi: id tamen verum eſt metaphoricè, non autem propriè.*
12 *Conſtitutio pœnalis aliquando recipit extenſionem ex identitate rationis.*
13 *Cardinalem obſidens ad obtinendum caſtrum, an, & quando in excommunicationem incidit, declaratur.*
14 *Cardinales percuti, aut detineri mandantes, aut ratum habentes, an, & quando excommunicationem contrahant.*
15 *Cardinalem percuti auxiliantes, fauentes, conſiliantes, aut non obuiantes, excommunicationem incurrunt ſicut etiam non reuelantes conſpirationem contra eum faciendam.*
16 *Cardinales, & Antiſtites iuſtè percutiens, in excommunicationem non incidit. Idem dicendum eſt de percutiente Cardinalem, qui electioni de ſe factæ nõ conſenſit, aut Epiſcopum nondum conſecratum.*
17 *Mandans percuti Cardinalem, quibus caſibus excommunicationem hanc non incurrat.*
18 *Cardinalem offendens ignoranter, in excommunicationem non incidit.*

PRo determinatione huius difficultatis, ſit vnica Concluſio. Interficients, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, ſeu detinentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sediſque Apoſtolicæ Legatos, vel Nuncios, incidunt in excõmunicationem huius canonis. Hæc cõcluſio patet ex eiuſdem canonis verbis.

Ampliatur primò, vt excommunicatio iſta
a generalis ſit *a*, comprehendens omnes prædicta
1 crimina cõmittentes: ſiue maſculi ſint, ſiue fœminæ: ſiue maiores, ſiue minores, & impuberes, dũmodo ſint doli capaces: ſiue laici, ſiue Eccleſiaſtici, etiã ſi Cardinalis ſit, qui Cardinalem, aut alius Antiſtes, qui Antiſtitem percuſſerit; quia priuilegium hoc datur offenſis, non offendentibus: & propterea in hoc euentu non valet, id quod dicitur de priuilegiato, qui nõ vtitur pri-
2 uilegio contra pariter priuilegiatum, iuxta ea, quæ notat Iaſon. in l. ſi domus, §. de euictione, n. 33. ver. Quarta fuit ſolutio, ff. de leg. 1. Immo
3 in cenſuram hanc Cardinalis incidit, aut alius
b ex dictis in hoc canone nominatis, etiam ſi ſe ipſus *b* mutilent, percutiant, aut interficiant; vt habetur ex Tab. in ſum. in ver. Excommunicatio,
4 5. caſ. 1. nu. 33. Nam & clericus ſe ipſum percutiens, ſimiliter contrahit excommunicationem,
c in c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. cõtentam *c* vt per Abb. in c. contingit, n. 6. cum alijs ad eum additis, de ſent. excom. & facit tex. in c. ſi non licet, 23. q. 5. Denique prædictam excommunicationem cõtrahunt ſic delinquentes, ſiue priuati ſint homines, ſiue publici, vt Iudices, Imperatores, Reges, & alij ſimiles: vt hæc omnia bene declarat Vgol. in explicatione præſentis canonis, §. 1. vbi hanc ipſum quoque cenſuram extẽden-
5 dam putat in offendentes prædictas perſonas quacunque ex cauſa, ſiue ob inimicitias, quas cũ ipſis habent: ſiue ob inſidias, quas ab eiſdem parari ſibi putent. Nõ enim alius, excepto Romano Pontifice, in Cardinales, & alios hic enumeratos iuriſdictionem habet: & ideo ad ipſum recurrendum eſt, & non propria auctoritate in illos irruendum.

Secundò ampliatur, vt offendentes huiuſmo-
6 di perſonas, in prædictam cenſuram incidant, etiamſi ſuſpenſæ ſint, excommunicatæ, aut interdictę: quoniam per cenſuras, priuilegia, quæ quis habet non amittit, vt bene probat Vgol. in ſuo tract. de cenſur. tab. 1. c. 13. §. 15. n. 7. Idem dicendum eſt, ſi tales Antiſtites verbaliter ſint depoſitij, quia depoſitio verbalis, ſuſpenſionis perpetuæ ab officio vim habet: non autem dignitatem adimit; & propterea, nec priuilegium, quod ratione illius quis habet, tollit.

Sic etiam ſi hæretici ſint, vel ſchiſmatici: quo-
7 niam licèt Cardinalis, aut Epiſcopus aliquis hæreticus ſit, ſchiſmaticus, vel etiam apoſtata, antequam pro tali ſit declaratus: gaudet tamẽ beneficio canonis; atque adeò citra cenſuram licitum nõ eſt illum percutere, cùm eius correctio ad Romanum Pontificem pertineat: & non ad alios: ar. tex. in c. cùm ſecundum leges, §. fin. de hæret. in ſexto.

Hoc idẽ dicendum eſt in percutientibus Epi-
8 ſcopum, qui renunciauit Epiſcopatui: aut Cardinalem, qui capellũ nondũ ſuſcepit: quoniam
9 Epiſcopus cõſecratus, quamuis Epiſcopatui renun-

nunciet, tamen remanet Episcopus: vt supra diximus, q. 8. Et ad constituendum Cardinalem satis est, quòd sit electus, & electioni de se factæ consensum dederit: vt patet ex his, quæ supra annotauimus. q. 6. Non tamen hoc ipsum dici potest de Episcopo electo, & nondum cõsecrato: quia & si electioni de se factę consenserit, nihilominus ante consecrationem, secundum sententiam magis receptam, non dicitur Episcopus, vt in d. q. 3. probauimus.

Tertiò ampliatur, vt interficientes supradictas personas, dictam censuram contrahat, quocunque modo id agant: siue ferro, siue laqueo, veneno, aut tamc. Vndé si quis Cardinalem in aliquo loco obsideat, & nõ permittat commeatum ad ipsum deferri, & ob id moriatur, in hãc censuram incidit. Idem dicendum est, si eundé præcipitet, aut demergat: vt habetur ex Vgol. loco citato, sub n. 3 in ver. Potiremò.

Quartò ampliatur, vt hæc eadem censura alligentur supradictos Antistites hostiliter insequentes, vt clarè colligitur ex hoc canone in illis verbis: *Vel hostiliter insequentes.* Quæ quidem insecutio satis esti, si publicè fiat, etiam si personibus huiusmodi nihil dãni inferatur, dummodo nocendi conatus interueniat: vt supra diximus, q. 5. Immo satis esse insecutionem mentalem, probat Io. Anan. io c. 1. de Maled. dum ait, insequentem contumelijs, seu conuicijs verbis irrogantem Cardinali, eisdem affici pœnis, quas Romanus Pontifex statuit in c. felicis. de pœn. in sexto. Hanc eandem sententiam videtur etiam tenere Felin. in in c. non dubium nu. 5. de sent. excom. Mouetur pr mò quoniam textus ille punit percutientem Cardinalem, & dicto, percussio: comprehendit etiam verbalem percussionem: vt habetur ex Bar. in l. aut facta, in prin. ff. de pœn. Secundò d. c. felicis. dispositio est fauorabilis in honorem Ecclesiæ Romanæ: ergo latam sibi vendicat interpretationem: atque adeó non tantùm realem, sed etiam verbalem includit percussionem.

Sed re vera hæc sententia communiter à Doctoribus reijcitur: vt ait Couar. lib. 1. var. resol. c. 11. num. 5. & Diaz in sua pract. crim. cap. 66 n. 3. quoniam grauis pœna in percutientem à iure sancita nunquam comprehendit inferentem verbis iniuriam: aliàs qui verbis contumeliosis clericum afficeret, incideret in excommunicationem c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. quod est manifestè falsum.

Vndé ad contraria patet responsio. Etenim, licèt percutere aliquando referatur ad verbalé, iniuriam, sicut etiam insequi; id tamen impropriè, ac metaphoricè dicitur. Immo quando scriptores vsurpant verbum percutere, aut insequi ad significandam verbalem iniuriam, semper addunt aliquid aliud, nempe insequi aliquẽ irridendo, insequi contumelia, & clamore. Quo circa licèt constitutio extẽdatur ad omnia, quæ verba legis comprehendunt, id tamen intelligitur de significatione, quam referunt verba si propriè sumantur, nõ autem impropriè, ac per trãslationem.

Et quamuis constitutio pœnalis, aliquando extendatur ex identitate rationis; vt ait Franc. in c. 1. de tempor. ordin. in 6. & alij, quos citat Cotar. loco citato; tamen nemo est qui dicet eãdem rationem militare in verbali, ac reali iniuria. Ex dictis patet, quòd ad contrahendam excommunicationem huius canonis, exigitur insecutio physica, nec satis est moralis.

Hæc habentur ex Alter. in explicat. huius can. cap. 4. q. 2. vbi etiam sub q. 1. col. 6. in fine idem putat dicendum de obsidente Antistitem, non vt ipsum capiat, aut iniuria afficiat, sed solùm ad sustè obtinẽdum castrum, locum, aut domũ, in qua Prælatus obsessus detinetur: quoniam citra culpam id efficit: secus autem, si iniustè; quoniam tunc talis obsidens excommunicationem contrahit, eo quòd iniuriam infert personæ in ordine ad castrum & talis obsessio dicitur quædam detentio, vel saltem moralis carceratio. Quod quidem nobis videtur satis dubiũ: quia si ad incurrendam hanc censuram non sufficit moralis insecutio, sed exigitur physica, vt supra diximus; ergo idem dicendum est de morali carceratione, seu detentione: nam non potest assignari diuersitatis ratio. Vndé meritò D. Ant. 3. par. tit. 24. c. 1. §. 1. ver. Si aliqui inimici, simpliciter negat ex obsessione clerici ad finem obtinendi castrum excommunicationem contrahi, contentam in c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4.

Quintò ampliatur, vt in eãdem censurã incidant ejicientes huiusmodi Prælatos à suis diœcesibus, Territorijs, Terris seu Dominijs; vt patet ex illis verbis eiusdem canonis. *Aut eos à suis diœcesibus, &c.* siue priuata ejiciant auctoritate. siue publica nempe per bannum, vt supra diximus, q. 9. Quod verum est, dummodo ejiciantur à Terris, ac Territorijs suis, in quibus iurisdictionem habent ratione suarum dignitatũ: secus autem, si expellantur à terris dominijs, & Territorijs, quæ possident ratione patrimonij: nã tunc ejicientes dictam excommunicationem non contrahunt; per ea quæ annotauimus in d. q. 9.

Sextò ampliatur, vt dictam excõmunicationem contrahant, etiam mandantes huiusmodi crimina committi: vt constat ex illis canonis verbis; *Necnon ea mandantes:* Verum non statim post mandatum incidunt; sed ita demum si sequatur effectus, secundum sentẽtiam communem; quã supra q. 12. 13. & 14. multis modis ampliauimus, & limitauimus. Idem dicendum est de mandatarijs, etiam si ipsũ mandatum non exequantur, sed alijs committant exequendum: nam hi omnes prędicta excommunicatione ligantur, sicut mandantes: vt benè declarat Vgol. hic io ver. Necnon ea mandantes, §. 2. n. 4. & 5.

Septimò ampliatur, vt excommunicatio ista comprehendat et am rata habentes dicta crimina: vt patet ex illis verbis: *Vel rata habentes.* Dũmodo ipsorum nomine commissa fuerint: & crimina ipsa tractum non habeant successiuum; vt incarceratio, & detentio: nam tunc si rata hæc habeantur, dicta censura incurritur, estò quòd ratihabentium nomine patrata non sint: vt supra diximus, q. 15. Hoc idem locum sibi vendicat, vbi prius quis aliquod ea dictis delictis suo nomine commissum improbauerit, & deinde ratum habuerit: vt patet ex his, quæ supra annotauimus, q. 19.

Octauò ampliatur, vt sub hac censura comprehendantur, etiam auxilium, consilium, & fauorem præstantes ad supradicta crimina com-

mittenda: dummodo ad delictum alliciant, & sequatur effectus: secus consilium nō fuerit reuocatum: vt supra diximus, q. 17. & 18.

Nonò ampliatur, vt excommunicatio ista extēdatur quoque in nō prohibentes huiusmodi delicta committi in personas dictorum Antistitum, cùm possint: vt supra probauimus, q. 19.

Decimò ampliatur, vt excōmunicatio prædicta concludat etiam non reuelantes delicta committenda in Cardinalem, aut in alium ex relatis in nostro canone; quia non reuelans, dicitur hoc casu fauere; si dolo id faciat: secus autem, si ex inaduertentia, metu, aut alia ex causa vt supra, q. 19. diximus, & multipliciter limitauimus. Dixi delicta committenda: & sic conspirationē; quoniam non reuelans delicta iam commissa, non incidit: quia in hoc euentu, non dicitur fautor: vt annotauimus supra, q. 2. in fine.

Sic ampliata limitatur primò dicta conclu-
16 sio; vt tunc demū excommunicatio ista, suprà dicta crimina committentes alliget, quando inistitè illa committunt; secus autem, si iustè. Vt poteſt ad sui suorumque ac propriæ pudicitiæ defensionem, & in alijs casibus, in quibus excusantur percutientes clericos; vt supra diximus, q. 11. & latè tractat Vgol. hic. §. 2. per totum.

Secundò limitatur, vt sub hac censurā non cōprehendantur offendentes Cardinales electos tantùm, qui electionibus de ipsis factis nōdum consensexunt, vt supra probauimus, q. 6. Idem dicendum est de Episcopis electis, & non consecratis: quoniam percutientes eos, in hanc cēsuram non incidunt, & si incidant in alias pœnas; de quibus tractauimus supra q. 8. in fine.

Tertiò limitatur, vt excommunicatio prædicta comprehendat offendentes Cardinales tantùm, & alios Prælatos in hoc canone nominatos non autem offendentes clericos, aut Religiosos, qui sint de eorum familia; vt probauimus supra q. 10. Beneuerum est, quòd incidunt in pœnas contentas in c. Felicis, de pœn. in sexto, & ita intelligitur Armilla.

Quartò limitatur, vt excommunicatio ista tūc
17 comprehendat mandantes dicta crimina committi, quando mandatarius omnino complenit mandatum iuxta intentionem mandantis; vndè si Titius Scio mandet, vt exutribus Cardinalibus simul ambulantibus vnum certum percutiat: & Seius percutiat alium, mandans censuram hanc non contrahit: quoniā de suo mandato percussus ille non est: est quòd alium percutiendum mandauit. Ita Vgol. cum alijs, quos allegat in explicatione nostri canonis in ver. Nec non eā mandantes. § 2. n. 7.

Quintò limitatur, vt vi nostri canonis excō-
18 municentur hi qui dolosè ac scienter dicta crimina patrarunt contra suprædictos Antistites, aut illa committenda mandarunt, auxilium, consilium, aut fauorem, vt supra dederunt: secus autem, si ignoranter.

Hinc sequitur, quòd si quis existimans simplicem clericum percutere, percutiat Cardinalem licēt is incidat in c. si quis suadente diabolo, 57. q. 4. non tamen contrahit excommunicationem nostri canonis. Et qui arma socios, vel pecuniā alicui accommodauit, quamuis sciat ad delictū aliquod committendum deseruire; si tamē ignoret contra Cardinalem tale delictum parari, in prædictam excommunicationem non incidit. Nam qui percussit clericum, quem laicum esse existimabat, excommunicationem d. c. si quis suadente diabolo non contrahit, vt est tex. in c. si verò quis de sent. excom. ergo idem dicendū est in casu nostro, vt bene docet Vgol. hic in ver. Seu præstantes eis auxilium, sub n. 4.

Sextò limitatur, vt excommunicatio ista non comprehendat offendentes suprædictas personas re ipsa degradatas: quoniam degradatus tvniuersā clericorum priuilegia perdit, vt in c. degredatio, in fine de pœn. lib. 6. & Vgol. hoc loco §. 2. num. 12.

ADDITIO.

a Generalis. Adde Bonac. de censur. Bull. cœn. disp. 1. q. 12. pun. 3. num. 1. & 3. Abb. Alex.

b Ipsos. Contrariam sententiam improbabilem haud esse putat Bonac. hic disp. 5. q. 22. pun. 3. sub num. 3. vers. contrarium. Mouetur primò quia scienti, & volenti nulla fit iniuria l. nemo præsumitur. ff. de regul. iur. & c. scienti, eod. tit. in 6. Secundò mouetur ex eo, quia, quòd fauore alicuius inductum est, non debet in ipsius damnum retorqueri. l. nulla iuris ratio, ff. de legib. l. quod fauore, C. eod. tit. &c. quod ob gratiam, de regul. iur. in 6. Et denique quia Rom. mus Pontifex loqui videtur de exercentibus istas actiones in distinctas personas. Sed re vera non videtur Duardi sententiam prædictis rationibus impugnari posse, cùm in fauorem Ecclesiasticæ dignitatis principaliter, & in specie dignitatis Cardinalitiæ, Patriarchatus Archiepiscopatus, &c. (cui Cardinales, & alij Prælati hoc loco recensiti renunciare non possint) fuerit per nostrum Canonem introductum priuilegium, non video, quomodo si clericus percutiat seipsum incurrat in excommunicationem c. si quis suadente, 57. q. 5. & Cardinalis si se percutiat, non incidat in excommunicationem huius Canonis, cùm militet eadem ratio, ar. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil. Nec ob id Abbates, & alij Prælati Ecclesiastici hic non enumerati inciderent in excommunicationem nostri canonis, vt malè deducit ipse Bonac. quoniam hoc priuilegium his concessum non extat, sed tantùm Cardinalibus, Patriarchis, &c. quorum dignitates sunt præcipuè in Ecclesia. Io. Vincent.

c Contentam. Adde Bonacina de censuris Bull. cœnæ disp. 5. quæst. 12. pun. 2. sub num. 4. Suar. de censur. disp. 22. sec. 5. num. 59. Molin. de iust. & iur. tom. 4. tract. 3. disp. 51. num. 4. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tractat. 55. cap. 2. numer. 23. Reginald. & alios quamplurimos, quos refert P. Diana par. 3. tract. 5. Miscel. resol. 81. qui quamuis videatur inclinare in sententiam Turriani de censur. lib. 3. disput. 29. dub. 2. & Barbosæ in collect. tom. 4. p. 1. decr. 17. quæst. 4. num. 38. & 39. existimantium can. si quis suadente, manifestè loqui de persona distincta à percutiente clericū; nihilominus nō est recedendum a sententia Panor. in c. cōtingit, cum

cum aliis ad eum additis de sent. excom. etenim opinio huiusmodi est communis, & secundum eam fuit semper iudicatum: at consuetudo est optima legum interpres: nec est recedendum ab illo intellectu, quem consuetudo tribuit; etiam si ex post facto appareat quòd talis intellectus non sit bonus, vt habetur ex eodem Panor. in c. cùm dilectus, sub n. 2. de consuet. & Duar. infra can. 15. q. 4. n. 11. Non tamen negamus, quod Molina ex Caiet. docet loco citato, dicens, Nonialem, quæ potione, aut venæ sectione abortum intendit, non contrahere excommunicationem d. can. si quis suadente; quoniã actiones huiusmodi non sunt violentæ, nec iniuriosæ ipsi Moniali, neque Ecclesiæ, vt rectè declarant supracitati Doctores, quos refert, & & sequitur P. Diana loco citato. Abb. Alex.

COMMENTVM
In Canonem Duodecimum Bullæ in Cœna Domini.

ITEM Excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel per alios per fonas Ecclesiasticas quascunque, vel seculares, ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotijs recurrentes, ac illa in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, aduocatos, prosuratores. & agentes, seu etiam Auditores, vel Iudices. super dictis causis, & negotijs deputatos, occasione causarum, vel negotiorum huiusmodi, occidunt, seu quo quomodo percutiunt, bonis spoliant, seu qui per se, vel per alios, directè, vel indirectè: delicta huiusmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscumque præeminentiæ, & dignitatis fuerint.

De Diuisione Canonis. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata contra offendentes recurrentes ad Rom. Curiam, est antiqua.*
2 *Recurrere ad Romanam Curiam pro causis, & negotijs, quis potest dupliciter; nempe per viam appellationis, aut principalis petitionis.*
3 *Causa quid sit, & quomodo distinguatur à lite.*
4 *Negotium quid sit, & quomodo sumatur in hoc canone*
5 *Procuratores, quamodo differant à procuratoribus.*
6 *Negotiorum gestores. qui dicantur.*
7 *Agentes, qui propriè dicantur.*
8 *Auditores, & Iudices quinam sint.*

TExtus diuiditur in duas partes. In prima parte excommunicantur principales delinquentes; in secunda verò accessorij. Secunda ibi: Per se, vel per alios. Ad cuius explicationem quatuor sunt consideranda. Primò tempus latæ excommunicationis. Secundò personæ, quę excommunicantur. Tertiò actiones, propter quas fertur excommunicatio. Quartò personiæ, quæ sub excommunicationis vinculo offendi prohibentur.

Circa primum est annot. quòd excommuni-
1 catio ista reperitur addita Bullæ Martini V. vt habetur ex D. Anton. 3. p. tit. 25. c. 72. Syl. in ver. excommunicatio, 7. nu. 70. & alijs. Et ideo antiqua est.

Circa secundum excommunicatio, generalis est, omnes, & quascunque personas cõprehẽdẽs, sequentes actiones, & crimina perpetrantes.

Circa tertium actiones, quæ damnantur, sunt nouem: tres scilicet principales: & sex accessoriæ. Principales sunt. Primò accedere. Secundò percutere. Tertiò spoliare. Accessoriæ sunt Primò mandare dicta crimina committi. Secundò exequi. Tertiò procurare eadem fieri. Quartò dare auxilium. Quintò dare consilium. Sextò dare fauorem, vt infra Deo duce, latius explicabimus.

Circa quartum personæ, quæ offendi prohibentur, sunt nouem. Primò recurrentes ad Cu-
a riam Romanam a super causis, & negotijs eorũ. Secundò prosequentes eadem in ipsa Curia. Tertiò procurantes in eisdem causis, & negotijs. Quartò negotiorum gestores, Quintò Aduocati. Sextò procuratores. Septimò Agentes ipsorum. Octauò Auditores deputati super dictis causis, & negotijs. Nonò Iudices super eisdẽ deputati, siue sint deputati particulari deputatione, siue id ex officio incumbat.

Circa quas personas, est annot. quòd Recur-
2 rentes ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotijs, dicuntur ad eandem confugientes, vel per viam appellationis, aut per viã principalis petitionis, nã recurrere idem significat, quod confugere, seu celeriter ire; quod propriũ est litigantium.

Hoc autem duobus modis cõtingit: appellã-
3 do scilicet, vel causam inchoando. Est enim causa res, quæ proponitur in iudicio; & à casu dicitur, vel quia dubius est litis euẽtus: vel quia frequenter occurrit præter voluntatẽ hominis. Dicitur etiam causa materia, & origo negotij, nondum discussionis examine patefacta, quæ dum proponitur causa est: dum discutitur, iudicium: dum finitur iustitia. Ita tex in c. forus,

& ibi Glos. in ver. Causa de verb. signif. Est quoque causa adeò generale nomen, vt eius appellatione lis etiam contineatur, ac negotium vt in §. si quis agens, in instit. de act. & in l. 1. C. de reb. cred. Nam causa capitalia, & ciuilia, continet. Litis appellatione ciuiles tantùm actiones comprehenduntur. l. causas, C. de transl. l. 1. §. adhiberi, ff. de testib. & est tex. in d. cap. forus, de verb. signif.

Negotium denique in specie sumptum dicitur hypothesis, seu illud, ex quo lis nata est; vt in d. l. causas, & c. foris, & multa alia significat: vt in toto titulo, ff. de negot. gest. Bene verum est, quòd negotium in nostro canone sumitur pro quacunque causa, quæ habetur coram iudice in Curia, sine lite. Vt procuratio Beneficii, absolutionis, dispensationis à voto, ab irregularitate, cum aliis similibus. Et causa significat causam, tam ciuilem, quàm criminalem. Nam omnia, quæ habentur in Curia, ad prædicta reducuntur: vt bene notat Vgolin. explicatione præsentis canonis, num. 5.

Prosequentes deinde causas, & negotia in Curia dicuntur causam iam cœptam agentes: vt habetur ex eodem Vgol. ibidem, num. 7.

Procurantes sunt quicunque ad negotii expeditionem cooperantur; & differunt à procuratoribus: quia procuratores illi proprie nuncupantur, qui authenticè cõstituuntur ad comparendum in iudicio, vt per Sayr. hoc eodem loco, lib. 3. Thes. tom. 1. c. 16. num. 6.

Negotiorum gestores ij sunt, qui sine mandato domini rem eius, ac negotium, ne pereat agunt, & eius curam gerunt: vt in toto tit. ff. de negot. gest. Hic autem negotiorum gestores hi proprie dicuntur, qui aliena negotia extra litem curant. nempe, vt quis pensionem, beneficium, dispensationem, & alia huiusmodi cõsequatur: in quibus necessariò mandatum non exigitur.

b Aduocati *b* nuncupantur ij, qui apud eum, qui iurisdictioni præest, quid in iure fit, ostendit vt habetur in l. 1 §. postulare, ff. de postul. & l. 1. §. aduocatos, ff. de var. & extr. cognit.

Agentes dicuntur, qui procuratoris personã sustinent. sed ab eo cõstituitur, qui adhuc motæ causæ dominus non est. Vnde tutor, curator ac Syndicus, quoniam ante litem contestatam, litis domini non sunt, Idcirco procuratorẽ cõstituere nequeunt, l. 1. ff. de procur. & propterea actorem constituunt, vt in l. neque tutores, & ibi Glos. & Doct. C. de procur. & Vgol. hoc loco, in ver. Negotiorumque gestores.

Auditores sunt, quibus causæ cognoscendæ committuntur, non autem definiendæ, nisi specialiter id eis concedatur: vt per Anch. in clem. Auditor, n. 5. ver. Quintò noto, de reser. Dantur autẽ Auditores à Principe sæculari, & à Romano Pontifice, de quibus hic agitur, & quorum officium ex potestate illis tradita cognoscitur: vt habetur ex Zabar. in d. Clem. Auditor, nu. 6. q. 2. ver. Sed officium parti.

c Iudices *c* denique dicuntur, qui causam, aut iure ordinario, aut delegato cognoscunt, ac definiunt: vt patet ex toto tit. de offic. ordin. & de offic. deleg. Ita Vgol. loco citato, in ver. Seu etiam Auditores, vel Iudices. Et latissimè Alter. in explicat. huius can. cap. 3.

ADDITIO.

a Romanã. Adde quod nomine Rom. Curiæ intelligitur tribunal Romani Pontificis non solùm vt Pontifex est iurisdictionem spiritualem habens; sed etiam vt Rex, seu Princeps temporalis: siquidem Summus Pontifex absolutè, ac generaliter loquitur de Romana Curia, nulla facta distinctione. ar. tex. in l. de pretio. ff. de publ. in rem act. & ita practicari testatur Filiuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 6. q. 10. nu. 176. D. Cæsar.

b Aduocati. Adde quod qui Romam accedit animum exercendi munus aduocati in genere, non gaudet priuilegio huius canonis; quoniam Romanus Pontifex loquitur de illis, qui aduocati munus exercent in fauorem eorum, qui recursum actu habent ad Romanam Curiam, vt patet ex ly, *recurrentes*, ita Bonac. hic disp. 1. q. 13. pun. 2. sub num. 9. Abb. Alex.

c Iudices. Aude Regin. lib. 9. fuæ prax. num. 316. Filiuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. num. 174. & alios, qui volunt hoc priuilegio gaudere Iudices, Auditores, Aduocatos, Procuratores, Actores, & Sollicitatores, non solùm si Romæ existant, verùm etiam si extra Curiam degant: siquidem Romanus Pontifex causa recurrentium ad Sedem Apostolicam frequenter solet remittere ad Episcopos, aliosq; Iudices ordinarios, aut ab eo delegatos extra Romanam Curiam; nam indistincte loquitur de Iudicibus, Aduocatis, &c. arg. tex. in l. de pretio, ff. de public. in rem act.

Est tamen verum, quòd quidam prædictam opinionem limitant, modò causa, seu negotium abitis agatur, seu procuretur in Curia Romana, & rationem hanc esse volunt, quia Romanus Pontifex loquitur de offendentibus recurrentes ad Romanam Curiam, ac illorum negotia in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, &c. Et id ob illa verba, *Ac illa in eadem Curia, &c.* quæ referri videntur ad omnia subsequentia. Vndè Filliuc. loco supracitato, infert, eum qui partes recurrentis ad Romanam Curiam agit, seu procurat, non in Romana Curia, sed alibi, non gaudere priuilegio huius canonis, secus si procuraret in Romana Curia, licèt fortè contigerit eum a Romana Curia recedere, post breue tẽpus ad eam rediturum. Sic etiam offendentem Iudicem extra Romanam Curiam existentem, cui de mandato Summi Pontificis commissa est causæ cognitio & definitio, contrahere excommunicationem; quia offendit Iudices Romanæ Curiæ. Non tamen Filliuc. ibi putat hanc excommunicationem contrahere spoliantes, & percutientes filios, fratres, & alios consanguineos recurrentium ad Sedem Apostolicam occasione causarum, vel negotiorum, quoniam de his nullus sermo habebetur in hoc canone. D. Cæsar.

In

In quibus differat, ac conueniat excnmmunicatio huius canonis ab excommunicatione lata ſupra, canone nono. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata in hoc canone cum excommunicatione can. 9. eiuſdem Bullæ in quinque differunt, & in duobus conueniunt.*

2 *Offendentes transferentem cauſas ad Romanam Curiam, etiam ſi non accedat, incidunt in excommunicationem huius canonis.*

3 *Offendentes accedentes ad Romanam Curiam pro eorum cauſis, ſi iuſtè illos offendant, excommunicationem non incurrunt.*

REſpondetur, quòd dictæ excommunicationes in quinque differunt inter ſe, & in duobus conueniunt.

Differunt enim primò quoniam excommu-
2 nicatio, quę in d. can. 9. continetur, habet locum contra offendentes eos, qui accedunt ad Romanam Curiam quocunque mòdo, & occaſione: at verò excommunicatio præſentis canonis alligat offendentes eos, qui accedunt ad Rom. Curiam non ex quacunque cauſa, & intuitu; ſed occaſione cauſarum, & negotiorum, quæ in ipſa Curia geruntur. Hinc ſequitur, quòd offendentes recurrentes ad Romanam Curiam ad petendum aliquid a R. Pontifice, quod nec cauſarum, nec negotiorum appellatione veniat, iuxta ea, quæ in præcedenti quæſtione diximus, in excommunicationem hanc non incidunt.

Secundò differũt: quia in d. can. 9. intenditur fauor perſonarum; in hoc tam intenditur fauor perſonarum, quàm cauſarum, ne illarũ curſus, expeditio, executio, aut impetratio impediatur: quod fieret, ſi perſonæ, per quas hæc tractanda vel expedienda ſunt, ea ratione iniurijs afficerentur: vt bene notat Suar. hic, diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. n. 73.

Tertiò differũt, quoniam in canone 9. requiritur ad illius cenſuram contrahendam;
3 vt offenſio inferatur in perſonas accedentiũ ad Romanam Curia; In hoc autẽ canone ſatis eſt ſi offenſio inferatur in perſonas transferentiũ tantũ eorum cauſas ad Rom. Curiam, etiamſi non accedatur; quia in præſenti canone, non ſolùm in recurrentes in proprijs perſonis offenſio prohibetur; ſed etiam in tranſmittẽtes: eo quòd recurrere ad Rom. Curiem, non ſolùm quis dicitur: quando in propria perſona ad eam ſe confert; ſed etiam quando cauſam, vel negotiũ trãſfert, vt in ipſa cognoſcatur. Ita Sayr. in explicatione noſtri canonis, lib. 3. Theſ. c. 16. n. 5. tom. 1.

Quartò in d. can. 9. excommunicantur offendentes accedentes. & recedentes, &c. At verò in hoc canone non tantùm excommunicantur offendentes dictas perſonas, ſed etiam eorum procuratores, aduocatos, &c.

Quintò in illo canone proteguntur accedentes ad S. A. etiam ſi extra Romam reperiatur. In hoc verò proteguntur accedentes, & commorantes in Romana Curia tantùm, ſecundum aliquos. Quod nobis non probatur; vt habetur ex Vgol. in explic. præſentis canonis, §. 1. ſub n. 7. in ver. ſextò locum habet.

Conueniunt autem inter ſe prædictæ excom-
3 municationes, primò ratione termini; nam per vtramque excommunicantur offendentes eos, qui accedunt ad Romanam Curiam.

Secundò conueniunt: quoniam vtraque excommunicatio requirit cauſam iniuſtam ad illas incurrendas.

Hinc ſequitur, quòd ſi quis intuitu negotiorũ, vt impediat aduerſarium contra ſe iniuſtè agentem, vel Aduocatum, aut Iudicem, vel alium ex ſupradictis perſonis accuſet criminaliter in Iudicio de crimine verè commiſſo, & cauſam proſequatur vſque ad eius mortem, non incidit in excommunicationem noſtri canonis: quia iuſtè id egit, Ita Sayr. loco citato, n. 4.

Idem dicendum eſt, ſi quis ſe defendendo, ſupradictas perſonas offendat: quoniam vim vi re-
pellere licet l. vt vim, ff. de iuſt. & iur.

Immo Vgol. hìc, §. 1. n. 3. in ver. Primum igitur, hoc idem locum ſibi vendicare putat in in-
4 terficiente bannitum a, qui ad Curiam ire non poteſt: nam iſte talis, non erit excommunicatus.

ADDITIO.

a Bannitum. Adde hic Anton. de Souſa c. 13. diſp. 69. n. 2. Reginald lib. 9. ſuæ prax. num. 315. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. cap. 7. num. 179. & Bonac. hoc eodem loco, diſp. 1. q. 13. pun. 3. ſub num. 2. qui id ampliat verum eſſe etiam ſi banditum occidat intuitu negotiorum, ſeu cauſarum tractandarum: ſiquidem hic principaliter inſpicienda eſt actio externa, quæ iure permitteretur iuſta eſt; licèt interior affectus prauus ſit, vt patet ex Doctoribus ſupracitatis. Abb. Alex.

Ibi (*recurrentes*) An per litteras negotia, & cauſas agentes in Romana Curia, vi noſtri Canonis protegantur. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Recurrere ad Romanam Curiam, non ſolùm dicitur, qui in propria perſona ad illam pro ſuis cauſis accedit, ſed etiam per literas, dummodo ad ipſam Curiã appellauerit, vel cauſam inchoauerit.*

IN hac re Vgol. in explicatione præſentis canonis, §. 1. ſub num. 3. in ver. Quinto in excõmunicationem: ait, quòd interficientes eos, qui per literas negotia ſua agunt, vt poſſe mittentes ſua conſilia, & id generis, in excommunicationem huius canonis non incidunt: nam hi ad Curiam non recurrunt, & ſic verba ipſis non conueniunt.

Secunda ſententia, quæ nobis magis proba-
1 tur, videtur Sayr. in explicatione eiuſdem canonis, lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 16. num. 3. dum ait, quòd recurrere, in præſenti canone, non ſolùm intelligitur in propria perſona ad Curiam Romanã accedere pro cauſis, & negotijs, ſed etiam cauſam, vel negotium ad eandem Curiam tranſfer-

a rea, vt per eam cognoscatur. Vndè quicunque negotium aliquod ad Curiam Romanam transfert, vbicumque offendatur intuitu illius negotij, offensor eius in dictam excommunicationē incidit. Quocirca ex dictis verbis clarè colligitur, Sayrum velle, quòd per literas, negotia, & causas agentes in Curia, vi nostri canonis protegantur, dummodò ad dictam Curiam appellauerint: vel causam inchoauerint. Ad quod facit tex. in c. tum ex litteris, in fine, de restit. spol. c. licèt ex fuscepto, in fine, de for. comp. & c. qualiter, il primo, de accusat. ex quibus iuribus videtur colligi, quòd recurrere intelligitur, non modo in propria persona ad Curiam accedere; sed etiam causam in eandem transmittere.

ADDITIO.

a Transferre. Adde Anton. de Sousa hic c. 13. disp. 68. n. 2. Reginald. lib 9. suæ prax. nu. 316. Alter. hoc eodem loco, disp. 13. cap. 3. vers. per se, vel per alios; & ver. recurrentes, Bonac. ibid. disp. 1. q. 13. pun. 2. suo n. 1. quamuis opinionem Vgol. quoad mittentes litteras, non putet esse improbabilem: nam quoties quis transmittit litteras, & consilia ipsimet iudici, in rigore non videtur posse dici recurrere ad Romanam Curiam per se, vel per alios; sed per litteras, & scripturas. Non tamen recedendum est a priori sententia, cùm sit communis, & Romani Pontificis menti magis consentanea. Abb. Alex.

Ibi *(Prosequentes)* An occidentes prosequentes suas causas in Romana Curia, vnam, vel plures contrahat excommunicationes. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Prosequentes causas in Romana Curia, si quis interficiat, mutilet, & c. duplicem contrahit excommunicationem; secus dicendum est de occidentibus accedentes.*

2 *Occidens accedentem ad Rom. Curiam pro negotijs, & c. vnam tantum incurrit excommunicationem.*

3 *Plures leges constituentes vnam, & eandem pœnam a pro vna, & eadem actione, non duplicant pœnam.*

1 IN hac difficultate Tol. in explicatione præsentis canonis, lib. 1. Instr. c. 26. in ver. Dubiū esse potest; ait quòd prosequentes negotia, & causas, possunt esse simul morantes in Curia. & cùm superius, can. 9. sit etiam lata excommunicatio, contra occidentes, verberantes, & mutilantes eos, qui in Curia morantur, videntur isti tales bis excommunicati: nam vnus potest multis simul ligari excōmunicationibus a, propter varia delicta: vt in c. Engeltrudam, 3. q. 4. vndè qui hæc committit duabus indiget absolutionibus, aut vna complectente duas, vt absoluatur ab excommunicatione, qua parte incursa est propter vnam causam: & qua etiam parte incursa est propter alteram.

Hæc sententia proculdubio vera est, dummodo illi, qui occidunt, causas prædictas prosequentes, ipsos occidant tanquam iurisdictionem habentes, cùm re vera non habeant: iuxta ea, quæ in d. can. 9. annotauimus.

2 Dixi prosequentes: quoniam secus dicendum videtur de occidentibus accedentes ad Romanam Curiam pro eorum causis, & negotijs: nam isti duplicem excommunicationem non contraherent; cùm d. can. 9. includat etiam hanc actionem. Vndè in Bulla Greg. XIII. supradicti casus erant vniti sub eodem canone: vt patet ex Nauar. in Man. c. 27. n. 68. relato hic à Viual. in

3 prin. Modò plures leges ferentes vnam, & eandē pœnam, pro vna, & eadem actione, non duplicant pœnam, quando maximè imponuntur ab eodem Legislatore per ea, quæ docet Nauar. in c. Ita quorundam, de Iud. not. 11. Glo. vlt. nu. 26. quem refert Sayr. lib. 1. Thes. c. 10. t. 1. n. 11.

Vndè malè videtur sensisse Alter. hoc eodem loco, cap. 1. col. 3. ver. Sed dicet aliquis: dicens, quòd si quis occidat venientes ad Sedem Apostolicam duas excommunicationes incurrit, vel vnam ex duplici causa. quoniam occiditur accedens ad Sedem Apostolicam, & ob id contrahitur excommunicatio canonis 9. Et rursus occiditur occasione causæ, vel negocij, cuius gratia ad Curiam Romanam recurritur: atq; adeò locus est excōmunicationi præsentis canonis. Etenim canon nonus includit vtramque actionem, vt diximus.

ADDITIO.

a Excommunicationibus. Adde Bonac. hic disp. 1. q. 12. pun. 3 nu. 10. vbi ob id tenet, quòd percutiens clericum ad Romanam Curiam recurrentem causa negotiorum, duas excommunicationes contrahit: alteram scilicet huius canonis: alteram verò cap. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. Abb. Alex.

Ibi *(Quoquo modo percutiunt)* An pugnis, aut fuste sine aliquo vulnere percutientes personas, in hoc canone nominatas, incidant in excommunicationem eiusdem canonis. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Percutientes pugnis, aut fuste, sine apertura aliqua, accedentes ad Romanam Curiam pro eorum causis, in excommunicationem incidant.*

2 *Percutere, non solùm significat ferire, sed etiam denotat cædere sine vulnere.*

3 *Verbis contumeliosis recurrentem ad Rom. Curiam afficens, excommunicationem non contrahit.*

IN hac re Viual. in explicatione præsentis canonis, sub n. 4. in ver. Ibi percutiunt: tenet partem negatiuam: atque adeò alapa percutiens in faciem conspuens, aquam ex fenestra immittens, verbis iniuriosis afficiens personas in hoc canone nominatas intuitu causarum, & negotiorum, in excommunicationem non incidit,

dit, ſi perſonæ offenſæ laici ſint: ſecus autem, ſi ſint clerici: quia tũc prædicta crimina committens, incideret in excommunicationem contẽtam in can. ſi quis ſuadente diabolo, 17 q. 4. Probat hanc ſententiam quoad primam partem: quia percutere, ferire proprie ſignificat.

Hæc ſententia, licet vera ſit quoad perſonas
1 Eccleſiaſticas: vt offendentes eas incidant in excommunicationem can. ſi quis ſuadente diabolo: nec non quoad verba iniuriosa tantùm illata in perſonas, etiam lucas vt cenſuram hanc non contrahant; tamen quoad reliqua falſa videtur: atque adeò pugnis, alapa fuſtc, aut quocunque alio modo percutiens perſonas prædictas, etiam ſi laicæ ſint, & ipſas non vulnerauerit, in excom-
4 municationem noſtri canonis incidit. *a*

Probatur: quoniam licèt percutere, ſignificet ferire; tamen ſignificat quoque cædere, ſine vul-
2 nere: vt ſupra can. præcedenti, q. 3. & hanc ſententiam tenet Vgol. hoc loco in ver. Quoquomodo percutiunt: ſub num. 2. vbi hoc idem dicendum eſſe ait de mutilãtibus: nam qui mutilat, percutere etiam dicitur: eo quòd percutere genus quoddam eſt, ſubſe comprehendens percuſſionem ſimplicem, & percuſſionem, quæ vulnus infert, & ob id etiam mutilationem. Hac eandem ſententiam tenet Alter. in explicatione huius can. cap. 3. col 4. in d. ver. Seu quoque modo percutiunt: quoniam dictio illa, *Quoquomodo*, eſt generalis denotans omnem modũ, quo quis alium corporaliter cedit; & æquipollet dictioni *Quomodolibet, & Qualitercunque*, quæ omnẽ modũ includit. vt in clem. 2. ver. Regitur exceſſus, & ibi Gloſin ver. Quomodolibet, de ſent. excom. & c. indemnitatibus, §. ſanè, vbi etiam Io. Andr. num. 2. de elect. in ſexto.

Ex quibus cõſtat eos hac cenſura non alliga-
3 ri, qui recurrentem ad Sedem Apoſtolicam occaſione cauſarum verbis contumelioſis inuadunt iniuriam inferendo, & famæ, ac bonori detrahendo voce, vel ſcriptis ſi ad opus ipſum
b reale, & corporale non peruenerint *b*: quia ex vi horum verborum. *Interficiunt, percuſſerunt, bonis ſpoliant*: talis iniuria verbalis non comprehenditur: eo quòd iniurijs aliquem affici non niſi metaphoricè dicitur percuti, vt alias diximus.

ADDITIO.

a Incidit. Adde Bonac. de cenſuris Bull. cœn. q. 13. pun. 1. qui licèt ſub num. 2. vbi a fortiori putat prohibitam cenſeri vulnerationem, aut mutilationem; nihilominus ab excommunicatione noſtri canonis excludit conſpuentem; quia is non dicitur percutere. Eſt tamen verum, quòd ſi conſpuat clericum, incidit in excommunicationem c. ſi quis ſuadente, 17. q. 4. quia conſpuens dicitur vim inferre, quæ vi d. c. ſi quis ſuadente prohibetur. Abb. Alex.

b Peruenerint. Adde Anton. de Souſa hic diſp. 70. num. 5. & Bonac. in eodem loco, diſp. 1. q. 13. pun. 1. ſub num 5. quamuis Anton. de Souſa contrariam ſententiam putet eſſe probabilem, Abb. Alex.

An percutiens Infidelem ad Romanam Curiam recurrentem intuitu cauſarum, aut negotiorum, incidat in excommunicationem noſtri canonis. Q. 6.

SVMMARIVM.

3 *Occidentes excommunicatos, aut interdictos, ſuſpenſos, etiam hæreticos & exules accedentes ad Romanam Curiam pro ſuis negotijs, in hanc excommunicationem incidunt.*

2 *Infideles recurrentes ad Romanam Curiam pro ſuis negotijs ſi quæ offendat, excommunicationem hanc non contrahit.*

1 *Infidelem baptizandi gratia Romam accedentem interficiens, in excommunicationem incidit.*

IN hac re Vgol. in explic. præſentis canonis, §. 1. ſub num. 2. tenet partem affirmatiuam, dicens, quòd excommunicationem noſtri canonis contrahit, non ſolùm, qui Chriſtianum interficit, verùm etiam, & qui non Chriſtianum, ſiue Iudæus, ſiue alius infidelis ſit pro ſuis negotijs ad Romanam Curiam ſe conferens: modò venire illò poſſit.

Probat ſuam ſententiam primò quia canon iſte loquitur de omnibus ſecularibus, neminem excipiens; ergo generaliter debet intelligi de omnibus ſæcularibus, etiam ſi alias infideles ſint.

Secundò confirmat eãdem ſententiam, quoniam fauor iſte reſpicit ipſam Romanam Curiam, non autem perſonas: & ob id exiſtimat, in prædictam excommunicationem incidere, etiã occidentem excommunicatos, ſuſpenſos, interdictos, vel hæreticos: modò ad Curiam veniat, vt ſuas cauſas agant, & à delicto hæreſis ſe expurgent, abſolutionemve conſequantur. Et idẽ putat eſſe dicendum de exulibus, dummodo illuc ire poſſint, vtpotè publica fide habita. Hanc eandem ſententiam tenet Alter. hoc eodem loco, c. 3. col. 3. in princ.

His tamen non obſtentibus, licèt prædictam
1 ſententiam veram eſſe putemus, quoad occidentem hæreticos, exules, excommunicatos, interdictos, ac ſuſpenſos; tamen, quoad interficiẽ-
4 tes Infideles, contrariam *a* ſententiam probabiliorem exiſtimamus.

Probatur: quoniam infideles occidentes Chri-
2 ſtianos recurrentes ad Rom. Curiã pro ſuis negotijs & cauſis, non incidunt in excommunicationem noſtri canonis: eo quòd cùm Baptiſmũ non habeant, cenſurarum ſunt omninò incapaces: ergo nec Chriſtiani occidentes Infideles pro ſuis negotijs ad eandem Curiam accedentes, prædictam excommunicationem contrahunt: quia æquitas expoſtulat, vt vtrique ſeruetur æqualitas, maximè in iudicijs.

Secundò probatur ex his, quæ ſupra diximus can. 3. q. 5.

Ad contraria reſpondetur.

AD primum dicimus, quòd licèt textus noſter loquatur generaliter de omnibus ſecu-

lari-

laribus, neminem excipiens; tamen intelligendus eſt de omnibus ſæcularibus Chriſtianis: quia non eſt verisimile, Romanum Pontificem ſub cenſura adeò graui voluiſſe protegere infideles.

Ad ſecundum dicitur, quòd ſauor iſte, licèt reſpiciat Romanam Curiam, tamen per ſe primo reſpicit perſonas recurrentes ad eãdem Curiam pro ſuis negotijs, & cauſis, vt ad ipſam liber ſit litigantium acceſſus: vt diximus in d. q. 23. in reſpon. ad primum.

Bene verum eſt, quòd ſi quis interficeret Infidelem, ad S. Apoſtolicam accedentem baptizandi gratia, licèt non contraheret excommunicationem noſtri canonis; tamen probabiliter eſt dicendum, eundem incurrere cenſuram cõtentam in d. can. 9. vt ibi diximus, in prædicta q. 23. in fine, ex Viual. ibidem, num. 5.

3

ADDITIO.

a Contrariam. Contrariam ſententiam tenet Bonac. de cenſuris Bull. cœn. diſp. 5. q. 3. pun. 2. num. 3. Sed re verâ nulla mouetur ratione, & ad rationes Duar. non reſpondet. Abb. Alex.

Ibi *(Bonis ſpoliant)* An auferentes bona, quæ ſecum non deferunt recurrentes ad Romanam Curiam, ſed ea, quæ domi reliquerunt, incidant in hanc cenſuram. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Recurrenter ad Rom. Curiam pro ſuis negotijs, ſi ſpolientur bonis, quæ domi reliquerunt, incidunt in excommunicationem huius canonis, eos ſpoliantes ſi Iudices ſint, qui cauſarum intuitu ſpolient.*

2 *Beneficia ſubditorum Romam euntium pro ſuis negotijs, Ordinarij ſi alijs conferant, excommunicationem contrahunt, contentam in extrau. Diuina, de priuil.*

3 *Fures & latrones ſpoliantes eos, qui ad Romanam Curiam recurrunt pro cauſis, et negotijs, in excommunicationem incidunt.*

4 *Creditor bonis ſpoliauit ſuum debitorem in ſatisfactionem ſui credit, excommunicationem non contrahit.*

a 1 REſpondetur affirmatiuè: nam iſte canon generaliter loquitur, & non diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus, ar. tex. in l. de pretio, ff. de public. in rem act.

Secundò idcirco recurrentes ad Romanam Curiam pro ſuis negotijs, & cauſis vi noſtri canonis prohibentur ſpoliari bonis, vt eis ad eandem ſit liber acceſſus: quæ ratio in bonis etiam domi relictis locum ſibi vẽdicat; ergo & diſpoſitio, vt in illud, ff. ad l. Aquil. & c. cùm dilecta, de conſtitu. vtil. vel inuti.

Denique probatur ex extrau. diuina, de priuil. 2 vbi Ordinarij excommunicantur, ſi ſuorum ſubditorum, pro ſuis negotijs Romam euntiũ, eccleſiaſtica beneficia alijs conferant: ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro. Ita Vgol. hîc, in ver. Bonis ſpoliant: ibi, Item afficijs, vbi etiam infert, quòd ſi Iudex à quo ad Romanam Curiã appellatũ eſt, ſpoliat bonis, quæ domi reliquit, ipſum appellantem, in excommunicationem huius canonis incidit. Quæ diximus de ſpoliãtibus bonis recurrentes ad Romanam Curiam, extẽdimus etiam contra ſpoliantes eos ſcripturis, ſiue domi reliquerint, ſiue ſecum deferant, vt ſupra diximus, can. 9. q. 21. Idem etiam dicendum eſt de ſpoliãtibus vxore, filijs, & ſeruis, iuxta ea, quæ annotauimus in d. can. 9. q. 22.

Hanc eandem ſententiam tenet Alter. in explic. huius can. c. 1. col. 5. in ver. Bonis ſpoliant: & in ver. Poſtulabit quis: vbi rationem quoque aſſignat. cur ſupra, can. 9. hoc verbum, *ſpoliat*, referatur tantùm ad bona mobilia: & in hoc canone etiam ad immobilia; & ait, quod in can. 9. tractatur de venientibus ad Sedem Apoſtolicam, quibus Papa proſpicere intendit, vt ſine formidine, ac periculo accedere poſſint, & tutò deferre quæ ſecum habent: & quoniam res immobiles aſportari nequeunt, idcirco de aſportatione rerum immobilium intelligi nõ Poteſt. At verò in hoc canone agitur de recurrentibus ad Curiam: verum quia recurrere quis poteſt non ſolùm per ſe, ſed etiam per Nuncium, & litteras, etiam ſi ex domo non proficiſcatur: vt in c. tùm ex literis, in fine, de in integr. reſtit. poteſt de facili ſpoliari bonis non modò mobilibus, ſed etiam ſtabilibus. Vndè cùm ipſe canon generaliter loquatur de bonis ſpoliantibus, generaliter intelligendus eſt de bonis: ſiue mobilia ſint, ſiue ſtabilia, vel ſe mouentia; dummodo ſpoliatio fiat occaſione cauſarum.

Ex quibus infert idem Alter. loco citato, in fi- 3 ne, col. 5. ver. ex dictis: in hanc excommunica- b tionem non incidere fures *b*, & latrones, qui prædictos recurrentes ſpoliant: nam id non agunt occaſione cauſarum, & negociorum, pro quibus recurſum habent ad Curiam, ſed vt deprehendantur eorum bona.

Et eadem, ac fortiori ratione putat ab vtraq; c cenſura liberum eſſe creditorem *c*, ſi aliquem 4 ſic recurrentem, quem pro recuperatione ſui crediti in Iudicio conuenire non audet propter eius potentiam, fauorem, diuitias, fraudes, & c. clam ſpoliet bonis, & ſine ſcandalo, dũmodo id quod ſubtrahit, nõ excedat valorem ſui crediti, quoniam, concurrentibus quibuſdam conditionibus, vnicuique licèt ſine culpa, & pœna clam furripere quod ſibi debetur iuxta ea, quæ habentur ex Caiet. apud D. Thom. 22. q. 66. ar. 3. & 5. Sot. lib. 5. de iuſt. & iur. q. 3. ar. 5. & alios.

ADDITIO.

a Affirmatiuè. Adde Bonac. de cenſuris Bull. cœnæ diſp. 5. q. 13. pun. 5. num. 4. & pun. 2 num. 2. vbi ſub hac excommunicatione cum Duard. comprehendi putat, qui bonis ſpoliat reum, tam ijs, quæ ſecum portat, quàm ijs, quæ reliquit, ſiue mobilia ſint, ſiue immobilia. Abb. Alex.

b Fures. Adde Reginald. lib 9. ſuæ prax. c. 20. num. 315. & Anton. de Souſa in explicatione præſentis canonis verſ. circa hanc. D. Cæſar. Cre-

c Creditorem. Adde Anton. de Souſa hoc loco, diſp. 7. num. 2. D. Ceſar.

An offendentes eos, qui recedunt à Romana Curia pro ſuis negotijs, & cauſis, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Recedentes à Romana Curia pro ſuis negotijs, & cauſis ſi quis offenſat, incidit in excommunicationem huius canonis.*
2 *Securitas conceſſa alicui, vt poſſit adire Ciuitatem aliquam, cenſetur etiam conceſſa ad recedendum ab ea.*
3 *Tacitum & expreſſi eadem eſt virtus.*
4 *Princeps cenſetur tacitè conceſſiſſe, ſi interrogatus id eſſet conceſſurus.*

IN hac difficultate videtur prima facie negatiuè reſpondendum: atque adeò interficientes, percutientes, ſeu bonis ſpoliantes recedentes à Romana Curia, ad quam ſe contulerunt pro ſuis negotijs, & cauſis, non incidant in excommunicationem præſentis canonis.

Probatur: quia in hoc canone de recedentibus non fit mentio, ſed tantùm de recurrentibus, proſequentibus, &c. ergo recedentes ipſos offendentes, dictam excommunicationem non contrahunt: quoniam excommunicatio cùm ſit pœna, non patitur extenſionem in caſus non expreſſos, vt ſæpe diximus.

a His tamen non obſtantibus, oppoſitâ ſententiam arbitror eſſe veriorem, quâ tenet Vgol. hoc loco: in ver. *Ac illam eadem Curia*, ibi: Illud quæri poteſt.

Probatur primò ex his, quæ docet Felin. in c. fin. n. 1. cùm plur. ſeq. de treg. & pac. vbi probat, quòd ſecuritas conceſſa alicui, vt ſecurè poſſit adire Ciuitatem aliquam, cenſetur conceſſa ſecuritas ad recedendum quoque ab ea: ergo quamuis expreſsè hoc priuilegium non ſit conceſſum recedentibus à Romana Curia; nihilominus cenſetur eis tacitè conceſſum; eo quòd accedentibus, ac recurrentibus ad eandem fuit indultum, cùm taciti, & expreſſi eadem ſit virtus, l. cùm quid, ff. ſi cert. pet.

Secundò probatur: quia Romanus Pontifex ſi de hoc interrogatus fuiſſet, veriſimiliter eſt credendum, id eum conceſſurum eſſe: ar. eorum, quæ dicit Gloſ. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact.

Denique confirmatur quia ſi contrarium diceremus, recurrentibus ad Rom. Curiam, ſufficienter non fuiſſet prouiſum. Quod non eſt dicendum.

Hanc eandem ſententiam tenet Alter. hoc loco, cap. 3. col. 4. in ver. Nihilominus cenſeo: quam vltra rationes ſupra allatas cõfirmat etiã, quia ſi recurrentes ad Romanam Curiam non gauderẽt priuilegio huius canonis vbi recedũt quoque ab ea, tunc iſte canon careret ſuo fine, qui eſt, vnicuique tutò, abſque vllo timore pro ſuis cauſis, & negotijs ad Curiam Romanam confugere liceat.

Præterea quamuis hoc loco nulla mentio fiat de recedentibus; nihilominus in nono can. ſupra ſufficienter exprimuntur: ergo id ſatis eſt, cùm ex verbis illius canonis declaretur iſte, & Romani Pontificis mens colligatur. Etenim vnius conſtitutionis interpretatio, ex alia cõſtitutione deſumitur, vt iura iuribus concordentur, c. cùm expedrat, de elect. in ſexto, Panor. in c. ad audientiam, n. 2. de decim.

Denique etiam ſi daremus in hoc canone agi tantùm de recurrentibus, adhuc tamen qui offenderet recedẽtem a Curia, expedito negocio, non euitaret cenſuram huius Bullæ, quoniam ſaltem alligaretur excommunicationis vinculo contentæ in d. can. nono: cùm ibi expreſsè feratur contra offendentes recedentes à Sede Apoſtolica.

Ad contrarium patet reſponſio ex dictis. Et tantò fortiùs, quia huiuſmodi priuilegium licèt ſit odioſum delinquentibus; eſt tamen fauorabile recurrentibus ad Romanam Curiam, ac eidem Curiæ; & ideò latiſſimè videtur eſſe interpretandum: ar. tex. in l. beneficium, ff. de Conſtitut. Princip.

ADDITIO.

a Oppoſitam. Hanc eandem ſententiam tenet Anton. de Souſa hìc diſp. 68. nu. 3. quamuis oppoſitum doceat Bonac. hoc eodem loco, diſput. 1. q. 13. pun. 2. num. 5. ob id, quòd iſte can. non loquitur de recedentibus, & in materia cẽſurarum ſtandum eſt verbis diſpoſitionis. Putat tamen offendentes recedentes à Romana Curia, peractis, & terminatis negotijs; incidere in Canonem 9. ſupra explicatum, eò quòd loquitur de recedentibus. Abb. Alex.

Quibus caſibus contrahitur excommunicatio præſentis canonis; quibus autem effugitur. Q. 9. & vlt.

SVMMARIVM.

1 *Recurrentes ad Romanam curiam pro ſuis negotijs, ſi quis interficiat, incidit in excommunicationem huius canonis, & c. 9. eiuſdem Bullæ. Idem dicendum eſt de occidentibus cauſas ipſas proſequentes, ac procurantes: eorum negotiorum geſtores, Aduocatos, procuratores, Agentes, Auditores, ac Iudices.*
2 *Aduocatos, qui extra Romanam Curiam patrocinantur pro recurrentibus ad eam, ſi quis interficiat, excommunicationem contrahit.*
3 *Recurrentes ad Romanam Curiam pro ſuis negotijs, ſi quis interficiat, excommunicationem incurrit quocumque modo recurrant, & ad quemcumque Iudicem in Curia exiſtentem confugiant; etiam ſi Curia ſit extra Vrbem. Idem dicendum eſt de percutientibus huiuſmodi perſonas, ac ſpoliantibus, per ſe, vel per alios, etiã ſi à Curia Romana ſint recedentes.*
4 *Recurrentes ad Rom. Curiam, ab ea recedentes, cauſas proſequentes, & procurantes, vt ſupra ſi quis offendat, excommunicationem contrahit, ſiue directè id agat, ſiue indirectè.*

5 Con-

5 *Consilium, fauorem, aut auxilium præstantes offendentibus recurrentes ad Romanam Curiam pro suis causis, ac negotijs in excommunicationem incidunt, etiam non secuto effectu.*

6 *Principaliter censentur excommunicati, auxilium, cõsilium, & fauorem dantes, vbi alternatiuè excommunicantur cum principalibus delinquentibus.*

7 *In alternatiuis satis est alteram partem adimpleri.*

8 *Recurrentes ad Romanam Curiam si quis offendat ex alia causa, quàm occasione causarum, & negotiorum, excommunicationem hanc non incurrit. Idem dicendum est de offendentibus huiusmodi personas iustè: aut de offendentibus infideles.*

9 *Recurrentes ad alias Curias, & non ad Romanam pro causis, & negotijs, in excommunicationem non incidunt. Idem dicendum est de offendentibus recurrentes ad Romanam Curiam in casibus, in quibus non possunt.*

PRo determinatione huius quęstionis sit vnica Conclusio. Occidentes eos, qui recurrũt
1 ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotijs, incidunt in excommunicationem nostri canonis. Hæc cõclusio patet ex ipso canone.

Ampliatur primò, vt eandem censuram contrahant occidentes illos, qui in eadem Curia causas ipsas prosequuntur, & procurant: vt cõstat ex illis canonis verbis: *Prosequentes, & procurantes*. Imò huiusmodi personas interficientes duplicem contrahunt excommunicationem, alteram, quæ continetur in can. 9. præsentis Bullæ: & alteram in hoc canone contentam: vt supra diximus, q. 4.

Secundò ampliatur, vt in supradictam excõ-
2 municationem incidant occidentes etiam negotiorum gestores, Aduocatos, Procuratores, Agentes, Auditores, vel Iudidices super dictis causis, & negotijs deputatos, vt ex ipso canone clarè colligitur. Quocirca Aduocati qui residẽt in Romana Curia, sicut etiam procuratores, & Sollecitatores, & alij negotiorum gestores priuilegium hoc habebunt, quamdiù supradictorum recurrentium, seu prosequentium causas agunt. Dixi Aduocati, qui residẽt in Romana Curia: quia si extra Curiam Aduocati munus obirent, vt consilium dando, hoc priuilegium non potirentur: eo quòd his conceditur, qui in Curia hæc agunt. Ita Vgol. in explic. præsentis can. in ver. Negotiorumque gestores, n. 4. per totum, vbi id limitat in speciatim venientibus ad Rom. Curiam pro aliqua causa: nam his hoc priuilegio gaudent: secus autem, si generatim, vt Aduocati munere fungantur.

Tertiò ampliatur, vt excommunicatio ista
3 comprehendat occidentem recurrentes ad Curiam Romanam quocunque modo recurrant; siue per viam appellationis, siue per viam principalis petitionis: siue in propria persona, siue per alios: atque adeò causas transmittant: vt supra declarauimus, q. 3.

Quartò ampliatur, vt recurrentes ad Romanam Curiam, vi nostri canonis protegantur, ad quemcunque Iudices sint de Curia, etiam si Curia ipsa sit extra Vrbem, vt habetur ex Vgolin. hic, §. 1. sub nu. 2. in ver. Sexto, & in ver. Nono.

Quintò ampliatur, vt excommunicatio prædicta comprehendat non modo occidẽtes huiusmodi personas; sed etiam easdẽ percutientes, siue percussio fit cum vulnere, siue sine vulnere, atque adeò pugnis, fuste, & alijs eiusmodi: vt supra probauimus, q. 5.

Sextò ampliatur, vt sub dispositione nostri canonis comprehendantur, etiam spoliantes supradictas personas, siue spolientur bonis, quæ secum deferant, siue quæ domi reliquerunt & siue bona sint mobilia, siue stabilia: siue bruta sint, siue rationales creaturæ, vt serui, ancillæ, & c. vt supra annotauimus, q. 7. Et can. 9. q. 21. & 22.

Septimò ampliatur, vt vi nostri canonis non modò protegantur prædictæ personæ, vt supra recurrentes ad Romanam Curiam, sed etiã recedẽtes ab eadem Curia; vt supra diximus, q. 8.

Octauò ampliatur, vt excommunicatio ista comprehendat, non solùm per se dicta crimina committentes; sed etiam per alios, & sic mandantes, ac mandatarios: vt patet ex illis verbis canonis: *Per se, vel per alios delicta huiusmodi committere, & exequi, &c.*

Imò Alter. in explicat. huius can. cap. 2. col 2. in ver. Respondeo, probabiliter putat hanc excommunicationem contrahere non solùm mãdantes, & mandatarios; sed etiam rata habentes huiusmodi crimina, dummodò concurrant cõditiones ad ratihabitionem necessariæ, de quibus aliàs diximus, can. præcedẽti. Mouẽtur primò ex illis verbis, *Per se, vel per alios, directè, vel indirectè*. Quibus verbis Romanus Pontifex includere voluit modum concurrendi, & cooperandi, vt dicta crimina sequantur: & propterea nõ videtur excipi, qui rata illa habet. Secũdò, quia ratihabitio æquiparatur mandato, vt in cap. ratihabitionem, de regul. iur. in sexto, & habet vim mandati virtualis: si igitur qui mandat offendi recurrentem ad Curiam, in excommunicationem incidit, erit etiam excommunicatus, qui id ratum habet. Tertiò hoc ipsum confirmat testimonio Nauar. in Man. c. 27. num. 67. ver. Septima in fin. qui tractans de excommunicatione can. 11. nostræ Bullæ contra offendẽtes Cardinales, Patriarchas & c. cùm in Bulla Greg. XIII. quam ipse explicat, exprimerentue soli mandantes vult sub eadem excommunicatione comprehendi etiam offensionem huiusmodi ratam habentes.

Sed re vera hæc Alter. sententia mihi nõ pro-
4 batur: quia ratum haberi non est formaliter cooperari; nec mandare: etenim ratihabitio nõ est mandatum, sed æquiparatur mandato, vt in d. c. ratihabitionem, Modo nil simile est idem l. quod Nerua ff. depos. vndè cùm in censuris non valeat argumentum à simili, vt sæpe diximus, excommunicatio lata contra mandantes offendi recurrentes ad Romanam Curiam, nõ debet extendi ad id ratum habentes: & eò magis, quia militat diuersa ratio in mandante, ac in ratum habente: quoniam mandans influit in effectum: non sic ratum habens. De testimonio Nauar. denique puto rationem habendam esse in illis tantùm casibus qui habent tractum successiuum, quales sunt detentio, carceratio, &c. huiusmodi, de quibus egimus supra can. præcedenti, q. 15. sub num. 3. Quæ quidem actiones vi præsentis canonis non damnantur.

Est tamen verum, quòd nobis satis quidem probatur quod ipse Alter. aduertit in explica-

tione

tione eiuſdem canonis, cap. 3. col. 1. in ver. Per ſe, vel per alios: dum ait, quòd verba illa: *Per ſe, vel per alios*, cùm bis ponantur in hoc canone, priora referunt recurrentes ad Romanam Curiam, ſiue per ſe, ſiue per alios: & poſteriora referunt crimina in tex. prohibita committentes per ſe ſcilicet, vel per alios, exequentes procurantes & c. alias uper ſſua eſſet, ac manis talis repetitio.

Nonò ampliatur, vt dicta excommunicatio
4 comprehendat committentes dicta crimina, nó modò directè, vt cùm quis immediatè recurrẽtes vt ſupra, & alias nominatas perſonas offen-
b dit; ſed etiam indirectè *b*, vbi quis illud operatur, quod deinde eſt cauſa, vt lædantur, vt ſi quis dolo malo ſuaſerit ad Curiam recurrenti, vt trãſiret per viam in qua ſciebat exules eſſe, vel inimicos, qui eum eſſent interfecturi: vel equum, in quo inſidebat, in flumen incitauit, & ob id corruit: vt habetur ex Vgol. hic, §. 1. ſub num. 1. in ver. tertiò.

Decimò ampliatur, vt excommunicatio iſta
5 extendatur etiam contra conſilium, auxilium, aut fauorem præſtantes ad huiuſmodi crimina committenda: vt conſtat ex illis canonis verbis: *Aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem, &c.*
6 Quod verum puto, etiam effectu non ſecuto *c*: atque adeò ſtatim quòd cõſilium quis dederit, auxilium, vel fauorem, dictam excommunicationem contrahit, ſiue effectus ſequatur, ſiue non. Et idem dicendum eſt de mandantibus.

Probatur: quoniã dictæ perſonæ æquè principaliter excommunicantur, ac ſupradicta delicta committentes: nam textus excommunicat, qui fecerit: vel mandauerit, aut auxilium, conſilium, vel fauorem dederit: vt patet ex illis verbis, *Seu qui per ſe, vel per alios delicta huiuſmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare non verentur*. Vndè cùm dictæ perſonæ alternatiuè excommunicẽtur, proculdubio æquè principaliter cẽſura afficiuntur, ac ipſi facientes: atque adeò ſtatim incidunt, etiam ſi non ſequatur effectus, vt habetur ex Vgol. in explicatione noſtræ Bullæ, p. 1. c. 12. ſub num. 3.

Et licèc Vgol. ipſe contrarium doceat in hoc
6 canone, §. 1. in fine; nihilominus non loquitur conſequenter ad ea quæ docuit in d. cap. 14. vbi ait, quòd principaliter huiuſmodi perſonæ cẽſentur excommunicatæ, vbi alternatiuè contra eos fertur excommunicatio vtpotè, ſi dixerit: vel fecerit, vel mandauerit: eo quòd in alternatiuis ſatis eſt alteram partem adimpleri: vt in
7 cap. Felicis, de pœn. & Clem. ſi quis ſuadente diabolo, eod. tit. & ideò cùm æquè principaliter ſic contra eos lata cenſura, ſtatim, alligantur, etiam non ſecuto effectu: iuxta ea, quæ docet Nauar. in ſuo man. cap. 27. num. 51. Vgol. in d. c. 12. ſub num. 3. & nos latè etiam diximus ſupra, can. 10. quæſt. 15. Et fauorem præſtare alteri in ordine ad actiones in hoc canone prohibitas, intelligitur etiam is, qui poteſt impedire, & prohibere, ne recurrens ad Curiam Romanam offendatur, & ceſſat id facere; dummodò ſi priuata perſona ſic, dolo malo pernnttat, vt talis recurrens iniuriam patiatur cùm prohibere poſſet: ar. tex. in cap. quantæ, de ſent. excom. ſecus autem ſi negligentia, vel timore non curaret opem ei ferre. Dixi, ſi perſona priuata *d* ſit, quia, ſi perſona publica, quæ ex officio ne delicta committantur, impedire tenetur, non ſolùm opem præſtãdo ad huiuſmodi crimina patranda, ſed etiam ſi ex negligentia non curet impedire, ne illa ſuccedant, in excommunicationem incidit: vt habetur ex Alter. in explic. eiuſdem can. cap. 2. col. 3. ver. Tertiò dubitatur.

Vndecimò ampliatur, vt excommunicatio prædicta ſit generalis lata contra omnes prædicta crimina committentes cuiuſcumque præeminentiæ, & dignitatis fuerint: vt habetur ex ipſo textu in fine, & in principio per dictionem illam, omnes, quæ neminem excludit, vt in l. Iulianus, ff. de leg. 3. Vndè offendentes aliquo ex dictis modis ſupradictas perſonas, incidunt in excommunicationem noſtri canonis, ſiue viri ſint, ſiue mulieres: ſiue liberi, ſiue ſerui: ſiue iuriſdictionem habeant, ſiue non: ſiue ſint in dignitate conſtituti, ſiue non ſint: ſiue reus conuentus actorem interficiat, ſiue actor reum, ſi tertius alterum ipſorum, vel vtrumque. Ita Vgol. hic, §. 1. ſub num. 1. in ver. Nam primò: ex Rebuff. & alijs. Et denique ſiue crimina prædicta committantur authoritate iudiciaria, ſiue priuata: laica, aut Eccleſiaſtica: quoniam verba Bullæ ſunt generalia & non diſtinguunt: vt habetur ex Nauar. in Man. cap. 27. num 68. ver. Quinta: & alijs quos refert, & ſequitur Alter. in explic. eiuſdem can. cap. 1. col. 4. ver. Quare ad incurrendum.

Sic ampliata limitatur dicta concluſio, vt cõ-
8 mittentes dicta crimina tunc incidant in prædictam excommunicationem, quando illa committunt occaſione cauſarum, & negotiorum: vt patet ex illis canonis verbis: *Occaſione cauſarum, vel negotiorum huiuſmodi*. Vndè ſecus ericdicendum ſi propter aliam cauſam, nempe propter inimicitias, & alia huiuſmodi, vt ſupra diximus, quæſt. 2.

Secundò limitatur, vt excommunicatio iſta comprehendat huiuſmodi delicta perpetrantes iniuſtè, ſecus autem ſi iuſtè, nempe ad ſe defendendum, aut alia ex iuſta, ac legitima cauſa, vt ſupra probauimus, quæſt. 2. & Vgolin. hic §. 1. num. 3.

Tertiò limitatur, vt beneficio huius canonis gaudeant fideles tantùm: non autem infideles: & propterea offendentes infideles recurrentes ad Rom. Curiam, probabiliter eſt dicendũ, hanc cenſuram non contrahere: vt ſupra diximus quæſt. 6.

Quartò limitatur, vt prædicto beneficio gau-
9 deant recurrentes ad Romanam Curiam, & nõ
c ad alias Curias *c*: pro cauſis, & negotijs, & non pro alijs rebus vtpotè recreationis gratia: quoniam vi noſtri canonis excommunicantur ſolùm hi, qui pro cauſis, & negotijs ſuis agendis ad curiam recurrunt. Vndè ad contrahendam dictam cenſuram, exigitur, vt offendantur recurrences ad Curiam Romanam: pro cauſis, & negotijs: & quòd offendãtur intuitu cauſarum, & negotiorum. Ita Vgol. loco citato, in ver. Secundò: ver. Tertiò: & ver. Quartò.

Quintò limitatur: vt excommunicatio iſta non alliget offendentes eos, qui recurrunt ad Romanam Curiam, in caſibus, in quibus non poſſunt: nam cùm inſe id non faciant, hoc beneficio non gaudent: vt habetur ex Rebuff. in

prax.

prax.benef.in expoſ.noſtræ Bullæ ar.9. ver.Recurrentes. Quæ quidem opinio,cùm dura ſit, Vgol.hic,§.1.ſub num.3.in ver.Septimò,exiſtimat.quòd non ſit amplectenda. *f*

Hanc ipſam ſententiam tenet etiam Alter. in explicatione eiuſdem canon. col. 4. in ver. Petrus Rebuff. Et hoc ideò quia canon generaliter loquitur abſque vlla diſtinctione, ergo indiſtinctè eſt intelligendus.ar. text.in c.ſolitæ, §. fin.de maior. & obed. Præterea exiſtimat, priuilegium huiuſmodi fuiſſe conceſſum fauore Romanæ Curiæ, non ipſorum recurrentium. Et denique, quoniam fieri poteſt,vt quis bona fide recurrat in caſu, quo probabiliter exiſtimet iure id ſibi licere.

Sextò limitatur,vt hæc cenſura tunc locum ſibi vendicet,quando crimina hoc loco prohibita fiunt ſcienter,& ſcienter auxilium conſilium, & c.præſtantur:& id ob verbum illud: *Verentur*, quod propriè denotat illos,qui abiecta virtutis honeſtate,ſine pudore,& verecundia præſumût dictas actiones committere: vt in c.vit. de cler. peregr.& c.graue,de præben.Vndè ad incurrêdam præd ctam cenſuram requiritur, vt homo ſciens,& prudês huiuſmodi prohibita committat,ſiue principaliter,ſiue ſecundariò.Quo circa ſi quis lapſu linguæ aut inconſideratè conſilium præſtaret hoc loco prohibitum, dictam excommunicationem non contraheret. Et idê ſi quis hæc ageret ignorans recurrentes recurrere ad Romana Curiã pro ſuis negotijs,& cauſis ſiue ignorãtia probabilis ſit, ſiue craſſa,affectata,aut concomitans, iuxta ea, quæ ſupra annotauimus can.1.q.36.37.& 38.

ADDITIO.

a Probatur. Adde Filliuc. tom.1. qq. moral. tract 16. cap.7. quæſt. 12. num. 181. eò quòd in canone nulla mentio fiat de ratas habentibus actiones huiuſmodi. D.Cæſar.

b Indirectè. Adde Alter. hic cap. 2. verſ Seu qui, Reginald. lib. 9. ſuæ prax. num. 318. & Bonac. hoc eodem loco, diſput. 1. quæſt. 13. pun. 3. ſub num.6. in verſ. Tertio eum, hanc excommunicationem extendunt ad eum, qui aliquem grauat, vel moleſtijs afficit ad finem, ut huiuſmodi crimina perpetret: neçnon ad eum, qui de aliqua perſona apud alterum detrahit, grauia mala narrat, quibus audiens moueatur ad perſonam illam occidendam, percutiendam,aut ſpoliandam,Abb. Alex.

c Secuto. Contrarium docet Bonac. de cenſuris Bullæ cœnæ, diſput.1. quæſt.13.pun. 3. num. 5. Sed loquitur conſequenter ad ſua principia: putat enim hîc auxiliantes, conſiliantes, &c. excommunicari accеſſoriè, & non principaliter; quod Duard. negat. Abb. Alexand.

d Priuata. Contrariam ſententiam tenet Bonac. de cenſuris Bullæ cœnæ diſput. 1. quæſt. 13.pun. 3.ſub num.8. in verſ. Sed oppoſitum, putat enim ad incurrendam hanc excommunicationem exigi influxum poſitiuum: Et propterea non impedientem cùm poſſit, non excommunicari,niſi authoritatiuè aſſiſtat,& perſona ſit publica. Sed prior ſententia eſt uerior; quia negatiua propoſitio reducitur ad affirmatiuam. Abb. Alex.

e Curias. Adde Bonac. hic diſp. 1. q.13.pun. 2.ſub num.3.vbi etiam num.4. inquit non gaudere priuilegio huius canonis recurrêtê ad ſedem apoſtolicam pro ſuis negotijs,ipſis iam abſolutis: ſicut dicitur de offendentibus peregrinos, qui cauſi deuotionis Romam acceſſerunt, ſed domum iam redierunt, vt habetur ex Ant. de Souſa diſp.68.num.3. Vndè infertur ex eodẽ dem Bonac. eum,qui huiuſmodi recurrentem, peractis iam cauſis,occidit,non ſubijci huic excommunicationi, etiam ſi illum occidat intuitu negotiorum.

f Amplectenda. Adde Bonac. hoc loco,diſp. 1.q.13.pun.3.ſub num. 3. qui quamuis pro ſententia Rebuff. alleget Reginald. lib 9. ſuæ prax. num.319.& Anton.de Souſa hîc cap.13.diſp.69. num.5.& ſequenti;nihilominus ſententia Vgol. ac Alter. putat probabiliorem, aliàs aperiretur via delictis; cùm pars paſſione ducta ferè ſemper exiſtimet à parte aduerſa moleſtari, nullũq; ius habere. Abb.Alex.

COMMENTVM

In Canonem Tertiumdecimum Bullæ in Cœna Domini.

ITEM excommunicamus, & anathematizamus omnes, tàm Eccleſiaſticos,quàm ſæculares cuiuſcunque dignitatis, qui prætexentes friuolam quandam appellationem à grauamine,vel fatura executione litterarum Apoſtolicarum,etiam in forma Breuis, tàm gratiam,quàm iuſtitiam concernentium; Necnon citationum, inhibitionum, ſequeſtrorum, monitoriorum, proceſſuum, executorialium, & aliorum decretorum,à nobis,& à ſede prædicta, ſeu Legatis,Nuncijs,Præſidentibus, Palatij noſtri,& Camerę Apoſtolicę Auditoribus,Commiſſarijs, & alijs Iudicibus,& delegatis Apoſtolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint,aut aliàs ad Curias ſæculares,& laicam

cam poteſtatem recurrunt, & ab ea inſtante Fiſci procuratore, vel Aduocato, appellationes huiuſmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt. Quæ illa ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito, & conſenſu, vel examine executioni demandari, aut ne tabelliones, & Notarij ſuper huiuſmodi litterarum, & proceſſuum executione, inſtrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cuius intereſt, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, ſeu eorum agentes, conſanguineos, affines, familiares, notarios, executores, ſubſecutores litterarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum, capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex Ciuitatibus, locis, & Regnis eiciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, coneutiunt, & comminantur per ſe, vel alium, ſeu alios, publicè, vel conſultè. Quiuè aliàs quibuſcunque perſonis, in genere, vel in ſpecie, ne pro quibuſuis eorum negotijs proſequendis, ſeu gratijs, vel litteris impetrandis ad Reg. Cam. accedant, aut recurſum habeant, ſeu gratias ipſas, vel litteras à dicta ſede impetrent, ſeu impetratis vtantur, directè, vel indirectè, prohibere, ſtatuere, ſeu mandare, vel eas apud ſe, aut Notarios, ſeu tabelliones, vel aliàs quomodolibet retinere præſumunt.

De Diuiſione canonis. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio iſta, eſt recenter addita Bullæ cœnæ.*
2 *Citatio, quid ſit, & quotuplex.*
3 *Inhibitio, quid ſit.*
4 *Sequeſter licèt dicatur, apud quem plures eandem rem, de qua controuerſia eſt depoſuerunt: tamen hic ſumitur pro re ſequeſtrata.*
5 *Monitorium, quid*
6 *Proceſſus executoriales, quid.*
6 *Decretum, quid.*
8 *Excommunicatio lata contra prohibentes litteras apoſtolicas executioni demandari, eſt antiquior illa, quæ in prima huius canonis parte continetur.*
9 *Excommunicatio lata contra prohibentes ad Romanam Curiam recurrere, non ſolùm pro negotijs proſequendis, ſed etiam pro gratijs, & litteris, ab ea impetrandis, fuit addita Bullæ cœnæ à Inl. III.*

TExtus diuiditur in tres partes. In prima parte fertur excommunicatio contra eos, qui offendunt iuriſdictionẽ Sedis Apoſtolicæ, prætextu alicuius friuolę appellationis, recurrendo ad Curias ſæculares, & poteſtatem laicam, ad quam à grauaminibus, vel futura executione litterarũ apoſtolicarum appellant. In ſecunda fertur excõmunicatio contra prohibentes prædictas litteras apoſtolicas executioni demandari: ſiue ſimpliciter prohibeant, ſiue ex beneplacito, & conſenſu, vel examine. In tertia parte fertur excommunicatio contra eos qui accedẽtes ad Romanam Curiam pro negotijs eorum proſequendis, aut litteris, ſeu gratijs impetrandis, prohibent ne accedant. Secunda ibi. Quiuè tertia ibi. Quiuè aliàs.

Circa primam partem, quatuor veniunt cõſideranda. Primò tempus latæ excommunicationis. Secundo perſonæ, quæ excommunicantur. Tertiò actiones propter quas fertur excommunicatio. Quartò litteræ, à quarum
1 executione appellari prohibetur.

Quoad primum eſt annot. quòd recenter addita eſt noſtræ Bullę præſens clauſula: cùm nec in Bulla Greg. XIII. quam Nauar. explicauit, reperiatur: vt videre eſt apud ipſum in ſuo Man. cap. 27. num. 68.

Quoad ſecundum, excommunicatio generalis eſt, comprehẽdens omnes, & quaſcunq; perſonas a, tam ſæculares, quàm Eccleſiaſticas, cuiuſcunque dignitatis ſint: ſiue ſint de territorio Eccleſiæ, ſiue alterius, vt bene notat hìc Vgol. §. 1. ſub n. 1. in ver. Nam primò.

Quoad tertium, quatuor ſunt actionẽs, quæ vi præſentis canonis prohibentur. Primò friuolè appellare à grauaminibus, & futura executione litterarum Apoſtolicarum ad ſæculares Curias. Secundò à Poteſtate laica, etiã inſtante Fiſci procuratore, vel Aduocato, huiuſmodi appellationes admitti. Tertiò litteras Apoſtolicas per laicam poteſtatem capi facere. Quartò litteras Apoſtolicas à laica poteſtate detineri facere.

Quoad quartum ſeptem ſunt litteræ Apo-
b licæ b, à quarũ executione appellari prohibetur. Primò litteræ Apoſtolicæ, etiam in forma Breuis. Secundò citationes. Tertiò inhibitiones. Quartò ſequeſtra. Quintò monitoria. Sextò proceſſus executoriales. Septimò quæcunque alia decreta, non ſolùm ipſius Romani Pont ficis; ſed etiam Legatorum, Nunciorum, Præſidẽtiũ, Cameræ Apoſtolicæ Auditorum, Commiſſariorũ, Iudicũ, & Delegatorum Apoſtolicorum.

Sunt autẽ litteræ Apoſtolicæ in forma Breuis, quæ Breuia nuncupantur, ad differentiam Bullarum, quæ à Bulla plumbea illis appenſa ſic appellantur, vt aliàs diximus.

Citatio eſt vocatio alicuius ad Iudicem ex-
2 periundi iuris cauſa facta, vt in l. 1. ff. de in ius voc. Quæ quidem citatio diuiditur in verbalẽ, quæ fit per nuncium, per epiſtolam, ſeu præceptum, vel per edictum: & in realẽ, quæ dicitur, quando Iudex aliquem capiẽdum curat: vt habetur ex Iaſ. in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. in prin. Et de vtraque citatione in hoc canone tractari, probat Vgol. in explicatione d. can. n. 1.

Inhibitio eſt prohibitio facta ab habente ma-
3 iorem poteſtatem, iudici, vel parti, aut alteri, ne quid faciat, cæptumque proſequatur ad iuriſdictionem, & iura, & ad pacem præſertim cõſeruandã. Et fit ab homine, aut à lege: vt declarat Mandoſ. in ſuo tract. de inhibit. q. 1. relatus ab Vgol. loco citato, n. 2. vbi ait, quòd hoc loco tãtùm agitur de inhibitionibus factis ab homine, & ſic à Iudicibus, hìc mentionatis, aut à Romano Pontifice.

Sequeſter licèt is appelletur, apud quem plu-

res

4 res eandem rem, de qua controuersia est depo-
fuerunt: vt in l. sequester. ff. de verb. signif. tamē,
quoad rem nostram attinet, sequester sumitur
pro re sequestrata. Et quoniam sequestratio est
duplex, voluntaria scilicet, quæ de partium vo-
lūtate fit: & necessaria, quæ à Iudice, etiam par-
tibus contradicentibus, & quatuor modis fieri
contingit, vt per Abb. in c. dilectus, num. 2. cum
multis seq. de sequestr. possess. hoc loco agitur
non de priori, sed de posteriori sequestratione,
nempe pro ea, quæ fit Iudicis authoritate, & nō
cui uiuis Iudicis, sed eorum tantùm, qui in hoc
canone numerantur.

Monitorium, est præceptum factum sine cau-
3 sæ cognitione, cum clausula: si senseris te grauā-
tum, &c. vt habetur ex Quint. Mandos. in suo
tract. de Monitor. q. 2.

Processus executoriales, sunt processus, vbi
6 de re exequendo aliquid mandatur: vel meliùs di-
camus, quòd ly. *Processuum* distinguitur à ly *Exe-
cutorialium*: atque adeò processus dicitur ordo
legitimus, secundum quem controuersiæ cau-
sarum cognitæ definiuntur. Etenim processus
dicitur scriptura, in qua vniuersa Iudicij acta
continentur: vt in c. quoniam cōtra, de probat.
Et litteræ executoriales nuncupantur, quibus
alteri committitur aliquid exequendum: vt in
c. venerabilis, de præben. & hoc modo has dic-
tiones intelligit Alter. hoc loco, cap. 1. col. 4.
in ver. *Processuum*: & in ver. *Executorialium*. Decre-
tum denique plura significat: nam aliquādo su-
7 mitur pro sententia diffinitiua: aliquando pro
interlocutoria; aliquando pro omni eo, quod
ordinatur à superiore, aut fit à Iudice cum cau-
sæ cognitione: & denique pro deliberata com-
missione Iudicis facta cum causæ cognitione,
contra ordinationem, & absolutionem: vt ha-
betur ex Ias. & alijs in l. nec quicquam, §. vbi de-
cretum, ff. de off. Procon. & Vgol. loco citato,
vbi de supradictis omnibus latè tractat.

Circa secundā partem quatuor similiter cō-
siderantur: nempe tempus latæ excommunica-
tionis: personæ, quæ excommunicantur: actio-
nes, pro quibus fertur excommunicatio, & de-
nique considerantur personæ, contra quas prę-
dictæ actiones fieri prohibentur.

Quoad primum est annot. quòd excommu-
2 nicatio ista, lata cōtra prohibentes litteras Apo-
stolicas executioni demandari, est antiquior il-
la, quæ in prima parte nostri canonis continē-
tur: nam eius meminit Syl. in sum. in ver. Ex-
communicatio, 7. n. 7. excom. 26. & alij, quos re-
fert Sayr. in explicatione huius can. lib. 3. Thes.
c. 17. num. 7.

Quoad secundum, excommunicatio, generā-
lis est, omnes & quoscunque comprehendens;
siue sæculares sint, siue Ecclesiastici cuiuscum-
que dignitatis: & siue sint de territorio Eccleſię
siue alterius; publicè, aut priuatā authoritatē:
vt per Nauar. in Man. c. 27 n. 68. ver. Quinta. &
Vgol. hic in ver. *Quæ illa*, sub num. 1.

Quoad tertium actiones, pro quibus fertur
excommunicatio, sunt quatuordecim. Primò
impedire executionem litteram Apostolicarū.
Secundò prohibere earundum executionem.
Tertiò impedire, seu prohibere instrumēta cō-
fici, vel acta super executione earundem litte-
rarū. Quartò impedire, seu prohibere acta con-
fecta tradi parti, cuius interest. Quintò capere
aliquem ex personis infra dicendis. Sextò per-
cutere aliquem ex ipsis. Septimò vulnerare.
Octauò carcerare. Nonò detinere. Decimò
eijcere de Ciuitatibus, locis, aut Regnis. Vnde-
cimo spoliare bonis. Duodecimò perterreri fa-
cere. Decimotertiò concutere. Decimoquartò
comminari. Et hæc omnia, siue per se, siue per
alios: publicè, vel occultè.

Quoad quartum octo sunt personæ, contra
quas prædictas actiones fieri prohibetur. Pri-
mò partes. Secundò eorum Agentes. Tertiò cō-
sanguinei. Quartò. Affines. Quintò familiares.
Sextò Notarij. Septimò. Executores. Octauò
subsecutores.

Ex quibus est annot. ex Sayr. loco citato,
quòd vi presentis canonis excōmunicētur seor-
sim, qui prohibent executionē litterarū, simpli-
citer: & etiam qui eandē prohibent sine consē-
su, & examine. Vndē quælibet istarum prohibi-
tio, aut quodlibet impedimentum, satis est ad
excommunicationem contrahendam.

Circa tertiam partem, in qua excommunicā-
9 tur prohibentes eos, qui ad Romanam Curiam
accedunt pro eorum negotijs prosequēdis, aut
litteris, seu gratijs impetrandis est annot. quòd
hæc vltima pars in hoc differt à præcedenti ca-
none, quòd ibi excommunicantur offendentes
recurrentes ad Romanam Curiam pro suis ne-
gotijs: hic verò excommunicantur prohibentes
ad Romanam Curiam recurrere, nō solùm pro
eorum negotijs prosequendis: sed etiā pro gra-
tijs, & litteris ab ea impetrandis. Hæc particula
fuit primo Bullæ cœnæ addita à Iul. III. vt pa-
tet ex Ledes. relato à Sayr. hoc loco in fine. Vbi
quoque notat, quòd excommunicatio ista ge-
neralis est, omnes, & quascūque personas com-
prehendens, sequentes actiones, vel earum alte-
ram, præsumptuosè tamen committentes.

Actiones denique prohibitæ, sunt quinque.
Primo prosumptuosè prohibere accedentes ad
Romanam Curiam pro eorum negotijs prose-
quendis, aut litteris, seu negotijs impetrandis.
Secundò præsumptuosè statuere. Tertiò mā-
dare, ne quis accedat, aut recursum habeat ad Ro-
manam Curiam pro quibuslibet negotijs prose-
quendis, vel pro gratijs, autlitteris impetrandis,
vel ne gratias ipsas, vel litteras à dicta Sede Apo
stolica impetret, & ne impetratis vtatur, siue di
rectè, siue indirectè. Quartò retinere apud se lit
teras ab aliquo impetratas. Quintò easdē reti-
nere apud Notarium, aut aliàs quomodolibet.

ADDITIO.

4 Personas. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral.
tract. 16. num. 199. Bonac. de censuris Bullæ
cœnæ, disput. 1. quæst. 14. pun. 1. sub num. 25.
& 26. vbi id ampliat, siue recursus habeatur ad
laicam potestatem in causis spiritualibus, siue
temporalibus, & prophanis: siue Iudices laici,
ad quos recurritur non sint subditi Ecclesiæ,
& à Summo Pontifice non constituti: siue sint
subditi, & à Romano Pontifice constituti,
vt sunt Gubernatores Ciuitatum: nam hi laica
potestate potiuntur; Et id etiam si iudex
sæcularis appellationem non admittat.

Imò

Imò præfati Doctores, & Suar. de cenſuris, diſput. 21. ſect. 2. num. 76. idem dicendum putant de iis, qui ad Prælatum Eccleſiaſticum recurrunt, habentem ſolùm iurisdictionem temporalem, & laicam: vel temporalem, & Eccleſiaſticam, & confugiunt ad illum tanquam laicam poteſtatem habentem, quoniam hi dicuntur recurrere ad ſæculares curias, & ad iudices ſæculares. Abb. Alex.

b Apoſtolica. Adde hic Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 8. quæſt. 5. num. 198. & Bonac. hoc loco, diſput. 1. quæſt. 14. pun. 1. à num. 9. ad 20. vbi probat nomine litterarum apoſtolicarum non ſolùm comprehendi Bullas, & Breuia, ſiue gratiam, ſiue iuſtitiam, contineant, citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria, proceſſus, litteras exequutoriales, & decreta; verùm etiam litterarum apoſtolicarum nomine comprehendi ſupplicationes ſignatas: quoniam ſaltem ſub generali nomine decretorum comprehenduntur, quamuis Reginald. lib. 9. ſuæ praxis, cap. 21. num. 330. velit, ſupplicationes apoſtolicas concernentes gratiam, vel iuſtitiam per Romanum Pontificem, vel S. Rom. Eccleſ. Vicecancellarium, ſeu Viceſgerentes eorum, aut de mandato eiuſdem Romani Pontificis ſignatas, & datatas ſub diſpoſitione huius canonis non includi, atque ideò impedientem earum exequutionem excommunicatione non alligari. An autem recurrentes ad Curias ſeculares ad impediendas litteras Collegij Cardinalium, ſede vacante, incidant in excommunicationem huius canonis, latiùs infrà Deo duce dicetur quæſt. 9. ſub nu. 2. Abb. Alex.

Vbi (*Prætexentes friuolam quandam appellationem.*) Quænam dicatur friuola appellatio. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio friuola, quæ dicatur.*
2 *Appellantes friuolè à grauaminibus, & futura executione litterarum Apoſtolicarum ad ſæculares Curias, in excommunicationem incidunt.*

1 REſpondetur, quòd friuola appellatio dicitur, & leuis ex defectu ſufficientis cauſæ, ſic pro leuis pretij ſuppellectile hoc verbũ vſurpatur in l. ſolutum, 9. pœnult. ff. de pignor. actio. Dicitur quoque friuola appellatio, quando eſt à ſuperiori ad Inferiorem: quoniam legitima, & vera appellatio eſt à minori Iudice ad ſuperiorẽ prouocatio, c. placuit, 2. q. 6. Quocirca cùmquis à decretis Romani Pontificis ad ſæcularem Curiam appellat, inaniter, & iniquè dicitur appellare: quia talis appellatio eſt à ſuperiore ad Inferiorem. Etenim vbi quis ſe grauatum ſentit ex litteris apoſtolicis, ſeu Decreto Romani Põtificis, ad eundem recurrere debet, c. meminimus, c. ad hæc, il ſecundo, de appell. Ita Alter. in explicat. huius canonis cap. 1. col. 2. ver. Qui prætexentes: vbi etiam illud quoque animaduertendum putat, Romanum Pontificem, hoc loco, appellationis nomine ſignificare velle omnem modum, quo' quis ſolet ad ſæculares Curias confugere, ſiue id per appellationem agat, ſiue per recurſum, aut ſupplicationem, aut inuocando bracchium ſæcula-
a re, vel quouis alio modo a: nam ſemper excommunicatio iſta contrahitur, tum quia nulla poteſt aſſignari diuerſitatis ratio, tum quia id probari videtur ex dictione illa, *Aut alias*, quæ denotat: Alio caſu, vel alio quocunque modo, l. Qui teſtamento, §. mulier, ff. de teſtam. l. 1. §. ſiue autem intra Vrbem, iuncta Gloſ. in verſ. Alias, ff. de aqua quot. æſt. Quare ſenſũ dictorum verborum hunc eſſe arbitratur: Qui prętextu friuolæ appellationis, aut alias quocunque alio modo ad Curias ſæculares recurrunt. Quod verum puto, vbi actiones in hoc canone prohibitas per talem recurſum committunt contra ipſius diſpoſitionẽ: vt patet ex illis verbis. *Aut alias ad Curias ſæculares, & laicam poteſtatem recurrunt, & ab ea inſtante fiſci procuratore, vel Aduocato appellationes huiuſmodi admitti, ac litteras, &c.*

Fiuolè igitur appellantes à grauaminibus, &
2 futura executione litterarum Apoſtolicarum ad ſæculares Curias, vi præſentis canonis excommunicantur quoniam appellatio adinuenta fuit ad innocentiæ præſidium, non autem ad defendendum malitiam appellantis, c. ſuggeſtum, & cap. ad noſtram de appell. & ad imperitiam, ac Iudicis iniquitatem detegendam, l. 5. ff. eod. tit.

ADDITIO.

a Modo. Adde Alter. hic cap. 2. columna 2. in fine Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 8. quæſt 5. num 199. Honned. conſ. 70. num. 32. tom. 2. Cæned. pract. qq. ſingul. 62. nu. 5. Barboſ. de dict. cum alijs, quos allegant. Et id per dictionem illam, *Alias*, quæ ſignificat quocunque alio modo, l. denique, §. interdum, ff. de pecul. legat l. 1. §. ſiue autem, ff. de aqua quot. æſtiua. Imò Filliuc. loco citato, num. 190. & ſequenti, & alij putant alligari excommunicatione huius canonis non ſolùm recurrentes ad ſæculares Iudices per viam appellationis ad impediendum litteras apoſtolicas; ſed etiam ſi ſæcularium Iudicum opera vtantur, vt ipſi authoritatiuè faciant appellationes ab Eccleſiaſticis Iudicibus admitti; nam hi dicuntur ad ſæculares Iudices recurrere prætextu appellationis. Eſt tamen verùm, quòd ipſi recurrentes vt ſupra id fieri curent non authoritatiuè, ſed priuato nomine, & titulo amicitiæ excõmunicationem nõ contraherent; quia non dicerentur recurrere ad laicam poteſtatem formaliter, ſed ad eam tanquam priuatam perſonam. Sicut nec Iudices laici dum præfatam appellationem ab Eccleſiaſticis iudicibus admitti faciunt; quoniam appellationem ipſi non admittunt, neque exequutionem litterarum Apoſtolicarum impediunt. D. Cæſar.

An, ſi appellatio huiuſmodi non ſit friuolè interpoſita, ſed ad manifeſtam iniuriam, ac Iudicis iniquitatem repellendam, incurratur excommunicatio noſtri canonis. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudine introduci poteſt, quod priuilegio fieri poteſt.*

2 *Appellare non licèt à ſententijs, & litteris Romani Pontificis ad ſeculares Curias, etiam ad neceſſariam ſui defenſionem contra iniuriam, quam certò cognoſcit ſibi illatam.*

3 *Appellatio eſt ab inferiori Iudice ad ſuperiorem prouocatio.*

4 *Romanus Pontifex maior eſt Apoſtolo Paulo in adminiſtratione.*

5 *Appellans ad Curias ſeculares à futura executione litterarum Apoſtolicarum ad manifeſtam iniuriam, et iniquitatem Iudicis Eccleſiaſtici repellendam, incidit in excommunicationem can. 16 Bullæ cœnæ, & fortè etiam in cenſuram huius canonis.*

6 *Appellatio friuola dicitur, non ſolùm illa, quæ nugatoria eſt, & ludi ex defectu juſtificantis cauſæ; ſed etiã quacunque alia ex cauſa.*

7 *Appellans ab iniuſta executione litterarum Rom. Põtificis ad ſeculares Curias, excommunicationem cõtrahit, etiã ſi ſibi, aut ſuis bonis non poſſit alias conſulere, niſi appellando ad dictas Curias.*

8 *Appellatio ab iniuſta executione litterarum Rom. Põtificis ad ſæculares Curias, eſt intrinſecè mala.*

9 *Appellare licèt quis non poſſit ab iniuſta executione litterarum Romani Pontificis ad ſæculares curias etiam ad neceſſariam ſui defenſionem; nihilominus ad dictas Curias poteſt recurrere, tanquam ad perſonas priuatas extra cenſuram aliquam maximè vbi grauamen eſt manifeſtum, & periculum eſt in mora.*

10 *Prætextus, ſignificat non ſolùm ſimulatam, ſed etiam veram cauſam.*

11 *Conſuetudo quando eſt à iure improbata, non poteſt habere vim priuilegij. Idẽ dicendum eſt, quando tractatur de eo, qui non eſt capax iuris, & poteſtatis.*

12 *Conſuetudo, vt quis poſſit appellare ab iniuſta executione litterarum Rom. Pontificis ad ſæculares Curias, eſt à iure reprobata, etiam concurrente fama.*

IN hac re Nauar. in ſuo Man. c. 27. ſub n. 69. ait, quòd ex communi praxi Hiſpaniarum, & Galliarum, Reges defendunt poſſidentes colorato titulo Beneficia Eccleſiaſtica, ne abſque iuſta cauſæ cognitione detrudantur, vel ſpolientur virtute quarumcunque litterarum Apoſtolicarum. Bene verum eſt, quòd ipſe Nauar. conſuetudinem hanc iuri conformem, niſi difficulter probari poſſe arbitratur.

Doctores autem tenẽtes prædictam praxim, iuri conſentaneam eſſe, fundantur primò quia Summus Pontifex per præſentem canonem, & alios ſimiles ſolùm prohibet, ne laici ad ſeculares Prætoria, & tribunalia clericorum cauſas trahant, prætextu conſuetudinis, aut violentiæ, vel prætexentes friuolam quandam appellationem: prætextus autem velamen eſt, quo moueri ſe aliquis ſimulat ad aliquid faciendum, cùm tamen alia cauſa moueatur. Sic vtitur hac voce Sueton. in vita Cæſaris. & in vita Tiberij: ergo, quando appellatur ad Curias ſæculares, ad manifeſtam iniuriam propulſandam, & ad Iudicis iniquitatem repellendam cùm alia via propriæ indemnitati prouideri non poſſit, non incurritur excommunicatio in hoc canone contenta.

Secundò licitum eſt de iure naturæ innocẽtem defendere, & hoc præcipuè Principibus, & Magiſtratibus, quibus ex vi muneris incumbit: ergo licitum eſt vnicuique ad neceſſariam ſui defenſionem contra iniuriam quam certò cognoſcit ſibi illatam, ſi alia via conſulere ſibi nõ poſſit ad Curias ſæculares appellare citra cenſurã, quæ in præſenti canone continetur: quoniã eadẽ ratio, quæ militat in Iudicibus: ad quos appellatur, militat etiam in appellantibus: nam ſicut licitum eſt innocentem defendere; ita, & tantò fortiùs licitum eſt ipſi innocenti ſe ipſum tueri, l. vt vim. ff de iuſt. & iur.

In eandem ſententiam inclinat Sayr. in explicatione huius canonis. lib. 3. Theſ. tom. 1. cap. 17 n. 5. dum ait, probabile ſibi videri, quòd ſi quis ad neceſſariam ſui defenſionem contra iniuriã, quam certò cognoſcit ſibi illatam, & quàm alia via depellere nequeat, niſi ad Curias ſæculares appellando, ad dictas Curias appellans, non incidit in cenſuram d. canonis: quoniam non videtur eſſe S. Pontificis intẽtio, vt aliquo modo inferenti tam grauem iniuriam, & calumniã manifeſtam fauere velit. Quòd ſi alio modo grauamen huiuſmodi, & iniuriam vitare poſſit, appellando ſcilicet ad Sedem Apoſtolicam, ſeu eidem ſupplicando, & cauſæ veritatem exponẽdo, appellans ad Curias ſæculares, proculdubio in dictam cenſuram incidit hoc idem tenet Graff. hoc eodem loco. lib. 4. Dec. c. 18. nu. 139. quando grauati reperiuntur in partibus longinquis; ſecus autem proximis.

Tertiò quamuis Principibus nõ appareat ſuper prædictis aliqua fuiſſe conceſſa priuilegia; nihilominus, cùm vi immemorabilis conſuetudinis, eorum officiales in clericorum cauſis modo ſupradicto intromittere ſe conſueuerint, illa conſuetudo longiſſimi temporis habet vim priuilegij: nam conſuetudine fieri poteſt, quòd Principis priuilegio fieri ſolet, l. hoc iure; verſ. Ductus aquæ, ff. de aqu. quot: & æſt. Suarèz denique in explicatione ſequentis clauſulæ, diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. num. 76. nihil certi voluit in hac re determinare, ſed ait conſulendum eſſe S. Pontificem.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam arbitror de iure veriorem eſſe. Pro cuius rei explicatione, ſit

Prima Concluſio.

2 NVllo modo licitum eſt appellare à litteris Romani Põtificis ad ſæculares Curias, etiã a ad neceſſariam ſui defenſionem a contra iniuriam, quam certò cognoſcit ſibi illatam, & quã alia via depellere nequeat, niſi ad ſæculares Curias recurrat.

Probatur: quoniam omnis appellatio, eſt ab 3 inferiori Iudice ad ſuperiorẽ prouocatio, c. placuit, il 2. 2. q. 6. & c. non putamus, & ibi Glo. de con-

conſuet.lib.6. Modò Iudices ſæculares quantũ-
uis ſupremi, & eorum Principes quantumuis
abſoluti,ſubditi ſunt Romano Pontifici, & ipſe
omnibus eſt ſuperior,& ſuper omnem poteſta-
tem,tùm Eccleſiaſticam,tùm ſecularem, c.cun-
4 cta per mundum.9.q.3.Imò Sum.Pontifex ma-
ior eſt Apoſtolo Paulo in admiuiſtrando,ar.tex.
cùm Gloſin cap.lector,34.d.c.ſunt quidem,vbi
Gloſ.25.q.1.

Secunda Concluſio.

APpellans ad Curias ſeculares à futura execu-
tione litterarum Apoſtolicarum ad mani-
feſtam iniuriam, & iniquitatem Iudicis Eccle-
ſiaſtici repellendam, incidit in excommunica-
tionem canonis 16.præſentis Bullæ.

Probatur,quoniam vi dicti canonis ſimplici-
ter excommunicantur,qui iudicium fori Eccle
ſiaſtici eludentes,ad Cancellarias,& alias Curias
ſeculares recurrunt,& ab illis prohibitiones, &
mandata etiam pœnalia Ordinarijs locorum,aut
eorum Delegatis decerni,& contra illos exequi
procurant. Vndè comprehenduntur appellan-
tes ab executione litterarum Apoſtolicarum
ad ſæculares Curias: quia iſti videntur eludere
iudicium Eccleſiaſtici fori.

Tertia Concluſio.

APpellans vt ſupra ad Curias ſæculares à fu-
tura executione litterarum Apoſtolicarũ,
eſtó,quòd appellet ad manifeſtam iniuriam, &
iniquitatem Iudicis Apoſtolici repellendam;
nihilominus puto probabiliter,quòd incidat in
5 excommunicationem noſtri canonis. *b*

Probatur : quoniam vi noſtri canonis excõ-
6 municantur,qui prætexentes friuolam appella-
tionem à grauamine, vel futura executione lit-
terarum ad Curias ſæculares, & ad laicas pote-
ſtates recurrunt.Modò appellatio friuola dici-
tur nonmodo illa,quæ nugatoria eſt,& leuis ex
defectu ſufficientis cauſæ, vt quæſt. præcedenti
diximus,ſed etiam quacunque alia ex cauſa;hu-
iuſmodi autem dici poteſt appellatio, de qua
agitur, cùm per eam appelletur à maiori Iu-
dice ad inferiorem contra naturam appella-
tionis, per ea, quæ ſupra annotauimus con-
cluſ.1.

Hanc concluſionem amplio veram eſſe,etiã-
7 ſi appellans vtſupra,non poſſit ſibi : vel ſuis bo-
nis conſulere,niſi appellando ad Curias ſæcula-
res: nam cùm talis appellatio, ſit intrinſecè ma-
8 laeo quòd per eam committitur ſacrilegium,
quo offenditur authoritas Sedis Apoſtolicæ; vt
notat hìc Sayr.in prin. nunquam licita eſſe po-
teſt etiam ad propriam vitam tuendam: ar.tex.
in cap.ſuper eo,de vſur.

Quinta concluſio.

9 QVamuis nullo pacto licitum ſit appellare à
litteris Apoſtolicis ad ſeculares Curias,etiã
ad neceſſariam ſui defenſionem, & cùm aliàs ſi-
bi conſulere nõ poſſit: nihilominus eo caſu re-
currentes ad Curias ſæculares ; non formaliter
per viam appellationis, ſed tanquam ad perſo-
c nas priuatas *c*, non incidunt in excommunica-
tionem noſtri canonis.

Probatur,quoniam hoc loco excommunicã-
tur hi tantùm,qui prætexentes friuolam quandã
appellationem, formaliter appellant ad Curias
ſæculares,vt Curia ſæcularis eſt: ergo noſter ca-
non non comprehẽdit eos, qui non per viã ap-
pelationis recurrunt ad Curias ſæculares, ſed
earum implorant auxilium,vt priuatarum per-
ſonarum, contra Iudices Apoſtolicos de facto,
& contra omne iuris debitum aduerſus ipſos
procedentes.Et eo magis quando grauamen eſt
manifeſtum,& periculum eſt in mora: & recur-
ſus ille habeatur donec, & quouſque ſupplica-
tio porrigatur Summo Põtifici, qui viſo grauã-
mine,& iuribus ſupplicantium, poſſit eorum
indemnitati prouidere.

Reſtat modò, vt ad contraria reſpondemus.

AD primum reſpondetur ex Axor.lib.5.Inſtit.
10 moral.p.1.c.12.q.1. in ver. vnum eſt, quòd
hoc nomen,prætextus,canones,& leges intelli-
gunt,etiam veram cauſam,& non tantùm fimu
latam,& fictam: vt in l.ſub prætextu,C.de tran-
ſact.c.Inter monaſterium,& c.ſuborta,de ſent.&
re iud. Et ideò vt noſtri canonis comprehen-
duntur appellantes ad Curias ſæculares, etiam
ad manifeſtam Apoſtolici Iudicis iniquitatem
repellendam.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd quamuis
concedamus Poteſtatem ſæcularem de iure na-
turæ innocentem aliquem contra poteſtatem
Eccleſiaſticam defendere poſſe;illud tamen au-
thoritatiuè nullo modo poterit,cùm non ſit ſu-
perior. Solùm igitur id poterit, vt perſona pri-
uata,quando iniuria eſt manifeſta,& periculum
eſt in mora, donec grauatus poſſit S. Pontifici
ſupplicationem porrigere: & ita ſibi conſulere.

Ad tertium reſpondetur, quòd conſuetudo
11 lõgiſſimi tẽporis nõ poteſt dare in caſu noſtro
priuilegium, iuxta tex. in l.hoc iure. §. ductus
aquæ.ff.de aqua quot. & æſt.quoniam,vt bene
aduertit Azor.in d.loco, vet. Sed obijciunt, &
nos aliàs diximus,in duobus caſibus poteſt plus
priuilegium, quàm conſuetudo longiſſimi, &
immemorabilis tẽporis.Primus caſus eſt.quan-
do quis non eſt capax poteſtatis,& iuris.Secun-
dus caſus eſt, quando conſuetudo à iure ipſo
12 improbatur. At verò laicus incapax eſt pote-
ſtatis ſpiritualis, & conſuetudo deſuper intro-
ducta à iure reprobatur,etiam concurrente fa-
ma,vt rectè probat Azor. cùm aliis, quos ibidẽ
allegat. Non ergo poteſtas ſæcularis poteſt ſe
intromittere in cauſis Eccleſiaſticis, niſi priui-
legium oſtendat,& probet,per ea, quæ aliàs di-
ximus.

ADDITIO.

4 Defenſionem. Adde hic Reginald lib.9.ſuę
praxis,c.21.n.320.& Hilliuc. tom.1. qq. moral.
tract.16.cap.8.q.4.141. D.Cæſar.

Canonis. Adde Alter. hîc disp. 14. cap. 1. col. 2. Mirand. de ordin. iudic. q. 30. ar. 12. concluſ. 3. Anton. de Souſa hoc eodem loco, diſp. 74. n. 2. & alios, quos refert, & ſequitur Bonac. hoc eodem loco, diſput. 1. q. 14. pun. 1. num. 2. & in ſuo tract. de legib. diſp. 10. q. 2. pun. 1. §. 1. num. 10. & ſequenti, vbi contraria ſoluit. Abb. Alex.

e Priuatas. Adde hîc Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 8. quæſt. 1. num. 200. Anton. de Souſa hoc loco, diſput. 74. num. 1. & diſput. 75. num. 5. & ſeq. Sayr. lib. 3. de cenſuris, cap. 18. num. 9. Rodriq. 1. parte ſummæ, cap. 156. num. 8. Vega in ſumma, tom. 1. cap. 29. caſu 1. num. finali; & Bonac. hoc eodem loco, diſp. 1. quæſt. 14. pun. 1. ſub num. 7. qui idem à fortiori putat dicendum, quando ex litterarum exequutione graue damnum iniuſtè infertur nec adeſt iudex Eccleſiaſtic. ad quem poſſit haberi recurſus: tunc enim licitus eſt recurſus ad ſæculares, donec res Romano Pontifici deferatur. Sicut è contra licitum eſt laico recurrere ad Eccleſiaſticum iudicem indefectum Iudicis ſecularis, vt habetur ex Marta, de iuriſd. par. 4. c. 8. num. 38. & ſeq. Reginald. lib. 9. ſuæ praxis, num. 239. Anton. de Souſa hîc cap. 14. diſp. 75. num. 11. & ex aliis apud eundem Bonac. loco citato, num. 8. Abb. Alex.

Ibi *(Appellationes huiuſmodi admitti)* Quid eſt appellationem admittere. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Appellationem admittere, idem eſt, quòd appellationem recipere.*

1 REſpondetur quòd appellationem admittere idem eſt, quòd appellationem recipere l. ei curiis, ff. de appell. l. ſi quis, §. hi autem, ff. de iniur. Et idem, quod appellationi deferre, c. an ſit, de appellat. Huic contrarium eſt repudiare, l. appellationes, C. eod. Excommunicat igitur
a Romanus Pontifex tum eos, qui recurrunt a per ſe ipſos ad Curias ſeculares, & ab illis, obtinent appellationem admitti ad impediendam executionem litterarum Apoſtolicarum, & prouiſionum; tùm etiam illos, qui immediatè non appellant, ſed confugiunt ad Aduocatum, ſiue Procuratorem Fiſci Curiæ ſæcularis, & eius opera vtuntur ad retardandam dictam executionem; ideſt vt ipſe compareat, appellet, & procuret appellationem admitti. Ita Alter. in explicatione huius canon. cap. 1. col. fin. in ver. Et ab ea inſtante.

ADDITIO.

a Recurrunt. Adde hîc Bonac. de cenſur. Bullæ cœnæ diſp. 1. quæſt. 44. pun. 1. num. 1. in fine. Abb. Alex.

Ibi *Sine eorum beneplacito, conſenſu, vel examine)* An Poteſtates ſæculares prohibentes litteras Apoſtolicas executioni demãdari, niſi prius ab eiſdem examinentur, & aſſenſus præſtetur, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Litterarum Apoſtolicarum executionem impedientes, niſi prius à Poteſtatibus ſæcularibus examinentur, & earum præſtatur aſſenſus, incidunt in excõmunicationem huius canonis.*

2 *Iuri patronatus Laicorum poteſt Romanus Pontifex derogare, licèt nunquam cenſeatur prædicto iuri derogaſſe, niſi expreſsè id faciat.*

3 *Litteræ Apoſtolicæ recognoſci poſſunt, & diſcuti, cùm dubitatur de ipſarum ſurreptione aut falſitate per Eccleſiaſticas tantùm, non autem laicas Poteſtates.*

4 *Conſuetudo quantumuis longiſſimi temporis, non excuſat Poteſtates ſæculares impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum.*

5 *Priuilegio Rom. Pontificis concedi poteſt, vt Poteſtas ſæcularis poſſit impedire executionem litterarum Apoſtolicarum.*

6 *Litterarum Apoſtolicarum executionem poteſt impedire Poteſtas ſæcularis, ſi probabiliter dubitet, an ſint Pontificiæ.*

7 *Priuilegium concedi poteſt à Rom. Pontifice, Legatis, ac Nuncijs Apoſtolicis, ne cogi poſſint oſtendere litteras Pontificias ſuarum legationum, & facultatum.*

IN hac difficultate Couar. pract. qq. c. 35. ſub num. 4 in verſ. Sic etiam; ait quòd in Hiſpaniarum Regnis, multis in caſibus, & negotijs, litteræ apoſtolicæ ante illarum executionem ad Regia mittuntur tribunalia, vt illic examinẽtur: & id ex Regio decreto, ne quid fiat, & obtineatur falſis precibus, & importunis ſuggeſtionibus à Romano Pontifice aduerſus Regis, Regumque Hiſpaniarum priuilegia, & apoſtolicas cõceſſiones: & ne litteræ eiuſdem Romani Põtificis contra publicam ſpiritualis, Eccleſiaſticę, & temporalis illius Regni vtilitatem, præter ipſius concedentis voluntatem, & conſenſum executioni mandentur.

Id autem iuſtum, ac rationabile eſſe probat primò quoniam id ſeruat vſus, & conſuetudo in multis Chriſtianorum, & catholicorum Principum Prouincijs.

Secundò, quia id docuit Driedonius lib. 1. de libert. Chriſtian. pag. 183. dum diſtinguit, aliud eſſe poteſtatem ſæcularem abſolutè mandare, aut cõſtituere, ne quiſquam pareat litteris apoſtolicis iuſtitiam, aut gratiam concernentibus: & aliud eſſe poteſtatem ſecularem mandare, aut conſtituere, vt ſine ſuo beneplacito, & examine nemo pareat huiuſmodi litteris, nec eaſdẽ executioni mandet. Primum quidem improbat: ſecundum autem admittit. Idem non modò in Hiſpaniarum, ſed in multis alijs Regnis, & Prouincijs Poteſtas Legatorum, ſeu Nunciorum Apoſtolicæ Sedis examinatur, vt admoneri, poſſint à Summo Regis Prætorio, quibus vti conueniat diſpenſationibus, & cõmiſſionibus.

Et

Et denique idem Couar.c.36.pract.qq.ſub n. 3.refert in eiſdem Hiſpaniarum Regnis paſſim impediri litteras Apoſtolicas, iuri patronatus Regum, & aliorum laicorum derogantes:collationem Beneficiorum Eccleſiaſticorum externis continentes: aut quibus penſiones eiſdem ſolui præcipitur. Quæ omnia in dictis locis ſeruantur, tùm vigore ſtatutorum à Regibus, & Principibus emanatorum, tum vi aſſertæ immemorabilis conſuetudinis, tum denique vigore aſſerti priuilegij Apoſtolici, quod aliqui Principes dicunt ſe habere. Porrigitur nanque ſupplicatio ad Romanum Pontificem, vt auditis Hiſpanorum querelis, eorum poſſit iuribus prouidere, & interim ſuſpenditur executio dictarum litterarum Apoſtolicarum, ac aduerſus clericos,& Iudices Eccleſiaſticos contraueniẽtes, illa eſt frequentiſſima pœnæ comminatio, quæ fit ad amiſſionem rerum temporalium, quas obtinent in Regnis, & extranei declarantur ab eiſdem.Hæc Couar.locis citatis,qui multis rationibus defendere conatur leges, & conſuetudines prædictas quas breuiter colligit Azor.lib 5. inſtit.moral.p.1.cap.14.quæſt.3.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen- 2 tentiam tenet Azor. loco citato, q.3. 4. & 7. & 3 ideò impedientes litteras Apoſtolicas *a*, etiam in ſupra narratis caſibus, cenſet incidere in excommunicationem noſtræ Bullæ.

Quod quidem patet, tum ex diſpoſitione ſequentis canonis, vbi excommunicantur, hi qui executionem litterarum Apoſtolicarum impediunt, etiam ſi Romano Pontifici ad illum informandum ſupplicauerint: vt in illis verbis. *Seu etiam donec ipſi ad nos informandos, vt dicunt ſupplicauerint, &c.* tum etiam ex diſpoſitione præſentis, ob illa verba. *Quæ ill. ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito, vel examine executionis demandari.* Quæ verba, ſi rectè perpendantur, tendunt ad confutandam ſupradictam ſententiam Driedonij, diſtinguentis, vt ſupra diximus, quòd aliud eſt poteſtatem ſæcularem abſolutè præcipere, ne quis litteris Apoſtolicis pareat: & aliud eſt mandare, vt ſine ſuo beneplacito, & examine nemo illis obediat. Quocirca, cùm Romanus Pontifex expreſsè id prohibeat, proculdubio parendum illi eſt. Debent enim Poteſtates ſeculares Pontificijs litteris obedire, nihil obſtantibus Principũ legibus, ac conſtitutionibus: nam eorum poteſtas ciuilis eſt & prophana, non autem ſpiritualis, & Eccleſiaſtica. Et ſecundum communem omnium ſenteotiam S.P. poteſt iuri patronatus 5 laicorum derogare; licèt nunquam intelligatur dicto iuri derogaſſe, niſi expreſsè id faciat, vt latè probat Couar.in d.c.36.num.3.cum ſeq.

Non tamen negat ipſe Azor.litteras Apoſto- 3 licas recognoſci quidem poſſe, & diſcuti, cùm dubitatur de earum ſurreptione, aut falſitate, ſed *b* hoc ad Eccleſiaſticos Iudices *b* pertinet, non ad prophanos. Hæc enim cauſa diſcuti debet apud Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, vel Patriarchas, aut Legatos, & Nuncios Apoſtolicos, quiad Prouincias, & Regna mittãtur, & nõ apud prophanos, & ciuiles Magiſtratus, qui iuris, & poteſtatis Eccleſiaſticę ſunt omninò incapaces. Sic etiam Patroni, & Magiſtratus ciuiles, ſi litteras, quibus iuris patronatus Regum, & aliorum laicorum derogatur, nouerint fuiſſe ſurreptitiè impetratas: aut quouis colore de ſupradictis litteris Pontificijs, ipſi, aut quilibet alius ſe inſerint ſe grauatos, poſſunt excipere de taliũ litterarum ſurreptione, aut grauamine apud cõuenientẽ, & legitimũ Iudicẽ Eccleſiaſticũ, nã tunc id faciũt, non Regia, aut alia ciuili, ac prophana poteſtate, ſed quia nõ videtur Põtifex prædicto iuripatronatus derogare, niſi expreſsè derogauerit.

Quòd ſi expreſsim appareat in litteris iuripatronatus derogatum, tunc licitum erit coram competenti Iudice Eccleſiaſtico iuris ordine ſeruato ad Romanum Pontificem appellare, & ipſi ſupplices libellos offerre; & interim Iudex Eccleſiaſticus poteſt impedire, ne litteræ Apoſtolicæ executioni demandentur, dũmodo appellantes, ſeu ſupplicantes re ipſa appellationẽ proſequantur, iuxta diſpoſitionem ſequẽtis canonis, in illis verbis. *Niſi ſupplicationes huiuſmodi coram nobis, & Sede Apoſtolica, legitimè proſequantur.* Et tunc Magiſtratus ciuiles non dicũtur impedire executionem litterarum Apoſtolicarum tanquam Iudices temporales contra ootræ Bullæ ordinationem: atque adeò in eiuſdem cenſuram non incidunt.

Nec conſuetudine *c*, aut præſcriptione ali- *c* 4 qua quantumuis immemorabili poſſunt tueri Poteſtates ſæculares, impedientes vt ſupra executionem dictarum litterarum: quoniam laici, cũ iuris ac poteſtatis ſpiritualis ſint omninò incapaces, nõ poſſunt vi diuturnæ, ac longiſſimæ illius conſuetudinis ſe defendere quominus ſupradictam excommunicationem contrahant: quia cõſuetudo de iure canonico vim nõ habet niſi fuerit præſcripta, e. nõ eſt, de cõſuet. in ſexto. Glo. & alij DD. in c.fin. eod. tit. Sed laici, iure præſcriptionis, incapaces ſunt poteſtatis ſpiritualis, & Eccleſiaſticæ; ergo & iure conſuetudinis: ſiquidem præſcripta eſſe non poteſt.

Quare poteſtatem huiuſmodi potui poſſunt 5 priuilegio dumtaxat, ac conceſſu Romani Pontificis; quod hoc caſu non ſatis eſt allegare, ſed debent oſtẽdere, ait ibi Azor.in fine, q. 4. Quoniam in his caſibus ius reſiſtit Iudici laico. Et ideò Iudices ſæculares non poſſunt obtinere in poſſeſſorio cognoſcẽdi de cauſis ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis, ne patiantur inhibitionem, & executionem à Iudice Eccleſiaſtico niſi doceãt de titulo ſuæ iuriſdictionis ſaltem per famã: vt extat deciſio Rotæ Rom. 3. de iure patr.in nouiſſim. & deciſ.2.in antiquior. de conſuet. & in antiquis dec.10.eod.tit. An autem ſufficiat titulus coloratus ad obtinendum in poſſeſſorio iuriſdictionis ſpiritualis per laicum; ſicut diximus de poſſeſſorio beneficiorum. Vide Mart.de iuriſd.p.2.c.5. vbi latè rem hanc pertractat.

Adde, quòd idem Azor.d.q.7.in fine hæc om- 6 nia vera putat, quando de litteris Põtificijs clarè conſtat tales eſſe; ſecus autem ſi dubiæ ſint, & incertæ: nam tunc licitum eſt de illis bona fide probabiliter ambigere, ac diſputare, ſint nec ne Põtificiæ, aut ſurreptitiæ: nec is, qui dubitat, aut diſputat, etiam laicus pœnam aliquam incurrit.

Imò, licèt contra Couar.reprobet conſuetudinem illam ſæcularium Principum, eorumque Magiſtratuum recognoſcendi, ſen diſcutiendi facultates, ſeu poteſtates Legatorum, & Nũciorum Apoſtolicæ Sedis antequam eis vti incipiant; arbitratur tamen ipſos Legatos: ac Nun-

cios

eios Pontificios, litteras earum Legationum teneri ad exhibendum, vt Regi, vel Principi innotescant d. Neque enim videtur esse Pontificis mens, vt asserenti se esse Legatum, vel Nunciũ Apostolicum, statim credatur, nisi Pontificias suæ legationis, suarumque facultatum litteras ostenderit.

Beneuerum est, quòd si Romanus Pontifex 7 Legato, vel Nuncio priuilegium concesserit, ne cogi possit ostendere litteras Pontificias suæ Legationis, vel suarum facultatum, tunc compellendus non est; sed satis erit, si ex idoneis testibus, vel ex alijs litteris Pontificijs ad ipsos Reges, seu alios Principes, aut ad eorum Iudices, & Magistratus missis, id constet.

Hæc Azor. loco citato. Graff. autem in explicatione præsentis canonis, lib. 4. Dec. p. 1. c. 18. sub n. 120. quoad Regnum Neapolitanũ, refert vidisse litteras de hac re à Papa Regi Philippo missas, & è contra: & ideo considerandis, nõ censet esse condemnãdos, nec incurrere Regios Magistratus expedientes Regium exequatur, & illud impetrantes, donec aliter à Sede Apostolica fuerit decisum. Ratione quoque huiusmodi facultatis excusari Principes, existimat Vgol. hoc eodem loco: in ver. Quiue illa: sub n. 2. ibi. Item excommunicationem hanc. Et Alter. supra in expl. XI. can. cap. 3. dub. 5. in ver. Quæret quis: vbi agens de Legato Apostolico, an ei credendum sit, dicenti se esse Legatum, etiam si litteras suæ Legationis non exibeat, licèt probet ex cõmuni iuris canonici Interpretum sententia, fidem adhibendam esse Legato Apostolico Cardinali simpliciter asserenti, se esse Legatum Sedis Apostolicæ viuæ vocis oraculo factum, aut se litteras Apostolicas amisisse, tamen si Legatus non sit Cardinalis, ei non creditur, nisi litteras, & facultates in eis sibi conceſſas proferat, & ostẽdat. Adde quoque ex eodem Alter. in explicat. præsentis canonis. cap. 2. col. 3. in prin. ver. Notandum est: quòd hoc loco, non prohibetur e ne Princeps, vel Magistratus examinent litteras Apostolicas, sed solùm ne impediant, vel prohibeãt illarum executionem sine eorum consensu, vel beneplacito, vel examine. Quare si petatur eorum consensus ad maiorem auctoritatem & robur præstandũ litteris apud Populum, vel ob alium simulem effectum, licet Principi, & Magistratibus subscribere, Placet, fiat, exequatur, &c. dũmodo illarum litterarum executionem ipsi hac ratione non retardent.

An autem prætextu violentiæ prohibẽdæ licitum sit aliquando litterarum Apostolicarum executionem impedire: & an priuilegia in hac re concessa censeantur vi nostræ Bullæ reuocata, infra, Deo duce, in sequenti canone latius dicemus.

ADDITIO.

a Apostolicas. Adde hic Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract 16. c. 8. q. 6. nu. 204. & Anton. de Sousa, hoc loco, disp. 75. cum alijs, quos allegant. D. Cæsar.

b Iudices. Adde Anton. de Sousa hic disp. 75 Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. c. 8. num. 193. Reginal. lib. 9. suæ praxis, c. 23. num. 338. Pesant. tr. de immunit. Eccles. disp. 17. num. 3. Acost. in exposit. Bull. cruc. q. 96. Bonac. de legib. disp. 10. q. 2. pun. 1 § 1. num. 15. & alios, quos refert & sequitur idem Bonac. hoc loco, disp. 1. q. 14. pun. 2. num. 19. vbi etiam num. 20. id ampliat, vt laici non possint auctoritatiuè cognoscere, aut impedire exequutionem litterarum Apostolicarũ non solùm si de surreptione dubitetur; sed etiã si clarè constaret, eas esse surreptitias. Quod verum est dummodò ad iudicem Ecclesiasticum pateat aditus; aliàs si detur casus vt aditus ad iudicem Ecclesiasticum non pateat, & periculum sit in mora grauis damni, si literæ subreptitiæ suum sortiantur effectum, tunc potest deputari Magistratus, qui, cognita subreptione, ac inualiditate literas impediat: quia non est verisimile Romanum Pontificem eo casu velle excommunicationis vinculo alligare eum, qui tuetur innocentem. Ita Anton. de Sousa hic disp. 76. n. 2. Reginald. lib. 9. suæ praxis, num. 221. & alij, quos refert & sequitur idem Bonac. hoc loco, num. 25. & in tr. de legib. disp. 10. q. 2 pun. 1. §. 1. num. 12. Ex quibus patet quid dicendum sit de Clerico, qui reperitur in terris hæreticorum in quibus non adest Iudex Ecclesiasticus, & Romanus Pontifex consili nequit, nec eius mandata seruantur; quoniam tunc casus reducitur ad ius naturale, & faciendum est, quod recta ratio dictat, vt per Filliue. loco citato, num. 197. Suar. in tr. de fidei defens. lib. 4. de immunit. cap. 34. num. 9. & alios apud Bonac. ibidem. Abb. Alex.

c Incidunt. Adde Filliuc. tom. 1 qq. moral. tr. 16. c. 10. nu. 28. & alios apud Bonac. hoc loco, disput. 1. q. 14. pun. 2. n. 15. Abb. Alex.

d Innotescant. Adde hic Mart. de iurisd. p. 2. c. 35. num. 1. Anton. de Sousa hoc loco, disp. 76. Coriolan. ibidem, excom. 14. ad finem, ver. Petes, & Mascard. de probat. conclus. 491. D. Cæsar.

e Prohibetur. Adde Alter. hic disp. 14. c. 2. col. 3. vers. Notandum secundò, Anton. de Sousa disp. 76. nu. 9. Reginald. lib. 9. suæ praxis, nu. 325. & seq. & Bonac. hoc eodem loco, disp. 1. q. 14. p. 2. num. 25. qui n. 26. addit, licitum esse Principi consensum petere, vt maior authoritas, & facilior fides a populo habeatur. Abb. Alex.

Ibi (*Tabelliones, & Notarij*) An Tabelliones à Notarijs differant, & quomodo. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Tabelliones, cur sic dicantur.*

1 REspondetur, quòd tabelliones à tabulis sic dicuntur: eo quòd antiquitus in tabulis testamenta, & alia scribebantur, paginarum, seu membranarum loco. Vndè Tabelliones, aliàs libelliones, hi sunt, qui testamenta, instrumenta, & alias publicas scripturas cõficiunt, & conscribunt: vt in l. moris, §. 1. ff. de pœn. & l. iubemus, §. iis Tabellionibus, C. de sacr. Eccles. Hodie Tabelliones etiam Notarij nuncupantur quamuis for-

fortè non ſatis rectè, cùm Notarij propiè illi dicantur, qui excipientes verba dictantis per notas, & compendia ſcribunt, vt in l. Lucius Titius. ff. de malit. teſtam. In hoc autem canone dum fit mentio de Notarijs, de his intelligitur, qui inſtrumenta, & acta in iudicio conſcribunt, qui alio vocabulo magiſtri actorum appellantur.

Ibi (*Conſanguineos, Affines, & Notarios*) Quomodo ſupradictæ perſonæ interſe differant. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Nemo carnem ſuam odio habet.*
2 *Conſanguinei qui dicantur, qui veniant appellatione conſanguineorum, & quid ſit conſanguinitas.*
3 *Affines, qui ſint.*
4 *Affinitas ex copula licita prouenies, extenditur vſque ad quartum gradum: affinitas vero ex illicito coitu non excedit ſecundum gradum.*
5 *Affinitas prouenies ex copula illicita, non dirimit matrimonium contractum, etiam ſi conſummatum non ſit, & ratum dumtaxat: ſed tantum impedit contrahendum, illudque inualidat, ſi contrahatur.*
6 *Affinitas ſpiritualis, inter quos contrahatur.*
7 *Affines ex copula illicita, vel ex cognitione ſpiritualis offendentes, an incidant in excommunicationem huius canonis.*
8 *Communis vſus loquendi, præfertur omni ſignificationi verborum.*
9 *Familiares, qui dicantur.*
10 *Familiares in hoc canone intelliguntur, omnes pertinentes ad familiam, qui ſub vnius poteſtate in eadem domo natura, vel iure vitam degunt, atque adeo familiares dicuntur ſerui, liberi homines bona fide ſeruientes, & omnes alicuius ſeruitio addicti.*
11 *Clericorum colonos offendens, ex cauſis in hoc canone contentis, excommunicationem contrahit.*
12 *Familiarium appellatione, in hoc canone, veniunt omnes domeſtici.*

1 HAec perſonarum genera fuerunt huic canoni addita à S. D. N. Paulo Papa V. propter laicorum ſtatuta, imponentia pœnam cõſanguineis, affinibus. & familiaribus clericorũ, eorum mandatis parere recuſantium: vel propter moleſtias, quas ipſi laici occaſione prædictorum clericorum iuferunt ſupradictis perſonis. Iſti enim ſic ſtatuentes, aut moleſtantes, nulli dubium eſt, quòd faciunt contra libertatem Eccleſiaſticam, vt bene notat Angel. in l. 1. ff. de iuriſ voc. & Bald. poſt eum in lectura antiqua, quos refert Felin in 1. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, ſub nu. 99. de conſtit. & Azor. lib. 5. Inſt moral. p. 1. c. 13. q. 7. Eo quòd per huiuſmodi ſtatuta, & moleſtias clerici efficiuntur timidiores, cùm nemo vnquam carnem ſuam odio habeat, c. non æſtimamus, 13. q. 2. & c. ſciant cuncti, de elect. in ſexto. Differunt autem conſanguinei, affines, ac familiares.

Conſanguinei enim dicũtur, qui iure ſanguinis inter ſe connexi ſunt: & deriuantur à conſanguinitate, quę dicitur vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali compage factum; nam conſanguinitas appellatur, quaſi ſanguinis vnitas, iuxta ea, quæ docet Hoſtien. ſum. de conſang. & affin. Hanc conſanguinitatem pro fraternitate poſuit Vulp. in l. 4. ff. vnde cogn. & lex non epiſtolis, C. de probat. Et ſic conſanguineorum appellatione veniunt fratres ex eodem patre nati, filij fratrum, & ex eis deſcendentes: vt in Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. §. 1.

Affines verò ſunt viri, & vxoris cognati; dicti 3 ex eo, quòd duæ cognationes, quæ inter ſe diuerſæ ſunt, per nuptias copulantur; & altera ad alterius cognationis finem accedit. Vt ſunt, Socer, Socrus, Gener, Nurus, Nouerca, Vitricius, Priuignus, Priuigna, l. 4. de grad. affin. l. nemini, C. de nupt. Quæ quidem affinitas extenditur vſque ad quartum gradum: vt in c. non debet, de conſanguin. & affinit.

Contrahitur etiam affinitas ex copula illicita: 4 vt in c. diſcretione, de eo, qui cogn. conſang. vxor. ſuæ. Non tamen extenditur hæc affinitas vltra ſecundum gradum: vt in Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. Nec dirimit matrimonium iam ante ſuperuenientem affinitatem contractum: immo, nec matrimonium ratum dumtaxat.

Beneuerum eſt, quòd in contracto, aut rato 5 tantùm, affinitas ſuperueniens impedit debiti petitionẽ, non ſolutionem ex parte illius, qui cõmiſit inceſtum. Impedit tamen affinitas etiam ex copula illicita prouenies matrimoniũ contrahendum, & dirimit contractum, itaut ſi ante diſpenſationem contrahatur, nullum ſit etiam ſi poſt ſponſalia ſuperueniat affinitas; vt in d. Concil. Trid. quod allegat Tol. in ſum. lib. 7. ca. 12. ver. Primum eſt.

Contrahitur denique affinitas ſeu cognatio 6 ſpiritualis in Sacramento Baptiſmi. & confirmationis, inter baptizatum, ſeu confirmatum, & baptizantem, ſeu confirmantem, patrem, & matrem ipſius baptizati, ſeu confirmati: & tenentes, ſeu ſuſcipientes in Baptiſmo, & Confirmatione: quorum alter maſculus; & altera fœmina eſſe poſſunt; nunquam tamen ambo maſculi, aut fœminæ: vt in Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 2. de reform. Quæ quidem affinitas ſeu cognatio impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, vt latè Tol. lib. 2. ſuæ ſum. c. 13. in fine.

Non tamen arbitror, quòd offendentes affi- 7 nes ex copula illicita, vel ex cognitione ſpiri- a tuali ſub diſpoſitione noſtri canonis comprehendantur: quia verba ſtatutorum pœnalium, ſunt intelligenda ſecundum vulgarem locutionem; quoniam communis vſus loquendi præualet 8 omni rigori, & ſignificationi verborum, etiam in fauorabilibus, l. librorum. §. quod tamen Caſſius, ff. de leg. 3. & c. cũ dilectus, de conſuet. Modò vulgariter vocamus affines, quos ſupra nominauimus ex legitima copula ſic appellatos: Coniuncti autem affinitate ſpirituali vulgò dicuntur compatres, & non affines.

Familiares denique, licèt aliquando dicantur 9 amici neceſſarij, arctaque familiaritate coniuncti, de quibus meminit Cicer. ad Attic. dicens: *Homo familiariſſimus mihi, & omnibus in rebus coniunctus.* Et idem de Amic. *Videtur Paulum Æmilium, C. Lucinio familiarem fuiſſe*; tamen canonem noſtrum puto intelligere de omnibus pertinenti- 10 bus ad familiam, qui ſub vnius poteſtate in eadem domo natura, vel iure vitam degunt; vt

vxor,

vxor.liberi, ſeruti, &c. ex quibus Pater familias quis dicitur,l.deteſtatio,§.familiæ, ff. de verb. ſignif.

Item appellatione familiarium hoc loco nõ modò ſupradicti,& præcipuè ſeruí veniunt,qui dicuntur à famulãdo: vt in l.1.ff.de vi,&vi arm. & toto tit.ſi famil.fur.fec.dic. ſed etiam omnes ſeruilia miniſteria præſtantes,l. vlt. C. de ijs qui ad Eccl.confug.l pœn.C.qui accuſ. poſſ. atque adeò omnes, qui ſeruitio alicuius addicti ſunt. Vndè etiam liberi homines bona fide ſeruientes alicui poſſunt dici familiares: eo quòd ſunt de eius familia. Item alieni quoque ſerui, & illi qui ſunt in poteſtate eius. Similiter omnes propinqui,liberti & patroni,l.fin.C.de verb. ſign. latè Azor.in ſum.C.de edil.edict. Vnicus tamẽ ſeruus non venit appellatione familiæ,nec duo faciunt familiam: vt in d.l.fin.&ſi forte veniant appellatione familiarium. Sicut vnus, aut duo coloni,verè dicuntur alicuius familiares.

Vndè non valentes offendere clericos, ſi of-
11 fendant eorum colonos ex ſupradictis cauſis, incidunt in excommunicationem noſtri cano-
b nis. Sic etiam coloni *b* Eccleſiaſticarum perſonarum habentes prædia Eccleſiæ ad affictum, licèt non ſint exempti pro parte ſua à collectis, & grauaminibus, prout ſunt ipſæ Eccleſiæ; tamen ſi propter hoc laici nimis illos grauent, quia veniunt indirectè contra textum in c. fin. de immun Eccl.lib.6. vt habetur ex Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ.num.99.de conſtit.& directè contra noſtrum canonem, cùm huiuſmodi colonos.& ſic clericorum familiares perterre faciant.& ſupradicto modo bonis ſpolient, prædictam excommunicationem contrahunt.

Demque appellatione familiarium in hoc ca-
12 none veniunt omnes domeſtici,qui non ſolùm ratione patriæ,vel dominicæ poteſtatis ſubiecti ſunt.ſed etiam qui ſimul cohabitant, & aliquo modo ſunt ſubiecti capiti familiæ. Vndè cũ ſimiliares dicantur à familia,quilibet,cui aliqua iſtarum qualitatum competere poteſt, dicitur familiaris,ſeu domeſticus: quia familiaris,& domeſticus,ſunt ſynonima: vt bene declarat Glo. in c in litteris,in ver. De familia,& ibi etiam latè Felin. n.1 .de teſt. vbi ex hoc infert, quòd ſi plures cohabitarent in eadem domo æqualiter, non dicerentur domeſtici,ſaltem in terminis d. c.in littesis.

ADDITIO.

a Illicita. Adde Bonac.de cenſur. bull. cœn. diſp.159.14.pun.2.n.5.Abb.Alex.

b Coloni. Oppoſitam ſententiam tenet Bonac.hoc loco,diſp.1.q.14 pun.2.ſub num.7.Sed reuera Duardus intelligit de colonis,qui quamuis in villis habitent; nihilominus victum à Dominis villarum conſequuntur,vt ſunt coloni vt plurimum in Regno Neapolitano. Abb. Alex.

Ibi (*Præſumptuosè*) Quid aduerbium iſtud importet in præſenti canone. Q.8.

SVMMARIVM.

1 *Præſumere in iure,multis modis ſumitur.*
2 *Præſumptuosè aduerbium,deriuatur à verbo præſumere,ideſt audere: Vndè aduerbium illud in hoc canone,exigit in qualibet actione,vt dicti canonis prohibita,audaciam; aliàs contrauenientes, excommunicationem non contrahunt.*

1 REſpondetur,quòd præſumere; licèt in iure varijs modis ſumatur. Nam aliquando præſumere idem eſt quòd putare: vt in l.vulgo ff.de in lit.iur.Item aliquando ſumitur pro coniecturare. Vndè præſumptio dicitur coniectura,ſeu diuinatio in rebus dubijs, collecta ex argumentis,vel indicijs per rerum circumſtantias frequenter euenientibus:ut in c.afferte, & toto tit.de præſump. tamen hoc aduerbium, præſumptuosè,in præſenti canone poſitum,deriua-
2 tur à uerbo, præſumere, quod uſurpatur pro audere,ſeu tentare aliquid contra iuris diſpoſitionem.Quo verbo Romani Pontifices ſæpiſſimè vtuntur. Vt Alex. I I I. in c. ſed nec, ne cler. vel mon. & in alijs innumeris ferè locis in corpore iuris clauſis. Vndè ad incurrendam excommunicationem hoc loco contentam, in ſingulis actionibus, ut ſupra enumeratis, requiritur ut fiant cum præſumptione,& audacia, animo ſcilicet contraueniendi diſpoſitioni noſtri canonis,ſiue auctoritate publica fiant, ſiue priuata.

Ex quo infertur,quòd ſi quis ex ignorantia, etiam culpabili,vel ſimplicitate, aut inaduertentia dicto canoni contraueniat, in ſupradictã excommunicationem non incidit,vt habetur ex Sayr.in explicatione eiuſdẽ canonis,lib.3.Theſ. tom.1.c.27.in fine:& faciunt ea,quæ ſupra annotauimus,can.1.q.36.37. & 38.

Quibus caſibus contrahitur excommunicatio huius canonis quibus verò effugitur. Q.9. & vlt.

SVMMARIVM.

1 *Recurrentes,ſeu appellantes a decretis Iudicum Romanæ Curiæ ad laicos Iudices, & eorum Curias, in excommunicationem incidunt quicunque ſint,cuiuſcunque ſtatus,conditionis,ac gradus; quocunque modo & ob quamcunque cauſam id agant.*
2 *Appellantes à decretis Iudicum Romanæ Curiæ ad ſæculares Curias excommunicationem contrahunt; & ſi id agant ad manifeſtam iniuriam, ac Iudicis Eccleſiaſtici iniquitatem repellendam. Idem dicendum eſt de recurrentibus ad dictas Curias per viã ſupplicationis,aut Iudicis officium implorando etiam ſi earum Iudices & Magiſtratus, ſint perſonæ Eccleſiaſticæ.*
3 *Recurrentes,ſeu appellantes à decretis Iudicum Eccleſiaſticorum,qui non ſint Romanæ Curiæ, ad ſæculares Curias,excommunicationem hanc non incurrunt.*

4 Re-

4 *Recurrentes ad ſaculares Iudices, non tanquam Iudices, ſed vt priuatas perſonas ad manifeſtam iniuriã, ac Iudicis Eccleſiaſtici iniquitatem repellendam, in excommunicationem non incidunt, ſicus etiam qui ignoranter id agunt. Idem dicendum eſt de facientibus huiuſmodi appellationes admitti, litteras Apoſtolicas, & his ſimilia capi, aut detineri.*

5 *Litteras Apoſtolicas executioni demandari impedientes, excommunicationem contrahunt, quicunque ſint, ſiue Iudex ſaculares, ſiue Eccleſiaſtici publica, vel priuata auctoritate: ſimpliciter, aut ſecundum quid.*

6 *Dictio, ſimpliciter, idem ſignificet quod ſine plica.*

7 *Principes, qui nolunt in ſuis terris, clericos, qui Beneficium à Sede Apoſtolica obtinuerunt, eorum poſſeſſionem adipiſci ſine eorum beneplacito, in excommunicationem incidunt: ſiue id agant directè, ſiue indirectè.*

8 *Prohibere, in quo differat ab impedire.*

9 *Litteras Apoſtolicas executionem impediri mandantes, & ipſi mandatarij, ac id ratum habentes, ſecundum aliquos excommunicationem contrahunt. Et id non obſtante quacunque conſuetudine, etiamo longiſſimi temporis.*

10 *Magiſtratus impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum ad habendum eorum Principum conſenſum, & examen, incidunt in excommunicationem huius canonis.*

11 *Litterarum Apoſtolicarum executionem impedientes ex priuilegio Romani Pontificis, excommunicationem non incurrunt. Idem dicendum de offendentibus perſonas in textu enumeratas ob inimicitias, aut ex alia cauſa quam occaſione litterarum Apoſtolicarum.*

12 *Partes, contra quas expeditæ ſunt litteræ Apoſtolicæ ſi recuſent obedire, excommunicationem non contrahunt.*

13 *Beneficij poſſeſſor non obediens litteris Papæ, quibus eidem præcipitur dimitti beneficij poſſeſſionem, cenſuram hanc non incurrit.*

14 *Litteras Apoſtolicas impediens exiſtimans non habere locum in aliquo caſu, excommunicationis vinculo non alligatur.*

15 *Prohibere præſumentes, ne quis ad Romanam Curiam accedat pro ſuis negotijs proſequendis, ſeu gratijs, aut litteris impetrandis, ſeu ne gratias ipſas, vel litteras à Sede Apoſtolica impetrent, ſeu impetratis vtantur, in excommunicationem incidunt, quicunque ſint, laici, aut Eccleſiaſtici, ſine auctoritate publica, vel priuata id agant, quocunque modo generaliter, aut ſpecialiter, directè, aut indirectè: & pro quacunque cauſa.*

16 *Litteras, aut gratias à Sede Apoſtolica impetratas apud ſe, aut publicos ſcribas, vel alios retinere præſumentes, excommunicationem contrahunt.*

17 *Prohibentes accedere aliquem ad Romanam Curiam pro ſuis negotijs ex rationabili cauſa, aut ignorantia laborantes, etiam craſſa, & affectata, excommunicationem non incurrunt.*

PRo determinatione huius quæſtionis, ſit Prima Concluſio. Recurrentes, ſeu appellantes à decretis Iudicum Romanæ Curiæ, ad laicos Iudices, & eorum Curias, incidunt in excommunicationem præſentis canonis. Hæc cõcluſio patet ex prima parte dicti canonis.

Ampliatur primò dicta concluſio, vt ſit generalis, comprehendens tam Eccleſiaſticos, quã ſæculares cuiuſcumque conditionis ſint, ac dignitatis: & ſiue ſint de territorio Eccleſiæ, ſiue alterius: vt diximus ſupra, q. 1.

Secundò ampliatur, vt excommunicatio iſta comprehendat ſic appellantes, quocunque modo ex ſequentibus ſentiant ſe grauatos: atque ideo, ſiue ob futuram executionem litterarum Apoſtolicarum quarumcumque, vel ob citationes, ſiue verbales ſint: ſiue reales: vt ſupra declarauimus, q. 1. vel ob inhibitiones, ab homine ſcilicet, non autem à lege, vt in d. q. 1. annotauimus: vel ob ſequeſtra, neceſſaria videlicet, nõ autem voluntaria: vt in eadem q. 1. diximus: vel ob monitoria: vel ob proceſſus executoriales: vel ob alia decreta: vt conſtat ex tenore noſtri canonis in illis verbis: *Vel futura executione litterarum Apoſtolicarum, citationum, inhibitionum ſequeſtrorum, monitoriorum, proceſſuum executorialium, & aliorum decretorum*. Et denique ob quamcumque cauſam, ſiue Eccleſiaſtica ſit, ſiue profana: vt per Vgol. hic, §. 1. ver. Quintò.

Tertiò ampliatur, vt ſub dicta cenſura com-
2 prehendantur ſic appellantes, etiã ſi appellent ad manifeſtam iniuriam, ac Iudicis Eccleſiaſtici iniquitatem repellendam, vt ſupra probauimus q. 3. con. 1. 2. & 3.

Quartò ampliatur: vt dicta cenſura non ſolùm locum ſibi vendicet contra recurrentes ad Curias ſæculares, vt ſupra per viam appellationis, ſed etiam per viam ſupplicationis, aut rationem aliam: vt conſtat ex illis canonis verbis. *Aut aliàs ad Curias ſaculares*. Nam aduerbium illud: *Aliàs*: alium modum ſignificat ab appellatione diſtinctum; nempe ſupplicando, aut Iudicis officium imploraudo. Ita Vgol. in explicatione noſtri canonis, §. 1. in ver. Secundo loco, & patet ex his quæ diximus ſupra, q. 2.

Quintò ampliatur, vt recurrentes vt ſupra ad ſæculares Curias, in prædictam excommunicationem incidant, etiam ſi Iudices Eccleſiæ ſint: vt ſunt Gubernatores Ciuitatum, quæ ſunt de patrimonio Eccleſiæ: nam ipſi habent poteſtatem laicam, & ob id ad ipſam confugere nequeunt: vt per eundem Vgol. loco citato, in ver. Poſtremò.

Sic ampliata limitatur primò dicta concluſio,
3 vt excommunicatio iſta locum habeat contra recurrentes, ſeu appellantes ad ſæculares Curias a decretis Iudicum Romanæ Curiæ, & aliorum Iudicum Apoſtolicorum, etiam delegatorum: ſecus autem, ſi appellatio interponatur à decretis aliorum Iudicum Eccleſiaſticorum, qui non ſint Romanæ Curiæ, aut ab Apoſtolica Sede delegati: vt patet ex illis canonis verbis: *A nobis, & à Sede prædicta, ſeu Legatis, Nuncijs, Præſidentibus Palatij noſtri, & Camera Apoſtolica Auditoribus, commiſſarijs, aliſque Iudicibus, & delegatis Apoſtolicis*. Etenim per ly. *A nobis*: intelligitur Romanus Pontifex Bullę præſentis auctor. Et per illa verba: *Et à Sede Apoſtolica*, intelligitur ſucceſſor, vel Collegiũ Cardinaliũ. Et denique per reliqua verba, non ſolũ cõprehenduntur Iudices Apoſtolici, in Romana Curia commorantes; verum etiam qui extra Curiam reperiuntur; vt Legati, Nuncij, Commiſſarij, & alij Iudices Apoſtolici delegati: vt bene declarat Vgol. loco prædicto, in ver. Quartò amplificatur, & n. 2. in ver. Secũdò.

Secundò limitatur, vt excommunicatio iſta

4 non comprehendat recurrentes ad Iudices ſæculares non vt Iudices, ſed ad eos tanquam priuatas perſonas, ad manifeſtam iniuriam, ac Iudicis iniquitatem repellendam; vt ſupra diximus q. 3. concl. 4.

Tertiò limitatur, vt in dictam excommunicationem non incidat qui probabili ſaltem ignorantia ductus ad ſæculares Curias appellauerit, ar. tex. in c. Apoſtolicæ de cler. excom. miniſtr. & c. fin. de conſt. in ſexto. Quæ diximus de appellantibus extendimus etiam in eos, qui faciũt prædictas appellationes admitti, vel dictas litteras, citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria, & alia ſupradicta capi, & retineri: vt colligitur ex tex. in illis verbis: *Appellationes huiuſmodi admitti, ac litteras, citationes, &c.*

Secunda Concluſio.

5 IMpedientes, ne litteræ Apoſtolicæ, & alia ſupradicta executioni demandentur, incidũt in excommunicationem noſtri canonis. Hæc concluſio patet ex eiuſdem canonis verbis. *Quinec illa ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito, & conſenſu, examine executioni demandari, &c.*

Ampliatur primò dicta concluſio: vt excommunicatio iſta comprehendat ſic impedientes, quicumque ſint qui prædicta impediant, ſiue Iudex ſæcularis ſit, ſiue Eccleſiaſticus: publica,
4 vel priuata *a* auctoritate: vt habetur ex Nauar. in Man c. 27. num. 68. in ver. Quod non eſt neceſſe: & Vgol. hoc loco, in ver. *Quiue illa* ſub nu. 1. ibi: Quæ excommunicatio; & ſub n. 2. in ver. Poſtremò.

Secundò ampliatur, vt ſupradicta excommu-
6 nicatio alliget vt ſupra impedientes, ſiue ſimpliciter impediant; vt conſtat ex illis verbis: *Quinè illa ſimpliciter*; ideſt, qui nulla ratione volunt prædicta executioni mandari, ſed omnino impediunt: nam illud aduerbium: *Simpliciter*, idem ſignificat quod ſine plica. vt habetur ex Glo. in Clem. ſæpe in ver. Simpliciter: de verb. ſignific. & indiſtinctè; vt per Iaſon. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, num. 8. ff. de uerb. obligat. Siue ſecundum quid impediant: ut potè ſi permittere nolunt, ut prædicta executioni mandentur, niſi aut eorum beneplacitum, & conſenſus intercedat, aut examen: ut ſupra latè nos declarauimus q. 5. & Vgol. loco citato in uer. Item excommunicatio hæc: & uer. Tertiò afficit. Vbi ex hoc in-
b fert, quòd Principes *b* qui nolunt in ſuis locis clericos qui beneficium à Sede Apoſtolica obtinuerunt poſſeſſionem eius accipere, & ingre-
7 di, niſi ſuum beneplacitum habeant; & conſenſum, in excommunicationem hanc incidunt: ut clarè colligitur ex illis canonis uerbis: *Vel ſine eorum beneplacito, & conſenſu*: & habetur etiam ex Felin in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 123. uer. Vndecimò quæro.

Tertiò ampliatur, ut excommunicatio iſta
8 comprehendat non modò ſupradicta directè impedientes, ſeu expreſsè; ſed etiam indirectè, ſeu tacitè; ut potè non permittendo executores ſua territoria ingredi, uel à quoquam recipi; ar. tex. in c. fin. de immun. Eccl. lib. 6. & patet ex illis canonis uerbis: *Impediunt, vel prohibent*: nam uerbum, prohibere, ſignificat apertè reſiſtere, & uetare: uerbum autem impedire, ſignificat ratione alia quacumque morari. Ita Vgol. ibidem in uer. Quartò excommunicatio.

Indirectè quoque dicuntur ſupradicta impedire, qui ne Tabelliones, & Notarij ſuper huiuſmodi litterarum, & proceſſuum executione, inſtrumenta, uel acta conficere, aut confecta, parti, cuius intereſt, tradere debeant, impediũt, uel prohibent: ut clarè conſtat ex illis uerbis: *Aut ne Tabelliones, & Notarij ſuper huiuſmodi, &c.*

Item indirectè prædicta impediunt, qui partes, ſeu eorum Agentes, Cõſanguineos, Affines,
c Familiares Notarios, Executores *c* ſubſecutores litterarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiũt, uulnerãt, carcerant, detinent, ex Ciuitatibus, locis, & Regnis eijciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt. & comminantur; ut uidere eſt in illis uerbis: *Et etiam partes, ſeu eorum agentes, &c.* & nos ſupra declarauimus q. 7. de Conſanguineis, Affinibus, & Familiaribus tractantes: ſicut etiã Vgol. ibidem ſub n. 2. in uer. In excommunicationem hanc, cũ ſeq. ubi declarat quoque quid ſit terrefacere, & concutere.

Quartò ampliatur, ut ui noſtri canonis, non
9 modò excommunicentur, qui per ſe prædicta
d impediunt ſeu prohibent *d*, uel per alios, atque
e adeò mandantes *e*, ut patet ex illis uerbis: *Per ſe, vel alium, ſeu alios*. Sed etiam qui de mandato alterius id faciunt, & ſic mandatarij. Vndè, ſi Princeps mandat ſuis Magiſtratibus, ne admittant clericos ad poſſeſſionem beneficiorum accipiendam in ſuis locis, ſi eidem in hoc obtemperauerint, in hanc cenſuram incidunt, tam mandans, quam mandatarij.

Immo ſi quis ratam habuerit prohibitionem huiuſmodi factam nomine ſuo ab aliquo, prædictam cenſuram contrahet: ar. tex. in c. cũ quis, de ſent. excom. in ſexto: eò quòd ratihabitio mandato comparatur: ut in c. ratihabitionem de regul. iur. eod. lib. Et ita Nauar. conſultus reſpõdit conſ. 37. de ſent. excom. lib. 5. ubi in utroque foro locum ſibi uendicare ſdit, & eum ſequitur Vgol in explicatione præſentis canonis, in ver. Quiue illa; ſub n. 2. in ver. Quintò excommunicatio hæc.

Quæ quidem ſententia ſatis dubia nobis videtur; quoniam in hoc canone non excommu-
f nicantur, prædictas actiones ratas habentes *f*: & licèt ratihabitio æquiparetur mandato; tamen non eſt mandatũ: eo quòd nihil ſimile eſt idem l. quòd Nerua, ff. depoſ. Quocirca, cùm ſimus in pœnalibus, verba ſunt ſtrictè interpretanda.

Confirmatur quia quãdo Romanus Pontifex vult rata habentes ſub Bulla cœnæ cõprehendi, id exprimit: vt patet ſupra in canone 11. in fine.

Nec obſtat tex. in d. c. cùm quis: quia Romanus Pontifex ibi ſpecialiter diſpoſuit fauore clericorum. Sicut in d. canone 11. noſtræ Bullæ ſpecialiter diſpoſuit fauore Cardinalium, Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & aliorum, qui in eo numerantur.

Quintò ampliatur, hanc excommunicationẽ
10 cõprehendere non ſolùm Magiſtratus, qui prohibent litteras Apoſtolicas executioni demandari ſine eorum beneplacito, conſenſu, vel examine; ſed etiam ſi dicant eos velle ſolùm ſui
g Principis cõſenſum *g*, vel examen, & ob id tantùm

tùm dictarum litterarum executiunem impèdiant: quoniam licèt vi noſtri canonis illi tantùm Magiſtratus excommunicentur, qui prohibent litteras huiuſmodi exequi ſine eorũ beneplacito, conſenſu, vel examine, & nulla mentio fiat de cõſenſu Principis; nihilominus ſi Magiſtratus qui impediret executionem prædictã donec concurrat ſui Principis conſenſus non comprehenderetur ſub diſpoſitione huius canonis, tunc iſte canon fruſtraretur ſuo fine: nam omnes Magiſtratus prohiberent ſupradicta fieri ſine conſenſu Principis, cùm id vi Bullæ, non poſſent impedire ſine eorum beneplacito, conſenſu, vel examine: & hoc modo euitarent excõmunicationem, atque ideò eluderetur mens Romani Pontificis contra tex. in c. ſi ciuitas, de ſent. excom. in ſexto.

Nec mirum videatur, ſi diſpoſitio huius canonis extenditur ad caſum non expreſſum: quia quando lex eſſet fruſtratoria, etiam ſi pœnalis ſit, extenditur, vt ſupra probauimus, lib. 1. c. 3. q. 4. Et eo magis, quoniam id tenendum eſt ſtatutũ fuiſſe in hoc canone, quod Romanus Pontifex interrogatus, cùm eum edidit, reſpõdiſſet: Gloſ. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. Ita Alter. in explicat. huius can. c. 2. col. 3. in fine, & col. 4.

Sextò ampliatur, vt impedientes executionẽ prædictarum litterarum, in hanc cenſuram incidant, non obſtãte quacunque conſuetudine, etiam longiſſimi tẽporis: vt ſupra fuit dictũ. q. 5.

Sic ampliata limitatur dicta concluſio, vt ex-
11 communicationem hanc non contrahant, qui de licentia, facultate, & priuilegio Romani Põtificis hęc faciunt: nam Summus Pontifex hanc facultatem concedere poteſt: ar. tex. in cap. qui peccat, 23. q. 4. Quã ratione, ait Vgol. loco citato: ſub num. 2 in ver. Item excommunicationẽ hanc euadit: excuſari poſſe forte Principes id facientes. Sicut etiam ex Gratia. nos annotauimus ſupra, in d. q. 5.

Secundò limitatur, vt in excommunicationẽ
12 hãc non incidant partes *b*, contra quas emana-
b ta ſunt huiuſmodi reſcripta, & litteræ Apoſtolicæ, ſi recuſent illis obedire, & nõ impetrauerint conſenſum Magiſtratuum, vel Principum: quia tales recuſantes obedire litteris Apoſtolicis, proprié non dicuntur ad Curias ſæculares recurrere, & earum conſenſum procurare; quod vi huius canonis interdicitur.

Hac eadem ratione poſſeſſor beneficij non-
13 obediens litteris Papæ, quibus eidem præcipitur dimitti beneficij poſſeſſionem, cenſurã hãc non contrahit: dummodò non impediat executionem litterarum, quamuis incurrat aliam excommunicationem, ſub cuius pœna iubetur poſſeſſionem prædictam relaxari.

Non alligatur pariter excõmunicatione iſta,
14 qui re vera exiſtimans litteras Apoſtolicas non habere locum in aliquo caſu, illas impedire procurat: alioquin omnes Procuratores, & Aduocati, & ipſi etiam Principales, qui litteras Papæ aliter intelligerent, quàm vere deberent intelligi, excommunicationem iſtam contraherent: quod eſt abſurdum, & ideò nullatenus dicendũ l. nam quod abſurdum, ff. de Bon. libert. Et denique appellantes à Iudicibus Apoſtolicæ Sedis, & ſupplicantes à prouiſionibus Papæ, modò appellationes legitimè proſequantur, & bona fide putent, legitimè appellaſſe, in prædictam excommunicationẽ, non incidunt: quoniam litteris Papæ munitis clauſula illa ſolemni: *Contradictores Eccleſiaſtica cenſura cõpeſcentes*: poteſt de iure non tamen de facto contradici, vt per Gloſ. in c. pro illorum, ver. contradictores: de præbẽ. & Felin. in c. cauſam quæ, n. 42. de reſcr.

Imò qui contradiceret iniuſtè, licèt peccaret mortaliter, ar. tex. in cap. 2. de maior. & obed. & incurreret fortè aliam excommunicationem non tamen cẽſura huius canonis inuoluereturi ſi tamen litterarum executionem nõ impediat. Ita Alter. hoc eodem loco cap. 2. col. 3. in ver. Et primo dubitari poteſt: & col. 4. in ver. Reſpondeo: dubit. 3.

Tertiò limitatur, vt excommunicatio iſta nõ
i comprehendat eos, qui ob aliam cauſam perſonas in textu enumeratas offenderent: nẽpe ob inimicitias ipſos occidendo; aut ob auaritiam eoſdem ſpoliando; vel per metum peſtilentiæ à proprijs locis eijciendo, nam vi preſentis canonis excommunicantur offendẽtes vt ſupra occaſione dictarum litterarum, citationum, &c. ergo aliàs ſecus, quia incluſio vnius, eſt alterius exclufio, l. cum Prætor. ff. de Iudic. c. nonne, de præſump. & Vgol. ibidem, in ver. excipitur tamen.

Tertia concluſio.

AVdentes prohibere, ne quis ad Romanam Curiam accedat, aut recurſum habeat pro-
15 ſuis negotijs proſequendis, ſeu gratijs, vel litteris impetrandis, ſeu ne gratias ipſas, vel litteras à Sede Apoſtolica impetrent, ſeu impetratis non vtantur, incidunt in excommunicationẽ huius canonis. Hęc concluſio patet ex verbis in tertia parte dicti canonis cõtinentis, ibi. *Quiuè aliàs etc.*

Ampliatur primò dicta concluſio, vt generalis ſit, comprehendens quoſcunque in ipſa concluſione contenta committere præſumentes: nã relatiuũ illud, *Quiuè*, generaliter debet intelligi: eo quòd textus indeterminatè loquitur, ar. tex. in l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſt. Quocirca, vi dicti canonis excommunicantur omnes perſonæ noſtrę Bullæ contrauenientes, ſiue Eccleſiaſticæ ſint, ſiue laicæ, dummodò iuriſdictionem habeant: quoniam de perſonis publicis hunc canonem offendentibus in hoc loco in primis agitur: vt per Vgol. hìc in ver. Quiuè aliàs: ſub n. 1. ibi: Quæ excommunicatio, in fine. Ad quod allegat Nauar. in Man. c. 27. num. 68. in ver. Quinta.

Sed re vera Nauar. ibidem oppoſitum potius tenet, prout incontrarium eſt veritas: ait enim quòd non eſt neceſſe ad incidendum in cenſuras huius canonis, vt prædicta impedimẽta, fiãt authoritate iudiciaria laica, ſed ſufficit, vt fiant priuata, vel Eccleſiaſtica: tùm quia id patet quoad primam, & ſecundam partem, & quoad eos, qui procurant, vt ſuperiores ponant impedimenta prædicta, tùm quia non eſt cur excuſetur Eccleſiaſticus, qui authoritate Eccleſiaſtica intimantem, citantem, & alia iuſſa Sedis Apoſt. Implentem capit, conijcit in carcerem, vel vetat, ne inſtrumenta ſuper executis à ſe præſtet: tùm quia nulla verba eius id indicãt, neque vl-

la ratio concludit, & ità, vt eſt generalis, generaliter intelligi debet; c. ſi Romanorum, 19. d. l. de prætio, ff. de public. in rem act. Hæc Natar.

Ex quibus verbis non video quomodo Vgol. ſuam colligat opinionem. Quo circa dicendũ videtur, quòd contrauenientes vt ſupra, incidãt in excommunicationem prædictam ſiue perſonæ ſint Eccleſiaſticæ, ſiue laicæ: & ſiue auctoritate publica, ſiue priuata K contraueniant: eũ canon ipſe generaliter loquatur, & non diſtinguat.

Secundò ampliatur, vt excommunicatio iſta contrauenientes vtſupra comprehendat, ſiue prædicta generatim prohibeant per proclama, ſeu per edictum, dicentes, ne quis ad Romanã Curiam pro re vlla accedat: ſiue ſpeciatim, ſpecialiter alicui præcipiendo, ne ad dictam Curiã ſe conferat: vt patet ex illis canonis verbis: *In genere, vel in ſpecie*: vt bene declarat Vgol. loco citato, in ver. Item afficit.

Tertiò ampliatur, vt excommunicatio prædicta comprehendat ſupradictos contraueniẽtes: ſiue contraueniant directè prohibendo, & mãdando ſimpliciter, nequis ad Romanam Curiã
l accedat; ſiue indirectè l, nempe curando, vt in loco lis ei moueatur, vel iubẽdo, vt aliquid agat ob quod ad Curiam accedere non valeat: vt conſtat ex illis verbis: *Directè, vel indirectè*.

Quartò ampliatur, vt vi noſtri canonis excõmunicentur contrauenientes vtſupra, quicũq; ſint, qui impediuntur: atque adeò ſiue ſubditi ſint, ſiue non, & id propter illa verba: *Quibuſcunque perſonis*: & ſiue ſponte ad Romanam Curiam ſe conferant, ad gratiã, aut beneficium aliquod conſequẽndum, & ſiue contra voluntatẽ, vt cũ à Iudice iniuria ipſis illata eſt: vt conſtat ex illis verbis: *Accedant, aut recurſum habeant*: Nam verbum illud, accedant, ſignificat ſponte eũtes: At recurſum habeant, denotat vbi moleſtia, aut iniuria affecti ſint, & ob hanc cauſam ad Curiã confugiant. Ita Vgol. ibidem, in ver. Quartò excommunicatio hæc: & in ver. Poſtremo.

Quintò ampliatur, vt excommunicatio hæc alliget prohibentes accedere ad Romanã Curiã
m pro quibuſcunque negotijs m proſequendis, ſeu gratijs, ac litteris impetrandis: ſiue quis accedat pro aliquo beneficio conſequendo, Magiſtratu, vel penſione, ſiue ad obtinendam abſolutionem aliquam à cenſuris, aut peccatis, ad obtinendam diſpenſationem ab irregularitate, voto & his ſimilibus: vt patet ex illis verbis; *Ne pro quibuſuis negotijs proſequendis, ſeu gratijs, vel litteris impetrandis*. Quo circa Vgol. ibi in ver. Tertiò afficit, putat ex vi dictorum verborum cõprehendi etiam qui eum impediret, qui librum Romano Pontifici dicatum eidem donare vellet, & obid ad Curiam accederet.

Sextò ampliatur, vt non modò prohibentes
36 recurrere ad Romanam Curiam pro negotijs proſequendis, gratijs, vel litteris impetrandis, ſeu gratias ipſas aut litteras impetrare, vel impetratis vti in dictam excommunicationem incidant; ſed etiam ij, qui prædictas gratias, aut litteras impetratas apud ſe, aut apud publicos ſcribas, vel alios retinere præſumunt: vt conſtat ex illis verbis; *Vel eas apud ſe, aut Notarios, ſeu Tabelliones, vel aliàs quomodolibet retinere præſumunt*. Quibus Adde ex Vgol. loco citato, num. 3. quòd ſi Epiſcopus ad ordines promouere nollet ſpurium, qui diſpenſationem à Sede Apoſt. impetrauit, in dictam excommunicationem incideret, niſi aliquid aliud adſit quod ipſum inhabilem reddat: quia iſte talis cenſetur prohibere, ne litteris impetratis vtatur. Et in eandem cenſuram, ait Epiſcopum incidere n, ſi beneficium primũ vacans
n in ſua Diœceſi ab aliquo impetratum, ei nõ cõferat; vel certum à Romano Pontifice collatum vbi eſt, in poſſeſſionem eius mittere nolit, vel gratiam alicui factam admittere recuſet. Vndè monet Epiſcopos, & alios Iudices, vt in his cauti ſint, ne prædictam cenſuram contrahant, tãquam prohibentes vti gratijs, & litteris, vtſupra impetratis.

Sic ampliata limitatur primò dicta cõcluſio, vt excommunicatio iſta locum non habeat in
o eo, qui ob iuſtam cauſam o huic canoni nõ obtemperaret. Vndè, ſi Princeps edictum faceret, ne quis ad Romanam Curiã accedat: ꝓ quòd eorum opera plurimum indigeat ob periculum graue, quod Ciuitati immineat, in hanc cenſurã non incidet, vt habetur ex Alter. hoc eodem loco, cap. 3. col. pen. in iter. Quartò notãdum eſt.

Secundò limitatur, vt dicta excommunicatio non alliget eum, qui, ob aliam cauſam ad Curiã euntes impediret: vt diximus ſupra concluſione præcedenti, limitatione vltima.

Tertiò limitatur, vt dictæ excommunicationis
17 non alligentur i qui ignorantia laborãtes, huic canoni contrauenerint: ſiue ignorantia probabilis ſit, ſiue craſſa, & affectata: vt patet ex illis
p verbis in fine canonis poſitis. *Retinere præſumunt*: p Nam præſumptio requirit omnino ſcientiam: qua propter excludit quamcunque ignorantiam per ea, quæ ſupra annotauimus c. 1. q. 36. 37. & 38. Quibus adde, quòd verbum illud *Præſumunt* refertur ad omnes perſonas, & actiones prohibitas, de quibus tractatum eſt. Vndè ad contrahendam excommunicationem iſtam exigitur præſumptio, vel temeritas in quolibet genere perſonarum, vel actionum; ideſt vt ſcienter velint illa committere, & auſu temerario hunc canonem negligant; vt benè notat Alter. in explicat. huius can. cap. 3. col. fin. in ver. Illud ſolum.

ADDITIO.

a Priuata. Hanc eandem ſententiam tenet Viualt. hic num. 95 in antiquis, Anton. de Souſa hoc eodem loco, diſp. 72. num. 3. Regina. lib. 9. ſuæ praxis n. 328. Alter. in explicat. eiuſdem noſtri canonis cap. 3. & Bonac. ibidem diſp. 1. q. 14. pun. 2. nu. 10. licèt ſententiam Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 8. q. 7. n. 202. & aliorum, contrarium ſentientium, putet non eſſe improbabilem. Abb. Alex.

b Principes. Adde hic Bonacina de cenſur. Bull. cœnæ diſp. 1. q. 14. pun. 2. num. 14. qui hanc communem eſſe ait Doctorum ſententiam. Abb. Alex.

c Executores. Adde Alter. hic diſp. 14. cap. 2. col. 3. verſ. poſtulabit, Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. num. 202. & Bonac. hoc eodem loco, diſp. 5. q. 14. pun. 2. n. 15. vbi idem putat dicendum eſſe de iudice laico aſſiſtente parte principali reſiſtenti exequutioni litterarum Apoſtoli-

ca-

carum, itaut ſua aſſiſtentia in cauſa ſit, vt exequutio impediatur, vt habetur ex Filliuc. loco citato, n. 203. Abb. Alex.

d Prohibent. Adde quòd impedientes, ſeu prohibenſes litteras Apoſtolicas exequutioni demandari, in excommunicationem incidunt, etiam non ſequuto reali impedimento: nam Romanus Pontifex loquitur alternatiuè, *Impediunt, vel prohibent*: vt rectè aduertit Bonac. hoc loco, diſp. 5. q. 14. pun. 2. num. 27. vbi ex hoc infert ex Reginald. lib. 9. ſuæ praxis, c. 23. num. 329. ſub hac cenſura comprehendi, qui edicto, vel ſtatuto generali, vel particulari prohibet, ne litteræ Apoſtolicæ ſine conſenſu, & beneplacito exequutioni demandentur; aut ne inſtrumenta parti tradantur. Et quamuis Reginald. ibi, ad incurrendam excommunicationem iſtam, exigat temeritatem, ſeu præſumptionem; Bonac. tamen loco citato, num. 28. non probatur; quoniam in textu dicitur, *Impediunt, vel prohibent*; non autem impedire præſumunt. Et per litteras Apoſtolicas hoc loco non modò intelliguntur litteræ, & decreta Iudicum Romanæ Curiæ, & aliorum Iudicum Apoſtolicorum, etiam delegatorum, ac Romani Pontificis tam præſentis, quam futuri; ſed etiam Collegij S. R. E. Cardinalium, Sede vacante, iuxta ea, quæ ſupra adnotauit Duard. hac eadem q. ſub num. 3. Vndè Alter. hic, cap. 1. col. 5. cum Vgol. putat excommunicatione huius canonis alligari, qui ad impediendas litteras, vel decreta Collegij Cardinalium, ad Curiam ſæcularium recurrunt, ſiquidem Sedes Apoſtolica nunquam moritur, c. ſi gratioſè, de reſcrip. & veriſimile non eſt, Romanum Pontificem voluiſſe priuilegium huius Canonis concedere alijs Iudicibus inferioribus, & denegare Cardinalium Collegio. Eſt tamen verum, quòd Bonac. hic diſp. 5. q. 14. pun. 1. ſub num. 10. arbitratur, nomine Sedis Apoſtolicæ non venire Collegium Cardinalium, nam quamuis Sedes Apoſtolica nunquam moriatur, mortuo tamen Papa, dicitur vacare. Vnde putat non ligari excommunicatione huius Canonis, qui ad impediendas litteras Collegij Cardinalium ad Curias ſæculares recurrunt: niſi litteræ à Collegio expediantur in ijs, quæ Collegium ipſum facit de mandato Papæ, ſeu ex facultate Sedis Apoſtolicæ, vt regulariter facere conſueuit: in his enim Collegium Cardinalium ſaltem comprehenditur ſub appellatione Iudicum, & delegatorum Apoſtolicorum, quorum Canon noſter meminit. Quæ quidem Bonacinæ opinio probabilis eſt, ſicut probabilia quoque dicimus ea, quæ ibidem ait, num. 22. & 23. dum vult, ſub diſpoſitione huius Canonis comprehendi pariter litteras Pœnitentiariæ, cùm expediantur a Summo Pœnitentiario, tamquam à Præſidente; ſeu delegato à Papa, & litteras Congregationis Cardinalium, expoſitioni Concilij Tridentini præfectorum, quoties de mandato Papæ ſcribuntur, cum obligatione ad illas exequutioni demandandas, & obſeruandas. Io. Vincentius.

e Mandantes. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. num. 255. Anton de Souſa hic diſp. 73. num. 3. & Bonac. hoc eodem loco diſp. 5. q. 14. pun. 2. num. 55. contra Viual. ibidem numer. 93. in antiquis dicentem, mandantes hoc loco non excommunicari. Abb. Alex.

f Habentes. Hanc eamdem ſententiam tenet Bonac. hic diſp. 1. q. 14. pun. 2. num. 12. contra Vgolin. hoc eodem loco, verſ. Quiuè illa, Alter. c. 3. verſ. Capiunt, Coriolan. verſ. Excommunicatio, & Nauar. conſ. 57. de ſenten. excom. qui volunt excommunicari vi noſtri canonis has actiones ratas habentes. Sed prior ſententia eſt probabilior, cùm in canone mentio non fiat de ratihabentibus: qua ratione Anton. de Souſa hic, diſp. 75. num. 3. Viual. num. 93. in antiquis, & idem Bonac. loco citato, excludunt ab hac eadem excommunicatione etiam conſulentes, Abb. Alex.

g Conſenſum. Adde Reginald. lib. 9. ſuæ praxis, num. 322. Alter. hic, diſp. 14. c. 2. col. 3. dub. 2. & Bonac. hoc eodem loco, diſp. 1. q. 14. pun. 2. num. 17. vbi rationem hanc eſſe ait; quia conſenſus magiſtratus, & Principis pro eodem accipitur, & vtriuſque idem tribunal reputatur. Num. 8. quoque, & ex Reginald. lib. 9. ſuæ praxis, num. 327. & ex alijs probat hanc excommunicationem non comprehendere recuſantes exequi, quoniam aliud eſt impedire, & aliud nõ exequi: quo circa excuſantur iudices inferiores, notarij, littores, ſatellites, & alij ſimiles, qui rogati ad ferendum auxilium pro dictarum litterarum exequutione, eas exequi, & ad exequẽdas auxilium præſtare recuſant. Abb. Alex.

h Partes. Adde hic Alter. diſp. 14. c. 2. dub. 3. col. 4. & Reginald. lib. 9. ſuæ praxis c. 21. num. 324 ſiquidem aliud eſt non obedire litteris, & aliud impedire illas publicari, aut parti intimari: quod verum eſſe ait Reginal. ibi etiam ſi illi contra quos litteræ apoſtolicæ emanarunt, renuant eis obedire ex eo quòd Principis, ſui conſenſus non ſit obtentus: nam hi proprie loquendo non dicuntur impedire. D. Cæſar.

i Cauſam. Adde hic Reginal. lib. 9. ſuæ praxis c. 21. num. 320. Coriol. hoc loco in fine verſ. Excipitur, & alios apud Bonac. diſp. 1. q. 14. pun. 2. ſub n. 8. Abb. Alex.

K Priuata. Adde Bonac. hic diſp. 1. q. 14. pun. 3. n. 4. qui eãdem ſequitur ſententiã. Abb. Alex.

l Indirectè. Adde Bonac. hic diſp. 1. q. 14. pun. 3. num. 7. cum pluribus ſequentibus, vbi num. 11. inquit etiam indirectè impediri recurſum, intercipiendo litteras ad negotium in Romana Curia tractandum. Abb. Alex.

m Negotijs. Adde Bonac. hic diſp. 1. q. 14. pun. 3. ſub n. 8. verſ. ex dictis. Abb. Alex.

n Incidere. Adde hic Reginal. lib. 9. ſuæ praxis, num. 328. & alios apud Bonac. hic diſp. 5, q. 14. pun. 3. num. 12. vbi id limitat, niſi Epiſcopus id ex iuſta cauſa agat, vel ſi litteras apoſtolicas abſque ſuo conſenſu vel examine exequutioni tradi prohibeat: his enim caſibus excommunicationem non contrahit. Quod limitat ipſe Bonac. quoties litteræ ad Ordinarios diriguntur, uel quoties aliqua ſubeſt iuſta & rationabilis cauſa, quæ id licitè fieri ſuadeat: ſecus autem ſi in litteris præſcribatur, vt, non obſtante Epiſcopi voluntate, in exequutionem mittantur; nam tunc Epiſcopus id ſciens citra excommunicationem non poteſt litteras apoſtolicas impedire. Abb. Alex.

o Causam. Adde hic Bonac. diſp. 1. q. 14. pun. 3. n. 5. Abb. Alex.

p Præſumũt. Adde Alter. hic diſp. 14. c. 3. ad finẽ ver. Aliud ſolùm, & Reginald. lib. 9. ſuæ praxis, n. 333. contra Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. c. 8. n. 7. n. 206. exiſtimantem, ignorantiam craſſam non excuſare ab excommunicatione huius canonis; id. Cæſar.

COMMENTVM

In Canonem Quartumdecimum Bullæ in Cœna Domini.

ITEM Excommunicamus, & anathemanizamus omnes, & ſingulos qui per ſe, vel alios auctoritate propria, ac de facto, quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apoſtolicarum prætextu, beneficiales, & decimarum, ac alias cauſas ſpirituales: & ſpiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commiſſarijs noſtris alijſque Iudicibus Eccleſiaſticis auuocant, illarumque curſum, & audientiam, ac perſonas, Capitula, Conuentus, Collegia, cauſas pias proſequi volentes impediunt, ac ſe de illarum cognitione, tanquam Iudices interponunt. Quinè partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas: & ad faciendum, vel conſentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt à cenſuris, & pœnis in illis contentis abſolui, per ſtatutum, vel alias compellant, vel executionem litterarum Apoſtolicarum, ſeu executorialium proceſſuum, ac decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, vel ſuum ad id fauorem, conſilium, aut aſſenſum præſtant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætenſionum, ſeu etiam, dolore ipſi ad nos inſtrmandos, vt dicunt, ſupplicauerint, aut ſupplicari fecerint, niſi ſupplicationes huiuſmodi coram nobis, & Sede Apoſtolica, legitimè proſequantur, etiam ſi talia committentes, fuerint Præſidentes Cancellariarum, Conſiliorum, Parlamentorum, Cantellarij, Vicecantellarij, Conſiliarij quorumcunque Principum ſæcularium, etiamſi Imperali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignitate, aut Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, commendatarij, ſeu Vicarij fuerint.

De Diuiſione Canonis. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio illa fuit primò addita Bullæ ab Adriano IV. & habetur cum hac, quoniam, de immunit. eccl. in ſexto.*

TEx. diuiditur in quinque partes. In prima parte excommunicantur auocantes ſibi de facto, & auctoritate propria cauſas beneficiales, decimarum, ſpirituales, & ſpiritualibus annexas, à Iudicibus Eccleſiaſticis, illarumque curſum, & eos, qui proſequitiens volunt impedites, aut in earundem cognitione, tanquam Iudices ſe interponentes. In ſecunda parte excommunicantur cõpellentes per ſtatutum, aut alias partes actrices, ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, inhibitiones, & alias litteras in eis decretas: vel ad faciendum, vel conſentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à cenſoris, & pœnis in illis contentis abſolui. In tertia excommunicãtur impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum, ſeu executorialium proceſſuum, ac decretorum prædictorũ. In quarta excommunicantur fauentes, conſulentes, & eſſentiam præſtantes. In quinta ampliatur diſpoſitio huius canonis, & in vno caſu limitatur. Secunda ibi. Quinè. Tertia ibi, vel executionem litterarum. Quarta ibi, vel ſuum. Quinta ibi, etiam prætextu.

1 Excommunicatio illa fuit primò addita Bullæ ab Adriano IV. & habetur cum hac, quoniam, de immunit. eccl. in ſexto. Bullæ cœnæ tamen fuit primò addita ab Adr. iv. Iul. iij. Paul. iv. Greg. xiij. & ſucceſſibus ab aliis Pontificibus; vt notat hic Sayr. lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 18. num. 4. Qui quidem Romani Pontifices prædictum textum, in corpore iuris clauſum multis modis amplificauerunt, tũ ex parte ſic offendentium S. A. tum ex parte litterarum, quarum occaſione fit offenſio, tum ex parte actionũ, ſeu modorum, quibus talis offenſio fieri poteſt; vt bene docet Suar. in explica-

tio-

tione præcedentis canonis, diſp. 21. de cenſur. ſec. 8. n. 74.

Quoad ſecundum, quædã perſonæ ſunt principales, & quædam acceſſoriæ. Perſonæ principales, quæ vi præſentis canonis excommunicãtur ſunt nouem. Primò Præſidentes Cãcellariarũ, Conſiliorum, Parlamentorum. Secundò Cãcellarij. Tertiò Vicecancellarij. quartò Conſiliarij, tam ordinarij, quàm extraordinarij quorumcunque Principum ſæcularium, etiam ſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignitate. Quintò Archiepiſcopi. Sextò Epiſcopi. Septimò Abbates. Octauò, Cõmendatarij. Nonò Vicarij. Et hi omnes, ſiue per ſe, ſiue per alios, actiones ſequentes faciant. Acceſſoriæ verò perſonæ, ſunt tres. Primò fautores. Secundò conſulentes. Tertiò aſſentientes.

Quoad tertium actiones ſimiliter, aliæ ſunt principales, aliæ acceſſoriæ. Principales ſũt ſex. Primò auocare cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus annexas à ſequentibus perſonis. Secundò impedire earundem cauſarum curſum, perſonas, Audientiam, Capitulã, Conuentus, Collegia, cauſas prædictas proſequi volentes. Tertiò interponere ſe tanquam Iudices in cognitionẽ huiuſmodi cauſarum. Quartò compellere partes actrices, quę committi fecerũt huiuſmodi cauſas ad reuocandum, vel reuocari faciendum citationes, inhibitiones, aut alias litteras, in ipſis cauſis decretas. Quintò compellere eaſdem partes ad faciendũ eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, abſolui à cenſuris, & penis in illis contentis, aut ad conſentiendum eoſdem abſolui. Sextò impedire executionem litterarum Apoſtolicarum, executorialium proceſſuum, & decretorũ quomodolibet. Acceſſoriæ verò ſunt tres. Primo præſtare fauorem talia facientibus. Secundò conſilium dare. Tertiò aſſentiri.

Quoad quartum cauſæ, in ordine ad quas actiones prædictæ prohibentur, ſunt quatuor. Primò beneficiales. Secũdò cauſæ decimarum. Tertiò aliæ cauſæ ſpirituales. Quartò cauſæ ſpiritualibus annexę.

Quoad quintum perſonæ, à quibus prædictæ cauſę auocari prohibentur ſunt tres. Primò Auditores Romanæ Curiæ. Secundò Commiſſarij Apoſtolici. Tertio alij Iudices Eccleſiaſtici.

Quoad ſextum denique, prætextus, qui non excuſant ab excommunicatione præſẽtis canonis ſunt quinque. Primò prætextus quarumcũque exemptionum. Secundò gratiarum. Tertio litterarum Apoſtolicarum. Quartò prætextus violentiæ prohibendæ. Quintò prætextus ſupplicandi Romano Pontifici.

Ibi (*Per ſe, vel per alios*) An vi ſupradictorum verborum, ſub excommunicatione præſentis canonis comprehendantur mandantes. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Mandantes auocari cauſas ſpirituales, aut ſpiritualibus annexas à Iudicibus Eccleſiaſticis ad ſæculares Curias, in excommunicationem incidunt.*

1 REſpondetur affirmatiuè *a* per ea, quę ſupra diximus canone 8. ex Steph. de Aula in ſuo tract. de cenſur. p. 2. c. 15. diſp. 3. dub. 2. concl. 2. & alijs: quoniam qui per alios facit, nõ poteſt niſi, mediante mandato, illud facere. Et ideo auocantes cauſas in hoc canone recenſitas, & alias actiones ibi prohibitas facientes per eorũ procuratores, Agentes, commiſſarios, & his ſimiles, incidunt in excommunicationem, quæ in eo continetur, non ſecus ac ſi per ſe actiones vt ſupra damnatas perpetrarent. Vt bene notat Vgol. in explicatione d. canonis, §. 1. ſub nu. 1. in ver. Item afficit.

ADDITIO.

a Affirmatiuè. Adde Alter. hic c. 2. col. vltima, verſ. Hinc ſequitur, & Bonac. hoc eodem loco diſp. 1. q. 15. pun. 1. n. 24. Abb. Alex.

Ibi (*Auctoritate propria, ac de facto*:) An ad incurrendam dictam excommunicationem, requiratur, vt actiones vt ſupra prohibitæ fiant auctoritate iudiciaria. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Cauſas ſpirituales, aut ſpiritualibus annexas auocantes ad Curias ſæculares, niſi auctoritate iudiciaria id agant, excommunicationem non contrahunt.*

2 *Cauſas ſpirituales auocantes à Iudicibus Eccleſiaſticis ad ſæculares Curias, in excommunicationem incidunt, etiam ſi id non agant prætextu litterarum Apoſtolicarum.*

IN hac re Siiar. in explicatione præſentis canonis, diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. n. 75. ait, quòd ad incurrẽdam ſupradictam excommunicationem duo requiruntur. Primò vt actiones prohibitæ, fiant auctoritate iudiciaria: Secundò vt fiant prætextu litterarum Apoſtolicarum: nam vtrumque ſub hac particula copulatiuè proponitur. Vndè infert hunc canonem ſupponere huiuſmodi litteras, & gratias Apoſtolicas, vel eſſe nullas; ſed falsò confingi; aut certè illas reuocare quæcumque ſint.

Hæc interpretatio licèt vera ſit quoad primũ requiſitum, dum vult ad incurrendam dictam excommunicationem, requiri actiones vt ſupra prohibitas fieri auctoritate iudiciaria *a*: eo quòd id clarè colligitur ex illis canonis verbis; *Ac ſe de illarum cognitione tanquam Iudices interponunt*: tamen quoad ſecundũ requiſitum, nempe quòd fiant prætextu litterarum Apoſtolicarum, ſatis quidem dubia nobis videtur: quoniam ſi interpretatio iſta vera eſſet, prouiſio huiuſmodi fruſtatoria redderetur: eo quòd Poteſtas ſæcularis auctoritate ſua iudiciaria abſque alio prætextu citra vllam cenſuram cauſas ſpirituales, & ſpiri-

tualibus annexis à Iudicibus Apoſtolicis,& aliis Eccleſiaſticis auocare ſibi poſſet. Quod videtur abſurdum,& contra mentem Romani Pontificis,intendẽtis per præſentem canonem Eccleſiaſticæ immunitati conſulere.

Quo circa videtur dicendum ad incurrendã
2 prædictam excommunicationem ſatis eſſe auocationem dictarum cauſarum à Iudicibus Eccleſiaſticis per aliquam poteſtatem iudiciariam; eſtq; quòd talis auocatio nõ fiat prætextu litte-
b rarum apoſtolicarum *b*. Et hanc ſententiam videtur tenere Graff.lib.4.Deciſ.p.1.c.18.nu.124. in explicatione præſentis canonis. Vbi ſimpliciter ait,omnes Iudices, & alios auocantes cauſas ſpirituales,vel ſpiritualibus annexas ab officialibus Eccleſiaſticis ad ſuum Tribunal, in dictam excommunicationem incidere. Eandem opinionem nouiſſimè defendit quoque Alter. hoc eodem loco,cap.1. col. 2. in ver. Quarumcumque exemptionum.

Ad rationem, quam Suar. affert, reſponderi poteſt quòd non uidetur utcumque ſub dicta particula comprehendi, nempe, quòd actiones vtſupra prohibitæ fiant auctoritate iudiciaria, & prætextu litterarum apoſtolicarum, nam inter ly. *Auctoritate propria, & de facto*, & ly. *Quarumcumque exemptionum*, nulla mediat copula, cuius natura eſt copulare æquè principaliter: ut bene docet Panor. & alij Doctores adducti poſt ipſum in c. quæ iclam. n. 5. de Simon. Vnde illa verba: *Quarumcumque exemptionum*: ſunt intelligenda amplificatiuè potius quàm diſpoſitiuè; itaut excommunicentur auocantes cauſas ſpirituales, vel ſpiritualibus annexas à Iudicibus Eccleſiaſticis, etiam ſi priuilegium habeant Apoſtolicum, per quod eis talis facultas concedatur: quoniã vi noſtri canonis priuilegia huiuſmodi reuocantur.

Hoc eodem modo verba illa interpretatur Alter.loco citato: dicens,quòd Romanus Pontifex noluit vtrumque cumulare ad excommunicationem iſtam contrahendam;ſed uoluit exprimere cauſam,quæ vt plurimum afferri ſolet ad palliandum factum iſtud. Verum multò magis excommunicationi locus erit, ſi ceſſauerit prætextus exemptionum, & comprehendit omnes exemptiones,nullam excipiendo,ob illam dictionem. *Quarumcumque*; quæ habet vim ampliatiuam, ſeu ampliandi etiam vltra naturam rei,cui adijcitur,& ſemper auget uim verborũ, & aliquid amplius operatur,l.1.vbi Glo.fin & l. quicunque. C. de ſeru. fugit. Hinc infert idem Alter.hanc clauſulam, vel ſupponere tales gratias,& litteras Apoſtolicas falso configi & re vera à Sede Apoſtolica minimè conceſſas fuiſſe, uel eas annullare,& declarare nullius roboris,& momenti.

ADDITIO.

a Iudiciaria. Adde hic Sayr.lib.3.de cenſuris, c.18.n.5. Anton.de Souſa hic diſp. 77. n.5. Coriolan.hoc eodem loco,verſ.bene verum,& Reginald.lib.9.ſuæ praxis,cap.21.n.335. D. Cæſar.

b Auocatio. Adde quòd eandem ſententiam tenet Reginal.lib.9.ſuæ praxis, c.22. num. 336. quamuis Coriolan.hic,verſ.benè verum,& Filliuc.tom.1.qq.moral.tract.16.c.10.q.2. nu.244. idem dicendum putent de alijs, cauſas à Iudicibus Eccleſiaſticas auocantibus,vel illarum curſum impedientibus authoritate iudiciaria:nam ſicut priori caſu non contrahitur,niſi auocatio fiat prætextu litterarum,ac gratiarum Apoſtolicarum ſeu exemptionum, quas S. P. ſupponit falsò cõfigi,vel eas reuocat,irritat.& nullius roboris declarat,niſi priuilegia cum hac limitatione conceſſa ſint, vt reuocata non cenſeantur, niſi in reuocatione de illis fiat ſpecialis mentio, Hæc vltima ſententia eſt magis pia & probabilis, & qui eam ſequeretur eſſet tutus in conſcientia, & eò magis quia dici poteſt cauſa auctoritate propria auocari, etiam ſi id fiat prætextu priuilegij, nam priuilegium cùm ſit nullum, non diceretur alia ratione id fieri, quàm propria auctoritate. D. Cæſar.

An ad incurrendam ſupradictam excommunicationem requiratur, vt prædictæ actiones fiant auctoritate iudiciaria laica, vel ſatis ſit,ſi fiant auctoritate iudiciaria Eccleſiaſtica. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Cauſas ſpirituales auocans à Iudicibus Eccleſiaſticis ad ſæculares Curias, in excommunicationem incidit, etiam ſi Prælatus Eccleſiaſticus ſit, qui id agat: dummodo auocatio fiat auctoritate iudiciaria laica.*

IN hac re Nauar.in ſito Man.c.27. nu.70. verſ. Declaratio prima: exponendo præſentẽ canonem,& alij quos refert Sayr. hoc eodem loco,libr3.Theſ.tom.1. c.18. n.5. tenent, quòd ad incurrendam dictam excomicamuntionem requiritur, vt actiones prædictæ fiant auctoritate iudiciaria laica.

Probant hanc eorũ ſententiam: quoniam de illis in hoc canone tractatur, qui cauſas ſpirituales auocant à quibuſuis Iudicibus Eccleſiaſticis.

Secunda ſententia eſt Sayr.loco citato,dicẽtis,improbabile minime eſſe, Prælatos etiam Eccleſiaſticos,ſi cauſas à Iudicibus,& Commiſſarijs Apoſtolicis auocent,etiam auctoritate Eccleſiaſtica in hanc cenſuram incidere. Pro determinatione huius difficultatis, ſit

Prima Concluſio.

1 DIſpoſitio præſentis canonis extenditur etiã
a ad Prælatos Eccleſiaſticos *a* auocantes cauſas ſpirituales à Iudicibus Eccleſiaſticis.

Probatur hæc concluſio ex his, quæ habẽtur in fine d. canonis: vbi excommunicantur etiam Archiepiſcopi, Abbates, &c.

Confirmatur quoniã ſæpe perſonæ Eccleſiaſticæ in curijs ſæcularium Principum,ſungũtur munere Cancellarij, Vicegetis,&c. vt fuit Cardinalis Granuela in Regno Neapolitano: & Cardinalis Aſchamius columna in Luſitania: ergo ſi

mu-

muneribus illis malè vtuntur contra libertatẽ Eccleſiaſticam, perpetrantes actiones vi noſtri canonis prohibitas, proculdubio contrahunt excommunicationem in eo contentam : vt bene docet Suar. hic diſput. 21. de cenſur. ſect. 2. num. 70.

Secunda Concluſio.

QVamuis hæc excommunicatio extendatur ad perſonas quoque Eccleſiaſticas, nihilominus nunquam extenditur ad illas, vt dictas actiones committentes authoritate iudiciaria Eccleſiaſtica, ſed tantùm, vt faciẽtes eas authoritate iudiciaria laica. Hæc concluſio eſt contra Sayr. Et videtur eſſe Suar. loco citato, dicentis, hanc excommunicationem ligare, non ſolùm laicas perſonas, quamuis contra eas videatur præcipuè lata : ſed etiam Eccleſiaſticas, quæ ſimilia præſumunt alia authoritate quàm Eccleſiaſtica.

Probatur: quia in hoc canone fit tantùm mẽtio de Magiſtratibus, qui vt laica funguntur poteſtate, prohibitas actiones faciunt; ergo nõ eſt extendenda ad Magiſtratus prædictas actiones perpetrantes, & qui Eccleſiaſtica authoritate funguntur; quamuis iniuſtè, ac de facto: quoniã in pœnalibus, vt ſæpius diximus, non eſt recedẽdum à proprietate verborum, atque adeò ſtrictè ſunt intelligenda. Hanc eandem ſententiam tenet Alter. in explicat. eiuſdem can. cap. 1. in ver. Omnes ſingulos. Et hoc ideò, quoniam ſæpè perſonæ Eccleſiaſticæ in Curijs Principum ſecularium eliguntur ab ipſis Principibus ad ſeculares officia, & munera ſubeunda, quibus ſi malè vtuntur, incidunt in excommunicationem noſtri canonis.

Ad cõtrarium dicimus, quòd licèt in hoc canone ſermo fiat de his, qui cauſas ſpirituales auocant à quibuſcunque Iudicibus Eccleſiaſticis; tamen cauſæ ipſæ auocari poſſunt à Magiſtratibus ſæcularibus, qui ſimul ſunt Prælati Eccleſiaſtici. Et ideò huius canonis diſpoſitio extenditur etiam ad perſonas Eccleſiaſticas, laicas tamen, & non Eccleſiaſtica poteſtate fungentes.

ADDITIO.

a Eccleſiaſticos. Adde Suar. de cenſuris, diſp. 21. ſect. 2. num. 76. Alter. hîc diſput. 15. verſ. Omnes & ſingulos, Anton. de Souſa hoc hoc eodem loco cap. 15. diſput. 77. num. 3. & 4. & Bonac. diſp. 1. q. 15. pun. 1. ſub nu. 5. vbi etiam contraria ſoluit. Abb. Alex.

Ibi (*Aliàs cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus annexas*) Quæ ſint cauſæ ſpirituales, & ſpiritualibus annexę; & quando auocantes eas à Iudicibus Eccleſiaſticis incidant in excommunicationem noſtri canonis.

Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa iudicialis quid ſit: & quotuplex.*
2 *Cauſa omnis ſpiritualis, aut ſpiritualibus annexa, eſt Eccleſiaſtica : ſed non è contrario, omnis cauſa Eccleſiaſtica eſt ſpiritualis, aut ſpiritualibus annexa.*
3 *Cauſa ſimpliciter ciuilis, dicitur cauſa prophana, in qua nihil ſpirituale tractatur.*
4 *Cauſa pecuniæ depoſitæ pro monacanda filia, eſt cauſa Eccleſiaſtica mixtis, & propterea non poteſt ſequeſtrari per Iudicem laicum.*
5 *Cauſa Eccleſiaſtica criminalis appellatur, vbi agitur de crimine Eccleſiaſtico, cuius examinatio, & condemnatio ſpectat ad Eccleſiaſticum Iudicem.*
6 *Cauſa Iudæorum delinquentium contra Religionem Chriſtianorum, eſt Eccleſiaſtica.*
7 *Cauſa criminalis Eccleſiaſtica dicitur, vbi tractatur de crimine, quod per ciuiles leges non punitur, ſed tantùm punitur ſecundum Eccleſiaſticas.*
8 *Cauſa ſpiritualis, quænam dicitur.*
9 *Spiritualium rerum plures ſunt ſpecies.*
10 *Cauſa ſpiritualibus annexa, eſt cauſa, in qua agitur de iure patronatus.*
11 *Iuspatronatus eſt eſſentialiter ſpirituale; & per accidẽs temporale : & ideò debet quoad omnia iudicari, vt ius ſpirituale : niſi reperiatur aliud contrarium à iure expreſſum.*
12 *Iudex laicus in quibus caſibus poteſt ſe intromittere in cauſa iuris patronatus.*
13 *Spiritualibus annexa vocãtur etiam vaſa ſacra, veſtes Sacerdotales, & his ſimilia.*
14 *Deo ſemel dicata, ad humanum vſum amplius conuerti non poſſunt.*
15 *Veſtium ſæcularium nõ eſt facienda veſtis ſacerdotalis, nec aliquis ornatus Eccleſiaſticus.*
16 *Cauſa quaſi ſpiritualis dicitur, in qua agitur de iudicio poſſeſſorio, & ex quadam parte etiam de petitorio rei ſpiritualis.*
17 *Cauſa mixta eſt illa, quæ pertinet ad diuerſum forum.*
18 *Iudex ſæcularis poteſt cognoſcere de cauſa iuris patronatus acceſſorie cum vnius ſolute bonorum.*
19 *Iudex laicus poteſt cognoſcere, de cauſa iuris patronatus, cum agitur de priuando patrono ſuo iure præſentandi.*
20 *Cauſæ mixti fori, quænam ſint.*
21 *Cauſas ciuiles, ſeu pecuniarias à Iudicibus Eccleſiaſticis ad curias ſeculares auocãtes, vt horum canonis nõ excommunicentur; ſiue cauſæ Eccleſiaſticæ ſint, ſiue non : & ſiue de iure, ſiue litterarum Apoſtolicarum, ſiue quocunque alio prætextu auocentur.*
22 *Ciuiles cauſas auocantes, ſi cum illis trahant perſonas Eccleſiaſticas directè, vel indirectè, præter iuris communis diſpoſitionem, incidunt in excommunicationem can. 15. Bullæ cœnæ.*
23 *Actor ſequi debet forum Rei.*
24 *Cauſas Eccleſiaſticas quaſcunque auocantes à Iudice Eccleſiaſtico maximè Ordinario, ad forum ſæculare, etiam ſi cauſæ ciuiles ſint, & cum eis non trahant Eccleſiaſticos, excommunicationem contrahunt, cõtent. in infra can. 16. & can. 17.*
25 *Cauſas criminales auocãtes à Iudicibus Eccleſiaſticis ad Curias ſæculares, in excommunicationem huius canonis non incidunt : ſiue cauſæ Eccleſiaſticæ ſint, ſiue ſeculares.*
26 *Cauſæ criminales etiam Eccleſiaſticæ non ſolùm non poſſunt dici ſpirituales, ſed potius ſpiritualibus contrariæ.*

27 Cauſa,

27 *Cauſa, in qua tractatur, an aliquis commiſerit crimen, cenſuram habens annexam, poteſt dici ſpiritualis.*

28 *Cauſas criminales Eccleſiaſticas auocantes à Iudicibus Eccleſiaſticis, licèt non incidant in excommunicationem huius canonis, incidunt tamen in cenſuram, quæ habetur in can. 15. 16. & 17.*

29 *Cauſas ſpirituales, vel ſpiritualibus annexas auocantes a Iudicibus Eccleſiaſticis ad Curias ſæculares, excommunicationem hanc contrahunt. Et id etiam ſi auocent prætextu alicuius priuilegij Apoſtolici cõceſſi ante editionem huius canonis.*

30 *Cauſas ſpirituales, ſi Poteſtas ſæcularis principaliter, & ab initio cognoſcit, in excommunicationem hanc non incidit; ſed in cenſuram, quæ continetur infra can. 17.*

31 *Sæcularis Iudex ex priuilegio Rom. Pontificis poteſt principaliter, & ab initio cognoſcere de cauſis ſpiritualibus, ſiue priuilegij conceſſio præcedat huius canonis emanationem, ſiue ſubſequatur.*

32 *Sæcularis Iudex non poteſt vigore alicuius conſuetudinis cognoſcere de cauſis ſpiritualibus, quantumuis immemorabilis.*

33 *Laicus eſt incapax iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, & ideò debet priuilegium probare ſaltem per famam.*

34 *Cauſas quaſi ſpirituales, auocantes a Iudicibus Eccleſiaſticis ad ſæculares Curias, in excommunicationem illam incidunt.*

35 *Cauſa poſſeſſoria res ſpiritualis, cùm miſtam habeat proprietatis rationem, non dicitur temporalis, ſed ſpiritualibus annexa.*

36 *Cauſas miſtas auocantes à Iudice Eccleſiaſtico, ad Curias ſæculares, ſi Iudex Eccleſiaſticus præueniret, licèt non contrahant excommunicationem huius canonis; incidunt tamen in cenſuram can. 16. & noſtræ Bullæ.*

37 *Præuentio quid ſit, & ipſius effectus.*

AD tituli intelligentiam eſt annot. quòd per cauſas hoc loco non intelligimus cauſas legales, quæ ad legis conſtitutionem concurrunt; nam de ijs ſupra tractauimus, lib. 1. c. 1. ſed ſermo noſter eſt de cauſis iudicialibus.

Eſt tamen cauſa iudicialis materia, & origo
1 negotij, non dum diſcuſſione, & examine patefacta, quę dum proponitur, cauſa eſt, cùm diſcutitur, iudicium; cùm definitur, iuſtitia: vt in cap. forus, de verb. ſignif. Et quamuis iudicialis cauſa diuidatur in cauſam iudicialem ſæcularem, & in cauſam iudicialem Eccleſiaſticam, vt habetur per Gloſ. in ſum. 1. q. 1. vbi Turrecr. & alij; nihilominus in hoc canone agitur de cauſis iudicialibus Eccleſiaſticis dumtaxat.

Secundò eſt not. quòd omnis cauſa ſpiritua-
2 lis, & ſpiritualibus annexa, eſt cauſa Eccleſiaſtica; ſed non è contra, omnis cauſa Eccleſiaſtica, eſt ſpiritualis, aut annexa ſpiritualibus. Nã cauſa Eccleſiaſtica diuidatur in ciuilem, in criminalem, in ſpiritualem, in ſpiritualibus annexam, in quaſi ſpiritualem, & in miſtam.

Cauſa Eccleſiaſtica ſimpliciter ciuilis, dicitur
3 cauſa prophana, in qua nihil ſpirituale tractatur; vt eſt cauſa pecuniaria, in qua tractatur de iure ſuccedendi in hæreditate, vel de alia re purè temporali: vt in c. frater, 16. q. 1. & Gloſ. in ſum. 11. q. 1. ſeu de rebus temporalibus, Eccleſiæ non conſecratis. Vt de prædijs, iumentis, pecoribus, & his ſimilibus: vt habetur ex Turrec. in c. 1. n. 4. 11. q. 1. Sic etiam pecunia depoſita pro
4 monacanda filia in aliquo monaſterio, ſi tractetur de ea in iudicio, dicitur Eccleſiaſtica ciuilis: qua propter nõ poteſt ſequeſtrari per Iudicem laicum; vt latè probat Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 165. Et tãtò fortiùs, cùm ſit deſtinata monachationi. quo caſu mutauit naturam: nam pecunia deſtinata ſolutioni ſequeſtrari nõ poteſt: vt per Bart. in l. commodis in fine, ff. de re iud. & alios quos allegat Mart. loco citato, num. 5.

Criminalis cauſa Eccleſiaſtica nuncupatur
5 vbi agitur de crimine Eccleſiaſtico, cuius examinatio, & commendatio ſpectat ad Eccleſiaſticum Iudicem: vt eſt crimen vſurarum, aut hæreſis: vt in d. cap. 1. & ibi Gloſ. & in c. ſi quis cum clerico, 11. q. 1.

Quod verum eſt, etiam ſi Iudæi ſint, qui de-
6 linquant contra Religionem Chriſtianam, vt ſi fauerent Chriſtiano, vt pertranſiret ad Iudaiſmũ: aut ipſi Iudæi facti Chriſtiani, iterum rediret ad eorum perfidiam; aut alijs modis Catholicã Religionem deturparent: nam huiuſmodi crimina ſpectant ad forum Eccleſiaſticũ, & ad Inquiſitorem hæreticæ prauitatis: vt habetur ex Anch. in conſil. incipit: Iudex ſpiritualis; Felin. in c. 1. n. 38. ver. Idem quando in opprobrijs, de Conſt. Guid. Rap. dec. 61. & extat Bulla Nicol. IV. poſita in Direct. Inq. par. 2. poſt. q. 44. & ibi Pegna cum alijs Doctoribus, quos allegat commen. 69.

Quocirca Mart. de iuriſd. par. 4. caſu 166. n. 6. infert, valdè errare illos, qui arbitrantur, Iudæos delinquentes in Religionem Chriſtianam, poſſe per Principem ſæcularem aſſidari in eius ſtatu, & dominio; ex regulis, quis confugientes ad Eccleſiam ſunt conſeruandi, ac gaudere immunitate Eccleſiarum. Imò hanc opinionem, diabolicam appellat, eiuſdemque obſeruantiam cauſam eſſe deſtructionis Ciuitatum, & extinctionis dominij, ac iuriſdictionis.

Item Eccleſiaſtica cauſa criminalis appella-
7 tur, vbi tractatur de crimine, quod per ciuiles leges non punitur, ſed tantùm punitur ſecundũ Eccleſiam. Vt eſt crimen ſimplicis fornicationis, & alia huiuſmodi: vt habetur ex Turrecr. in d. c. 1. n. 2. vbi etiam etiam Gemin. & Mart. de iuriſd. p. 2. c. 1 num. 2 & 2.

Spiritualis cauſa nominatur, vbi agitur de re-
8 bus Eccleſiaſticis, ac ſpiritualibus: nempe de decimis *a*, primitijs, & oblationibus de beneficijs Eccleſiaſticis, Sacramentis, cenſuris, electionibus, ac præſentationibus, & nominationibus. Vbi de cauſa mere ſpiritualis dicitur, vbi tractatur de iure rei ſpiritualis. Vt verbi gratia an
b hoc, vel illud matrimonium valeat *b*: an hic, vel alius ſit ex legitimo matrimonio natus: an collatio talis beneficij valida fuerit: an decimæ ab hoc, vel alio ſolui debeant: an ad hunc, vel illum pertineat nominatio, præſentatio, aut electio in talem præbendam, vel dignitatem Eccleſiaſticam: an hic, aut ille ius habeat ſepulturæ, & cætera huiuſmodi, de quibus Azor. lib. 5. inſt. moral. p. 2. c. 14. q. 1. circa prin. ex Panor. in c. litteras, de iur. calumn. Couar. lib. pract. qq. c. 35. n. 1. & Alter. in explicat. huius can. c. 3. col. 1.

Sunt autem ſpiritualia multipliciter. Nam
9 quædam dicuntur ſpiritualia ſecundum eorum eſſentiam: & horum, quædam incorporalia ſũt,

vt

vt virtutes, & dona Dei, quæ non cadunt in cõuentionẽ, nec æſtimantur: vt in c.a. & ibi Gloſ. 2. t.q. 1. Quædam verò ſunt corporalia, vt reliquiæ Sanctorum, quæ de iure vendi non poſſunt citra ſimoniæ vitium, vt in c.1. & 2. de reliq. & ven. Sanct. Item ſpiritualia, quædam dicũtur ordinatiuè, quia ordinantur ad aliquod ſpirituale: vt ſunt decimæ, primitiæ, & omnia beneficia Eccleſiaſtica: quæ ordinantur, vt Miniſtri Eccleſiæ his ſuſtentari liberè valeant, & ſpiritualibus intendere. Eadem ratione pecunia deſtinata pro monachanda filia in aliquo monaſterio, poteſt dici quodammodo res ſpiritualis ordinatiuè: eo quòd ordinatur ad monachationem, quæ eſt res ſpiritualis: iuxta ea, quæ dicit Mart. de iuriſd. p.4. caſu 165. ſub n.3. quædã ſpiritualia, nuncupantur talia participatiuè. Vt cœmeteria, vaſa ſacra, & ſimilia; eo quòd participant conſecrationis, quæ ſpirituali benedictione fit. quædam ſunt ſpiritualia ratione cauſæ; vt ſunt omnia Sacramenta: quia per eam cõſequimur gratiam. quædam ſunt ſpiritualia ratione ſtatus, vt eſt Religio. quædam dicuntur ſpiritualia ex eo quòd dependent à poteſtate ſpirituali, vt excommunicatio: & aliæ cenſuræ, ac ab eiſdem abſolutio. quædam ſpiritualia nominantur ratione officij, ſeu ordinis, vt pulſare campanas, claudere oſtia, & alia huiuſmodi. Ita Panor. ex Io. Andr. in c. conſulere, ſub nu. 3. de Simon. & Archid. t.q. t.c. 1. in prin.

Spiritualibus annexa cauſa dicitur, vbi agitur de iure patronatus: nam Iuspatronatus ex eo dicitur annexum iuri ſpirituali: quoniam præſentatio, quæ fit per patronum alicui ad aliquam Eccleſiam licèt ſit temporalis, tamẽ quia ordinatur ad inſtitutionem, & ſic ad ſpiritualitatem, ad quam ſine præſentatione peruenirì non poteſt, idcirco ius illud præſentandi appellatur ſpirituali annexum, ſeu ſpirituale ratione connexionis: vt habetur ex Panor. in c. quanto, ſub num. 6. de Iudic. vel ius patronatus dicitur ſpirituali annexum ex Alfidr. Barb. in addit. ad eundem Panor. loco citato, ex eo quòd oritur à re prophana, quam quis dedicat Deo cum reſeruatione dicti iuris. Vnde poſt dedicationem ſapit quandam laicalitatem, cùm remaneant reliquiæ dominij: quocirca res illa pro parte nominatur temporalis, & pro parte ſpiritualis: & ſic Iuspatronatus dicitur quoddã participiũ, quia partim capit à temporalitate, & partim à ſpiritualitate. Et hęc expoſitio magis congruit textui in d.c. quanto, dum in eo habetur: quòd eſt coniuncta, & annexa cauſa iuriſpatronatus cauſæ ſpirituali, & non dicitur, quòd iuſpatronatus ſit annexum iuri ſpirituali. Præterea, ſi Iuspatronatus eſt annexum iuri ſpirituali, ergo ſpiritualitas ſe tenet ex parte ſubiecti, & Iuspatronatus loco accidentis, & ideò res illa Deo dicata dicitur ſpiritualis per ſe, & temporalis per accidens.

Sed quia tex. in c. de iure, de Iuspatronat. expreſsè ait, quòd Iuspatronatus, eſt ſpirituali annexum, idcirco infertur ex Graff. & alijs, quos refert ipſemet Panor. loco citato, quòd ius patronatus, cùm dicatur eſſentialiter ſpirituale, & temporale tantùm per accidens, debet quoad omnia iudicari vt ius ſpirituale, niſi reperiatur aliud contrarium à iure expreſſum. Et ideò vbi ſpiritualis cauſa deberet tractari ſimpliciter, & de plano, idem dicendum eſſet de iure patronatus. Et ſicut olim non iurabatur de calumnia in cauſa ſpirituali: ita nec in cauſa Iurispatronatus: vt in c. litteras, de iureiurando.

Quæ quidem, licèt nõ negentur à Panor. ibidem ſub n. 3. limitat tamen, quòd tunc ſtatutũ in cauſis ſpiritualibus, extenditur ad cauſam iurispatronatus, & aliorum, quę ſunt ſpiritualibus annexa, quando non tractatur de materia odioſa. Et quamuis neget Iuſpatronatum eſſe eſſentialiter ſpirituale; fatetur nihilominus, quòd ex quo eſt connexum ſpiritualibus, ratione connexionis, cùm maius dignũ trahat ad ſe minus dignum, ea quæ dicuntur de cauſis eſſentialiter ſpiritualibus, dicuntur etiam de cauſis ſpiritualibus annexis, & conſequenter de cauſa iurispatronatus: vt colligitur etiam ex his, quæ cumulat Mart. de iuriſd. p.2. cap. 41. vbi num. 8. cum pluribus ſeq. refert nonnullos quoque caſus, in quibus Iudex laicus poteſt ſe intromittere in cauſa iurispatronatus. Vt cùm agitur de priuando patrono ſuo iure præſentandi: vel quando cognoſcitur de iure patronatus acceſſoriè cum vniuerſitate temporali: aut tractatur de expulſione violenta à ſepultura inter laicos.

Adde, quòd Panor. in d.c conſulere, de ſim. n. 3. in fine, vaſa ſacra, veſtes ſacerdotales, & ſimilia, appellat etiã ſpiritualibus annexa, ſicut iuspatronatus: quia ſunt deputata ad vſum ſpiritualium, nec conuerti poſſunt ad humanum vſum, cùm ſemel fuerint Deo dicata, vt in cap. ſemel Deo dicatum, de regul. iur. in ſexto.

Hinc notat Alex. de Neuo in add. ad eundem Panor. ibi, quòd veſtibus perſonarum ſæcularium non eſt faciendа veſtis Sacerdotalis, ſeu caſula, nec aliquis ornatus Eccleſiaſticus, & id per Gloſſ. in c. ad nuptiarum, de conſecr. d. 1.

Quaſi ſpiritualis cauſa Eccleſiaſtica, ex Azor. loco ſupra citato, dicitur, in qua agitur de iudicio poſſeſſorio: ſed requirit etiam quædam ex parte petitorij, cùm tractatur de proprietate rei. Vt cùm tractatur de reſtituenda coniugem rito, opus eſt etiam, vt agatur, an legitimum matrimonium inter eos conſtiterit: vt in c. extranſmiſſa, & c. ex parte, de reſtit. ſpol. Sic etiam vbi Clericus agit contra laicum iudicio retinẽdæ, aut recuperandæ poſſeſſionis ſui beneficij, hæc cauſa dicitur quaſi ſpiritualis: quoniã licèt in ea agatur iudicio poſſeſſorio, quæ quidem quæſtio facti eſt; tamen requirit ex parte petitorium, cùm ad iuſtificandam poſſeſſionem in hoc caſu ſit neceſſaria ſummaria probatio, ſit. cuius tituli apparentis: vt latè probat Couar. lib. pract qq. c. 35. con. 1.

Miſta denique cauſa dicitur illa; quæ pertinet ad diuerſum forum. Vnde aliquando cauſa temporalis, ſeu ſecularis, ſiue ciuilis ſit, ſiue criminalis, propter aliquam qualitatem ſit de foro Eccleſiaſtico: vt in c. cùm ſit generale, cum tribus ſeq. & ibi DD. de for. comp. Et è cõtra cauſa Eccleſiaſtica ratione alicuius qualitatis pertinet ad Iudicem ſæcularem, ſeu à ſæculari poteſtate cognoſci poteſt.

Vnde Iudex ſecularis rectè cognoſcit de cauſa iurispatronatus accеſſoriè cùm vniuerſitate bonorum, in qua includitur ipſum iuſpatronatus, vt ſupra diximus, dummodò neque in libel-

lo,neque in ſententia fiat illius mentio: vt bene docet Io. Anan. in cap. 1. de iur.patr.in ſexto, Lambert. & alij,quos refert,& ſequitur Mart.in d.c.41.n.12.

Sic etiam Iudices laicos poſſe cognoſcere de
19 cauſa iurispatronatus,diximus,cùm agitur de priuando patrono ſuo iure preſentandi:vt in c. ſignificauit,vbi Felin. de teſtib. & in alijs caſibus,relatis à Mart.loco citato, Anch. in c. ea quæ,num.8.de regul.iur.in ſexto.

Vndè paſſim iniure reperiſtur plurima cauſarum genera, quæ ab vtroque Iudice cognoſcuntur,etiam ſi criminales fuerint: atque adeò miſti fori appellantur:vt ſunt delicta, quæ lege naturali,ciuili,ac pontificia ſimul vetita ſunt:vt per Abb.in d.c.cùm ſit generale, nu.31. de for. comp.& Nauar.in c.nouit,not.6.n.41.de Iudic.

Item miſta dicitur cauſa, quando Iudices diuerſi fori coniunguntur in cognitione: vt patet in Inquiſitore, & Epiſcopo, qui conueniunt in proceſſu,ac ſententia contra hæreticum, c.per hoc.de hæret.lib.ſexto.

Sic etiam Reus prætendens gaudere immunitate Eccleſiarum,ſi tam à Iudice ſeculari,quâ Eccleſiaſtico cuſtodiatur, ab vtroque poteſt ciuſdem prætenſio terminari:vt declarat Mart. de iuriſd. p.2.c.1.

Item vtriuſque fori Iudices coniungi poſſũt
c ad cognoſcendum de crimine vſurarum, c ſacri-
d legij, d iuramenti, blaſphemæ, ſodomiæ, pollutionis Eccleſiæ, Confraternitatum laicorum, adulterij, inceſtus, miſerabilium perſonarum
e pacis factæ e, cõuenticularum, ac collegiorum quæ illicita ſunt,Piratarum,incendiorum, virginum,& Sanctimonialium violatorum,iniurię factæ clerico, falſitatis in litteris Apoſtolicis; Item aliquando miſti fori eſt cognitio clericatus, & non nullæ aliæ cauſæ,de quibs latè per Mart. loco citato à c.1.vſque ad cap.53.vbi omnia ſupradicta declarat,ampliat, ac limitat. His annotatis, quæritur modò quæ cauſæ vi noſtri canonis auocari prohibeantur à iudicibus Eccleſiaſticis. Pro cuius rei determinatione,ſit

Prima Concluſio.

AVocantes cauſas ciuiles, ſeu pecuniarias à iudicibus Eccleſiaſticis ad Curias ſeculares,
21 ſiue cauſę Eccleſiaſticę ſint, ſiue non: & ſiue prætextu litterarum Apoſtolicarum, ſiue quocumque alio prætextu auocentur vi noſtri canonis non excommunicantur.

Probatur;quoniam per preſentem canonem prohibetur ſub excommunicationis pęna auocatio cauſarum ſpiritualium, vel earum, quæ ſpiritualibus ſunt annexæ, vt ex eiſdem tenore clariſſimè conſtat: cauſæ autem ciuiles,ſiue ſeculares ſint, ſiue Eccleſiaſticæ, ſunt cauſæ prophanæ, in quibus nihil ſpiritualitatis tractatur: vt ſupra diximus in ſecundo not.

Eſt tamen verùm,quòd ſi auocantes ſupradi-
22 ctas cauſas ciuiles, cum illis, ſeu illarum ratione, directè, vel indirectè adſe trahant perſonas Eccleſiaſticas, capitula, cõuentus, aut Collegia Eccleſiarum quarumcumque præter iuris canonici diſpoſitionem,incidunt in excommunicationem, quę in ſequenti canone continetur; cuius vigore excommunicantur hi, qui ex prætenſo eorum officio ad inſtantiam partis, vel aliorum quorumcumque,trahunt,aut trahi faciunt ad eorum tribunalia ſecularia perſonas Eccleſiaſticas,& communitates ſupradictas.

Ex hoc infertur, quòd introducta cauſa ciui-
23 li coram Iudice Eccleſiaſtico:in qua laicus agit contra clericum, vel aliam perſonam Eccleſiaſticam de iure ſuccedẽdi,de prædijs, pecoribus, & alijs rebus prophanis, Eccleſiæ non conſecratis,ſi quis cauſam huiuſmodi auocet à Iudice Eccleſiaſtico, licèt non incidat in cenſuram huius canonis;contrahit tamen excommunicationem ſequẽtis canonis: quia ratione talis cauſæ, trahit ſaltem indirectè perſonas Eccleſiaſticas ad ſæculares Curias contra iuris diſpoſitionem,cùm cauſa illa competat Iudici Eccleſiaſtico definiendа:eo quòd actor debet ſequi forum rei:vt in c.experientiæ tuæ, & c. ſi quiſquam clericus,11.q.1.

Imò quamcumque cauſam Eccleſiaſticam,
24 ſi quis auocet à Iudice Eccleſiaſtico, maximè ordinario, ad forum ſęculare,etiam ſi cum eo nõ trahat perſonas Eccleſiaſticas, videtur proculdubio incidere in excommunicationem, quæ infra in 16. canone noſtræ Bullæ continetur: quia vi dicti canonis prohibetur Iudices Eccleſiaſticos ordinarios quomodolibet impediri,quominus ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica contra quoſcunque vtantur, ſecundum quod canones,& ſacrę conſtitutiones Eccleſiaſticæ, & decreta Conciliorum generalium ſtatuunt. Ac etiam excommunicantur hi, qui poſt Ordinariorum Iudicum, ſeu Prælatorum,vel etiam ab eis Delegatorum quorumcunque ſententias, & decreta, aut alias fori Eccleſiaſtici iudicium eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias ſæculares recurrunt,& ab illis prohibitiones, & mandata prædictis Iudicibus Eccleſiaſticis procurant; nec non illi, qui prędicta decernunt.

Adde,quòd auocantes vt ſupra cauſas Eccleſiaſticas etiam ſi ciuiles ſint,ſeu prophanæ à Iudicibus Eccleſiaſticis, videntur etiam alligari excommunicatione, quæ infra habetur in can. 17.quoniam per illam excommunicantur vſurpates iuriſdictiones Eccleſiaſticas; modò,qui à Iudicibus Eccleſiaſticis auocant cauſas Eccleſiaſticis, verè dicuntur vſurpare iuriſdictionem Eccleſiaſticam.

Secunda Concluſio.

AVocantes cauſas criminales à Iudicibus Eccleſiaſticis ad Curias ſæculares, ſiue cauſæ
25 Eccleſiaſticę ſint,ſiue ſęculares,nunquam contrahunt cenſuram noſtri canonis.

Probatur;quoniam in d.canone, hi excommunicantur,qui auocant cauſas ſpirituales, ſeu ſpiritualibus annexas à Iudicibus Eccleſiaſticis. Modò cauſæ criminales,ſiue ſæculares ſint,ſiue Eccleſiaſticæ, nulla ratione dici poſſunt nec ſpirituales,nec ſpiritualibus annexæ. Nam non dicuntur tales eſſentialiter, nec ordinatiuè,nec participatiuè, nec ratione cauſæ,nec ratione ſtatus, nec alijs modis ſupra numeratis in 2.not.

Imò cauſæ criminales adeò ſpirituales non di-

26 dicuntur. vt ſpiritualibus ſint omninò contrariæ: nam cùm in cauſis criminalibus de crimnibus tractetur, crumina & peccata ſpiritualibus, ac Diuinis ebus omninò aduerſantur.

Limitatur primo dicta concluſio, niſi in cau-
27 ſis criminalibus tractetur, an qui hoc vel illud crimen commiſit, inciderit in excommunicationem, aut in aliam cenſurã Eccleſiaſticã: quoniam excommunicatio, & aliæ cenſuræ Eccleſiaſticæ cùm ſint ſpirituales ratione poteſtatis vt ſupra diximus, cauſæ prædictæ ſub hac ratione poſſunt appellari ſpirituales: & ideò auocãtes eas à Iudicibus Eccleſiaſticis, incidunt in excommunicationem dicti canonis.

Secundò limitatur ſupradicta concluſio, vt
28 auocantes cauſas criminales Eccleſiaſticas à iudicibus Eccleſiaſticis, licèt non incidant in excommunicationem præſentis canonis; incidũt tamen in cenſuram, quæ continetur infra in ſequenti canone, ſi ratione illarum directè, vel indirectè trahantur perſonæ Eccleſiaſticæ ad ſecularia tribunalia. Et eſtò, quòd perſonæ Eccleſiaſticę non trahantur vt ſupra, ſi cauſæ criminales pertinent ad forum Eccleſię, auocantes eas cenſuram contrahunt, can. 16. & 17. iuxta ea, quæ ſupra annotatiuimus in præcedenti concluſione.

Tertia Concluſio.

29 AVocantes cauſas ſpirituales, vel ſpiritualibus annexas à Iudicibus Eccleſiaſticis ad Curias ſæculares, incidunt in excommunicationẽ præſentis canonis. Hæc concluſio non indiget probatione: nam ex tenore d. canonis clariſſimè patet. Excommunicantur enim omnes, & ſinguli, qui beneficiales, & decimarũ, ac aliàs cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commiſſarijs Apoſtolicis aliiſque Iudicibus Eccleſiaſticis auocant.

Ampliatur hæc concluſio, etiam ſi quis cauſas ſpirituales, aut ſpiritualibus annexas auocet à Iudicibus Eccleſiaſticis prętextu alicuius priuilegij Apoſtolici, ante editionem noſtri canonis conceſſi; quoniam non excuſaretur ab excommunicatione; cùm vi d. canonis priuilegia huiuſmodi reuocentur: vt ex Suar. ſupra probauimus. q. 3. in fine.

Sic ampliata limitatur eadem concluſio, vt
30 procedat quotieſcunque fit actualis auocatio cauſarum ſpiritualium à Iudicibus Eccleſiaſticis: ſecus autem ſi Poteſtates ſæculares cauſas ſpirituales adhuc non introductas coram Iudice Eccleſiaſtico agant, & definiant: nã tunc prędicti canonis cenſura non alligantur, cum per eum, auocantes cauſas ſpirituales, excommunicentur: nõ autem principaliter, & ab initio eaſdem cognoſcentes, ſeu definientes: Incidunt tamẽ in excommunicationem canonis 17. noſtræ Bullæ, vbi excommunicantur vſurpantes iuriſdictiones Eccleſiaſticas. Etenim, qui temerè ſe intromittit ad cognoſcẽdum de cauſis ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis, proculdubio dicitur vſurpare iuriſdictionem Eccleſiaſticam.

Eſt tamẽ verum, quòd Iudex laicus qui prin-
31 cipaliter ſine vlla auocatione vt ſupra cognoſcit de cauſis ſpiritualibus, vel ſpiritualibus annexis, poteſt iuuari priuilegio, ſibi à Romano Põtifice conceſſo: quo datur ipſi poteſtas cognoſcendi de ſupradictis cauſis: ſiue priuilegij conceſſio præcedat huius canonis emanationem, ſiue ſubſequatur: quoniã vi noſtri canonis reuocantur priuilegia, quoad auocationem ſupradictarum cauſarum dumtaxat, non autem quod ad principalem cognitionem: & conſequenter tanquam iuſto titulo cognoſcens de huiuſmodi cauſis ſpiritualibus, excommunicatione d. can. 17. non alligaretur.

Non tamen Iudex laicus iuuari poſſet longiſ-
32 ſima, ac immemorabili temporis præſcriptione cognoſcendi de cauſis ſpiritualibus: quia in his caſibus ius reſiſtit Iudici laico: eo quòd laicus, eſt incapax iuriſdictionis Eccleſiaſticæ. Et ideò debet priuilegium probare ſaltem per fa-
33 mam; per ea, quæ latè docet Mart. de iuriſd. p. 2. cap. 5. in prin. c. 40. num. 18. & par. 4. caſu 64. nu. 23. Azor. lib. 3. inſt. moral. part. cap. 12. quæſt. 1. ver. Sed obijciunt, cum alijs Doctoribus, quos ipſi allegant.

Quarta Concluſio.

34 AVocantes cauſis quaſi ſpirituales à Iudicibus Eccleſiaſticis ad Curias ſæculares, incidunt in excommunicationem præſentis canonis.

Probatur: quoniam quoties cauſa poſſeſſoria
35 rei ſpiritualis miſtam habet proprietatis rationem, iudicium iſtud non poteſt dici temporale, cùm habeat admiſtam cognitionẽ rei ſpiritualis; ſed potius ſpirituale, ſeu ſpirituali annexum: vt in c. ſuam, de ord. cogn. Panor. in c. litteras, de iur. calum. & alij quos refert Couar. lib. practic. qq. c. 35. con. 1. Vndè ſicut non poteſt Iudex ſecularis cognoſcere de cauſa poſſeſſoria beneficij Eccleſiaſtici, cùm ad iuſtificandam poſſeſſionem in ea re neceſſaria ſit ſummaria quædam probatio tituli, apparentis ſaltem, vt notat Couar. loco citato, Mart. de iuriſd. p. 2. cap. 5. & Azor. lib 5. inſt. moral. p. 1. c. 14. q. 1. circa prin. ita auocans huiuſmodi cauſam à Iudice Eccleſiaſtico, incidit in excommunicationem noſtri canonis; tanqua auocans ad Curias ſæculares cauſam ſpiritualẽ, ſeu ſpirituali annexã.

Quam concluſionem veram eſſe arbitror, etiam ſi tractetur de auocatione cauſæ poſſeſſorij rei ſpiritualis, nihil proprietatis admiſtum habentis: quoniam huiuſmodi cauſa etiam ſpiritualis appellatur à Couar. loco citato, con. 2. in ver. Verum; maximè quando clericus eſt, qui à laico, vel ab alia perſona Eccleſiaſtica conuenitur.

Imò dicta concluſio indiſtinctè procederet, ſi vera eſſet Couar. ſententia, quòd omnis cauſa Eccleſiaſtica ſit ſpiritualis. Quo circa Azor. in ſupradicto loco in fine, ait, quòd ſi ſupradicta cauſa eſt ſpiritualis, vel quaſi ſpiritualis, ad Iudicem laicum trahi non poteſt: nec cõſuetudo in contrarium valet: quoniam laicus non poteſt ſibi vendicare, quæ ſunt Eccleſiaſticiiuris, & poteſtatis. Et idem dicendum exiſtimat de legibus Principum ſtatuentium cauſas huiuſmodi deferri ad eorum Iudices ſæculares; nam ſunt nullius momenti, tanquam latæ con-

tra

tra libertatem, ſeu immunitatem eccleſiaſticam. Hanc eandem ſententiã tenet nouiſſimè Alter. in explic. huius can. c.3. col.4. prima, & ſecunda propoſ. & col.5. in ver. Queres.

Quinta Concluſio.

36 A Vocantes cauſas miſtas, ſeu miſti fori à Iudice Eccleſiaſtico ad Curias ſæculares, cùm nullam habeãt admiſtam ſpiritualitatem, ſi Iudex Eccleſiaſticus præuenerit in illis cognoſcẽdis, licèt non contrahant cenſuram præſentis canonis; incidunt tamen in excommunicationem canonis 16. & 17. noſtræ Bullæ.

Prima pars concluſionis patet: nam vi huius canonis excommunicantur auocantes cauſas ſpirituales, vel ſpiritualibus annexas à Iudicibus Eccleſiaſticis.

Probatur concluſio, quoad ſecundam partẽ: quia quando Iudex Eccleſiaſticus præuenit in cognoſcendo de prædictis cauſis, cauſę ipſæ efficiuntur de iuriſdictione Eccleſiaſtica, & ſimpliciter dicuntur Eccleſiaſticæ, vt latè probat Mart. de iuriſd. p.2. c.2. & 3. Ergo auocantes eas à Iudicibus eccleſiaſticis, vel dicuntur impedire Iudices eccleſiaſticos quominus eorum iuriſdictione eccleſiaſtica vtantur contra diſpoſitionẽ d. can. 16. vt ibi dicemus, q.5. vbi etiam tractabimus qualiter id Neapoli practicetur. Vel certè dicuntur etiam vſurpare iuriſdictionem eccleſiaſticam contra canonem 17.

Præuentio autem quid ſit, qui ſint eius effe-
37 ctus, & ex quibus cauſis inducatur, bene declarat Mart. locis citatis, vbi diffusè hanc rem pertractat. Immò cap. 4. ibidem docet, quando præueniens poſſit cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio.

ADDITIO.

a Decimis. Adde, quòd decimarum cauſa, licèt ſit ſpiritualis; nihilominus quãdo agitur de quæſtione facti, an ſcilicet talis ſoluerit, vel non ſoluerit decimas; aliqui volunt, poſſe Iudicem laicum de huiuſmodi cauſa cognoſcere: ſecus autem, ſi agatur de quæſtione iuris, nempè an hęc, vel illa eccleſia habeat ius decimandi, quomodo illud habeat, & quo tempore; quoniam tunc cognitio talis cauſæ pertinet ad Iudicem eccleſiaſticum. Ita Fagundez de præcept. eccleſ. præcep. 5. lib. 3. cap. 5. num. 1. & 2. cum alijs, quos allegat, Moneta de decimis c. 8. q.1. num.1. & 5. Guttier. de iuram. confirmat. p.1. cap.2. nu.35. Sed re vera cùm decimarum cauſa ſit merè ſpiritualis. puto ad Iudicem tantùm Eccleſiaſticum earum cognitionem pertinere; ſiue quæſtio iuris ſit, ſiue facti: quoniam cauſæ ſpirituales, ſiue agatur de earum quæſtione iuris, ſiue facti, ad ſolum Iudicem eccleſiaſticum pertinent; & ita in terminis docent Azor p.1. inſtit. moral. lib.7. cap.36.q.5. Ho-
g mob. de exam. eccleſ. par.2. tract.8. c.8. queſt.24. late de hac re Tanner. in 2.2. diſput.5. q.3. dub. 2. num.40. & in hanc ſententiam videtur inclinare Diana de immun. eccleſiaſt. reſol. 89. vbi
f quoque reſol. 90. ex Azor. loco citato cap.26.
l quæſt.3. Fagundez d. cap.5. num.5. ait cauſam decimarum pertinere ad Iudicẽ Eccleſiaſticũ; etiam ſi ſæcularibus fuerint datæ in feudum, contra Couar. pract. qq. cap.35. num.2. & Rebuff. tract. de decimis q.10. nu.39. & alios: quia, etſi decimæ datæ ſint in feudum, adhuc tamen retinent naturam ſpiritualem, nec præſumendum eſt, Romanum Pontificem voluiſſe abdicare à ſe earum cognitionem. Imò cauſa adeò ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, vt Iudex ſæcularis non poſſit in eaſe intromittere, etiam ſi Clerici eas petant à laicis, qui præſcriptione, & conſuetudine immemorabili eas nunquam ſoliti ſunt perſoluere, vt rectè Fagundez loco citato, num.8. Azor. d. cap.36.q.4. & Diana de immun. eccleſiaſt. reſol.91. cõtra Couar. d. c.35. num.2. & var. reſol. lib.1. cap.17. num.19. Idem dicendum eſt, ſi Iudex ſæcularis vellet cognoſcere de cauſa decimarum ſimul cum Iudice Eccleſiaſtico per viam compromiſſi, vt rectè docet Bonac. tract. de legib. diſput. vltima q.5. pun.6. nu.1. cum alijs, quos allegat. Adde quoq; quòd ad Iudicem Eccleſiaſticum pertinet cognitio decimarum, etiam ſi de poſſeſſorio decimandi agatur: quod quidẽ, quomodo procedat latè Barboſin collect. tom.1. lib.3. tit.30. c. 25. n.3. & Moneta de decim. c.8. q.1. num.10. & ſequẽti, & Diana loco citato, reſol.92. qui etiam reſolut.93. id ampliat in laico conductore decimarum; nam is debet conueniri coram Iudice Eccleſiaſtico, cùm ius decimarum ſit Eccleſiaſticum. Et hanc ſententiam docet Azor. d. cap. 36.q.6. contra Couar. loco citato, & Guttier. pract. qq. lib.3 q.26. num.10. quamuis Hermos. de ſacr. immun. lib.3. cap.19. nu.97. putet, hanc cauſam eſſe mixti fori. Abb. Alex.

b Valent. Adde, quòd cauſa ſpiritualis dicitur quoque quando agitur de poſſeſſorio matrimonij, & propterea laici non poſſunt eſſe in ea competentes Iudices, vt per Franc. Melin. tract. de rit. nupt. differ.10. num.19. & ſequenti, contra Theſaur. dec.117, D. Cæſar.

c Vſurarum. Quòd crimen vſurarum ſit mixti fori, & propterea in eo locum habeat præuentio, non eſt indiſtinctè verum. Nam licèt vbi quæſtio eſt facti non autem iuris, nempe vbi non quæritur, an talis contractus ſit vſurarius, cùm manifeſtè ſupponatur talis, ſed tantùm quæritur, an talis contractus vſurarius fuerit à tali celebratus, ſit mixti fori. nihilominus quando quæſtio eſt iuris, nempè an talis contractus ſit vſurarius, cauſa pertinet ad forum Eccleſiaſticum, vt per Azor. p.2. inſtitut. moral. lib.3. cap.53.q.2. Salon. in 2.2.q.78, ar.1. controuerſia vltima, Reginald. lib.23. ſuæ praxis c.9. ſect.1. num.23. in fine, Tuſc. tom.8. verſ. vſura, concluſione 357. num.19. Clar. §. finali, q.37. Mart. de iuriſd. p.2. cap.7, num.11. Scac. de commerc. & camb. §.7. Gloſ.5. num.81. Turrecrem. in cap. quid dicam num 5. verſ. ad tertium 14. q.4. Bobadil. in polit. tom.1. lib.2. cap.17. num.40. & Bonac. de contract diſp.3. q.3. pun. vltimo, n.2. contra Tanner. in 2.2. diſput.4. q.4. dub.1. n.35. 10: de Salas tract. de emptione & vend. dub.45. num.1. & 2. & contra alios, falsò aſſerentes, cauſam vſurarum in vtroque caſu eſſe mixti fori. D. Cæſar.

d Sacrilegis. Et ideò Iudex Eccleſiaſticus poteſt punire laicum, qui furatus fuerit aliquid in Ec-

Ecclesia, aut bona Ecclesiarum, vel Ecclesiasticorum inuaserit, aut quocumque alio modo crimen sacrilegij commiserit, nō solùm si clericum occiderit, aut verberauerit, sed etiam si verbis iniurijosis illum affecerit, vt rectè docent Neula in Curia Philippica p. 3. §. 2. n. 6. Barbos. in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 23. c. 2. n. 9. licèt cōtrarium videatur docere circa occupantes bona propria clericorum. Non tamen sacrilegus semel punitus ab Ecclesiastico Iudice debet pro eadem culpa à sæculari Iudice puniri, vt habetur ex Christ. de Anguiano in suo tract. de legib. lib. 3. controuer. 32. n. 7. & sequenti, cū alijs, quos allegat. & facit textus in l. Senatus, ff. de accusationibus, qui ait idem dicendum esse de omnibus causis mixti fori. Limitatur tamen id, quod diximus quando sacrilegus fuit sufficienter punitus: nam è conuerso si delictum sit mixti fori, & delinquens insufficienter fuerit à Iudice sæculari punitus, potest iterum à Iudice Ecclesiastico condigna pœna affici, vt habetur ex Tanuero in 2. 2. disp. 4. q. 4. dub. 4. n. 93. & ita intelligendus est Scac. de iudic. caus. lib. 1. c. 12. n. 1. Layman in Theologia morali, lib. 4. tract. 9. c. 2. n. 6. Cenedo in can. qq. q. 36. n. 25. Bobadil. in Polit. to. 1. lib. 2. cap. 17. num. 94. in Glosa, & alijs. Non tamen Iudex Ecclesiasticus in causis mixti fori, & multò minùs in Ecclesiasticis tenetur præbere processus Iudicibus sæcularibus, à quibus auxiliū petit; Ita Monet. de iud. conser. c. 8. n. 261. & 262. Segur. in director. iudic. Eccles. p. 2. c. 53. n. 33. Christ. de Aguinano loc. cit. contr. 35. num. 7. & seq. contra Mirand. de ordine iudiciario, t. 1. q. 5. art. 1. conc. 1. & alios. D. Cæsar.

2 Facta. Adulterij crimen licèt sit mixti fori, id tamen intelligendum est quoad omnes pœnas, excepta, pœna sanguinis, & diuortij: siquidē adulterij cognitio quoad pœnā sanguinis imponendam ad solū Iudicem sæcularem pertinet: & in causa diuortij iudex Ecclesiasticus solus est cōpetens, vt habetur ex Ceual. de cognit. per viam violentiæ p. 2. q. 8. Vinc. de Franch. decis. 312. Farinac. in praxi criminali p. 3. quæst. 99. nu. 112. & p. 5. q. 141. num. 42. Azor. p. 2. institut. moral. lib. 3. cap. 53. q. 2. Rucc. p. 5. collect. 2076. Germon. de sacror. immun. lib. 3. c. 12. n. 58. Miran. de ordin. iud. q. 1. art. 5. conf. 6. Sanc. de matrim. tom. 3. lib. 10. disp. 8. nu. 15. qui etiam n. 17. ait, quòd, quæstione mota de alimentis præstandis, adultera, à viro separatè coram iudice sæculari, viroq; excipiente de sufficienti causa diuortij, debet sæcularis iudex litem supersedere donec Ecclesiasticus diuortij quæstionem dirimat. Imò si de sola coniugum separatione ad tempus agatur, ob lepram, vel aliud impedimentum, solus iudex ecclesiasticus est competēs, vt ait P. Diana de immun. eccles. resol. 86 vbi etiā addit, quòd quando agitur de diuortio corā iudice Ecclesiastico, quæritio alimentorū, & dotis amittēdæ tāquā accessoria pertinet ad ad eundē iudicē; nisi causa principaliter agatur pro dote, nā tunc pertineret ad iudicē sæcularem, pro qua re vide Barbos. de potest. Episcopi p. 3. allegat. 84. per totam. Io. Vincent.

Ibi (*Alijsque Iudicibus Ecclesiasticis*) An ad cōtrahendandam excommunicationem hāc satis sit auocare causas spirituales, aut spiritualibus annexas ad Curias sæculares, à quocunque Iudice Ecclesiastico. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Causas spirituales, aut spiritualibus annexas euocantes à Iudice Ecclesiastico ad sæculares Curias, in excōmunicationem incidunt: siue iudicet Ecclesiasticus sit, Apostolicus, siue non.*

2 *Dictio, alius, non semper est repetitiua similium.*

IN hac re Vgol. in explic. nostri canon. §. 1. sub n. 1. in ver. Tertiò in excōmunicationē, existimat censurā nostri canonis nunquam contrahi, nisi auocatio causarū spiritualiū fiat à iudicibus R. Curiæ: atq; adeò si quis auocet causas huiusmodi ab alijs iudicibus ecclesiasticis, in dictam excommunicationem non incidit.

Probat suā sententiā ex dictione illa. *Aliisque.* Nā dictio alius, alia, aliud, est repetitiua similiū, vt in c. Sedes, de rescr. & c. fueris, vbi Panor. n. 2. de sepult. iudices autē antecedentes nominati, sunt Romanæ Curiæ, vt patet ex illis verbis: *Ab Auditoribus, & Commissarijs nostris*; Ergo verba illa: *Aliisque Iudicibus Ecclesiasticis*, illos significare debēt: nam Sedes Apostolica præter Auditores, & Commissarios, iudices alios habet.

Hanc eandem opinionem tenet nouissimè Alter. in explic. eiusdem can. c. 1. col. pen. in ver. Sed postulabit: vbi id probat: quoniam hæc excommunicatio fertur in offendentes authoritatē Sedis Apost. circa causarū cognitionē; iuxta Caiet. in sum. ver. excōmunicatio; c. 30. ergo agitur tantū de iudicibus deputatis à Sede Apost.

Secundò hoc ipsū colligit ex illis canonis verbis: *Quinè partes scitiret, quæ illas committi fecerunt*; atque adeò tractatur de causis cōmissis à Sūmo Pontifice vigore litterarum Apostolicarum.

1 His tamē nō obstantibus, contrariā sententiā
6 arbitror de iure veriorē esse, & ideò ad incurrēdam dictā excōmunicationem, satis esse si auocatio dictarum causarum ad Curias sæculares fiat à quocunque iudice Ecclesiastico etiam si non sit Iudex Apostolicus, seu Romanæ Curiæ.

Probatur: quoniam vi nostri canonis nō solū damnatur auocatio prædicta ab Auditoribus, & Commissarijs Apostolicæ Sedis: sed etiam ab alijs iudicibus Ecclesiasticis, vt constat ex dictis verbis. *Aliisque Iudicibus Ecclesiasticis.* Ergo satis est si iudex à quo fit auocatio, sit Ecclesiasticus: nā verba Bullæ tantùm ligant, quantum sonant. vt supra probauimus, lib. 1. c. 3. q. 4.

Ad argumentum igitur respōdetur, quòd nō
2 semper dictio alius, alia, aliud, est repetitiua similium: vt est tex. in c. accedens, & ibi Panor. n. 6. de præb. & facit etiā tex. in §. quorū, in proœm. inst. in illis verbis: *Et tam Africa, quam aliæ immensæ prouinciæ*: Et tamen Africa est tertia pars terrarum Orbis: & propterea non dicitur prouincia, sed potius quamplurimas sub sē continet prouincias: vt per Glos. ibi. Confirmatur etiam ex eo quòd legitur in Euangelio: Christus crucifixus est, & alij duo latrones.

Secundò responderi potest, quòd dictio illa, *Aliique*, in casu nostro adhuc est repetitiua similiū quoniam iudices Romanæ Curiæ sunt similes

aliis eccleſiæ iudicibus, in hoc, quòd omnes dicũtur eccleſiaſtici. Nam ſimile ſatis eſt, ſi verificetur in vno, vel in altero: alias ſi verificetur in omnibus, non eſſet ſimile, ſed idem. At nihil ſimile, eſt idem, l. Quod Nerua, ff. depoſ.

Ad contraria Alter. circa primum reſpondetur quòd licèt cenſura iſta feratur contra offendẽtes authoritatem Sedis Apoſtolicę primariò; fertur etiam ſecundariò contra offendentes authoritatem cuiuſcumque iudicis eccleſiaſtici, ob dictionem illam, *Aliſque*.

Eodem modo reſpondemus ad ſecundum: nã licèt tex. loquatur de partibus, quæ cauſas commiſiſſecerunt; tamen non videtur ob id reſtringere ſuam diſpoſitionem quoad iudices delegatos à Sede Apoſtolica, eiuſdemque commiſſarios, ſeu Auditores; ſed illam extẽdit quoad omnes iudices eccleſiaſticos: alioquin Romanus Pontifex poſt illa verba: *Ab Auditoribus, & commiſſarijs noſtris*: non dixiſſet immediatè: *Aliſque iudicibus eccleſiaſticis*: ſed aliſque iudicibus apoſtolicis, aut æquipollentia verba.

Non tamen negamus ob hanc rationem ab ipſo Alter. allegatam, priorem ſententiam eſſe valdè probabilem: & qui ſecundum eam iudicaret, eſſet tutus in conſcientia.

ADDITIO.

4 Sententiam. Hanc eadem ſententiam docet Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 10. queſt. 1. num. 250. & Anton. de Souſa hic cap. 15. num. 1. verſ. contra nouem; quam quidem ſententiam probabiliſſimam quoque putat Bonac. hoc eodem loco, diſput. 1. quæſt. 15. pun. 1. num. 7. quamuis probabiliorem ſibi videri putat opinionem eorum, qui volunt ſolam auocationem cauſarum ſpiritualium, vel ſpiritualibus annexarum à iudicibus eccleſiaſticis S. A. vetitam eſſe ſub cenſura huius canonis, ſed quia huius argumẽta rectè ſoluit, idcirco priorem ſententiam probabiliſſimam iudicat, & iuriſdictioni eccleſiaſticæ fauorabiliorem, atque adeò in praxi tenendam. Abb. Abb.

Ibi (*Auocant*) Quando cauſę ſpirituales dicuntur auocari à Iudice Eccleſiaſtico ad Curias ſæculares. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Auocari cauſas à iudice eccleſiaſtico ad Curias ſæculares tunc dicitur, cùm per iudicem ſæcularem citantur partes litigantes coram iudice eccleſiaſtico ad agendum, ſeu proſequendum: eorum cauſas in Curia ſæculari.*

2 *Cauſa dicitur introduci coram aliquo iudice per ſolam citationem.*

1 REſpondetur, quòd auocare ſecũdum propriam verbi ſignificationẽ dicitur ab vno loco ad alium vocare. Sic Cic. pro Roſc. *Quos ætas à Prætijs auocabat.* Vndè auocari cauſas à iudice eccleſiaſtico ad Curias ſæculares, tunc dicitur, cùm per iudicẽ ſæcularẽ citãtur partes litigãtes coram Iudice eccleſiaſtico, ad proſequẽdum, ſeu agendum eorum cauſam coram ipſo Iudice ſæculari, & in ſeculari Curia: & eo maximè, ſi partes actrices compariuerint, producendo eorum iura coram ſupradicto ſæculari iudice: 2 quoniam ſicut cauſa dicitur introduci corã aliquo iudice per ſolã citationem, vt bene docet Gloſ. in l. r. ff. de in ius vóc. & in l. libertus, vbi Bal. C. eo. tit. ac Mart. de iuriſd. p. 2. c. 3. n. 1. ita cauſa ab illo Iudice dicitur auocari, vbi coram alio iudice citantur litigantes, & eandem cauſam proſequuntur.

Item dicitur auocari cauſa, quãdo inhibetur iudici, coram quo agitur, ne in ea amplius ſe intromittat; ſeu mandatur partibus, vt coram illo amplius non compareant ad cauſam agendam, ſeu proſequendam, iuxta ea, quę habentur in hoc canone, & infra in can. 16.

An vbi Iudex Eccleſiaſticus eſt negligens in cognoſcendis cauſis ſpiritualibus, & alijs Eccleſiaſticis, Iudex laicus poſſit illas ſibi auocare, & in ſæculari Curia definire. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ Eccleſiaſticæ non poſſunt auocari ad Curias ſæculares, quamuis iudex eccleſiaſticus negligens ſit in illas cognoſcendis.*

2 *Clericus non poteſt renunciare priuilegio clericali, etiã de conſenſu proprij Epiſcopi.*

3 *Iuriſdictio eccleſiaſtica, eſt de iure Diuino.*

4 *Cauſæ miſtæ non poſſunt auocari ad curias ſæculares, ob negligentiam iudicis eccleſiaſtici in illas cognoſcendis.*

5 *Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri.*

6 *Cauſæ feudales, & reales, an deferantur ad Poteſtatem ſæcularem, ob negligentiam iudicis Eccleſiaſtici.*

7 *Recurrere, an & quando liceat ad Regem pro reparatione eccleſiæ iuriſpatronatus.*

8 *Intellectus datur ad tex. in c. filijs, 16. q. 7.*

9 *Leges ciuiles non ligant Eccleſiaſticos ex defectu poteſtatis.*

10 *Iudex Eccleſiaſticus, cur poſſit ſupplere negligentiam iudicis ſæcularis; ſed non è contrario iudex ſæcularis poteſt ſupplere negligentiam iudicis eccleſiaſtici.*

11 *Eccleſia habet iuriſdictionem in temporalibus ſaltem in habitu.*

12 *Et diuerſis non fit illatio.*

13 *Cauſæ omnes olim, tam clericorum, quàm laicorum deferebantur ad Eccleſiam.*

14 *Laicis manet obſequendi neceſſitas, non authoritas imperandi.*

15 *Laicus turbans iuriſdictionem Eccleſiaſticorum efficitur de foro Eccleſiæ: At clerici turbantes iuriſdictionem laicorum non efficiuntur de ipſorum foro.*

16 *Laici ſunt omninò incapaces iuriſdictionis contra Eccleſiaſticos, non obſtante quacumque conſuetudine quantumuis præſcripta, & tolerata à S. Pontifice.*

IN hac re repugnãtes extant opiniones. Nam prima ſententia fuit Guglielm. de Bened. in c. Raynuntius, in ver. & vxorem, deciſ. 2. num. 31. de teſtam. Igneus in l. neceſſarios, §. non aliàs, num. 603. & ſeq. ff. ad Syllan. Steph. Aufrer. in tract. de poteſt. ſecul. in eccleſiaſtic. regul. 4. fall. 44. Caſſan. in Conſuetud. Burgund. rub. 1. §.

1.5.quinto,n.61.ver.Vndecimò fallit.Menoch. in tract.de retin.poſſeſſ.remed.3.n.356. & ſeq.& aliorum,quos allegat;dicentium, quòd Iudices laici poſſunt ad eorum Curias ſæculares auocare cauſas eccleſiaſticas: vbi Iudex Eccleſiaſticus eſt negligens in illis cognoſcendis.

Probant eorum ſententiam primò ex tex.in c. filijs,16.q.7.vbi habetur,quòd Epiſcopis,& Archiepiſcopis negligenter ſe habentibus circa punitionem eorum Rectorũ, Eccleſiaſticis bonis abutentium, licitum eſt Eccleſiarum patronis Regem adire ad huiuſmodi malo remediũ adhibendum: ergo ſæculares Poteſtates de iure poſſunt negligentiam ſupplere Poteſtatum Ecclesiaſticarum.

Secundò per tex.in c.ſi quis cùm clerico, t t. q.1.& in §.ſi quis autem pro pecuniaria,in auth. de ſanctis Epiſc. in quibus locis habetur, quòd Epiſcopo negligente,aut recuſante,tunc diſceptatio cauſę ad ciuilem Iudicem peruenire debet. Tertiò facit,tex.in c.2.de Regul.vbi habetur quòd licita eſt reclamatio ad Principem in cauſa Eccleſiaſtica. Denique probatur ex c. licèt,& c.trãſmiſſa,de for. compet. vbi Iudex Eccleſiaſticus poteſt ſupplere negligentiam Iudicis ſæcularis, intromittendo ſe, ac definiendo cauſas quamtumuis ſæculares, ſeu ad forum ſæcularem ſpectantes,quando eſt negligens in illis cognoſcendis, ac determinandis: ergo idem dicendum eſt de Iudice Eccleſiaſtico,vt Iudex ſæcularis illius negligentiam ſupplere poſſit:quoniam in vtroque caſu militat eadem ratio: vbi autem eſt eadem ratio,eadem etiam militat iuris diſpoſitio,ar.tex.in l.illud,ff.ad l.Aquil.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
2 tentiam *a* arbitror de iure veriorem eſſe,quam
a tenent Goffr.Archid.& Ioan.Andr.quos refert, & ſequitur Panor.in c.qualiter,& quando, n.7. de iudic. Azor.lib.5.Inſtit.moral. p.1. c.14. q.2. Mart. de iuriſd. p.4. caſu 146 & alij Doctores, quos ipſe allegat, & hanc communem ſententiã eſſe Canoniſt.ait;nempe, quòd Iudice negligẽte in cognoſcendis cauſis ſpiritualibus, & alijs Eccleſiaſticis, dictæ cauſæ non poſſint auocari per Iudices ſæculares ad eorum ſæculares Curias.

Probatur hæc opinio ex tex. in d.c.qualiter, & quãdo,de Iudic,vbi Inn.II.præcipiens Prælatis eccleſiaſticis: vt iuſtitiam faciant laicis de clericis,non obſtante friuola eorum appellatione,ſic ait. *Nec pro defectu iuſtitiæ clerici trahantur ad iudicium ſæculare,quod omninò prohibemus.* Et ſic per illum tex.prohibetur omninò trahi Clericos ad Iudicium ſæculare;etiam ſi contingat Iudicem Eccleſiaſticum, negligenter ſe gerere in Eccleſiaſticis cauſis expediendis.

3 Secundò probatur ratione:nam Clericus nõ poteſt renunciare priuilegio clericali,etiam de conſenſu proprij Epiſcopi:vt in c.ſi diligenti,& c.ſignificaſti,vbi DD. de for.comp.quia cùm iuriſdictio eccleſiaſtica, ſit de iure Diuino,eidẽ nõ poteſt præiudicare clericus, aut Epiſcopus, ergo eadem ratione ex negligentia Iudicis Eccleſiaſtici non poteſt Iudex ſæcularis auocare ſibi cauſas Eccleſiaſticas,illaſque in eius ſæculari Curia definire: quoniam iuriſdictio Eccleſia-
1 ſtica cùm ſit de iure Diuino, Iudex Eccleſiaſticus ſicut expreſsè non poteſt eidẽ renunciando præiudicare : ita nec etiam tacitè per ſuam negligentiam:eo quòd taciti,& expreſſi eademeſt virtus,l.cùm quid,ff.ſi cert.pet.Hanc eandem opinionem ſequitur nouiſſimè Alter. hic, c.3. col.6.ver.ex his duabus.

Ampliatur hæc opinio, vt vera ſit non mo-
4 do circa auocationem cauſarũ ſimpliciter Eccleſiaſticarum : atque adeò ob negligentiã Iudicis Eccleſiaſtici nõ poſſe iuriſdictionẽ eccleſiæ deuolui ad Iudicem ſæcularẽ, neque ad ipſum poſſe recurri;ſed etiam circa auocationem cauſarum, quæ ſunt miſti fori, & in quibus fuit præuentum per Iudicem Eccleſiaſticum. Nam adhuc in huiuſmodi cauſis iuriſdictio Eccleſiaſtica quæ præuenit, nõ poteſt ob negligentiam Iudicis Eccleſiaſtici deuolui ad ſæculares Curias:eo quòd per præuentionem reſpectu fori præuenti,eſt extincta iuriſdictio:etenim nõ appellatur ad aliquem Iudicem fori præuenti;ſed ad ſuperiorem Iudicis præueniẽtis in illo foro; ergo ob negligentiam illius Iudicis non poteſt præiudiciũ inferri fori Eccleſiaſtico,quo-
5 niam negligentia vnius, regulariter non nocet alteri, & alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri. Ita Mart. cum alijs,quos allegat,de iuriſd p.4.caſu 147.n.1.cùm plur.ſeq.

Secundò ampliatur dicta ſententia, vt vera
6 ſit,etiam quoad cauſas reales : nam in realibus quoque non poteſt ad Iudicem ſæcularem deuolui iuriſdictio Eccleſiaſtica ob negligentiam alicuius Iudicis Eccleſiaſtici. Vt habetur ex Farinac.in tit.de Inquiſit.q.8.n.23. in fine verſ. limita tertiò,quẽ refert,& ſequitur Mart. loco citato:n.14.vbi etiam tractat,an & quando in cauſis feudi inter vaſallos,ob negligentiam Eccleſiaſticorum deuoluantur ad laicã Poteſtatẽ.

Ad argumenta reſpondetur, & ad primum
7 per tex.ind.c.filijs, vel nepotibus dicimus quòd tunc eſt recurrẽdum ad Regem pro reparatione Eccleſiæ iuriſpatronatus,cùm per eccleſiaſticum iudicem ipſius Rector cogi non poteſt: vt in c. petimus, 11. q.1. & c.nec licuit; d.17.vbi Turrecrem.

Vel reſpondetur ſecundò quòd ita demum eſt recurrẽdum ad Regem pro reparatione eccleſiæ iuriſpatronatus,minantis ruinam,cùm iudex eccleſiaſticus deeſt, ne propter diſtantiã ab Vrbe Roma, eccleſia ruat, pendente prouiſione facienda per Romanum Pontificem.

Vel tertiò textus in d.c.filijs, poteſt interprẽ-
8 tari, quod habeat locum in caſibus, in quibus iuriſpatronatus collatio,atque inſtitutio ex priuilegio Romani Pontificis ſpectat ad Regem. Ita Mart.de iuriſd.par.4.caſu 143. ſub n.3. & 4.

Vel denique reſpondetur ex Azor.& alijs ab eo citatis in ſupradicta q.2.in fine, quòd tex. ille fuit abrogatus per Inn. iij. in d. cap. qualiter,& quando,de Iudic. Nam olim multa fuerũt permiſſa propter aliquam tunc temporis ſubſiſtẽtem, ac rationabilem cauſam,quæ poſtea ſunt meritò reuocata, illa cauſa, ſeu ratione ceſſante. At verò hodie nulla videtur eſſe ratio, cur cauſæ debeant auocari per iudices, ſæculares à Poteſtatibus eccleſiaſticis propter eorum negligentiam. Si enim Epiſcopi negligenter ſe geſſerint, cauſæ de iure ad Archiepiſcopos deferuntur: & ipſis negligentibus,ad Primates ac Patriarchas auocantur. Quibus minime curã-

tibus,res tota ad Nuncium,vel Legatum Apoſtolicum,vel ad ipſum Romanum Pontificẽ reſertur,vt infra,Deo duce,melius declarabimus.

Eodem modo reſpondetur ad tex.in d.cap.ſi quis cum clerico, & in §. ſi quis autem pro pecuniaria: fuerunt enim dicta iura c rrecta per tex in d.c.qualiter. & quando.

Vel ſecundò dicimus, quòd tex.in d.c.ſi quis
9 cum clerico,eſt deſu nptus ex corpore authenticorum,ex rubr.Vt cler.apud prop.Epiſc,& ex dicto §. ſi quis autẽ pro pecuniaria:at leges ciuiles non ligant Eccleſiaſticos ex defectu poteſtatis,cap.Eccleſiæ S.Mariæ, de conſt. vbi DD. qui in ſpecie loquuntur de legibus Codicis, & authenticorum ſpecialem mẽtionem facientibus de Eccleſiaſticis,& horũ iurium non eſſe attendendam diſpoſitionem etiam ex ipſo decreto Gratiani, probat Matt.de iuriſd. p 4. c. 146. ſub num. 18.

Ad tex. in d.cap.2. de Regul. reſpondetur ex Gloſ.ibi in ver. Principe: quod per Principem intelligitur Papa.

Ad vltimum argumentum reſpondetur ne-
10 gãdo conſequentiã, quoniã ideò Iudex Eccleſiaſticus poteſt ſupplere negligentiam Iudicis ſæcularis per tex.in d.c. liceat, & c.tranſmiſſa, de for.comp. quoniam,vt ait Abb.in c.qualiter,
11 & quando,ſub n 7.de iudic. Eccleſia habet iuriſdictionem in temporalibus ſaltem in habitu: at Iudex ſæcularis non habet iuriſdictionem in cauſis ſpiritualibus Eccleſiaſticis, & in clericis, nec actu, neq habitu, & huius inriſdictionis eſt omninò incapax;nimirum ſi nullo modo poteſt
12 negligentiam Iudicis Eccleſiaſtici ſupplere. Vndè cùm militet diuerſa ratio, ex diuerſis non fit illatio,l.Papinianus exuli.ff.de minor.

Secunda ratio cur ob negligentiam Iudicis
13 ſæcularis cognitio cauſæ deuoluitur ad Iudicẽ Eccleſiaſticum,ſed non è cõtra,hæc eſt:quoniã olim omnes cauſæ tam clericorũ,quàm laicorũ deferebantur ad Eccleſiam,vt in c.per venerabilem, qui fil. ſin. leg. c.relatum, 11 q.1. & c.ſi quis presbyter, 2. q.5. Vndè ſi laicus redeat ad ſuum primæuum forum,non videtur eius cõditio deterior facta:ſicut neque dotis conditio fit deterior, quando redit ad ſuam primæuã naturam,l.ſi vnus, 9.quod ſi non, ff de pact. cap.ab exordio,diſt.35. At ſi ob negligentiã Iudicis Eccleſiaſtici cognitio cauſæ deuolueretur ad Iudicẽ ſæcularẽ Eccleſiæ conditio proculdubio deterior fieret;cùm laicis maneat obſequendi ne-
14 ceſſitas,nõ authoritas imperandi,c.benè quidẽ, diſt.99.c.laicis,16.q.vlt.& c.placuit.ead. c & q. Imò peruerteretur ordo naturæ, cùm de iure naturali ſit, quòd maior ſuppleat negligentiam minoris,non autem è contra,vt c.cùm limus,9. q.3.& notatur in ſumma,11.q.1.

His ac ciſdẽ rationibus laicus turbans Eccle-
15 ſiaſticorum iuriſdictionẽ efficitur de foro Eccleſiæ,vt in c.olim.de iniur.& ibi Gloſ.Ant.de Butr. Abb.& alij: & tamẽ clerici laicorũ iuriſdictionem vſurpantes,non efficiuntur,de iuriſdictione laicorũ, nec poteſt contra eos fieri executio à Iudicibus ciuilibus in bonis: eo quòd laici ſunt omninò incapaces iuriſdictionis in Eccleſiaſticos, nec conſuetudo aliqua quantuis immemorabilis eis ſuffragatur: vt latè probat Mart.de iuriſd.p.4.caſu 101.vbi hoc idem ait procedere,etiam ſi cõſuetudo tolerata ſit a Summo Pontifice, vt laici vigore illius iuriſdictionem exerceant in Eccleſiaſticos in certis caſibus.

Adde quod adeò Eccleſiaſtici priuilegiati ſũt in Iudicijs,vt licèt laicus litigans coram Iudice Eccleſiaſtico teneatur ei ſoluere conſuetas, & ſtatutas ſportulas;tamen Eccleſiaſtici litigantes coram Iudice laico, non tenentur ipſi ſoluere ſportulas, etiam ſi litigent in caſu permiſſo: vt habetur ex Mart.de iuriſd.p.4.caſu 3.vbi id ampliat procedere etiam in cotreo clerici, vt illius reſpectu quamuis correus ſit laicus, nihilminus non teneatur ad ſportulas. Quod verum puto quoad Epiſcopos tantùm pro rebus Eccleſiæ ſuæ litigantes: ſecus autem quoad alios inferiores Eccleſiaſticos: vt in 9 §. ſportularum,in 9 auth.de ſanctis epiſcop.

ADDITIO.

4 ● Sententiam. Hanc opinionem tenet Coriolan. hic verſ dubitatur: & verſ Præterea: Reginald lib.9.ſuæ praxis cap.22. num. 338. Filliuc. tom.1. qq.moral.tract.16.cap.10. Menoch. de retinend.poſſeſ.remed. 3.nu.356.Farinac. Ambroſ. & alios,quos refert,& ſequitur Bonac.in tract.de legib. diſput.10.quæſt.2. nu.1.§.1.n.12. D.Cæſar.

Ibi *(Etiam prætextu violentiæ prohibendæ)* An impediẽtes executionem litterarum Apoſtolicarum prætextu violentiæ prohibendæ,incidant in excommunicationem præſentis can. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo Caſtellæ refertur, cuius vigore ſæculares Poteſtates ſe intromittunt in cauſis Eccleſiaſticis ad defendendum eos,qui violentiam paſſi ſint ab Eccleſiæ Iudicibus.*

2 *Regum, & Principum eſt ius cuique reddere, & per vim oppreſſos, a manibus violentorum, & calumniantium liberare.*

3 *Principes ſæculi intra Eccleſiã eam poteſtatem habent, vt ſuperborum ceruices comprimant.*

4 *Epiſcopi,licèt de iure coram Archiepiſcopo ſint conueniendi: ſicut clerici coram Epiſcopo conueniuntur: bodie tamen Epiſcoporum cauſæ per ſolum Romanum Pontificem, aut eius ſpecialiter delegatos, terminantur.*

5 *Clerici prohibentur ad Iudicem ſæcularem trahi,etiam ſi contingat Iudicem Eccleſiaſticum negligenter ſe habere in Eccleſiaſticis cauſis expediendis.*

6 *Litterarum Apoſtolicarum executionem impedientes, in excommunicationem noſtræ Bullæ incidunt,etiã ſi prætextu violentiæ prohibendæ id agant.*

7 *Litterarum Apoſtolicarum executionem impedientes, excuſari non poſſunt quin excommunicationem contrahant,non obſtante quocunque priuilegio ante editionem huius canonis conceſſo,niſi priuilegium eius reuocationem exigeret expreſſam, & ſpecialem noſtræ Bullæ mentionem.*

8 *Laicus,vt clericis ius dicat, introduci non poteſt conſuetudine aliqua quantumuis immemorabili.*

9 *Conſuetudo ſeu præſcriptio immemorabilis temporis datius capacibus,non autem incapacibus.*

IN

1 IN hac re Couar. lib. pract. qq. c. 35. num. 3. approbat immemorabilem quandam consuetudinem Castellanæ Reipub. cuius vigore, qui à Iudicibus Ecclesiasticis per violentiam, & per censuras indebitè opprimuntur, etiam si clerici sint, & inter clericos causa quantumuis spiritualis agatur, per Regios Auditores, & Consiliarios, qui ad suprema Prætoria litigatibus iura reddunt, defenduntur. Et Iudices ipsi Ecclesiastici violentiâ vt supra inferentes, per supradictos ciuiles Magistratus à violentia, quam inferunt, arcentur, ac cessare compelluntur. Quapropter vbi lis agitur apud Iudices Ecclesiasticos, etiam inter Ecclesiasticos, qui per sententiam condemnatus appellat ad Romanum Pontificem, si Iudex non vult appellationi deferre, sed litteris executorialibus contra eundem expeditis, pro executione sententiæ varijs afficiatur censuris, ac pœnis; tunc ex simplici querela coram Regijs Auditoribus per ipsum appellantē proposita, dātur litteræ Regiæ, quibus Notario Ecclesiasticæ Curiæ sub certa pœna præcipitur, quatenus intra breue tēpus acta trasmittat, & interim rogatur Iudex Ecclesiasticus, vt per aliquot dies appellantē à censuris absoluat, donec causa appellationis, an iustè, vel friuole fuerit interposita, discutiatur. Et si compertū fuerit appellationem esse friuolam, causa ad eundem Iudicē Ecclesiasticum remittitur: si autem iustè interposita sit appellatio; tunc repellitur violentia illa, & iniuria, ipsi appellanti contra canonicas sanctiones illata, & præcipitur Iudici Ecclesiastico, vt appellationi deferat, excommunicatis absoluat, & omnia ad pristinum reducat. Et sic per dictos Regios Magistratus, non cognoscitur de iustitia appellationis ad Romanum Pontificē deferendæ, ad hoc, vt ab ipsis sententia confirmetur, aut reuocetur; sed an appellationi ad R. Pontificem interpositæ, sit deferēdum; vel potius tanquam friuola reijciendā.

Quòd si laicus sit reus, qui à Iudice Ecclesiastico supradictis modis opprimatur, & tractetur de causa profana, cuius cognitio spectet ad forum sæcularem, tunc si grauatus appellet, dantur litteræ regiæ, quibus inhibetur Iudici Ecclesiastico, vt in causa non se intromittat amplius. Et contra Iudices Ecclesiasticos contumaces dantur iterum, & tertiò litteræ regiæ; & in casu contrauentionis, priuantur rebus temporalibus; quas in dictis Regnis obtinent, ac tanquam extranei ab eisdem censentur. Vndè Iudices, & Potestates sæculares, ad arcendam Ecclesiasticorum violentiam, impedire supradicto modo solent executionem litterarum Ecclesiasticorū Prælatorum, siue Nuncij sint, Legati, aut alij Commissarij Apostolici: siue Episcopi sint, aut alij ordinarij maiores.

Hæc Couar. loco citato, qui forensem vsum, quo Regij Magistratus, & alij in nonnullis alijs Prouincijs vtuntur multis rationibus defendere contendit.

Arbitratur enim prædictam praxim iustificari posse primò ratione maximæ vtilitatis, quā ex ea Respublica consequitur: nam per eam obuiatur oppressionibus, quas Innocentes ab Ecclesiasticis iudicibus patiuntur, qui procul à Romana Curia, iurisdictione, ac potestate Ecclesiastica possent de facili abuti.

Secundò probat ex tex. in c. Regum, 23. q. 5.
2 vbi habetur, quòd Regum, & Principum est ius cuique reddere, & per vim oppressos à manibus violentorum, & calumniantium liberare, iniurias repellere.

Tertiò probat per tex. in c. filijs, vel nepotibus, 17. q. 7. vbi habetur, quòd Episcopis, & Archiepiscopis negligentibus punitionem eorum Rectorum, bonis Ecclesiasticis abutentium, Regē potest adiri, qui malo illi remediū adhibeat.

Quartò adducitur tex. in c. Principes, 23. q. 5.
3 vbi dicitur, quòd Principes sæculi intra Ecclesiam eam potestatem habent, vt superborum ceruices comprimant. Et quòd fieri non potest per Iudices Ecclesiasticos, ab ipsis fuxta disciplinam, Reipublicæ vtilem executioni mandatur. Quapropter, vbi præstò nō est, qui oppressos liberet à Iudicibus Ecclesiasticis, potestate quidem Ecclesiæ Princeps sæcularis poterit ijs, qui violentiam patiuntur opem ferre.

Quintò iustificatur prædicti praxis ex eo quòd omnes ferè Christiani Orbis Principes sæculares ea vtuntur ab immemorabili tempore, consilio mediante prudentissimorum virorum. Vndè existimandum est, praxim huiusmodi Reipublicæ valdè vtilem esse, & ad rectum vtriusque spiritualis, ac temporalis iurisdictionis iudicium pertinere.

His tamen non obstantibus, contrariam sententiam tenet Sayr. in explicatione præsentis canonis lib. 3. Thes. p. 1. c. 18. num. 8. & Azor. lib. 5. instit. moral. p. 1. c. 14. q. 4. huiusmodi vsum ac
4 praxim omninò improbantes *a*. Etenim contra canones esse dicunt, vt sæculares Magistratus, Ecclesiasticas causas agant, & sibi auocent, clericos ad sua tribunalia trahant, ac in eos pœnas constituant: nam clericus coram Episcopo, Episcopus coram Archiepiscopo, de iure conueniri debet: vt in c. ad reprimendam, de offic. ordin. & c. facto, de sent. excom. Archiepiscopus corā Primate, c. antiqua, de priuil. & Primas, seu Patriarcha eorum Romano Pontifice, vel legato, ad Regna, vel Prouincias misso,

Est tamen verum, quòd hodie causę Episcoporum pro criminis obiecti qualitate per solū
4 Romanū Pontificem terminantur, vel per Metropolitanos, aut Episcopos à Beatissimo Papa eligendos: vt habetur in Concil. Trid. sess. 13. cap. 8. & sess. 24. c. 5.

Confirmatur hæc sententia ex c. qualiter, &
5 quando, de iudic. vbi per Inn. iij. omninò prohibetur, clericos ad iudicium sæculare trahi, etiam si contingat Iudicem Ecclesiasticum negligenter se gerere in ecclesiasticis causis expediendis. Adidem facit tex. in c. si quis clericus, c. placuit, c. Christianis, & c. clericum, 11. q. 1.

Denique cæteris prætermissis, his tēporibus
6 sententia huiusmodi est citra omnem controuersiam: postquam vi præsentis canonis aperte satis excommunicantur impedientes executionē litterarum apostolicarum, etiam prætextu violentiæ prohibendę *b*, vel aliorum prętensionū; seu etiam donec ipsi ad informandum Romanum Pontificem supplicauerint, aut supplicari fecerint; nisi supplicationes huiusmodi coram eodem Romano Pontifice, & Sede apostolica legitimè prosequantur: vt constat ex illis verbis: *Etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum præ-*

tenſionum, &c. Vndè videtur hunc canonem fuiſſe ſpecialiter editum ad damnandũ huiuſmodi ſorenſem vſum, ac praxim. Et propterea, qui de cętero ſupradicta patrare præſumpſerint, non videò, quo modo à ſupradicti canonis excommunicationis vinculo excuſari poſſint: ſiue litteræ, quas impediunt Apoſtolicę ſint: ſiue aliorũ Iudicũ Eccleſiaſticorũ, vt ſupra diximus, q. 6.

Imò nec aliquo priuilegio, ante editionem
7 huius canonis fortè conceſſo, iuuari poſſunt: quoniam vi dicti canonis reuocantur quæcunque priuilegia, per illa verba: *Quarumcunq; exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apoſtolicarum præterea*: vt bene docet Suar. hic, diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. num. 75.

Quòd verum arbitror, niſi priuilegia prædicta exigerent in eorum reuocatione expreſſam priuilegiorum huiuſmodi, & ſpecialem mentionem, iuxta ea quæ latè ſupra annotauimus, can. 7. quæſt. 32.

Ad argumenta reſpondetur.

AD primum dicimus, quòd ſi Iudices Eccleſiaſtici abutuntur eorum poteſtate, & innocentes opprimunt; in Prouincijs, & Regnis ſunt Archiepiſcopi, Primates, Legati, & Nũcij Apoſtolici, ad quos violentiam paſſi, atque indebitè vexati recurſum habere poſſũt: qua propter non conſtat de vtilitate quam ex recurſu ad ſæculares Iudices Reſpublica conſequi poſſit. Cũ Epiſcopus iniquè aliquem oppreſſerit, non eſt ratio, cur magis Reip. interſit, vt cauſa ad ſæcularem Iudicẽ deferatur, & non ad Archiepiſcopum, non ad Primatem, nõ ad quos de iure pertinet determinatio cauſarum ſpiritualiũ, & Eccleſiaſticarum, & non ad Magiſtratus ſæculares, cùm iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſint omninò incapaces, vt ſæpè diximus. Quę nã ratio ſuadet vt ſi Epiſcopus iuſtam appellationem non admittit, Regius Magiſtratus præcipiat, vt admittat, cùm ipſe ſit Eccleſiaſticis poteſtatibus inferior? Cur canones, & iura non ſeruantur (ait idẽ Azor.) cur negliguntur? cur violantur?

Ad ſecundum ex tex. in c. Regum, 23. q. 5. reſpondendo, cõcedimus Poteſtatem ſæcularem de iure naturæ innocentem aliquem cõtra Eccleſiaſticam poteſtatẽ defendere poſſe; hoc tamen propria authoritate nullo modo poteſt, cùm nõ ſit ſuperior; ſolùm igitur id poterit per viã ſupplicationis: hoc enim modo inferior ſe ipſum, aut alium contra ſuperiorem defendere poteſt. Hanc viam docemur per hunc canonẽ; & ideò hanc ſectari nos oportet, & non aliam, quotieſcunque violentiã aliquam Eccleſiaſtici inferunt. Quòd quidem locũ ſibi vendicat, etiã ſi in litteris Apoſt. appareat manifeſta iniuſtitia. Quòd ſi partes contra quas litteræ Apoſtolicæ impetratæ ſunt, pauperes ſint, nec poſſint Romanã Curiam adire, tunc pertinet ad Magiſtratus ipſos ſæculares, qui putant iure ipſis incumbere ſubditorum defenſionem, curareque vt illi Officiales, qui apud Romanam Curiam cõmorantur ſupplices litteras Romano Pontifici porrigant, & interim, dum recurritur, donec de veritate Pontifex inſtruatur, qui cauſæ curſum impediunt, & litterarum executionem reſardãt ſi bona fide, & citra dolum id agant, in excommunicationem non incidunt: vt habetur ex Alter. in explicat. eiuſdem can. cap. 2. col. pen. in ver. Reſpondeo eo caſu: & in ver. Reſpondeo tunc temporis.

Ad tertium argumentum ex tex. in c. filijs, vel ne potibus, 17. q. 7. reſpondimus multipliciter ſupra, q. 8. in reſponſ. ad primum. Et propterea dicimus, quòd licitum eſt adire Regem, quando Epiſcopi, & Archiepiſcopi negligentes ſunt in puniendis Rectoribus, bonis Eccleſiaſticis abutentibus, nõ vt Rex de prædictis cauſis cognoſcat, ſed vt remedium adhibeat per ſupplicationes, & litteras ad Romanum Pontificem.

Ad quartum per tex. in c. Principes, 23 q. 5. reſpõdetur, quòd Principes ſæculares intra Eccleſiam poteſtatẽ habẽt, vt ſuperborũ ceruices cõprimant, quãdo per Eccleſiaſticos, Iudices id exequi non poteſt; non propria authoritate, ſed ex commiſſione Eccleſiaſtica, vbi tractatur de cauſis ad Eccleſiaſticum forum pertinentibus.

Ad vltimum argumentum fundatum in cõ-
8 muni ferè Chriſtianorũ Principum vſu, ac cõſuetudine; reſpondetur quòd hanc conſuetudinem iura corruptelam appellant. Nõ enim per preſcriptionẽ temporis quantumuis immemorabilis introduci poteſt, vt laicus clericis ius dicat, & in cauſis ſpiritualibus, ac Eccleſiaſticis ſe intromittat: quoniam immemorabilis tempo-
9 ris præſcriptio datur ſus capacibus, non autem incapacibus, prout ſunt laici iuriſdictionis Eccleſiaſticæ: vt ſupra diximus, & docet Azor. lib. 5. inſtit. moral. c. 14. q. 6. in fin.

ADDITIO.

a Improbantes. Adde Nauar. cap. 27. in man. num. 69. Suar. in tract. de fidei defenſ. lib. 4. de immunit. cap. 34. Laiman in Theolog. a. morali, lib. 4. tract. 9. cap. 4. Reginal. tom. 1. lib. 9. ſuæ praxis, cap. 22. num. 341. Coriolan. hic excomm. 14. Barboſ. in cap. Eccleſiæ S. Mariæ, num. 1. de conſtitutionibus, Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 10. quæſt. 4. num. 255. & quæſt. 5. num. 264. Sayr de cenſur. lib. 3. cap. 18. num. 8. Alter. hoc loco, diſp. 15. cap. 3. ad finem, & diſput. 16. cap. 2. col. 7. verſ. ad hanc, & Bonac. in ſuo tract. de legib. diſput. 10. quæſt. 2. pun. 1. §. 3. contra Ceuallos, Diaz, Couarruuias, & alios. Nec obſtat textus in l. vt vim, ff. de iuſtitia, & iure, vbi vim vi repellare licet, quoniam tex. ille eſt intelligendus cum moderamine inculpatæ tutelæ: modò in caſu, de quo agitur, non ſeruatur moderamen; quia inuaſo competit ratio euadendi ab inuaſione abſque maiori, vel æquali damno, quàm vim inferendo. Alia contraria, eorum ſolutiones, ac nonnullas alias rationes vide apud Doctores ſupra relatos. D. Cæſar.

b Prohibendæ. Adde Reginald. lib. 9. ſuæ pſaxis, cap. 22. num. 338. & Bonac. hoc loco diſput. 1. queſt. 15. pun. 4. §. 4. per totum, contra Ceuallos, & alios: quorum argumenta refert, & rectè poſt alios ſoluit. Abb. Alex.

c Adde hic Suar. in tract. de Cathol. fid. defenſ. lib. 4. de immunit. c. 34. num. 27. Alter. hic c. 1. & Bonac. hoc eodem loco diſp. 1. q. 15. pun. 4. §. 1. numero 6. vbi in verſic. 2. colligi poteſt priuile-

uilegium cognoſcendi cauſas Eccleſiaſticorum, Principibus conceſſum, reuocari poſſe per Romanum Pontificem, etiam ſi per immemorabilem vſum fuerit ſeruatum, vt latè probat Suar. loco citato, Ceuallos in tract. de cogniit. in proem. c. 10. num. 7. & ſeq. Surdus tom. 3. conſ. 319. n. 15. Paulus Caſtrenſis, conſ. 317. vol. 1. Tuſc. t. 5. verſ. Libertas Eccleſiaſtica, concluſ. 342. & alij. Abb. Alex.

An ſi pendente ſupplicatione, ad Rom. Pontificem, Reip. pax perturbatur, Princeps ſecularis impediens executionem litterarum Apoſtolicarum, incidat in excommunicationem præſentis canonis. Q. 10.

SVMMARIVM.

1 *Litterarum Apoſtolicarum executionem impediens ad eam tandam Reipublicæ pacis perturbationem, ſi vi perſona priuata Princeps id agat, excommunicationem non contrahit: ſecus ſi vi perſona publica executionem ipſam impediat.*

AZor. lib. 5. Inſt. moral. c. 14. q. 6. circa mediũ, ait, quòd Regum, & Principum non eſt de ſpiritali cauſa cognoſcere, ſed ſeruato iuris ordine debent impedire, ne in Repub. mala ſequantur; cauſamque ad Romanum Pontificem referre, vt ipſe in Eccleſiarum Præfectos, Eccleſiaſticis rebus abutẽtes, inquirat, ac animaduertat, Eccleſiaſticis Prælatis, & eorum Magiſtratibus, negligenter ſe habentibus in cognoſcendis, ac determinandis cauſis ſpiritualibus, & alijs ad Eccleſiaſticum forum pertinentibus.

Vndè ex prædictis conſequenter ipſe Azor. non excuſaret Principem ſæcularem, aut eius Magiſtratus impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum, aut aliorum Iudicum inferiorum, qui Eccleſiaſtici ſint; eſtò, quòd per earum executionem, aut per ſupplicationem ad Romanum Pontificem Reip. pax perturbaretur.

Hanc ſententiam puto veram, quando Princeps ſæcularis, vt Princeps eſt, & iuriſdictionem 1 ſæcularem habens; & eorum Magiſtratus, vt tales ſunt, impedirent executionem prædictarum litterarum: quoniam ſub hac formalitate vi noſtri canonis excommunicantur poteſtates ciuiles in cauſis ſpiritualibus, ſeu ſpiritualibus annexis ſe intromittentes, & dictarum litterum executionem impedientes: ſecus autem, ſi tanquam perſonæ priuatæ *a* non valentes alia via Rempublicam ſedare, litterarum huiuſmodi executionem impedirent, donec Romano Põtifici ſupplicarent: nam tunc arbitror eos non incidere in hanc cenſuram, iuxta ea, quæ ſupra diximus can. præcedenti, q. 3. concl. 4.

ADDITIO.

a Priuatæ. Adde hic Alter. diſp. 15. c. 13. col. 67. & 8. ver. ſed obijciet, Reginald. lib. 9. ſuæ praxis, c. 22. n. 338. Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 18. n. 6. & 9. Suar. lib. 4. de immun. c. 34. num. 9. Anton de Souſa hoc eodem loco, diſp. 75. & 78. num. 4. Couar. pract. qq. c. 35. num. 3. cum alijs quos refert, & ſequitur Bonac. diſp. 15. pun. 4. §. 4. ſub n. 12. in ver. ex dictis: & in ver. reſpondeo iudicem: ubi etiam addit num. 13. poſſe in caſu, de quo agitur, iudicem laicum citra excommunicationem aliquam etiam auctoritatiuè litterarum executionem impedire, interpoſita apud Ill. P. ſupplicatione; dummodò eam legitimè proſequatur; etenim hic caſus in hoc canone excipitur, cuius vigore laicis conceditur cum hac limitatione, ut ſupplicationem legitimè, & iuxta iuris ordinem proſequatur. Imò idem Bonac. ibi in verſ. adde: non improbabiliter putat ſuſtineri poſſe cũ Reginaldo, lib. 9. ſuæ praxis, num. 344. eum, qui litteras aliorum iudicum Eccleſiaſticorum impedit poſſe ſupplicare ipſum Iudicem Eccleſiaſticum, & coram ipſo ſupplicationem proſequi. Quod quidem verum eſt iuxta ſententiam eorum, qui putant hac excommunicatione alligari non ſolùm impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum, ſed etiam aliorum Iudicum Eccleſiaſticorum: quamuis ipſe Bonac. putet ligari excommunicatione canonis 15. uel 16. huius noſtræ Bullæ. Abb. Alex.

An Princeps ſæcularis catholicus, in terris hæreticorum, aut Paganorum ſibi ſubditis, ſi nullus adſit Iudex Eccleſiaſticus, impediens executionem dictarum litterarum prætextu violentiæ prohibendæ, prædictã cenſuram contrahat. Q. 11.

SVMMARIVM.

1 *Litterarum Apoſtolicarum executionem, ſi Princeps impediat prætextu violentiæ prohibendæ in terris hæreticorum, vbi nullus adſit Eccleſiaſticus Iudex, in excommunicationem non incidit, vbi conſuli Rom. Pontifex non poſſit.*

REſpondetur ex Azor. lib. 5. Inſt. moral. c. 14. 1
q. 2. prope finem, quòd ſi commodè Rom. Pontifex conſuli poteſt, eidem ſupplicandum *a* eſt *a*, & ab eo petendum, vt canonum rigorem remittat, ac facultatem concedat, qua tractari huiuſmodi cauſæ poſſint apud Ciuilem Iudicẽ, uel aliud remedium oportunũ adhibeat. Quod ſi conſuli Rom. Pontifex non poſſit, tunc neceſſitas non habet legem, & id fiet, quod ipſa recta ratio præſcribit.

Qui quidem Azor. licèt loquatur de clericis commorantibus in terris hæreticorum, uel Paganorum, an prætextu violentiæ prohibendæ poſſint recurrere ad ſæculares Principes, ac ad eorum Magiſtratus in defectum Eccleſiaſticorum Iudicum; tamẽ ea, quæ de illis ſtatuit, poſſunt applicari quæſtioni noſtræ, cùm militet eadem ratio.

AD

ADDITIO.

a Eſt. Adde hic Filliuc.tom.1.qq.moral.tract. 16.c.8.q.5.n.199. Suar.in tract.de fidei defenſio ne lib.4.de immunit.c.34.n.9.Alter.diſp.15.c.3. verſ.rurſus:& Bonac.hoc loco,diſp.1.q.14.pun. 2.ſub n.21. Abb. Alex.

An ſi Rom. Pontifex, non modò contra ius poſitiuum, ſed etiam contra ius naturale, aut Diuinum ſuis litteris moleſtet aliquem ſuper cauſis ſpiritualibus; Poteſtas ſæcularis, illarum executionem impediens, incidat in hanc cenſuram. Q.12.

SVMMARIVM.

1 *Litterarum Apoſtolicarum executionem impediens, eo quòd ſint contra ius naturale, aut Diuinum; ab excommunicatione non excuſatur.*

2 *Maior, vt ſuppleat negligentiam minoris, eſt ſecundum dum ius naturale: ſed non è contra.*

3 *Vim vi repellere licet contra priuatum, non autem contra eum, cuius Imperio ſubiecti ſumus.*

IN hac quæſtione Vict.in repet.de Poteſt. Papæ,& Conçil.in 22.propoſitione, ait, quòd licitū eſt reſiſtere mandatis,& diſpenſationibus Romani Pontificis,& eorum executio impediri poteſt,etiam auctoritate publica Principis ſæcularis intercedente, vbi mandata facta, & diſpenſationes huiuſmodi tendunt in deſtructionem Eccleſiæ. Quod maximè contingit,quando contra ius naturale aut Diuinum, vim atq; violentiam inferret Chriſti fidelibus.

Probat,quoniam vim vi repellere eſt de iure naturali,l.vt vim,ff.de iuſt.& iur.

His tamen non obſtantibus,contrariam ſententiam de iure puto veriorē eſſe,nempe,quòd 1 eſtò,quòd ipſe R.Pontifex a canones, & iura negligat,delicta impunita relinquat, innocentes opprimat,vim inferat,res Eccleſiæ diſſipet,Regum, & Principum iura peruertat (quod abſit) non per hoc licitum eſt Principibus ſæcularibus,eius litteris,ac mandatis reſiſtere,ac eorum executionem impedire,cauſaſque ſpirituales ad ipſorum forum auocare.Ita Turrecr.in ſum. de Eccl.liber.lib.1.c.506.Syl.in ver.Papa. q.4. ver. Et adde,Paludan.à ſupradictis relatus,& Azor. lib.5.Inſt.moral.c.14.q.6.

Probatur, quoniam ſecundum ius naturale 2 eſt,quòd maior ſuppleat negligentiam minoris, ſed nō è contra:alias peruerteretur ordo naturæ in Iuſtitia miniſtranda:vt bene probat Mart. de iuriſd.caſu 146.num. 12. & 13.& ideo laicis manet obſequendi neceſſitas non auctoritas imperandi,c.bene quidem,96.d c.laicis, 56. q. ul. eo quòd laici ſunt clericis inferiores, & tantò magis Romano Pontifici. qui ſicut nullum in terris cognoſcit ſuperiorē.niſi ſolum Deum:ita à nullo iudicari poteſt.niſi à ſolo Deo,c.nemo, c.ipſi ſunt,c.cuncta.9.q.3.& c.ſi Papa.40.d.Vnde quamuis S.P peccet, iniuſtè ſuis litteris, ac mandatis aliquem moleſtando; non propterea poteſt ſibi pes laicam poteſtatem,quantumuis Regiam,& Imperatoriam reſiſti, ac executionē ſuarum litterarum iudiciaria auctoritate impediri, ſed moneri potius, ac exorari debet, etiam per Cardinales, aut per alias Poteſtates ad id magis idoneas, ne id faciat, ſed ſupplicantium iura,& rationes audiat, & vt iuris eſt prouidcat. Hanc ſupplicationis viam in his, & in ſimilibus caſibus per hunc canonem docemur; quæ ſola via licita eſt, & tam iuri naturali, quā iuri poſitiuo maximè conformis, cùm modus iſte proprius ſit,quo inferior contra ſuperiorē, & injurias illius iuſtè, liciteque tueri,ac defendere queat: vt bene ait hoc loco Sayr.num.10. Hanc eandem ſententiam tenet hoc eodem loco Alter.cap.3.col.6.in fine,& col.8.ver.ſed rurſus opponit aliquis.

Ad contrarium ex l.vt vim,ff. de iuſt. & iur. 3 facilè reſpondetur, nam, vt Glo. ibi annotauit, relata,& approbata ab Azor.loco citato,& alijs tunc licitum eſt vim vi repellere,quando vis,& iniuria infertur à priuato.nō autem quando infertur ab eo,cuius imperio ſubiecti ſumus:vt in l.iniuriarum,ff.de iniur. tunc enim cùm Iudex publica auctoritate fungitur,ſi vexat,opprimat & condemnet innocentem,peccat quidem; ſed aduerſus eum ſecundum leges,canones,& iura, legitimo ordine ſeruato agendum eſt, nempe per viam appellationis,recuſationis,vel per aliā quæ ſit iuri conformis.

Quòd ſi ſupremus Iudex ſit,qui condemnet innocentem; tunc innocentis eſt pœnam patiēter & æquo animo ſuſtinere,& non illi manus, arma,aut vim inferre;maximè Rom. Pontifici, Summo Dei Vicario; cui omnis Poteſtas,quātumuis Regia,& imperialis ſubijcitur, omnibus eſt ſuperior,& à nullo niſi à Deo iudicari poteſt vtſupra probauimus.

ADDITIO.

a Pontifex. Adde Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 146. Caietanum in opuſc.de poteſtate c.27. Filliuç.rom.1.qq.moral.tract.16.cap.10.q.4. num. 294. Bonac.hic diſp.5.q.13.pun.4.ſub num. 54. & de legib.diſp.10.q.2.pun.1.ſec.5.nu.10.& ſeq. Imò ſub n.14.in verſuerūm: putat; ipſos quoque recurrēres ad ſæculare tribunal,excommunicationem contrahere,ut conſtat ex Canone præcedenti ubi Duard.q.4.Abb.Alex.

Quibus caſibus contrahitur excommunicatio præſentis canonis, quibus vero effugitur, Q.13. & Vlt.

SVMMARIVM.

1 *Auocanter cauſas ſpirituales, aut ſpiritualibus annexas à Iudicibus Eccleſiaſticis ad ſæculares Curias, incidunt in excommunicationem huius canonis, quicunque ſint, ſiue ſæculares, ſiue Eccleſiaſtici Iudices: quocunque prætextu id agant: ac etiam ſi talis auocatio non ſiat reſpectu litterarum Apoſtolicarum.*

2 Auo-

2 *Auocantes cauſas ſpirituales, aut ſpiritualibus annexas à Iudicibus Eccleſiaſticis, ad ſæculares Curias, excommunicationem hanc contrahunt, non obſtante quacunque priuilegio, ac conſuetudine quantumuis præmemorabili; & quacunque ratione id agant, nempe metu, ſtatuto, vel præcepto.*

3 *Auocantes cauſas ſpirituales, aut ſpiritualibus annexas à Iudicibus Eccleſiaſticis ad ſæculares Curias, excommunicationem incurrunt à quocunque Iudice Eccleſiaſtico fiat auocatio, ſiue Apoſtolicus ſit, ſiue non ſit Apoſtolicus, ſeu Romanæ Curiæ, & antequam ad dictos Iudices delatæ ſint: aut Iudices Eccleſiaſtici ſint negligentes id dictis cauſis cognoſcendi.*

4 *Auocari mandantes cauſas ſpirituales, aut ſpiritualibus annexas à Iudicibus Eccleſiaſticis ad ſæculares Curias, excommunicationem incidunt.*

5 *Cauſas ſpirituales, aut ſpiritualibus annexas impedientes ne agantur coram Iudice Eccleſiaſtico, excommunicationem iſtam contrahunt. Idem dicendum eſt de illis, qui in dictis cauſis tanquam Iudices ſe interponunt.*

6 *Auocantes cauſas ſpirituales, aut ſpiritualibus annexas a Iudicibus Eccleſiaſticis ad ſæculares Curias, in excommunicationem tunc incidunt, quando auocatio fit auctoritate iudiciaria laica, etiam ſi perſonæ ſint Eccleſiaſticæ.*

7 *Auocantes à Iudicibus Eccleſiaſticis cauſas criminales, aut ciuiles Eccleſiaſticas, vel miſtas, excommunicationem non incurrunt. Idem dicendum eſt, ſi cauſæ ſpirituales nondum ſint introductæ coram Iudice Eccleſiaſtico aut ſi auocare tantùm conati ſint.*

8 *Partes compellentes ad acta reuocanda facta coram Iudicibus Eccleſiaſticis ſuper cauſis ſpiritualibus, aut ſpiritualibus annexis, excommunicationem contrahunt, ſiue actores ſint, ſiue rei. Hoc idem ſtatuitur contra compellentes partes ad conſentiendum abſolutioni cenſurarum, quas incurrerunt contrauenientes.*

9 *Partes compellentes ad reuocandum acta facta coram Iudice Eccleſiaſtico in cauſis ſpiritualibus aut ad conſentiendum abſolutioni cenſurarum precibus, vel pecunia: aut id contra ipſos Iudices patrantes, in excommunicationem hanc non incidunt.*

10 *Litterarum Apoſtolicarum executionem impedientes, excommunicationem iſtam contrahunt. Idem dicendum eſt de impedientibus executionem litterarum aliorum iudicum Eccleſiaſticorum etiam ſi Apoſtolici non ſint; & id quocunque modo, ac quocunque prætextu agant: ſiue ſint principales, ſiue mandantes: conſilium, aut auxilium dantes.*

11 *Litterarum Apoſtolicarum executionem impedientes de licentia expreſſa S. P. aut non auctoritate publica, ſed tantùm priuata, in excommunicationem iſtâ non incidunt.*

Prima Concluſio.

1 AVocantes cauſas ſpirituales; aut ſpiritualibus annexas à Iudicibus Eccleſiaſticis iocidunt in excommunicationẽ præſentis canonis. Hæc concluſio patet ex ipſo canone, in prima eiuſdem parte.

Ampliatur primò dicta concluſio, vt ſit generalis, omnes, & quoſcunque contrauẽnientes comprehendens ſiue ſæculares ſint, ſiue Eccleſiaſtici: quacunque præfulgeant dignitate: vt patet ex illis canonis verbis: *Etiam ſi talia committenter fuerint Præſidentes, &c.* Quæ verba licèt in fine canonis habeantur, tamen referuntur ad omnia præcedentia: ar. tex. in c. 2. de appell. & Vgol. in explic. huius canonis, §. 1. ſub n. 1. in ver. Quę excommunicatio. Vbi etiã ait de perſonis publicis potiſſimum hic agi, & has in excommunicationem præſentis canonis incidere, ſi huiuſmodi cauſas auocent, & nos etiam ſupra declarauimus, q. 4.

Secundò ampliatur, vt excommunicatio iſta compreheodat auocantes vt ſupra quaſcunque cauſas ſpirituales, ac ſpiritualibus annexas, ſiue cauſæ ſint decimarum, ſiue Beneficiorum, ſiue Sacramentorum, ſiue Iuris patronatus, & aliæ huiuſmodi, etiã ſi ſint quaſi ſpirituales vt ſupra diximus, q. 5.

Tertiò ampliatur, vt excommuuicatione prędicta ligentur auocantes huiuſmodi cauſas, etiã ſi talis auocatio nõ fiat prætextu litterarũ Apoſtolicarum: vt ſupra declarauimus, q. 3. in fine.

Quartò ampliatur, vt contrauenientes ab hac
2 cenſura non excuſentur, etiam ſi priuilegiũ allegent: quoniam vi huius canonis priuilegia reuocãtur, vt ſupra diximus, q. 5. con. 3. ampl. vnica.

Quintò ampliatur, vt auocantes ſupradictas: cauſis, in dictam cenſuram incidant, non obſtãte quacunque conſuetudine, quantumuis præſcripta, vt ſupra annotauimur, q. 5. con 3. limit. vnica in fine.

Sextò ampliatur, vt auocantes dictas cauſas excommunicationem iſtam contrahant, quacunque ratione illas auocent: atque adeò, ſiue dolo id faciant, ſiue metu, nempe mortem, carcerem, aut bonorum priuationem comminantes ſtatuto, vel præcepto: quoniam canon iſte ſimpliciter loquitur, nec modum præſcribit, ergo ſimpliciter eſt intelligendus: ar. tex. in l. de pretio, ff. de publ. in rem act.

Septimò ampliatur, vt cenſura prædicta in-
3 curratur à quocũque Iudice fiat auocatio cauſarum ſpiritualium, dummodò ſit Eccleſiaſticus, ſiue ſit Apoſtolicus, ſiue non; atque ideo ad incurrendam dictam excommunicationem, ſatis eſſe auocari cauſas ſpirituales, aut ſpiritualibus annexas, ſeu quaſi ſpirituales ad curias ſæculares à quocunque Iudice Eccleſiaſtico, etiã ſi non ſit Iudex Apoſtolicus, ſeu Romanæ Curiæ: vt ſupra probauimus, q. 6.

Octauò ampliatur, vt auocantes dictas cauſas, hanc cenſuram incurrant, etiam antequã ad dictos Iudices delatæ ſint: vt habetur ex Nauar. in rubr. de Iudic. n. 68. ver. Qua ratione, & n. 69. quem refert, & ſequitur Vgol. hic, §. 1. ver. Septimo aſſicit. Etenim ex ſola auocatione cauſarum & prohibitione, ne litteræ Apoſtolicæ, executioni demandentur, incurritur excommunicatio, quia hæc eſt actio principalis prohibita ſub pœna excommunicationis, vt habetur ex Caiet. in ſum. in ver. Excommunicatio, cap. 30. Vndè etiã ſi Principes, & Magiſtratus ſæculares, qui huiuſmodi cauſas auocant, in illis non ſe interponant vti Iudices in illarum cognitione, in hanc cenſuram incidunt: quoniam hæc actio eſt diſtincta à priori. Ita Alter. in explicat. huius canon. c. 2. col. pen. in ver. Secundò quæret aliquis. Vbi etiam col. fin. docet ex Nauar. hanc cenſuram ex-

extendi in Eccleſiaſticos, qui ſponte patiuntur
a trahi a pro decimis, & alijs cauſis ſpiritualibus
ad Iudices ſæculares, atque adeò auocationi cõ-
ſentiant, eam conſulant, aut auocantibus faueat:
quoniam non ſolùm trahentes, ſed etiam conſi-
lium, & fauorem ad id adhibentes, excommuni-
cationis vinculo alligantur.

Nonò ampliatur, vt auocantes huiuſmodi
cauſas, in ſupradictam cenſuram incidant, etiam
ſi iudices eccleſiaſtici negligẽtes ſint in illis co-
gnoſcendis: vt ſupra diximus, q. 8.

Decimò ampliatur, vt excommunicatio iſta
4 non modò comprehendat auocantes prædictas
cauſas, ſed etiam mandantes auocari, vt patet ex
ipſo canone in illis verbis. *Qui per ſe, vel per alios.*

Vndecimò ampliatur, vt excõmunicatio iſta
5 non modò locum habeat contra auocantes vt
ſupra, ſed etiam contra impedientes, ne dictæ
cauſæ ſpirituales agantur: vt conſtat ex illis ca-
nonis verbis: *Illarumque curſum, & audientiam, &c.*
Hoc autem euenire poteſt, vbi Iudices, partes,
procuratores, vel Aduocati impediuntur: vt ha
betur ex Vgol. hic, §. 2. num. 1.

Duodecimò ampliatur, vt dicta cenſura extẽ-
datur non ſolùm contra auocantes huiuſmodi
cauſas, & impedientes vt ſupra, ſed etiam con-
tra eos, qui in prædictarum cauſarum cognitio-
ne tanquam iudices ſe interponunt: vt habetur
in illis verbis: *Ac ſe ad illarum cognitionem, &c.*
Vndè ſi à Romano Pontifice id ipſis præciperetur, dictam excommunicationem non contra-
herent: ſicut nec etiam ſi tanquam procurator,
aut vt aduocatus quis intercederet: vt bene no-
tat Vgol. hic, §. 2. in fine.

Sic ampliata limitatur primò dicta concluſio,
6 vt tunc auocantes cauſas ſpirituales, ſpiritualibus annexas, ſeu quaſi ſpirituales ad ſæculares
Curias, incidant in excommunicationem noſtri
canonis, quando auocatio fit authoritate iudi-
ciaria: vt ſupra probauimus, q. 3.

Secundò limitatur; vt prædicta excõmuni-
catio illos tantùm comprehendat, qui dictas
cauſas auocant authoritate iudiciaria laica, etiã
ſi auocantes ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, ſecus
autem ſi authoritate iudiciaria Eccleſiaſtica il-
las auocent: vt ſupra annotauimus, q. 4. con. vl-
tima.

Tertiò limitatur, vt ſub hac cenſura non in-
7 eludantur auocantes à iudicibus Eccleſiaſticis
cauſas, quę ſpirituales non ſint, nec ſpiritualibus
annexæ, ſeu quaſi ſpirituales, quia canon iſte lo-
quitur de cauſis ſpiritualibus, ac ſpiritualibus
annexis. Vndè auocantes cauſas ciuiles, quantũ-
uis Eccleſiaſticæ ſint, criminales, aut miſtas, in-
dictam excommunicationem non incidunt: vt
latè ſupra probauimus, q. 5. con. 1. 2. 3. & 5.

Quartò limitatur, vt vi noſtri canonis ij tan-
tùm excommunicentur, qui contra iuris diſpo-
ſitionem prædictas cauſas auocant ad Curias
ſeculares; ſecus autem ex licentia Romani Põ-
tificis *b*, aut alia legitima ſubſiſtẽte cauſa: quo-
8 niam iſte canon excommunicat tantùm illos,
qui authoritate propria, ac de facto huiuſmodi
cauſas auocant: vt patet ex illis verbis: *Authori-
tate propria, vel de facto.*

Quintò limitatur, vt diſpoſitio noſtri cano-
nis locum ſibi vendicet, quotieſcũque fit actua-
lis auocatio dictarum cauſarum à iudicibus Ec-
cleſiaſticis. Secus autem, ſi Poteſtates ſæculares
cauſas ſpirituales adhuc non intraductas coram
iudice Eccleſiaſtico agant, ac definiant: nam tũc
præſentem excommunicationem non contra-
hunt; ſed illam, quæ continetur infra canone
57. noſtræ Bullæ, vt ſupra diximus, q. 5. con. 3. li-
mit. vnica.

Sextò limitatur, vt excõmunicatio hæc illos
cõprehendat, qui dictas cauſas verè auocauerũt
ſecus autem, qui auocare illas conati ſunt, &
auocare non potuerunt: quoniam verba intelli-
genda ſunt cũ effectu, ar. tex. in l. 1. §. hæc verba,
ff. Quod quiſq; iur. & Vgol. hoc loco, §. 1. in fin.

Secunda Concluſio.

8 COmpellentes partes actrices, qui cotam iu-
dicibus eccleſiaſticis cauſas ſpirituales, aut
ſpiritualibus annexas committi fecerunt, vt acta
facta reuocent, in excommunicationem huius
canonis incidunt. Hæc concluſio probatur
ex illis canonis verbis: *Quinè partes actrices, quæ illas
commiſſi fecerunt, &c.*

Ampliatur primò dicta concluſio, vt cõpre-
hendat cõpellentes vt ſupra, non modò ſi com-
pellant actorem ad reuocandas citationes, aut
inhibitiones, aut alias litteras his ſimiles, ſed
etiã ſi cõpellant reum, vel vtrumque; nam per
partes actrices, in hoc canone, intelligũtur om-
nes, qui prædictas cauſas committere fecerunt
iudicibus eccleſiaſticis: ſiue actores ſint, ſiue
rei; vt habetur ex Vgol. in explicatione huius
canonis, in ver. Quinè partes actrices, n. 5. Vbi
etiã ait, quòd ſub diſpoſitione dicti canonis cõ-
prehenduntur ij tantùm qui perſonæ publicæ
ſunt, & iudices Eccleſiaſtici, ſiue tanquam iudi-
ces id faciant, ſiue tanquam perſonæ priuatæ: tũ
propter illa verba: *Vel aliàs compellant*, tum etiam
propter illa: *Authoritate propria, vel de facto*, vt idẽ
Vgol. ibi in ver. Item vel tãquam iudices. Quod
licèt nos verum eſſe dicamus ratione dictorum
verborum: *Vel aliàs compellant*, id tamen non ad-
mittimus ex illis: *Authoritate propria, vel de facto*: in
principio noſtri canonis poſitis: quoniam ver-
ba illa denotant factum cõtra iura, & ſi fiat au-
thoritate iudiciaria: vt ſupra diximus, q. 3. circa
auocationem huiuſmodi cauſarum.

Secundò ampliatur, vt compellentes vt ſupra
non ſolùm in excommunicationem incidant ſi
partes compellant ad reuocandas citationes, in-
hibitiones, & alia acta; ſed etiam ſi eaſdem par-
tes cogant, vt faciant, vel conſentiant, vt ij à cẽ-
ſuris, & pœnis in illis inhibitionibus contentis
abſoluantur, cõtra quos tales inhibitiones e ma-
narunt: vt conſtat ex illis canonis verbis: *Vel ad
faciẽdum, vel conſentiẽdum, &c.* Vbi eſt annot. quòd
ſimilis cenſura habetur in c. vnico, de iis, quæ vi
met. cau. fiu. nam ibi fertur excommunicatio in
eos, qui compellunt iudicem abſoluere aliquẽ
à ſe excommunicatum. Quod quidẽ verum eſt
ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè fuerint excommunicati:
& ſiue cõpellant cenſuras reuocare, ſiue conſẽ-
tire, vt reuocentur: vt bene declarat Vgol. loco
citato à n. 2. vſque ad ver. Excipitur tamen.

Sic ampliata limitatur primò dicta cõcluſio,
9 vbi ſic compellentes: non actrices partes com-
pellant, ſed ipſos iudices, qui illas tulerunt: nam

iſte

iſte canon ſolùm de compellentibus actrices partes loquitur: ergo ſecus dicendum eſt, ſi Iudices cogãt; eo quòd incluſio vnius, eſt alterius excluſio: ar. tex. in c. nonne, de præſum, & l. cùm prætor, ff. de Iud. Beneuerum eſt, quòd excommunicationem contrahent, quę cõtinetur in d. c. vnico, de iis, quæ vi, metuſuè cau. fin.

Secundò limitatur, vt excommunicatio iſta non comprehendat eos, qui precibus, aut pecunia actrices partes compellunt; vt prædicti abſoluantur: nam neque io hoc caſu compellere proprie quis dicitur, aut vim facere; ar. tex. in l. fin. ff. de iis, qui fac. teſtam. proh. & Vgol. ibidem in ver. excipitur: & in ver. Poſtremò.

Tertia concluſio.

IMpedientes executionem litterarum Apoſtolicarum, ac decretorum, incidunt in excommunicationem huius canonis. Hæc concluſio probatur ex illis canonis verbis. *Vel executionem litterarum Apoſtolicarum, ſeu executorialium, &c.*

Ampliatur primò dicta concluſio, vt vi huius
10 canonis non modò excommunicentur impedientes executionem litterarum Apoſtolicarũ in cauſis ſpiritualibus, ac ſpiritualibus annexis; ſed etiam in eiſdem cauſis impedientes exeecutionem litterarum aliorũ Iudicum Eccleſiaſticorum, & etiam ſi Apoſtolici non ſint: quoniã, vt diximus ſupra con. 1. ampl. 7. auocantes huiuſmodi cauſis, dictam excommunicationem contrahunt, à quocunque Iudice Eccleſiaſtico illas auocent; & in hoc canone cenſura afficiũtur, non ſolùm, qui litterarum Apoſtolicarum executionem impediunt; verum etiam aliorum decretorum, quorum ſupra textus ipſe meminit: vt patet in illis verbis: *Seu executorialium proceſſuum, ac decretorum prędictorum.*

Secundò ampliatur, vt impedientes litterarũ prædictarum executionẽ, in ſupradictam excõmunicationem incidant, quomodolibet impediant: vt habetur in illis verbis: *Quomodolibet impediunt* e. Vndè ſi publicari eas non permittant
e vel referri, vel executioni demandari, proculdubio excommunicantur: vt habetur ex Vgol. hic in ver. vel executionem: ibi: Secundò afficit, vbi etiam paulo ſupra, in ver. In excommunicationem hanc: intelligit hunc canonem in hoc caſu, ſicut in præcedentibus, nempe quòd contrauenientes ſint perſonæ publicæ, iuriſdictionem habentes: nam de his in primis hic agitur.

Tertiò ampliatur, vt excommunicatio iſta comprehendat impedientes huiuſmodi litteras, ſeu decreta, quocunque prætextu impediant: atque adeò ſiue prætextu violentiæ proh. bẽde, vt ſupra diximus, q 9. ſiue pro conſeruatione pacis, vt probauimus ſupra, q. 10. ſiue afferant, ſe velle prius ſupplicare, vel ſupplicari facere Romano Pontifici, propter illa verba; *Seu etiam donec ipſi.* Siue alijs prætextibus relatis ab Vgol. loco citato: in ver. Quartò in excommunicationem.

Quartò ampliatur, vt impedientes executionem dictarum litterarum in prædictã excommunicationem incidant, etiamſi Romanus Põtifex contra ius poſitiuum, naturale, vel Diuinũ ſuis litteris aliquem moleſtare velit: vt ſupra probauimus, q. 12.

Quintò ampliatur, vt vi noſtri canonis, non modò excommunicẽtur principales, impediẽtes, ſed etiã mandantes impediri executionem dictarum litterarum: vt patet ex illis verbis, in principio huius canonis poſitis: *Qui per ſe, vel per alios*, quoniam verba in principio poſita, ad omnia ſequentia referuntur, per ea, quæ docet Ial. in l. & ſi perceperit, §. filius, n. 20. ff. de lib. & poſthum. Idque etiam locum ſibi vendicat in ratũ habentibus, ſi impedimentum eorum nomine ſuerit illatum; vt habetur ex Nauar. conſ. 37. de ſent. excom. quem refert, & ſequitur, hoc loco, Vgol. in ver. Quintò afficit.

d Quod quidem mihi videtur valde dubium, d cùm in hoc canone nulla mentio fiat de ratihabentibus, vt in ſimili caſu aliàs diximus.

Sextò ampliatur, vt excommunicatio iſta extendatur etiam contra, ad impediendas prædictas litteras, ſauorem, conſilium, & aſſenſum præſtantes: vt conſtat ex illis verbis: *Vel ſuum ad id ſauorem, conſilium, aut aſſenſum præſtantes*; Vbi eſt not. quòd cùm prædictæ perſonæ æquè principaliter excommuuicentur, ac ipſi impediẽtes, ob dictionẽ illam: *Vel*: per ea, quæ aliàs diximus ex Vgol. par. 1. c. 12. nu. 3. in explicatione noſtræ Bullæ, excommunicationem contrahunt ſtatim atque conſilium ſauorem, aut aſſenſum præſtãt;
e etiam non ſecuto effectu e.

Vndè, ſi dum quis petit executiones huiuſmodi fieri, aliquis impediat, quominus fiant, & Iudex, qui poteſt id prohibere, non prohibeat, proculdubio in hanc excommunicationem incidit: nam hic ſauere dicitur; ar. tex. in c. quantæ, de ſent. excom.

Sic etiam ſi quis ſciat prohibentes, ſeu impe-
11 dientes huiuſmodi ſuis militibus vti, & aſſentitur, hanc cenſuram non effugiet: ſicut, qui hortatur, ſuadet, incitat, &c.

Sic ampliata limitatur primò dicta cõcluſio, vbi de licentia Romani Pontificis expreſſa, litteras huiuſmodi impedirent: quoniam iſte canon excommunicat illos tantùm, qui de facto, & auctoritate propria impediunt.

Dixi de licentia expreſſa: quoniam ſecus eſt dicendum, ubi Romanus Pontifex ſciret aliquẽ Principem prædictas litteras impedire, & taceret: nam per hanc tolerantiam non cenſetur ei diſpenſare. Quod ualdè notandum eſſe ait Vgol. in explicatione huius canonis, in uer. *Vel executionem*, Ibi: Excipitur tamen.

Secundò limitatur, ut impedientes prædictas litteras, tunc in hanc cenſuram incidant, quando Princeps ſæcularis, ut Princeps eſt, & ut iuriſdictionem ſæcularem habens, & eorum Magiſtratius, ut tales ſunt, impediret executionem litterarum prædictarum, ſecus autem, ut priuatæ perſonæ, maximè ſi ad ſedandam Reipub. id agant: iuxta ea, euæ ſupra annotauimus q. 10. in fine.

Tertiò limitatur, ut excommunicatio iſta nõ comprehendat Principes ſæculares, & eorum Magiſtratus in terris hæreticorum, aut aliorum infidelium commorantes, nam ſi prædictas litteras impedirent, ubi nullo modo Poteſt haberi recurſus ad Eccleſiaſticos Prælatos, nec cõmodè conſuli Rom Pontifex, in hanc cenſuram

for-

fortè non inciderent, iuxta ea, quæ ſupra dixi-mus. q. 11.

f Quartò limitatur, ubi ſupplicare ſſe uelle dicerent Romano Pontifici ad eum informandũ, & ſupplicationem coram eodem legitimè proſequerentur: ut colligitur ex illis uerbis: *Niſi ſupplicationes huiuſmodi coram nobis, & Sede Apoſtolica legitimè proſequantur*: ut habetur ex Vgol. loco citato in uer. Secundò excipitur.

ADDITIO.

a Trahi. Contrariam ſententiam tenet Bonac. hic diſp. 1. q. 15. pun. 1. ſub num. 26. in verſ. præterea: motus ex eo, quòd qui trahitur ad tribunal, uices Rei ſubſtinet, Reus autem auctoritatiuè non conſentit, fauet, uel conſulit. Sed re uera hæc ratio à nobis non probatur: quia ad hoc vt fauentes, & conſulentes cenſuram, hanc contrahant, non eſt neceſſe, vt auctoritatiuè faueãt, & conſulant, ſad ſatis eſt, vt id fiat quocunque modo: quamuis nos fateamur, principales delinquentes oportere, vt auctoritatiuè trahant. Abb. Alex.

Pontificis. Adde hic Bann. 2. 2. q. 67. ar. 1. Iuliũ Clar. lib. 5. §. vlt. q. 36. num. 26. Menoc. de retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 314. Bellar. in tract. de S. P. contra Barcl. c. 35. colum. 7. & Bonac. hoc loco, diſp. 1. q. 15. pun. 2. ſub n. 1. dicentes Hiſpaniarũ Regem, & nonnullos alios habere priuilegium à Romano Pontifice in caſus uiolentiæ arcendæ, & damni impediendi. Non tamen ſimplex R. P. tolerãtia habetur pro priuilegio in terminis huius Canonis, quia R. P. excludit omnes prætextus ut per eundem Bonac. loco citato, n. 5. Alter. lib. 5. diſp. 15. colum. 1. uerſ. animaduertit; cap. 2. Carolus de Graſſis, effectu primo, nu. 383. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 10. q. 4. num. 256. Eſt tamen uerum, quòd cùm uiſtri canonis omnia priuilegia reuocentur per illa uerba: *Quarumcunque exemptionum, uel aliarum gratiarum prætextu*: niſi de nouo confirmentur, aut ſub ſpeciali aliqua inuſitata forma fuerint conceſſa, ita ut per uerba huius Bullæ reuocata non cenſeantur, huiuſmodi priuilegijs Principes non poſſunt vti ſaltem in cauſis criminalibus iuxta ea, quæ habentur infra Can. 19. ibi: *Non obſtantibus priuilegijs &c.* vt habetur ex Suar. de cenſur. diſp. 21. ſec. 2. num. 75. & in tract. de Cathol. fidei defenſione lib. 4. de immunit. c. 34. n. 27. Alter. hic e. t. & idem Bonac. loco citato n. 6. Abb. Alex.

c Impediunt. Siquidem hæc particula: *Quomodolibet*, denotat omnem modum, quo litterarum Apoſtolicarum exequutio impediri poteſt, iuxta ea, quæ habentur ex Pariſ. conſ. 58. nu. 10. vol. 1. & Gozad. conſ. 14. n. 22.

d Dubium. Adde hic quòd Bonac. hoc loco q. 15. pun. 1. num. 20. inquit, Duardum hic tenere ſub hoc canone comprehendi ratihabentem quod quidem non eſt verum, vt patet. Abb. Alex.

e Effectu. Contrarium tenet Bonac. hoc loco diſp. 1. q. 15. pun. 1. n. 28. eò quòd conſequenter ad ſua principia docet fauentes, auxiliantes, & conſiliantes, excommunicariacceſſoriè, non autem principaliter. Abb. Alex.

f Supplicare. Adde Alter. lib. 5. diſp. 15. c. 2. colum. 4. verſ. Sed poſtulabis, Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 6. c. 10. q. 4. n. 258. & Bonac. hic diſp. 1. q. 15. pun. 4. §. 2. num. 1. & 2. vbi ab hac cenſura non excuſat, etiam ſi quis dicat velle informare R. P. quandò litteras Apoſtolicas impedit, & nullam habet impediendi cauſam, ſed dolosè id egit, quia dolus, & fraus nemini patrocinari debet; & eò magis, quia R. P. eos tantùm excuſat, qui ad ipſum informandum ſupplicant, uel ſupplicari faciunt, modò ſupplicationem legitimè proſequantur. At is qui ſcit nullam ſe penitus habere cauſam impediendi litterarum Apoſtolicarum exequutionem, non poteſt ſupplicationem legitimè proſequi. Abb. Alex.

COMMENTVM

In Canonem Quintumdecimum Bullæ in Cœna Domini.

Viuè ex prætenſo eorum officio, uel ad inſtantiam partis, aut aliorum quorumcunque perſonas Eccleſiaſticas Capitula, Conuentus, Collegia Eccleſiarum quarumcumque coram ſe, ad ſuum tribunal, Audientiam, Cancellariam, Conſilium, uel Parlamentum, præter iuris Canonici diſpoſitionem, trahunt, uel trahi faciunt, uel procurant, directè, uel indirectè, quouis quæſito colore. Necnon, qui ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, Pragmaticas, ſeu quæuis alia decreta, in genere, uel in ſpecie, ex quauis cauſa, & quouis quæſito colore, ac etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis, aut priuilegij, uel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, uel factis, & ordinatis vſi fuerint, vnde libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo leditur, uel deprimitur, aut aliàs quouismodo reſtringitur, ſeu noſtris, & dictæ Sedis, ac quarumcumque Eccleſiarum iuribus quomodolibet directè, uel indirectè, tacitè, uel expreſsè præiudicatur.

De

De Diuiſione Canonis. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio iſta fuit primò Bulla cœnæ addita à Iul. II. ſeu Leone X.*

TExtus iſte continuatur cum præcedenti, & extenditur vſque ad canonem 18. inclusiuè, cum in eo, & quatuor ſequentibus ſolita illa verba. *Item excommunicamus, & anathemtizamus*: quæ in initio cuiuslibet canonis præmittuntur, non reperiantur. Diuiditur autē in duas partes. In prima parte fertur excommunicatio contra lædentes libertatem Eccleſiaſticam quoad immunitatem fori. In ſecūda fertur excommunicatio contra libertatem ipſam offendentes, per ſtatuta. Secunda ibi. Necnon per ſtatuta.

Circa primam partē ſex veniunt conſideranda. Primò tempus latę excommunicationis. Secundò perſonæ, quæ excommunicantur. Tertiò actiones, propter quas fertur excommunicatio. Quartò perſonæ, in quas prędictę actiones fieri prohibentur. Quintò tribunalia, ad quæ trahi perſonas inhibetur. Sextò modi trahendi.

Quoad primum eſt annot. quòd excōmunicatio iſta primò fuit Bullæ cœnæ addita à Iul. II. ſeu Leone X. ſecundum Sayr. in explicatione præſentis canonis, lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 19. n. 4.

Quoad ſecundum excommunicatio iſta generalis eſt, omnes, & quaſcunque perſonas cōprehendens, tàm ſæculares, quàm Eccleſiaſticas. Nam, quamuis prædicta excōmunicatio videatur lata contra poteſtates ſæculares, ſeipſos Eccleſiaſticorum Iudices, conſtituentes; re vera tamen etiam perſonas Eccleſiaſticas ligat, quæ præter iuris diſpoſitionem cōtra præſentis canonis ordinationem faciūt, laica ſcilicet authoritate. Sępé enim Eccleſiaſtici à Regibus, & Principibus, Gubernatores Regnorū, & Prouinciarū cōſtituuntur: vt ſupra can. proximo, diximus.

Huiuſmodi autem Poteſtatet, quamuis ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, nihilominus ſi authoritate laica, & præter iuris diſpoſitionem, prohibita per hunc canonem attentauerint, excommunicationis vinculo alligantur.

Quoad tertium tres actiones prohibentur. Primò trahere ſequentes perſonas ad infraſcripta tribunalia. Secundò trahi facere. Tertiò trahi procurare: quarum actionum, vnam *a* vel alterā ſatis eſt conſūmare ad excommunicationē incurrendā: ex quo textus alternatiuè loquitur. arg. tex. in c. inter cæteras, de reſcr. §. pen. in inſt. de hæred. inſt. l. ſi ita, ff. de leg. 2. l. plerumque, §. pen. ff. de iur. dot. & l. pen. C. de cond. indeb.

Quoad quartum trahi prohibentur primò omnes perſonæ Eccleſiaſticæ. Secundò omnia Capitula. Tertiò conuentus. Quartò Collegia, ſeu Communitates Eccleſiaſticæ.

Quoad quintū trahi prohibentur primò ad Audientiam. Secundò ad Cancellariam. Tertiò ad Conſilium. Quartò ad Parlamentum. Quintò denique ad omnia alia tribunalia ſæcularia.

Quoad ſextum, modi trahendi, qui hoc loco inhibētur, ſunt duo. Primus eſt, ex prætenſo eorum officio. Secundus eſt ad partis, aut aliorum inſtantiam: & vterque modus ſolùm prohibetur in illis caſibus, in quibus eſt contra iuris canonici diſpoſitionē, & omnia tā in quartò, quā in quintò, & ſextò not. ſunt alternatiuè intelligenda, iuxta ea, quæ diximus in ſecundo.

Circa ſecundam partem tria ſunt conſiderāda. Primò tempus latę excommunicationis. Secundò perſonæ, quæ excommunicantur. Tertiò actiones, propter quas fertur excommunicatio.

Quoad primum hæc excōmunicatio fuit primo lata in c. nouerit, de ſent. excommunicationis; & deinde addita Bullæ à Iulio II. vt bene notat, Sayr. hoc loco, lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 19. n. 4.

Quoad ſecundū generalis eſt, etiam ſi perſonę eccleſiaſticę ſint, iuxta ea, quę ſupra diximus.

Quoad tertium, quatuor ſunt actionum genera, quæ vi præſentis canonis prohibentur. Primò condere ſtatuta, ordinationes, Conſtitutiones, Pragmaticas, & alia quæuis decreta, in genere, vel in ſpecie, quibus libertas Eccleſiaſtica: tollitur, aut in aliquo lædītur, vel de primitur, aut reſtringitur, ſeu Sedis Apoſtolicæ iuribus, & quarumcunque eccleſiarum directē, vel indirectè prætiudicatur. Secundò ſtatuta ipſa, & decreta ordinare. Tertiò eadem publicare. Quartò prædictis ſtatutis, & decretis vti. Quæ omnia ita ſunt alternatiuè intelligenda, vt ſupra, dummodo publicentur: vt infra dicemus, q. 21.

ADDITIO.

a Vnam. Adde hīc Alter. diſput. 16. c. 3. col. 4. & 5. dub. 1. Filliuc. tom. 1. qq. moral. trac. 16. c. 10. q. 7. num. 262. & Bonac. hoc eodem loco, diſp. 1. quæſt. 16. §. 2. pun. 2. in fine, nec Duardus eſt ſibi contrarius, q. 21. num. 2. quia ibi refert tantùm ſententiam Vgol. Abb. Alex.

Ibi (*Ex eorum prętenſo officio, vel ad partis inſtantiam*) Quid nam hoc loco dicta verba ſignificant. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Efficere vnuſquiſque debet vt nulli officiat.*
2 *Filius non poteſt exhæredari a patre, niſi concurrat vna ex quatuordecim cauſis.*
3 *Officium, licèt multis modis ſumatur; hoc tamen loco ſumitur pro iudicio extraordinario, prout diſtinguitur ab eo quod ad partis inſtantiam exercetur.*
4 *Inſtantia, quid ſit: & quot modis ſumatur.*

1 REſpondetur quòd officium ab efficiendo, ſeu Officiendo deriuatur: eo quòd vnuſquiſque efficere debet, vt nulli officiat. Sic quo modo oporteat omnes in officio eſſe, eleganter tradidit Cic. tribus offic. lib. Huius contrarium eſt inofficiū id eſt contra officium, vt cùm quis contra publicam honeſtatem aliquid tentat.

Hinc inofficioſus dicitur Pater, qui contra
2 pietatis officium, filium abſque aliqua iuſta, & legitima cauſa exhæredat, l. 2. ff. de inoffic. teſt. Requiritur enim vna ex quatuordecim cauſis, contentis in § aliud quoque capitulum, in authent. Vt cùm de appell. cognoſc. ad exhæredandum filios.

Et quantus officium pluribus modis in iure
3 ſumatur: nã aliquando ſumitur pro miniſterio
l. aufertur, §. actores, ff. de iur. fiſc. Aliquando
pro perſona Iudicis, ſeu Magiſtratus, l. ſi fideiuſ-
ſor, §. fin. ff. qui ſatisd. cogan. tamen hoc loco of-
ficium ſumitur pro iudicio extra ordinario,
prout cõtra diſtinguitur à Iudicio, quod ad par
tis inſtantiam exercetur, vt in l. 1. C. de libert.
eorum liber. & l. pupillus, ff. de verb. ſignific.

4 Hinc ex officio dicitur Iudex procedere, quã-
do nemine petente id agit: quod officium dici-
tur nobile ad differentiam officij mercennarij,
quod impartitur inſtante parte: vt in c. Vene-
rabilibus, §. porrò: ver. idem eſt etiam, de ſent.
excom. lib. 6. Bar. & Doct. in Limperiũ, ff. de iuriſd.
omn. Iudic. & Canoniſtæ in c. quod ſedes, de of-
fic. ordin.

Sic etiam inſtantia, licèt exercitatio illa iu-
4 dicij aliquando dicatur, quæ à litis conteſtatione
incipit vſque ad ſententiam, vel ad vltimum
diem triennij, ſi diutius ſententia differatur: vt
in l. & poſt edictum, §. pen. ff. de Iudic. tamen in-
ſtantia hoc loco aſſiduam quandam flagitatio-
nem denotat, de qua in l. mora, & l. ſi bene, ff. de
vſur. Vndè l. v. *Ad partis inſtantiam*: contra diſtin-
guitur à ly: *Ex eorum prætenſo officio*, atque adeò iu-
dices ſæculares trahentes ad eorum tribunalia
perſonas Eccleſiaſticas ſiue ex officio, ideſt ne-
mine petente, & per officium nobile id agant:
ſiue ad partis inſtantiam, hoc eſt aliquo petente,
& per officium mercennarium, in cenſuram
præſentis canonis incidunt.

ADDITIO.

4 Officio. Adde hic Suar. de cenſur. diſput.
210. ſect. 2. num. 78. & Bonac. hoc eodem
loco, diſput. 1. quæſt. 16. ſect. 1. pun. 4. num. 3.
Abb. Alex.

Ibi (*Eccleſiaſticas perſonas*) Quænam dicantur
perſonæ Eccleſiaſticæ, ita vt trahentes eas
ad forum ſæculare, incidant in excommu-
nicationem noſtri canonis. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſticæ perſonæ, in hoc caſu, dicuntur omnes, quæ fori priuilegio gaudent: et propterea aliquo actu eximuntur a laicali poteſtate.*

2 *Nouitius infra probationis annum, licèt non dicatur propriè Religioſus: gaudet tamen priuilegio fori, & prima tonſura initiari poteſt: ac percutiens eũ, incidit in excommunicationem, c. ſi quis ſuadente diabolo, 17 q. 4.*

3 *Fratres, & ſorores tertij Ordinis S. Franciſci, & S. Dominici, Oblati, Deo Deuoti, Canonicæ ſæculares ſolemniter pernoctantes, Irſuati, Salomiſtæ, & Conuerſi ad eccleſiam ſæcularem, connumerantur inter perſonas eccleſiaſticas.*

4 *Habitantes cum Religioſis, non mutato habitu, quãuis omnia bona ſua Monaſterio dederint, nihilominus non dicuntur perſonæ Eccleſiaſticæ, licèt bona prædicta gaudeant priuilegio eccleſiæ.*

5 *Eccleſiaſtica perſonæ dicuntur omnes regulariter ui-*
uentes, quamuis profeſſionem non emiſerint.

6 *Eccleſiaſtica perſona dicitur prima tonſura initiatus, etiam ſi fuerit ordinatus ab alieno Epiſcopo abſque propry Epiſcopi dimiſſoriis, qui quidem gaudet priuilegio fori, & canonis, dummodo habitum, & tonſuram deferat, ſeruiat in diutius, aut eccleſiaſticum beneficium, vel penſionem habeat.*

7 *Prima tonſura, licèt ſecundum Theologos non ſit ordo; tamen ordo dicitur apud Canoniſtas.*

8 *Prima tonſura initiatus ab alieno Epiſcopo, abſque litteris dimiſſoriis proprij, an, & quando gaudeat priuilegio fori, & canonis.*

9 *Epiſcopus ſibi non ſubdito ordines conferens ſub ſpe ratibi habitionis propry Epiſcopi, in aliquam panam non incidit, nec litteræ dimiſſoriæ neceſſariæ ſunt.*

10 *Ex diuerſis non fit tertium.*

11 *Prima tonſura initiatus ab Epiſcopo non ſuo, & ſine litteris dimiſſoriis proprij, licèt dicatur verè ordinatus, & gaudeat priuilegio fori; tamẽ talis ordinatio, quoad executionem, dicitur irrita.*

12 *Eccleſiaſticæ perſonæ dicuntur clerici prima tonſura initiati, ſi cappellaniam habeant, dummodo ſit collatiua.*

13 *Conuerſi ad Eccleſiam ſæcularem, an, & quando dicũtur perſonæ Eccleſiaſticæ.*

1 REſpondetur quòd perſonæ Eccleſiaſticæ, hoc loco, dicuntur omnes, fori priuilegio gaudentes: atque adeò omnes ij, qui aliquo actu eximuntur à laicali poteſtate: nempe per recẽ-
tionem Ordinis, aut per conuerſionem ad ali-
quam ex Religionibus approbatis: vt bene do-
cet Sayr. in explicatione præſentis canonis, lib.
3. Theſtom. t. c. 19. num. 7.

Hinc perſonæ Eccleſiaſticæ dicuntur, nõ ſo-
2 lùm omnes clerici a, ſiue ſæculares ſint, ſiue Re-
a gulares, Religioſi, ac Religioſæ, eorumq; conuer-
ſi, & conuerſæ in aliqua Religione approbata,
vota profitentes: vt in c. cùm ad monaſterium,
de ſtat. monac. & c. lex continentiæ, 27. q. 1. ſed
b etiam eorundem nouitij b; ſiue clerici ſint, ſiue
conuerſi: quia nouitij infra probationis annum,
licèt non dicantur propriè Religioſi, vt dicit
Bart. in l. illa, Ne Sacr. Bapt. reit. Imol. in l. quo-
ties in ſtipulationibus, & ibi etiam Angel. de
verb. oblig. & in l. ſi idem, vbi Paul. Caſtr. ff. de
iuriſd. omn. Iud. Rom & Bal. in l. non ſolùm, in
prin. & 6. annus. per illum tex. ff. de excuſ. tut. eo
quòd nouitij ante profeſſionem non ſunt Religio-
nis membra, nec ad primam tonſuram ordi-
nari poſſunt, vt in c. in monaſterijs, 19. q. 3. Ar-
mil. in ſum. in ver Nouitius, n. 18. Et ſi aliter il-
lum textum intelligat Turrec. ibi, & Rodriquez
tom. 1. qq. regul. q. 13. cap. 4. in fine, vbi optimè
defendit, Nouitium infra annum probationis
poſſe ad primam tonſuram, ac etiam ad ordi-
nes promoueri: nec obligantur ad præcepta
Regulæ, niſi ſicut alij Chriſtiani: Syl. in ſum. in
ver. Religio 5. n. 6. Ang. eod. ver. n. 18. & Say. lib.
7. Theſ. c. 13. n. 6. tamẽ gaudẽt priuilegio clerica-
li, tũ reſpectu perſonæ; quoniã offẽdentes eos in-
cidũt in excõmunicationẽ contentã in c. ſi quis
ſuadẽte diabolo. 17. q. 4 vt eſt tex. in c. Religioſo,
de ſent. excom. lib. 6. tũ etiã quoad forũ in cauſis
ciuilibus, & criminalibus, infra annũ proba-
tionis occurrẽtibus: quia cognoſcũtur ab ipſius
c met Religionis Prælato c; vt latè probat Nauar.
lib. 3. ſuorum conſ. de Regul. conſ. 58.

Item

Item perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt fratres, & ſo-
3 rores tertij Ordinis S. Franciſci: & S. Dominici: vt per Syl. in ſum. in ver. Eccleſia 1. q. 3. Bal. cõſ. 355. incipit: Quædam ſoror. vol. 4. Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 113. num. 36. Et ita fuit deciſum in Rota Rom. deciſ. 332. de Regul. in antiq. atque adeò gaudent priuilegio, tum canonis, tum etiã
4 fori d. Et latè quoque habetur ex Alter. in explicat. huius can. cap. 3. col. 7. in ver. Quartò dubitari poteſt.

Item perſonæ Eccleſiaſticæ: dicuntur oblati alicui Religioni, dummodò ſe, & ſua bona obtulerint, vt perpetuò ſtent, & ſeruiant in Religione: vt per Abb. in c. tuarum, o. 4. de priuil. & Mart. loco citato, n. 37. vbi etiam ait, hanc ſententiam amplexam fuiſſe Congregationem Concil. ſuper declaratione, c. 11. ſeſſ. 24. de reſor. die 26. Ianuar. 1606.

Non tamen perſona Eccleſiaſtica dicenda
4 eſt, nec de foro Eccleſiæ, qui non mutato habi-
5 tu e habitat cum Religioſis, quamuis omnia bona ſua monaſterio dederit. Vnde reſpectu perſonæ coram ſæculari Iudice conueniendus eſt. Ita Inn. in c. vt priuilegium, §. 1. ver. Non mutato habitu, de priuileg.

Ratio autem hæc eſt, quia nihil interuenit, quod eum eximere debeat à iuriſdictione ſæcularium, neque cohabitatio cum Religioſis hũc effectum producit.

Dixi reſpectu perſonæ: quia bona ab huiuſmodi Oblatis monaſterio donata, cùm in illius dominium translata ſint, Eccleſiæ priuilegio gaudere debẽt: pro quibus monaſteriũ, non is, qui donauit conueniendũ eſt in foro Eccleſiaſtico: vt bene docet Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 167.

Deo Deuoti quoque connumerantur inter perſonas Eccleſiaſticas, licèt eorum aliqui ex ſua profeſſione non renuncient proprijs, nec matrimonio, nec aliquam Regulam profiteantur; & conſequenter gaudeant priuilegio canonis, & fori: & quibus inferre iniuriam, in perſonis, aut rebus, ſacrilegium reputatur: vt in c. quiſquis, §. ſacrilegium, 17. q. 4.

Mulieres præterea canonicæ ſæculares nũcupatæ, ſubſunt Dioeceſano loci, & ab eo, vt Eccleſiaſticæ perſonæ viſitantur, quamuis retineant proprium, & aliqua de ſubſtantialibus Religionum, non profiteantur. Sicut etiam ſolemniter pœnitentes, de quibus Panor. in c. 2. ſub n. 11. de for. comp. & Syl. loco citato, qui videntur tenere, quòd fori, ac perſonæ priuilegio nõ gaudeãt: quoniam eorum ſtatus non approbatur.

Ieſuati etiam, qui licèt nullam Regulam pro-
5 fiteantur; tamen deſerunt habitum Religioſum, & viuunt in communi ſecundum quaſdã eorũ obſeruantias deuotas, inter perſonas Eccleſiaſticas connumerantur: quoniam omnes perſonæ regulariter viuentes dicuntur Eccleſiaſticę; quamuis profeſſionem non faciant, vt per Ant. de Butr. in d. c. 2. de form. comp. & alios relatos à Syl. ibidem.

Pſalmiſtæ, ſeu prima tonſura initiati, qui ijdẽ
6 ſunt, dummodò clericalem habitum, & tonſurã deferant, & alicui Eccleſiæ inſeruiant, aut Beneficiũ Eccleſiaſticũ habeant, iuxta ea, quæ habẽtur in Cõc. Trid. ſeſſ. 23. c. 6. Eccleſiaſtici dicũtur Idẽ dicendum eſt de clericis prima tonſura initiatis, Eccleſiaſticã pẽſionem tantùm habentibus: vt habetur ex Alter. in explic. huius can. c. 1. col. 4. ver. poſtulabis: nam hi perſonæ ſimiliter ſunt Eccleſiaſticæ; ſicut, & clerici in ſacris conſtituti, & gaudent priuilegio canonis, & fori; etiamſi initiati fuerint prima tonſura ab alieno Epiſcopo abſque litteris dimiſſorijs eorum Epiſcopi originis, ſiue domicilij.

Nam licèt nullus poſſit ordinari ab alieno
7 Epiſcopo abſque litteris dimiſſorijs proprijs, vt in c. nullus, de tempor. ordin. in ſexto, vel ex cauſa, Summi Pœnitentiarij, prout diſpoſuit Pius IV. in ſua Bulla 69. quæ incipit: In ſublimi. §. nec minus; tamen ſuſcipientes Ordines ab alieno Epiſcopo ſine huiuſmodi litteris, verè ſunt ordinati, eo quòd verè eſt eis impreſſus character, etiã ſi prima tonſura dumtaxat fuerint initiati: quoniam prima tonſura licet ſecundum Theologos ſit tantùm diſpoſitio ad Sacros Ordines, & media inter laicos, & Eccleſiæ miniſtros, vt latè probat Sot. in 4. ſent. diſt. 24. q. 1. art. 1. ad quartũ, tamen ſecũdum Canonũtas eſt Ordo Eccleſiaſticus, vt in c. cùm contingat, de ætat. & qual. c. 1. de apoſt. in ver. Ordine dimiſſo: & latè probat Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 149. vbi reſpõdet ad Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. 10. de reform. ver. Et ſic or-
8 dinati: dum in eo ſuit decretum, vt ſic ordinati, ſi in minoribus ordinibus conſtituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præſertim in criminalibus, gaudeant: & dicit, quòd illa diſpoſitio loquitur de ordinatis ab Epiſcopo alieno cum litteris inferiorum Prælatorum Epiſcopo, per quam eſt ſublata poteſtas Capituli, & Prælatorum inferiorum, etiam ſi prætenderent legitimam conſuetudinem.

Vndè non militat eadem ratio in caſu, quo
9 ſine litteris dimiſſorijs Ordines collati fuerint: nam ſine illis litteris aliquando ſolus Epiſcopus eſt in culpa, qui debet ſcrutari, quem ordinat, vel eligit, c. qui epiſcopus, d. 23. c. vnico, de ſcrut. in ordin. facien. At vero quando Ordines alicui conferuntur mediantibus litteris Capituli, vel Prælati inferioris Epiſcopo, tunc vterque eſt in culpa: quia etiam ordinatus præſumitur ſcire prohibitionem Conc. & ideò non debet ex ſua malitia commodum reportare.

Et confirmatur quoniam ſi Epiſcopus ſibi nõ
10 ſubdito Ordines conferat, cum ipſe ratihabitionis proprij Epiſcopi, tunc litteræ dimiſſoriæ neceſſariæ non ſunt, & abſque metu pœnæ id fieri poteſt: vt in c. Lugdunenſis, 9. q. 2. Maior. de irregul. lib. 4. c. 2. num. 7. & alij relati à Mart. loco citato. Quod quidem non procederet ſi ſibi nõ ſubditum ordinaret cum litteris dimiſſorijs Capituli, vel Prælati inferioris Epiſcopo, etiam ſub ſpe ratihabitionis proprij Epiſcopi: ergo cato ſus, qui in d. Conc. Trid. habetur, cùm ſit diuerſus à noſtro; ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minor.

Nec denique obſtant ea, quæ decreta fuerunt
11 in Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 8. & in d. c. nullus, de tempor. ordin. quia illæ prohibitiones diriguntur ſolùm ad Epiſcopum ratione præiudicij alterius Epiſcopi: vt docet Grab. conſ. 181. nu. 11. Vel, vt ait Gund. Papa deciſ. 449. ver. Et poteſt eſſe ratio diuerſitatis: iura illa procedunt in clerico alterius dioeceſis propter præiudicium iuriſdictionis Epiſcopi proprij; quæ ratio non militat in laico, qui eſt de iuriſdictione tempo-

rali in temporalibus; ergo poteſt ab Epiſcopo non ſuo prædictam tonſuram ſine litteris dimiſſorijs recipere, & verè dicitur ordinatus, & gaudet priuilegio fori; licèt talis ordinatio quoad executionem ſit irrita. Et ita intelligendo dicta iura determinaſſe Rotam, refert Gabr. & Mart. in ſupra citatis locis.

Eccleſiaſticæ quoque perſonæ dicuntur cle-
12 rici prædicta tonſura initiati, ſi capellaniam habeant, dummodò cappellania ſit collatiua, & in perpetuum conferatur: quoniam hæc verè dici poteſt Eccleſiaſticum beneficium: vt habetur ex Gloſ. communiter recepta in clem. 2. ver. ſi beneficiũ, de decim. & in extrau. execrabilis, ver. Quæ alias, de præben. & Dec. conſ. 210. num. 4. Quod quidem procedit vbi capellania per Romanum Pontificem, vel Epiſcopum fuerit collata; ſecus autem ſi per alium Epiſcopo inferiorem: vt per Gloſ. in d. extrau. execrabilis, & Alter. in explicat. huius can. cap. 1. col. 5. ver. Reſpondendum puto.

Conuerſi ad Eccleſiam ſæcularem ſe, & ſua
13 bona illi dedicantes, dicuntur quoque perſonæ Eccleſiaſticæ, dummodò mutent habitum, ita vt diſtinguantur ab habitu ſæculari: vt per Gloſ. in cap. vt priuilegia, de priuil. Nec non quod cum effectu fiant Cõuerſi, & non in fraudem onerum communitatis, per ea, quæ dicit Io. Andr. in clem. 1. de decim.

Imò quòd perpetuò fiant oblati, aliàs non gaudent priuilegio fori; vt docet Panor. in d. c. 2. de for. comp. & Syl. in ſum. in ver. Eccleſia, 1. quæſt. 5.

Omnes igitur ſupradictæ perſonæ Eccleſiaſticæ: quæ gaudent priuilegio fori, ſi trahantur ad Curias ſæculares, trahentes eas incidunt in excommunicationem noſtri canonis. Sunt etiam alia perſonarum genera, de quibus eſt controuerſia inter Doctores, an gaudeant priuilegio canonis, vel fori, aut vtroque; & an dicãtur perſonæ Eccleſiaſticæ, de quibus ſigillatim per ſequentes quæſtiones, *Deo duce*, tractabimus.

ADDITIO.

4 Clerici. Adde hic, appellatione clericorum venire etiam prima tantùm tonſura initiatos, & multò magis Minores Ordines habentes, dummodò ſeruent ea, quæ in Concil. Trideot. habentur, ſeſſ. 23. cap. 6. vt habetur ex Farinac. tract. crim. q. 8. num. 5. Decian. eodem tract. p. 1. lib. 4. n. 21. Carol. de Graſſ. de effect. cler. effectu 1. n. 77. Bonac. hoc loco diſp. 1. q. 16. ſect. 1. pun. 3. n. 2. qui num. 5. ait hoc priuilegio eos potiri etiam ſi ab alieno Epiſcopo initiati, vel ordinati fuerint, ſine litteris dimiſſorijs, vel ab Epiſcopo excommunicato, ſuſpenſo, ac degradato, vt per Doctores ab eodem Bonac. ibidem relatos. Et quamuis Ambroſin. c. 22. de immun. eccleſ. n. 6. & Decian. tract. crim. lib. 4. c. 8. n. 17. hoc priuilegiũ extendant ad eum, qui ſuſcepto habitu, nondùm verò initiatus prima tonſura, inſeruit Eccleſiæ animo auolandi ad ſtatum clericalem; nihilominus Reginal. lib. 9. ſuæ praxis, nu. 355. quem ſequitur Bonac. loco citato, ſub n. 6. in fine, id non probatur, tùm quia is non gaudet beneficio cap. ſi quis ſuadente, 17. quæſt. 4. tùm quia in Trid. præcipitur pro forma delatio habitus, & tonſuræ, vt clericus gaudeat priuilegio fori; tùm denique, quia ibi nõ ſunt propriè perſonæ eccleſiaſticæ. Io. Vincentius.

b Nouitij. Adde hic Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 16. ſect. 1. pun. 3. n. 10. vbi etiã n. 11. & in trac. de ſacram. diſp. 5. q. 7. pun. 5. §. 1. n. 18. ex Decian. tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 24. Farin. eodem tractatu, q. 8. n. 46. Ambroſin. de immun. eccleſ. c. 22. n. 11. Scac. de iudicijs c. 21. n. 21. Nauar. lib. 3. de regular. conſ. 58. Azor. tom. 1. inſtit. moral. lib. 12. cap. 3. q. 2. Rodriq. qq. regul. q. 51. art. 12. tom. 3. & Carol. de Graſſ. effect. 1. n. 79. Nouitios, ait, in religione abſolui poſſe à cẽſuris reſeruatis, àquibus abſolui poſſunt profeſſi. Io. Vincent.

c Prælato. Adde hic Bonac. de cẽſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 16. ſect. 1. pun. 3. n. 14. exiſtimãtem, Nouitiũ ob delictum tempore Nouitiatus cõmiſſum, non poſſe puniri à laica poteſtate, etiã ſi Religionem poſtea deſeruit, & nec beneficiũ, neque ſacros Ordines habeat; contra Molin. de iuſtit. & iure t. 4. tract. 3. diſp. 49. n. 24. Nauar. de regular. lib. 3. conſ. 58. & Ambroſin. c. 22. n. 11. Et ratione hãc eſſe ait, quia ad cognoſcendum, cui foro quis ſubijciatur, inſpiciendum eſt tempus delicti, & ſtatus, in quo tempore commiſſi criminis reperiebatur, vt per Bald. in l. affinitatis, C. commun. de ſucceſſ. Obid etiam qui tẽpore clericatus delictum commiſit, ſi poſtea clericatum dimittat, non poteſt per ſæcularem Iudicem puniri; ſed tantùm per Eccleſiaſticum, vt habetur ex Clar. q. 36. verſ. ſed hic quæro. Farinac. tract. crim. q. 8. n. 66. Cened. in collect. 23. n. 2. Carol. de Graſſ. effectu 1. ampliat. 97. n. 647. & Sayr. lib. 12. clauis Reg. c. 7. n. 8. Vndè Nouitius, de quo agitur, venit puniendus à Prælato illius Religionis, cuius erat Nouitius, vel à R. P. qui omnium Religioſorum eſt caput. Eſt tamen verum, quòd ſi Nouitius ante Religionis ingreſſum delictum commiſerit, non gaudet priuilegio fori, etiã ſi in Religione perſeueret, quoties ad Religionem fuit admiſſus, non adhibita à ſuperioribus inquiſitione, quæ vi Bull. Sixti V. præcipitur, vt rectè probat Farinac. loco citato, n. 104. Molina vbi ſupra, & Bonac. d. pun. 3. ſub n. 15. Quod tamen puto verum, niſi in Religione tonſura fuerit initiatus, & multò magis ſi Ordines minores, aut ſacros ordines ſuſceperit, per ea, quæ infra addẽtur q. 11. ſub n. 4. Io. Vincent.

d Fori. Adde quòd Fratres, & ſorores tertij Ordinis S. Franciſci, & S. Dominici, qui domi viuũt extra Cõgregationẽ nõ gaudent priuilegio fori, & canonis, etiã ſi ſeruẽt regulam S. Franciſci, & S. Dominici: nã hi nõ poſſũt dici Religioſi; ſed hi tàntùm gaudẽt, qui aſſũpto habitu monachali, ſeſe manciparunt obſequijs alicuius approbatæ Religionis ſub obiedientia eiuſdem Superioris: quandiù .n. ita viuũt, gaudent priuilegio; ſiquidẽ pro eo tẽpore cẽſentur Religioſi, & perſonæ Eccleſiaſticæ, ſicut ſunt Nouitij: nam ſub Religioſi nomine non ſolùm comprehenduntur, qui illius ſtatus ſunt participes, vt ſunt tertiarij gregatim viuentes, Nouitij, & alij. vt rectè probat Nauar. in man. c. 27. n. 79. ver. Octauò, Filliuc. t. 1. qq. mor. tr. 16. q. 4. n. 4. qui ita fuiſſe decretũ ait per S. Cõgr. Card. Suar. diſp. 22. de

cenſur.

cenſur. ſect. 1. n. 20. Alter. diſput. 16. c. 1. quæſt. 4. Carol. de Graſſ effectu 1. num 92. Coninch. diſp. 24. dub. 15. num 164. & Bonac. hic diſp. 1. q. 16. ſect. 5. pun. 3. n. 17. pro quare extat dec. Rotæ Rom. 232. in antiq. Vndè idem Bonac. loco citato nu. 28. infert, illos homines, qui aſſumpto habitu religioſo, deſeruiũt monialibus, eleemoſynam pro eis petentes, huiuſmodi potiri priuilegio. Adde, quòd eandem ſententiam tenet Barboſa de poteſt. Epiſcopi, p. 2. allegat. 52. n. 41. cum aliis, quos allegat. Vndè ſi non collegialiter, ſed in propriis domibus viuant, expreſsè eos excludunt à priuilegio fori. Imò non deſunt, qui velint, Fratres tertij Ordin. etiam ſi collegialiter viuant non gaudere priuilegio fori, vt patet ex Ceual. in tract. de cognit. per viam violent. n. 24. qui teſtatur, ita fuiſſe determinatum per Leonem X. Eſt tamen verùm, quòd licèt ſit improbabilis Ceual. ſententia, & probabilis opinio eorum, quos ſupra retulimus, dum volunt prædictos Fratres, & ſorores tertij Ordinis ita demum gaudere priuilegio fori, ſi collegialiter viuant, nihilominus probabiliter nobis videtur ſententia eorum, qui dicunt, Fratres tertij Ordinis, ſi collegialiter viuant, & mulieres ſi vitam virginalem ſimplicitet, ac expreſsè vouerint, etiam ſi habitent in propriis domibus, priuilegio fori gaudere. Ita Grat. diſcept. tom. 3. cap. 413. num. 38. Rodriquez in qq. Regul. tom. 2. quæſt. 65. art. 5. Baſil. Poncius de impon. matrim. cauſ. 27. cap. 19. § 5. Portel. in dub. Regul. verſ. Tertiarij, num. 7. Præfec. in praxi Epiſcopali nouiſſima p. 2. cap. 3. artic. 7. num. 11. & & Cherubin. in compend. Bullar. tom 1. conſtit. 22. Leon. X. ſchol. 2. qui ita fuiſſe declaratum per ſacram congrationem Cardin. teſtatur, his verbis, *Sacra Congregatio Card. Triden. interpretum conſulta reſpondit, Teruarios mantellatos, corrigiales, aliosque ſimiles, ita demum Ordinis, cuius tertiæ regulæ habitum aſsumpſerunt, priuilegijs potiri, & ab Ordinarij iuriſdictione exemptos eſſe, ſi verè collegialiter viuant, ſeu cum clauſtralibus habitent, & mulieres virginalem, ſeu cœlibem, aut caſtam vidualem, expreſſo voto, & ſub dicto habitu, vitam traduxerint; quemadmodum cauetur conſtit. Concil. Lateran. ſub Leon. X. quæ habetur ſeſſ. 11. in fine. Hoc autem voto mulierum, alia duo ſcilicet paupertatis, & obedientiæ nequaquam ſ ncludi. Quinimo huiuſmodi mulieres ſi vitam virginalem, ac cœlibem ſimpliciter, & expreſsè vouerint, etiam ſi in conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut propriis domibus, vel ſeorſum habitantes, ſupradictis priuilegijs Ordinis, cuius tertiæ regulæ habitum deſerunt, exemptione neq; ab Ordinarij iuriſdictione frui debere: quemadmodum idem Leo poſtea declarauit, conſtitutione edita, die 1. Martij anno 1518. Quod ſi Fratres, ſororesque tertij Ordinis quid amplius prætendant vtpote conſuetudinis poſſeſſ ui ſuum proſequi in iudicio ordinario. Hieronymus Cardinalis Pamphilus.* Vndè quamuis extet determinatio Leon. X. per Ceual. relata; nihilominus Poncius loco citato, & Ioan. Baptiſta Conſectus in collect. priuileg. titul. 23. cap. 14. in fine dicunt, quòd idem Pontifex poſtea dictæ determinationi per aliam conſtitutionem derogauit: & deinde Paulus IV. Gregorius XIII. & Sixtus V. in eorum litteris dictorum priuilegiorum confirmatorijs eiuſdem Concilij Lateran. derogarunt. Hinc Franciſcus de Caſtil. lib. 5. deciſ. 88. num. 2. & Diana, de immunit. Eccleſiaſtic. reſolut. 84. teſtantur fuiſſe deciſum apud Rectores Orphanorum, in Curia Archiepiſcopali Panormitana, & apud Rectores S. Barbaræ Montis Pietatis, vt ſorores tertiariæ ſeruantes ſupradictas conditiones, poſſint conſequi legatum pro earum monachatione; quamuis Caſtil. loco citato, & Ricc. p. 4. collect. 1051. contrarium de iure putent eſſe dicendum. Abb. Alex.

e Habitu. Adde hic Aufrer. deciſ. 8. Clar. lib. 5. q. 35. num. 12. & Bonac. hic diſp. 1. q. 56. ſect. 1. pun. 3. num. 12. Abb. Alex.

An Clerici coniugati dicantur perſonæ Eccleſiaſticæ, atque adeò gaudeant priuilegio canonis, & fori. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Clerici coniugati, vt fori, ac canonis priuilegio gaudeãt, tria copulatiuè tenentur adimplere.*

2 *Femina virgo præſumitur, niſi contrarium probetur.*

3 *Clericus coniugatus, non amittit priuilegium fori, ex eo quòd ſemel, aut aliquando tonſuram, & habitum clericalem dimiſerit.*

4 *Clericis coniugatis permittitur licita, & honeſta negotiatio ad victum comparandum.*

5 *Clerici coniugati ſi vnicam, & virginem duxerint, habitum, & tonſuram deferant, ac in Diuinis inſeruiãt gaudent beneficio canonis, & fori quoad cauſas criminales.*

6 *Clerici coniugati apud Hiſpanos non gaudent priuilegio fori, quoad cauſas ciuiles.*

7 *Incluſio vnius, eſt alterius excluſio.*

8 *Doctorum numerus, ac etiam grauitas, non faciunt cõmunem opinionem, ſed rationes, ac reſolutiones occurentium difficultatum, etiam ſi ſolius Doctoris ſententia fueris.*

9 *Communem Doctorum ſententiam, an ampletti teneamur*

10 *Clerici coniugati, quòd in ciuilibus cauſis non gaudeant priuilegio fori, probabiliter dici poteſt.*

11 *Conſuetudo, dicitur optima legum interpres: & quãdo lex eſt dubia, recurrendum eſt ad conſuetudinem loci.*

12 *Clericos cõiugatos gaudere priuilegio fori, etiam quoad cauſas ciuiles, probabilius dicendum eſt.*

13 *Qui declarat, nihil nouũ facit.*

14 *Regulæ ſtandum eſt, niſi doceatur de exceptione regulæ: nec recedendum eſt à regula legislatoris, niſi per aliam legem contrarium probetur.*

15 *Leges nihil inutile continere debent, nec ſuperfluum, & ſine miniſterio operandi.*

16 *Dictio, Nullatenus, in totum negat.*

17 *Conſtituto noua, eſt interpretanda, vt minus quàm poſſit, corrigatur ius commune.*

18 *In dubio iudicandum eſt pro iuriſdictione Eccleſiaſtica potius, quàm contra illam.*

19 *Clerici coniugati, ſi cum vna eaque virgine contrahãt, habitum, & tonſuram deferant, & ſeruiant in Diuinis, licèt gaudeant priuilegio canonis, ac fori, tamen quoad reliqua clericorum priuilegia, habentur tanquam laici.*

1 IN hac re, vt certa ab incertis ſeparemus, eſt annot. certum eſſe, quòd clerici cõiugati tria debent adimplere. Primò, vt matrimonium cõtrahant cum vnica, & virgine. Secundò, quòd habitum, & tonſuram deferant. Tertiò, vt alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio ſuerint ab Epiſcopo deputati, eidemque Eccleſiæ ſeruiant vel miniſtrent. Duæ primæ conditiones habẽtur in c. vnico, de cler. coniug. in ſexto, & tertia una etiam cum ſecunda in Cõc Trid. ſeſſ. 23. de refor. c. 6. quo caſu, poſſunt habere beneficium ſpeculare: ut in c. ad audiẽtiam, de præſtr. Immo & Eccleſiaſticum ſimplex ſine diſpenſatione, ſi pauperes ſint, & in ſtipendium, nõ autem in titulum eis concedatur propter Eccleſiæ utilitatem, c. ſi qui, 32. d. c. quia tua 12. q. 1. latè Doctores in c. cũ. M. de conſt. & alij, quos refert Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 153.

Quòd ſi clerici huiuſmodi dictas conditiones cumulatiuè non adimpleant, etiam ſi vnam, aut inſuper alteram obſeruent, certũ eſt apud omnes, eos non gaudere priuilegio fori, nec iuuari beneficio canonis ſi quis ſuadente Diabolo, 17. q. 4. atque adeò non dici perſonas Eccleſiaſticas, ita vt trahentes eos ad ſæculares Curias, non incidant in excommunicationẽ preſentis canonis.

Secundò eſt annot. certum eſſe, quòd clerici coniugati, ſi ſupradictas conditiones adimpleãt ſunt veræ perſonæ Eccleſiaſticę, & gaudent priuilegio canonis, ac etiam fori in cauſis criminalibus: vt eſt tex. & ibi communiter Doct. in d. c. 1. de cler. coniug. in ſexto.

Immo Clericus coniugatus ad gaudendum
2 priuilegio fori, non tenetur probare in iudicio, virginem in matrimonium duxiſſe; ſed tantùm vnicum matrimonium contraxiſſe: nam femina uirgo præſumitur, niſi contrarium probetur: vt bene docet Couar. lib. pract. qq. c. 31. ſub nu. 3. ver. tertiò, vt locus.

3 Nec ipſe clericus coniugatus dicitur amittere fori priuilegij, ex eò quòd ſemel, aut aliquãdo tonſuram & habitum clericalem dimiſerit; modò tempore delicti cum habitu, ac tonſura acceſſerit: vt contra Io. Andr. idem Couar. probat ibi nu. 8. vbi etiam ait. quod eadem priuilegia conceſſa clericis coniugatis, cum ſupradictis conditionibus, conueniunt his quoque Cleri-
4 cis cõiugatis, qui negotiationi uacant eo quòd huiuſmodi Clericis licita uidetur honeſta quædã ad uictum comparandum negotiatio, quãuis aliis Clericis ſit interdicta. Quod quomodo procedat, latè tractatur per Mart. de iuriſd. p. 2. c. 32. 1 n. 35. ad 43.

Clarum eſt igitur, & citra omnem cõtrouerſiam Clericos coniugatos, ſi vnicam & Virginem
5 vxorem duxerint, habitum, & tonſuram deferant, ac in Diuinis vt ſupra ſeruiant, gaudere priuilegio, tum canonis, tũ etiam fori, quoad cauſas criminales.

Tota difficultas eſt, & inter Doctores altercatio de cauſis ciuilibus, an ſcilicet, quoad huiuſmodi cauſas gaudeant ſimiliter priuilegio fori, ita vt Iudices ſæculares pro dictis cauſis ad eorum Curias illos trahentes, incidant in excommunicationem præſentis canonis.

In hac re, tres extant opiniones. Nam prima
6 ſententia eſt Glo. Io. Andr. Anch. in d. c. vnico, de cler. coniug. in ſexto, & aliorum, quos refert, & ſequitur Couar. lib. pract. qq. c. 31. n. 7. dicentium, Clericos coniugatos non gaudere priuilegio fori, quoad cauſas ciuiles, ſed in his manent ſub potestate Iudicis ſæcularis. Quam ſententiã communem eſſe teſtatur idem Couar. loco citato: atque ita huiuſmodi clerici apud Hiſpanos pro ciuilibus cauſis capiuntur, & in carcerem detruduntur, pro executioone contractuum, ab eiſdem celebratorum.

Probant eorũ ſententiam ex tex. in d. c. vnico,
7 vbi habetur, quod in duobus dumtaxat caſibus clerici coniugati gaudẽt priuilegio fori. Primò vbi criminaliter. Secũdo vbi ciuiliter de crimine ageretur: vt patet ex tex. in illis verbis; *Clericos cõiugatos pro cõmiſſis ab eis exceſſibus, vel delictis trahi nõ poſſe criminaliter, aut ciuiliter ad iudicia ſæculare.* Ut ſic clerici coniugati gaudent priuilegio fori, quoad cauſas crimiuales tantum, ſiue in eis agatur criminaliter ad inferendam pœnam corporalem: ſiue ciuiliter ad infligẽdam pœnã pecuniariam, quoniam de huiuſmodi cauſis in dicto c. fit mẽtio, & non de ciuilibus. Quocirca incluſio vnius eſt alterio excluſio. ar. tex. in c. nonne, de præſump. & l. cùm Prætor, ff. de Iudic.

Secunda ſententia eſt Ripæ lib. 1. reſponſ. c. 13. col. 3. quæ etiam placet Anchar. in d. c. vnico: & illam communem eſſe quoque teſtatur Couar. loco citato: qui dicunt, quòd licẽt poſſit Iudex ſæcularis de cauſa ciuili Clerici coniugati cognoſcere, & eam definire; non tamen poterit clericum coniugatum capere, & in carcerem pro executione detrudere, ſi ipſe clericus adimpleat quæ in d. c. vnico, præcipiuntur. Hanc eandem ſententiam ſequitur Alter. in explicat. huius can. cap. 1. col. 5. ver. ſed quæri poteſt.

Tertia ſententia eſt Arch. io d. c. 1. de cler. cõiug. in ſexto. Franch. ibidem col. 3. in uer. cogita quia verior. Lap. alleg. 41. & Mart. de iuriſd. p. 4. cap. 153. dicentium, Clericos coniugatos ſupradictas conditiones adimplẽtes, ſimpliciter gaudere priuilegio fori, nõ modò quoad cauſas criminales; ſed etiam quoad cauſas ciuiles. Immo Lap. loco citato, addit, quòd huiuſmodi clerici pro debito condemnari non poſſunt per Iudicẽ ſæcularem, etiã dato, quòd ante clericatum fuiſſent ab eodem Iudice conuenti. Et hanc ſententiam communem ſimiliter eſſe, & veram dicit ipſe Mart. in ſupra citato loco.

Hæ ſunt opiniones, quæ in hac re adducuntur; reſtat modo, vt quid nobis dicendum ſit, videamus. Sit igitur.

Prima Concluſio.

OPinio eorum, qui dicunt, quòd licẽt clerici coniugati, non gaudeant priuilegio fori quoad cauſas ciuiles, & pecuniarias: non tamen pro dictis cauſis poſſunt à ſæculari Iudice capi, detineri, & in carcerem detrudi, improbabilis videtur.

Probatur: quoniam nullo iure probatur, aut ratione concludenti defendi poteſt. Nam ſi Romanus Pontifex relaxaret eos iuriſdictioni laicorum, cenſeretur relaxare, etiam quoad perſonalem diſtrictionem. Etenim in cæteris caſibus, in quibus ſunt relaxati, vi dicti c. vnici, de cler. coniug. ſe habent vt ſæculares quoad forum, & pro-

proinde poſſent per Iudicem ſæcularem capi, & carceribus mancipari. Vndè, cum dicta ſententia nec in iure, nec in ratione fundetur, proculdubio communis immeritò appellatur.

Nam licèt multi ſint Doctores, qui illam teneant: 8 tamen Doctorum numerus, ac etiam grauitas non faciunt communem opinionem; ſed rationes, ac reſolutiones occurrentium difficultatum: etiã ſi vnius Doctoris ſententia fuerit, eam conſtituunt: cùm poſſit, & vnius, ac deterioris ſententia, & multos, & meliores ſuperare l. a. §. ſed neque, C. de vet. iur. enucl. Dec. conſ. 499. n. 12. & conſ. 458. nu. 1. Recollector comm. opin. lib. 3. c. 5. n. 9. ver. Quarta opinio, & Mart. in d. loco, ſub num. 14. vbi ex Panor. in c. bonæ, il ſecondo, n. 30. de poſtul. & alijs, probat etiam illos Doctores cõſtituere communem opinionem, qui, articulo maturè diſcuſſo, in ipſo caſu de quo agitur conſilia ediderunt; non autem qui leuiter, & ſine aliqua, aut modica ratione ſcribentes illam ſequuntur. Vndè cum ſupradicta 9 ſententia non ſit huiuſmodi, conſequenter ſequitur, licitum eſſe cõtra illam iudicare, iuxta ea quæ docet Abb. poſt Ant. de Butr. in c. tua nos, n. 9. ver. Nota bene, de vſur. & Natta conſ. 120. num. 1. cùm alijs ab eo allegatis.

Secunda Concluſio.

10 PRobabilis videtur opinio illorum, qui dicũt clericos coniugatos nullo modo gaudere priuilegio fori quoad cauſas ciuiles, & pecuniarias; & ideò pro illis poſſe per Iudicem ſæcularem aſtringi, & in carcerem detrudi.

Probatur, quoniam prædicta ſententia videtur eſſe conformis verbis d. c. vnici. dum in eo ſic legitur: *Clericos coniugatos, pro commiſſis aliis exceſſibus, vel delictis trahi non poſſe criminaliter, aut ciuiliter ad iudicium ſæculare*. Vndè videtur velle, quòd in duobus tantùm caſibus clerici coniugati gaudeant priuilegio fori Eccleſiaſtici, nempe vbi criminaliter agitur pro eorum exceſſibus, ac delictis: vel dum ciuiliter de eiſdem tractaretur, vt ſupra declarauimus in relatione huius opinionis. Confirmatur, quia per ſequẽtia verba S. Pontifex videtur magis, ac magis ſuã voluntatem manifeſtare, dicẽs: *Nec ab ipſis ſæcularibus iudicibus, eos debere perſonaliter vel etiam petunaliter & c. ne per vnam viam concedatur eiſdem Iudicibus, quod per aliam denegatur*. Quo circa verba iſta ad præcedentia referri quibus prohibuerat poſſe trahi ad forum ſæcularem in cauſa criminali, etiam ciuiliter mota, probabiliter eſt dicẽdum: atque adeò Clerici coniugati pro cauſis criminalibus non poſſint trahi ad Iudices ſæculares, vt nec etiam per ipſos pro dictis cauſis poſſint pœna pecuniaria condemnari, aut merè ciuiliter ad intereſſe. Et hoc ideò: ne per vnam viam concedatur eiſdem Iudicibus, quod per aliam denegatur. Hoc eſt, ne Romanus Pontifex, dum prohibuit huiuſmodi clericos pro eorum delictis trahi criminaliter, aut ciuiler ad forum ſæcularem, videatur per aliam viam concedere Iudicibus ſæcularibus eoſdem ad ipſorum tribunalia trahere, ſi pro illorum criminibus poſſent eos pecuniaiter, ſeu pœna pecuniaria condemnare. Vndè cùm tex. in d. c. vnico, priuilegium concedat prædictis clericis quaod cauſas criminales, hoc priuilegium non debet extendi quoad cauſas ciuiles: quoniam priuilegia ſunt ſtricti iuris, ar. tex. in l. quicquid aſtringendæ, de verb. oblig.

Denique iſta ſententia redditur eò magis pro- 11 babilis: quia in practica, & de conſuetudine ſeruatur apud Hiſpanos: vt refert Couar. Conſuetudo autem dicitur optima legum interpres, & quando lex eſt dubia, recurrendum eſt ad conſuetudinem loci: & ſi de ea apparet, non eſt recedendum ab illo intellectu, quem conſuetudo tribuit: etiam ſi ex poſt facto apparet, quòd talis intellectus in ſe non ſit bonus: vt bene docet Abb. in c. cùm dilectus, de conſuetud. ſub nu. 7. Quocirca, cùm ſupradicta ſententia, ratione, conſuetudine, Doctorum numero, & grauitate fulciatur, Iudex ſæcularis, qui in cauſis ciuilibus traheret clericos coniugatos in locis maximè, in quibus de conſuetudine legitimè præſcripta, ſecundum prædictam ſententiam interpretatur tex. in d. c. vnico, de cler. coniug. non incideret in excommunicationem noſtri canonis; donec à Romano Põtifice aliter ſuerit ordinatũ: quoniam perſonæ Eccleſiaſticæ in tantùm hoc loco prohibentur trahi ad forum ſæcularem, in quantum gaudent priuilegio fori Eccleſiaſtici.

Tertia Concluſio.

12 PRobabilior, ac verior nobis videtur vltima Doctorum ſententia, dicentium, clericos *a* coniugatos *a* gaudere ſimpliciter priuilegio fori Eccleſiaſtici: non modò in cauſis criminalibus, ſed etiam in ciuilibus, & pecuniarijs; ſeruatis tamen conditionibus ſupra annotatis.

Probatur, quoniam hæc ſentẽtia ſortuoribus argumentis roboratur. Etenim eſt in primis textui in d. c. vnico, de cler. coniug. in ſexto magis conformis, vt patet ex illis verbis: *Iuxta Pariſienſe Concilium, nullus clericus diſtringi, aut condemnari debeat a iudice ſæculari, præſenti declaramus edicto & c.* Sed in d. concilio generaliter eſt facta, prohibitio, ne clerici coram laico Iudice conueniantur, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agatur: vt in c. 2. & ibi DD. de for. cõp. ergo tex. in d. c. vnico, debet intelligi iuxta Concilium Pariſienſe, quod allegat. & conſequenter clerici coniugati gaudent priuilegio fori generaliter in omnibus cauſis, tàm ciuilibus, quam criminalibus.

Confirmatur, quia Romanus Pontifex in d. c. 13 vnico, vtitur verbo: *Declaramus*: ergo nihil noui voluit inducere aduerſus diſpoſitionem Pariſienſis Concilij; ſed ſolùm declarare vt ſupra: nã qui declarat, nihil noui facit, l. hæredes palàm, ff. de teſtam & Panor. in c. ſuper quæſtionum, n. 2. de offic. deleg. Vndè ſicut Concilium Pariſienſe generaliter loquitur, ita etiam generaliter intelligi debet diſpoſitio tex. in d. c. vnico, ita vt Clerici coniugati potiantur fori Eccleſiaſtici priuilegio, non modò in cauſis criminalibus, verum etiam in cauſis ciuilibus: quia lex generaliter loquẽs, generaliter debet intelligi; nec re- 14 cedendum eſt à regula legislatoris, niſi per aliã legem contrarium probetur; & cõmuni regulæ eſt ſtandum, niſi doceatur de exceptione regulæ, l. ab ea parte, ff. de prob. Bal. in l. tutor, infine,

C. de

C.de ſer.com. man. Bart.in l.quoties, ff.ſi quis caut.& alij allegati per Mart.de iuriſd. p.4. caſu 152.num.3.& 4.

Præterea probatur hæc cõcluſio ex illis verbis d. c. vnic. *Nec ab ipſis ſæcularibus Iudicibus eos debere perſonaliter, vel etiam pecunialiter vllatenus condemnari.* Si ergo clerici coniugati nnn poſſunt, nec perſonaliter, nec pecunialiter per Iudices ſæculares condemnari, igitur clerici coniugati gaudent priuilegio fori non modò in cauſis criminalibus, ſed etiam in ciuilibus: nam omnes cauſæ ciuiles, ſunt pecuniariæ.

Nec valet dicere, quòd verba illa ſunt trahẽda ad præcedentia; quibus prohibetur clericos coniugatos trahi ad Iudices ſæculares in cauſa criminali, etiam ciuiliter mota: & conſequenter non poſſint pro eorum criminibus per Iudices ſæculares condemnari, nec perſonaliter ideſt pœna corporali: nec pecunialiter ideſt pœna pecuniaria, ſeu ad intereſſe: quoniã ſequeretur, quòd hæc verba ſubſequentia eſſent ſuperflua: nam idem ſignificarent, quod præcedentia. Ne igitur verba inutilia in d.tex.à S. P. videantur fuiſſe prolata, dicendum eſt, per illa comprehendi tertium caſum ſcilicet quãdo pecunialiter agẽ-
15 dum eſt contra Clericos coniugatos, vt tunc agi non poſſit coram Iudice ſeculari: eo quòd in legibus nihil debet eſſe inutile, ac ſuperfluũ, & ſine miniſterio operandi, c.ſi Romanorum, d.19.Gloſ.in princip.ff.quod met.cauſa, Bar.in l. tranſigere, in 1.opp. C.de tranſact.

Rurſus Summus Pontifex in d.c.vnico, vt itur
16 verbo ſupradicto: *Nullatenus*; cuius natura eſt in totum negare, & vniuerſaliter iurisdictionem excludere, Dec.in c.ſuper litteris, n.13. de reſcr. & in c.eam te, n.33.eod.tit.ergo S. Pontifex per illam particulam voluit prohibere Iudicibus ſæcularibus, vt nullo modo ſe intromittant in cognoſcendo de cauſis clericorum coniugatorum; ſiue criminales cauſæ ſint, ſiue ciuiles, ſeu criminales ciuiliter motæ.

Item per tex. in d. c.vnico, reformantur pri-
17 uilegia, conceſſa clericis per ius commune: vt per Gloſ.& DD.ibi: ergo in dubio textus ille debet intelligi potius in fauorem priuilegiorũ, quæ de iure communi conceduntur clericis, quàm in odium: quia noua cõſtitutio eſt interpretanda, vt minuſquàm poſſit corrigat ius cõmune, c.dilectus de conſuet. Alex.in l.inter cæteras, num.5.ff.de lib.& poſth.

Denique dato, quòd omnes prædictę opinio-
18 nes ſint communes (prout re vera ex dictis cõſtat, hanc ſententiam magis veram, & communem dici poſſe) cùm tractetur de iuriſdictione Eccleſiaſtica, in dubio iudicandum eſt pro ea, potius quàm cõtra illam: & ſic quòd cauſa pertineat ad Iudicem Eccleſiaſticum potiuſquam ad ſæcularem: vt benè docet Ant. de Butr. in c. cæterum, n.9.de Iudic. Iaſ.in l.2. n.19. ff. ſi quis in ius voc.non ier. dicens hanc ſententiam eſſe cõmuniter receptã. Mart.de iuriſd.p.4.caſu 145 in prin.& alij: igitur dicendum eſt, in hoc ſentẽtiarum conflictu, banc vltimam eſſe veriorem, & communem magis; ita vt a ea in iudicando nullatenus ſit recedendum; maximè in locis, in quibus conſuetudo legitima alio modo dictum capitulum non fuerit interpretata.

Quarta Concluſio.

19 CLerici coniugati, ſi cum vnica contrahant & virgine, habitum, & tonſuram deferant, & ſeruiant in diuinis iuxta ea, quæ ſupra annotauimus, licèt dicantur perſonę Eccleſiaſticę, & citra excommunicationem noſtri canonis non poſſint trahi ad forum ſæculare pro cauſis ciuilibus, & criminalibus, & gaudeant priuilegio c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q.4. itaut percutiẽs eos ſit ipſo facto excommunicatus; quoad reliqua tamen clericorum priuilegia tanquam laici cenſentur. Ita Gloſ. Franch. & alij in d. c.vnico, per illum tex. de cler.coniug. lib. 6. Et Couar.lib.pract.quæſt.c.31.n.9.

ADDITIO.

a Coniugatos. Adde hic Alter. lib.5. diſput. 16. cap.1. Carol. de Graſ. de effectu cleric. effectu 1. num.177. Couar. practicarum qq. cap. 31. num. 7. & alios exiſtimantes, clericos coniugatos gaudere priuilegio fori in criminalibus, non autem in ciuilibus, & cum hac ſententia videtur per tranſire Bonac. hic diſput. 1. quæſt. 16.ſect.1. pun.3.num.3.qui allegat etiam Clar. Farinac. & alios: & num.4. ex Iulio Clato, §.finali, quæſt.26.num.15. Carol.de Graſ.loco citato, num.90. Couar. vbi ſupra, & cum communi docet, clericum, qui cum vna virgine contraxit, ea mortua lucrari omnia priuilegia clericalia, ſi ea ſeruet, quę præcipiuntur in Concil. Trid ſeſſ. 23. cap. 6. Adde etiam hic eundem Bonac. quæſt.16. ſect.2. pun.2. ſub nu. 29.in verbo vtrum, Ceuallos in tract.de cognit. per viam violentiæ, par.2. quæſt.73. num. 4. Ricc. in ſuis deciſ. 320. num.5. & collect. 308. Mart.de iuriſd.par.1.cent.2. caſu 159.num.2. Zanard. in direct. confeſſ. par.1. de ſacram.matr. cap.23. quæſt. 24. & Diana de immunit. Eccleſ. reſolut. 5. qui contra Barboſ. de poteſtat. Epiſcopi par. 2. allegat.12. num.25. Cened. in qq. canon. quæſt. 4. num. 18. & 19. Guttier. pract. qq. lib.1. quæſt. 5. num. 3. & alios dicunt, quòd clerici coniugati gaudent priuilegio fori non ſolùm in criminalibus, ſed etiam in ciuilibus, ſi contraxerint cum virgine, & deferant habitum, & tonſuram, & alicui Eccleſiæ deſeruiant, iuxta Concil. Trid. diſputationem. Imò idem Diana loco citato, poſt Suar. contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 28. num.9. Layman in Theologia morali, lib. 4. tract. 9. cap.8. num.5. ait, quòd omnis negotiatio, quæ clericis prohibita eſt, etiam clericis coniugatis prohibita cenſeri debet: non tamen clericus negotiator ante trinam admonitionem ſubditur laicorum ſtatutis, vt per Carol. de Graſ. loco citato, effectu 2.num.118. Diana ibid. & alios. Abb. Alexan.

Or-

Ordines militares, an dicantur perſonę Eccleſiaſticæ: itaut trahentes eos ad ſæculares Curias, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Militares Ordines multi, & varij.*
2 *Militares Ordines, Principum tantùm authoritate inſtituti, abſque vlla Romani Pontificis confirmatione, & approbatione, non ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ.*
3 *Eccleſiaſticæ perſonæ dicuntur, quæ vel per receptionem Ordinis, vel per conuerſionem ad aliquam ex Religionibus à Sede Apoſtolica approbatis eximuntur à laicali poteſtate.*
4 *Militarium Ordinum clerici ſunt ſimpliciter perſonæ Eccleſiaſticæ.*
5 *Milites Hieroſolymitani, ſeu Militenſes ſunt verè, ac propriè perſonæ Eccleſiaſticæ, & formaliter Religioſi.*
6 *Milites Hieroſolymitani gaudent priuilegio canonis, & fori Eccleſiaſtici, ac omnibus priuilegijs clericorum.*
7 *D. Franciſcus de Ponte clericus Regul. commendatur.*
8 *Milites Hieroſolymitani, in quibus differunt à clericis.*
9 *Milites Alcantarę, Calatrauæ, & alij ſimiles, licèt nõ voueant caſtitatem ſimpliciter, dicuntur tamen verè Eccleſiaſtici, ac Religioſi.*
10 *Vota continentiæ ſimpliciter commutata in caſtitatem coniugalem, non mutat Regulæ ſubſtantiam.*
11 *Militares ordines, qui non emittunt tria vota ſubſtãtialia, non ſunt verè Religioſi; nec gaudent priuilegio fori: & per horum militiam non vacat penſio.*
12 *Milites S. Stephani, an & quando gaudeant priuilegio fori, & canonis.*
13 *Commendarum Militarium ordinum cognitio, an, & quando pertineat ad Iudicem Eccleſiaſticum.*

IN hac re, quot homines, tot ſententiæ. Nam quidam, aduerſus quem apologiam ſcripſit Nauar. de redit. Eccleſ. q. 3. monit. 27. in prin. in vniuerſum negat, Ordines militares eſſe veras Religiones. Quę quidem ſententia videtur eſſe Panor. in rubr. de Regul. quem ſequitur Syl. in verb. Religio 1. q. 1. & alij, dum docent: Milites Hoſpitalarios etiam Hieroſolymitanos non eſſe propriè, ac ſtrictè Religioſos, ſed latè tantùm: ſicut fratres, & ſorores S. Dominici, & S. Franciſci: quos, quoniam matrimonium contrahere non poſſunt, & promittunt obedientiam, idcirco dicunt eſſe Eccleſiaſticos.

Alij volunt eos tantùm Milites dici verè Religioſos, qui tria vota ſubſtantialia Religionis vouent, nempe caſtitatis ſimpliciter, paupertatis, & obedientiæ: vt ſunt milites Hieroſolymitani, ſeu Melitenſes, & his ſimiles: ſecus autem, ſi caſtitatem coniugalem tantùm promittant cũ paupertate, & obedientia, quales ſunt Milites Alcantarę, Caletrauæ, & alij ſimiles, nam hi dicũtur Religioſi largo modo: vt habetur ex Sot. lib. 7. de iuſt. & iur. q. 5. ar. 3. ad tertium: & in eandem ſententiam videtur inclinare Azor. lib. 13. inſt. mor. l. p. 1. c. 3. q. 3. ver. Verum enimverò.

Alij tenẽt, quòd tam equites, ſeu milites profitentes tria vota ſubſtãtialia ſicut equites Hieroſolymitani, ſeu Militẽſes, quam vouentes caſtitatem coniugalem cum paupertate, & obedientia, quales ſunt milites Alcantarę, Calatrauæ & S. Iacobi, ſint verè & propriè Religioſi, atque adeò perſonæ Eccleſiaſticæ: vt probat Nauar. loco citato. Hæ ſunt præcipuæ ſententiæ, quæ in hac re adducuntur reſtat modò, vt quid nobis in hac re dicendum ſit, videamus.

Pro determinatione igitur huius difficultatis
1 eſt annot. quòd Ordines Militares, quidã Principum dumtaxat authoritate inſtituti fuerunt, nulla Romani Pontificis interueniente confirmatione, ſeu approbatione. Vt ſunt milites aurei velleris, vulgariter nuncupati Del Toſones quorum ordo fuit inſtitutus à Philippo Duce Burgundiæ anno Domini 1429. & per ſucceſſionem translatus in Hiſpaniarũ Reges. Cõſtat hic Ordo equitibus vno circiter, & triginta ſecundum Azor. lib. 13. inſt. moral. p. 1. c. 6. q. vl. in ver. In Burgundia: ſeu non excedit numerum quinquagenarium, & in eo non aſcribuntur niſi magni Principes: vt refert Petr. Caleſat. in tract. de equeſtr. Dignit. n. 43. Item ordo S. Michaelis apud Franchorum Regem, qui fuit inſtitutus à Ludouico XI. anno 146. Item ordo vulgari nomine dictus: De la Banda: inſtitutus ab Alphonſo Rege Caſtellæ anno 1363. Item ordo Annũciationis Beatæ Mariæ Virginis erectus ab Aemedeo 6. comite Sabaudię. Item ordo equitum Garreriorũ, quem inſtituit Eduardus Rex Angliæ, anno 1350. vt habetur ex Azor. in d. q. vlt.

Quidam verò militares ordines fuerunt erecti mediante Romani Põtificis authoritate approbatione, & Religioſi appellantur, Horum autem quidam ſunt viri nobiles, qui tanquam ſacri milites inſtar Machabæorum, pro fide, ac lege Chriſti cum Turcis, & Saracenis fortiter dimicant: Alij ſunt clerici, qui ad Diuina miniſteria obeunda recepti, in ipſorum ordinum collegijs, ac ſacris ædibus cõmorantur, in Choro cantant Diuinas laudes, Miſſam celebrant, Deum pro militibus deprecantes; ſolent etiam Eccleſijs præfici, Ordini militari ſubiectis: & aliquando tanquam cappellani cum ipſis equitibus in militia verſantur, eorum confeſſiones audientes eiſdemque Sacramenta miniſtrantes. Alij denique admittuntur ad domeſtica munera, & miniſteria exequenda, tum clericis, tum militibus inſeruientes.

Item dictorum militum, qui clerici non ſunt quidam emittunt tria vota ſubſtantialia Religionis: nempe caſtitatis ſimpliciter, paupertatis, & obedientiæ: vt ſunt milites Hieroſolymitani, ſeu Melitenſes, quorum ſupra meminimus. Horum enim licèt olim tres fuerint ordines: nã quidam Tẽplarij dicebantur: quidam S. Mariæ Theotonicorum: & quidam S. Io. Baptiſtæ, vt colligitur ex hiſtoria Volater. lib. 2. tamen ad præſens non reperiuntur niſi milites Sancti Io. Baptiſtæ; qui primo Rhodij dicebãtur: eo quòd à Gottifredo Rege fuit eis conceſſa Rhodus: Inde poſtea expulſi à Solimano Turcarũ Imperatore anno 1523. nouiſſimè nũcupantur equites Melitenſes ab Inſula Melitenſi, à Carolo V. Imperatori eiſdem conceſſa: vt teſtatur dicta hiſtoria Volater. lib. 23. Alij nõ emittunt votum caſtitatis ſimpliciter; ſed vouent caſtitatem cõiuga-

jugalem, paupertatem, & obedientiam: vt in Hiſpania ſunt Milites Sancti Iacobi, Alcantaræ, Caletrauæ, Milites dicti de Auis, Milites, vulgariter appellati: Dela Palmera; de quibus latè Azor. lib. 13. inſt. moral. par. 1 cap. 5. q. 3. Alij nõ paupertatem, ſed charitatem expreſſim vna cũ caſtitate coniugali, & obedientia profitentur: vt ſunt milites S. Stephani, à Coſmo Medice Magno Florentiæ Duce, inſtituti anno 1562. vt refert idem Azor. loco citato, q. 2. & q. vl. in fin.

Sunt denique nõ nulli alij militum Ordines, qui aliqua tantùm, non tamen omnia Religionis ſubſtantialia vota profitentur. Vt ſunt Milites erepti a Romano Pontifice: quales ſunt milites S. Petri, S. Pauli, Lauretani, S. Gregorij, Pij, & his ſimiles, de quibus Mart. de iuriſdict. p. 2. cap. 32. num. 14. & alij, quos allegat. Iis breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima Concluſio.

a ORdines militares, Principum tantùm authoritate inſtituti abſque vlla Romani Põtificis confirmatione, ſeu approbatione nullo modo dici poſſunt Eccleſiaſtici: ſed ſunt omninõ laici, ac ſæculares. Hæc concluſio eſt communis, & conſtat ex his, quę docet Azor. lib. 13. inſt. moral. p. 1. cap. 6. q. 5. & Mart. loco citato, num. 1. cum plur. ſeq.

Probatur etiam ratione: quia perſonæ Eccleſiaſticæ dicuntur, quæ vel per receptionem
b Ordinis, aut per conuerſionem ad aliquam ex Religionibus à Sede Apoſtolica approbatis eximuntur à laicali poteſtate: vt ſupra diximus, q. 3. in prin. At hi milites, non ſunt tales, vt patet: ergo non ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ: atq; adeò trahentes eos ad ſæculares Curias, non incidũt
ix excommunicationem noſtri canonis.

Secunda Concluſio.

4 CLerici militarium Ordinum, quorum ſupra meminimus, ſunt perſonæ ſimpliciter Eccleſiaſticę, etiam antequam profeſſionem emittant. Hęc concluſio patet: quia iſti dicuntur tales ſaltem per Ordinis ſuſceptionem: nã huiuſmodi clerici ſeruiunt in Diuinis, aut ſunt in Sacris, vel ad minus initiati ſunt prima tonſura.

Tertia Concluſio.

5 MIlites Hoſpitalarij Hieroſolymitani, qui hodie dicuntur Melitenſes, ſunt veræ, & propriæ perſonæ Eccleſiaſticæ: & formaliter Religioſi. Hæc concluſio eſt ferè communis: vt patet ex his quæ docet Nauar. in ſuo tract. de redit. Eccleſ. q. 1. monit 55. & q 3. monit. 27. Azor. lib. 13. inſt. moral. c. 4 q. 4. pun. 1. & alij.

Probatur quoniam huiuſmodi milites profitentur tria vota ſubſtantialia Religionis, nẽpe caſtitatis ſimpliciter paupertatis, & obedientiæ ſecundum Regulam Sancti Benedicti, ſeu Sancti Auguſtini: vt ipſe Azor. arbitratur. Item gaudent beneficio fori, & canonis ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. ita vt citra excommunicationẽ in d. c. contentam, percuti non poſſint.

Hinc Rom. Pontifex in c. canonica, de ſent.
6 excom. ſcribit Magiſtro, & fratribus dicti Ordinis, cõcedens facultatem, vt Prior, qui toti fratrum conuentui præeſt, poſſit abſoluere fratres ſibi ſubiectos in excommunicationem lapſos, eo quòd manus violentas iniecerint in clericos, vel alios fratres, niſi quando exceſſus fuerit enormis.

Et denique prædicti Milites potiũtur omni-
7 bus Clericorum priuilegijs: vt habetur ex Bart. in l. ſemper. §. quibuſdam, ff. de iur. immun. & D. Franciſco de Põte Iuriſconſulto eminẽtiſſimo, conſ. 14. Is poſt ſupremos Hiſpaniarum Regis Magiſtratus ſumma cum eius laude, Reip. vtilitate, ac omnium admiratione, Neapoli præſertim ab ipſo geſtos, nouiſſimè Cancellariæ Regẽtatui renuncians, & noſtram Religionem ingreſſus, in ea ſanctè vixit, eundemq; poſt vnũ, & vix alterum annum in vltimis cõſtitutum propter eiuſdem patientiam, reſignationem, ac ardentiſſimum amorem erga Deum, in Cęlum euolaſſe, piè credendum eſt.

Eſt tamen verum, quòd licèt dicti milites
8 clericorum priuilegijs gaudeant; in multis tamẽ differunt ab ipſis Clericis. Nam clerici committentes crimina degradatione digna, ſolemniter degradandi ſunt: at ſi quis ex huiuſmodi militibus ſimile crimen committat, non eſt ſolemniter degradandus, ſed ipſo facto intelligitur degradatus: vt in c. degradatio, de pœn. in ſexto. Præterea ſi quis fecit votum Religionis, & poſt votum delictum commiſerit, & efficiatur Religioſus, gaudet Eccleſiæ priuilegio: vt habetur ex Iaſon in l. cùm quædam puella, ff. de iuriſd. om. iud. Mart. loco citato, n. 12. & nos latè diximus ſupra can. 15. at ſecus eſt dicendum de eo milite, qui fecit ſuas probationes pro admiſſione ad dictum Melitenſium ordinem, ſoluit viaticum ſolitum, & ſe præparauit accedere ad inſulam Melitæ pro aſſumendo habitu, atque adeo omnia adimpleuit; ſed poſtea deliquit ante aſſumptionẽ habitus, & profeſſionem Religionis: nã cùm adhuc non ſit impreſſus character, non eſt extra iuriſdictionem Iudicis ſæcularis. Et ita fuiſſe deciſum Neapoli refert Franch. dec. 449. & Mart. vbi ſupra.

Quara concluſio.

9 MIlites Alcantaræ, & Calatrauæ, Sancti Iacobi de Spata 4, Milites Chriſti, Milites de
a Auis, Monteſæ, & alij, ſi qui ſunt, profitẽtes paupertatem obedientiam, & caſtitatem coniugalem, eſtò quòd non voueãt caſtitatem ſimpliciter, dicuntur tamen verè Eccleſiaſtici, ac Religioſi. Hæc concluſio eſt Nauar. loco ſupra citato, & Vgol. in explic. præſentis canonis, n. 1.

Probatur: quoniam hi emittunt tria vota ſubſtantialia Religionis, alij iuxta regulam S. Benedicti, & alij iuxta Regulam S. Auguſtini: atq;
b ideò gaudent priuilegio fori Eccleſiaſtici b, & canonis: vt probat idem Nauar. de redit. eccl. q. 3. monit. 28. ergo ſunt verè Religioſi.

Nec obſtat, ſi dicatur, quòd non vouent ca-
10 ſtitatem ſimpliciter: quoniam reſpondetur, quòd ex priuilegio Romani Pontificis fuit eis commutatum votum caſtitatis ſimpliciter, in

vo-

votum castitatis cõiugalis: vnde dicuntur vouere castitatem, & profitentur tria vota substantialia Religionis: nam commutatio voti continentiæ in castitatem coniugalem, non mutat Regulæ substantiam: vt habetur ex Rot. Rom. in nouiss. p.2.dec.266.n.6. Vnde trahentes prædictos milites ad sæculares Curias, proculdubio incidunt in excõmunicationem nostri canonis.

Quinta Conclusio.

11 RElIqui milites, qui non emittunt tria vota substantialia Religionis, iuxta tertiam, & quartam conclusionem, non sunt verè, & propriè religiosi; sed tantùm Religiosi secundum quid quatenus scilicet vouent aliquid ex substantialibus Religionis. Hæc conclusio est Specul. de stat. monac. q.36. & colligitur ex D. Tho. 2.2. q.88. ar.4. in fine. Et ita fuisse decisum in Rota Vrbis in vna Lucana plebis sub die 23 Maij 1579 refert Mart. p.2. de iurisd. c 32. n.25. vbi etiam probat, quòd per horum militum non vacat pensio, sicut per ingressum veræ, ac propriæ
c Religionis. c

Imò non gaudent priuilegio fori, exceptis
12 militibus S. Stephani, qui ex priuilegio Romani Pontificis fuerũt exempti, prout poterat etiã inconsulto Imperatore, Rege, & alijs eorum Dominis temporalibus. Et estò, quòd disponatur inter capitula S. Stephani, nullum equitem ipsius Religionis posse conuenirì in aliquo tribunali, etiam eiusdem Religionis sine licentia Auditoris Magni Magistri: si tamen citatus in aliquo quocunque tribunali compareat, & cõpiletur processus, non potest deinde de nullitate dicere: quoniam exceptio ista cùm sit dilatoria, lite contestata, opponi amplius non potest: eo quòd per processum ad vlteriora censetur illi renunciatum: vt habetur ex Bart. in l. si procedente, in fine, C. de dilat. & ita fuisse decisum in Rota Florent. refert Mart. de iurisd. p.4. casu 211. n.33. cum plur. seq. Vbi etiam ait, quòd extra illam ditionem huiusmodi equites semper debent comparare, si nolunt executionem pati.

Est tamen verum, quòd stante priuilegio fori à Romano Pontifice concesso dictis equitibus S. Stephani, si trahantur inuiti ad forum sæcularem, arbitror, quòd trahentes eos contraherent censuram nostri canonis: quoniam hi milites: licèt non sint propriè Religiosi, sunt tamen personæ Ecclesiasticæ: vt colligitur ex his, quæ docet Nauar. de redit. Eccl. mon. 55. sub n.3. cũ plur. seq. nam omnis persona, Ecclesiastica est, vel laica. c. duo sunt genera hominum, 12. q. 1. supradicti milites non sunt laici, vt patet; ergo Ecclesiastici.

Præterea omnis, qui est capax beneficij Eccle-
13 siastici dicitur persona Ecclesiastica: eo quòd laici beneficiorum Ecclesiasticorum sunt penitus incapaces tàm actiuè quàm passiuè, c. ex litteris de transac. c. cùm adeò, de reser. & c. 2. de inst. Sed dicti milites, siue fori gaudeant priuilegio, siue non, sunt capaces commendarum, quæ sunt beneficia Ecclesiastica: vt in c. dudum, il 2. de elect. c. qui plures, 21. q. 1. Inn. & alij in cap. si constiterit, de accusat. Guid. Pap. dec. 152. & Mart. de iurisd. p.2. c.32. n.22. cum alijs, quos allegat. atque adeò ipsarum cognitio pertinet ad forum Ecclesiasticum, cùm sint causæ spirituales, dummodò agatur de commenda vt sic, an sit legitimè collata, & de alijs ad eius proprietatem pertinentibus, secus autem si agatur de eius fructibus: nam tunc in Regnis, vbi equites Religionum non gaudent priuilegio fori, fit in eis executio per Iudicem sæcularem, pro debitis ipsorum equitum: prout in Regno Neapolitano refert idem Marta, loco citato, se vidisse practicari. Sunt igitur prædicti milites personæ Ecclesiasticæ.

Denique istæ personæ regulariter viuunt, ergo sũt Ecclesiasticæ: quoniã regulariter viuẽtes etiò, quòd professionem non faciant, sunt Ecclesiasticæ: vt notat Glos. in c. indemnitatibus, de elect. in sexto, & Syl. in sum. in ver. Ecclesia, 1. q. 5. ver. Septimò Iesuati. Hoc idem videtur sentire Alter in explic. huius can. c. 3. col. 2. vbi ait, quòd huiusmodi Equites si commendatores sint, cùm beneficiorum Ecclesiasticorum sint capaces, verè dicuntur personæ Ecclesiast.

Ex quibus concluditur, quòd trahentes huiusmodi milites ad sæculares Curias si fori priuilegio gaudeant, incidunt in excommunicationẽ nostri canonis.

Dixi si fori priuilegio gaudeant: quoniam si secus, trahentes eos, dictam censuram, non cõtrahunt: siquidem vi nostri canonis protegũtur illi tantùm Ecclesiastici, qui gaudent priuilegio fori, vt supra diximus, q. 3. in princ.

ADDITI

a Spata. Adde Azor. p. 1. inst. moral. lib. 13. c. 4. q. 4. Carol. de Graſs. de effect. Cler. effectu 5. nu. 109. & Sanc. lib. 4. suæ sum. 16. num. 51. D. Cesar.

b Ecclesiastici. Adde hic Mor. de confirm. Ord. D. Iacobi lib. 2. cap. 1. §. 9. ex Bull. Pontificis Alex. III. & aliorum. Ceuallos tract. de cogn. per viam violentiæ, p. 2. quæst. 119. num. 23. vbi testatur, ita pluries fuisse iudicatum in Hispania. Mastrill. dec. 180. num. 165. tom. 3. qui affert litteram Regiam, datam die 10. Ianuarij 1609. vbi decernitur huiusmodi Equites S. Iacobi, Alcantaræ, & Caletrauæ in causis criminalibus, & mixtis gaudere priuilegio fori; causas verò ciuiles terminari debere iuxta stylum, & consuetudinem loci. Imò quòd simpliciter dicti Equites gaudeant priuilegio fori docent Layman in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 7. num. 1. & Suar. contra Regem Angliæ, lib. 4. c. 29. num. 7. D. Cæsar.

c Religionis. Adde hic Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. num. 14. ad finem, & alios apud Bonacin. disputat. 1. quæst. 16. sect. 1. pun. 3. sub num. 16. Abb. Alex.

An Eremitæ dicantur personæ Ecclesiasticæ, ita vt trahentes eos ad forum sæculare, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Eremitæ sunt sicut locustæ sine Rege.*
2 *Eremitæ, sunt personæ Ecclesiasticæ.*
3 *Eremitarum vita, est approbata tanquam in statu pœnitentium: & propterea gaudent priuilegio canonis & fori Ecclesiastici.*
4 *Eremitæ sunt sub obedientia Episcopi, vel eorum Abbatis, si Abbatem habeant.*

IN hac re pugnantes extant opiniones. Nam
1 prima sententia fuit Laur. & Io. de lign. in c. per literas, de præb. & in clem. 2. eod. tit. in quorum sententiam videtur etiam inclinare Panor. saltem quoad iuris rigorem in c. 2. de for. comp. sub n. 10. & in c. ex parte, il secondo, propè finem de conuer. coniug. Hi negant Eremitas esse personas Ecclesiasticas: eo quòd dicunt, quòd huiusmodi personæ sunt sicut locustæ sine Rege, vt per Glos. in c. qui verè, 16. q. 1. Vndè sicut tales ex vtero matris processerunt laici; ita & in eodè statu censendi sunt: ex quo non interuenit alius actus eripiens eos a sæculari iurisdictione; vt est receptus Ordinis, vel conuersio ad aliquã Religionem approbatam, iuxta tex. in c. fin. de relig. dom.

Est tamen verum, quòd aliqui volunt, vt Syl. in ver. Ecclesia, 1. q. 5. & in ver. Eremita, quæst. 1. ac Nauar. in suo man. cap. 27. sub num. 79. quòd si Eremitæ alicui superiori sint subiecti, qui gaudeat priuilegio Ecclesiastico, eodem priuilegio, & ipsi gaudent.

His tamen non obstantibus, incontrarium
2 est communis sententia; quam tenet Felin. in c. 2. de for. comp. n. 5. Inn. in c. cùm ad monasterium, de elect. Turrecr. in c. qui verè, q. 2. 16. q. 1. Angel. in l. 2. ff de in ius voc. & alij, quos refert, & sequitur Mar. de iurisd. p. 4 casu 113. omnes prædicti Doctores arbitrantur, Eremitas esse verè personas Ecclesiasticas.

Probant eorum sententiam: quia Eremitæ pertinent, ad dispositionè Ecclesiæ, vt in c. vnico, in fine de excess. Præl. in sexto, & in c. priuilegium, de verb. signif. eod. lib. in ver. Cellis ad monasterium spectantibus.

Confirmatur quoniam, vt probat Antonius
3 de Butr. in cons. 19. ver. ad nouum, quem sequntur Boer. in tract. de vit. Eremit. n. 13. vita Eremitarum est approbata tanquam in statu pœnitentium: vt nunc extant fraties Iesuati, qui statum pœnitentium, & vitam eremiticam ducũt, de quibus ex Syl. aliàs diximus. Vndè supradicti Doctores concludunt, Eremitas meritò dici personas Ecclesiasticas, & gaudere priuilegio fori Monachorum, & clericorum.

Nec dicendi sunt ad instas locustarum sine
4 Rege, seu capite: quoniam sunt sub obedientia Episcopi: vt in c. aliud, 10. q. 1. seu Parochi, in cuius parochia sunt. Et si habent Abbatem, tunc quoad iurisdictionalia, & forum pœnitentiæ, sunt sub ipso Abbate: sicut erant sub Episcopo. Hæc Mart. loco citato. Quibus adde ea, quæ habentur ex Alter. in explicat. huius can. cap. 1. col. 9. in ver. Quintò dubitari potest: & in ver. Ad hanc difficultatem. vbi de duobus generibus Eremitarum distinguendum putat. Nam alij sunt, qui certum, & peculiarem viuẽdi modum tenent, Religiosum habitum deferẽtes, & alicui sacro loco ex speciali obligatione
a inseruientes a, Episcopo subiecti, vel alteri Prælato ex voto, siue ex peculiari promissione: & hi dicuntur personæ Ecclesiasticæ, & clericorum priuilegijs potiuntur: atque adeò illos trahentes
3 ad sæcularia tribunalia incidunt in excommunicationem huius canonis. Huius generis Eremitæ sunt Camaldulenses, qui quamuis cõmuniter viuant, tamen aliqui amplectuntur vitam solitariam, & recipiunt se in quasdam cellas in cacumine mõtis extructas: & de talibus Eremitis vult intelligi Felin. in c. 2. n. 7. ver. Et aduerte: de for. comp. Alij verò Eremitæ sunt, qui vagantur, nec præscriptam vitæ regulam habẽt, neque aliqua obligatione Ecclesiastica obstringuntur, sed pro loco, & tempore alicui ecclesiæ inseruiunt, & monacalem habitũ induũt; & isti Ecclesiasticæ personæ nũcupari nequeũt, nec sunt à temporali iurisdictione exempti, cùm nulli Prælato subdantur.

ADDITIO.

a Inseruientes. Adde hìc Molin. de iust. & iure, tom. 4. tract. 3. disp. 50. nu. 4. Suar. de censur. disput. 22. sect. 1. num. 22. Filiuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16 num. 14. Coninch. disp. 14. dub. 15. num. 164. Reginald. lib. 1. suæ praxis num. 214. & lib. 9. num. 353. & Alter. hoc loco disp. 16. c. 1. dub. 1. cum alijs, quos allegant, dicentes priuilegio huius canonis potiri Eremitas in communitate viuentes in aliqua Congregatione: vel si viuãt in communi sub aliquo Prælato ex tacita, vel expresse R. P. authoritate, quamuis in ea Religione non fiat professio: siquidem isti censentur Religiosi. Imò Alter. loco citato, putat hoc priuilegium extendi ad Eremitas, qui peculiarem viuendi modum tenent, habitum Religiosum defetentes, alicui sacro loco ex obligatione insetuientes, sub obedientia, Episcopi, vel alterius Prælati, quicquid nonnulli contrarium docent. D. Cæsar.

An Rectores Hospitalium, & Confraternitatum laicorum, dicantur personæ Ecclesiasticę, & vi nostri canonis prohibeantur trahi ad Iudicem sæcularem. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Laici, bonorum Ecclesiæ administratores fieri non debent.*
2 *Hospitalia dupliciter construi contingit: cum authoritate scilicet, ac licentia Ordinarij: et sine ipsius licentia, & authoritate.*

3 *Recto-*

3 *Rectores, & operarij hoſpitalium, ſeu confraternitatum, quæ non ſunt erectæ cum authoritate Epiſcopi, non ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ.*

5 *Confraternitates, & hoſpitalia, quæ non ſunt erecta cũ authoritate Ordinarij, non gaudent priuilegijs loci pijs eo quòd non habent omnes conditiones requiſitas ad pia loca.*

5 *Confraternitates, & hoſpitalia conſtructa abſque Ordinarij licentia, dicuntur collegia profana, & ſæcularia: & eorum bona vendi poſſunt, ac de illis diſponi, ſicut de alijs ſæcularium bonis.*

6 *Epiſcopus non poteſt detrahere quartam ex legato facto confraternitati diſciplinatorum, ſicut poteſt ex alio legato facto pio, ac Religioſo loco.*

7 *Rectores, & Miniſtri hoſpitalium, & confraternitatum laicorum, quæ fuerunt erecta cum authoritate Rom. Pontificis, vel proprij Ordinarij, ac celebrãtur in eis Miſſæ, ordinarioque ſunt ſubiectæ, poſſunt dici quodammodo Eccleſiaſtici.*

8 *Confraternitates, & hoſpitalia, an, & quando præſumuntur eſſe loca pia.*

9 *Rectores, ſeu Miniſtri confraternitatum, ſeu hoſpitaliũ, quæ authoritate S. P. aut Ordinarij fuerunt conſtructa, licèt dicantur quodammodo Eccleſiaſtici: regulariter tamen non gaudent priuilegio canonis, & fori Eccleſiaſtici, niſi ſe, & ſua bona dictis locis, pijs obtulerint, vt perpetuo ſient, & ſeruiant in eis.*

10 *Rectores, & Miniſtri Confraternitatum, & hoſpitalium, quæ de licentia Ordinarij fuerunt conſtructa, licèt non ſint oblati, ſemper tamen conuenendi ſunt coram Iudice Eccleſiaſtico pro reddendis rationibus. Non tamen ſi trahantur per Iudicem ſæculare ad eius tribunal, tu ex ipſe vi noſtri canonis alligatur: ſed fortè in excommunicationem contentam ſupra, can. 14. aut infra can. 17. incidit.*

11 *Controuerſia de præcedentia inter Miniſtros, & confrates hoſpitalium, & confraternitatum, tam cum licentia, quàm ſine licentia Ordinariorum erectarum, debet cognoſci ab Epiſcopo.*

12 *Præcedentiæ cauſa, ſpiritualis eſt.*

13 *Confraternitates non poſſunt compelli ab Epiſcopo, vt accedant ad publicas proceſſiones.*

14 *Spectantium ad ſpiritualitatem, & pietatem cognitio, pertinet ad forum Eccleſiaſticum.*

15 *Confraternitates, & hoſpitalia merè laicorum, quæ ſũt ſub iuriſdictione ſæcularium, in multis ſunt Ordinarijs ſubiecta: nam Epiſcopus poteſt huiuſmodi loca viſitare, & Rectores ipſorum priuare, ſi in adminiſtratione malè ſe geſſerint.*

16 *Teſtator non poteſt facere, quin leges in ſuo teſtamento locum non habeant.*

17 *Teſtator non poteſt Eccleſiam ab hæreditate excludere, ſi hæres inſtitutus Religionem, fuerit ingreſſus.*

18 *Viſitari non poſſunt ab Epiſcopo loca pia, quæ ſub Regum immediata protectione ſunt, ſine eorum licentia.*

PRo determinatione huius difficultatis, eſt annot. quòd licèt Laici, bonorum Eccleſiæ adminiſtratores fieri non debeant, vt eſt tex. in c. iudicatum, 89. d. tamen hodie in multis locis, præcipuè in Hoſpitalibus, ex communi conſuetudine videmus laicos deputari, ac præfici, qui curam habeant, obuentiones Eccleſiaſticas exigere, illaſque perſonis Eccleſiaſticis, aut etiam pauperibus diſtribuere, & his ſimilia. Contingit autẽ inter operarios, & Rectores huiuſmodi hoſpitalium, ſeu confraternitatũ, aliquãdo cõtrouerſiam oriri de præcedentia: aliquando de reddẽda ratione adminiſtrationis rerum dictorum locorum: & aliquando de rebus proprijs ipſorum operariorum, ſeu Rectorum: vel per eos committitur delictum aliquod contra aliquas perſonas, quæ non ſint de confratribus: vel ſi ſint de confratribus, non tamen occaſione confraternitatum, aut hoſpitalium.

Secundò eſt annot. quòd ſupradicta loca 2 quandoque contingit conſtrui cũ authoritate, & licentia Ordinarij, in quibus Miſſæ celebrãtur, & campanilia cum campanis conſtruũtur: & quandoque conſtruũtur abſque vlla Ordinarij licentia, ſeu authoritate, & nulla interueniẽte conſecratione, prout licitè vnuſquiſque facere poteſt. Nã nõ eſt reprehendẽdus, imò laudandus, qui deuotione motus, ſuæ domus partem deputet ad ſuſcipiendos peregrinos, & ibi hoſpitalitatem ſeruare; eſtò quòd nulla Superioris intercedat authoritas: vt per Glo. in clẽ. quia contingit, §. fin. in ver. Altaria, de relig. domib. Inn. Ant. de Butr. & alij in c. ad hęc eod. tit. His annotatis, ſit

Prima Concluſio.

REctores, & operarij hoſpitalium, & Cõfra- 3 ternitatum, quæ non fuerunt erectæ cum authoritate Epiſcopi, vel alterius Ordinarij, ad quem pertinet, nullo modo poſſunt dici perſonæ eccleſiaſticæ.

Probatur, quoniam huiuſmodi loca, licèt dici poſſint quodammodo pia; quia piæ operę in eis exercentur; tamen non poſſunt dici eccleſiaſtica: eo quòd poſſunt iterum ad profanos vſus redigi: vt habetur ex Inn. in c. inter dilectos, circa medium: ver. vel dic quòd melius videtur, de fict. eccl. Bal. in auth hoc ius porrectum, C. eo. Vndè prædicti miniſtri ſubſunt iuriſdictioni Principis ſæcularis: vt latè probat D. Frãciſcus de Ponte, conſ. 18. & alij, quos refert, & ſequitur Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 113. num. 21. cum plur. ſeq. vbi etiam probat, quòd ſupradicta loca nõ gaudent priuilegijs loci pij.

Nã ad conſtituendum locum pium, qui gau- 4 deat priuilegijs tria debent copulatiuè cõcurrere. Primò vt ſit locus, cui perſonæ ita adiunctę ſint, vt nequeant ſeparatim conſiderari: Secundò vt ſit ordinatus ad pia opera exercenda. Tertiò vt ſit approbatus, & ædificatus authoritate R. P. vel Ordinarij: imò n. 9. & ſeq. probat hęc loca dici propriè collegia profana, & ſæcu- 5 laria: & eorum bona poſſunt vendi, ac de illis diſponi, ſicut de alijs ſæcularium bonis.

Quod adeò verum eſt, vt de legato facto cõ- 6 fraternitati diſciplinatorum nõ erectæ vt ſupra a non poſſit ab Epiſcopo detrahi quarta a; ſicut poteſt ex legato facto pio, ac religioſo loco: quia huiuſmodi perſonę, non ſunt eccleſiaſticę: ſed merè laicę, & contra eas currit præſcriptio, ſicut contra priuatos. Hæc Mart. loco citato. Ex quibus patet, quòd hæ perſonę non comprehenduntur ſub diſpoſitione noſtri canonis, per quem prohibentur trahi perſonæ eccleſiaſticę ad Curias ſeculares.

Secunda Concluſio.

7 MIniſtri, ſeu Rectores hoſpitalium, ſeu confraternitatum laicorum, quæ fuerunt erectæ cum authoritate Rom. Pontificis. vel proprij Ordinarij, & habent cãpanilia cũ cãpanis, ac celebrantur in eis Miſſæ, Ordinarioque ſunt ſubiectæ, poſſunt dici quodammodo Eccleſiaſtici, quoniam de locis prædictis idem iudicatur, quod de Eccleſijs: & ipſa loca verè dicũtur Eccleſiaſtica: & pię cauſæ fauorem obtinent: & propterea, ſi quid eſt legatum, aut quocunque modo donatum, dicitur relictum ad pias cauſas: eo quòd concurrunt omnes cõditiones, quę requiruntur ad conſtituendum pium locum; de quibus diximus in præcedenti concluſione.

Imo, ſi non appareant requiſita ad hoſpitale
8 Eccleſiaſticum, & Confraternitates Eccleſiaſticas, præſumuntur tales, infraſcriptis concurrẽtibus, nempe ſi eſſent in forma Eccleſiæ; Item ſi Miſſæ celebrantur; Item ſi altare in eis appareat conſtructũ: & denique ſi adſint ibi campanilia, ſeu campanæ; quamuis ſolùm in feſtiuitatibus magnis celebraretur. Ita Mart. loco citato, cum alijs ab eo allegatis.

Tertia Concluſio.

b 9 MIniſtri. Rectores b, ac operarij dictorum locorum, quæ authoritate Rom. Pontificis, aut Ordinarij fuerunt conſtructa, licèt dicanquodãmodo Eccleſiaſtici: vt per Nauar. conſ. 3 de for. comp. in nouis: tamen regulariter non gaudent priuilegio fori Eccleſiaſtici, & canonis ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. niſi ſe, & ſua bona dictis locis pijs obtulerint, vt perpetuò ſtẽt, & ſeruiant in eis.

Probatur: quoniam idem diximus de Oblatis alicui Religioni, vt non gaudeant priuilegijs Eccleſiæ, niſi ſe, & ſua bona obtulerint, vt perpetuò ſtent. & ſeruiant in Religione: vt ſupra probauimus, q. 3. & eſt tex. in c. Eccleſiarum ſeruos, 12. q. 2 & latè habetur per Doctores, quos refert Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 111. Et ideò ſi prædicti non ſint. Item ex Oblatis vt ſupra, ſi trahantur ad forum ſæcularem, trahentes eos, non inciderent in excommunicationem noſtri canonis: nam perſonæ Eccleſiaſticæ intelliguntur hoc loco illæ dumtaxat, quæ ratione Eccleſiæ priuilegio fori gaudent.

Dixi, ſi non ſunt ex Oblatis: quoniam Iudices trahentes oblatos ad tribunalia ſæcularia, cenſuram noſtri canonis cõtraherent: eo quod dicerentur trahere perſonas Eccleſiaſticas: fori priuilegio gaudentes, iuxta ea, quæ docet Sayr. in explicatione præſentis canonis, lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 19. num. 7.

Quara concluſio.

10 MIniſtri, ſeu Rectores dictorum locorũ, quę authoritate vt ſupra Ordinarij fuerũt cõſtructa, licèt hõ ſint Oblati; ſemper tamen conueniendi ſunt coram Iudice Eccleſiaſtico pro reddendis rationibus. Ita colligitur ex tex. in c. iudicatum, in ver. Quod ſi ita eſt diſtrictè, & c. 89. d. Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 9. Abb. in c. decernimus, n. 9. de Iudic. & alij, quos refert, & ſequitur, Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 158. in fine.

Non tamẽ ſi trahantur per Iudicem ſæcularem ad eius tribunal, trahentes vi noſtri canonis videntur alligari: quoniam non dicuntur trahere perſonas formaliter Eccleſiaſticas, quæ ratione Eccleſiæ ſimpliciter gaudẽt fori Eccleſiaſtici priuilegio; ſed re vera trahunt perſonas ſimpliciter ſæculares, etſi quodammodo Eccleſiaſticas, iuxta ea, quæ docet Nauar. conſ. 3. de for. comp. in nouis: ratione Eccleſiæ, cui cooperantur.

Poſſet fortè Iudex ſæcularis incidere in excommunicationem, quæ ſupra in canone 14. cõtinetur, ſi huiuſmodi cauſas ſibi auocaret á Iudicibus Eccleſiaſticis, & tractetur maximè de reddenda ratione vaſorum ſacrorum, veſtium ſacerdotalium, & ſimilium, quæ ad vſum ſpiritualium ſunt deputata, nec conuerti poſſunt ad humanum vſum Nam tunc cùm tractetur de cauſa ſpirituali annexa, iuxta ea, quæ ſupra diximus in d. c. 14. q. 5. videtur excommunicationę dicti canonis alligari. Vel certe ſaltem incurreret canonem 16. latum cõtra Impedientes Prælatos Eccleſiaſticos, ne ſua Eccleſiaſtica iuriſdictione vtantur. Aut denique alligaretur excommunicatione contenta in can. 17. conſtituta cõtra vſurpantes iuriſdictionem Eccleſiaſticam.

Quinta Concluſio.

11 SI inter Miniſtros, & confratres ſupradictarũ: confraternitatum, ſeu hoſpitalium laicorum controuertatur de præcedentia, tunc cognitio talis cauſæ pertinet ad Epiſcopum: ſiue confraternitates, & hoſpitalia ſubſint Ordinario, ſiue nõ ſubſint: vt quia non ſint fundata cum Superioris authoritate.

Probatur: quia cauſa præcedentiæ, eſt ſpiritua-
12 lis; cauſarum autem ſpiritualium cognitio pertinet ad Iudices Eccleſiaſticos: Ita contra Vincent. de Anna, in ſingul. 90. tenet Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 13. per Conſtit. Greg. XIII. publicatam ſub die 17. Iunij 1583. quæ incipit: Expoſcit paſtoralis officij: & latè habetur ex Nauar. conſ. 3. de for. comp. in nouiſ. & ex additis Steph. 40. in ſum. Bull. in ver. Præcedentia in fine. Vbi etiam concluditur, confraternitates huiuſmodi non
13 poſſe compelli ab Epiſcopo, & cenſuris diſtringi, vt accedant ad publicas proceſſiones. Idem habetur ex dec. Mart. 232. nu. 6. Niſi adſit conſuetudo in contrarium.

Quod dixi de cauſa præcedentiæ, idem dicẽ-
14 dum eſt de reliquis ſpectantibus ad ſpiritualitatem, & pietatem: iuxta declarationem Nauar. loco citato: quoniam in his omnibus cognitio ſpectat ad forum Eccleſiaſticũ; licèt quoad reliqua ſubſint Curiæ ſæculari; cùm huiuſmodi perſonæ non dicãtur Eccleſiaſticæ: niſi ſecundum quid: vt ait ibi Nauar. Vndè hæc omnia dicenda ſunt quoad cenſuras incurrendas, iuxta ea, quæ ſupra diximus in 4. concl.

Sexta

Sexta Concluſio.

15 CONfraternitates, & hoſpitalia merè laicorũ, quæ ſunt de iuriſdictione ſæcularium, & Ordinario non ſubijciuntur, in multis Ordinariorum iuriſdictioni ſubijciuntur. Nam Epiſcopi poſſunt huiuſmodi loca viſitare pnſt mortẽ Fundatoris, & poſſunt priuare Rectores eorũdem, per hæredes deputatos; ſi in adminiſtratione malè ſe geſſiſſe comperiantur.

c Quod verum eſt, etiam ſi teſtator c, qui illa
16 ædificauit, prohibuiſſet, ne Epiſcopus in tali re ſe intromittat: vt in Cõc. Trid. ſeſſ. 7. c. fin. quoniam teſtator non poteſt facere, quin leges in ſuo teſtamento locum habeant.

Hinc teſtator non poteſt Eccleſiam ab here-
17 ditate excludere; ſi hæres inſtitutus Religionẽ ſuerit ingreſſus: vt latè habetur per Ant. de But. Felin. Bal. & alios in c. in præſentia, de probat. Panor. in c. Eccleſiæ S. Mariæ n. 55. de conſt. & alij relati à Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 80.

Non tamen viſitari poſſunt ab Epiſcopo lo-
18 ca pia, quę ſub Regũ d immediata protectione
d ſũt, ſine eorũ licẽtia: vt in Cõc. Trid. ſeſſ. 22. c. 8.

Item Epiſcopi poſſunt videre cõputa, & cognoſcere de adminiſtratione Rectorum, niſi in fundatione, ex Indulgentia Eccleſiæ eſſet ſuper hoc diſpenſatum, vt Epiſcopi nullam quoad id habeant authoritatem: vt habetur ex Graff. in explicat. præſentis canonis, lib. 4. dec. p. 1. c. 18. n. 143. & fuit decretum penes ſacram Congregationem Concil. declaratione 184. & habetur per Epiſcopum Minorenſem in ſua praxi Epiſcopali, par. 1. in ver. Hoſpitale: vbi plura de hac materia cumulauit: & Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 113. n. 30. & 31. Quibus etiam adde ea quæ habentur ex Gratian. in deciſionibus March. deciſ. 188.

Quoad cenſuras autem, quæ per contrauenientes incurri poſſunt; ex dictis patet quid ſit dicendum.

ADDITIO.

a Quarto. Non tamen ſequitur, quin Epiſcopus poſſit, tranſacto anno, eſſe executor huiuſmodi legati: nã eſtò quòd legatũ factũ eiuſmodi Confraternitatibus non dicatur propriè piũ; nihilominus Epiſcopus, elapſo anno, à iure teſtamentarijs, ſeu executoribus cõceſſo, eſt executor, etiã quoad legata prophana, vt latè poſt alios probat Pereira in tr. de manu Regia p. 1. c. 16. n. 5. & P. Diana de immun. eccl. reſol. 98. vbi etiam reſol. 99. cum Guttier. pract. qq. lib. 2. q. 49. n. 5. 6. & 7. & Io. de Heuia in Curia Philippica p. 1. §. 5. num. 26. inquit, quòd quando Clericus inſtituit hæredem alium clericum, vel laicus condidit teſtamentum ad pias cauſas, poteſt iudex laicus dicta teſtamenta publicare, licèt contrarium doceat Barboſ. in l. hæres abſens. ff. de iudicijs num. 189. Io. Vincent.

b Rectores. Adde Decian. tract. ctim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 41. Carol. de Graſ. de effect. cleric. effect. 1. ampliatione 19. num. 126. D. Cæſar.

c Teſtator. Adde hic Vgol. de poteſt. epiſc. 24. §. 1. n. 3. Roccher. de poteſtate Ordin. in exẽptos, p. 4. q. 53. Zerol. in praxi Epiſcopali, p. 1. ver. hoſpitale, n. 2. Mart. de iuriſd. p. 4. cent. 2. caſu 82. n. 14. & caſu 113, Ricc. p. 4. dec. 209. Fiſc. de viſit. lib. 2. cap. 12. nu. 7. & 8. alios. Eſt tamen verum, quòd hæc ſententia limitatur, vt locum nõ habeat, quando Epiſcopus in ipſa fundatione cõſenſit, vt habetur ex Perez. de Lara de anniuerſ. & cappellan. lib. 2. cap. 1. n. 48. Guttier. in repet. l. nemo pnteſt, ff. de legatis primo, n. 451. iuncto conſ. 1 n. 1 Gonzal. ſuper 8. Reg. Canceli. Gloſ. 5. nu. 41. Imò idem dicendum videtur, quando Fundator in ipſa fundatione Epiſcopum à viſitatione excluſerit, etiam ſi Epiſcopus non conſentiat. Ita Azeued. tom. 2. lib. 4. tit. 1. leg. 10. nu. 29. Muta dec. 28. num. 29. Carol. de Graſ. de effectu Cleric. effectu 1. num 610. Farinac. tom. 1. p. 2. dec. 33, qui teſtatur ita fuiſſe deciſum per Rotam Romanam in vna Abulenſi, Ricc. in collect. 1227. & 1228, & Garz. de beneficijs to. 1. p. 1. c. 2. n. 98. & n. 104. dicens ita nouiſſimè declaraſſe Paulum V. die 7. Aprilis, 1606, in cauſa Abulenſi pro Comite de Oropeſa contra Epiſcopum, vt in eius breui ſub annulo Piſcatoris. Sed re vera probabilior nobis videtur prior ſẽſentia cum ſupradicta limitatione; quia teſtator non poteſt facere, quin leges in ſuo teſtamento locum habeant. Et quamuis Epiſcopus non poſſit conſentire in præiudicium, & derogationem iuris acquiſiti epiſcopatui, poteſt tamen, iuri quærendo præiudicare: & licèt prædictam limitationem non admittat Feder. Senenſ. conſ. 247. & alij; nihilominus poſt Conci. Trident. ſeſſ. 22. cap. 8. & 9. id videtur non poſſe inficiari: ſiquidem, vt notat Gonzal. loco citato num. 48. cùm Eccleſiæ, & loca pia fundari nequeant citra Epiſcopi conſenſum, præſupponendo Concilium validam fundationem, diſponit, quòd clauſula, & conditio expreſsè appoſita, quòd Ordinarios non ſe intromittat eſt ſeruanda; atque adeò ſi Epiſcopus in fundatione conſentiat, non poteſt locum pium viſitare. Et hanc ſententiam tenet Barboſa de poteſtate Epiſcopi, p. 3. allegat. 75. n. 9. qui ait prædictas Cardinalium declarationes eſſe intelligendas de hoſpitalibus, quæ à laicis reguntur, quaſi merè laicalia, ita vt non publica, ſed priuata ſint loca. Vel ſi loquantur de hoſpitalibus publicis, declarationes ipſas non habere locum in caſu negligentiæ, iuxta ea quæ habentur ex Garz. loco citato: nam Fundator non poteſt prohibere, ne Epiſcopus ſe intromittat circa implementum, & executionem eorum, quę ad pias cauſas relinquuntur, vt in c. tua nobis, §. 1. de teſt. latè Bobad. in polit. lib. 2. c. 17. nu. 102. cum alijs, quos allegat. Quod tamen limitatur, quandò in caſu negligentiæ Fundator, ſeu teſtator alios exequutores ſubſtituerit, iuxta ea, quæ habentur per Couar. in d. c. tua nobis nu. 2. & alios. Quæ quidẽ limitatio nobis non probatur; nam Epiſcopus de iure non poteſt prohiberi ne adimplendam curaret exequutionẽ eorum, quæ ad pias cauſas relinquũtur, & cognoſcere, an ſubſtituti executores ſint diligentes. D. Cæſar.

d Regum. Adde quòd licèt Epiſcopus vigore Conc. Trid. non poſſit viſitare hoſpitalia. & Cõfraternitates, quæ ſub Regum immediatè pro-

rectione sunt; nihilominus non desunt, qui velint posse Episcopũ visitare in dictis locis ornamẽta, & quæ pertinẽt ad diuinũ cultũ. Ita Gab. Pereira in tract. de man. Regia p. 2. c. 17. n. 12. & id per ea, quæ habentur in c. 2. in fine, de custod. Euchar. & toto tit. de reliq. & vener Sanctor. Panor. c. vlt. de censib. & Paris. cons. 34. contra Barbos. de potest. episc. p. 3. alleg. 75. n. 16. Vgol. de potest. episc. c. 24. §. 1. n. 3. & alios. Don Cæsar.

An Episcoporum, ac etiam aliorum Clericorum, eorum Ecclesiarum serui, atque coloni possint dici personæ Ecclesiasticæ, ita vt gaudeant priuilegio fori & trahentes eos ad forum sæcularem, incidãt in excommunicationem nostri canonis. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Serui Ecclesiasticorum quidam dicuntur a seruando, vt sunt mancipia: & quidam a seruiendo: vt sunt famuli seruientes pro mercede.*
2 *Serui, ac tota familia Episcoporum gaudent priuilegio fori Ecclesiastici, tam in ciuilibus, quam in criminalibus.*
3 *Famuli, ac serui episcoporum, quamuis gaudeant priuilegio fori Ecclesiastici; non tamen dicuntur propriè Ecclesiastici, & ideò trahentes eos ad forum sæcularem, non incidunt in censuram huius canonis; sed in eam fortè, quæ habetur infra, can. 17.*
4 *Serui, seu mancipia, ac famuli perpetui clericorum, eorumque Ecclesiarum gaudent priuilegio fori Ecclesiastici, & immunitatis. Idem dicendum est de conductitijs, & temporalibus famulis, dum sunt in eorum seruitio.*
5 *Priuilegia concessa scholaribus, extenduntur ad eorum famulos; quamdiu in ipsorum seruitio sunt. Idem dicendum est de priuilegijs concessis militibus, ac clericis.*
6 *Famuli clericorum gaudent ipsorum priuilegio etiam si habitum non deferant, nec tonsuram. Idem militat in clericorum colonis commensalibus.*
7 *Coloni Ecclesiarum, clericorum, & eorum bonorum, regulariter conueniuntur coram iudice sæculari, etiã ab ipsis clericis.*
8 *Salinas ementes ab Ecclesia, tenentur soluere pedagium, si vectigalia ordinaria sint, secus autem si extraordinaria.*
9 *Coloni ecclesiarum, quibus casibus sunt de foro Ecclesiastico.*
10 *Vxores clericorum coniugatorum, an, & quando gaudeant priuilegio fori ecclesiastici.*
11 *Concubina clerici gaudet priuilegio fori ecclesiastici.*
12 *Clerici concubinarij variis afficiuntur pœnis.*
13 *Famuli dictum seruientes clericis, non gaudent priuilegio fori ecclesiastici, sicut nec alij famuli, qui non sunt clericorum commensales.*
14 *Famulos clericorum trahentes ad forum sæcularem, non incidunt in excommunicationem huius canonis, sed potius fortè in illam can. 17. eiusdem nostræ Bullæ.*

1 PRo determinatione huius difficultatis, est annot. quòd episcoporum, ac etiã Clericorum, eorum Ecclesiarum serui sunt in duplici differentia. Nam quidã simt verè, ac formaliter serui, vt sunt illi, qui libertate penitus carent, & nascuntur ex ancillis, aut fiunt ex captiuitate iure gentium: quapropter à seruando dicuntur: 1 quoniam Imperatores captiuos vendere, ac ob id seruare, nec occidere solent; qui etiam manci pia nuncupatur: eo quòd ab hostibus manu capiunntur, vt in §. serui autem, il primo in init. de iur. person. Vel serui fiunt de iure ciuili, cùm homo liber, ad pretium participandum se venundari passus est, vt in §. serui autem, il secondo, eod. tit.

Quidam autem serui, tales appellantur largo modo, vt sunt famuli, seruientes pro mercede: qui non à seruando; sed à seruiendo dicti sunt, vt per Abb. in rub. de Iudæ.

Horum, quidam perpetuò operas suas locant clericis, seu eorum Ecclesijs: & quidam ad tempus. Et istorum alij ad longum tempus, vt potè ad annum, vel supra; & alij dietim seruiũt: vt sũt conducti sub certa diurna pẽsione: sicut cõduci solent operarij; etiam cum pacto, vt per annũ non possint locare operas suas alteri, & habitant extra domum clericorum.

Suot denique famuli in largissima significatione: vt sunt cõductores, seu coloni clericorũ, seu eorum Ecclesiarum bonorũ: de quibus omnibus videndum est, an dici possint personę Ecclesiasticæ, ita vt gaudeant priuilegio fori: & trahentes eos, incidant in excommunicationem nostri canonis. Sit igitur.

Prima Conclusio.

a SErui, ac tota familia a Episcoporum gaudẽt
2 priuilegio fori Ecclesiastici: tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, tex. est in c. fin. & ibi cõmuniter DD de offic. Archid. Panor. in c. 2. n. 6. de for. compet. & alij, quos refert, & sequitur Mart. de iurisd. p. 4. casu 111. n. 3. Familiæ autem appellatione, qui veniant supra diximus, can. 13: quæst. 7.

Non tamẽ istæ personæ dicuntur formaliter
3 Ecclesiasticæ, & ideò, quamuis gaudeant priuilegio fori; nihilominus trahentes eas ad Curias sæculares, non videntur incidere in excommu-
b nicationem nostri canonis b; sed in cẽsuram fortè, quæ continetur infra, can. 16, aut 17. ixuta ea, quæ supra annotauimus in præcedẽti, q. con. 4. Limitatur hæc conclusio, vt locum sibi nõ vendicet in illis seruis, qui dietim seruiunt vt sunt operarij quoniam isti de familia proprie nõ dicuntur. Idem dicendum est de conductoribus bonorum ecclesię, vt infra, Deo duce, dicemus.

Secunda Conclusio.

4 SErui, seu mancipia, ac famuli perpetui clericorũ, eorũque Ecclesiarum gaudent priuilegio fori Ecclesiastici, sicut gaudẽt eorũ domini, tex. est in c. Ecclesiarum seruos, 12. q. 2. c. indicatum 89. d. l. 1. & 2. C. de episcop. & cleric. Capyc. dec. 22. Gram. vot. crim. 33. & alij, quos ipsi allegant.

Ampliatur primò hæc conclusio, vt locũ sibi vendicet, etiã quoad priuilegium immunitatis

circa

circa onera ſoluenda: vt per DD. in d. c. Eccleſiarum ſeruos: quoniam eodem priuilegio gaudet ſeruus, quo gaudet ipſius Dominus. Et hoc adeò verum eſt, vt apud Doctores nullam eſſe controuerſiam refert Mart. loco citato, n. 1.

Secundò ampliatur, vt non modò famuli, & ſerui clericorum perpetui gaudeant priuilegio fori Eccleſiaſtici, ſed etiam famuli conductitij, & temporales, dum ſunt in ipſorum ſeruitio, ac famulatu. Ita Gloſ. in c. clericum, in prin. 11. q. 1. in d. c. Eccleſiarũ ſeruos, & in c. eos, d. 32. Barb. in add. ad Panor. in c. 2. de for. comp. Socin. in c. 1. eod. tit. Marant. de ordin. iud. p. 4. diſt. 11. n. 4. Cardin. in clem. 1. q. 17. de vit. & honeſt. cler. & Mart. ibidem num. 6.

Confirmatur quoniã priuilegia cõceſſa ſcholaribus in auth. habita, C. ne fil. pro patr. circa declinatoriam fori, & alia ibi contenta; extenduntur etiam ad famulos ſcholarium, quandiù ſunt in eorũ ſeruitio, & non vltra: quia priuilegio nõ gaudent per ſe, ſed fauore Dominorum: vt probatur in d. auth. in illis verbis: *Tam ipſi, quã eorum nuncij*: & latè ibi habetur per Bal. Salyc. & alios, quos refert, & ſequitur Horatius Lucius in tract. de priuil. ſchol. in fine tract. nu. 2. Ergo idẽ dicendum eſt à fortiori de famulis, & commenſalibus clericorum, qui ſub eodem tecto ſunt corpore, ac dentibus, vt gaudeant eorum priuilegijs quãdiù in eorum famulatu exiſtant. Et tanto fortiùs quoniam idem dicitur de mihtũ familiaribus: nam ſcutifer, & alij eorum familiares neceſſarij, & commenſales; quæ cõmenſalitas corpore, ac dentibus fieri dicitur in propria domo eorum Dominorum, vt in c. fin. de verb. ſignif. in ſexto. Bald. & Cyn. in l. 1. C. ne vxor pro mar. gaudent ipſorum militum priuilegio.

Tertiò ampliatur concluſio, vt ſit vera, etiam ſi clericorum famuli non deferant habitum, & tonſuram: nam adhuc gaudent priuilegio fori; vt bene docet Laur. Calcan. conſ. 7. & Epiſcop. Minorẽ in ſua praxi epiſc. in ver. epiſcopus, p. 1. verſ. Decimoprimo.

Quartò ampliatur, vt etiam ſerui ruſtici eccleſiæ priuilegio gaudeant eccleſiaſtico, ita vt trahi nõ poſſint ad ſæculares Curias: vt per Socin. in d. c. 2. in 18. declaratione, de for. cõp. quod quidem intelligendum eſt de colonis commenſalibus clericorum, iuxta ea, quæ ſupra diximus: aut de mancipijs, & famulis perpetuis. Etenim Coloni Eccleſiarum, & Clericorum, ac conductores ſuorum bonorum regulariter poſſunt coram ſæculari Iudice conueniri, etiam ab ipſis clericis: vt habetur ex Specul. In tit. de comp. Iud. §. 1. n. 27. Panor. & alijs in d. c. 2. de for. cõp. Feder. de Sen. conſ. 13. n. 9. Capyc. dec. 12. nu. 2. Clar. in §. fin. q. 35. ver. Quæro num quid, & alij. Ratio autem hæc eſt: quia huiuſmodi perſonæ non excipiuntur à regula tex. in c. cùm ſi generale, de for. comp. Vndè clericus ſi fuæ Eccleſiæ fructus vendit, emptor non gaudet priuilegio Eccleſiæ, ſed tenetur ſubire onera, ſicut de bonis proprijs. Ita Imol. in clem. fin. de cenſib.

Quocirca ementes ſalinas ab Eccleſia tenentur ſoluere pedagium, maximè ſi vectigalia ordinaria ſint; ſecus autem ſi ſint extraordinaria, Bart. in l. licitatio, §. mercatores, ff. de publ. & vectigal.

Sic etiam ſi quis locauit fundum ad penſionẽ percipiendam in pecunia, vt fructus omnes remaneant apud colonum, dominus ad tributa non tenetur; ſed ipſe colonus, niſi conſuetudo aliter ſe haberet: vt per Bar. in l. 1. & ibi Gloſ. in ver. fructus, C. de annon. & trib. lib. 10. quoniam onus collectarum reſpicit fructus.

Eſt tamẽ verum, quòd Coloni, & conductores prædicti in pluribus caſibus poſſunt eſſe de foro eccleſiaſtico.

Primus caſus eſt: quando eccleſiaſtici neceſſariò comparere debent in Iudicio moto contra dictos colonos, ſeu conductores ad coſdem defendendos ratione euictionis: quoniam hoc caſu cognitio talis cauſæ pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticũ: eo quòd denunciatio, quæ fit clerico vẽditori à laico pulſato ſuper iudicio euictionis, iuxta tex. in l. emptor, C. de euict. & c. fi. de emp. & vẽd. debet fieri cotã Iudice Eccleſiaſtico: vt habetur ex Cagn. in l. vẽditor, ff. de iud. & Card. Zabar. in clem. cauſam, §. fin. de elect. Vndè ſi denunciatio huiuſmodi non fieret coràm Iudice Eccleſiaſtico, nulla eſſet; per ea, quæ dicit Bart. in l. 3. ff. de teſt. meritò igitur, quando Eccleſiaſtici à dictis colonis, & conductoribus formaliter denunciãtur in iudicio, cauſam poſſunt trahere ad Iudicem Eccleſiaſticum, vt bene docet Rip. in c. decernimus, nu. 2. & 4. de iud. Præpoſ. in c. clericum, il. 2. 11. q. 1. & Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 112. n. 10. & caſu 34. nu. 13. Vbi latè diſputat contra nonnullos hanc materiam, & concludit, quòd quando Clericus vẽditor formaliter denunciatur in Iudicio ſæculari, & ita diceretur defenſor neceſſarius, tunc poteſt trahere cauſam ad Iudicem Eccleſiaſticum.

Secundus caſus eſt, quando colonus, ſeu conductor efficitur generalis adminiſtrator bonorũ Eccleſiæ: nam tunc debet conueniri coram Iudice Eccleſiaſtico: vt bene docet Gloſ. in c. iudicatum, 89. d. & Abb. in c. 2. ſub num. 6. de for. comp. Et ratio eſt quoniam ſemper conueniretur nomine Eccleſiæ, & nunquam proprio; ergo & coram Eccleſiaſtico Iudice conueniri debet, vt ait Mart. in d. caſu 112. num. 11.

Tertius caſus eſt, vbi coloni, & conductores prædicti ſe obligauerũt in forma Cameræ Apoſtolicæ: quoniam vigore huiuſmodi obligationis ſe ſubmittunt iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, vt per Couar. lib. pract. qq. c. 35. n. 2. verſ. Quintò non video, & Mart. loco citato: n. 12. & 13.

Quartus caſus eſt vbi tractatur de conductoribus decimarum: nam eſtò quòd laici ſint; cõueniendi tamen ſunt coram Iudice Eccleſiaſtico: Etenim decimarum cauſa in vniuerſum ſiue quæſtio facti ſit, cùm quæritur, an Meuius debitam decimam perſoluerit, vel An ipſe ad decimarum ſolutionem teneatur, vel alius: ſiue iuris cùm agitur cuius ſit decimarum ius, coram eccleſiaſtico iudice tractanda eſt; non autem coràm Iudice laico: vt latè probat Azor. lib. 7. Inſt. Moral. c. 36. à q. 1. ad 7 incluſiuè. Vbi etiam q. 8. docet, quid dicendum ſit de fructibus decimatis.

Imò & ipſi Eccleſiarum, & clericorum coloni, ac conductores, tunc demum coram ſeculari Iudice trahi poſſunt pro fructuum, ac pẽſionũ ſolutione, quando ipſi coloni, ac conductores res ipſas, non Eccleſiæ; ſed ſuas proprias aſſerũt; ſecus autem ſi clarè conſtet, vel ſaltem non negetur Eccleſiaſticas eſſe: nam tunc debent coràm

eccleſiaſtico Iudice conueniri. Ita colligitur ex tex.in c.ſi clericus laicum,de for.compet.cuius tenor eſt,qui ſequitur. *Si clericus laicum de rebus ſuis, vel Eccleſiæ impetuerit, & laicus res ipſas non Eccleſiæ eſſe, aut clerici, ſed ſuas proprias aſſeuerat, debet de rigore iuris ad forenſem Iudicem trahi: cum actor ſequi reū ſecundū debeat: licèt in pleriſque partibus aliter de conſuetudine habeatur.*

Hoc pacto hunc tex.interpretantur Inn. ibi, quando agitur ex legato,vel locato,& ſimilibus Panorm.num.12.circa finem,& alij Canon. in eodem cap.Lap.allegat.58.ſub n.6. Freder.de Sen.cõſ.245.in fine,& Azor.in d.q.8. ver.quarto quando conductor. Ad idem facit tex. in c. iudicatum, 89. d. vbi Gloſ. in ver.eos: Archid. Præpoſ.Turrecrem. & Aegid.collect.in c.2.de for.comp.ſub n. 5. Specul in tit.de competen. iud.addict.ſub n.27. ver. Vigeſimus ſeptimus, Gabr.conſ.37.lib.2.& alij.

Sed quicquid in hac re de iure dicendum ſit Mediolani nihilominus in concordia inita inter forum Archiepiſcopale, & forum ſæculare Ciuitatis eiuſdem ſuper cõtrouerſia exorta occaſione conſuetudinis trahendi laicos ad forum eccleſiaſticum,aliter ſeruatur: vt in cap. 5. eiuſdem concordiæ,tenoris ſequentis. *Si vero Eccleſiæ,Clerici, ſeu perſonæ eccleſiaſticæ agere voluerint ad cõſecutionem Primitiarum,Decimarum,& aliarum Eccleſiaſticarum obuentionum, ſeu Legatorum piorum,fructuum,penſionum, vel fictorum ſimplicium, aut ficiorum perpetuorum,ſeu libellariorum,& cenſuum, ac dependentium; contra laicos conductores, colonos, emphyteutas, libellarios, penſionarios, cenſuarios ſeu alias ex præmiſſis cauſis debitores Eccleſiæ, Clerici, ſeu perſonarum Eccleſiaſticarum vtr talium vt ſupra, agere poſſint tàm in foro eccleſiæ, quàm in ſæculari, & hoc indiſtinctè, ſiue de credito conſtet per ſcripturam publicam,vel priuatam, ſiue non. Quod ſi agere voluerint contra alios debitores, puta ex cauſa mutui, depoſiti, aut pretij rei Eccleſiaſticæ venditæ,aut quocunque alia ex cauſa, poſſint ſi velint partier agere contra laicos tàm in vno, quàm in alio foro; dummodo conſtet de credito per publicum inſtrumentum, vel ſcripturam priuatam ſubſcriptam manu debitoris, vel alterius de illius mandato, ſaluis tamen iis priuilegiis, quæ Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis perſonis reſpectiu fori, de iure communi competunt pro conuentionalis laicis in foro Eccleſiaſtico.*

Quintò ampliatur dicta concluſio,vt eodem 10 eccleſiaſtici fori priuilegio gaudeant vxores clericorum cõiugatorum, iuxta diſtinctionem traditam à Panor. in d. c. 2. de for.comp.ſub n. 7. licèt prædictam diſtinctionem non admittat Andr. Barbat. ibi in add. ad Panor. quando vir eſt promotus ad Sacros Ordines: quod fieri poteſt de conſenſu vxoris: quia tunc vxor non cohabitat cum viro clerico coniugato.

Sextò ampliatur vt eodē priuilegio gaudeat 11 t clerici concubinarij, vt per Gloſ. in c.eos qui, c 32.d.& c. clericum, 11.q.1.Hinc ſtatutum editū contra concubinas clericorum dicitur contra libertatem eccleſiaſticam, vt latè probat Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 44. Et nos latius ſuo loco, Deo duce,dicemus.

Non tamen ex hoc ſequitur, clericos concubinas habere poſſe: imò ſicut id inhibetur laicis; ita multò magis inhibetur clericis,l.eũ qui: C. de epiſc.& cler.c.nullas.& c.præterea,23.d.& c. veſtra, de cohab.cler.& mul. Quod adeò verum 12 eſt, vt clerici concubinarij vltra alias pœnas cõtra eos à iure ſtatutas priuentur beneficijs; ſiue publici ſint, ſiue occulti, vt in c.à multis,de ætat.& qual.& Abb.in c.ex parte,de reſt.& ſiue ſint in maioribus conſtituti; ſiue in minoribus, vt per Bart.in l.in concubitu,circa medium,ff. de concubin.

Hæc autem,quæ diximus,limitantur,vt locũ 13 ſibi nõ vendicēt in illis famulis,qui inſtar operariorũ ex denario diurno dietim, vel per hebdomadas ſeruiunt eccleſię epiſcopis.& aliis Prælatis eccleſiaſticis, ac clericis;nam iſti non gaudent priuilegio fori: ſicut nec etiam familiares licentiati: vt habetur ex Sebaſt. Sap. in add.poſt Panorm.in d.c.2.ſub n.6.de for.comp.

Imò famuli clericorum conducti ſub diurna quadam penſione; ſicut conduci ſolent operarij; cum pacto, vt per annũ non poſſint alteri ſuas operas locare, adhuc non gaudent priuilegio fori eccleſiaſtici; quoniã huiuſmodi famuli, non ſunt commenſales; nam conſtituunt proprium fumigantem: atque adeò non dicuntur eſſe ſub eadem domo clericorum etiam ſi inhabitent in eadem domo,& ſub eadem claui: per ea,quæ dicit Angel.in l.quis ſit fugitiuus,ff. de edil.edic. Surd.in tract.de alim.tit.4.q.15.n.6.& Andr. Barbat.in add.ad Bal.in l.fin.C de coſſat.

Serui autem,qui non ſunt commenſales, nec actu ſeruiunt,nõ potiuntur priuilegio fori prædicto quoniam iura loquentia de priuilegio famulorum huiuſmodi, ſunt interpretãda de cõmenſalibus: ſicut Regula Cancellariæ, De iure patr. Benefic. vac. per obit. familiaris Cardin. intelligitur de commẽſali: vt per Gomez.in d. Regul. q.13. & hoc pacto eſſe intelligendam opinionem contrariũ ſentientium, ait Mart. de iuriſd.p.4.caſu 111.à n.10.vſque ad finem.

Non tamẽ puto, quòd prædictæ perſonę gau- 14 dentes priuilegio fori eccleſiaſtici, ſi trahantur ad forum ſæcularem per ſæculares iudices, trahentes eos incidãt in excommunicationẽ præſentis canonis; quoniã non ſunt propriæ perſonæ eccleſiaſticæ; nã perſonæ eccleſiaſticæ dicũtur, quæ per receptionem Ordinis, aut per cõuerſionem ad aliquem religioſum ordinem, eximuntur à laicorum iuriſdictione, vt diximus, q.3.& hanc ſententiam tenet Alter. in explicat. huius can.c.1.col.10.in ver.ſexto dubitatur.

ADDITIO.

a Familia. Adde hic Farinac.de inquiſ.q.8.nu. 46. Ambroſin. de immunit. c.22.n.13. Carol.de Graſ.de effect.Cler.effect.1.n.128. Marius Anton.lib.3.variar.reſolut.reſolutio.73. Barboſ.de poteſt.epiſc.p.3. c.107. num. 9. vbi id extendit ad Notarios Curiæ epiſcopi, ad Fiſcalẽ,cuſtodes carcerum,Lictores,alioſque conſimiles. Et Iul. Clar.lib.5. quæſt.35.n.11. extendit quoque huiuſmodi priuilegiũ ad famulos,domeſticos, ac familiares Cardinalium: nã Romæ obſeruari putat cum Zabarel. Clem.ne Romani,de elect. vt Cardinalium famuli ad ipſos Cardinales puniendi remittantur: quamuis hodie contrarium ſeruari teſtetur Farin.loco citato, Scac.in tractat de Iudic.p.1.c.11.n.22. Carol. de Graſſ. vbi ſupra,num.147. & ſequenti,& ita practicari

à viris fide dignis audiuiſſe teſtatur Bonac. hic diſp. 1 q. 16. ſect. 1. pun. 3. num. 7. vbi etiam ait, quoſdam velle, hoc idem priuilegium extendi ad duos familiares Refereodariorũ vtriuſque ſignaturæ ex motu proprio Pauli iij. quòd incipit *Ex hac conſideratione.* & eſt 23. in ordine §. 9. quod non placet ipſi Bonac. quoniam ſi bulla illa rectè perpendatur, non eximit illos à laica poteſtate, ſed ab Eccleſiaſticis Iudicibus, illoſque Romano Pontifici immediatè ſubijcit. Adde hic eundem Carol. de Graſ. loco citato, num. 146. & ſeq. & alios ab eo relatos, exiſtimantes eodem priuilegio potiri famulos, & filios Clericorum. et vxores clericorum Græcorum. Verùm contrarium vſu receptum eſſe arbitratur idem Bonac. n. 8. D. Cæſar.

b Canonis. Adde Alter. hic diſp. 16. c. 1. dub. 6. Regin. lib. 9. ſuæ praxis num. 354. & 355. & Bonac. hoc eodem loco diſp. 1. q. 16. ſect. 1. pun. 3. ſub num. 3. in verſ. addunt: ibi, verum cum huiuſmodi &c. Abb. Alex.

c Concubina. Etenim concubinatus punitio pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum, vt patet ex Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 8. Barboſ. in collect. lib. 1. tom. 1. tit. 35. c. 1. num. 3. Azor. p. 2. Inſtit. moral. lib. 3. c. 13. q. 2. & Diana de immunit. Eccleſ. reſol. 87. vbi etiam reſol. 88. probat ex Azor. loco citato q. 3. Barboſ. de poteſt. Epiſc. p. 3. allegat. 107. num. 8. & ex alijs, Iudicem Eccleſiaſticum in criminibus mixti fori, poſſe laicos ſine auxilio brachij ſæcularis in carcerem detrudere. Abb. Alex.

Ibi (*Capitula, conuentus, collegia, &c.*) Quid ſint capitula; conuentus, & Collegia Eccleſiaſtica. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum, licèt aliquando ſumatur pro loco vbi Canonici congregantur, tamen hoc loco ſumitur pro Canonicorum Collegio: ſicus Conuentus, monachorum Collegium denotat.*

2 *Collegium, dicuntur perſonæ ſimul cohabitantes, vnde tres perſonæ faciunt Collegium.*

3 *Capitula, conuentus, & Collegia Eccleſiaſtica idem ſignificant.*

1 REſpondetur, quòd Capitulum, licèt quandoque ſumatur pro loco, vbi canonici cõgregantur, & alijs modis, de quibus Panor. in c. in cauſis de elect. & Syl. in ſum. in ver. Capitulũ, in prin. tamẽ capitulum hoc loco, ſumitur pro Canonicorum Collegio, quod multorum congregationem Eccleſiaſticorum denotat: vt in c. capitulum, & ibi Doct. præcipuè Io. Andr. de reſcr. quoniam non locus, ſed perſonæ ad tribunalia trahuntur.

Sic etiam Cõuentus ſumitur pro monachorum Collegio, vt in c. edoceri, de reſer. Et Collegium, dicuntur perſonæ ſimul cohabitantes: vt in l. 1. ff. quòd euiuſ. vniuer. nom. & eſt cõgregatio quædã, quam ad minus tres facere poſſunt l. Neratius, ff. de verb. ſignific. & dicitur Eccleſiaſticum ſi maior pars inæqualis eſt clericorum vel data partium æqualitate ſecundum Panor. in c. ex litteris, de conſt. & Syl. in ſum. in ver. Collegium, circa princ.

Vndè ſi res ipſa rectè perpendatur, Capitula, 3 Conuentus, & Collegia Eccleſiaſtica idem ſignificant: nam nil aliud ſunt, niſi corpora quędã ex pluribus ſingularibus conſtantia, vno nomine comprehẽſa, ar. tex. in l. rerum miſtura, §. tria ff. de vſucap. quæ quidem corpora ſecundum locorum conſuetudinem variè nominantur: nã aliquando nuncupantur Collegia, vt ſunt illa Leſuitarum: aliquando capitula, vt ſunt Collegia Canonicorum Cathedralium Eccleſiarum: & quandoque dicuntur Conuentus, quo nomine vocantur Collegia monachorum, Clericorum Regularium, & ſimilium Religioſorum. Quocumque igitur nomine vocentur; quoad rem noſtram attinet, nihil intereſt. modò eccleſiaſtica collegia ſint, & tunc ſunt, vbi ex dictis perſonis conſtant.

Beneuerum eſt, quòd vbi huiuſmodi corpora trahuntur, non trahuntur perſonæ eccleſia- a ſticæ vt ſingulæ; ſed vt vniuerſæ a; ſeu, vt Vniuerſitas quædam.

ADDITIO.

a Vniuerſæ. Adde hic Decian. tract. crimin. p. 1. in lib. 4. c. 9. num. 41. & Carol. de Graſ. de effect. Clericorum effect. 1. ampliatione 19. n. 126. D. Cæſar.

Ibi (*Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Conſilium, vel Parlamentum*) An quocunque modo trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad tribunalia ſecularia, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 10.

SVMMARIVM.

1 *Trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad ſæculares Curias, excommunicationem huius canonis non contrahunt, niſi auctoritatiuè illas trahant.*

2 *Partes litigantes trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad ſæculares Curias, in excommunicationem iſtam non incidunt.*

3 *Iudices, & aliæ Poteſtates laicæ amicabiliter, & non auctoritate iudiciaria trahentes Eccleſiaſticas perſonas ad eorum Curias, excommunicationem non incurrunt.*

4 *Eccleſiaſtici ſi ſponte velint ſe purgare coram Iudice laico, ipſe Iudex excommunicationem non contrahit.*

5 *Tribunal, quid ſit.*

6 *Audientia quid, & quid Cancellaria.*

7 *Conſilium quid.*

8 *Parlamentum quid.*

3 REſpondetur, quòd ad incurrendam cenſuram noſtri canonis, ſatis non eſt quocumque modo perſonas eccleſiaſticas trahere ad ſeculares Curias; ſed ita debent trahi; vt auctori- 4 tatiuè a trahantur: atque adeò, ſi ipſamet pars 2 huiuſmodi perſonas traheret, aut trahi faceret

ad

ad sæculare forum, in prædictam censuram nō incideret, solùm igitur Iudices, ac Ministri Iustitiæ, & alię Potestates temporales comprehēduntur sub dispositione huius canonis. Nam illa verba: *Trahi faciunt, vel procurant*, debent coniungi cum primis verbis: *Ex eorum pretenso officio*. Vndè illi tantùm excommunicantur, qui authoritate iudiciaria Ecclesiasticos trahunt.

Ex quo infertur, quòd si Iudices, & aliæ potestates laicæ non authoritatiuè, sed amicabiliter
3 partes inducerent, vt iudicio laico se submittāt, in dictam excommunicationem non incidērēt: quoniam id nullo modo est authoritatiuè trahere: quamuis hoc in præiudicium Ecclesiasticæ libertatis redundaret, cui pars non potest præiudicare.

Idem est dicendum, vbi persona ecclesiastica sponte velit se purgare *b* coram Iudice laico:
4 *b* nam hoc casu, non diceretur trahi: quod in hoc canone prohibetur. Ita Sayr. in explic. huius canonis lib. 3. Thes. c. 19. n. 6. & 7. & Vgol. ibidem, §. 1. in ver. Nonò in excommunicationem.

Imò ad incurrendam supradictam censuram, non sufficit trahere ecclesiasticum nolentem coram Iudice sæculari; nisi Iudex ita coram se illum trahat, vt ad suum tribunal trahere moraliter censeatur: vt colligitur ex illis verbis: *Coram se, ad suum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, consilium, vel Parlamentum*.

Est autem tribunal propriè sumptum, locus
5 sublimis, in quo Magistratus considentes ius dicunt: vt in l. pen. ff. de Iust. & iur. Hinc ius dicēntem hac paraphrasi multoties Iurisc. demonstrat, dicēs: Qui tribunali præest: & qui pro tribunali cognoscit: nam Magistratus dumtaxat pro tribunali sedebant, l. 1. §. pen. ff. de Iudic. & l. 2. ff. de re iud.

Sic Audientia ab auditorio nuncupatur, qui
6 locus est, in quo causæ tractantur, & determinantur, l. contra, de re iud l. 4. C. de lib. caus. & l. 1. §. fin. ne de stat. def. Hinc Audientiæ in Regno, dicūtur tribunalia, in quibus Proreges Prouinciarum, eorumque Auditores residentes, iustitiam administrant.

Cancellaria verò, appellatur supremum quoddam iudicium, de qua plura Budæus in forens.

Consilium pariter dicitur locus, vbi Iudices,
7 qui Consiliarij appellantur, cōueniunt, l. si minor, ff. de man. vind. l. consiliarios, ff. de offic. assess. vndè Sacrum Consilium Neapoli est tribunal, in quo causæ feudales, & magni momenti tractantur, & ipsius Iudices nūcupantur Regij Consiliarij.

Parlamentum denique est Congregationis,
8 Collegij, Curiæ, seu Consilij species: & est locus vbi plures congregantur ad iustitiam ministrādam. De huiusmodi Parlamento meminit And. Gail. lib. 1. pract. obser. c. 23. sub n. 3. Felin. c. 1. num. 6. de iud. c. caus. in quæ, n. 1. de offic. deleg. & Boer. decis. 269. dum quærunt: An possit totum Parlamentum, vel tota Synodus, seu Vniuersitas recusari, eo quòd caput sit suspectum. Vndè extant Decisiones Parlamenti Delphinalis, editæ à Franc. Mar. qui Parlamentum alio vocabulo vocat Senatum Delphinalem: vt patet in initio inscrip. lib. & in q. 519. in princip. par. 1. Parlamentum Delphinale appellat Curiam Parlamenti Delphinalis. Sic etiam extant Decisiones Parlamenti Parisiensis, editæ per Ioannem Gall.

ADDITIO.

a Authoritatiuè. Adde hìc Sayr. de censur. lib. 3. cap. 19. num. 6. Reginald. lib. 9. praxis, num. 256. Alter. hic disput. 16. cap. 1. col. penultima, vers. hinc sequitur. Don Cæsar.

b Laico. Adde Alter. hìc disputat. 16. cap. 1. colum. 15. vers. postulabit quis, contra Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. num. 260. Est tamen verum, quòd acta in tali iudicio facta sunt nullius momenti tanquam à Iudice incompetenti, quia Clericus non potest iuri suo cedere in præiudicium ordinis, & status Ecclesiastici, cap. si diligenti, & ibi Doctor. de for. compet. D Cęsar.

Ibi (*Præter iuris canonici dispositionem.*) In quibus casibus personę Ecclesiasticæ possunt de iure trahi ad Curias sæculares. Q. 11.

SVMMARIVM.

1 *Trahentes personas ecclesiasticas ad curias seculares, præter iuris canonici dispositionem, incidunt in excommunicationem huius canonis, siue illas trahant pro causis ciuilibus, siue pro causis criminalibus.*

2 *Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi nec recedendum est à regula legislatoris, nisi per aliam legem contrarium probetur.*

3 *Clericus succedens laico, non ligatur instantia sui authoris.*

4 *Ecclesiastici non possunt trahi ad forum sæculare, etiam si debitum contraxerint, aut delictum commiserint antequam ad ecclesiasticum ordinem fuerint promoti.*

5 *Laicus à iudice sæculari citatus pro debito, vel delicto aliquo, & non comparens si fiat clericus gaudet priuilegio fori ecclesiastici, atque adeò non potest trahi ad forum sæculare.*

6 *Laicus factus clericus post iudicium cœptum, aut inquisitionem formatam coram iudice laico, tunc rectè trahi potest ab ipso Iudice ad sæculare forum, nisi talis ante delictum vouerit Religionis ingressum, aut Ordinis sacri susceptionem.*

7 *Votum emissum quomodo probetur, & an fleatur iuramento vouentis.*

8 *Laicus in exilium damnatus & clericus factus ex certa scientia Romani Pontificis, si exilium violauerit, tempus ei non duplicatur; sicut non deportatur, si relegationem fregerit: nec punitur pœna capitis, si deportationis pœnam noluerit substinere.*

9 *Laicus promotus in clericum post ipsius condemnationem pro aliquo crimine, tenetur pœnam subire, à Iudice sæculari sibi impositam.*

10 *Pœna criminalis delicti, non tollitur per Baptismum.*

11 *Nouitius gaudet priuilegio fori ecclesiastici etiam respectu honorum.*

12 *Nouitius si moriatur infra annum probationis, nullo condito testamento, succedit ei Monasterium, exclusis substitutis*

13 *Laici*

13 *Laici criminoſi, aut ari alieno obligati, ſunt inhabiles ad Religionis ingreſſum.*

14 *Clerici, vt priuilegio gaudeant, debent deferre habitum, & tonſuram, ac ſeruire in diuinis.*

15 *Clerici non poſſunt trahi ad curias ſæculares, etiam ſi trahens perſona ſit eccleſiaſtica, imò ſi publica ſit, & magiſtratum gerat alicuius Principis ſæcularis, in excõmunicationem incidit: ſecus autem, ſi perſona ſit priuata: atque adeò clericos non authoritatiuè ad dictas curias trahat.*

16 *Clericus priuatus trahens clericum ad ſæculare forum, licèt in excommunicationem non incidat; perdit tamen cauſam, pro qua clericum ipſum trahit: ſicut etiam & laici.*

17 *Clericus reus, ſi conſentiat ſe conueniri coram Iudice laico, quam pœnam compellatur de iure ſubire.*

18 *Clericus conuentus coram Iudice laico, ſi coram eo compareat, ne dicatur conſentire in Iudicem, quæ debet adimplere.*

19 *Clerici confeſſio quocunque modo facta coram Iudi laico, etiam ſi delicti fuerit, eſt nullius momenti, non modò quoad condemnationem, ſed etiam quoad indicium.*

20 *Clericus non poteſt torqueri ex confeſſione facta coram laico, dummodò confeſſionem illam reuocet coram Iudice eccleſiaſtico: vt terroneam.*

21 *Quod nullum eſt reuocatione non indiget.*

22 *Confeſſio clerici coram Iudice laico, ipſi non officit, etiam quoad purgationem canonicam.*

23 *Confeſſio facta coram Iudice omnino incompetenti, nullũ prorſus producit effectum.*

24 *Confeſſio clerici coram Iudice eccleſiaſtico incompetenti, an ſibi præiudicet.*

25 *Clericus non poteſt trahi ad forum ſæculare, etiam ratione officij ſibi conceſſi à Principe ſæculari, ſi in eo delinquat: nec etiam ratione cuiuſcunque artificij, ſi aliquam artem exerceat, quæ conſules habeat, ac Primates.*

26 *Clerici, licèt exerceãt officia, vel artificia ſæcularia; tamẽ adhuc retineni priuilegium clericale.*

27 *Clerici, licèt prohibeantur miniſtri laicorum eſſe ſine Rom. Pontificis diſpenſatione; nihilominus permittitur eis ex aliquo honeſto artificio victum quærere.*

28 *Clerici, quas artes exercere poſſint.*

29 *Clerici officia ſæcularia, ſeu artificia exercentes abſque Rom. Pontificis diſpenſatione, non ſtatim priuantur clericorum priuilegio; niſi præcedat trina monitio.*

30 *Clerici exercentes officia ſæcularia, ſi aliquid cõtra Principem aut Remp. moliantur, per Eccleſiaſticos Iudices puniri debent; etiam ſi citra licentiam Som. Pontificis dicta officia exerceant.*

31 *Clerici committentes crimen læſæ Maieſtatis, aut quodcunque aliud maximum delictum, non poſſunt puniri niſi per Iudices Eccleſiaſticos.*

32 *Epiſcopi non contradicentes punitioni clericorum per Iudicem laicum, incidunt in excommunicationem, c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4.*

33 *Clericus nunquam dicitur committere crimen læſæ Maieſtatis in Principem laicum, etiam ſi feudum ab ipſo habeat.*

34 *Clerici ſalſitatem committentes coram Iudice laico, ab eo puniri non poſſunt, ſed eccleſiaſtico Iudici remittuntur puniendi.*

35 *Laicus falſitatem committens coram eccleſiaſtico, poteſt ab eo puniri, ſi præueniat.*

36 *Iuriſdictio dicitur præuenta per ſolam citationem.*

37 *Clerici depositarij depoſitarij, ſeu ſequeſtri per Iudices ſæculares, non poſſunt per eoſdem compelli ad reſtitutionem depoſiti, vel ſequeſtri.*

38 *Clerici tutores, aut aut executores teſtamenti, non poſſunt trahi ad forum ſæculare pro eorum adminiſtratione, etiamſi pupilli ſæculares ſint, & bona temporalia laicorum.*

39 *Clericus non poteſt dari tutor, niſi velint.*

40 *Clerici aduocati, aut procuratores officio ſurgentes in ſæculari foro, etiam in cauſibus ſibi non permiſſis, pro ab eiſdem geſtis non poſſunt trahi ad forum ſæculare.*

41 *Iudex ſæcularis, coram quo litigat clericus actor, non poteſt tranſmittere acta alicui Doctori laico ad conſilium ſapientis in præiudicium clerici.*

42 *Eccleſiaſticus Iudex poteſt ſibi eligere laicum in aſſorem, qui laicus poterit ferre ſententiam in cauſis quantumuis ſpiritualibus.*

43 *Aſſores, non dicuntur exercere iuriſdictionem.*

44 *Clerici non poſſunt trahi ad forum ſæculare, etiamſi eorum Prælati fuerint negligentes in ipſorum cauſis cognoſcendis.*

45 *Clerici, quamuis ordinati ſint ab epiſcopo non ſuo, & ſine proprij epiſcopi literis, nihilominus pro ipſorum cauſis non poſſunt trahi ad Iudicem ſæcularem.*

46 *Clerici, in cauſa euictionis trahi non poſſunt ad forum ſæculare, ſed iudicium euictionis debet ferri à Iudice Eccleſiaſtico: niſi licentiam obtinuerint a proprio Epiſcopo.*

47 *Clericus, & laicus, ſi ſint ſimul rei debendi, & ſocij criminis: tunc laicus ſimul cum clerico iudicandi ſunt coram Iudice Eccleſiaſtico.*

48 *Minus dignum, accedit magis digno.*

49 *Laicus ſi ſufficienter ab Eccleſiaſtico Iudice non fuit punitus de delicto, poterit Iudex ſæcularis illum iterum punire.*

50 *Clerici non poſſunt trahi ad forum ſæculare pro confectione inuentarij: nec per eundem citari, etiam per viam generalis edicti, ſi ſua putauerint intereſſe.*

51 *Citationes edictales ſunt à iure communi exorbitantes.*

52 *Inuentarium de bonis Eccleſiaſticorum, à quonam ſit faciendum, à Iudice ſeculari, an Eccleſiaſtico.*

53 *Clerici, a ſuis debitoribus trahi non poſſunt ad Iudicem ſæcularem pro remiſſione partis debiti, cum conſenſu maioris partis ſuorum creditorum; niſi debitor denuncietur incarceribus ad inſtantiam ipſorum clericorum creditorum.*

54 *Clericus, non poteſt trahi ad forum ſæculare; etiam ſi in flagranti crimine comprehendatur. Imò nec arreſtari, niſi aliter compeſci non poſſit ab iniuria inferenda.*

55 *Clerici non poſſunt capi per laicos ſine licentia ſuperiorum ſuorum etiam ſi debitores ſint fugitiui, aut fuga ſuſpecti.*

56 *Clerici non poſſunt trahi ad forum ſæculare, etiam ad ferendum teſtimonium contra laicum, niſi ſuorum Prælatorum licentia concurrat: & ſi contra eos obijciatur crimen, propter quod repelluntur à teſtimonio, de hac re ſolus Iudex Eccleſiaſticus cognoſcet, ſed agitur de plenaria cognitione: ſecus ſi de ſummaria facti informatione.*

57 *Clerici non admittuntur inſtes in criminalibus contra laicos, etiam de ſuorum ſuperiorum licentia.*

58 *Laici, non ſunt idonei teſtes in criminalibus contra clericos.*

59 *Clerici non poſſunt trahi ad forum ſæculare, etiam pro obtinenda licentia capiendi poſſeſſionem Beneficiorum; niſi tractetur de poſſeſſione Beneficiorum, quorum inſtitutio ex S. Pontificis priuilegio per-*

pertinet ad Reges: Non tamen hæc facultas cenſetur conceſſa eorum Viceregibus.

60 Clericus ſodomita, an poſſit trahi ad Iudicem ſæcularẽ, & quo caſu, declaratur.

61 Clericus ſodomita non poteſt trahi ad forum ſæculare; niſi præcedat eius degradatio, & traditio ſæculari Iudici.

62 Clericus aſſaſſinus, poteſt trahi ad forum ſæculare, dummodo qualitas aſſaſſinij probata ſit concludenter, et Iudicis Eccleſiaſtici declaratio præceſſerit.

63 Aſſaſſinium, quando dicitur commiſſum.

64 Clerici in ſacris non exiſtentes, ſi non incedant in habitu ac tonſura, & ſeruiant in diuinis, licitè trahuntur ad ſæculares Curias etiam ſi in minoribus ordinibus ſint conſtituti: niſi beneficium Eccleſiaſticum habeant, aut ipſius penſionem.

65 Clericus penſionem habens: & quicunque alius, qui vt clericus penſionem habet, tenetur recitare officium parvum Beatæ Mariæ.

66 Clericus, an, & quando per viam reconuentionis trahi poſſit, & conueniri coram Iudice laico.

67 Reconuentio, locum non habet eorum arbitris.

68 Clerici trahi poſſunt per Poteſtatem laicam ad forum ſeculare in cauſa feudi.

69 Feudales cauſæ non cognoſcuntur, niſi à directo Domino feudatarij; etiamſi feudatarij ſint Eccleſiaſtici: Papa, Imperator, Rex, aut quicunque alius Princeps.

70 Clericus citatus ſuper reintegratione feudi, debet ſimpliciter comparere conſentiendo in Iudicem, aliàs contra illum contumacem poteſt procedi ad priuationem feudi.

71 Clerici poſſunt trahi à directo Domino feudi ſæculari, non ſolum in cauſa feudali; ſed etiam ad impendendum illi conſilium, & auxilium.

72 Clerici feudatarij, ad quid teneantur eorum Dominis directis ſæcularibus.

73 Feudum, in quibus rebus conſiſtere poteſt.

74 Clerici feudatarij Dominorum ſæcularium, non poſſunt dici eorum vaſalli.

75 Vaſallus dicitur ſeruitor, ſeu clientus.

76 Clerici, & alij Eccleſiaſtici: non poſſunt Dominorum temporalium dici vaſalli, ſiue feudum ab eis habeant, ſiue non.

77 Princeps quamuis de plenitudine poteſtatis poſſit iuriſdictionem ſui feudatarij modificare, id tamen non poſſit quoad feudatarios Eccleſiaſticos.

78 Appellatio directo Domino feudi non cenſetur reſeruata, vbi conceditur Eccleſiæ feudum francum, & liberum.

79 Feudum, ſi ab Eccleſia concedatur laico francum, & liberum; tunc cenſetur ſibi reſeruaſſe appellationem: ſecus autem, ſi reſeruauerit ſibi ſuperioritatem.

80 Superioritas in feudo cenſetur reſeruata per ſolutionem cenſus.

81 Clericus feudatarius non reuelans delictum contra Dominum, aut ſi contra eiuſdem perſonam machinatus fuerit, licèt veniat feudo priuandus; tamen non poteſt agi contra ipſum criminaliter, niſi coram Iudice Eccleſiaſtico.

82 Clericus negans habere feudum à Domino laico, eſt conueniendus coram Iudice Eccleſiaſtico.

83 Eccleſia feudataria non tenetur ad ſolutionem relevij per mortem Prælati.

84 Prælatus ſucceſſor feudi, non ſuccedit vt vtilis dominus, ſed vt procurator Eccleſiæ.

85 Clericus incorrigibilis, licèt trahatur ad forum ſæculare; trina tamen monitione præcedente.

86 Incorrigibilis clericus, quot modis quis dicatur.

87 Clericus incorrigibilis tunc trahitur ad forum ſæculare, quando ſententia incorrigibilitatis ab Eccleſiaſtico ſuperiore præceſſerit: exceptis tamen quibuſdam caſibus.

88 Clerici ioculatores biſtriones, tabernarij, ac macellarij trahi poſſunt ad ſæculares Curias.

89 Clerici ſchiſmatici poſſunt trahi ad forum ſæculare, ſi Iudex ſæcularis preuenerit.

90 Clerici negotiatores, ratione mercaturæ trahi poſſunt coram Iudice mercatorum.

91 Clerici arma prohibita portantes, an & quando poſſint illis à poteſtate ſæculari expoliari.

92 Lex, ob publicam vtilitatem condita, ligat clericos quoad vim directiuam dumtaxat, non coercitiuam.

93 Romanus Pontifex, non poteſt totum ordinem clericalem ſæcularibus ſubmittere.

94 Iudices Laici, in multis caſibus iuriſdictionem habent in Eccleſiaſticos.

95 Sportulas ſoluere non tenentur clerici litigantes coram Iudice ſæculari, nec alij litigantes cum ipſis.

96 Priuilegiatus concurrens cum non priuilegiato, non priuilegiatus gaudet priuilegio priuilegiati.

IN hac re Sayr. in explicatione præſentis canonis lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 19. num. 5. quatuor enumerat caſus, in quibus de iure Pontificio ad forum ſæculare Eccleſiaſti trahi poſſunt: & quamplurimos alios recenſet Vgol. hoc eodem loco, §. 1. à n. 6. ad 11. & Graff. ibidem, lib. 4. deciſ. p. 1. c. 18. nu. 128. Nos autem materiam quæſtionis huius vtilem valdè, practicabilem, ac notatu digniſſimam conſiderantes, vt paucis multa perſtrigamus, vnicam tantùm concluſionem quæſito contrariam in medium affereotes; eãdem multis modis ampliabimus, ac limitabimus; ex cuius limitationibus, caſus, in quibus perſonæ Eccleſiaſticæ ad ſeculares curias, licitè de iure trahi poſſint, facilè, breuiter, ac ſuccintè quoad fieri poteſt, Deo duce, aperiemus. Sit igitur.

Vnica Concluſio.

1 PErſonæ Eccleſiaſticæ adeò non poſſunt à Iudicibus ſæcularibus diſtringi, ſeu condemnari, vt illas ad eorum forum trahentes, ipſo facto ſint excommunicati. Hæc cõcluſio patet, tum ex Conc. Pariſienſi; de quo in c. 2. de for. comp. tum etiã ex diſpoſitione noſtri canonis.

Ampliatur primò dicta concluſio, vt locum ſibi vendicet contra Iudices ſæculares, Eccleſiaſticas perſonas ad eorum forum trahentes, non ſolùm pro cauſis criminalibus; ſed etiam pro cauſis ciuilibus. Ita intelligunt Doctores d. text. in c. 2. de for. comp. vt latè ſupra probauimus q. 4. con. 3.

Probatur vniuerſaliter, etiam quoad noſtrũ
2 canonem: nam per dicta iura generaliter eſt facta prohibitio, ne perſonæ Eccleſiaſticæ coram laico Iudice conueniantur, ſeu trahantur, aſtringantur, & condemnentur; ergo generaliter ſunt intelligenda, vt inhibitio ipſa extendatur ad cauſas tum criminales, tum ciuiles: quoniã lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi: nec recedendum eſt a regula legislatoris, niſi per aliam legem cõtrarium probetur: ſicut etiã

ſtan-

ſtandum eſt regulæ, niſi doceatur de exceptione regulæ, l. ab ea parte, vbi Glo. ff. de probat. Bal. in l fin. C. de ſer. pign. man. Bar. in l. quoties, ff. ſi quis caut. Euer. in ſoco, ab exceptione ad regulam, n. 12. ver. Primò quòd in dubio.

4 Immo ſi Clericus ſuccedit laico *a*, non ligatur
3 inſtantia ſui auctoris, quæcunque cauſa ſit, etiã executiua: & ideo l. hæres abſens, ff. de iudic. non habet locum in clerico hærede laici, qui non tenetur litem incæptam coram Iudice laico proſequi: vt per Ant. de Butr. in c. quia. n. 12. in fine de Iudic. & alios, quos refert, & ſequitur Mart. de iuriſd. par. 4. caſu 33. Et nouiſſimè Alter. in explicat. huius can. cap. 1. col. 13. in ver. Hæc difficultas ardua eſt.

Secundò ampliatur. vt Eccleſiaſtici non poſ-
4 ſint trahi ad ſæculare forum, etiam ſi debitum
b contraxerint *b*, aut delictum commiſerint antequam ad eccleſiaſticum Ordinem fuerint promoti. Vndè laicus ſi debitum contrahat, aut delictum cõmittat, & poſtea clericus fiat, aut monachus, non poteſt conueniri coram Iudice ſæculari, ſed coram Iudice Eccleſiaſtico. Ita quoad debitum, aut obligationes factas ante clericatum docet Bal. poſt Cyn. in auth. Quæ ſit cũ monac. in fine, C. de Epiſc. & cler. Alex. in l. cùm quædam puella n. 3. ff. de iuriſd. omn. Iud. Cardin. Zabar. io clem. 1. q. 9. de cenſi. & clem. ne io agro, §. quia verò. q. 7. de ſtat. monac. Gemin. in c. nemo, tt. q. 1. Felin. in c. ex tenore, n. 19. verſ. Fallit vndecimo, de reſcr. & in c. fin. n. 14. ver. & facerent, de conſtit. Vinc. de Franch. deciſ. 400. & Lap. alleg. 118. n. 4.

Quod quidem adeò verũ eſt, vt ſi laicus per
5 Iudicem ſæcularem citatus pro debito, aut delicto aliquo, & non comparens fiat clericus, adhuc gaudet priuilegio fori Eccleſiaſtici, ita quòd per Iudicem ſecularem, non poteſt trahi, nec puniri aut mulctari pro pœna contumaciæ: vt per Steph. Aufrer. io add. ad Cappel. Tholoſ. deciſ. 144. Marcambr. conſ. 44. Et ita fuiſſe deciſum teſtatur Borg. Caual. deciſ. 10. n. 6. p. 5. ſub tit. de delict. fol. 48. in magnis.

Eſt tamen uerũ, quòd ſi iudicium fuerit cæptũ
6 coram Iudice ſæculari tempore, quo erat laicus tunc factus clericus non gaudet priuilegio fori Eccleſiaſtici: quoad bona; quoniam bona patrimonialia non mutarunt naturam; debet tamen fieri executio ſententiæ contra Clericum per Iudicem Eccleſiaſticum, vt per Io. Andr. in c. vnico, de oblig. ad ratiocin. Anch. in c. ea quæ, q. 14. de regul. iur. in ſexto. Socc. in c. propoſuiſti, n. 46 & ſeq. ver. Prima opinio, de for. comp. & Borgn. in d. deciſ. 10. n. 3.

Quo verò ad delictum commiſſum, & formam inquiſitionem, ſeu accuſationem ante clericatum. quòd Eccleſiaſtici poſſint aſtringi per Iudicem ſæcularem, tenet Bart. in l. r. ff. de pœn. Bal. in l. 1. & 2. C. an ſer. ex fac. ſu. Iaſon in l. cùm quædam puella, ff. de iuris. omn. Iud. Anch. in d. c. ea quæ, q. 3. Couar. lib. pract. qq. c. 32. n. 4. ver. Tertia concluſio. Et hanc ſententiam communem eſſe teſtatur Borgn Caual. loco citato, n. 2.

Dixi formam inquiſitionem, ſeu accuſationem ante clericatum: quoniam ſi quis efficiatur clericus poſt formatam cõtra ipſum inquiſitionem, aut accuſationem, tunc debet puniri per Iudicem laicum; facta prius eiuſdem degradatione per proprium epiſcopum; ſi crimen commiſerit, quod mortis pœnam exigat, aut membri mutilationem: eo quòd hoc caſu præſumitur factus clericus in fraudẽ: vt per Bar. io d. l. t. ſub n. 3. cum aliis, quos allegat.

Quòd quidem verum eſt, niſi talis ante delic-
7 tum votum fecerit Religionis, aut ordinis ſacri
1 ſuſcipiendi: nam tunc, ſi fiat clericus poſt delictum; etiam poſt formatam contra ipſum inquiſitionem, & accuſationem, oõ poteſt puniri per Iudicem ſecularem, ſed eius cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticom: vt bene docet Iaſ. in d. l. quædam puella, n. 11. & Couar. loco citato, in ver. Cæterum, vbi plures alios Doctores allegat inter quos ſuot aliqui tenentes, quòd pro probando voto ſtatur iuramento vouentis *c*: quod
c ipſi Couar. non probatur.

Sic etiam laicus in exilium damnatus per Iu-
8 dicem ſæcularem, aut aliqua alia pœna mulctatus, ſi factus clericus citra omnem dolum delictũ, & condemnationem manifeſtans, & promotus ex certa ſcientia Romani Pontificis (quapropter cenſetur ſibi diſpenſatum ſuper inhabilitate, vt per Abb. in c. innotuit, o. 7. de elect. & Rom. cõſ. 216. num. 6. & 8.) ſi exilium fregerit ingrediendo locum, a quo exulauit per Iudicem ſæcularem non duplicatur ſibi tempus, quod ſupereſt, iuxta tex. in l. aut damnum, §. quiſquis, & ibi Bar. & alij ff. de pœn.

d Nec ſi fuerit relegatus *d*, & regalationem non ſeruauerit, deportatur: vt habetur in l. relegati ff. de pœn. & in l. capitalium, §. in exulibus, ff. eod. tit.

Nec ſi deportationis pœnam violauerit, morte naturali venit puniendus, ſi mors in ſententia fuerit illi comminata. Sicut dicimos de auſugientibus a triremibus, iuxta ea, quæ cumulat Vincen. de Franch. deciſ. 140. & 395. quoniam laicus factus clericus, Ordinis characterem recipit, etiam ſi prima tonſura tantùm fuerit initiatus: nam prima tonſura eſt ordo, vt in c. cùm cõtingat, de ætat. & qual. per quem characterem quiſque ſacer efficitur, atque eximitur à laica poteſtate, Ita Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 121. nu. 10. & latius caſu 176. per totum.

Beneuerum eſt, quòd promotio in clericum
9 poſt eius condemnationem, non aufert pœnam à Iudice ſæculari ſibi impoſitam, ſed tenetur eã luere: quoniam Rom. Pontifex non cenſetur auferre mulctam, ſi non reſpectu ſæcularis iuriſdictionis, ſaltem reſpectu priuatæ perſonæ, cui eſt ius quæſitum: vt per Ant. de Butrt. poſt Glo. in
10 c. gaudemus, de diuort. & Dec. conſ. 130. Incipit; Proponitur: dum dicunt, quòd pœna criminalis delicti non tollitur per Sacramentum Baptiſmi, ergo nec etiam per Sacramentum Ordinis.

Quo verò ad monachum factum poſt delictũ,
11 & 10 quiſitionem formatam, quòd is non poſſit trahi, ſeu puniri per iudicem ſæcularem, ſed debeat cognoſci, ac iudicari per iudicem Eccleſiaſticum; etiam ſi nouitius ſit, ac etiam reſpectu ſuorum bonorũ: nec diſtiogo endom eſſe, an ſit factus monachus in fraudem, vel ne. latè probat Mart. loco citato: quia nouimus vt ſupra probauimus, q. 3. gaudet priuilegio fori Eccleſiaſtici, etiam reſpectu bonorum, eo quòd ſtatim in ipſo ingreſſu Religionis acquiſitum eſt ius mo-

na-

naſterio ſuper bonis ipſius ingreſſi: ita vt ſi infra annum probationis in monaſterio moriatur,
12 nullo condito teſtamento, ipſum monaſterium ſuccederet excluſis ſubſtitutis, & omnibus alijs ab inteſtato venientibus: vt habetur per Dec. & alios in auth. ingreſſi, C. de Sacr. Eccl. Batt. in auth. ſi qua mulier, in fine, per illum tex. eod. tit Anch. conſ. 69. Ant. de Butr. in c. in præſentia, de probat. Mart. in d. caſu 121. in fine, & caſu 95. nti. 8. p. 4. ſimiliter cum alijs ab eo allegatis.

Cæterum, licèt hæc omnia de iure vera ſint:
13 tamen quoad monachos, tam profeſſos, quàm nouitios, extat conſtitutio Sixti V. quæ incipit: Cùm de omnibus Eccleſiaſticis: edita ſub die 27. menſis Nouembris 1587. per quam criminoſi, aut æri alieno, vel rationibus reddendis obligati, ad Religionem inhabiles declarantur. Et qui ſic de facto contra diſpoſitionem dictæ conſt. recepti fuerint; ſtatuitur, eos ſpoliari, à Religione repelli, eorumque profeſſionem nullam cẽſeri: & attenta nullitate habitus, & profeſſionis, licere quibuſcunque iudicibus, & Curijs, etiam ſæcularibus, ad quos ſeu ad quas ſpectat, contra eos vt prius, iuris, & facti remedijs opportunis, ex officio, vel ad cuiuſcunque inſtantiam, vel querelam, ciuiliter, criminaliter, aut miſtim procedere.

Verùtamen eſt, quòd dicta conſtitutio fuit declarata ab eodem Pontifice per aliam conſtitutionem editam 12. Kalen. Nouembris 1588. & circa criminoſos, quorum profeſſio irrita declaratur vt ſupra; ac proptereà iudicibus, & Curijs ſæcularibus procedendi contra eos facultas cõceditur; vt tunc demum id locum habeat, cùm actis publicis conſtiterit, ipſos iudices, & Curiã ſæcularem, ante ſuſceptionem habitus, de ipſo crimine aduerſus eos accuſationem ſuſcepiſſe, vel inquiſitionem inſtituiſſe.

Immò & Clericos qui poſt crimen cõmiſſũ
14 fuerunt promoti, tunc gaudere dicimus priuilegio fori, iuxta ea, quæ ſupra annotauimus, vbi Beneficium Eccleſiaſticum habent: aut clericalem habitum, & tonſuram deferentes, alicui Eccleſiæ de mãdato Epiſcopi ſeruiant, vel in ſeminario clericorum, aut in aliqua ſchola, uel Vniuerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores Ordines ſuſcipiendos uerſentur; vt de clericis primæ tonſuræ fuit ſtatutum per Cõc. Tr. ſeſſ. 23. c. 6. & Couar. declarat. lib. pract. qq. c. 32. in fine,

Tertiò ampliatur, vt perſonæ eccleſiaſticæ
15 trahi non poſſint ad Curiam ſæcularem etiam per aliam perſonam eccleſiaſticam, nempe Cancellarium, vel ſimilem Magiſtratũ alicuius Principis ſæcularis, iuxta ea quæ ſupra annotauimus can. 14. noſtræ Bullæ, q. 4. con. 1. Non tamen in cenſuram huius canonis incideret Magiſtratus huiuſmodi, niſi auctoritatiuè & ex prætenſo eius officio perſonas Eccleſiaſticas ad Curiã ſæcularem traheret. ut ex verbis noſtri canonis colligi, ſupra q. 10. annotauimus.

Dixi per perſonam eccleſiaſticam, Cancella-
16 rium, vel ſimilem magiſtratum; quia ſi perſona eccleſiaſtica talis non eſſet: ſed tantùm clericus priuatus exiſteret, qui non auctoritatiuè, & ex prætenſo officio clericum ad ſæcularem forum traheret, non alligaretur huius canonis excommunicatione. Perderet tamen cauſam, pro qua illum traheret: vt in c. inſolita, & c. placuit, 11. q. 1. Sicut etiam laici, vt in auth. ſtatuimus, & ibi Doct. C. de Epiſc. & Cler. Inn. in c. ſi diligẽti, ubi etiam Collectar. de for. comp. Specul. in tit. de compet. iud. adit. §. 1. nu. 23. & alij Doct. in l. criminali, C. de iuriſd. omn. iud.

In eandem pœnam incidit Clericus reus, ſi cõ
17 ſentiat ſe conueniri coram Iudice laico: nam in ciuilibus omittet rẽ, à qua per ſententiã fuiſſet abſolutus; & in criminalibus, etiam ſi pro eo lata fuerit ſententia, beneficio priuabitur: & ſi beneficio careat, deponetur; commodum autem cauſæ amiſſæ debet alteri parti applicari. Et ſi ambo conſenſerint iuriſdictioni laicorum, applicabitur Eccleſiæ, cui illata eſt iniuria, & cuius ſpreta eſt iuriſdictio, Ita Specul. loco citato, & alij, quos refert, & ſequitur Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 126. n. 1. & 2.

Eſt tamẽ verum, quòd ſupradicta pœna amiſ-
18 ſionis cauſæ nunquam infligitur, niſi poſt litem conteſtatam in iudicijs ordinarijs. In quibus exigitur litis conteſtatio: vt docet Alber. in d. auth. ſtatuimus, n. 7. & ideo, ne clericus reus conuentus coram Iudice laico, ſi coram eo compareat, videatur conſentire in Iudicem, & conſequenter ipſe quoque veniat eadem pœna puniendus, debet ſe proteſtari eſſe clericum, & propterea non debere coram ſæculari Iudice reſpondere. Et ſi à Iudice compellatur, reſpondeat, & litem conteſtetur cum proteſtatione, quòd iuribus præturæ compulſus id agat, & deinde ad vlteriora non progrediatur, ſed proprium Epiſcopum certiorem faciat; & ab eo petat abſolui in eo quod petitur.

In iudicijs autem ſummarijs, aut in commiſſis cum clauſula ſummariè, &c. in quibus nõ exigitur litis conteſtatio; vt in clem. ſæpe, de verb. ſignif. ille primus actus, qui ſequi ſolet litis conteſtationẽ, in cauſis ordinarijs habetur in litis cõteſtationis; vt per Bar. & Bal. in l. nulla, & in l. nihil. C. de probat. Cardin. in clem. conſtitutionẽ §. fin. in fine de elect. Pan. in c. inſinuante, in fine de offic. deleg. cum alijs allegatis per Mart. loco citato n. 6 cum plur. ſeq. Vndè poſt ſupradictũ actum, trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad ſorum ſæcularem, incidunt in prædictas pœnas in iudicijs ſummarijs.

Confeſſio verò quocunque modo facta per
19 clericum coràm Iudice laico, etiam ſi delicti fuerit, eſt nullius momenti, vt in c. atſi clerici, de iudic. & hoc verum eſt, non modò quoad condẽnationem: nam ex ea non poteſt condemnari clericus per Iudicem Eccleſiaſticum, vt per Bar. in l. magiſtratibus, n. 4. ff. de iuriſ. omn. iudic. vbi etiam Iaſ. num. 4. & Dec. num. 7. Abb. in c. at ſi clerici, num 13. de iudic. cùm alijs ad ipſum addictis; ſed etiam, vt talis confeſſio quantumuis ſponte facta, nullum faciat indicium, propter quod clericus ipſe torqueri poſſit coram Eccleſiaſtico. Ita Felin. Ant. de Butr. & alij in d. c. at ſi clerici, & præcipuè Barb. qui ſemptem rationibus inſerens ex illo tex. Probat non eſſe veram
20 doctrinam Bal. in l. vnica, C. de confeſſ. exiſtimãtis, ex confeſſione clerici facta coram laico, clericum non eſſe torquendum: dummodò illam confeſſionem reuocet coram Iudice Eccleſia-
21 ſtico: vt erroneam: nam quod nullum eſt, non indiget reuocatione.

Vn-

Vndè huiuſmodi confeſſio nullo modo clerico ſupradicto nocet: nec vt confeſſio iudicialis, nec vt confeſſio extraiudicialis. Hoc idem tenet Blanc. in tract. de indic. & tort. verſ. Poſt homicidium, num. 214 cum plur. ſeq. Carr. in ſua pract. crim. §. Septimum indicium.

Imò talis confeſſio non nocet clerico, etiam 22 quoad purgationem canonicam: nam per eam non poteſt compelli, vt ſe canonicè purget ad euitandam infamiam: vt benè docet Abb. in d. 23 c. at ſi clerici, n. 10. vbi etiam Anton. de Burgos n. 43. & alij, de Iudic. eo quòd confeſſio facta coram Iudice omninò incompetenti, nullum prorſus producit effectum.

Dixi coram Iudice omninò incompetenti: 24 quoniam ſi clericus confiteatur delictum corã Iudice eccleſiaſtico aliàs incompetenti; tunc, cùm huiuſmodi Iudex non ſit omninò incompetens, talis confeſſio præiudicat cõfitenti: quo circa compelli turperſeuerare coram Iudice cõpetenti, & valebit, vt confeſſio extraiudicialis. Ita Blanc. loco citato: n. 218. Bal. in c. cùm ſuper de confeſſ. Boer. dec. 90. n. 3. & hanc opinionem hodie communem eſſe teſtatur Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 139. num. 14.

Quartò ampliatur, vt clericus trahi non poſ- 25 ſit ad torum ſæculare; etiam ratione officij ſibi conceſſi à Principe ſæculare, ſi in eo delinquat: nec etiam ratione cuiuſcumque artificij, ſi aliquam attem exerceat, quæ Cõſules habeat, ac Primates, apud quos illius artificij iuriſdictio reſideat: quoniam clerici, licèt exerceant officia, 26 vel artificia ſæcularia; tamen adhuc retinent priuilegium clericale: vt colligitur ex tex. in c. fin. de vit. & honeſt. cler. Et tantò fortiùs, ſi clerici authoritate, ſeu diſpoſitione Rom. Pont. officia, vel artificia huiuſmodi exerceant. Vt Neapoli, Ribera, qui cùm ſacerdos eſſet, viuens, Regiæ Cameræ Locumtenentis primò, & deinde Regiæ Cancellariæ Regentis officio fungebatur: & alij clerici, qui, quamuis miniſtri laicorum prohibeantur ſine aliqua Romani Pontificis diſpenſatione: vt in cap. ſacerdos, ne cler. 27 vel mon. nihilominus pmittitur eis ex aliquo honeſto artificio victum querere, c. 2. & 3. d. 91.

Hinc Io. Ant. de Nigr. in extrau. vnica, de vit. 28 & honeſt. cler. nu. 390. & Cephal. conſ. 611. dicunt, clericum exercere poſſe chirurgiæ artem: ex quo non eſt vilis. Sic etiam libros conſcribere, & poſſeſſiones excolendas ad quartam, vel quintam partem ſuſcipere poſſe, ad ſe ipſum ſuſtentandum, & alia huiuſmodi: vt probat Syl. in ſum. in ver. clericus 3. n. 2. Supradicti. n. clerici, non ex eo quòd officia, ſeu artificia huiuſmodi exerceant, clericorum priuilegio mox priuãtur; etiam ſi talia ſint, quæ nulla diſpenſatione, ſeu ſuperioris conceſſione permittantur, eiſdemque omninò interdicantur; ſed debet pri- 29 mò procedere trina monitio, vt ab officijs, & artificijs abſtineant. Ita colligitur ex tex. in d. c. fin. de vit. & honeſt. cler. Hoſt. Goff. Panor. & alijin d. c. Sacerdos, ne cler. vel mon. Et hanc ſententiam communem eſſe teſtatur Auſt. in clem. 1. de offic. ordin. nu. 25. Couar. lib. pract. qq. cap. 33. num. 6. & alij, quos refert, & ſequitur Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 3. ſub nu. 3. & caſu 127. num. 5 & ſeq.

Quod quidem adeò verùm eſt, vt clerici ſæ- 30 culania officia exercẽtes, ante trinam monitionem, clericali priuilegio potiantur, quòd ſi contra Rempublicam, aut Principes ſeculares, quorum officia, & Magiſtratus exercent, aliquid *e* moliantur *e*, adhuc per Eccleſiaſticos Iudices, non autem laicos veniunt puniẽdi Ita Gigas in tract. de crim. læſæ Maieſt. in rub. quis de crim. læſæ Maieſt. cogn. poſſ. n. 12. Roland. conſ. 4. n. 6. & ſeq. vol. 1. Boſ. in tit. de for. comp. n. 127. Farin. in tit. de Inquiſit. q. 8 n. 29. & Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 133. n. 27. vbi probat etiam inualidam eſſe conſtitutionem illam Regni Neapolitani, 31 quæ incipit: De perſonis, &c. per quam diſponitur, quòd clericus delinquens, pro quocunque delicto, non poſſit ab alio, quam à ſuo Epiſcopo puniri; excepto, ſi commiſerit crimen proditionis in Regẽ, vel aliud magnum crimen; nam tunc præcipit iudicari per Iudices ſæculares ipſius Regis. Et caſu 134. damnat pariter corruptelam potiuſquam conſuetudinem officialium Franchorum Regis, qui clericos laceranteſ ſaluam guardiam, ſeu ſaluum conductum Principis, in eius contemptum, tanquam Maieſtatis reos condemnant ad emendam pœna- *f* pecuniaria *f*: & pro pœna corporali remittunt eos ad ſuum epiſcopum puniendos. Sunt enim Iudices huiuſmodi cognitiones horum criminũ ſuſcipientes vi præſentis canonis excõmuni- *g* cati *g*, vi quoque tex. in c. pen de immun. eccl. in ſexto & c. ſi quis ſuadete diabolo, 17. q. 4. Et epi- 32 ſcopi non contradicentes, aut in his negligentes, in eadem incidunt excommunicationem.

Et tantò fortiùs, quia clericus nunquam po- 33 teſt dici committere crimen læſæ Maieſt. quocunq; modo delinquat in Principem laicũ; eſtò quòd ab illo feudum habeat: quia clericus nũquam poteſt dici ſubditus Principis ſæcularis. Hæc Mart. in d. caſu 133. n. 30. & caſu 134. Et Alter. infra in explicat can. 19. noſtræ Bullæ: c. 2. col. 4. in ver. Reſpondeo ex ijs. vbi inter alios allegat Gram. dec. 29. n. 12. dicentem, nullũ Principem, etiam Imperatorem poſſe condere legẽ, vt clericus ob crimen læſæ Maieſtatis puniatur à Principe ſæculari.

Eadem ratione clerici falſum teſtimoniũ di- 34 centes, aut quocunque alio modo falſitatẽ cõ- *h* mittentes coram Iudice laico *h*, ab eo puniri nõ poſſunt, ſed Eccleſiaſtico remittuntur puniendi. Et hanc ſententiam magis communem teſtãtur Couar. lib. pract. qq. c. 18. nu. 8 Boſ. in tit. de falſ. n. 510. Clar. in pract. crim. q. 38. ver. Sed hic quæro: Farinac. in tract de teſt. q. 67. §. 2. num. 56. Viu. com. opin. ver. clericus, & Mart. de iuriſd. p. 35 4. caſu 128. n. 9. vbi etiam n. 27. probat, quòd ſi laicus committat falſitatem coram Iudice Eccleſiaſtico poteſt illũ punire, maximè ſi præuenerit, Iudex Eccleſiaſticus, & iuriſdictio dicitur 36 præuenta per ſolam citationem, l. ſi quis poſtea, ff. de iud & Bal. in l. pluribus, ff. de le g. 1. Eadem quoque ratione clerici deputati depoſitarij, aut 37 ſequeſtri per Iudices ſeculares, nõ poſſunt; per *i* eoſdem compelli ad reſtitutionẽ depoſiti *i*, vel ſequeſtri: vt contra Bal. in l. acceptam, n. 6. C. de vſur. & alios, docet Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 104. Nam clerici, tam in realibus, quàm in perſonalibus, ſunt exempti à poteſtate, ac iuriſdictione laicorum, & Epiſcopo duntaxat ſunt ſubiecti, &

coram eo ſunt conueniendi: vt in auth. ſtatuimus, C.de epiſc.& cler.c.ſtatuimus.s t.q.s.Menoch.de arbitr.Iud.caſu 246.num.5.

Quinto ampliatur, vt clerici, ſiue tutores da-
38 tiui ſint, ſiue teſtamentarij, aut quocumq; modo executores teſtamenti deputati, pro eorum adminiſtratione circa bona, ac perſonas ſæculares trahi non poſſint ad forum ſæculare; ſed coram Iudice Eccleſiaſtico ſint conueniendi: vt contra Steph.Aufr.io tract. de poteſt.ſæcul.in Eccl.regul.2.fall 28.& regul.4.fall.25.Specul.in tit.de inſtrum edit.§.nūc aliqua: ver.Sed an ſimplex executor: Paul.de Caſtr.conſ.332. vol.1.& alios, probat Mart.de iuriſd.p.4.caſu 148. Nam
39 clericus non poteſt dari tutor, niſi volens; vt in auth. Presbyteros: ver. Sua ſpontè, C.de epiſc.& cler.hęc autem voluntas exercendi tutelam, nō poteſt præiudicare iuriſdictioni Eccleſiæ, eo quòd clericus etiam volens, non poteſt ſe laicorum iuriſdictioni ſubijcere: vt in c.ſi diligenti,& ibi Panor.& alij de for. comp.

Eodem modo Clerici, aduocati, aut procura-
40 toris officio fungentes in ſæculari foro, etiam in caſibus ſibi non permiſſis, pro ab eiſdem geſtis conueniri non poſſunt coram Iudice laico; & idem dicendum eſt de notarijs: vt habetur ex Mart.loco citato, caſu 115.& 116. vbi latè tractat de Aduocatorum laudibus: & an,& quando clerici poſſint aduocati munus exercere in ſæculariū Curijs; aut ſaltem in Camera pro aliqua partium ſcribendo conſulere.

Imò Iudex ſæcularis, coram quo litigat cleri-
41 cus actor, non poteſt tranſmittere acta alicui Doctori laico ad conſilium ſapientis, in præiudicium clerici. Quod quomodo præcedat, latè habetur ex eodem Mart.ibidem caſu 173.& 174. vbi etiam probat, quòd ſicut Iudex Eccleſiaſticus poteſt ſibi eligere laicum in Aſſeſſorem, vt
42 per Gemin.in c.ſtatutum.§.aſſeſſorem, de reſcr. in ſexto. Panor.in c.decernimus, n.13.de iud.& alios; ita huiuſmodi laicus aſſeſſor poterit ferre ſententiam in cauſis quantumuis ſpiritualibus: quoniam aſſeſſores oō dicuntur exercere iuriſ-
43 dictionem; ſed ſunt iudicum Conſiliarij. Quod quidem negat Steph.Aufr in tract.de poteſt.ſæcul.in eccl.regul.4.fall.34.cum alijs, quos ipſe allegat.

Seatò ampliatur hæc concluſio, vt clerici tra-
44 hi non poſſint ad Iudicem ſæculare, eſtò quòd eorum Prælati in cognoſcendis ipſorum cauſis fuerint negligentes; vt in præcedenti canone probauimus, q.8. Et eſtò, quòd clerici ordinati fuerint ab epiſcopo nō ſuo: nam licèt nullus laicus ordinari poſsit ab alieno Epiſcopo abſque
45 littertis dimiſſorijs, vt in c.nullus, de tempor. ordin. in ſexto, tamen ſi quis Ordines ſuſcipiat ab alieno epiſcopo vt ſupra gaudet immunitate Eccleſiaſtica: vt habetur ex Guid.Papa dec.449. quoniam per collationem primæ tonſuræ etiā ab Epiſcopo non ſuo, & abſque litteris, imprimitur character: vt in c.fin. vbi Arch.Gemin.& Præpoſ.9. q.1.

Nec obſtat Conc.Trid.ſeſs.7.c.10.de reform. vbi habetur, quòd ſic ordinati, ſi in minoribus Ordinibus conſtituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præſertim in criminalibus gaudent: quoniam Conc. Trid. loquitur de ordinatis ab Epiſcopo alieno cum litteris inferiorum Prælatorum Epiſcopo: vt bene declarat Mart. de iuriſd. p.4. caſu 549.num.52.& 13.& nos ſupra latiùs explicauimus, in hoc Canoniſtas potius, quā Theologos, proſequentes.

Septimò ampliatur: vt clerici nec in cauſa eui-
46 ctionis K poſſiot trahi ad forum ſæculare. Vndè K denunciatio, facienda clerico venditori à laico pulſato ſuper iudicio euictionis debet fieri coram Iudice eccleſiaſtico, & ſi aliter fieret, nulla eſſet ex defectu iuriſdictionis, per ea, quæ dicit Bart, in l.3.ff.de teſtam.

Eſt tamen verùm, quòd clericus venditor ca-
nonicè denunciatus coràm Iudice Eccleſiaſtico, poterit defendere laicum emptorem, ſi vult, & habuerit licentiam à ſuo Epiſcopo coram Iudice laico: vt per Bal.in l.venditor, n.2.ff.de iudic. Angel.in l.noo ſolùm, §.quod vulgo, ff.de vſuc. Abb.in c.quoniam frequenter, §.in alijs, nu.28. vt lit.non conteſt.& Mart.de iuriſd.p.4.caſu 44. num.8.cùm alijs ſeq.vbi etiam, n.21.& 22. refert, quòd Neapoli ſeruatur in practica, vt his caſibus, quando clericus laudatur in authorem, & formaliter denunciatur in iudicio ſæculari, ſta vt dicatur defenſor neceſſarius, Iudex laicus retineat cauſam inter ipſos priuatos, & remittat clericum ad ſuum Iudicem: vt habetur etiam ea Maran.in ſuo ſpecul.p.3.diſt.s 1.num.8. Affl. in Conſt. Regni, incipit. Si quis in poſterom . Capyc.deciſ.197.& Gram.dec 21.

Non tamen eodem modo eſt dicendū, quan-
47 do clericus, & laicus ſunt ſimul rei debendi, aut ſocij criminis, quoniam tunc laicus ſimul cum clerico iudicandi ſunt coram Iudice Eccleſiaſtico: eo quòd minus dignum accedit magis di-
l gno l, vt latè diſputat idem Mart. de iuriſd. p.4. caſu 118.& 119. vbi in fine etiam ait, quòd ſi iudex Eccleſiaſticus, qui cognouit de delicto laici,
49 ſufficienter non puniuerit ipſum, poterit Iudex ſæcularis illum iterum punire: vt habetur ex Boer.dec.289.& alijs ab eo citatis.

Eadem ratione Eccleſiaſtici non poſſunt tra-
50 hi ad Curias ſæculares pro confectione inuen-
m tarij m. Hinc hæres cū vult hæreditatem adire cum beneficio leges, & inuentarij, ſuxta tex. in l. fin. C.de iur. delib. quamuis ſuper illius confectione citandi ſint omnes creditores, ac legatarij; nihilominus, ſi clerici fuerint huiuſmodi, nō poſſunt citari per Iudicem ſæcularem illius loci, vbi bona hæreditaria ſunt, vel vbi hæres domicilium habet; ſed debent, moneri per Iudicem Eccleſialticum, eo quòd clerici nō poſſunt compelli ad comparēdum coram Iudice laico; etiam vigore generalis edicti, ſi ſua putauerint intereſſe; quoniam iſtæ citationes edictales ſunt à iure communi exorbitantes: vt in clem. cauſam, de.elect.& l.dies, §.prætor ait, ff.de damn.in-
51 fect. & Mart.de iuriſd. p.4.caſu 47.& 532.vbi n. 14.& 15. quærens, an inuentarium in bonis Eccleſiaſticorum ſit faciēdum per Iudicem ſæcularem, diſtinguit, quod aut bona Eccleſiaſticorū perueniūt ad manus Religioſorum, ſiue clerico-
52 rum, & tunc non poteſt fieri per Iudicem ſæcularem, vt eſt in caſu ſpolij clericorum: quia eorum bona patrimonialia gaudēt priuilegio exēptionis, & ſequūtur priuilegium perſonæ, & nō e contra, l.2.C.quibus, & quando quar.par. debeat.lib.10. & Bart. in l.placet, ff.de hæred.act. & ita fuiſſe deciſum in Parlamento Delphin.re-

fert

ſert Franc. Marc. dec. 105. p. 1. Quando verò bona Eccleſiaſticorum, perueniunt ad manus laicorum, tunc inuentarium fieri debet per Iudicem fæcularem: quoniam bona affecta priuilegio clericali, per mutationem perſonæ deſierũt eſſe Eccleſiaſtica, & ſequuntur cõditionem bæredum, l. Paulus reſpondet, §. 1. ff. de acquir. hæred. vbi Paul. Caſtr. Bart. & alij: & extat deciſ. Guid. Papæ 261.

Sic etiam debitor laicus petens admitti ad
53 miſerabile beneficium ceſſionis bonorum, vel ad remiſſionem partis debiti cùm conſenſu maioris partis ſuorum creditorum, non poteſt tra-
u here clericum u ad ſorum fæcularem, ſed debet adire Iudicem Eccleſiaſticum, niſi debitor detineretur in carceribus ad inſtantiam clerici creditoris: nam tunc, per viam reconuentionis poteſt petere contra clericum admitti ad beneficium ceſſionis: vt bene probat idem Mart. p. 4. de iuriſd. caſu 123.

Octauò ampliatur, vt adeò verùm ſit, Eccle-
54 ſiaſticos non poſſe trahi ad iudices ſæculares,
o vt ſi in flagranti crimine o comprehendantur, nec per Curiam fæcularem capi, ſeu arreſtari poſſint: vt cap. ſi verò, il primo. in ver. cæperit, de ſent. excom. & hanc ſententiam communem eſſe teſtatur Boſſ. in tit. de for. compet. nu. 150. ac colligitur etiam ex canone 19. noſtræ Bullæ.

Quod verùm eſt, niſi clericus in alium irruẽs
55 ab iniuria inferenda compeſci non poſſet p: nã
p tunc per Iudicem laicum poteſt capi, & arreſtari, vt habetur ex Inn. in d. c. ſi verò, & Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 42. vbi etiam probat, quòd clerici non poſſunt capi per laicos ſine licentia ſuorum ſuperiorum Eccleſiaſticorum, etiam ſi debitores ſint fugitiui: aut de fuga ſuſpecti. Licèt contrarium teneat Alter. In explicatione can. 19. noſtræ Bullæ, cap. 1. col. 9. in ver. Reſpondendum eſt, & col. 10. vbi etiam excuſat Iudicem laicum à cenſura huius can. qui præceperit ſuis executoribus, vt eccleſiaſticum capiat, qui delictum commiſit eo fine, vt mox tradatur Eccleſiaſtico Prælato, qui de crimine cognoſcat, & puniat: dummodò iſte talis ſit de fuga ſuſpectus: & niſi cõprehẽderetur, delictum impunitũ remaneret: quoniã huiuſmodi Iudex, & eius executores non interponunt ſe in cauſa criminali contra clericum, quod exigitur ad contrahendam excommunicationem d. can. ſed tantùm illum capiunt, vt ad ipſius Prælatum ſtatim deferant ne fugam arriperet: qui finis bonus eſt, & meritorius: vt habetur ex Panor. in c. cùm non ab homine, num. 12. verſ. tamen in veritate puto: de iudic. & Lap. alleg. 126.

Nonò ampliatur, vt Eccleſiaſtici, non poſſint
56 trahi ad forum fæculare, etiam ad ſerendum teſtimonium contra laicum, niſi ſuorum Prælatorum licentia concurrat: vt per Specul. in tit. de teſt. §. 1. col. 3. ver. Item excipitur, quod eſt monachus. Aret. conſ. 160. incipit; Longa eſt iſta conſultatio, & Mart. conſ. 45. num. 5.

Eſt tamen verùm, quòd ſi contra teſtes clericos obijciatur crimẽ per quod à teſtimonio repellerentur. Iudex laicus non poteſt de huiſmodi exceptione cognoſcere, & illius cognitio Epiſcopo committenda eſt: vt habetur ex Barth. à Capua in Conſt. Regni Neap. quæ incipit: Impecuniarijs, num. 11.

Quòd verùm eſt, vbi tractatur de plenaria co-
57 gnitione, ſecus autem, ſi agatur de ſimplici facti informatione, quã poſſet Iudex laicus adhibere ad cognoſcendum, an illi teſti fides ſit adhibenda: nam hoc caſu non dicitur cognoſcere de crimine obiecto in clericum, ſed dicitur cognoſcere contra laicum, qui illud produxit, ex quo ex eius repulſa, laicus ipſe pœnam luit, non clericus, vbi eiuſdem teſtimonio credendum. nõ eſſet: vt per Mart. de iuriſd. par. 4. caſu 117. vbi n. 5. limitat, quæ diximus procedere in ciuilibus: nã in criminalibus, clericus contra laicos non admittitur in teſtimonium quantumuis concurrat ſuperioris licentia; vt habetur ex Carauit. ſuper Rit. Mag. Curiæ Vic. 144. n. 5. Gram. conſ. 3. n. 3. & Foll. in ſua pract. crim. ſub tit. de fragmẽt.
58 n. 9. ſicut etiam laici, non ſunt idonei teſtes in criminalibus contra clericos, coram Iudice laico: vt in c. de cætero, de teſt. & Mart. loco citato num. 6.

Eſt tamen verùm, quòd ſi Iudex laicus examinet in cauſa criminali perſonam Eccleſiaſticam tanquam teſtem citra ipſius ſuperioris licentiã, licèt male faciat; tamen non incidit in excommunicationem noſtræ Bullæ: quoniam ipſius canonem 19. non violat, cum nec proceſſando, banniendo, aut capiendo ſe interponat contra clericum, quæ in d. canone prohibentur. Nec in rigore videtur eundẽ trahere ad eius Curiã fæcularem cõtra diſpoſitionem huius canonis quoniam nos ſupponimus, illum non fuiſſe viribus præturæ compulſum ad ferendum teſtimonium, iuxta ea quæ notat Alter. in explicat. d. can. 19. col. 7. ver. Quæret quis.

Decimò ampliatur ducta concluſio, vt clerici
59 non poſſint trahi ad ſorum fæculare, etiam pro obtinenda licentia capiendi poſſeßionem beneficiorum: quoniam beneficia Eccleſiaſtica cũ ſint ſpiritualia: vt in c. fin. de reſcr. in ſexto, ſuper illa Eccleſiaſtici dumtaxat iuriſdictionem habent, c. ſi Imperator, 96. d. c. fin. de reb. eccl. non alien. Et ideò in eis poteſtates ſæculares non poſſunt ſe intromittere, c. iuam de ordin. cognit. c. lator, qui fil. fin. leg. & latè Abb. in c. litteras, de iuram. calum.

Quod adeò verùm eſt, vt Principes ſæculares
q nec ſtatuere q poſſint, ne clerici beneficijs inſtituti, poſſint eorum poſſeſſionem accipere ſine Poteſtatum ſecularium licentia: quoniã id eſſet immittere falcẽ in meſſem alienam contra tex. in clem. Paſtoralis, & venerabilis, de re iud. Ita Abb. conſ. 83. p. 1. Felin. in c. Eccleſia Sãctæ Mariæ n 96. de Cõſt. Boſſ. in tit. de Principe n. 218. dum ait, quòd Princeps non poteſt edicta facere ne quis Romam ſe conferat ad impetrandũ beneficia, vel eorum poſſeſſionem capiat ſine Principis beneplacito; & nequis alium citet ad Romanam Curiam.

Hoc Idem contra Angel. conſ. 23. & alios probat Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 46. vbi limitat hæc, quæ diximus, non procedere ſuper poſſeſſione illorum beneficiorũ, quorum collatio, & inſtitutio ex Rom. Pontificis priuilegio pertinet ad Reges: vt de Rege Apuliæ eſt Gloſ. in ver. eccleſiam. in fum. 16. q. 7. Sic etiã ſi ageretur de poſſeſſione illorum beneficiorum, quæ ſita ſunt in Regnis, & Ciuitatibus, quarũ Regibus Romani Pontifices indulſerunt, vt nullus externus be-

neficia conſequi,& obtinere poſſit ſine ipſorum licentia. His enim caſibus Principes ſæculares poſſunt ſe intromittere,& ſtatuere circa poſſeſſionem beneficiorum. Non tamen hæc facultas conceſſa cenſetur eorum Viceregibus,niſi,ad id ſpetiali priuilegio potiantur;vt idemMart.contra nonnullos probat,loco citato.

Vndecimò ampliatur;vt excommunicatione iſta alligentur trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad ſorum ſæculare, etiã ſi perſonæ Eccleſiaſticæ Eccleſiæ cenſuris alligatæ ſint,aut depoſiti verbo,exceptis realiter degradatis:quoniam cenſura non tollit priuilegia Clericalia:vt habetur ex Panor.in c.ex parte,num.3.de cler. coniugat. & in c.cùm ab homine,n.5.de Iudic. & ibi etiam Felin.u.t6.& alij.

Duodecimò ampliatur: vt Iudices ſæculares nec ſuaſionibus quidem inducere poſſint Eccleſiaſticos,vt conſenti ât in eorum iuriſdictionem aliàs in excommunicationem huius canonis incidunt; quoniam licèt trahere, quod hoc loco prohibetur,ſignificet per vim ducere;tamen aliquando ſignificat ſimpliciter ducere ſiue ductus trahatur inuitus, ſiue volens: vt habetur ex Alter.in hoc can.cap.1. col.14. in ver. trahunt, vel trahi faciunt : iuncta col.15.in ver. Reſpondeo.

Eſt tamen verum,quòd ſi Iudex ſæcularis nihil penitus fuerit cooperatus r, & cauſam clerici ad ſuum tribunal venientis cognoſcat,licèt peccat excommunicationis tamen vinculo non alligatur:quoniam in hoc canone excommunicantur trahentes,vel trahi facientes. At iſte Iudex nullo modo trahit;nec facit,nec procurat trahi.

Immo ſi ipſemet Iudex bona fide abſque vlla coactione,non ex officio,vel ad inſtantiam partis,ſed ex amicitia ad ſedandas lites ad ſe clericũ induceret,cenſuram iſtam non contraheret,ſaltem in foro interiori,in quo ceſſant præſumptiones,& rei veritas attenditur. Rationem autem hanc eſſe inquit Alter.in d.col.15. in ver. Hinc ſequitur,quoniam ad incurrendam dictam cẽſuram exigitur,vt Iudex ex officio,uel ad alterius inſtantiam trahat.

Decimotertiò ampliatur; vt iudices Laici nõ poſſint ad eorum tribunalia trahere Eccleſiaſticos vigore cuiuſcumque conſuetudinis ſ: atque adeo prætextu conſuetudinis non excuſantur ab hac cenſura iudices ſic trahentes. Ita Bal.in c. clerici in fine,vbi etiam Butr.Panor.Dec.& alij, de Iudic.Felin.in c.2.n.3. de maior.& obed.Rota deciſ. 10.de cenſ.in antiq. & alij, quos refert, & ſequitur Alter.in explic.huius can.cap.2.col. 7.ver. Adhanc,& col. 8. & 9. vbi etiam in ver. Quæret aliquis:& uer.Reſpondeo ; probat huiuſmodi conſuetudinem non poſſe robur accipere prætextu taciti Romani Pontificis conſenſus,& præſumptæ eiuſdem patientiæ. Etenim omnibus patet, Pontifices quotidie de his conqueri.reclamare,minari pœnas, proferre ſententias,& cenſuras contra Iudices, ac Magiſtratus contrauenientes. Deinde quotannis in die cœnæ Domini, Romanus Pontifex ſolemnem excommunicationem pronunciat in Magiſtratus, iudices,Principes, qui Eccleſiaſticorum cauſas cognoſcere preſumunt.

Decimoquartò ampliatur,vt Iudices Laici nõ poſſint trahere ad eorum tribunalia Eccleſiaſticos: prætextu cuiuſcũque priuilegij generaliter

r penitus fuerit cooperatus

ſ

forte conceſſi a Romano Pontifice,tum quia nõ extat priuilegium laicis indultum à Sede Apoſtolica,quo poſſint generaliter clericorum cauſas cognoſcere: tum etiam, quoniam ſi per impoſſibile reperirentur conceſſa talia priuilegia, non militant contra noſtram Bullam,quæ ſingulis annis publicè,ac ſolemniter promulgatur cũ ampliſſima reuocatione quorumcunque priuilegiorum ob quaſcumque cauſas à quibuſuis Pontificibus,& quibuſcunque Potentatibus cõceſſorum.

Immo ſi iudex ſæcularis in aliquo particulari caſu ex priuilegio t Romani Pontificis quaſdã clericorum cauſas cognoſcit,& iudicat, propria id auctoritate non agit, ſed tanquam Miniſter u, & Delegatus Romani Pontificis : ut benè notat Alter.in explic.huius can.cap.2.in fine.

t

u

Sic ampliata limitatur primò eadem concluſio,ut locum ſibi non uendicet in clerico ſodomita. Nam ſi ſuper hoc ſcelere præuenerit iudex laicus poteſt procedere etiam contra clericum, & ſic illum trahere ad forum ſeculare : ut patet ex conſt.Leon.X.quæ incipit: ſupremæ,ubi clericus ſodomita omni beneficio clericali, omni officio,dignitate,& beneficio Eccleſiaſtico ipſo iure priuatur. Item ex conſtit.Pij V.quarum altera incipit:cùm primùm, & altera, Horrendum de quibus habetur ex Nauar.in Man.c.27. nu.246.& ſeq. dicente,ipſum allocutum fuiſſe Romanum Pontificem ſuper interpretatione dictarum conſtitutionum, & conſultò reſpondiſſe;poſſe Iudicem ſæcularem animaduertere in clericum tali crimine impictum, dummodo pluries deliquerit:quia conſtitutio vtitur verbo exercentes:quod niſi in pluribus vicibus verificari poteſt.

60

Beneuerum eſt, quòd nunquam laici poſſunt de huiuſmodi crimine cognoſcere contra clericum,niſi præcedat declaratio Iudicis x Eccleſiaſtici;vt habetur ex Mart.p.2.c.16.in fine:& infra meliùs, Deo duce,declarabimus,lim.ſeq. Immo requiritur degradatio,& traditio poteſtati ſeculari,vt ex ſupradicta Bulla Pij V.cuius tenor eſt, qui ſequitur . *Omnes & quoſcumque præſbyteros , & regulares cuiuſcumque gradus, & dignitatis tam diuum neſas* (puta ſodomiæ) *exercentes omni priuilegio Eccleſiaſtico præſentis canonis auctoritate priuamus . Ita quod per Iudicem Eccleſiaſticum degradati , poteſtati ſtatim ſeculari tradantur.*

61

x

Secundò limitatur dicta concluſio , vt non procedat in clerico aſſaſſinoinam clericus aſſaſſinus poteſt trahi,& puniri per Iudicem ſæcularem: vt in c.1.de hom.lib.6.qui tex. loquitur de occidente per aſſaſſinos, qui ſunt quidam ſpeciales populi;quamuis non deſint qui velint, vt procedat, etiam in illis Chriſtianis, qui pretio recepto,vel pacto, ſimilium alterum occidunt; etſi non ducant originem ab illo hominum genere:quod nobis non probatur, cùm in pœnalibus non fiat extenſio,c.pœnæ de pœn.d.1.& c. odia,de reg.iur.in ſexto.

62

Verumtamen eſt,quòd quoad id.quod vulgò dici ſolet, aſſaſſinium y dicitur perpetratum per promiſſionem factam alicui : ac etiam ſi ut alteri placeat , delictum committat abquis . Immo etiam ſi nihil ſit datum , uel promiſſum occidenti;ſed occidens motus fuerit, vt alteri placeret ; quod ſaltem uerum

y

63

et-

eſſet, vbi veriſimilis ſpes extaret conſequendi remunerationem aliquam ab eo, cui complacere intendebat: vt per Io. Andr. in c. pen. decler. reſid. Gram. voto crim. 9. n. 3. Carrer. in ſua praxi crim. §. Circa tenet, & Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 129. Perdit igitur clericus aſſaſſinus priuilegium fori, quia diſpoſitio d. c. 1. de hom. in ſexto reſpicit iauorem animarum: vt habetur ex Cap. dec. 155. n. 23. & ideo ex indentitate rationis, extenditur etiam contra Cardinales, & alios Prælatos, per ea, quæ dicit Io. Andr. in c. ex tenore, qui fil. fin. legit. quem ſequitur Ant. de Butr. & Panor. ibi & in c. quæſiuit, de diuor.

Confirmatur quia in d. c. diſponitur per dictionem, Quicunque, geminatam, quæ odioſa etiam comprehendit: vt per Dec. conſ. 399. n. 2. Crau. conſ. 308. & alios, quos refert, & ſequitur Mart. loco citato, & d. 2. c. 34. n. 9.

Eſt tamen verum, quòd clericum aſſaſſinum, tunc Iudex ſæcularis punire poteſt, quando duo copulatiuè concurrunt. Primum quòd qualitas aſſaſſinij probata ſit concludenter per indicia, indubitata. Secundum Iudicis Eccleſiaſtici declaratio, quòd delictum commiſſum fuerit per aſſaſſinum, & pendente dicta declaratione. Iudex laicus non poteſt in Eccleſiaſticos pœnâ exequi, nec etiam detinere: vt habetur ex Mart. in d. caſu 129. n. 16. & 17.

Tertiò limitatur, hanc concluſionem nõ procedere in clerico non incedente in habitu, & 64
a tonſura a, & non ſeruiente in diuinis: nam huiuſmodi clericus, ſi non ſit in Sacris, fori eccleſiaſtici priuilegio non gaudet; etiamſi in minoribus ordinibus ſit conſtitutus: vt habetur ex Cõcil. Trid. ſeſſ. 23. c. 6. de reform.

Verum tamẽ eſt, quod ſi clericus beneficium 65
b habeat b, cum vigore dicti Conc. etiã ſi habitum & tonſuram non deferat, nec ſeruiat in Diuinis, adhuc gaudat priuilegio fori; tunc & eo caſu nõ non poteſt trahi ad forum ſeculare.

Immo idem dicendum eſt de habente penſio- 66
c nem beneficij Eccleſiaſticic, ſi habeat ordines minores: quoniam licèt penſio non veniat appellatione beneficij Eccleſiaſtici: tamen æquiparatur beneficio, eſt pars ſubſtantialis beneficij, ac multoties capitur loco ipſius, & eandem vim obtinet: vt bene docet Rebuff. in pract. Benefi tit. de diſpen. ſuper defect. ætat. n. 12.

Et hodie fuit diſpoſitum per Bullam Pij V. re- 67
latam à Nauar. in ſum. c. 25. n. 122. vt quicunque habet penſionem, vt clericus, teneatur recitare officium paruum Beatæ Mariæ Virginis. Vndè ſi penſianem retinet vt clericus, & docet de Ordinibus minoribus, debet conueniri coram Iudice Eccleſiaſtico: Secus autem, ſi penſionem retineat, vt laicus: nam tunc non gaudet beneficio fori Eccleſiaſtici; prout multoties fuiſſe iudicatum Neapoli, refert Mart. de iuriſd. p. 2. c. 32 n. 48. & ideo Iudices ſæculares trahentes eum ad eorum forum, in excommunicationem noſtri canonis non incideret.

Quartò limitatur eadem concluſio, vt cleri- 68
d cus trahi poſſit ad forum ſeculare per viam reconuentionis d: vt per Glo. in c. 1. ver. Super ſuis, de mut. petit. & in c. atſi clerici, ver. Non tenet; de Iudic. Bar. in auth. & conſequenter. C. de ſent & interloc. omn. Iudic. Spec. in tit. de recon. §. nunc dicamus, ver. Sed pone clericum, Bal. in l. 2. §. ſed ſi agant, ff. de Iudic. Maran. in ſuo ſpec. p. 4. diſt. 6. num. 44. Et hanc eſſe communem opinionem teſtatur Felin. in d. c. atſi clerici, num. 8. vbi etiam Dec. num. 155. cum plur. ſeq. Boer. deciſ. 69. Afflic. deciſ. 173. Franch. deciſ. 193. & deciſ. 370.

Immo clericus actor coram Iudice laico non poteſt renunciare liti per eum motæ ad finem effugiendi reconuentionem: quoniam non obſtante tali renunciatione, in eodem judicio procederetur in cauſa reconuentionis ante litis cõteſtationem, ut per Afflic. deciſ. 173. Franch. deciſ. 349. & alios relatos à Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 107. in fine.

Quod quidem verum eſt in locis, vbi extat conſuetudo: quia non nulli ſunt, qui contrariam ſententiam exiſtimant de iure veriorem eſſe; vti Gemin. in c. cuius in agẽdo, 3. q. 8. qui ait de hoc eſſe caſum in c. fin. de Iudic. Cardin. in clem. ſtatutum. de elect. & alij quos refert Mart. loco citato. Vbi limitat etiam in locis, vbi extat conſuetudo in pluribus caſibus.

Horum primus eſt vbi reconuentio facta fuerit ante litem conteſtatam, nam poſtea recõuẽtioni non datur amplius locus. Glo. in clem. ſæpe. §. verum in uer. exordio de verb. ſignif.

Secundus eſt, ut contra clericos locum non habeat reconuentio in illis caſibus, in quibus contra cæteros actores laicos proponi non poteſt: nempe, vbi non eſt propriè iudicium, ut docet Bal. in c. 1. de conſtr. inuect. apud par. term. vel quando agitur remedio, quis ſit manutenẽdus Bar. & Saly. in l. 1. C. vbi cauſſat. uel in cauſa appellationis, l. 1. & 2. ff. quis, & à quib. l. 1. §. ſi apud vbi Angel. ff. quæ rent. ſine appel. reſc. & Soc. in c. 1. q. 2. de mut. petit. In his enim caſibus reconuentio non procedit, etiam contra laicos; & ideo tanto minus locũ habet contra clericos.

Tertius caſus eſt; quando laicus iniuria clericum afficeret: nam tunc ipſe conuentus à clerico coram Iudice laico, non poteſt clericum coram eodem Iudice reconuenire. Ita Specul. in tit. de reconu. §. 1. ver. Quid ſi laicus. Abb. in c. dilectus, de arbitr. & Farm. in tit. de Inquiſit. q. 8. n. 101. cum alijs, quos allegat. Quod procedit etiam ſi reconuentio nõ fieret in fraudem, ut per Bal. in d. c. 1. de contr. apud par. term. Idem dicendum eſt, ſi clericus agat de furto, aut alio maleficio coram Iudice laico: nam adhuc reconueniri non poteſt coram eodẽ: eo quòd nullus priuilegiatus agens de iniuria, furto, aut alio maleficio ſibi illato poteſt reconueniri corã non ſuo Iudice; vt eſt tex. in l. 2 §. ſed ſi agam, ff. de Iudic. & Bal. in d. auth. Et conſequenter, C. de ſent. & interloc. omn. Iudic.

Quartus caſus eſt in cauſa ſpirituali, aut ſpirituali annexa; quoniam hoc caſu reconuentio locum non habet contra clericum coram Iudice laico: vt in c. tuam, de ord. cogn. & Abb. in c. atſi clerici, n. 20. de Iudic.

Quintus caſus eſt, vbi de crimine etiam ciuiliter fieret reconuentio: nam tunc contra clericum in ſæculari Curia non militat: vt in c. unico de cler. coniug. in ſexto. Panor. & alij in d. c. atſi clerici, & Doctores communiter in c. 1. de mut. pet.

Sextus caſus eſt, quando manus ſæcularis Iudicis inferenda eſſet in perſonis clericorum; nã

tunc reconuentio non procedit. Soc. in d.c.1. de mut. petit.

Septimus casus est, vbi agitur de causa feudali: atque adeò clericus litem habens coram Iudicibus feudi, non potest coram eisdem reconueniri de alia re, quam feudali: vt per Minsyng. lib.obser.cent.4.obseruat.90.

Ratio autē hæc est: quoniam iurisdictio Domini feudi non potest extendi, vel prorogari ad alias lites, & causas, quam feudales, vt per Abb. in c.cæterum, n.2. de Iudic. vbi etiam Felin.n.2. & Barb.n.6.& alios.

Confirmatur, quia iurisdictio est concessa Domino feudi inter feudatarios, etiā si clerici sint, respectu certę speciei causarū, & sic feudalium vt est tex.in c.1.5. præterea si inter, de prohib. feud.alien. per Fed. c.nouit, de iud. c.transmissa, & c.verùm, vbi etiam Inn. & alij de for. cōp. Modo quando alicui concessa est iurisdictio super certo genere causarum, non potest ad causas dissimiles extendi: vt in testamenta, & ibi DD. C.de testament. Bald.in c.de causis, de offic.deleg. & Paul. Cast. in l.fin.de iurisdict. omn.Iudic.

Hinc reconuentio locū nō habet coram arbitris, quoniā arbitri iurisdictio arctata est ad causam compromissi iuxta tex.in l.1.& ibi Bar.ff.de arbit.

Sic etiam clerici coram ordinario Iudice litigantes, non possunt reconueniri pro causa feudali: quoniam feudatarius, etiam de communi consensu litigantes, non possunt alterius Iudicis iurisdictionem prorogare absque Domini consensu: vt bene docet Bart. in auth. & consequenter.n.6. C. de sent. & inter. omn. iudic. & Mart. de iurisd. p.4 casu 84.

Adde, quod hæc quæ dicimus de trahendo clericum per viam reconuentionis, intelligenda sunt, quando clericus agit nomine proprio coram Iudice seculari, & reconuenitur nomine proprio: secus autem si ageret nomine Ecclesiæ, & reconueniretur Ecclesia, vel nomine proprio: habetur ex Graffon. explicatione huius canonis, lib.4.dec.p.1.c.18.sub n.128.

Quinto limitatur, vt clericus trahi possit per potestatem hanc ad forum seculare in causa feudali: quoniā Dominus feudi est iudex competens in vasallos, etiam si clerici fuerint feudatarij, & dominus feudi sit laicus, vt per Inn. in c.verùm, n.1. de for. comp. Abb. in c.cæterum, n.6. de Iudic. vbi etiam Felin. nu.8. & Dec. qui hanc opinionem communem esse testantur. Guid.Pap.dec.139. Graff. in explicatione huius canonis, lib.4.dec.p.1.c.18.n.128. casu 1. Sayr. hoc eodem loco lib.3. Thes. tom.1.c.29.sub n.5. & Vgol. ibidem, §.1.n.7

Quod quidem adeò verum est, vt etiā si Romanus Pontifex sit, Imperator, Rex, aut quicunque alius Princeps, qui recognoscat ab aliquo feudum, super feudalibus controuersijs nō possit cognosci ab alio, quam à directo Domino feudi. Ita Sot. in c.ex transmissa, n.36. de for. cōpet. Bald. cons.375. col. fin. in ver. Sabaudiæ, vol.2. Quilibet enim quantumuis magnus Princeps, ratione feudi censetur esse inferior directo Domino: vt per Bald. in c.1.5. fin. num.3. de nou. form. fidel. Foll. in pract. censual. ver. Et submissiones, n.6. 24. & 26. & Mart. de iurisd. p.4. casu 89. num.5. cum plur. seq. & casu 34. in prin.

Vndè clericus citatus super reintegratione feudi coram directo Domino, debet simpliciter comparere consentiendo in Iudicem, non autē protestando se quòd in Iudicem consentire nō vult, alias tunc esset contumax reputabitur: vt per Inn. Io. Andr. Bald. Imol. & alios in c.cumana, de elect. Iaf. in l.ait Prætor. n.18. ff. de iureiur. & in l. Sancimus, n.5. C. de Iudic. & contra vasallum sic contumacem potest procedi ad priuationem feudi, c.1. & illud, & ibi DD. de prohib. feud. alien. per Fed.

Item clericus feudatarius trahi potest à directo Domino sæculari, non modò pro causis feudalibus; sed etiam ad impendendum illis cōsilium, vel auxilium: quæ propter sæpissimè solent Reges vocare Episcopos suos Feudatarios, vt eis impendant auxilium, vel consilium pro conseruatione Reip. instante maximè magnā Regni perturbatione: quo casu, quidam volunt, quòd vbi Episcopus feudatarius vocatur ab ipsius directo Domino & absolutè Metropolitano tenetur directo Domino parere potius quàm Metropolitano. Ita Glos. & nonnulli alij Doctores in c. cùm parati per illam tex. de appell. licèt contrarium videatur tenere Mart. de iurisd. p.4. casu 18.

Sic etiam clericus agens in Iudicio l. diffamari, C. de Ingen. in feudalibus debet illud exercere coram Iudice feudi, atque adeò coram directo Domino suam iura proponere: vt habetur ex eodem Mart. de iurisd. p.4. casu 85.

Tenetur quoque clericus gratione feudi, quod habet à Principibus sæcularibus ad prestandum eis iuramentum fidelitatis: vt Ias. in c. vnic. §. verùm de stat. Regul. in septā, Imān c. solitæ, de maior. & obed. & Panorm. ibi, veniens, de rescript. Et sic dominus consuetudinarius ligare clericos feudatarios Principis sæcularis, extat communis Doctorum sententia, quam refert Clar. in §. feudum, q.1. ver. Sed numquid: & aliquos refert, & sequitur Mart. cōd. tract. p.4. casu 32. num.17. & casu 193.

Hæc, quæ diximus, vera sunt, non modò si clericus recipiat in feudum Castrum, Ciuitatem, aut Regnū; sed etiam si iurisdictionem tantum, aut quamcunque aliam rem consequutus quoniā feudum cōsistere potest in omni, cuius dominium directum retinere potest, & concedi vtilè feudatario. Vndè feudum cōsistere potest in iurisdictione tantùm, & in Castro tantùm: quod sanè iurisdictio separari potest à Castro: vt per Bald. post Inn. in cit. decretus, de appell. mon. Par. de reintegr. feud. c.283. n.13. Item feudum potest consistere in fructibus pēdentibus Glos. in c.1.5. fiendum, in ver. cohærentibus: de feud. cognit. Tiraq. de retract. lign. §.1. Glos. 9. num.37. cum aliis quos allegat. Item consistere potest in hominibus ascriptitijs plebis terræ: Affl. in const. Regni rubr.5. n.2. Item in annuis introitibus, qui vt immobiles æstimantur, clem. exiit de Paradiso, in ver. Annui introitus de verb. sign. & est tex. in c.1. de not. feud. quo casu, licèt non videatur retineri proprietas, quia non adest realiter, tamen penes Dominum retinetur actio directa, & penes feudatarium actio vtilis: vt per Doct. in c. quærelam, de elect. Qua ratione docet Mart. de iurisd. p.4. casu 200. feudum

dum poſſe conſiſtere, etiam in perenne, & ideò reſpõdet ad ea, quæ dicit Andr. in c. 1. ſtr. de feud. vaſal. fuer. ab aliq. interpel. vbi etiam latè diſputat, quando iuriſdictione ſemel conceſſa in feudum nouum, poſſit per Prælatum alteri concedi iure antiqui feudi.

Eſt tamen verùm, quòd Eccleſiaſtici: qui tenent feuda à Rege, & ab alijs Principibus ſæcularibus, licèt dicantur eorum feudatarij, & fideles; non tamen dicuntur eorundem vaſalli: nam vaſallus appellatur ſlientus, ſeu ſeruitor: vt in c. 1. §. etſi clientulus, de feud. alien. eo quòd eſt obligatus ad ſeruiendum Domino, vt in c. 1. in fine, ex quibus cauſ. feuda amitt. Modò indecorũ proculdubio eſſet, ſi Romanus Pontifex, aut Imperator recognoſceret feuda ab aliquo Principe, & illius Principis dicerentur vaſalli.

Sic etiam dicendum eſt de cæteris Eccleſiaſticis, quia quatenus Deo Sacrati ſunt, Principibus ſæcularibus Superiores, & Patres, ac Magiſtri laicorum cenſentur, ac quibuſcunque ſæcularibus præſunt, c. quis dubitat. ver. Si filius patrem: d. 69. c. ſolitæ de maior. & obed. & c. ſi Imperator, d. 9. ergo Principibus ſæcularibus ſubiecti eſſe non debent: quamuis feudum ab eis recipiant, cap. cum inferior, de maior. & obed.

Et tanto minus Eccleſiaſtici poſſunt alicuius Principis ſæcularis vaſalli numeu pari, ſi feudum ab eo non fuerint proſecuti, fieri ciues illius Ciuitatis dicantur, ſicut laici: vt benè docet Bart. in l. Ciues C. de Incol. lib. 10. & de capitulis, & ſi quis neſciat, diſt. 10. & Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 188.

Præterea Princeps, quamuis de plenitudine poteſtatis poſſit ſecundum aliquos ſui feudatarij iuriſdictionem modificare: tamen non poteſt quoad feudatarios eccleſiaſticos: vt habetur ex eodem Mart. ibidem caſu 190. ſub num. 21.

Dixi ſecundum aliquos, quoniam in contrarium eſt communis ſententia: quia in Baronibus & feudis nunquam iuriſdictio dicitur præſumptiuè conceſſa, propter Principes, non poteſt ſe intromittere etiam plus ſuper feudo iuriſdictionali alterius, ſecundum Bart. in eodem tract. quæſt. 4. ipſe Mart. bene probat.

Sic etiam Eccleſiaſticus agens contra Dominũ directum feudi actione pignoratitia, non tenetur ſe, vt cauſam agat coram Iudice Curiæ, vt aut Inn. in c. cæterum, n. 4. de iudic. & Alex. conſ. 79. nu. 2. volunt, quoniam quando Dominus pignorauit proprietatem feudi, nũ tanquam feudum, nec tanquam directus Dominus feudi, ſed tanquam quilibet extraneus oppignorare dicitur. Quæ ratio militaret tamen vaſallo laico, & vbi ageretur de cauſa commodati, aut depoſiti: vt bene declarat Mart. in eodem tract. quæſt. 191. num. 10. & 11.

Rurſus, quando Eccleſiaſticus, eſt feudatarius laici, & ſententiam tulerit inter vaſallos, licèt regulariter ab eo appellandum ſit ad directum Dominum feudi: vt habetur ex Fret. in tract. de ſubfeud. lib. 2. in 24. authoritate, & Abb. in c. cæterum, de iudic. quia Dominus feudi concedendo Eccleſiæ feudum, & iuriſdictionem, non cenſetur in totum abdicaſſe poteſtatem, tamen quotieſcunque feudum eſt conceſſum Eccleſiæ francum, & liberum; tunc non intelligitur reſeruata appellatio directo Domino, & ideò à ſententia Prælati Eccleſiaſtici, nõ appellatur ad illum, ſed ad Superiorem ordinarium ipſius Eccleſiaſtici: ita Arct. conſ. 14. & alij, quos refert, & ſequitur Mart. de tract. p. 4. caſu 198. num. 7. vbi etiam num. 8. addit, quod ſi Eccleſia habeat iuriſdictionem temporalem, quam per laicos exerceat, iuxta tex. in c. fin. ne cler. vel mon. lib. 6. quos contingat ſententiam ferre; tũc appellari debet ad Iudicem Eccleſiaſticum, vt eſt tex. in c. Romana, §. debet de appell. lib. 6. & habetur ex Franc. Mart. deciſ. Delphin. 365. & 366. par. 2.

Sic etiam è contra, quando S. P. concedit feudum liberum, & francum alicui Principi ſæculari, pro vt erat apud Sedem Apoſtolicam, nihil penitus ſibi reſeruando: quoniam in hoc euentu à ſententia Principis ſæcularis non appellatur ad Rom. Pontificem, At verò, vbi S. Pontifex reſeruauit ſuperioritatem, tunc à ſententia feudatarij ſæcularis habetur recurſus ad Papam, etiã ſi feudum conceſſum fuerit cum omni iuriſdictione.

Quæ quidem ſuperioritas intelligitur reſeruata per ſolutionem cenſus: vt in c. omnis annus de cenſib. vel per præſtationem iuramenti fidelitatis: vt habetur ex Iacobo in ſua inuentiua, in tit. de Homag. num. 6. & 37. Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 199.

Illud denique eſt notandum, quòd licèt clericus feudatarius non teneatur directum contra perſonam Domini, venire feudo priuandus: vt in c. 1. §. præterea, & ib. Doct. quæ ſit prima cauſa benef. amitt. Apud Imperatorem, ſi voluerit, & ibi Aſſi. n. 36. de capit. qui curiam vocati &c. multò magis, quando ipſe Dominus à ſuo feudo Domini vi, aut manu armata fuerit; tamen contra eum in dictis caſibus, ſeu in quibus alijs in quibus quis agere poteſt criminaliter contra ipſum, clericus ipſe conuenire debet coram Iudice Eccleſiaſtico: atque ideò nihil non poteſt ab quidem directo Domino: vt per Innoc. verùm nec. & ibi de fur. comp. & Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 82. num. 18. & 19. & caſu 83. num. 1. & 2. quos allegat. Vbi etiam num. 3. quæro, quid ſi clericus negat feudum tenere à Laico, dominoque cogat mittere monitum, an poſſit dominus ab eo petere directum feudi in curia laici, vel debeat illum citare coram Iudice Eccleſiaſtico? Vt habetur etiam ex Act. in Bur. & alijs quos citat ibi de iudic. in verbum, Iacundo for. comp. Ita tenet Ioſephus Mascardus, & refert Franc. Marc. in deciſ. 366. par. 2. quando clericus tenetur feudatario.

Quoad Eccleſiam autem quæ dicta ſunt, quia ſolum habet præcipuum in feudis, & benedictum, quod non poteſt feudi directo Domino præſtationes relinquere per mortem Præſati: quia nunquam poſſeſſionem tam Eccleſiaſticam, quam ſæcularem, nam mortuo Prælato: eo quòd ipſa poſſidet vt habetur ex Bald. & alijs in fin. C. de edic. D. Adrian. tollen. & in lo. vnica in prin. Cod. commun. de ſucceſſion.

Vndè valet dicere, quod feudi, etiam mortuo Prælato, remanet penes Eccleſiam, atque ideò Prælatus ſucceſſor, non ſit reputatur tanquam vaſallus Domini, ſed tanquam procurator Eccleſiæ, vt in cit. de donat. Sic etiam Eccleſia feudi nunquam tenetur dare ſolutionem ſeruitij, quia ſeruitium facere, quia de iure non poteſt ad inſtar pupilli, Bal. in præludi. feud. n. 57. & ideò fidelitatem

fidelitas præstanda est nomine Prælati: vt per Bald. ibidem. Eadem ratione Ecclesia non potest feudum perdere per felloniam delicti commissi à suo Prælato. Vt per Afflict. & alios in c. 1. §. similiter, de cap. Corrad. & latè habetur ex Mart. de iurisd. p. 4. casu 17. vbi etiam n. 13. & latius casu 187. num. 5. & 6. tract. quomodo Ecclesia possit perdere feudum ob felloniam contractam propter pacta non seruata.

Sextò limitatur conclusio in clerico incorri-
85 gibili: nam tunc licitè trahitur ad forum sæculare, vt in c. cùm non ab homine, de iud. & Sayr. in explicat. præsentis canonis lib. 3. Thes. tom. 1. cap. 19. sub num. 5.

Dicitur autem persona Ecclesiastica incorri-
86 gibilis qui à proprio superiore nó vult corrigi. Quod quidem multipliciter contingere potest. Primò quãdo delicto commisso, pro correctione clerici, carceratus ipse clericus à carceribus eufugerit: nam tunc efficitur incorrigibilis: vt per Felin. in c. cùm non ab homine, n. 12 in fine de iud. Secundò clericus dicitur incorrigibilis, vbi impositam sibi pœnitentiam pro delicto commisso agere contemnat. Abb. in c. cùm non ab homine, n. 30. ver. Quandoque: quia cõtemptus est nouum delictum: vt per Felin. in c. 2. n. 7. de maior. & obed. Cald. cons. 4. de sent. excom. Tertiò incorrigibilis appellatur, quando clericus post peractã pœnitentiã reuertitur ad priora delicta: vt per Abb. loco citato. vndè factis est clericum criminosum ter fuisse remissum ad Iudicem Ecclesiasticum, vt quartò delinquens, tanquam incorrigibilis cognosci possit à Iudice laico: vt habetur ex Felin. & aliis locis citatis: quamuis hæc sententia reijciatur à Mart. de iurisd. p. 2. c. 36. in fine.

Sed quicquid sit de hoc, id est præcipuè notandum, quòd nunquam Ecclesiastica persona incorrigibilis dicitur ad effectum perdendi priuilegium fori, nisi trina præcesserit monitio, qui non obstante, pœnitentiam sibi impositam, & superiorum mandatis obedire neglexerit. Necnon quòd prius fuerit depositus, deinde excommunicatus, demum anathematizatus. vt habetur in d. c. cùm non ab homine de Iudic. & Abb. in c. perpendimus, de sent. excom. Alciat. in d. c. cùm non ab homine, n. 8. de Iudic. Vasq. de succes. creat. lib. 3. §. 22. lim. 57. n. 63. Vlu. in suis com. opin. in ver. clericus apostata. Et hanc opinionem communem esse testatur Mart. loco citato, & ita communiter seruari refert Alber. in tract. de stat. p. 2. q. 42.

Imò debet præcedere sententia declaratoria f incorrigibilitatis, alias nunquam potest à
87 sæculari iudice puniri: vt bene docet Felin. in d. c. cùm non ab homine, num. 9.

Item hoc verum esse ait Sayr. in supradicto loco, quando non potest vllo modo per Ecclesiasticam potestatem cohiberi, & accepta prius licentiã ab ecclesiastico superiore, cuius est iudicare, an clericus sit incorrigibilis.

Quæ quidem militant, dummodo clericus actum non fecerit clericatui contrarium; vt
g quia ducat secundam vxorem: g vel primam
b corruptam: vel effectus sit miles, & fœua exerceat b: tunc enim sine aliqua monitione statim efficitur de foro sæculari: vt per Host. & alios Doct. in d. cap. 1. de Apost. Afflict. in Const. Regni. Apostatantes: Gram. vot. 3. & Mart. in d. c. 36. licèt n. 13 ibidem reprobet opinionem illorum, qui dicunt, non requiri monitionem, vbi clericus, dimisso habitu, diù perseuerauerit, immiscendo se fœuis, & enormitatibus: sicut etiam c. 32. n. 54. eod. par. vult, quòd clericus effectus miles non amittat priuilegium fori, sed tantùm priuatur beneficio canonis, si quis suadente diabolo 17. q. 4. An autem Principes sæculares possint in Episcopos seditiosos, & pacem turbantes animaduertere, & ex eorum Regnis, Prouincijs, ac Ciuitatibus illos eijcere, latè tractat Mart. in d. p. 2. c. 34. Sed quòd non possint, patet ex can. 12. nostræ Bullæ, & ex 19.

Septimò limitatur dicta conclusio in clericis
88 ioculatoribus i, & buffonibus: nam huiusmodi
i clerici, cùm amittant priuilegium fori, consequèter trahi possunt ad forum sæculare. Quod quidem verum est, si ter moniti fuerint, vel per annum in ipsa arte perduraverint: vt in c. 1. de vit. & honest. cler. lib. 6. & Diaz in pract. crim. c. 26. Nam huiusmodi histriones, sunt infames: & propterea illis non datur Sacramentum Eucharistiæ, c. pro dilectione, vbi Glos. de consecr. d. 2. Idem dicendum est de clericis tabernarijs,
K & macellarijs K, per ipsos artes huiusmodi publicè, & personaliter exercentibus, si omninò incedant vt laici, vt in d. c. 1. de vita, & honest. cler. in sexto: Secus autem si per alium vendi faciant vinum, quod collegerunt ex possessione Ecclesiæ, vt habetur ex Diaz loco citato, cap. 63. & habetur ex Concil. Triden. cap. 12. de reform. sess. 24. cum alijs Doctoribus, quos allegat Mart. par. 2. cap. 32. num. 38. et 39.

Octauò limitatur in clericis schismaticis: quo-
89 niam pro huiusmodi criminibus possunt trahi ad forum sæculare, si Iudex sæcularis præueneris: nam schisma est mixti fori: vt supra diximus can. 1. q. 39. con. vnica, amp. vl. in fine. Quod intelligendũ est de puris schismaticis secus autem si essent etiam hæretici: quoniam tunc solus Inquisitor hæreticæ prauitatis de eo potest cognoscere: & bona clerici, etiam si feudalia sint habita à laico applicantur Ecclesiæ per Inquisitorem, qui solus potest cognoscere de publicatione bonorum feudalium delinquentis in crimine hæresis, vt habetur ex Mart. iurisd. p. 2. c. 35. n. 50. & 51. & 4. par. casu 137. n. 25. & casu 15. num. 9. cum plur. seq.

Nonò limitatur in clericis l negotiatoribus,
90 qui ratione mercaturę conueniri possunt coràm Iudice mercatorum; vt habetur ex Stracch. in tract. de mercat. p. 3. tit. de his, qui mercat. exer. pos. nu. 9. quoniam clerici negotiatores quoad ea, quæ ad negotiationem spectant, sunt cõmunes laicorum vti debent. Ita Bal. ad Spec. in tit. de de Reo: ver. Quid si scholaris: Quæ omnia intelligẽda sunt, dummodo trina monitio præcesserit, alias debent conueniri coram competenti, iudice ecclesiastico, vt est tex. in c. fin. vbi Ant. de Butr. & alij de vir. & honest. cler. Fulgos. cons. 51. & Alex. cons. 8. vol. 1.

Decimò limitatur secundum non nullos in
91 clericis portantibus arma prohibita: quia citra omnem censuram possunt per ministros sæcularis Potestatis armis ipsis expoliari, ac priuari. Etenim statuta sæcularia, armorum aspotationem interdicẽtia, ligare quoque clericos, & Ecclesia-

cleſiaſtico tenet Steph. Auſr. in tract. depoteſt. ſæcul. in Eccl. regul. 1. limit. 13. Clar. §. fin. q. 36. ver. Vlterius quæro: Petr. Duen. in regul. iur. regul. 55. Affl. ict. in c. ſi quis ruſticus, nu. 3. de pac. ten. Couar. pract. qq. c. 35. n. 7. ver. vtrumque tamen ſit: Menoch. de arbitr. caſu 395. num. 31. & ſeq. Fab. de Ann. in addit. ad ipſius patrem ſuper concl. crim. c. 8. nu. 96. Ioan. Redin. in tract. de Maieſt. Prin. in § non armis ſolùm decorata, in 2. part. num. 163. & ſeq. ſoc. in regul. iur. 30. quę incipit: Arma portare, Cotta in ſuo memor. Armorum vſus: Ioan. Lopez in c. per veſtras, §. 1. num. 13. de donat. inter vir. & vxor. Franc. Marc. deciſ. Delph. 364. p. 5. Et ita de conſuetudine ſeruari in Hiſpania teſtatur Couar. lib. 2. var. reſ. c. vlt. in fine, & Plac. lib. 1. Epit. de dehct. c. 8. nu. 26. & apud Gallos, Iudices ſæculares punire clericos arma prohibita deferentes, ex conſuetudine immemorabili, & Romanorom Pôtificum priuilegio, teſtatur Steph. Auſr. loco citato. Io. Redin. ibidem: & Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. num. 80. ait Iudices laicos Galliæ reperiri in huiuſmodi poſſeſſione contra clericos arma vetita deferentes à tempore, cuius initij memoria non extat.

Rationem hanc eſſe dicit Couar. quem alij ſequuntur: quia lex ob publicam vtilitatem condita ligat clericos, præſertim ſuper delatione armorum; quæ maximum Reip. poſſunt afferre detrimentum.

Alij fundantur ſuper tolerantia Rom. Pontificis, qui hoc videt, & tolerat.

Alij mouentur: quia Iudex Eccleſiaſticus: familiam non poteſt habere armatam; quæ valeat de nocte clericos armatos capere; ac ab eiſdem arma tollere: ſtante maximè Conſuetudine Italiæ, quòd nullus amittat arma, niſi fuerit deprehenſus armatus; etiam ſi cõſtet illum arma portaſſe: vt habetur ex Corn. conſ. 20. vol. 3. Alex. in l. poſſideri, §. Neratius, ff. de acquir. poſſeſ. Rom. in l. 1. §. hoc reſcriptum, vbi etiam Alber. ff. ad Senatuſc. Syll. & Bald. in l. 3. §. 1. ff. de offic. præfec. vigil.

Imò non deſunt aliqui, qui volunt, quòd ſtante ſtatuto contra deferentes arma prohibita: vt arma perdant; & pecuniariam inſuper pœnam luant; vtraque pœna peti poſſit coram ſæculari Iudice. Ita Io. Fab. in l. addictos, C. de Epiſcop. Aud. ver. regul. vltro procedat: Steph. Auſr. de poteſt. ſecul. in Eccl. reg. 1. ſal. 13. & alij. Couar. etiam lib. 2. var. reſol. c. 20. num. vlt. §. 36. quem refert, & ſequitur Suar. de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 12 ſub num. 3. vult eum, qui fugit ad Eccleſiam cum armis prohibitis, poſſe etiam ibi ſpoliari armis per Iudicem: quoniam habere ibi huiuſmodi arma, contra legem eſt. Vndè illa non eſt propriè pœna, ſed ſubtractio materiæ culpæ.

Et confirmatur ex his, quæ docet Ignatius Lopez in add. ad pract. crim. Diaz ſuper cap. 54. ver. Quamuis ab hac opinione, in fine, fol. 191. dum concedit Miniſtros Iuſtitiæ ſæcularis poſſe clericos huiuſmodi armis ſpoliare: quoniam hoc facti eſt: quod reſpicit nudum miniſterium ſine iuriſdictionis cognitione: ſicut permittitur creditori debitorem fugientem apprehendere, l. ait Prætor, §. ſi debitore. ff. quæ in fraud. cred. & adulterum in adulterio deprehenſum occidere, l. Gracchus, C. de adult. & l. marito, ff. eod. Hæc ſunt, quæ pro hac opinione cumulantur.

m Mart. verò m de iuriſd. p. 4. caſu 7. n. 20. iſta omnia, tunc vera eſſe arbitratur, quando nudum miniſterium facti ſine aliqua cognitione concurrit: vt ſi clericus cum armis vellet maleficiũ aliquod committere: & Miniſtri Iuſtitiæ ſæcularis Curiæ ad obuiandum delicto committẽdo, clericum ipſum apprehenderent, ipſumque ſtatim ducerent ad ſuum Epiſcopum: vt conſtat ex his, quæ dicit Gloſſ. in c. 2. de hær. Doc. in c. cùm non ab homine, n. 10. de Iud. & Nauar. conſ. 44. ver. Quintò, quòd præfati apparitores; de ſent. excom. At vbi nulla delicti præſumptio eſt; & clericus cum armis inflagranti deprehenditur, ſpoliare ipſum armis cognitionis eſt; cùm in multis caſibus poſſit arma deferre, de quibus Ant. de Butr. in c. clerici, de vit. & honeſt. cler. & Soc. in dicta regul. 30. ver. Sextò fallit. Cognoſcere autem an ille ſit de caſibus, nõ eſt nudum facti miniſterium: & ideò vult ipſe Mart. caſum iſtum eſſe ſub Bullæ cœnę comprehenſum, atque adeò ſub hoc canone. Imò dato, & non cõceſſo, quòd id facti tantùm ſit, & nudum miniſterium reſpiciat; nihilominus, cùm clericus citra ipſius iniuriam, ac violentiam non ſpolietur armis, ſic ſpoliantes in excommunicationem ſaltem incidunt, contentam in cap. ſi quis ſuadente diabolo, 17. quæſt. 4.

n Vndè tenendo hanc ſententiam n ad fundamenta ſuperioris ſententiæ ſic reſpondetur.

Ad primum dicitur, quod lex ob publicam
9a vtilitatẽ condita ligat clericos quoad vim directiuam dumtaxat, non coerciuam: vt probat Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 1. quoniam poteſtas ſæcularis non habet iuriſdictionem in clericos: aliàs quælibet lex, aut ſtatutum ligaret clericos; quia nulla lex, aut ſtatutum valere poteſt: quod ob publicam vtilitatem conditum non eſt: vt eſt tex. in c. erit autem lex, d. 4. l. 1. & 2. ff. de leg. & Molin. de iuſt. & iur. t. 1. diſp. 2. col. 2.

Ad ſecundum fundamentum de tolerantia Rom. Pontificis, reſpondetur quòd R. Pontifex non poteſt totum ordinem clericalem ſæcularibus ſubmittere: vt probat Idem Mart. de iuriſd. p. 2. c. 6. tantò minùs præſumitur ex tolerãtia velle; quia ex impotentia voluntas arguitur.

Imò etiam ſi conſuetudo aliqua tolerata ſit à S. P. vt laici vigore illius iuriſdictionem exerceant in Eccleſiaſticos in certis caſibus, nõ prodeſt ipſis laicis quoad hunc caſum, per ea, quæ docet idem Mart. eod. tract. p. 4. caſu 101.

Ad tertium fundamentum reſpondetur, illud eſſe falſum quoniam Epiſcopus poteſt habere familiam armatam: vt per eumdem Mart. latiſſimè probatur, p. 1. de iuriſd. c. 50. n. 5. cum ſeq. & p. 4. caſu 111. num. 5.

Ad allegatas denique conſuetudines dicitur, quòd Nauar. relatus à Mart. in d. caſu 7. n. 10. negat conſuetudinem illam, quam Couar. refert eſſe in Hiſpania. Vndè per negationem dictæ Conſuetudinis, cùm oriatur dubium de ea, nõ eſt credendum Doctori de Conſuetudine atteſtanti, vt habetur ex Gabr. in commun. concl. de prob. concl. 4. Et quatenus adſit cùm ſit cõtra libertatem Eccleſiaſticam eſt nullius momenti, vt ſæpè diximus, & can. 19. præſentis, Bullæ, latiùs, Deo duce, dicemus.

Quoad

Quoad Conſuetudinem Galliæ Petr. Rebuff. in l. armorum, ver. Primò armorum, ff. de verb. ſignif. ait, quòd Gallię Iudices id ſibi vſurparũt. Vndè ex his, & aliis, concludit Mart. in d. caſu 7. ſub n. 12. quòd Iudices laici iuriſdictionẽ exercentes in clericos circa aſportationem armorũ prohibitorum, eo ipſo incidunt in excommunicationem noſtri canonis. Et ita omninò eſt dicendũ.

Vndecimò limitatur, vt iudices laici ad eorũ tribunalia trahere poſſint Eccleſiaſticos ex licentia proprij Epiſcopi, vt eſt tex. in c. clericum nullus, 11. q. 1. vbi ſic legitur: *Clericum nullus apud ſæcularem Iudicem, Epiſcopo non permittente, pulſare præſumat.* Quod quidem à contrario ſenſu ex eo colligi poſſe dicit Gloſ. in c. ſignificaſti, Abb. ibidem n. 24. & Felin. num. 15. de for. comp.

Et licèt eadem Gloſ. in d. c. ſignificaſti, ver. Clerici tamen: oppoſitum ſentiat, nempe ſæcularẽ Iudicem, etiam permittente Epiſcopo, non habere facultatem iudicandi clericum: tamẽ Abb. in d. c. ſignificaſti, n. 25. ex ſententia Io. And. docet, Epiſcopum poſſe delegare cauſam clerici laico, dummodò cauſa ſit ciuilis, & temporalis, non autẽ criminalis vel ſpiritualis. Et idem dicendum eſt de Abbate quoad Monachum in exemptis, qui habet quaſi iuriſdictionem Epiſcopalem.

Non tamen Epiſcopus, vel Abbas poſſunt prorogare, aut extendere iuriſdictionem iudicis laici, vt valeat cognoſcere etiam de cauſa ciuili perſonæ Eccleſiaſticæ.

Rationem autem cur laicus poſſit eſſe Delegatus Epiſcopi; & nihilominus eius iuriſdictio prorogari, & extendi nequeat etiam de conſenſu Epiſcopi, hanc eſſe ait Abb. in c. 2. num. 2. de iudic. quia Delegatus nõ iudicat iure proprio, ſed authoritate delegantis, l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. & c. ſanè de offic. Deleg. & propterea laicus delegatus ab Epiſcopo, non cognoſcit vt laicus, ſed vt Delegatus Epiſcopi, atque adeò iuriſdictio ſua eſt Eccleſiaſtica: ſed ſi prorogaretur eius iuriſdictio, cognoſceret iure ſuo proprio tanquam laicus; quod fieri nõ poteſt: quia laicus non valet habere iuriſdictionẽ in clericum. Ita Alter. in explic. huius canonis cap. 1. col. 11. in ver. Secundus caſus, & col. 12. vbi ſolut etiam contraria.

Duodecimò limitatur, vt iudices laici trahere poſſint Eccleſiaſticos ad eorum tribunalia de licentia Romani Pontificis: vt patet ex illis canonis verbis, *Sine permiſſu Pontificis.* Bene verũ eſt, quòd in hoc differt facultas Epiſcopi a poteſtate Papæ: quòd Epiſcopus non poteſt laico delegare, niſi cauſas ciuiles, & temporales: vt ſupra diximus. At Romanus Pontifex poteſt delegare omnes cauſas tam ciuiles, quam criminales, temporales, & Spirituales: vt habetur ex Panor. in d. c. 2. num. 5. de iudic. & Gloſ. in c. clericum nullus, ver. Sæcularem: 11. q. 1.

Decimotertiò limitatur ſupradicta Concluſio, vt iudices laici iuriſdictionem habeant in Eccleſiaſticos in multis alijs caſibus, de quibus per Gloſ. in c. Principes ſeculi, 23. q. 5. nempe contra electum in Papam à non habẽtibus poteſtatem, pecunia, gratia humana, populari, ſeu militari tumultu, c. ſi quis pecunia, 79. d. Item contra volentes ſubuertere fidem: vt in c. quo iure, 8. d. & c. nec licuit 18. diſt. Item contra falſarios litterarum Apoſtolicarum; præmiſſa priùs degradatione per Iudicem Eccleſiaſticum: vt in c. ad falſariorum, de crim. fal. Item vbicumque Eccleſiaſtica poteſtas deficeret: vt in d. cap. Principes ſæculi. Et denique quando laico delegatur à Rom. Pontifice cauſa cõtra clericum: vt in c. illud, 10. q. 3. aut clericus priuatus eſt priuilegio fori, vt quia fuerit degradatus: vt in cap. degradatus. & in c. degradatio, de pœn. in ſexto, & habetur ex Graff. in explic. præſentis can. lib. 4. deciſ. p. t. c. 18. ſub n. 128.

Eſt tamen verùm, quòd in omnibus caſibus, 95 in quibus iuſtè clerici trahuntur ad forum ſæculare & in eo litigare eos oporteat, nõ tenẽtur ſoluere ſportulas: vt in §. ſportularum, in auth. de ſanct. epiſc.

Imò nec alij ſecum litigantes: quia priuile- 96 giatus concurrens cum non priuilegiato, facit non priuilegiatum gaudere ſuo priuilegio; præſertim vbi priuilegiatus tractat de damno vitãdo: vt in l. fin. ff. ea quibus cauſ. maior. Bal. in authen. perpetua, C. de Sacr. Eccl. & Dec. in l. re obſcura, de regul. iur. cùm alijs, quos allegat: & tantò fortiùs quando agitur de priuilegijs, ad litis executionem pertinentibus: nam tunc priuilegium conceſſum vni litigatori, prodeſt etiam alteri ratione æqualitatis ſeruandæ: vt habetur ex Dyn. in c. in judicijs, de regul. iur. in ſexto, & alijs, quos refert, & ſequitur Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 103. vbi etiam tractat, quando Clericus nõ teneatur ad ſportulas, etiam ſi litiget coram Iudice Eccleſiaſtico.

ADDITIO.

a Laico. Adde hìc Ambroſin. de immunit. c. 20. num. 45. Marium Anton. lib. 1. variar. reſolut. reſolut. 49. n. 1. Deciſ. Rotæ Romanæ 552. in antiq. Bonac. de legib. diſput. 10. q. 2. pun. 1. §. 5. num. 25. contra Farinac. pract. crim. de inquiſitione q. 8. num. 46. Reginald. lib. 9. ſuæ praxis cap. 13. num. 352. verſ. manendum: & Carol. de Graſ. de effect. eleric. effect. 1. num 1240. Heuia in Curia Philipp. p. 1. §. 5. num. 20. Caſtil. p. 1. dec. 2. Cariolan. in explic. Bull. cœnę excom. t 6. Et alios, qui volunt clericum ſubijci foro laicali quoad lites incohatas contra hæredem, cui ſuccedit. Imò Ricc. p. 4. dec. 218. per totam, tenet quòd ſi è contra inſtantia cæpta eſſet cõtra laicũ coram iudice eccleſiaſtico debet contra laicum hæredem clerici coram eodem iudice terminari. Et Surdus lib. 3. conſ. 396. num. 33. & Ambroſin. loco citato num. 53. dicunt etiam, quod clericus, qui in iudicio ſæculari recepit depoſitum, non poteſt pro reſtitutione depoſiti coram laico iudice conueniri, & cogi ad reſtituendum depoſitum, cum iudex ille ſit incompetens. Et eadem ratione idem dicendum eſt de clerico, qui coram iudice laico fideiuſſit pro laico, vel etiam clerico, vt per Socin. in c. 1. num. 45. de for. comp. & alios, quos refert & ſequitur Ambroſin. d. cap. 20. num. 50. D. Cæſaſ.

b Contraxerint. Adde hic Farinac. tract. crim. quæſt. 8. num. 104. Layman in Theologia morali lib. 4. tract. 9. cap. 4. num. 12. & ſeq. Suar. contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 15 num. 17. Iul. Clar. lib. 5. quæſt. 36. num 38. & ad eum Addentes, Molin.

Molina,de Iuſt.& iur.tom.4.tract.3. diſput.49. nu.21.Couar.pract.qq.q.32. verſ. ſecundo concluſ.Menoch.de præſumpt. lib.6.q.76.num.35. Ambronſin.de immun. cap.19.num.5. & alios communiter;qui limitant prædicta, modò clericus ſtatum clericalem non aſſumpſerit intentione ſubtrahêdi ſe à laica poteſtate,quia fraus, & dolus neminl patrocinari debet, vt habetur ex Guttier.pract.qq.lib.1.q.5.& Ceual.tract.de cogn.per viam violentię.par.2.q.44.n.7.& alijs. Quæ quidem limitatio meritò reijcitur à Gen. in ſua praxi cap.8.n.5.& à Bonac. de legib. diſp. 10.q.2.pun.1.§.1.num.16.& in explicatione huius canonis diſp.1.q.16.ſect.1.pun.5.ſub num.9. & P. Diana de immun. Eccleſ.reſolut.26. Etenim dici poteſt huiuſmodi clericum vti iure ſuo,qui enim iure ſuo vtitur,nemini fraudem infert,vt rectè etiam aduertit Suar. loco citato. Eſt tamen verùm, quòd communem Doctorũ ſententiam veram putat ipſe Bonac. quoties quis habitum clericalem aſſumpſit non animo perſiſtendi in ſtatu clericali,& Deo inſeruiendi; ſed hac ſolùm intentione, vt vitet forum ſæculare. Quod quidem, & ex quibus coniecturis in fraudem fieri probetur,rectè explicat idem Bonac.hîc poſt alios,loco citato,ſub num.10. vbi verſ. Obſcura, poſt Carol. de Graſſ. effect. 1. num.1129. & alios, ait etiam quòd in caſu, quo clericus in fraudem aſſumpſit habitum clericalem, atque adeò ſubijcitur Curiæ ſæculari, non ſubijcitur quoad pœnam corporalem, ſed tantùm quoad pœnam pecuniariam. Quam ſententiam tenet etiam Bellet. diſquiſ. clericor. par.1.tit.3.§.4. nu.3. & alij,quos allegat Cened. in collect.iur.can.p.1.collect.3.num.23.Molina loco citato,nu.22. Quæ quidem ſententia non placet Genuen.loco citato,quoniã de iure,exẽpta perſona clerici, non poteſt in bonis moleſtari, cap. vnico de clerico coniug.in 6. Ioan. Vincentius.

c Vouentis. Adde Decian. tract. crimin. p.1. lib.4. cap. 9. num. 23. & alios apud Ambrolin. de immun.cap.19. nu.12. quamuis contrarium doceat Farinac.cum alijs, quos allegat tract.crimin.quæſt.8.num.114.quorum opinio probabilis eſt, tùm quia quando agitur de graui præiudicio non datur fides iuramento afferentis: tùm etiam,quia tantus poteſt eſſe vitandæ laicæ poteſtatis affectus, vt plures parati eſſent ad falsò iurandum. D. Cæſar.

d Relegatus. E contra verò clericus relegatus à Iudice Eccleſiaſtico, ſi durante relegatione,efficiatur laicus, & violet relegationem,poteſt à Iudice eccleſiaſtico puniri, & duplicari pœna, vt habetur ex Gen. in praxi Archiepiſc. Neap. cap.8. num.3. qui teſtatur ita ſeruari in illa Curia,& Madius in tract.de ſacr. Ordin.cap. 13.num.44.contra Vincentium de Franchis, dec.315. D.Cæſar.

e Moliantur. Adde Farinac.tract.crim.1.par. quæſt.8.num.3.& ſeq.Carol.de Graſſ.de effect. cler.effect.1.num.668.& Bonac.de cenſur.Bull. cœn.diſput.1.quæſt.16. ſect 1. pun.5. ſub nu.4. dum volunt,iudices, qui authoritate laica trahunt Eccleſiaſticos, vel trahi faciunt ad eorum tribunalia, in excommunicationem incidunt, etiam ſi agatur de delictis grauiſſimis; nempe de proditione patriæ; de crimine hæreſis, falſæ monetæ,ſodomiæ, &c. ſiquidem actio examinandi, iudicandi,& puniendi,ſupponit poteſtatem in eum,qui examini,iudicio,& pœnæ adiudicatur: laicus autem non habet poteſtatem,& iuriſdictionem in clericos: quia clerici iure diuino, ac naturali ſunt exempti à iuriſdictione laicali. Abb.Alex.

f Pecuniaria. Hanc ſententiam defendit Pereira tract.de manu Reg. par.1.cap.7. num. 42. Bobadil.in polit.tom.1. lib.2 cap.18. num. 89. Non tamen recedendum eſt à ſententia Duardi, nam eam tenet Genuen. in praxi cap.9.num.5. Layman. in Theologia morali,lib.4.tract.9.c.4. num.11.& cap.5.nu.1. Carol.de Graſſ.de effect. clericor.effectu 1.num.13.& Megal. 3. p. lib.3. num.35.cap.11.& eſt communis,ac potioribus nititur fundamentis. D. Cæſar.

g Excommunicari. Adde Vigian. tract.de immun.Eccleſ.diſp.2.col.2.Bellet.in diſquiſ. cler. p.1.tit.3.§.1.num.4.cum alijs,quos allegat, Peſant.eodem tract.diſput. 13. Zanard. in direct. Confeſſorum, tom. 3. cap. 50. Et ita teſtatur Genen. in praxi cap.72.fuiſſe determinatũ, anno 1600. in caſu quodam atrociſſimæ rebellionis cuiuſdam Religioſi, qui aliquas Terras Regni Neapolitani in manus Turcarum tradere volebat. per Clement. VIII.Nam cùm Tuſcus allegaret pro tali delicto, quendam clericum Neapolitanum olim fuiſſe decapitatum, fuit dictum fuiſſe malè iudicatum, & dicta cauſa fuit à S.P. commiſſa Nuncio Neapolitano, dato adiuncto alio Conſiliario Clerico, vt in illo iudicio interueniret tanquam S. Apoſt. Delegatus. Et propterea hæc quæſtio hodie abſoluta eſt in Regno: nec amplius audiendus eſt Remigius in tract. de lege Regia §.27. num.11. qui in Gloſſa,littera D. citat multos alios. Don Cæſar.

b Laico. Adde hîc Farinac. pract. crim. q.8. num.26.Clar.quæſt.38.num.14. qui teſtatur de communi,Carol.de Graſſ.de effect.cler.effect.1. num.1147. Ceual.in tract. de cognit. per viam violentiæ,p.2.q.67.Afflictus deciſ.230.Guttier. pract.qq.lib.1.quæſt.24. verſ.ſic quæro,Fachin. lib.9.controuer. c.27. Salſedo in pract.crim. & alij dicentes,clericum non poſſe per Iudicem ſæcularem puniri eo caſu,nec in perſona,nec in bonis,contra Franc.Marc.p.1. dec.215. num.1. Lancellot.de attent par.2.cap.15.n.97.& Feder. de Sen.conſ.88. Et quamuis Guttier.pract.qq. quæſt.24. num.2. & Clar. loco citato, §. vltimo, cum alijs, quos allegat,ac Chriſtoph. de Anguiano in tract de legib. tom.1. controuerſ. 28.num.11. velint, poſſe iudicem ſæcularem per viam exceptionis cognoſcere de crimine clerici ad effectum eum repellendi à teſtimonio, nihilominus contrariam ſententiam puto veriorem,quam tenet Hoſtienſ.de for.compet. cap.verùm,10.Andreas in cap.at ſi clerici,n.21. in prin. de iudicijs. D. Cæſar.

i Depoſiti. Adde Surd.lib.3.conſ.396.nu.33. Bellet.in diſquiſ.cleric.par.1.tit.3. num.37. Bonac.de legib.diſput.10.quæſt.2.pun.1.§.1. n.26. Ambroſin.de immun.Eccleſ.cap.20.num.53. & P. Diana de immun,eccleſ.reſolut.21. contra Bubadil. in polit.tom.1.lib.2. cap 18. num.130. Carol.de Graſſ.de effect. cler.effectu 1. nu.855. & alios; quorum ſententiam Ceual.tract de cognit.

gnit.per viam violentiæ,& Mart.de iurisd. p.4. centur.2.casu 104.num.9.licet sequanturquoad cognitionem;non tamen quoad executionẽ:atque adeó quamuis velint,posse Iudicem laicum declarare clericum debere depositum restituere; sed tamen non posse executionem huius sẽsentiæ ad restituendum depositum contra clericum exercere, sed id ad Iudicem Ecclesiasticum pertinere. Io: Vincent.

K Euictionis. Adde Couar.pract.qq.cap.8.Capyc.dec.197 Ambrosin.de immun.cap.20.n.23 Carol.de Grass.de effect.cler.effect.1. n. 261. & Bonac.de censur.Bull.cœnæ disput.1.q.16. sect. 1.pun.5.num.16. Io: Vincent.

l Digno. Adde hic Farinac.de inquisit. q. 8. num.151. Menoch.de arbitr.casu 371. num.12. Decian.tract.crim.lib.4 cap.9.nu.44.Carol.de Gras.de effect.cler.effect.1.n.232.& Ambrosin. de immun. c.20.nu.3. Est tamen verùm, quòd contrariam opinionem tenet Clar.lib.5.senten. num.41.ver.euenit:Couar.pract.qq. quæst.34. Gomesius lib. 3. variar. resolut. c. 10.num.6. & Molin.de iust & iur.tom.4 tract.3.disp.49.n.23. Et hoc ideó,quia in praxi, Mediolani aliter seruatur; cùm laicus à laico, & clericus à clerico iudicetur. Sed quicquid sit de praxi Mediolan. prior tamen sententia de iure est verior, quam sequitur etiam Aufrer.de potest. Eccles. super laicos,casu 13.& Ambrosin.loco citato,num.6. & alij,& potioribus nititur fundamentis. Don Cæsar.

m Inuentarij. Adde Ambrosin.de immun.ecclesiast.c.22. num.73. Bonac.de legib. disp.10. q.2.pun.1.§.1.n.27.contra Giron.de gabell.p.4. §.1.n.18. & alios. D.Cæsar.

n Clericum. Adde, quòd contrariam sententenet Affict.dec.280.nu.7.Mastrill.dec.79. n.4. Ceual.tract.de cognit.per viam violentiæ, p.2. q.72. nu.3. & alij,qui rationem eam esse dicunt, quòd eo casu clericus non conuenitur, vt reus, sed prouocatur,vt actor ad comparendum, & docendum de suo iure:neque in tali euẽtu præiudicium aliquod infertur iurisd. Eccles.neque clerico damnum,cùm id tendat in eiusdem vtilitatem: nam si reliqui creditores recuperarent eorum debita, clericum postea oporteret litigare,si debitoris bona non adessent. Non tamẽ est recedendum à priori opinione,cum clericus verè,diceretur eo casu trahi. D.Cæsar.

o Crimine. Hoc autẽ verũ est,nisi crimen sit graue,& periculũ sit,vt fugam arripiat, nisi in fraganti crimine capiatur, vt habetur ex Menoch.de arbitrar.casu 180.num.22. & seq. Carol.de Graff.de effect.cler.effectu 1. num. 888. & seq. Decian.tract.crim.lib.4.cap.9. num.118. & alijs apud Bonac.de censur. Bull.cœn. disp.1. q.16 sect.1. pun.3. num.25. qui etiam num.26. post Decian.Farinac.& alios volunt,idem procedere in clerico debitore de fuga suspecto, modò statim captus confignetur Superiori Ecclesiastico; quæ quidem sententia licèt primo casu videatur probabilis; ne delicta remaneant impunita,l.ita vulneratus, ff.ad leg. Aquil.posteriorem verò puto esse improbabilem,cùm clericus pro debito possit allegare beneficium textus,in cap.Odoardus, de solution.& ex eius fuga nullum publico bono detrimentum afferatur. Io: Vincent.

p Posset. Adde Menoch.de arbitrar. casu 180. n.22.& seq. Iul.Clar.lib.5.q.28.n.6.ver.si vero: vbi testatur de communi, Farinac.de inquisit. q.8.num.107.120.& 122. Ambrosin.de immun. cap.18.num.31.& Reginal.lib.9.sue praxis,n.70. Don Cæsar.

q Statuere. Adde hic Laderch.cons.103. n. 4. Alter.de censur.tom.1.disput.16.cap.5.lib.5. & Pesant.de immunitate eccles. disput.10. Don Cæsar.

r Cooperatus. Ex hoc sequitur, quòd Princeps laicus licèt non possit legitimare filium clerici, si ipse filius sit clericus, cùm legitimatio sit actus iurisdictionis, vt rectè probat Poncius de matrim.lib.11.cap.6.num.9.& Anguian. da legib.tom.1.lib.2.controuer.23. num.65. quos refert, & sequitur Diana de immun. eccles. resolut.111. & id ampliat, etiam si filius clericí sit laicus, vt decisum fuisse anno 1562. in Senatu Paris.testatur Petr.de Greg.lib.10. Syntaga c.4. & Azor.tom.2.inst.moral.lib.2.cap.15.q.vltim; dicens tutius esse ab vtroque Principe legitimationem postulare. Est tamen verùm,quod si talis clericus spotè principem sæcularem adeat, petens ab eo legitimari, talis Princeps in excõmunicationem non incidit: & idem dicendum est, si ex affectu illum inducat ab eo legitimationem petere per rationes à Diardo allatas. Abb. Alex.

s Consuetudinis. Adde Filliuc.tom.1.qq.moral.tract.16.cap.10.quæst.6. num.264.& Bonac. de censur.Bull.cœn.disp.1.q.16.sect.1. pun.6. in princ.Abb.Alex.

t Priuilegio. Adde hic Anton.de Sousa disput. 82.nu.6. & alios, apud Bonac.hoc eodem loco disp.1.q.16.pun.6.num.2. vbi etiam nu.1. cum Bald.in l.1.circa finem, C.de indict.Glos.in c. significasti de for.compet. Anton.de Sousa loco citato cum alijs ab eo allegatis docet, quòd licèt hæc potestas à Rom. Pont. possit delegari laico;non tamen potest delegari ab Episcopo, nec quidem in causis ciuilibus,& temporalibus: siquidem de iure communi Ecclesiastici sunt exempti à iurisd. laica: Episcopi autem nõ possunt dispẽsare in iure communi, vt declarat idẽ Bonac. ibi contra Sylueſt. in verbo Iudex 1. num.4.Tolet.lib.1.suæ summæ,vers.Secundus: & alios.Abb.Alex.

u Minister. Adde, quòd licèt Rom. Pont. possit iurisdictionem Eccles. laicis committere tàm in ciuilibus, quàm in ciuilibus, etiã quoad causas merè spirituales ex Nauar.in man. c.27. num.6.& Aufrer.de potest.sæculari, reg.4. fallent.3.nihilominus Episcopi causis criminales, & merè spirituales non possunt laicis committere, secus autem si causæ sint merè ciuiles, & pecuniariæ secundum aliquos, qui testantur ita seruari in praxi, vt ait Diana de immun. eccles. resolut.112. Sed quicquid sit de praxi vt supra relata, de iure tamen contrarium est verius, vt supra fuit dictum, & docet Anguian.tract. de legib.tom.1.lib.2.controuers.25.num.4. Abb. Alexand.

x Iudicis. Adde, quòd Iudex laicus non potest clericum sodomitam punire ante Iudicis Ecclesiastici declarationem, etiam si notorius sit sodomita, vt habetur ex Ceual. tract. de cognit.per viam violentiæ, p.2.q.97.art.4.Bohad.

IIa

in polit. tom.1. lib.2. cap. 18. num.59. Megal. 3.par.lib.3.cap.11.num.11. & Diana de immunitate Eccleſiar. reſolut. 51. ita fuiſſe ſeruatum in facti contingentia teſtatur idem Ceual.loco citato,q.43.num.6. Abb. Alex.

y Aſſaſſinium. Adde,quòd aſſaſſinium varijs, & diuerſis modis committitur, de quibus latè P. Pellegrinus in ſuo tract. de immun. eccleſiar. c.7.à n.22.vſque in finem capitis. D. Cæſar.

z Declaratio. Adde hìc Farinac.de inquiſ.q.8.n. 85.Ambroſin.de immun.c.17.nu.10.& 11. Clar. lib.5.q.36.n.31.Molin.t.4.de iuſt.& iur.tract.3. diſp.49.nu.5.Hanc eandem ſententiam docent, etiam ſi crimen ſit notorium,Ambroſin.de immun.eccleſ.cap.17.num.10.Maſtril.t.3.dec.288. num.28. Marius Anton.lib.3.reſolut. reſolut.2. num.9. Ceual; tractat.de cognit. per viam violentiæ, par.2. quæſt.102. num.2. & quæſt. 87. num.4. & Megal. in 3.par. lib.3. cap.10. queſt.4. num.35.cum alijs, quos allegat,& ſequitur Diana de immunitate Eccleſiaſt. reſolut.51. contra Carol. de Graſs. de effect. cleric.effectu 1.num. 668. Molin.t. 4. tract.3.diſputat.25. num. 6. & alios. Abb. Alex.

a Tonſura. Adde hic Suar. lib. 4. de immun. cap.14. num.16. Carol.de Graſs.de effect. cler. effectu 1.num.9. quæſt.14. & Bonac. hìc diſp.1. quæſt.16. fect.1.pun.6.ſub num.19.& 20.vbi teſtatur, alicubi receptum eſſe, clericum primâ tonſura initiatum à laica poteſtate non puniri, nec capi, quando de licentia Epiſcopi non degat in ſeminario, vel in aliqua ſchola iuxta Sacri Concil.Trid. diſpoſitionem: quam quidem cõſuetudinem cùm tendat in fauorem Eccleſiæ laudandam,ac ſeruandam eſſe cenſet. Non tamen clericus tonſura initiatus priuilegio fori gaudet ſi bis tantùm vel ter inſeruiat Eccleſiæ, & poſtea deſiſtat: quoniam Trident. videtur exigere frequentiam ſeruitij, vt habetur per Ricc. in ſua praxi deciſ.388. Barboſ. in Concil. Trindent.ſeſſ.23.cap.6. num.13. Carol.de Graſ. loco citato num.1183.& Bonac.vbi ſupra num. 25.vbi etiam num 26. è conuerſo probat, quòd ſi clericus aliquoties habitum, & tonſuram dimittat,non propterea amittit priuilegium fori; quia Trident. non requirit continuum omninò habitus,& tonſuræ delationem: nec is habitum, & tonſurã dimiſiſſe dicitur,qui aliquando tonſura, & habitu non fuerit vſus, non animo ſimpliciter dimittendi, ſed reaſſumendi; ſed de iis loquitur Trident.qui adeò conſuetudinem habeant non vtendi habitu,vel tonſura, vt publicè laicus exiſtimetur, Etenim quamuis verba Concilij requirant frequentiam actus; non tamen intelligenda ſunt adeò rigidè pro omni tempore, ſed pro maiori parte ipſius, & ita declaraſſe Sacram Cõgregationem teſtatur Ricc. p.4.deciſ.154. num. 5. & Capiblanc. in tract.de de offic. Barr. Prag 8. pun.3.num.3. cum Grat. in diſcept. tom.3.cap.440.num.6. Imò clericus ſi iuſtam habeat cauſam non deferendi habitum, & tonſuram, vt quia in hæreticorum locis reperiatur, & ob id offendi putat ab hæreticis: aut ita ſit pauper, vt non poſſit ſibi emere habitum,vel quia propter caluitiem,aut capitis debilitatem tonſuram nõ geſtat, ſi non deferat, non propterea priuatus cẽſetur fori priuilegio, vt recte probat Ricc. in prax. cleric. deciſ. 606. ad finem,Farinac. de in inquiſit. q. 8. num.68. Decian.tract.criminali lib.4 cap.9 nu.109. Carol.de Graſs.loco citato num.1171. & ſeq.Ambroſin.de immun.cap.23.num.7. Bonac.d. p.6. ſub num.28.in verſ hinc ſequitur:& ita in Curia Toleti deciſum fuiſſe teſtatur Clar.lib. 5. q.36. verſ quæro nunc:num.14. & inſuper idem Bonac.de legib diſp.10.queſt.2.pun.1.§.4.num.14. Sacram Cardinalium Congregationem declaraſſe ait,clericum, qui dimiſſo clericali habitu, homicidium patrauerat, & ſine clericali a laica poteſtate captus fuerat: remittẽdum eſſe ad forum Eccleſiaſticum: quia non præſumitur dimiſiſſe habitum animo illum deferendi, ſed vt commodius crimen committeret, & Guttier. q.9.canon.lib.1.cap.12.num.9. Meſſia in prag. taſſæ panis concluſ.1.num.31.dicunt, quòd ad ad gaudendum priuilegio fori ſatis eſt ſi clericus tempore commiſſi criminis habitum,& tõſuram detulerit,quamuis ſine illis comprehendatur. Et ita declaraſſe Sacram Congregationem teſtatur Marius Anton. anno 1586. lib 3. reſolut.48. num.7. vbi num. 5. etiam docet, quòd clericus inuentus ſine habitu, ſed cum tonſura: vel cum habitu,& ſine tonſura adhuc gaudet priuilegio fori, & Capiblanc. de offic. Barr.prag.8. cap.3. num.28. putat dimiſſionem tonſuræ non eſſe tantæ ſolemnitatis ſi cætera concurrant. Idẽ putat dicendum Marius Anton.lib.3.reſolut.48.num.14. ſi clericus incedat cum habitu,& tonſura,ſed non deſeruiat in Diuinis alicui Eccleſiæ, nam adhuc gaudet priuilegio fori,quamuis oppoſitum doceant Bonac. dicto tract. de legibus diſput. 10. q.2. pun. 1.§. num.10.& 15. Ambroſin. de immunit. cap 17. num.13. Menoch. tom.10. conſ.912, num.27, Diana de immunitate, & alij, quorum opinio nobis videtur probabilior cum Concil.Triden. loquatur copulatiuè nempè vt clericus deferat habitum,& tonſuram, & alteui Eccleſiæ deſeruiat. Adde quòd quamuis clericus habitum, & tonſuram non deferens, aut eccleſiæ ſibi præſcriptæ non deſeruiens iuxta Concil. Trid. diſpoſitionem,forum Iudicis ſæcularis declinare non poſſit,vi d. Concil.decreti; non tamen decretum huiuſmodi obſtat epiſcopo, quominus iure ſuo vti poſſit in huiuſmodi clericum, ſi delinquat, & adhuc clericus permaneat. Et ita fuiſſe decretum per Saeram Congregationem teſtatur Ricc. loco ſupra relato dec.607.n.3.Scae.p 1.de iudicijs c.11.n.101 Carol.de Graſs. d. effectu 1. n. 1289, & Bonac. d.pun.6.n.33. Qualem autem habitũ teneatur deferre clericus.quomodo probetur quis clericus eſſe,ad quẽ pertineat huius rei cognitio latè habetur ex Farinac.d.q.8. n.35, & 68. Clar. lib. 5. cap. 36. ſub num.1. Ambroſin. de immunit. cap.23.num.13. & 15. Maſcard.de probat.tom. 1.concluſ.302. & ſeq. & 961.n.4. Molin. de iuſt. & iur.tom.4.tract.3. diſp.39. num 6. & Bonac. d.pun. 6. num. 30. 31, & 32. Eſt tamen verũm quòd clericus prima tonſura initiatus, & ad quatuor tantùm Minores Ordines promotus, ſi habitum, & tonſuram non deferat,aut eccleſiæ ſibi præſcriptæ non inſeruiat, iuxta ſupra relatum Concil. Trid. decretum; ſed nullo, aut fortè alienæ, perdat priuilegium fori per ea, quæ ſupra diximus, & patet ex ijs,quæ dicunt

Carol.de Graſ.de effect.1.n.1170.& Bonac. pũ. 6.num.34.dum volunt clericum teneri inſeruire Eccleſiæ ſibi deſignatæ,nec ſatis eſt, ſi inſeruiat alteri;ac teneri inſeruire in diuinis,nec ſatis eſt ſi ſeruiat in temporalibus contra Ricc. p.4. dec.111.n.5.& Capiblan.vbi ſupra n.32. exiſtimantes poſſe ſeruire clericum alteri Eccleſiæ, quàm ſibi aſſignatæ; & ita fuiſſe decretum per Sacram Congregationem, etiam ſi deſeruiret alicuius Confraternitatis Oratorio illi ab Epiſcopo aſſignato,vt habetur ex Proſpero de Auguſt. ad Steph. Quarant.in verbo habitum:nihilominus non ob id amittit priuilegium canonis: quoniam priuilegium canonis, & priuilegium fori ſunt inter ſe diuerſũ: & propterea non valet argumentum, eſt quis priuatus priuilegio fori,ergo cenſetur etiam priuatus priuilegio canonis: nec è conuerſo, eſt priuatus priuilegio canonis,ergo eſt priuatus priuilegio fori;quoniam ex diuerſis non fit illatio. Ita Ricc. dicta dec.607. num. 5. Cenedo lib.1. qq. pract. q.4.num.2.Molin.loco citato. diſp.49. nu.3. & alij, quos refert, & ſequitur Barboſ.in Concil. Trid.cap.6.& Bonac.d.pun.6. Abb.Alex.

b Habent.Adde hic Iul.Clar.lib.5.ſententiarum q.36. num.19. Guttier. lib.1.pract.qq. q.7. Bobadil.in polit. tom.1.lib.2. cap.18.num.102.in Gloſa, littera E. Apont.lib.1.conſ 24.Mar.Anton.lib.3.reſol.48. num.22. Ceual. tract.de cognit per viam violentiæ in procem. c.8.nu. 14. & par.2.q.44.Ricc.in ſua praxi dec.607. Barboſ. in Trident.ſeſſ.23.c.6.& Bonac.de legib.diſp.10. q.2.pun.1.§.4 num.10.Non tamen hoc priuilegio gaudet, qui beneficij titulum quamuis habeat;eius tamen poſſeſſionem nondũ fuit adeptus,vt per Farinac.de inquiſit.q.8.nu.70. Mascard.de probat.concluſ.392. Carol.de Graſ.de effect.cleric.effectu 1.num.1228. Iul.Clar.loco citato,& alios. Eſt tamen verum,quòd quando non ſtat per clericum, quo minùs beneficij obtenti poſſeſſionem capiat,vt quando litem mouit contra intruſum, & beneficij poſſeſſionem capere non potuit,nondum lata ſententia:tunc enim beneficio prædicto priuari non debet, vt habetur ex Couar.lib.3.variar. reſolut. cap.16. in princ.Cenedo lib.1 pract.qq.q.4. n. 22. latè Barboſ.loco citato,n.5.& 8.& Ricc. in praxi benefic.dec 388. vbi Sacram Congregationem ita decreuiſſe teſtatur. Illud autem hoc loco eſt obſeruandum,quòd licèt tonſura initiatus,& in Minoribus conſtitutus perdat priuilegium fori,nulla præuia monitione, ſi habitum,& tõſuram non deſerat, aut nõ ſeruiat in Diuinis iuxta ea,quæ ſupra diximus; tamen, qui beneficium Eccleſiaſticum habet,huiuſmodi priuilegium nunquam amittit ob non delationem habitus, & tonſuræ,& ex eo, quòd non inſeruiat in Diuinis,niſi præuia trina admonitione,habitum,& tonſuram non reaſſumat, ac in Diuinis ſeruiat, vt habetur ex Farinac. loco citato,num.60. D. Cæſar.

c Eccleſiaſtica. Adde hic Mart.de iuriſd.p.2.caſu 32.& alios apud Carol.de Graſ.de effect.cler. effectu 5.q.11.pu.1198. Eſt tamen verum,quòd ſi penſionarius habitum, & tonſuram non deferat,non nulli volunt eum non gaudere priuilegio,vt habetur per Carol. de Graſ.loco citato,n.1205.Azaued.tom.1.lib.1.leg.1.tit.4.nu.5. Flamin.de reſignat.benefic.lib.1.q.11. num.70. & lib.2.q.15.n.15.Garz.de benef.p.5.c.5 nu.70. Gonzal.ad regul.8.Cancellar.Gloſ.5.n.6.Barb. in Conc.Trid.ſeſſ.23.c.6 n.4 & Bonac.de ceſſit. Bull cen.diſp.1.q.16.ſect.1. pun 6.n.23. qui pro hac eadem ſententia adducit etiam Petr.Marſil. ſeſſ.23.in Trid.teſtantem ita fuiſſe declaratum per Sacram Congregationẽ,19. Iunij 1586. his verbis, *Cui reſeruati ſint penſio,ſi non recedat habitu, & tonſura,non gaudet priuilegio fori.* Sed non eſt recedendum à ſententia Duardi, ſi clericus maximè habeat penſionem loco tituli beneficij, vt habetur per Anton. Cuchum lib.5.nu.17.vel ſi excedat penſio ſum.mam 60.ducatorem auti de Camera,vt in Bulla Sixti V.quæ incipit, *Paſtoralis* 1589. Tantò fortiùs quia eum hac opinione eſt Suar.contra Regem Angliæ.lib.4.c.26. n.9. Zerola in prax.Epiſcop. verb.clericus.§.2.ibi ex hac doctrina.Laſſerte de decima vendita,c. 19. n.24.Roderiq.in ſum.p.1.c.155. n.11. Salſed.in pract crim. Diaz c 64. n.10. vbi teſtatur fuiſſe iudicatũ in Supremo Concilio Regis,& Amẽd. in addit.ad recopilat.leg. Nauar.lib.2. tract.19. de foro compet. num. 5. &7. vbi teſtatur ita declaraſſe Sacram Congregationem Cardin. In omnem tamen euentum, quamuis clericus habitum, & tonſuram dimittat etiam animo eum amplius iterum non aſſumendi;nihilominus poteſt eundem reaſſumere, eoque reaſſumpto,iterum priuilegio clericali frui poteſt, vt poſt alios probat Bonac.loco citato num.36. in fine. Abb.Alex.

d Conuentionis. Adde hic Farinac.de inquiſit.quæſt.8. num. 99. Decian. tract. crim.lib.4. cap. 9. num.17. Surd. lib.3. conſ. 396.num.6. Ambroſin. de immunit. cap 20. num. 35. & Carol.de Graſ. de effect. cleric; effectu 1. limitat. 3. num 754. & ſeq. Id tamen limitatur habere locum in cauſa ciuili;ſecus autem in cauſa criminali,vt per Farinac.loco citato, num.100. Carol. de Graſ. vbi ſupra num.763. & Reginal. lib.9. ſuæ praxis, num.352. Itemlimitatur in cauſa reconuentionis; non autem executionis ſententiæ: ſiquidem quamuis clericus poſſit à laico reconueniri, & teneatur ſtare ſententiæ; nihilominus non poteſt cogi per Iudicem laicum abſoluendum. vt per Reginal. & Carol.de Graſ.locis citatis. D. Cæſar.

e Feudali. Adde hic Farinac de inquiſit. q.8. num 22. verſic. limita primò, Menoch. de retinenda poſſeſſ. remed.3. num.399. & ſeq.Surd. lib.3. Concil.conſ.396. Ambroſin. de immun. cap. 20. num. 16. Clar. in § feudum quæſt.90. num. 8. Suar. de immunit.lib. 4. cap. 14. n.12. Tolet. lib.5. ſuæ ſum. & alios apud Bonac. diſput.1.quæſt 16. ſect. 1, pun.5. num. 6. qui teſtatur hanc eſſe ſententiam Canoniſtarum magis communem: & ampliat veram eſſe, ſiue agatur petitorio de proprietate feudi, ſiue poſſeſſorio; ſiquidem clericus in cauſa feudi non ſubijcitur domini feudi iudicio tanquam perſona Eccleſiaſtica; ſed tanquam Princeps, Dux,Marchio,&c. Io. Vincentius.

f Declaratoria. Adde hic Coninch. diſput. 14.dub.15. num. 159. Farinac. de inquiſitione quæſt. 8. num. 51. Ambroſin. de immunitate cap. 17. num. 27. Suar. de cenſur. diſp. 22. ſect. 1.nu.9. Diana de immun. eccl.reſol.51. vbi

pro

pro hac ſententia affert Boll. Clementis VIII. editam ſub die 18. Decembris 1591. & alios, quos refert & ſequitur Bonac. de cenſur. Bullæ cœnæ, diſp. 1. quæſt. 16. ſect. 1. pun. 6. num. 11. Abb. Alex.

g Vxotem. Adde, quòd clericus bigamus omnia priuilegia clericorum perdit, vt in c. vlt. de bigamis in 6. in dubio autem vxor, quam duxit clericus, præſumitur virgo, vt habetur ex Farinac. de inquiſ. c. 8. & Anton. Gomeſ. lib. 3. var. reſolut. c. 10. num. 4. D. Cæſar.

b Exerceat. Adde Couar. pract. qq. c. 32. nu. 2. Farinac. tract. crim. tit. de inquiſ. q. 8. n. 53. Clar. lib. 3. q. 36. Molin. tom. 4. de iuſt. & iur. tract. 3. diſp. 49. n. 21. Ambroſin. de immun. c. 17 nu. 12. Coninc. diſp. 34. n. 156. dicentes clericos ſæua exercentes citra vllam monitionem effici de foro ſæculari, per tex. in c. perpendimus, de ſent. excom. quę quidem opinio nonnullis diſplicet, exiſtimantibus id nullo iure ſufficienter probari; ſi quidem tex. in d. c. perpendimus non loquitur de priuilegio fori, ſed de priuilegio canonis, vt habetur ex Coninch. d. diſp. 14 de ſacram. nu. 160. & Suar. de cenſur. diſp. 1. ſect. 2. n. 13. atque adeò ex eo textu ſolùm colligitur eum, qui abiecto habitu clericali Tyrannidi, ac enormitati ſe inuerecundè immiſcet priuilegio canonis priuari. Sed reuera ex tex. videtur colligi clericum, de quo agitor, non modò priuari priuilegio canonis, ſed etiam priuilegio fori: nam clericus ille, de quo in d. c. perpendimus, fuit patibulo ſuſpenſus, & pœnitentia ſuſpendentibus præcipitur imponi ad cautelam, ſi fortè exceſſerint, vt per Gloſſ. ibi in verb. competentem. Eſt tamen verùm, quòd ſecundùm communem ſententiam debet ſaltem omninò de criminis enormitate conſtare, quia qualitas conferens iuriſdictionem, ante omnia probari debet, vt iuriſdictioni ſit locus. Vndè ob id Farinac. loco citato num. 58. poſt alios arbitratur opus eſſe, vt talis clericus in fraganti comprehendatur: cum qua ſententia videtur pertranſire Bonac. in tract. de legib. diſp. 10. quæſt. 12. pun. 1. §. 1. nu. 5. Adde quòd hanc eandem ſententiam tenet Hema in Curia Philip. par. 3. num. 3. Ricc. in prax. tom. 2. reſol. 172. num. 2. Bobadil. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 95. Quam quidem ſententiam quidam volunt locum habere quoad clericos in Minoribus tantùm Ordinibus conſtitutos: ſecus autem ſi ſint in Sacris; quoniam hi quamuis Milites fiant, & ſæua exerceant, non poſſunt cognoſci ab alio, quàm a Iudice Eccleſiaſtico, vt contra Bobadil. loco citato, & alios docent Ceual. tract. de cognit. per viam violentiæ, par. 1. quæſt. 76. num. 6. & ſeq. cum alijs, quos allegat Filliuc. tom. 1. qq. regular. tract. 16. cap. 11. num. 314. Carol. de Graſſ. de effect. 1. num. 791. Ambroſin. de immun. eccleſ. cap. 17. num. 16. Mart. de iuriſd. par. 4. centur. 2. caſu 235. Barboſ. in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 39. cap. 25. num. 2. Megal. 3. par. lib. 3. cap. 11. queſt. 1. num. 31. & 32. Nec obſtat quod ait Decius lib. 2. conſ. 82. num. 9. dum pro contraria opinione allegat Bullam Pauli III. anno 1542. quoniam Bull. illa non extat, vt aduertit Ceual. loco citato par. 2. q. 102 q. 102. num. 4. Imò ad priuandum clericum priuilegio fori, ex eo quod ſæua exerceat, & in enormitatibus ſe immiſceat, tria copulatiuè requiruntur ex Barboſ. loco citato titul. 9. cap. 1. num. 23. & 24. & tit. 33. cap. 27. Primò enim exigitur, vt incedat citra habitum, & tonſuram. Secundò requiritur, quòd plura enormia cõmiſerit. Tertiò, vt in enormitatibus cõprehendatur: & comprehenſus dicitur, ſi in fraganti fuerit captus, vel ſi ipſe antequam opponat de priuilegio clericali delictum fateatur, ſeu de eo ſit legitimè conuictus, vel ſi crimen ſit adeò notoriũ de facto, vt nõ ſit inficiationis locus. D. Cæſ.

i Ioculatoribus. Adde Farinc. de inquiſit. q. 8. n. 97. Decia. tract. crim. lib. 4. c. 9. n. 86. Reginald. lib. 19. ſuæ praxis n. 70. Molin. tom. 4. de iuſt. & iure tract. 3. diſp. 49. n. 20. Coninc. diſp. 4. dub. 15. num. 162. Carol. de Graſſ. effect. 1. n. 1234. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. c. 12. q. 8. n. 314. & Ambroſin. de imm. c. 18. n. 24. quãuis ipſe Ambroſin. cũ Io. Monac. & alijs putet tex. in c. vnic. de vit. & honeſt. cleric. in quo fundatur iſta ſententia locũ habere in clerico in Minoribus Ordinibus conſtituto: ſecus autẽ ſi clericus ſit in Sacris; quoniã tũc requireretur degradatio. Sed re vera non videtur eſſe recedendum à priori ſententia, quoniã textus ille generaliter loquitur vt rectè reſpondent Farinac. & Decian. locis citatis. Limitat tamen hãc opinionem Ambroſin. de immun. c. 18. num. 27. poſt alios, quæ diximus de clerico ioculatore, cùm per annum cõtinuum in ea arte perſeuerauerit, & non ſatis eſſe plures menſes diuerſorum annotũ, qui ſimul vniti integrum annum conſtituant; quoniam in dubio tempus à lege præfixum continuum eſſe debet. D. Cæſar.

K Macellarijs. Adde Coninc. diſp. 14. dub. 15. n. 161. Molin. tom. 4. de iuſt. & iure tract. 3. diſp. 49. n. 9. Carol. de Graſſ. de effect. cler. effectu 1. num. 830. & 968. D. Cæſar.

l Clericis. Adde hic Farinac. de inquiſit. q. 8. n. 93. Ambroſin. de immun. c. 18. n. 23. Carol. de Graſſ. effect. 1. limitat. 6. num. 844. Etſi cõtrarium doceat Bonac. de cenſur. Bull. cœnæ diſp. 1. q. 16. ſect. 1. pun. 6. n. 14. qui vult textũ in c. vlt. de vit. & honeſt. cleric. in quo fundatur opinio Doctorũ non loqui de amiſſione priuilegij quoad perſonas, ſed quoad res: Et hãc opinionẽ tenet Mol. Suar. & Coninc. quos ipſe Bonac. citat. Quæ quidẽ ſententia nõ diſtat ab opinione Duard. cùm tãtùm ratione mercaturæ clericos negotiatores cõuenire poſſe doceat. Abb. Alex.

m Verò. Adde hic Barboſ. in ſuis collect. tom. 1. lib. 3. titul. 1. cap. 2. num. 6. & tom. 2. lib. 5. tit. 39. c. 25. n. 4. cum alijs, quos allegat, Mad. um tract. de ſacris ordin. cap. 14. num. 21. Bonac. de legib. diſput. 10. q. 2. pun. 2. §. 1. num. 2. Genuen. in praxi cap. 74. num. 6. & Ricc. p. 3. deciſ. 299. per totam, vbi inſuper ait clericum poſſe reſiſtere, cum armis ſibi iniuſtè volenti ipſum ſpoliare armis. Adde etiam Megal. 3. p. lib. 3. c. 11. nu. 20. qui quidem Doctores omnes concludunt non poſſe clericos ſpoliari armis per laicos, ſed ad obtinendum tantùm delicto poterunt duci ad Epiſcopum. Eſt tamen verum, quòd ſi actu comprehendantur, cum armis prohibitis mutato maximè habitu, etiam ad delictum non obtinendum poſſunt capi, & duci ad Iudicem Eccleſiaſticum, vt infra latiùs dicetur can. 19. q. 7. ſub num. 2. D. Cæſar.

b Sententiam. Hanc eandem ſententiam tenet Bonac.de cẽſur.Bull.cœn.diſp.1.q.16.ſect.1.pun. 5.ſub n.27.vbi non negat tamen Epiſcopũ poſſe dare ſatellitibus fori ſecularis facultatẽ capiendi clericos arma deferentes, vt captos ad eccleſiaſticam Poteſtatẽ deferant, quoniã id nõ præiudicat eccleſiaſt.immun.cũ ex cõmiſſione Iudicis eccleſiaſtici id agant,vt idẽ Bonac.ibid. vbi etiã n.8.addit hac eadẽ cẽſura alligari laica poteſtate trahẽtẽ clericũ illegitimũ,aut alio canonico impedimẽto detentũ; modò ad quatuor ſaltẽ Ordines Minores fuerit promotus:ſecus autẽ ſi prima tantùm tõſura fuerit inititus, vt habetur ex Carol.de Graſſ.de effect.cler. effect. 5. ampliat. 51.n.340.Scac.de iud.p.5.c.15.nu. 59. & ex aliis, quos refert,& ſequitur Bonac.ibi, & in tract.de legib.diſp.10.q.2. pun.5.§.5. Abb.Alex.

Ibi (*Directè,vel indirectè*) Quomodo perſonę Eccleſiaſticæ, dicantur trahi indirectè ad tribunalia ſæcularia. Q. 12.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum colonos indebitè trahentes ad ſecularia tribunalia,indirectè dicuntur clericos trahere.*

REſpondetur quòd indirectè dicuntur trahi perſonæ eccleſiaſticæ ad forum ſæculare, vbi non formaliter, & expreſsè trahuntur, ſed ſub aliquo colore: vt ſi ſui ſuaque moleſtantur, & arripiuntur à Iudice ſæculari, quo trahat ipſos ad ſuum iudicium.

Hac de re moleſtia afficientes eccleſiaſticorum colonos a, trahentes illos ad eorum tribu-
1 nalia,& apud ipſos cõmorare facientes,non ſine
a maximis eorũdem expenſis, proculdubio dicũtur Dominos indirectè trahere, atque adeò incidunt in excommunicationem noſtri canonis. Dummodò contra iuris diſpoſitionem id egerint,iuxta ea,quæ ſupra diximus. Ita Nauar. in ſuo man.c.27.n.70.Suar.in explic. præſentis canon.diſp.21.de cenſur. ſect.2.n.78. & Vgol. hoc eodem loco,§.1.ſub n.2.Reliqua ad hanc rem pertinentia,præcipuè quoad ſtatuta, habentur infra quæſt.27.

ADDITIO.

a Colonos. Adde Alter. hîc diſp.16.c.1.col.penult.verſ.hinc ſequitur Suar.de cenſur. diſp.21. ſect.2.num.78.Filliuc.tom.1.qq.moral.tract.56. c.10.q.6.num.261. D.Cæſa.

Ibi(*Necnon qui ſtatuta*) cùm hæc eadẽ cẽſura feratur in c.nouerit,de ſent. excom. Quæritur igitur,an, & in quibus differat ab excõmunicatione noſtri canonis. Q. 13.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata in c.nouerit, de ſent. excomm. contra ſtatuẽtes in præiudicium Eccleſiaſticæ libertatis in multis differt ab excommunicatione noſtri canonis.*

2 *Statutum publicare dici poteſt,qui ſcribit illud.*
3 *Legit vſus in ipſius obſeruantia propriè conſiſtit.*
4 *Conſuetudinem contra libertatem Eccleſiaſticam ſeruare facienter,quo tare excommunicentur.*
5 *Conſuetudo in rigore ſermonis, & ſecundum eius proprietatem non eſt ſtatutum,nec lex.*
6 *Excommunicatio non contrahitur ob peccatum Communitatis,ſed propter propriam cuiuſque.*
7 *Statutis iam conditis contra libertatem Eccleſiaſticam ſi ſucceſſor Princeps, aut Ciuitatis Rector non utatur, licèt non abrogat ea à capitularibus: non tamen excommunicationem iſtam contrahit.*
8 *Statuta contra libertatem Eccleſiaſticam facienter nunquam cenſentur abſoluti, niſi ea publicè reuocauerint, & de capitularijs, ſeu archiuijs deleuerint, & de reuocatione Sedem Apoſtolicam certiorem fecerint.*
9 *Statuta edita contra eccleſiaſticam libertatem, debent re ipſa à capitularibus amoueri: nec ſatis eſt in fine ſtatutorum clauſula illa, qua declarent ſtatutarij eorum propoſitum non eſſe eccleſiaſticæ libertati derogare.*
10 *Verba intentioni deſeruiunt, non è contra intentio verbis.*
11 *Legem violare quis non dicitur, qui ſeruat eam per æquipollentia, niſi lex præcipiat aliquid expreſsè ad aliquem finem, qui habere non poteſt æquè bene per aliquod æquipollens.*

REſpondetur, quòd excommunicatio, quæ
1 fertur in d.c.nouerit, contra ſtatuentes in præiudicium Eccleſiaſticæ libertatis,& cenſuræ præſentis canonis, in multis differunt inter ſe. Nam primò differunt: quoniam excommunicatio tex.in d.c.nouerit,non eſt reſeruata:vt cõtra Tab.& alios tenet Sayr. hic n.8. At verò excommunicatio præſentis canonis eſt reſeruata: ſicut omnes aliæ in Bulla contentæ.

Secundo differunt: quia in illo tex. excom-
2 municantur huiuſmodi ſtatutorum ſcriptores; qui tamen vi noſtri canonis non comprehenduntur, cum in eo de illis nulla fiat mẽtio:nam illa tria verba: *Qui fecerint,ordinauerint,& publicauerint*,in rigore videtur ſignificare principales tãtùm ſtatutorum authores:ſcriptores.n.nõ dicũtur, nec ſunt legũ conditores. Niſi velimus dicere cum Suar. hoc loco,diſp.21.de cenſur.ſect. 2.nu.79. Scribentes ſortè cõprehendi ſub ly. *Publicauerint,vel quomodolibet fecerint*: quia ſcriptura cùm ſit publicum inſtrumentum; meritò dici poteſt publicare ſtatutum,qui ſcribit illud;ſicut qui quomodolibet facit: vt infra latiùs Deo duce,dicemus in propria quæſtione.

Tertiò in d.c.nouerit, excommunicantur om-
3 nes,qui de cætero dicta ſtatuta ſeruari fecerint. At huiuſmodi perſonæ ſub noſtro canone non cõprehendũtur. Niſi velimus dicere cum Suar. ibi,illa verba virtute comprehẽdi ſub illis præſentis canonis verbis. *Et quos ſuccis,vel ordinatis vſi fuerint*:nam proprius legis vſus in illius obſeruãtia conſiſtit. Vndè is propriè dicitur ſtatuto vti, qui ſeruat,vel ſeruandum illud curat.

Quartò differunt,quia in d.c.nouerit,ex Nauar.excõmunicãtur Cõſules, & Rectores Ciuitatis,non ſolùm ij,qui curãt ſtatuta ſeruãda; ſed etiam ſecrẽtes illorum obſeruantiam,& non impedientes;quoniam hoc(inquit) expreſsè habetur in tex.ibi. *Poteſtates, Conſules,Rectores,& Conſiliarius*

li ritus locorum, vbi de cetero huiuſmodi ſtatuta, & conſuetudines ædita fuerint, & ſeruata, in quibus nulla actio, vel omiſſio in his quatuor perſonarum generibus declaratur, ob quam excommunicationis vinculo alligentur; ſed ſatis eſſe indicatur quòd in eorum locis talia introducantur, quam ſententiam cõtra Caiet. ſequitur Suar. huc n. 85. At verò in præſenti canone excommunicantur facientes dumtaxat, & põſitiuè concurrenter ad ſupradicta ſtatuta facienda.

Quintò differunt: quoniam in c. nouerit, excõmunicatio extenditur ad eos, qui ſeruare faciũt conſuetudines, cõtra Eccleſiaſticã libertatẽ introductas. In hoc autem canone hæc perſonarũ genera non cõprehenduntur *a*: quoniã aliud eſt conſuetudinem ſeruare, ſeu ſeruandam curare: & aliud eſt legem aliquam, vel ſtatutum illius prætextu condere. Hic enim excommunicantur, qui prætextu conſuetudinis ſtatuta condunt contra Eccleſiaſticam libertatem: non autem, qui huiuſmodi conſuetudinem præciſa lege ſeruãdam curant; quod in prædicto tex. prohibetur. Vndè, qui in hoc præcipuè delinquunt, in excommunicationem quidem in d. c. contentam, incidunt; non tamen noſtri canonis cenſuram videntur incurrere. Ita contra Sayr. hic, in fine, tenet Suar. hoc eodem loco, diſp. 21. de cenſur. ſect. 2. num. 86.

Nec obſtat ſi dicatur: ſatis cenſeri moraliter legem ſtatuere, aut certè lege vti, qui conſuetudinem, tanquam vim legis habẽtem ſeruare facit; atque adeò ex hoc capite cenſura huius canonis contrahere, non tanquam conditorẽ legis, ſed tanquam illa vtentem: quoniam reſpondetur, quòd cùm ſimus in pœnalibus, in quibus verba ſunt ſtrictè interpretanda, vt ſæpe diximus, conſuetudo in rigore ſermonis, & ſecundũ eiuſdem proprietatem, non eſt ſtatutum, nec lex.

Sextò differunt: quia in d. c. nouerit, excõmunicantur in particulari quædam perſonæ, quæ in hoc canone non exprimuntur: nẽpe Poteſtates, Conſules, Rectores, Cõſiliarij locorum, vbi huiuſmodi ſtatuta, vel conſuetudines ęditæ fuerint, vel ſeruata, & qui ſecundũ ea iudicare præſumpſerint, vel in publicam formã ſcribere ſic pronunciata. Vbi eſt not. cenſuram hanc latam eſſe videri propter illa ſtatuta, quæ à Communitatibus fieri ſolẽt; ex quo cum Cõmunitas excommunicationis regulariter ſit incapax excõmunicatio fertur in principalia membra Communitatis, quæ ad huiuſmodi ſtatuta ædenda, vel ad eorum vſum concurrunt. Ita Caiet. in ver. excommunicatio, c. 31.

Vndè ſi contingat aliquem eſſe ſuæ Ciuitatis Conſulem, vbi tale ſtatutum æditur, aut ſeruatur, ipſum autem nullo modo concurrere ad talis ſtatuti æditionem, vel obſeruationem, excõmunicationis vinculo non alligatur: eo quòd Communitas, cuius eſt principale membrum deliquerit: nam excommunicatio non contrahitur propter peccatum Communitatis, ſed propter propriam culpam. Ideò excommunicatio non fertur in Communitatem, ſed in ſingulas perſonas: ergo perſonæ nominatæ tunc incurrent, quando in eo facto deliquerint, & non alias, vt in ſimili docet Natar. in man. c. 27. n. 115. ex Angel. Syl. Tab. & Panor.

In præſenti verò canone ſupradictæ perſonæ in particulari nõ excommunicatur, ſed excommunicatio generaliter fertur contra facientes, & ordinantes huiuſmodi ſtatuta, aut eiſdẽ vtẽtes.

Eſt tamen verùm, quòd prædictæ perſonæ, licèt in particulari in noſtro canone non excõmunicentur; vi tamen eiuſdem comprehenduntur; quia quando huiuſmodi ſtatuta ab aliqua Communitate æduntur, in cenſurã huius clauſulæ incidũt ſingulares perſonæ: quę ſunt principalia mẽbra ipſius Cõmunitatis, & per ſuffragia, vel alio ſimili modo ad talia ſtatuta condẽda concurrunt. Quod quidem ex illis verbis. *Quomodolibet fecerint*: colligit Suar. hoc loco, ſub n. 89. quibus videntur comprehendi illa, quæ expreſſius in d. c. numerantur.

b Iudices autem publici Notarij *b*, & ſimiles ſub hoc eodem canone comprehẽduntur, tanquam vtentes huiuſmodi ſtatutis: quia hæc actio hoc loco expreſsè prohibetur, & ad ſingulas perſonas pertinet.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd quando Cõmunitas id efficit, in excommunicationem non incidit; quia huiuſmodi cenſuræ regulariter non eſt capax; & ſingulæ perſonæ non poſſunt verè dici ſtatutum facere, nec legem. Vndè, cui ad illas in hoc canone non ſit facta ſpecialis extenſio, nec per nomina dignitatum, aut officiorum vt in d. c. nouerit, nec nomina actionum ſingulis perſonis conuenientium: vt concurrere, conſulere, & c. huius canonis excommunicationem non videntur contrahere: quòniam reſpõdetur, quòd licèt ſingularis perſona per ſè non faciat legem totaliter; tamen ad illam condendam concurrit partialiter, & hoc eſt aliquo modo facere: qua propter ſatis eſt ad huiuſmodi cenſuram contrahendam; cuius vigore excommunicantur, qui quomodolibet fecerint, ordinauerint ſtatuta prædicta, vel qui eiſdem vſi fuerint.

Septimò differunt: quia in d. c. nouerit, addũtur hæc verba: *Niſi ea de capitulari ſuo infra duos menſes poſt huiuſmodi publicationem ſententiæ fecerint amoueri*: quæ quidem verba, aut æquipollẽtia non habentur in noſtro canone.

Vndè ſi Princeps aliquis, aut Reſp. huiuſmodi ſtatuta haberet, & eis non vteretur: nollet tamen ea à ſuis capitularibus abradere; ſed illa conſeruanda curaret ad futuram rei memoriã, non videtur huius canonis cenſuram cõtrahere: quoniam ſtatuta ipſa non condidit, nec eiſdem vſus fuit, quæ vi dicti canonis prohibentur.

Verùm tamen eſt, quòd faciẽtes ſtatuta huiuſmodi, cùm vi noſtri canonis ſint ipſo facto excommunicati, nũquam intelliguntur ab excõmunicatione abſoluti; etiam ſi expreſsè abſoluãtur ab habentibus facultatẽ, niſi illa publicè reuocauerint, & de capitularibus, ſeu archiuijs deleuerint, & de reuocatione Sedem Apoſtolicam certiorem fecerint: vt habetur, & declarabimus infrà, lib. 3. §. 4. qui incipit: Declarantes, &c.

Illud denique animaduertendum eſt ad intelligentiam d. c. nouerit, quòd dum præcipit, vt huiuſmodi ſtatuta è capitularibus deleantur, *c* debent re ipſa ex eis amoueri *c*, nec ſatis eſt ad effugiendam excommunicationem, vt in fine omnium ſtatutorum apponatur ſtatutum, quo

ſtatutarij declarent nũquam eis ptopoſitũ fuiſſe Eccleſiaſticæ libertati derogare; quòd ſi præter eorum voluntatem aliquid in eis contineatur eidem libertati nõ omninò conſentiens, illud nullius roboris, ac momenti cenſeatur, ac ſi factum, & deſcriptum non eſſet. Ita Panor. in d. c. nouerit, n. 1. & ibi Felin. num. 2.

Vndè licèt regularitet nõ dicatur legem violare, qui ſeruat eam per æquipollentia, cùm nõ verba, ſed voluntas cõſiderari debeat, cùm verba intentioni deſeruiant, non è contra intentio verbis, c. in his, de verb. ſignif. hæc tamen regula fallit, vbi lex præcipit aliquid expreſsè ad aliquẽ finem, qui haberi nõ poteſt æquè bene per aliquod æquipollens, vt in caſu de quo agitur. Hæc Alter. in explic. huius can. col. pen. in verſ. Reſpondent omnes: cum alijs, quos allegat.

ADDITIO.

a Comprehenduntur. Adde Reginal. lib. 9. ſuę praxis, c. 23. n. 261. verſ. Aduerte quoque: Filliuc. tr. 16. c. 10. q. 7. nu. 268. & Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 16. ſect. 2. pun. 3. ſub nu. 8. contra Sayr. & alios, vbi etiam addit n. 9. non poſſe conſuetudine introduci poteſtatem condendi ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam. Abb. Alexand.

b Nuncupantur. Adde Alter hic c. 3. col. 7. dub. 4. & Bonac. hoc eodem loco diſp. 1. q. 16. ſect. 2. pun. 1. ſub n 10. in fine. Abb. Alex.

c Amoueri. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 5 4. c. 10. q. 2. n. 106. & alios, apud Bonac. de cenſur. Bull. cœnæ q. 16. ſect. 2. pun. 4. ſub nu. 7. Limitat tamẽ ipſe Bonac. d. opinionem procedere quãdo conſtat euidenter, ſtatuta eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam; ſecus autem ſi ſint dubia; quoniam tunc poſita tali declaratione, ſtatuta non eſſent contra libertatem eccleſiaſticã. Abb. Alex.

An ſupraſcripto caſu Princeps, ſeu Reſp. incidat in excommunicationem d. c. nouerit; ſicut ſi è contra ſtatuta condita abradat à capitularibus ſuis, eis tamẽ vtatur, ac ſeruari faciat. Q. 14.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo dicitur altera lex.*
2 *Excommunicatio c. nouerit, de ſent. excom. non contrahitur niſi copulatiuè concurrant omiſſio delendi ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, & eorum vſus, ſeu obſeruantia.*
3 *In odioſis interpretatio ſemper facienda eſt in mitiorem partem.*
4 *Conſuetudo in rigore differt à lege.*
5 *Copulæ. &, ea natura eſt, vt coniungat, potiùſquam diſiungat.*
6 *Dictiones. vel, &, aut, naturam habent alternatiuam; & propterea alterum adimpleri ſatis eſt.*

IN hac re pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia fuit Panor. in d. c. nouerit, de ſent. excom. Syl. in ver. excommunicatio. 9. nu. 13. & aliorum, quos refert Suar. hic, num. 85. dicentium, ad incurrendam cenſuram in dicto cap. contentam, alterum dumtaxat ſatis eſſe: vel quòd ſtatuta ſeruentur vel à capitularibus non deleantur. Vndè ſi Princeps ſtatuta ædita ſeruanda curet, quòd à ſuis capitularibus deleat, prædicti cap. excommunicatione ligatur: ſicut è contra, ſi è capitularibus ſuis deleri non faciat, etiam quòd inhibuerit, vel prætermiſerit obſeruari, in eandem tamen cenſuram incidit.

Probatur; quoniam is, qui curaret ſeruandã
1 conſuetudinem, contra libertatem Eccleſiaſticam introductam; etiam ſi ſcripta non ſit, prædictę excommunicationis nexu ligaretur, vt infra dicemus: ergo pariter qui ſtatutũ huiuſmodi ſeruandum curat; etiam ſi ex ſcripto illud deleat, eandem cenſuram contrahet: quia conſuetudo dicitur altera lex. §. ex non ſcripto, in inſt. de iur. nat. gent. & ciu.

Nec obſtat id, quod in hunc modum in d. c. nouerit legitur: *Nec non, & qui de cætero ſeruari fecerint ſtatuta ædita, & conſuetudines introductas contra Eccleſiæ libertatem, niſi ea de capitularibus ſuis intra duos menſes poſt huiuſmodi publicationem ſententiæ, fecerint amoueri*: quoniam prædicti Doctores volunt, dictionem illam. *Niſi*: in rex. contentam, non eſſe exceptionem prioris membri; ita vt ad incurrẽdam prædictam excommunicationem, tex. velit, non modo omiſſionem delendi prædicta ſtatuta à capitularibus; ſed concurſum vſus, & obſeruantiæ illorum: ſed eſt nouum membrum illius cenſuræ; & ſupplendam eſſe copulam, &, quæ ibi deeſt, & obſcuritatem parit, ita vt ſenſus ſit: *Excommunicamus eos, ſi talia ſtatuta ſeruari fecerint, & niſi ea de capitularibus ſuis amouerint*; & ita quodlibet horum ſatis eſt ad excommunicationem incurrendam.

Secunda ſententia, quæ nobis magis proba-
2 tur, eſt Nauar. in ſuo man. c. 27. n. 119. quã ſaltẽ
a in practica tenendam eſſe docet Suar. hoc loco, diſp. 21. de cenſur. ſect. 2. num. 80. & Caiet. in ſum. in ver. excom. c. 31. qui Doctores volunt ad contrahendam excommunicationem in d. c. cõtentam, non ſufficere ſtatuta è capitularibus nõ deleri, niſi ſimul ſeruanda curentur, & è contra. Et ideò duo copulatiuè requiruntur: omiſſio ſcilicet delendi talia ſtatuta, & eorum vſus, ſeu obſeruantia.

Probatur hæc opinio: quoniam aut verba d.
3 c. nouerit magis fauent contrariæ ſententiæ, quã noſtræ: aut magis fauent noſtræ, quam contrariæ: aut æqualiter fauent contrariæ ſententiæ, & noſtræ. Non poteſt dici primum: quia ſecundũ contrariã ſententiam, verba tex. alterantur, cùm eis addatur copula, &, ſecundum verò noſtram verba tex. non alterantur, nec aliquid eis additur. Quod ſi ſecũdum, & tertium ergo magis vera eſt noſtra ſententia, quàm contraria. Probo conſequentiam nam ſi verba tex. æqualiter fauent noſtræ ſententiæ, & contrariæ, cùm noſtra ſententia ſit mitior, ipſi magis ſtandũ eſt, quàm cõtrariæ: quia in odioſis, vt ſimus in caſu noſtro, interpretatio ſemper facienda eſt in mitiorem partem: vt in c. odia, de reg. iur. in ſexto, c. pœnæ de pœn. d. 1. l. quicquid aſtringẽdæ, ff. de verb. oblig. Si denique verba tex. magis fauent noſtræ ſententiæ, quam contrariæ, tanto

to magis verior erit noſtra ſententia, ar. tex. in auth. multò magis, C. de Sacr. Eccl.

Hanc eandem ſententiam Alter. hoc eodem loco, c. 4. col. 2. ait eſſe mitiorem ſ ac æquiorum; ſed priorem putat eſſe probabiliorem. Beneuentum eſt, quòd excommunicatio d. can. afficit eos tantùm, qui poſitiuè ad horum ſtatutorum obſeruationem operantur. Vnde Conſulet qui ſciunt in Ciuitate ſeruari ſtatutum contra libertatem Eccleſiaſticã, & non impediũt cùm poſſint, excommunicationem prædictam nõ contrahunt; quia licèt talis omiſſio ſit culpabilis, & ſic omittens ſit particeps culpæ, quam committit operans; tamen formaliter non eſt facere, vt ſtatutum ſeruetur. At vbi tractatur de ſtatuto pœnali, ſtandum eſt proprietati verborum. Ita cum Caiet. in ver. Excommunicatio, cap. 31. ver. Tertiò nota in fine: contra Nauar. tenet Alter. in d. col. 2. ver. Secunda difficultas eſt.

Ad argumentum igitur reſpondetur cõcedendo antecedens, ſed negando conſequentiam; 4
quia in tex. in d. c. nouerit, expreſsè ſub excõmunicationis vinculo cenſura afficiuntur, qui ſeruare tantùm faciunt conſuetudines introductas contra libertatem Eccleſiaſticam; non ſic qui ſeruare faciunt ſtatuta è capitularibus deleta. Et licèt conſuetudo vim legis obtineat: in ſermonis tamen proprietate conſuetudo differt à lege, cùm diuerſas habeat definitiones. Lex enim eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta, & prohibens contraria, l. 1. ff. de Iuſt. & iur. Et conſuetudo eſt ius non ſcriptum moribus introductum, §. ex nõ ſcripto, de iur. nat. gen. & ciu.

Nec interpretatio contrariæ ſententiæ ad dictum tex. aliquid operatur: nam dato, & nõ conceſſo, quòd ſubintelligatur dicta copula, &, potius concludendum eſſet vigore dictæ copulæ vtrumque requiri ad dictam excommunicationem incurrendam, quam eorum alterum; quoniam natura copulæ ea eſt, vt coniungat potius quam diſiungat, l. ea tamen adiectio, ff. de leg. 3. 5
Vndè melius dixiſſet, ſi alternatiua, vel, eſſet ſub intelligenda ſeu dictio, aut: quia harum dictionum ea vis eſt, vt alterum adimpleri ſufficiat, l. is qui, §. verum, ff. de reb. aub. 6

ADDITIO.

a Probatur. Adde Bonac. híc diſput. 1. q. 16. ſect. 2. pun. 4. num. 6. contra Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. c. 10. q. 7. num 268. Tolet. lib. 1. c. 38. num. 13. Reginald. lib. 9. ſuæ praxis cap. 23. num. 362. & alios. Putat tamen ipſe Bonac. huiuſmodi ſtatuta ſeruantes, incidere non modò in excommunicationẽm noſtræ Bullæ, ſed etiam c. Nouerit; quia in d. c. excomunicantur præſumentes iudicare ſecundùm dicta ſtatuta. Abb. Alex.

Ibi (*libertas eccleſiaſtica*) De diuiſione, ac definitione libertatis Eccleſiaſticæ. Q. 15.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia quot modis ſumitur*
2 *Libertas eccleſiaſtica quot modis ſumitur.*
3 *Libertas Eccleſiaſtica alio vocabulo dicitur immunitas Eccleſiaſtica.*
4 *Libertas Eccleſiaſtica quid ſit.*
5 *Imperator nullam habet in Eccleſia, ſed neceſſitatem obſequendi.*

PRo determinatione huius difficultatis eſt 1
ann. quòd ſicut Eccleſia quandoque ſumitur adequatè pro tota Republica Chriſtiana; quæ comparata ad Infidelium ſectas adequatè dicitur Eccleſia; quandoque inadequatè ſecundum principaliorem eius partem, quæ eſt ſpiritualis Hierarchia, ſeu clerus: & quandoque ſumitur pro materiali templo; ita etiam libertas Eccleſiaſtica alia dicitur adequatè omnium fidelium: 2
alia inadequatè ſecundum præcipuam eius partem; quæ eſt Eccleſiaſticarum perſonarum, vel in ſe ipſis, vel in bonis ſuis: & alia denique templorum materialium.

De libertate, quæ ineſt toti Eccleſiæ adequatè ſecundum ſe totam, & toti Reip. Chriſtianæ nos nõ loquimur: quia huiuſmodi libertas fideles liberat a ſeruitute tantùm peccati, & iugo ceremoniarum Moſaicæ legis. Eſt igitur nobis ſermo de libertate Eccleſiaſtica ſecundò, & tertiò modo, quæ ſcilicet competit Eccleſiæ quatenus materiale templum eſt: & Eccleſiaſticis perſonis in ſe ipſis, aut in eorum bonis.

Hæc autem Eccleſiaſtica libertas, alio vocabulo appellatur immunitas Eccleſiaſtica. Nam 3
immunitas Eccleſiaſtica, vt ait Couar. lib. 2. var. reſolut. c. 20. in princ. eſt Eccleſiaſtica libertas, quæ & ad rerum, & perſonarum Eccleſiaſticarum libertatem, & exemptionem pertinet. Vndè libertas Eccleſiaſtica dicitur talis à ſubiecto, cui ineſt: puta materiali templo, & Eccleſiaſticis perſonis in ſe ipſis, vel in eorum bonis. Et ideo ſicut libertas in communi eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere licet, niſi ſi quid vi, aut iure prohibetur, vt in l. libertas, ff. de ſtat. 4
hominum, & §. libertas, in inſt. de iur. perſon. ita libertas Eccleſiaſtica eſt Eccleſiæ facultas faciendi quodcunque facere licet; quapropter eam Eccleſia lætatur in plenitudine iuris ſui iuxta tex. in c. 1. de immunit. Eccl. in ſexto.

Hinc meritò Bal. in l. 1. C. de ſacr. eccl. libertatem Eccleſiaſticam conſiſtere dicit in 5
habere faciendo, vel non faciendo quod libet: ſed libertatis in cõmuni definitione [illegible] Iulius habet in Eccleſia auctoritatem imperandi, ſed neceſſitatem obſequendi, c. fin. de iudic. eccl. non alien. vbi non immeritò etiam ſalutat, non tantùm ſanctos Patres; ſed et. [illegible] Principes ſæculares quamplurimis priuilegijs Eccleſiaſt. cam libertatem munioſſe; de quibus, licèt latè habeatur per Inn. Ant. de Butr. & alios in c. nouerit, de ſent. excom. & per Cardin. Zabar. in c. perpendimus, eod. tit. tamen vt facilius percipi poſſit, quando ſtatuta dicantur fieri contra libertatem Eccleſiaſticam, de vtraque Eccleſiæ immunitate, & quo iure ſit, aliqua præmittenda duximus. Quapropter primo videbimus de immunitate, ſeu libertate Eccleſiæ vt templum eſt; Secundò de ipſa Eccleſiaſtica libertate, vt ad Eccleſiaſticarum perſonarum exemptionem pertinet tractabimus: Et tertiò quo iure

præ-

prædictis perſonis eorum Eccleſijs, ac bonis tributa ſit, definiemus.

De libertate, ſeu immunitate Eccleſiæ vt templum materiale eſt. Q. 16.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Eccleſiaſtica excludit ab Eccleſia: vt templum materiale eſt, omnem violentiam, omnem rapinam, iudicium, hoſpicium, Infidelium excommunicatorum, Interdictorum, ac vſura iorum ſepulturam, & eorum qui mortem ſibi conſciuerunt. Item excludit omnem immunditiam, pollutionem, & proſana opera, quæ ſunt contra loci ſanctitatem.*

2 *Immunitate huiuſmodi gaudet Eccleſia non modo intra eam, ſed etiam per circuitum quadraginta paſſuum ſi eſt Mater Eccleſia: ſi verò minor, aut cappella, triginta: niſi aliter in hoc ſe haberet conſuetudo, quoniam illis ſtandum eſt.*

3 *Confugientes ad Eccleſiam, ſi portæ clauſæ adhærent, aut veſtem manu tenent, vel anſam, gaudent immunitate Eccleſiaſtica, vt capi non poſſint. Idem dicendum eſt de confugientibus ad ſcalas Eccleſiæ, atrium, cluſtrum, tectum, cuiuſcumque cœmeterium, & porticum.*

4 *Pœna conſtituta contra interrumpentes in domum, habet etiam locum contra interrumpentes contra porticum domus.*

5 *Immunitate gaudet Eccleſia etiam ſi adhuc conſecrata non ſit, nec benedicta: immo etiam ſi polluta ſit, aut interdicta, vel deſtructa ſine ſuperioris auctoritate. Quæ quidem immunitas eſt in eccleſia tam quoad peregrinos, quàm quoad Cives.*

6 *Immunitate Eccleſiaſtica non gaudent oratoria priuata, conſtructa ſine licentia Ordinarij.*

7 *Oratoria priuata, quæ dicantur, & quæ publica.*

8 *Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum gaudet immunitate, vt ad Sacerdotem illud per plateam deferentem confugientes, eiuſdemque tronum, ſeu tabernaculum ampleſſantes capi non poſſint: dummodo confugientes ſint extra carceres; & in libertate poſiti.*

9 *Immunitate Eccleſiaſtica gaudent hoſpitalia, & omnia loca Religioſa auctoritate Ordinarij conſtructa.*

10 *Hoſpitalia gaudent priuilegijs Eccleſijs conceſſis.*

11 *Epiſcopi domus gaudet immunitate Eccleſiaſtica iuxta loci conſuetudinem,*

12 *Cardinalium, & aliorum magnorum domus hodie non gaudent immunitate, vt in eis capi non poſſint debitores, ſeu delinquentes.*

13 *Confugientes ad Eccleſiam, & alia loca Religioſa, gaudent immunitate Eccleſiaſtica, vt ab ea extrahi non poſſint, ſiue laici ſint: ſiue clerici per eorum Iudices Eccleſiaſticos, niſi contraria extet conſuetudo, vel delictum commiſerint degradatione dignum, & ſiue liberi ſint, ſiue ſerui.*

14 *Seruus timore Domini, aut propter illius ſeuitiam ad Eccleſiam confugiens, an & quando ipſius gaudeat immunitate.*

15 *Infideles, & hæretici confugientes ad Eccleſiam, an eius gaudeant immunitate.*

16 *Debitores decocti confugientes ad Eccleſiam, an & quando illius gaudeant immunitate.*

17 *Carceratus, qui dimiſſus iurauit redire ad carceres, confugiens ad Eccleſiã, an ipſius gaudeat immunitate.*

18 *Confugientes ad Eccleſiam, ſi obſideantur, & prohibeatur ne eis victus, ac veſtitus deferatur, ſic obſidentes, ac prohibentes, in excommunicationem incidunt ipſo facto, & variis pœnis temporalibus afficiuntur.*

19 *Confugientes ad Eccleſiam ſi quis ab ea extrahat, aut in bonis, vel in perſona lædat, vltra pœnas temporales, quas incurrit, hodie eſt ipſo facto excommunicatus, & excommunicatio eſt S. Pontifici reſeruata.*

20 *Confugientes ad Eccleſiam ſi quis ex ignorantia craſſa, vel affectata extraxerit, in excommunicationem non incidit.*

21 *Confugientes ad eccleſiam ab ea extrahens, non ſtatim in excommunicationem incidit, ſed ita demum ſi eccleſiæ non ſatisfaciat, & reum non reſtituat.*

22 *Immunitate eccleſiaſtica non gaudent publici latrones, vt rum graſſatores, depopulatores agrorum, qui homicidium in eccleſia aut in ipſius cœmeterio commiſerint, aut aliquem mutilauerint, vel qui proditorie proximum occiderint. Item aſſaſſini, læſæ Maieſtatis rei, & in perſonam Principis inſurgentes.*

23 *Immunitate eccleſiaſtica non gaudet, qui è loco Sacro occidit aliquem extra locum Sacrum: vel qui ex eccleſia reducit aliquem, & eductum occidit, aut mutilauit, aut mutilari iuſſit, vt alium occidat extra Eccleſiam.*

24 *Facti illiciti ſuſpicitur initium, non finis: ſecus autem facti illiciti, quoniam illius ſuſpicitur finis, & conſummatio actus.*

25 *Delinquentes in Eccleſia ſi ad eam confugiant, an & quando gaudeant eius immunitate.*

26 *Delinquens propè eccleſiam animo confugiendi ad eccleſiam, an gaudeat illius immunitate.*

27 *Immunitate eccleſiaſtica an gaudeat occidens clericum.*

28 *Proditorie quis nam dicatur occidere.*

29 *Immunitate eccleſiaſtica an gaudeat proditorie vulnerans occidendi animo.*

30 *Confugientes ad eccleſiam Iudex ſæcularis extrahere ab illa non poteſt ſine Epiſcopi licentia, etiam caſu alias permiſſo.*

31 *Iudices ſeculares extrahentes reos qui ad eccleſiam cõfugiunt, quæ nam ſeruare debeant, ne in cenſuram incidant.*

32 *Confugientes ad eccleſiam ſi ab ea extrahantur in caſu permiſſo, an puniri poſſint pœna ſanguinis.*

33 *Iudex non tenetur ſeruare fidem reo de immunitate delicti, ſi ipſum ex eccleſia ad quam confugit extraxit, in caſu permiſſo.*

34 *Iudex blandiris extrahens reum, qui confugit ad eccleſiam excommunicationem non contrahit, etiam ſi illum extrahat in caſu ſibi non permiſſo.*

35 *Cauſæ in eccleſia tractari non poſſunt, niſi ſint eccleſiaſticæ.*

36 *Scolares in eccleſia doctorari poſſunt: licèt in ea multa fieri prohibeantur.*

1 DE hac Eccleſiæ immunitate quatenus templum eſt loquitur text. in c. 1. & c. inter alia, de immun. Eccl. c. 2. eo. tit. in ſexto, c. ſacrilegij, c. iuriſquis, 17. q. 4. c. conqueſtus, de ſent. excom. & extat tit. in C. de ijs, qui ad Eccl. confug. Quibus iuribus in Eccleſia interdicitur omnis vio-

violentia, omnis rapina, iudicium, atque hoſpicium.

Ad immunitatem iſtam quoque pertinet, ne infideles, excommunicati, interdicti, ac vſurarij ſepeliantur, vt in clem. 1. de ſepul. c. quia in omnibus, de vſur. Prohibetur etiam in Eccleſia ſepeliri is, qui propter deſperationem mortem
a ſibi intulit, c. placuit. 23. q. 2.

Immò ad immunitatem Eccleſiaſticam ſpectat, ne paſſim fideles intra eccleſiam ſepeliantur, niſi Epiſcopi ſint, vel Abbates, aut aliqui Preſbyteri, vel laici inſignis ſanctitatis, vt habetur ex Turrecrem. & alijs in c. nullius, 13. q. 2. & Syl. in ſum. in ver. Immunitas. 5. n. 7. Vnde inter immunitates Eccleſiæ connumeratur, vt laici, & fideles regulariter non ſint intra Eccleſiam ſepeliendi; ſed in atrio, ſeu cæmeterio, c. præcipimus. 13. q. 2. Item ad eandem immunitatem pertinet, vt Eccleſia ſit immunis ab omni immunditia, pollutione, ac profanis operibus, quę non modo humano iure; ſed aliqua ex lege naturæ ſunt contra loci ſanctitatem, vt latè declarat Suar. de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 3. cũ plur. ſeq.

Hac immunitate gaudet Eccleſia non modo
2 intra eam, ſed etiam per circuitum quadraginta paſſus, ſi eſt maior Eccleſia, ſi autem ſit mi-
b nor, aut cappella, triginta *b*. Vnde qui confinia eccleſiæ conſtringere tentauerit, aut perſonam hominis, vel bona eius inde ſubtraxerit, quouſque emendet, & niſi quod rapuerit reddat excommunicatur, vt in c. ſicut antiquitus, & c. quiſquis, 17. q. 4.

Et licèt aliqui excipiant eccleſias, quæ ſunt
3 intra ambitum murorum caſtellorum, in quibus propter locorum angustia m id obſeruari non poteſt; tamen in hac re ſtandum eſt loci cõſuetudini, cuius vigore aliquando eccleſia cum ſuo cæmeterio cuiuſcunque magnitudinis ſit huiuſmodi priuilegio, ac immunitate gaudet: & in vnaquaque eccleſia illud ſpacium pro cæmeterio habendum eſt, quod eſt benedictum, vel pro loco ſacro ab epiſcopo deputatum, vt bene docet Suar. loco citato, c. 9. n. 3. in fine, & ſub n. 8. & latè Farin. in ſua praxi crim. p. 1. q. 28. n. 12. 13. & 14. vbi etiam colligunt gaudere prædicta immunitate eum, qui confugiendo ad eccleſiã portæ clauſæ adhæret, & veſtem manu tenet, ſeu anſam.

Idem dicunt de confugiente ad ſcalas, cæme-
4 terium, & clauſtrum eccleſiæ, vel ad eiuſdem a-
c trium ſeu porticum adherẽtem, ſeptã, & tectũ; vt habetur etiã ex Panor. in c. eccleſiæ. n. 10. de immun. eccl. per tex. in c. ſi quis contumax 17. q. 4. vbi ex eo infert, quòd pœna conſtituta contra irrumpentes in domum, locum ſibi vendicat contra irrumpentes in porticum domus. vt per Bar. in l. meminiſſe, ff. de offic. Proconſul. & in l. itẽ apud Iabeonem, ff. de iniur. & Azor. lib. 9. Inſt. moral. p. 2. c. 8. q. vl.

Hac eadem immunitate gaudet Eccleſia etiã
5 ſi adhuc conſecrata non ſit, nec benedicta: dum modo obſequijs diuinis dedicata ſit, & epiſcopi
d auctoritate fundata, primum lapidem in fundatione ponentis *d*.

e Immo etiam ſi interdicta e ſit, aut polluta, & non dum reconciliata: nam hanc potitur immunitatem, tam quoad peregrinos, quam quoad illos de populo, propter quorum delictum, vel contumaciam interdicta eſt; vt habetur ex Doctoribus ſupra citatis, & præcipuè Farin. loco citato. num. 34. & 35.

f Idem dicendum eſt de Eccleſia deſtructa *f* ſine auctoritate ſuperioris: vel ſi ſubeſſet ſpes refectionis: ſecus autem ſi mediante ſuperioris auctoritate deſtructa fuerit, aut nulla ſpes eſſet reædificationis, vt habetur ex Clar. in pract. §. fin. q. 30. ver Mains eſt dubium: & alij quos refert, & ſequitur Farin. vbi ſupra n. 70.

Non tamen hoc priuilegium habent Orato-
6 ria priuata; etiam ſi de licentia epiſcopi ſacrum in eis celebretur, quoniam epiſcopi auctoritate dicata non ſunt; ſed auctoritate priuata: & propterea eadem priuata facultate poſſunt ad profanos vſus conuerti: ita vt hodie ſint Oratoria, & cras cameræ: eo quòd eſtò, quòd de licentia epiſcopi poſſit in eis ſacrum celebrari; non tamẽ per hoc illa Oratoria manẽt loca immutabiliter deputata ad ſacra miniſteria. Ita tex. & ibi Doct. in c. adhæc, de Relig. domi Glo. incle. quia contingit, eod. tit. Abb. in c. fin. num. 4. de cenſi. & Farin. loco citato num. 71. Vbi ex Deciano id limitat quando huiuſmodi Oratoria
7 conſtructa ſunt epiſcopi auctoritate: prout præſumitur quando habent altare lapideum ſtabile, & conſecratum, in quo Miſſa celebratur, vel quando eſſet illis conſtituta dos, vel haberent campanam publicam.

Sed re vera iſta Oratoria concurrentibus dictis conditionibus, non priuata, ſed publica dicerentur: iuxta ea, quæ habentur ex Doct. in c. patentibus, de priuil. Syl. in ver. loca ſacra, & Mart. de iuris. p. 4. caſu 113. qui ponunt conditiones quas exigunt Oratoria adhoc, vt dicantur publica.

Hæc eadem immunitas extenditur ad Sacer-
8 dotem Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentũ deferentem per plateas, & ad tronum, ſeu tabernaculum, in quo idem Domini corpus defertur ita vt ſi reus fugiens illud amplexetur, capi non poſſit. Ita Turrecr. cum alijs quos allegat in cap. quæſitum, 13. q. 1. Couar. lib. 1. var. reſol. c. 20. n. 6. Ratio autem hæc eſt; quoniam corpus Chriſti eſt fundamentum eccleſiaſticæ immunitatis, vt ait Suar. in d. lib. 3. de Relig. tom. 1. tract. 2. c. 9.

Confirmatur, quia licèt id in iure, expreſſum non inueniatur; tamen eo quòd immunitas huiuſmodi templis conceſſa eſt à canonibus, propter honorem, & reuerentiam, quæ locis ſacris diuinoque cultui dicatis debetur; ideo multò fortius hoc idem priuilegiũ Sacratiſſimo Chriſti cornori conceſſum eſſe dicendum eſt: iuxta maximam illam Ariſt. *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis*. Imò id verum eſt etiam ſi tãgat haſtam Baldacchini, vel lumen, aut immiſceat ſe inter aſſociantes ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, vt habetur ex Mario Ital. de immun. Eccl. lib. 1. c. 4. §. 10. num. 8. Quod quidem tunc verum eſſe tenet Farin. ibi num. 11. cum alijs Doctoribus, quos ipſe refert, vbi ſic confugiens ad Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, ſit extra carcerem, & in libertate poſitus: ſecus ſi in carcere exiſtens ad illud confugeret, quando ad eum, vel ad infirmum, aut aliàs adducitur.

Præ-

Præterea extenditur hæc immunitas ad om-
9 nia loca Religioſa, nempe ad hoſpitale, authoritate Ordinarij dedicatum: quia omnia priuilegia Eccleſijs conceſſa, hoſpitalibus competunt,
10 & translata ſunt, l. omnia, C. de Sacroſan. Eccl. Felin. in c. de quarta, num. 3. de præſcr. & alij.

g Item ad Monaſteria Religioſorum g quoad totum clauſtrum, ſeu habitationem: vt per Inn. Panor. & alios in c. Eccleſiæ, de immun. Eccleſ. Couar. ibidem num. 4.

Et denique ad domum Epiſcopi, quæ ſecun-
11 dum aliquos gaudet hoc priuilegio, etiam ſi à maiori Eccleſia diſtet ſupra quadraginta paſ-
b ſus b: quoniam hæc immunitas ſpecialiter ei cõpetit ex diſpoſitione tex. in c. id conſtituimus, 17. q. 4. Ita Azor. lib. 9. inſt. moral. p. 2. c. 8. q. 5. & Suar. in loco ſupra allegato: qui limitat, niſi ex forenſi conſuetudine domui prædictæ tribuatur immunitas ſolùm quando eſt ſituata infra quadraginta paſſus per circuitum Maioris Eccleſiæ.

Imò Decian. in ſuis tract. crim. p. 2. lib. 6. c. 15. num. 54. relatis hinc inde rationibus teſtatur, nõ ſolùm magis practicam, ſed etiam in puncto iuris veriorem eſſe opinionem dicentium, Palatium epiſcopi nõ gaudere immunitate Eccleſiæ niſi vel illi cohæreat, vt ſit intra paſſus quadraginta, vel ſaltim habeat Oratorium.

Sed an hæc eadem Immunitas extendatur etiam ad domos canonicorum habetur, per eũdem Decianum ibi n. 15. cum ſeq. quem refert Farinac. vbi ſupra nu. 38. vbi etiam n. 48. refert hanc eandem immunitatem olim habuiſſe do-
12 mos Cardinalium S. R. E. Oratorium Imperatoris, ac Regum: imò domos cuiuſcunque Magnati, & Illuſtriſſimi viri, & earum circuitus, in quibus tuti erant, non ſolùm debitores ex cauſa ciuili, ſed etiam delinquentes pro quocunque graui crimine, etiam capitaliter banniti pro aſſaſſinio, & alijs atrociſſimis delictis.

Hodie verò domos prædictas Cardinaliũ i, & Magnatorum dicta priuilegia non habere ex eorum reuocatione facta à Greg. XIII. & Sixto V. adeò verùm eſt, vt in Vrbe nullus ſit locus, nec etiam extra Vrbem, in quo delinquentes ſe tutos credant.

Solum igitur Eccleſiæ, Oratoria publica, ho-
13 ſpitalia, domus Epiſcopi, & alia loca Religio-
K ſa K, quæ ſupra retulimus. & deferentes Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum hanc immunitatem habent, vt ad ea confugientes capi non poſſint quicunque ſint ſiue laici, ſiue clerici per eorum Iudices Eccleſiaſticos. Nam ſi huiuſmodi priuilegio gaudent laici multò magis debent
l gaudere Eccleſiaſtici l vt ex Rom. & alijs docet Couar. lib. 2. var reſol. c. 20. n. 16. & Farin. in d. ſua pract. crim. tom. 1. q. 18. num. 7.

Et licèt in hac re grauiſſimi ſint Doctores, qui contrariam ſententiã exiſtiment eſſe de iure veriorem; vt ſunt Panor. & alij quos refert, & ſequitur Suar. loco citato, c. 10. nu. 5. cum ſeq. & Azor. in d. c. 9. q. 9. ver. Quid de pagano: tamen Farin. ibi ex Panor. ait in hoc ſeruandam eſſe conſuetudinem: ſed vbi talis conſuetudo non adeſt, prima ſententia, cũ ſit conformis iuri cõmuni, ſeruari debet: atque ideò clerici ad Eccleſiam confugientes ex ea extrahi non poſſunt: niſi delictum commiſerint degratione dignum: quia cum ſimus in ſæculariſſimis, non videntur clerici digni huius immunitatis priuilegio. Et quamuis Diaz in ſua pract. crim. cap. 155. in fine teneat contrarium; nihilominus eius ſententiã reprobat ibi Farin. n. 8. tanquam nullum iuris fundamentum habentem.

Item ad Eccleſiam, & alia ſupradicta loca confugientes gaudent prædicto priuilegio, ſiue liberi ſint ſiue ſerui: nam quoad hanc immunitatem eodem modo ſe habent liberi, ac ſerui, cum huiuſmodi locis generaliter concedatur nulla
m facta diſtinctione inter liberum, & ſeruum m: vt per Abb. in c. inter alia, n. 23. in fine de immu. eccleſ. Imò ſeruo non ſolùm conceditur immunitas reſpectu Iudicis, ſi delictum cõmiſit, propter quod poſſit publicè puniri; ſed etiam reſpectu Domini, ſi ſolùm ita deliquit vt priuatim ab eo puniri poſſit: vt ait Abb. loco citato.

Vndè cùm ſeruus timore domini confugit ad
14 Eccleſiam, non eſt à clericis compellendus redire ad dominum, niſi ipſe dominus de ſerui impunitate iuramentum præſtiterit.

Quod verum eſt niſi ſeruus propter magnã domini atrocitatem ad Eccleſiam confugerit: quia tunc non eſt exponendus tam graui periculo. Et idem dicendum putat Suar. in d. c. 10. ſub n. 2. quoties prudenter timetur morale periculũ de graui nocumento ſerui, non obſtante iuramento; tunc enim aut cogendus eſt dominus maiorem cautionem adhibere, vel certè ſeruum vendere.

Nec obſtat tex. in l. ſeruus, C. de his, qui ad Eccleſ. conf. dum in eo habetur, quòd ſi ſeruus armatus in Eccleſiam irruat, ſtatim extrahendus eſt, vel eſt danda Domino facultas illum extrahendi: quoniam, vt ait Angel. in ſum. in ver. Immunitas, n. 12. hoc intelligendum eſt cum cautione iuris canonici, promiſſa ſcilicet vt ſupra impunitate; dummodo non irruat in Eccleſiã, vt in ipſa delinquat; quoniam tunc non gaudebit immunitate: ſicut alij in Eccleſia delinquẽtes, de quibus infra Deo duce, dicemus.

Item confugientes vt ſupra ad Eccleſiã eiuſ-
15 dem immunitate gaudent, ſiue fideles ſint, ſiue infideles: ſiue hæretici, ſiue Catholici: vt per Azor. loco citato, & alios: qui ex eo mouentur: quia tex. in d. c. inter alia, generaliter loquitur, non diſtinguens inter fideles, infideles; hæreticos, & Catholicos: ergo nec nos diſtinguere debemus, ar. tex. in l. de pretio, ff. de publ. in rẽ act.

Quod verùm putat Panor. in d. c. inter alia, & Gloſ. in l. 1. C. de his, qui ad Eccl. conf. quando infideles ad Eccleſiam confugiunt ſtudio, & amore fidei, ac Religionis ſine ſimulatione: quoniam non eſt veriſimile, quòd Eccleſia ſub tã graui pœna velit protegere perfidos Iudæos, & alios Chriſtiani nominis Inimicos, & hoſtes, qui totis viribus eam impugnare conantur. Et hanc ſententiam tenet quoque Suar. loco citato, & idem Azor. ibi, ac Syl. in ſum. in ver. Immunitas 3. q. 3. etiam quoad hæreſicos. Quãuis Farin. cum alijs ab eo allegatis indiſtincte teneãt, Infideles, & hæreticos hoc priuilegio non poſſi. Et Decian. in ſuis pract. crim. p. 2. lib. 6. c. 26. n. 2. quoad Infideles, relatis hinc inde contrarijs, concludit veriorem, & communiorem eſſe opinionem, quòd confugiendo ad Eccleſiam non gaudeant illius immunitate.

Quo

Quo verò ad hæreticos, & apoſtatas à fide, idem Decian. ibidem n. 4. iuncto num. 6. in fine, & n. 13. videtur tenere, quòd ſi hæreticus, & apoſtata fuit iam punitus de hæreſi, & apoſtaſia, & ad Eccleſiam confugiat, non ad effugiendam pœnam hæreſis, vel apoſtaſiæ, ſed alterius delicti, puta adulterij, homicidij &c. tunc ab ex extrahi non poteſt: ſecus autem, ſi ad Eccleſiam eam confugiat pro hæreſi, vel apoſtaſia, aut de
* hoc dubitatur: quia tunc non eſt tutus *.

Quoad apoſtatas denique à Religione, ipſe Decian. ibi n. 3. ait, eſſe tutos in Eccleſia: dummodò non ſit Eccleſia illius Religionis, à qua apoſtatarant.

Item confugientes ad Eccleſiam, ab ea extra-
16 hi non debent, pro quacunque cauſa ad eam confugiant: ſiue cauſa ciuilis ſit: ſiue criminalis.
o Hinc pro debito o ad Eccleſiã confugiens eiuſdem gaudet immunitate, ſiue debitum publicũ ſit, ſiue priuatum. Et ſiue debitor de fuga ſit ſuſpectus, ſiue non: vt latè probat Farin. loco citato: n. 30, 31, & 32. vbi etiam n. 33. hoc limitat non procedere in mercatoribus fraudulenter fallitis, qui non ſine maximo Reipub. diſpendio ex pecunia, & rebus alienis negotiationem exercentes, & lautè viuentes: tandem decocti ad Eccleſiam confugiunt, ſic eorum creditores decipientes. Sed hæc limitatio hodie vim non habet: vt colligitur ex Conſt. Greg. XIV. de qua infra. Deo dante, tractabimus.

Sic etiam ſi quis ad quod crimen commiſerit,
17 & ad Eccleſiam confugerit, ab ea non poteſt extrahi: etiam ſi crimen ſit homicidij, adulterij,
p raptus virginum p, aut aliud enorme: vt bene declarant Suar. & Azor. in ſupradictis locis. Vbi hanc immunitatem extendunt quoque ad ex-
q communicatos, & interdictos q. Et latè Farin. vbi ſupra n. 15. 16, 17. cum plur. alijs ſeq.

Quod quidem ampliat etiam in carcerato ex
18 carcere fracto aufugiente, aut exeunte de licẽtia cuſtodis cũ iuramento de redeundo ad carceres, & multò magis in eximẽte ſe de manibus familiæ: nam ſi ad Eccleſiam confugiant, immunitate ipſa potiſtur: vt patet ex his quæ cumulat n. 41. 42. 43, & 44. atque ideò extrahentes eos ſi confugientes in bonis, vel in perſona lædentes, etiam obſidendo, ac prohibendo, ne eis victus, ac veſtitus deferantur (cum hoc modo indirectè contra immunitatẽ fieri, probet Farin. ibi n. 9.) variis pœnis afficiuntur, tum de iur. ciuili, vt in l. a. & l. preſenti, C. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt; tùm etiam de iure canonico: vt in c. nullus, c. ſi quis contumax, c. definiuit, c. miror, & c. id conſtituimus 17. q. 4. latè Suar. loco citato, c. 13. num. 7. & Azor. eadem quæſt. 9. n. 14. Non tamen in dictis iuribus cenſuræ ferũtur ipſo facto, ſed ſunt ferendæ.

Eſt tamen verùm, quòd hodie cenſuræ præ-
19 dictæ contra violantes ſupradictam immunitatẽ Eccleſiaſticam, ſunt reſeruatæ Rom. Pont. cùm huiuſmodi crimen ſit ex vnus quinq; caſibus, quos Sedi Apoſt. reſeruauit Clem. VIII. reuocando quodcunque priuilegium, quo Religioſis fuerit à ſupradictis caſibus abſoluendi conceſſa facultas: vt patet ex eiuſdem conſtitutione relata à Steph. Quaranta in ſum. Bullan ver. caſus reſeruati.

20 Imò contrahuntur ipſo facto: vt ex Conſt. Greg. XIV. in fine, edita die 28. Maij 1591. cuius meminit idem Steph. Quaranta in ver. Reuerentia Eccleſiarum, dummodo contrauenies factum coniunſerit cùm præſumptione per illud verbum: *Præſumpſerit*: in d. conſtitutione contentum. Quocirca contrauenientes ex ignorantia, etiam craſſa, & affectata à prædictis cenſuris excuſantur iuxta ea, quæ ſupra annotauimus can. 1. q. 36, 37, & 38.

Et cùm de iure prædicti contrauenientes nõ
21 excommunicentur abſolutè, ſed ſub conditione; niſi Eccleſiæ ſatisfaciant, & reum reſtituãt: vt habetur ex Suar. in d. cap. 13. num. 7. circa finem; eſtò quòd ipſo facto vigore dictæ Cõſtitutione Gregor. XIV. excommunicatio-
r nem contrahant; probabiliter r tamen videtur dicendum, vt excommunicationem ipſam non incurrant eo ipſo, quòd confugientes vt ſupra ab Eccleſia extrahunt, ſed ſi Eccleſiæ non ſatisfaciant, & reum reſtituant: quia, vt ait Suar. ibidem, pro tali delicto commiſſo non fertur excommunicatio, niſi quatenus pendet in futurum, ſeu habet tractum ſucceſſiuum quoad emendationem. Vndè ſic extrahentes, ſi ſtatim reum reſtituant, vel ſaltem mox requiſiti, & Eccleſiæ ſatisfaciant, in cenſuram huiuſmodi non videntur incurrere. Tantò fortiùs, quoniam conſtitutio illa, quoad hoc, non diſponit nouiter; ſed tantùm declarat, ſic delinquentes ipſo facto cenſuras, & pœnas eaſdem incurrere, quæ contra libertatis, iuris, & immunitatis Eccleſiaſticæ violatores, per ſacros canones, & Cõciliorum generalium, & aliorum prædeceſſorum Pontificum Conſtitutiones ſunt promulgatæ, vt patet in illis verbis: *Declaramus eum ipſo facto eaſ-
dem incurrere, & pœnas eaſdem &c.*

Eſt autem animaduertẽdum, quòd multi ſint,
22 qui hoc priuilegio non potiuntur. Nam Eccleſiæ non gaudent immunitate publici latrones, viarum graſſatores ſ, depopulatores agrorum:
ſ qui homicidium & mutilationes in ipſis Eccle-
t ſijs perpetrauerint t, vel in cæmeterijs: aut qui
u proditorie proximum occiderit u. Item aſſaſi-
x ni x, læſæ Maieſtatis Reos, & in perſonam Princi-
y pis inſurgentes y: vt conſtat ex dicta Conſtitut. Gregor. XIV.

Non ſuffragatur pariter dicta immunitas, ei
z qui è loco ſacro occidit, aut mutilat alium extra ædem ſacram z. Idem dicendum eſt de eo, qui ex Eccleſia educit aliquem, & eductum occidit, aut mutilat: quia habetur pro homicida, ſeu mutilante in Eccleſia. Sic etiam, ſi in Eccleſia mandauit alicui, vt occidat alium extra eccleſiam quoniam facti illiciti inſpicitur initiũ, non finis: ſecus autem, ſi tractetur de facto illicito, quoniam inſpicitur finis, & conſummatio actus, & non initium. Quod quomodo procedat rectè declarat Azor. loco citato, q. 9. & 14. Qui agens de delinquentibus in Eccleſia immunitate eos non gaudere, inquit, quando ſub ſpe-
25 immunitatis delinquũt: ſecus autem, ſi probet ſe id ſceleris non ea ſpe, ac fiducia perpetraſſe, vt ab Eccleſia protegerentur: nam tunc ad huiuſmodi delinquentes extenderetur quoque immunitas.

Sed hæc interpretatio eſt contra communẽ:
26 quia iura excipientia delicta, quæ committuntur in Eccleſia loquuntur abſolutè, nec in eis fit men-

mentio talis ſpei: vt habetur ex Suar. vbi ſupra c. 11. ſub n. 6. qui etiam n. 9. contra Couar. docet gaudere hoc priuilegio delinquens propè Eccleſiam, animo confugiendi ad Eccleſiam. Ad hæc etiam faciunt ea, quæ cumulat Farin. in d. ſua praxi crim. tom. 1. q. 28. num. 52. 53. & 54. vbi etiam ait, quòd licèt Doctores doceant excludi ab hac immunitate delinquẽtes in Eccleſia, quocunque modo, etiam ſi homicidium non committant, aut mutilationem; tamen vigore dictæ conſtit. Greg. XIV. videtur exigi, vt ſequatur mors, aut mutilatio membri in Eccleſia, adhoc, vt illius immunitas nõ profit confugientibus ad eam, vt conſtat ex illis verbis: *Quiuè homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſijs, earumue cæmeterijs committere non verentur*. Vndè, qui ſolùm vulneraret aliquem in Eccleſia aut verberibus afficeret, excepta membri mutilatione, aut morte non ſequuta, dictum immunitatis priuilegiũ potiri poſſet.

Cæterum adeò in Eccleſia delinquentes, vt ſupra ab eiuſdem excipit immunitate, vt idem dicendum exiſtimet de delinquente prope Eccleſiam, qui ſi ſtatim ad eam confugit, non erit tutus: & hanc ſententiam communem eſſe probat num. 56. Et ſi Decian. in d. lib. 6. c. 28. num. 5. ante finem: verſ. ex quo infero: id ſolùm admittat in caſu, quando quis ſtudioſè, & malis artibus induxit ſub mimicum propè Eccleſiam, & ibi illum occidit.

Non prodeſt denique dicta immunitas occidenti clericum: nam is, ſi ad Eccleſiam confugiat, poteſt inuitus ab ea extrahi: vt habetur ex Anch. in c. ea quæ, de reg. iur. in ſexto, & alijs relatis a Farin. ibidem n. 28. licèt hoc ipſum dubium nobis videatur *a* ſicut proximè relatus Decianicaſus ratione dictæ conſtit. Greg. XIV. qui ad vnam tantùm formam reducit omnia, quæ de iure, aut per priuilegia contra prædictam immunitatem ſtatuta ſunt, excipiendo caſus ſupra relatos dumtaxat. Quis autem proditoriè, & per induſtriam dicatur aliquem occidere: & an idem dicendum ſit de vulnerante proditoriè occidendi animo, declarat idem Farin. in dicto loco: n. 24. & 25. Suar. vbi ſupra à n. 12. vſque in finem & Azor. loco citato, q. 13. qui tractant etiam de expenſis, quiſnam cogatur illas erogare ipſis confugientibus.

Eſt tamen notandum, quòd in omnibus caſibus, in quibus Reus non gaudet immunitate Eccleſiæ, licèt inter Doctores quæſtio ſit, an Iudex laicus, aut ipſius miniſtri poſſint propria auctoritate, & ſine licentia Epiſcopi huiuſmodi Reum ab Eccleſia, & alijs locis ſacris, ac religioſis extrahere; hodie tamen terminata eſt controuerſia per dictam conſtitutionem Greg. XIV. qua expreſsè cauetur, quòd ſæculares non poſſint ſine Epiſcopi facultate aliquem ab Eccleſia extrahere; etiam in caſu aliàs permiſſo *b*: niſi quando Epiſcopus talem licentiam dare recuſauerit. Immo etiam & tunc eos ſic extractos non niſi ad carceres Eccleſiaſticos conducere debeant, donec per ipſum Epiſcopum, aut ab eo deputatum fuerit cognitum ſuper criminibus per extractos commiſſis, an talia ſint, vt gaudeant, vel non gaudeant immunitate Eccleſiaſtica.

Eſt tamen uerum, quòd licèt nonnulli Doctores velint, Reum extractum per iudicem ſecularem ab Eccleſia, vel eidem iudici ſponte ab Eccleſiaſtico ſuperiore traditum, non poſſe pœna capitali, nec etiam alia corporali, ſeu ſanguinis, ſed tantummodo pecuniaria puniri: vt habetur ex Panor. in c. inter alia, nu. 8. de immun. Eccl. Boſſ. ſub tit. de captura ſub n. 24. & alijs relatis per Boer. dec. 109. n. 8. tamen contrarium ſeruatur de ſtylo Franciæ Hiſpaniarum, & Mediolani: nam huiuſmodi Reus condigna pœna punitur, vt refert idem Boer. loco citato, Clar. in pract. crim. § fin. q. 30. in fine prin. in ver. Sed certè apud nos non ſeruatur.

Immo ſi talis non fuerit iudici ſeculari tradi-
33 tus, ſolet idem ſæcularis iudex, eum inquiri, & citari facere, & ſi non comparet, condemnare pœna mortis, aut alia condigna iuxta delictorũ qualitatem: vt per eũdem Clarum ibi, & in ver. Succeſſiuè, & Farin. in d. q. 28. t. 1. n. 77. vbi etiam n. 78. docet, quòd in omnibus caſibus, in quibus confugiens ad Eccleſiam extrahi poteſt, ijſdem etiam caſibus non ſit illi ſeruanda fides data à iudice ſuper immunitate delicti, vt ipſum extraheret: licèt ſecus ſit, quando iure non potuiſſet ſic confugiens ab Eccleſia extrahi.

Non tamè hoc caſu in excommunicationem
34 incideret iudex, qui blanditijs *c*, & promiſſionibus *c* extraheret, etiam in caſu non permiſſo: quia non dicitur facere contra immunitatem Eccleſiaſticam, eo quòd nõ infertur ei violentia, quæ ex ui immunitatis prohibetur; ut habetur ex Suar. in d. c. 13. n. 2. Licèt num. 17. uelit, quòd ſi reus à priuato homine per deceptionem extra Eccleſiam traheretur, & Iudex deceptioni conſenſerit, capiens illum tenetur Eccleſiæ reſtituere: ſecus autem, ſi deceptionis huius particeps non fuerit: nam ſi Reum ſic deceptum extra Eccleſiam inuenerit, poteſt illum capere. & cõtra eumdem procedere; ille autem priuatus homo, qui fraudulenter ipſum Reum extraxit, tenetur Eccleſiæ reſtituere, ſi poteſt. Quòd ſi non poteſt, id eſt per accidens, & ſatisfaciet reſtituẽdo expenſas, & damna.

Quò verò ad reliquas Eccleſiæ Immunitates,
35 vt templum eſt, non ſcire oportet, quòd diſpoſitio tex. in c. 1. & c. cum Eccleſia, de immun. Eccl. vbi ſtatuitur, ne Iudices ſæculares: cauſas criminales ſub pœna excommunicationis in ea tractent, extenditur etiam ad cauſas ciuiles; vt in c. licet, de immun. eccl. in ſexto, & iudicio omni caret roboris firmitate.

Quod tamen verum eſt, niſi cauſa ſit eccleſiaſtica: nam huiuſmodi cauſæ quod in eccleſia tractari non poſſint, nullo iure reperitur tautũ: vt bene aduertit Panor. & alij in d. c. cum eccleſia; ad quod facit tex. in c. præceptum 2. q. 2. & c. qua fronte de appell. Beneuerum eſt, quod ſi actori, vel Reo in caſu, quo licitè tractatur cauſa in eccleſia, eſt interdictus in eccleſiam ingreſſus, non poteſt eccleſiam ingredi, & conſequenter à Iudicio repellitur donec abſolutionem impetret. Reus autem iure poteſt ad Iudicium venire, quamuis ſit ei interdictus ad eccleſiam ingreſſus: quoniam venit vocatus, & vi mandati compulſus. Ita Panor. loco citato.

Item limitatur, non habere locum in datione tutoris, vel curatoris; vt per Anch. in d. c. cum

cc-

Eccleſia. Quod verum putat ibi Panor. niſi talis datio fiat cum ſtrepitu iudicij: quoniam tſic fieri prohibetur.

Item limitatur, vt in Eccleſia poſſint ſcolares ad doctoratus gradum promoueri: eo quòd huiuſmodi actus honeſtatē cōtinet: vt per Io. Andr. in d. c. docet: & Neapoli, ac in multis alijs locis id conſuetudine introductum eſt.

Eadem ratione in Eccleſia fieri poſſunt exercitationes litterariæ, diſputationes, repetitiones & his ſimilia: vt ait Abb. in d. c. cùm Eccleſia. Et tantò fortius, quia ſcientia res ſancta dicitur, l. r. §. eſt quidem, ff. de var. & extr. cognit.

Non tamen in eccleſia fieri poſſunt laicorū ſocietates, ſeu Confraternitates; vt ibi ſua Concilia peragant, conciones habeant, aut negotia tractent. Nec etiā eccleſia vti poſſunt loco caſtri, ſeu propugnaculi ad offendendos aliquos.

Dixi ad offendendos, quia tempore belli poſſunt ad eccleſiam confugere, tanquam locum tutum, vt ibi ſe ab hoſtibus defendant.

Et tanto minus in eccleſia ludi publici haberi debent: vt hæc omnia rectè cumulat Azor. in d. c. 9. in prin. vſque ad q. 9. Vbi q. 7. docet etiam quando iudex ſæcularis poſſit in domo eccleſiæ ius dicere, iuxta ea, quæ docet Panor. in d. c. r. de immun. eccl. Hæc de immunitate, ſeu libertate Eccleſiæ, vt templum materiale eſt ſequitur modò, vt aliqua dicamus de immun. eccleſiæ, vt eſt principalis pars Reip. Chriſtianę; atque adeo de immunitate eccleſiaſticorum, & eorum bonorum.

ADDITIO.

Intulit. Adde quòd non tantùm ſupradictarum perſonarum genera eccleſiaſtica priuantur ſepultura; ſed etiam eccleſiarum violatores, & publici raptores, impenitentes, & citra reſtitutionem morientes, vt in c. 2. de raptor. blaſphemantes Deum, & renuentes publicā pœnitentiam adimplere à ſacris Canonibus, & ab Eccleſia conſtitutam, c. finali de maled. moriētes in torneamentis, c. 1. de torneament. Monachus moriens proprietarius, c. ſuprr quodam de ſtat. Monac. morientes in duelli conflictu, vt per Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 19 de reform. Non cōfitentes, & non communicantes ſemel ſaltem in anno, niſi in morte ſigna contritionis oſtenderint, c. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſ. Notoriè in mortali peccato decedentes, c. cùm graui, t 3. q. 4. & denique cadauera exenterātes, & concidētes, vt in extrauag. deteſtandæ de ſepult. quæ omnia declara iuxta ea, quæ habentur per Doctores in dictis iuribus, Suar. de relig. tom. 1. tract. 4. lib. 3. c. 8. Syl. in ſum. in verb. ſepult. Armil. eod. ver. n. 18. & alij. Eſt tamen verum, quòd licèt ſepultura regulariter non denegetur pœnitenti, nihilominus denegatur aliquibus ex ſupradictis perſonarū generibus, quamuis pœnitētibus, vt viuentes eorum exemplo ab illicitis retrahātur. Tales ſunt moriētes in tornramētis, vt in d. c. 1. de torneam. iuxta declarationē Syl. loco citato: Item Eccleſiarum violatores, & publici raptores, niſi reſtituant; quod quomodò procedat rectè declarat Glo. & alij Doctores in d. c. 2. de Rectoribus. D. Cæſar.

b Triginta. Ampliatur id verum eſſe ſiue quis priùs confugiat ad Eccleſiam, & poſtea egrediatur ad dictos paſſus, ſiue non ingrediatur Eccleſiā, ſed confugiat ad circuitum Eccleſiæ infra dictos paſſus, vt habetur ex Panor. & Henrico Boich in c. Eccleſię, de immun. Eccleſ. Farinac. in ſua pract. crim. p. t. t. 2. q. 28 tit. de carcer. & carcerat. n. 12. Remig. de Gon. in ſuo tract. de immun. eccl. ampl. 6. n. 5 verſ. eſt aduertendum, & n. 6. ver. Sylueſtrinus, Tuſc. in ver. immunitas concl. 59. & alij, quos refert Pelleg. in expl. Bull. Gregor. XIV. c. 14. n 28. contra Io. de Vil. his in ſuo tract. de imm. Eccleſiar. Qui quidē Peregr. loco citato, n. 30. & 31. rectè etiam declarat poſt alios, quomodo mēſurandi ſint huiuſmodi paſſus, & poſt nonnullorum relatas ſententias cōcludit ſub n. 34. quòd iſti paſſus menſurandi ſūt à muro Eccleſiæ circum circa, intra quos paſſus ſint ſitæ domus cleric. vel Religioſotū deſeruientium ipſi Eccleſiæ, & plateæ diſcopertæ, quæ ſolent eſſe ante lanuam, & in circuitu Eccleſiæ, dummodò ſint, & pertineant ad ipſā Eccleſiā: ſecus autem dicēdum eſt de vijs pubilcis, domibus, vel primarijs priuatorum: nam licèt hæc bona maneant intra 30. & 40. paſſus circum eccleſiam, non gaudent immunitate. Paſſus autem eſt menſura quinque pedum: pes autem dicitur ſpatium 15. digitorum, vt habetur ex Syl. in ſum. ver. immunitas 3. q. 1. n. 1. vel ſecūdùm alios, quos refert Couar. lib. 2. var. reſolut. c. 20. n. 1 pes continet 16. digitos transuerſos. Benè verum eſt, quòd ſi intra dictos paſſus extent apotecæ, quæ locantur laicis, huiuſmodi immunitatibus non gaudent, ſicut nec aliæ domus, à laicis ſimiliter conductæ; niſi laici, qui habitant huiuſmodi domus eccleſiæ intra dictos paſſus ſitæ inſeruiant eccleſiæ, quia tunc gaudent ipſa immunitate, vt poſt alios rectè probat Pelleg. d. c. 4. ſub n. 17. in fine. D. Cæſar.

c Septa. Adde quòd ſepta eccleſiæ dicuntur loca omnia, quæ ſępe aliqua, vel aliquo muro, aut tabulato circumferuntur tanquam vallo, vt in Clem. 1. §. ſrpta de reuiſ. Porticus autem eſt locus, qui adhæret, & eſt coniunctus, ac præeſt portæ eccleſiæ, vt per Bart. in lege quod cōclaue, in princ. ff. de damno infecto. Qui quidem Porticus, ſicut & ſepta gaudēt immunitate, etiā ſi ſe extendant vltrà 30. aut 40 paſſus, vt habetur per Alex. conſ. 145 n. 12. & ſeq. lib. 7. & alios relatos à Pelleg. in Bull. Greg. XIV. cap. 4. num. 22. & 38. vbi nu. 20. & ar. idem probat de clauſtro, & atrio eccleſiæ, & declarat quid ſit atriū, & tractat de monaſterijs, ac de eorundem Grācijs. D. Cæſar.

d Ponentis. Adde quòd non deſunt qui velint, quòd eccleſia non conſecrata, vt immunitate gaudeat nō ſolū debet eſſe diuinis obſequijs dedicata, ſed etiā vt ibi diuina officia celebrētur, & id per tex. in c. eccleſiæ, de imm. eccl. vbi etiā Glo. & Decian. in ſuis tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 25. num. 8. & c 24. num. 24. Eſt tamen verum, quòd in contrarium eſt communis ſententia, quæ non exigit vt Diuina officia in ea celebrentur, vt habetur ex Panor. in d. c. eccleſiæ num. 5. Syl. in ſum. in ver. immunitas, 1. num. 1. & in ver. loca ſacra num. 8. Suar. de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 9. num. 4. & 5. Farin. in ſua pract. crim. p. 1. tom. 2. tit. de carcer. & carcer. q. 28. num.

34. cum alijs, quos refert, & sequitur Pelleg. in bull. Greg. XIV. cap. 4. num. 7. & 8. vbi etiam probat ecclesiam immunitate gaudere, etiam si fit ædificata absque eo quòd Episcopus primum lapidem imponat, dummodò sit benedicta cum licentia Episcopi vel Generalis eius Vicarij vt habetur ex Rituali Romano iussu Pauli V. edito anno 1614. sub tit. Ritus benedicendi nouam ecclesiam: quia huiusmodi ecclesia per talem benedictionem efficitur locus religiosus. Imò idem Pelleg. ibi probat ecclesiam hac immunitate gaudere etiam si non fit benedicta, dummodo ex licentia Episcopi Missæ sacrificia publicè fuerint celebrata ad sonum campanæ in campanili expositæ; & multò magis si Sacramentum Sanctissimæ Eucharistiæ ibi asserueretur, vel aliquis Christianus ibidem fuerit sepultus ex tacita, uel expressa licentia Episcopi; quia per solam sepulturam factus est locus ille Religiosus. D. Cæsar.

e Interdicta. Adde, quòd Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 25. num. 20. hanc propositionem limitat non procedere quoad homines de pòpulo, propter quorum delictum, vel contumaciam interdictasuit ecclesia, sed procedere quoad peregrinos. Sed reuera in contrarium est veritas, quia hic casus non reperitur a regula exceptus, atque ideo qui causam dederunt interdicto priuari non debent immunitate, vt docet Tusc. tom. 3. ver. ecclesia concluf. 9. qui dicit hanc esse communem opinionem, quem refert, & sequitur Pelleg. in Bul. Greg. XIV. cap. 4. num. 15. vbi etiam num. 16. cum pluribus sequentibus probat per plures rationes hac immunitate non priuari ecclesiam pollutam, & latè explicat, quibus casibus ecclesia ipsa polluatur. D. Cæsar.

f Destructa. Adde hic Pelleg. in bull. Greg. XIV. num. 48. cap. 4 vbi etiam num. 47. per alios probat hac immunitate gaudere non solùm ecclesiam destructam, verùm etiam nondum perfectè constructam, dummodò locus sit destinatus ad ædificationem ecclesiæ, & ibi fuerit primarius lapis per Episcopum impositus, & constructio continuetur: secus autem si construi desinat, quod arbitrio Episcopi iudicandum erit, vt habetur ex Mario Italia in suo tract de immun. eccles. lib. 1. c. 4. §. 3. ampliat. 4. n. 15. & alij. D. Cæsar.

g Religiosorum. Adde, quòd non solùm Religiosorum Monasteria, quoad totum claustrũ, hac immunitate gaudent. vt probat Duard. verum etiam Pomaria Horti, & domus eorum familiarium intra eorum clausuram existentia, ut habetur ex Remig. de Gon. in suo tract. de immun. eccles. ampliat 3. num. 11. & Pelleg. in bull. Greg. XIV. num. 49. & 50. vbi num. 51. id extendit etiam ad Grancias Monasteriorum Religiosorum Ordinis Cistercienfis, & aliorum Ordinum, qui priuilegijs d. ordinis Cisterciensis participant, nam ex priuilegio Eugenij IV. concesso d. Ordini, eorum Granciæ gaudent d. immunitatis priuilegio, vt habetur in eorum compendio priuilegiorum tit. Granciæ § 2. & ex Emmanuele Roderic. in suis qq. regul. tom. 2. q. 75. ar. 2. Imò idem Pelleg. loco citato, sub num. 52. hoc idem priuilegium extendit ad domus, Cellas, & claustra Clericorum sæcularium instar Religiosorum in communi viuentiũ, vt sunt clerici Congregationis S. Philippi Nerij, & alij similes. D. Cæsar.

b Passus. Et ita fuisse practicatum in Archiepiscop. Curia Neapolit. testatur Gen. in sua praxi c. 22. num. 10. Hanc eandem sententiam tenet Francis Leo in thesaur. fori ecclesiast. p. 1. cap. 13. numero 14 Gammac. de immun. lib. 4. cap. 3. numero 7. Marius Italia eodem tract. lib. 1. cap. 4 §. 1. Germon. de immunit. sac. tem. lib. 3. c. 16 nu. 45. & seq. Giurba conf. 10. n. 13. Farinac. in sua pract. crim. p. 1. tom. 2. q. 28. tit. de carcer. & carcerat. & Pelleg. in bull. Gregor. XIV. c. 4. num 69. vbi contraria soluit, & id ampliat num. 70 procedere non solùm quando Episcopus adest in Palatio, verùm etiam si abesse contigerit. Imò etiam per mortem Episcopi si domus pertineat ad Episcopatum, nisi propter eius absentiam vel mortem esset locata laicis, vel ad laicorum vsum destinata, aut per paucos dies, aut menses in d. palatio commoraret, vt solet causa visitationis, aut recreationis, aut palatium Episcopi esset extra diœcesim, vt latè probat idem Pellegrinus loco citato à n. 71. ad 75. Et quamuis Bobadil. in polit. tom. 5. lib. 2. c. 14. num. 85. Couar. lib. 2. uar. resolut. cap. 20. n. 5. uelint Palatium Episcopi non gaudere hac immunitate nisi fitũ existat infra 40. passus circum ecclesiam, & id maximè si Oratorium non habeat, in quo sacrum celebretur iuxta sententiam Ambrosin. de immun. c. 10. n. 7. Piasec. in praxi episcop. p. 2. c. 4. art. 8. n. 2. & Bonac. in suo tract. de legib. disp. 3. q. 7 § 2. n. 8. nihilominus non est recedendum à sententia Duard. quoniam hęc immunitas est concessa d. Palatio ratione dignitatis personæ Episcopalis propter sanctitatem muneris. Et eò magis, quia in dubijs fauendum est immunitati Ecclesiasticæ & pro ea sententia est ferenda, quàm contra eam, iuxta ea, quæ habentur ex Ricc. in praxi p. 2. resolut. 42. n. 2. Et hanc sententiam tenet Pelleg. cum alijs quos allegat loco citato sub n. 69. ubi id ampliat, dato quòd in d. Palatio non sit Oratorium, alias nullum esset Episcopo concessum priuilegium. D. Cæsar.

i Cardinalium. Adde quòd licèt S. R. E. Cardinalium domus, seu Palatia non gaudent immunitatis priuilegio in Vrbe; nihilominus pòtiuntur eo extra Vrbem in Palatijs, & domibus, sitis in locis, vbi sunt eorum ecclesiæ titulares. Cardinales enim vltrà dignitatem, quam habent vt Cardinales sunt, habent etiam in eorum ecclesijs titularibus iura episcopalia, & ideò dum Episcoporum Domus hoc potiuntur priuilegio, multò magis id conuenit Cardinalium Domibus. Imò hoc priuilegio gaudere domus Cardinalium extra Vrbem, vel saltem extra Statum Ecclesiasticum docet Cardinalis Tusc. tomo 3. littera E. concluf. 9. num. 12. Marius Italia de imminit. eccles. lib. 1. cap. 4 §. 9. num. 22. & 23. Farinac. in Apendic. de immunit. eccles. in Bull. Gregor. XIV. num. 274. cum alijs relatis à Pellegr. in explic. eiusdem Bull. c. 4. à n. 75. vsque

ad

ad 76. vbi agit etiam de domibus Canonicorũ, & Clericorum ſeparatim viuentium, quas probat huiuſmodi immunitate non potiri, niſi ſint intra ſepta, atrium, vel porticum, vel intra 40. vel 30. paſſus circum circa eccleſiam, vt habetur ex Ambroſin. de immun. eccleſ. c. 10. nu. 8. Declan. in tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 25. num. 16. & ex alijs relatis à Pelleg. d. c. 4. num. 76. vbi ait quòd ſi Domus intra ſepta, atrium, porticum, & paſſus vt ſupra ſitæ fuerint, & habitatæ à laicis, ac habeant portam ad viam publicam, non gaudent ſupradicta immunitate. Quod verum eſt, vbi prædictæ domus ad viam publicam ianuam habentes ſint laicorum: ſecus autem ſi fuerint eccleſiæ, & habitantur à laicis eccleſiæ inſeruientibus, quia tunc huiuſmodi immunitate gaudent, ut patet ex dictis per eundẽ Pelleg. loco citato n. 27. D. Cæſar.

K Religioſa. Dummodò auctoritate Epiſcopi ſint fundata, vt ſunt Domus Seminarij Clericorum, domus puellarum, vel puerorum Orphanorum, & ſimilium, vt habetur ex Remig. Gon. de immun. eccleſ. ampliat. 3. num. 9. in fine. Etenim hæc omnia ſunt loca publica ad pium vſum deſtinata, atque adeò dicuntur loca Religioſa, ut per Archid. in c. nemo, de conſecrat. c. 2. & ita in praxi fuiſſe ſeruatum Neapoli teſtatur Gen. in ſua praxi c. 22. num. 10. ver. eodem anno, Suar. de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 9. nu. 9. Farinac. in ſua pract. crim. p. 1. tom. 2. q. 28. tit. de carcer. & carcer. num. 36. Decian. in ſuis tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 25. num. 18. & Card. Tuſc. tom. 3. lit. E. concluſ. 10. num. 2. & tom. 4. lit. I. concluſ. 59. num. 24. vbi teſtatur de communi, & alios, quos refert, & ſequitur Pelleg. in explic. bull. Greg. XIV. c. 4. num. 65. & 67. qui licet num. 68. hanc eandem immunitatem tribuat Oratorijs, & Domibus Diſciplinatorum, eò quòd ſint loca pia, nihilominus hæc ſententia quoad ipſas Diſciplinatorum domus nobis videtur valdè dubia: nam licèt concedamus eas eſſe quodammodò pia loca, cùm pia opera in eis exerceantur, nihilominus non ſunt loca publica cùm non ſint Epiſcopi auctoritate fundata iuxta ea, quæ ſupra adnotauit Duard. hac eadem quæſt. num. 6. & latiùs ſupra quæſt. 7. num. 3. & 4. Sum tamen cum eiuſdem Pelleg. ſententia, dum in fine d. cap. 4. poſt alios tenet, quòd confugiens ad Sacerdotem deferentem Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum immunitate gaudeat, non ſolùm ſi tabernaculum amplectatur, ſed etiam ſi haſtam Baldacchini vel lumen tangat, vel miſceat ſe inter alias perſonas quæ aſſociant ipſum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, eò quòd omnes illæ perſonæ vnà cum Sacerdote repreſentant vnam Eccleſiam, vt ait Marius Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. cap. 4. §. 10. num. 8. Eſt tamen verum, quòd Glo. in c. quæſitum 13. q. 2. Couar. lib. 2. variar. reſol. c. 20. num. 6. & Bonac. de legib. diſp. 3. q. 7. §. 2. num. 11. licèt contrarium doceant, dum volunt, reum tangentem Sacerdotem, qui Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum deferret, eccleſiæ immunitate non gaudere, nihilominus in contrarium eſt communis opinio, quam tenet Sylu. in ſum. in ver. immunitas 3. num. 1. Angel. eod. ver. q. 28. Io. de Heuia in Curia Philip. p. 3. §. 12. num. 8. Miran. de ordine iudic. tom. 1. q. 15. art. 5. concluſ. 2. Tanner. in 2. 2. diſp. 5. q. 8. dub. 2. num. 14. Megal. 3. p. lib. 4. c. 2. q. 1. num. 38. Ceual. in tract. de cognit. per viam violentiæ p. 2. q. 2. per totam, Pettus Cenedo in qq. Canon. q. 42. num. 3. Rodriq. in ſum. tom. 1. c. 155. num. 1. Ambroſin. de immun. c. 10. num. 9. Gammac. eod. tract. lib. 4. c. 6. num. 4. & Bobadil. in Polit. tom. 1. lib. 2. c. 14. num. 86. qui in Gloſ. litera G. pro hac eadem ſententia allegat innumeros ferè Doctores. Imò contra eundem Bonac. loco citato veriſſima nobis videtur opinio Suar. d. c. 9. num. 9. aſſerentis, hac eadem immunitate gaudere reum confugientem ad cubiculum ægrotantis ad quem communicandum eum Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento Sacerdos aduenerit; atque ideo ſi ibi à ſatellitibus comprehenderetur, antequam Sacerdotem ipſum tangeret, eccleſiæ proculdubio eſt reſtituendus. D. Cæſar.

I Eccleſiaſtici: Hanc quæſtionem latè etiam diſputat Pelleg. in explic. bull. Greg. XIV. c. 2. num. 3. qui tandem adhæret ſententiæ eorum, qui volunt clericos, & alias eccleſiaſticas perſonas confugientes ad eccleſiam non gaudere eiuſdem immunitate, & contraria ſoluit. Non tamen eſt recedendum ab affirmatiua ſententia, cum hoc priuilegium immunitatis concedatur eccleſiæ, non autem perſonis, & ideo quæcunque perſonæ ad eam confugiunt, ſiue clerici ſint, ſiue laici hoc immunitatis priuilegio potiuntur, vt habetur per Bald. in c. 1. col. 2. verſ. & ſi priuilegium de reſcriptis Bolognin. de indulgent. col. 3. verſ. hoc etiam probatur, & Ambroſin. de immun. eccleſ. c. 2. num. 2. verſ. Tertiò. Siquidem natura localis priuilegij ea eſt, vt omnibus competat in loco exiſtentibus vt in l. vltima ff. de teſtamento militari, Bartol. in l. finali C. de teſtamentis, & in l. 1. C. de ſum. Trin. & fid. Cath. & idem Bald. in l. ſi non ſpeciali, citato tit. de teſtam. Hac eadem ratione Saraceni, & alij infideles confugientes ad eccleſiam gaudent eiuſdem immunitate, vt habetur ex Ricciul. de iure perſonarum lib. 2. cap. 12. per totum, Barboſ. in collect. tom. 1. lib. 5. tit. 49. c. 6. num. 50. Bobadil tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 51. cum alijs, quos allegat Italia de immun. lib. 1. c. 3. per totum contra Megal 3. p. lib 4. c. 2. num. 3. & 16. & alios Doctores apud Farinac. de immun. c. 5. num. 79. & Suar. tom 1. de Relig. tract. 2. lib. 3. c. 10. num. 11. exiſtimantem infidelem confugientem ad eccleſiam niſi baptiſmum petat non gaudere. Et reuera vbi non adeſt conſuetudo in contrarium vt ipſe Duard. poſt Farinac. ait, ab hac ſententia non videtur eſſe recedendum, tùm quia magis fauet eccleſiarum immunitati, pro qua in dubijs ſententia fetenda eſt, iuxta ea quæ habentur ex Ricc. in praxi p. 2. reſol. 42. num. 2. tum quia hæc ſententia expreſsè probatur ex ſupra relata Bulla Gregor. XIV. de immun. eccleſ. quæ expreſsè quoque loquitur de Eccleſiaſticis, ut rectè aduertit Gammac. lib. 4. cap. 11. num. 8. tum etiam, quoniam pro ea ſunt rationes magis conuincentes, tum deoique quia eam ultra Doctores ſupra citatos docent quamplurimi alij Doctores magni ponderis nempe Roman.

conſ.226.& conſ.234.Clar.in pract.crim.§.finali,q.30.n.16 Couar.lib.2 variar.reſolut. cap.20. num.16.Farinac.tit.de carcer. & carcer. quæſt. 28.num 7.Diez pract.crim cap.123.in fine, Cenedo in ſuis qq.q 42. per totam,Decian.tom.2. lib 6.c.26.num.1.Salgado de protect. Regia, to. 2.p.2.c.4.num.115 Zeiola in praxi epiſcop.p.1. §.immunitas Eccleſiaſt.verſ. Octauò, Io. Maria Monticel.in ſua praxi crim.n.18.& alij,quos refert.& ſequitur Bobadil.in polit.t.1. lib.2.c.14. n.57.in Gloſ.litera Pedicens hanc ſententiam eſſe veriorem.& communiorem: & eò maximè quoniam ad argumenta Panor. ſufficienter reſpondet Decian.loco citato,& Cardin.in c.inter alia,de immun.q.6.Argumenta Pelleg.ſoluit quoque Gammac.de immun.lib.4.cap.11.n.8. Quæ diximus de clericis, extendunt etiam ad Religioſos delinquentes in propriis monaſterijs Cenedo loco citato,Gammac.d.c.t.num. 10. Decian.& Ambroſin.vbi ſupra,& nonnulli alij, qui tamen limitât hanc opinionem locum non habere vbi clericus venit ad Eccleſiam,vel Monaſterium,aut ad Palatium Epiſcopi alia ex cauſa,quam vt gaudeat immunitate: ſiquidem hoc caſu exiſtimant poſſe carceribus mancipari,puniri,& extrahi ab Eccleſia, ſecus autem ſi confugiat ad Eccleſiam, vt gaudeat immunitate, quia tunc volunt eſſe tutum. Beneuerum eſt, quòd aliqui putant id eſſe verum, niſi clericus delinquat in Eccleſia vel cæmeterio,nam tunc non gauderet per tex.in c.fin. de immun. eccl. Sed reuera textus ille eſt reuocatus per bullam prædictam Greg.XIV.qui omnia iura reduxit ad formam ipſius bullæ, & propterea etiam ſi enormia committat in eccleſijs,dummodò non ſit de illis exceptis in illa bulla,gauderet immunitate Eccleſiaſtica. Adde, quòd Apoſtatæ à Religione non ſunt excluſi à priuilegio immunitatis Eccleſiæ,non tamen in Eccleſijs aut Monaſterijs eiuſdem Religionis,a qua apoſtatarunt ſed in alijs,vt habetur ex Bobadil.in polit. tom. 1.lib 2.c.14.num. 57. & Farinac. de immun. c. 13.num.169.ac Mar.Ital de immun. lib. 1. c. 3. § 1.num.17.verſ Ex his ergò apparet, vbi teſtatur quendam Apoſtatam à Religione fuiſſe reſtitutum Eccleſiæ, à qua fuerat extractus. D. Cæſar.

m Seruum. Quod verum eſt. quando ſeruus eſt fidelis,nam ſi infidelis eſt, diſtinguendum eſſe aliqui volunt an petat,vel non petat baptiſmum: &ſi petat an ſimulatè petat, an non. Nam ſi non petat,vel ſi petat baptiſmum ſimulatè non gaudet immunitate vt diſtinguit Pell. in explic.bull.Greg.XIV.c.5.num. 13. & c. taq 1.vbi latè tractat de infidelibus confugientibus ad Eccleſiam,& coniecturas affert, quibus cognoſci poſſit infideles ſic fugientes non petere baptiſmum ſimulatè. Sed re vera,ſi priuilegium Eccleſiæ eſt locale,vt ſupra oſtendimus non video quomodo ſerui delinquentes, & infideles. etiam ſi Baptiſmum non petant, vel ſimulatè petant,excludi poſſint à priuilegio immunitatis,ſi ad Eccleſiam confugiant, per ea quæ ſupra adnotauimus in præced. addit. D. Cæſar.

n Tutus. Etenim hoc caſu extat Bulla Greg. XIV.de immunit. ibi,*vel hæreſis*, vbi ab immunitate hac excipit hæreticos: quapropter intelligitur de hæreticis tam declaratis, ac denunciatis ab Eccleſia,quàm non declaratis,& non denunciatis: affirmatiuis,ac negatiuis: veris,ac præſumptis: externis tantùm,& externis ac internis ſimul: relaxis ac non relaxis, de quibus omnibus latè Duard.ſupra can.1.q.20. Etenim Bulla generaliter loquitur.& non diſtinguit,ergo generaliter,ac indiſtinctè debet intelligi, & quando,non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus,l.1.§.generaliter,ff.de legat. præſt. c.ſolitæ,de maior.& obed.& in ſpecie Pelleg.in explic.d.Bull.c.8.à num.6.vſque in fin. vbi ab eccleſiæ immunitate excludit non tantùm hæreticos;ſed etiam hæreticorum credentes,apoſtatas à fide,ſchiſmaticos,ſi hæreſim coniunctam habeant. Eſt tamen verum,quòd externi tantùm hæretici, ſi ſufficienter deinde probauerint,ſe eſſe externos dumtaxat,, & hæreſis errorem non habere in intellectu, eaptos in eccleſia puto eidem eſſè reſtituendos:quoniam hi re vera non ſunt hæretici,cùm hæreſis ſit error intellectus fidei catholicæ contrarius,vt rectè declarat Duard.d.q.20.in prin. Cæterùm hæretici,& ſchiſmatici ac apoſtatæ,eorumque credentes,de quibus ſupra, ab huiuſmodi immunitate excluduntur non ſolùm ſi ad eccleſiam confugiant pro crimine hæreſis; ſed etiam pro alijs criminibus, nempe pro adulterio,homicidio, &c. dummodo de hæreſi non dum ſint puniti,vt hoc loco ipſe Duard.Bobadil.in polit.tom.1.lib.2.cap.14.num.54.& Tanner.2.2.diſp. 5.q.8.dub.1.num. 16. contra Portel.in dubijs regul.verſ.Eccleſiæ immunitas,nu. 10.Azor.tom.2.inſtit.mor.l.lib.9.c.9. Suar. de Relig.tom. 1.tr.2.lib.3.cap.10.num.13. & alios, exiſtimantes,nos non habere fundamentum ad excipiendam perſonam,vbi crimen non eſt exceptum: pro qua re vide Farin. de immunit. c.13.num.170.qui num.75. ab immunitate iſta excludit etiam vehementer de hæreſi ſuſpectos vt latè quoque Mar.Ital.lib.1.c 5 §.6. num. 59. & num.140.Penn.in ſuis adnot.in 2.p.direct.in quiſit.ſchol.9.§.qui autem,Ambroſ.de immun c.8.n.10.& alij. D.Cæſar.

o Debito. Adde,quòd pro hac re facit tex.in l.1.& l.præſenti,C.de his,qui ad Eccleſ confug. Et ita tractari de conſuetudine teſtatur Marſ. in l.vnica,num.111.C de rapt.virg. Boſſ.in ſua pract.crim.tit.de captura, num. 26. & alij. Et quamuis Guttier.pract.qq.lib.1.q.1.Ioan.della Crux in director.conſc.p.1.præcep.8.q.3.art.1. dub.1.concl.1. Bobad l.1om.1.lib.2.c.14 num. 67.& 71. Villadiego in polit.c.3. nu.116.Gammac.lib.4.de immunit c.15.num.7. Farin.tract. de carcer.& carcerat. q 28.num.33.Azaued. to 3.lib.5.tit.20.leg.6.num.2 & alij,quos refert,& ſequitur Pellegr. in explic.Bull.Greg.XIV.cap. 12.ſub num,4.in fin.uelint,& limitent concluſionem iſtam, ut locum non habeat in Mercatore, qui fraudulenter decoxit: ſiquidem huiuſmodi decoctores ſunt ad inſtar publicorum latronum; & Pius V. in conſtitutione edita anno 1570. eos furibus ſtatuit eſſe ſimiles eiſdemque pœnam vltimi ſupplicij imponit; nihilominus contraria ſententia nobis videtur probabilior, quam tenet

necidem Farin. qui retractauit se in tract. de immunit. c. 3. num. 57. & 64. Nauar. in Man. c. 27. num. 19. Grat. in discept. forens. tom. 2. c. 380. num. 29. Girond. tract. de priuil. c. 3. num. 1035. Ambros. de immunit. c. 13. num. 4. & Flau. Cherub. in compen. Bullar. tom. 2. consult. 117. Pij V. schol. 2. cum alijs, quos allegat Bonac. de legib. disp. 3. q. 7. §. 4. nu. 2. dicentibus, Decoctores quamuis fraudulenter decoxerint, gaudere immunitate Ecclesiarum, nam in constitutione Gregoriana non priuantur dicti decoctores immunitate, nec iste casus inter casus per ipsam constitutionem exceptos reperitur: ergò non est extendenda ad casus nô exceptos, cũ d. cõstitutio omnia iura, priuilegia, & consuetudines circa Ecclesiarum immunitatem ad vnam formam reducat, vt sæpè diximus. Imò si res ipsa rectè perpendatur id clarè colligitur ex verbis eiusdem constitutionis, nam ibi Pontifex reuocat omnia indulta, & priuilegia Principibus eõcessa pro extrahendis confugientibus ad Ecclesiam, & præsertim fraudulentis decoctoribus. Vndè cum in hac enarratiu. talium decoctorum fiat mentio, manifestè voluit Pontifex eos immunitate gaudere, vt rectè ponderauit Farinac. d. num. 64. in terminis præfatæ constitutionis Gregorianæ: & propterea his sic stantibus potest dici Doctores contrariæ sententiæ non loqui iuxta dispositionem d. constitutionis. D. Cæsar.

p Virginum. Etenim per constitutionem Gregorianam casus iste non excipitur. Et hanc sententiam communem esse testatur Remig. de immun. eccles. fallentia 29. Henric. Boic. in c. eccles. eodem tit. Clar. in sua pract. crim. §. finali q. 39. num. 8. vers. quæro, & alij. Et quamuis per ius ciuile hoc crimen excipiatur, vt in auth. de mandat. princ. §. deinde competens est; nihilominus immunitas Ecclesiastica non potest limitari per ius ciuile ex defectu potestatis, maximè quòd de iure Canonico contrarium est dispositum, cui standum est in hac materia, vt recti respondet Pelleg. in explic. d. Gregorianæ c. 12. b. 14. vbi etiam q. 15. hanc immunitatem extendit ad confringentes, vel comburentes fores Ecclesiæ, quoniam vi d. constitutionis hoc delictum non excipitur, sed tantùm violatio Ecclesiæ per homicidium, aut membri mutilationem commissam in ea: quamuis Remig. de Gon. cantrarium sentiat loco citato fallent 33. & 35. D. Cæsar.

q Interdictos. Et hanc sententiam communem esse testatur Ambrosin. in explic. constit. Gregor. c. 8. num. 12. vers. attamen communis opinio, & Pelleg. ibid. c. 5a. dub. 2. Est tamen verum, quòd si expellatur ab Ecclesia, vt de iure potest ab Ecclesiasticis, tunc capi poterit excommunicatus, non tamen ante expulsionem vt habetur per Tusc. qui testatur de communi tom. 3. litera E. conclus. 10. num. 26. & Pelleg. loco citato in responsione ad 2. vbi latè hanc materiam tractat, ampliat, & contraria soluit. D. Cæsar.

r Probabiliter. Loquitur Duard. probabiliter, nam contraria sententia videtur probabilior. Imò hodie vera videtur, attenta dispositione constitutionis Gregorianæ vbi, violatores immunitatis Ecclesiasticæ vult ipso facto incurrere easdem censuras, & pœnas, quas contrahunt violatores libertatis, iuris & immunitatis Ecclesiasticæ per sacros canones, Concilia generalia, & Pontificias constitutiones statutas. Vndè quamuis ante dictam constitutionem de iure delinquentes ipsi non eo ipso incurrent prædictas excommunicationes, & pœnas, hodie tamen vi d. Gregor. ipso facto eas contrahunt, vt habetur ex Mar. Ital. de immun. eccles. lib. 1. c. 6. §. 2. num. 29. Gen. in sua praxi, c. 17 & Pelleg. in explic. d. Gregor. c. 15. sub num. 5. & 7. in vers. sed ista opinio. Vbi etiam sub n. 58. in vers. Vnde ex prædictis post nonnullas sententias relatas concludit absolutionem ab excommunicatione d. constitutionis esse reseruatam R. P. extra tamen bullam cœnæ, nec posse Episcopos, seu Ordinarios regulariter absoluere ab huiusmodi censuris. Est tamen verũ, quòd circa absolutionem contrarium docent Gen. d. c. 17. num 4. Barbos. de potest. Episcopi p. 3. alleg. 51. casu 3. num. 7 Gratian. in discep. t. 3. c. 414. num. 52. Rainer. in cathal. censur. c. 9. excom 31. Homob. de exam. ecclesias p. 2. tract. 55. c. 12. q. 16 sub positione 3 Marius Anton. lib. 3. variar. resol. resol. 15. Zipp. in suo iure nouo canon. lib. 3. de immun. eccles. num. 53. de immun. eccles. num. 13. Bonac. de legib. disp 3. q 7. § 6. num. 8 Ricc. in praxi p. 2. resol. 333. num. 1. Graff. tom. 1. lib. 3. consunico num. 29. in fine de immun. eccles. Megal. 3. p. lib. 4. c. 2. q. 5. n. 34. Quæ quidem sententia licet sit probabilis, nihilominus in praxi non videtur recedendum a priori sententia, tùm quia habet pro se Doctores magni ponderis nempè Farinac. de immun. cap. 20. numer. 315. ubi acriter inuehitur contra Doctores contrariæ sententiæ, Ital. de immun. eccl. cap. 6. §. 2. num. 3. Filliuc tom 1. qq. moral. c. 6. nu. 155. Pelleg. loco citato, sub n. 16. in uer. pro cuius conclusionis: ubi testatur quòd cùm hoc dubium discuteretur in prætorio sacræ Pœnitentiariæ fuit conclusum, censuras prædictas esse reseruatas S. P. nec posse Ordinarium regulariter ab illis absoluere. Et, facto uerbo, coram S. D. Paulo Papa V. ita quoque censuit, ut eidem Patri Pelleg. retulit Illustrissimus, ac Reuerend. Coccina, Decanus, & ad præsens Regens Prætorij sacræ Pœnitentiariæ. Vndè citra temeritatem aliquam d. sententia non uidetur hodie recedi posse. Illud autem nolui in hac re silentio prætereundum, quod ait Suar. de relig. t. 1. tr. 2. lib. 3. c 13 n. 17. dũ ait, quòd iudex, qui non mandauit extraheee reum ab ecclesia, sed satellites, aut alij extraxerunt vi, aut dolo, non tenetur reum ecclesiæ restituere, sed posse contra eum procedere, quia illum inuenit extra locum Sacrum. Sed reuera contraria sententia videtur nobis omnino verior, quã tenet Farinac. de immun. c. 20. n. 324. Pelleg. d. c. 14. n. 10. Megal. loco citato nu. 32. & ita in facti contingentia fuisse iudicatum Neapoli in Archiep. Curia anno 1598. testatur Gen. in praxi c. 17. n. 5. Et rationem hanc esse volunt, quia talis reus est ecclesiæ restitutioni obnoxius, quę dolo, aut ui fuit eo spoliata, ergò ad quemcunque transierit, cum tali onere transit, sicut res furtiua ad omnes transit cum restitutionis onere,

l. ſociuilem, C. de furt. Confirmatur, quia in d. Gregor. habetur, *extrahunt, capiunt, & incarcerant*. Vt igitur dicta verba operentur effectum ſuum iuxta tex. in c. paſtoralis, de appellat. ſunt intelligenda, *capiunt, & incarcerant*, ſcilicet extractum: D. Cæſar.

ſ Graſſatores. Dicuntur autem viarum Graſſatores, qui vias publicas intra Vrbem obſident, ad differentiam eorum, qui in viis publicis extra vrbem deprædantur: nam hi appellantur propriè publici latrones, vt habetur ex Decian. in ſuis tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 28. n. 2. ver. cùm igitur, & ver. differre autem, vbi ait graſſatores viarum ſub nomine latronum etiam contineri. Dicuntur autem publici latrones, qui in viis publicis, uel in mari cum armis, & uiolentia deprædantur, ut io auth. ſed nouo iure C. de ſer. fugit. auth. ut nulli iudicum § finali, uerſ. fures autem, & Decian. loco citato, uer. Tertiò etiam extendenda: Gomez. t. 3. uariar. reſol. c. 10. in rubrica quandò reus gaud. immun. eccl. num. 2. in principio, & latè Pelleg in explic. bull. Greg. de immun. eccleſ. c. 6. n. 3. ubi etiam n. 5. tria exigit ad conſtituendum publicum latronem; nempè quòd deprædetur in uiis publicis, uel in mari, aut in domo aliena cum uiolentia ingrediantur, ut rapiant; Vndè hæc diſpoſitio non includit eos, qui in uia priuata, ſemel, aut bis aliquem ſpoliaret, ut habetur ex Decian. ibid. ubi id limitat, niſi iter eſſet frequentatum, quia tũc æquipararetur uiæ publicæ. Secundò requiritur, ut cum uiolentia aggrediantur, ut rapiant, ſiue cum armis, ſiue ſine armis, ut in d. §. finali auth. ut nulli iudic. atque ideo fures non cenſẽtur excluſi ab hac immunitate, qui in hoc differunt à latronibus. Tertiò requiritur, quòd ſit ſolitus deprædari, l. capitalium, § & ut generaliter, & §. graſſatores, ff. de pœn. Vndè oc excluduntur, qui ſemel tantùm fuerint deprædati, ut latè poſt alios declarat idem Pelleg. d. c. 6. a n. 8. ad 12. ubi etiam n. 13. declarat qui dicantur depopulatores agrorum, & ait quòd tales ſunt, qui ſegetes in agris alienis deprædantur, comburunt, & fructus, ac uineas uaſtant, qui huiuſmodi immunitate non potiuntur, ſiue nocturni ſint, ſiue diurni, ut habetur ex Mario Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 2. n. 8. Et quãuis Panor. in c. inter alia, n. 5. de immun. eccleſ. uelit latrones publicos in hoc differre à depopulatoribus, quia priores publicè aggrediuntur, & hi latenter ſegetes uaſtant, nihilominus hæc diſtinctio non placet Decian. ubi ſupra, & alijs quod uerum puto, dummodò non excludat depopulatores palam ſegetes uaſtantes. D. Cæſar.

ſ Perpetrauerint. Adde, quòd licèt copula, &, de ſui natura ſit coniunctiua, nihilominus poſita in bull. Gregor. inter homicidium & mutilationes, non ſtat coniunctiuè, ſed alternatiuè, atque adeò ſiue quis homicidium committat in eccleſia citra membri mutilationem; ſiue membrum tantùm mutilet abſque eo quòd homicidium inde ſequatur, excluditur à priuilegio eccleſ. immunitatis, vt colligitur ex ijs quæ habẽtur per Farinac. in ſua pract. crim. p. 1. to. 2. tit. de carcer. & carcer. q. 28. n. 53. & ante ipſum Iulius Clar. §. finali q. 30. n. 13. verſ. Item quæro, quos refert, & ſequitur Pelleg. in expl. conſtitut. Gregor. de immun. eccleſ. c. 6. ſub n. 14. ver. circa ſupradictam exceptionem. Quam quidem cõcluſionem amplio, ſiue quis aliquem in Eccleſia occidat, vel mutilet appenſatè, ſiue in rixa, vt habetur ex eodem Claro, loco citato, Decian. in ſuis tr. crim. t. 2. lib. 6. c. 28 n. 5. circa medium, verſ. verùm quia, Suar. de Relig. to. 1. tr. 2. lib. 3. Gammac. lib. 5. de immun. n. 15. & Pelleg. vbi ſupra cum alijs ab eo relatis, qui ex eo mouentur, quòd Gregor. conſtitutio generaliter loquitur, nec diſtinguit inter homicidium commiſſum in eccleſia appenſatè, vel in rixa; ergo nec nos diſtinguere debemus. vt in l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſtan. Eſt tamen verum, quòd contrarium docent Farinac. tr. de immun. eccleſ. c. 16. nu. 240. & ante Gregor. conſtitut. Gutthier. pract. qq. lib 3. q. 2. n. 31. & ſeq. ſi homicidium fuerit patratum in eccleſia, non tantùm in rixa ſubitanea, ſed etiam ad alterius prouocationẽ, & multò magis ad ſe defendendum: ſiquidem in præfatis caſibus occidens, aut mutilans, non videtur habere animum irreuerentem offendendi, & violandi ipſum eccleſiam. D. Cæſar.

ſ Occiderit. Dicuntur autem proditoriè cõmittere homicidium, qui fimulãtes cum aliquo amicitiam, cum eo ambulantes comedentes, &c. eundem occidunt, vt per Bartol. communiter receptum in l. reſpicredum, §. delinquunt, ff. de pœnis. Ambroſin. in explic. conſtit. Greg. c. 6. n. 3. Pelleg. ibidem, c. 7. n. 2. & Remig. Gon. in ſuo tr. de immun. eccl. fallen. 14 n. 2. Vndè qui per inſidias, vel à tergo vulnerando occidit inimicum, is non dicitur proditoriè illum occidere, quia debebat præuidere futuram vindictam, & præcauere à ſuo inimico, vt per Bart. loco citato n. 1. Anton Gomez. lib. 3. var. reſol. tit. de homicidio, c. 3. n. 5. & Pelleg. d. c. 7. nu. 20. qui reſtatur hanc ſententiam eſſe communem, & ita in Regno fuiſſe deciſum refert Vincentius de Franchis, deciſ. 713. & in terminis noſtris à Clemente VIII. anno 1597. die 6 Febr. Archiep. Panormit. reſolutionem petente, vt ibidem teſtatur idem Pelleg. cum alijs, quos allegat. Sic etiam, qui tantùm appenſatè, & ex propoſito commiſit homicidium, non ob id dicitur proditoriè illud commiſiſſe, niſi concurrat ſimulata amicitia cum occiſo, vt habetur ex Couar. lib. 2. var. reſol. c. 20. num. 7. verſ. ſed illud dubium, Panor. in c. 1. de homic. num. 1. Ricc. p. 5. collect. 1792. & alij apud eundem Pelleg. ibi ſub nu. 15. cum pluribus ſequentibus, vbi contraria ſoluit: Et propterea is non excluditur ab immunitate eccleſiæ, ſicut non excluditur vulnerans aliquem proditoriè, quamis voluntatem habuerit occidendi, quia homicidia proditoriè committentes dumtaxat à Gregoriana excludũtur, vt habetur ex Decian. in ſuis tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 28. num. 17. Italia de immun. eccleſiæ lib. 1. cap. 5. §. 4. à num. 22. ad 28. Farinac. de immun. cap. 10. num. 145. & Bonac. de legib. diſp. 3. quæſt. 7. §. 5. num. 16. Hac eadem ratione Ricc. p. 1. deciſ. 168. ait occidentem amicum reconciliatum non excludi ab immunitate eccleſiæ, quia talis non dicitur proditor, ac proditoriè homicidium commiſiſſe, & Gregorianæ conſtit. excipit tantùm homicidium proditorium. Ita Neapoli in Archiep. Curia communi omnium voto fuiſſe

Digitized by Google

ſe deciſum teſtatur Rice, loco citato. Idem dicendum eſt de eo, qui ex proposito, & ſub ſpecie amicitiæ proditorie virum nobilem fuſtibus, baculo, aut alapa percuſſerit: quoniam cõſtitutio ipſa cum excipiat homicidium tantùm proditorium, non eſt extendenda ad alapas, & fuſtes proditorie illatas contra Bobadil. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 44. Illud autem circa rem hanc ſilentio prætereundum eſſe nolui; quòd licèt homicidium proditorie committere poſſit, tam maſculus, quàm fœmina, atque adeò, tam maſculus quàm fœmina ſic delinquẽtes non gauderent immunitate, vt habetur ex Decian. in ſuis tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 28. num. 13. & non ſolùm qui per ſe aliquem proditorie interficit, verùm etiam qui proditorie deducit, vt ab alio occidatur, vt per Remig. Gon. de immun. Eccleſ. fallen. 14. nihilominus nobis videtur ſatis dubia opinio eorum qui volunt vi de Conſtitutionis Gregor. excludi ab immunitate, qui veneno aliquem occiderit, vt habetur ex Italia de immunit. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 36. Io. de la Cruz in direct. confeſſorum par. 1. præcep. 8. quæſt. 3. art. 2. dubio 1. concluſ. 1. Homob. de exam. eccleſ. par. 2. tract. 11. cap. 5 q. 5. reſolut. 4. Bobadil. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 7. Pellegrin. dicto cap. 7. num. 6. & Megal. in 3. par. lib. 4. cap. 1. quæſt. 1. num. 18. Etenim hæc opinio non videtur ſimpliciter vera, niſi concurrat ſimulata amicitia, iuxta doctrinam Bartol. ſupra relatam: nam licèt proditorie dicatur occidere, qui veneno interficit, vt per Bal. in l. nemo, C. de ſumma Trin. Felin. in cap. 1. de homic. num. 1. in principio, Decian. loco citato, num. 19. Farinac. in ſua pract. crimin par. 1. tom. 2. tit. de carcer. & carcerat. quæſt. 28. num. 24. in fine, & Couar. lib. 2. var. reſolut. cap. 20. num. 7. verſ. tandem his prænotatis; id tamen eſt intelligendum concurrentibus alijs requiſitis, quia occidere aliquem veneno, eſt per inſidias, ac doloſè eum interficere potiùs quàm proditorie, niſi concurrat ſimulata amicitia. His etiam adde Io. de Heuia in Curia Philipp. par. 3. §. 12. num. 6. Barboſ. in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 49. cap. 9. num. 13. & Farinac. de immun. c. 9. num. 142. qui in tali caſu putat eſſe per Epiſcopum R. P. conſulendum, & ſecundùm eius reſponſum iudicare. Sic etiam non puto excludi ab immunitate Eccleſ. eum, qui fœtum animatum occidit, dando, vel recipiendo potum cauſa aborſionis, & ſequutus fuerit abortus: nam licèt is æquiparetur ei, qui veneno occidit, & puniatur pœna mortis vt in l. pen. C. de ſicar. & l. viuus, ff. de var. & extraord. crimin. nihilominus, cum ſimulata amicitia non concurrat, id non poteſt dici proprie homicidium proditorium, iuxta doctrinam Bartol. ſupra relatam. Etenim cùm immunitas Eccleſiaſtica ſit fauorabilis propter reuerentiam ſacrorum locorum, & exceptio ſit odioſa, verbum, proditorie, eſt ſtrictè intelligendum, vt habetur ex Genuen. in ſua praxi cap. 94. & alijs. Vodè ſatis dubia nobis videtur opinio Pelleg. d. cap. 7. n. 7. & multò magis ea, quam tenet num. 8. dum vult idem dicẽdum eſſe de eo, qui procurauit abortum fœtus animati ad præſeruandam prægnantem: ſiue probabiliter putet medicus fœtum non eſſe in lucem eum proditurum, etiam ſi eidem poculum non adhibeatur ad faciendum abortum ſiue eſſe in lucem prodituram ſi poculum non adhibeatur: quoniã hoc non poteſt dici homicidium proditorie commiſſum, cùm non concurrat ſimulata amicitia. D. Cæſar.

x Aſſaſſinoi. Adde, quòd per aſſaſſinos hoc loco intelliguntur non ſolùm quidam infideles patrio nomine ita vocati, quorum opera vti ſolebant nonnulli ex Chriſtianis ad alios Chriſtianos occidendos; ſed etiam intelliguntur ij, qui pecunia accepta, aut alia re Chriſtianos incautos, occidunt, vel occidi mandant, vt recte docet Suar. de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 11. num. 15. Couar. lib. 2. var. reſolut. cap. 20. num. 10. Ambroſin. in explicat. Bullæ Gregor. de immun. Eccleſ. cap. 7. num. 3, & Pelleg. in explic. eiuſdem cap. 7. a num. 24. vſque ad num. 31. incluſiuè, cum alijs, quos allegat, vbi id ampliat, etiam ſi non ſequatur effectus: ſiquidem hoc etiam caſu aſſaſſini excluduntur ab immunitate Eccleſiaſtica, vt habetur ex Farinac. poſt alios in ſua pract. crim. par. 1. tom. 2. tit. de carcer. & carcerat. quæſt. 28. num. 23, & par. 2. tom. 2. q. 123. num. 104, & 106. Imò non ſolùm aſſaſſini excluduntur ab immunitate, ſed etiam eorum fautores, defenſores, receptatores, auxiliantes, & occultantes ipſos aſſaſſinos; & multò magis ſocij, & complices criminis, vt latè probat Pelleg. loco citato, num. 35. 36. & 37. nec diſtinguendũ eſt, an fideles ſint, vel infideles, qui hoc crimen committant, quia d. conſtitutio excipit aſſaſſinos generaliter, nec diſtinguit, l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſtan. l. de pretio, ff. de public. in rem act. Et latè Pellegr. vbi ſupra num. 39. vbi contraria ſoluit, & num. 41. ab hac immunitate excludit aſſaſſinos, etiam ſi pecunia non fuerit ſoluta, ſed tantùm promiſſa; quia ſola promiſſio pecuniæ, vel alterius rei loco pecuniæ, facit aliquem aſſaſſinum, vt habetur ex Salicet. in l. 000 ideò minùs, in fin. 36. verſ. & aſſaſſini vocantur, C. de accuſat. Farinac. in ſua pract. crim. par. 2, tom. 2. q. 123. num. 36. & alij apud ipſum Pellegrin. d. num. 41. & ſeq. vbi ampliat eandem cõcluſionem tàm in laicis, quàm in clericis, ac etiã in Iudice, qui mercede corruptus innocentem ad mortem condemnauerit, & in teſte falſo, cuius teſtimonio innocens fuit morti traditus. Quòd verum eſſe putat Mar. Italia de immun. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 4. & latiùs §. 5. num. 145. & ſeq. etiam ſi teſtis pecunia nõ fuerit corruptus; quàm opinionem Farinac. de immunit. cap. 9. num. 141. non reijcit, nec approbat, ſed ait eſſe R. P. conſulendum. Sed re vera huiuſmodi teſtis non eſt proditor, ſicut nec Iudex, qui pecunia non eſt corruptus, aliquem curauit per ſuam ſententiam laqueo eſſe ſuſpendendum, & ideo puto eos gaudere immunitate Eccleſiæ. Limitantur tamen ea, quæ ſupra diximus de aſſaſſino non procedere in dante, vel recipiente pecuniam, non ad occidendum, vel mutilandum, ſed ad verberandum duntaxat, vel ad vulnerãdum citra homicidium, aut mutilationem: quoniam iſti non dicuntur propriè aſſaſſini, vt habetur ex Maſcard. de probat. tom. 1. concluſ. 138. num. 1, & 10. cum ſeq. Vulpel. conſ. 143. n. 1. Decian. in ſuis tract. crim. lib. 9. cap. 30 num. 41. Farinac. in pract. crim. par. 2. tom. 2. quæſt. 123. num. 139. Ambroſin. in d. Conſtitut. Gregor.

de

de immunit. Eccleſ. cap. 7. num. 11. in fine, & Pelleg. ibidem cap. 7. num. 44. Idem dicendum eſt de eo, qui alium occidit, mediante alterius auxilio, ad vlciſcendam propiam iniuriam de eo, qui accepta ab altero pecunia occidit communem inimicum: de eo, qui accepta pecunia aliquem interfecit præſente mandante: & de eo, qui occidit aliquem gratis, nulla accepta mercede; nam iſti non dicuntur aſſaſſini, & propterea non excluduntur ab immunitate Eccleſiæ, vt latè probat idem Pelleg. loco citato, à nu. 44. vſque ad num. 50. Vbi etiam num. 51. cum pluribus ſequentibus, idem dicendum eſſe ait de eo, qui dum præparat ſe ad committendum homicidium, alimenta percipit à mandante, vel poſt commiſſum homicidiũ pecuniam accipit, vel pecuniam oblatam non acceptauit: ſiquidẽ hi non dicuntur aſſaſſini, atque adeò ab immunitate Eccleſiæ non excluduntur. D. Cæſar.

Inſurgentes. Adde, quòd crimen læſæ Maieſtatis committitur contra Sum. Pont. & S. R. E. Cardinales, cõtra Imperatorem, Reges, & à ſubditis contra alios Principes Superiorem non recognoſcentes, ciuitatem, & Rempublicam liberas, quæ Superiorem pariter non recognoſcunt. Contra committentes igitur crimen læſæ Maieſtatis, contra huiuſmodi Principes, & Ciuitates excluduntur ab immunitate Eccleſię, ſi ad eam confugiant, & non alij: quia cùm ſimus in pœnalibus, ſtricta debet fieri interpretatio, nempè de proprijs Principibus, qui Superiorem in temporalibus non cognoſcũt, vt habetur ex Mar. Italia in tract. de immunit. Eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 7. n. 20. 22. & 28 vſque ad 36, & Pelleg. in Conſt. Gregor. de immun. c. 9 n. 2. cum pluribus ſequentibus. Vndè licèt crimẽ læſæ Maieſt. cõmittat offendens Legatũ, Nunciũ, Conſiliarios Principum, Epiſcopos, Comites, Marchiones, & alios Principes Superiorem recognoſcẽtes; nihilominus hac immunitate non priuantur, vt per Mar. Italiãm loco citato num. 1. Ambroſin. in explicatione dictę conſtit. cap. 9. num. vltimo, & Pelleg. d. c. 9. & 10. vbi latè tractat de caſibus in quibus cõmittitur crimẽ læſæ Maieſtatis. Idem dicendum eſt de occidente Fiſcum Regium, Præſidentem Iuſtitiæ, confringentes, vel deturpantes Imagines Principi dicatas, cudentes falſam monetam, tractantes de faciendo Rege ipſo viuente, expoliantes Nuocios Regis, vel alterius Principis, & alios eiuſmodi. Etenim quamuis hi Maieſtatis læſæ crimen committant nihilominus gaudent immunitate Eccleſ. quoniam d. Conſtitutio Greg. illos tãtùm excipit, qui contra perſonam proprij Principis aliquid molti fuerint. Ita Farinac. de immun. cap. 13. num. 190. Bonac. de legibus diſp. 3. quæſt. 7. pun. 4. num. 22. & Ambroſin. de immun. cap. 9. num. 7. Hac eadem ratione Farinac. loco citato putat Rebelles non priuari hac immunitate: & num. 185. idem docet quoad offendentes S. R. E. Cardinales: quia Rebelles licèt reſiſtant Principi, atque ideò committant crimen læſæ Maieſtatis ſicut offendentes Cardinales; non tamen offendunt perſonam Principis: quamuis Pelleg. d. cap. 9. num. 5. id neget quoad offendentes Cardinales, etiam ſi Galerſi R. P. nondum acceperint. Imò non priuantur hoc priuilegio offendentes Principem, cui ſubditi nõ ſint ratione originis, ſeu domicilij; quoniam crimen læſæ Maieſtatis dicitur committi tantùm contra proprium Principem à vaſallo illi ſubdito ratione domicilij, aut originis; vt habetur ex Rolan. conſ. 4. num. 1. lib. 1. Adde quòd licèt Farinac. d. cap. 15. nu. 186. velit ſcientes machinationem contra Principem, & eam non reuelantes hac ipſa immunitate priuari; Oppoſita tamen ſententia nobis videtur probabilior, quam tenet Pelleg. vbi ſupra cap. 10. num. 11. Etenim tale crimen quamuis ſuadeat eos reos mortis; immunitatem tamen Eccleſiæ nõ amittunt: quoniam huiuſmodi crimẽ eſt omiſſionis, non autem commiſſionis, contra perſonam Principis committendo, non autem omittendo: ſiquidẽ dictio, in, in dicta Conſtitutione poſita, actionem, non autem omiſſionem ſignificat. D. Cæſar.

Sacram. Adde hic Panor. in cap. fin. nu. 11. de immun. Eccleſ. Ambroſin. in explicatione Conſtit. Gregor. de immun. Eccleſię cap. 5. n. 7. Decian. in ſuis tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 28. num. 6. Mar. Ital. de immun. eccleſiæ cap. 5. §. 3. num. 48. Remig. de Gon. eodem tract. fallent. 4. & Pelleg. in explicat. d. Conſtit Gregorianæ c. 6. num. 16. & 17. cum pluribus ſequentibus, vbi etiam ampliat ipſius conſtitutionis exceptionẽ in eo, qui extrahit exiſtentem in Eccleſia contra ſuam voluntatem, & extra eam occidit, vel mutilat, & in eo, qui ſtans extra Eccleſiam ſagitta, vel ſclopo occidit aliquem in Eccleſia, & probat huiuſmodi delinquentes non ſolùm capi poſſe in eccleſia in qua delinquunt, ſed etiam in quacunque alia eccleſia iuxta ea, quæ habẽtur ex Farinac. in ſua pract. crim. par. 1. tom. 1. tit. de carcer. & carcerat. quæſt. 18. num. 59. Remig. Gon. de immun. eccleſ. fallen. 11. num. 2. Decian. in ſuis tract. crim. tom. 2 lib. 6. cap. 28. num. 8. cum aliis relatis ab eodem Pelleg. loco citato n. 19. Quæ quidem ſententia licèt quamplurimos DD. habeat pro ſe in omnibus caſibus, tam à Duard. quam ab ipſo Pelleg. relatis; nihilominus quoad eum, qui exiſtens in eccleſia occidit aliquẽ extra Eccleſiã, quãuis vltra P. Pelleg. & Duard. quãplurimi alij DD. negent illũ gaudere immunitate, nẽpè Panor. in c. fin. n. 11. de imm. eccl. Io. de Viſchis in tract. de immun. n. 26. Ambroſin. eodem tract. cap. 7. nu. 7. Villaut. de extenſ legis tit. de extenſionibus immun. eccleſ. nu. 62. Decian. in ſuis tract. crimin. tom. 2. lib. 6. cap. 28. ou. 6. Suar. de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 11. num. 7. Mar. Italia de immun. eccleſ. cap. 5. §. 3. num. 48. Remig. Gon. eodem tract. fallent. 4. Sylueſt. in verbo immunitas 3. quæſt. 6. num. 6. & 8. in fine, & Angelus eodem verbo quæſt. 23. Gammac. lib. 5. cap. 24. num. 21. Villadieg. in polit. cap. 3. nu. 206. Io. de Heuia in Curia Philipp. par. 3. §. 12. n. 23. Portel. in dub. regula verbo eccleſ. immunitas nu. 15. Farinac. de immunit. cap. 16. num. 223. Graſſ. tom. 1. lib. 3. conſ. vnico num. 10. de immun. eccleſ. & Megal. 3. par. lib. 4. cap. 2. quæſt. 1. nu. 12. Nihilominus contrariam ſententiam docent Bonac. in ſuo tract. de legib. diſp. 3. quæſt. 7. § 4. num. 8. & alij recentiores exiſtimantes talem delinquentem gaudere immun. ea ratione moti, quia Gregor. Conſtitutio illos tantùm excludit ab immunitate, qui in eccleſia mutilant, & occidunt,

cidunt: quæ quidem verba actum completum, in Eccleſia denotant; ergò conſtitutio ipſa non eſt extendenda ad homicidium inchoatum in Eccleſia. Sed re vera non eſt recedendum à priori ſententia; quoniam is verè dicitur violaſſe Eccleſiam, & delictum compleuiſſe in Eccleſia, vt patet ex ijs, quæ habentur per Bartol. & alios Doctores in l. ſi dominium, ff. de furtis, dũ volunt, quòd facti illiciti inſpicitur initium, nõ finis: ſecus autẽ ſi tractatur de facto licito, quoniam inſpicitur finis, & conſummatio actus, & non initium: quibus adde Azor. tom. 2. inſtit. moral. lib. 9. cap. 8. quæſt. 9. & 14 Maior difficultas eſt de eo, qui exiſtens in Eccleſia mandat aliquem occidi extra Eccleſiam, nam Duard. hic & Pelleg. d. cap. 6. num. 36. negant illum gaudere immunitate, & idem docent Gãmac. lib. 5. num. 25. Io. de Heuia in Curia Philipp. par. 3. §. 12. num. 23. Suar. de Relig. tom. 5. tract. 2. lib. 3. cap 15. num 7. Portel. in dubijs regul. verb. Eccleſiæ immunitas, num. 15 Decian. in ſuis tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 28. num 7. Remig. Gon. de immun. Eccleſ. fallen. 7. quibus adde, quæ habentur per Gloſ in Clemen. paſtoralis, in verb. Diſtrictu, de re iudicata. Contrariam tamen ſententiam tenet Farinac. de immun. Eccleſ. cap. 16. num. 231. & Bonac. de legib. diſput. 3. quæſt. 4. num. 11. & id per Conſtitutionem Gregor. de immun. quæ loquitur de occidente in Eccleſia: ergò non debet extendi ad mandãtem in Eccleſia occidi aliquem extra Eccleſiam iuxta ea, quæ habentur ex Homob. de exam. Eccleſ. par. 2. tract. 51. cap. 5. quæſt. 5. Quæ quidem ſententia licèt ſit probabilis; prior tamen ſuſtineri poteſt ſaltem ſi incontinenti poſt mandarum ſequatur homicidium, & ipſe mandans videat eum dum occideretur, & authoritatiuè aſſiſtat occidenti dum eſſet in Eccleſia: nam qui ſic mandat dicitur cooperari delicto, & eò maximè, quia qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur: nec agitur de incurrenda pœna, & ſic de damno vitando, ſed de gaudendo immunitatis priuilegio, atque ideo de lucro captãdo: quo meritò meretur priuari qui iniuriam infert Eccleſiæ. Vndè non videtur ad rem relata reſponſio ad d. axioma per Auilam de cenſ. par. 2. cap. 5 diſput. 3. dub. 2. & aliorum exiſtimantium axioma illud intelligendum eſſe quoad culpam non autem quoad pœnam. D. Cæſar.

Videatur. Adde Pelleg. in explicatione Conſtit. Gregor. de immun. cap. 12. ſub num. 13. in verſ. Mihi verò, licèt referat nonnullos Doctores exiſtimantes, occidẽtem clericum, & Eccleſiaſticas perſonas non gaudere immunitate Eccleſiæ, ſi ad eam confugiant, quibus adde Ricc. in prax. par. 2. reſolut. 309. per totam, Vill. in polit. cap. 3 num. 218. Bobadil. tom. 1. lib. 2. c. 14. num. 47. nihilominus ipſe Pelleg. tenet contrarium: quia neque per canones, neque per dict. Bull. Gregor. occidentes Eccleſiaſticas perſonas excipiuntur ab hac immunitate; & propterea remanet firma regula in caſibus non exceptis, l. nam quòd liquidæ, §. fin. ff. de pen. legat. l. tribunus, §. vlt. ff. de re militari, cum concord. Vndè regula generalis eſt, quòd propter nullũ crimen quantumuis graue reus poteſt extrahi ab Eccleſia, niſi tantùm in caſibus in d. conſtit. exceptis: quia dum in hac conſtitutione excipiuntur caſus aliqui, apponitur dictio taxatiua, *tantùm*, vt patet in illis verbis, *ita ad vnam tantùm formam re ducimus*, quæ dict o de ſui natura impedit extenſionem, ad non expreſſa, l. properandum, §. 1. C. de iudic. l. ſi cum exceptioni, §. quòd ſi homo, ff. quod met. cauſ. Hinc eſt quod licèt de iure Cæſareo in auth. de mandat. Princip. §. deinde competens eſt, raptores Virginum excludantur ab immunitate Eccleſ. nihilominus cùm in d. Gregor. conſtitutione non excipiantur, non poſſint extrahi, vt habetur ex Remig. de immunit. eccleſ. fallent. 28. Farinac. in ſua pract. crim par. 1. tom 2. quæſt. 28. tit. de carcer. & carcerat. num. 57. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Pellegr. dicto cap. 12. ſub num. 14. in verbo communis tamen opinio. Quod verum putat Pellegr. ibi in reſpõſione ad 3. niſi eſſent publici raptores Virginum, qui non vnam tantùm virginem, ſed plures rapuerint; quia raptores non dicuntur qui vnam tantùm rapinam commiſerint, vt in l. capitalium §. generaliter, & §. graſſatores, ff. de pœnis. Eſt tamen verum, quòd immunitate non gaudent rei non ſolùm in caſibus exceptis per d. conſtitutionem, ſed etiam in caſibus exceptis in iure Canonico, vt in cap. inter alia de immunit. Eccleſ. & habetur ex Pelleg. in explicatione d. Gregor. cap. 5. num. 5. Nihilominus ego arbitror non alios caſus excipi, quàm in d. Bull. contentos, atque adeò tàm ius commune, quàm priuilegia, & conſuetudines reuocat, & per eam ad vnam tantùm formam reducuntur omnia, quæ circa immunitatem Eccleſiarum ſtatuta fuerũt, & excipiuntur caſus ſupra relati. Quòd dicta Gregor. cõſtitutio ius commune corrigat docent Gratian. in diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 180. num. 29. Tuſc. tom. 3. verb. Eccleſia, concluſ. 15. num. 9. Genuen. in praxi cap. 27. num. 11. in fine, Ricc. par. 5. deciſ. 140. num. 1. & 2. Homob. de exam. eccleſ. par. 2. tract. 11. cap. 12. quæſt. 26. ſuppoſitione 3. Rayner. in cathal. cenſur. cap. 9. excom. 31. Confect. in priuil. Mendicantium tit. 5. cap. 6. Giurba conſ. 20. nu. 3. 4. & 5. conſ. 70. nu. 2. & 13. & conſ. 100. num. 18. Io. Franciſ. Leo in theſ. fori Eccleſ. par. 1. cap. 15. num. 27. Lazar. tract de blaſphem. quæſt. 8. num. 20. Villalob. in ſumma tom. 2. tract. 39. dub. 7. num. 22, & 23. Franc. de Caſtil. in ſuis deciſ. tom. 2. deciſ. 159. Capiblanc. de Baron. Prag 8. par. 2. num. 105. P. D. Franc. de Aponte deciſ 14. in fine, Megal. in 3. par. lib. 4. cap. 2. quæſt. 5. nu. 55. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 15. cap. 6. num. 153. & Scorzia in Bull. Pontific. Epitom. 152. theoremate 385. Et quòd Gregor. conſtitutio reuocet quaſcunque conſuetudines, & priuilegia, docent Mar. Anton. lib. 2. var. reſol. 15. num. 5. Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 14. nu. 3. & ſeq. Farinac. Leo loco citato, cap. 13. & 27. Bonac. in ſuo tract. de legib diſput. 3. quæſt. 7. §. 6 num. 4. & idem Pellegrin. in explicatione d. Gregor. cap. 2 à nu. 16. vſque ad 21. Ex dictis infertur, quod licèt Decian. in ſuis tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 26. nu. 7. Farinac. in ſua pract. criminali par. 1. tom. 2. de carcer. & carcerat. quæſt. 28. num. 47. & alij velint furtum committentes in Eccleſia non gau-

gaudere eiuſdem immunitate; nihilominus cũ per conſtitutionem Gregor. excipiantur tantùm homicidia, mutilationes &c. remanet firma regula quoad alia delicta, atque ideò cùm fur nõ excipiatur, immunitate gaudet. Et ita in facti contingentia fuiſſe determinatum in Archiep. Curia Neapolit. teſtatur Genuen. in ſua praxi cap. 17. ſub num. 8. Siquidem quidam iuuenis, qui quandam pecuniæ quantitatem furto ſubtraxerat in Eccleſia S. Mariæ Refugij, per poteſtatem ſæcularem extractus fuit; deinde d. Curiæ Vicarij reſtitutus, dictumque fuit, ſatis eſſe quòd reſtitutio extracti fiat eidem Eccleſiæ, vel Epiſcopo, qui Eccleſiam repræſentat, cap. ſcire debes 7. quæſt. 1. & cap. 1. de reſtitut. in integ. in 6. Idem tenet Pelleg. loco citato cap. 12. n. 9. verſ. Ego verò: Vbi addit, quòd hoc caſu poteſt Epiſcopus duo facere, vel punire ipſum reum ratione ſacrilegij commiſſi in ipſa Eccleſia, cùm ſacrilegium ſit mixti fori, vt probauit Duard. poſt alios ſupra Canon. 14. quæſt. 5. num. 20. & in ſpecie Panor. in cap. inter alia, num. 29. de immun. eccleſ. Farinac. in ſua pract. crim. par. 1. tom. 2. tit. de carcer. & carcerat. q. 28. num. 62. in fine, Remig. de Gon. in ſuo tract. de immun. eccleſ. q. 16, num. 2. in fine, Tuſc. tom. 4. littera I. concluſ. 59. num. 5. 6. & ſeq. & alij. Vel ſi expedient ſibi videbitur, poterit ipſum reum tradere Curiæ ſæculari, data prius ſecuritate ab ipſo Iudice ſæculari de delinquentis immunitate quoad vitam, & membra, & quoad omnem corporalem pœnam iuxta tex. in cap. conſtituimus, 17. quæſt. 4. Syl. in ſumma, verbo immunitas 3. num. 4. Suar. de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 13. num 3. quam quidem cautionem ſatis eſſe iuratoriam, niſi timeatur iuramentum non ſeruari, probat Pelleg. ibi per d. c. ſtatuimus iuncto tex. in cap. ex tranſmiſſa, de reſtitutione ſpoliatorum. Vndè malè faciunt Eccleſiaſtici, qui comprehendentes eos qui furtum in Eccleſia commiſerint tradũt Curiæ ſæculari; debent enim illos deferre ad Epiſcopos tanquam competentes Iudices, vt de illis diſponant prout melius videbitur. Secundò infertur, quòd eadem ratione ingredientes Eccleſiam cùm armis prohibitis gaudẽt immunitate; quia quamuis armorum vſus prohibitus ſit tam laicis, quam clericis, tam intra, quàm extra Eccleſiam l. t. C. vt armorum vſus &c. lib. 11. cap. clerici arma, de vit. & honeſt. cler. atque ideò ſi quis armatus ingreditur Eccleſiam, dicitur in Eccleſia committere delictum iuxta tex. in l. ſi ſeruus, C. de his qui ad Eccl. confug. nihilominus cùm hoc delictum per Gregor. conſtitutionem non ſit exceptum debet gaudere Eccleſiæ immunitate, vt habetur ex Ambroſin. de immun. cap. 5. num. 5. verſ. nihilominus, & num. 15. in fine, Decian. in ſuis tract. crim. tom 2. lib. 6. cap. 28. n. 5. verſ. ex iſtis, &c. & Pelleg. in d. cap. 12. dub. 11. qui id confirmat ex eo, quòd licèt delatio armorum prohibitorum ſit delictum tamen delictum eſt leue, etiam ſi pro eo pœna capitis fuerit impoſita propter aliquam particularem conſtitutionem: quia grauitas, & leuitas huius delicti conſideranda eſt non reſpectu pœnæ impoſitæ, ſed reſpectu irreuerentiæ factæ loco ſacro: at pro leui delicto commiſſo in Eccleſia non amittitur immunitas Eccleſiaſtica ſecundùm communem ſententiam relatam per Couar. lib. 2. variar. reſolut. cap. 20. num. 15. verſic. Vigeſimoquintò, & Farinac. in ſua pract. crim. par. 1. tom. 2. tit. de carcer. & carcerat. quæſt. 28. num. 63. Adde, quòd quamuis nonnulli velint miniſtros laicalis iuriſdictionis poſſe in Eccleſia auferre arma prohibita, vt habetur ex Laurent. de Portel. in dub. Regul. verſ. Eccleſiæ immunitas, num. 15 Gammar. lib. 4. de immun. cap. 16. num. 11. Villad. in polit. cap. 3. num. 214. Couar. lib. 2. variar. reſolut. cap. 12. Nihilominus contrariam ſententiam arbitror eſſe veriorem, quam tenet Farinac. de immun. eccleſ. cap. 16. num. 248. & Pellegr. in explicatione cap. 13. nu. 5. qui volunt priorem ſententiam procedere de iure ciuili, non autem de iure Canonico, cùm eo iure in cap. 1. de immun. eccleſ. & in cap. 2. eodem tit. in 6. expreſsè prohibeatur iudicibus ſæcularibus aliquam iuriſdictionem in eccleſia exercere. & ſic reus non poteſt extrahi per Iudicem ſæcularem etiam in caſibus exceptis citra licentiam epiſcopi, nec ab eo auferri bona furto ſubtracta, vt reſtituantur vero Domino, vt probat ibi Pellegr. atque ideò multò minùs poterit armis ſpoliari. Tertiò infertur, quòd frangentes fores Eccleſiæ, vel eas comburentes, licèt grauiter delinquant, & magnum ſacrilegium committant, nihilominus cùm huiuſmodi delictum per Gregorianam non ſit exceptum, gaudent immunitate, vt rectè Pelleg. d. cap. 12. ſub num. 15. contra Remig. Gon. de immunit. eccleſ. fallen. 33. & 35. dum vult violantem eccleſiam pro quolibet delicto Eccleſiæ Immunitate non potiri, & idem dicit de omnibus ſacrilegijs fallen. 34. Eſt tamen verum, quòd ſi quis immunitatem Eccleſiaſticam violauerit, & à iudice perſequutus ad Eccleſiam confugerit, eccleſiæ immunitate non gaudet: quia fruſtrà legis auxilium implorat, qui committit in legem cap. quia fruſtra. de vſuris. Vndè is poteſt puniri ab eccleſiaſtico Iudice, quia ratione criminis forum ſortitur eccleſiaſticum, vt habetur ex Panor. in cap. relatum num. 1. verſ. ex hoc & Gloſ. in cap. grauem de ſententia excommunicationis, Mar. Ital. de immun. eccleſiæ lib. 1. cap. 3 §. 2. nu. 2, & Pelleg. d. cap. 12. nu. 2. dub. 2. in reſponſione ad 1. ad quod allegant textum in cap. cùm ſit generale, de for. compet. Sed re vera licèt nos fateamur violantes immunitatẽ eccleſiaſticam poſſe puniri ab epiſcopo tanquã ſacrilegos, non tamen ex hoc inferri videtur eos non gaudere priuilegio immunitatis eccleſiæ, ſi ad eam confugiant; cũ huiuſmodi caſus à Greg. conſtitutione non ſit exceptus. Quartò infertur, quòd eadem ratione ſimoniaci ad eccleſiam confugientes immunitate gaudent: ſiquidem crimen ſimoniæ licèt ſit atrociſſimum, & hæreſi comparetur, nihilominus non eſt hæreſis, quia nihil ſimile eſt idem, l. quod Nerua ff. depoſiti, & huiuſmodi crimen per Gregorianam conſtitutionem non eſt exceptum, niſi ita quis committat ſimoniam, vt credat ſimoniam non eſſe peccatum, nam tunc eſſet hæreticus, eo quòd crederet Spiritus ſancti gratiam pecunia comparari poſſe, & ſic vt hæreticus ſub dicta conſtitutione comprehenderetur, vt rectè declarat Pelleg. loco citato dub. 17. Quintò infertur vulnerantes in Eccleſia, non tamen mu-

ti-

tilantes gaudere hac immunitate, quoniam iſti à Gregoriana non excipiuntur, vt habetur ex Barboſ. in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 4. cap. 10. n. 10. Sextò infertur damnatum ad triremes, ſi ad eccleſiam confugiat, gaudere huiuſmodi immunitate, quoniam condemnati à d. conſtitutione non excipiuntur, vt rectè docet Giurba conſil. crim. 30. num. 11. contra Villad. in polit. cap. 3. num. 215. Mart. de iuriſd. par. 2. cap 51. num. 17. & alios. Denique cæteris prætermiſſis infertur excommunicatum non excludi ab hac immunitate, & id non ſolùm, quia excommunicati à Gregoriana non excipiuntur, ſed etiam quia excommunicatio non habet alios effectus, niſi quos iura declarauerunt, at nullum ius ſtatuit, quòd excommunicati immunitate nõ gaudeãt. Ita contra Ricc. in praxi par. 2. reſolut. 309. docent ferè cõmuniter Doctores tàm ante, quàm poſt prædictam Gregorianam editam, vt habetur ex Io. de Cruz in director. conſcientiæ par. 1. præcept 8. art. 1. dub. 1. concluſ. 2. Suar. de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 10. nu. 3. Alter. de cenſur. tom. 1. lib. 2. cap. 6. colum. 1. verſ. Hoc idem ſentiendum eſt, Nauar. in man. c. 25. n. 20. Sylueſt. in verb. immunitas 3. quæſt. 3. & alijs. D. Cæſar.

b Permiſſo. Adde, quòd Iudices, aut eorum officiales, ac ſatellites, extrahentes confugientes ad eccleſiam in caſibus exceptis per Conſtitutionem Gregorianam, non obtenta Ordinarij licentia, & non ſeruata forma dictæ conſtitutionis, in eamdem excommunicationem incidunt, ac extrahentes illos in caſibus non exceptis, vt patet ex illis, Gregorianæ verbis, *Quòd ſi quis quacunque dignitate, & auctoritate prædictus præmiſſorum, aut alio quouis prætextu, quicquam præter, aut contra huius conſtitutionis tenorem, auſuerit præſumpſerit, declaramus, &c.* Eſt tamen verum, quòd ad incurrendam hanc excommunicationem cùm exigatur præſumptio, dictæ conſtitutioni contrauenientes ex ignorantia etiam craſſa, ab ea excuſantur, iuxta ea quæ habentur ex Duard. ſupra can. 1. quæſt. 36 37. & 38. Idem dicendum eſt de iudice, qui cum licentia epiſcopi, vel eius Vicarij, & cum interuentu perſonæ eccleſiaſticæ reum ab eccleſia extraxerit, in caſibus non exceptis, atque ideò non permiſſis: quia licèt vim faciat perſonæ; non tamen vim dicitur inferre eccleſiæ, eiuſdemque immunitatem violare, vt declarat Pelleg. in explicat. d. Conſtitut. cap. 14. ſub num. 3. vbi etiam cap. 15. per totam latè tractat de pœnis, quibus plectuntur Gregorianæ contrauenientes, vltra excommunicationem. D. Cæſar.

c Blanditijs. Idem dicendum eſt de Iudice inducentem reum ad egrediendum ab eccleſia verbis inuitatoris, aut minis: nam ſi extra eccleſiã eum capiat in excommunicationem Gregorianæ Conſtitutionis non incidit: nam talis non dicitur ab eccleſia extractus, cùm citra coactionẽ ab extrinſeco fuerit egreſſus, vt rectè declarat Pelleg. in explic. d. Gregor. conſtit. cap. 14. num. 2. verſ. Idem dicendum. D. Cæſar.

In omnem tamen euentum reus ipſe ſiue minis, ſiue blanditijs inducatur ab egrediendũ, vt ſupra eſt eccleſiæ reſtituendus, vt pluries fuiſſe iudicatum per Sacr. Conſil. Neapol. teſtatur Donat. Anton. de Marin. quotid. reſolut. c. 178. Io. Vinc.

De immunitate Eccleſiaſticarum perſonarum quoad ſe, & bona, tam earum Eccleſiarum, quàm patrimonialia. Q. 17.

SVMMARIVM.

1 *Clerici, & alij Eccleſiaſtici vltra priuilegium fori, ac canonis, quod habent, non tenentur ad munera perſonalia, realia, nec miſta.*

2 *Clerici immunes ſunt a gabellis, talleis, collectis, decimis, & alijs oneribus, tam reſpectu eorum perſonarum, quàm eorundem Eccleſiarum, Monaſteriorum, Beneficiorum, fructuum, redituum, ac prouentuum.*

3 *Clerici non ligantur legibus laicorum.*

4 *Aduentitiorum bonorum licèt patri debeatur vſusfructus, ille tamen non debetur ex bonis aduentitijs filij clerici, etiam ſi prima tantùm tonſura ſit initiatus; & ſiue bona acquiſita ſint ante, vel poſt clericatum.*

5 *Clericorum teſtamenta, non ſubiacent diſpoſitioni iuris ciuilis.*

6 *Clerici teſtamenta, non poſſũt reſcindi ex cauſa præteritionis filij, aut eiuſdem exheredationis.*

7 *Filius, ſi poſt vitium ingratitudinis ab eo commiſſum contra Patrem, Religionem ingrediatur, non poteſt à patre exheredari.*

8 *Clerici non conficientes inuentarium, non tenentur vltra vires hæreditarias.*

9 *Inuentarium non configientes, in foro conſcientiæ non tenentur vltra vires hæreditarias, etiam ſi laici ſint.*

10 *Ius congrui, non habet locum contra Eccleſiaſticos.*

11 *Iuri congrui beneficio, an vti poſſint clerici contra ſæculares, vel etiam contra clericos.*

12 *Inſtantia cauſæ non permittit clericũ, coram Iudice laico litigantis, biennij ſpatio.*

13 *Inſtantia cauſæ de iure canonico, non expirat triennio.*

14 *Clerici litigantes coram Iudicibus ſæcularibus, ligantur eorum ſtatutis circa ordinationem litis.*

15 *Clericus conuentus coram Iudice Eccleſiaſtico à laico non patitur leges ciuiles, quæ iura ipſius clericis penitus extinguerent.*

16 *Clericus poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, etiam poſt biennium in contractu mutui, & in alijs contractibus poſt triginta dies.*

17 *Clericus vendens rem litigioſam, licèt non alligetur vitio litigioſi, quoad pœnas ciuiles; contrahit tamen vitiũ litigioſi, ex diſpoſitione iuris canonici.*

18 *Eccleſia non tenetur vitio litigioſi.*

19 *Princeps poteſt diſpenſare ſuper vitium litigioſi, ſicut etiam quilibet Iudex ex cauſa.*

20 *Litigioſi vitio, & alij cuicunque cenſetur derogaſſe S. Pontifex, in fauorem eorum, qui cum ipſo contrahunt.*

21 *Clerici, & alij Eccleſiaſtici non ligantur ſtatutis laicorum, ſiue expreſsè diſponat ſuper clericis, ſiue tacitè, & in genere.*

22 *Statuta laicorum, expreſsè mentionem facientia de clericis, ſunt nulla, & inualida, etiamſi priuilegia concedant, donec per Romanum Pontificem approbentur.*

23 *Statuta Laicorum clericis fauorabilia, ſemper præſumuntur approbata à Romano Pontifice niſi expreſsè reprobentur, & contradicant alicui canoni: ſecus autẽ ſi contineant odium, quoniam tunc non præſumuntur approbata.*

24 Sta-

24 *Statuta laicorum generaliter approbata à Rom. Pontifice non cenſetur approbata illa, quæ ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam.*

25 *Statuta laicorum ſpecialiter, & ex certa ſcientia approbata à Rom. Pontifice, quem effectum habeant.*

26 *Statuta generaliter mentionem facientia de clericis, ſi fauorem contineant clericorum, ſeruantur etiam inter Eccleſiaſticos: ſecus autem, ſi odium.*

27 *Statutũ, quòd agnati excludant matrẽ, cõprehendit clericos; quoniam huiuſmodi ſtatutum eſt eis fauorabile.*

28 *Statutum excludens à ſucceſſione fœminas propter maſculos, non comprehendit moniales; vbi non iniecerit vinculum ante Religionis ingreſſum; ſed contulerit effectum ſuum ad tempus delatæ ſucceſſionis, quando ipſa monialis non erat ſub ditione ſtatuentium.*

29 *Statutum, quo maritus lucratur dotem poſt mortem vxoris, non obſtantibus filijs dictæ vxoris ex primo marito, non excludit filios Eccleſiaſticos ex primo matrimonio.*

30 *Statuti generalis diſpoſitio, non trahitur ad ea, quæ fieri non poſſunt in ſpecie.*

31 *Bona diuerſorum locorum, habent diuerſa iura ſucceſſionis.*

32 *Statutum diſponens, fratri ab inteſtato decedenti ſuccedere tantùm laicos, Eccleſiaſticis nullum infert præiudicium, quin ad portionem, iure communi eis debitã admittantur.*

33 *Statutum laicorum, per quod diſponitur, vt pro relictis ſoluatur gabella, non habet locum in relictis ad pias cauſas.*

34 *Teſtator legans fundum Eccleſiæ, ſeu clerico ſub conditione, quòd teneatur ſoluere collectas, tunc Eccleſia, ſeu clericus compellitur ad ea ſoluenda.*

35 *Libertas Eccleſiaſtica, non infringitur per pactum primatorum.*

36 *Statutum diſponens quòd occiſor non ſuccedat occiſo, nõ comprehendit clericos occiſores.*

37 *Statutum Florentinum, quod diſponit, pro mercatore fugiente, teneri vxorem, & filios ad ſoluendum eius debita, non comprehendit clericos.*

38 *Statutum diſponens quòd pater teneatur pro delicto filij, Dominus pro familia, & domeſtici pro conſorte, eſt validum.*

39 *Conſuetudo, quod villa teneatur pro facientibus furta, eſt valida.*

40 *Statum odioſum, non extenditur vltra territorium ſtatuentium.*

41 *Statutum, quòd Pater ſit obligatus pro filio familias non exiſtente ſoluendo, non comprehendit contractus, & debita facta extra territorium ſtatuentium.*

42 *Statuta laicorum prohibentia piſcationes, ac venationes, non comprehendunt Clericos.*

43 *Venari, an aliquando licitum ſit clericis.*

44 *Venatio regulariter à Principibus prohiberi non poteſt, niſi rationabilis cauſa exiſtat.*

45 *Statuta, annonam publicam concernentia, non includunt Eccleſiaſticos.*

46 *Clerici, tempore cæreſtiæ non poſſunt à laicis compelli ad vendendum frumentum iuxta legale pretium, illudque extra territorium extrahere non poſſunt prohiberi, & his ſimilia.*

47 *Lex nulla, aut ſtatutum validum eſſe poteſt, quod ob publicam vtilitatem conditum non exiſtat.*

48 *Statuta pro expellendis bruchis, non comprehendunt Eccleſiaſticos.*

49 *Statutum, per quod arcentur animalia à paſcuis, niſi ſoluta mercede aliqua, quæ vulgo dicitur, la fida, an comprehendat animalia clericorum.*

50 *Paſcua, communia ſunt Ciuibus, vt ſingulis; non autẽ, vt vniuerſis: & propterea in eorum venditione exigitur omnium Ciuium conſenſus.*

51 *Clerici ſunt primi Ciues, etiam ſint Ciuium patres.*

52 *Clerici tenentur ſoluere fidam pro paſcuis, quæ ſunt cõmunia Ciuibus, non vt ſingulis, ſed vt vniuerſis.*

53 *Statuta laicorum diſponentia, vt omnia Ciuium prædia ſint tributaria, non includunt Eccleſiaſticos, in quos poſtea transferuntur.*

54 *Statutum prohibens ſolutionem debiti probari per teſtes non comprehendit Eccleſiaſticos, etiam ſi poſt ſolutionem contingat fieri clericos.*

55 *Statutum inducens præſcriptionem decem annorum ſuper debito ex negligentia creditoris, non nocet clerico hæredi creditoris, contra quem erat decurſa pars temporis; & in cæpta præſcriptio.*

56 *Statuta laicorum, quæ iniecerint vinculum ante clericatum, ligant clericos.*

57 *Statutum Senenſe, per quod diſponitur, quòd conductores apotecarum non poſſint expelli ſoluendo penſionem, non comprehendit apotecas clericorum.*

58 *Statuta laicorum diſponentia, quòd banniti poſſint impunè occidi, non comprehendunt clericos bannitos ab eorum Ordinarijs, nec etiam laicum bannitum per Epiſcopum.*

59 *Statutum diſponens, quòd vxor non poſſit diſponere vltra centum aureos, non comprehendit diſponentes pro elecmoſyna.*

60 *Statutum, ſeu conſuetudo præferens primogenitos in ſucceſſione feudorum, comprehendit etiam clericos primogenitos.*

QVamplurimæ ſunt immunitates, exẽptiones, ac priuilegia Eccleſiaſticis conceſſa, non modò in ſe ipſis, ſed etiam in eorum bonis, ſiue patrimonialia ſint; ſiue ratione eorundem Eccleſiarum ad ipſos pertineant; de quibus latè Azor. lib. 9. inſt. moral. par. 2. cap. 10, & 11. & alij Doctores, quos allegat.

Nam Primum, & præcipuum priuilegium
1 eſt illud fori, quo non poſſunt conueniri coram Iudice laico; de quo ſupra tractauimus, q. 11.

Secundum priuilegium eſt illud canonis, de quo in cap. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. & multa diximus ſupra, can. 11.

Tertium priuilegium eſt, vt ipſi Eccleſiaſtici ad munera perſonalia non teneantur, l. omnes, C. de epiſc. & cler. & c. Eccleſiarũ, 12. q. 2. Quod verum eſt ſiue munera ſint, quæ corporis labore, & aliquo eius, qui gerit, detrimento fiunt, & nullum honorem habent annexũm, ſed aliqua ſordida ſunt, vt in l. fin. C. de muner. & honor. lib. 10. ſiue honorabilia ſint, honorem annexũ habentia: vt ſunt officia ſæcularia Magiſtratuũ ciuilium: & ſiue ſint ſimplicia, quæ dignitatem aliquam non habent annexam, non tamen ſunt ſordida, vt ſunt cura, & tutela. Idem dicendum eſt de muneribus realibus, ac miſtis: vt bene declarat Azor. loco citato.

Quartum priuilegium eſt: quoniam Eccleſia-
2 ſtici immunes ſunt a gabellis, talijs, collectis, decimis, & alijs oneribus, tam reſpectu eorũ perſonarum, quàm eorundem Eccleſiarum, Monaſteriorum, beneficiorum, fructuum, reddituum ac prouentuum: vt infra, Deo duce, declarabimus, can. 18.

Quintum priuilegium eſt quoniam Eccleſia-
ſtici;

3 ſtici;non ligãtur legibus laicorum. Hinc diſpoſitio l.cum oportet,C.de bon.quæ lib. per quã datur patri vſusfructus bonorum aduentitiorũ
4 filij,non habet locum in filijs Eccleſiaſticis, ſiue bona acquiſita ſint ante:ſiue poſt clericatũ:quoniam Eccleſiaſtici non ligantur ciuilibus legibus,tex.eſt in c.quia nos,& ibi Gloſ. Inn. & alij, de teſtam. Bart.conſ.61. incipit : Filiusfamilias Præsbyter.n.3.p.1.Panor.in c.præſentia n.56. & alij Canon. de probat : & Mart. de iuriſd. p.4. caſu 26.vbi contrariã ſoluit: & ampliat,etiam ſi prima tantùm tonſura fuerint initiati : ac in te-
5 ſtamentis:quia teſtamenta clericorum non ſubiacent diſpoſitioni iuris ciuilis;ſed tãtùm diſpoſitioni iurisgentium,Bal.conſ.448. vol.1.cum alijs,quos allegat.

Eadem ratione probat teſtamentum clerici
6 non poſſe reſcindi ex cauſa præteritionis filij , aut eiuſdem exhæredationis:vt per Abb.in d.c. quia nos,n.4.& Bal.in l. ſacroſanctæ, C.de epiſc. & cleric.

Sic etiam filiusfamilias , ſi aliquam commiſe-
7 rit ingratitudinem,propter quam exhæredari poſſit,iuxta tex.in §.aliud quoque capitulum,in auth.vt cùm de appel. cogn. ſi Religionẽ ingrediatur, textus ille non habet amplius in eum locum,& conſequenter non poteſt amplius exhæredari: vt in c.non liceat,59.q.vl.Salyc.in l.Deo nobis,in prin.C.de epiſc. & cler.

Eccleſiaſtici pariter hæredes inſtituti,non cõ-
8 ficientes inuentarium a, nõ tenentur vltra vires
a hæreditarias inſolidum omnibus creditoribus hæreditarijs,iuxta tex.in l.ſi te bonis,& l. fin. §. cũ igitur,C.de iur.delib.ſed ſolùm de eo, quod verè in hæreditate reperitur. Ita Io. Andr.in c. quamquam,nu.9.de vſur.lib.6.& alij,quos allegat,& ſequitur Mart. de iuriſd. p.4. caſu 75. vbi hoc idem probat locum ſibi vendicare in eccleſia,& Monaſterijs inſtitutis hæredibus : imò etiã in laicis in foto conſcientiæ.

Eadem ratione leges imperiales de iureiurã-
9 do in litem:non habent locum in Eccleſiaſticis, quod declara iuxta ea, quæ notat Mart.ibidem caſu 66.

Conſtitutiones pariter de iure congrui , non
10 militant in clericos:neque ipſi volentes vendere,tenentur requirere conſanguineos vigore ſtatuti : neq; eccleſia poteſt cogi vendere iuſto pretio. Sic etiam ſi laicus vendat clerico,nullus poterit à clerico retrahere , non ſolùm vigore iuris prothomiſeos,ſeu congrui: ſed etiam nec vigore conſuetudinis,aut alterius ſtatuti:vt habetur ex Panor.& Imol.in c.cõſtitutus,de reſt.in integ.& Afflict.de iur.prothom.in prin.n.8.

Bene verum eſt,quod laicus vendens consra
11 formam Conſtitutionis,cuius vi tenebatur denunciare conſanguineis,aut vicinis,tenetur cõditione ex ipſa lege ad intereſſe : vt bene docet Mart.de iuriſd.p.4. caſu 30. Vbi n.24 cum ſeq. contra deciſ.de Franch.285. rectè quoque probat, quòd quando laicus vendit laico, tunc clericus cõſanguineus , vel vicinus poteſt retrahere per tex.in d. c.conſtitutus , & ibi DD. de integ.reſtit. Et quòd ius retractus comprehendat etiam clericum agentem consra clericum , docet idem Mart.eod.tract.p.2.c.30. num.50.ex Napodan. & alijs ab eo allegatis.

Inſtantia quoque cauſæ,quæ de iure ciuili in
12 ciuilibus perimit triennio à die litis conteſtationis, & in criminalibus biennio, iuxta tex. in l. properandum, C.de iud.non perimit clerico litiganti coram Iudice laico : quia clerici,& eorũ eccleſiæ,non ligantur légibus ciuilibus;ſed canonicis:modò inſtantia cauſarum de iure cano-
13 nico non expirat triennio , vt per Iaſon.in d.l. properandum,n.27:Et hanc eſſe communẽ opinionem teſtatur Iaſ.ibi,& Syntag.p.4.com.opin. loc.51.tit.9.c.vnico,in fine,cum alijs,quos allegat,& ſequitur Mart.de iuriſd.p.4. caſu 33.

Imò caſu 32. licét concludat , quòd ſtatuta
14 laicorum circa ordinationem litis , comprehẽdant eccleſiaſticos litigantes in eorum foro,vt per Abb.in c.quòd clericis,num.10. de for.cõp.
15 cum addit.ad ipſum;tamen ait,quòd ſi clericus coram Eccleſiaſtico Iudice reconuenitur à laico , non habent locum contra eum leges, quæ iura ipſius eccleſiaſtici reconuenti penitus extinguerent.
16 Vndè l.incontractibus,vbi Bal.C.de non nũ. pecun. quæ ſe habet,vt exceptio non numeratæ pecuniæ nõ poſſit opponi, niſi infra biennium, in contractu mutui ; & in alijs contractibus,infra triginta dies,cùm concernat ſubſtantiam iuris competentis clericis, non habet locum contra ipſos clericos,& alios eccleſiaſticos, qui etiã poſt dictum tempus poſſunt excipere de non numerata pecunia.

Sic etiã l.fin. C.de litig.in qua habetur, quòd
17 alienans rem lite pendente, ſuper ea puniatur in pretio ipſius rei, Fiſco applicando,ac res ipſa reſtituatur à poſſeſſore, ac ſi alienata nõ fuiſſet, non vendicat ſibi locum cõtra perſonas Eccleſiaſticas quoad prædictas pœnas ciuiles:vt habetur ex Gloſ.in c.Eccleſia,il ſecondo,vt lit.pend.

Dixi quoad pœnas ciuiles: quoniam ſi lite pẽ-
18 dente,res litigioſa alienetur in perſonas eccleſiaſticas,licèt eccleſiaſtici non alligentur vitio litigioſi quoad pœnas ciuiles;alienans tamen cõtrahit vitiũ litigioſi ex diſpoſitione iuris canonici:vt eſt tex.in d.c.Eccleſia, in §.& 2. vbi Panor.& alij.Proceditur autem contra illos corã Iudice eccleſiaſtico,vt bene declarat Mart. de iuriſd.p.4.caſu 35.Vbi cõtra Lancel.probat etiã; quòd alienatio rei litigioſæ ſi ſit facta à laico in Eccleſiam,ſiue ex titulo lucratiuo ſiue ex titulo oneroſo , diſpoſita per ius ciuile nullo modo procedunt reſpectu Eccleſiæ , quia ius ciuile non poteſt taliter afficere bona quin tranſeãt libera in dominium Eccleſiarum .

Et tanto fortiùs ſi tractetur de alienatione
19 facta in Eccleſiam Romanam: quoniam eccleſia Romana vllo vnquam tempore alligatur vitio litigioſi:eo quòd Princeps huic vitio diſpẽſare poteſt,vt per Afflict.in Cõſt.Regni:incipit: Eorum fraudibus: n.56. ver. Sed quid,ſi litigatur feudum,D Franc.de Ponte,conſ.55 n.19.

Imò quilibet Iudex ex iuſta cauſa ſuper hoc
20 diſpenſandi facultatem habet ; vt docet Afflict. ibi. Et eo ipſo,quod quis contrahit cum Rom. Pontifice , cenſetur ipſe Pontifex omni vitio derogare:vt per eundem D.Franciſcum ibi,nnm.20.

Quod diximus de legibus,extendimus ad ſta-
21 tuta laicorum, quibus nullo pacto ligantur eccleſiaſtici ſiue ſtatuta ipſa expreſsè , & in ſpecie diſponant ſuper clericis, vt in c.decernimus , &

ibi DD. de Iudic. siue tacitè, & in genere. quæ quod non potest in specie statui, non videtur in genere contineri: ar. tex. in c. cùm in generali, de reg. iur. in sexto. Ita Alex. cons. 210. nu. 14. vol. 2. Salyc. in auth. cassa, n. 14. de Sacr Eccl. & Mart. de iurisd. p. 4. casu 4. cum aliis, quos allegat.

Imò, si statuta laicorum expressam mentionē
22 faciant de clericis; etiam si priuilegia concesserint, sunt nulla, ac inualida: vt est tex. in cap. bene quidē, d. 96. Et id ex defectu potestatis: Ant. Butr. in c. quod clericis, & ibi Abb. Imol. & alij, de for. comp. Surd. cons. 2. n. 14. vol. 1. & Dec. in c. Ecclesia S. Mariæ, nu. 68. de const. Requiritur
23 enim vt statuta laicorum, quæ priuilegia cōcedunt clericis, valida sint, & roboris habeant firmitatem, quòd per Rom. Pontificem approbentur: vt ait Surd. in d. cons. 2. nu. 15. vol. 1. & cons. 301. nu. 14. & seq. vol. 3. Mathesilan. sing. 112. & Mart. de iurisd. p. 4. casu 52. vbi n. 12. ait etiam, quòd quando statutum est fauorabile clericis, & non contradicit alicui canoni, semper præsumitur fuisse approbatum à Rom. Pontifice, nisi expresè reprobetur: secus autem, si contineat odium, quia nunquam præsumitur approbatū.
24 Imò huiusmodi statuta, si generaliter fuerint confirmata per Papam, non sunt seruanda in præiudicium Ecclesiasticæ libertatis: eo quòd Papa generaliter approbans statuta laicorū, non censetur approbare statuta, quæ sunt contra libertatem Ecclesiæ, vt per Felin. in d. c. Ecclesia S. Mariæ, n. 4. de Const. Paris. cons. 106. vol. 3. & Anch. vbi etiā Felin. in c. ex parte, il. 1. de rescr.

Quòd si specialiter, & ex certa scientia fuerint
25 à S. P approbata, tunc sunt indistinctè seruanda inter Ecclesiasticos: quoniam confirmatio facta ex certa scientia, dicitur actus Sedis Apostolicę: vt per Bald. in l. ex placito, n. 6. ver. An statuta, C. de rer. permu. & ideò statuta huiusmodi specialia, & particularia ex certā scientia, vt suprà confirmata, non possunt reuocari per statuentē sine consensu S. P. quia dicuntur Papalia: Secus autem, si generaliter confirmentur, nā tunc non dicuntur Papalia, sed Populi statuentis: & consequenter sine alio Pontificio assensu reuocari possunt: vt bene declarat Mart. de iurisd. p. 4. casu 99.

Quòd si laicorum statuta nullam specialiter,
26 & expressam mentionem faciant de Ecclesiasticis, sed generaliter disponant, tunc si commodū respiciant Ecclesiasticorum, seruantur etiam inter Ecclesiasticos: vt per Abb. in c. constitutus, de integr. restit. & alios ad ipsum additos.

Hinc statutum quòd agnati excludant Matrē
27 comprehendit clericos, quia huiusmodi statutum eis fauorabile. Ita Benedict. in c. Raynutius, n. 37. ver. Et vxorem nomine Adelasiam, de testam. & Mart. de iurisd. p. 4. casu 29. n. 7.

Si verò in Ecclesiasticorum odium, ac dispē-
28 dium tendant, eos non includūt. Vndè statutū excludens a successione feminas propter masculos, non comprehendit Moniales, vbi non intecerit vinculum ante Religionis ingressum, sed cōtulerit effectum suum ad tempus delatæ successionis. quando ipsa Monialis nō erat sub ditione statuentium, per ea, quæ docet Felin. in d. c. Ecclesia S. Mariæ, n. 501. Mart. loco citato casu 4. in fine, & casu 5. in prin. Et latè Alter. in explic. huius can. c. 5. col. 11. dub. 7. in ver. In hac quæstione. Vbi etiam docet, quòd si huiusmodi statutum expressam mentionem facit de Religiosis, seu Monialibus excludendo eas, non valet, & repugnat libertati Ecclesiasticę: tum quia sæculares carent potestate statuendi aliquid de personis ecclesiasticis: tum quia hac ratione retrahuntur mulieres a monacatu. Idem ait dicēdum esse de statuto quo cauetur vt primogenitus excludat secundogenitum: vt infrà dicemus.

Sic etiam Statutum Florentinum, quo maritus lucratur dotem post mortē vxoris, non obstantibus filijs, d. ctæ vxoris ex primo marito: quod est sub rubr. 129. lib. 2. non excludit filios ecclesiasticos ex primo matrimonio: quia de iure communi filij succedūt Matri, & ab eius successione repelli non possunt, l. maximum vitiū, C. de lib. præter. & l. hac edictali, C. de secund. nupt. & consequenter huiusmodi statutum est odiosum.

Quocirca, estò quòd ad bonum publicum
30 fuerit emanatum, non potest ligare clericos postea factos Aret. in c. quòd clericis, in fine, de for. comp. Et tantò fortiùs, quia generalis statuti dispositio non trahitur ad ea, quæ fieri non possunt in specie, Dec. in d. c. Ecclesiæ S. Mariæ, n. 3. & hanc sententiam latè probat Mart. de iurisd. p. 4. casu 53. vbi nu. 10. probat etiam, quòd quando mulier secundò nubens habet bona dotalia extra territorium statuentium, tunc filij primi matrimonij, etiam si non sint Ecclesiastici, non obstante dicto statuto, possunt succedere ad dicta bona: quoniam bona diuersorum locorum habent diuersa iura successionis.

Hinc Bald. in l. si arrogator, n. 27. ver. Et facit
31 ad plures quæstiones: vbi etiam Iason n. 42. & 48. ff. de adopt. loquens de bonis dispositis per statutum, dicit seruari ex diuersitate patriæ diuersitatem statutorum; & quod libet in suo territorio prævalet. Vndè filij primi matrimonij bona extra territorium statuentium habebunt; maritus autē reliqua, quæ in eiusdem territorio reperiuntur. Quæ quidem conclusio vera est, etiam si statuens, de dictis bonis, extra territoriū existentibus, expresè disposuerit; & maritus, qui vellet succedere, esset illi subditus: quoniam adhuc statutum prædictum dicta bona non includit. Ita Rubeus cons. 71. in fine, Paris. cons. 48. n. 42. & seq. vol. 1. & cons. 68. num. 8. vol. 2. cum aliis, quos allegat.

Statutum pariter disponens, fratri ab intesta-
32 to decedenti succedere tātùm laicos, licèt nullam mentionem faciat de Ecclesiasticis, ipsis tamen nullum infert præiudicium, quin ad portionem iure communi eis debitam, admittantur. Vulpell. in tract. de liber. Eccl. p. 3. num. 4. Et hoc ideò: quia si statutum nō potest ex presè clericos excludere à successione alicuius, vt infra, Deo duce, dicemus; multò minùs potest excludere ex tacita dispositione: ar. tex. in l. si Pater, ff. quæ in fraud. cred. Imò vi præsentis canonis supradictum statutum potest dici contra libertatem ecclesiasticam: quoniam Ecclesiastici indirectè essent exclusi à successione fratris, dum admittit tantùm laicos ad illius successionem.

Statutum præterea, per quod disponitur, vt
33 pro relictis soluatur gabella, non habet locum in relictis ad pias causas: quia vt supra diximus,

quod

quod non poteſt ſtatui expreſsè, nec tacitè ſub ſtatuto diſponente comprehenditur. Ita in terminis Bald. in tract. de ſtatut. in ver. Gabella, n. 10. & conſ. 132. vol. 3. latè Dec. in c. Eccleſia S. Mariæ. n. 193. vbi etiam Felin. n. 94. de conſtit.

Eſt tamè verum, quòd ſi hoc caſu teſtator le-
34 gat fundum Eccleſiæ, ſeu clerico ſub conditione, quòd teneatur ſoluere collectas, tunc Eccleſia, aut clericus ad eas ſoluendas compellitur: vt
35 bene docet Felin. loco citato, n. 77. quia per pactum priuatorum non infringitur libertas Eccleſiaſtica, ſicut per ſtatutum: vt probat Mart. de iurisd. p. 4. caſu 14. n. 7. & Alter. in explic. huius can. c. 5. col. 10. ver. Excipitur autem.

Item ſtatutum, per quod diſponitur, vt occi-
36 ſor non ſuccedat occiſo nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, aut quocunque alio modo in eius bonis, & hæreditate, prout ſunt diſpoſitũ Peruſij, & Brixiæ, non comprehendit clericos occiſores: vt habetur ex eodem Mart. in eod. tract. p. 4. caſu 85.

Statutum quoque Florẽtinum, cuius memi-
37 nit Bart. in tract. repreſ. q. 1. num. 8 & per quod diſponitur, pro mercatore fugiente teneri vxorem, & liberos ad ſoluendum eius debita, licèt ſit validum, vt docet ibi Bar. & hoc etiam ſi filij non probentur hæredes, vel conſtet, quòd expreſsè repudiauerint hæreditatem, Bal. in l. dotis, n. 4. C. de iur. dot. Dec. conſ. 359. ſtraccha in tract. de decoctoribus. p 4. n. 14. Alex. in l. ſæpe, n. 14. ff. de re iud. Sicut valet etiam ſtatutum,
38 quòd Pater teneatur pro delicto filij: vt in c. 2. & ibi Ant. de Butr de delict. puer. Et quòd Dominus teneatur pro familia, Bart. in l. 1. §. familiæ, ff. de publ. Quod illi de domo teneãtur pro cõ-
39 ſorte, Bald. in l. ſancimus, C. de pœn. Et valida ſit conſuetudo, quòd villa teneatur pro facientibus furta, Bal. in l. de quibus. ff. de legib. dummodò iuſta concurrat cauſa, vt per Alex. in d. l. ſæpe, num. 13. Nihilominus huiuſmodi ſtatuta non cõprehendũt clericos, etiam in minoribus conſtitutos. Ita Socin. conſ. 57. n. 12. vol. 3. & alij, quos refert, & ſequitur Mar. in ſupracitato tract. p. 4. caſu 51. & id tum, quia ſtatuentes ſicut non poſſunt expreſsè ligare Eccleſiaſticos, ita nec tacitè: tum etiam, quoniam huiuſmodi ſtatuta ſunt odioſa, cùm ſint contra ius naturale, & ciuile: ſtatutum autem odioſum non extenditur
40 vltra territorium ſtatuentium, c. cùm dilectus, de conſuet. clerici autem ſunt extra territorium ſtatuentium, & ideò prædicta ſtatuta non poſſunt illos alligare tanquam non ſubditos, l. fin. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, & Alex. in. conſ. 211. n. 1. vol. 2.

Hinc Imol. conſ. 80. conſuluit: ſtatutum, quòd
41 Pater ſit obligatus pro filio familias non exitẽte ſoluendo, quando ei peculium non apparet, non comprehendere contractus, & debita facta extra territoriorum ſtatuentium. Idẽ docet Socin. in l. Modeſtinus, ff. de except. & Dec. cõſ. 259. vbi propterea conſuluit, quòd filij obligati vigore dicti ſtatuti, non teneantur ad debita patris facta extra territorium ſtatuentium.

Idem dicendum eſt de ſtatutis prohibẽtibus
42 piſcationes, ac venationes: nam per ſupradicta ſtatuta non comprehendunt clericos. Et tantò fortiùs, quia clerici de iure canonico regulariter non prohibentur venari; ſed tantùm, ſi ad voluptatem venati fuerint: vt in c. 1. de cler. venat. vbi Abb.

Imò in quibuſdam partibus clerici non ha-
43 bentes redditus, viuunt de venationibus: vt refert ibidem Abb. vbi etiam docet, quòd clerici, licèt reditus habeãt; tamen eis recreationis cauſa, propter infirmitatem præcedentem, ad excitandum appetitum, licitum eſt venari. Adde quoque, quòd ſupradictum ſtatutum nõ comprehendit clericos: etiam in caſibus, in quibus interdicitur illis venatio: quia non valet argumentum. Hoc iure canonico interdicitur Eccleſiaſticis, ergo & per ſtatutum ſæcularium interdici poteſt: nam clerici de iure canonico prohibentur arma deferre: & tamen ſæculares nõ poſſunt per ſtatutum eiſdem interdicere armorum delationem.

Cõfirmatur, quia Supremi Principes regula-
44 riter non poſſunt prohibere venationem: vt in l. 1. & 2. ff. de acquir. rer. domin. & §. feræ, in Inſt. de rer. diuiſ. quoniam venatio, & aucupatio cùm ſint de iure gentis primæuo, quod idẽ eſt, quod ius naturale ſecundarium, Principes nõ poſſunt contra ius illud ſtatuere, niſi iuſta aliqua, & rationabilis cauſa exiſtat; vtpotè ſi ratione publicæ vtilitatis prohibeatur venatio quibuſdam temporibus, in quibus animalia ſolent eſſe prægnantia: aut ſi venatio eſſet adeo magna, vt animalium genus aliquod extingueretur. Ita Grã. dec. 67. cum alijs, quos ipſe allegat, & Mart. de iurisd. p. 4. caſu 57.

Statuta ſimiliter annonam publicam concer-
45 nentia, non includunt Eccleſiaſticos. Vndè clerici vi huiuſmodi ſtatutorum non poſſunt cõpelli tempore careſtiæ ad vendendum frumentum, & alia ad victum neceſſaria: ad nõ excedẽ-
b dum pretiũ legale *b* prædictarum rerum venalium; ad mutuandam pecuniam Reip. vt poſſit ciuium vtilitati, ac neceſſitati conſulere: nõ poteſt eis præcipi, ne frumentum extrahant extra
46 territorium, & his ſimilia: quia ſæculares nullã poteſtatem habent ſuper Eccleſiaſticas perſonas, vt ſupra probauimus.

Nec publica vtilitas iuriſdictionem tribuit
47 Principibus ſæcularibus cõtra Eccleſiaſticos; quoniam ſi hoc verũ eſſet, quælibet lex aut ſtatutũ ligaret clericos: eo quòd nulla lex, aut ſtatutum validum eſſe poteſt, quod ob publicam vtilitatem conditum non exiſtat: vt eſt tex. in c. erit autẽ lex, d. 4. l. 1. & 2 ff. de leg. & latè Molin. de iuſtitia, & iur. tom. 1. diſputat. 2. Nec ſola vtilitas poteſt ſuſtinere actum, qui nullus eſt ex defectu formæ, & iuriſdictionis: vt patet in alienatione rei Eccleſ. ſine debitis ſolemnitatibus: vt habetur ex Gemin. & alijs in cap. 2. de reb. Eccleſ. non alien. lib. 6. Barbat. conſil. 41. volum. 4 Surd. conſ. 1. num. 25. vol. 3. cum alijs, quos ipſi allegant.

Dixi, quod vi huiuſmodi ſtatutorum Eccle-
c ſiaſtici non poſſunt vt ſupra compelli, ui ſcilicet coactiua: quia ſi naturali ratione ad ſupradicta tenentur, nempe directiuæ, licet ad ea per poteſtatem ſæcularem non poſſint cogi ex defectu iuriſdictionis; tamen peccant iuri naturali contrauenientes; & propter illam naturalem rationem, qua tenentur Eccleſiaſtici puſſunt per Epiſcopũ compelli; ut eſt tex. c. non minus, de imm. eccl. & c. 1. eo. tit. in ſexto, Cyn. et

Bald.in l.ad instructiones, C.de Sacrof.Eccles.

Et idem dicendum est de statuto: ne in Ciui-
48 tatem vinum inferatur ad vẽdendum alsunde, quam ex locis iurisdictioois: & de statuto, quòd pro expellendis bruchis, & locustis, graculis, & alijs vermibus, qui nascuntur in vineis, aut messibus: nam sub illis non comprehenduntur ecclesiastici, in quorum vineis, ac messibus reperiuntur: sed si iure naturali, ac vi directiua ad id tenentur, non ab alio, quàm ab eorum Prælato ecclesiastico astringi debẽt: vt habetur ex Mart. de iurisd. p.4.casu 2.

Idẽ tenet Alter.in explic.huius can.c.5.col.6. ver.Ad hanc dubitationẽ: & col.8. ver.Ad propositam difficultatem. Vbi ait ita respondendũ esse quoad omnia statuta laicorum generaliter disponentia de contractibus tàm venditionis, & emptionis, quàm locati, commodati, permutati, depositi, societatis, de donationibus, alienationibus, testamẽtis, dotibus, fideicõmissis, legatis, & alijs huiusmodi. Hoc idem tractat in eodem cap.5.col.12.in fine, & col.13.

Statutum quoque per quod arcentur anima-
49 lia à pascuis, nisi soluta mercede aliqua, quę vulgò dicitur, *La fida*: non comprehendit animalia clericorum.

Quod verum putat Mart.in d.p.4 casu 8. quã-
50 do Voiuersitas ex aliqua iusta causa ad subleuãdum huiusmodi edicta statuit in suos Ciues: eo quòd hæc pascua communia sunt omnibus ciuibus, vt singulis; non autem vt vniuersis: vt fuisse decisum in Sacro Neap.Consilio testatur Capyc.decis. 152. & Franch.decis. 197 quo casu maior pars non potest obligare minorem: vt in §. in communem autem locum, in inst. de rer. diuis. & per Dyn. in c. quod omnes, de reg.iur. in sexto. Et ideò refert Frãch.loco citato, quòd cum Vniuersitas quædam vellet vẽdere pascua, contradicente Barone; qui & ipsius Vniuersitatis ciuis est, fuit impedita: quia omnes Ciues sũt Domini iure singulari, & proprio: clerici verò suot Ciues Vniuersitatis. Imò primi Ciues, cùm
51 sint Ciuiũ Patres: vt bene docet Frecc.de feud. in 18.authoritate, & infra, Deo duce, latius suo loco, dicemus.

Bene verum est, quòd si Vniuersitas habet
52 pascua communia ciuibus, vt vniuersis, ad quæ oullus posset animalia sua ad pascendum mittere, nisi soluta mercede; tunc Ecclesiastici ad dictam mercedem tenentur: quia nullo iure, nulloque priuilegio habent ecclesiastici, vt pascuis vti possint inuito domioo. & ideò per statutum coostringi eos posse docet Lucas de pen. in l.iubemus, col.1.ver.Hæc faciunt ad quæstionem, C.de nau. non excu: lib.11. Ias.in l.placet in 1. & 2. lectura, C.de Sacrof. eccl. & Panorm. cons.6. vol.1. Quod quidem quomodo verum sit, infra dicemus.

Item statutum laicorum, per quod disponi-
53 tur, vt omnia Ciuium prædia sint tributaria, nõ includit ecclesiasticos, in quos pòstea transferũtur: vt cõtra Bart.in l.rescripto, §.fin. ff. de mun. & honor. tenet Bald.in l.neminẽ, C.de sacrof.eccles. Castr.in l.placet, C.eod.tit. Felin.in c.ecclesia sãctæ Mariæ, n.67. de const Archid.Io And. & Gem.io c.1. de vit. & honest. cler. & alij, quos refert, & sequitur Mart.de iurisd.p.4. casu 11. n. 57. Nam, vt suo loco dicemus ecclesiastici sunt à tributis immunes, à refectione viarum, talijs, & alijs oneribus. Quod quidem intelligendum est iuxta ea quæ notat Alter. in explic. huius can. c.5.col.10.in ver.Ad hanc dubitationem: & nos infra latiùs declarabimus infra can.18.q.6.

Itẽ statutũ prohibens solutionẽ debiti probari
54 per testes, non comprehendit ecclesiasticos, etiam si post solutionem contingat fieri clericos: vt per Anch.io reg. ea quæ, de reg. iur. in sexto.

d Sic etiam statutum inducẽs præscriptionem d
55 decem annorũ super debito ex negligentia creditoris, nõ nocet clerico hæredi creditoris, cõtra quem erat decursa pars temporis, & incepta præscriptio: quia dato, quòd statuta, quæ iniece
56 runt vinculum ante clericatũ, ligent clericos, vt tenet Socin.cons.12.n.7.vol.4. tamen quia tẽpus præscriptionis nondum erat completum, non ligabitur hæres clericus tali statuto. Ita Mart. de iurisd.p.4. casu 4. in fine. & latè Alter. in explicat. huius can.cap.6. dub.12. col.9. in ver. Petrus Anch. cum alijs, quos allegat: vbi probat, quòd statutum laicorum, quo cauetur: omne debitum intelligi præscriptũ spatio quinque annorum; non extenditur contra clericos, & ecclesias.

Item statutum Senẽse, per quod disponitur,
57 quòd conductores apothecarũ non possint expelli soluendo pensionem, non comprehendit apothecas clericorum, vel ecclesiarũ: vt probat Rocch. in tract.de consuet. sect.8.n.55. & Mart. ibidem casu 98. vbi etiã tractat de Prælato successõre, quando nõ teneatur stare locationi factæ per prædecessorem, & de non nullis statutis diuersorum locorum ad hanc rem pertinentibus.

a Item statuta laicorum disponentia, quòd bã-
58 niti impunè possint offendi, nõ includunt clericos, & alios ecclesiasticos bannitos ab eorum Ordinarijs; nec etiam laicum bãnitum per Episcopum: vt contra Bald. in l.1.col.2.C.si à non comp. iud. probat idem Mart. ibidem casu 67.

Item statutum disponens quòd vxor non pos-
59 sit disponere vltra centum aureos, nõ comprehendit disponentes pro eleemosyna, Mart. loco citato casu 88.

Idem dicendum est de statuto disponente, ne mulier, vel minor possit contrahere, aut testari sine consensu propioquorum: quoniam nõ cõprehendit ecclesiasticos. Vndè dispositio facta à muliere in beneficium ecclesiasticorũ, vel ad pias causas, valeret sine supradicta solemnitate. Ita Bald. in l. generali, C.de sacrof.eccl. Mart.ibi casu 52. Et Alter. in explicat. huius can.cap.6. col 5 dub.6.in ver.Respondeo: cum alijs, quos allegant.

Adde denique quòd statutum, seu cõsuetudo
60 præterẽs primogenitos in successione feudorũ cõprehẽdit etiã clericos primogenitos, qui possunt succedere ad omne feudũ, excluso secundo genito: vt probat idẽ Mart.eo.tract.p.4.casu 22. vbi n.31.assignat etiam rationẽ, cur hoc statutũ comprehendat primogenitum clericum, & nõ secundogenitum clericum. Nam Io. And. in regul. sine culpa, in Mercur. de regul.iur. Panor. in c. quòd clericis, de for. comp. & alij, quos refert Ias. in l de quæstione, n.25. C. de pact. volunt, quòd statutum excludens à successione Regni

secun-

ſecundogenitum; extante primogenito, excludit illum etiam clericũ effectum; quia illud ſtatutum ante clericatum iniecit in eum vires. Reliqua ad huius quæſtionis pertinentia vide apud Azor. lib. 9. inſt. moral. q. 2 c. 10. & 11.

ADDITIO.

a Inuentarium. Adde hic Carol. de Graſs. de effect. cleric. n. 253. & alios, quos refert, & ſequitur Diana de immun. eccleſiaſt. reſol. 70. Abb. Alex.

b Legale. Vndè clerici vendentes frumentum vltra taxam legalem non poſſunt cõpelli adſoluendum pœnam ſtatuti: quoniam licèt clerici vi directiua, atque adeò iure naturali teneantur ſeruare leges iuſtas ſæcularium taxantes pretia rerum; non tamen poſſunt vi coactiua ad taxam ſeruandam compelli, vt habetur ex Azor. p. 1. Inſt. moral. lib. 5. cap. 13. quæſt 4. Peſant. tract. de immun. diſp. 5. in fine, & Diana eodem tract. reſol. 71. contra Bobadil. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 122. Sic etiam vi directiua tenentur clerici ſeruare legem ſæcularium Principũ præcipientem tempore famis vendi frumentum; nõ tamen ad id compelli poſſunt vi coactiua; ſed recurrendum eſt ad ſuperiores Eccleſiaſticos; niſi fames, & neceſſitas vrgeat, & periculum ſit in mora: nam tunc Iudex laicus poterit frumẽtum ſequeſtrare, & ab horreis clericorum extrahere, & vendere non vi iuriſdictionis; ſed ob inſtans periculum, vt habetur ex Mol. in tract. de ſacr. Ordin. c. 14. n. 38. & ex alijs apud Dianã de immun. eccleſiaſt. reſolut. 8. contra Io. de Sal. de emp. & vend. dub. 9 n. 2. & alios. Vi directiua quoque clerici licèt teneantur ſeruare leges iuſtas, ac rationabiles ſæcularium; non tamen vi coactiua compelli poſſunt ad eas ſeruandas: atque ideò Iudex laicus, ſeu eius miniſter inuenientes Eccleſiaſticos aſportantes pecuniam, frumentum, equos, &c. à Regno contra legem prohibentem extrahi, nõ poſſunt ea ipſis auferre citra violationem libertatis Eccleſiaſticæ, cũ laici non habeant poteſtatem, ac iuriſdictionem aliquam in clericos, vt habetur ex Azor. p. 3. inſtit. moral. lib. 5 cap 19. q. 13. cum alijs cumulatis à P. Diana de immun. Eccleſiaſt. reſol. 15. quibus adde quæ infra dicemus, q. 25. ſub num. 2. lit. A. Abb. Alex.

c Directiua. Adde Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 4. & ſeq Alter. de cenſur. lib. 5. difficult. 3. & 4. Carol. de Graſs. de effect. cleric. 2. num 112. & 227. & Bonac. de cenſur. Bull. Cœnæ diſput. 1. quæſt. 16. ſect. 2 pun. 2. num. 13. & 15. vbi etiam inquit clericum non teneri ſtatuto quo præcipitur, vt occiſor non ſuccedat occiſo contra Carol. de Graſs. loco citato num. 168. nec teneri lege, qua cauetur, vt hæres non conficiens inuentarium teneatur vltra vires hæreditarias, vt per eundem Carol. de Graſs. ibi num. 252. Abb. Alexand.

d Præſcriptionem. Adde Carol. de Graſſ. effect. 2. quæſt. 57. num. 406. & 447. de effect. cler. & alios apud Bonac. de cenſur. Bull. Cœnæ diſputat. 1. quæſt. 16. ſect. 2. pun. 2. num. 3. Abb. Alexand.

Quo iure ſit libertas, ſeu immunitas Eccleſiaſtica, Diuino, vel humano. Q. 18.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtici, iure Diuino, à quibus citra controuerſiam ſint immunes, & exempti.*
2 *Eccleſiaſtici veniunt appellatione ciuium, & incolarum.*
3 *Eccleſiaſtici habentur pro ciuibus in eo loco, vbi morantur etiam ſi exteri ſint.*
4 *Omnis Poteſtas à Deo eſt.*
5 *Clericorum cauſas poteſt Rom. Pontifex laicis committere terminandas.*
6 *Eccleſiaſtici, iure Diuino ſunt Paſtores, & Iudices ſæcularium in ſpiritualibus.*
7 *Libertas Eccleſiaſtica, eſt de iure naturali.*
8 *Naturali iure id præcipitur, quod à recta ratione dictatur.*
9 *Libertas Eccleſiaſtica eſt dictata à lumine naturali.*
10 *Libertate Eccleſiaſtica potitæ ſunt omnes Religiones, ſiue veræ ſint, ſiue falſæ.*
11 *Immunitas Eccleſiæ, vt templum materiale eſt, an ſit de de iure Diuino.*
12 *Lex contra ius naturale condita, non habet vim obligatoriam.*
13 *Immunitatem, eorum aris & templis, Gentiles, ſolo naturali lumine ducti, adeſſe exiſtimarunt, quos ad ea cõfugientes.*
14 *Immunitas Eccleſiæ vt templum eſt, habetur in pluribus ſcripturæ locis.*
15 *Ius naturale dicitur, quod in lege, & in euangelio continetur.*
16 *Libertas Eccleſiaſtica ita eſt de iure naturali, vt ſit etiam de iure Diuino.*
17 *Verba illa: Nolite tangere Chriſtos meos, & in Profetis meis nolite malignari. Et qui vos tetigerit, pupillam oculi mei tangit, quomodo intelligantur.*
18 *Verbum: tangere: ſignificat quicquid ſpectat aliquo modo.*
19 *Deo dicata, ſiue homo, ſiue animal, ſiue bona aliqua non poſſunt laici ad proprios vſus conuertere; ſed ad ius pertinent Sacerdotum.*
20 *Immunitas conceſſa Principi, cenſetur etiam conceſſa ſuæ familiæ.*
21 *Immunitatem Eccleſiaſticam, eſſe non ſolùm de iure humano, ſed etiam Diuino pluribus iuribus probatur.*
22 *Diuini iuris dicitur, quod iuri Diuino extat conforme.*
23 *Immunitas Eccleſiæ vt templum eſt, dicitur quoque de iure diuino.*
24 *Libertas Eccleſiaſtica licèt ſit de iure naturali, ac diuino ſint tamen confirmata de iure humano.*
25 *Libertatis eccleſiaſticæ nomen, in Eccleſia Dei eſt antiquiſſimum, & qualis ſit, & in quo conſiſtat, in iure deſinitum reperitur.*
26 *Clerici erant exempti à foro ſæculari, antequam Petrus natus eſſet.*
26 *Moyſes non modò fuit Princeps temporalis, ſed etiam Summus Sacerdos ſicut Aron: & Diuina diſpenſatione erat illo maior.*
28 *Moyſes fuit Pontifex, Rex, & Propheta: Sacerdos Sacerdotum & Princeps Principum.*
29 *Principes tempore Moyſes præferebantur Sacerdotibus: eo quod tùc dicebatur Regnum ſacerdotale: & ad præſens Regale ſacerdotium.*
30 *Sacerdotium in noua lege, eſt altioris dignitis.*

31 *Argumentum ab individuo ad totam speciem, non procedit.*

32 *Christus Dominus, cur in hoc modo iurisdictionem aliquam exercere noluit.*

33 *Christus, etiam vt homo, post resurrectionem dicitur vniuersi gubernator, & Rector; non vt Princeps temporalis, sed tanquam Princeps æternus.*

34 *Christus, cur remuit eligi in Regem, & constitui se Iudicem ab hominibus.*

35 *Verba illa Domini. Non haberes in me potestatem, nisi tibi data esset desuper; quomodo intelligantur.*

36 *Christus, etiam vt homo, erat S. P. cum potestate magna, caput hominum, & Angelorum.*

37 *Potestas facti, conuenit etiam Tyrannis, non autem potestas iuris.*

38 *Potestas, aliquando significat permissionem.*

39 *Christus præcipiens tributum dari Cæsari; non tamen præcipit Ecclesiasticis tributum dare Principi seculari.*

40 *Paulus Apostolus, cur appellauit ad Cæsarem.*

41 *Verba illa Apostoli Pauli: Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit; quomodo intelligantur.*

42 *Ecclesiastici debent reuerenter se gerere, etiam erga Potestatem secularem.*

43 *Ecclesiastici, vt pars Reip. sunt subiecti potestati directiuæ legum Ciuilium; non autem coactiuæ.*

44 *Statuto laicorum, quo cauetur, vt frumenti modium non vltra aureum vendatur, clerici tenentur obtemperare, si rationabile sit; non vt potestatis coactiuæ, sed directiuæ.*

45 *Iustinianus Imperator non fuit primus, qui Ecclesiasticis immunitatem concessit.*

46 *Concilia multa, & quamplurimi Imperatores enumerantur, qui ante Iustiniani Imperatoris tempora, immunitatem Ecclesiasticis conuenire decreuerunt.*

47 *Constantinus Magnus Imperator fuit primus, quia Deo illuminatus declarauit distinctionem fori inter Laicos & Ecclesiasticos esse de iure naturali, & Diuino, ac canonico à muneribus publicis absolutos.*

48 *Leges Imperiales, non dedignantur sequi Sacros canones.*

49 *Leges nonnullæ imperiales, latæ contra libertatem Ecclesiasticam, fuerunt reuocatæ ab Imperatoribus.*

50 *Lex Nicefori Imperatoris lata contra libertatem Ecclesiasticam quamdiu duraut, vltra pestem, & clades, imperium funestissimum suo authori peperit, & eidem attulit mortem acerbissimam.*

51 *Ad fundandum ius Diuinum, satis est totius Ecclesiæ consensus.*

52 *Diuino iure illud tantùm esse, quod expressè reperitur scriptum in scriptura sacra si quis asserat, erroneum est in fide.*

53 *Descensio Domini ad inferos, virginitas perpetua Beatæ Mariæ Virginis, veneratio imaginum, & processio Spiritus sancti a filio, in Scriptura sacra non reperiuntur expressa.*

54 *Monachi, & eorum Abbas fiunt Ciues Ciuitatis, in qua habent monasterium.*

55 *Ecclesiastici sunt veri Ciues, & pars principalis Reip.*

56 *Dignitas Ecclesiasticorum præcellit dignitatem temporalem, sicut aurum argentum.*

57 *Principes temporales, sicut dicuntur Dij respectu populorum, sic Sacerdotes dicuntur Dij respectu laicorum.*

58 *Imperio vacante, vel alio Regno superiorem non recognoscente, Papa potest cognoscere de causis feudalibus, sed non è contra Imperator, sede vacante.*

59 *Superior semper iudicat in nomine Dei, a quo potestatem habet.*

60 *Ecclesiastica potestas cum seculari comparatur, sicut ratio ad corpus, qua simul vnita constituunt hominem.*

61 *Potestas spiritualis, est independens à temporali: & potestas temporalis pendet a spirituali, sicut lumen lunæ pendet a lumine solis.*

62 *Differentia inter Pontifices, & Reges tanta est, quanta inter solem, & lunam.*

63 *Rex ita temporalia regere debet, vt spirituali Religioni subseruiat.*

64 *Gladium oportet esse sub gladio, nempe temporalem spirituali subiici potestati.*

65 *Principes seculares appellantur Dij; quia quoad productionem habent potestatem immediatè a Deo: & quoad operationem, mediatè.*

66 *Otto Imperator non deposuit Ioannem Papam authoritate propria, sed authoritate Concilij.*

67 *Imperator potest deponi a Romano Pontifice, sed non è contra.*

68 *Concilium non potest iudicare Papam, nisi in duobus casibus, nempe in causa hæresis: aut vbi per simoniam fuit in Papam electus.*

69 *Concilium quomodo Imperator, & alij Principes iudicere possint, & conuocare sine Romani Pontificis authoritate.*

70 *Libertas Ecclesiastica non restringitur, nec Diuinæ legi præiudicium infertur, cum S. Pontifex aliquam causam particularem clericorum laicis potestatibus submittit terminandam.*

71 *Ecclesiæ vniuersali S. Pontifex præiudicare non potest.*

72 *Papa non potest conferre iurisdictionem ordinariam Ecclesiasticorum laicis, sed tantùm delegatam in aliquibus. Immo non potest nec consuetudine præscribi.*

73 *Laici sunt omninò incapaces iurisdictionis Ecclesiasticæ.*

GRauis est, ac difficilis admodum controuersia ista communiter existimatur. Quocirca ad eius determinationem quatuor faciemus. Primò titulum quæstionis explicabimus. Secundò Doctorum sententias referamus. Tertiò rem ipsam determinabimus. Vltimò contraria diluemus.

Ad tit. explicationem, est annot. quòd quæ-1 stio nostra non est de immunitate Ecclesiastica quoad res spirituales, Diuinas, & Ecclesiasticas: clarum est enim apud omnes, Ecclesiasticos Diuino iure exemptos esse à ciuili laicorum potestate in Sacramentis administrandis, Diuinis officijs obeundis, in censuris ferendis, &c. Nec nobis controuersia est de Ecclesiasticis an sint à ciuili potestate liberi quoad sacra tractandum, militandum, bella gerendum, ac profanis, ac ciuilibus rebus se implicandum, & his similia. In hoc enim omnes conueniunt, iure Diuino Ecclesiasticas personas quoad prædicta immunes esse: vt bene declarat Azor. lib. 5. inst. moral. p. 1. cap. 12. q. 1. ves. In hac proculdubio: & Salon. 2. 2. q. 67. a. 1. controuer. 1. con. 4. cum alijs, quos ipsi allegant.

Controuersia nostra igitur est de immunitate Ecclesiastica eo modo, quo explicauimus supra. q. 16. & 17. nempe circa priuilegium fori Ecclesiasticarum personarum: circa immunitatem, quam habent à muneribus personalibus, à solutione tri-bu-

tributorum, contributionum, & aliorum, quæ ſolent ciuiles Principes laicis, communiter imponere. Item circa immunitatē Eccleſiæ quatenus templum eſt: nempe quoad tuitionē debinquentium, quoad prohibitionem in ea iudicij, atque hoſpitij, & aliarum actionum, loci ſanctitati non conuenientium. De horum igitur immunitate quærimus, an ſit de iure diuino: vel potius de iure humano.

In hac re variæ ſunt DD. opiniones. Nam prima ſententia eſt Theologorum dicentium, immunitatem Eccleſiaſticam eſſe de iure humano dumtaxat, non autem de iure diuino. Ita Palat. in 4. d. 25. diſp. 3. con. 3. Ledeſm. in 4. p. 2. q. 20. ar. 4. ver. Hæſitabis: con. 2. & 3. Alfon. Caſtr. aduerſus hæreticos in ver. Eccleſia, hæreſi, 4. Bann. 22. q. 76. ar. 1. Salon. 22. q. 67. cōtr. 1. con. 4. Sot. in 4. d. 25. q. 2. ar. 2. con. 5. & alij. Imò eandem ſententiam tenent nōnulli ex Iuriſus: Couar. lib. pract. qq. c. 31. corol. 3. n. 3. Menoc. de arbitr. caſu 430. n. 1. & nouiſſimè Sayr. lib. 3. Theſtom. tit. 22. n. 8. & ſeq. in explicat. canonis 18. præſentis Bullæ.

Eſt tamen verum, quòd plerique ex dictis DD. licèt velint libertatem Eccleſiaſticā eſſe de iure humano; dicunt tamen eſſe iuri naturali, ac diuino conſentaneam. Excepto quodam ex Doctoribus aulicis, cuius meminit Mart. de iuriſd. p. 2. c. 6. ſub n. 1. ver. Ad quem tex. qui exagerās, & commendans dictam ſententiam, aſſerere inſuper ſatis temerè fuit auſus, quòd hoc nomen libertatis Eccleſiaſticæ de qua nos loquimur, ſit nouum, & in Eccleſia Dei per duodecim ſæcula, non auditum: & proinde videri ſibi Honor. III. fuiſſe primum qui de huiuſmodi libertate mentionem fecerit.

Probatur hæc ſententia quoad vtramq; partem. Et primo quoad primam probatur: quia in veteri Teſtamento, licèt Leuitæ habuerint Sacerdotem Aron; nihilominus in temporalibus, in cauſis, & Iudicijs remanſerunt ſubditi Moyſi Principi temporali: vt probat Couar. loco ſupra citato. Item 3. Reg. c. 2. etſi Salamōfuerit Princeps ſæcularis; tamē priuauit Abietar Sacerdotio. In nouo etiam teſtamento Dominus, & Saluator noſter Ieſus Chriſtus, quamuis vt Dei filius, æqualis Patri, ſit Rex Regum, & Dominus dominantium; nihilominus homo factus iuriſdictionem aliquam temporalem, nunquā exercuit, nec temporale Regnū habuit. vt ex reſpōſione ad Pilatum conſtat, dum ait: *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Renuit eligi in Regem: imò recognouit Pilatum ſuum Iudicem dicens; Nō haberes in me poteſtatem, niſi tibi data eſſet deſuper. Noluit quēquam iudicare dum dixit: *Quis conſtituit me Iudicem inter vos?* & deniq; Matt. c. 22. iuſſit Dominus reddi, quæ ſunt Cęſaris Cęſari, & quæ ſunt Dei Deo: quem locū exponens D. Thom. in 4. d. 25. expreſsè ait, quòd ſi clerici ſunt à tributo immunes, non ſunt immunes a iure diuino ſed ex priuilegio Principum.

Secundò principaliter probatur: quia in principio naſcentis Eccleſiæ, Eccleſiaſtici erāt Principibus ſubiecti, vt patet ex illo D. Paul. Act. c. 25; qui appellans ad Cæſarem, ſic ait: *Ad Tribunal Cæſaris ſto, vbi oportet me iudicari, Cæſarem appello.* Præterea probatur ex illo eiuſdem Apoſtoli ad Rom. c. 13. vbi ait: *Omnis anima ſublimioribus potęſtatibus ſubdita ſit, & hoc propter ordinationem Dei:* quē locū exponens D. Chryſoſt. ait: Fecit hoc Apoſtolus, vt oſtendat, Chriſtum leges ſuas ad hoc induxiſſe, nō vt politicam euertat; ſed vt ad melius inſtituat, oſtendens, quòd iſtæ omnibus imperent, & monachis, & Sacerdotibus, non ſolūm ſæcularibus. Et ſic omnis anima ſubdita ſit, etiā ſi Apoſtolus ſis, etiam ſi Euangeliſta, etiā ſi Propheta, ſiue tādem quiſquis fueris. Neque pietatem ſubuertit iſta ſubiectio. Eodē modo exponit verba D. Paul. Theodoret. & Theophilact. Sic etiā 1. Petr. 2. legimus debere omnibus ſubijci Principibus, etiam diſcolis.

Tertiò Iuſtinianus Imperator fuit primus, qui ad petitionem epiſcopi Cōſtantinopolitani cōceſſit Eccleſiaſticis: vt in ciuilibus cauſis poſſint à ſuo Prælato Iudicari ipſo tamen non impedito; quo caſu in criminalibus vult eccleſiaſticos remanere ſubiectos Principi ſæculari, eiuſque miniſtris, vt patet ex Nouel. Conſt. eiuſdem Iuſtin. Imper. 83. ſub tit. Nec cler. apud propr. epiſc. prim. con. & poſt hæc apud ciuil. Iud. Et alij Imperatores nonnullas leges ſtatuerunt Eccleſiaſticam immunitatem concernentes, res, & perſonas eccleſiaſticas, vt habetur in toto tit. C. de Sacroſ. Eccleſ. & C. de epiſc. & cler. Ergo ſignum eſt, quòd libertas eccleſiaſtica non ſit de iure Diuino; ſed de iure humano: quoniam alias Imper. immunitatem ipſam non conceſſiſſent, ſed eccleſiaſticos declaraſſent immunes.

Quartò probatur, quia ſi libertas eccleſiaſtica eſſet de iure diuino, in Euangelica lege Chriſtus Dominus id nos docuiſſet; ſed in Euangelio hoc ipſum non reperitur expreſsum ergo libertas eccleſieſtica, non poteſt eſſe de iure Diuino.

Quiotò perſonæ Eccleſiaſticæ de iure diuino
2 non deſinunt eſſe Ciues; quia quamuis ſacroſi miniſterio ſint addictę. non deſinunt eſſe de iure diuino pars Reip. ſed veniunt appellatione Ciuium, ac etiam incolarum: vt bene docet Bar. in l. 1. n. 11. ff. ad municip. & latè Franc. Marc. deciſ. 1090. p. 1. Hinc eccleſiaſtici dicuntur Ciues diſtrictuales, & pars Ciuitatis, Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. 13. § 9. nu. 2. ac etiam de corpore Ciuitatis ſicut Eccleſiæ. Bald. in c. 1. de vaſſ. qui arm. bell. depoſ. Natta in tract. de ſtatuto, excluſ. fœmin. in 3. q. in princ. n. 85.

Quod quidem verum eſt, etiam in clericis
3 alienigenis, ſi in eo loco habitent, vel habeant beneficia; quia habentur pro Ciuibus dum ibi morātur, vt ait Bar. in l. Ciues, C. de Incol. lib. 10. Barb. in c. Rodulphus, nu. 137. de reſcrip. Felin. in cap. dilectus, ſi ſecondo, num. 2. & 8 eod. tit. Boer. deciſ. 260. num. 20. & Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 59. num. 7. cum ſeq. Si igitur Eccleſiaſtici de iure Diuino non deſinunt eſſe Ciues, ergo libertas eccleſiaſtica non eſt de iure diuino, quia omnes Ciues quocunque iure, Reip. legibus tenentur obtemperare, eiuſq; onera ſubire; ergo cùm ab his reperiantur exepti, ac liberi, hac libertate iure humano, nō autē Diuino donatur.

Sextò ſicut nemo eſt exemptus ab obedien-
4 tia, Deo debita; ita nemo eſt exemptus ab obedientia Principis: ergo ſicut omnes homines, tā Eccleſiaſtici tum ſæculares ſunt Deo iure diuino ſubditi; ita etiam, & Principi.

Clara conſequentia. Probatur antecedens ex illo D. Pauli loco citato, dicētis: Omnem poteſtatem

ſtatem à Deo eſſe. Hinc Dauid pſal.8. Reges,& Principes ſæculares appellat Deos dicens; *Deus ſtetit in Synagoga Deorum.* Et Rex Ioſaphat lib. 2. Par.hp.c.19.ait,Iudices ſæculares,non hominũ, ſed Dei iudicia exercere: ſicut etiã Io.c.10.Dominus illos Deos nominat, ad quos Dei ſermo factus eſt: vt notat Card.Belarm.c.3. de laic.ergo omnes,tã clerici, quàm ſæculares ſunt ſæculari Principi ſubiecti.Hac forte ratione Otto Imperator Chriſtianus authoritate propria depoſuit Ioannẽ XII.Papam eo quòd erat malus.Hadrianus Primus conceſſit facultatem Carolo Magno Imperatori eligendi Pontificem: ſicut Leo viij. in fauorem Ottonis Primi, vt in cap. Hadrianus.63.d. Quæ quidẽ omnia fieri nõ potuiſſent,ſi libertas Eccleſiaſtica eſſet de iure diuino:quia nullus,etiã S.P.eſt ſupra ius diuinum.

Sic etiam videmus Romanum Pontificem in
5 multis Eccleſiaſticorum immunitatem reſtringere, & ex parte minuere: nam multoties clericorum cauſas,& lites laicis demandat,vt eorum iudicio cognitæ dirimantur; prout fieri poſſe docet Gloſ.in cap. valdè, d.49.Iudex ſæcularis punit clericos degradatos,& in multis locis plurimum mos, & vſus contra clericorum immunitatem inualuit. Quod citra omnem controuerſiam indecens eſſet, ſi immunitas Eccleſiaſtica eſſet de iure diuino.

Septimò probatur ex tex.in c.quo iure, d.8. vbi ex D.Aug.legitur:*Quo iure defendis,villas Eccleſiæ,diuino,an humano:diuinum ius ſcripturis diuinis habemus;humanum in legibus Regum.Vndè quiſquis poſſidet, quod poſſidet, nonne humano?nam diuino:Domini eſt terra, & plenitudo eius:iure ergo humano dicitur hæc villa mea eſt:* ergo fatetur Auguſtinus Villas, Eccleſiæ iuris humani beneficio eſſe conceſſas, & conſequenter eodem iure immunitatem.

Probatur modò hæc eadem ſententia quoad
6 ſecundam partem; nempe, quòd licèt Eccleſiaſtica libertas ſit de iure humano; eſt tamen iuri naturali,ſeu diuino conformis: quoniam iure diuino Eccleſiaſtici ſunt Paſtores, & Iudices ſæcularium in ſpiritualibus: videtur autem alienũ à recta ratione,vt Paſtor iudicetur ab oue propria:& iudex ſpiritualis a ſuo ſubdito tẽporali.

Confirmatur ex illo D.Pauli 1.Cor.6.qui prohibet fideles ab infidelibus pro ſuis criminibus iudicari,ne fideles fidem contemnant: ergo eadem ratione,rationabile ſatis quidem videtur, nc clerici à ſæcularibus iudicentur, ne contemnantur:quia vbi militat eadem ratio,militat etiã eadem iuris diſpoſitio,l.illud,ff.ad l. Aquil.

Secunda ſententia eſt communis Iuriſtarum, dicentium immunitatem Eccleſiaſticam eſſe de iure diuino. Ita Gloſ. in cap:ſi Imperator, ver. Diſcuti,96.d.Panor.in c. Eccleſia S.Mariæ, n.6, & ibi etiam Felin.de cõſtit.& in cap.2.vbi Hoſt. Io.Andr.& alij de maior.obedien. Cardin. in c.perpendimus,opp.7.de ſent.excom. Rot. in Antiq.deciſ.10.de Conſuet. Auſt.clem.1.de offic.iud.ordin.ver.Ad quæſtionem, Gloſ.in cap. quaquam,in ver.diuino:de cenſib.in ſexto, quã ſequuntur ibidem Io. Andr. Archid. Franch. Igneus, Driedon.& alij, quos refert Couar.loco ſupra citato,exceptis Alciato,& Innocentio, quos licèt ipſe citet pro ſua ſententia;tamen Alciatus nihil de hac re tractat: & Innoc. potius pro noſtra ſentẽtia facit,vt bene aduertit Azor. lib.5.inſt.moral.p.1.c.12.q.1. ver. Altera ſentẽtia:qui quamuis ſit Theologus;nihilominus iuris canonici in hac re interpretes ſuit ſequutus; potiuſquam Theologos: & mirandum non eſſe nos monet: quia multos Theologos etiam conatur reducere in hanc ſententiam: nempe Almay.tract.de ſupr. poteſt. Eccleſiæ,c.8. propoſ. 3.ad fin. Syl.in ſum.in ver.immunitas,1.q.4.ver. Secundum ad munera: Angel.in ver. immunitas,num.33. ver. Vndecimo. Item, quia licèt Victor.Medin.Sot.Ledeſ.Palat.Sal.Bann.& Couar. docuerint immunitatem eccleſiaſticam ſuris diuini non eſſe;tamen fatentur iuri diuino plurimum eſſe conſentaneam,vt ſupra diximus: & tãtò fortiùs,quia Theologi antiqui: vt S.Th. Bon. Scot. Riccar. & alij nihil expreſsè de hac controuerſia tractauerunt; ſed recentiores dũtaxat Theologi contra hanc ſententiam multa tradiderunt. Hanc eandem opinionem tenet Vual.in explicatione præſentis canonis, cum alijs Doctoribus,quos ipſe refert:ad cuius fauorem adducit Conc.Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 20.ibi: Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus:vbi prius,poſuit, immunitatem eſſe ex Dei ordinatione; deinde confirmatam in ſacris canonibus.Adde etiam Thom.Gram. dec.29. & dec.61.& conſt.num. 29. Alex.conſ.8. lib.1. & 149.lib.6.Bal.in auth.ſtatuimus,in prin.de epiſc. & cler.Mart.de iuriſd.p.2. c.6.cum aliis à ſupradictis Doctoribus allegatis, & nouiſſimè Alter. in explicat.huius can. cap.2. qui hanc ſententiã dicit eſſe veram, & frequẽtiori Doctorum, tàm Theologorum, quàm Canoniſtarum conſenſu receptam.

Eſt tamen verum, quòd licèt Iuriſtæ teneant immunitatem Eccleſiaſticam ſimpliciter eſſe de iure diuino; tamen immunitatem illam conceſſam eccleſijs, vt ab eis extrahi non poſſint malefactores ad eaſdem confugientes, multi volũt eſſe de iure humano: vt per Doct.in c.inter alia de immun.Eccl.& Suar.de Relig.tom.1. lib.3. de reuerentia debita loc. ſacr. c.9. ſub num.11. Et alij denique cõtendunt immunitatem eccleſiaſticam, ita conceſſam fuiſſe à Deo,vt etiam à Romano Pontifice, & ab Imperatore tributa fuerit: vt habetur ex Inn. in c. nouerit, de ſent. excom.& alijs,quos refert,& ſequitur Vgol.in explicatione huius canonis,in ver.Nec non qui ſtatuta §.1.per totum.Hæ ſunt opiniones, quæ in hac difficultate in medium adducuntur, reſtat modò, vt quid nobis dicendum ſit, videamus.Pro determinatione igitur,ſit

Prima Concluſio.

7 Libertas Eccleſiaſtica,de qua nos loquimur, eſt de iure naturali:quod idem eſt,quòd ius gentium primæuũ, cum ipſo genere humano à rerum natura proditum; de quo habetur in §. ius autem gentium,& §.ſed naturalia,de iur.nat. gent.& ciu.& §.ſingulorum,de rer.diuiſ.

Probatur primò ex illo Gen.c.47.cuius meminit tex.in c.non minus, de immun. Eccl.vbi legitur,quòd Ioſeph Patriarcha ſubiecit omnem terram Egypti Pharaoni,& ciuitos populos eius præter terram Sacerdotum,quæ à Rege tradita fuerat eis; quibus etiam alimoniam de publico

ad-

adminiſtrauit: & hoc lumine tantùm naturali ductus.

Secundò probatur ex illo Eſdr. c. 7. vbi habetur Artaxenſem Regem Perſiæ feciſſe exemptos Sacerdotes hæbreos: quia lumen naturale, quod eſt immediatè à Deo, & lex ſcripta in cordibus noſtris, & participatio legis Dei æternæ, oſtendit ita fieri conuenire.

Tertiò probatur ex tex. in c. futuram, 12. q. 1. vbi cùm ad Coſtãtinum Magnum Imperatorẽ fuerint delati quidam proceſſus, contra perſonas Eccleſiaſticas, ſic reſpondit: *Vos à nemine iudicari poteſtis: quia ad Dei iudicium referamini*: quaſi hoc eſſet naturali iuri conforme.

Quartò probatur, quoniam illud naturali
2 iure præcipitur, quòd à recta ratione dictatur; ſed immunitatem, de qua loquimur deberi Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis ſupra probauimus in confirmatione ſecundæ partis primæ opinionis præſentis controuerſiæ, dictante recta ratione: ergo libertas ipſa debita eſt Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis perſonis de iure naturali.

Quintò Dried. lib. 1. de liber. Chriſt. c. 9. te-
9 net, quòd libertas Eccleſiaſtica venit dictata à ratione ac lumine naturali: quoniam vnuſquiſque naturaliter percipit, bona conſecrata, eſſe propria Dei, & ideo abſurdum eſſe, ſuper ea poteſtatem habere Principes ſæculares. Et quòd id ſit lumen quoddam naturale, ex eo percipi
10 poteſt, quòd omnes Religiones, ſiue ſint veræ, ſiue falſæ hac libertate potitæ ſunt. Vndè legitur apud Hebræos, Leuitas eſſe immunes: vt patet Exod. c. 30. & Num. c. 1. Idem legitur apud Egyptios Gen. c. 48. Et apud Ariſt. lib. 2. Econom. ac alios Gentiles: vt apud Cæſarem lib. 6. de bell. Gall. & apud Plutar. in vita Camilli, aliosque quamplurimos authores. Ex quibus clarè colligitur libertatem Eccleſiaſticam, eſſe de iure naturali.

Præterea idem dicendum eſt de ſpeciali im-
11 munitate Eccleſiæ: vt templum materiale eſt, præcipuè quoad delinquentes ad eam confugientes; nam immunitas iſta conceditur etiam de iure canonico, & ciuili: vt in c. definiuit, c. miror, cum trib. ſeq. c. nullus, & c. id conſtituimus, 17. q. 4. c. interalia, de immun. Eccl. & l. præſenti, C. de his, qui ad Eccleſias confugiunt; ergo præcipitur etiam iure naturali, & à recta ratione proculdubio dictatur: quoniam ius canonicum, & ciuile ſubiectantur iuri naturali: & ius naturale eſt iuris canonici, & ciuilis baſis, ac fundamentum. Vndè cùm lex aliqua eſt contra
12 ius naturale, tanquam iniuſta, non habet vim obligatiuam: vt bene docet Panor. in c. quia plerique, de immun. Eccl. & Syl. in ſum. in ver. lex, q. 9. cum alijs apud eos allegatis. Hoc argumentum concludit quoque de libertate Eccleſiaca, in communi, quam de iure ciuili, & canonico adhuc eſſe, infra Deo duce probabimus.

Denique Gentiles nulla lege edocti, ſed ſolũ
13 naturali lumine ducti in eorum templis, & aris hanc immunitatem adeſſe exiſtimarunt. Et quamuis Dei cognitio illis deeſſet; nihilominus in eorum aris, ac templis talis honos non defuit: nam, vt legitur apud Plautum in Moſtellaria, actu 5. ſcena 1. Tranio ſeruus, ne à Teuropide, & lorarijs puniretur ad aram confugiens, inquit: *Interim ego hanc aram occupabo, Te quid ita Tra. Nullam rem ſapis, ne enim illis huc confugere poſſint, quæſtionem, quos dabis.* Item apud eundem Plautũ in Rudente, act 3. ſcen. 3. Trachalio admoneat Paleſtram, & Ampeliſcam, vt in ara aſſideant, ne per vim adducantur: ſic enim inquit: *Ne inquam timete, aſſiſtite huc in ara.* Et ſcena 4. Labrax, ait. *Mihi non liceat ancillas meas, Veneris de ara abducere.* Stati. quoque lib. 12. Thebaidos refert, quòd Athenis erat etiam ara miſericordiæ, quam Herculis nepotes, poſtquam is è terris migrauit, collocarunt, vt eſſet eis aſylum: à qua nemo abduci poſſet. Templũ præterea Dianæ Epheſiæ eiuſmodi fuit, vt ex eo nemo quouis crimine damnatus educi poſſet. Hæc, & alia de templis, & aris Gentilium cumulat Couar. lib. 2. var. reſol. c. 20. à n. 2. ad tertium.

Sed quid Gentilium exempla quærimus? non-
14 ne Num. c. 35. iuſſit Deus quaſdã Ciuitates conſtitui in præſidia homicidarum fugitiuorum, & Ioſue c. 20. Deuter. c. 19. atque Exodi 21. altare ipſum Dei hoc priuilegio fuit potitum, vt ad illud confugiens extrahi, aut duelli ad punitionem inuitus non poſſet.

Multa etiam ſunt ex libris Regum teſtimonia
15 vt 4. Reg. cap. 1. 2. & 3. quibus veteris teſtamenti auctoritate hæc templorum immunitas cõprobatur. Modò ius naturale dicitur, quod in lege, & in Euangelio continetur, vt in c. ius naturale. 1. d. & latè declarat D. Thom. 1. 2. q. 94. ar. 4. Vndè his ſic ſe habentibus, hoc priuilegium Eccleſijs naturali iure ſibi deberi ſatis probatur iuxta iurã ſupra relata in §. ius autem, & §. naturalia, in inſt. de iur. nat. gen. & ciu. & §. ſingulorum, de rer. diuiſ. Et tantò fortius: quia ius naturale ſecundum Iſid. lib. 5. Etymol. c. 4. eſt cõmune omni nationi, & vnum eſt apud omnes nationes: eſtque impreſſio Diuini luminis in nobis: vt habetur ex D. Th. loco citato, & 1. 2. q. 92. ar. 2. in corp.

Secunda Concluſio.

16 Libertas Eccleſiaſtica ita eſt de iure naturali,
a vt ſit etiam de iure Diuino 1.

Probatur hæc concluſio primò ex illo Dauid pſal. 81. *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat*, ideſt Eccleſiaſticos diiudicat, clericos, & Sacerdotes; vt eſt tex. in c. Sacerdotibus, 21. q. 1. c. ſatis, d. 96. cum alijs, quos recenſet Fulgoſ. lib. 1. c. de Religion. cul.

Probatur etiam ex illo pſal 104. *Nolite tangere*
17 *Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.* Quem locum interpretantur D. Hieronymus ſuper Zacch. c. 2. & D. Gregan lib. 2. epiſt. c. 35. de Sacerdotibus, ne quid uel minimum in eos moliantur, eoſdéque uexent, aut afficiant. Quæ uerba non modò intelliguntur de iniuria inferenda, ſed magis propriè de iudicio, & ſententia ferenda: ſicut exponuntur uerba illa Zacch. c. 2. *Qui vos tetigerit pupillam oculi mei tangit*, ex Apocleto Papa in c. accuſatio, il primo, 2. q. 7. Vndè malè ad illum pſal. locum reſpondet Couar. lib. pract. qq c. 31. nu. 2. uer. Non obſtat: putans debere intelligi, ut nulla fiat iniuria nec ijs Sacerdotibus, & clericis, non autem prohiberi in eos iudicium Principum ſecularium inferri. Ex

con-

confirmatur quoniã ly.tangere,ſignificat quic-
18 quid ſpectat aliquo modo. Vndè verba iſta: Hæc res nihil me tangit: ſecundum vſitatum loquendi modum idem ſignificant, ac ſi diceretur: Hæc res nihil ſpectat ad me. Atea,quę de iudicijs dicuntur,ſpectare proculdubio cenſentur: ergo malè Couar. & ſequaces reſtringuut ly. tangere: ſolùm ad vim, & iniuriam, quæ poſſet committi in Sacerdotes,non autem ad priuilegium fori Eccleſiaſtici. Et eò magis, quia ſi de iniuria locus ille intelligendus eſſet, non propterea iudicium excludit: nam iniuria infertur, etiam in opprimendo non ſubditos, qui in alienam cogerentur iuriſdictionem. Ita Mart. de iuriſd. p. 2. c. 6. ſub num.1.circa finem.

Secundò principaliter probatur hæc cõclu-
19 ſio ex illo Leuit.c.vl.in quo habetur,qnòd omne,quod Domino conſecratur,ſiue homo fuerit,ſiue animal,ſiue ager,non veniet, nec redimi poterit; quod ſemel fuerit conſecrarum ſanctum ſanctorum, Domino erit. Et quòd iſta fuerint præcepta Dei teſtatur Moyſes in fine c.dicens: *Hæc ſunt præcepta,quæ tradidit Dominus,& c.* Num. quoque c.18.ſic legitur;*Omnia, quæ ſanctificantur* (ideſt Deo dicantur) *tradidi tibi,& filijs tuis pro officio Sacerdotali legitima ſempiterna*. Et iterum: *Omne, quod ex voto tradiderunt filij Iſrael,tuum erit*: ergo omnia iſta ſunt de iure Diuino,& ad ius Sacerdotum pertinent: ſed ſic eſt, quòd perſonæ eccleſiaſticæ ſunt Deo conſecratæ; ergo Diuini iuris ſunt, & ad forum ſæculare nullo modo pertinent: quoniam ex præfatis ſcripturæ locis; quæ Deo dicata ſunt: ſiue homo, ſiue animal, ſiue bona aliqua ſint,non poſſunt laici ad proprios vſus conuertere; ſed ad ius pertinent Sacerdotum, c. nulli, 12. q. 2.

Confirmatur etiã ex illo Deut.c.17.cuius meminit Inn.in c.per venerabilem,qui fil. ſin.leg. Vbi Dominus Sacerdotale ordinat. Paral. 2. c. 19.quoque legitur. *Amarias Sacerdos, & Pontifex veſter in his,quæ ad Dei cultum pertinent præſidebit: Zabadias ſuper ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinent, habebitiſque Magiſtros Leuitas.*

Tertiò probatur ex illo Matt.c.17 vbi cùm Chriſtus Dominus interrogaſſet Apoſtolos: Reges terræ, à quibus accipiunt tributum, & cenſum,à filijs,an ab alienis? dicenti Petro: *Ab alienis*: replicat ipſe Dominus ex hoc inferens: *Ergo liberi ſunt filij, vt autem non ſcandalizemus eos, tolle, & da pro me,& tu*. Sper quæ verba Origines ait: Vide Chriſti prudentiam, qualiter non renuit tributum ſoluere: nec ſimpliciter iubet dari; ſed prius oſtendit ſe non eſſe obnoxium, & tunc dat: quorum vnum facit,ideſt dare tributum, vt exactores non ſcandalizarentur; hoc autem,vt oſtendat liberum. Et non loquitur Chriſtus de ſe ſolo,ſed etiam de Petro atque adeò de Apoſtolis.

D. Auguſt.exponit hũc locum de eccleſiaſticis filijs ſupremi Regni S. Eccleſiæ quæ eſt ſuper omnia Regna terræ,dicens: In omni Regno intelligendum eſt, liberos eſſe filios ideſt non eſſe vectigales: ergo multo magis liberi eſſe debent in quolibet Regno terreno filij Regni illius, ſub quo ſubdit omnia Regna terræ. Vndè falſa eſt reſponſio Salon. loco citato, contrarium ſentientis,& aliorum; dum dicunt, quòd Chriſtus Dominus per illa verba oſtendit ſe ipſum ſolum eſſe è Principum tributis exemptum, cũ ipſe verus ſit filius Dei,& Dauidis,non autem Apoſtolos.

Nec valet dicere, quòd per filios intelliguntur homines illius Regionis,qui à ſolutione tributi erant immunes,inter quos erat Ieſus,& Apoſtoli; quoniam non ſolùm homines illius Regionis erant obligati ad ſolutionem tributi; ſed etiam omnes filij Iſrael: vt patet Exod. c.30. & refert Ioſeph lib. 1.de bell. Iud.c.16.

Vana ſimiliter eſt reſponſio dicentium,quòd
20 Dominus,tanquam Deus oſtendit ſe eſſe immunem à ſolutione tributi: nam re uera Chriſtus etiam vt homo erat immunis: ſicut etiam Apoſtoli: quia Chriſtus, vt homo, non erat perſona humana,ſed Diuina; & quando Princeps eſt immunis,etiam ſua familia eſt: quoniam priuilegium conceſſum Domino, cenſetur conceſſum quoque eius familiaribus,ac domeſticis vt ſupra diximus,can.9.b.37.ſub n.5. Sic quoque Apoſtoli,tanquam de familia Chriſti,erant immunes. Ec re vera falſa eſt dicta reſponſio,cùm priùs fuerit tradita à Marſilio Paduano hæretico,de quo infra dicemus.

Quartò principaliter probatur hæc concluſio ex nonnullis iuribus: nempe ex tex.in c. nimis,de iu.iur.vbi Inn. III. ſic ait in Conc.Gen. *Nimis de iure Diuino quidam laici vſurpare nituntur, cum viros Eccleſiaſticos nihil temporale obtinentes ab eis,ad præſtandum ſibi fidelitatis Sacramenta compellunt.* Et in c.quamquam,de cenſ.in ſextò dicit Bonif. VIII. *Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque perſonæ, non ſolùm iure humano,ſed etiam Diuino à ſæcularium perſonarum exactionibus ſunt immunes*. Itẽ ex Leon.X.in Conc. Lateran.ſeſſ.6.in Bulla reform.Cur.ſic habetur. *Et cùm à iure tam Diuino, quam humano laicis poteſtas nulla in Eccleſiaſticas perſonas tributa ſit*. Conc. Colon.pariter par.9.c.20.determinauit libertatem Eccleſiaſticam eſſe antiquiſſimam,& introductam de iure humano.ac Diuino. Ex Ioanne VIII. Similiter relato à Grat.in c.ſi Imperator,96.d.habetur: Omnipotentem Deum ordinaſſe Sacerdotes, & alios clericos eſſe exemptos à Iudice,& ordinatione poteſtatis ſæcularis,non à Poteſtatibus ſeculi,ſed ſolius S.Pontificis. Item ex Concil.Trid. ſeſſ.vlt.c.20. quod ſupra allegauimus in relatione ſecundæ ſententiæ.

Patet etiam ex tex.in auth.cauſã,quæ ſit eum monacho,C.de epiſc.& cler. vbi poſtquam Imperator decreuit,cauſas eccleſiaſticorum eſſe tractandas coram epiſcopis,& Abbatibus, ſubdit. *Iudex enim qui de his cauſis ſententiam proferre præſumpſerit,ab adminiſtratione depulſus,tanquam Diuinarum contumeliam inferens, pœna decem librarum auri, cum officio,multabitur*. Hoc idem conſtituitur ab Imperatore in l.ſancimus,C.de ſacr.eccl. vbi prohibens ſacra vaſa alienari,rationem ſubdit,dicens: *Cum etiam veteres leges,ea quæ Diuini iuris ſunt humanis nexibus non illigari ſanxerunt*: & in fine legis præfert homines ſacris rebus ſacris. Leo quoque, & Anthemius Imperatores in l. decernimus, C. eod. tit. ſcribens ad Sebaſtianum Præfect. Præt. poſt reſtitutam eccleſiaſticam libertatem, appellat leges Iuliani, libertati Eccleſiaſticæ contrarias, tyrannicas, impias,

& ſa-

& ſacrilegas, quia factæ fuerunt contra ipſum Deum.

Legitur apud Rufinum lib. 1. c. 2. Hiſt. eccleſ. à quo accepiſſe conſtat Greg. lib. 4. Epiſt. epiſt. 75 Nicolaum 1. in epiſt. ad Michaelem Imperatorem, & Sozomenum lib. 1. ſuæ Hiſt. c. 16. cum libelli oblati fuerint Conſtantino Imperatori, in quibus ad eum accuſationes deferebantur contra Epiſcopos, Imperatorem ipſum reſpondiſſe: Ad ſe non pertinere de huiuſmodi cauſis ſententiam ferre.

Denique Sot. in 4. d. 25. q. 2. ar. 2. con. 2. Sal. & 22 nonnulli alij, ſupra citati, qui dicunt immunitatem eccleſiaſticam eſſe de iure humano, concedunt, eam eſſe iuri Diuino conformem: ergo libertas eccleſiaſtica eſt de iure Diuino: quia quod eſt diſpoſitum iuri Diuino conforme, iuris Diuini eſſe dicitur, non autem humani: vt habetur ex Gemin. in §. leges, num. 4. ver. Iſtud dictum, d. 4. & Mar. de iuriſd. p. 2. c. 9. num. 15. io fine.

Hac eadem ratione immunitas templorum 23 circa delinquentes ad ea confugientes, poteſt etiam dici de iure Diuino, cùm ipſe quoque Suar. de Relig. lib. 3. c. 9. de immun. eccl. à num. 10. ad 12. qui contrarium ſentit, dicat immunitatem hanc eſſe valdè conſentaneam generali voluntati Chriſti Domini, qua voluit omnia in eccleſia ſua ordinatè diſponi, & ſancta ſanctè tractari. Et tantò fortius, quoniam quidam volunt, Deum conceſſiſſe templo immuniratem prædictam Exod. c. 21. dum ait: *Conſtituam tibi locum, in quem fugere debeas*, per locum intelligunt templum: nam ſtatim ſubditur: *Si quis per inſidias occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur*. Quæ videtur eſſe à generali regula exceptio, oimirum, vt qui, non per inſidias, ſed per occaſionem hominem occideret, & ad templum confugeret, ibi ſecurus eſſet.

Vndè Adonias timens Salomooem, in templum confugit. tanquam ad locum ſecurum: vt habetur, 3. Reg. c. 1.

Illud autem, quod de Ioab. c. 2. refertur, eum fugiſſe in tabernaculum Domini, & apprehendiſſe cornu altaris, quo non obſtante, iuſſu Salom. ibi fuiſſe occiſum; hoc ideo fuit: quia prædicta immunitate non merebatur gaudere; quia Ioab homicidia per inſidias commiſerat.

Tertia Concluſio.

24 LIbertas eccleſiaſtica licèt ſit de iure naturali, ac etiam Diuino; tamen fuit confirmata de iure humano. Hæc concluſio adeò vera eſt vt eam citra omnem cootrouerſiam doceat Azor. lib. 5. inſt. mor. p. 1. c. 12. q. 1. ver. In hac proculdubio graui, &c. Probatur ex tex. in c. diligenti, de for. comp. c. 2. eod. tit. in ſexto, c. vnico, de cler. coniug. eod. lib. quibus iuribus conceditur eccleſiaſticis immunitas fori. In c. quoque ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. conceditur eiſdem priuilegium contra ipſum percutientes Hoc idem probatur in c. reuertimini, 16. q. 1. c. ſi Imperator, d. 96. c. denique, c. cùm ad verum, & c. bene quidem, eadem d. Denique ab Imperatoribus multa priuilegia conceſſa ſunt Eccleſiaſticis, eorumque bonis: vt in l. 1. l. illud, l. caſſa & l. fin. C. de ſacr. eccl.

Quara concluſio.

25 LIbertatis Eccleſiaſticæ nomen, de qua nos loquimur, in eccleſia Dei, eſt antiquiſſimũ: & qualis ſit libertas ipſa, & in quo conſiſtat, in iure definitum reperitur. Hæc concluſio eſt contra Doctorem illum aulicum, cuiusſupra ex Mart. meminimus.

Probatur ex Conc. Colon. par. 9. c. 20. vbi ait libertatem eccleſiam eſſe antiquiſſimam; quæ in duobus præcipuè conſiſtit: primò, vt clerici, & eorum bona ab omnibus muneribus, & tributis ſint libera: Secundò ne rei criminis ad eccleſiam confugientes, inde extrahantur. Hinc Bal. in auth. ſtatutmus, C. de Epiſc. & cler. ait, immunitatem Eccleſiaſticam quoad priuilegium fori fuiſſe inſtitutam, antequam Imperatores eſſent. Et Rom. ſing. 419. refert, quòd clerici erant exempti à foro ſæculari antequam Petrus natus eſſet. Probatur etiam ex Conc. Later. c. 44. & 46. vbi Inn. III. diſertis verbis huiuſmodi Eccleſiaſticæ libertatis meminit, quid ſignificet, & in quo conſiſtat. Quod Couc. fuit ante Honor. 2.

Immo ante præfatum Conc. Hug. de S. Vitt. lib. 2. de ſacr. fid. p. 2. c. 8. circa annum 1130. ſic ait: Negotia ſæcularia à terrena; ſpiritualia verò & Eccleſiaſtica à ſpirituali poteſtate examinentur: ſecundum perſonam ergo iuſtitia violaretur, ſi Iudex ſæcularis in Eccleſiaſticam pernam manum mitteret: ſecundum cauſam, ſi Eccleſiaſtica negotia examinanda ſuſciperet. Ex quibus verbis ſatis aperte colligitur, in quo conſiſtat libertas Eccleſiaſtica, ab exemptione ſcilicet perſonarum, & cauſarum Eccleſiaſticarum.

Anno Domini 1080. S. Anſelmus Epiſcopus Lucenſis in libro, quem ſcripſit ad Guibertum Antipapam ex antiquorum doctrina probat eſſe liberam Eccleſiam à Poteſtate Principum ſæcularium quoad perſonas, & bona.

De hac re meminit etiam Greg. VII. anno 1076. lib. 7. epiſt. 21. Nicolaus II. anno 1060. in epiſt. Decr. & Nicol. 1. anno 860. videantur etiã annalia Card. Baron. tom. 3. anno Domini 313. & 314. Item duo Concilia Romana celebrata tempore Conſtantini Imper. & S. Syluestri anno 320. c. 4. vbi habetur: *Syluester Epiſcopus dixit nulli omnino clerico licere cauſam quamlibet in publicum examinare, nec vllum clericum ante Iudicem laicum ſtare.* Secundum Concilium c. 6. ſic ſe habet: *Nemo clericus, vel Diaconus, aut presbyter propter cauſam ſuam quamlibet intret in Curiam: quoniam omnis Curia à cruore dicitur; ſi quis clericus Curiam introierit, anathema ſit, nunquam redeat ad Matrem Eccleſiam.*

De Eccleſiaſtica libertate decreuerant etiam S. Marcell. epiſt. 2. anno 296. & S. Caius epiſt. ad Fel. anno 257. tẽpore S. Cypr. vt in eius epiſt. 66. fuit priuatus conſuetis ſuffragijs Geminius victor: eo quòd contra leges Eccleſiaſticas tam primò emanatas inſtituerat tutorem Geminiũ Iuſtinum Presbyterum; & tamen per leges Imperiales, ne pupilli ſine tutore eſſent, nemo ab onere tutelæ erat exemptus.

Rurſus S. Clem. adhuc tempore Apoſtolorũ de

de libertate Eccleſiaſtica decreuit in ſua prima Epiſt.dicens: Si *quis ex fratribus negotia habet inter ſe, apud cognitores ſæculi non iudicetur, ſed apud Præsbyteros Eccleſiæ quicquid illud eſt diriuatur.*

Idem denique probatur ex D.Paulo 1.Cor.c. 4.*Qui autem iudicat me, Dominus eſt.* Ex quibus verbis conſtat, Apoſtolum à nemine eſſe iudicandum,niſi à Deo,vel ab eo, qui Dei locum proximè tenet. Et 1.Cor.c.6.*Audet aliquis veſtrum habens negotium aduerſus alterum,iudicari apud iniquos non apud ſanctos? An ſcitis, quoniam ſancti de hoc mundo iudicabunt? Et ſi in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis,qui de minimis iudicetis? Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus? quantò magis ſæcularia?* Ex his patet libertatis eccleſiaſticæ nomen eſſe antiquiſſimum,& originem traxiſſe ab initio naſcẽtis eccleſiæ.

Reſtat modò, vt ad argumenta reſpondeamus.

27 AD primum negatur antecedens; fallitur enim Couar.Nam Moyſes non modo fuit Princeps temporalis; ſed etiam ſummus Sacerdos,ſicut Aron,& Diuina diſpoſitione erat illo maior. Sic legitur pſal.98.*Moyſes, & Aron in Sacerdotibus eius*:ideſt Moyſes, & Aron erant Sacerdotes Dei. Et Exod.c.40.offert Moyſes incẽſum Deo,quod proprium munus erat S.Pontificis. Item Leuit. c.8. conſecrauit Moyſes tanquam ſummus Sacerdos Aron fratrem ſuum & filios eius ſimiliter Sacerdotes ordinauit, & in eorum conſecratione ſacrificium obtulit.

28 Hinc Philo Hebræus lib.3.vitę Moyſes,in vltimis verbis ait; quòd Moyſes fuit Pontifex, Rex,& Propheta. Et S Greg. Naz. in orat.ad Miſſe teſtatur, quòd Moyſes erat Sacerdos Sacerdotum,& Princeps Ptincipum. D. etiam Aug.q.23 Leuit. ait,quòd ambo, nẽpe Moyſes, & Aron erant ſummi Sacerdotes: & idem repetit in tractatu ſuper pſal.98.Idem teſtatur D. Hieronym.lib. 1. contra Iouin.& ante hos omnes Dyon.Areop.c.5 Hier.eccl.Vndè cùm eſſet Moyſes ſummus Sacerdos, nimirum ſi Leuitæ, qui erant eccleſiaſtici erant ei ſubiecti,tanquam proprio iudici.

29 Secundò reſpondetur,quòd dato,& nõ conceſſo,quòd Moyſes fuiſſet tantùm Princeps ſecularis, & vt talis Leuitis illius temporis præfuiſſet,hoc non eſt error:nam D. Thom. in ſuis opuſc.20.c.14. & alij prætulerunt Principem illius temporis Sacerdoti, cùm tunc diceretur Regnum Sacerdotale, & ad præſens Regale Sacerdotium:quia in veteri teſtamento promittebantur bona terrena. Vndè in veteri lege Sacerdotes Regibus leguntur fuiſſe ſubiecti. At in

30 noua lege Sacerdotium eſt altioris dignitatis, per quod homines traducuntur ad bona cœleſtia: & ideo in noua lege Reges Sacerdotibus ſubduntur: vt colligitur ex c.ſatis,96.d. & c.cõtinuam,11.q.1.

31 Hoc eodem modo reſponderi poteſt ad factum illud Salomonis,nempe quòd Reges antiquitus habebant maiorem poteſtatem, quam Sacerdotes: vel quia Salamon ſorte erat etiam S.P. vel denique illud egit, vt miniſter Diuinæ voluntatis, qui promiſerat poſteritatem Heli ceſſaturam. Vndè ſubdit Scriptura: vt impleretur ſermo Domini, quem locutus eſt ſuper domum Heli in Silò. Et ideo non valet argumentum ab indiuiduo ad totam ſpeciem.

32 Ad ea, quæ in nouo teſtamento dicuntur de Chriſto Domino, nempe, quòd nunquam iuriſdictionem aliquam exercuit,nec temporale Regnum habuit,&c.reſpondetur,quòd Dominus Ieſus venit in mundum,vt humilitatem, fundamentum omnium virtutum, non modò verbis; ſed etiam multò magis operibus nos doceret: iuxta illud Matt.11.Diſcite à me, quia mitis ſum,& humilis corde, & hoc, vt humilitatis exemplo,honorumque,& bonorum temporalium contemptu ſuperbis viam Paradiſi demonſtraret:& ideo cùm ſit Rex Regum,& Dominus dominantium, non modò temporalia Regna poſſidere noluit,aut iuriſdictionem; ſed iuxta illud D.Pauli 2.Cor.c.10.cùm eſſet diues, egenus factus,humiliauit ſemetipſum vſque ad mortem &c.Sed non per hoc Chriſtus, etiam vt homo,non poterat,ſi voluiſſet, totius mundi temporale regimen ſuſcipere,& ſe ipſum Regem,ac Imperatorem conſtituere. Nam,vt legitur Io.c.13.omnia dedit ei Pater in manus: & ex D.Paulo c.1.Epiſt.ad Hæbr.illum conſtituit hæredem vniuerſorum.

33 Item poſt reſurrectionem Chriſtus dicitur vniuerſi gubernator,& rector, etiam tanquam homo; non tanquam Princeps temporalis; ſed tanquam Princeps æternus, eſt omnibus alijs Principibus ſuperior: vt habetur ex Ioan.in prin. Apocal.dicente: *Qui eſt primogenitus mortuorum,& Princeps Regum terræ*. Et patet ex illo eiuſdem Domini Matt.c.28. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra*: quæ poteſtas, non eſt propriè temporalis;ſed eſt ſuper omnia temporalia, & æterna.

Sic etiam Chriſtus Dominus noluit eligi in Regem temporalem: quia ei non placuit: eo quòd elegerit aliud Regnum ſpirituale ſuper omnem carnem; quod Adam amiſerat ſubijciens illud ſenſui,& peccato. Vndè non eſt mirum,ſi dixit: Regnum meum, non eſt de hoc mundo. Tantò fortius, quia de ſe ipſo Dominus loquens pſal. 2. dicit. *Ego autem conſtitutus ſum Rex ſuper Sion montem ſanctum eius*, ideſt ſuper Eccleſiam.& regnabit in domo Iacob in æternum,& Regni eius non erit finis.Luc.1.Et hoc ſenſu D.Th.opuſc.20.lib.3.c.3.12.13.& 14. & 3. par.q.54. ar.4. appellat Chriſtum Monarcham omnium creaturarum.

34 Noluit igitur acceptare Regnum temporale quia poſſidebat Regnum ſpirituale;in quo virtute continebatur temporale:& ideo,licèt non habuerit poteſtatem temporalẽ formalem;habuit tamen poteſtatem temporalem virtualem contentam ſub ſpirituali:quia alias ſequeretur, quòd Chriſtus non potuiſſet tanquã caput eccleſiæ corrigere temporalia.quæ deuiarẽt à ſpiritu,& à ſuo fine;& ſic eccleſia fuiſſet imperfectiſſima:quod eſſet erroneum. Poteſt etiam dici,quod Dominus noluit eligi in Regem: quia noluit ab alijs acceptare poteſtatem, quam ipſe ex ſe habebat ſuper totum orbem.Qua ratione dici etiam poteſt,renniſſe iudicem ſe conſtitui ab hominibus;quia ipſe iam erat,non modo,vt Deus;ſed etiam vt homo.

Nec

Nec Dominus per illa verba, *Non haberes in me*
35 *poteſtatem, niſi tibi data eſſet deſuper* recognouit Pilatum ſuum Iudicem: quoniam hoc eſſet erroneũ, & hæreſis Marſilij Paduani, qui meritò fuit ab Eccleſia condemnatus, ex eo quòd aſſereret fuit auſus: Principes de iure diuino habuiſſe poteſtatẽ in Chriſtũ Dominũ tanquã hominẽ; ſicut eodem iure voluit, Romanum Pontificẽ, & omnes clericos Imperatoriæ poteſtati ſubijci: quod oſtendere conabatur ex illo Io. cap. 19. vbi Chriſtus Pilato dixit: *Non haberes poteſtatem aduerſum me vllã, niſi tibi datũ eſſet deſuper*: vt habetur ex Azor. lib. 5. inſt. moral. p. 1. c. 12. q. 1. ver. In hac proculdubio graui: & Couar. lib. pract. qq. c. 35. Non enim inquam per illa verba Dominus recognouit Pilatum ſuum Iudicem: quoniã Chri-
36 ſtus etiam, vt homo, erat S. Pontifex cum poteſtate magna, caput hominũ, & Angelorũ. Quapropter nun habebat ſuperiorem in terris, & de iure à nemine iudicari poterat: ſed tãtùm de facto: & ſic Dominus locutus eſt de poteſtate fa-
37 cti, non iuris: nã poteſtas facti conuenit etiã tyrannis, & eſt in vitio, ac culpa. Deſimili poteſtate dixit Chriſtus Luc. 22. *Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.* Vndè illa verba: *Non haberes &c.* per poteſtatem, ſignificant permiſſionem: ita vt
38 ſenſus eſt, quòd Pilatus nihil Domino facere potuiſſet, niſi Deus permiſiſſet. Ita reſpondet D. Chryſoſt. exponens dictum locum. Aliàs reſpõſiones vide apud Salon. 22. q. 67. ar. 1. contr. 5. con. 5. ver. Nunc ad argumenta.

Ad illud denique Matt. c. 22. dicimus, quòd
39 Chriſtus Dominus, licèt præceperit tributum dari Cæſari; non tamen præcepit Eccleſiaſticis tributũ dare Principi ſæculari, ſed tantùm præcepit dari tributũ cui, & à quibus debetur, iuxta illud D. Pauli ad Rom. caput. 13. dicentis: *Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum: cui veſtigal, veſtigal.* eccleſiaſticos autem immunes eſſe à ſolutione tributi, ſatis ſupra probauimus con. ſecunda ex illo Matt cap. 17. Et ad authoritatem D. Thomæ reſpondetur, quòd D. Thomas re vera fatetur, quod eccleſiaſtici ſunt liberati à ſolutione tributs ex priuilegio Principum, ſed non negat hãc ipſam immunitatem habere eccleſiam de iure diuino: imo ex verbis D. Thom. oppoſitum colligitur: quia ipſe ait: quòd Principes cùm ſuis priuilegijs liberauerunt eccleſiaſticos à tributo: quia hoc erat conforme æquitati naturali: volens inſerre, quòd in hoc Principes confirmarunt ius naturale; quod dicitur ius diuinum non ſcriptum. Et quòd hoc ſit verum, lege ipſũ lib. 3. de Regin. Princ. c. 10. vbi expreſsè tenet, quòd libertas Eccleſiaſtica ſit de iure Diuino.

Ad ſecundum ex illo D. Pauli act. 25. reſpon-
40 detur ex Turrecr. lib. 2. ſuæ ſum. c. 9. quòd Paulus fuit coactus appellare ad Cæſarem, & recognoſcere illum pro ſuo Iudice de facto, non de iure: quia tunc tẽporis non habebatur cognitio poteſtatis Diui Petri: & ideò, ſi D. Paulus dixiſſet, ſe alium Iudicem non recognoſcere præter D. Petrum, tanquam Dei Vicarium, ludibrio à Iudeis habitus fuiſſet, à quibus fuerat accuſatus.

Vel ſecundò ex Salon. 22. q. 67. ar. 1. contr. 1. con. 5. in reſp. ad vltimum argumentum dicitur, quòd ideò Apoſtolus appellauit ad Cæſarem: quia nullaſe illi tunc obtulit, cõmodior via, qua iniquitatẽ Iudicis, cui aſtabat, & ab aduerſarijs, qui illum falsò accuſabant, declinaret. Ex quo infert Salon ipſe, licitum eſſe clerico, qui apertè à ſuo Iudice opprimeretur, nec alia ipſi ſe offerret cõmodior via ad redimendam ſuam vexationẽ, appellare ad Iudicẽ ſæcularem: quoniam Princeps, etſi nõ ſit clericorum Iudex; eſt tamẽ oppreſſorum defenſor. Quod quidem, quomodo verum ſit, ſupra declarauimus.

Tertiò reſpõdetur, quòd non valet conſequẽtia: Apoſt. Paulus appellauit ad Cæſarem; ergo Paulus nõ erat exemptus; ſed appellauit ad Cæſarẽ, qui erat ſuperior Feſto, à quo Paulus grauabatur. Item, quia Cæſar erat gentilis, & non admittebat ius Chriſti: & allegãdo ius illud multò magis irritaſſet ſuos accuſatores impios, qui propterea D. Paulum perſequebantur.

Denique ex iſta appellatione non arguitur legitima poteſtas ad Paulum: nam Paulus appellauit, nõ quia recognoſcebat ſuum ſuperiorẽ Cæſarem; ſed ex diuina prædetermination; vt occaſione huiuſmodi appellationis, liberatus à poteſtate illius iniqui Iudicis, ſua prædicationẽ gẽtes ad Chriſtũ cõuerteret. Vndè 2. ad Timoth. c. 4. Sic ait: *In prima mea defenſione nemo mihi aſſuit: ſed omnes dereliquerunt me: non illis imputetur: dominus mihi aſſtitit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes, quia liberatus ſum de ore leonis, &c.*

Ad authoritatem eiuſdem Apoſtoli. c. 13. ad
41 Rom. dum ait: *Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit: & hoc propter ordinationem Dei*: Quidã reſpondent, quod Apoſtolus per illa verba non intendebat aſſerere clericos iure diuino Principibus ſæcularibus eſſe ſubiectos; ſed quòd interim dum Chriſtiani erant in Paganorum poteſtate, eorum Principibus parere deberent, ne detrimentum Chriſti Domini fides, ac Religio paterentur.

Alij reſpondent, quòd ex illis Apoſtoli verbis, non modò non probatur ſubiectio clericorum laicali poteſtati; ſed potius totum oppoſitũ: nam dũ ait: omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit, illa verba probant laicos eſſe clericis ſubiectos: quoniã clerici ſublimiores ſunt laicis. Ad cuius rei confirmationẽ adducitur D. Bernardus in Epiſt. 183. ad Conradum Imperatorem electum, quam bene declarat Mart. de iuriſd. p. 1. c. 25. n 47. & 48.

Alij dicunt, quòd hoc argumentum fuit antea adductũ à Marſilio Paduano hæretico, cuius ſupra meminimus ad eumdem effectum reprobatum ab Eccleſia. Nam peccat in logica; cum in illis verbis: *Poteſtatibus ſublimioribus*: reſtringat intelligentiam ſoli Principi ſæculari: & nihilominus D. Paulus loquitur de poteſtate in genere. Committitur etiam fallacia ampliationis in illis verbis: *Omnis anima*: Quia confuſè exponit de ſæcularibus, & eccleſiaſticis ſine vlla exceptione; vnde ex hoc ſequeretur, & ſecundũ hanc interpretationem, quòd D. Paulus intẽdat poteſtatem tẽporalem eſſe caput ſuper omnes animas, & omnibus præeſſe, quod eſt manifeſtè falſum: nam idem Apoſtolus c. 5. ad Timoth. t. ſupponit diſtinctionem fori, dicens Epiſcopo. *Aduerſus Presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus, vel tribus teſtibus.* Quocirca S. Anſel. in d. loco Apoſt. ad Rom. c. 13. ſic illa verba litera-

ſiter exponit: Omnis anima ideſt omnis homo ſit humiliter ſubditus Poteſtatibus, vel ſæcularibus, vel Eccleſiaſticis ſublimioribus ſe hoc eſt omnis homo ſit ſubditus ſuperpoſitis ſibi Poteſtatibus.

Denique dato, quòd pro Poteſtatibus ſublimioribus, intelligat Apoſtolus Principem laicũ, & per omnem animam, comprehendat etiam eccleſiaſticos; debet tamen interpretari de poteſtate directiua dumtaxat, non autem coactiua: quoniam eccleſiaſtici debent reuerenter ſe gerere, etiam erga Poteſtatem temporalẽ: quia etiam ipſi eccleſiaſtici tanquam pars Reip. per commercium ciuile, ſunt ſubiecti poteſtati directiuæ legum ciuiliũ, ideſt vi rationis, nõ legis.

Vndè ſi laicorum ſtatuto caueatur, vt frumẽti modium non vltra aureum vendatur, clerici præfato ſtatuto, ſi rationabile ſit, tenentur obtemperare, non vi poteſtatis coactiuæ, ſed obligantur vi rectæ rationis, & ſic vi poteſtatis directiuæ. Ita Nicol. Papa in epiſt. ad Michaelem circa finem; & Theodoretus lib. 4. hiſt. c. 7. vbi refert verba Imperatoris, dicentis: Probos Epiſcopos, nõ ſolùm Dei, ſed etiam Imperatorum legibus obtemperare.

Hoc modo intelligendus eſt D. Chriſoſt. nam alibi affirmat, grauiter peccare tẽporales Principes ab eccleſiaſticis tributa exigentes: vt patet ex homil. 65. in Gen. ſuper illa verba: Hoc mandatũ poſuit eis Ioſephus: ſic etiam intelligendũ eſt illud D. Petri. 1. c. 2. dum ait: debere omnibus ſubijci Principibus, etiam diſcolis.

Ad tertium reſpondetur negando antecedens. Non enim Iuſtinianus fuit primus, qui eccleſiaſticis immunitatem cõceſſit. Nam D. Paulus epiſt. 1. ad Tim. c. 5. ab initio naſcentis eccleſiæ demonſtrat Epiſcopum primum Tribunal obtinuiſſe, & eccleſiaſticos iudicaſſe, dum ait: *Aduerſus Presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus, vel tribus teſtibus.* Et Conc. Calcedon. celebratum ante Iuſtiniani tempora, decreuit, quòd ſi clericus aduerſus clericum negotium habet, non relinquat Epiſcopum ſuum, & ad ſecularia iudicia non recurrat. Sic etiam per Cõc. Cartagin. circiter annos 530. ante Iuſtinianum celebratum, can. 9. fuit determinatum, vt quiſquis Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, ſeu Clericorum ſi derelicto eccleſiaſtico iudicio, publicis iudicijs purgari voluerit, etiam ſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum ſuum amittat. Et hoc in criminali actione: in ciuili verò perdat, quòd euicit.

Conc. quoque Milau. æquè antiquũ, ac præcedens, ſic pariter decreuit, c. 19. *Placuit vt quicũque ab Imperatore cognitionem publicorum iudiciorum petierit, honore proprio priuetur:* Iulianus Apoſtata, qui fuit anno Domini 360. refert Sozzomenus lib. 5. c. 5. quòd clericos denuò Curijs addidit, & leges, eorum cauſa latas abrogauit: & tamen Iulianus fuit circa 200. annis ante Iuſtinianum.

Non igitur eſt verum, Iuſtinianum fuiſſe primum, qui eccleſiaſticis immunitatem cõceſſerit; ſed inter Imperatores Cõſtantinus Magnus fuit primus, qui poſt perſecutionem à Deo illuminatus declarauit diſtinctionem fori inter laicos, & eccleſiaſticos eſſe de iure naturali, & Diuino; ac canonico à muneribus publicis abſolutos, vt refert Euſeb. lib. 19. c. 7. Nicefor. lib. 7. c. 47. Idem habetur ex Coſtant. Imper. circa annũ 350. in l. 2. C. de Epiſc. & cler. Et inſuper, nõ modò perſonas Eccleſiaſticas declarat immunes: ſed etiam eorum bona: & eandem immunitatẽ concedit omnibus eorum filijs, vxoribus, familiaribus, & hominibus ipſorum, qui operam in mercimonijs habent. Idem confirmant Valen. & Mart. Imper. in l. priuilegia, C. de ſacr. eccl. & Mart. ſolus in l. decernimus, C. de epiſc. Aud. qui imperatores fuerunt ante Iuſtinianum.

Immo Iuſtinianus ipſe in ſuis Nouel. Conſt. nouel. 79. ſub tit. Ad quos opor. c. dic. monachos de Eccleſiaſticis ait: *Ciuiles nõ ſint penitus eis Iudices, cùm idonei ſint Deo amabiles ſingularium Ciuitatum Epiſcopi, & quæ debita ſunt, & de cautela iudiciorum diſponere, & iudicare honeſtè, atque ſacerdotaliter ſecundum leges noſtras, & ſacratiſſimas regulas ideſt ſacros canones:* Vbi eſt aduer. quòd Iuſtinianus ſupponit diſtinctionem fori per ſacros canones.

Vndè ſuper illam Nouel. Conſt. eiuſdẽ Iuſt. 83. nullum fundamẽtum fieri poſſe videtur. Et tantò fortiùs, quia in eadem conſt. ait, quòd non poteſt Iudex ſæcularis Eccleſiaſticum punire, niſi prius clericali dignitate à proprio epiſcopo fuerit depoſitus: & quòd leges Imperiales non dedignantur ſequi ſacros canones.

Sed dato, quòd conſtitutio illa Iuſtiniani aliquid decernat cõtra libertatem Eccleſiaſticam; à Federico II. Imperatore tamen reuocata fuit cum quibuſcũque alijs contra libertatem ipſam facientibus: vt in prima eiuſdem conſtitutione legitur. Imò ante Feder. refert Baſſim. hiſt. lib. 5. c. 32. in Nomocan. Fotij, Baſilium Imperatorẽ annullaſſe quandam legem Nicefori Imper. cõtra libertatem Eccleſiaſticam ſtatuentis, afferens ex illa lege, Reip. nonnullas calamitates fuiſſe exortas. Nam quandiù lex illa impia duravit, quod fuit ſpatio annorum viginti trium, omnes Imperij partes fuerunt peſtis morbo cõtaminatæ, & vltra clades imperium funeſtiſſimum ſuo authori peperit, & eidem attulit mortem acerbiſſimam. Imperatores autem, qui nonnullas leges ſtatuerunt in rebus eccleſiaſticis, dicimus egreſſos fuiſſe fines eorum poteſtatis: quoniam nullam habebant authoritatem, nec ſuper res, nec ſuper perſonas Eccleſiaſticas. Vndè quidam volunt, quòd Iuſtinianus, qui paulatim ſuper Eccleſiaſticas perſonas ſibi poteſtatem arrogauit, Dei iudicio in hæreſim incidit, & repentina morte fuit correptus.

Ad quartum reſpondetur negando minorem. Nos enim ſupra probauimus multis Scripturæ locis immunitatẽ eccleſiaſticam a Deo præcipi.

Secundò dato, quòd nulla lege Euangelica huiuſmodi libertatis mentio fiat; non tamen ex hoc ſequitur libertatem eccleſiaſticam non eſſe iuris diuini: quoniam ad fundãdum ius diuinum, ſatis eſt totius Eccleſiæ cõſenſus. Hinc D. Paulus 2. ad Theſſal. c. 2. ait: *Tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermones, ſiue per epiſtolam noſtram.*

Imò afferere, illud tantùm eſſe de iure diuino, quod expreſsè reperitur ſcriptũ in Scriptura ſacra, eſt erroneum in fide, & tanquam hæreticum reijcitur per ſanctos Patres, vt S. Ignatius in epiſt. ad Neronem: Dionyſius Areopag. c. vltimo, de eccl. Hier. Treneus, & alij, relati à Mart. p. 2. de iuriſd. c. 6. n. 19. Si enim hoc eſſet verum, ſicut erroneum, proſterneret omnes Apoſtolicas

cas traditiones,& sacra Concilia, ac Rom. Pontificũ decretalia in rebus fidei, ac morum vniuersalium quæ non inueniuntur nisi per cõformitatem in sacris Scripturis. Nam descẽsio Domini ad inferos, Virginitas perpetua B. Mariæ Virginis,ac Dei genitricis,veneratio imaginum, processio Spiritus sancti à filio,& his similia,in Scriptura sacra non reperiuntur expressa. 53

Ad quintum negatur consequentia,quia quãuis Ecclesiastici sint veri Ciues,etiam si regulares sint:hinc Abb. & monachi fiunt Ciues Ciuitatis,in qua habẽt Monasterium: vt benè docet Bar.communiter receptus in l.r.ff.ad Munic.& Nauar.de regular.com.2.n 63.circa med.nihilominus sunt pars principalis Reip. & cùm potestas ciuilis, & Ecclesiastica sint omninò distinctæ;imò ciuilis ab Ecclesiastica dependens,sicut lumen lunæ pendet à lumine solis: vt in c.solitę, de maior. & obed.necesse est, vt quemadmodũ vtraque suos habet ministros; ita vtriusque ministri suos habeant distinctos Prepositos;alienũ quippe à ratione videtur,si ecclesiastici, quorum dignitas præcellit dignitatem temporalẽ, sicut aurum argentum, à sęcularibus iudicentur.Hinc legitur in c.futuram,12.q.1.quòd Cõstantinus Imperator,vbi quærelam cõtra quosdam Ecclesiasticos conspexerit, coram se deferendam,sic ait: *Vos à nemine iudicari potestis.quia solus Dei iudicio reseruamini. Quem enim vocati estis, & idcirco nõ potestis ab hominibus iudicari, sed nos à vobis iustè iudicamur.* 54 55 56

Vndè quemadmodum Principes temporales dicuntur Dij respectu populorum, iuxta illud psal.81. *Deus stetit in synagoga Deorum*;ita Sacerdotes dicũtur Dij respectu laicorum,quamuis sint Principes. Quapropter & meritò colligit Constantinus Imperator, quòd Sacerdotes facultatem habent iudicandi Imperatores; sed non è contra. 57

Hinc,vacante Imperio,vel altero Regno, superiorem non recognoscente, Papa potest cognoscere de causis feudalibus,& de alijs ad iurisdictionẽ Impetatoris,aut Regis pertinentibus; sed non è contra Imperator,sede vacante,vt bene probat Mart.de iurisd p.4.casu 197. 58

Nec ex hoc infertur Sacerdotes cùm dicantur Dij à suis Prælatis iudicari nõ posse: quia superior semper iudicat in nomine Dei,à quo habet potestatẽ. Imò Deus dicitur iudicare mediante suo ministro:& ideò quando Episcopus iudicat Ecclesiasticum inferiorem, vel S. Pontifex Episcopũ,Deus est,qui iudicat per suum seruũ, seu per suum Vicarium. Et quando à Sacerdotibus iudicãtur Principes temporales, Deus est, qui iudicat per suos Sacerdotes,& per suum Vicarium:quia cùm sint Dij respectu hominũ priuatorum, non possunt iudicari ab hominibus priuatis,sed à solo Deo, mediante suo Vicario, qui est Sacerdos,& Deus dicitur respectu Principis sæcularis. Vndè Deus omnipotẽs ad Moysen sic affatus est. *Facite Deum Pharaoni*, ideſt vt iudices,& castiges. 59

Hinc Gregor.Naz.in orat.ad Populum timore perculsum, & Principem irascentem, comparat potestatem Ecclesiasticam cum sæculari, sicut ratio cõparatur ad corpus,quæ simul vnita constituunt hominem:nam sicut in homine ratio est superior carni, & caro non est superior rationi;& ratio dirigit,& imperat carni,castigãdo illam ieiunijs, vigilijs, ac disciplinis;sed caro non è contra dirigit; imperat, ac punit rationẽ, nisi quando rebellatur; ita potestas spiritualis est superior sæculari; & propterea potest,& debet dirigere,regere,ordinare, & punire:sed non è contra temporalis potestas spirituali præest, nec dirigit,nec ordinat, nec punit, nisi de facto per rebellionem, & tyrannidem: sicut fecerunt non nulli Principes Gentiles, & hæretici. 60

Ad sextũ negatur antecedens:quoniã non est verũ,quòd sicut nemo est exemptus ab obedientia,quæ debetur Deo,ita nemo est exemptus ab obedientia,quæ debetur Principi sæculari:quia clerici, licèt sint Deo subiecti; non tamen sunt subiecti Principi sæculari;sed Principi spirituali vt supra probauimus.

Ad authoritatem autem D.Pauli ad Rom. c. 13.dicentis: omnem potestatem à Deo esse:respondemus,prout in solutione præcedentis argumenti diximus;nempe,quòd licèt omnis potestas à Deo sit; tamen potestas spiritualis est independens à temporali; & potestas temporalis pendet à potestate spirituali:sicut lumen lunæ pendet à lumine solis: vt in c.solitæ,de maior. & obed. vbi Rom. Pontifex ad Imperatorem respondens, Petrum Apostolum epist. 1. Cor.c.2.malè intelligentem;& ostendens potestatẽ temporalem esse dependentem à spirituali, & vtramque esse coniunctam tanquam cõpositum perfectum ad eundem finẽ felicitatis æternæ,adducit pulcherrimã illam similitudinẽ solis, & lunæ, dicens: *Ad firmamentum cœli,hoc est vniuersalis Ecclesiæ fecit Deus duo luminaria magna, ideſt duas constituit dignitates, quæ sunt Pontificalis authoritas, & Regalis potestas:sed illa, quæ præest diebus ideſt spiritualibus,maior est:quæ vero carnalibus,minor: vt quanta est inter solem, & lunam; tanta inter Pontifices,& Reges differentia cognoscatur.* 61

Vndè ait Sot, in 4.d.15. ar.1. quòd sicut luna est aliud lumen distinctum, sed non disiunctũ à sole,quia recipit suum lumen ab eo; ita potestas tẽporalis recipit suũ lumẽ,& firmitatẽ à potestate spirituali: nã sic Rex temporalia regere debet,vt spirituali Religioni subseruiat.Sic etiã Bonifac.extrau.1. de maior.& obed. in extrau. com. statuit, dicens quòd ecclesiastica vnitas, est vnum corpus, vnum caput,non duo capita, quasi monstrum. In hac duos esse gladios, spiritualem scilicet,& temporalem,euangelicis dictis instruimur. Oportet autem gladium esse sub gladio; temporalem autem spirituali subijci potestati: quoniam secundum Dionysium lex diuinitatis est, infima per media in suprema deduci. 62 64

Verum tamen est, quòd potestas etiam temporalis, potest dici immediatè à Deo aliquo modo quoad productionem, nõ quoad operationẽ:quia secũdum eius operationem, est subordinata potestati spirituali, vt diximus. Hinc Dauid Principes sęculares appellat etiam Deos: quia quoad productionem habent potestatem immediatè à Deo,& quoad operationem, mediatè: & ideò Principes sæculares eorum subditorum sunt Dij: & Sacerdotes respectu Principum sæcularium, Dij quoque dicuntur. 65

Quo verò ad historiam Papæ Ioannis,& Ottonis Imperatoris, dicimus,quòd Otto nõ de- 66

posuit Ioannem auctoritate propria; sed auctoritate Concilij: quia Rom. Pontifex non potest
67 deponi ab Imperatore; sed bene Imperator à Rom. Pontifice: sicut Otto IV. fuit depositus ab Inn. III. Federicus II. ab Inn. IV. & Henr. IV. à Greg. VII. vt refert Turrecrem. lib. 4 suæ sum. p. 2. c. 37.

Immo neque Concilium potest iudicare Papam, nisi in causa hæresis: quia Papa est supra
68 omne Concilium: sic etiam si per simoniam in Papam fuerit electus: in his duobus tantùm casibus Concilium potest iudicare R. P. in alijs casibus prima Sedes à Deo solo iudicatur: vt habetur ex Mart. de iurisd. p. 2. c. 37. n. 32. cum alijs, quos allegat, vbi latè quoque tractat, quomodo & quando Imperator, & alij Principes possint
69 indicere Concilium, & conuocare sine Romano Pontificis auctoritate.

Nec denique præiudicium fit Diuinę legi, nec
70 libertas ecclesiastica restringitur per Romanum Pontificem cum aliquam causam particularem clericorum, laicis potestatibus submittit terminandam: vt habetur ex Felin. in c. 2. de maior. & obed. & Iaſ. in rubr. ff. de offic. eius. Tunc enim contra ius Diuinum Pontifex ageret; quòd per viam ordinariæ iurisdictionis ecclesiasticorum
71 causas principi temporali submitteret: quoniam hoc respicit vniuersale ecclesiæ præiudicium; quod ipsi Ecclesiæ papa inferre non potest: vt per Glo. in c. si papa, d. 40. Abb. in c. significasti, n. 4. de elect.

Vndè Papa non potest cõferre iurisdictionem
72 ordinariam ecclesiasticorum laicis: sed delegatam in aliquibus bene potest. Immo huiusmodi ordinaria iurisdictio, non potest consuetudine præscribi, cùm sit cõtra ius Diuinumm. Ita Inn. in c. postulasti, de for. compet. & alij, quos allegat Mart. de iurisd. p. 2. c. 6. n. 35. vbi limitat hoc non procedere in iurisdictione delegata: quia ea sunt præscriptibilia, quæ aliquo iusto titulo cõcedi possunt. Quod quidem videtur habere difficultatem, per ea, quæ latè tractat Azor. lib. 5. inst. moral. p. 1. c. 12. q. 1. ver. sed dubitari potest;
73 vbi in vniuersum docet, iurisdictionem contra Ecclesiasticos nullo modo præscribi posse per laicos: quoniam laici sunt omnino incapaces iurisdictionis Ecclesiasticæ, nec possunt illam ciuiliter possidere: atque adeò vllo vnquam tempore præscribere, c. causam, & ibi Doct. de præscr.

Ad vltimum argumentum ex tex. in c. quo iure, d. 8. dicimus quòd estò, quòd Ecclesia iure humano dicatur possidere bona temporalia; non tamen per hoc sequitur illo tantùm iure esse immunitatem ecclesiasticam: quia immunitas debetur Ecclesiasticis, & eorum bonis, eo quòd Deo dicata sunt: & ideo cum dicantur bona Dei, vt in c. legimus. 12. q. 3. meritò bona ecclesiæ de iure Diuino libera sunt, & exempta, sicut ipsi ecclesiastici Deo consecrati: vt bene declarat Azor. lib. 5. inst. moral p. 1. c. 12 q. 1. ver. Et in dictis capitibus.

Ad argumenta, quibus probatur secunda pars primæ sententiæ, patet responsio ex dictis.

ADDITIO.

4 Diuino. Adde Suar. de fidei defen. lib. 4. de imm. c. 9. 14 & 15. Azor. p. 1. Instit. moral. lib. 5. c. 12. q. 1. Ambroũn. de immun. c. 16. num. 4. Bellar. in controuer. de cler. c. 28. Nayr. lib. 12. Clauis Reg. c. 8 num. 6. Filliuc. tract. 16. c. 11. q. 10. n. 316. tom. 1. qq. moral. Farinac. de inquisit. q. 8. num. 1. uer. Amplia primò, Mart. de iurisd. p. 2. c. 6. Alter. de censur. disp. 16. c. 16. Carol. de Graff. de effect. cleric. effect. 1. num. 2 Iul. Clar lib. 2. §. fin. q. 3. nu. 2. Pesant. de immun. eccles. disp. 1. num. 5. Homob. de exam. eccles. c. 16. num. 37. Surd. tom. 2. cons 301. num. 12. Layman in Theolog. mor. lib. 4. tract. 9. c. 8. num. 1. Ricc. p. 2. dec. 299. num. 3. Roland. à Valle cons. 23. num. 18. volum. 2. Mar. Anton. lib. 1. var. resol. resol. 97. num. 8. Franc. Leo in Thesau. for. eccles. p. 1. c. 14. num. 1. Bursat. cons. 397. num. 10. volum. 4. Bobadil. in polit. lib. 1. c. 18. n. 17 in Glos. lit. B. Calist. Ramirez in tract. de lege Regia; § 27. n. 9. in Glos litera V. & latè Bonac. de cens. bull. cœnæ disp. 1. q. 16. pun. 2. n. 5. Abb. Alex.

Quænam statuta dicantur contra libertatem Ecclesiasticam. Q. 19.

SVMMARIVM.

1 *Statuta dicuntur contra libertatem Ecclesiasticam, quibus personæ Ecclesiasticæ impediuntur agere, quòd communiter alij facere possunt; dummodo eorum statui non repugnet, vel quibus prohibetur, aut præcipitur, quod nec Diuino, nec humano iure prohibitum nec præceptum est: aut impediuntur eis priuilegia.*

2 *Statuta contra libertatem Ecclesiasticam, dicuntur multis alijs modis.*

3 *Statutum imponens pœnam pecuniariam occidenti Clericum, est contra libertatem Ecclesiasticam.*

4 *Statutum per quod imponitur pœna pecuniaria pro homicidio in vniuersum, est nullum, cum sit peccati nutritiuum.*

5 *Statutum contra libertatem Ecclesiasticam tunc propriè dicitur, quando ex intentione attingit, & lædit libertatem ipsam; non ferentis, sed operis.*

6 *Statutum, adhoc vt dicatur contra libertatem Ecclesiasticam debet per se primò contra libertatem ipsam tendere; non per accidens.*

7 *Statutum laicorum disponens de honore mortuorum non dum pompis imponens, non est contra libertatem Ecclesiasticam:*

8 *Pomparum funerum taxatio lege Solonis reperitur facta, & lege duodecim tabularum damnatus excessus.*

9 *Statuta laicorum dispontentia de mortuarijs, quæ fiunt in vtilitatem animæ defuncti, sunt contra libertatem Ecclesiasticam,*

10 *Prælato Ecclesiæ defuncto, successor tenetur ad expensas mortuariorum.*

11 *Statuta contra libertatem Ecclesiasticam cognoscuntur tur per quinque regulas.*

12 *Statuta disponentia, vt Ecclesiastici vectigalia, vel*

alia

alia ſimilia onera ſoluant, aut coram ſæculari iudice conueniantur: vel vt rei ad Eccleſiam confugientes, inde extrahantur, ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam.

13 *Statuta laicorum, diſponentia, vt eorum ſtatuta in laicis duntaxat, & non in Eccleſiaſticis locum ſibi vendicent, ita vt illis nec proſint, nec noccant, donec per ipſos Eccleſiaſticos fuerint approbata, ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam.*

14 *Statutis laicorum generaliter diſponentibus poſſunt vti Eccleſiaſtici ſi fauorabilia ſint eccleſiaſticis.*

15 *Statuti beneficio, quo diſponitur; quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccedãt, vt poſſunt maſculi, etiã ſi clerici ſint, contra fœminas; tam ſi clerici ſuccederent laicis, quam è contra, ſecundum aliquos.*

16 *Statuto quis ad ſui beneficium vti vult, etiam contra ſe pati debet.*

17 *Statuto diſponente, quòd extantibus maſculis fœminæ nõ ſuccedant, ſi clerico decedenti ſuperſit clericus, & fœmina in eodem gradu proximiores, an Clericus ſuccedat excluſa fœmina.*

18 *Statuta laicorum diſponentia de teſtamentis, non habent locum in teſtamentis clericorum, ſiue in eis clerici, ſiue laici inſtituti ſint.*

19 *Teſtatu, & inteſtatu cauſæ, à pari procedunt.*

20 *Conſuetudo Neapolitana, per quam diſponitur, vt quis non poſſit diſponere, niſi de certa parte bonorum antiquorum in beneficium certi generis perſonarum, an habeat locum in teſtamento clerici.*

21 *Statuta cuiuſcumquee populi ſeruanda ſunt, ſicut Imperialis lex, quotieſcumque non reperiuntur legibus, aut canonibus improbata.*

22 *Quod poteſt fieri per pactum, poteſt etiam fieri per ſtatutum.*

23 *Rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbitrer.*

24 *Pactum, quo prohibetur alienatio rei venditæ in Eccleſiam vel in potentem, eſt validum, & comprehendit eccleſiam.*

25 *Contrahentes poſſunt contractui legem dare, quam volunt, & cui volunt.*

26 *Quod poteſt fieri per teſtamentum, poteſt etiam fieri per ſtatutum.*

27 *Teſtator poteſt diſponere, vt ſtatuta laicorum non habeant locum in re legata Eccleſiaſticis.*

28 *Statuta laicorum, an poſſint denegare clericis eorum beneficium.*

29 *Statuta cõdita à plebe, non ligant nobiles.*

30 *Equalitas eſt ſeruanda in Iudicijs, arbitrijs, & contractibus.*

31 *Clerici vti poſſunt non modò beneficio iuris communis Romanorum, ſed etiam beneficio ſtatutorum, & priuilegiorum, vniuerſitatis, aut certo perſonarum generi conceſſorum.*

32 *Argumentum à pacto ad ſtatutum tunc valet, quando militat eadem ratio.*

33 *Dominium Principis, licèt ſit alterius rationis per vim vniuerſalis directionis, & protectionis; tamen illud priuatorum eſt intimioris, & habet potiorem rationem veri domini.*

34 *Argumentum de pacto ad ſtatutum, tunc valet, quando non ſequitur abſurdum, aut legum correctio.*

35 *Lex generalis amplectitur non ſolùm hunc, vel illum caſum in particulari, ſed omnes caſus eiuſdem ſpeciei: non ſic teſtatoris diſpoſitio, aut priuatorum pactum.*

36 *Statuto edito: quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant: an, & quando clerici excludant à ſucceſſione fœminas ſæculares: & femina monales excludantur à ſucceſſione à maſculis ſæcularibus.*

37 *Statuto diſponente: quòd primogenitus ſuccedat in feudo: ſecundò genitus, licèt ſit clericus, an ſuccedat?*

38 *Statutum diſponens: quòd ingrediens monaſterium, aut ſe in clericum faciens promoueri, non ſuccedat: non valet.*

39 *Pacta ſunt aliquid fieri tempore prohibito, vel fieri tempore licito, & conferre effectum in tempus prohibitum.*

40 *Statutum de iure communi, licèt non dicatur contra libertatem Eccleſiaſticam niſi concernat præiudicium vniuerſalis Eccleſiæ, tamen ſecundum diſpoſitionem huius canonis, ſtatutum contra libertatem Eccleſiaſticam dicitur etiam illud, quod ſtatuit contra priuilegia cuiuſcumque particularis Eccleſiæ.*

41 *Statutum laicorum diſponens: ne ſuis priuilegijs potiantur ij, qui ſubditi non ſunt, non eſt contra libertatem Eccleſiaſticam; licèt clerici ſubditi non ſint laicis.*

42 *Statuti generalis diſpoſitio non trahitur ad illud, quod in ſpecie fieri non poteſt.*

43 *Statutum de compromiſſis faciendis inter coniunctos non ligat clericos.*

44 *Statutum Lucæ denegans audientiam non ſubdito, niſi præſtiterit fideiuſſorem, non comprehendit Eccleſiaſticos, quamuis ſtrictius dicantur non ſubditi.*

45 *Statuentes, quod non poſſunt expreſsè contra clericos, neque poſſunt tacitè.*

46 *Statuta laicorum diſponentia ſuper rebus ſpiritualibus, non modo ſunt nulla ex defectu poteſtatis, ſed etiam multoties ſunt contra libertatem eccleſiaſticam.*

47 *Statutum laicorum diſponens de recuperanda poſſeſſione Beneficij, à qua Clericus fuit electus; aut de retinenda poſſeſſione beneficij, qua Clericus eijciebatur, eſt nullum, & contra libertatem Eccleſiaſticam.*

48 *Poſſeſſorij quæſtio eſt facti, non iuris.*

49 *Conſuetudo contra libertatem eccleſiaſticam, induci non poteſt.*

50 *Statuta laicorum diſponentia: ne exteri ad Eccleſiaſtica Beneficia admittantur: ne Eccleſijs præficiantur: ne literæ Apoſtolicæ recipiantur, & c. ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam.*

51 *Iuripatronatus laicorum poteſt derogare S. Pontifex ſi velit.*

52 *Iuripatronatus laicorum nunquam cenſetur derogaſſe S. Pontifex, niſi id expreſsè ex litteris conſteret.*

53 *Iuripatronatus alicuius Regis, aut alterius Principis non cenſetur derogaſſe S. Pontifex, niſi in literis exprimatur, quòd illud ius pertineat ad Regem, ſeu Principem:*

54 *Iuripatronatus Eccleſiaſtico cenſetur derogaſſe S. P. per ſolam collationem ab eo factam.*

55 *Reſeruatio de iure communi facta de Beneficijs vacantibus in Curia, licèt non comprehendat Beneficia iuripatronatus laicorum; includit tamen Beneficium iuripatronatus Eccleſiaſtici, & clericorum.*

56 *Statuta quibus inhibetur Notarijs iuramenta recipere in contractibus: aut irritantur contractus iurati, ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam.*

57 *Iuramentum eſt de iure Diuino, ſeu de iure naturæ, cui ius Diuinum cooperatur.*

58 *Iuratus contractus non comprehenditur ſub generali diſpoſitione.*

59 *Fictio, idem operatur, quòd veritas.*

60 *Præſumptioni non datus locus in foro conſcientiæ, ſed attenditur veritas.*

61 *Statutum prohibens matrimonium contrahendum in*

ter perſonas non prohibitas de iure canonico, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam.

62 Laici non poſſunt ſe intromittere in ſpiritualibus, vel illis annexis, niſi de licentia S. Pontificis, & in caſibus à iure permiſſis.

63 Iudex laicus, nec incidenter poteſt ſe intromittere in cauſa matrimonij, niſi in quibuſdam caſibus.

64 Conſuetudine laici circa ſpiritualia cognoſcenda, tuitari non poſſunt.

65 Spiritualia poſſidens laicus ſemper præſumitur in mala fide: & ideò cogitur oſtendere titulum, alias nullâ præſcriptione tuitatur.

66 Argumentum de priuilegio ad præſcriptionem non valet, quando perſona non eſt habilis.

67 Incapax ad obtinendum in poſſeſſorio cum longiſſima temporis præſcriptione, priuilegium capacitatis oportet vt alleget, & probet ſaltem per famam, cum aliis adminiculis, alias nunquam obtinebit.

68 Statuta ſæcularium prohibentia Eccleſias ædificari ſine Principum ſæcularium licentia, ſunt contra libertatem eccleſiaſticam.

69 Priuilegia ab Imperatore eccleſiæ, conceſſa, non poſſunt Principes quantumuis abſolutè, & Imperio non ſubditi reuocare.

70 Eccleſias ædificari prohibentes, ſacrilegi appellantur: & factum D. Ambroſij aduerſus Valent. Imperatorem, Eccleſiam Mediolani ædificari nolentem, narratur.

71 Carolus, & Ludouicus Imperatores, lege ſcripta profeſſi ſunt, vt nec domus ſuæ Oratorij conſtruendi facultatem haberent.

72 Principes ſæculares quando probabiliter timent damnũ aliquod ſibi, aut Reip. inferri ex alicuius eccleſiæ ædificatione, debent ad Ordinarios loci recurrere, vel ad Romanum Pontificem.

73 Eccleſiæ, cur licitè prohibeantur ædificari in Gallia, ſine Regis licentia.

74 Galliæ Rex non modò eſt Princeps; ſed etiam primatus Dominus feudorum.

75 Eccleſiam quòd in ſuo ſolo ædificare non valeat, pacto quis aſtringi non poteſt: licèt valeat pactum quòd in loco vendito non poſſit monumentum conſtrui, vel cappella ædificari.

76 Romanorum tempore nullus fundus conſecrari poterat, ſine licentia Populi.

77 Imperatores Gentiles creari ſe faciebant, etiam Summos Pontifices.

78 Iuſtinianus, qui paulatim poteſtatem ſuper eccleſiaſticos, & eorum bona ſibi arrogauit, Dei iudicio in hæreſim lapſus, & repentina morte correptus ſuî facinoris pœnas exoluit.

79 Nicefori lex prohibentis eccleſias ædificari ſine ipſius licentia, quamdiù vixit à mortem quam eidem peperit acerbiſſimam, nullum eſt tempus intermiſit: & ideò a Beſilio iuniore, qui ſucceſſit Imperio, fuit reuocata.

80 Statutum laicorum diſponens, quòd a Iudicibus Eccleſiaſticis oppreſſi, ad ſæculares Iudices adeant ad vim atque iniuriam propulſandam, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam.

81 Statutum laicorum diſponens: vt ſi Epiſcopi negligentes ſint in cognoſcendis cauſis Eccleſiaſticis, Iudex ciuilis poſſit eas ad ſe auocare, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam.

82 Statuta laicorũ, quibus conuocantur Prælati Eccleſiaſtici, eorumque præcipitur, vt Eccleſiarum quæ in controuerſia ſunt, libertatem, & immunitatem conſeruent, ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam.

83 Statuta prohibentia alienationem ſtabilium in Eccleſiam, & in alia loca pia, ſunt contra libertatem eccleſiaſticam.

84 Statutum laicorum, prohibens immobilia alienari in extraneos, ſi nullam mentionem facit de Eccleſiaſticis, eſt validum; quamuis Eccleſiaſtici ſint magis extranei, quam ciues. Non tamen hoc modo ſtatutum comprehendit clericos, & Eccleſiaſticas perſonas.

85 Diſpoſitio generalis nunquam comprehendit caſus, vel perſonas in ſpecie priuilegiatas.

86 Sub generali diſpoſitione non comprehenditur id, quod in ſpecie diſponi non poteſt.

87 Directè, vel indirectè facere contra prohibitionem, paria ſunt.

88 Statuta laicorum, diſponentia: Ne mulier, quæ filios habet, cum non ſubditis contrahat, niſi vſque ad certam pecuniæ quantitatem: & his ſimilia, non comprehendunt Eccleſiaſticas perſonas.

89 Statuta laicorum præcipientia, quòd naturali iure fieri debet: aut damnatia, quod naturali iure prohibetur, ligant eccleſiaſticos, non tamen ad eorum obſeruantiam compelli poſſunt laica poteſtate.

100 Statuta laicorum prohibentia alienationem feudorum in Eccleſiam, ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam; & ſi prohibitio fieret in non ſubditos, non comprehenderet Eccleſiaſticos.

91 Feudum ſi ſeruitium expetit, eccleſia poteſt ſeruire per ſubſtitutum.

92 Nicephori, & aliorum conſtitutiones prohibentes alienationem ſtabilium in Eccleſiam, fuerunt reuocatæ: & aliæ expermiſſu S. Pontificis, aut Epiſcoporum editæ.

93 Priuatus quilibet, rem aliquam in emphyteuſim concedere poteſt, cum hac conditione, ne tranſeat ad eccleſias, & alia loca, quæ ſemper viuunt, & nunquam alienare poſſunt.

94 Immunitas eccleſiaſtica non violatur per pacta; ſed per ſtatuta, & leges.

95 Statutum diſponens, quòd pro legatis, aut donationibus ſtabilium, a fidelibus factis eccleſiæ, aut aliis locis pijs, eorum æſtimatio illis aſſignetur, eſt contra libertatem eccleſiaſticam.

96 Eccleſiaſticos bona poſſidere poſſe, in dubium reuocare, erroneum eſt in fide.

97 Stabilia, cur tempore primitiuæ eccleſiæ vendebantur, & eorum pretium offerebatur, & ponebatur ante pedes Apoſtolorum.

98 Eccleſiaſtici quo tempore cæperunt ſtabilia poſſidere.

99 S. Paulinus factus Epiſcopus eccleſiæ, facultates non contempſit: ſed fideliſſimè diſpenſauit: licèt ſua vendidiſſet, pauperibus erogauerit.

100 Statuta laicorum prohibentia, bona collecta ſoluentia Fiſco, alienari in Eccleſiam, ſunt contra libertatem eccleſiaſticam.

101 Statutum excludens eccleſiaſticos à ſucceſſione parentum, agnatorum, vel cuiuslibet alterius, eſt nullum, & contra libertatem Eccleſiaſticam, ſine ſtatutum diſponat de ingrediente, ſine diſponat de tam ingreſſo.

102 Statutum laicorum diſponens, quòd bona omnia, & iura, etiam in ſpe probabili conſiſtentia cuiuslibet volentis ingredi Religionem, ſi ſequatur ingreſſus, & Religionis profeſſio, intelligantur, & ſint ipſo iure ipſius ingreſſum translata in perſonam Venientium ab inteſtato; niſi ante Religionis primum ingreſſum, ipſe ingrediens aliter de ipſis diſpoſuerit, eſt contra libertatem eccleſiaſticam.

103 Ar-

103 *Argumentum à lege ad vltimam voluntatem, eſt in iure validum.*

104 *Nouitij, ſunt verè perſonæ Eccleſiaſticæ.*

105 *Pœna ſunt aliquid fieri tempore prohibito, aut fieri tempore licito, ſed conferre effectum in tempus prohibitum.*

106 *Statutum diſponens, quòd filiæ ingreſſæ Monaſterium, pater non poſſit relinquere, niſi certum quid, eſt inualidum.*

107 *Nouitij adeò poſſunt diſponere poſt Religionis ingreſſu de eorum bonis infra duos menſes ante profeſſionem, vt nulla renunciatio, aut obligatio, ab eiſdem antea facta, etiam cum iuramento, valeat.*

108 *Statutum laicorum, per quod excluduntur Eccleſiaſtici à ſucceſſione, ſiue tacitè ſiue expreſsè, eſt nullum, & contra libertatem Eccleſiaſticam.*

109 *In correlatiuis, quod diſponitur in vno, diſponitur in alio.*

110 *Nouitio decedenti ante profeſſionē, ſi de bonis ſuis aliàs non diſpoſuerit, ſuccedit Monaſterium.*

111 *Teſtator, ſi Sempronium inſtituat, & ei Titium ſubſtituerit, ſi ſine liberis deceſſerit, tunc inſtitutus ſi Religionem ingrediatur, & infra annum probationis deceſſerit, eius bona acquiruntur Monaſterio excluſo ſubſtituto.*

112 *Legatum factum vxori donec caſtè vixerit, & lectum viduale ſeruauerit, debetur eidem, etiam ſi Monaſterium ingrediatur, non obſtante, quod communis vſus loquendi contrarium intelligeret.*

113 *Pub icè intereſt locupletes habere Ciues ad onera Reip. ſupportanda.*

114 *Ciuitatis bonum, æquale eſt bono Eccleſiarum.*

115 *Eccleſiæ fauor non debet eſſe ita immoderatus, vt ſit iniuſtus productiuus.*

116 *Neceſſitate aliqua publica vrgente, Principes ſæculares propria authoritate Eccleſiaſticas perſonas ad publica munera ſubeunda compellere non poſſunt, ſed debent adire Eccleſiaſticas Poteſtates, quæ, cauſa cognita, Reip. vtilitati, & neceſſitati conſulant.*

117 *Eccleſiaſtici non excuſantur à cuſtodia Ciuitatum, nec à collectis, quæ imponuntur propter ſocietatem militum depræ dantium repellendam.*

118 *Immunitatem habens à collectis, non intelligitur exemptus ab his, quæ imponuntur propter bellum.*

119 *Eccleſiaſtici, quibus caſibus teneantur contribuere ad refectionem viarum publicarum, pontium, murorum Ciuitatum, & ſimilium, quæ tendunt in vtilitatem vniuſcuiuſque in particulari.*

120 *Diſcuſſione non eſt opus, vbi notoriè conſtat, quem non eſſe ſoluendo.*

121 *Eccleſiaſtici, nec volentes, debent onera Reipublicæ ſubire, niſi prius Conſulto Romano Pontifice: niſi tanta eſſet neceſſitas, & pietas, quod non poſſet ſine ſcandalo, & periculo recurſus haberi ad ipſum Pontificem: nam tali caſu ſatis eſt deliberatio clericum Epiſcopo.*

122 *Iuriſdictio cui datur, cenſentur eidem quoque conceſſa omnia illa, ſine quibus iuriſdictio exerceri non poteſt.*

123 *Statuta laicorum honeſta, ac rationabilia, obligant etiam Eccleſiaſticos quoad vim directiuam, non autem coactiuam.*

124 *Poteſtates ſpirituales, & temporales, non ſunt ſicut duo corpora Reſpub. ſeparata & interſe pugnantia, ſed ſunt partes vniuſmet Reip. temporalis ſcilicet ſpirituali tanquam dignioris, ſubordinatæ.*

125 *Poteſtates ſpirituales, & temporales ſe habent, vt corpus, & anima.*

126 *Summus Pontifex, vt Dei Vicarius, habet omnium dominium directè, ac immediatè.*

127 *Statutum laicorum prohibens laicis contrahere cum clericis, eſt nullum, & contra libertatem Eccleſiaſticam: quia prohibetur clerici, quod nullo iure ipſis interdicitur.*

128 *Contractuum ſolemnitates ordinatæ per ſtatuta laicorum, an, & quando debeant obſeruari, etiam per clericos.*

129 *Statutum laicorum, prohibens ne laicis eorum ſubditis liceat appellare ad Sum. Pontificem, ad Epiſcopū, vel ad alios Prælatos, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam.*

130 *Laico licitum eſt recurrere ad Eccleſiaſticum vbi propter aliquod impedimentum facti aut iuris quæ non poteſt conſequi quod ſua intereſt, coram Iudice laico.*

131 *Dominij directi ratione poteſt haberi recurſus ad ſupremum ſuperiorem, etiam ſi ſtatuto contrarium diſpoſitum ſit.*

RESpondetur, quòd libertas eccleſiaſtica cū conſiſtat in libere faciendo quodlibet iuxta ea, quæ ſupra diximus, q. 15. de definitione libertatis eccleſiaſticæ tractantes, hinc fit, quòd illa ſtatuta dicuntur contra libertatem eccleſiaſticā, quibus perſonæ eccleſiaſticæ impediūtur agere, quod communiter alij facere poſſunt dummodo eorum ſtatui nō repugnet. Aut perſonis eccleſiaſticis aliquid prohibetur, vel præcipitur, quod nec diuino, nec humano iure prohibitum, nec præceptum eſt. Vel quādo impediuntur eis priuilegia, à legibus diuinis, aut humanis eiſdem conceſſa: vt colligitur ex his, quæ docet Felin. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit. & c. nouerit, vbi etiam Inn. Hoſt. Anton. de Butr. & alij, de ſent. excom. & Card. Zabar. in c. perpendimus, eod. tit. Et dicuntur contra libertatem eccleſiaſticam a ſiue directè, ſiue indirectè ſupradicto modo fiant: ſiue tacitè, ſiue expreſsè: ac etiam ſi nō loquantur de perſonis eccleſiaſticis, ſed ſolùm de ſubditis ſtatuentium: vt benè declarat Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 62. n. 9. cum alijs, quos allegat.

Item ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticā ex Caiet. in ſua ſum. in ver. Excommunicatio, c. 31. ver. Quintò nota: dicuntur, quibus ſtatuitur id, in quo Eccleſia non ſubijcitur, aut arctatur: ſiue illud ſpectet ad eſſe naturale, vel ſpirituale, ſiue ad operari, aut recipere, ſiue ad quodcunq; aliud: ſiue eccleſia de iure communi ad illud non eſt arctata, ſiue ex priuilegio à Deo, Papa, vel Imperatore conceſſo, ab eo libera ſit.

Item ſtatutum contra libertatem eccleſiaſticam dicitur, quotieſcunque clerici per illud efficiuntur timidiores, & laici audaciores. Vt ſi ſtatuto caueatur, vt quicunque clericum interfecerit, puniatur in decē; & qui laicum in vigin. ti: vt per Felin. in d. c. Eccleſia S. Mariæ, Bart. in auth. caſſa, C. de Sacroſ. Eccl. l. 1. §. quæ honorādæ, ff. quar. rer. act. non dat. & Mart. loco citato, & caſu 60. num. 15. cum alijs, quos allegat. Vbi etiam probat, quòd dictum ſtatutum diceretur contra libertatem Eccleſiaſticam etiam ſi ſimpliciter occidenti clericum imponeretur pœna pecuniaria, nulla facta mentione pœnæ, quæ pro eodem crimine debetur laicis.

Et tantò fortiùs, quia ſtatutum, per quod imponi-

4 ponitur pœna pecuniaria pro homicidio inuniuerſum, quidam volũt, non valere, cùm ſit peccati nutritiuum, & audaciam præbeat delinquendi. vt per eundem ibi.

Item ſtatutum contra libertatem Eccleſiaſticam dicitur, quo perſonæ Eccleſiaſticæ, & eorũ Eccleſiæ bona, iura, & actiones ſubijciuntur iuriſdictioni, ac poteſtati principis ſæcularis eo modo, quo ſæculares, & eorum bona ſubduntur, & proinde libertas ipſa tollitur, minuitur, in aliquo læditur, deprimitur, aut quouiſmodo reſtringitur: vt ex verbis præſentis canonis colligitur.

Verum tamen eſt, quòd tunc ſtatutum pre-
5 priè dicitur cõtra libertatẽ eccleſiaſticã, quando
b ex intentione *b* attingit, & lædit libertatẽ ipſam.

Dixi ex intentione, non ſcilicet ſerentis ſtatutum, ſed ex intentione ipſius operis, virtute, ac directa materia ipſius ſtatuti. Hinc ſequitur, quòd exiſtimans ſtatuere contra libertatem eccleſiaſticam, ſi re vera nõ ſtatuit, licèt aliàs peccet, non tamen incidit in excommunicationem præſentis canonis.

Item ad hoc, vt ſtatutum dicatur cõtra liber-
6 tatem eccleſiaſticam, debet per ſe primò contra libertatem ipſam tendere: non per accidens: quoniam ſecundum id, quod eſt per ſe iudicandum eſt in moralibus, & non ſecũdum id, quod eſt per accidens: nam quod eſt per accidens, eſt alienum à iure, & ab arte.

Ex quo infertur, quòd ſtatutum diſponens de
7 honore mortuorum *c*, modum pompis impo-
c nens, cùm tantùm per accidens ſit contra libertatem eccleſiaſticam, quatenus illa moderatio expenſarũ ſit clericis nociua, & ſubtractiua eleemoſynarũ, cùm per ſe tendat ad ambitionẽ tollendam in expenſis funeralibus erogandis iuſtũ eſt, & validum, & vi noſtri canonis non cenſetur probibitum: vt latè probat Caiet. loco citato, & Suar. hic diſp. 21. de cenſur. ſect. 2. n. 91. Et eò magis, quia impenſæ funerum, quæ fiunt ad pompam, vt ſunt apparatus, conſtructio ſepulturę, & pretioſa exequiarũ pompa: nempe, quòd multi induantur veſtibus luctuoſis, quòd fiant pretioſæ, ac magnæ culcitræ, ſæricæ, vel aureæ, quibus Neapolitani vtuntur in funere nobiliũ: & poſtea ſolent deſeruire pro ornamentis cappellarum, ſeu ſepulcrorum eorundẽ, & alia huiuſmodi, magis ſunt viuorum ſolatia, quã mortuorum ſuffragia: vt habetur ex D. Aug. in lib de cura pro mort. c. 2. & c. 18. D. Th. in 4. ſent. d. 45. q. 1. & Fabien. in ſum. de excom. caſu 20. & ideò meritò reſtringi, ac taxari poſſunt per ſtatutum. Hanc eandem ſententiam docet Abb. in c. fin. num. 6. de reb. eccl. non alien.

Imo huiuſmodi pomparum taxatio vt quidã
8 volunt ex lege Solonis facta reperitur: & deinde lege 12. Tabul. hoc idem fuit ſancitum his verbis: *Ne facito rogum, aſcia ne polito, mulieres genas ne radunto, neue luſtum funeris ergo habento.*

Et cõfirmatur, quia cùm huiuſmodi ſumptus ſint temporaliter facti ad viuorum ſolatium, nõ debent ſolui à Prælato ſucceſſore in Eccleſia, ſed ab hæredibus prædeceſſoris eiuſdem eccleſiæ Prælati defuncti: vt habetur ex Capyc. dec. 84. & alijs, quos refert, & ſequitur Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 54.

Hæc omnia intelligenda ſunt de ſumptibus

9 funerum, quæ tendunt ad pompam, vt ſupra, vbi tunc demum ſtatuta ſuper illis diſponentia ſint valida, ſecus autẽm ſi ſtatuta diſponant de mortuarijs, quę fiunt in remedium, ſiue ſolatium ani
d mæ *d* defuncti, vt ſunt impenſæ, quæ adhibẽtur circa clericos confluentes ad aſſociandum cadauer, & orandum pro eius anima in officio ſepulturæ, vel circa cereos, & cruces, & his ſimilia nam tunc ſunt contra libertatem Eccleſiaſticã, & conſequenter nullius momenti: vt latè habetur ex Syl. in ſum. in ver. Statutum q. 2. ver. octauum ſtatutum cum Panor & alijs, quos ipſe allegat, & Mart. loco citato, n. 1. & 2. vbi etiam n. 3.
10 probat, quòd Prælato Eccleſiæ, defuncto, ſucceſſor tenetur ad huiuſmodi expenſas: quia cõcernunt ſpiritualia, à quibus nullus Prælatus excuſatur. Adde hic quoque ea, quæ cumulat Alter. in explicat. huius can. c. 3. col. 10. & 11. & c. 6. col. 3. in fine dub. tertio in ver. Reſpondeo.

Ex dictis traditæ ſunt nonnullæ regulę gene-
11 rales, quibus facilè cognoſci poteſt, quo modo, & quando ſtatuta dicantur edi contra libertatem Eccleſiaſticam.

Nam prima regula eſt, vt illud ſtatutum dicatur contra libertatem Eccleſiaſticam, per quod clerici reddũtur timidiores, & laici audaciores.

Secunda regula eſt, vt vbi per ſtatutũ aliquod probibetur Eccleſiaſticis, quod diuino, aut humano iure ipſis nõ prohibetur, illud proculdubio nuncupatur cõtra libertatem Eccleſiaſticã.

Tertia regula eſt, vt ſtatutum contra libertatẽ Eccleſiaſticam appelletur, quo perſonæ Eccleſiaſticæ, & earum Eccleſię, & bona ſubduntur poteſtati ſæculari eo modo, quo ſæculares, & eorum bona ſubduntur.

Quarta regula eſt. vt ea ſtatuta dicantur cõtra libertatem Eccleſiaſticam, quibus Eccleſiaſticæ perſonæ, & earum Eccleſiæ impediuntur quo minùs vtãtur priuilegijs tàm à Deo, quàm ab hominibus eiſdem conceſſis.

Quinta regula eſt, vt illud ſtatutum ſit contra libertatẽ Eccleſiaſticam, quo Eccleſiaſtici impediuntur agere; quod communiter alij facere poſſunt dummodo eorum ſtatui nõ repugnet.

Ex his infertur primò, quòd ſi ſtatuto cauea-
12 tur, vt Eccleſiaſtici vectigalia, & alia ſimilia onera ſoluant: aut coram ſęculari Iudice conueniãtur: aut Rei ad Eccleſiam confugientes, inde extrahantur; huiuſmodi ſtatutum eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, cùm ſit contra Eccleſiaſticorum priuilegia editum. Nam illis indultum eſt, ne ad vectigalia teneantur: vt habetur in c. clericis. de immun. eccl. lib. 6. c. quamquã, de cẽſib. eod. lib. Ne ad ſęcularia tribunalia trahantur, c. ſi diligenti, de foro cõp. & latè ſupra diximus, q. 11. Et ne ad eorum Eccleſias confugientes extrahantur: vt ſupra probauimus, q. 16.

Secundò infertur, quòd ſi ſtatuto laicorum di-
13 ſponatur, vt eorum ſtatuta in laicis duntaxat, & non in eccleſiaſticis locum ſibi vendicent; ita aut illis non profint, nec noceant, donec per ipſos Eccleſiaſticos fuerint approbata, proculdubio videtur contra libertatem Eccleſiaſticam.

Probatur primò, quoniã, vt ſupra diximus, illud ſtatutum eſt cõtra libertatem Eccleſiaſticã, quo impediuntur Eccleſiaſtici facere id, quod alij facere poſſunt; ſed dictum ſtatutum eſt huiuſmodi; quia per illud prohibetur Eccleſiaſti-

cis

e cæt. vti beneficio, quo alij ciues omnes vtuntur: ergo eſt contra libertatem Eccleſiaſticam.

Secundò illud ſtatutum dicitur contra liber-
14 tatem eccleſiaſticam, quod tollit Eccleſiaſticorum priuilegium ipſis à iure cõceſſum, vt ſupra probauimus: ſed prædictũ ſtatutum eſt eiuſmodi; ergo eſt contra libertatem eccleſiaſticam. Minor patet: quoniam de iure eſt conceſſum clericis vti ſtatutis laicorũ generaliter diſponẽtium ſi fauorabilia ſint eccleſiaſticis: vt in c. dilecti, de for. cõp. vbi clericis conceditur vti beneficio ſtatutorum, & priuilegiorum, Vniuerſitati, vel certo generi perſonarum cõceſſorum.

Hinc ſtante ſtatuto: quòd, extentibus maſcu-
15 lis *f*, fœminæ nõ ſuccedant, beneficio dicti ſtatu-
f ti poſſunt vti maſculi, etiam ſi ſint clerici contra fœminas: vt notat Abb. in c. conſtitutus, n. 5. de in integ. reſt. cum alijs ad ipſum additis. Et hanc eſſe communem opinionem teſtãtur Addentes ad Roman. ſing. 446. incipit: Habeo caſum: & Addentes ad Matheſilan. ſingul. 110. incipit: Nota vnam lucroſam, in prima addit': vbi Gabriel Sarayna ſub n. 17. & 18. intelligit hanc communem procedere, tãm ſi clerici ſuccederent laicis, quàm è contra, ſi contingat laicos clericis ſuccedere: quia eommunt quoque Doctorum ſen-
16 tentia receptum eſt, vt qui ſtaturo ad ſui beneficium vti vult, etiam contra ſe debeat, iuxta ea, quæ docet Bald. in l. de quibus, n. 26. ff. de legib. Abb. in c. Eccleſia S. Mariæ, n. 52. de conſt. Dec. conſ. 452. colum. 3. ver. Idem tenet. Alex. conſ. 209. col. pen. ver. Secundò principaliter: vol. 2. &, alij.

Quod quidem quamuis nobis probetur quo-
17 ad dictam ſententiam Panor. in d. c. conſtitutus, non obſtante ſententia Mart. de iuriſd. caſu 5. nitm. 24. in fine, qui contrarium ſentiens nititur probare, quod hoc caſu clericus, & fœmina ambo æqualiter admittãtur; nihilominus ſatis quippe dubia nobis videtur eorũ opinio, qui dicũt, quòd, extante ſupradicto ſtatuto, ſi clerico decedenti ſuperſint clericus, & fœmina in eodem gradu proximiores, quòd clericus ſuccedat, excluſa fœmina: quoniam ſi ſtatuta diſponentia de teſtamentis, non habent locum in teſtamentis
18 clericorum: ſiue in eis clerici, ſiue laici inſtituti ſunt, & hoc etiam ſi de eorũ hæreditate ſit orta lis coram Iudice laico: vt habetur ex Imol. in c. quod clericis, de for. cõp. & in c. Eccleſia S. Mariæ, vbi etiam Ant. de Butr. de conſt. eodem modo dicendum eſt de ſtatutis laicorum, ſi ſucceſſorem faciant ipſis clericis, vel auferant ſucceſſores de iure communi, qui ſecũdum eorũ voluntatem ſucceſſiſſent: nam cauſa teſtati, & in-
19 teſtati, à pari procedũt, l. 1. §. 1. ff. de bonor. poſſ. contr. tabul. & in vtroque ſuccedentes, dicuntur habere voluntatem defuncti, l. eõſtituũtur l. ſi quis nullum, ff. de iur. Codic. Vndè ſi clerico decedenti ſuperſint clericus, & fœmina in eodẽ gradu proximiores, non poterit clericus ſuccedere, excluſa fœmina, vigore ſtatuti; quod clericos non comprehendit, ſed fœmina admittetur ſimul cum altero clerico, & in hoc concurro cũ Riminal. Senen. conſ. 268. vol. 2. & cum Mart. loco citato, vbi latè quoque diſputat, quomodo conſuetudo illa Neapolitana, quæ incipit: ſi aliquis &c. per quam diſponitur, vt quis nõ poſſit diſponere, niſi de certa parte bonorũ antiquorum, in beneficium certi generis perſonarũ, habeat locum in teſtamento clerici. Patet igitur ex dictis, quòd ſtatutum laicorum, per quod diſponitur, vt eorum ſtatuta in laicis dumtaxat, & non in perſonis, Eccleſiaſticis locum ſibi vendicent, videtur contra libertatem Eccleſiaſticam.

Eſt verũ tamen, quòd Bal. in c. atſi clerici, de
20 iudic. & in l. de quibus, de leg. cum alijs, quos refert, & ſequitur Calcan. conſ. 7. defendunt, huiuſmodi ſtatutum non eſſe contra libertatem eccleſiaſticam.

Et mouẽtur primò ex tex. in l. cunctos popu-
21 los, C. de ſum. Trin. & fid. cath. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. & l. de quibus, ff. de leg. quibus iuribus habetur, quòd ſtatuta cuiuſcumque populi ſunt ſeruanda, ſicut imperialis lex, quoties non reperiantur legibus improbata. Et hoc, etiam ſi ſingulorum præiudicium reſpiciant, l. item eorum, §. 1. ff. quod cuiuſque vniuer. nom. c. ex parte, il terzo, de verb. ſignif. & c. 3. de cog. ſpir. Imò etiam ſi canonibus repugnarent, dummodo improbata ab eis expreſsè non reperiantur, c. 1. de conſt. in ſexto. c. Imperiali, & c. deceſſorum ſtatuta, 25. q. 2. Et hoc maximè verum eſt, quando diſponunt contra proprios ciues, & eorum bona, c. vt animarum, de conſt. l. 1 C. qui pro ſua iuriſd. Modo ſtatutum, de quo agitur, cùm non reperiatur nec aliqua lege, aut canone improbatum, videtur eſſe ſeruandum, tanquam libertati Eccleſiaſticæ non repugnans.

Secundò quod fieri poteſt per pactum, poteſt
22 etiam fieri per ſtatutum, vt eſt tex. in l. non impoſſibile, ff. de pactis, Gloſ. in rub. C. de Decur. lib. 10. Sed laicus poteſt paciſci cum clerico, vt ſtatuta ipſius Ciuitatis illi non proſint, quoad contractus inter eos initos: quia quilibet rei ſuæ eſt moderator, & arbitrer, l. in re mandata, C.
23 mãd. Hinc priuati poſſunt paciſci in re alienãda, quòd ibi non fiat cappella, vel monumẽtum l. pen. ff. de pact. ſic etiam per pactum prohibe-
24 ri poteſt alienatio rei venditæ in poteutem, & comprehendit Eccleſiã, c. 1. §. donare, qual. feud alien. per Feder. Gloſ. & Doct. in l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig & Bal. in l. ea lege, C. de condit. ob cauſ. Ita quoque ſi fiat pactum, quòd emphyteuta, vel vaſallus non poſſit alienare in
25 Eccleſiam, tale pactum erit validum: quia contrahentes poſſunt contractui legem dare, quam volunt, & cui volunt, l. nihil natur. le. ff. de regul. iur. vndè ſicut cõtrahentes poſſunt in eorũ contractibus legem, quam volunt imponere, & eorum mentem, ac verba declarare, l. veteribus ff. de pact. ita etiam ſtatuentes conditionẽ ſtatutorum ſuorum reſtringere, & interpretari poſſunt. cùm eorum fuerint inuentores: vt eſt tex. & ibi Gloſ. in l. 1. C. de leg. Videtur igitur dicenduu, quod ſtatutum, de quo agitur, non ſit contra libertatem Eccleſiaſticam.

Tertiò quod poteſt fieri per teſtamẽtum, po-
26 teſt fieri per ſtatutum: vt in §. diſponat, in auth. de nupt. ſed in re legata Eccleſiaſticis poteſt à
27 teſtatore diſponi, vt ſtatuta laicorum locum nõ habeant, nec illis proſint, vt in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de leg. 1. & l. qui abſenti, ff. de acquir. poſſeſſ. vbi habetur, quod teſtator in teſtamento ſuo poteſt diſponere, ne bona ſua alienentur in Eccleſiam ſine certa ſolemnitate, & ſic poteſt diſponere, ne in bonis legatis clericis locum habeant

beant ſtatuta laicorum, nec illis profint, quia militat eadem ratio, l.illud, ff.ad l.Aquil. c.cùm ceſſante, de appell.ergo &c.

Quartò ſtatuta laicorum poſſunt eorum be-
28 neficiu denegare clericis; non tamen beneficiũ iuris communis; ſed prædictum ſtatutum denegat clericis proprium beneficium, & nõ beneficium iuris communis, ergo potuit illud illis denegare, & conſequenter ſtatuere, vt ſtatuta laicorum in clericis locum non habeant, nec illis profint. Vltima conſequẽtia patet cum minori. Probatur maior ex his, quæ habentur in l.1. C.ſi ad aduerſ.vẽd. & Io. Calder. in quadam ſua diſput. quæ incipit: Statutũ Ciuitatis, in 3. dub. quem referunt Doctores in c.quod clericis, de for.comp.

Quintò ſtatutum, de quo agitur, eſt iuri ciuili, & canonico conforme: quia clerici, & eccleſiæ non ligantur ſtatutis laicorum, vt cap. Eccleſia S.Mariæ, de cõſt. quoniam clerici ſunt ſuperiores, & laici inferiores, & dicũtur maiores reſpectu laicorum, l.3. C.de ſum. Trin. & fid. Cath.

Hinc ſtatuta edita à plebe, non ligant nobi-
29 les: vt in §.plebiſcita, in inſt. de iur. nat. gen. & ciuil. nam ſuperiores ab inferioribus alligari nõ poſſunt.

Hac eadem ratione Io. Andr. in c.s. de oper. nou. nunc. docet, quod ſub ſtatutis generaliter loquentibus non comprehenduntur clerici, vt contra Bar. in l.cũctos populos, C.de ſum. Trin. & fid. cathol. videtur etiam tenere Iaſcum alijs ab eo relatis in l. de quæſtione. C.de pact. ergo dictum ſtatutum non videtur poſſe dici contra libertatem Eccleſiaſticam, quoniam ſecundum rectam rationem eſt, vt qui ſtatutis non alligẽtur, nec illis obtemperant, eorumquoque emolumenti non efficiantur participes, l.fin. C.de ſum. Trin. & fid. Catoh. l. auxilium, § fin. ff.de minor. c. quia fruſtra, de vſur. & pro hoc videtur textus in terminis in d. c. Eccleſia S. Mariæ, de conſt. vbi ſancitur, quòd ſtatuta laicorum ſuper rebus, & perſonis Eccleſiaſticis nullius ſint firmitatis, etiam ſi reſpiciant commodum, & fauorem eorum, niſi ab Eccleſia fuerint approbata.

Et confirmatur ratione æquitatis ſeruandæ:
30 nam ſi clericus laicum vigore legis ſæcularis arcere poſſet; & ſæcularis clericum aſtringere non valeret, æqualitas non ſeruaretur in Iudicijs, arbitrijs, & in contractibus, contra tex. in l.fin. C. de fruct. & lit. expen. late Tuſch. in ver. claudicatio, concl. 287. per totam.

Sextò illud ſtatutum eſt contra libertatẽ Eccleſiaſticã, quod eſt contra priuilegia eccleſiaſticis conceſſa in vniuerſali eccleſia, vt notat Inn. & Doct. in c. noueris, de ſent. excõ. hoc autẽ ſtatutum non eſt huiuſmodi, vt patet; nõ ergo poteſt dici cõtra libertatem Eccleſiaſticam.

Hæc argumenta nihilominus non adeò conuincit, quin facilè ſolui poſſint. Vndè qui priorem ſententiam exiſtimauerit de iure veriorem eſſe, ad eã hoc pacto reſponderi poſſet.

Ad primum igitur negatur minor: nam cùm
31 dictum ſtatutum ſtatuat: vt eiuſdem poteſtatis ſtatuentis ſtatuta, in Eccleſiaſticis locum non habeant, nec illis profint, diſponit ſpecificè ſuper perſonas Eccleſiaſticas, quod eſt à iure improbatum ſine Pontificis approbatione: vt eſt tex. in d.c. Eccleſia S. Mariæ, de conſt. præterea diſponit contra priuilegia, clericis à iure conceſſa, quo datur, vt poſſint clerici vti nõ modo beneficio iuris communis Romanorũ, ſed etiã beneficio ſtatutorum, & priuilegiorum vniuerſitati, aut certo perſonarum generi conceſſorũ: vt in d.c. dilecti, de for. comp. & c. conſtitutus, vbi Abb. & Doct. de reſtit. in integr. Et hoc nõ immeritò; quoniam clerici ſunt Ciues, vt ſupra probauimus, in proxima q. Id autem à iure non iniuria reprobatur: vt in auth. caſſa, vbi Bart. & Doct. C. de ſacer. eccl.

Ad ſecundum negatur maior, nam tunc valet
32 argumẽtum à pacto ad ſtatutum, quando militat eadem ratio, vt docet Abb. in c. dilectus, de arbitr. & Imol. in l. alia §. eleg. inter, ff. ſol. matr. At in caſu noſtro militat diuerſa ratio: quia priuati eorum bonorum habent verum dominiũ, quale non habet Princeps, qui iuriſdictionem tantùm habet ſuper priuatorum bonis: eo quòd
33 licèt Principis dominium ſit alterius rationis per viã vniuerſalis directionis, & protectionis; tamen illud priuatorum eſt intimioris, & habet potiorem rationem veri dominij: nimirum igitur, ſi poſſunt eorum bona in alium transferre cum pactis, & conditionibus ſupradictis, vt bene notat Bar. in l.1. § per hanc, ff.de re iud. DD. in c.nimis, de iureiur. Et Princeps non poteſt per viam ſtatutĩ de illis diſponere in præiudiciũ Eccleſiaſticæ libertatis: & eò magis; quia ſtatutũ, & lex generalis amplectitur non ſolùm hunc, aut illum caſum in particulari, ſed omnes caſus eiuſdem ſpeciei, non ſic priuatorum pactum.

Secundò reſpondetur, quòd tunc valet argu-
34 mentum de pacto ad ſtatutum, quando nõ ſequitur abſurdum, aut legum correctio: In caſu verò noſtro abſurdum ſequeretur, & legũ correctio, cùm de iure concedatur clericis nõ modo vti beneficio iuris communis, ſed etiam ſtatutorum, & priuilegiorum Vniuerſitati, vel certo perſonarum generi conceſſorum.

Ad tertium reſpondetur eodem modo, nẽpe
35 quòd maior vera eſt vbi militat eadem ratio: at in caſu, de quo agitur eſt diuerſa ratio: nam per teſtamentum ad inſtar priuatorum pacti nõ læditur Eccleſiaſtica libertas, ſicut per ſtatutũ: quoniam ſtatutum, & lex generaliter amplectitur non ſolùm hunc, vel illum caſum in particulari, ſed omnes caſus eiuſdem ſpeciei: non ſic teſtatoris diſpoſitio, aut priuatorum pactum. Tãtò fortiùs: quia, vt ſupra diximus, dominiũ priuatorum in rebus ſuis, eſt maius, quam eorum Principum: & ideò multa per pactũ, & teſtamẽtum poſſũt diſponi per priuatos ſuper proprijs bonis, quæ nõ poſſunt per legem, aut ſtatutum à Principe fanciri.

Ad quartum negatur minor: quia dũ prædictum ſtatutum denegat beneficium ſtatutorum laicorum ſtatuentium, denegat clericis beneficium iuris communis, quo iure clericis cõceditur vti beneficio, nõ modo iuris communis Romanorum, verum etiam beneficio ſtatutorum Vniuerſitati, & certo perſonarum generi conceſſorum.

Ad Quintum negatur maior: & ad probationem reſpondetur, quòd tex. in d. c. Eccleſia S. Mariæ, loquitur quando ſic iuſtum expreſsè, & ſpecificè ſtatuit ſuper perſonis Eccleſiaſticis, &

eorum

eorum bonis: quia tunc nõ valet, etiam ſi in ipſorum tendat vtilitatem, ſiue Rom. Pontificis: ſecus autem, quando nullam mentionem ſpecificam diſponendo facit, nec de perſonis, nec de bonis Eccleſiaſticis, ſed tantùm generaliter, vtpotè, extantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant: nam cùm tale ſtatutum ſit eccleſiaſticis fauorabile, porrigitur etiã ad illos: vt latè probat Abb. in d. conſtitutus, de in integ. reſtit. & Felin. in d. c. Eccleſia S. Mariæ, n. 77. in fine, 78. & 79 de conſt.

Ad cõfirmationem dicimus, quòd eſtò, quòd militaret ratio inæqualitatis; tamen huiuſmodi inæqualitati conſulere non pertinet ad poteſtatem temporalem, ſtatuendo ſuper perſonas Eccleſiaſticas: quoniam ad aliquam legem condẽdam, non modò requiritur cauſa iuſta; ſed etiã authoritas, ſeu poteſtas Legislatoris: Modò, cum perſonæ Eccleſiaſticæ ſæculari poteſtati non ſubijciantur, nõ poteſt à ſæculari poteſtate ſtatutum emanari in præiudicium Eccleſiaſticæ libertatis. Et hac ratione in Conc. Lateran. ſub Innocent. III. de quo in c. non minus, & c. aduerſus, de immun. eccl. fuit determinatum, vt vrgente aliqua neceſſitate, aut publica vtilitate, Principes ſæculares propria authoritate Eccleſiaſticas perſonas non compellant, ſed adeant Eccleſiaſticas Poteſtates, quæ cauſa cognita, Reipub. vtilitati, ac neceſſitati conſulant.

Adde etiam, quòd quando ſtatutum generaliter diſponens poteſt ſe habere ad commodũ, & incommodum, non poteſt dici præiudiciale: & proindè, ſtante ſtatuto: quòd, extantibus maſculis, fœminæ nõ ſuccedant, ſicut clerici maſculi excludunt à ſucceſſione fœminas ſæculares: ita fœminæ moniales excluduntur à ſucceſſione à maſculis ſæcularibus; & in hoc bene ſeruatur æqualitas: vt habetur ex Felin. loco citato, n. 77. in fine. 36

Quod quidem verum arbitror, vbi ſtatutum iniecerit vinculum ante Religionis ingreſſum: ſecus autem, ſi vinculum non iniecerit ante ingreſſum Religionis, ſed contulerit effectum ſuſi ad tempus delatæ ſucceſſionis: iuxta ea, quæ habentur ex Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 5. in prin. & præcedenti. 37

Sic etiam ſtatutum diſponens, quòd primogenitus ſuccedat in feudo, ſecundogenitus, licèt ſit clericus, non ſuccedet. vt per Syl. in ſum. in ver. lex, q. 15. Quod declara iuxta ea, quæ dicit Mart. loco citato, & caſu 22. nu. 30. in fine, & 31.

Non tamen valet ſtatutum ſpecificè moniales, clericos, & alias perſonas eccleſiaſticas excludens: vt ſi diceret. Ingrediens Monaſterium, aut ſe in clericum faciens promoueri, non ſuccedat: & hoc etiam ſi ſtatutum præcedat ingreſſum, aut clericatum, & vtatur verbis præſentis temporis, vt in caſibus ſupra allegatis. Ita contra Felin. loco citato, n. 78. & 79. & Bar. in l. eunctos populos, de ſum. Trin. & fid. Cathol. tenet Iaſon, & alij, quos allegat in hac quæſtione, n. 25. C. de pact. quem refert, & ſequitur Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 25. Et hæc opinio eſt magis recepta: nam licèt ſtatutum loquatur per verbum præſens, *Ingrediens*, tamen ſubdit, *Non ſuccedet*, quòd eſt verbum futuri temporis; & ſic refert ſe ad tẽpus oblatæ ſucceſſionis; quo tẽpore eſt in Monaſterio, vel clericus: & propterea exẽptus a iuriſdictione ſtatuentium. Vndè paria ſunt, aliquid fieri tempore prohibito, vel fieri tempore licito, & conferre effectum in tempus prohibitum, l. quod ſponſæ, C. de donat. ante nupt. 38 39

Ad ſextum dicitur, quòd licèt de iure cõmuni, ſtatutum non dicatur cõtra libertatem Eccleſiaſticam niſi concernat præiudiciũ vniuerſalis Eccleſiæ: tamen ſecundum diſpoſitionem præſentis canonis, ſtatutum contra libertatem Eccleſiaſticam dicitur etiam illud, quod ſtatuit contra priuilegia cuiuſcumque particularis eccleſiæ. Quo circa faciens ſtatutum cõtra priuilegium particulare alicuius Monaſterij, quãuis non incurrat excommunicationem d. c. nouerit; incidit tamen in excommunicationẽ in noſtro canone contenſitam: vt bene notat Sayr. hic lib. 3. Theſtom. c. 19. in fine: & patet ex illis verbis: *Ac quarumcumque Eccleſiarum iuribus, &c.* 40

Secundò poteſt reſponderi, quòd ſtatutũ, de quo agitur eſt contra priuilegium à iure cõceſſum vniuerſali Eccleſiæ: quoniam ex tex. in d. c. dilecti, de for. cõp. & c. conſtitutus, de in integr. reſtit. vbi DD. clariſſimè colligitur, quòd ſtatuta laicorum generaliter diſponentia, ſi ſint fauorabilia, non excludunt clericos: ergo ſtatutum laicorum diſponens, quod eorum ſtatuta habeant tantùm locum in laicis, & non in clericis, nec illis proſint, eſt contra priuilegium à iure clericis conceſſum, non particulari, ſed vniuerſali Eccleſiæ. 41

Bene verum eſt, quòd aliqui volunt, quòd ſi ſtatuto laicorũ caueatur, ne ſuis priuilegijs potiantur ij, qui ſubditi non ſunt, ſtatutum huiuſmodi non derogat immunitati Eccleſiaſticæ: quia expreſsè nõ loquitur de perſonis Eccleſiaſticis, licèt ipſi laicis ſubditi non ſint: vt habetur per Felin. cum alijs, quos ipſe refert in d. c. Eccleſia S. Mariæ, de conſt. & conſequenter clericos priuilegijs huiuſmodi nõ gaudere: vt docet etiã Azor. lib. 1. inſt. moral. p. 1. c. 13. q. 4. dicẽs: quòd aliud eſt beneficium, ſeu priuilegium non concedere: aliud verò derogare: nam hoc, quòd eſt non concedere, abſque nulla iniuria alterius fit: adimere verò, tollere, aut ex parte minuere, ſine damno, ac iniuria non cõtingit. Quod quidem mihi nõ probatur g: eo quòd huiuſmodi ſtatutũ diſponit contra priuilegia, à iure clericis conceſſa, vt in d. c. dilecti, de for. comp. Vndè licèt generaliter loquatur; tamen ad Eccleſiaſticos non poteſt extendi: tũ ex defectu poteſtatis; tũ ex defectu voluntatis, quia intentio ſtatuentiũ, à poteſtate regulatur: & ideò generalis diſpoſitio ſtatuti, non trahitur ad illud, quod in ſpecie fieri non poteſt: vt probat Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 4. n. 14 & caſu 40. n. 22. & 23. vbi ſupradicta ratione motus, negat ſtatutum de compromiſſis faciendis inter coniunctos, ligare clericos, quantumuis generaliter loquatur, & nullam de perſonis Eccleſiaſticis faciat mentionem. 42 43

Sic etiam ſtatutum Lucæ denegans audientiam non ſubdito, niſi præſtiterit fideiuſſoré, non comprehẽdit Eccleſiaſticos quamuis ſtrictius dicantur non ſubditi, quàm laici forenſes: vt probat Signorol. conſ. 21. Nam ſi ſtatutum prædictũ expreſsè denegaret audientiã Eccleſiaſticis, nõ valeret per ea, quæ ſupra diximus: ergo nec valet ſtatutũ huiuſmodi, quod eccleſiaſticos tacitè excludit: nam ſtatuentes, quod non poſſunt 44

45 ſunt expreſsè cõtra clericos, neque poſſunt taceitè: vt habetur ex Mart. locis citatis, & caſu 55. vbi latè tractat de huiuſmodi Lucæ ſtatuto: & ex noſtro canone colligitur in illis verbis. *Tacitè, vel expreſsè*.

Tertiò. Infertur, quòd ſtatuta laicorum diſpo-
46 nentia ſuper rebus ſpiritualibus, non modò sũt nulla ex defectu poteſtatis; ſed etiam multoties ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam: vt ſi ſæcularium ſtatuto caueatur, vt cauſæ beneficiales, iuriſpatronatus, decimarum, & his ſimilium tractentur coram Iudice ſæculari, huiuſmodi ſtatutum eſt contra libertatem eccleſiaſticam, quia res ſpirituales iure naturali, diuino, & humano, vt ſupra probauimus, ſunt exemptæ à laicorum poteſtate.

Sic etiam, ſi ſtatutum diſponat de recuperſi-
47 da poſſeſſione beneficij *b*, à qua clericus fuerit *b* eiectus: vel tractetur de retinẽda poſſeſſione beneficij, in qua turbatur: quia tam cauſa petitorij quàm poſſeſſorij rei merè ſpiritualis, pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum: vt in clem. 1. de cauſ. poſſ. & propr. & clem. 1. de ſequeſtr. poſſ.

Quod quidẽ verum eſt, quotieſcunque quæ-
48 ſtio poſſeſſorij eſt rei ſpiritualis inter clericum, & clericum, vel laicus ſit, qui agat, & clericus cõueniatur: ſecus autem, ſi clericus ſit actor, & laicus reus: quia quæſtio poſſeſſorij ſecundum aliquot eſt facti, non iuris, & actor ſequitur forum rei: Quapropter hoc caſu cauſa poſſeſſorij, quãtumuis ſit rei ſpiritualis, agi poteſt coram ſæculari Iudice: vt latè probat Mart. de iuriſd. p. 2. c. 39. n. 22. & p. 4 caſu 46. per totum: cuius opinionem dicimus veram eſſe, duobus ſuppoſitis. Primò, vbi cauſæ poſſeſſorij non habent cauſam proprietatis permiſtam. Secundò quando vera eſſet ſententia eorum, qui dicunt cauſam poſſeſſorij rei ſpiritualis nõ eſſe ſpiritualem, prout falſam eam eſſe putat Couar. lib. pract. qq. cap. 35. & colligitur etiam ex his, quæ dicit Afflict. deciſ. 24. Quo circa ſi cauſa poſſeſſorij eſt ſpiritualis, nullo modo poteſt eognoſci per iudicem ſæcularem, etiam ſi clericus ſit actor. vt conſtat ex hoc canone.

Imò conſuetudo de cauſa poſſeſſorij rei me-
49 rè ſpiritualis, etiam inter clericos, vel quando actor eſt laicus, & clericus eſt, qui conueniatur: quam nonnulli Vltramontani, & alij defendere nituntur, cùm ſit contra libertatem eccleſiaſticam, nullam vim, ac roboris habet firmitatem: quia cùm immunitas Eccleſiaſtica ſit iure diuino, ac naturali, Eccleſiaſticis perſonis, & eorum bonis conceſſa, non poteſt contra ius naturale, & diuinum conſuetudo aliqua introduci; vndè ſi ſtatuto caueatur, vt conſuetudo huiuſmodi ſeruetur, inualidum dicitur, & contra libertatẽ eccleſiaſticam: vt bene probat Azor. lib. 5. inſt. moral. p. 1. c. 14. q. 1.

Statuta laicorum dicuntur quoque contra li-
50 bertatem Eccleſiaſticam, ſi per eacaueatur; ne externi ad Eccleſiaſtica beneficia admittantur; ne Eccleſijs præficiantur, ne litteræ Apoſtolicæ recipiãtur, quibus beneficia Eccleſiaſtica exteris conferuntur: ne ex beneficijs Eccleſiaſticis, & Eccleſiæ præbendis ſoluantur penſiones ad vtilitatem exterorum impoſitæ: litteræ Apoſtolicæ ſuper his expeditæ non recipiantur: & alia huiuſmodi: quoniam beneficiorum cauſæ cùm ſint merè ſpirituales, poteſtas ſæcularis nullum ius ſuper eis vendicare ſibi poteſt; ſed pleno iure pertinẽt ad ſpiritualem poteſtatem: & S. Põtifex cùm ſit omnium beneficiorum dominus, de illis poteſt ad ſui libitum diſponere, nec poteſt à Principibus impediri: vt habetur ex Alter. in explicat. huius can. c. 6. dub. 4. col. 4. in ver. Angel. conſ. 23. vbi hanc eſſe ait communem Doctorum ſententiam.

Statuta pariter laicorum, dicũtur contra im-
51 munitatem eccleſiaſticam, ſi pet illa ſtatuatur, ne litteræ Apoſtolicæ recipiantur, quæ iuripatronatui laicorum derogent, & maximè Principum, ſeu executioni non demandentur, niſi in Curia ſæculari per ciuiles Iudices prius diſcutiantur, vel niſi ipſi ſæculares Principes aſſenſũ prius præſtirint: vt Pontificiæ litteræ executioni demandentur: prout in Gallia ſeruari teſtatur Rebuff. in ſua praxi benefic. 3. p. Signaturæ: in ver. Nec non iurepatronatus, n. 12. & 36. Nam ſecundum communem Doctorum ſententiam, S. Pontifex poteſt iuripatronatus laicorum derogare, ſi velit: & proindè ſi deroget, violentiã, aut iniuriam laicis non infert: quia vtitur iure ſuo: & ſolùm id ius adimit laico, quod habet ab Eccleſia. Ita Gloſ. communiter recepta in clem. 2. ver. Apoſtolicis: de præben. Archid. in c. piæ mentis, 16. q. 7. Inn. & alij in cap. illud, ad finem, eod. tit. Lamber. in ſuo tract. de iure patr. lib. 1. p. 3. q. 9. ar. 2. & alij, quos refert Couar. lib. pract. qq. cap. 36. num. 1.

Verum tamẽ eſt, quòd, vt aliàs diximus, S. Põ-
52 tifex nunquam cenſetur iuripatronatui laicorũ derogaſſe, niſi id expreſsè ex litteris conſtiterit.

Imò ſi ius patronatus pertinet ad Regem,
53 aliquem Ducem, aut Marchionem, non ſatis eſt, quòd in litteris mentio fiat iurispatronatus laicorum, niſi & illud fuerit additũ: quòd illud ius patronatus ad Regem, Ducẽ, vel Marchionem pertinet: vt extat Regula Cancel. 40. relata à Couar. loco citato, n. 2. & aliis, ampliantibus hoc adeò verum eſſe, vt quamuis in litteris apoſtolicis dictum fuerit: *Ad cuiuſcumque collationem, ſeu præſentationem beneficium pertineat*; nihilominus non comprehendatur beneficium, quod ſpectat ad præſentationem laicorum.

Dixi quia S. Pontifex nunquam cenſetur iuri
54 patronatus laicorum derogaſſe, niſi de eo in literis fiat expreſſa mentio: quoniam non ita dicendũ eſt de iurepatronatu Eccleſiaſtico, quod ex Eccleſiæ bonis conſtituitur, vel dotatur, aut alicui competit ratione eccleſiaſticæ dignitatis, quia illi derogatum cenſetur per collationẽ à S. Pontifice factam, etiam ſi nulla fiat eiuſdem patronatus in litteris mentio.

Sic reſeruatio de iure communi facta de be-
55 neficijs vacantibus in Curia, licèt non comprehendat beneficia iurispatronatus laicorum; includit tamen beneficium iurispatronatus eccleſiaſtici, & clericorum: vt habetur ex Couar. ibidem. Vbi etiam probat poſſe Legatum à latere conferre beneficia iurispatronatus clericorum. Et idem, ait, videri ſibi dicendum de Nuncio Apoſtolico, habente Legati poteſtatem.

Quotieſcumque autem derogationis iuriſpa-
tronatus laicorum in litteris Apoſtolicis fit ſpecialis mentio, vt ſupra, tunc impedientes executionẽ prædictarum littetarum, aut pro illarum

ſuſpen-

ſuſpenſione, & annullatione ſtatuentes, cùm per tale ſtatutum minuatur Eccleſiaſtica libertas, nulli dubium eſt, incidere in excommunicationem noſtri canonis.

Nec conſuetudine aliqua excuſari poſſunt, cũ talis conſuetudo ſit contra ius naturale, & diuinũ: vt alias diximus, & probat Azor. loco ſupra allegato, q. 3. ver. Item prædicto iuri. vbi q. 4. cõtra Couar. etiam probat, ſtatuta laicorum diſponentia, litteras Apoſtolicas, ad Prouincias, vel Regna directas, cauſas ſpirituales concernentes, executioni non eſſe demandandas, donec per ciuiles Magiſtratus diſcutiantur, falſæne ſint, ſubrectitiæ, an legitimę, eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, niſi ex priuilegio Romani Pontificis id habeant, & q. 7. docet etiam illa ſtatuta laicorum eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, quibus ſtatuitur, vt poteſtas à Rom. Põtifice tributa Legatis, vel Nuncijs, quos ſolet ad Regna, vel ad Prouincias mittere, recognoſcatur, & diſcutiatur à ciuilibus Iudicibus, antequam ea vti Legati prædicti incipiant: quia huiuſmodi diſcuſſio ad poteſtatem Eccleſiaſticam dumtaxat pertinet, non ciuilem.

Eſt tamen verum, quòd per Ciuiles Iudices Nunciorum litteræ recognoſci poſſunt, an cõceſſæ ſint à R. P. niſi Rom. Pontifex priuilegium Legato, ſeu Nuncio conceſſerit, vt compelli nõ poſſit ſuas litteras oſtẽdere. Ita Azor. ibi & nos latius diximus ſupra can. t 3. q. 5. in fine. Vbi etiã retulimus Graff. in explicatione d. canonis, lib. 4 Dec. p. 1. c. 18. ſub n. 120. qui quoad Regnum Neapolitaoum, refert vidiſſe litteras de hac re a Rom. Pontifice ad Regem Philippum datas, & è contra: & propterea conſideratis conſiderandis, non cenſet eſſe condemnandos, nec incurrere excommunicationem Regios Magiſtratus, expedientes Regium exequatur, & illud impetrantes, donec aliter à Sede Apoſtolica fuerit deciſum.

Item contra libertatem eccleſiaſticam dicũ-
56 tur ſtatuta illa, quibus inhibetur Notarijs iuramenta recipere in contractibus ab ipſis contra-
i hentibus, aut irritantur contractus iurati; quia
57 iuramentũ eſt de iure diuino, vt in c. etſi Chriſtus, de iureiur. ſeu de iure naturæ, cuius diuinum cooperatur: vt habetur ea Bal. cõſ. 147 vol. 1. & ideo eius iudicium tanquam rei ſpiritualis, pertinet ad eccleſiam; nimirum igitur ſi ſtatuta huiuſmodi nõ valẽt, quomodocumque ipſa ſpiritualia nominauerint, etiam ad bonum finem: & hoc ex defectu poteſtatis: vt per Decian. c. eccleſia S Marię, n. 197. & alios, de conſtit. & latè
58 probat Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 72. Vbi etiam n. 30. bene declarat, quòd diſpolitio ſimpliciter loquens, non comprehendit contractum iuratum: vt per Gloſ. & alios Doctores in c. cùm non deceat, de elect.

Bene verum eſt, quòd ſub num. 27. ſuſtineri
59 poſſe inquit, ſtatutũ illud, in quo nulla expreſſa mentio fit de iuramento; ſed ſolùm de temporali loqueretur actu: vt quia annullat contractum inhitum cum minore, vel muliere ſine certa ſolemnitate, qua omiſſa præſumit illum contractum per dolum, vel metum extortum, quia tunc iuramentum ſuper eo appoſituni, nõ obligat, vti per dolum præſumptum: vt in cap. quamuis, de pact. lib. 6. quoniam fictio ſtatuti idem operatur, quod veritas, Rolan. cõſ. 99. n. 19.

Quod quidem verum puto io foro exteriori:
60 ſecus autem in foro interiori, ſi re vera nullus interceſſerit dolus: quia dictum ſtatutum, cùm fundetur in præſumptione, præſumptioni non datur locus in foro conſcientiæ, ſed attenditur veritas, c. tua, & c. is qui, de ſponſ. & Nauar. in ſuo Man. c. 17. ſub n. 283. littera N.

Eadẽ ratione ſtatutum prohibens matrimo-
61 t nium K cõtrahendũ inter perſonas non prohi-
K bitas de iure canonico, eſt contra libertatem eccleſiaſticam, vt cum communi ſententia docet Felin. in c. eccleſia S. Mariæ, num. 62. de conſtit. quia laici non poſſunt ſe intromittere in ſpiritualibus, vel illis annexis, niſi de licentia Rom.
62 Pontificis: vt in c. cùm contingat, de arbitr. & niſi in caſibus à iure expreſſis: cauſa quippe matrimonij ſpiritualis eſt, & eius cognitio ad eccleſiaſticam poteſtatem pertinet: vt in c. multorum, 35. q. 3. Quod adeo verum eſt, vt Iudex lai-
63 cus nec incidenter / in cauſa matrimonij intro-
i mittere ſe poſſit, niſi in quibuſdam caſibus: vt per Mart. de iuriſd. p. 2. c. 8. & latius p. 4. caſu 70. 71. & 72.

Nec aliqua conſuetudine laici circa ſpiritua-
64 lia cognoſcenda iuuari poſſunt: eo quòd cauſarum, & rerum omnium ſpiritualium ſunt omninò incapaces.

Hinc ait Inn. in c. conſtitutis, de elect. & Bald.
65 in l. ſuper longi, C. de præſcr. long. temp. & in l. male agitur, C. de præſcr. 30. ann. quod laicus poſſidens ſpiritualia, ſemper præſumitur eſſe in mala fide: & ideò cogitur oſteodere titulũ, alias nulla temporis præſcriptione, quantumuis immemorabili iuuari poteſt: quia non valet argumentum de priuilegio ad præſcriptionem, quã-
66 do perſona non eſt habilis: vt in c. cauſam, & ibi Paoor. n. 3. de præſcrip. Perſona enim inhabilis, per priuilegium fieri debet habilis: vt per Gloſ. in §. verum, d. 32. c. bene quidem, 96. d. & c. Adrianus, 63. d. vbi Papa conceſſit Imperatori, & multis Regibus facultatem conferendi beneficia.

Incapax ergo ad obtinendum in poſſeſſorio
67 cum longiſſima temporis præſcriptione, priuilegiũ capacitatis oportet, vt alleget, nempe quòd incapax, ſit factus capax priuilegio, & priuilegiũ illud ſaltem probet per ſumam, cum alijs adminiculis, alias nunquam obtinebit. Ita Felin. in c. accedentes, n. 6. de præſcr. Rot. Rom. d. 2. dec. 215. Mart. de iuriſd. p. 2. c. 5. in prin. c. 40. a n. 18. ad 24. & p. 4. caſu 47. à n. 2. ad 7. vbi etiam probat: quomodo conſuetudo illa ſuſtineri poſſit, quæ vult: vt motuo Prælato denũcietur Principi laico futura electio, vt habeatur eius cõſenſus in eligendo. Vide eundem Mart. ibi caſu 64. num. 13. cum alijs, quos allegat.

Quarto infertur ex Bal. in l. fin. C. de pact. in-
68 ter empt. & vendit. & alijs, quòd ſtatuta ſæcularium prohibentia Eccleſias ædificari ſine Principum ſæcularium licentia, ſunt contra libertatem eccleſiaſticam. Nam per huiuſmodi ſtatuta prohibetur eccleſiaſticis, quod nec humano nec diuino iure prohibetur.

Imò à Conſtantino Imperatore fuit conceſſa
69 facultas, eccleſias ædificandi per totum terrarũ orbem: vt habetur in tex. in c. futuram, 12. q. 1. & ideò non poſſunt Principes, etiam aliàs abſo-

luti,& Imperio non ſubditi reuocare priuilegia ab Imperio Eccleſiæ conceſſa: vt latè probat Caccialup.in l.cunctos populos,n.2. C.de ſum. Trin.& fid. cathol.

Præterea per ſupradictum ſtatutum eccleſiaſtici ſubderentur poteſtati Principum ſæcularium,cùm ſine eorumlicẽtia Eccleſias ædificare nequirent; & cõſequenter eſſet contra libertatem Eccleſiaſticam, quæ vt ſupra diximus, liberat perſonas,& eorũ bona, loca, iura,& cauſas à iuriſdictione, ac poteſtate Principum ſæcularium.

Rurſus per dictum ſtatutũ impeditur,minuitur, læditur, ac deprimitur, eccleſiaſtica libertas; cùm Eccleſiaſtici non poſſint ad ſui libitum Eccleſias ædificare ſine Principum ſæcularium licentia; ergo eſt contra libertatem Eccleſiaſticam: vt colligitur ex preſenti canone,in illis verbis: *Vndè libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut illàs quouis modo reſtringitur.*

Denique patet ex tex.in c.ſunt quidam, 1.q.1. vbi Paſchalis 11.ſic ait: *Sunt quidam, qui vel violentia, vel fauore non permittunt Eccleſias regulariter ordinari; hos etiam decreuimus, vt ſacrilegos iudicandos.*

Ex quo tex.Gloſ. & Turrecr.colligunt,quòd ſi
70 ille,qui frangit immunitatem Eccleſiæ,vel qui inde aliquid eripit ſacrilegus nuncupatur; multò magis, qui facit,ne Eccleſia ordinetur. Confirmatur etiam ex tex.in c.conuenior, ver. Reſpondeo: 23. q.8. vbi D. Ambr.ſcribens ad Valent. Imperat.vnam ſaltem Eccleſiam in ampliſſima Mediolanenſi Ciuitate expoſcentem,& in negatam irrumpentem, ſi ait: *Domum priuati nullo potes iure temerare; Domum Dei exiſtimas auferendam? Ad Imperatorem palatia pertinent, ad ſacerdotem Eccleſiæ.* Ex quibus patet nullum ius habere Principes ſæculares ſuper Eccleſias:& conſequenter non poſſe ſtatuere, ne ædificentur Eccleſiæ ſine ipſorum licentia.

Hinc Carolus,& Ludouicus Imperatores, vt
71 refert Theodor.hiſt.lib.5.c.182.cùm faterentur ſuper Eccleſias nullum ius habere, lege ſcripta profeſſi ſunt, vt nec domi ſuæ oratorij cõſtruẽdi habere facultatem,his verbis. *Placuit nobis, vt ſicut ab Epiſcopis,& reliquis Sacerdotibus, ac Dei ſeruis admoniti ſumus, ne cappellæ in noſtro Palatio, vel alicubi ſine permiſſione Epiſcopi, in cuius eſt parochia, fiant.*

Non tamen negamus,quòd Principes ſæcula-
72 res, quãdo timent probabiliter damnũ aliquod ſibi, aut Reip. inferri ex alicuius Eccleſiæ ædificatione, vel propter aliam iuſtam cauſam poſſint ad loci ordinarios recurrere, vel ad Rom. Pontificem,vt eorum idemnitati prouideant. Vndè Rex Caſtillanenſis in Hiſpania, citra omnem difficultatem obtinuit à Rom.Pontifice, quòd ex quo omnes fratres minores illius Regni erant obſeruantes, in illud Capuccini, & Minimi non intrent ad Eccleſias,ac Monaſteria conſtruenda.

Nec ex eo, quòd in Gallia Eccleſiæ non poſ-
73 ſunt ædificari citra Regis conſenſum,ſequitur, quòd alij Principes ſimiliter id ſancire poſſint: quia in Gallia Rex habet directum dominium ſuper omnia ſtabilia illius Regni: qua propter,
74 non modò eſt Princeps,ſed etiam priuatus dominus feudorum:& ideò cum illorum dominiũ habeat, poteſt de illis ad ſui libitum diſponere, cum quilibet rei ſuæ ſit moderator, & arbitrer, l.in re mandata,C.mand.

Hinc valet pactum inter priuatos initum, ne
75 in tali loco monumentũ,vel cappella ædificari poſſit, l.fin. C.de pact.inter empt. & vend. & ſi quis per pactum ſtringi nõ poſſit,vt in ſuo ſolo Eccleſiam ædificare non valeat: vt eſt tex. & ibi Gloſ.& DD. in l.nemo paciſcendo,ff.de pact. At verò alij Principes qui directum dominium vt ſupra non habent bonorum ſuorum ſtatuũ, ſed iuriſdictionem tantùm ſuper priuatorũ bonis,non poſſunt de illis diſponere in præiudicũ Eccleſiæ: nam licèt huiuſmodi Principes ſuper bonis ſtatus habeant dominium altioris rationis per viã vniuerſalis directionis, & protectionis,vt ſupra diximus;tamen illud priuatorum, eſt intimioris rationis,& habet magis rationem veri dominij, vt bene probat Bar. in l. 1. §. per hanc,ff de re iudic.

Nec ex eo quòd Romanorũ tempore nullus
76 fundus conſecrari poterat ſine licentia populi, in l.fi.ff.vt in poſſ.leg.l.ſacra,§.1. ff. de rer. diuiſ. inferri poteſt: ergo nulla Eccleſia hodie ædificari poteſt ſine Principis licentia; quoniam nõ valet argumentum à falſa Religione Gentilium & eorum templis ad noſtrã Religionem, & eius Eccleſias, Si enim Romani poteſtatem ſibi arrogabant creandi Deos,quid mirum,ſi eandem poteſtatem ſibi arrogarent ædificandi domos, vbi habitarent: Nos autem,qui Deum noſtrum non fecimus,ſed ipſe fecit nos;nec diuini cultus leges ſtatuimus; ſed à Deo recepimus, non debemus vſurpare poteſtatem fabricandi,nec impediendi ædificari Eccleſias; ſed hanc facultatẽ ſuo Vicario dimittamus.

Adde, quòd Imperatores Gentiles creari ſe-
77 facie bant, etiam Summos Põtifices;quia dignitas Pontificalis ſemper habita fuit maior quàm conſularis. vt legitur apud Card. Baron. in ſuis ann. tom.3. anno 312. vndè Imperatores tunc temporis authoritate Pontificia ſuper Eccleſijs ædificandis ſtatuebant. Et ideò ſicut tunc,ita nunc ſine authoritate Põtificis mediata, vel immediata,non poſſunt Eccleſiæ ædificari.

Et licet apud Balſamon. can.17. Con. calcedon.& lib.5.Hiſt.c.182.referatur,Nicephorum phocam Imperatorem Conſtantinopolitanum Conſtitutionem edidiſſe, prohibentem eccleſias ædificari citra Imperatoris beneplacitum, & licentiam:& idem etiam ſtatuiſſe Iuſtinianũ; illorum tamen facinora non ſunt deducenda in argumentum: nam de iure naturali, ac diuino hanc facultatem non habebant: ſicut nullus Princeps temporalis habet.

Vndè Iuſtinianus, qui paulatim poteſtatem
78 ſuper Eccleſiaſticas perſonas,eorum Eccleſias, & bona ſibi arrogauit, Dei iudicio in hæreſim lapſus,& inuiſibili ictus plaga, repentina morte correptus, ſui facinoris pœnas exoluit:vt refert idem Card.Baron.in ſuis ann. tom.7. anno 563. & 564.

Nicephorus denique ſceleris ſuis non euaſit
79 inultus: nam quamdiù viguit impia lex illa,vltra mortem acerbiſſimam, quam illi contulit, nullum calamitatis genus intermiſit. Quod cõſiderans Baſilius Iunior, qui ſucceſſit Imperio abrogandam curauit: cuius conſtitutionem recitat Balſamon. loco cotato, tenoris ſequentis.

Diui-

Diuinitus conſtituta Maieſtas noſtra, cùm & à Monachis, quorum teſtata pietas, ac virtus eſt, & ab aliis multis cognouerit, legem à Domino Nicephoro vſurpatore Imperij de Eccleſijs Dei, Religioſisque domibus latam cùm præſentium malorum, tum vniuerſalis huius ſubuerſionis, atque confuſionis cauſam, & radicem extitiſſe, vel non ad iniuriam, contumeliamque damnaxit Eccleſiarũ, & religioſorum domuum, ſed ipſius quoque Dei conditam: eamque adeò ipſa ſic compraratum eſſe compe-rit: nam ex quo lex iſta robur habuit, nihil boni penitus in hodiernum vſque diem ætatis noſtræ cõtigit, ſed potius è contrario nullum omninò genus calamitatis intermiſit: ſtatuit per religioſam hanc auream bullam, cui ſubſcripſit, legem illam prius latam ab hoc præſenti die ceſſare debere, ac deinceps irritam, nullíuſque momenti manere: conditis ante ipſam legibus, tàm de eccleſijs Dei, quam religioſis domibus vim robur ſuum obtinentibus, quas illuſtris Anna Maieſtatis noſtræ, & pater eiuſdem, & Auus optimè, ac religioſè promulgarunt. Vtque ſanctæ, & immutabilis eſſet hæc conſtitutio, propria manu ſubnotata, aureo quoque ſigillo ſubſignari iuſſimus menſe Aprili die 4. Indictione 1. anno ab origine Mundi 6496. & anno ſalutis 987.

Quintò infertur eſſe contra libertatem eccle-80 ſiaſticam ſtatuta laicorum diſponentia, quòd à Iudicibus Eccleſiaſticis oppreſſi ad ſæculares Iudices adeant ad vim, atque iniuriam propulſandam: nam, vt diximus ſupra can. præcedenti, q. 9. & in alijs locis, eſt contra ius naturale, ac diuinum, vt poteſtas ſæcularis de eccleſiaſticorum cauſis cognoſcat.

Idem dicendum eſt, ſi ſtatuta fiant, vt vbi epi-81 ſcopi, & alij ſuperiores eccleſiaſtici negligenter ſe gerunt in cognoſcendis, ac iudicandis cauſis ad eccleſiam pertinentibus, Iudex ciuilis poſſit eas ad ſe auocare, iuxta ea, quæ ſupra annotauimus in prædicto canone 14. q. 8. & Azor. lib. 5. inſtit. moral. p. 1. c. 14. q. 6. & alijs.

Item contra libertatem eccleſiaſticam ſunt 82 ſtatuta laicorum, quibus conuocantur Epiſcopi, & alij Prælati eccleſiaſtici, & illis præcipitur, vt Eccleſiarum, quæ in eorum ditione ſunt, libertatem, tranquillitatem, ſalutem conſeruent, atque defendant: quia laici nullam poteſtatem ſuper eccleſiaſticos habent: poſſunt tamen eos hortari, inuitari, ſuadere, vt congregentur; non autem laicali poteſtate illos compellere: vt cõtra nonnullos ab eo relatos probat Azor. loco citato, q. vlt.

Sextò infertur ex Bart. in l. filiusfamilias, §. di-83 ui, vbi etiam Alex Iaſon, Socin. iunior, & alij. ff. de leg. 1. & in l. dudum, C. de contrah. empt. eſſe contra libertatem eccleſiaſticam ſtatuta prohi-m bentia alienationẽ ſtabiliũ in eccleſiã, & in alia pia loca; quoniã per huiuſmodi ſtatuta prohibetur eccleſiaſticis, quod nec naturali, nec diuino iure prohibitum eſt: quin potius humano iure cõceſſum eiſdem reperitur: nam in l. generali, & in l. iubemus, C. de ſacroſ. Eccl. abſolutè conceditur, vt eccleſiaſticis liberè legari, ac donari poſſint à laicis eorũ bona, tam inter viuos, quàm cauſa mortis. Et prohibentes expreſsè dãnantur in c. eos, de immun. eccl. lib. 6. his verbis: *Eos, qui temporale dominium obtinent, ſuis ſubditis ac Prælatis, aut clericis, ſeu perſonis eccleſiaſticis quicquam vendant, aut emant aliquid ab eiſdem, neque ipſis bladum molant, coquant panem, aut alia obſequia exhibere præſumant, aliquando interdicunt: cum talia in derogationem libertatis Eccleſiaſticæ præſumantur, eo ipſo excommunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere.* Ergo ſtatutum, per quod prohibetur alienatio ſtabilium in Eccleſiaſticos, eſt contra libertatem eccleſiaſticam.

Confirmatur quia per huiuſmodi ſtatuta ecclẽ-ſiaſtici efficiuntur timidiores. Lapus alleg. 30 con. 7. Hanc eandem ſententiam tenet Bal. ſibi contrarius in l. vt inter diuinum, nu. 12. C. de ſacroſ. Eccl. Vbi ait, quòd licèt alias dixerit hoc ſtatutum valere; nihilominus veritas eſt Eccleſiam illud non comprehendere. Idem tenet Io. Andr. Anch. Abb. & alij in c. fin. de reb. Eccl. nõ alien. Fulgoſ. allegatus à Iaſone in d. § Diui, in prima lectura nu. 72. Vbi dicit, quòd nemo ab hac opinione diſcripat: Io. Bapt. à S. Seuer. in l. omnes populi, n. 98. ver. Ex prædictis dubitatur, ff. de Iuſt. & iur. Mandullus Alb. conſ. 8. Petrus Pecchius de ammortizat. bon. c. 6. Ang. conſ. 47. cum alijs ab eiſdem Doctoribus allegatis.

Eſt tamen verum, quòd ſi ſtatutum huiuſmodi 84 nullam mentionem faciat de Eccleſiaſticis, ſed prohibet immobilia alienari in extraneos, ſtatutum ipſum eſt validum, quamuis Eccleſiaſtici ſint magis extranei quàm nõ Ciues, vt ſupra diximus. Ita Bar. & DD. in d. dudum, C. de contrah. empt. Io. Andr. & Gemin. in c. fin. de imm. eccl. lib. 6. Alex. conſ. 53. & conſ. 126. vol. 5. Panor. & alij in c. conſtitutus, de in integr. reſtit. Et hanc ſententiam communem eſſe teſtatur Ripa in d. l. filiusfamilias, §. Diui. n. 79. ff. de leg. 1. Et hoc verum eſſe non ſolùm quando prohibetur alienatio per contractum, ſed etiam ſi per vltimam voluntatem, docet Bald. conſ. 226. num. 1. verſic. ſolutio, volum. 5. Cæphal. conſil. 53. num. 7. volum 1. Boſſ. de decreto Mediolan. in pract. crimin tit. de pœn. num. 43. tendunt enim prædicta ſtatuta in publicam vtilitatem, vt bona conſeruentur inter Ciues, & ſubditi fiant locupletiores, ac bona poſſidentes oneribus grauari poſſint onerumque exactio redeatur facilior; & ideò ſecundum ſententiam magis receptam ſtatuta huiuſmodi ſunt fauorabilia: vt per Rip. & Cæphal. locis citatis, Crauett. conſ. 118. num. 9. volum. 1. Alex. conſ. 41. num. 11. vol 5. & alij: atque adeò latiſſimam recipere interpretationem probant Socin. Iunior, conſ. 19. num. 6. lib. 1. Dec. conſ. 661. n. 1. Rip. & Cæph. ibidem.

Non tamen præfata ſtatuta comprehendunt clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, etiam ſi ob ſtatum Reip. Communitati conueniant ad eius tutelam, & regimen. Vndè non obſtante tali ſtatuto, alienatio immobilium facta in Eccl. ſiaſticos, erit valida. Ita contra Couar. in regul. poſſeſſor. in 2. p. §. 4. n. 8. Cardin. conſ. 144. & conſ. 5. n. 44. & alios quamplurimos, quos refert Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 6 n. 6 tenet Bart. in l. fin. C. de Sacroſ. Eccl. & in l. dudũ, C. de contrah. empt. & in d. §. Diui, n. 12. vbi Imol. Alex. Iaſ. cum alijs ab eiſdem allegatis, & ad eos additis. Io. Andr. Gemin. Anch & Franch. in c. 1. de imm. Eccl. lib. 6. Et hanc opinionem communem eſſe teſtatur Iaſon. in d. §. Diui, in 1. lect n 82. & in 2. lect num. 110. Rip. n. 81. Socin. Iun. n. 166. Crot. num. 88. & Canoniſtæ communiter ibidem Surd. conſ. 2. n. 34. vol. 1. Syntagma comm. opin. tom. 1. loco 2. c. 14. & Mart. loco citato n. 56. cum alijs, quos allegat.

Rationem autem hanc esse dicūt: quòd nulla
85 dispositio generalis comprehendit casus, vel personas in specie priuilegiatas: vt latè probat Dec. in l. si certis annis, C. de pact. in Lex testamento, C. vnd. liber. in c. fedes, num. 13. de rescr. Ruyn. cons. 195. n. 5. lib. 1. & Tiraq. in tract. lign. §. 1. n. 96. Sed Imperator concessit speciale priuilegium Ecclesiæ vniuersali super donationibus in eam largiendis, l. illud, C. de Sacr. Eccl. & in venditionibus, vt rerum, vēditarum possit in ecclesiam dominium transferri sine traditione, l. vt inter diuinum, C. eod. tit. Ergo sub generali dispositione per statutum aliquod aut legē nō intelligitur derogatum ei, quod specialiter Ecclesiæ concessum est. l. 1. in prin. ff. de off. eius.

Confirmatur, quia sub generali dispositione,
86 nō comprehenditur id, quod in specie disponi non potest, l. Lucius, §. pen. ff. admunicip. Bar. in l. si quis sub conditione, ff. de condit. instit. Dec. cons. 504. Cravet. cons 106. & alij. Laici autem nō possunt specialiter disponere de Ecclesiasticis, vt supra probauimus ex tex. in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ: ergo nec generaliter. Et tātō fortiùs; quoniam si huiusmodi statuta valerent, laici indirectè dispōnerent cōtra Ecclesiasticos, quod esset contra mentem legis: nam paria sunt, dire-
87 ctè, vel indirectè facere contra prohibitionem, c. quanto, de priuil. Bal. in auth. cassa n. 7. de Sacros. Eccl. Vndè statuta prædicta, & his similia, quibus generaliter cauetur ne certa bona, quæ in Ciuitatibus, aut in finibus agrorū consita sūt siue ad publicum vsum sint destinata, siue sint priuatorum, in exteros, seu in non subditos trās-
88 ferantur: item statuta, ne mulier, quæ filios habeat, cùm non subditis contrahat, nisi vsque ad certam pecuniæ quantitatem: Ne itidem possit testamento relinqui cum detrimento legitimæ portionis, quę filijs communi iure debetur, clericos, & Ecclesiasticas personas non comprehēdunt, quia ecclesiastici laicorum statutis siue generaliter vt supra edita sint, siue specialiter, non ligantur: siue disponant quoad ea, quæ fiūt inter viuos, nempe circa contractus empti, venditi, mutui, commodati, locati, conducti, depositi, pignoris, donationis, societatis, & c. siue disponant circa ea, quæ pertinent ad vltimas voluntates.

Quæ omnia vera sunt si statuta considerān-
89 tur, vt laicorū authoritate condita sunt: secus autē, si per statuta huiusmodi aliquid præcipitur; quod naturali iure fieri debet; aut aliquid damnatur, quod naturali iure prohibetur: quia cùm Principū leges aliquid imperant, quod naturalis ratio suadet, tunc clerici tenentur ad earum obseruationem; non tamen possunt cōpelli laica potestate; vt bene probat Azor. lib. 5 inst. moral. p. 1. c. 12. q. 5. & supra q. 17. latè probauimus.

Adde quòd hæc, quæ diximus, procedunt etiā
90 quoad feudalia: & ideo, si statutum prohiberet expresè alienationem feudorum fieri in Ecclesiam, esset contra libertatem Ecclesiasticam, & si prohiberet alienationē feudorum in non subditos, non comprehenderet ecclesiasticos. Nā non est maior ratio de statuto prohibente simpliciter, quam de statuto prohibente feuda alienari in Ecclesiam, cùm si feudum seruitiū expe-
91 tat, ecclesia possit seruire per substitutum, vt habetur ex Mart. de iurisd. p. 4. casu 16. n. 39.

Dices huiusmodi statuta & leges, à nonnullis Principibus per diuersas terrarum Orbis partes lata esse reperiuntur: ergo signum est non esse contra libertatem Ecclesiasticam. nam non est verisimile in hac re tanti momenti, tot Principes & Ciuitates liberæ in eorum animarum dispendium, in errorem incidisse. Legatur enim apud Thed. Balsh. lib. 5. suarum histor. à Nicephoro Imperatore lib. 2. nou. l. consti. similem cōstitutionē fuisse ædità. cuius verba, à dicto Theod. relata, sunt hæc, quæ sequuntur: *Itaque ab hoc tempore, nemini liceat, nec funales, nec agros, nec loca monasterijs, aut gerocomijs, aut Xenodochijs quomodocumque transmittere, adeoque nec alicui Metropoli, vel Episcopatui &c.* Valentianus etiam vna cum Valente, & Gratiano statuerunt: ne clerici aliquid à mulieribus acquirere possint: cuius legis nō doluit D. Hieronymus epist. 2. 3. & 22. Sed potius ipsorum clericorum auaritiæ. Hanc similem legem à Carolo Magno, & ab Odoardo Angliæ Rege emanatam fuisse fertur. Præterea in Hispania, in Gallia, in Sicilia, Senis, in Germania, Burgundia, & Flandria hæc similia statuta sancita fuerunt. Imò à Clem. VIII. fuit statutum, ne Lauretana Ecclesia amplius emat. Et similiter ne in terra Boschi Ecclesiastici à laicis emere possint. Quæ quidem omnia, si in dispendium ecclesiasticæ libertatis tenderent, edita non fuissent.

Sed respondetur, quòd illa Nicephori consti-
92 tutio, tanquam impia, & Imperio funestissima, fuit à Basilio Imperatore penitus abrogata. Cōstitutio vero Valentiniani, Valen. & Gratiani fuit edita ex permissu Damasi Papæ ad cohibēdum scandalum, & clericotum auaritiam, per D. Hieronymum loco citato deploratam. Verū Marcianus Imperator Nouel. tit. 5. eā abrogauit. Et quamuis D. Hieronymus nō legem prædictam, sed clericorum auaritiam ægreferre dicat; non tamen negat legem illam tendere in dispendium ecclesiasticæ libertatis.

Carolus Magnus, si talem legem edidit, cùm fuerit Christianissimus, non est verisimile, quin cum consensu Episcoporum ediderit: tātò magis, quòd in præfationibus suorum capitularium legitur, Imperatorem illum leges ciuiles sine episcoporum consilio haud promulgasse.

De Odoardo refert Polidorus Virgil. quòd à Bonifacio VIII. reprehensus, ex eo quòd clericis erat infestus, & nolens desistere, ab Anglicanis fuit impetitus, & adeò in eum irruerunt, vt non acquiescerent, donec populo concesserit, vt sine statuū cōsensu non posset tributa imponere. Vndè euenit, vt dum ipse vellet manus imponere in ecclesiasticis bonis, in quibus potestatem non habebat, fuerunt sibi ligata manus in rebus tēporalibus sui Regni, vbi prius supremam habebat authoritatem. Similes leges condidit Henr. II. Sed postea agnoscēs illas esse cōtra libertatem ecclesiasticam reuocauit.

In Lusitania Hispaniæ fuerunt huiusmodi le-
93 ges conditæ cū consensu Romani Pontificis, & cleri, vt refert Frāciscus Cælius in tract. de immun. eccl. in fine, vbi etiam ait Alfonsum III. propter huiusmodi legem ab eodem æditam fuisse ab Honor. III. excomm. vnicatum, & totū Regnum interdictū vsque quo non fuit absolutus, Ferdinandus III. hanc eādem legem sanci-

uit

uit contra Moniales Sancti Dominici Ciuitatis Metinæ in Hiſpania, ſed ſtatim monitus à Greg. IX. illam abrogauit: vt refert Ferdin. de Caſtr. lib. 1. hiſt. 5. Dominici, c. 42. Multi quoque inſtiterunt coram Carolo V. & Rege Phpilippo II. pro ſimili lege edenda, ſed ipſi ſemper reſtiterũt agnoſcentes non habere ſuper hoc poteſtatem.

In Gallia, licèt adſit lex eadem; nihilominus ſunt quamplures anni, quòd non ſeruatur: quãuis in d. Regno legem huiuſmodi iuſtã eſſe multi defendunt; eo quòd Rex Galliæ eſt directus Dominus omniũ ſtabilium. Vndè potuit à principio imponere illa onera, quæ maluerit: ſicut poteſt quilibet priuatus rem aliquã in emphyteuſim concedens, cum hac conditione concedere, ne tranſeat ad Eccleſias, & alia loca, quæ ſemper viuunt, & nunquã alienari poſſunt; propter quòd ceſſant emolumenta, laudemiorum, conſolidationum, caducitatum, & ſimilium.

Nec contractus huiuſmodi in aliquo lædit
94 Eccleſiaſticam libertatem: quia immunitas Eccleſiaſtica: ooò violatur per pacta, ſed per leges, & ſtatuta, vt ſupra diximus ex Bal. in l. fin. C. de pact. inter empt. & vend.

Hac eadem ratione Petrus Bell. in ſpeculo Principum, rub. 54. defendit hanc eandem legẽ Valentiæ emanatam: quoniã Rex Valentiæ recuperauit Regnum illud à Moris diù oppreſſũ.

Lex à Federico Siciliæ Rege edita fuit reuocata à Carolo II. tanquam contra libertatem Eccleſiaſticam: vt habetur ex Affl. in conſt. Regni, lib. 3. rub. 26. nu. 12. Legem Senis latam tamquam Eccleſiaſticę libertati contrariam damnat Bal. in auth. hoc ius porrectum, n. 58. ver. & propterea non valet, de ſacroſcecl.

Circa legem Loreti, & in terta Boſchi, non eſt elaborandum: etenim editę fuerunt à Rom. Pontifice, qui authoritatem habet ſuper huiuſmodi leges condendas.

Burgundię, ac Flandrię poterant huiuſmodi leges ſanciri: eo quòd omnia immobilia ſunt io domino Dominorum.

Germanię, ſimiles leges fuerunt reuocatæ à Feder. II. & Carolo IV. Imper. vt patet ex Cõcilio Conſtantien. Denique eſtò quòd prædicti Principes, & alij leges prędictas ędiderint contra libertatem eccleſiaſticam, non per hoc ſequitur ſtatutum, de quo nos loquimur, eſſe licitũ quoniam experiẽtia ſatis edocti ſumus, Principes ſęculares pluries in Eccleſię libertatem irruiſſe: ſicut quotidie in nobis experimur carnem aduerſus ſpiritũ militare. Vndè ſicut rationabile eſt, vt caro ſpiritui cedat: ita temporales poteſtates, ſeu Principes ſæculares, Eccleſiaſticæ poteſtati. Etenim contumaces, & obſtinati, & ſibi ipſis, eorumque Regnis exterminium pereũt, vt in Anglia, & in alijs Regnis, Sedi Apoſtolicæ rebellibus quotidie videmus. Hæc omnia, & alia ad hanc rem pertinentia ſatis quidẽ doctè, ac eleganter tradita fuerunt à doctiſſimo quodam viro in quibuſdam ſuis allegationibus pro defenſione Eccleſiaſticæ libertatis. Quo circa hoc loco ea tranſcribere opere pretium eſſe duximus: ex his enim clarè conſtat, ſtatuta prohibentia alienationem ſtabilium in Eccleſiam, & alia loca pia eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam.

Eiſdem rationibus dicendũ quoque eſt, quòd
95 ſtatutũ diſponens, quòd pro legatis, aut donationibus ſtabilium à fidelibus factis eccleſiæ, aut alijs locis pijs eorum æſtimatio illis aſſignetur, eſt contra libertatem eccleſiaſticam, quoniam per huiuſmodi ſtatutum prohibetur eccleſiaſticis, & eorum eccleſijs poſſidere ſtabilia, quod nec diuino, nec humano iure prohibitũ eiſdem reperitur.

Confirmatur, quia per tale ſtatutum læditur, ac minuitur eccleſiaſtica libertas: nam vndè clerici poſſunt liberè ſtabilia poſſidere, vi prædicti ſtatuti compellerentur eorum pretium, & æſtimationem recipere: quod eſt contra libertatem eccleſiaſticã, vt ex verbis noſtri canonis cõſtat.

Hanc ſententiam docet Bal. in auth. hoc ius porrectum, n. 18. C. de ſacroſcecl. Archid. in c. Romana, n. 13. de appel. in ſexto, Hoſt. in c. in ſummę, §. ſed nec illam primo, de immun. eccl. Io. Bapt. à S. Seuer. poſt Bar. in l. omnes populi, n. 99. ff. de iuſt. & iur. Gemin. in c. pen. de immun. eccl. in ſexto, Dec. in c. Eccleſia S. Mariæ, num. 191. de conſtit. & Specul. tit de loc. §. nunc aliqua, oum. 142. in fine libri.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd huiuſmodi ſtatu-
96 tũ non eſt contra ius diuinum; imò potius eſſe cooforme conſuetudini, quæ vigebat tempore primitiuæ Eccleſiæ. Nam, vt legitur Act. Apoſt. c. 4. tunc temporis, multitudinis credentiũ erat cor vnum, & anima vna: nec quiſquam eorum, qui poſſidebat aliquid, ſuum eſſe dicebat; ſed omnia erant communia: & quot quot erãt poſſeſſores domorum, aut agrorum, vendentes afferebant pretium, & ponebant ante pedes Apoſtolorum: atque adeò volentes Eccleſię donare ſtabilia vendebant, reponentes eorum pretium ante pedes Apoſtolorum: quoniam reſpõdetur, quòd erroneum eſt reuocare in dubium, an Eccleſiæ, & Eccleſiaſtici debeant bona poſſidere: poſtquam aliqui auſi ſunt, partem negatiuam tenere, dicentes, quòd Chriſtus, & eius Apoſtoli mendicabant, proprium non habentes: quæ quidem ſententia fuit damnata in extrau. Papæ Ioan. 22. quæ incipit: Cùm inter, cum ſeq. de verb. ſignif. Nam dum Dominus noſter Ieſus Chriſtus adhuc in mundo viueret, Apoſtoli cuſtodiebant oblationes ipſis oblatas. Vndè D. Auguſtin Euang. D. Ioan. ait, quòd Dominus habebat loculos, à fidelibus oblata conſeruans, & ſuorum neceſſitatibus, ac alijs indigentibus tribuebat. Vt etiam habetur ex Grat. 10 c. habebat 12. q. 2.

Et quamuis poſt aſcenſionem Domini in cę-
97 lum dicat S. Luca Act. Apoſt. c. 4. quòd multitudinis credentium erat cor vnum &c. nihilominus hoc ideò fiebat, quia cùm Eccleſia Dei eſſet transferenda à Iudęa ad Gentiles, non expediebat, oblata ſtabilia retinere, vt in c. futuram, 12. q. 1. Poſtmodum ait Vrban. Papa in c. videntes, eod. c. & q. quòd videntes Summi Sacerdotes, & alij fideles plus vtilitatis afferre poſſe, ſi hæreditates, & agros, quos vendebant, eccleſijs, quibus præſidebant Epiſcopi traderent; eo quòd ex ſumptibus eorum, tam præſentibus, quam futuris temporibus plura, & elegantiora miniſtrare poſſent fidelibus, communem vitam ducentibus, quàm ex pretio eorum, ceperunt prædia, & agros, quos vendere ſolebant, Eccleſijs tradere, & ex ſumptibus eorum viuere.

Qua propter ab eo tempore cęperunt fideles
98 ecclesijs donare nonnulla prædia, & bona, & Episcopi, eorumq; ministri fructus percipiebãt, alijs distribuentes, quousque propria bona fuerunt applicata cappellis, & Ecclesijs. Ex quibus patet, quòd Ecclesiæ semper fuerũt capaces dominij rerum tẽporalium, eis ad eorum libitum vtentes, vendentes, distribuentes, & in cõmuni retinentes. Præterea, quòd quando pro temporum conditione huiusmodi mutationes necessarię fuerunt, factæ extirerunt a Ministris ecclesiasticis, & non à Principibus sæcularibus. Denique Spiritus sanctus, à quo Sãcta Ecclesia regitur, & gubernatur, voluit, Ecclesiam habere possessiones, & bona: quia, vt ait D. Prosper de vit. contempl. lib. 2. c. 9. relatus in c. expedit, 12. q. 1. Expedit facultates ecclesiæ possideri, & proprias perfectionis amore cõtemni: nõ enim sunt proprię, sed omnes facultates ecclesię. Hinc
99 S. Paulinus, cuius meminit tex in d. c. expedit, ingentia prædia, quæ fuerunt sua, vendita, pauperibus erogauit: sed cùm factus esset episcopus non contemsit ecclesiæ facultates, sed fidelissimè dispensauit. Idem de S. Hilario in d. c. refertur. Ex quibus satis ostenditur citra perfectionis impedimentum posse ecclesias facultates, quæ sunt communes, possidere.

Quod diximus de dicto statuto, idem dicen-
100 dum est de statuto prohibente, bona collectas soluentia fisco alienari in ecclesiam, aut in non subditos: vt latè probat Mart. de iurisd. p. 4. casu 6. num. 38.

Septimò infertur quòd statutum excludens
101 Ecclesiasticos à successione Parentum, Agnatorũ, vel cuiuslibet alterius, est nullum ex defectu potestatis, c. Ecclesiæ S. Mariæ, de const. & contra libertatem ecclesiasticam, tùm quia huiusmodi statutum aufert clericis beneficiũ succedendi de iure communi, tùm quia ecclesiastici per illud efficerentur timidiores: nam videntes non posse succedere retraherentur à clericatu, & Religione, ar. tex. in §. sed hoc præsenti, in auth. de sanct. episc. & in terminis nostris est tex. in auth. cassa, & irrita, C. de sacrof. eccl. l. 1. C. de sum. Trin. & fid. cath. c. nouerit, de sent. excom. Dec. in d. c. ecclesia S. Mariæ. n. 188. Bal. & Angel. in l. Deo nobis, C. de episc. & cler. & hanc sẽtentiam communem esse testatur Alea. cõs. 139. col. fin. vol. 2. & Iaſ. in l. fin. n. 25. C. de pact.

Quod quidem verum esse testantur Iaſ. loco citato, & Dec. in c. in præsentia, de probat. cum alijs, quos allegant, siue statutum disponat de ingrediente, dicens: Ingredi eius Monasterium, vel si quis intret Monasterium, sit priuatus iure succedendi: siue disponat de iam ingresso dicẽs: si quis ingressus fuerit Monasterium, non succedat: vt contra Bar. in d. l. fin. tenent DD. paulò supra citati. Nam non est verum, quòd statutum loquens de ingrediente per verbum præsentis temporis comprehendat tantùm laicos; quia habet intentionem etiam ad clericos: etenim cùm dicit: Ingrediens Monasterium nõ succedat: cõfertur effectus in tempus, quod defertur successio, & quo reperitur clericus, vel Monachus: vt bene declarat Mart. de iurisdict. par. 4. casu 25. & 76. n. 13.

Idem dicendum est de statuto, disponente,
102 quòd bona omnia, & iura, etiam in spe probabili consistentia cuiuslibet volẽtis ingredi Religionẽ, si sequatur ingressus, & Religionis professio, intelligantur, & sint ipso iure ante eius ingressum translata in personam illorum, vel illius, qui de iure communi, vel ex forma statuti ab intestato succederent, nisi ante Religionis primum ingressum ipse ingrediens aliter de bonis, & iuribus suis legitimè disposuerit. Videtur enim proculdubio huiusmodi statutum contra libertatem ecclesiasticam: quoniam videntes nõ posse disponere de proprijs bonis post Religionis ingressum, retraherẽtur à professione emittenda cõtra tex. in §. sed & hoc præsenti, in auth. de sanct. episc. vbi si quis rogatus de restituendo hæreditatem legatum, aut donationem, Monasterium ingrediatur, deficit fideicommissum, & conditio habetur pro non adiecta, ne retrahatur à voluntate profitendi.

Quod si in testamento non potest apponi cõ-
103 ditio, per quam quis retrahatur à voluntate profitendi: ergo multò minùs per statutum per ea, quæ supra diximus. Eò magis, quia est validũ in iure argumentum à lege ad vltimam voluntatem, §. disponat, in auth. de nupt.

Secundò illud statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticam, vt sæpe diximus, per quod personis ecclesiasticis prohibetur aliquid, quod alij communiter facere possunt; & nec diuino, nec naturali, nec humano iure illis prohibetur: sed personis ecclesiasticis per huiusmodi statutum inhibetur id, quod nullo iure eis interdicitur, cùm nullo iure prohibitum alicui reperiatur, post Religionis ingressum, de proprijs bonis ad sui libitum disponere, sicut omnibus alijs conceditur, cùm quilibet sit moderator, & arbitror rei suæ, vt in l. in re mãdata, C. mandat. ergo prædictum statutum est contra libertatem Ecclesiasticam.

Dices hoc statutum non disponit contra cle-
104 ricos, sed contra laicos; quia loquitur de volẽte ingredi Monasterium, non de ingresso, iuxta ea, quæ docet Bar. in l. fin. n. 6. C. de pact. Vndè per hoc statutum non aufertur lucrum Ecclesiasticis neque grauatur Monasterium in quæstis, sed laici sunt, qui grauãtur, sed contra. quòd imò statutum hoc disponit contra Ecclesiasticos, nam dum vult, vt sequuta professione intelligantur bona Religionẽ ingressi ipso iure trãslata in personas venientium ab intestato, per Religionis ingressum priuat ipsum Nouitium disponendi de suis rebus antequam professionem emittat, & ita disponit contra personas Ecclesiasticas, quia Nouitij dicuntur verè personæ ecclesiasticæ: eo quòd gaudent priuilegio clericali, ita quòd eos percutiens est excommunicatus: vt nos latè probauimus supra, q. 3.

Præterea, quamuis statutum loquatur de vo-
105 lente ingredi Religionem, & sic de laico; tamẽ effectum suum confert in tempus, in quo est ingressus, & professus. Vndè pari sũt aliquid fieri tempore prohibito, vel fieri tempore licito, sed conferre effectum in tempus prohibitũ: vt est tex. in l. quod sponsæ, C. de donat. ante nupt. Vbi ait Bar. hanc regulam adeò veram esse, vt nullam patiatur sallentiã: & Iaſ. in l. de quæstione, n. 26. C. de pact. inquit, dictam regulam esse fortissimum argumentum ad probandũ, quòd non valet statutum, disponens, quòd ingrediens

Mo-

Monaſterium non ſuccedat: quia licèt loquatur de ingrediente Religionem, & ſic de perſona laica; conſert tamen effectum ſuum in tempus, in quo eſt iam factus ingreſſus.

Vndè ſicut non valet, ſtatutum diſponens,
106 quòd filiæ ingreſſæ Monaſterium, Pater non poſſit relinquere niſi certum, quid, iuxta ea, quę docet Bal. in l. ipſis, C. vt in poſſeſſ. leg. ita prædictum ſtatutum erit inualidum: quia paria ſunt, vt diximus, aliquid fieri tempore prohibito vel tempore licito, ſed conferre effectum intẽpus prohibitum.

Tertiò principaliter probatur: quoniam illud
107 ſtatutum dicitur cõtra libertatem eccleſiaſticam per quod perſonis Eccleſiaſticis impediũtur priuilegia à legibus diuinis, vel humanis eiſdem conceſſa, vt ſupra probauimus: tale eſt ſtatutum, de quo agitur, ergo &c. Minor probatur, quia perſonis Eccleſiaſticis & ſic Nouitijs Religionem ingreſſis per dictum ſtatutum impeditur priuilegium, quod eis fuit à Cõc. Trid. conceſſum ſeſſ. 25. c. 16. Vbi adeò cõceditur Nouitijs de proprijs bonis diſponere poſt Religionis ingreſſũ infra duos menſes ante profeſſionẽ, vt nulla renunciatio, aut obligatio antea ab eiſdem facta, etiam cum iuramento valeat.

Quartò ſtatutum, per quod excluduntur
108 eccleſiaſtici à ſucceſſione, ſiue tacitè, ſiue expreſsè, vt illatione præcedenti probauimus, eſt nullum, & contra libertatem Eccleſiaſticam; ergo ſtatutum per quod impeditur eccleſiaſticis voluntas diſponendi de bonis ſuis, etiam dicitur nullum, & contra libertatem Eccleſiaſticam: conſequentia probatur: quia dare, & recipere ſunt correlatiua: in correlatiuis au-
109 tem quod diſponitur in vno, diſponitur etiam in alio: vt latè habetur per Euerar. in loco, à correlatiuis. Et eo maximè vbi militat eadem ratio: vt ſumus in caſu noſtro: nam eodem modo quis impeditur à Religionis ingreſſu, & profeſſione quando impeditur ſuccedere, ac vbi impeditur diſponere.

Denique illud ſtatutum eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, per quod prohibetur Eccleſijs, quod de iure illis conceditur; huiuſmodi eſt ſtatutum, de quo agitur: ergo &c. Maior patet: Probatur minor: quia per hoc ſtatutum prohibetur Monaſterijs in bonis Religionem ingreſſi, & profeſſi ſuccedere, quibus iure ſuccedunt ſtatim ſecuta profeſſione, ſi de illis ante profeſſionem Nouitius non diſpoſuerit: vt eſt tex. in auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. eccl. & c. quia ingredientibus, 19. q. 3.

Imò Nouitio decedenti ante profeſſionem
110 ſi de bonis ſuis aliàs non diſpoſuerit, ſuccedit Monaſterium: quia d. auth ingreſſi, loquẽs de ingredientibus Religionem, recipit declarationẽ à iure canonico; quod ſponitur, vt ingreſſus Religionis ſit purè factus, reſoluendus ſub conditione, ſi ſibi non placuerit infra annum probationis. Vndè intelligenda eſt de primo ingreſſu: non autem de eo, qui fit per profeſſionẽ. Ita Bal. conſ. 304. vol. 5. Rimin. conſ. 509. n. 32. Menoch. conſ. 82. n. 158. & alij, quos refert, & ſequitur Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 95. n. 7. Imò Dec. in d. auth. ingreſſi, num. 4. verſ. Sed poſtea poſt Anch. conſ. 69. nu. 8. in fine, ait, quòd ſecundum iſtam declarationem debent intelligi alij effectus, qui ex ingreſſu Religionis perueniunt.

Vndè ſi teſtator inſtituat Sempronium, & ei
111 Titiũ ſubſtituerit, ſi ſine liberis deceſſerit, tũc inſtitutus ſi Religionẽ ingrediatur, & infra annum probationis deceſſerit, eius bona acquirũtur Monaſterio, excluſo ſubſtituto: quia tex. in §. ſed hoc præſenti, in auth. de ſanct. Epiſc. intelligendus eſt de primo ingreſſu Religionis, nõ autem de eo, qui fit poſt profeſsionem. Ita Iacob. Rauenn. Petrus de Bellaper. & alij in d. auth. ingreſſi, Bar. in auth. ſi qua mulier, in fine, C. de ſacroſ. eccl. Anch. d. conſ. 69. & in c. cùm cauſam, de elect. cum alijs allegatis per Mart. loco citato num 8. cum plur. ſeq.

Imò tex. in d. §. Sed & hoc præſenti, locum
112 ſibi vendicat quoad Religionis ingreſſum in omnibus aliis conditionibus talis ingreſſus impeditiuis, vt habeantur pro non adiectis fauore Religionis. Vndè legatum factum vxori donec caſtè vixerit, & lectum viduale ſeruauerit debetur eidem, etiam ſi Monaſterium ingrediatur, non obſtante, quòd communis vſus loquendi cõtrarium intelligeret: vt per Bal. in l. Deo nobis, n. 51. C. de epiſc. & cler. Ias. in l. fin. n. 33. C. de indic. vid. toll. Alex. in l. mulier, § cùm proponeretur, ff. ad Trebel. Mant. in tract. de coniect. lib. 11. tit. 19. nu 27. & ſeq. & Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 81. cum alijs, quos allegat. Patet igitur ex dictis, quòd ſtatutum prædictum eſt contra libertatem Eccleſiaſticam.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd huiuſmodi ſtatu-
113 tum fuit editum ad conſeruandam agnationẽ opulentã; in quo ſummopere verſatur publicũ bonũ: eo quòd publicè intereſt locupletes habere Ciues ad onera Reip. ſupportanda, §. cogitatio, in auth. iud. fine quo ſuffr. & ideo cùm bonum commune Ciuitatis reſpiciat, non videtur
114 dici poſſe cõtra libertatem Eccleſiaſticã: quia bonũ Ciuitatis æquale eſt bono Eccleſiarum. Hinc Rom. P. in c. 2. de immun. eccl. vult, Eccleſias, earumque miniſtros, non excuſari à cuſtodia Ciuitatum: quia fauor Eccleſiæ non debet eſſe ita immoderatus, vt ſit iniuſtitiæ productiõ-
115 nus: ar. tex. in c. nuper, de donat. inter vir. & vxor. Quoniam reſpondetur, quòd vt alias diximus ad aliquam legem condendam, non modò requiritur iuſtitia cauſæ, nempe ratio communis boni; ſed etiã authoritas legislatoris, vt in c. vt animarum, de conſt. in ſexto. Cùm igitur Poteſtas ſæcularis, & Poteſtas Eccleſiaſtica ſint diſtinctę: & perſonæ eccleſiaſticæ ſæculari poteſtati non ſint ſuppoſitæ, nil mirum ſi aliquando contingat ſtatutum condi à poteſtate ſæculari propter commune bonum in præiudicium libertatis Eccleſiaſticæ, quod tamen inualidum ſit ex defectu authoritatis.

Vndè meritò in Conc. Lateran. ſub Inn. III.
116 de quo in c. non minus, & c. aduerſus, de imm. eccl. fuit determinatũ, vt vrgente aliqua neceſſitate, aut vtilitate publica, Principes ſeculares propria authoritate eccleſiaſticas perſonas ad publica munera ſubeunda non compellant, ſed adeant eccleſiaſticas poteſtates, quæ cauſa cognita Reip. vtilitati, ac neceſſitati conſulant. Et licèt concedamus bonum Ciuitatis æquale eſſe bono Eccleſiæ, non tamen eccleſiæ, & eccleſiaſticæ perſonæ poſſunt compelli ad præſtandum tale bonum à poteſtate ſæculari, cùm illi non

ſint

ſint ſuppoſitæ, ſed à poteſtate Eccleſiaſtica, cui ſubduntur.

Nec tex. in d.c.2. de immun. eccl. facit contra
117 noſtram ſententiam: quia ibi perſonæ Eccleſiaſticæ non excuſantur à cuſtodia Ciuitatum: eo quòd Ciuitates cuſtodiri, intereſt vitæ vniuſcuiuſque in particulari. Hac eadem ratione Eccleſiæ tenentur contribuere ad collectam, quæ imponitur propter ſocietatem hominum depredantium territorium, in quo Eccleſię multas habent poſſeſſiones, repellendum: vt docet Bar. in l. nullus, per illum tex. C. de Decur. lib. 10. & tunc oportet quòd clerus, & populus principaliter conueniant, & deliberent. Syl. verbo Immunitas n. 20. nam qui habet immunitatem à collectis,
118 non intelligitur exemptus ab his, quæ imponuntur propter bellum: vt ex communi Doct. ſententia tenet Iaſon in l. ex toto, in prin. n. 7. ff. de leg. 1. per tex. in l. 1. C. vt nem. lic. ab empt. lib. 10. & Vaſq. lib. 3. de ſucceſ. creat. §. 21. lim. 10. num. 181. & 182. Item tenentur contribuere ad refectionem viarum publicarum, pontium, murorũ
119 Ciuitatum, & ſimilium, quæ tendunt in vtilitatem vniuſcuiuſque in particulari: Iaſon in l. placet, in 1. lect. n. 14. C. de ſacr. eccl. Cardin. in cle. 1. q. 17. de vita & honeſt. cler.

Quæ omnia intelligenda ſunt, quobus coputiuè concurrentibus: Primò dummodo neceſſitas adſit: nam ſi nulla neceſſitas extaret, tunc licèt per refectionem murorum, pòtium, vel viarum, fortior, aut pulcrior redatur Ciuitas; tamẽ Eccleſia, & clerici non tenentur contribuere: vt dicit Vaſq. loco citato; qui ita putat intelligẽdũ eſſe Panor. conſ. 3. lib. 1. & in c. non minus, de immun. eccl. Secundo quoties laicorum facultates non ſufficiunt: quoniam clerici ad prædicta tenentur in ſubſidium dumtaxat .i. quãdo ſæcularium facultates non ſuppetunt, & Reſp. in neceſſitate vt ſupra reperiatur: vt per Riccard. in ſuis quolibetis quol. 2. q. 30. ar. 4. per tex. in c. non minus, & c. aduerſus, de immun. eccl. Et ita fuiſſe deciſum per Clem. VIII. anno 1600. refert Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 1. num. 52. in cauſa inter clerum, & Populum Piſanum pro reparãdo Arni flumine ad communem laicorũ, & clericorũ vtilitatem, cùm penè omnia clericorum bona eſſent propè flumen. Mandauit enim S. Pontifex, diſcuſſis prius bonis laicorum, ſi non ſufficerent, condemnari prædictos Eccleſiaſticos ad contribuendum.

Et licèt per Eccleſiaſticos fuerit Inſtatum pro
120 dicta diſcuſſione: tamen quia diſcuſſione non eſt opus, vbi notoriè conſtat, quem non eſſe ſoluendo; vt per Capy. dec. 54. Aſſi. dec. 318. & alios à Mart. ibi allegatos, & Piſanorum bona non eſſe ſufficientia notoriè cõſtabat; ideirco ſine alia diſcuſſione S. P. ſententia fuit executioni demãdata.

Immo his caſibus etiam clerici volentes non
121 debent talia onera ſubire, niſi prius conſulto Rom. Pontifice: vt colligitur ex d.c. aduerſus; niſi eſſet tanta neceſſitas, & pietas, quòd non poſſet ſine ſcandalo, & periculo recurſus haberi ad S. P. nam tali caſu ſatis eſſet deliberatio cleri cũ Epiſcopo: vt ex Panor. in d.c. non minus, & alijs probat Mart. eodem loco citato, num. 51. & caſu 9. n. 6. ac caſu 10.

Et ſi dicatur, quòd ex Dei ordinatione Pote-
122 ſtas ſæcularis poteſt quamlibet legem, ſeu ſtatutum condere propter bonum publicum; nam finis Poteſtatis ſecularis ex Dei ordinatione eſt Rẽp. bene gubernare in omni eo, quod ſpectat ad comune bonum, & regimẽ temporale ipſius: quia quando Deus, & natura dant aliquem finẽ dant etiam omnes potentias neceſſarias ad obtinendum illum finem. Hinc natura fuiſſet deſectuoſa, ſi autem ad finem volandi deſtinaſſet, & in ſe ipſo volandi potentiam non dediſſet. Sic Dominus cùm Io. c. 21. tribuit poteſtatem Apoſtolo Petro ſuper vniuerſalem Eccleſiam dicens *Paſce oues meas &c.* tribuiſſe ejdem cenſetur omnem poteſtatem ſufficientem ad Eccleſiam gubernandam: & proinde prædictis verbis nõ modo ei tribuit poteſtatem Ordinis, ſed iuriſdictionis, tum internæ, tum externæ: & externæ, non modo directiuæ, ſed etiam coerciuæ: nam cui datur iuriſdictio, ea quoque conceſſa cenſentur, ſine quibus iuriſdictio expleri non poteſt, l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. l. fin. ff. de eo, cui mand. eſt iuriſd. & facit tex. in c. Paſtoralis, in prin. de offic. deleg. ſtatutum autem huiuſmodi cùm tendat in bonum publicum videtur alligare etiam clericos ex Dei ordinatione. Tanto fortius quia ſtatuta honeſta, & rationabilia laicorum ſunt ſeruanda etiam in foro Eccleſiaſtico, vt habetur ex tex. in c. cùm veniſſent, de eo, qui mitt. in poſſeſſ. cau. rei ſeru. & c. cum cauſa, de re iudic. quibus iuribus habetur ratio laicorum, ſeu Ciuitatum conſuetudinis rationabilis, etiam in foro Eccleſiaſtico. Hoc ipſum probat Bar. in l. cunctos populos, C. de ſum. Trin. & fid. cath. quem refert, & ſequitur Calcan. conſ. 7. n. 15. Modo eadem ratio militat in ſtatutis rationabilibus: vt bene probat Fel. in c. Eccleſia S. Mariæ, ſub num. 6. in fine de conſtit.

Ad hæc reſpondemus, quòd aut loquimur quoad vim directiuam, aut quoad vim coactiuã
123 Cùm igitur dicis, quòd propter bonum publicũ poteſt Princeps ſæcularis quamlibet legẽ, ſeu ſtatutum condere, concedimus quoad vim directiuam, & non eſt contra libertatem eccleſiaſticam: quia quilibet tenetur ſecundum rectam rationem viuere: arg. tex. in l. ſcire oportet, §. qui non iuſtè, ff. de excuſat. Si verò intelligis quoad vim coactiuam, negamus: quoniam perſonæ, & res Eccleſiaſticæ ſunt exemptæ à iuriſdictione, ac poteſtate ſæculari, vt ſæpe diximus.

Vndè poteſtas ſæcularis ad conſulendũ Reip.
124 vtilitati quoad perſonas, & res Eccleſiaſticas debet recurrere ad poteſtatem eccleſiaſticã. Et tanto fortius, quia præceptum Diuinum ſerendi leges, ac ſanctiones, Reip neceſſarias, non eſt factum ſoli Principi ſæculari, ſicut illi ſoli nõ eſt tributa tota poteſtas, & cura reiminis, ſed vtrique poteſtati, & vnicuique ſecundum propriã portionem: Eccleſiaſtico ſcilicet, vt condat leges pertinentes ad perſonas, & res Eccleſiaſticas, & laico, quæ pertineant ad res temporales. Et ſi laicus viderit propter vtilitatem ſuorum ſæcularium neceſſariam aliquam legem tangentem perſonas eccleſiaſticas, aut eorum bona, debet recurrere ad Principem eccleſiaſticum, vt prouideat, aut ipſi laico facultatem tribuat prouidendi: quoniam poteſtas ſpiritualis, & temporalis non ſunt ſicut duo corpora Reip. ſeparata, & interſe pugnantia; ſed ſunt partes vniuſ-

met

mæ Reip. temporalis ſcilicet ſpirituali, tanquam dignior, ſubordinata, iuxta tex. in c. ſolitæ, de maior. & obed.

Nec iſtantia de aue in aliquo officit: nam con-
125 cedimus, quod natura fuiſſet defectuoſa, ſi auē deſtinaſſet, prout deſtinauit ad finem volandi, & in ſe ipſo potentiam non deduſſet: ſed non fuiſſet defectuoſa, & ſi fecerit, vt non poſſit volare corpus ſine anima; quemadmodum ſe habent poteſtates ſpirituales, & temporales. Petro Apoſtolo dedit Deus poteſtatem ſuper vniuerſalem Eccleſiam tam temporalem, quàm ſpiritualem: quia S. Pontifex eſt omnium Rex directè, & immediatè: vt bene declarat Io. Bachon. in 4. ſent. q. 11. art. 4. & latè Mart. de iuriſd. p. 1. c. 17. 18. 19. cū plur. ſeq.

Eſt enim S. Pontifex Dei Vicarius, qui omniū
126 dominium habet directè, ac immediatè: iuxta illud pſal. 23. *Domini eſt terra, & plenitudo eius*: & ideo in ſe habet poteſtatem, ac potentiam paſcendi oues, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam, & proinde ſtatuendi contra temporales Principes, & Poteſtates, ſi ad ſpiritualem finem maximè id neceſſarium, vel valdè vtile fuerit, independenter à quacunque poteſtate, cùm ipſe ſit omnibus ſuperior, & nulli inferior, c. cuncta per mundum 9. q. 3. & c. inferior, d. 21.

Denique ad reliqua reſpondendo dicimus; quòd ſtatuta ſæcularia rationabilia, & honeſta ſunt ſeruanda in foro Eccleſiaſtico quoad vim directiuam dumtaxat; non quoaduim coerciuā, iuxta ea, quæ ſupra diximus.

Octauò infertur, quòd ſtatutum laicorum
127 prohibens laicis *a* contrahere cum clericis, eſt *a* nullum: quia non poſſunt ſtatuentes laici de Eccleſiaſticis ſpecialem mentionem facere ex defectu poteſtatis, vt probat Surd. conſ. 301. vol. 3. & inſuper dictum ſtatutum eſt contra libertatem Eccleſiaſticam quia prohibetur clericis, quod nullo iure eiſdem interdicitur: vt per Bar. & Saly. in auth. caſſa, de ſacr. eccl. Vulpell. de liber. eccl. par. 1. n. 7. Panor. in c. eccleſia S. Mariæ, in 2. lect. n. 27. & Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 62. vbi etiam tra-
128 ctat, quando ſollemnitates contractuum celebrandorum ordinatæ per ſtatuta laicorum, & in quibus caſibus debeant obſeruari, etiam per clericos: & concludit, quòd ſtatutum de ſolemnitatibus contractuum conditum per laicos debet obſeruari etiam per clericum, qui vult ſibi obligari laicum, per ea, quæ docet Abb. in d. c. Eccleſia S. Mariæ, in 2. lect. ſub num. 43. Fel. ſub nu. 81. & Dec. n. 237. cum aliis quos allegat; niſi ſolemnitas ſtatuaria veniret in derogationem iuris cōmunis, aut in eiuſdem diminutionem; & per illā ſolemnitatem Eccleſiaſtici incommodum aliquod ſentirent: nàm tunc ſtatutum prædictum non includit clericos per ea, quæ ſæpe diximus: quoniam per tale ſtatutum interdicitur Eccleſiaſticis facere, quæ ſibi communi iure licent. Et idem dicendum eſt ſi ſolemnitates eſſent impoſſibiles obſeruatu. Quod declara vt per eundem Mart. ibi

Nonò Infertur, quòd ſtatutum laicorum pro-
129 hibens, ne laicis eorum ſubditis liceat appellare ad S. Pontificem, *b* ad Epiſcopum, vel ad alios Prælatos Eccleſiaſticos, eſt nullum, & contra libertatem Eccleſiaſticam. Quod ſit nullum, patet: quia vt ſæpe diximus, ſtatuta laicorum ſpecialiter mentionem facientia de Eccleſiaſticis ſunt inualida: nam cùm ſtatuere, & edicta facere, ſit iuriſdictionis, qua laici carent in Eccleſiaſticos, non poſſunt laici aliquid ſpecialiter nominando Eccleſiaſticos: vt per Ant. de Butr. Panor. & alios in c. quod clericis, de for. comp.

Quod autem dictum ſtatutum ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, probatur; quoniam per illud tollitur Eccleſiaſticis iuriſdictio, quam in multis caſibus habent in laicos. Per iniuſtitiam enim laicorum poteſt haberi recurſus ad Eccleſiaſticum: vt in c. qualiter, de Iudic. Item ſi laicus eſſet grauatus à non recognoſcente ſuperiorem de facto: quia tunc per denunciationem euangelicam poteſt haberi recurſus ad Eccleſiam: vt habetur ex Franch. in c. ſi duobus, §. denique, num. 14. de appell. & per Doct. in c. nouit, de Iud.

Item licitum eſt laico recurrere ad Eccleſiaſti-
130 cum quando propter aliquod impedimentum facti, aut iuris quis non poteſt conſequi quod ſua intereſt coram Iudice laico: vt in c. licet ex ſuſcepto, de for. comp. & in alijs caſibus relatis per Glo. in c. per venerabilem, qui fil. ſint leg. Immo temeritatis eſt auferre iuriſdictionem à Rom. Pontifice, qui eſt fons, & origo totius iuriſdictionis: vt latè probat Mart. de iuriſd. p. 1. in reject. extrau. vnam ſanctam, de maior. & obed. c. 9. cum plur. ſeq.

Confirmatur, quia ratione directi dominij po-
131 teſt haberi recurſus ad ſupremum ſuperiorem, etiam ſi ſtatuto contrarium diſpoſitum ſit: vt habetur ex Curt. Iun conſ. 164. in fine, laſ. conſ. 168. vol. 4. qui loquitur de ſtatuto Ciuitatis Ferrariæ, ac Regni Neapolitani, quæ ſunt de patrimonio S. Petri, c. ad Apoſtolicæ, de re iud. lib. 6. & Mart. de iuriſd. p. 4 caſu 92. ergo dictum ſtatutum eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, quia per illud tollitur Eccleſiæ, quod de iure illis competit.

ADDITIO.

a Eccleſiaſticam. Adde Bonac. de cenſur. bull. cœnæ diſp. 1. q. 16. pun. 1. ſub num. 1. Abb. Alex.

b Intentione. Adde hic Caiet in ver. excom. c. 31. in ſua ſumma, Alter de cenſur. diſp. 16. c. 3. colum. 10. verſ. quòd verò ſpectat, Reginal. lib. 9. ſuæ praxis num. 359. Suar. de cenſur. diſp. 1. ſect. 2. num. 91. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. c. 10. q. 7. n. 270. & Anton. de Souſa hoc loco c. 16. diſp. 84. n. 3. D. Cæſar.

c Mortuorum. Adde Reginal. lib. 9. ſuæ praxis c. 23. num. 359. & ſeq. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 2. num. 467. Nald in verb. ſtatutum in ſua ſumma, Megal. 3. p. lib. 3. c. 10. q. 3. num. 54. & P. Dian. de immun. Eccleſ. qui tamen ait ſtatuta diſponentia de culcitris cereis, & candelis, quę apponuntur ſuper corpus defuncti eſſe contra immunitatem Eccleſiaſticam, nam de ijs nihil poteſt ſtatuere Princeps laicus, cùm semaneant apud Eccleſiam, quæ poſtea aliquando vel de illis ipſi ornatur, vel deſeruiunt ad altarium paramenta, atque ideo deſeruiunt non ſolùm pro honore defunctorum, ſed etiam pro elee-

mo-

moſinã Eccleſiarum, vbi defunctus ſepellitur. Abb. Alex.

d Animæ. Adde hic Palud. in 4. ſenten. diſt. 18 q. 3. ar. 3. Filliuc. tom. 1. qq. moral. diſp. 16. c. 10. n. 273. Abb Alex.

e Eccleſiaſticis. Vndè ſtatutum excludens Clericos vel Religioſos à Collegio Doctorum eſt contrà libertatem Eccleſiaſticam, vt habetur ex Ber. conſ. 145. num. 18. Ofac. deciſ. 17. & aliis, quos refert, & ſequitur Carol. de Graſſ. de effec. Cleric. effect. 2. q. 70. num. 435. contra Carpan. in ſtatut. c. 414. D. Cæſar.

f Maſculis. Adde Carol. de Graſſ. cum aliis quos allegat, de effect. Cleric. effect. 2. num. 25. 125. & ſeq. Bonac. de cenſur. bull. cœnæ, diſp. 1. q. 16. ſect. 2. pun. 2. num. 28. vbi contraria ſoluit. Abb. Alex.

g Probatur. Adde hic P. Dian. de immun. eccl. reſol. 59. qui teſtatur, quòd cùm de hac re fuerit conſultus à Sereniſſimo Principe Filiberto Siciliæ Prorege, iuxta ſententiam Duard. reſpondiſſe, & ſecundùm hanc eandem ſententiam fuiſſe determinatum: quamuis contrarium doceant Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect. 2. n. 26. & ſeq. & Bonac. de cenſur. bull. cœnæ diſp. 1. q. 16. ſect. 2. ſub n. 39. Abb. Alex.

h Beneficij. Adde Azor. p. 1. Inſt. moral. lib. 5. c. 14. q. 1. & P. Dian. de immun. eccleſiaſt. reſol. 66. vbi nec quidem conſuetudine id introduci poſſe rectè probat contra Chriſtoph. de Anguiano tract. de legib. t. 1. controuer. 19. n. 30. & alios. Abb. Alex.

i Iurati. Adde Carol. de Graſſ. de effect. cler. effect. 2. num. 81. & P. Dianam de immun. eccleſiaſt. reſol. 73. vbi ex hoc infert, quòd ſi ſtatuto caueatur, ne minor, & mulieres poſſint contrahere, non ſeruata certa ſolemnitate, & contractus aliter factus ſit nullus, præſumptus ſimulatus, & dolo inducti contrahentes ad contrahendum, etiam ſi iurauerint, non valeat; quia diſponit de iuramento per indirectum: immo & directè cùm de eo expreſſam mentionem faciat, vt habetur ex Mart. de iuriſd. p. 4. cent. 1. caſu 72. n. 28. Et quamuis Fagundez de præceptis eccleſiaſticis, tract. 1. lib. 3. c. 7. num. 17. conetur defendere legem Regiam latam in Luſitania, lib. 4. nouæ recopil. tit. 73. qua irritantur omnia iuramenta, quæ in contractibus, & promiſſionibus apponuntur, & hoc ideo, quia teſtatur legem illam fuiſſe editam ex priuilegio R. P. quod licèt mudò non extet, extat tamen eiuſdem fama à tempore immemorabili per effectum, & vſum priuilegii probatum. Sed reuerà cùm huiuſmodi leges ſint contra immunitatem eccleſiaſticam, & per bull. cœnæ ſingulis annis reuocentur omnia priuilegia, & conſuetudines etiam immemorabilis temporis, non video quomodo à Fagundez lex illa defendi poſſit. Adde etiam hic Molinam de ritu nupt. lib. 1. compar. 16. num 60. Io. Valer. in differ. vtriuſque fori verſ. Iuramentum, differ. 19. Alex. conſ. 59. num. 9. vol. 1. Barbol. in l. 1. §. 1. num. 70 ff. ſol. matr. Parlador. rer. quotid. lib. 2. c. 4. Suar. de Relig. tom. 2. tract. 5. lib. 2. c. 38. n. 15. & Dian. de immun. Eccleſiaſt. reſol. 113. dicentes Principem Sæcularem poſſe reſiſtere iuramento; & prohibere ne fiat, non tamen poſſunt ita impedire, vt ſi iuramentum deferatur, nulla ſequatur obligatio, atque ideo iuramentum eſt ſeruandum donec ab Epiſcopo relaxetur, quia iuramentum non poteſt relaxari a Principe ſæculari, vt contra Molin. loco citato diſp. 149. & Couar. relect. de iuram. p. 1. §. 3. num. 10. & alios, docent Ledeſma in ſum. tom. 2. tract. 11. c. 4. dub. 3. Barboſa loco citato num. 72. Gutthier. in auth. ſacramenta puberum, num. 46. C. ſi aduerſus, venditionem, Azeued in recopil. tom. 1. lib. 5. leg. 11. num. 3. Eſt tamen verum, quòd Sanc. d. c. 22. num. 15. licèt velit, quòd Princeps ſæcularis non poſſit propriè iuramenta relaxare; poteſt tamen condonare & remittere obligationẽ, quam pars ipſa, cui iuratur concedere poteſt, & in hanc ſententiam videtur inclinare P. Diana, de immun. eccleſiaſt. reſol. 114. qui etiam reſol. 115. probat Iudicem ſecularem poſſe cogere laicos ad condonandam obligationem iuramenti metu, aut iniuria extorti, vbi conſtat de recipientis turpitudine iuxta ea quæ habentur ex Azor. tom. 1. lib. 11. c. 9. q. 6. in fine, Mol. d. diſp. 149. Afflic. dec. ſ. 263. num. 3. ſecus autem, ſi ſit dubium, an iuramentum ſit metu, vel iniuria extortum, quoniam eo caſu ſolus Iudex Eccleſiaſtitus eſt competens, vt habetur ex Mol. & Afflic. locis citatis, ac Couar. lib. 1. var. reſol. c. 4. num. 5. Abb Alex.

K Matrimonium. Eſt etiam contra libertatem Eccleſiaſticam ſtatutum, quo cauetur, ne filia, vel filius poſſint matrimonium contrahere citra Patris conſenſum, aliàs cadant ab hæreditate, vt habetur ex Molin. de primogen. lib. 2. c. 16. num. 6. Gutthier. pract. qq. lib. 2. q. 1. num. 2. Molin. lib. 2. de ritu nupt. differ. 7. num. 14. Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect. 2. num. 81. Mart. de iuriſd. p. 4. centur. 1. caſu 80 num. 5. Etenim laici nullo modo poſſunt ſe intromittere in ſpiritualibus. D. Cæſar.

l Incidenter. Etenim Iudex Laicus nec incidenter quidem poteſt ſe intromittere in cauſis ſpiritualibus, vt rectè probat Chriſtoph. de Anguiano tract. de legib. tom. 1. lib. 21. controuer. 22. n. 21. & 25. & P. Diana de immun. eccleſiaſt. reſol. 110. E contra verò Iudex Eccleſiaſticus incidenter poteſt cognoſcere cauſas ad forum ſæculare ſpectantes: quia Iudex Eccleſiaſticus non eſt adeò incompetens in cognoſcendis cauſis temporalibus ſicut Iudex ſæcularis eſt incompetens in cognoſcendis cauſis eccleſiaſticis, & ſpiritualibus; quia Iudex ſæcularis, non ſolùm eſt incompetens, ſed incapax; Iudex verò Eccleſiaſticus licèt ſit incompetens, non tamen eſt incapax. Ita Anguian. loco citato, qui etiã excludit Iudicem ſæcularem à cognitione cauſarum Eccleſiaſticarum, licèt ſummariè vehi agere per tex. in c. ſæpè de verb. ſignif. contra Menoc. de retinen. poſſeſſione remed. 3. num. 336. & Gutthier. canon. qq. lib. 1. c. 33. num. 46. Abb. Alex.

m Eccleſiam. Adde hic Reginal. lib. 9. ſuæ praxis c. 23. num. 258. & ſeq. Filliuc. tom. 1. qq. mor. tract. 16. num. 271. & tract. 14. num. 157. Suar. de immun. lib 4. c. 22. num. 16. & ſeq. Gammac. tr. de caſib. reſer. c. 10 num. 10. Barboſa in collect. in c. eccleſia S. Mariæ num. 29. de conſtitut. Surd. conſ. 301. num. 67. lib 3. Carol. de Graſſ. de effec. Cleric. effect. 2. qq. 44. num. 358. & ſeq. licèt ipſe Carol. ibi num. 362. aliter ſentiat de bonis feudalibus: quod verum puto, quando feudum ha-

habet onus, quòd à Clerico preſtari non poteſt. D. Cæſar.

n Laicis. Adde Alter. hic c. 6. dub. 6. Carol. de Graff. de effect. cleric. effect. 2. num. 193. & Bonac. hoc eodem loco, diſp. 1. q. 16. ſect. 2. pun. 1. n. 5. Eſt tamen uerum, quòd quando clerici volunt cum laicis contrahere tenentur ſolemnitates in contractibus à laicis præſcriptas obſeruare, vt habetur per Doctores ſupra relatos. Nõ tamen valet laicorum ſtatutũ, vt nõ ſolùm laici, verum etiam & Clerici teneantur aliquam formam aut aliquod onus ſeruare in contractibus cùm ſit contra libertatem eccleſiaſticam: ſiquidem eccleſiaſtici à laica poteſtate exempti ſunt, & propterea non poſſunt laicorum ſtatutis alligari niſi vi directiua, quatenus ſcilicet recta ratio ſuadet, vt habetur per Doctores in c. eccleſiæ S. Mariæ, de conſtitut. & alios, quos refert, & ſequitur Carol. de Graff. de effect. cleric. effect. 2. num. 3. 44. & 191. contra nonnullos, & Bonac. loco citato, n. 11. 12. & 13. Beneuerum eſt, quòd licèt contractus à clericis celebrati non ſeruata forma, à lege ciuili præſcripta ſint irriti, non tamen ſunt irriti, quatenus irritantur à poteſtate laica; ſed quatenus ius canonicum huiuſmodi leges acceptat quoad vim directiuam atque ideo huiuſmodi irritatio fundatur potiùs in iuriſdictione eccleſiaſtica quàm ciuili, vt rectè docet Suar. de immun. c. 16. ſub fin. Vaſq. 1. 2. diſp. 167. c. 4. & Bonac. vbi ſupra n. 14. vbi id limitat, modò ius canonicum alia via non ſubſtineat actum, vt in c. cùm eſſes, de teſtam. vbi ſubſtinetur teſtamentum clerici factum citra ſolemnitates iuris ciuilis. Adde hìc quoque ea quæ ab eodem Bonac. cumulantur ibi ſub n. 26. dum probat Principem in temporalibus Superiorem non agnoſcentem, non eſſe rem violatæ eccleſiæ libertatis, dum ad euitanda periuria, quæ paſſim in contractibus committuntur, ſtatuto caueat, ne iuramentum in celebrandis contractibus adhibeatur, ſed hæc loquẽdi forma, *ſub ſincera & immaculata fide*. Quoniam ad Principem ſpectat formam in contractibus præſcribere. Quæ quidem Bonac. opinio nobis non probatur, eò quòd huiuſmodi Principes dicitur ſtatuere de iuramento, atque adeò de rebus ſpiritualibus, in quibus nullam poteſtatem habet. Abb. Alex.

o Pontificem. Adde hic Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 92. Carol. de Graff. de effect. cleric. effect. 2. q. 77. num. 445. & Bonac. hoc loco, diſp. 1. q 16. ſec. 2. pun. 2. ſub num. 22. & 23. vbi tamen nu. 24. ait, probabiliter ſubſtineri poſſe, ſtatutum, quo decernitur, vt pater volens emancipare filios, etiam clericos, emancipationis actum coram iudice laico faciat, non eſſe contra libertatem eccleſiaſticam, vt habetur per Carol. de Graff. loco citato, effect. 2. lim. 21. num. 930. & extat deciſ. Rotæ Rom. 178. alias 7. tit. de iudic. in antiq.

Abb. Alex.

Ibi (*In genere, vel in ſpecie*) Quomodo, & quando ſtatuta dicantur edita in genere, vel in ſpecie contra libertatem Eccleſiaſticam. Q. 20.

SVMMARIVM.

1 *Statuta edita contra libertatem Eccleſiaſticam in genere, vel in ſpecie multis modis dicuntur.*

1 REſpondetur ex Vgol. in explicatione præſentis canonis in ver. Nec non qui ſtatuta, §. 3. ibi: Quartò afficit: quòd verba iſta in genere, vel in ſpecie, multipliciter intelligi poſſunt: nam ſtatui in genere dicitur, vbi ſtatuitur in omnes generatim cuiuſcumque ordinis ſint, ac cõditionis. Vt ſi ſtatuto caueatur, vt omnes vectigalia ſoluant cuiuſcumque ſtatus ſint, dignitatis, conditionis, & ordinis. In ſpecie vero, ſi ſtatuatur ſpecialiter contra perſonas Eccleſiaſticas, vt ſcilicet vectigalia ſoluant, tallias, vel collectas, & ad alia onera teneantur à quibus ſunt immunes, de quibus ſupra tractauimus, q. 17.

Secundò in genere ſtatui dicitur contra libertatem Eccleſiaſticam vbi generaliter verba ſtatuti diriguntur in omnes Eccleſiaſticos. Vt ſi dicatur: omnes Eccleſiaſtici vectigalia ſoluant: In ſpecie: vt ſi alicuius loci tantùm eccleſiaſtici vectigalia ſoluere ſtatuto præcipiantur.

Tertiò in genere ſtatuitur contra omnia priuilegia eccleſiaſtica: in ſpecie contra aliqua tantùm.

Quartò ſtatutum editur in genere contra omnes eccleſiaſticos; in ſpecie verò contra aliquam determinatam perſonam eccleſiaſticam. Quocumque modo ex dictis quis ſtatuat contra libertatem eccleſiaſticam, incidit in excommunicationem huius canonis: excepto tamen primo a caſu a, pro quo Epiſcopus poteſt compellere ſtatuentes, vt declarent ſub illa verborum generalitate eccleſiaſticos nõ comprehendi. Hæc Vgol. ibi cum alijs, quos allegat.

ADDITIO.

a Caſu. Adde hìc Bonac. de cenſur. bull. cœnæ diſp 1. q. 16 p. 2. n. 37. vbi id limitat niſi magiſtratus ſuo generali decreto appareat voluiſſe comprehendere clericos, vt ſi lato generali decreto, in quo eccleſiaſticorum mentio facta non fuit, curet vectigal exigi ab eccleſiaſticis. Abb. Alex.

Ibi (*Quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint*) An ad contrahendam cenſuram noſtri canonis exigatur, vt ſtatuta condita contra libertatem Eccleſiaſticam publicentur. Q. 21. 2

SVMMARIVM.

1 *Statuta facientes contra libertatem Eccleſiaſticam:*

in

in excommunicationem huius canonis non incidunt, niſi poſt eorum publicationem.

● *In pœnalibus ſtrictè facienda eſt interpretatio.*

REſpondetur affirmatiuè, nempe quòd huiuſmodi ſtatuta concedentes, in excommunicationem præſentis canonis non incidunt 1 niſi poſt eorum legitimam promulgationem.

Probatur: quoniam leges tunc dicuntur inſtituí cùm promulgantur: vt eſt tex. in c. in iſtis, §. 1. 4. d.

Confirmatur quia in hoc canone, verba illa: 2 *Fecerint, ordinauerint, & publicauerint*: copulantur per copulam, &, ergo ad incurrendam prædictam excommunicationem omnes dictæ actiones ſimul concurrere debent: ar. tex. in l. ſi hæredi plures, ff. de cognit. inſt. & tanto fortius, quia ſumus io pœnalibus, in quibus ſtrictè facienda eſt interpetratio, l. interpetratione, ff. de pœn. c. odia, & c. in pœnis, de regul. iur. in ſexto. Et hanc ſententiam tenet Vgol. hoc loco, in ver. Nec non qui ſtatuta, §. 4. ibi: Tertiò in excommunicationem hanc. Vbi etiam ait, quòd multo minus cenſuram hanc contrahunt, qui ſtatuta huiuſmodi facere tantùm cæperint, & deinceps de fierint: & hoc per verbum illud: *Fecerint*: quod rem perfectam ſignificat: vt in l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. geſt. & Felin. in c. nouerit, n. 4. in ver. Item adde; de ſent. excom. Eandem ſententiam tenet Alter. in explic. huius can. cap. 3. col. 6. in prin. in ver. Reſpondeo.

An ſcriptores talium ſtatutorum incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 22.

SVMMARIVM.

1 *Scriptores ſtatutorum contra libertatem Eccleſiaſticam conditorũ, non incidunt ein xcommunicationem huius canonis.*

2 *Præco qui ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, promulgat, in excommunicationem non incidit.*

IN hac re Suar. in explicatione præſentis canonis, diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. ſub n. 79. probabiliter tenet, ſcriptores horum ſtatutorum dictam excommunicationem contrahere.

Probat ſuam ſententiam primò per illud verbum. *Publicauerint*: nam ſub eo videntur ſcriptores huiuſmodi comprehendi. Etenim ſcriptura cùm ſit publicum inſtrumentum, profectò publicare dici poteſt ſtatutum, qui illud ſcribit.

Secundò hoc ipſum confirmat per dictionem illam, *Quomodolibet*: nam qui ſcribit ſtatutum, dicitur illud aliquo modo publicare.

Hanc eandem ſententiam probabilem putat Alter. hoc loco, cap. 3. col. 7. in ver. Tertiò dubitatur: vbi mouetur ob dictionem illam, *Ordinauerint*, in tex. poſitam: nam qui ſtatutum litteris mandat, ordinare videtur; ſicut qui diſponit, & in formam redigit.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen- 1 tentiam arbitror de iure veriorem eſſe: atque 4 ideo ſcriptores *a* huiuſmodi in prædictam excõmunicationem non incidere.

Probatur: quia vt ipſemet Suar. fatetur, illa verba: *Fecerint, ordinauerint, & publicauerint*: in rigore tantùm ſignificant principales authores talium ſtatutorum; ſcriptores autem non dicuntur, nec ſunt auctores legum, ſed inſtrumenta quædam eorum.

Confirmatur, quia ſi ſub hoc canone comprehenderentur ſcriptores, comprehenderentur, vt fauentes, vel auxiliantes: at vi noſtri cano- *b* nis non excommunicantur auxilium dãtes *b*, ſeu fauentes: ergo, ſcriptores prædicti excommunicationis vinculo non alligantur.

Ad contraria reſpondetur. Et ad primum dicimus, quòd verbum illud: *publicauerint*: hoc loco 2 non ſumitur executiuè, ſed auctoritatiuè, ſicut *c* verbum facere, vel ordinare. alias Præco *c*, qui legem promulgat, contra libertatem eccleſiaſticam editam, eandem cenſurã contraheret: quod nec ipſe Suar. verum eſſe putat.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd ly. *Quomodolibet*: non refertur ad ſcriptores, aut ad alios ſimiles, ſed ad principales authores; vt in excommunicationem incidant quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint: id eſt, non modo prætextu cuiuſuis conſuetudinis, aut priuilegij, ſed etiam quocunque alio prætextu. Et hoc modo videtur dictionem illam interpetrari. Vgol. híc in ver. Nec non qui ſtatuta, §. Ibi, Sextò afficit.

Ad contrarium Alter. dicimus, quòd verbum illud: *Ordinauerint*: non denotat hoc loco: *Diſpoſuerint*: ſed mandauerint: quoniam hæc excom- *d* municatio comprehendit etiam mãdantes *d*, ſecuta ſtatutorum huiuſmodi publicatione. Bene verum eſt, quòd tales ſcriptores incidunt in excommunicationem, quæ continetur in c. nouerit, de ſent. excom. & non eſt reſeruata: vt habetur ex Alter. loco citato.

ADDITIO.

a Scriptores. Adde hic Reginald. lib. 9. ſuæ ſumm. nu. 362. & Bonac. hic diſp. 1. q. 16. ſect. 2. pun. 3. num. 7. contra Suar. Anton. de Souſa, & alios Abb. Alex.

b Dantes. Adde Anton. de Souſa hic diſp. 83. n. 4. & Bonac. hoc eodẽ loco diſp. 1. q. 16. ſect. 2. pun. 3. num. 5. contra Tolet. lib. 1. c. 29. ver. Aduerte etiam. Abb. Alex.

c Præco. Hanc eandem ſententiam probabilem putat Bonac. híc diſp. 1. q. 16. ſect. 2. pun. 1. n. 8. licèt Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16 c. 10. q. 7. num. 267. putet præcones hanc cenſuram contrahere, niſi titulo probabilis ignorantiæ excuſentur. Sed prior ſententia eſt probabilior, & æquior, per rationem, quam affert Suar. de cenſur. diſp. 21. ſect. 2 n. 79. Abb. Alex.

d Mandantes. Adde Iul. Clar. & alios apud Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect. 2. nu. 63. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract 16. c. 20. q. 7. num. 268. & Alter. in explic. huius canonis c. 3. dicentes hoc loco non tantùm prohiberi decreta generalia, verùm etiam particularia: ſiquidem R. P. prohibet non ſolùm ſtatuta, ſed etiam quæcunque alia decreta in genere, vel in ſpecie, atque ideo vi huius Canonis non tantùm prohibetur ſtatutum proprié dictum, verùm etiam

præ-

præceptum, ſententia, & quælibet alia ordinatio. Imò ipſe Alter. loco citato colum. 4. nomine decreti intelligit etiam mandatum, quod vltimum non placet Bonac. hic diſputat. t. q 16. ſect. 2. pun. 1. ſub num. 12. quia cum ſimus in odioſis non eſt recedendum à proprietate verborum. Vndè ſi Iudex nullo edito decreto mãdet alicui, vt Sempronium clericum compellat ad ſoluendum tributum, non afficitur excommunicatione huius canonis. Non tamen recedendum eſt à priori ſententia, cum vi huius canonis prohibeatur quælibet ordinatio, & eò maximè ſi mandatum authoritatiuè imponatur ad modum decreti, vt idem Bonac. fatetur. Abb. Alex.

An Communitates, ſeu eorum Conſules, & Rectores facientes ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, incidant in excommunicationem præſentis canonis. Q. 23.

SVMMARIVM.

1 *Communitates, ſeu eorum Conſules, ac Rectores facientes ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, incidunt in excommunicationem huius canonis.*

IN hac difficultate Vgol. in explicatione noſtri canonis; in ver. *Necnon qui ſtatuta*, §. 4. ibi: Sextò in excommunicationem: tenet partem negatiuam dicens, quòd Vniuerſitas, quæ ſtatutum huiuſmodi fecit, non incidit in prædictam excommunicationẽ: quoniam Vniuerſitas excommunicationis non eſt capax: eo quòd excõmunicatio fertur in ſingulares tantùm perſonas: vt in cap. Romana, §. in Vniuerſitatem, de ſent. excom. in ſexto.

Confirmatur, quia in c. nouerit, de ſent. excõmunic. in particulari excommunicantur Poteſtates, Conſules, Rectores, & Conſiliarij locorum, vbi eiuſmodi ſtatuta edita ſunt; ergo cùm de his in noſtro canone non fiat particularis mentio, Communitates, & ſic eorum Conſules, & Rectores ſtatuta facientes contra libertatem Eccleſiaſticam, non contrahunt ſupradictam excommunicationem: quia ſingulæ perſonæ non poſſunt dici ſtatutum facere nec legem.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
1 tentiam puto de iure veriorem: atque ideò Conſules, & Rectores Ciuitatum, concurrentes ad editionem horum ſtatutorum in-
a prædictam excommunicationem incidere. a

Hanc opinionem tenet Suar. hoc loco diſputat. 2. t. de cenſur. ſect. 2. ſub n. 89. dicens, quòd in cenſuram huius canonis incidunt ſingulares perſonæ, quæ ſunt principalia membra Communitatis, & per ſuffragia, vel alio ſimili modo ad talia ſtatuta condenda concurrunt. Quod quidem probat ex illis verbis: *Quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint*: Etenim dictæ perſonæ dicuntur aliquo modo concurrere ad eiuſmodi ſtatutorum editionem.

Hanc eandem opinionem tenet Alter. in explic. eiuſdem can. cap. 3. col. 7. ver. Reſpondeo primum. Etenim Iudices, & Notarij comprehenduntur ſub hoc canone tanquam dictis ſtatutis vtentes: quæ actio expreſsè hic damnatur, & pertinet ad perſonas ſingulares. Et Communitas concurrit partialiter ad ſtatuti editionem, vt paulò infra dicemus.

Ad contraria reſpondetur ex eodem Suar. ibi vt diximus ſupra, quæſt. 13. in ver. ſextò differunt: quòd licèt Vniuerſitas non ſit capax excommunicationis, & ſingularis perſona per ſe non faciat legem totaliter; tamen ad illam condendam concurrit partialiter: & hoc eſt aliquo modo facere: quod vi noſtri canonis expreſsè prohibetur.

ADDITIO.

a Incidere. Adde Anton. de Souſa hic cap. 16. diſput. 38. num. 5. & ſeq. Reginald. lib. 9. ſuæ prax. num. 361. & Bonac. hoc eodem loco diſput. 1. quæſt. 16. ſect. 2. pun. 3. ſub num. 5. in verb. Secundò, vbi etiam num. 2. excludit ab excommunicatione huius canonis communitates, quæ excommunicationis ſunt incapaces: & propterea Rectores tantùm in excommunicationem incidunt. Abb. Alex.

Ibi (*Vel factis, & ordinatis vſi fuerint*) Quando quis dicatur vti ſtatutis factis, & ordinatis contra libertatem Eccleſiaſticam. Q. 24.

SVMMARIVM

1 *Statutis contra libertatem eccleſiaſticam vtentes dicuntur, qui ſtatuta huiuſmodi aſſumunt ad aliquem eorum vſum, vel contra libertatem ipſam eiſdem ſe defendunt, iudicant, &c.*

2 *Vtentes ſtatutis conditis contra libertatem eccleſiaſticã, in excommunicationem hanc incidunt.*

3 *Conſuetudine introducta contra libertatem eccleſiaſticã vtentes, an excommunicationem contrahant, ſicus eandem inducentes.*

REſpondetur ex Sayr. in explicatione huius
1 canonis lib. 3. Theſ. c. 19 n. 10. quòd is dicitur vti ſtatuto condito contra libertatem eccleſiaſticam, qui aſſumit ſtatutum illud ad aliquem ſuum vſum: vt quia ex vi illius contra eccleſiæ libertatem agit, vel ſe contra eandem defendit: aut vbi quis ſecundum huiuſmodi ſtatuta iudicat: vt publici Notarij, & alij ſimiles cooperantes: vt ſupra diximus ex Suar. q. 13. in ver. Sextò differunt: omnes hi incidunt in excommunicationem dicti canonis.

Quibus etiam addit ipſe Sayr. loco citato,
2 quòd cùm hic non ſolùm ſtatutorum, ſed etiam conſuetudinis mentio fiat, ſi quis contra eccleſiæ libertatem induceret conſuetudinem, aut conſuetudine iam introducta vteretur, non ſolùm cenſuram c. nouerit, de ſent. excom. cõtraheret; ſed etiam in huius canonis excommunicationem incideret.

Sed re vera hoc vltimũ nobis non probatur per ea, quæ ſupra annotauimus in d. q. 13. in ver. Quintò differunt: quoniam aliud eſt conſtitu-

dinem inducere, aut consuetudine iam introducta vti: & aliud est legem aliquam, vel statutum prætextu consuetudinis condere, vel eodē vti. Hoc autem loco excommunicantur, qui prætextu consuetudinis statuta condunt cōtra libertatem Ecclesiasticam, aut eisdem vtentes, non autem qui huiusmodi consuetudinem inducunt, aut ea inducta vtuntur. Et tantò fortiùs, quia consuetudo in rigore, & proprietate sermonis differt à statuto, & lege: atque ideo nō est lex nec statutum, cum distinctam definitionem habeat à statuto, & lege.

Hæc sententia videtur esse de mente Suarij
3 quem supra retulimus in d.q.53. ac etiam Vgol. hoc eodem loco: in ver. *Nec non qui statuta*, §. 3. in ver. Sextò afficit: dum ait, quòd excommunicatio hæc afficit huiusmodi statuentes, etiam si alligent in hoc cōsuetudinem, aut priuilegium: nam esto asserant consuetudinem esse, vt clerici vectigalia soluant, vel priuilegium in hoc se habere, aliudue quid tale, in excommunicationē hanc incident, ob illa verba: *Ac etiam prætextu cuiuscuis consuetudinis, aut priuilegij: vel alias quomodolibet.* Vnde ex his concluditur, quòd vtentes consuetudine contra libertatem Ecclesiasticam, non incurrunt excommunicationem præsentis canonis: sed d.c. nouerit, de sent. excom.

Ibi (*Seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quouis modo restringitur*) Quomodo libertas Ecclesiastica dicatur lędi, deprimi, aut restringi. Q. 25.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum valet de toto ad partem.*
2 *Libertas Ecclesiastica quot modis dicatur lædi, deprimi, aut restringi ad effectum contrahendi excommunicationem huius canonis.*

1 IN hac re Vgol. in ver. *Nec non qui statuta*: Ibi: Septimò afficit: inquit, quòd si statuto cauetur, vt Ecclesiastici pro suis bonis vectigalia soluant, sed non tantùm, quantum laici: per statutum huiusmodi lędit ur ac deprimitur ecclesiastica libertas: atque ideo sic statuentes prædictam excommunicationem contrahunt, ac si in totum Ecclesiasticam libertatem tollerent: tum quia valet argumentum de toto ad partem l. quæ de tota. ff. de rei vend. tum etiam quòd qui in aliquo ex prædictis offendit, contra Ecclesiasticam libertatē verè dicitur delinquere.

Idem dicendum est, si per statutum eccle-
2 siasticis præcipiatur, vt pro frumento *a* tantùm ve-
a ctigalia soluant, nō pro alijs rebus vel pro ijs tātùm, quæ ad ipsas Ecclesiasticas personas pertinent, à collectis, & gabellis sint immunes: non autem ab ijs, quæ ad eorum familiam spectant.

Sic etiam si statuto liberi fiant ecclesiastici à solutione vectigalium pro rebus emptis, ad Diuina facienda pertinentibus tantùm, & non pro alijs. Etenim in his omnibus lędit ur, deprimitur ac restringitur ecclesiastica libertas: nam ecclesiasticis sunt immunes, non modo quoad bona diuino cultui pertinentia, sed etiam quoad bona propria, & propriæ familiæ: vt supra diximus, quæst. 17. & infrà latiùs suo loco, Deo duce dicemus, can. 18.

ADDITIO.

a Frumento. Adde hic Bonac. disput. 1. quæst. 16. sect. 2. pun. 2. num. 25. vbi etiam ait esse contra libertatem Ecclesiasticam statutum, quo decernitur, vt transferentes frumentum extra portam ad molendinum soluant decem; transferentes verò per quādam certam portam soluant quindecim, eò quòd extra illam portam existant molendina Episcopatus, vel Beneficiariorum, Felin. in Ecclesia S. Mariæ num. 135. de constit. Anchar. cons. 12. & 13. Calder. cons. 25. & Carol. de Grass. de effect. cleric. effect. 2. quæst. 22. num. 310. & seq. Imò statutum, sæculariū generaliter prohibens extractionem frumenti, & aliorum leguminum non comprehendit clericos extrahentes eorum bona, & fructus à suis prædijs collecta, vt habetur ea Azor. par. 3. instit. moral. lib. 5. cap. 59. quæst. 13. Mart. de iurisdict. par. 4. casu 83. num. 1. Grammat. decis. 100. num. 15. Bursat. lib. 1. consil. 42. num. 28. Ioan. de Amico cons. 58. num. 57. & alijs, quos refert, & sequitur P. Diana de immunit. Eccles. resolut. 68. contra Menoch. cons. 800. volum. 8. & alios. Sic etiam statutum prohibens introduci in Ciuitatem vinum recollectum, aut aliud extra territorium non comprehendit clericos, vt rectè consuluerunt Menoch. consil citato. num. 30. & Io. de Amico loco citato in fin. Bald. cons. 398. vers. non obstat lib. 2. Grammat. d. decis. 100. num. 15. & 16. Ripa de peste titul. de remed. ad consi. ru. vbert. num. 122. Bursat. d. cons. 42. num. 18. & cons. 93. num. 26. Mart. de iurisd. par. 4. centur. 1. casu 2. num. 10. & 53. Couar. in regula Possessor par. 2 §. 4. num. 8. de regul. iuris in 6. & alij, quos refert, & sequitur P. Diana de immunit. Eccles. resolut. 69. contra Messiam super ptagm. taxæ panis, consil. 5. num. 57. Abb. Alex.

Ibi (*Ac quarumcumque Ecclesiarum*) An statuentes contra priuilegia, ac iura alicuius particularis Ecclesiæ, incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 26.

1 *Statuentes contra priuilegia, vel iura alicuius particularis Ecclesiæ, licèt non dicantur formaliter statuere contra libertatem Ecclesiasticam; tamen incidunt in excommunicationem huius canonis.*

IN hac difficultate videtur prima facie negatiuè respondendum esse: atque ideò si per aliquod statutum tollantur iura, & priuilegia alicuius particularis Ecclesiæ, prædicta excōmunicatio non contrahitur.

Probatur: quoniam vi nostri canonis excōmunicantur contrauenientes ei, statuendo cōtra Ecclesiasticam libertatē; at qui statuunt cō-

tra priuilegia, & iura alicuius particularis Eccleſię non dicuntur ſtatuere contra libertatem eccleſiaſticam, ergo &c. Maior patet, Probatur minor: quia libertas Eccleſiaſtica conſideratur in ijs, quæ vniuerſaliter perſonis eccleſiaſticis omnibus, eorumque bonis, aut Eccleſijs, & Eccleſiaſticis bonis condonata ſunt: non autem in ijs, quæ huic Eccleſiæ, aut illi conceſſæ fuerunt: vt habetur ex Inn. & alijs in c. nouerit, de ſent. excom. Caiet. in ſum. in ver. excommunicatio, c. 31. & alijs, quos allegat, & ſequitur Vgol. hîc, in ver. *Nec nō qui ſtatuta*, n. 6. vbi propter hoc definiēs libertatem Eccleſiaſticam ait, quòd libertas Eccleſiaſtica eſt ius quodam inhærens generatim Eccleſijs, Eccleſiaſticiſque perſonis vtendi priuilegijs ipſis à Deo, & ab homine conceſſis, tàm quoad ſe, quàm quoad res ſuas, quatenus talia ſunt.

His tamen non obſtantibus, incontrarium eſt 1 communis ſententia, quam tenet Sayr. in explicatione præſentis canonis, lib. 3. Theſ. t. 1. c. 19. n. 9 in fine, Vgol. loco citato, § 6. n. 1. & alij. & hoc per illa canonis verba: *Ac quarumcunque Eccleſiarum.* Vndè cùm in hoc canone non ſolùm mentio fiat de libertate eccleſiaſtica ſimpliciter, ſeu de libertate vniuerſalis Eccleſiæ; verum etiam de quibuſcumque iuribus ac priuilegijs quarumcumque eccleſiarum, inde ſequitur incommunicationem huius canonis incidere, non ſolùm, qui contra libertatem eccleſiæ vniuerſalis ſtatuit; ſed etiam qui ſtatuta condit cō- a tra libertatē cuiuſcūque eccleſiæ particularis. a

Hinc infert ipſe Sayr. quòd qui ſtatuit contra priuilegium proprium alicuius Collegij Eccleſiaſtici, quamuis non contrahat cenſuram d. c. nouerit; nihilominus in excommunicationē incidit noſtri canonis. Et Vgol. ibidem ſimiliter infert: quòd ſi vna Eccleſia ius habet colligendi decimas in alterius Parochia, vel ex præſcriptione, vel ex conſuetudine: vt eſt Arimini: vbi decimæ prædiorum, quæ ſunt in alterius Parochia ex parte præſtantur Parochis, & Eccleſijs à quibus Domini prædiorum Sacramenta percipiunt; Epiſcopus ſuo ſtatuto ius illud tollere non poteſt; niſi hi cōſentiant, quorum intereſt: dummodo conſentire in hoc poſſint. Non tamen contraheret excommunicationem noſtri canonis: quia iſte canon loquitur de ſtatuentibus contra libertatem Eccleſiaſticam authoritate laica, vt infra dicemus can. ſeq. q. 4.

ADDITIO.

a **Particularis.** Adde hîc Reginald. lib. 9. ſuæ prax. n. 358. & Carol. de Graſſ. de effect. cler. effect. 2. n. 67. & ſeq. & alios, quos refert, & ſequitur Bonac. de cenſur. Bull. Cœnæ, q. 16. ſect. 2 pun. 2. num. 40. vbi idem dicendum putat ſi ſtatuto laicorum violenter iura Canonicorum alicuius Eccleſiæ; & ſub n. 41. probat etiam poſt Carol. de Graſſ loco citato num. 512. Sayr. lib 2 cap. 34. num. 17. & alios, ad Epiſcopum pertinere tollere, ac declarare ſtatuta eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, atque ideò irrita eſſe, ſi talia fore clarè conſtet: ii verò ſint dubia, compellat ſtatutorum conditorem ad declarandum huiuſmodi ſtatuta non comprehendere clericos, & Eccleſiaſticas perſonas. Abb. Alex.

Ibi (*Directè, vel indirectè: tacitè, vel expreſsè præiudicatur*) Quomodo, & quando indirectè, ſeu tacitè dicitur ſtatuto aliquo, Eccleſiaſticę libertati, & Eccleſiarum iuribus præiudicium inferri.

Q. 27.

SVMMARIVM.

1 *Statuta de collectis, & oneribus mentionem facientia de emphyteuſis, & Colonis Eccleſiæ ſi per illa minus grauentur, dicuntur indirectè contra libertatem Eccleſiaſticam.*

2 *Statutum dicitur contra libertatem Eccleſiaſticam: quādo Eccleſia vigore illius minus vendit.*

3 *Coloni Eccleſiæ an ligentur ſtatutis, & edictis laicorum.*

4 *Statuta ſpecialiter diſponentia de cuſtodibus animalium Eccleſiæ, illis certam pœnam imponendo pro damno dato, ſunt indirectè contra libertatem Eccleſiaſticam.*

5 *Statuta laicorum certam pœnam imponens generaliter pro damno dato, habent etiam locum contra cuſtodem animalium clericorum, ſi cum illis magnum damnum inferat: & præmonitus fuerit à paſcuorum Domino.*

6 *Animalia vicini pro vna, aut duabus vicibus admittitur ad paſcua ſine fida.*

7 *Statuta Communitatum pro ſoluenda fida pro paſcuis ad ſe ipſas ſubleuandas, non comprehendunt clericos.*

8 *Paſcua communia ſunt ciuibus vt ſingulis, non autem vt vniuerſis.*

9 *Ad imponendum fidæ onus pro paſcuis, exigitur omnium, & ſingulorum Ciuium conſenſus.*

10 *Statutum grauans affines, ſeu conſanguineos clericorum propter ipſos clericos, eſt indirectè contra libertatem Eccleſiaſticam.*

11 *Statutum pœnam imponens conſanguineis, affinibus, aut familiaribus clericorum declinantium forum laicale eſt nullum, & indirectè contra libertatem eccleſiaſticam.*

12 *Legatum factum filio Titij cenſetur factum Titio, atque adeò illi acquiritur.*

13 *Donatum infanti a compatre ipſum leuante ex fonte Baptiſmatis, cenſetur donatum Patri.*

14 *Renunciatio facta in manibus Ordinarij propter liberationem renunciantis, dicitur facta per metum, & non valet.*

15 *Iniuriæ factæ conſanguineis clericorum propter ipſos cēſentur factæ clericis.*

16 *Priuilegia conceſſa à laicis Eccleſiæ ſi approbata ſunt à R. P., non poſſunt ab eis amplius reuocari, cùm ſint effecta eccleſiaſtica.*

17 *Statutum laicorum puniens concubinas clericorum eſt contra libertatem eccleſiaſticam.*

18 *Concubinarum primen pertinet ad forum eccleſiaſticum.*

1 REſpondetur,quòd pluribus modis contingit ſtatuta indirectè *a*,ac tacitè ferri cõtra
a libertatem Eccleſiaſticam. Nam ſtatuta de collectis,& oneribus ſpecialem mentionem faciẽtia de emphyteuſis,& colonis Eccleſiæ, ſi per illa nimium grauentur,proculdubio ſunt inualida, tanquam tacitè, & indirectè lata contra libertatem: quia per indirectum afficeretur eccleſia:eo quòd retraherentur à cõducendis bonis eccleſiæ, vel ſatis viliori pretio ea conducerent.Ita Felin.in c.Eccleſia S. Mariæ, n.99. de conſt.Fed.de Sen.cõſ.151.& Bal.conſ.31. vol.
2 5. vbi ait ſtatutum eſſe contra libertatem eccleſiæ,quando vigore ipſius eccleſia minus vendit: pluris enim venditur res libera,quam onerata natura,lege, vel pacto:ad quod allegat tex.in l.
3 ſi venditor, ff. de ſeru. aſport. Et quòd Coloni Eccleſiæ non ligentur ſtatutis,& edictis laicorum,ſiue generaliter,ſiue ſpecialiter de ipſis diſponant,latè tractat Surd.conſ.301.à n.74.ad finem vol. 3. cum alijs, quos allegat, & ſequitur Mart.de iuriſd.p.4.caſu 13.

Idem dicendum eſt de ſtatutis ſpecialiter diſponentibus de cuſtodibus animalium eccleſiæ,
4 illis certam pœnam imponẽtibus pro dãno dato: Sic enim clerici grauarentur per indirectũ: vt per Bar.in 4.hi penes,C.de agr. & cenſ.lib.11. & Felin.in d.c.Eccleſia Sanctæ Mariæ, n.53.

Dixi ſpecialiter, quia ſi ſtatutum nullam mẽtionem faciat de clericis, nec de eorum animalium cuſtodibus; tunc ſi animalia prædicta magnum damnum inferant, licèt clerici, nec eorũ
b animalia teneantur *b*: tamen cuſtodes laici iuſtè pœna in ſtatuto comminata mulctari poſſũt. Ita Gloſ.Panor.Ant.de Butr.& Io.And.in cap. grauem,de ſent.excom. Luc.de Penn.in l.iubemus,C.de naui,non excuſ.lib.11.& Felin. in c.2. col.2. ver. De ruſticis de for.comp.

Quod verum putat Mart.de iuriſd.p.4.caſu 8.
6 n.14.quando dominus paſcuorum antequam intraſſent animalia clericorum expreſsè prohibuiſſet cuſtodes: nam tũc intrantes poſt prohibitionem in ſpecie,tenerẽtur per tex. in l.diuus ff.de ſeru.ruſtic.præd.Secus autem ſi prohibuiſſet in genere per banni emanationem:quoniam Coloni Eccleſiæ, vt ſupra diximus,nõ alligãtur ſtatutis, & edictis laicorum,ſiue ſpecialiter,ſiue generaliter de illis diſponant.Et tantò fortiùs ſi in alienis paſcuis parum damni intulerint:puta, quia per vnum diem, vel per vnam noctem paſcua ſumpſerunt: quoniam tunc indiſtinctè non eſſet licitum pœnam exigere: eo quòd pro vna, vel duabus vicibus animalia vicini admittuntur ſine fida: requiruntur tamen pro emendatione damni: vt per Iſer.Barthol.de Capua,& Afflict.in Conſt.Regni,quæ incipit: Cùm per partes Apuliæ.

Et eo minus quando Vniuerſitas ex aliqua
7 iuſta cauſa ad ſe ſublcuãdum huiuſmodi edicta de ſoluẽda pecunia pro paſcuis ſtatuerit in ſuos Ciues: quia eo caſu nec eccleſiæ nec clerici,neque eorum animalia ſub huiuſmodi ſtatuto cõprehenduntur: eo quòd paſcua ſita communia
8 ſunt omnibus ciuibus,vt ſingulis,non autem,vt Vniuerſis:vt refert fuiſſe deciſum Neapoli Capyc.deciſ.552. & Franch. dec.197.& ideò ad imponendum paſcuis fidæ onus ſatis nõ eſt maio-
9 ris partis Ciuiũ conſenſus, ſed ſingulorum exigitur placitum, iuxta tex. in §. in communem autem locum,in Inſt.de rer.diuiſ.& per Dyn. in regula:quod omnes, de regul.iur.in ſexto,& latè Franch.in d.deciſ.

Statutum quoque grauans conſanguineos,&
10 affines clericorum propter ipſos clericos dicitur indirectè contra libertatem eccleſiaſticam, ex eo quòd clerici efficiuntur timidiores,c.ſciãt cuncti,de elect.in ſexto.

Hinc ſtatutum imponens pœnam conſanguineis,aut affinibus,& familiaribus clericorum
11 declinantium forum iudicis laici,non tenet,etiã quoad pœnam ipſorum coniunctorum. Ita Bal. in l.1.C.de ind.vid.toll. num.3. Panor.in d.Eccleſia S.Mariæ,in 2. lect.num.29. vbi etiam Felin.num.99. & Dec. num.180.

Ratio autem hæc eſt: quia per huiuſmodi ſta-
12 tutum læditur Eccleſiaſtica libertas per indirectum:eo quòd Eccleſiaſtici ſunt cauſa finalis dicti grauaminis:ſicut dicimus de donatione,vel legato facto filio Titij:nam cenſetur factũ contemplatione Titij patris,itaut illi acquiratur, l. proiectitia,§.1.ff.de iur.dot. & latè Menoch,lib. 3.præſum.28.vbi docet, quot modis id contingere poteſt ex diuerſis modis nominandi patrẽ.

Sic donatum infanti à compatre ipſum leuã-
13 te de ſacro fonte, cenſetur donatũ contemplatione patris: quia ſolus pater fuit cauſa finalis dictæ donationis, qui illum vocauit in compatrem.Surd.deciſ.322.in fine,n.53. & Mart.de iuriſd. par.4.caſu 45. vbi etiam refert deciſ.Rotæ Rom.de renun. in nouis dicentis, quod renun-
14 ciatio facta in manibus Ordinarij propter liberationem fratris renunciantis de carceribus, dicitur facta per metum, & non valet:quia metus cõſanguineorũ dicitur iuſtus metus: & iniuria facta domeſtico meo contemplatione mea, dicitur facta mihi:ergo iniuria facta conſanguineis eccleſiaſticorum propter ipſos, cenſetur
15 facta eccleſiaſticis. Ita Felin. in d. Eccleſia S. Mariæ,n.99 ver.Sed ad iſtud de vulnerante.

Statutum pariter,per quod Imperator tollit
c priuilegia *c*, à ſe conceſſa eccleſiæ,ſaltim indirectè eſt contra libertatem eccleſiaſticam.Nam priuilegium conceſſum poſt quam ratũ habetur ab eo,in quem collatum eſt,tranſit in ius; ergo laicus potuit à principio priuilegium eccleſiaſticis non concedere:at poſt quàm contulit, & ab eis ratum habitum fuit nõ poteſt amplius abrogare: vt habetur ex Felin.in c.Eccleſia Sãctæ Mariæ, n.124. de conſt.relato ab Alter. in explicat.huius can.cap.6. in prin.

Quod verũ putat Vgol. in explicatione eiuſ-
16 dem canonis,in ver. *Nec non quæ ſtatuta*,§.4. Ibi: verum quid de Imperatore:quando huiuſmodi priuilegia à Romano Pontifice fuerunt approbata, alias ſecus: quoniam, etſi ſuis legibus nemo obligatur; tamẽ ex quo à Romano Pontifice approbata ſunt,cenſentur facta eccleſiaſtica, ar.tex.in l.vnica,C.de vet.iur.enucl.

Denique ſtatutum laicorum puniens concu-
d binas *d* clericorum dicitur etiam contra libertatem eccleſiaſticam indirectè: quia per punitionem concubinarum, clericorum crimina detegerentur;& conſequenter per infamiam indirectè læderentur ipſi clerici,c.presbyter, 2.q.5. & Felin.in d.c.Eccleſia S.Mariæ,ſub num.102. de conſtit.

Imò

Imò tale ſtatutum poteſt etiam dici directè
17 contra libertatem eccleſiaſticam; eo quòd concubinæ clericorum ſunt de foro eccleſiaſtico, & illarum punitio nullo modo ſpectat ad Iudicē laicum: quia criminis concubinatus prohibitio ab eccleſia ortum habuit: vt in c. nemo ſibi blādiatur, 32. q. 4. Etenim de iure ciuili concubinatus permittitur: vt in l. inconcubinatu, ff. de cōcub. & ideo huiuſmodi crimen eſt merè Eccleſiaſticum, vt habetur ex Panor. in c. cùm ſit generale, de for. cōp. & Canoniſtæ in d. c. Eccleſia S. Mariæ. Et tantò fortiùs concubinatus clericorum: nam ratione adiuncti concubina efficitur de foro eccleſiæ: vt ex Felin. & aliis latè declarat Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 44. Et Alter. in explicat. noſtri can. cap. 6. col. 6. dub. 8. vbi nonnulla etiam ſtatuta refert, quorum alia nō comprehendunt clericos, & alias eccleſiaſticas perſonas: & alia ſunt contra libertatem eccleſiaſticam directè, aut indirectè.

Huiuſmodi ſunt, ſtatuta, quibus laici pœnam ſtatuunt in propinquos, & cognatos clericorum ob eam cauſam, quòd clerici eorum ſtatutis parere recuſint.

Item ſtatuta diſponentia de clericis coniugatis quoad eorum priuilegia fori, aut canon.

Sic etiam ſtatutum prohibens arma vendi nō
18 ſubditis, non comprehēdit clericos *e*: ſicut ſtatutum laicorum concedens facultatem dimittendi bona conducta locatoribus. Et demum ſtatutum, quo cauetur vt clerici vna cum laicis aliquid contribuant ad reficiendum fontē, puteum, pontem, viam, portas, & muros ciuitatis: vt infra ſuo loco, Deo duce, fuſius declarabimus.

ADDITIO.

a **Indirectè.** Adde hic Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. n. 275. Carol. de Graff. de effect. cler. effect. 2. num. 179. & ſeq. qui etiam tenet, quòd coloni partiarij non poſſunt partem fructuum colonicam è territorio contra Principis edictum extrahere: quia coloni Eccleſiaſticorum ſubditi ſint Principibus, & ad illorum ſtatuta tenētur, quoties ex illorum obſeruatione damnum eccleſiaſticis non ſequitur.

b **Tenentur.** Quòd contra clericorum animalia procedi non poſſit per Iudicem ſæcularem, late tractat Barboſ. in collect. tom. 1. lib. 1. tit. 2. c. 10. n. 6. contra Guttier. pract. qq. lib. 1. q. 4. n. 2. & Ceual. tract. de cognit. per viam violentiæ, p. 2. q. 11. num. 44. D. Cæſar.

c **Priuilegia.** Adde Carol. de Graff. de effect. cleric. effect. 2. n. 14. & ſeq. Carpan. in ſtatut. Mediol. p. 2. c. 18. n. 20. contra Ant. de Souſa hic diſput. 84. num. 6. & alios exiſtimantes eum, qui priuilegium conceſſit eccleſiaſticis poſſe illud reuocare, donec à R. Pont. fuerit approbatum. Supra relatam ſententiam Duard. Carol. de Graff. & Carpan. tenent Filliuc. tom. 11. qq. moral. tract. 16. cap. 10. n. 269. Azor. p. 1. inſt. moral. lib. 5. cap. 13. quæſt. 5. Coriolan. in Bull. cen. excomm. 15. Peſant. tract. de immun. eccleſiaſt. diſp. 9. Mart. de iuriſd. par. 4. centur. 1. caſu 52. num. 6. & alij dicentes priuilegium conceſſum tàm vniuerſali, quàm particulari Eccleſiæ à Principe ſæculari non poſſe amplius ab eo reuocari, poſtquam ratum habetur per illum, cui conceſſum fuerit; quoniam priuilegium conceſſum alicui non ſubdito reuocari amplius non poteſt vt in cap. nouit de iud. Panor. in cap. inter alia num. 19. de immun. Eccleſ. clerici autem Principibus ſæcularibus nō ſunt ſubditi. D. Cæſar.

d **Concubinas.** Adde hic Alter. diſp. 16. cap. 6. colum. 6. dub. 8. & alios apud Carol. de Graff. de effect. cleric. effect. 2. num 98. & ſeq. & effect. 1. num. 181. vbi alias rationes affert, nempe quia concubinatus ab eccleſia prohibetur c. nemo blanditur, 32. q. 4. & in Trident. ſeſſ. 24. cap. 8. Et tandem quia fœmina, quæ turpem habet conſuetudinem cum clerico ſacris ordinibus inſignito ſacrilegium committit: ſacrilegium autem fœminarum ab eccleſiaſtico Iudice punitur cap. virginitas, 27. quæſt. 1. cap. cùm ſit de foro comp. cap. quiſquis, 17. q. 4. Et denique quia talis fœmina eſt de familia clerici, & quamuis aliqui contrarium conentur probare, non eſt tamen à priori ſententia recedendum, quia eſtò, quòd per tale ſtatutum punitio concubinatus fieret mixti fori, nihilominus non valet ſtatutum, per quod auocantur cauſæ mixti fori à Iudice Eccleſiaſtico præueniente, atque ideò eſt contra libertatem eccleſiaſticam per ea, quæ docet Duard. infra can. 16. q. 6. num. 1. D. Cæſar.

e **Clericos.** Adde hic Honned. conſ. 3. num. 26. lib. 1. & conſ. 20. num. 7. lib. 2. Alexand. conſ. 210. num. 24. volum. 2. Gozzadin. conſ. 76. num. 12. & Carol. de Graff. de effect. cler. effect. 2. n. 10. & ſeq. D. Cæſar.

Quibus caſibus contrahitur excommunicatio huius canonis, & quibus effugitur.

Q. 28. & vlt.

SVMMARIVM

1 *Trahēs perſonas Eccleſiaſticas ad ſæculares Curias in excommunicationem incidunt quicunque ſint, qui trahant, ſiue Poteſtates laicæ ſint, ſiue Eccleſiaſticæ, ſæculari Curiæ præſidentes, & quæcunque ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, quæ trahantur: ſiue fictæ ſint ſiue veræ, clericī ſæculares, regulares, aut ordines militares, &c.*

2 *Trahentes eccleſiaſticos ad ſæculares Curias excommunicationem contrahunt quocunque modo trahant, ſiue ex officio nobili, ſiue mercennario, directè vel indirectè.*

3 *Trahentes eccleſiaſticos ad ſæculares Curias, excommunicationem incurrunt pro quacunque cauſa illos trahant: ſiue criminalis ſit, ſiue ciuilis: & ſiue debitum, aut delictum contractum ſit ante clericatum, aut Religionis ingreſſum, ſiue poſt: ac etiam ſi in flagranti crimine fuerint comprehenſi, vel pro adminiſtratione tutelæ, aut alterius officij ſæcularis deliquerint. Eadem dicendum eſt de trahi facientibus huiuſmodi perſonas.*

4 *Trahentes Eccleſiaſticos ad ſæculares Curias in excōmunicationem non incidunt, niſi auctoritatem illos trahant, & in caſibus à iure non permiſſis.*

5 *Incluſio vnius eſt alterius excluſio.*

6 *Iudex Eccleſiaſticus, qui eccleſiaſticam perſonam ſibi non ſubditam ad ſuum tribunal trahit, in excommunicationem non incidit.*

7 *Statuta ſiue eutes, ordinantes, & publicantes, & quaſcunque alias ordinationes, & decreta contra libertatem eccleſiaſticam excommunicationem contrahunt, quicunque ſint.*

8 *Eccleſiaſtici contra libertatem eccleſiaſticam delinquentes ſunt grauiori pœna plectendi, quam ſæculares.*

9 *Statuentes contra libertatem eccleſiaſticam excommunicationem contrahunt quocunque modo id agant, directè, aut indirectè, in genere, vel in ſpecie: & pro quacunque cauſa, & pro quouis quæſito colore, cuiuſcunq; conſuetudinis, aut priuilegij.*

10 *Statuentes contra priuilegia, & iura particularia Eccleſiæ in excommunicationem incidunt. Idem dicendum eſt de utentibus huiuſmodi ſtatutis.*

11 *Statuentes contra libertatem eccleſiaſticam in excommunicationem non incidunt, niſi poſt ſtatutorum publicationem.*

12 *Statuta contra libertatem eccleſiaſticam edita non delentes, excommunicationem non contrahunt.*

13 *Imperator, qui contra priuilegia, eccleſiis ab eo conceſſa, ſtatuit, excommunicationem non incurrit, niſi à Romano Pontifice fuerint approbata.*

14 *Statuens contra libertatem eccleſiaſticam de licentia Romani Pontificis, in excommunicationem non incidit: licèt peccet ipſe Pontifex ſi talem licentiam ſine cauſa concedat.*

15 *Libertatem Eccleſiaſticam violantes de facto nullo ſtatuto condito excommunicationem hanc non contrahunt. Idem dicendum eſt de facientibus ſtatuta, quæ per ſe primò non tendunt in Eccleſiæ immunitatem.*

PRo determinatione huius quæſtionis ſit, prima Concluſio. Laici trahentes ad eorum tribunalia perſonas Eccleſiaſticas, incidunt in excommunicationem præſentis canonis. Hæc cõcluſio patet ex ipſo canone, in prima eiuſdem parte.

Ampliatur primò prædicta concluſio, vt ſit 1 generalis omnes, & quaſcunque perſonas comprehendẽs, quæ laica iuriſdictione, ſeu poteſtate ad ſua Tribunalia Eccleſiaſticos trahunt: ſiue laici ſint, vt Imperator, Reges, Duces, & eorum 2 Magiſtratus, ac Iudices: ſiue Eccleſiaſtici ſint 2, ſæculari Curiæ præſidentes; vt ſupra diximus, q. 1. & q. 11. con. vniça, amp. 3.

Secundò ampliatur, vt excommunicatio iſta comprehendat trahentes quaſcunque perſonas eccleſiaſticas, ſiue fictæ ſint, vt ſũt capitula, Cõuentus, Collegia, & aliæ Communitates Eccleſiaſticæ: vt patet ex illis canonis verbis: *Capitula &c.* ſiue ſint veræ, quales ſunt ſingulares homines ſignificati per illa verba: *Perſonas Eccleſiaſticas*: atque adeò in dictam cenſuram incidunt trahẽtes ad Tribunalia ſæcularia quoſcunque clericos tam non coniugatos, vt annotauimus ſupra, q. 3. quàm cõiugatos, vt probauimus ſupra. q. 4. & non ſolùm clericos ſæculares; ſed etiam Regulares, & Religioſos quoſcunque profeſſos, & nouitios: fratres, & ſorores S. Franciſci, & S. Dominici, Mulieres canonicas regulares, ſollemniter pœnitẽtes, Ieſuatos, Oblatos, Deo Deuatos, conuerſos ad Eccleſias ſæculares, & Pſalmiſtas; vt in d. q. 3. declarauimus. Itẽ Equites Melitenſes, Alcantaræ, Calctrauæ, S. Ioãnis, & S. Stephani, quorum, q. 5. meminimus, & alios his ſimiles gaudentes priuilegio fori Eccleſiaſtici: ſic etiam trahẽtes Eremitas: vt ſupra q. 6. ac Rectores, hoſpitalium, & Confraternitatum laicorum, eorũque eccleſiarum, quæ authoritate Rom. Põtificis, aut proprij Ordinarij fuerunt erectæ; dummodo ſe, & bona dictis locis obtulerint, vt ſupra, q. 7. con. 3. vbi etiã tractauimus de Rectoribus, & miniſtris ſimilium locorum, nulla Pontificali aut Epiſcopali authoritate interueniẽte erectorum, an, & quando, & in quibus Ordinario ſubdantur: vt in con. 4. 5. & 6. Sed quid dicendũ ſit de trahentibus ad Curias ſeculares ſeruos, ac famulos eccleſiaſticorum, eorumque Eccleſiarũ, ſupra explicauimus, q. 8.

Tertiò ampliatur, vt trahẽtes vt ſupra Eccle- 2 ſiaſticos prædictam cenſuram contrahant, quocunque modo illos trahant: atque adeò ſiue ex ſuo officio nobili, ſiue mercennario, & ſic ad partis inſtantiam: vt ſupra diximus, q. 2. & conſtat ex illis canonis verbis: *Ex eorum pretenſo officio.* Et ſiue directè trahantur, ſiue indirectè: vt benè declarat Vgolin. explicatione d. canonis, §. 1. in ver. Poſtremò: & nos ſupra, declarauimus, q. 12. & 27.

Quartò ampliatur, vt trahẽtes Eccleſiaſticos 3 ad eorum ſeculares Curias in dictam excommunicationem incidant, pro quacunque cauſa illos trahãt: ſiue criminalis ſit, ſiue ciuilis: vt ſupra, q. 11. con. vnica ampl. 1. & ſiue delictum ſit commiſſum aut debitum contractum ante clericatũ, aut ante Religionis ingreſſum, ſiue poſt. Quod quomodo verũ ſit, ibidem declarauimus ampl. 2. Item ſiue trahant ratione alicuius officij ſibi conceſſi à ſeculari Principe, ſi in eo delinquerint, ſiue ratione cuiuſcunque artificij, depoſiti, vel ſequeſtri: vt in eadem concl. amp. 4. Idem dicendum eſt de trahentibus Eccleſiaſticos pro adminiſtratione tutelæ executione teſtamenti, ratione educationis, aut patrocinij præſtiti in ſæculari foro: vt habetur eodẽ loco, amp. 5. Sic etiam non excuſantur huiuſmodi trahentes Eccleſiaſticos ex cauſa negligentiæ ſuorum Prælatorum, ampl. 6. Vel in cauſa euictionis, aut pro confectione inuentarij, ampl. 7. Non excuſcantur pariter trahentes vt ſupra eccleſiaſticos ad ſæculares Curias, etiam ſi in flagranti crimine eos comprehenderint, vt ibi diximus, ampl. 8. aut ſi proferendo teſtimonio contra laicũ eoſdem taxarint, amp. 9. vel denique pro obtinẽda 6 licentia capiendi poſſeſſionẽ beneficiorum: vt in d. concl. ampl. 10. latè ſupra declarauimus.

Quintũ ampliatur, vt prædictam excommu- 7 nicationem contrahant non modo trahentes Eccleſiaſticos ad ſeculares Curias, ſed etiam ipſos trahi facientes, aut procurantes, directè, vel indirectè, quouis quæſito colore: vt patet ex illis canonis verbis: *Trahunt vel trahi faciunt, &c.* & benè declarat Vgol. hic, §. 2. n. 1. & 2.

Sic ampliata limitatur primò dicta concluſio, vt ita demum trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad forum ſæcularem in hanc cenſuram incidant, ſi authoritatiuè illos trahant: & ideò ſi ipſemet partes huiuſmodi perſonas traherent, 4 aut trahi facerent, vel procurarent ad ſæculares Curias, prædictam excommunicationẽ nõ contrahe-

trahe-

trahérent: nam ſolùm Iudices, ac Miniſtri iuſtitiæ b, & aliæ Poteſtates temporales cõprehenduntur ſub diſpoſitione noſtri canonis, vt ſupra q. 10. probauimus. Vbi etiam diximus prædictas Poteſtates trahentes ſi amicabiliter Eccleſiaſticos, & ipſos volentes ad ſua tribunalia trahant cenſuram ipſam non incurrere. Et eadem ratione excluduntur citantes Eccleſiaſticos ad Tribunalia ſecularia reſponſuros: vt habetur ex Vgol. hic, §. 1. ver. Decimo.

b

Secundò limitatur, vt excommunicatio iſta 5 non cõprehẽdat trahentes vt ſupra Eccleſiaſticos ad ſua tribunalia ſæcularia in caſibus à iure canonico permiſſis: nã vi noſtri canonis excommunicãtur, qui trahunt ſupradictas perſonas ad ſæculares Curias præter iuris canonici diſpoſitionem: vt conſtat ex illis verbis: *Præter iuris &c.* ergo ſecus eſt dicendum in caſibus à dicto iure permiſſis; quoniã inclusio vnius eſt alterius excluſio: ar. tex. in l. cum Prætor, ff. de iud. & c. oonne, de præſump. Hinc Iudices, & alię poteſtates ſæculares trahentes ad eorum Tribunalia clericum Sodomitam, aſſaſſinum, ioculatorem, buffonum, incorrigibilem, negotiatorem, inhabitu, & tonſura non incedentẽ, vel in cauſa recõuentionis, aut feudali, in dictam cenſuram non incidunt: quia in dictis caſibus permittitur à iure canonico perſonas eccleſiaſticas trahi à laicis Poteſtatibus ad eorum ſæculares Curias: vt latè declarauimus ſupra, q. 11. con. vnica, à prima limit. vſque ad 12. incluſiuè, vbi etiam alios caſus retulimus. Idem dicendum eſt de trahentibus clericum degradatum: vt in c. degradatio, de pen. in ſexto, & Vgol. hoc loco §. 1. n. 10.

Tertiò limitatur, vt cenſurã hãc effugiant iudices trahentes Eccleſiaſticos ex delegatione Romani Pontificis: nam Romanus Pontifex poteſt homini putè laico Eccleſiaſticorum cauſas delegare; vt per Gloſſ. in c. clericus nullũ, 11. q. 1. & Panor. in c. tua in fine, de decim. Vndè delegãdo cenſetur contrauenientes diſpoſitioni huius canonis ab eiuſdem pœna eximere: ar. tex. in l. quidam conſulebant, ff. de re iud.

Quartò limitatur, vt excommunicationẽ hãc 6 non contrahat Iudex Eccleſiaſticus, qui Eccleſiaſticam perſonam ſibi non ſubditam ad ſuum Tribunal trahit: nam iſte canon de Iudicibus tãtùm loquitur, qui authoritate laica c trahunt Eccleſiaſticos, vt habetur ex Caiet. in ſum. in ver. excommunicatio, c. 29. c

Secunda Concluſio.

7 FAcientes ordinantes, & publicantes ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, Pragmaticas ſeu quæuis alia decreta, contra libertatẽ Eccleſiaſticam incidunt in excommunicationem noſtri canonis. Hæc concluſio patet ex ſecunda eiuſdem canonis parte in illis verbis: *Nec non qui ſtatuta &c.*

Ampliatur primò hæc concluſio, vt ſit generalis comprehendens non modo laicas Poteſtates; ſed etiam Eccleſiaſticas d contra libertatem Eccleſiaſticam ſtatuentes, aut quouis modo decernentes. Vndè ſiue Cardinales ſint, qui contrauenient, ſiue Patriarchæ, ſiue Archiepiſcopi, Epiſcopi, aut inferiores Eccleſiæ Præſides, banc cenſuram oõ effugient: vt habetur ex Mar. Soc. in c. nouerit, n. 7. ver. Sed circa hoc dubium: de ſent. excom. & Vgol. in explic. huius canonis in ver. *Nec non qui ſtatuta*, §. 3. ſub nu. 1. Ibi: Item ex- 8 communicatio hæc. Vbi etiam ait, quòd Eccleſiaſtici ita delinquentes magis puniri deberent, qui contra Eccleſiam veniunt, quam omnium maximè fauere tenentur: ar. tex. in cap. fin. de poſtul. Idem dicendũ eſt de Communitatibus, ſeu eorum Rectoribus, ſeu conſulibus: nam hi quoque contra libertatem Eccleſiaſticam ſtatuentes incidunt in excommunicationem noſtri canonis: vt ſupra probauimus, q. 23. d

Secũdò ampliatur, vt contrauenientes vt ſupra prædictam cenſuram contrahant ſiue in genere, ſiue in ſpecie ſtatuant, vndè libertas Eccleſiaſtica tollitur, læditur, deprimitur, aut in aliquo reſtringitur: vt conſtat illis verbis: *In genere, vel in ſpecie &c.* Quæ quidẽ verba quid ſignificent, ſupra declarauimus, q. 20. Item ſiue directè, ſiue indirectè huiuſmodi ſtatuta, ſeu decreta condant: vt colligitur ex ipſo canone ibi: *Directè, vel indirectè*: & nos latè diximus ſupra, q. 27. 9

Tertiò ampliatur, vt excommunicatio iſta cõprehendat ſtatuentes contra libertatem Eccleſiaſticam quãcunque ex cauſa ſtatuant: & hoc propter illa verba: *ex quauis cauſa*; Vndè ſiue huiuſmodi ſtatuta fiant ad conſeruandam agnationem opulentam, ſiue ad comprimendũ clericorum audaciam, ſiue ad ſubleuandam Ciuitatem, vel alijs ex cauſis, de quibus tractauimus ſupra, q. 19. & Vgol. hic in ver. *Nec non qui ſtatuta* §. 3. ibi: Quinto adde: facientes ea prædictam excommunicationem contrahunt.

Quartò ampliatur, vt ſic ſtatuentes à dicta cenſura non excuſentur quouis quæſito colore, ac etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis, aut priuilegij: vt conſtat ex ipſo canone in illis verbis: *Quouis quæſito colore, &c.* Vndè eſtò, quòd cõſuetudinem allegent, aut priuilegium exigendi ab Eccleſiaſticis vectigalia, extrahendi ab Eccleſia ad eam confugientes, & c. huiuſmodi, ſi ſuper his, & aliis contra libertatem Eccleſiaſticam ſtatuta faciant, in prædictam excommunicationem nihilominus incidunt. Etenim cõſuetudo nõ poteſt firmare id, quod lege diuina fieri prohibetur: vt ſæpe diximus: & hoc loco priuilegia huiuſmodi expreſsè reuocãtur: & in poſtrema parte Bullæ abrogantur generaliter omnia priuilegia contraria.

Quintò ampliatur, vt dictam cenſuram con- 10 trahant non ſolùm ſtatuentes contra libertatem vniuerſalis Eccleſiæ; ſed etiam cõtra libertatem, iura, & priuilegia alicuius particularis eccleſiæ: vt ſupra diximus, q. 26.

Sextò ampliatur, vt excommunicatio iſta cõprehendat non modo ſtatuentes contra libertatem eccleſiaſticam, ſed etiam huiuſmodi ſtatutis iam factis vtentes, & hoc ob illa verba: *Vel factis, & ordinatis vſi fuerint.* Qui autem dicantur vti ſtatutis conditis contra libertatem eccleſiaſticam, ſupra declarauimus q. 24.

Sic ampliata limitatur primò eadem concluſio, vt ita demum ſtatuentes contra libertatem eccleſiaſticam prædictam cenſuram contrahãt, quando huiuſmodi ſtatuta condita publicant: nam ante illorum publicationem vi canonis nõ alligatur: vt conſtat ex illis verbis: *Fecerint, ordinauerint, & publicauerint*: & ſup. probauimus, q. 21. 11

Secundò

Secundò limitatur, vt excommunicatio ista 12 cómprehendat facientes, ordinantes, & publicantes ſtatuta contra liberratem eccleſiaſticam, non autem iam facta non delentes: vt diximus q. 13. in fine: Imò nec eos alligat cenſura lata in c. nouerit, de ſent. excom. vt ſupra annotauimus, q. 14. Nec ſub diſpoſitione noſtri canonis includuntur prædictorum ſtatutorum ſcriptores: vt ſupra q. 22. probauimus.

Tertiò limitatur, vt cenſura iſta non alligetur 13 Imperatori, qui contra priuilegia ab ipſo cóceſſa eccleſiæ ſtatuat antequam à Romano Pôtifice approbentur; ſecus autem poſt eorum approbationem: vt ſupra diximus q. 27. circa finẽ.

Quartò limitatur, hanc cenſuram non habere locũ in ſtatuentibus contra libertatẽ eccle- 14 ſiaſticam de conſenſu Romani Pontificis. Vndè ſi de licentia Rom. Pôtificis quis ſtatuat, vt percutiens clericũ non incidat in canonem, ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. non contrahit excommunicationem noſtri canonis: nam hanc facultatem concedere poteſt S. Pontifex, licèt peccet ſi ſine cauſa concedat: vt contra Paſtor. tenet Vgol. hic: in ver. *Nec non qui ſtatuta*, §. 4. Ibi ſecũdo loco: inhærens Hoſtienſis opinioni: ſeu potius dictos Doctores concilians. Vbi etiam paullo ſupra probat Romanum Pontificem ſtatuẽtem contra libertatem Eccleſiaſticam non alligari cenſura aliqua, etſi ſtatuat contra priuilegia à Deo Eccleſiæ conceſſa.

Quintò limitatur: vt ſub hæc cenſura nõ co- 15 prehendantur offendentes libertatem eccleſia- e ſticã de facto e, nullo ſtatuto condito, vt ſi quis ad eccleſiam confugientem extrahat: vt diximus ſupra, q. 16. & habetur ex Vgol. loco citato, in ver. Quintò in excommunicationem. Et Alter. in explic. noſtri can. cap. 3. col. 2. in ver. Animaduertendum: & col. 5. in ver. fecerint.

Sextò limitatur, vt tunc ſtatuentes contra libertatem Eccleſiaſticam in prædictam excommunicationem incidant, quando ſtatuta per ſe primò tendunt contra Eccleſiæ immunitatem non ex intentione ſtatuentis, ſed ex intentione ipſius operis, virtute, ac directa materia ſtatuti: ſecus autem ſi per accidens tendant: vt ſupra declarauimus, q. 19. circa princ.

ADDITIO.

a Eccleſiaſticam. Adde hic Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 10. Riginald. lib. 9. ſuæ prax. cap. 23. num. 350. & q. 6. num. 262. & Bonac. de cenſur. Bull. cœnæ diſp. 1. q. 16. ſect. 1. pun. 5. n. 2. Abb. Alex.

b Iuſtitiæ. Adde Alter. hic diſput. 16. cap. 1. verſ. trahunt. Sayr. lib. 3. de cenſur. cap. 19. nu. 6. Reginald. lib. 9. ſuę prax. num. 356. & Bonac. hoc eodem loco, diſp. 1. quæſt. 16. ſect. 1. pun. 4. ſub num. 13. vbi num. 14. improbabilem non putat ſententiam eorum, qui volunt, ſatellites clericos capientes excommunicationem noſtri canonis non contrahere: quoniam iſti in rigore loquendo non dicuntur trahere, vel trahi facere perſonas eccleſiaſticas coram ſe ad ſuum Tribunal; ſed trahit ad iudicem, ſeu ad Tribunal Iudicis. Eſt tamen verum, quòd ſupradicti ſatellites incidũt in excommunicationem can. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. Idem dicendum eſt de ijs, qui citant: Imò citantes non dicuntur trahere, niſi perſona eccleſiaſtica vigore citationis compareat in iudicio: quoniam tunc diceretur trahi, & Iudex diceretur eam trahere, vel trahi procurare coram ſe, vt habetur ex Suar. de cenſur. diſp. 21. ſect. 2. num. 78. & contra Filliuc. to. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 10. queſt. 6. n. 260. Bonac. d. pun. 4. Abb. Alex.

c Laica. Adde Bonac. hic diſput. 1. quæſt. 16. ſect. 1. pun. 5. num. 3. vbi ex hoc infert, quòd quando collegium, ſeu multitudo hominum, quorum maior pars, vel æqualis eſt eccleſiaſticorum, iudicat clericos; qui tunc cum eccleſiaſticis iudicant, excommunicationem non contrahunt; quia præſumitur collegium eccleſiaſticum, vt per Sylueſt. in ver. Collegium in princ. & Reginald. lib. 9. ſuæ prax. num. 352. Abb. Alex.

d Eccleſiaſticas. Hanc eandem ſententiam tenet Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſput. 1. q. 16. ſect. 2. pun. 3. num. 1. Abb. Alex.

e Facta. Adde Nauar. in Man. c. 27. n. 119. Reginaldum lib. 9. ſuæ prax. num. 361. & alios, exiſtimantes non contrahere hanc excommunicationem, niſi qui authoritatiuè vtatur ſtatutis, ac decretis contra libertatem eccleſiaſticam. Vndè Princeps, qui de facto, non ex vi ſtatutorum libertatem eccleſiaſticam offendit, hanc cenſurã non contrahit. Hanc eandem opinionem tenet Bonac. hoc eodem loco diſp. 1. q. 16. ſect. 2. pun. 1. ſub num. 10. Abb. Alex.

COMMENTVM

In Canonem Sextumdecimum Bullæ in Cœna Domini.

Aecnon, qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, aliosque ſuperiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoſcunque Iudices Eccleſiaſticos ordinarios quomodolibet hac de cauſa directè, vel indirectè, carcerando, vel moleſtando eorum agentes, procuratores, familiares, necnon conſanguineos, & affines impediunt quominus ſua iuriſdictione eccleſiaſtica contra quoſcunque vtantur ſecundum quod canones, & ſacra conſtitu-

tiones

tiones Eccleſiaſticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini ſtatuunt: ac etiam eos, qui poſt ipſorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcumque ſententias, & decreta, aut aliàs fori Eccleſiaſtici iudicium eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias ſæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata, etiam pœnalia Ordinarij, aut delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant. Eos quoque qui hæc decernant, & exequuntur. Seu dant auxilium, conſilium, patrocinium, & fauorem in eiſdem.

De Diuiſione canonis. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Canonis huius partes quomodo, & in quibus inter ſe differant.*
2 *Excommunicatio iſta recenter fuit Bullæ cœnæ addita.*
3 *Impedimentum quot modis inferri contingit Prælatis, & Iudicibus eccleſiaſticis, quominus ſua iuriſdictione eccleſiaſtica vtantur.*
4 *Quonam paſto conueniat, & differat iſte canon à can. 13 & 14. ipſius Bullæ.*
5 *Excõmunicatio huius canonis in multis differt ab excõmunicatione, quæ habetur in cap. quoniam, de immun. Eccl. lib. 6. & a Conſt. Greg. XIII.*

TEx. diuiditur in duas partes. In prima parte fertur excommunicatio contra illos, qui Prælatos, & Iudices eccleſiaſticos Ordinarios impediunt, quominus ſua iuriſdictione vtantur ſecundum quod canones, & ſacræ conſtitutiones eccleſiaſticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini ſtatuunt. In ſecunda parte fertur excommunicatio contra omnes, qui poſt Ordinariorum, vel delegatorũ quorumcumque ſententias, & decreta, aut aliàs fori eccleſiaſtici iudicium eludẽtes, ad Cãcellarias, & aliàs Curias ſæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia Ordinarijs, & delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant, eos quoque qui hæc decernunt, & exequuntur, ſeu dant auxilium, & c. ſecunda Ibi: Ac etiam.

Differunt autem inter prædictę canonis partes ex Suar. in eiuſdem explicat. diſp. 21. de ceo-
1 ſur. ſect. 2. n. 91. & Alter. ibidem c. 2. col. 1. in ver. Quare hæc poſterior: primò, quoniã prior immediatè fertur in fauorem perſonarum, ideſt Prælatorum, & Eccleſię Iudicum Ordinariorũ, & generaliter cõtra omnes illos impedientes in vſu iuriſdictionis ſuæ: & ideò ſpecialiter in ea diſponitur pro Ordinarijs Iudicibus: quoniam in eis eccleſiaſtica dignitas principaliter reſidere videtur. Poſterior verò reſpicit ſpeciales actus, & particularem modum eludendi eccleſiaſticam iuriſdictionem.

Secundò differunt, quoniam prior reſpicit fauorem ordinariæ iuriſdictionis: ſecunda verò pars etiam delegatæ: ſicut etiam Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 20.

Tertiò differunt: quoniam illa fertur contra impedientes Iudices Ordinarios, ne vtantur iuriſdictione ſua generaliter in quacunque parte Iudicij, & antequã fuerit inchoatum, vel in ipſa proſecutione, aut poſt ſententiam pronunciatam, hæc autem contra impedientes, ne ſententiæ, mandata, vel decreta ipſorum eccleſiaſticorum Iudicum executioni demandentur.

Quartò differũt, ſupradicta enim alligat omnes quomodolibet impediant: iſta verò illos, qui impedimentum præſtant recurrendo ad Cancellarias, & Curias ſæculares, & ab eis impetrando prohibitiones, & mandata contra Iudices eccleſiaſticos.

Ad huius canonis intelligentiam, tria veniũt conſideranda. Primò tempus latæ excommunicationis. Secundò perſonæ, quæ excommunicantur. Tertiò actiones, propter quas fertur excommunicatio.

Quoad primum, eſt annot. quòd hæc cenſu-
2 ra recenter addita fuit Bullæ cœnæ, vt refert Nauar. in Man. cap. 27. ſub num. 70. ver. Quarta, &c. Et Pius V. fuit primus qui hunc canonem edidit & eius excommunicationem inter aliàs in Bulla cœnæ contentas connumerauit, ad corroborationem eorum, quæ ſtatuta ſunt in Concilio Tridentino, ſeſſ. 25. de reformatione, cap. 3. in fine. Vbi ſtatuitur: Nefas eſſe ſæculari Magiſtratui prohibere eccleſiaſtico Iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet. Et in eadem ſeſſ. c. 20. Concilium ipſum, Imperatores, & Reges, ac Principes monet, vt maiores ſuos imitati eccleſiaſticos Prælatos obſeruent, nec permittant, vt Officiales, aut inferiores Magiſtratus in eccleſiaſticam immunitatem irruant his verbis: *Propterea que admonet Imperatorem, Reges, Principes, &c. vt quòd largius bonis temporalibus, atque in alios poteſtate ſunt ornati, eo ſanctius, quæ Eccleſiaſticis iuris ſunt tanquam Dei præcipua eiuſque patrocinio tecta venerentur, nec ab vllis Baronibus, Domicellis, etc. laedi patiãtur.*

Circa ſecundum, quoad perſonas principales eſt generalis: quo vero ad perſonas acceſſorias, quæ excommunicantur ſunt quatuor. Primò dãtes auxilium ad ſequentes actiones perpetrãdas. Secundò dantes conſilium. Tertiò dantes patrocinium. Quartò dantes fauorem.

Quoad tertium, actiones principales, quæ prohibentur, ſunt ſex primò impedire Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios Prælatos, ac Iudices eccleſiaſticos ordinarios, ne iuriſdictione ſua Eccleſiaſtica contra quoſcunque vtantur.

Pro cuius rei intelligentia eſt annot. ex Vgol.
3 in explicat. præſentis can. nu. 2. quòd huiuſmodi impedimentum dupliciter contingit inferri: de iure ſcilicet, ac de facto.

De iure vbi quis legitimè impedit: & de hoc impedimento canon iſte non loquitur: nam ſolùm prohibet, ne Prælati, & Iudices prædicti impediantur quominus iuriſdictione ſua vtantur ſecundum canones: at qui iuſtè ipſos impediunt, ſignum eſt, quòd iniuſtè iuriſdictione vtantur, & ſic contra canones.

Hinc infertur, quòd ſi quis impediret Iudicẽ publicè excommunicatum ac denuncìatum ne iuriſdictione eccleſiaſtica vtatur in ſubditos, excommunicationem iſtâ non contraheret: quo-

niam

niam talis Iudex non vtitur iurisdictione secundum canones; cum ratione excommunicationis, ac denunciationis sit ab officio, ac vsu iurisdictionis suspensus, cap. ad probandum, de sent. & re iud. & cap. exceptione, & ibi Glos. de except.

Eadem ratione impedientes aliquem Iudicè ne iurisdictione vtatur in non subditum, à dicta censura efficiuntur immunes, cum secundum canones iurisdictio in subditos tantùm licitè exerceatur: vt in c. ad nostram, de consuet. & c. sententia, 11. q. 3.

Sic etiam, si quis impediret Iudicem volentem excommunicare aliquem volentem dare eleemosynam pauperi, cùm hæc sententia intolerabilem contineat errorem, & nulla esset, vt in c. venerabilibus. §. potest quoque, de sent. excom. in sexto, excommunicationem hanc non incurreret.

Idem dicendum est, si prohiberet, ne Iudex procederet in causa post appellationem legitimè interpositam. Nam appellatio impedit effectum rei iudicatæ, & reddit inualidum quicquid postea per Iudicem attentetur, vt in c. non solum, & c. si à Iudice, de appel. lib. 6. Ita Alter. in explicat. nostri can. cap. 1. col. fin. Vbi id verum esse ait in omnibus alijs casibus, in quibus euidèter constaret Iudicem contra sacros canones iurisdictione vti velle: nam in dubio, si quis tentaret impedire, peccaret, & periculo contrahendi excommunicationem se exponeret.

De facto autem impedimentum infertur, vbi quis iniustè impedit: & ita sumitur hìc. Huiusmodi autè impedimenti duplex potest esse modus: nam Iudices Ecclesiastici aut volentes impediuntur, aut inuiti. Volentes cùm subornãtur aut odio, vel amore ad id faciendum mouentur: & de his non agitur in hoc tex. quoniam tales in re nõ dicuntur formaliter impediri: ar. tex. in l. fin. C. si quis aliq. test. prohib. & l. fin. ff. cod. Inuiti verò impediũtur cum uis, aut metus eisdem infertur: vt in c. vnico, de ijs, quæ vi, metusuè caus. fiu. & de hoc impediendi modo tex. ipse loquitur. Quod quidem fieri contingit, vel damnum ipsis Ordinarijs, suisque inferendo, seu comminando, ne faciant, quæ ad iurisdictionẽ pertinent: aut ne facta executioni demandent: vel, vt quæ exequntioni mandata sunt, reuocẽtur: iuxta ea, quæ habentur in Conc. Trid. sess. 25 c. 3. de reform. & c. vnico, de his, quæ vi, met. cau. fiu. in sexto.

Secundò principaliter vi nostri canonis prohibetur carcerari, seu molestari prædictorum Prælatorum, Agentes, Procuratores, Familiares, Consanguineos, & Affines.

Tertio prohibetur recurrere ad Curias seculares, vel alias eludere sententias Iudicum Ecclesiasticorum, tàm ordinariorum, quam delegatorum.

Quartò procurare à Curijs sæcularibus prohibitiones, aut mandata, etiam penalia contra sententias Ordinariorum, aut delegatorum.

Quintò decernere huiusmodi prohibitiones, aut mandata.

Sextò eadem mandata exequi.

Accessoriæ denique actiones, quæ vi præsentis canonis damnantur, sunt quatuor. Primò dare auxilium ad supradictas actiones patrandas. Secundò dare consilium. Tertiò dare patrocinium. Quartò dare fauorem.

Et quamuis conuenire videatur iste canon cum can. 13. & 14. nihilominus in multis ab eisdem differt.

Nam in primis distinguitur à canone 13. Etenim in eo censura innodantur appellantes à futura executione litterarum Apostolicarum: in 4 hoc autem excommunicantur appellantes a ab ipsis Prælatis Iudicibus Ecclesiasticis Ordinarijs, & Delegatis. Præterea in illo afficiuntur appellantes ad impediendam litterarum executionem; in isto, ad retardandam sententiarum executionem. Item ibi excommunicantur appellãtes ad eludendas litteras, & scripturas: hìc autem ad eludendum iudicium Ecclesiasticum. Et denique in dicto canone tertiodecimo alligantur prouocantes à scripturis Apostolicorum Iudicum: in hoc autem canone appellantes à sẽtentijs Ordinariorum, & Delegatorum Ecclesiasticorũ simpliciter, etiam si Apostolici non sint.

Distinguitur quoque præsens canon à canone 14. eiusdem Bullæ, primò, quia in eo excommunicantur Iudices, & Magistratus ad se trahẽtes spirituales causas: at in isto excommunicantur, ad Iudices, & ad eorum Curias appellantes. Secundò ibi innodantur Iudices laici, tanquam Iudices in spirituali causa se interponentes: hìc autem solùm decernentes per mandata, & prohibitiones ad impediendam sententiæ exequutionem. Tertiò in dicto canone decimoquarto afficiuntur, qui partes actrices compellunt ad reuocandum, vel ad faciendum absolui excommunicatos, sed in hoc canone hi censura ligantur, qui contra ipsos Prælatos, & Iudices Ecclesiasticos prohibitiones, & mandata decernunt.

Adde, quòd licèt hæc eadem excommunica- 5 tio nostri canonis habeatur etiã in c. quoniam de immun. eccles. lib. 6. nihilominus excommunicatio d. c. in multis quoque differt à nostra. Nam illa non est reseruata: hæc autem reseruata est, sicut omnes aliæ censuræ in Bulla cœnę cõtentæ. Item excommunicatio dicti c. quoniam, vniuersalior est; quia comprehendit omnes Iudices ecclesiasticos, tàm Ordinarios, quam Delegatos: hic autem tantùm agitur de Iudicibus ecclesiasticis Ordinarijs. Demum in illo capite agitur de impedientibus, ne alius conueniatur coram Iudice ecclesiastico, prohibendo Actores, ne illum conueniant in tali foro. At verò in hoc canone tractatur de impedientibus ipsosmet Prælatos, & Iudices, ne vtantur iurisdictione sua.

Alia denique similis censura Romano Pontifici reseruata habetur in Constitutione Greg. XIII. quæ incipit, Quoniam nostro Pastorali, specialiter edita anno tertio sui Pontificatus cõtra Religiosos, & Religiosas Ordinis Sancti Frãcisci de Obseruantia, recurrentes ad sæculares Curias, contemnentes Ordinationes Commissariorum sui generalis Ministri.

ADDITIO.

4 a Appellantes. Adde hìc Reginald. lib. 9. suæ praxis n. 369. Filliuc. tom 1. qq. moral. tract. 16. quæst. 11. num. 283. Existimantes, hac censura alli

alligari non ſolùm recurrentem ad Iudiçium ſæculare poſt ſententias, & decreta Ordinariorum, vel quorumcunque Delegatorum, ſed etiã ſi recurrant ante huiuſmodi ſententias, & decreta, vt ſi quis timore alicuius decreti ab Eccleſiaſtico iudicio contra ſe ferendi recurrat ad Tribunalia ſæcularia, & ab illis impetret mandata, & prohibitiones, ne quid contra recurrẽtem ab eccleſiaſticis iudicibus decernatur: & id ob illa canonis verba, *Poſt ipſorum Ordinariorum, vel etiam ab eis Delegatorum quorumcunque ſententias, & decreta, aut alias, &c.* Illa autem dictio *alias*, idẽ denotat, ac aliter, & alio modo l. 1. §. iure, ff. de conditionibus, & demonſtrationibus, & l. Denique, §. interdum, ff de priuil. legat. Quæ quidem ſententia eſt probabilis; nec negaret eam Duar. D. Cęſar.

Ibi (*Ordinarios*) An impedientes Ordinarios tempore viſitationis, quo minus eorum iuriſdictione vtantur, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij tempore viſitationis procedunt tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati.*
2 *Impedientes Ordinarios tempore viſitationis, quominus eorum iuriſdictione vtantur, in excommunicationem incidunt.*
3 *Ordinarij, licèt tempore viſitationis concedatur eis poteſtas delegata; gaudent tamen etiam ordinaria.*
4 *Dicitur, etiam, aliquando ſtat affirmatiuè, & aliquando implicatiuè.*

1 IN hac re videtur prima facie negatiuè reſpõdendum: nam Ordinarij tempore viſitationis Procedunt tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati: vt in Conc. Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 10. At vi præſentis canonis excommunicãtur qui impediunt Ordinarios quo minus eorum iuriſdictione vtantur; ergo impedientes vt ſupra Ordinarios tempore viſitationis, non incidunt in excommunicatione d. canonis.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
2 tentiam arbitror de iure veriorem eſſe, quàm tenet Sayr. in explicatione huius canonis, lib. 3. Theſtom. 1. c. 20. num. 4. atque adeò ſic impedientes dictam excommunicationem cõtrahere: quoniam licèt ex Conc. Trid. tempore viſi-
3 tationis concedatur Ordinarijs facultas procedendi tanquam à Sede Apoſtolica delegatis; gaudent tamen poteſtate ordinaria, & eius protectione: quia eorum poteſtas ordinaria in illo viſitationis actu per Concilium non tollitur, ſed potius perficitur magis, ac magis per additionem poteſtatis Apoſtolicæ, vt ſic euidentius omne impedimentum remoueatur quominus iuriſdictione ſua ordinaria vtantur: vt patet ex illis Concilij verbis: *Vt aptius, quem regunt, populũ poſſint in officio, atque obedientia continere; in omnibus vis, quæ ad viſitationem, ac morum correctionem ſubditorum ſuorum ſpectant, tam & poteſtatem habeant, etiam tanquã Apoſtolicæ Sedis delegati &c.*

Nam dictio illa, etiam, licèt aliquando ſtet af-
4 firmatiuè, & idem ſignificet, quod certè; vt habetur in Euang. Matt. c. 12. & Io. 11. vbi dicitur: *Etiã tu Domine ſcis, quia amo te:* & aliquando ponatur pro, tanquam, vt in l. fin. §. 2. ff. ad Vell. tamẽ ex ſui natura ſtat implicatiuè, quia includit: vt in c. vnico, & ibi Panor. num. 3. cum aliis ad ipſum additis, de commodat. Et tantò fortiùs vera eſt Sayr. ſententia: quia in hoc canone, non fertur excommunicatio contra impedientes Ordinarios, quominus iuriſdictione ſua ordinaria tantùm vtantur; ſed ſimpliciter contra impedientes ipſos quominus vtantur iuriſdictione Eccleſiaſtica. Modo iuriſdictio eccleſiaſtica diuiditur in ordinariam, & delegatam: vt infra, Deo duce, dicemus in ſeq. can. q. 3. ergo quamuis eis impediatur vſus iuriſdictionis delegatę, cùm ordinarij ſint, ſic impedientes, in dictam excommunicationem incidunt.

Hanc eãdem ſententiam nouiſſimè tenet Alter. hoc eodem loco, cap. 5. col. 6. in ver. Verùm circa hanc. Mouetur ex eo, quòd putat, mentẽ Romani Pontificis eſſe in hoc canone protegere, & defendere omnem iuriſdictionem conceſſam à Concilio Trid. Epiſcopis contra quemcũque ſiue in iure contineatur, vel non contineatur. Et eò magis, quoniam hæc iuriſdictio iam non videtur delegata, ſed ordinaria: quia non cõceditur perſonis, ſed dignitatibus ad tempus, ſed in perpetuum: iuxta ea, quæ docet Glo. in c. irrefragabili, ver. Super hoc Delegatus: de nff. Ordin. Et denique hoc idem colligi videtur ex verbis eiuſdem canonis, ibi: *Secundum quod canones, & Sacræ Conſtitutiones Eccleſiaſticæ, & Decreta Conciliorum generalium, & præſertim Trident. ſtatuunt:* Ergo non excuſantur ab excommunicatione, qui impediunt Epiſcopos tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatos, ne vtantur iuriſdictione ex eiuſdem Conc. Trind. conceſſione eis demandata.

Vndè ſi quis prohiberet Epiſcopum, ne Eccleſiam exemptam viſitaret tanquã Sedis Apoſtolicæ Delegatus iuxta decretum eiuſdem Conc. ſeſſ. 21. cap 8. & ſeſſ. 24. cap. 9. hanc cenſuram non effugeret. Hæc Alter. loco citato.

Ibi (*Directè, vel indirectè*) Quomodo indirectè impediantur Ordinarij, quominus eorum iuriſdictione non vtantur. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Indirectè impediuntur Ordinarij Eccleſiaſtici quominus ordinaria eorum iuriſdictione vtantur; cùm moleſtantur eorum conſanguinei, affines, & familiares.*

1 HAec verba vſque ad ly. Impediunt: fuerunt hic addita à S. D. N. Paulo Papa V. propter Iudices, & poteſtates ſæculares, qui videntes nõ habere iuriſdictionem ſuper Prælatos, & Iudices Eccleſiaſticos, moleſtant eorum procu-
a ratores, agentes, conſanguineos a affines, & familiares ſæculares, illos carcerando, multiſque modis moleſtando, & ita, licèt directè non impediant Prælatos, & Iudices Eccleſiaſticos ordinarios, quo minus ſua iuriſdictione vtantur; indirectè tamen impediunt, moleſtando ſupradictos

dictos eorum conſanguineos, familiares, & procuratores: quoniam ad eorum vexationem redimendam ſua iuriſdictione de facili non vterentur ſecundum quod canones, & ſacræ conſtitutiones eccleſiaſticæ, ac decreta Conciliorum ſtatuunt; iuxta ea, quæ ſupra annotauimus.

ADDITIO.

a Conſanguineos. Adde Anton. de Souſa hîc c.17.n.1.ver. Modi quibus, contrarium docentem, ſed rectè eum impugnat Bonac. hoc eodê loco diſput.1.q.17.pun.1.num.15. Abb. Alex.

Ibi (*Impediunt*) An ad incurrendam prædictã excommunicationem exigatur, vt impedimentum inferatur authoritate laica publica: vel ſufficiat; ſi priuata. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 Dictio: *Quomodolibet*: eſt generalis.

2 *Excommunicatio huius canonis illos tantùm comprehendit, qui authoritate laicali publica impediunt Prælatos eccleſiaſticos quominus eorum iuriſdictione vtantur.*

IN hac re videtur prima fronte dicendum, quòd impedientes Epiſcopos, & alios Iudices Eccleſiaſticos ordinarios, quominus ſua iuriſdictione vtantur, incidant in excommunicationem præſentis canonis, quacunque authoritate impedimentum inferant, ſiue authoritate laica publica, atque adeò vt Iudices, ſiue priuata, & ſic vt priuati homines. Probatur ex dictione illa, ſeu aduerbio, *Quomodolibet*, quod coniungitur cum dicto verbo, *Impediunt*. Nam ly. quo-
1 modolibet, ſignificat quemcumque impediendi modum: & ſic quocunque modo impediantur: eo quòd eſt nomen generale: vt in c.fin. de accuſ. vbi Catd. ſicut etiam, quoquomodo, Panor. in c.ad noſtram, de probat. &, quicunque, vt in c.ſolitæ, in ver. nihil excipiens: de maior. & obed. Hanc ſententiam videtur tenere Vgol. hic §.1.in prin. in ver. Quæ excommunicatio.

Eaodem opinionem cõfirmat Alter. hoc eodem loco, c.2.col.2.in ver. Reſpondeo: quoniã relatiuum. *Qui*: initio poſitum refertur ad can. 14. vbi putat excommunicari non tantùm publicas perſonas habentes authoritatem, ſed etiã priuatas. Et in c.quoniam, de imm. Eccl. lib.6. excommuni DD. ſententia excommunicatio extenditur ad omnes impedientes iuriſdictionê eccleſiaſticam, ſine vlla exceptione.

His tamen non obſtantibus, in contrarium eſt
2 veritas: vt benè aduertit Graff. in explic. præſẽtis canonis, lib.4.deciſ.c.18.n.139.par.1. atque adeò iſte canon loquitur contra officiales, qui
a authoritate laicali publica *a* præſumũt impedire Ordinarios, quominus eccleſiaſtica ipſorum iuriſdictione vtantur, & hæc ſententia videtur etiã Nauar. in Man. c.27.n.69. vbi ait, quòd in cenſuram huius canonis non incidunt, niſi qui authoritate iudiciali; & laica in eo vetita faciũt: nam iſtum canonem copulat cum 14. 15. 17. & 18. ita vt vnum canonem reputet omnes illos quinque, quos nos ſeparatim declaramus.

Probatur: quia iſte canon continuatur cum præcedenti canone, vt ibi diximus, q.1.at præcedens canon loquitur de perſonis publicis, publicã eorum authoritate laica trahentibus eccleſiaſticos ad eorum Tribunalia: & ſtatuẽtibus contra libertatem eccleſiaſticam; ergo de his etiam tractat iſte canon. Confirmatur ex illis verbis: *Carcere,modo,vel moleſtando*: quæ publicam denotant authoritatem.

Hinc infert Graff. loco citato: quòd ſi aliquis noctu dilaceraret, aut ſordibus macularet edictum publicum, affixum in valuis Eccleſiæ, vel in publico foro, vbi præciperetur aliquid ſub certa pœna; iſte talis dictam excommunicationem nõ contraheret: quia non dicitur impedire iuriſdictionem authoritate laicali. Et eo fortiùs, quia cùm per prius fuerat editum edictũ, & lata ſententia, per huiuſmodi actus non dicitur formaliter impediri iuriſdictio: peccat tamen mortaliter, & poteſt eum Epiſcopus excõmunicare, & alijs pœnis afficere.

Ad contrarium patet reſponſio: quoniam aduerbium illud, *Quomodolibet*: non intelligitur pro quacunque authoritate laicali, publica, vel priuata: ſed quacunque ratione impediant: nempe
b ſiue vi, ſiue metu: per ſe, vel per alios *b*: Item vel impediãt, ne quid agant, vel ne actum exequutioni mãdetur, aut executioni mãdatũ reuocetur, vt habetur ex Vgol. hic, §.1.in ver. Tertiò afficit.

Ad motiuum Alter. patet reſponſio: etenim nos ſatis probauimus ſupra can.14.q.4.ibi excõmunicari tantùm perſonas publicas: & propterea ceſſat etiam contrarium ex d.c.quoniam, de immun.eccl.

ADDITIO.

a Publica. Adde his Suar. de cenſur. diſp.21.n.75. Alter. hic c.1.col.1. ver. Necnon, & Filliuc. t.1. qq.moral.tract.16.c.10.q.10.n.277. Eſt tamẽ verũ, quòd impedire iuriſdictionẽ Prælati Eccleſiaſtici Ordinariam authoritate priuata incidit in excõmunicationem tex. in c. quoniã de imm. eccl. lib.6. vt habetur ex Franch. Gemin. & Anchar. in explicatione d.c.D.Cæſar.

b Alios. Eandẽ ſententiã tenet Bonac. de cenſur. Bull. cœnæ diſp.1.q.17.pun.1.n.20. Abb. Alex.

Ibi: (*Quominus ſua iuriſdictione &c.*) An impedientes Ordinarios quominus ſua iuriſdictione vtãtur in delictis, & cauſis miſtis, incidant in prædictam excõmunicat. Q.5.

SVMMARIVM.

1 *In cauſis miſtis, ſi Eccleſiaſticus Iudex præueniat. & à Iudice ſæculari impeditur quominus ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica vtatur, in excommunicationem incidunt impedientes.*

2 *In cauſis miſtis, quomã modo proceditur in Regno Neapolitano.*

REſpondetur, quòd in cauſis miſtis de iure
1 communi datur locus præuẽtioni *a*. Vndè
a ſi Iudex eccleſiaſticus præuenit, & à Iudice ſæcularis impeditur quominus in illis iuriſdictione ſua vtatur, proculdubio ſic impediens incidit in excommunicationem noſtri canonis: vt ſupra diximus canone 14.q.5. concl. vltima.

Bene-

Bene verum eſt, quòd licèt in huiuſmodi cauſis habeat locum præuentio de iure communi: a in Regno tamen Neapolitano b propter nõnullas Bullas Pontificias, præſertim Honor. III. & antiquiſſimam conſuetudinem, non datur præuẽtionis locus: ſed Ordinarij, quando delictum eſt notorium, poſſunt procedere contra delinquentes quoad cenſuras Eccleſiaſticas ideſt priuationem Sacramẽtorum, & correctionem: vt in c. quamquam, de vſur. lib. 6. & c. ſtatutum, de maled. Iudices verò laici procedunt in puniẽdo eos quoad pœnas corporales, & pecuniarias, atque adeò pro eodem delicto in eadem perſona concurrunt ambo, iuxta ea, quæ dicit Felin. in c. de his, num. 10. de accuſ.

Hinc eſt, quòd accuſatus de miſto crimine coram Eccleſiaſtico Iudice, & ab eo cauſa cognita abſolutus, poterit, nõ obſtante abſolutione, coram iudice laico de eodem crimine accuſari, & puniri: quoniam iuriſdictio Eccleſiaſtica, & ſæcularis, ſunt prorſus ſeparatæ, & diſtinctæ, & ideò abſolutoria lata in vna iuriſdictione, non parit exceptionem rei iudicatæ in alia. Ita ex comm. omnium ſententia docet Couar. lib. 2. var. reſolut. c. 10. num. 6. & Graff. in explicatione præſentis canonis lib. 4. deciſ. par. 1. cap. 18. à num. 140. ad 143. vbi etiam tractat de delictis, quænam dicantur merè Eccleſiaſtica: quæ mere ſæcularia, & quæ miſta. Quod verũ arbitror, niſi pœna per Iudicem Eccleſiaſticum impoſita eſſet ſufficiens, & commenſurata culpæ, iuxta ea, quæ docet Couar. loco citato.

ADDITIO.

a Præuentioni. Quòd ſi è contra Iudex Eccleſiaſticus in huiuſmodi cauſis fuerit præuentus, atque ideò impediatur, excommunicatio huius canonis non contrahitur, vt habetur ex Anton. de Souſa hic diſput. 85. num. 4. & Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 10. quæſt. 10. num. 280. Etenim ſub excommunicatione huius canonis illi tantùm comprehenduntur, qui iniuſtè impediunt, ſecus autem ſi iuſtè, vt habetur ex d. Filliuc. loco citato, & num. 277. & ex eodem Anton. de Souſa hic cap. 17. nu. 4. D. Cæſar.

b Neapolitano. Adde hic Bald. conſil. 260. lib. 3. Clar. quæſt. 36. num. 42. verſ. Quæro, vbi probat, quòd inferens iniuriam clerico poteſt puniri, & iudicari ab vtroque iudice tam Eccleſiaſtico, quàm ſæculari, non obſtante abſolutione facta, vel condemnatione in altero foro: Siquidem in vtroque foro fuit illata iniuria, cum inferens iniuriam clerico non ſolùm deliquerit contra ius canonicum, verùm etiam contra ius ciuile. Eſt tamen verùm, quòd Iudex poſterior ſolùm procedere debet ad ſupplendam pœnam, in qua iniungenda prior Iudex defecit, vt habetur ex Molin. tom. 4. de iuſtit. & iur. tract. 3. diſputat. 49. num. 3. Mart. de iuriſdict. par. 4. caſu 119. ad finem, & Couar. lib. 2. var. reſolut. cap. 10. num. 6. Don Cæſar.

An ad incurrendam excommunicationem noſtri canonis ſatis ſit recurſus ab Eccleſiaſticis Iudicibus ad ſæculares Curias, etſi nihil agatur contra earum decreta. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſæcularis non poteſt ſupplere negligentiam Iudicis Eccleſiaſtici: qui ipſo poteſtate, & authoritate eſt maior.*

2 *Conſuetudo contra immunitatem Eccleſiaſticam tanquã improba non eſt attendenda.*

3 *Recurrentes à Iudicibus Eccleſiaſticis ad ſæculares Curias ſi nihil egerint, in excommunicationem non incidunt.*

4 *Recurrentes ad ſæculares Curias pro infirmandis, aut tollendis decretis latis in dictis Curijs ad inſtantiam Ordinariorum, ſeu delegatorum Eccleſiaſticæ iuriſdictionis, excommunicationem non contrahunt.*

5 *Iuſtitiam conſequi licèt etiam à tyranno.*

6 *Recurſus à iudicibus Eccleſiaſticis ad Curias ſæculares quando citra pœnam aliquam haberi poteſt.*

7 *Copula, & ex ſui natura exigit concurſum omnium copulatiuorum, vbi maximè vnum ordinatur ad aliud. Et quando ponitur inter æquè principalia reſolutur in alternatiuam.*

1 IN hac re Viual. in explicatione huius canonis refert nonnullas deciſiones Rotæ non antea typis datas: in quibus Domini dixerunt, quendã Paulum, qui in cauſis Eccleſiaſticis recurſum habuit ad ſæculares Curias, incidiſſe in excommunicationem eiuſdem canonis: quia etſi Iudex Eccleſiaſticus malè procedat; non tamen poteſt Iudex ſæcularis, cuius eſt minor poteſtas ſupplere negligentiã Eccleſiaſtici: qui ipſo, poteſtate, & authoritate dicitur maior: vt habetur ex Io. Andr. Panor. & alijs in c. qualiter, & quando, de Iudic. ſed illius negligentiam ſupplere ad Eccleſiaſticum pertinet: vt in c. ex tranſmiſſa, & c. licèt, cum ſeq. de for. comp. Et hoc nõ obſtante conſuetudine ex parte dicti Pauli allegata apud nonnullas Prouincias: eo quòd Domini dixerunt, talem conſuetudinem tanquã improbam, & ſacris canonimicam, quæ clericos iuriſdictioni laicorum quandoque ſupponit, non eſſe attendendam.

Ex quibus videtur cõcludi, quòd ſolus recurſus à iudicibus Eccleſiaſticis ad ſæculares Curias, ſatis ſit ad contrahendam dictam excommunicationem 2

Hanc ſententiam expreſsè tenet Alter. in explicat. huius can. cap. 2. col. 2. in fine in ver. Reſpondeo: dũ ait, quòd cùm hoc loco tria prohibeãtur, nẽpe Primò recurrere ad Curias ſæculares. Secundò procurare, vt à dictis Curijs decernãtur prohibitiones, & mandata cõtra Iudices Eccleſiaſticos. Tertiò curare vt dicta mãdata contra eoſdem exequantur, quamlibet ex dictis actionibus eſſe principalem, & ſufficientem cauſam huius excõmunicationis: atque ideò cũ primum quis recurrit ad ſæcularem Curiã, exponens quærelas, quas habet contra proprium Prælatum animo petẽdi auxilium, eo ipſo incidit in excõmunicationem huius canonis, quã-

uis postea vlterius non progrediatur.

Mouetur primò, quoniam singulæ prædictæ tres actiones sunt æquè principaliter eodē modo prohibitæ, & sunt admodum distinctæ, ita vt vna non sit pars alterius, nec ab alia pendeat: vt patet ex illa copula, *Et*, in canone posita, quæ inter diuersa poni solet, l. huiusmodi. §. si Titio, & Mevio. ff. de legat. 1. l. 1. in prin. & ibi Glos. in ver. Ius, ff. de iust. & ior. Ergo quælibet illarum actionum per se separatim, est causa principalis excommunicationis.

Secundò hoc ipsum probat argumento à simili. Nam si Prælatus sub excommunicationis pœna suis clericis interdiceret alearum, & taxillorum vsum: & quòd huiusmodi ludis non interessent; proculdubio dicendum est, hæc voluisse prohibere tanquam actiones distinctas, & separatas; & propterea quælibet earum satis esset ad censuram contrahendam: arg. eorum, quæ habentur in c. penul. & ibi Glos. in ver. Ad aleas non solùm ludere, sed ludo interesse: de vit. & honest. cler. ergo eodem modo interpretanda sunt verba nostri canonis ob illam copulam, *Et*, quæ inter diuersa collocatur; tàtò fortius, quòniam non agitur de pœna temporali, sed de excommunicatione: qua propter in dubijs saltem in foro conscientiæ quisque debet se tenere excommunicatum.

Tertiò si tres illæ actiones exigerentur simul ad excommunicationem incurrendam, tunc sequeretur, vt si quis recurreret, & instaret apud sæcularem Curiam contra Prælatum: & alius eo inscio, vel contra eius voluntatem mandatum ipsius Curiæ exequi curaret, tunc excommunicatus non esset: quod videtur absurdum.

Eodem modo existimat ipse Alter. loco citato, col. pen. in prin. in ver. ex eisdem: Iudicē sæcularem effici excommunicatum cùm primùm decernit mandatum, quamuis deinde vt causa noua non mandat illud executioni: quoniam vtrumque separatim sumptum principaliter prohibetur, sub pœna excommunicationis.

His tamen non obstantibus, contrariam sen-
3 tentiam arbitror de iure veriorem esse, quā tenet Vgol. hoc eodem loco, in ver. *Ac etiam eos*: sub n. 2. vbi ait, quòd recurrentes tantùm à Iudicibus Ecclesiasticis ad sæculares Curias, si nihil
a præterea egerint a contra illorum acta, non incidunt in censuram d. canonis.

Probat primò suam sententiam: quia cum hîc prohibeatur recursus prædictus, verba sūt cum effectu intelligenda: atque adeò fieri debet animo impetrandi, seu revocādi decreta dictorū iudicum: arg. l. 1. §. nec verba. ff. quod quisq. iur.

Secundò probat ex ipso tex. vbi ad incurrendam excommunicationem hanc, tria requirit: nempe, quòd partes recurrēt ad sæculares Curias: curent decerni prohibitiones contra ecclesiasticos Iudices: & contra ipsos exequi: vt patet in illis verbis: *Et ab eis Curias sæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia Ordinarijs, seu delegatis prædictis decerni: & contra illos exequi procurant.* Etenim hæc tria per copulam, &, illamul coniunguntur, & ideo simul esse debēt, ar. tex. in l. si hæredi plures, ff. de condit. inst. Vndè estò, quòd partes recurrant ad Curias sæculares: & esto, quòd curent decerni prohibitiones, & mandata; nisi curent executioni demandari, ita vt fiant admonitiones ipsis Iudicibus, in prædicta excommunicationem non incidunt.

Imò ad incurrendam censuram hanc, non sufficit Iudices sæculares adire, & ab illis litteras
b hortatorias b obtinere, easdemque Iudicibus ecclesiasticis intimare; sed exigitur, vt inhibitiones, seu litteras inhibitoriales, & mandata impetrent, & vt supra notificent: nam de his tātùm loquitur iste canon: non autem de hortatorijs, quæ sunt litteræ amicabiles, quibus Episcopi aliquid contra laicos impertinenter facientes, ab officialibus sæcularibus hortantur, vt à grauaminibus desistant: vt benè notat Graff. hic lib. 4. decis. p. t. cap. 18. num. 138.

Sic etiam sub dispositione huius canonis non
4 comprehenduntur, qui recurrunt ad sæculares
c Curias pro infirmandis c, aut tollendis decretis latis in dictis Curijs ad instātiam Ordinariorū, aut delegatorum ad sæcularia Iudicia recurrētium: quoniā tunc non pars est, quæ iurisdictionem ecclesiasticam impedit, sed ipsimet ecclesiastici iudices, à quibus pars ad tribunal sæculare deducta, corā illo legitimè se defendit: cum ex communi Doctorum sententia à quocunque quantumuis tyranno iustitiam consequi
5 queat cum Ordinarius ipse ad sæculare Tribunal partem conuenerit: ar. tex. in c. prudētiam, de mut. pet. & Sayr. hoc eodem loco, lib. 3. Thes. tom. 1. cap. 20. in fine.

6 Adde hîc etiam quòd extant decisiones Rotales, quas allegat ide Vival. loco citato: in ver. Neque decisiones Rotales: vbi conceditur facultas quādoque recurrendi ad Iudices laicos, & inuocādi eorum nudum auxilium ad defendendam propriam possessionem, qua quis de facto spoliatur: non tamē talis recursus fieri potest ad effectum obtinēdi inhibitiones, & mandata contra Prælatos, & Iudices Ecclesiasticos: quoniam Iudices sæculares sunt omninò incapaces iurisdictionis in clericos: vt sæpe diximus.

Ad contrarium ex supradictis Rotæ decisionibus, respondetur, quòd dictum Paulum non ex solo recursu ad sæculares Curias, fuit declaratū incidisse in excommunicationē nostri canonis; sed quia ex eis inhibitiones, & mandata obtinuit, & executioni demandauit: vt patet ex vltima decisione ab ipso Vival. in eodem loco relata: dum ait, quòd domini receſſerunt à resolutione facta: eo quòd cōstat de oblatione processus, & eius transportatione ad cōsilium: quæ præsumitur facta ad instantiam partis interesse habentis: quare in odium eorum, qui simili recursu vtūtur, fit omnis interpretatio ad fauorē alterius partis, ita vt etiam copiæ simplici soleat fides adhiberi: vt habetur ex Bald. in l. publicare, q. 8. in fine de testib. & alijs allegatis à Vival. loco citato.

Ad contraria Alter. Similiter respondetur.

Ad primum negatur antecedens. Non enim dictæ actiones sunt æquè principaliter prohibitæ, sed vna est prohibita propter aliam: est enim prohibitū recurrere, ad Curias sæculares ne procuretur decerni prohibitiones, & mādata contra Iudices Ecclesiasticos: & hæc omnia, ne mandata contra eosdem executioni demandentur: quoniam fruſtra ferretur sententia, ni si suum sortiatur effectum.

Nec

Nec obſtat quòd copula,&,ponitur inter di-
7 uerſa,quoniam licèt hoc ſit verum, tamẽ ex ſui natura exigit concurſum omnium copulatiorum, vbi maximè vnum ordinatur ad aliud, vt ſumus in caſu noſtro: tunc enim copula, &,reſoluitur in alternatiuam, quando ponitur inter æquè principalia: vt eſt tex. & ibi Panor. in fine de vit.& honeſt.cler.

Ad ſecundũ patet reſponſio:nõ enim ludere ordinatur ad eſſe præſens ludo, quoniam qui ludit eſt præſens ludo. Non ſic eſſe præſens ludo,quoniam poteſt ordinari ad ludum. Vndè ſi interdiceretur eſſe præſens ludo, & ludere,tũc ad contrahendam pœnam non ſatis eſſet vnum ſine alio: ſicut ſatis eſt vbi interdicitur ludus, & eſſe præſens ludo. Nimirum igitur ſi actiones de quibus agitur cum prima ordinetur ad ſecũdam, & vtraque ad tertiam debent eſſe omnes ſimul ad incutrendam cenſuram noſtri canonis.

Et licèt quæſtio noſtra ſit de pœna ſpirituali; tamen cum quæſtio ſit iuris,non facti,in dubijs non tutior, ſed benignior pars eſt eligenda: vt aliàs diximus ex Suar.de cenſur.diſp.10. de irregular.ſect.5.num.16.& alijs.

Ad tertium reſpondemus concedendo argumentum,nec id eſſet abſurdum.

ADDITIO.

a Egerint. Adde hìc Filliuc. tom.1. qq.moral. tract. 16. cap. 10. quæſt.12. num.282. Eſt tamen verum,quòd Bonac. hoc loco diſput. 1. quæſt. 17. pun.1. ſub num. 28. poſt Alter. diſputat.17. cap.2. colum. 2. & 3. verſic.hìc oritur,& Reginald. cap.24. num.369. Notando 5. lib. 9. ſuæ prax. contrariam ſententiam putat probabiliorem, nempè ad incurrendá excommunicationem hanc ſatis eſſe recurſum ad ſæcularia Iudicia,etiam ſi nihil ab illis abtineatur. Sed re vera non eſt recedendum à ſententia Duard. & aliorum, aliàs ſequeretur, quòd qui recurrit,& prohibitiones,& mandata obtinet, & illa exequutioni demandari curat,non vnam ſed tres excommunicationes contraheret,quod eſt contra tenorem canonis,qui copulatiuè loquitur, à cuius verbis, cum ſimus in pœnalibus non eſt recedendum. Vndè Principes,ſeu Miniſtri Regij faciendo litteras bortatorias ad Epiſcopos,& eas obtinentes,vt ab aliqua mala fortè determinatione deſiſtant non dicunrur contra libertatem Eccleſiaſticam crimen aliquod committere,vt habetur ex Coriolan. in explic. Bull.cœnę excom.16.Megal.3 par.lib.3.cap.19. num.6. & Diana de immun.Eccleſiaſt.reſol.54. Siquidem verba exhortatoria conſilium ſolum important,& neceſſitatem non indueunt. Abb.Alex.

b Hortatorias. Adde hìc Coriolan.verſ.hortatoriè, & Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract.16. cap.10.q.10,num 278. D.Cæſar.

c Infirmandi. Adde hìc Filliuc. tom.1. qq. moral.tract.16. cap. 10. quæſt. 12. num. 285. & Coriolan. in explicatione huius canonis verſic. Secundum eſt, ac Ant. de Souſa ibidem cap. 17. n.5. D. Cæſar.

Quibus caſibus contrahitur excommunicatio huius canonis. Et quibus effugitur. Q. 7. & Vlt.

SVMMARIVM.

1 *Impedientes Prælatos, ac Iudices Eccleſiaſticos ordinarios quominus eorum iuriſdictione Eccleſiaſtica vtantur, in excommunicationem incidunt, quicũque ſint qui impediant: & quicunque ſint Ordinarij Eccleſiaſtici, qui impediuntur: atque adeò ſive Archiepiſcopi ſint ſive Epiſcopi ſive Cardinales in eorum Eccleſijs titularibus, ſive Prælati Regulares, ſive Vicarij.*

2 *Impedientes Ordinarios Eccleſiaſticos, quominus eorum iuriſdictione Eccleſiaſtica vtantur, excommunicationem contrahunt, pro quacunque cauſa illos impediant: ſive cauſa ſit merè Eccleſiaſtica ſive mixta, dummodò ab Eccleſiaſtico Iudice fuerit prærenrus. Ac etiam ſi impedimentum ipſis inferatur tempore viſitationis: directè, vel indirectè; & in quocunque actu.*

3 *Mandantes impediri Prælatos, ac alios Ordinarios Eccleſiaſticos quominus eorum iuriſdictione Eccleſiaſtica vtantur, excommunicationem incurrunt: ſicut dantes auxilium, conſilium, patrocinium, & fauorem.*

4 *Impedientes Iudices delegatos, quominus eorum iuriſdictione Eccleſiaſtica delegata vtantur, in excommunicationem non incidunt: ſicut ſi de iure impediant.*

5 *Impedienter Ordinarios Eccleſiaſticos eorum Eccleſiaſticam iuriſdictionem exercere, tunc excommunicationem contrahunt, quando id agunt authoritate publica, vt ſunt Domini terrarum, & ipſorum miniſtri: ſecus autem ſi authoritate priuata.*

6 *Impedientes Epiſcopos, & alios Prælatos Eccleſiaſticos, ne profana ipſorum iuriſdictione vtantur, excommunicationem non incurrunt.*

7 *Impedienter Ordinarios Eccleſiaſticos quominus eorum iuriſdictione Eccleſiaſtica vtantur, precibus, aut præmio, excommunicatione iſta non alligantur.*

8 *Recurrentes à decretis Iudicum eccleſiaſticorum ad Iudices ſæculares, in excommunicationem incidunt; ſiue Iudices eccleſiaſtici Ordinarij ſint, ſiue delegati.*

9 *Iudices ſæculares decernentes mandata, & inhibitiones ad inſtantiam recurrentium à iudicibus eccleſiaſticis ad ſæculares Curias, excommunicationem iſtam contrahunt. Idem dicendum eſt de exequentibus huiuſmodi mandata, & inhibitiones contra iudices eccleſiaſticos, ac de auxilium, conſilium, fauorem, ac patrocinium præſtantibus.*

10 *Recurrentes à Iudicibus eccleſiaſticis ad ſæculares Curias, ſi nihil egerint, in excommunicationem non incidunt.*

11 *Executores mandatorum, ac inhibitionum contra Iudices eccleſiaſticos vi, ac metu compulſi, excommunicationem non contrahunt.*

12 *Auxilium, ſeu opem dantes ad exequendum mandata, ac inhibitiones, excommunicationem non incurrunt, niſi poſt executionem factam: ſicut nec is, de cuius re agitur.*

PRo determinatione huius difficultatis, ſit
1 prima Concluſio. Impedientes Prælatos, & Iudices eccleſiaſticos, quominus ſua iuriſdictione vtantur, incidunt in excommunicationem præſentis canonis. Hæc concluſio patet ex verbis eiuſdem canonis.

Ampliatur primò vt excommunicatio iſta ſit generalis, omnes contrauenientes comprehendens, ſiue laici ſint, ſiue Eccleſiaſtici: dummodò authoritate laicali *a* iudiciali contrauenia
a nt, vt ſupra probauimus, q. 4.

Itẽ cuiuſcunq; dignitatis fuerint: atque adeò ſiue Imperator, Rex, aut alius ſæcularis Princeps, & ſiue Patriarcha, Primas, Archiepiſcopus Epiſcopus, aut alius Prælatus Eccleſiaſticus. Et id ob relatiuũ illud: *Qui*, quod refertur ad omnia præcedentia vt eſt tex. in l. hæres meus, §. vxori meæ, ff. de leg. 3. Bar. in l. Plautius, ff. de aur. & argen. leg. & Rebuff. ſuper Concord. in rub. de collatio. §. 1. ver. Qui: pag. 265. Vbi docet, relatiuum huiuſmodi, etiam ſi numeri ſit ſingularis referri ad omnes perſonas præcedentes.

Vndè in hoc canone, prædictum relatiuum refert omnes illas perſonas, quæ excommunicãtur in canone 14. noſtræ Bullæ, cuius pars eſt iſte canon, vt alias diximus. Quocirca cum ibi afficiantur in vniuerſum contrauenientes cuiuſcũque conditionis, ſtatus, & dignitatis fuerint, eodem modo dicendum eſt, innodari vi noſtri canonis omnes, & ſingulos impedientes, ne Iudices, & Prælati Eccleſiaſtici ſua iuriſdictione vtãtur. Ita Alter. in explic. huius can. cap. 2. col. 1. in ver. Necnon qui.

Secundò ampliatur, vt ſub hac diſpoſitione comprehendantur impedientes quoſcumq; Iudices, & Prælatos, quominus ſua iuriſdictione
b Eccleſiaſtica vtantur *b*. Et hoc tum ob dictionẽ illam: *Omnes*: tum etiam ob aliam: *Quoſcumque*, quæ neminem excludunt. Vndè impedientes, Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, Cardinales in ſua titulari Eccleſia, Legatos à latere, Nũcios, Generales, & Prouinciales Ordinũ, Abbates, & Priores, & quoſcunque Iudices Eccleſiaſticos Ordinarios, vt ſunt Vicarij, quominus ſua iuriſdictione vtantur, incidũt in prædictam excommunicationem: vt benè declarat hoc loco Vgol. §. 1. in ver. Item afficit: & in ver. verùm; vbi id ampliat procedere contra impedientes Epiſcopũ in ipſius iuriſdictione, etiã ſi nõdum eſſet cõſecratus, ſed tãtùm electus, & cõfirmatus. Nam licèt quis non poſſit ſimpliciter appellari Epiſcopus ante conſecrationem, ſed tãtum dicitur electus: vt habetur in c. tua. de his quæ fiu. à Præl. plenißimam tamen habet iuriſdictionis poteſtatem: nam poteſt excommunicare, ſuſpẽdere, interdicere, viſitare, corrigere, punire, Synodum conuocare, beneficia conferre, Eccleſias minores coniungere, annectere, diuidere, voti, & iuramenti vincula ſoluere, cõſtitutiones edere, cauſas audire, & cognoſcere, & quorundam peccatorum abſolutionem ſibi reſeruare: vt in c. noſti, c. tranſmiſſã, c. qualiter, c. nihil, de elect. & c. inter corporalia, de tranſl. Ergo Epiſcopus electus dumtaxat, ſi impediatur ne vtatur huiuſmodi iuriſdictione, impediens ſubijcitur excõmunicationi huius canonis, quãuis ipſe Epiſcopus non ſit conſecratus: quoniam hic canõ editus fuit, ne inferatur impedimentum huic iuriſdictioni. Et tantò fortiùs, quia Epiſcopus electus nõ impropriè dici poteſt Ordinarius propter eandem rationem ſupra ablatam.

Bene verum eſt, quòd ſi quis impediat Epiſcopum electum, & confirmatum antequam Epiſcopatus fuerit poſſeſſionẽ adeptus, quominus ſua iuriſdictione vtatur, excommunicationẽ non contrahit. Nam licèt ſecundum ius antiquum ſuſtineri poſſit opinio eorum, qui volũt, Epiſcopum confirmatum poſſe obire, & exequi ea, quæ ſunt iuriſdictionis, antequam poſſeſſionem acccperit, quos refert. ſed nõ ſequitur Panor. in c. tranſmiſſam, n. 3. de elect. quoniam in d. c. tranſmiſſã, c. noſti, c. nihil, & c. qualiter, iura poſt confirmationem nihil aliud requirunt in Epiſcopo ad plenam adminiſtrandi poteſtatem, niſi aliter vſu receptum fuerit; nihilominus de iure nouo, quod habetur in extrau. iniunctæ, de elect. in extrau. comm. oportet, vt Epiſcopus ad exercendã iuriſdictionem, obtineat litteras Apoſtolicas, ſine quibus nec admitti, nec recipi tanquã Epiſcopus, nec poſſeſſionem Eccleſiæ ſibi collatæ conſequi poteſt. Aliàs tàm Epiſcopus, quàm illum recipientes contra diſpoſitionem dictæ extrau. pœnis in ea contentis afficiuntur: & irritũ, ac inane redditur quicquid per talẽ Epiſcopũ decretũ fuerit.

Dixi Ordinarios: quoniam excommunicatio iſta lata eſt in fauorem Ordinariorum, quia in eis Eccleſiaſtica dignitas ſpecialiter reſidere videtur: vt benè notat hic Nauar. in ſuo Man. c. 27. ſub n. 69. in ver. Quintò, quòd quarta pars: & Suar. diſp. 21. de cenſur. ſect. 2. n. 94. in fine. Vndè impedientes iuriſdictionem Iudicum delegatorum, prædictam cenſuram non contraherent. Quod Vgol. hic, §. 2. ſub n. 1. non probatur. Sed malè, vt infra dicemus.

Tertiò ampliatur, vt excommunicatio iſta ex-
2 tendatur etiam contra impedientes ſupradictos Eccleſiaſticos Prælatos, & Iudices Ordinarios, quominus eorum iuriſdictione vtantur, nõ modo quoad cauſas merè Eccleſiaſticas. ſed etiam quoad cauſas miſtas, dummodo ab Eccleſiaſtico Iudice fuerit præuẽtus: vt ſupra diximus q. 5.

Quartò ampliatur, vt excommunicatio iſta comprehendat impedientes Epiſcopos, & alios Prælatos Ordinarios, quominus ſua iuriſdictione vtantur, etiam tempore viſitationis: quoniã licèt eo tempore procedant tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati; non tamen deſinunt eſſe Ordinarij: vt ſupra annotauimus, q. 2.

Quintò ampliatur, vt in dictam excommunicationem incidant impediẽtes, vt ſupra, ſiue directè impediant, ſiue indirectè: vt ſupra declarauimus, q. 3.

Sextò ampliatur, vt cenſura iſta contrahatur in quocunque actu impedimentum fiat: atque adeò ne citatio expediatur, ſequeſtrum fiat, aut ne pignus accipiatur: vt per Vgol. hic, §. 1. in fin.

Septimò ampliatur, vt excommunicatio non
3 ſolùm includat principales ipſos impedientes, ſed etiam mandantes: vt habetur ex eodem Vgol. loco citato: in ver. tertiò afficit. Et hoc ob dictionem illam: *Quomodolibet*; Et ob eandem dictionem, ſub dicta cenſura comprehenduntur ad id dantes auxilium, conſilium, patrocinium, & fauorem. Et tantò magis, quia in fine canonis hi expreſsè afficiuntur, vt patet ex illis verbis:

Dum

Dant auxilium, consilium, patrocinium. & fauorem.

Sic ampliata limitatur dicta conclusio, vt locum sibi vendicet in impedientibus Ordinarios Iudices, nō autem delegatos. Et hoc ob dictionem illam, *Ordinarios*. Vndè cum simus in pœnis, nō debet fieri extensio ad delegatos *e*, quia verba legis pœnalis sunt strictè interpretanda, c. in pœnis, de reg. iur. in sexto, & l. interpretatione, ff. de pœn. Nec obstāt ea, quæ dicuntur in versiculo sequenti, quæ ancipitem reddunt Vgol. loco citato: quoniam sunt diuersa: quapropter ex diuersis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minor.

Secundò limitatur, vt excommunicatio ista de facto tantùm Ordinarios vt supra impedientes alliget, non autem de iure: nam vi nostri canonis prohibetur, ne huiusmodi Ordinarij impediātur eorum vti Ecclesiastica iurisdictione secundum canones: at qui iustè ipsos impediūt, signum est, quòd iniustè iurisdictione vtantur: vt supra diximus, q. 1. & latè habetur ex Vgol. hic, §. 2. ver. Quartò.

Tertiò limitatur, vt tunc impedientes Ordi-
5 narios ecclesiasticos, quominus sua iurisdictione vtantur, incidāt in supradictam excommunicationem, quando impedimentum infertur authoritate publica, ideſt ab habentibus iurisdictionem, vt sunt Domini terrarum, & eorum Officiales, ac Ministri; secus autem si authoritate priuata: vt supra declarauimus, q. 4.

Quartò limitatur, vt prædictam censurā non
6 contrahant impedientes prædictos Ordinarios, *d* ne iurisdictione profana *d* vtantur: nam vi huius canonis excommunicātur solùm hi, qui impediūt Ordinarios ipsos ne iurisdictione ecclesiastica vtantur: vt cōstat ex illis verbis: *Quominus sua iurisdictione Ecclesiastica*. Ergo secus dicendum est, si, ne profana vtantur, impediant: quia limitata causa limitatum producit effectum, arg. tex. in l. in agris, ff. de acquir. rer. domin. l. cum prætor, ff. de Iud. & c. nōne, de præs. Et eò magis cùm simus in pœnalibus, in quibus verba legis strictè sunt interpretanda, vt sæpe diximus. Hinc infert Vgol. loco paulò supra citato: ver. Secundò in excommunicationem, quòd impediens Imolensem Episcopum ne iurisdictione profana in homines Bagnariæ vtatur, in hanc censuram non incidit, estò ob Episcopatum iurisdictionem illam habeat.

Quintò limitatur dicta conclusio, vt locū nō
7 habeat io eo, qui precibus, aut præmio impedit Ordinarios, ne sua iurisdictione vtantur. Vndè Iudex sæcularis, si Ordinarios Ecclesiæ Iudices subornauerit, rogauerit, aut mediantibus litteris hortatorijs illos exhortatus fuerit, ne sua ecclesiastica iurisdictione vterentur aduersus aliquem sæcularem, io excommunicationem hāc non incidit, per ea, quæ supra annotauimus, q. 1. Et Vgol. in d. §. 2. ver. Postremò.

Sextò limitatur, hanc conclusionem non pro-
cedere contra impedientes Episcopum ne exer-
e ceat functiones, & actus ad Potestatē Ordinis, e pertinentes: quoniam vi nostri canonis excommunicantur hi tantùm, qui impediunt Ordinarios quominus iurisdictione sua Ecclesiastica vtantur. At potestas Ordinis, non est potestas iurisdictionis, cum potestas diuidatur in potestatē Ordinis, ac iurisdictionis: atque ideo potestas iurisdictionis specie distinguitur à potestate Ordinis. Vndè cùm simus in pœnalibus, verba sunt strictè interpretanda: & eò magis, quia causa, propter quam Romanus Pontifex fuit motus ad editionem huius cononis est vt defenderet Episcopos, & Prælatos, vt sine vlla molestia, & perturbatione vti possent iurisdictione sua ordinaria fori contentiosi liberè, & absque impedimento contra quoscunque, ne compellerentur inuiti à debito sui muneris desistere.

Quo circa non rectè videtur Alter. sensisse io explicat. huius canonis, cap. 5. col. 4. in fine: in ver. Secundò quæret quis: dum ait excommunicationem istam comprehendere quoque impedientes Episcopos, ne potestatem Ordinis exerceant.

Septimo limitatur eadem conclusio, vt tunc impedientes Ordinarios, ne sua iurisdictione vtantur, incidant in excommunicationē huius canonis, quādo sequitur effectus, nempe, vt Iudex ob impedimētum illatū non possit ad sui li-
f bitum sua iurisdictione vti *f*. Quocirca quantumuis obstaculū quis inferat Ordinarijs quominus sua ecclesiastica iurisdictione vtantur, si ab vsu iurisdictionis nō cessent, excommunicationis vinculo non alligatur: quoniam impedimentū huiusmodi non fuit in causa, vt Ordinarij iurisdictione sua nō vtantur, quod Romanus Pontifex exigit tanquam causam excommunicationis incurrendæ.

Confirmatur, quia vbicunque pœna imponitur à iure ipso facto ob aliquod delictum, nunquam est locus pœnæ, nisi delictum est consūmatum: vt habetur ex Panor. in c. cùm in cunctis, §. clerici, n. 3 de elect. Non igitur locum sibi vendicat dispositio nostri canonis, vbi impedimentum illatum fuerit, sed effectum non habuit. Ita Alter. in explic. huius canonis cap. 1. col. 8. in ver. Quominus sua.

Secunda Conclusio.

8 REcurrentes à decretis Iudicum Ecclesiasticorum ad Iudices sæculares, incidūt in excommunicationem huius canonis. Hęc conclusio patet ex illis canonis verbis: *Ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum &c.*

Ampliatur primò dicta conclusio, vt locum sibi vendicet proportionaliter in omnibus casibus, in quibus ampliauimus præcedentem cōclusionem, vt consideranti patet.

Secundò ampliatur, vt recurrentes ad Iudices sæculares vt supra, incidant in excommunicationem huius canonis, non modò si recurrāt à decretis Ordinariorum Ecclesiæ Iudicum, procurantes eorum sententias impediri, & executioni non demandari; sed etiam si recurrant à decretis delegatorum, & eurent ipsorum acta impediri, & executioni minimè demandari: vt constat ex illis canonis verbis: *Vel ab eis delegatorum.*

Dicitur autem sententia, definitio Iudicis, cōtrouersijs, & litibus inuicem iurgantium finem imponens: vt in c. iurgantium, de sent. & re iud.

Decreta verò, si propriè sumatur est, quod causa cognita statuitur à Iudice, ac pronunciatur

vt in l. 1. ff. de offic. Aſſeſſ. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de offic. Proconſul. Quare decretũ dicitur quoque ſententia quædam, qua decernit Iudex actum eſſe iuſtum authoritate ſuam interponendo, & approbando, vt cum declarat alimenta eſſe alicui ſubminiſtranda, & his ſimilia. Quod quidem nunquam interponitur ſine cauſæ cognitione, l. ſi finita, §. Iulianus, & §. ſi forte, ff. de damn. infect. Et in ſcriptis eſt pronunciandum, l. 1. C. de ſent. ex breuil. recit.

Si verò Decretum ſumatur in ampliori ſignificatione, decretum dicitur omne id, quod ſtatutum eſt à Romano Pontifice; vt extat Liber Decretorum. Quandoque ſumitur pro authoritate: vt cum dicimus contractus Minorum, & mulierum non poſſe celebrari ſine decreto Iudicis, l. 1. C. de præd. Minor. Aliquando ſumitur pro definitiua ſententia, l. decreta, ff. de re iud. Et denique ſumitur pro quacunque Iudicis definitione, & ordinatione. Et ita ſumuntur in hoc canone.

Quo circa per ſententiam & decretum intelliguntur omnia præcepta, mandata, decreta & ſententiæ, ſiue definitiuæ ſint, ſiue interlocutoriæ Iudicum eccleſiaſticorum. Ita Alter. in explicat. huius canonis, cap. 2. col. 1. in fine.

Tertiò ampliatur, vt excommunicatio iſta 9
comprehendat, non ſolùm recurrentes, vt ſupra ad ſæculares Iudices; ſed etiam ipſos Iudices ſæculares, qui decernunt prohibitiones, & mandata etiam pœnalia contra Iudices eccleſiaſticos ad inſtantiam dictorum recurrentium, vt patet in illis verbis: *Eos quoque qui hæc decernunt.*

Non tamen ob illa verba: *Et in pœnalibus*, ſequitur ad incurrendam excõmunicationem noſtri canonis exigi, vt decernantur mandata pœnalia: quoniam ad hanc cenſuram contrahendam ſatis eſt, ſi mandata fiant ſimpliciter, ſine appoſitione alicuius pœnæ: ſed huiuſmodi verba fuerunt hoc loco addita, ad oſtendendam præſũptionem & temeritatem tam recurrẽtiũ, quàm decernentium tales prohibitiones, & mandata; quippe qui non ſolùm non vereantur Iudicum Eccleſiaſticorum iuriſdictionem, ac poteſtatem omni iure reclamante perturbare, & cum ſint inferiores, præcipere ſuperioribus; ſed quod deteſtabilius eſt, pœnas cõminari audeant, niſi paruerint. Et hoc ſibi vult dictio illa: *Etiam*: quoniã infert maiora expreſſis, c. tanta eſt, de ſimon.

Quartò ampliatur, vt ſub hac cenſura com- b
prehendantur etia exequentes *b* ſupradicta mãdata, & prohibitiones contra Iudices Eccleſiaſticos, & id propter illud canonis verbũ. *Exequũtur.* Vndè infert Vgol. hic, in verbo, Eos quoque n. 2. quòd Apparitores, plazarij, vel sbirri prædicta exequentes, hanc cenſuram contrahunt.

Quintò ampliatur, vt excommunicationem hanc contrahant ad id etiam auxilium, conſiliũ, patrocinium, & fauorem præſtantes: vt conſtat ex illis canonis verbis, in fine poſitis. *Dant auxilium, conſilium, &c.* Hæc autem præſtari contingit tàm in iudicio, quam extra iudicium multis modis, de quibus Vgol. hic, in ver. Dant auxilium &c. per totum.

Illud tamen ſilẽtio præterire nolui, quòd hoc loco docet Alter. c. 2. col. fin. in ver. Animaduertendum tamen: dum ait, opus nõ eſſe ad incurrendam excommunicationem noſtri canonis à ſupradictis cõſilium, auxilium, & fauorem dantibus, vt omnes actiones principales in eo damnatæ expleantur, & perficiantur, ſed ſatis eſſe, ſi vnaquæq; ſeparatim ſit executioni tradita.

Vnde ait, quòd ſi quis auxilium, vel conſiliũ præſtat alteri, vt ad Curiam ſæcularem recurſũ habeat, & conqueratur de ſuo Epiſcopo, à quo ſe grauatum eſſe putat, ſi ille ductus alterius cõſilio, vel auxilio recurrat, & contra Epiſcopum querelam exponat, animo procurãdi prouiſionem contra eundem, vt deſiſtat à moleſtijs, eo ipſo conſulens, vel auxilium, aut patrocinium ferens, in excommunicationem incidit, ſicut & is, qui recurrit, etiam ſi deinde vlterius in cauſa non progrediatur, nec vllum obtineat mandatum contra Epiſcopum.

Et idem dicẽdum eſſe putat de alijs actionibus principalibus. Vt ſi quis alicui, qui recurſũ iam habuit ad ſæculares Curias, auxilietur, aut faueat ad obtinendum mandatum, vel ad illud executioni demandandum contra Epiſcopum.

Eodem modo ex parte Magiſtratus ſæculari, ſi quis ei conſulat, vt tale mandatum decernat, mandato iam decreto, licét executioni non tradatur, conſulens tamen, inquit, eſt excommunicatus.

Ducitur ipſe Alter. ad hæc docenda duobus innixus fundamentis.

Primum fundamẽtum eſt, quoniam ipſe putat, quòd ad contrahendam excommunicationem hanc à principalibus contrauenientibus ſatis ſit, ſi vnam ex actionibus prohibitis agant: quod nos reijcimus ſupra, q. 6.

Secundum fundamentum eſt: quia idem Alter. ibidem in ver. Nihilominus exiſtimo, &c. arbitratur, dãtem conſilium, auxilium & fauorẽ, excommunicationem non incurrere, niſi ſecuta actione aliqua principali. Et id ob extremam illam clauſulam: *In eiſdem*: quæ videtur ſignificare prædictas actiones iam exiſtere. Nam dictionem, *In*, pluribus, & variis modis accipi dicit ex Roman. conſ. 376. quod incipit: Quæſtio eſt, & inter alios modos, dictionem illam, *In*, putat idem valere, quod, *Vſque ad*, atque adeò excommunicantur, qui dant auxilium, cõſilium, & patrocinium in eiſdem, ideſt vſque ad actiones ipſas principales, atque ideo ſupponuntur iam exiſtere.

Nos autem, qui ſupra q. 6. contra Alter. & alios concluſimus ad hoc, vt incurratur cenſura iſta à principalibus hoc canone recenſitis, exigi concurſum omnium dictarũ actionum: eſto quòd vellemus concedere, hoc loco excommunicari auxiliantes, conſulentes, fauentes, & patrocinij præſtãtes, acceſſorie, licét nobis oppoſitum videatur, per ea quæ ſupra diximus can. 2. q. 6. & can. 3. q. 2. & idem Alter. loco citato, col. 2. in ver. Dare auxilium; nihilominus, vt loquamur conſequenter dicendum eſt, prædictas perſonas accеſſorias nunquam in excommunicationem hanc incidere, niſi omnes actiones principales damnatæ expleantur, & perficiantur.

Sic ampliata limitatur primò eadem concluſio in caſibus, in quibus præcedentem concluſionem ſupra limitauimus.

Secundò limitatur, vt hæc cenſura non com- 10
prehendat ſic recurrẽtes, ſi nihil præterea egerint: nam vi præſentis canonis ad incurrendam

dictam

dictam excommunicationem tria requiruntur nempe quod partes recurrant ad ſæculares Curias,curent decerni prohibitiones, & mandata contra Eccleſiaſticos Iudices,& contra ipſos exequi:vt ſupra probauimus,q.6.

Tertiò limitatur,vt excõmunicatione iſta nõ
11 alligentur executores prædicti vbi probabilis, metus eiſdem iniiceretur:nam non eſt veriſimile, vt Eccleſia cum graui eorum periculo ſub tali pœna velit eos obligare.

Quartò limitatur ex Vgol.in d.ver. Dant au-
12 xilium,&c.in fine: vt nec is de cuius re agitur, nec ij,qui ad id opem tulerunt,in dictam excõmunicationem incidant, niſi poſt executionẽm
i factam: Quod nobis non probatur *i*, per ea, quæ ſupra diximus,can.2.q 6. quoniam copula, & facit venire copulatum principaliter, & non acceſſoriè,vt ibi probauimus. Et tantò minus vera eſſet Alter.ſententia id idem ſentientis hoc eodem loco,cap.2. col.pen. & fin. ſi auxilium dantes excommunicarentur per verba, quæ in hoc canone antiquitus continebantur: nempe: *Seu qui dant auxilium*: iuxta ea: quæ docet idem Vgol. in explicat. noſtræ bullæ par. prima cap. 12.ſub num.3.circa medium,vbi alt quod principaliter cenſentur excommunicati mandans,& mandatarius,quando alternatiuè fertur excommunicatio,: vtpotè ſi dixerit:vel fecerit,vel mãdauerit.

ADDITIO.

a Laicali. Adde hîc Filliuc.t.1.qq.moral.tr.16.c. 10. q.10. num.277. & Alter. diſp.17. cap.5. verſ. Necnon in explic.huius canonis. D.Cæſar.

b Vtitur.Adde hic Filliuc.t.5.qq.moral.tr.16.c. 10. q.10. num. 280. extendentem hanc excommunicationem etiam in impedientes Eccleſiaſticos Prælatos Ordinarios ne iuriſdictione eorũ vtantur in cauſis ad Iudicem Eccleſiaſticum ex conſuetudine rationabili,ac præſcripta ſpectantibus. Non tamen excommunicationem iſtam contrahit,qui impedit Prælatum,dum ſua iuriſdictione vtitur iuxta ſtatuta Conciliorum Prouincialium vt habetur ex Alter.hîc diſp.17. c.1. col.penult & Bonac.hoc eodem loco q.17.pun. 1.ſub n.18. Abb Alex.

c Delegatos. Adde Reginald.lib.9.ſuæ praxis c.24.num.367.& Filliuc.tom.1.qq. moral.tract. 16.num.279. D.Cæſar.

d Profana. Adde hic Anton.de Souſa c.17.n. 5. & Bonac. hoc eodem loco q.17.pun.1. num. 9. Abb.Alex.

e Ordinis. Hanc eandem ſententiam ſequitur Bonac.in explic.huius canonis q.17.pun.1.n.10. & 17. Abb. Alex.

f Vti. Vnde non eſt ſatis ad incurrendam excommunicationem iſtam impedire Iudices Eccleſiaſticos,ne ſua iuriſdictione vtantur, ſi effectus impedimenti non ſequatur, ita vt non obſtante tali impedimento Iudex Eccleſiaſticus à ſuæ iuriſdictionis vſu non ceſſet; ſiquidem pœna obaliquod delictum impoſita non incurritur niſi delictum conſummatum ſit. Ità Bonac. in explic.huius canonis q.17.pun.1.ſub num.21. poſt Alter.hic diſp.17.c.1. colum.7. verſ. Quominus. Abb.Alex.

g Pœnalia. Adde hîc Reginald.lib.9. ſuæ praxis num.369.& Bonac.hoc loco dif.1.q 17.pun. 1.ſub num.32.contra Filliuc.tom.1. qq. moral. tract.16.num.285.& alios. Abb.Alex.

h Exequentes.Adde hic Filliuc.tom.1.qq.moral.tract.16.num.286. & Bonac. in explic. huius canonis diſp.1.q.17.pun.1.num.36. Abb.Alex.

i Probatur. Cum Vgol. tenent etiam Reginald.lib.9.c.24.nu.369. Notand.5.Coriolan.hic verſ.hic ergo,& Bonac. hoc eodem loco diſp.1. q.17.pun.1.in fine. Sed reuera Duard.ſententia eſt valdè probabilis,cum tenentes contra eam, eius argumenta non ſoluant. Abb. Alex.

COMMENTVM

In Canonem Decimumſeptimum Bullæ in Cœna Domini.

Viuè iuriſdictionis: ſeu fructus reditus,& prouentus, ad Nos, & Sedem Apoſtolicam, & quaſcunque Eccleſiaſticas perſonas ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum,& aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes,vſurpant: vel etiam quauis occaſione,vel cauſa,ſine Romani Pontificis,vel aliorum, ad id legitimam facultatem habentium,expreſſa licentia ſequeſtrant.

De Diuiſione canonis. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio iſta fuit primò huic Bullæ addita à Iul. II.*

TEx. diuiditur in duas partes. In prima parte fertur excommunicatio contra vſurpantes Iuriſdictiones,fructus,prouentus, & reditus ad perſonas Eccleſiaſticas,ratione Beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes. In ſecunda parte fertur excommunicatio contra ſequeſtrantes fructus, reditus, prouentus, ad eaſdem perſonas

nas, eadem ratione pertinentes. Secunda, ibi, vel etiam.

Ad cuius intelligentiam, tria ſunt conſideranda. Primò tempus latæ excommunicationis. Secundò perſonæ, quæ excommunicantur. Tertiò actiones, propter quas fertur excommunicatio.

Circa primum eſt annot. quòd hæc excommunicatio fuit primo noſtræ Bullę addita à Iul. II. ſeu à Leone X. ſecundum aliquos: vt notat hic Sayr. lib. 3. Theſtom. 1. c. 21. Hæc eadem excommunicatio habetur etiam in Conc. Trid ſeſſ. 22. de refor. c. XI.

Circa ſecundum, excommunicatio eſt generalis comprehendens omnes, & quaſcunque perſonas contrauenientes; cùm limitationibus tamen infra dicendis.

Circa tertium, duæ ſunt actiones, quæ prohibentur. Primò vſurpare iuriſdictiones, ſeu fructus reditus &c. Secundo prædictos fructus ſequeſtrare.

An excommunicatio noſtri canonis differat ab excõmunicatione lata in d. c. 11. Conc. Trid. de reform. ſeſſ. 22. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata in hoc canone, in ſex conuenit cũ excommunicatione, quæ tonetur in Conc. Trid. de refor. ſeſſ. 22. c. 11. & in quatuor differt. Conueniunt, quoniam vtraque eſt generalis, comprehendit mandantes, contrahitur ipſo facto, fertur contra vſurpantes iuriſdictiones, fructus, reditus, ac prouẽtus Eccleſiarum, etiam ſi vacent, & vtraque includit, quoque res illas ſequeſtrantes.*

2 *Differunt excommunicatio huius canonis ab excommunicatione Conc. Trid. quoniam hæc exigit, vt vſurpatio ſit auctoritatiuè, nec alias pœnas imponit, quam excommunicationis, non eſt adeo generalis, nec includit conſenſum præſtantes; ſicut de illa dicitur.*

3 *Latrones, & milites, Eccleſiarum, ſeu Beneficiorum iuriſdictiones, reditus, ac prouentus rapientes, in excommunicationem non incidunt.*

REſpondetur, quòd excommunicatio huius Canonis in multis conuenit, & in multis quoque differt ab excommunicatione, quæ fertur in Conc. Trid.

Conueniunt enim primò dictæ cenſuræ: quia
1 ſicut excommunicatio, lata in Cõc. Trid. eſt generalis quoad perſonas, comprehendens tã maſculos, quàm feminas, iuxta ea, quæ docet Glo. in c. g enerali, in prin. de elec. in ſexto, & tam clericos quàm laicos, quacunque dignitate, etiam imperiali, aut regali præfulgeant: vt expreſsè colligitur ex verbis Conc. in prin. d. cap. Ita etiã præſentis canonis excommunicationem cõtra
2 quaſcunque perſonas eodem modo videtur fuiſſe latam: tum ob dictionem illam, *Omnes* poſitam in canone 14. ad quam refertur principium huius canonis: tum etiam ob ly. *Quicunque* hoc loco poſitum, quæ duo neminem excludunt: arg. tex. in l. Iulianus, ff. de leg. 3. nuncia Glo. in clem. 1. de ſepul. Quocirca, ſiue Imperator, Rex, vel alia inferior perſona laica ſit, tàm publica, quàm priuata: ſiue Cardinalis, Patriarcha, Epiſcopus, aut alij inferiores clerici, qui contenta in hoc canone vſurpent, eiuſdem cenſuram contrahunt: vt habetur ex Vgol. hic, §. 1. ſub n. 1. in ver. Quæ excommunicatio. Dummodo auctoritatiuè, & quaſi id eis liceat; agant, nam iſte canon editus eſt præcipuè contra Dominos hæc vſurpantes, quaſi poteſtatem habeant, quamuis omnes comprehendat tàm priuatas perſonas, quàm publicas, auctoritatiuè, & quaſi id eis liceat, diſpoſitioni noſtri canonis contrauenientes: vt ex Caiet. Nau. & Tol. docet Vgol. hoc loco, §. 2. in ver. Tertiò excommunicationem.

Secundò conueniunt: quia ſicut excommunicatio Concilij comprehendit non ſolùm facientes actiones in eo prohibitas, ſed etiam mãdantes propter illa verba: *Per ſe, vel alios*; ita etiã dicendum eſt de excommunicatione noſtri canoni; quoniam licèt in hoc canone dicta verba, aut æquipollentia non habeantur; habentur tamen infra canone 18. ibi: *Nec non qui per ſe, vel alios*: Qui canon cum præſenti, & tribus alijs præcedentibus, copulantur. Et licèt contrarium teneat Proſper de Auguſt. in add. ad Stephan. 40. in ver. Bona Eccleſiæ vſurpantes: tamen Tol. id quod diximus expreſsè docet cum alijs, quos allegat in d. can. 18. num. 6. dicens: Aduerte etiam excommunicationem Bullæ extendi ad per ſe, vel per alios, directè, vel indirectè aliquid prædictorum facientes, exequentes, procurantes, conſilium, aut fauorem dantes: & notat hanc extenſionem comprehendere omnia à principio decimæ quartæ incluſiuè excommunicationis dictæ, & propterea ſub vno contextu copulatiuè legitur. Et n. 7. eadem ratione ſimiliter ait. Extẽduntur etiam omnes hæ excommunicationes vt diximus, à decima quarta incluſiuè ad omnia perſonarum genera, cuiuſcunque conditionis, ſtatus, dignitatis, præeminentiæ, &c. vt patet in litera.

Non tamen improbabile m arbitror priorem ſententiam: nam illam tenet etiam Alter. in explicat. noſtri can. cap. 2. col. 3. in ver. Reſpondeo, & probat ex Bullis Clem. VII. & Paul. III. vbi in fine huius can. addita erant hæc verba: *Vel per ſe vel alium, ſeu alios directè, vel indirectè, prædicta exequi, vel procurare, aut in eiſdem conſilium, auxilium, vel fauorem præſtare non verentur*: quæ verba hodie in noſtro canone non habentur; & propterea licèt antiquitùs prædictæ perſonæ contrauenientes in cenſuram hanc incidebant; hodie tamẽ procurantes non incidunt: quoniam quando verba legis tolluntur, ceſſat diſpoſitio, quæ ex verbis ſumẽda eſt, l. 4. §. Prætor, & ibi notat Bar. in vl. not. ff. de damn. infect.

Confirmatur, quia hoc loco, excommunicãtur Iudices, quorum auctoritate, ſequeſtra fiũt, ergo iſte canon non eſt extendendus ad partes, quæ procurant apud Iudices illa fieri: quia lex pœnalis non patitur extenſionem de caſu ad caſum, c. pœnæ, de pœnit. d. 1. Quare ipſe Alter. cõcludit excommunicationem iſtam comprehẽdere ſolos Iudices ſæculares, qui ſequeſtrant; non autem procurantes illud fieri, vel conſentientes, conſulentes, &c.

Beneuerum eſt, quod Toleti opinio videtur nobis probabilior: eo quòd Alter. contraria ſa-

facilè ſoluuntur per rationem ab ipſo Tolet. allatam.

Tertiò conueniunt; quoniam vtraque cenſura contrahitur ipſo facto; atque adeò Romano Pontifici reſeruatur. Quoad excommunicationē noſtri canonis patet; quia omnes cenſuræ, quæ in Bulla cœnæ continentur, ſunt huiuſmodi; vt ſupra probauimus, lib. 1. c. 3. q. 1. & 2. Quo verò ad excommunicationem in Conc. contentam, probatur ex illis verbis. *Is anathemati tamdiù ſubiaceat & abſolutionem à Rom. Pontifici obtinuerit*, ar. tex. in c. Si quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. c. 2. de hæret. lib. 6. & latè diximus in d. q. 1.

Quartò conueniunt: nā vtraque lata eſt contra vſurpantes iuriſdictiones, fructus, reditus, & prouentus Eccleſiarum, & beneficiorum: quia licèt in Concilio non fiat mentio de prouentibus, ſed tantùm de fructibus, & reditibus, tamē, vt infra dicemus, reditus, & prouentus, idem ſignificant. Præterea in eo excommunicantur vſurpantes iuriſdictiones, fructus, bona, &c. ergo excommunicantur pariter vſurpantes prouentus, cum contineantur ſub ly. *Bona*: eo quòd in bonis noſtris computantur omnia, quæ dominij noſtri ſunt, & quæ à nobis bona fide poſſidentur, vel ſuperficiaria ſint: & omne id, quod eſt in actionibus, petitionibus, & perſecutionibus. Dicuntur enim bona ex eo quòd beant, ſeu beatos faciunt, ſeu profunt: quia beare, eſt prodeſſe: vt in l. bonorum appellatio, la 1. ff. de ver. ſignif.

Quintò conueniunt: quia vtraque cenſura fertur contra vſurpantes bona prædicta Eccleſiarum, etiam ſi vacēt: vt de excommunicatione noſtri canonis probat Nauar. in Man. c. 27. ſub n. 70. & Sayr. in explicatione eiuſdem canonis lib. 3. Th. tom. 1. c. 21. n. 4. & Suar. hoc eodem loco diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. n. 97. contra Caiet. & alios, & infra, Deo duce, q. 12. dicemus. Quo verò ad excommunicationem Concilij, probatur ex eo quòd non poteſt aſſignari diuerſitatis ratio: vt conſideranti patet. Vbi autem eſt eadē ratio, ibi militat etiam eadem iuris diſpoſitio, l. illud, ff. ad l. Aquil. & l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patr.

Sextò conueniunt: quoniam vtraque excommunicatio includit, non modò vſurpantes, ſed etiam ſequeſtrantes dicta bona. Nam licèt in Concilio non fiat mentio de ſequeſtrantibus, ſicut in noſtro canone, tamen in eo excommunicantur non modò qui vſurpare præſumpſerit, ſed qui impedire, ne ab iis, ad quos iure pertinēt percipiantur. Modò ſequeſtrare, idem eſt, quod impedire: vt habetur ex Suar. n. 98.

Differunt autem prædictæ cenſuræ interſe
2 primò quia, ad incurrendam excommunicationem noſtri canonis, requiritur, vt vſurpatio fiat auctoritatiuè, & poteſtate vſurpata, ſeu quaſi iure proprio; quomodo ſolent Domini bona Eccleſiæ vſurpare, vt ſupra diximus: quare latrones, & milites prædicta bona capientes non ex-
3 communicantur: vt per Nau. & Sayr. locis citatis cum aliis ab ipſis allegatis, & Suar. ibidem n. 96. & infra latius dicemus q. 11. At verò ad incurrendam excommunicationem in d. Conc. contentam, puto quod ſufficiat quęcunque di-
b ctorum bonorum occupatio *b*, vt patet ex illis verbis præcipuè: *Vel qui ad eum quomodocunque, etiam ex donatione ſuppoſita perſonæ peruenerint, &c.* Vnde arbitror dictam excommunicationem in-
c cludere milites quoque ac latrones *c*, bona ipſa occupantes, dummodo ſciuerint illa eſſe Eccleſiarum, & aliorum Piorum locorum, de quibus in d. Concillo fit mentio.

Secundò differunt: quoniam excommunicatio in d. Conc. contenta ad plura extenditur, quàm excommunicatio noſtri canonis: nam excommunicatio iſta includit vſurpātes, & ſequeſtrantes iuriſdictiones, fructus, reditus, & prouētus Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum dumtaxat: At verò excommunicatio dicti Concil. extenditur ad occupantes non modò iuriſdictiones fructus, reditus, & prouentus vtſupra Eccleſiaſticos, ſed etiam bona quæcunque, cenſus, ac iura, etiam feudalia, & emphiteotica, emolumenta, & quaſcumque obuentiones, quæ in miniſtrorum, & pauperum neceſſitates conuerti debēt, ſiue ſint alicuius Eccleſiæ, ſeu cuiuſcumque ſæcularis, vel regularis beneficij: ſiue ſint Montium Pietatis, & aliorum piorum locorum: vt ex verbis d. Conc. patet.

Tertiò differunt diſpoſita in hoc canone ab iis, quæ diſpoſita ſunt in d. Conc. quoniam iſte canon pro ſupradictis criminibus non imponit aliam pœnam, quàm excommunicationis: At verò Conc. vltra pœnam excommunicationis, alijs quoque pœnis contrauenientes afficit: nam ſi eiuſdem Eccleſiæ patronus ſit, qui deliquerit, vltra cenſuram prædictam, eo ipſo iure patronatus priuatus remanet. Clericus verò, qui nefandæ fraudis, & vſurpationis huiuſmodi fabricator, ſeu conſentiens fuerit, quibuſcumque beneficijs ipſo facto priuatur, ad quæcumque alia beneficia inhabilis efficitur, & à ſuorum Ordinum executione, etiam poſt integram ſatisfactionem, & abſolutionem, ſui Ordinarij arbitrio ſuſpenditur.

Quartò differunt dictæ excommunicationes: quia excommunicatio noſtri canonis non includit conſenſum præſtantes ad ſupradicta crimina perpetranda. At verò excommunicatio Conc. comprehendit non modò facientes, & mandantes, ſed etiam conſentientes, ſi clerici fuerint: ſecus autem, ſi fuerint laici; vt patet ex illis verbis: *Clericus verò, qui nefandæ fraudis, & vſurpationis huiuſmodi fabricator, ſeu conſentiens fuerit, eiſdem pœnis ſubiaceat: nec non quibuſcumque beneficijs priuatus ſit.*

ADDITIO.

a Perſonas. Adde hic Reginald. lib. 9. ſuæ prax. c. 25. num. 372. Filliuc. tom. 1. qq. moral tract. 16. c. 8. num. 312. contra Anton. de Souſa hoc loco c. 18. diſp. 90. verſ. Reſpondendum, exiſtimantem non alligari hac excommunicatione vſurpantes huiuſmodi fructus auctoritate Eccleſiaſtica: vel tanquam ſæculari titulo ſibi debitos: ſiquidem arbitratur Romanum Pontificem velle conſulere immunitati Eccleſiaſticæ contra laicos, vt patet ex præcedenti canone, cuius præſens eſt pars. Idem habetur ex Vgol. hoc eodem loco quod ſequeſtrationem, vt in verſ. Vt etiam, columna 3. Sed à priori ſententia recedendum non-

eſſe

eſſe putat Bonac.hîc diſp.1.q.18.pun.3.ſub n. 2. Abb.Alex.

b Occupatio. Adde hîc Bonac.in explic.huius canonis diſp.1.q.18.pun.4.à n.4.vſque in finẽ vbi Concilij Trid. excommunicatione putat aliqari cædentes arbores alieni beneficij,ſiue laici ſint,ſiue clerici; ſicut & iniquè ſequeſtrantes,vel vſurpantes quotidianas diſtributiones,aut quouis modo bona alieni beneficij occupantes ſurripientes,&c. Abb.Alex.

c Latrones. Adde hic Bonac.in explicat.huius canon.diſp.1.q.18.pun.4.n.3.in verſ.hinc ſequitur,qui teſtatur ita fuiſſe determinatum per Eminentiſſimam Cardinalium Congregationẽ: Abb.Alex.

Ibi (*Iuriſdictiones*) Quæ iuriſdictionis nomine vi præſentis canonis comprehendantur: & an omnes iuriſdictionem vſurpantes excommunicentur. Q.3.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio eſt poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuris dicendi,& æquitatis ſtatuendæ.*

2 *Iuriſdictio diuiditur in Eccleſiaſticam & laicalem: & vtraque ſubdiuiditur in ſimplicem iuriſdictionem, & imperium merum,& miſtum.*

3 *Merum imperium cur ita dicatur, & quot ſint eiuſdem gradus.*

4 *Miſtum imperium dicitur, quod licet officio Iudicis nobili,ſicut merum expediatur;tamen non publicam, ſed priuatam reſpicit vtilitatem.*

5 *Miſti imperij quot ſint gradus.*

6 *Iuriſdictio ſimplex dicitur quæ officio Iudicis mercenarij expeditur,priuatam reſpicientis vtilitatem.*

7 *Iuriſdictio ſimplex quomodo differt à mero, & miſto imperio,& quot ſint eiuſdem gradus.*

8 *Carceris perpetui pœna licet damnetur de iure ciuili; permittitur tamen de iure canonico.*

9 *Excommunicatio,quæ ex publica cauſa infligitur contra rebelles, eſt meri imperij: ad iſtantiam verò partis eſt ſimplicis iuriſdictionis.*

10 *Iuriſdictio diuiditur in ordinariam,& delegatam.*

11 *Iuriſdictio alicui alicuius delegata,non expreſſo proprio nomine,tranſit in ſucceſſorem: ſecus autem,ſi delegetur alicui ſpecialis perſonæ.*

12 *Iuriſdictio diuiditur in voluntariam,& contentioſam.*

13 *Iuriſdictionem ad Eccleſiaſticas perſonas pertinentem vſurpans,in excommunicationem incidit, ſiue iuriſdictio Eccleſiaſtica ſit,ſiue temporalis,ſiue ſimplex, ſiue merum,aut miſtum imperium,& ſiue ordinaria,plena, vel ſem.ipleua.*

14 *Iuriſdictionem Eccleſiaſticam ſpecialiter alicui delegatã vſurpans,in excommunicationem non incidit.Idem dicendum eſt de vſurpante iuriſdictionem Eccleſiaſticam alicuius Iudicis ordinarij,non ratione Eccleſiæ,monaſterij,aut Beneficij ſibi competentem.*

15 *Iuriſdictionem,ad Eccleſiaſticas perſonas pertinentem vſurpantes,tunc excommunicationem iſtam contrahit, quando auctoritatiuè id agunt.*

1 PRo determinatione huius difficultatis eſt
a ann.quòd iuriſdictio a in genere ſumpta,vt colligitur ex Bar.Iaſ.& aljjs,in l.Imperium,ff.de iuriſd. omn.Iudic. à iuris, & ditione,ideſt poteſtate deriuatur. Vnde iuriſdictio ex eo dicitur, quaſi Iuris poteſtas: ſeu iuriſdictio à iure dicendo nuncupatur: quoniam,vt ait Azor.eſt poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuris dicendi,& æquitatis ſtatuendæ.

Diuiditur autem iuriſdictio in Eccleſiaſticã, & temporalem,Prior pertinet ad Pontificiam, & Eccleſiaſticâ dignitatem, Glo.in c. tranſmiſ-
a ſam,de elect. Poſterior verò ad Regalem,ſeu Imperialem,& laicalem:quæ quidem ſe habent ſicut duo luminaria magna, vt quanta eſt inter ſolem,& lunam,tanta inter Pontificis,ac Regis, ſeu Imperatoris poteſtates differentia cognoſcatur:vt in c.ſolitæ,de maior. & obed.

Vtraque iuriſdictio ſubdiuiditur in Imperiſi, & in ſimplicem iuriſdictionem: & Imperium,in merum,& miſtum.

Merum Imperium, vel ex eo dicitur per Bar.
3 loco citato,quaſi liberum,quia in Principem liberè fuit collatum, nulli neceſſitati ſubiectum, l.Princeps,ff de legib.vel ex eo quòd eſt ſeparatum à cognitione pecuniaria,quod publicam reſpicit vtilitatem, & nobili Iudicis officio expeditur.

Huius Imperij,licet Iaſ. & ipſius ſequaces in d.l.Imperium, quatuor dumtaxat conſtituant gradus;nobis tamen probatur Bar.ſententia loco citato,conſtituentis meri imperij ſex gradus: itaut merum Imperium dicatur maximum,maius,magnum, paruum, minus, minimum. Ad primum pertinet legem condere,& Concilium generale congregare. Ad ſecundum gladij poteſtas. Ad tertium deportatio. Ad quartum relegatio. Ad quintum modica coercitio. Ad ſextũ pœna pecuniaria.

Eſt tamen verum,quòd merum Imperium maximum, maius,magnum, & paruum, non poſſunt delegari niſi ex cauſa abſentiæ, l.ſolent, in prin.ff de offic.proconſ.Minus autem,& minimum delegari poſſe, docet ibidem Bar. Ad merum imperium, ſeu quaſi ſpectant etiam translationes Epiſcoporum, ſedium mutationes,vnio Cathedralium,earumque diuiſio;& alia,de quibus Glo.in c.quod translationem,de offic.leg:quoniam illa omnia Romano Pontifici ſunt reſeruata.

Miſtum imperium dicitur,quod licèt officio
4 Iudicis nobili,ſicut merum expeditur,tamẽ nõ publicam,ſed priuatam reſpicit vtilitatem.Habet huiuſmodi Imperium ſex ſimiliter gradus, ex Bar.in d.l.Imperium,& ff Iaſ.ad tres tantum reducere conetur.

Nam ad miſtum imperium maximum perti-
5 net dare veniam ætatis impetrantibus interponere auctoritatem arroganti,& mancipationi infantis,ac per reſcriptum legitimare:quæ quidem ad ſolum Principem ſpectant.

Ad maius attinet cognoſcere de ſupplicatione aduerſus ſententiam latam ab eo, à quo non poteſt appellari:quod ſolùm Principi,& Præfecto prætorio conuenit.

Ad magnum pertinet cognitio earum cauſarum,quæ important plenam cauſę cognitionẽ, & coercitionem realem,vel perſonalem:vt mittere in poſſeſſionem ex ſecundo decreto: reſtituere in integrum:& expellere aliquem de poſſeſſione re ipſa.

Ad

Ad paruum ſpectat cognoſcere de cauſis pleñam requirentibus cognitionem; non tamen habet coercitionem realem,vel perſonalem: vt dare bonorum poſſeſſionem, quæ tribuit ius: pronunciare aliquem mittendum in poſſeſſionem ex ſecundo decreto: interponere auctoritatem in alienationibus,& tranſactionibus alimentorum.

Ad minus attinet dare bonorum poſſeſſionẽ ex Carboniano edicto,& omnia,quæ ſummariã requirunt cauſæ cognitionem.

Ad minimum ſpectant ea, quæ expediantur preciſa cauſæ cognitione:vt interponere auctoritatem manumiſſioni,& emancipationi. Vltimi duo gradus miſti imperij, ſunt delegabiles: quo verò ad reliquos negant citati Doctores delegationem.

Iuriſdictio denique ſimpliciter conſiderata
6 dicitur illa, quæ officio Iudicis mercenario expeditur priuatam reſpiciens vtilitatem. Vnde merum imperium differt à miſto:quoniam hoc priuatam;illud publicam reſpicit vtilitatem: & iuriſdictio ſimplex differt ab vtroque: quia iſta
7 mercenario;illa verò nobili expediũtur officio. Quid autem ſit officium nobile,& quid mercenarium,diximus ſupra can.15.q.2.

Et quamuis Bar. eodem modo iuriſdictionis huius ſex conſtituat gradus: & Iaſ. ad tres seducat: nihilominus quatuor eam habere gradus probabilius nobis videtur. Quocirca ſimplicẽ iuriſdictionem partiendam eſſe cenſemus in maximam,maiorem,magnam,& paruam.

Maxima dicitur, ad quam pertinet tractatio rei magni præiudicij:vt cauſæ ſtatus,ingenuitatis,& libertinitatis.

Maior eſt illa, per quam quis condemnatur ciuiliter ex cauſa deſcendenti ex delicto: vt quia non habet in bonis luat in corpore, l. quicunque,C.de ſeru.fug.

Magna iuriſdictio nuncupatur,per quam agitur de cauſa vltra 300.aureos.

Parua demum, qua agitur de cauſa infra trecentos aureos.

Minor,& minima,quæ dicantur,cum id à iure non ſit determinatum,eſt Iudicis arbitrio remittendum:ar.tex.in l.1.§.fin.ff.de iu.delib.Prima,& ſecunda non poſſunt delegari: tertia,niſi propter abſentiam:quarta verò delegatur indiſtinctè.

Beneuerum eſt,quòd quædam ſecundum diuerſos reſpectus pertinent ad merum imperiũ; & ad ſimplicem iuriſdictionem. Nam ſi quis torqueatur ad pœnam, vel in criminalibus ad eruendam veritatem, tunc tortura dicitur meri imperij:Si verò tortura inferatur in ciuilibus,vt pote, quia teſtes vacillant, eſt ſimplicis iuriſdictionis.

Sic etiam leuis correctio,quę infertur pro le-
8 uioribus culpis,eſt meri imperij:in ciuilibus autem,contra contumacem, eſt ſimplicis iuriſdictionis.

Præterea miſſio in carcerem, quando fit ad cuſtodiam tantùm,donec de maleficio inquiratur,non pertinet ad merum imperium: quia minoribus etiam Magiſtratibus id conuenit: at verò ſi carcer infetatur in pœnam,vt ſi quis damnetur ad perpetuum carcerem,vt per Eccleſiaſticos fieri ſolet de iure canonico; licèt de iure ciuili hoc ipſum fieri prohibeatur per tex. in l. aut damnum, §.ſolent, ff.de pœn. tunc eſt meri imperij:quia æquiparatur damnato ad metallũ: vt in d.§.ſolent.

Rurſus excommunicatio, quæ ex publica
9 cauſa infligitur cõtra rebelles,& cõtumaces, eſt meri imperij: ſed ad inſtantiam partis eſt ſimplicis iuriſdictionis: vt habetur ex Panor. in c. contingat,de for.compet.

Denique appellatio in criminalibus, eſt meri imperij:in ciuilibus autem,eſt ſimplicis iuriſdictionis,aut miſti imperij. Hæc omnia ſcitè traduntur à Doctoribus additis ad Glo.in rub.ff.de iuriſd.omn.Iud.& à Bar. Iaſ. & alijs in d.l.imperium.

Diuiditur quoque iuriſdictio in ordinariam,
10 & delegatam.Nam delegata dicitur vbi ſpecialiter alicui cauſa aliqua committitur terminanda,vel exequenda:vt in l.1.ff de offic. eius, cui mand.eſt iuriſd.& c.1.& toto tit.de offic. deleg. Et licèt delegatus in cauſa, Iudex proprie dici non poſſit: vt in c.ſuper quæſtionum, §. porro delegatus,eod.tit.tamen,in cauſa ſibi delegata, maior eſt ordinario:quia talis vicem gerit delegantis,& poteſt compellere Epiſcopum rebellem per ſententiam ſuſpenſionis vel interdicti: vt in c.ſanè,il 2.tit.citato.& c. Paſtoralis,de offic. ordin.

Fit autem delegatio quandoque alicui perſonæ;quandoque dignitati. Primò caſu delegatio extinguitur cum delegato; Secundò caſu quoties delegatio fit dignitati,non expreſſo nomine proprio,tranſit in ſucceſſorem,vt in c.quoniam de offic.deleg.Nunquam tamen delegatus poteſt ſubdelegare,niſi ſit datus à Principe: vt habetur in c.ſi pro debilitate,eod.tit.& l.à iudice, C.de iudic.

Ordinaria verò iuriſdictio dicitur illa,quæ alicui competit ex vi ſui muneris, vel Principis beneficio: qualis eſt iuriſdictio Epiſcoporum, eorumque Officialium, & aliorum, de quibus ſupra tractauimus.Dat autem iuriſdictionem ordinariam lex inanimata,vel canon; & hoc indubio: quia ſecus eſſet dicendum, ſi appareat velle dare delegatam.Secundò lex animata,nempe Papa,vel Imperator, & alij non recognoſcẽtes ſuperiorem.Non tamen poteſt Inferior,niſi Epiſcopus ſit, qui ſuo Vicario tribuat. Tertiò conſuetudo.Quartò Vniuerſitas approbata,ſeu Collegium:ſiue artium ſit:ſiue Iurium,aut aliorum:vt in c.cùm ab Eccleſiarum,& ibi Doct. de offic.ordin.

Diuiditur etiam iuriſdictio,in voluntariam,& contentioſam. Prior dicitur,cui nemo ſe opponit,& in omni loco,& tempore exerceri poteſt: vt eſt adoptio,emancipatio, & c. l. emancipari, ff de adopt. Poſterior verò dicitur,qua litigatur & quæ exerceri non poteſt die feſto, & à Iudice non ſedenti pro tribunali,c.ſpacium, 3.q.3. & c. conſuluit,de offic.deleg.

Præterea iuriſdictio alia dicitur plena, quæ
1 ſt ſolius Principis: & alia ſemiplena, quæ eſt inferiorum a Principe,l.3. C. de iuriſd. omn. Iudic.

Et denique iuriſdictio, aut eſt annexa alicui
11 Eccleſiæ,ſeu beneficio Eccleſiaſtico, vt eſt iuriſdictio ordinaria Epiſcopi,Abbatis,Prioris, & ſimilium: vt per Abb.in c.de multa,ſub nu. 21.

de

de præben. Aut eſt omninò ſeparata ab adminiſtratione: vt eſt iuriſdictio ſpecialiter delegata, c.3. & tot.tit. de offic. deleg. & aliorum Magiſtratuum, & Iudicum, maxime ſæcularium, vt patet ex tit. ff. & C. de Iuriſd. omn. Iud. His breuiter ſic annotatis ſit

Prima Concluſio.

33 VI præſentis canonis excommunicantur vſurpantes quamcunqoe iuriſdictionem ad Eccleſiaſticam perſonam pertinentem, ſiue Eccleſiaſtica ſit, ſiue temporalis: ſiue ſimplex, ſiue merum; aut miſtum imperium: ſiue ordinaria, plena, vel ſemiplena. Hæc concluſio eſt Suar. 10 explicatione huius canonis, diſp. 41. de cenſur. ſec. 2. num. 95. & Vgol. hoc eodem loco, num. 1.

Probatur: quoniam hic excommunicantur ſimpliciter iuriſdictionem vſurpantes: ergo text. iſte intelligendus eſt de iuriſdictione in genere, quæ comprehendit quamcunque iuriſdictionis ſpeciem: quia lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi. Hinc infert Suar. quòd ſi Epiſcopus, ratione Epiſcopatus, ſit etiam temporalis Dominus, vt antiquitus erat Archiepiſcopus Genuenſis, & alij quamplurimi ad præſens reperiuntur: & ſignanter Romanus Pontifex, qui eorum temporalem iuriſdictionem vſurpauerint, excommunicationis vinculo alligantur.

b Dixi, ratione Epiſcopatus *b*, quia ſi perſona Epiſcopi aliàs habeat dominium, & iuriſdictionem, p. ex paterna ſucceſſioone in feudo, vel ex alio iuſto titulo contemplatione perſonæ, & nõ dignitatis, tunc vſorpantes illius iuriſdictionem temporalem, in prædictam excommunicationem non incidunt: nam vi ooſtri canonis excõmunicantur, qui iuriſdictiones vſurpant pertinentes ad perſonas Eccleſiaſticas, ratione Eccleſiarum monaſteriorum, & aliorum beneficiorũ Eccleſiaſticorum.

Ex quibus patet opinionem Alter. hoc eodẽ loco cap. 1. in prin. in ver. Iuriſdictiones: oõ videri veram, dum ait, quòd in hoc canone excõmunicantur vſurpantes iuriſdictionem temporalem dumtaxat: non ſpiritualem Prælatorum, illam ſcilicet, quam Prælati Eccleſiaſtici habent in temporalibus ratione Eccleſiarum, & beneficiorum, quæ poſſident, quam ioquit Caiet. Domini temporales euacuare ſolent, ita vt Prælati feré ſolo titulo Domini remaneant.

Nec obſtat, quòd de impedientibus iuriſdictionem ſpiritualem tractauit Rom. Pontifex ſupra can. 14. 15. & 16. & quòd hic agat de fructibus. & redditibus Eccleſiaſticis, qui ſunt res temporales: & vtatur numero plurali: *Iuriſdictiones*: quoniam ex his non infertur in hoc canone non agere de iuriſdictione ſpirituali: nam licèt ſupra egit de ſpirituali iuriſdictione, tamen non eſt inconueniens, quòd hoc loco agat de iuriſdictione in communi, prout comprehendit ſpiritualem, & temporalem: Et hac ratione vſus eſt dictione illa: *Iuriſdictiones*: in numero plurali.

Non tamen puto ſub dicta excommunica-
34 tione comprehendi vſurpantes iuriſdictionem alicui ſpecialiter delegatam in aliqua cauſa, quãtumuis Eccleſiaſticam, & ad Eccleſiaſticam perſonam pertinentem; quia iuriſdictio huiuſmodi quamuis ſit data perſonæ Eccleſiaſticæ, tamen ei data non eſt ratione Eccleſiæ monaſterij, aut beneficij: quod exigitur ad cenſuram ipſam incurrendam. Quod verum cenſeo quotieſcumque cauſa delegata eſt ſpecialiter perſonæ: ſecus autem forté dicendum eſt, ſi delegatio fiat dignitati, non expreſſo nomine proprio. Vt ſi cauſa ſimpliciter delegetur Archiepiſcopo Genuẽſi, Epiſcopo Sauonenſi, Abbati Sancti Matthei &c. nam iuriſdictio iſta conceſſa videtur ratione Eccleſiarum.

Cæterum, ſub diſpoſitione huius canonis cũ non comprehendantur, niſi vſurpantes iuriſdictiones, ad Eccleſiaſticas perſonas ſpectantes ratione Eccleſiarum, monaſteriorum, & aliorũ beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſi quis vſurpauerit iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici quantumuis ordinarij, ſiue ciuilis ſit, ſiue criminalis,
c qui nec ratione alicuius Eccleſiæ c monaſterij, aut beneficij Eccleſiaſtici illam conſecutus fuerit, in hanc excommunicationem non incidit: atque adeò præſentem concluſionem licèt generaliter intelligamus, quoad omnes iuriſdictiones ſpirituales: eandem tamen reſtringimus ad iuriſdictiones, ad Eccleſiaſticas perſonas pertinentes, ratione Eccleſiarum, monaſteriorum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum: & id propter illa canonis verba: *Ratione eccleſiarum, &c.*

Secunda Concluſio.

35 AD contrahendam prædictam excommunicationem, non ſufficit quælibet iuriſdictionis arrogatio, ſed exigitur, vt auctoritatiuè fiat, ideſt, vt iuriſdictionem tanquam ad ipſum pertinentem quis ſibi arroget. Probatur, quia verbũ vſurpare, vt docet Suar. loco citato, num. 96. in rigore, non includit quamcumque præoccupationem, ſed illam dumtaxat, quæ violenter, & auctoritate, vt ſupra fit. Vnde *is* etiam dicitur vſurpare reditus, ſeu prouentus, quando veluti poteſtate dominandi, & quaſi iure proprio vtẽs illos præoccupat, vt ſupra, & q. præcedenti, diximus: ad quod etiam facit text. in c. conqueſtus, de for. comp.

Hinc infertur, quòd ſi quis furtiuè iuriſdictionem ad aliquem Eccleſiaſticum pertinentẽ exercuerit, dicens ſe eſſe talis Eccleſiæ Epiſcopum, Abbatem, &c. cùm non ſit, in excommunicationem noſtri canonis non incidit: ſicut dicitur de latrone furripiente fructus, reditus, & prouentus ad perſonas Eccleſiaſticas ſpectantes ratione eccleſiæ, qui ſub dicta excommunicatione non comprehenditur.

Beneuerum puto, quòd licèt occupãtes quocunque modo, etiam non auctoritatiuè fructus, reditus, & prouentus prædictos incurrant concilij cenſuram, ob illa verba: *Qui ad eum quomodocunque etiam ex donatione ſuppoſitæ perſonæ prouenerint* vt in præcedenti q. annotauimus; tamen arbitror dictam Concilij excommunicationem non includere vſurpantes furtiuè vt ſupra iuriſdictionem: quoniam verba prædicti Concilij non videntur dirigi ad iuriſdictionem, ſed tantum ad fructus, reditus, & prouentus Eccleſiaſticos, vt conſideranti patet. Niſi velimus dicere cũ Suar.

hic

hic diſp. 21. de cenſur. ſec. 2. ſub nu. 95. quod iuriſdictio inter fructus, & prouentus beneficij eccleſiaſtici computari poteſt. Et propterea, licèt verba Concilij non dirigantur ad iuriſdictionẽ expreſsè; nihilominus diriguntur tacitè.

ADDITIO.

a Iuriſdictio. Adde hîc Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. num. 219. & Bonac. in ſuo tr. de legib. diſp. 10. q. 2. pun 1. n. 3. D. Cæſar.

b Epiſcopatus. Adde Suar. de cenſur. diſp. 21. ſec. 2. num. 95. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. num. 219. & alios, quos refert, & ſequitur Bonac. hoc loco, diſp. 1. q. 18. pun. 2. num. 27. vbi etiam num. 26. idem dicendum eſſe ait cum Duardo de vſurpante fructus beneficij eccleſiaſtici quod alter beneficiarius conduxit: quia non dicitur vſurpare fructus pertinentes ad perſonas eccleſiaſticas, ratione beneficij. Non tamen idẽ dicendum eſt de vſurpante fructus ad Rom. Pontificem pertinentes, vt Dominus eſt temporalis, vt infrà dicetur, q. 12. ſub num. 1. Abb. Alex.

c Eccleſiæ. Adde Caiet. in ſua ſum. cap. 27. Nauar. in Man. c. 27. num. 70. Alter. hîc diſp. 18. c. 1. col. 3. verſ. Ratione eccleſiarum, & Bonac. hoc eodem loco, diſp. 1. vbi num. 13. addit, hac cenſura non tantùm alligari vſurpantes fructus perceptos ex prædijs monaſterij, ſed etiam vſurpantem annuum redditum, religioſo relictum de conſenſu Prælati: aut vſurpantem bona patrimonialia, monacho à Parentibus tradita; quorum adminiſtrationem ſuperior eidem monacho conceſſit: ſiquidem hæc ſunt monaſterij reditus; cùm prius cenſeantur acquiſita monaſterio, deinde conceſſa adminiſtratio Religioſo, vt habetur ex Panor. in c. monachi, de ſtat. monac. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. num. 215. & Bonac. loco citato, vbi num. 14. ſecus dicendum putat de bærede, vel alio, qui bona immobilia, vel mobilia, aut annuos reditus, monaſterio relictos non conſignat: ſiquidem cùm bona huiuſmodi ante conſignationem nõ poſſideantur à monaſterio, vel eccleſia, non dicitur vſurpare fructus, vel prouentus pertinentes ad Eccleſiaſticas perſonas, ratione monaſterij, vel eccleſiæ. Ita Filliuc. loco citato, num. 218. Abb. Alex.

Ibi (*Fructus, reditus, & prouentus*) Quæ veniant appellatione dictorum terminorum: & quomodo res illas vſurpantes, aut ſequeſtrantes, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Fructus, reditus, & prouentus, ſi in genere, ſeu largo modo conſiderentur, idem ſignificant.*

2 *Fructus nomine, veniunt etiam obuentiones, fœtus animalium, lac, pilus, & lana, vſusfructus, collatio Beneficij, penſiones prædiorum, licere obligare: & fructus tam naturales, quàm induſtriales, & artificiales: ac vſuræ.*

3 *Fructu fundi legato, cenſetur legatus eiuſdem vſusfructus.*

4 *Fructus naturales, quinam ſint, qui induſtriales, & artificiales.*

5 *Prouentus, eſt nomen generale ad omnes reditus, & fructus: & derivatur à verbo prouenio.*

6 *Reditus, deriuatur à verbo redeo.*

7 *Prouentus, aliquando dicuntur ſpiritualium reditus, vt quarta decimarum, oblationum, & ſimilium.*

8 *Reditus appellatione, omnes prouentus continentur: atque adeò obuentiones, cenſus annui: ac ipſi fundi reditus afferentes, ſi in genere reditus conſideretur.*

9 *Fructus, & reditus ſtrictè conſiderati, quomodo differãt inter ſe.*

10 *Prouentus ſiſti in ſuo genere, non tamen prouentus appellatione veniunt diſtributiones quotidianæ.*

11 *Vſurpantes, vel ſequeſtrantes quotidianas diſtributiones ad Eccleſiaſticas perſonas pertinentes, in excommunicationem hanc non incidunt, etiam ſi occaſione Eccleſiarum, aut Beneficiorum ad eas pertineant.*

12 *Vſurpantes quotidianas diſtributiones, ad Eccleſiaſticas perſonas ſpectantes ratione Eccleſiarum, aut Beneficiorum, licet excommunicationem noſtri canonis non contrahant; incurrunt tamen cenſuram, quæ habetur in Conc. Trid.*

13 *Emolumenti appellatione, quelibet vtilitas continetur.*

14 *Dignum ducimus eum eſſe, vt percipiat emolumentum, qui præſtat obſequium.*

15 *Emolumenti nomine, veniunt etiam quotidianæ diſtributiones, & obuentiones.*

16 *Vſurpantes, ſeu ſequeſtrantes auctoritatiuè fructus, prouentus, aut reditus ad Eccleſiaſticas perſonas pertinentes ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, aut Beneficiorum, incidunt in excommunicationem huius canonis.*

17 *Vſurpantes, ſeu ſequeſtrantes merceder Colonorum, ſeruorum operas, vecturas nauium, & iumentorum ad Eccleſiaſticos, ratione Eccleſiæ monaſterij, aut Beneficij ſpectantes, excommunicationem huius canonis contrahunt.*

18 *Vſurpantes fundos, et eccleſias ipſas, ad eccleſiaſticos pertinentes, an, & quando incidant in excommunicationem præſentis can. aut Conc. Trid.*

PRo determinatione huius difficultatis eſt annot. quòd ſi prædicti termini in genere, ſeu largo modo conſiderentur, vnus pro alio accipitur. Vnde reditus, & fructus a pro eadem re ſumuntur à Bar. in l. fundi Trebatij, per illum tex. ff. de vſufr. leg. & fructus nomine veniunt etiam obuentiones, l. vſufructu legato, ff. de vſufr. Item fœtus animalium, lac, pilus, & lana, l. in pecudum, ff. de vſur. Item penſiones prædiorum, l. prædiorum, ff. eod. & l. at qui natura, §. non tantùm, in fine, ff. de negot. geſt. Item vſus fructus; nam legato fructu fundi, videtur legatus vſusfructus, l. per ſeruum, §. ſi vſusfructus, ff. de vſu, & habit. Item vſuræ, l. vſuræ, ff. de vſur. Item collatio beneficiorum quæ dicitur eſſe in bonis, & in fructu menſæ Epiſcopalis: vt notant Glo. Panor. & alij in c. cum olim, de maior. & obed. Itẽ licere obligare, fructus appellatione continetur, l. fructus rei, ff. de regul. iur. & l. fin. ff. de vſur.

a

t

a

3

Denique, fructus nomine veniſſe tam fructus
4 induſtriales, qui producuntur magis opera, & induſtria hominum, quàm à natura; vt eſt frumentum hordeum, & alia quæ ex ſerendo proueniunt: tam fructus naturales, vt ſunt illi, pro quibus producendis plus natura operatur, quã hominum induſtria: vt ſunt poma, pira, & quæ ex ſylua cæduntur, l. fructus, ff. eo. tit. latè Couar. lib. 1. var. reſol. c. 3. ſub n. 6. vbi ait relinquendum eſſe arbitrio Iudicis, quando magis hominũ induſtria, quã ipſa natura; & è cõuerſo fructus proueniãt: ad quod allegat Panor. in c. graues, de reſtit. ſpol. & alios: & tam fructus artificiales, vt ſunt penſiones domorum: vt infra dicemus ex Bal. licèt idem Bal in l. ſi traditio, C. de act. emp, vocet huiuſmodi fructus induſtriales.

Sic etiam prouentus, eſt nomen generale ad
5 omnes reditus, & fructus: nam reditus dicti ſũt à verbo redeo, quia quotannis è fundo, vel præ-
6 dio ad nos redeunt, ſeu veniunt: prouentus verò à verbo prouenio: & ſic tam reditus: quam prouentus ſignificant prouenientes fructus; tum naturales, tum induſtriales, tum etiam artificiales, vt ſunt penſiones domorum: deductis tamen expenſis: vt per Bal. in c. cum M. Ferrarienſis, nu. 6. de conſtit.

Hinc prouentus ex Inn. in c. paſtoralis, de do-
7 nat. aliquando dicuntur ſpiritualium reditus: vt quarta decimarum, oblationum, & ſimilium, quæ de mulctis, aut iuriſdictione proueniunt: & moderatum auxilium.

E contra verò reditus appellatione omnes
8 prouentus continentur: vt habetur ex Paul. de Eleaz. & Zabar. in clem. vnica, de exceſſ. Prælar. Vnde obuentiones ſunt redituum quoque ſpecies, l. magis puto, §. ſi pupillus, ver. Quærere ergo debet, ff. de reb. eo. qui ſub tut. & cur. ſu. Itè cenſus annui veniunt redituum appellatione c. 3. de cenſi quapropter dantur agricolæ cenſiti, ideſt cenſuales, qui rei certæ annuatim præſtandæ obligati ſunt: vt in toto tit. de agric. & cenſ. lib. 11. Et iſte cenſus dicitur priuatus, ad differẽtiam cenſus publici, qui alio nomine dicitur tributum, ſeu publica penſio, l. ſi accipitur, C. ſi propter penſ. publ. l. 1. C. in quibus cauſ. pign. vel hypot. tac. contrah. Demum reditum appellatione, latiſſimo ſumpto vocabulo, veniunt etiam fundi, reditus afferentes: vt in auth. vt hi qui oblig. ſe hab. §. licebit autem. Immo reditus annui inter immobilia computãtur, vt in d. §. licebit autem, & l. iubemus nulli, §. 5. C. de Sacr. Eccl.

Quòd ſi fructus, & reditus ſtrictè conſiderentur,
9 differunt inter ſe: nam omnes fructus cũſiſtũt in reditu, vt in l. Paulus, §. 1. ff. de vſur. ſed nõ è contra: quia partus ancillæ eſt in reditu, nõ autem in fructu. Etenim abſurdum eſt hominẽ in fructu eſſe, cùm fructus, rerum natura, hominis gratia comparauerit, l. in pecudum, §. partus, ff. eod.

Itè fructus ſtrictè ſumpti, differunt ab obuẽtionibus: quoniam fructus ex re percipiũtur: vt triticũ ex agro, poma, & pira ex arboribus. obuẽtiones autem propter rem, vt ſunt penſiones domorum, & his ſimilia: vt per Aiber. de Roſa: in ſuo Diction. in ver. Fructus quandoque.

Prouentus denique ſiſtit in ſuo genere, & omnia prædicta, & his ſimilia comprehendit, vt docet Inn. in d. c. paſtoralis, de donat.

Non tamen prouentus appellatione veniunt
10 quotidianæ diſtributiones, c. licet, de præben.

His annotatis, ſit

Prima Concluſio.

VSurpantes, vel ſequeſtrantes quotidianas
11 diſtributiones, ad Eccleſiaſticos pertinentes, ratione Eccleſiæ, monaſterij, aut beneficij Eccleſiaſtici, non incidunt in excommunicationem præſentis canonis. Probatur, quia vi dictæ excommunicationis alligantur vſurpantes, ſeu ſequeſtrantes fructus, reditus, prouentus, ac iuriſdictiones, vt ſupra; quotidianæ verò diſtributiones ſub prædictis terminis non comprehenduntur: vt ſupra diximus ex tex. in c. licèt, de præben.

Secunda Concluſio.

VSurpantes, ſeu ſequeſtrantes quotidianas
12 diſtributiones, licèt non contrahant cenſuram noſtri canonis, vt ſuperiori concluſione probauimus, incidunt tamen in excommunicationem Conc. Trid de refor. ſeſſ. 22. c. 11.

Probatur, quia in d. Concilio excommunicãtur vſurpantes, ac ſequeſtrantes emolumenta, ſeu quaſcunque obuentiones, quæ in miniſtrorum, & pauperum neceſſitates conuerti debent. Emolumenti autem appellatione quælibet vti-
13 litas continetur: & ſi onus habeat annexum ſumitur pro ſalario: vt in l. 1. §. quæ uero, C. de offic. Præf. Præt. & l. Iudices, de ann. & trib.

Hinc dignum dicimus eum eſſe, vt percipiat
14 emolumentum, qui præſtat obſequium, Spec. tit. de ſalar. 4. §. uer Quid ſit clericus: & denique emolumenta dicuntur quæcunque bona: vt in §. deinde, uerſ. Quid ſi delinquentes, in auth. de mand. Princ. ergo ſub emolumenti uocabulo
15 comprehenduntur quotidianæ diſtributiones, quæ ſpecies ſalarij dicuntur eſſe; ſicut etiam cõtineri poſſunt obuentionum appellatione: quoniam obuentiones pro emolumento quoque ſumuntur, l. cùm patet, §. ſurdo. ff. de leg. 2. Item pro quocunque reditu l. uſuræ. ff. de uſur.

Immo ſi quotidianæ diſtributiones percipiã-
b tur ex fructibus alicuius beneficij b, arbitror, quòd vſurpantes, aut ſequeſtrantes eas, non diſtributas, incidant in excommunicationem huius canonis: quoniam videntur ſequeſtrare fructus, reditus, vel prouentus, ad perſonas eccleſiaſticas pertinentes, ratione beneficij.

Tertia concluſio.

VSurpantes, ſeu ſequeſtrantes auctoritatiuè
16 vt ſupra bona, & iura in notabili mẽtinnata, quæ pertinent ad eccleſiaſticos ratione eccleſiarum, Monaſteriorum, aut aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum, incidunt in excommunicationem huius canonis.

Probatur: quoniam omnia illa aut ſunt fructus ſtrictè ſumpti, aut ſunt reditus: aut ſũt prouentus: ergo illa vſurpantes, uel ſequeſtrantes,

ſub

ſub dicta excommunicatione comprehenduntur.

Idem dicendum puto de vſurpantibus, vel
17 ſequeſtrantibus mercedes colonorum, ſeruorum operas, vecturas nautium, & iumentorum ad eccleſiaſticas perſonas, ratione eccleſiæ, monaſterij, vel beneficij eccleſiaſtici pertinentes: quoniam vel veniunt appellatione fructuum; vt in l. mercedes, ff. de petit. hæred. vel ſaltem comprehenduntur appellatione prouentuum: quia ſe habent ad inſtar penſionum domorum: eo quòd dicuntur fructus ciuiles: ſicut vſuræ ciuiles quoque fructus nuncupantur: vt in l. nauis, & ibi Glo. ff. de rei vend. & l. vſuræ, ff. de vſur.

Beneuerum eſt quòd dum Vlp. in d. l. vſuræ inquit, quòd vſuræ vicem fructuum obtinent, non puto eum intelligendum eſſe de vſuris ſormaliter, quæ dicuntur lucrum ex mutuo à iure reprobatis; vt in c. ſuper eo, & tot. tit. de vſur. quoniam pecunia ex ſui natura fructifera non eſt. Hinc ait Ariſt. lib. 1. Polit. *Haud nummus veluti terra eſt, aut pecus fecundum, vt pariat*: ſed arbitror intelligendum eſſe de vſuris, quæ non exiguntur propter lucrum petẽtium, ſed propter moram nõ ſoluentium, & ſic idem ſunt ac licitum intereſſe: vt in l. cùm quidam, §. ſi pupillo, in fine, ff. de vſur. Huiuſmodi quoque vſuras, & ſic intereſſe vſurpantes, cùm accedant pecuniæ, ſicut fructus: vt per Gloſ. in d. l. vſuræ, in prin. probabiliter cenſeo, reliquis concurrentibus, incurrere ſupradictam excommunicationem: nam licèt vſuræ prædictæ non dicantur fructus, ſtrictè ſumpti; poſſunt tamen ſaltem dici prouentus, quorum appellatione veniunt omnes fructus, tum naturales, tum induſtriales, tum etiam artificiales.

Confirmatur: quia, vt ait, hoc loco, Vgol. n. 3. iſta tria nomina, fructus, reditus, & prouentus hìc poſita ſunt, quò ſignificarentur vniuerſa, quæ percipiuntur, ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum.

Sic etiam vſurpantes ius obligandi fructus, quod habet eccleſiaſticus, ratione eccleſiæ, monaſterij, aut beneficij, ſub eadem excommunicatione videntur includi: quoniam iſtud ius inter fructus computatur: vt eſt tex. & ibi Gloſ. in l. ſi ff. de vſur. & l. fructus rei, ff. de regul. iur. Et licèt largo modo dicatur fructus, tamen videtur poſſe comprehendi appellatione prouentus.

Immo ſub eadem cenſura dicerem compre-
18 hendi vſurpãtes fundos *c*, & eccleſias ipſas, mo-
c naſteria, & alia beneficia: quoniam licèt appellatione prouentuum, fructuum, ac redituum, ſupradicta non contineantur; tamen illis vſurpatis, reliqua occupata cenſentur: vt bene notat hic Vgol. §. 2. circa prin.

Quòd ſi retentis prædijs, eccleſijs, ſeu beneficijs, reditus, fructus, ac prouentus dimitterent ab eccleſiaſticis percipiendos, tunc ſic vſurpantes puto in dictam excommunicationem non incidere; ſed tantùm in excommunicationem, quæ continetur in Conc. Trid. de refor. ſeſſ. 22. c. 11. vbi prohibetur quorumcunque bonorum vſurpatio.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd fundi, reditus annuos afferentes veniunt appellatione redituum vt ſupra diximus ex §. licebit autem, in auth. vt hi, qui oblig. ſe hab. atque adeo vſurpantes fundos huiuſmodi, prædictam excommunicationẽ contrahunt: quia reſpõdetur quòd fundus reditum afferens, dicitur reditus, non formaliter, ſed cauſatiuè, & propterea dicitur talis, lato ſumpto vocabulo. Vnde meritò vſurpantes fundos, ſi fructus ex eis non percipiant, ſub diſpoſitione noſtri canonis non comprehenduntur.

ADDITIO.

a Fructus. Adde hìc Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. c. 8. q. 9. num. 216. & Bonac. in explicatione huius canonis diſp. 1. q. 18. pun. 2. num. 8. & 9. vbi rectè reijcere videtur ſententiã Filliuc. loco citato, num. 221. & aliorum, exiſtimantium, pecuniam ex venditione fructuum, vel redituum redactam computari inter fructus, ſeu reditus: quoniam ſubrogantur in locum fructuum: & propterea eam ſibi vſurpantes hanc cenſuram non contrahunt; quia in cenſuris verba ſunt ſtrictè intelligenda: & idem dicendum eſt de vſurpantibus pannos, & alias res cõmutatas cum fructibus Beneficiorum: imò & de vſurpantibus panem confectum ex frumento eccleſiæ, & Beneficiorum, vt per Doctores ſupra relatos. Abb. Alex.

b Beneficij. Contrarium tenet Bonac. hoc loco, diſp. 1. q. 18. pun. 2. ſub num. 10. quia vult non percipi ex Beneficio, ſed ratione inter eſſentiæ occaſione Beneficij. Sed non eſt recedendum à ſententia Duard. quando non ſunt diſtributæ: quia dicuntur prouenire ex beneficio, non ſecus ac alij fructus: ſiquidem idem dici poſſet de fructibus, vt non percipiantur ex beneficio; ſed ratione officij, quod beneficiarius recitat, ratione Miſſarum, quas celebrat, & Sacramentorum, quæ miniſtrat. Abb. Alex.

c Fundos. Oppoſitum docet Alter. de cenſur. lib. 5. diſp. 18. c. 1. col. 5. dub. 1. & alij. Sed re vera iſtæ duæ opiniones inter ſe non differunt; dum prior opinio vult, ſic vſurpantes contrahere excommunicationem, quando cum fundorum retentione percipiunt fructus; ſecus ſi eos reſtituant. D. Cæſar.

An poteſtas ſæcularis, cuius iuriſdictio ab eccleſiaſticis vſurpatur, poſſit ſequeſtrare eorum bona, ratione Eccleſiarum eiſdem prouenientia, vt tædio affecti ab vſurpatione deſiſterent. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Laicus turbans iuriſdictionem Eccleſiaſticorum, efficitur de foro eccleſiæ.*

2 *Conſuetudo cum tolerantia Principis, ſatis eſt ad acquirendam iuriſdictionem.*

3 *Poteſtas ſæcularis, cuius iuriſdictio ab Eccleſiaſticis vſurpatur, ſequeſtrans fructus, reditus, ac prouentus, ad eos, ratione Eccleſiarum, monaſteriorum, ſeu Beneficiorum ſpectantes, vt tædio affecti ab vſurpatione deſiſterent, incidunt in excommunicationem huius canonis, non ſic dicendum eſt de bonis*

patrimonialibus Eccleſiaſticorum.

4 *Clerici eiſdem priuilegijs gaudent in bonis patrimonialibus, ac in Eccleſiaſticis.*

5 *Poteſtas ſæcularis ſequeſtrans fructus ad Eccleſiaſticas perſonas pertinentes ratione bonorum patrimonialium, quæ tributa ſibi fuerant in titulum Beneficij, excommunicationem iſtam contrahit.*

6 *Patrimonialia bona aſſignata clericis in titulum Beneficij, dicuntur bona Eccleſiaſtica, & gaudent priuilegijs eccleſiæ.*

7 *Iuriſdictionis exercitium in principio naſcentis eccleſiæ tàm reſpectu laicorum, quàm reſpectu clericorum, erat penes eccleſiaſticos.*

8 *Conſuetudo inducta contra libertatem eccleſiaſticam, eſt nullius momenti.*

IN hac re pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia fuit Couar. lib. pract. qq. c. 35.n.3.ver. Aduerſus verò clericos, & aliorum, quos refert Mart.de iuriſd. p.4.caſu 11. dicentium licitum eſſe Poteſtati ſæculari, cuius iuriſdictio vſurpatur ab eccleſiaſticis, eorum bona, ac fructus ſequeſtrare, vt ab vſurpatione deſiſtant.

Probant hanc ſententiam primò quia laicus
1 turbans eccleſiaſticorum iuriſdictionem efficitur de foro Eccleſiæ, c.olim, vbi Glo. Panot. & alij de iniur. & Ant.de Butr. in c. cum dilectus, de pœn. Ergo, vt æqualitas in Iudicijs ſeruetur Eccleſiaſtici vſurpantes iuriſdictionem laicorũ, efficiuntur de foro ſæculariũ, qui cum in eccleſiaſticos non poſſint vlciſci, meritò contra eos procedunt ad omnium bonorum temporaliũ, ac fructuum ſequeſtrationem, ad finem, vt tædio affecti vſurpatam iuriſdictionem dimitterent.

Pro hac eadem opinione Caſtill. Bouadilla
2 in lib. ſuæ Polit. c. 16. n. 90. & c. 19. num. 31 refert Hiſpaniæ ordinationes, & Cancellariæ ſtylum, & Caſſan. in conſuet. Butgund. rub. 1. § 5. in tex. 5. n. 85. & ſeq. dicit ſecundum hanc ſententiam practicari in Gallia, & ipſius Regem, eiuſdemque Magiſtratus reperiri in poſſeſſione mediante conſuetudine cum Romani Pontificis ſcientia, ac tolerantia: quæ quidem conſuetudo ſatis eſt ad acquirendam iuriſdictionem: vt eſt tex. in c. irrefragabilis, §. exceſſus, de offic. ordin. c. Romana ver. conſuetudine, de appel. lib. ſexto, Bar. Rom. & alij in l. 1. §. denique, ff. de aqua plu. arc.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
3 tentiam puto de iure veriorem eſſe, quam tenet Mart. loco citato num. 5. qui, quamuis loquatur de bonis patrimonialibus clericorum: idem omnino & à fortiori diceret de fructibus reditibus, & prouentibus, qui ad eos pertinent, ratione eccleſiarum: quoniam vt ibi ait, & in caſu 11. n. 25. & caſu 49. per totum, clerici in patrimonialibus eiſdem priuilegijs, & exemptionibus gaudent, quibus potiuntur in eccleſiaſticis; ergo ſequeſtrum bonorum nequaquam fieri poteſt: & ſi fiat in bonis ad Eccleſiaſticos ipſos
4 pertinentes, ratione eccleſiarum incurritur excommunicatio noſtri canonis: vbi excommunicantur fructus reditus, & prouẽtus huiuſmodi ſequeſtrantes ſine Romani Pontificis licentia, vel aliorum, ad id legitimam facultatem habentium, quauis occaſione, vel cauſa. Vnde videtur excludere cauſam quoque vſurpatę iuriſdictionis per ipſos eccleſiaſticos.

Quo verò ad bona patrimonialia clericorũ, licèt iniuſta eſſet ſequeſtratio: quia vbi clericus laicorum iuriſdictionis reus prætenditur, eius perſona in primis inſpicitur, & ſequeſtrũ ipſius intuitu fieri cenſeatur: & ideo neque perſonæ, neque bona ſequeſtrari conceditur; non tamen ſic ſequeſtrantes inciderent in excommunicationem noſtri canonis, cuius vigore illi dumtaxat excommunicantur, qui fructus, reditus, ac prouentus ſequeſtrant, ratione eccleſiarum, monaſteriorum, & aliorum beneficiorum ad eccleſiaſticas perſonas pertinentes: modo bona patrimonialia clericorum ad ipſos non pertinẽt ratione eccleſiæ, monaſterij, aut beneficij.

Quod verum eſt, niſi fructus patrimonij cle-
5 rico ſequeſtrentur, qui proueniunt ex re ſibi aſ-
a ſignata pro titulo a iuxta decretum Conc. Trid.
6 quoniam patrimonium hoc priuilegia ſibi vendicat bonorum eccleſiæ: vt habetur ex Glo. in c. Epiſcopi, & ibi Dec. n. 11. de præben. & Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ, n. 14. ver. Adde D. Card. de conſtit. Nau. in conſ. 1. de immun. eccl. lib. 3. & Vgol. in explicatione præſentis canonis, §. 2. in ver. Secundò in excommunicationem.

Ad argumentum æqualitatis ſeruandæ reſpõ-
7 det Mart. loco citato, quòd laicis manet obſequendi neceſſitas, non auctoritas imperandi: vt in c. bene quidem, d. 96. & c. laicis, 16. q. vlt. & propterea cum laici ſint omnino incapaces iuriſdictionis in eccleſiaſticos, & eorum bona, ratio ſeruandæ æqualitatis non procedit. Et tantò fortius, quoniam laici non poſſunt conqueri de vſurpata iuriſdictione contra clericos: quoniam ab initio omnis iuriſdictionis exercitium erat penes eccleſiaſticos: vt in c. per venerabilẽ, qui fil. ſin. leg. & bene probat Mart. eod. tract. in prima par. quapropter res de facili redit ad ſua principia: & hac ratione, nos alias diximus, quòd ſi Iudex Eccleſiaſticus fuerit negligens, iuriſdictio non deuoluitur ad laicum, ſicut è contra: vt eſt tex. in c. qualiter, & quando, de Iudic.

Nec allegata praxis, ſeu conſuetudo in aliquo ſuffragari poteſt tenentibus contrariam ſententiam: quoniam allegando dictam conſuetudinẽ confunduntur: nam quidam centenariam vocãt alij immemorabilem, cùm multũ interſit inter centenariam, & immemorabilem: nam de immemorabili nulla initij memoria extare debet, & ideo neque per inſtrumenta, neque per ſcripturas probari poteſt: centenaria verò ſecus: vt per Felin. in c. ſi diligenti, n. 13. de præſcrip. Couar. in reg. poſſeſſor. p. 2. §. 3. num. 6. de reg. iur. in ſexto & alios, ab eis allegatos.

Imino nullus ex dictis Doctoribus loquitur de
8 acquiſitione iuriſdictionis eccleſiaſticæ per laicos faciendа: quia illius ſunt penitus incapaces: & talis conſuetudo eſſet contra libertatem eccleſiaſticam, & contra ſtatum eccleſiæ: qua propter nulla omnino diceretur quantumcunque immemorabilis eſſet: vt per Felin. in c. cum cauſam, n. 2. ver. ſigna theoricam, de præſcr. & extat Concil. Lateran. ſub Leone X. ſeſſ. 10. annullans quamcumque conſuetudinem contra eccleſiæ libertatem inductam: ſicut etiam vi noſtræ Bullæ infra in §. *Non obſtantibus*, conſuetudines huiuſmodi pariter irritantur.

AD-

ADDITIO.

a Titulo. Adde Vgol. hîc cap. 17. num. 1. verſ. Secundò, & Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 11. 49. & 101. Eſt tamen verum, quòd contrariam ſentẽtiam docent Anton. de Souſa hoc eodem loco, diſp. 86. num. 3. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 36. cap. 8. num. 214. q. 9. & alij, quos refert, & ſequitur Bonac. in hoc ipſo can. diſp. 1. q. 18. pun. 2. num. 23. Eo quòd volunt, quòd patrimonium hoc non dicitur propriè beneficium. Non tamen videtur recedendum à priori ſententia; quia ſi dantur in titulum Beneficij, ea omnia priuilegia habent, quæ habent bona eccleſiæ, non video cur non poſſit potiri priuilegio huius canonis. Eſt tamen verum, quòd poſterior ſententia eſt probabilis. Abb. Alex.

Ibi (*Eccleſiarum*) An vſurpantes prouentus ad Eccleſiaſticos pertinentes ratione alicuius Oratorij, vel cœmeterij incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Vſurpantes, ſeu ſequeſtrantes fructus, reditus, ſeu prouentus ad Eccleſiaſticos pertinenter ratione alicuius Oratorij priuati, in excommunicationem hanc non incidunt.*

2 *Oratorium priuatum, non dicitur Eccleſiæ nec monaſterium, ſeu Beneficium.*

3 *Eccleſia quid ſit, & quomodo ab oratorio priuato differat?*

4 *Excommunicatio, cum ſit pœna, non recipit extenſionem.*

5 *Oratoria priuata, non dicuntur pia loca, & ideo vſurpantes eorum bona nec Conc. Trid. quidem cenſuram contrahunt.*

6 *Vſurpantes fructus, reditus, ſeu prouentus ad eccleſiaſticos pertinentes ratione alicuius oratorij publici, excõmunicationem iſtam incurrunt.*

7 *Oratorium publicum dicitur Eccleſia ſeu baſilica, & gaudet omnibus immunitatibus, quibus gaudet Eccleſia conſecrata.*

8 *Vſurpantes, ſeu ſequeſtrantes fructus ad Eccleſiaſticos pertinentes ratione alicuius cœmeterij, an, & quando contrahant excommunicationem huius canonis.*

9 *Cœmeterium, an gaudeat omnibus priuilegiis, quibus potitur eccleſia.*

10 *Cœmeterium ſtrictè ſumptum, non dicitur formaliter eccleſia.*

11 *Vſurpantes fructus ad eccleſiaſticos pertinentes ratione cœmeterij, alicui monaſterio, aut eccleſiæ beneficiali adhærentis, in excommunicationem incidunt.*

1 PRo determinatione huius difficultatis ſit Prima Concluſio. Vſurpantes, ſeu ſequeſtrãtes fructus, reditus, vel prouentus ad eccleſiaſticas perſonas ſpectantes ratione alicuius Oratorij priuati a, non incidit in excommunicationẽ huius canonis.

Probatur, quia vi dictæ excommunicationis afficiuntur vſurpantes, ſeu ſequeſtrantes fructus reditus, & prouentus pertinentes ad eccleſiaſticos ratione eccleſiarum, monaſteriorum, vel beneficiorum eccleſiaſticorum. At verò Oratorium priuatum, non eſt Monaſterium, nec beneficium, vt patet: nec etiam poteſt dici eccleſia: quoniam eccleſia eſt illa, quæ principaliter deputatur ad celebrandum, ac orandum, fundatur auctoritate Ordinarij, conſecratur, habet 3 campanile, & campanas, conſtituitur ſibi dos pro miniſtris, & cultu Diuino, eſt Ordinario ſubiecta, horæ canonicæ in ea cantantur per clericos, ac perſonas eccleſiaſticas. At verò Oratorium non conſecratur, non conſtituitur ſibi dos, nec principaliter conſtruitur, vt in eo celebretur, ſed vt ibi oretur, non ſubeſt Ordinario, nec ſine licentia Epiſcopi in ipſo celebrari poteſt, nec habere poteſt campanam publicam: vt per Abb. Ant. de Butr. & alios in c. fin. de cenſib. qui has, & alias etiam conſtituunt differentias inter eccleſiam, & Oratorium. Cum igitur Oratorium priuatum, non dicatur beneficium, Monaſterium, nec eccleſia, vſurpantes prouentus ad perſonas eccleſiaſticas, pertinentes ratione alicuius Oratorij priuati, prædictam excommunicationem non contrahunt: quia excommunicatio cum ſit pœna, non recipit extenſionem, c. odia, 4 de reg. iur. in ſexto. Immo ſic vſurpantes nec alligantur excommunicatione Conc. Trid. ſeſſ. 22. 5 de refor. c. 11. quia huiuſmodi Oratoria priuata non dicũtur pia loca: vt probat Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 113. à n. 7. per totum.

Secunda Concluſio.

6 VSurpantes, ſeu ſequeſtrantes fructus, ad eccleſiaſticos pertinentes ratione alicuius b Oratorij publici b, prædictam excommunicationem contrahunt.

Probatur, quia Oratorium publicum, licèt non ſit conſecratum, tamen dicitur eccleſia, ſeu baſilica, & gaudet omnibus immunitatibus, quibus gaudet eccleſia conſecrata: quia habet omnes conditiones ſupra relatas, excepta conſecra- 7 tione. Ita Panor. in c. fin. de conſecr. eccl. vel alt. Syl. in ſum. in ver. eccleſia 2. num. 1. in ver. loca: num. 7.

Tertia concluſio.

8 VSurpantes, vel ſequeſtrantes fructus, ſeu prouentus ad eccleſiaſticos pertinentes 1 ratione alicuius cœmeterij, ſi cœmeterium maximè non eſt coniunctum cum eccleſia, puto probabiliter non contrahere cenſuram huius canonis.

9 Probatur: quia cœmeterium, licèt gaudeat omnibus immunitatibus, quibus gaudet eccleſia, exceptis duobus caſibus: quorum primus eſt, vt nullus debeat in eccleſia ſepeliri: quod hodie non ſeruatur: & ſecundus: quia laici in choro eſſe non debent: vt habetur ex Syl. Angel. & Armil. in ſum. in ver. cœmeterium; tamen cœmeterium ſtrictè ſumptũ non dicitur formaliter ec- 10 cleſia, tum quia cœmeterij dicitur minus digniũ

quam Eccleſia, quia non dicitur ſtrictè locus ſacer ſicut Eccleſia: vt per Syl. in ſum. in ver. Loca n. 2. in fine: tum etiam, quia non habet omnes conditiones ad eccleſiam requiſitas, quarum præcipua hæc eſt, quòd eccleſia principaliter conſtruitur ad celebrandum in ea, ad orandum & percipiendum ſacramenta, cœmeterium verò principaliter conſtruitur ad ſepeliendũ mortuos: & quando non eſt Eccleſiæ coniunctum, non polluitur, polluta eccleſia: vt per Doctores ſupra citatos, & latè Azor. lib. 9. Inſt. mor. p. 2. c. 6. Et polluto cœmeterio non polluitur eccleſia etiam ſi illi adhæreat: vt in c. vnico, de conſecr. eccl. vel altar. in ſexto.

c Beneuerum eſt, quòd ſi cœmeterium eſſet in
11 aliquo monaſterio vel adhæreret eccleſiæ beneficiali, tunc vſurpantes illius prouentus, procul dubio vi noſtri canonis alligarentur: quoniã hi dicerentur vſurpare prouentus ad eccleſiaſticos prouenientes, ratione Monaſterij, ſeu beneficij eccleſiaſtici. Immo eſtõ, quòd cœmeterium non adhæreat Monaſterio, & eccleſiæ quæ detur in titulum in perpetuum, vſurpantes tamen prouentus, qui competunt eccleſiaſticis ratione cœmeterij, incidunt ſaltem in excommunicationem latæ ſententiæ in d. Concilio contentam: quoniã in eo excommunicantur vſurpantes, & ſequeſtrates fructus cuiuſcunque eccleſiæ, Mõtium Pietatis, & aliorum piorum locorum: Modò cœmeterij, dicitur pius locus, per ea, quæ dicit Mart. in d. caſu 13. & Syl. in ſum. in ver. Loca.

Vnde ſi alicui cœmeterio annui reditus legentur pro ſepeliendis in eo pauperum cadaueribus, & pro eorũ animabus ſacrificijs celebrandis, huiuſmodi reditus ſequeſtrantes, aut vſurpantes in excommunicationem dicti Conc. incidunt. Vel potius excommunicationem noſtri canonis contrahunt: eò quòd non datur cœmeterium, quin alicuius eccleſiæ ſit cœmeterium: & propterea illi reditus, eccleſiæ reditus dici poſſunt. Et hac de re priorem ſententiam dicimus eſſe probabilem tantùm: & poſteriorem exiſtimamus probabiliorem.

ADDITIO.

a Priuati. Hanc eamdem ſententiam ſequitur Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſp. 1. q. 18. pun. 2. n. 17. Abb. Alex.

b Publici. Adde Bonac. in explicatione eiuſdem canonis, diſp. 1. q. 18. pun. 2. num. 16. Abb. Alex.

c Cœmeterium. Adde Bonac. hoc eodem loco, diſp. 1. q. 18. pun. 2. num. 13. Nec aliter docet Duard. licèt ipſe Bonac. id non fateatur. Abb. Alex.

Ibi (*Monaſteriorum*) An appellatione Eccleſiæ veniat monaſterium, & è contrà. Q. 7.

SVMMARIVM

1 *Eccleſiæ appellatione, lato ſumpto vocabulo, venit etiã Monaſterium; & omnis locus pius.*

2 *Eccleſiæ appellatione, in fauorabilibus, venit etiam Monaſterium.*

3 *Legata incerta, quæ debent diſtribui per executores teſtamentorum inter pauperes, poſſunt dari fabricæ eccleſiæ pauperis.*

4 *Eccleſiæ appellatione, non venit hoſpitale, etiam in fauorabilibus.*

5 *Eccleſiæ ſtrictè ſumptæ appellatione, non venit monaſterium, nec alius pius locus, & ideo ſi monaſteriorum non fieret mentio in hoc canone, vſurpantes eorum fructus, excommunicationem hanc non contrahent.*

1 BReuiter reſpondetur quòd appellatione eccleſiæ, lato ſumpto vocabulo, venit etiam Monaſterium: vt in c. cum dilecta, de reſcr. Immo venit omnis locus pius, vt notat Io. Andr. & alij in c. 2. in prin. de reſtit. in integr. in ſexto
2 in nouel. & ideo in fauorabilibus, appellatione Eccleſiæ, venit Monaſterium: vt per Card. in clem. 2. q. 3. de Iudic. & eccle ſiacontinetur appellatione pauperum: vt in l. omnes, in prin. C. de Epiſc. & Cler. & ideo legata incerta, quæ de-
3 bent diſtribui per executores teſtamentorum inter pueres, poſſunt dari fabricæ Eccleſiæ pauperis: vt per Io. Andr. in c. fin. de teſt. lib. 6. in nouel.

Non tamen appellatione eccleſiæ compre-
4 henditur hoſpitale, etiam in fauorabilibus: vt tenet Feder. conſ. 271. quem allegat Seb. Sapoſt Panor. in c. ex litteris, de conſuet. ſub n. 1. in litter. b.

Quòd ſi Eccleſia conſideretur ſtricto modo,
5 tunc ſub nomine eccleſiæ non venit Monaſterium, nec quilibet alius pius locus: vt eſt tex. & ibi Glo. in c. grandi. in ver. Monaſteriorum, de ſuppl. negl. præl. Abb. in d. c. ex litteris, n. 1 etiã alijs ad ipſum additis: & propterea, licèt Monaſteria, hoſpitalia, & alia loca pia gaudeant priuilegio eccleſiarum: vt in l. omnia priuilegia, & ibi Bar. C. de Epiſc. & Cler. & Abb. loco citato, ſub n. 2. tamen quia non dicuntur eccleſiæ ſtricto modo, ſi in hoc canone excommunicarentur vſurpantes vel ſequeſtrantes fructus, reditus ac prouentus, pertinentes ad eccleſiaſticas perſonas ratione eccleſiarum, nulla facta mentione Monaſteriorum, hoſpitalium, aut aliorum piorum locorum, ſub tali excommunicatione non comprehenderentur vſurpantes res illas, ad eccleſiaſticos ſpectantes, ratione Monaſterij, hoſpitalis, vel alterius loci pij: quia in pœnalibus, verba ſunt ſtrictè interpretanda: vt ſæpe diximus.

An appellatione Monaſterij veniat tantum conuentus Monacorum: vel etiam Canonicorum, aut Clericorum Regularium. Q. 8.

SVMMARIVM

1 *Clericorum appellatione licet veniant Monachi; tamen appellatione Monachorum non veniunt clerici.*

2 *Monaſterij appellatione venit non ſolum conuentus Monachorum, ſed etiam clericorum, & aliorum Religioſorum Regularium.*

3 *Vſur-*

3 *Vſurpantes fructus, ad Eccleſiaſticos pertinentes, ratione conuentus clericorum regularium, incidunt in excommunicationem huius canonis.*
4 *Legis ſeu ſtatuti verba, debent intelligi ſecundum conſuetudinem loci.*
5 *Fratres Sancti Franciſci, & aliorum, non ſunt formaliter Monachi.*
6 *Clerici regulariter viuentes, poſſunt dici Monachi.*
7 *Monachus dicitur a monos græcè, ideſt ſolus.*

IN hac re videtur prima fronte dicendum, quòd appellatione Monaſterij veniat tantùm conuentus Monachorum, non autem aliorum regularium canonicorum, & clericorum.

Probatur, quoniam licèt appellatione cleri-
1 corum veniant Monachi; tamen appellatione Monachorum non veniunt clerici: vt in c. duo ſunt genera, 12.q.1. ergo ſub nomine Monaſterij, venit tantùm conuentus Monachorum, nõ autem canonicorum, & clericorum regulariũ: & eò magis, quia Monaſterium à Monachis in eo conuenientibus ſic dicitur. Vndè ſi in hoc canone excommunicarentur vſurpãtes, vel ſequeſtrantes fructus, reditus, aut prouentus, pertinentes ad perſonas eccleſiaſticas ratione Monaſteriorum dumtaxat, ſub ea comprehenderẽtur ſequeſtrantes, vel vſurpantes fructus ſpectãtes ad perſonas eccleſiaſticas, ratione conuẽtus Monachorum tantùm, non autem ratione conuentus clericorum, & aliorum Regularium.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
2 tentiam arbitror de iure veriorem eſſe, nempè, quòd appellatione Monaſterij, veniat non tantùm conuentus Monachorum, ſed etiam clericorum, & aliorũ Religioſorum regulariũ, & cõ-
3 ſequenter vſurpantes, ſeù ſequeſtrantes fructus, & prouentus, ad clericos, & canonicos regulares pertinentes ratione eorum conuentuũ, incidant in excommunicationem noſtri canonis.

Probatur, quoniam verba legis, & ſtatuti de-
4 bent intelligi ſecundũ conſuetudinem loci, arg. text. in l. Labeo, ff. de ſupel. leg. c. ex litteris de ſponſ. & Panor. in c. pen nu. 4. de ſent. excomm. ſed communiter appellatione Monaſterij intelligitur non modò conuentus Monachorum, ſed etiam Canonicorum, & Clericorum Regularium: ergo appellatione Monaſterij, venit conuentus, nõ ſolùm Monachorum, ſed etiam aliorum regularium: atque adeò vſurpantes fructus ad clericos regulares ratione eorum conuentus ſpectantes, alligantur excommunicatione præfentis canonis.

Cõfirmatur, quia aliàs ſequeretur, quòd vſur-
5 pantes fructus ad Fratres Mendicantes pertinẽtes, ratione eorum conuentuum, vi huius canonis non eſſent excõmunicati: quoniam fratres, non ſunt Monachi, & ipſorum conuentus non venirent appellatione Monaſterij: quod quidẽ videtur abſurdum.

Ad argumentũ reſpondetur quòd licèt Mo-
6 naſterium dicatur à Monachis, in eo conuenientibus; tamen clerici regulariter viuentes in Re-
7 ligionibus approbatis poſſunt dici Monachi; quoniam Monachus dicitur à monos græcè ideſt vnus, & ſolus, ſeparatus à mundanis curis, & ſolicitudinibus: quod quidem proprium eſt omnium religioſorum, ſiue Monachi ſint quales ſunt illi de Regula S. Benedicti, ſiue fratres, ſiue clerici, aut canonici regulares. Vndè cùm nomen Monachi conueniat omnibus Religioſis, eorum Conuentus, Monaſteria tecte dici poſſunt.

Secundò reſpondetur, quòd eſtò, quòd Monaſterium ſtrictè ſumpsum dicatur aliud tãtùm Monachorum; tamen quia communiter ab hominibus cõtentus etiam canonicorum, & clericorum regularium appellantur Monaſteria, communis verborum vſus, præualet omni rigori, & ſignificationi verborum, l. librorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de leg. 3. & c. cùm dilectus, de conſuetud.

Ibi (*Beneficiorum Eccleſiaſticorum*) Quæ veniant hoc loco beneficij Eccleſiaſtici appellatione. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium eccleſiaſticum dicitur gaudium quoddam, tribuens accipienti eccleſiaſticum reditum, propter officium tributum.*
2 *Feudum, Comitatus, Ducatus, & ſimilia, dicuntur Beneficia temporalia.*
3 *Beneficium diuiditur in Regulare, & ſeculare.*
4 *Beneficium in larga ſignificatione ſumptum, quod nam ſit?*
5 *Beneficij appellatione, veniunt altaria, quæ dantur in titulum perpetuum.*
6 *Comenda equitum ordinis militaris, dicuntur Beneficia Eccleſiaſtica.*
7 *Vſurpantes, vel ſequeſtrantes fructus, reditus, vel prouẽtus ad Eccleſiaſticos pertinentes, ratione Beneficij, ſeu altaris, quæ non habent in titulum, ſed ab eis ſunt ad nutum amouibiles, non incidunt in excommunicationem huius canonis.*
8 *Vſurpantes, ſeu ſequeſtrantes fructus, ad Ordines militares ſpectantes, ratione eorum comendarum, an, & quando excommunicationem iſtam contrahunt?*
9 *Vſurpantes, ſeu ſequeſtrantes fructus ad eccleſiaſticos pertinentes, ratione beneficiorum eccleſiaſticorum, in excommunicationem incidunt.*

PRo determinatione huius difficultatis, eſt
1 primò, quòd Beneficium Eccleſiaſticum dicitur gaudium quoddam, tribuens accipienti Eccleſiaſticum reditum propter officium tributum: vt in c. cùm ſecundum, de præb. & c. ſi quis à modo, 18. d.

Dixi, gaudium loco generis, quoniam omne
2 beneficium ſiue Eccleſiaſticum ſit, ſiue temporale, vt eſt feudum, Comitatus, Ducatus, & ſimilia, de quibus in c. Felicis, §. ſi qua verò feuda de pæn. in ſexto, eſt gaudium, ſeu actio gaudium tribuens accipienti: vt in c. 1. ex quib. cauſ. feud. amitt. in libris feud. Panor. in c. vnico, de commod. & in c. ad audientiam, de præſcrip.

Dicitur Eccleſiaſticum reditum, ad differen-
a tiam beneficij temporalis a: quia vbi in aliqua lege fit mentio beneficij Eccleſiaſtici, temporalia beneficia excluduntur: vt habetur ex Rebuff. in ſua pr. ct. benefic. De collation. 6. Prælati quoque Ordinarij: in ver. Beneficiorum Eccleſiaſticorum. Et eò magis, quoniam inclufio vnius,

eſt

est alterius exclusio, c. nonne, de præsump. & l. cum Prætor, ff. de iudic. Quo circa, cum in hoc canone verba fiant de beneficijs Ecclesiasticis, de his solùm intelligendus est, non autem de temporalibus.

Diuiditur autem beneficium Ecclesiasticum 3 in regulare, seu religiosum, siue sit simplex, vt canonicatus regularis; siue duplex, vt Abbatia, prioratus, vel aliud iurisdictionem habens annexam: & in beneficium sæculare, siue sit maximum, vt Papatus: siue maius, vt Episcopatus: siue mediocre, vt dignitas, vel personatus, aut aliud curam habens: siue denique minus, vt beneficium sine cura, vt canonica, cappellania, aduocatoria, &c.

Est & aliud beneficium in larga significatione 4 sumptum, administrationem non habens, quando quis licet habeat beneficium, illud tamen non habet in titulum; sed est ad nutum amouibilis. Ita Gemin. in c. præsenti, de offic. ordin. in sexto.

Beneficij Ecclesiastici appellatione veniunt 5 altaria, quæ dantur in titulum perpetuum: vt per Glos. in cle. 2. de decim. & Gemin. in c. 1. de consuet. lib. sexto: secus verò, si non dantur in titulum, quia proprié non dicuntur beneficia, cùm eorum cappellani sint ad nutum amouibiles: vt in c. 2. de concess. præb. & Sylvest. in sum. in ver. Beneficium, 1. q. 3. in fine.

Item comendæ *b* Equitum Ordinis Militaris, 6 siue gaudeant priuilegio fori, & sint formaliter personæ Ecclesiasticæ: vt sunt Equites Hierosolymitani, seu Melitenses: siue dicto priuilegio non gaudeant, vt sunt quamplurimi Equites, de quibus tractauimus supra, can. 15. q. 5. semper dicuntur beneficia Ecclesiastica: vt in c. dudum; il secondo de elect. Inn. in c. si constiterit, de accus. cum alijs, quos retulimus loco citato.

Et denique beneficiorum nomine comprehenduntur etiam præstimonia, quæ sunt stipendia quædam ab initio instituta pro studentibus, aut pro subsidio contra Infideles, non habent seruitium annexum, neque aliquod onus, & retineri possunt absque vlla dispensatione ab ijs, qui beneficia alia possidet: quoniam præstimonia sunt verè beneficia cùm non possint conferri, nisi à Prælato Ecclesiastico, nec alteri quã clerico, & Ordinario non potest ea sibi retinere, quorum mentionem facere debet impetras beneficium. Ita Alter. hoc eodem loco cap. 2. col. 4. in fine, & col. 5. vbi etiam dubit. 4. in ver. Respondeo hospitalia: probat appellatione beneficiorum venire etiam hospitalia c fundata 6 authoritate Episcopi. Præsumitur autem hospitale fundatum authoritate Episcopi vbi non constat de fundatione, quando in eo adest campanile cum campana, & publicè quotidiè celebratur. His annotatis sit

Prima Conclusio.

VSurpantes, vel sequestrantes fructus, red- 7
itus, vel prouentus ad personas Ecclesiasti- d
cas pertinentes ratione altaris *d*, quod non habent in titulum beneficij, sed sunt ad nutũ amouibiles, non incidunt in excommunicationem nostri canonis. Probatur, quia altaria, quæ non dantur in titulum perpetuum, non sunt beneficia, vt supra diximus. At vi huius canonis excõmunicantur vsurpantes fructus pertinentes ad Ecclesiasticos, ratione beneficiorum.

Dices, vsurpantes huiusmodi incurrunt supradictam excommunicationem tãquam vsurpantes fructus Ecclesiasticos pertinentes ratione Ecclesiæ, cum pertineant ratione altaris. Sed contra: quoniam appellatione Ecclesiæ non videntur contineri particulariũ altaria; quia nõ habent omnia ad Ecclesiam requisita, cum eos illis constituta non sit in titulum beneficij,

Confirmatur, nam cùm deseruientes huiusmodi altaribus, sint ad nutum amouibiles, non possunt dici cappellæ, seu Ecclesiæ desponsati: eo quòd cum eis non habent indiuiduam vitæ consuetudinem, iuxta matrimonij definitionẽ de qua in §. 1. in inst. de patr. potest.

Idem dicendum est de Vicarijs, quos sibi delegant Regulares, babentes Ecclesias Parochiales: nam cum isti sint ad nutum amouibiles, & Parochiam non habeant in titulum, vi nostri canonis non proteguntur.

Sic etiam sequestrantes fructus ad Ecclesiasticos pertinentes ratione beneficij, ab eisdem conducti, prædictam excommunicationem nõ videntur cõtrahere: quoniam hi non dicuntur formaliter beneficiarij, cum beneficium illud non habeant in titulum, sed tantùm conductionis nomine.

Secunda Conclusio.

VSurpantes *e*, seu sequestrantes vt supra fruc- e
8 tus, reditus, seu prouentus, ad Equites Hierosolymitanos, seu Melitenses pertinentes rationem nostri canonis.

Probatur: quia Equites prædicti, sunt verè personæ Ecclesiasticæ: eo quòd sunt formaliter religiosi, tria vota emittentes, & eorum comẽdæ, sunt verè beneficija Ecclesiastica: vt supra probauimus, can. 15. q. 5. con. 3.

Idem dicendum arbitror de Equitibus Calatrauæ, & S. Stephani, & aliorum, qui ex priuilegio Rom. Pontificis gaudent priuilegio fori. nã huiusmodi personæ, cum regulariter viuant, sãt Ecclesiasticæ, estò quòd professionem nõ emittant: & eorum comendæ sunt simpliciter beneficia Ecclesiastica, vt in d. quæst. 5. conclus. quinta diximus.

Vsurpantes autem fructus ad reliquos Milites; Ordines spectantes, ratione ipsorum comendarum, non puto censuram prædictam contrahere: eo quòd cùm non gaudeant priuilegio fori, non adeò stricté dicuntur personæ Ecclesiasticæ. Et eo magis, quia in fructibus comendarum fit executio per Iudicem sæcularem pro debito dictorum Equitum: vt probat Matt. de iurisd. par. 2. cap. 32. num. 14. cum plur. seq. & iste canon intelligitur fortè sicut canon 15. nempè de Ecclesiasticis qui gaudent priuilegio fori vt ibi diximus, quæst. 3. in prin. nam copulatur cum illo.

Tertia

Tertia Concluſio.

9 VSurpantes, ſeu ſequeſtrãtes fructus, reditus, ſeu prouentus, pertinentes ad perſonas Eccleſiaſticas, ratione reliquorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, de quibus ſupra meminimus, incidunt in cenſuram præſentis canonis.

Probatur, quia illa beneficia ſunt formaliter eccleſiaſtica, & perſonæ ſunt verè eccleſiaſticæ modo vi d. canonis excommunicantur vſurpãtes fructus, qui ad eccleſiaſticos pertinent, ratione beneficij eccleſiaſtici.

ADDITIO.

a Temporalis. Adde Bonac. de cenſur. Bull. cœn. diſput. 1. quæſt. 18. pun. 2. num. 29. Abb. Alex.

b Comendæ. Adde, quòd Bonac. in hoc eodem canone, diſput. 1. quæſt. 18. pun. 2. num. 21. aliter putat dicendum de commendis pertinẽtibus ad illos Equites, qui non ſunt perſonæ eccleſiaſticæ, vt ſunt illi, qui non gaudent priuilegio fori; in quorum commendas fieri ſolet executio per iudicem ſæcularem pro debitis ipſorum Equitum, vt habetur ex Mart. de iuriſdict. par. 2. cap. 32. num. 14. & propterea ſequeſtrantes eas non incidunt in excommunicationem. Abb. Alex.

c Hoſpitalia. Adde Bonac. hîc diſput. 1. q. 18. pun. 2. ſub num. 19. vbi etiam num. 20. addit, vſurpantem iuriſdictionem alicui delegatam non affici cẽſura huius canonis: quia non competit illi, cui delegata fuit, ratione beneficij, eccleſiæ, vel Monaſterij; ſed ex commiſſione: aliàs non diceretur delegata; ſed ordinaria. Abb. Alex.

d Altaris. Adde Bonac. hîc, diſput. 1. quæſt 18. pun. 2. nu. 25. vbi id limitat, niſi cappellæ authoritate Epiſcopi eſſent conſtitutæ, & propriã dotem habeant: nam tunc venirent beneficiorum appellatione, vt per Gloſ. in clem. 2. de decim. & alios ab eodem Bonac. relatos. Abb. Alex.

e Vſurpantes. Adde, quòd eandem opinionẽ ſequitur Bonac. hîc diſp. 1. quæſt. 18. pun. 2. n. 21. vbi etiam num. 22. excludit ab excommunicatione huius canonis vſurpantem ea, quæ ſacerdos acquiſiuit pro celebratione Miſſarum, aut pro audiendis confeſſionibus, pro concionibus, &c. quoniam hæc nõ cõpetunt ſacerdoti, ratione beneficij; ſed ratione propriæ induſtriæ, ac laboris. Abb. Alex.

Ibi (*Vſurpant, vel ſequeſtrant*) Quid important ſupradicta verba. Q. 10.

SVMMARIVM.

1 *Vſurpare, quomodo differt à ſequeſtrare.*
2 *Sequeſtratio, duplex.*

1 REſpondetur, quòd vſurpare longè diſtat à ſequeſtrare: nã vſurpare in ſua ratione formali non includit iuriſdictionem: quia vſurpare, eſt bona aliena inuadere, & tãquam propria ſibi vendicare, cùm ad vendicantem non pertineant: vt per Gloſ. in cap. multi, 2. quæſt. 1.

a At verò ſequeſtrare a in ſua ratione formali includit iuriſdictionem: quia ſequeſtrare, non eſt occupare; ſed impedire, aut ſeparatim reponere, ne huiuſmodi fructus ad eccleſiaſticas perſonas perueniant.

Et quamuis ſequeſtratio ſit duplex, voluntaria ſcilicet 9 quæ fit ex communi partium conſenſu; & neceſſaria, quæ fit à Iudice, etiam partibus contradicentibus; tamen iſte canon non loquitur de priori, ſed de poſteriori ſequeſtratione, vt colligitur ex his, quæ notat hoc loco Suar. in explicatione præſentis can. diſput. 21. de cenſur. ſect. 2. num. 98. Vgol. ibidem num. 4. Et in ver. Vel etiam: in prin.

ADDITIO.

a Sequeſtrare. Adde hic Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. num. 223. & Monet. de diſtrib. 1. par. q. 9. num. 1. D. Cæſar.

An quacunque intentione vſurpentur, aut ſequeſtrentur ſupradicti fructus, reditus, & prouentus Eccleſiaſtici, contrahatur excommunicatio noſtri canonis. Q. 11.

SVMMARIVM.

1 *Vſurpãtes fructus ad eccleſiaſticos pertinẽtes, in excommunicationem tunc incidunt, quando auctoritatiuè, et tanquam ad ſe pertinentes id agunt.*
2 *Latrones, fures, ſeu mulctes fructus ad eccleſiaſticos pertinentes, ſi rapiant, furentur, & auferant, excommunicationem iſtam non contrahunt.*

IN hac re Sayr. in explicatione noſtri canonis lib. 3. Theſ 10m. 1. c. 21. ſub n. 4. exiſtimat, quòd ad incurrendam prædictam excõmunicationẽ ſatis ſit, ſi quis ſciens fructus, reditus, & prouentus eſſe Eccleſiæ, eos nihilominus vſurpet: nec exigitur, vt id agat cum intentione dicta bona vſurpandi, quatenus Eccleſiaſtica ſint, & ad eccleſiaſticos pertineant, cum pauciſſimi Domini temporales reperiantur, qui eccleſiæ bona ſub hac formalitate ſibi vendicent.

His tamen non obſtantibus, incontrarium eſt 1 communis ſentẽtia, quam primò docuit Caiet. in ſum. in ver. Excommunicatio, c. 27. quem ſequuntur Nauar. in ſuo Man. c. 27. nu. 69. Tolet. lib. 5. inſtr. Sacer. c. 28. in ver. Tertia: Vgol. hoc eodem loco, § 2. ver. tertio excommunicationẽ hanc effugiunt: & Suar. ibidem diſp. 21. de cenſur. ſect. 2. n. 96. Omnes prædicti Doctores volũt, quòd ad incurrendam prædictã cenſuram, exigitur, vt fructus, reditus, & prouentus nõ qualitercunque ſubtrahantur, ſed vt vſurpentur cũ quadam appropriatione, quaſi ad ipſum vſurpantem pertinerent a: nam hoc verbum vſurpare b, ſignificat ex authoritate id facere: &, vt

a
b

ait

ait ipſe Caiet. canõ iſte editus eſt contra Dominos, qui huiuſmodi bona vſurpant, quaſi poteſtatem in hoc habentes, quamuis omnes cõprehendat tàm priuatas perſonas, quàm publicas, dummodo id ex authoritate faciant: ideſt ea vſurpent tanquam ad ſe pertinentia, & non tanquam aliena bona. Quam Caiet. ponderationẽ ingenioſam eſſe, & in rigore veram teſtatur Suar. Et notãdam eſſe monet Vgol. contra eos, qui vſurpant fructus Eccleſiæ, quaſi id eis liceat, vt Barbiani factum audiuiſſe refert.

Ex hoc inferunt, quòd fures, latrones, & milites, qui fructus, & prouentus huiuſmodi furantur, aut rapiunt, non vt ad ſe pertinentes, & cum poteſtate quadam dominandi, & quaſi iure proprio vtentes, ſed vt bona aliena, quamuis ſciãt eſſe Eccleſiæ; nihilominus in dictam excõmunicationem non incidunt: quoniam prohibetur hic non quodlibet furtum; ſed formalis vſurpatio eccleſiaſticorum prouentuum.

Ad contrarium patet reſponſio: nam non eſt inconueniens, vt iſtos paucos Dominos reſpiciat iſte canon.

ADDITIO.

a Pertinerent. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. num. 223. & Anton. de Souſa, ac alios, quos refert, & ſequitur Bonac. hoc loco, diſp. 1. q. 18. pun. 2. nu. 7. Abb. Alex.

b Vſurpare. Adde hic Caiet. in ſum. in verb. Excommunicatio, cap. 27. verſ. Secunda, Alter, hoc loco diſput. 18. cap. 1. colum. 4. verſ. ad hunc modum Filliuc. tom. 5. qq. moral. tract. 16. c. 8. nu. 225. Reginald. lib. 9. cap. 15. nu. 372. Et Ant. de Souſa hoc eodem loco diſp. 87. Ex quo Filliuc. loco citato num. 224. & Alter. d. c. 1. dub. 2. ad finem inter alia inferunt, quòd, qui fructus eccleſiaſticorum beneficiorum ab alio ſublatos, ſed apud ſe exiſtentes non reſtituit, hanc excommunicationem non contrahit; niſi non reſtituat, ſed apud ſe retineat, tanquam ſibi debitos, nam tunc in eam incideret. Idem dicendum eſt ex Reginald. vbi ſupra verſ. Secundum eſt de eo, qui bona à ſuis prædeceſſoribus eccleſiæ tradita, ad diuina officia perſoluenda ſibi vendicet tanquam ad ſe pertinentia, putans diuina officia malè adminiſtrari, aut quia multas in bello fecit expenſas, quarum debitam à Principe compenſationem non accepit. D. Ceſar.

An vſurpantes fructus, ſeu prouentus alicuius Eccleſiæ vacantis, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 12.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata contra vſurpantes, ſeu ſequeſtrantes fructus ad eccleſiaſticos pertinentes, habet locum, etiam ſi ad eos pertineant, ratione Eccleſiæ vacantis.*

2 *Excommunicatio huius canonis, non eſt lata, præcipuè perſonarum gratia, ſed in defenſionem eccleſiaſticæ libertatis.*

IN hac difficultate pugnantes extant opiniones: nam prima ſententia fuit Caiet. in explicatione huius canonis, in ſum. c. 27. in ver. Tertia: vbi inter alias conditiones, quas exigit ad cõtrahendam dictam excommunicationem, hanc requirit, vt prædicti fructus, ſeu prouentus pertineant ad perſonam Eccleſiaſticam obtinentẽ beneficium; & per hanc conditionem excludit res illas, ſi ſint Eccleſiarum vacantium: atque ideò ſecundum ipſius ſententiam: vſurpantes prouentus huiuſmodi Eccleſiæ vacantis, in dictam excommunicationem non incidunt.

Probat ſuam opinionem fortè ex illis canonis verbis: *Ad eccleſiaſticas perſonas, ratione eccleſiarum &c.* nam cum Eccleſia vacat, non eſt perſona Eccleſiaſtica, ad quam fructus Eccleſiæ pertineant.

a His tamen non obſtantibus, contrariam a 1 ſententiam arbitror de iure veriorem eſſe, quã tenet Nauar. in explicatione eiuſdem canonis, in Man. c. 27. ſub n. 69. circa finem, Sayr. ibidem lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 21. ſub n. 4. & Suar. hoc eodẽ loco, diſp. 21. de cenſur. ſect. 2. n. 97. & Vgol. in eodem canone §. 1. ver. Quinto afficit, Imò ipſe Suar. primam ſententiam incredibilem eſſe, & moraliter improbabilem exiſtimat. Nam in fructibus pertinentibus ad Romanum Pontificẽ, b ſatis hoc explicatur in illis verbis: *Ad nos b, & S. A.* quamuis enim Sedes vacet; ſemper tamen illis fructus ad S. A. pertinent.

Secundò hæc cenſura non eſt lata præcipuè 2 perſonarum gratia; ſed in defenſionem eccleſiaſticæ libertatis: ergo quod præcipuè intenditur, eſt cohibere vſurpantes Eccleſiaſticos prouentus, ſiue ad determinatam nunc pertineant perſonam, ſiue in futurum: eo quòd id accidentarium eſt ad finem legis.

Tertiò, quia maius periculum imminet, vſurpandi prædicta bona tempore vacantis eccleſiæ, quam tẽpore, quo viuit ipſe beneficiarius: atque adeò appeteretur via fraudibus, ſi vacationis tempore citra pœnam licitum eſſet fructus illos vſurpare.

Quartò, quoniam aliàs ſequeretur, quòd vſurpantes prouentus Monaſterij in dictam cenſurã non incidèrent: nam illi prouentus non pertinẽt ad determinatam perſonam, ſed ad hanc Communitatem.

Nec valet dicere, quòd perſonarum appellatione venit Monaſterium, vel quæcunque Cõmunitas, ex quibuſcunque perſonis cõſtet: quoniam fingamus hoc anno ex aliqua occaſione: vt Venetijs annis elapſis contigit, ratione interdicti: nullam perſonam Monaſterium illud habitare, non propterea minus peccabit, qui bona illa ſibi vendicauerit.

Denique fructus eccleſiæ vacantis adhuc ad aliquam perſonam pertinent, nempe ad ſucceſſorem, vel ad aliam perſonam eccleſiaſticam: ergo dicuntur pertinere ad eccleſiaſticos, ratione eccleſiarum: nec requiritur, quòd perſonæ ſint determinatè in aliquo individuo, cùm id in canone non præcipiatur. Vndè ex his concludendum eſt, quòd vſurpantes fructus, reditus, ſeu prouentus alicuius eccleſiæ vacantis, incidant in excommunicationem noſtri canonis.

Et ex dictis etiam patet reſponſio ad contrarium.

AD

ADDITIO.

a Contrariam. Adde hic Reginald. lib. 9. suæ praxis c. 25. num. 372. vers. Tertium est, Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. num. 217. & Anton. de Sousa hic disput. 88. num. 2. D. Cæsar.

b Ad nos. Propter huiusmodi verba Bonac. hoc loco disput. 1. quæst. 18. pun. 2. num. 3. in verb. Ego verò probabiliter putat vsurpantem iurisdictionem, fructus, vel prouentus R. Pontificis non solùm, vt Pontifex est; sed etiam vt tẽporalis Princeps ligari excommunicatione præsentis canonis: Siquidem illa dictio *Ad nos*, simpliciter profertur, & propterea simpliciter intelligenda est citra omnem distinctionem ac limitationem, l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præst. Et quamuis inter illa verba, *Ad nos, & ad Sedem Apostolicam*, mediet copula, &, nihilominus aliquando copula illa ponitur pro, vel, vt per Cened. pract. qq. singul. 50. & alios, vt hoc loco poni videtur ex subsequentibus verbis ibi: *Ratione Monasteriorum, ecclesiarum, & beneficiorum*: alias vsurpans fructus alicuius Sacerdotis hanc excommunicationem non cõtraheret, nisi fructus ad illum pertinerent, ratione beneficij, & Monasterij simul. Quæ quidem opinio licèt sit probabilis; non tamen idem videtur dicendum de vsurpante fructus Sum. Pont. patrimoniales, vt persona particularis est; quoniam verba canonis huic casui non congruunt: nam illa verba *Ad nos, & Sedem Apostolicam*, authoritatiuè proferuntur, & formaliter sunt intelligenda, vt per Bonac. loco citato. Abb. Alex.

Quibus casibus contrahitur excommunicatio huius canonis quibus verò effugitur. Q. 13. & vlt.

SVMMARIVM.

1 *Vsurpantes iurisdictiones, fructus, reditus, ac prouentus, ad ecclesiasticos pertinentes, ratione ecclesiarum, Monasteriorum, aut beneficiorum, in excommunicationem istam incidunt, quicunque sint: ac etiam vsurpari eos mandantes, consilium, auxilium, & fauorem dantes.*

2 *Vsurpantes iurisdictionem ad ecclesiasticos pertinentem, excommunicationem contrahunt, quæcunque sit iurisdictio: atque adeò siue spiritualis, siue temporalis, siue simplex, merum, aut mistum imperium, siue ordinaria, plena, vel semiplena. Idem dicendum est de vsurpantibus quoscunque fructus, siue naturales sint, siue industriales, &c. & ad quascunque personas ecclesiasticas spectent.*

3 *Vsurpantes iurisdictiones, ac fructus, ad Ecclesiasticos pertinentes, excommunicationem incurrunt, siue ad eos spectent ratione Ecclesiæ consecratæ, siue ratione Basilicæ, seu Oratorij publici, siue ratione Monasterij, vbi Monachi habitent, siue ratione conuentus clericorum: & siue Ecclesiæ non vacent, siue vacent.*

4 *Vsurpantes iurisdictiones, & fructus ad Ecclesiasticos spectantes, ratione ecclesiarum, &c. tunc excommunicationem contrahunt, quando vsurpatio authoritatiuè fit, & quasi id eis liceat: aut aliunde ad eos non pertineant, quàm ab eorum ecclesijs, Monasterijs, ac beneficijs.*

5 *Vsurpantes iurisdictionem ecclesiasticam specialiter alicui ecclesiastico delegatam, in excommunicationem non incidunt.*

6 *Vsurpantes distributiones quotidianas, ecclesiasticis, ratione ecclesiæ competentes, excommunicationem non contrahunt. Idem dicendum est de vsurpantibus fructus ad ecclesiasticos pertinentes, ratione alicuius oratorij priuati, hospitalis, beneficij, vel altaris, quæ non habent in titulum.*

7 *Sequestrates fructus, reditus, vel prouentus ad ecclesiasticos pertinentes, ratione ecclesiarum, Monasteriorum, seu beneficiorum, in excommunicationem incidunt, quicunque Iudices sint, qui sequestrent etiam si id agant, vt ab eorum iniusta vsurpatione desisterent ecclesiastici: aut ex quacunque alia causa.*

8 *Sequestrum faciendum curanter reditum, seu fructũ, ad ecclesiasticos pertinentium, ratione ecclesiarum &c. excommunicatione ista non alligantur.*

9 *Sequestrantes distributiones ordinarias, & alia, de quibus supra diximus num. 6. excommunicationem non contrahunt.*

t PRo determinatione huius difficultatis sit prima Conclusio. Vsurpantes iurisdictiones fructus, reditus, ac prouentus ad Ecclesiasticos pertinentes, ratione ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum, incidunt in excommunicationem huius canonis. Hęc cõclusio patet ex ipso canone.

Ampliatur primò hæc conclusio, vt sit generalis omnes, & quascunque personas comprehendens: vt supra probauimus, q. 2. in ver. Conueniunt enim primò.

Secundò ampliatur, vt sub hac censura non modò comprehendantur vsurpantes iurisdictiones, fructus, ac prouentus, ad Ecclesiasticos vt supra pertinentes; sed etiam mandantes vsurpari, consilium, auxilium, & fauorem dantes: vt in d. q. 2. diximus, in ver. Secundò conueniunt.

Tertiò ampliatur, vt excommunicatio ista
2 comprehendat vsurpantes quamcunque iurisdictionem ad ecclesiasticam personam pertinẽtem, ratione Ecclesiæ, Monasterij, vel beneficij, siue spiritualis sit, siue temporalis; siue simplex, siue imperium, merum, aut mistum, siue ordinaria, plena, vel semiplena: vt supra declarauimus, q. 3. concl. 1.

Quartò ampliatur, vt censura hæc extendatur contra vsurpantes quoscunque fructus ecclesiasticos, reditus, ac prouentus, siue naturales sint, siue industriales, siue artificiales, seu ciuiles: atque adeò vsurpantes mercedes colonorum, seruorum operas, vecturas nauium, pensiones domorum, annuos census, & ipsosmet fundos censuales ad ecclesiasticos: vt supra pertinentes prædictam excommunicationem contrahunt, iuxta ea, quæ supra diximus, q. 4. in not. & cõc. 3. Et idem dicendum est de vsurpantibus fructus patrimonij, quod pro titulo alicui personæ ecclesiasticæ assignatum est, iuxta decretum Cõc. Trident. nam patrimonium huiusmodi priuilegia bonorum ecclesiæ sibi vẽdicat: vt per Glos. in c. Episcopi, de pręben. & alios, quos refert, & sequitur Vgol. in explicatione præsentis canonis, §. 2. in ver. Secundò in excommunicationem.

Quintò

Quintò ampliatur, vt excommunicatio ista locum habeat contra prædicta bona vsurpantes, ad quascunque personas ecclesiasticas pertinent: vt patet exalijs canonis verbis: *Ad nos, & Sedem Apostolicam, & quascunque ecclesiasticas personas pertinentes.* Vndè siue ad Romanum Pontificè spectent, siue ad Cardinales, siue ad episcopos, & quoscunque alios Prælatos ecclesiasticos, siue ad clericos, siue ad Monachos: siue ad Equites, ratione ecclesiarum, quæ commendatæ sibi sunt, iuxta ea, quæ supra diximus, q. 9. conc. 2. vsurpantes res illas, in prædictam excommunicationem incidunt.

Sextò ampliatur vt censura ista comprehendat vsurpantes bona quarumcunque ecclesiarū 3 siue ad ecclesiasticas personas pertineant, ratione Ecclesiæ consecratæ, siue ratione Basilicæ, aut Oratorij publici: vt probauimus supra, q. 6. siue ratione Monasteriorum, vbi Monachi habitent; siue ratione Conuentuum Fratrum, Clericorum, aut Canonicorum Regularium: vt supra diximus quæst. 8.

Septimò ampliatur, vt vsurpantes, ut supra, in dictam excommunicationem incidant, etiam si fructus fiūt alicuius ecclesiæ uacantis: vt supra annotauimus, quæst. 2. uer. Secundò conueniunt, & quæst. 12.

Octauò ampliatur: vt non modo usurpantes fructus, & prouentus ecclesiæ, aut beneficij, sed 4 etiam, qui retinent 4, & non restituunt fructus, quos sciunt ecclesiæ usurpatos fuisse authoritatiuè, ut supra, excommunicationem istā contrahant: quoniam in iure pro eodem reputatur rem usurpare, & iniustè retinere: ut in cap. indignè, 12. quæst. 2. Confirmatur, quia is, qui retinet fructus ecclesiæ animo appropriandi sibi, & non restituendi ecclesiæ, iam tunc dicitur usurpare, quamuis ipse illos non arripuerit, sed alius, c. sæpe, de restit. spol. Sic etiam furtum nō tantùm is dicitur committere, qui furatur, sed etiam, ille qui retinet, & non restituit. Ita Alter. in explic. huius can. cap. 1. in fine, ubi etiam col. pen. in uer. Respondeo idem dicendum censet de usurpantibus ipsas ecclesias, & beneficia.

Nonò ampliatur: ut usurpantes prædicti multis alijs pœnis etiam afficiantur, de quibus habetur in Conc. Trid. de refor. c. 11 in sess. 22. & supra diximus, q. 2. differentia, t. 2. & 3.

Sic ampliata limitatur primò dicta conclu- 4 sio: vt tunc vsurpantes iurisdictiones reditus, fructus, in prouentus ad Ecclesiasticas personas spectantes, ratione Ecclesiarum, Monasteriorū, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum; incidant in excommunicationem huius canonis, quando vsurpatio authoritatiuè fit, & quasi id eis liceat: vt supra declarauimus, q. 2. in ver. Cōueniunt primò, in fine, & q. 11.

Secundò limitatur, vt excommunicatio ista non comprehendat sequestrantes iurisdictiones & fructus alunde ad Ecclesiasticas personas pertinentes, quàm ab earum Ecclesijs, Monasterijs, seu beneficijs; quoniam vi nostri canonis hi tantùm excommunicantur, qui vsurpant fructus ad Ecclesiasticos spectantes, ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & beneficiorum, vt constat ex illis canonis verbis; *Ratione Ecclesiarum, &c.* Et nos supra annotauimus, q. 3. conc. 1. in ver. Dixi, ratione Episcopatus.

Tertiò limitatur, vt censura hæc non alliget 5 vsurpantem iurisdictionem specialiter alicui delegatam: vt supra diximus, q. 3. conc. 1. in ver. Hæc eadem ratione.

Quartò limitatur, vt sub hac censura non cō- 6 prehendantur vsurpantes distributiones quotidianas ad Ecclesiasticas personas, ratione Ecclesiæ pertinentes: vt supra probauimus, q. 4. cōc. 1. contrahunt tamen censuram Conc. Trid. ibidem conc. 2.

Quintò limitatur, vt excommunicatio hæc non comprehendat vsurpantes, vt supra fructus ad Ecclesiasticas personas pertinentes, ratione alicuius Oratorij priuati: vt supra, q. 6. conc. 1. Idem dicendum est, ratione cœmeterij, nisi adhæreat Ecclesiæ beneficiali, aut Monasterio, ibidem conc. 3. Licèt oppositam sententiam dixerimus esse probabiliorem.

Sextò limitatur, vt in prædictam excommunicationem non incidant vsurpantes res prædictas ad Ecclesiasticas personas pertinentes, ratione alicuius hospitalis: vt supra, q. 7. in fine.

Septimò limitatur, vt dictam censuram non contrahant vsurpantes bona prædicta ad Ecclesiasticos pertinentia, ratione altaris, quod non habent in titulum beneficij, sed sunt ad nutum amouibiles: vt supra declarauimus, q. 9. con. 1.

Octauò limitatur, vt dispositio nostri canonis non comprehendat vsurpantes Ecclesias ipsas: vt supra, q. 4. con. 3. in fine.

Secunda Conclusio.

7 Sequestrantes fructus, reditus, vel prouentus ad Ecclesiasticos pertinentes, ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, seu beneficiorum, incidunt in excommunicationem nostri canonis. Hæc conclusio patet ex verbis eiusdē canonis.

Ampliatur primò hæc Conclusio, vt sit generalis quoscunque Iudices laicos comprehendens, sequestrantes res illas: siue Iudices Ordinarij sint, siue delegati, nam tàm Iudex Ordinarius, quàm delegatus sequestrum facere potest: vt per Abb. in c. 2. n. 21. de sequestr. Et ita canō simpliciter loquitur non distinguens: ar. tex. in l. de pretio, ff. de publ. in rem act.

Secundò ampliatur, vt Iudices prædicta bona sequestrantes in dictam excommunicationem incidant, etiam si eorum iurisdictio ab Ecclesiasticis fuerit vsurpata, & sequestrationem huiusmodi ad hunc finem faciant, vt ipsi Ecclesiastici tædio affecti, ab vsurpatione desisterent; vt latè supra probauimus, q. 5.

Tertiò ampliatur, vt excommunicatio ista comprehendat sequestrantes, vt supra quacun- b que causa *b* sequestratio fiat: vt constat ex illis canonis verbis: *Vel etiam quamuis occasione, vel causa.* Et benè declarat Vgol. hic in uer. *Vel etiam*: sub num. 1. ibi Postremò excommunicatio hæc.

Quartò ampliatur conclusio in quinque alijs casibus, de quibus supra diximus, conclusione præcedenti: amp. 4. 5. 6. 7. & 8.

Sic ampliata limitatur primò eadem conclusio, ut excommunicatio ista non comprehendat Iudices sæculares, huiusmodi bona sequestrantes de licentia Romani Pontificis, aut aliorum c ad id legitimè facultatem habentium *c*: ut patet

ex

ex illis verbis : *Sme Romani Pontificis, &c.*

Nec ſatis eſt petere licentiam prædictam, ſed
d oportet illam omninò obtinere d ad euitandam excõmunicationẽ, vt patet ex illis canonis verbis : *expreſſa licentia*: Et faciunt ea, quæ docet Panor. in c. tuæ fraternitatis, n. 3. de cler. non reſid. Quòd ſi abſque rationabili cauſa licentiam denegaret Epiſcopus, tunc recurrendum eſt ad ſuperiorem, vt compelleret eum præſtare conſenſum: ar. tex. in c. nullus, de iur. patr. & Alter. in explicatione huius can. c. 2. col. 2. ver. Sed quæret quis: vbi etiam in ver. Secundò quæret: inquit huiuſmodi licentiam impetrandam eſſe, antequam fiat ſequeſtratio, & ſatis non eſſe ratihabitionem: quoniam quando licẽtia, vel conſenſus alicuius exiguntur in aliquo actu, illa debet intercedere antequam actus fiat, nec ſufficit, vt obtineatur poſt ipſum actum, vt habetur ex Panor. in c. licèt, n. 51. de Regul. & licentia ſemper debet præcedere actum, etiam in caſu, vbi licitè licentia denegari non poteſt : vt per eundem Panor. in cap. tua nos, nu. 7. de eccl. ædificand.

Secundò limitatur, vt excommunicationem
3 hanc non contrahant hi qui ſequeſtrum huiuſmodi per dictos Iudices faciendum curauerũt: nam iſte canon excommunicat ſequeſtrantes : ergo non includit eos, qui ſequeſtrandum curãt per Iudices: vt benè aduertit Vgol. loco citato. in ver. Tertiò excipitur.

Tertiò limitatur, vt diſpoſitio noſtri canonis intelligatur de ſequeſtratione neceſſaria : ſecus autem de ſequeſtratione voluntaria ex conſenſu ambarum partium: nam ſic ſequeſtrantes, dictam excommunicationem non contraherent: vt habetur ex Vgol. ibidem in fine, can.

Quartò limitatur, vt non alligentur cenſura
9 huius canonis Iudices ſequeſtrantes dicta bona, in caſibus in proxima concluſione relatis, ſimil. 4. 5. 6. & 7.

dicendum putat de illo, qui fructus eccleſiaſticorum legitimè ſequeſtratos ſurripit, ſibique tanquam proprios adſcribit; Is enim videtur vſurpare fructus pertinentes ad perſona eccleſiaſticas. D. Cæſar.

b Cauſa. Et ita excommunicatio hæc contrahitur, ſiue fiat ſequeſtratio ex cauſa iuſta, ſiue iniuſta : quia R. Pontifex nullam ob cauſam vult ſequeſtrationem prædictorum fieri ab iis, qui legitimam ſequeſtrandi facultatem non habent. Vndè ſequeſtrantes ad dirimendas lites, ad ſedandas diſcordias, ad conſeruandos fructus, vel ad finem, vt Eccleſiaſtici deſiſtant ab vſurpatione iuriſdictionis ſæcularis, adhuc excommunicationem ipſam contrahunt, vt habetur ex Alter. hic cap. 2. colum. 2. ver. vel etiam, Mart. de iuriſdict. par. 4. caſu 11. num. 25. & ex alijs, quos refert, & ſequitur Bonac. hoc eodem loco diſput. 1. quæſt. 18. pun. 3. n 11. & 52. Abb. Alex.

c Habentium. Adde, quòd facultatem ſequeſtrandi huiuſmodi fructus non ſolùm poteſt præſtare Romanus Pontifex, verùm etiam Epiſcopi, & eorum Vicarij, Legatus S. A. & Nuncius : imò partes ipſæ litigantes, de quarum intereſſe agitur ; quia vi huius canonis prohibetur ſequeſtratio neceſſaria à non habentibus facultatem, non autem voluntaria. Ita Reginald. lib. 9. ſuæ praxis, num. 373. ad finem. & Anton. de Souſa hic diſput. 89. num. 3 D. Cæſar.

d Obtinere. Et multò magis excluditur ratihabitio : quia Romanus Pontifex exigit expreſſam licentiam. vt poſt alios Bonac. in explicatione huius canonis, diſput. 3. quæſt. 18. pun. 3. num 16. vbi etiam num. 17. non videtur excuſare illos ab hac excommunicatione, qui nulliter ſequeſtrant ex defectu licentiæ nulliter obtentæ : ſecus autem, ſi poteſtatem habeant, & ſequeſtrent iniuſtè. Abb. Alexand.

ADDITIO.

a Retinent. Adde Filliuc. tom. 5. qq. moral. tract. 16. num. 224. vbi etiam num. 230. idem

COMMENTVM

In Canonem Decimumoctauum Bullæ in Cœna Domini.

Viuè collectas, decimas, taleas, præſtantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & alijs perſonis Eccleſiaſticis, ac eorum, & Eccleſiarum Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis, illorumque fructibus, reditibus, & prouentibus huiuſmodi, abſque Romani Pontificis ſpeciali, & expreſſa licentia, imponunt, & diuerſis etiam exquiſitis modis exigunt, aut ſic impoſita, etiam à ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Necnon, qui perſe, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem

uorem præſtare non verentur, cuiuſcunque ſint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiam ſi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, ſeu Principes, Duces, Comites, Barones & alij Potentatus quicunque etiam Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & terris quoquomodo Præſidentes, & Conſiliarij, & Senatores, aut quauis etiam Pontificali dignitate inſigniti. Innouantes decreta ſuper his per ſacros canones, tàm in Lateranen. nouiſſimè celebrato, quàm alijs Conciliis generalibus edita, etiam cum cenſuris, & pœnis, in eis contentis.

De Diuiſione canonis. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata contra imponentes collectas eccleſiaſticis habetur in c. non minus, & c. aduerſus, de immun. eccl. in c. quamquam, de cenſib. in ſexto, & Bullæ cœnæ à Iulio III. primò fuit addita.*

TEx. diuiditur in tres partes. In prima parte excommunicantur imponentes, & exigentes collectas à perſonis eccleſiaſticis. In ſecunda etiam mandantes, auxilium, & conſilium dantes. In tertia innouantur iura ſuper prædictis diſponentia. Secundò, ibi: Nec non: Tertia, ibi: Innouantes. Ad eiuſdem canonis intelligẽtiam quatuor veniunt conſideranda. Primò tẽpus latæ excommunicationis. Secundò perſonæ, quæ excõmunicantur. Tertiò actiones, propter quas fertur excommunicatio. Quartò perſonæ, ac bona quæ vi cenſuræ proteguntur.

Circa primum eſt annot. quòd licèt excõmunicatio in hoc canone contenta, primò lata 1
fuerit à Iul. III. vt refert Sayr. in explicatione eiuſdem canonis, lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 22. num. 3. tamen hæc eadem excommunicatio habetur in corpore iuris in c. quamquam, de cenſib. lib. 6. c. nõ minus, & c. aduerſus de immun. eccl. vbi additur extenſio excommunicationis ad ſucceſſorem illius, qui tributum impoſuit in regimine, ſeu officio. Nam ſi anteceſſor non ſatisfecerit Eccleſiæ, & in excõmunicatione permanet donec ſatisfaciat, Succeſſor ad ſatisfaciendum obligatur, quòd ſi intra menſem non præſtiterit, in excommunicationem incidit.

Circa ſecundum quoad perſonas, excommunicatio eſt generalis: & harum, quædam ſunt principales, vt committentes per ſe primò ſequentes actiones, vel earum alteram: & quædã acceſſoriæ: & horum ſunt quinque genera. Primò mox recenſendas actiones exequentes: Secundò eaſdem procurantes. Tertiò in eiſdem exequendis conſilium dantes. Quartò auxilium præſtantes. Quintò fauorem.

Circa tertium tres ſunt actiones principales, quæ vi noſtri canonis prohibentur. Primò imponere decimas, collectas, præſtantias, & ſimilia onera ſequentibus perſonis Eccleſiaſticis. Secũdò prædicta exigere. Tertiò eadem recipere, etiam à ſponte dantibus, & ſoluentibus. Acceſſoriæ ſunt ſex. Primò prædictas exequi. Secundò procurare. Tertiò in eiſdem auxilium dare. Quartò conſilium adhibere. Quintò fauorem præſtare.

Circa quartum decem ſunt perſonę, & bona quibus prædicta onera imponi prohibentur. Primò clerici. Secundò Prælati. Tertiò aliæ perſonę eccleſiaſticę. Quartò bona earundem perſonarum. Quintò bona Eccleſiarum. Sextò bona Monaſteriorum. Septimò bona aliorum beneficiorũ eccleſiaſticorũ. Octauò fructus. Nonò reditus. Decimò prouentus.

Ibi (*Decimas, collectas, talleas, præſtantias*) Quæ veniant hoc loco prædictorum terminorum appellatione. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Decimarum ſolutio, antiquares eſt, etiam apud Gentiles.*
2 *Decima eſt pars decima, Deo data, Diuina conſtitutione debita.*
3 *Decimas perſoluere, etiam Eccleſiaſtici tenentur, atque adeò ab eis nullus dicitur immunis.*
4 *Decimæ obligant prædiorum poſſeſſores ad earum præſtationem: ſicut penſio, collecta, & cenſus, cum ſint onera realia, & tranſeant ad quoſcunque ipſorum poſſeſſores.*
5 *Beneficij nouus poſſeſſor conueniri poteſt, pro præteritam penſionem non ſolutam exolusi: & eſt in electione penſionarij agere contra Beneficij poſſeſſorem, vel contra hæredem defuncti; dummodo ipſe poſſeſſor poſſit recurrere contra dictum hæredem.*
6 *Decimas ſoluere, eccleſiaſtici non tenentur, vbi eccleſia ſeruunt, cui debentur.*
7 *Decimas ſoluere non tenentur eccleſiaſtici pro prædijs, qua ratione Beneficij poſſident.*
8 *Decimas ſoluere nonnulli eccleſiaſtici non tenentur, ratione priuilegij, quo ab eis efficiuntur immunes; aut ex aliqua conſuetudine.*
9 *Decimarum immutatem laici præſcribere non poſſunt.*
10 *Clerici, an, & quando tenentur ad decimas perſonales?*
11 *Decima in hoc canone non accipitur pro parte decimæ, Deo data, Diuina conſtitutione debita; ſed pro onere quodam ſuper bonis, aut perſonis clericorum impoſito.*
12 *Decimæ, collectæ, præſtantiæ, gabellæ, & his ſimilia, quãuis nomine differant: in re tamen coincidunt.*
13 *Dictio: Aliarem diuerſum ſignificat eiuſdem qualitatis: non tamen ſemper.*
14 *Onera eccleſiaſticis imponentes, ſiue realia ſint, ſiue perſonalia, in excommunicationem incidunt.*
15 *Onera ſunt in triplici differentia: nempe realia, perſonalia, & miſta.*

DEcimarum ſolutio, adeo antiqua res eſt, vt 1
illius meminerit Vlpian. in l. 2. ff. de pollic. vbi quidam volunt, eum loqui de decima, quæ votiuo epulo in Herculis honorem à Gentilibus ſtultè impendebatur: iuxta illud Cic. lib. 3. de Diu. dicentis: *Neque Herculi quiſquam decimam vouit unquam*. Et Lucullum iuris peritiſſimum, ex eo quòd decimam vouiſſet, votumque adimpleſſet, maximis opibus auctum veteres exiſtimaſſe, narrat Plutar. in Lucullo, quem refert

refert Azor.lib.7.Inſtit.moral.p.1.cap.34.q.2.

Hodie verò decima vero Deo, ideſt Dei Miniſtris in eorum ſuſtentationem perſoluitur, & 2
eſt pars decima, Deo data, Diuina conſtitutione debita: vt in c.1.c. Parochianos, & c.non eſt, de decim. Diuiditur autem decima, in perſonalem, prædialem, & miſtam: vt benè declarat Hoſt. in ſum. de decim. §.3.

Ab harum ſolutione, cùm de iure Diuino de- 3
beantur, nullus regulariter eſt immunis: ita vt Eccleſiaſticæ quoque perſonæ ad illarum præſtationem compellantur. Quod quidem intelligendum eſt de decimis ex prædijs patrimonialibus, in aliena parochia exiſtẽtibus: & hoc etiã ſi in titulum dictorum bonorum patrimonialiũ eſſent ipſi clerici ordinati. vt in c.tuis, de præb. quoniam talis decima, eſt ipſis prædijs inhærẽs, vt per DD. in c. in nouum genus, de decim. & latè Mart.de iuriſd.p.4.caſu 49 num.8.

Hinc eſt, quòd ſicut penſio, collectas, & cẽſus, 4
tanquam onera realia obligant prædiorum poſſeſſores; ſic etiam decimæ, c. ſi quis laicus, 16. q.1. Et ideo nouus poſſeſſor tenetur ad decimarum ſolutionem, quemadmodum nouus beneficij poſſeſſor, qui conueniri poteſt, vt præteritã penſionẽ non ſolutam exoluat; vt eſt tex.in c. 5.de ſolut. & l.Imperatores. ff.de public. vectig. Franc.in c.fin.in fine, de offic.ordin.in ſexto, & Gig.in ſuo tract.de penſion.Eccl.q.39.& 43.vbi 5
etiam docet, quòd eſt in electione penſionarij, vel agere contra beneficij poſſeſſorem, vel contra hæredem defuncti poſſeſſoris in caſibus, in quibus ipſe anteceſſor tenebatur: vt habetur ex Federic. Sen. conſ.61. quem refert, & ſequitur Cardin.in clem.1.q.11.de cenſ.

Beneuerum eſt, quod tunc demum agi poteſt pro penſione præteriti temporis contra nouũ poſſeſſorem, quando nouus poſſeſſor poſſet recurrere contra hæredes eius, qui percepit fructus, aliàs ſecus. Ita Gig.ibi q 62.& Guttier. lib. canon.qq.c.21.num.111.cum plur.ſeq.

Quod denique diximus de Eccleſiaſticis, vt 6
teneantur ad decimas, locum ſibi vendicat, niſi Eccleſiæ ſeruiant, cui debentur: nam tunc à decimarũ ſolutione pro dictis prædijs efficiuntur immunes: eo quòd dicuntur Parochi adiutores.

Sic etiam eccleſiaſtici non tenentur ad dec- 7
mas pro prædijs, quæ ratione Eccleſiaſtici beneficij poſſident: vt per D.Thom.2.2.q.47.ar.4. licèt contrarium teneant Inn.& Panor.in d.c.in nouũ genus, quos videtur ſequi Azor.loco citato: & nobis etiam magis probatur: quoniã prædia collata ad Monaſterium fundandum non liberantur à lege, & obligatione decimarum.

Hinc Ciſtercienſes, & alij, qui nullo gaudent 8
priuilegio, ſoluere tenentur decimas de prædijs nouiter acquiſitis, licèt ea proprijs manibus excolant, c.nuper, de decim.

Dixi, qui nullo gaudent priuilegio: quia multi 8
Religioſi a decimarum ſolutione ſunt exempti, præcipuè Monachi, vt in Bulla Pij IV. quę incipit, Pius Epiſcopus: edita ſub die 9. Aprilis 1560. relata à Rodric.in collect.Bullarum Apoſt.pro Regul.tom.2.Bull.8. dicti Pontificis; & latè per eundem 2.tom.qq. Regul. q.45. ar.5.& q.65. & tom.3.q.74.art.13.& 16. qui quidem in d. q.65. tractat etiã de exemptione Monialium ab alijs oneribus. Idem dicendum eſt, ſi conſuetudine, vel præſcriptione, Religioſi ſint immunes à ſolutione decimarum: nam tunc non tenerentur; ſicut ſi aliquo priuilegio eſſent exẽpti: vt habetur ex Guttier.lib.2 canon. qq.c.21. n.58.59. & ſeq.vbi n.61. probat, etiam laicos, veluti incapaces huius quaſi poſſeſſionis, præſcribere minime poſſe immunitatem à decimis. 9

Noſtra quoque Congregatio, ſi aliquando aliqua immobilia, aut reditus poſſideret, nullã decimam, etiam papalem ſoluere teneretur, aut canonicam portionem, ſeu oblationem: vt benè colligit R.P.D. Alex. Pellegr. in comp.noſtr. priuil.tit.canonica portio, §.1. Hæc de decimis prædialibus quoad perſonas Eccleſiaſticas.

Circa verò decimas perſonales, tunc clerici 10
ad illas tenentur, quando ſibi ipſis, non eccleſiæ acquirunt, ideſt non communiter viuunt: quoniam tunc ad decimas perſoluendas Parocho compelluntur, in cuius Parochia domiciliũ habent, & diuina audiunt. Imò etiam clerici, ſi communiter viuerent in vna Eccleſia, & ſacramenta reciperent ab alterius eccleſiæ Rectore, vt olim Monachi accipiebant a Parocho, in cuius Parochia ſitũ erat Monaſterium, ad prædictas decimas tenentur; ſecus autem, ſi communiter viuerent in eccleſia in qua etiam ſacramenta ſuſciperent: nam tũc perſonalem decimam ſoluere non debent: vt benè docet Panor. in c.in nouum, de decim. quem ſequitur Azor. loco citato, q.4.in fine. 2

Cęterum, vt ad rem noſtram redeamus, licèt 11
hæc, & alia relata de decimis ab Azor.ibidem, & alijs vera ſint; tamen dum in præſenti canone de decimis fit mentio, non intelligitur de decimis ſupra relatis, prout ſunt pars decima, Deo data, diuina conſtitutione debita; ſed intelligitur onus quoddã ſuper bonis, vel perſonis clericorum, ſiue ſit pars decima fructuum, & rerũ ex artificio, aut ſciẽtia quæſitorum, ſiue duodecima, ſiue vigeſima, aut ſupra iuxta ea, quæ tradit Azor.ibi q.1.Sayr.hoc loco lib.3.Theſ.tom. 1.c.22.& Sylueſt.in ver.decima q.4.

Et in ſumma, ſi res ipſa rectè perpendatur, 12
decimæ, collectæ, taleæ, præſtantiæ, gabellæ, & cætera huiuſmodi onera, quamuis nomine inter ſe differant; re tamen coincidunt: vt notat Syl. in ſum.in ver.Gabella, 4.in prin.& Viual.in explicatione huius canonis: vbi per illa verba: *Et alia onera*, intelligit pedagia, gabellas, gudagia, tributa, & his ſimilia.

Et licet Vgol.in explic. eiuſdem canonis, ſub 13
n.2 per dicta verba intelligat tãtùm onera realia: nam illa dictio: *Alia*: rem diuerſam ſignificat eiuſdem qualitatis, cuius eſt antecedens: vt per Gloſ.& DD.in l.ſi fugitiui, C. de ſeru.fugit. & Laſ.in l.ſi domus, n.22.ff.de leg.1. tamen probabiliter eſt dicendum, textum noſtrum intelligi 4
quoque de oneribus perſonalibus: quoniam, dictio, alius, alia, aliud, nõ ſemper facit poſitionem precedentis qualitatis: vt habetur ex Panor.in c.accedens, n.6. & alijs, de præb.

Vndè veriſimile eſt per hunc canonem, Ro- 4
manum Pontificem voluiſſe ſufficienter prouidere, ac conſulere Eccleſiaſticę immunitati, eximendo clericos nõ modò ab oneribus realibus ſed etiam perſonalibus; aliàs fuiſſe diminutus: quod non eſt dicendum. Quocirca imponentes Eccleſiaſticis onera, non modò realia; ſed etiam

perſonalia, incidunt in excommunicationem huius canonis. Et banc ſententiam videtur tenere hoc loco Suar.diſput.21. de cenſur.ſect.2. ſub num.99. & anteipſum Nauar.in Man.c.27. ſub num. 115.

Idem dicendum eſt de imponentibus onera
5 mitta:nam hæc ſimiliter onera ſũt.Etenim oneſa,ſunt triplicis generis: nempe perſonalia,realia,& mixta.Perſonalia dicuntur,in quibus præſtandis corporis labor cum animi ſolicitudine, ac vigilantia in primis exigitur: vt tutelæ munus,ac curæ,tum minoris,tum etiam furioſi, & alia, de quibus in l.1.§.illud tenendum eſt, & l. fin.ff.de muner.& honor.Realia ſunt,quæ ſumptibus patrimonij, ac damnis exoluuntur: vt in d.§.illud,& d.l.fin.§.patrimoniorũ.Mixta deniq; onera nuncupãtur,in quibus,& corporis labor, & rei ſumptus requirũtur,vt ſunt decaproriæ:vt in d. l. fin.§. mixta. Ab his omnibus igitur oneribus ſunt immunes eccleſiaſtici: atque adeò in cenſuram huius canonis incidunt, qui perſonas Eccleſiaſticas quomodocũque, vel in corporis laboribus, vel in bonis vexauerint: vt probat, hoc eodem loco, Alter.c.2.col.2.ver.reſpõdeo.

ADDITIO.

4 Perſonalibus. Adde hic Filliuc. tom.1. qq. moral. tract.14. cap.4 quæſt.10 n 62.ad finem, & tract.16.q.2.n 293. quamuis Bonac. hic diſp. 1.q.19.pun.1. ſub num.3. contrarium probabiliter conetur probare. Sed non eſt recedendum à priori ſententia, Etenim tributa, & collectæ imponuntur perſonæ pro rebus,vt ſuo loco dicetur; & propterea cum prohibeantur realia, multò magis cenſentur prohibita perſonalia onera. Imò perſonalia onera vi huius canonis expreſsè videntur prohiberi in illis verbis, *& alia onera clericis, aliſque perſonis eccleſiaſticis, ac eorum,& Eccleſiarum,Monaſteriorum,& aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum bonis,&c.* Et ipſe Bonac. id non negat, imò expreſsè docet infra eod. pun. num.7.in verſ.Sed ego ſentio. Abb. Alex.

Ibi (*Abſque Rom.Pontificis ſpeciali,& expreſſa licentia*) Quid important dicta verba in præſenti canone poſita. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Facultas imponendi collectas eccleſiaſticis,cenſetur ſpecialiter conceſſa a Romano Pontifice, etiamſi non exprimatur ſpecialim perſonæ Eccleſiaſticæ, puta Religioſis,vel clericis.*

2 *Licentia ſpecialis Som. Pontificis exigitur ad imponendas collectas eccleſiaſticis:etiam vbi communis neceſſitas eſſet,& Laicorum facultates nõ ſuppeterent,niſi vrgeat neceſſitas, vt ad Som. Pontific. commodè non pateat aditus.*

1 REſpondetur quòd,cùm collectæ, & ſimilia onera vi præſentis canonis prohibeantur in poni perſonis eccleſiaſticis, & eorum bonis ſine ſpeciali,& expreſſa licentia S. P. per huiuſmodi verba cenſentur tacitè modificata priuilegia alicui Principi temporali, aut Reipub.generi aliter conceſſa impediendi,ac exigendi prædicta onera ab omnibus, & quibuſcunque perſonis: nam non idcirco Eccleſiaſticis perſonis imponi poſſunt,cùm vi noſtri canonis exigatur ſpecialis eccleſiaſticorum mentio: nam vbi requiritur ſpecialiter aliquid fieri, non ſatis eſt, ſi generatim illud fiat: vt per Gloſ. in l. 1. in ver. ſpecialiter, ff. ſi quis in ius voc.nõ ier. vbi etiam Bar.num.4. & alij DD.

Bene verum eſt, quòd ſufficit,ſi licentia alicui concedatur imponẽdi dicta onera eccleſiaſticis, eſtò quòd non exprimatur quædam ſint perſonæ Eccleſiaſticę,nempe Religioſi,vel clerici: eo quòd vi prædicti priuilegij imponi poſſent tàm Religioſi,quàm Clericis, per ea, quæ dicit Bar.in d.l.1.in fine. Et tantò minùs exigitur licentia: vt in indiuiduis, ideſt ſingularibus clericis onera hæc imponi queant: nam iſte canon requirit ſolùm ſpecialem licentiam: vt benè declarat Vgol.hic,§.2.ſub num.6.

Vel ſecundò intelligi poſſunt dicta verba, vt exigatur ſpecialis. & expreſſa licentia circa cauſam imponendi dicta onera,& ſi licentia ſit generalis, quoad perſonas eccleſiaſticas,iuxta ea, quæ dicit Suar in explicat. ſequentis can. diſp. 21. de cenſur.ſect.2.ſub num.103.

Quę quidem licentia ſpecialis requiritur,
2 etiam vbi communis neceſſitas, aut vtilitas hoc ipſum ſuaderet, & laicorum facultates non ſuppeterent ad communia onera ſubleuanda, & alias contrauenientes, in prædictam excommunicationem incidunt: quoniam vi præſentis canonis innouantur decreta ſuper his per ſacros canones, tàm in Lateran. Conc.quàm in alijs Concil. generalibus edita, quibus onera imponi, & exigi prohibentur, etiam communi neceſſitate non obſtante, & facultatibus ſæcularium non ſufficientibus, inconſulto Roman. Pontifice, per tex.in cap. aduerſus, de immun. Eccleſ. Quod verum eſt, niſi tam repentina vrgeat neceſſitas, vt ad Romanum Pontificem commodè non pateat aditus: nam tunc cum conſenſu ſaltem Epiſcopi prædicti onera eccleſiaſticis imponi poſſunt, ita vt Epiſcopus, & clerus ſint, qui ſubſidia oportuna conferant, & non laici: vt ex Syl. & alijs benè declarat Alter. in explicat. huius canonis, cap. 1. col.3. in ver. Ad hanc difficultatem. Quibus adde quoque ea, quæ dicit idem Alter. hoc eodem loco, cap. 2. col. penult. ver. Abſque ſimili Romani Pontificis, &c. & col. fin.in fine, dum ait: quod ſi licentia detur à Romano Pontifice ob aliquem finem, vel aliqua cauſa vrgente, ceſſante cauſa, expirat licentia. Alij verò Prælati inferiores non poſſunt concedere licentiam extra dictum caſum: quia non habent facultatem diſpenſandi in iure communi,nec in Bulla cœnæ Domini.

Ibi (*Imponunt*) An,ad incurrendam dictam cenſuram, ſatis ſit imponere collectas perſonis Eccleſiaſticis, ſine licentia Som. Pontific. vel exigatur etiam,vt ſubſequatur exactio. Q. 4.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Collectas, & alia onera Eccleſiaſticis imponentes, in excommunicationem huius canonis non incidunt: niſi ſequatur exactio.*

2 *Copula, & ex ſui natura, exigit omnia coniuncta ſimul eſſe.*

3 *Collectas, & alia onera Eccleſiaſticis imponentes ſine licentia Rom. Pontificis, ſi illas non exigant, licèt non incidant in excommunicationem iſtam: contrahunt tamen cenſuram, quæ continetur ſupra can. 55.*

IN hac re Tolet. in explicatione præſentis canonis n. 4. uidetur tenere, quòd ad incurrendã ſupradictam excommunicationem ſufficiat ſupradicta onera eccleſiaſticis imponere ſine licentia Rom. Pontificis, etiam ſi nulla ſubſequatur exactio, dum ait: Aduerte non ſolùm excõmunicari, qui imponunt, aut exigunt, &c. Et clarius num. 6. inquit: Aduerte etiam excommunicationem Bullæ extendi per ſe, uel per alios, directè, uel indirectè aliquid prædictorum facientes. Et num. 8. Similiter aſſerit: Aduerte tamen, non innouari Decretum Bonifacij, quantum ad hoc, quòd ipſi Clerici ſoluentes, ſint excommunicati, ſed quantum ad ipſos imponentes, aut accipientes, uel exigentes.

Hoc idem uidetur tenere, Sayr. in explic. eiuſdem canonis in prin. lib. 3. Theſ. tom. 1. cap 22. dum ait, quòd ui prædicti canonis excommunicantur primò imponentes decimas, &c. Secundò exigentes. Tertiò recipientes.

Hanc eandem ſententiam uidetur tenere, Suar. ibidẽ diſp. 21. de cenſur. ſect. 2. n. 99. dũ dicit, huiuſmodi cenſuram ferri ad defenſionem Eccleſiaſticæ libertatis cõtra eos, qui collectas, & c. Eccleſiaſticis perſonis abſque Rom. Pontificis licentia imponunt, aut ſic impoſita, etiam à ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt: undè cum alternatiuè loquantur per dictionẽ, aut, uidentur proculdubio docere, quod ad cõtrabendam excommunicationem noſtri canonis, ſufficiat dicta onera eccleſiaſticis imponere, etiam ſi nulla ſubſequatur exactio: atque adeò ſtatim, ac Domini terrarum, & Conſules, ſeu Rectores Ciuitatum decimas, aut collectas imponunt Clericis, incidunt in prædictam excommunicationem: quoniam in alternatiuis ſatis eſt alterum adimpleri, c. in alternatiuis, & ibi latè Dyn. de reg. iur. in ſexto.

Hãc ipſam opinionem uidetur tenere Vgol. hoc eodem loco, §. 5. Quæ quidem probari poteſt ex tex. in c. non minus, & c. aduerſus, de immun. eccl. quibus iuribus excommunicantur etiam imponentes tantùm prædicta onera eccleſiaſticis: & ipſamet renouantur ui noſtri canonis, in illis uerbis: *Innouantes decreta ſuper his per ſacros canones, &c.*

His tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam ui noſtri canonis arbitror ueriorem eſſe: atque ideò ad incurrendam excommunicationem, quæ in hoc canone continetur, non modò requiritur ſupradictorum onerum impoſitio perſonis eccleſiaſticis, ſed etiam debet ſubſequi eorum exactio *a* ab eiſdem per imponentes onera ipſa, uel per alios.

Probatur ex illis canonis uerbis: *Abſque Roma-*

2 *ni Pontificis ſpeciali, & expreſſa licentia imponunt: & diuerſis etiam exquiſitis modis exigunt:* In quibus R. Pontifex copulatiuè loquitur: vt patet ex illa copula, &, quę mediat inter ly. *Imponunt*: & inter ly. *Diuerſis etiam exquiſitis modis exigunt*. Ergo ad contrabendam dictam cenſuram, non ſolùm requiritur onerum impoſitio, ſed etiam ſubſequi debet eorũ exactio: quoniam copula, &, ex ſui natura exigit omnia cõiuncta ſimul eſſe: vt l. ſi quis ita, ff. de verb. oblig. Et tantò fortiùs, quoniam ſumus in penalibus, in quibus ſtrictè facienda eſt interpretatio, & non recedendum à proprietate uorborum, vt ſæpe diximus. Et hoc etiam quòd aliquando copula, & reſoluitur in alternatiuam, uel, & è contra: vt habetur ex Alber. in l. cum quidam, C. de verb. ſignific. & latè in ſuo Diction. in ver. *Et*, vbi etiam allegat Dyn. in d. c. in alternatiuis, de regul. iur. in ſexto.

Nec tex. io d. c. non minus, & c. aduerſus, de immun. Eccl. probant intentum contrariæ ſententiæ: nam adhuc præter impoſitionem requirunt exactionem. vt in d. cap. non minus, conſtat ex illis verbis: *Iſti verò onera ſua ferè vniuerſa imponunt Eccleſijs, & tot angarijs eas affligunt.* Et in d. c. aduerſus, præcipitur exactorum reſtitutio.

Ex quibus patet, quod nõ eo ipſo, quòd Prin-
3 ceps collectas, & ſimilia onera eccleſiaſticis imponit abſque Rom. Pontificis licentia, incidit ex vi noſtri canonis in eiuſdem excommunicationem, ſed præter impoſitionem dictorum onerum exigitur, vt ſubſequatur exactio.

Bene verum eſt, quòd licèt hoc verum eſſe videatur ſecundũ diſpoſitionem præſentis canonis; nihilominus imponentes, vt ſupra huiuſmodi onera perſonis Eccleſiaſticis, eſtò quòd nulla ſubſequatur exactio; incidunt in excommunicationem, quæ continetur ſupra in cano-
b ne decimoquinto *b*, vbi excommunicantur, qui ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, ſeu quęuis alia decreta quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint contra libertatem eccleſiaſticam; At qui imponit onera prædicta eccleſiaſticis, ad minus dicitur, præceptum, & ordinationem facere contra immunitatem Eccleſiæ: ergo contrahit excommunicationem dicti canonis.

Hinc ait Suar. hoc loco, in principio, quòd hæc prohibitio virtute continetur in præcedentibus: nam ſiue hæc impoſitio: & exactio fiat per modum ſtatuti, ſiue per modum præcepti, aut quacunque alia ratione, incurritur dicta cenſura.

A D D I T I O.

a Exactio. Adde hic Bonac. in explicatione huius canonis, diſput. 5. quæſt. 59. pun. 1. n. 3. & de contract. diſp. 2. quæſt. 9. pun. 2. num. 53. qui pro hac eadem ſententia citat Quarantam, Reginal. & alios contra Tolet. hic num. 4. Molin. diſputat. 670. ad finem, & alios. Abb. Alex.

b Decimoquinto. Hanc eandem ſententiam ſequitur Bonac. hoc loco, diſput. 5. q. 59. pun. 1. num. 4. Abb. Alex.

An imponentes, & exigentes collectas, & alia onera pro bonis patrimonialibus Eccleſiaſticorum incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 5.

SVMMARIVM

1 *Bona patrimonialia clericorum non gaudent reſtitutione in integrum, nec præſcriptione quadragenaria, ſed illa tantùm quæ eſt inter priuatos.*

2 *Clerici Neapolis gaudent beneficijs l. vnicæ, C. vt quando Imper. circa electionem fori quoad concernentia res Eccleſiæ tantùm, non autem bona eorum patrimonialia.*

3 *Clerici, quoad bona patrimonialia, non gaudent eccleſiæ priuilegijs, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

4 *Clerici, ſunt immunes à collectis, & alijs oneribus, non ſolùm quoad bona eccleſiaſtica, ſed etiam patrimonialia.*

5 *Collectas imponentes, & exigentes ab eccleſiaſticis pro bonis eorum patrimonialibus, incidunt in excommunicationem huius can.*

6 *Collectæ principaliter imponuntur perſonæ, ſecundariò rebus.*

7 *Conſuetudo, quòd clerici pro bonis patrimonialibus collectas ſoluant, induci non poteſt, cùm ſit contra libertatem eccleſiaſticam.*

8 *Clerici, quoad bona patrimonialia, gaudent omnibus priuilegijs, quibus gaudet Eccleſia, quando conſideratur principaliter perſona clericorum, & acceſſoriè bona: ſecus autem ſi principaliter conſiderentur bona, & acceſſoriè clerici.*

9 *Perſona, principaliter conſideratur, quoad forum.*

10 *Eccleſiaſtici, licèt non æquiparentur pupillis, ſicut Eccleſia, ſunt tamen miſerabiles perſonæ in foro laicorum.*

IN hac re videtur prima facie negatiuè reſpõdendum: nempe quòd imponentes, & exigentes collectas, & alia huiuſmodi ab Eccleſiaſticis pro eorum bonis patrimonialibus, non incidant in excõmunicationem noſtri canonis.

Probatur: quoniam clerici, quoad eorum bo-
1 na patrimonialia, non gaudent immunitate eccleſiaſtica, nec eccleſiæ priuilegijs. Vndè Eccleſiaſtici in patrimonialibus, non reſtituuntur in integrum: vt benè docet Gloſ. in clem. 1. in ver. Eccleſia, & ibi Card. n. 14. de reſtit. in integr. & Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ, n. 9. de conſtit.

Sic etiam circa Eccleſiaſticorum bona patrimonialia non currit præſcriptio quadragenaria: ſed ſolũ præſcriptio, quæ eſt inter priuatos; vt habetur ex Gloſ. in c. poſſeſſ. nes. 16. q. 3. Abb. in d.c. Eccleſia S. Mariæ, in 2. lect. n. 3. Iaſ. & Salyc. in auth. quas actiones in fin. de ſac. eccl.

Et denique Eccleſiaſtici circa concernentia
2 res Eccleſiæ dumtaxat, gaudẽt priuilegio l. vnicæ, C. quando Imper. quoad fori variationem, non autem circa concernentia bona patrimonialia, vt extat in Regno Neap. Conſtitutio, quę incipit Statuimus, vt Magnæ Curiæ, & Ritus eiuſdẽ Curiæ 229. quo diſponitur, quòd ſi clerici de rebus Eccleſiaſticis cũ iuramẽto dixerint, quòd perhorreſcunt, trahunt ad Magnam Curiam; non autem de rebus eorum.

Et in ſumma, quòd in bonis patrimonialibus
3 clerici non gaudeant priuilegijs Eccleſiæ, niſi tãtùm in caſibus à iure expreſſis, extat communis Doctorum ſententia, quam refert Dec. in c. Epiſcopus, n. 10. de præben. & in d.c. Eccleſia S. Mariæ, n 63. vbi etiam Panor. n. 3. & 26. & Felin. n. 8. ver. Sed nihilominus, cum alijs, quos refert, & ſequitur Vaſquius in tract. de ſucceſſ. crat. lib. 3. §. 22. lim. 17. num. 42.

Hiſ tamen non obſtantibus, in contrarium
4 eſt communis ſententia, quam tenet Couar. lib. pract. qq. c. 31. ſub n. 9. Azor. lib. 5. inſt. moral. p. 1. c. 12. q. 2. in ver. Ego ſane. Tol. in explic. præſẽtis canonis lib. 1. Inſtr. Sacerd. c. 26. in prin. Sayr. ibid. lib. 3. Theſ. t. 1. c. 22. nu. 9. Vgol. hoc eod. loco, §. 3. n. 1. & Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 49. n. 9. cũ alijs, quos allegat. Omnes præfati Doctores tenẽt, Eccleſiaſticas perſonas eſſe immunes à collectis, & alijs ſimilibus oneribus, non ſolùm quoad Eccleſiarum, ſed etiam quoad patrimo-
a nialia eorum bona a: atque ideò imponentes, & exigentes tales impoſitiones pro bonis patrimonialibus clericorum, incidunt in excommunicationem noſtri canonis.

Hæc ſententia probatur manifeſtè ex ipſo canone in illis verbis. *Ac eorum, & Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis.* Vbi excommunicantur non ſolùm imponentes onera prædicta, eademque exigẽtes pro bonis Eccleſiaſticis, ſed etiã pro bonis ipſorum eccleſiaſticorum.

Ratio autem cur bona patrimonialia clerico-
6 rum ſint à collectis exempta, hæc eſt: quoniam collectæ imponuntur perſonæ pro rebus: & ſic principaliter imponuntur perſonæ, & ſecundariò rebus: vt benè dicit Bar. in l. reſcripto, §. ſciẽdum, ff. de muner. & honor. & Dec. in d.c. Eccleſia S. Mariæ. n. 69. cum alijs, quos allegat. In omni verò caſu, in quo perſona principaliter cõſideratur, & bona acceſſoriè veniũt ad perſonam, ipſi Eccleſiaſtici in patrimonialibus gaudent priuilegio Eccleſiarum. Hoc adeò verum eſt, vt in Regno Neap. extet ſtatutũ, quod incipit: Itẽ ſtatuimus: ſub rubr. quòd cler. qui cleſ. viu. non cogan. commun. &c. vbi Gloſ. probat, quòd nõ poteſt induci conſuetudo, vt clerici pro bonis patrimonialibus collectas ſoluant: eo quòd eſt contra libertatem eccleſiaſticam.

Hanc eandem opinionem ſequitur Alter. hoc
7 eodem loco, c. 2. col. 6. in fine, & 7. vbi pluribus ratiõnibus eam cotroborat: Et in ver. Idque maximè: docet hoc præcipuè verum eſſe de illis bonis patrimonialibus, quæ poſſidet clericus ordinatus ad titulũ patrimonij, quę ei affi-
b gnata, ſũt loco beneficij b: nã in his gaudet priuilegijs bonorum Eccleſiæ, etiam in caſibus non expreſſis à iure: vt per Gloſ. in c. Epiſcoporum, ver. ſubſidium: de præb. cum alijs, quos allegat.

Reſtat modò, vt ad contraria reſpondeamus.

8 AD argumẽtum igitur negatur aſſumptũ, & ad primam, & ſecundam probationem dicimus, quòd in omni actu, aut cõſideratur principaliter perſona clericorum, & bona acceſſoriè ueniunt ad perſonam: aut è contrario bona cle-

ricorum

ricorum principaliter conſiderantur, & perſona venit acceſſoriè. Primò caſu Eccleſiaſtici in bonis patrimonialibus gaudent omnibus priuilegijs, quibus gaudent Eccleſiæ, vt in c. fin. & ibi Gloſ fin. de vit. & honeſt. Cler. Vnde cum collectæ imponantur principaliter perſonæ, vt ſupra diximus, nil mirum, ſi ab eis eccleſiaſtici ſunt immunes. Secundò caſu fatemur, eccleſiaſticos non gaudere priuilegijs, & immunitate eccleſiæ, & ita procedunt contraria de reſtitutione in integrum, & præſcriptione: eo quòd in illis actibus principaliter conſiderantur bona clericorum, & acceſſoriè tantùm eorum perſonæ. Ita Mart. loco citato n. 9. & 10. cum plur. ſeq.

Ad id, quod dicitur ſeruari, ſeu pluries fuiſſe
9 deciſum Neapoli, reſpondemus, quòd id de iure non poteſt ſubſiſtere: quia quoad forum, perſona principaliter conſideratur: vt in c. ſi diligenti, de foro comp. vnde citra priuilegium Rom. Pontificis, quod in hoc habere dicunt Magnam Curiam, vt ipſe Mart. ibidem in fine audiuiſſe refert ritus dictæ Curiæ à Romano Pontifice fuiſſe approbatos, malè denegatur eccleſiaſticis beneficium d. l. vnicæ, C. quando Imp. circa variationem fori pro eorum bonis patrimonialibus.

Nec obſtat, quòd Eccleſiaſtici, non æquipa-
10 rantur pupillis, ſicut Eccleſia iuxta ea, quæ dicit Gloſ. & Bar. in l. reſpublica, C. ex quib. cau. maior. quoniam negari non poteſt, quin eccleſiaſticæ perſonæ, ſint miſerabiles in foro laicorum; quia ſemper ſunt laicis infeſtæ, vt in c. laicos, 2. q. 7. Et maximè quando agitur de liber. Eccleſiaſtica: vt per Dec. in d. c. Eccleſia S. Mariæ, num. 4.

Nec demum communis illa Doctorum ſententia, quæ ſe habet, quòd in bonis patrimonialibus clerici non gaudent priuilegijs Eccleſiæ, niſi tantum in caſibus à iure expreſſis, contraria eſt noſtræ ſententiæ. Etenim ſatis expreſſum eſt in iure, Eccleſiaſticos eſſe exèptos à dictis oneribus, etiam quoad bona patrimonialia: vt probat Gloſ. in d. c. fin. de vit. & honeſt. cler. & clarè colligitur ex diſpoſitione noſtri canonis, vt ſupra diximus.

Confirmatur: quoniam contra dictam communem ſententiam facit diſtinctio ſupra relata, à Doctiſſimis uiris recepta: qui uidentes, Eccleſiaſticos gaudere priuilegijs eccleſiæ quoad bona patrimonialia in certis caſibus, etiam, qui nõ ſunt de iure expreſſi, ſed per ſimilitudinem expreſſorum, opinati ſunt, omnes prædictos caſus determinari poſſe ſecundum relatam illam diſtinctionem: nempe quòd in omni euentu, aut conſideratur perſona principaliter, & bona acceſſoriè: aut è contrario. Vnde cum collectæ principaliter imponantur perſonæ, nil mirum, ſi ab illis Eccleſiaſtici eximuntur, etiam quoad bona patrimonialia.

ADDITIO.

Bona. Adde Carol. de Graff. de effect. cleric. effect. 3. n. 19. & ſeq. Molin. lib. 3. de Iuſtit. & iur. tract. 2. diſp. 670. uerſ. Aduerte, Io de Salas de legib. diſp. 14 ſect. 11. n. 114. Alter. hic diſp. 19. c. 2. col. 2. & ſeq. Filliuc. tract. 16. c. 11. q. 3. n. 298. t. 1. qq. moral. Medin. C. de reſtit. q. 15 Suar. de immun. lib. 4. c. 24. n. 4. & c. 25. Reginal. lib. 4. ſuæ praxis n. 377. & 379. Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. c. 6. n. 9. Leſſ. lib. 2. de Iuſtit. & iur. c. 33. dub. 3. n. 19. Molſeſ tom. 2. ſuæ ſumm. tract. 12. c. 22. n. 166. Proſper. de Auguſt. in Quarant. in uer. Vectigal. Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 22. n. 9. Coriol. in Bull. Cœnæ excomm. 18. Barthol. à S. Fauſto in ſpec. confeſſ. diſp. 33. q. 13. n. 2. Homob. de exam. eccleſiaſt. p. 2. tr. 11. c. 6. q. 9. & Ricc. p. 2. dec. 299. contra Bobadil. in Polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 260. & alios. D. Cæſar.

b Beneficij. Adde hic Tuſc. tom. 1. uerb. Bona concluſ. 114. & Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect. 3. n. 19. cum alijs, quos allegant. D. Cæſar.

An collectas imponentes Eccleſiaſticis, & ab eiſdem illas exigentes, pro bonis ipſis donatis, aut emptionis titulo acquiſitis, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Collectas, & alia onera Eccleſiaſticis imponentes, & exigentes pro bonis ipſis donatis, aut ab eiſdem emptis aut quocunque alio titulo acquiſitis, incidunt in excommunicationem huius canonis.*

2 *Collectæ principaliter imponuntur perſonis ſubditis, ſecundariò rebus.*

3 *Bona clericis donata in titulum Beneficij pro ſuſcipiendis ſacris ordinibus, ſunt Eccleſiaſtica, & gaudent Eccleſiæ priuilegijs.*

4 *Collectæ non poſſunt imponi Eccleſiaſticis pro bonis quocunque titulo quæſitis, etiam ſi antea tributaria erant.*

5 *Bona eo ipſo quòd tranſeunt in Eccleſiam, aut in Eccleſiaſticam perſonam, mutant conditionem.*

6 *Bona Eccleſiaſticorum, ſi antequam ad eorum dominiũ peruenirent erant affecta oneribus ordinarijs, Eccleſiaſtici tenentur ea ſubire, ſecus autem, ſi affecta fuerãt oneribus extraordinarijs.*

7 *Bona ſtabilia in cataſto deſcripta pro collectis annuis, ſi dentur pro dote, vel fundatione Eccleſiæ, onera illa ordinaria non debentur: ſecus autem, ſi Eccleſiaſtici illa acquirant titulo emptionis, aut alio titulo.*

8 *Reſpublica ſi ſtatuat vt omnis poſſeſſio, ad quemcumque deueneris, obligata ſit ad ſolutionem collectarum, ſeu alterius penſionis quotannis, prout ipſa Reſpublica decreuerit, ſi poſſeſſio aliqua ad Eccleſiam aut ad Eccleſiaſticos peruenerit, non eſt ſubmiſſa dictis oneribus.*

9 *Reſpublica, ſi ſtatuat, vt omnis poſſeſſio ſit obligata quotannis ad certam, ac determinatam penſionem, licet poſſeſſio aliqua ad eccleſiaſticos peruenerit, ab oneribus prædictis non erit immunis, etiam ſi detur alicui in titulum Beneficij.*

10 *Collectas ſoluere promittentes pro ſe, & ſuis hæredibus pro eorum bonis in perpetuum, ſi illa tranſeant in eccleſiaſticos, an eccleſiaſtici ad eas teneantur.*

11 *Bona donata clericis in fraudem collectarum, non gaudent earum immunitate.*

12 *Cauſa motiua, ſeu ſine qua, non vitiat actum.*

In

IN hac difficultate Proſper de Auguſt.in add. ad Steph. Quarant.in ſum. Bull.in ver. Vectigal.lim. 3. ait, quòd clerici de iure Regni non gaudeot immunitate collectarum in bonis eis donatis. Vnde imponentes eis, vt ſupra, dicta onera pro huiuſmodi bonis, non incidunt in excommunicationem noſtri canonis, cum lege permittente id agant. Et in vniuerſum hoc patet ex tex.in c.fancitum, §. hinc datur intelligi, 23.q.8.vbi apertè habetur, quòd de his, quę imperiali beneficio, vel à quibuslibet pro beneficio ſepulturæ Eccleſia poſſidet, nullius iuri, niſi Epiſcopi tenetur aſtricta. De his verò, quę à quibuslibet emerit, vel viuorum donationibus acceperit, Principibus conſueta debet obſequia, vt & annua eis perſoluat tributa.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
1 tentiam dicimus de iure veriorem eſſe: atque ideo imponentes, & exigentes huiuſmodi onera
a pro bonis eccleſiaſticis donatis *a*, vendítis, aut
b quocunque modo quæſitis *b*, prædictam excõmunicationem contrahant: vt patet ex noſtro canone in illis verbis: *Ac earum, & eccleſiarum &c.* cuius vi bona eccleſiaſticorum ſimpliciter eximuntur ab oneribus huiuſmodi, & textus ipſe generaliter loquitur de eccleſiaſticorum bonis, ergo generaliter eſt intelligendus de quibuſcũque eorum bonis, ſiue patrimonialia ſunt, ſiue donata, empta, aut quouis alio titulo quæſita: quoniam lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi: & quando ſimpliciter diſponit, nec diſtinguit, ſimpliciter quoque intelligenda eſt, nec nos diſtinguere debemus: ar.tex. in l. de prætio, ff.de public.in rem actio. & l.1. §.generaliter, ff.de legat.præſt.

Ratio autem eſt illa, quam ſupra quæſt. pro-
2 xima attulimus: quoniam collectæ principaliter imponuntur perſonis ſubditis, & ſecundariò rebus: vt in l.reſcripto, & l.fin.ff.de munet. & honor. Clerici autem laicis non ſunt ſubditi.

Idem à fortiori dicendum eſt de bonis eccle-
3 ſiaſticis donatis pro titulo ſacrorum Ordinum, loco Beneficij, iuxta decretum Conc.Trid. ſeſſ. 25. de reform.c.2. quoniam tunc bona illa cenſentur Eccleſiaſtica, & gaudent omnibus eccleſiæ priuilegijs: vt per Gloſ.fin.in c.fi Epiſcopus, & ibi etiam Dec.n.20.de præben. Fel.in c.eccleſia S.Marię, n.10. & 17. & ibi etiam Soc.n.70.ver. Prædicta: de conſtit.

Quòd adeò verum eſt, vt prædicta bona, ſi
c donata ſint à Patre filio, vt ad eorum titulum ordinetur, nõ computentur in legitima: vt habetur ex Mart.de iuriſd.p.4.caſu 49.ſub 0.7.cum alijs, quos allegat.

Ampliantur hæc, quæ diximus, vt vera ſint, &
4 locum ſibi vendicent etiam ſi bona vt ſupra do-
d nata, vendita, aut quocunque alio titulo quęſita
ecclesiaſticis, antea tributaria fuerint *d*: quoniã huiuſmodi bona à prædictis oneribus ſunt adhuc exempta; & propterea pro dictis bonis collectas imponentes, & exigentes ab ipſis eccleſiaſticis, à cenſura preſentis canonis non excuſantur: nam bona quamprimum tranſeunt in ec-
5 cleſiam, vel in eccleſiaſticam perſonam, ipſo iure eximuntur: eo quòd mutata perſona mutatur conditio rei: vt haberur ex Felin.in d. c. eccleſia S.Mariæ, num.76.10.Andr.Gemin.Franc. & alijs io c.1.de immuo.eccl.in ſexto, Panor.in c.fin in fine, de vit. & honeſt.cler. & Bal.in l.placet, C.de ſacr.Eccl. & conſ.280. vol.2. Et hanc ſententiam commuoem eſſe teſtatur Mart. de iuriſd.p.4.caſu 11.oum.38.cum plur.ſeq vbi reſpondet ad fundameota Doct. contrarium ſentientium.

Eſt tamen verum, quòd id verum eſſe dici-
9 mus, quando tractatur de oneribus, quæ extraordinaria ſunt, variabilia, & incerta, vt ſunt collectæ, ſeu talæ, & gabellæ, quæ ſecundum rei neceſſitatem, & negotiorum varietatem, interdum in minori, & interdum in maiori quantitate imponuntur: ſecus autem, ſi tributa, & o-
e nera prædicta ordinaria ſint e, ac perpetua, quæ ſibus eccleſiaſticorum bona erant affecta, antequam illorum dominium, & poſſeſſio ad ipſos eccleſiaſticos transferentur, eo quòd haberent annexam annuam præſtationem tributi, ſeu cẽſus: nam ab huiuſmodi tributis, & oneribus clerici non efficiuntur immunes, ſed bona ipſi tributaria transeuntur cum onere: ar.tex.in c.ex litteris, de pignor. c.tributum.23. q.8. l.Imperatores, ff.de publ. & vectigal. Bal. in l. ſi debitor, C.de diſtr.pign. & Afflict.in conſt. Regni. Hac
7 edictali, in 11.not. vbi infert, clericum ementem ſtabilia in catalo deſcripta pro collectis annuis, ad illas teneri: quia res trãſit cum onere ſuo; niſi daretur pro dote, vel fundatione Eccleſiæ: vt per Cardin.in clem. 1. in 15. oppoſ. de immun. eccl. Pro qua opinione facit etiam Bal. conſ. 148. vol.5. Alex. poſt Bar. in l. Titia, ff.ad Munic. Proſper.d.Auguſt.cum alijs, quos allegat loco ſupra citato, lim.4. Idem dicendum eſt, vt dicta communis opinio non habeat locum in omnibus alijs rebus, quæ eccleſia poſſidet ſpiritali iurè, vel iure diuino, vt ſunt decimæ, primitiæ, & oblationes: & multo magis ſi in agro perpetuo tributario fuerit edificata eccleſia, cœmeteriũ, atrium, vel hortus eccleſiæ annexus eſſet. Nam quamuis his omnibus reperiatur tributum inuariabile, illud ab eccleſia, & eccleſiaſticis non debetur: vt latè probat Alter.in explicat. huius can. cap.6.col.3.ver. In hac quæſtione; & io ver. Hæc tamen communis opinio.

f Ex hoc infertur, quòd ſi Reſpublica ſtatuat *f*, vt
8 omnis poſſeſſio ad quemcũque deuenerit, obligata ſit ad ſolotionem collectarum, ſeu alterius penſionis quotannis, prout ipſa Reſpublica decreuerit, tunc ſi poſſeſſiones ad eccleſiam, & ad eccleſiaſticas perſonas deuenerint, nõ ſunt prædictis oneribus ſubmiſſæ; quoniam à principio non fuit illis decreta certa penſio, & ideo non dicitur onus illud perdurare, vbi ad perſonam priuilegiatam peruenerit. Ita Panor. Ex cõmuni omnium opinione in d.c. Eccleſia S.Mariæ, de conſtit. & in c. fin. vbi etiam Imol. de vit. & ho-
9 neſt.cler. Secus autem, ſi Reſp. ſtatuat, vt omnis poſſeſſio ſit obligata quotannis ad certam, ac determinatam quantitatem, puta ad ſeptem, vel ad octo: nam tunc, licèt ad eccleſiaſticos peruenerint, à dictis oneribus tamen non erit immunis: eo quòd illud onus cùm ſit certum, ac determinatum, poſſeſſio ipſa cum eo tranſit ad quẽcũque perueniat: vt latè probat Azor.lib.5. Inſt.moral.p.1.cap.13.q.1.in ver. Eſt igitur notandum.

Quod quidem adeò verum eſt, vt ſi bona huiuſmodi donentur clerico in titulum Beneficij, adhuc

adhuc in eum tranſeant cum oneribus, quibus antea reperiebantur affecta vigore dicti ſtatuti, aut ratione pacti, vel legati, vt infra dicemus; Et hoc modo intelligit Gloſ. in c. tuis, de præb. Mart. de iurisd. p. 4. caſu 49. n. 8.

Eodem modo arbitrantur quidam dicendũ
10 quotieſcunque in Ciuitate aliqua quilibet Ciuis promittit pro ſe, & ſuis hæredibus ſoluere perpetuò omnes collectas de bonis eorum præſentibus, & futuris: quæ quocunque tempore pro communi bono imponerentur, & adhæc obligent omnia bona ſua: nam per hoc pactum poterunt exigi collectæ ab Eccleſiaſticis tanquam hæredibus, ſeu poſſeſſoribus bonorum obligatorũ Cõmunitati pro dictis collectis: quia res tranſit cum onere ſuo. Hæc cautela eſt Bar. aduerſus eccleſiaſticos conſulentis in l. reſcripto §. ſciendum, ff. de muner. & honor. quàm valdè notandam eſſe monet Gloſ. magna in cap. Regni. Item ſtatuimus: ſub rubr. quòd cler. qui cler. viu. & ita feciſſe Peruſinos refert Bar. loco citato, quem ſequuntur nonnulli Doctores, quos refert, ſed non ſequitur Felin. in d. c. Eccleſia S. Mariæ num. 76. quoniam ipſe Felin. & Azor. lib. 5. Inſt. moral. p. 1. cap. 13. q. 1. cum alijs, quos allegant, exiſtimant prædictam cautelam de iure ſuſtineri non poſſe: cum tendat in detrimentum eccleſiaſticæ libertatis; nam indirectè contra diſpoſitionem præſentis canonis, clerici, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ ad collectas, penſiones, & contributiones laicorum compellerentur.

Beneuerum eſt, quòd ſi teſtator fundum eccleſiæ legauerit ſub conditione ſoluendi taleas, & collectas, & alia onera huiuſmodi, valet dictũ legatum, & eccleſia onera prædicta præſtare tenetur: vt per eundem Felin. loco citato, nu 77. cum alijs allegatis per Mart. de iurisd. p. 4. caſu 14. in fine. Atque ideo excommunicatio noſtri canonis non extenditur contra imponentes vt ſupra collectas eccleſiaſticis ſuper eorũ bonis, quæ ſub hac conditione fuerunt illis legata, vt debeant pro eis in poſterum collectas, ſeu diſtributiones in commune bonum imponendas: quia clerici vt ſupra legatarij tenentur pro dictis bonis onera prædicta ſubire: eo quòd vnuſquiſque poteſt res ſuas eccleſiæ donare, ijs oneribus affectas, quæ voluerit: vt per Felin. & Azor. locis ſupra citatis. Vbi etiã addit ipſe Azor. in ver. Secundò ſciendum eſt: quòd ſi res translata in clericum, eſſet obligata ad penſionem ad certos annos ſoluendam, ſi penſio illa non fuerit adhuc exacta, dicta res transfertur cum ipſo onere, & conſequenter clericus teneretur ad penſionem illam. Hoc idem docet Alter. in explicat. can 15. noſtræ Bullæ, c. 5. col. 10. ver. Ad hanc dubitationem.

Quæ ſupra diximus de bonis donatis eccleſiaſticis, vt libera ſint à collectis, & alijs oneribus
11 vera ſunt, niſi donatio fuerit facta in fraudem collectarum g: quoniam tunc eccleſiaſtici pro huiuſmodi bonis fraudulenter donatis non gaudent immunitate eccleſiaſtica, vt habetur ex Bar. conſ. 180. n. 3. lib. 1. Luc. de Pen. in l. fin. in fin. C. de ann. & Tribut. lib. 10. & Proſper. de Auguſt. in add. ad Steph. Quaran. in ſum. Bull. in ver. Vectigal. lim. 2. Vbi ex Specul. in tit. de cler. coniug. n. 17. lib. 4. & alijs, ait, quòd huiuſmodi fraus præſertim detegitur: vbi Pater v. g. qui prædicta bona filio fraudulenter donauerit, feciſſet ſibi fieri albaranum de illis detinendis nomine ſuo. Item ſi donatio eſſet omnium bonorum, aut maioris partis.

Vnde clerici vnà cum Patre inſolidum tenẽtur reficere omnia damna Communitati ratione dictæ fraudulentæ donationis illata: quoniã debitum reſtitutionis contrahitur, vel ratione rei iniuſtè acceptæ, vel rei iniuſtę acceptationis: vt habetur ex Caiet. in ſum. in ver. Reſtitutio, c. 1. & alijs.

Immo Pater, & alij ſic fraudulenter donantes perdunt bona, quæ fictè donarunt, & Fiſco veniunt applicanda, & tantundem is, qui huiuſmodi fraudis fuerit author ſeu miniſter, ex ſuis bonis ſoluere debet: ar. tex. in l. adire, §. in fraudẽ ff. de munic. & latè Glo. in d. c. Regni, Item ſtatuimus, ſub rubr. quòd cler. cler. viu.

Eſt tamen dicta fraus prius probanda coram Iudice eccleſiaſtico, à quo debet declarari, dictam donationem eſſe fictam, & ſimulatam in fraudem collectarum: quoniam Iudex laicus nõ eſt Clericorum Iudex competens.

Beneuerum eſt, quòd ſi vera eſſet donatio, vt
12 ſi Pater non fictè, ſed verè filio Clerico bona donaret animo transferendi dominium, & donatio non eſſet immoderata, & vltra virilem portionem: quamuis cauſa impulſiua fuerit, vt nõ teneatur ſoluere collectas, cum hoc caſu ſit vera donatio, excuſatur filius Clericus à collectis; quoniam cauſa motiua, ſeu cauſa ſine qua non vitiat actum: ſicut dicimus de donatione facta ad euitandum retractum, ſeu ius congruũ iuxta terminos conſt. Regni, ſancimus, de iur. proth. vbi Afflict. §. 4 nam ſufficit, vt donatio ſit vera, licèt donans donauerit ad euitandum retractum, alias non donaturus. Ita Proſper de Auguſt. loco citato.

Ad contraria facilè reſpondetur. Nam quoad ius Regni dicimus, quòd ius illud in tantum vim habet; in quantum Sedis Apoſtolicæ priuilegio roboratur: alias ſi priuilegium abeſt, tanquam contra libertatem eccleſiaſticam nullam prorſus retinet firmitatem.

Ad tex. in d. c. ſancitum. §. hinc datur intelligi, patet reſponſio: etenim procedit, vbi Romani Pontificis concurrit aſſenſus, ut conſtat ex illis eiuſdem §. verbis in fine. *Quod tamen hoc ipſum non ſine conſenſu Romani Pontificis fieri debet.*

ADDITIO.

a Donatis. Adde Bonac. de cenſur. bull. cœnæ diſp. 1. q. 19. pun. 3. §. 1. num. 15. vbi id ampliat etiam ſi donans hoc animo donauerit, vt donatarius ad collectarum ſolutionem ex bonis ſuis amplius non teneretur: ſi quidem is iure ſuo vtitur, & illorum bonorum dominium re ipſa ſupponimus tranſtuliſſe. Hanc eamdem ſententiã tenet Barboſin ſuis collect. tom. 1. lib. 3 tit. 49. c. 4. num. 4. Filliuc. tom. 1. qq morat. tract. 16. c. 11. num. 298. Regin. tom. 1. ſuæ praxis lib. 9. c. 25. num. 377. Alter. tom. 1. lib. 5. diſp. 19. c. 2. col. 2. Leſſ. lib. 2. de iuſt & iur. cap. 3. dub. 3. num. 19. & Diana de immun. eccleſiaſt. reſol. 42. Abb. Alex.

b Quæ-

b Quæſitis. Adde Suar. de immun. lib.4.cap. 25.num.3.& Guttier.pract. qq.lib.1.q.3. cum alij,quos allegat. D. Cæſar.

c Legitima. Contrarium tenet Bonac. in ſuo tract.de contract.diſput.3.queſt 6.pun.6.§.vnico,num.5.& q.8.pun.4.nu. 33. Sed ſic vera non eſt recedendum à priori ſententia, quoniam huiuſmodi bona adeò dicuntur eccleſiaſtica, vt ea clericus non poſſit vendere ſaltem, donec fuerit prouiſus de competenti beneficio,& potiuntur omnibus priuilegijs, quibus gaudent bona eccleſiaſtica. D. Cæſar.

d Fuerint.Adde Coriolan.hic limitat. 4. Carol.de Graſſ. de effect. cler. effect.3. num.272. Azor.par.1.inſtit. moral.lib.5.cap.13. quæſt. 1. Mart. de iuriſd. par.4. caſu 11. num.38. & ſeq. Alter.lib.5.de cenſur.diſp.19 cap.6.colum.3. & diſputat.16.colum.10. dub.6. & Filliuc.tom. 1. qq.moral tract.16.cap. 11. quæſt.2. num.294. Eſt tamen verum,quòd hanc concluſionem, quidam limitant non habere locum, quando huiuſmodi onera ex pacto partium pacto præfatis bonis impoſita eſſent antequam in eccleſiaſticos, ſeu in Eccleſias transferentur: quoniam tunc bona vendita, & donata Eccleſijs, & eccleſiaſticis perſonis, aut quouis alio titulo in eos translata, ſunt affecta oneribus illis, & cum eis tranſeunt in Eccleſias, & in Eccleſiaſticas perſonas,vt habetur ex Alter. d. dubio 6.ad finem,Reginal lib.9.ſuæ prax. nu. 280, & Filliuc.loco citato, num.298. Oldrad. conſ. 169.& Carol. de Graſſ. de effect. cler. effect.3. num.255.& aliis. D.Cæſar.

e Sint. Hanc eandem ſententiam tenet Molin.tom.3.de iuſt.& iur.tract.2. diſp.672. Suar. contra Reg. Angliæ,cap.20. Azor. par.3. inſtit. moral.lib.5.cap.19.quæſt.8.Malder.in 2.2.tract. 5.cap.6.dub.9. Laym.an. in Theol. moral. lib.4. tract.9.c.6.num.5. Proſper. de Auguſt. in additionibus ad Quarant. verſ. Vectigal, Souſa in Bull. Cœnæ, cap.19.diſput.92.num.5.Turrian. tom.2.in 2.2. diſput. 44. dub.4. num.13. Megal. par.2.lib.2. cap. 17. quæſt.6. num.98. & 103. & Molfeſ.in ſum.tom.2.tract.12.c.22.n.167.& 168. D. Cæſar.

f Statuat. Adde Alter. hic diſput. 16. cap. 5. dub 6.& Bonac.hoc eodem loco diſput.1.q.19. pun.3.§.1.ſub num.18. in verſ.Secus dici poteſt. Abb. Alex.

g Collectarum. Adde Coriolan.hic limitat.2. Alter.hoc eodem loco diſput. 19. cap.6. dub.2. circa fin.& Carol.de Graſſ de effect.cler.effect. 3.num.288.& ſeq. vbi nonnullas coniecturas affert ad cognoſcendum donationem in collectarum fraudem factam. D.Cæſar.

An imponentes,& exigentes dictas collectas à clericis qui habitum clericalem aſſumpſerunt in fraudem collectarum, & ſine vlla intentione clericandi,incidant in excõmunicationem noſtri canonis. Q.7.

SVMMARIVM.

1 *Clericus,vt beneficio fori gaudeat. quæ requirantur.*

2 *Clericalem habitum aſſumentes in fraudem collectarũ, ſi ipſum,ac tonſuram deferant,& ſeruiant in Diuinis eorum immunitate gaudent: etiam ſi animum non habeant perſeuerandi in clericatu.*

3 *Beneficium ſimplex, cui ſacer ordo non eſt annexus ſi quis recipiat,animo illud ad tempus retinendi, & eius fructibus fruendi, & demum, illo renunciato,ad coniugalem vitam tranſeundi ſi habitum, & tonſuram deferat,& ſeruiat in diuinis,nõ peccat, nec ad fructuũ perceptorum reſtitutionem tenetur.*

4 *Clericalem habitum ſuſcipientes ſine vlla intentione clericandi non gaudent immunitate eccleſiæ. Idem dicendum eſt.ſi quis prima tonſura ſit initiatus, & non ſeruiat in diuinis.*

5 *Scholarium priuilegio non gaudet,qui eſt in matricula, & ſcholam non intrat nec ſtudet.*

6 *Beneficium parochiale obtinens,abſque animo aſſumendi intra annũ Sacerdotium,tenetur ad fructuum perceptorum reſtitutionem.*

7 *Beneficium ſimplex obtinens ſi habeat ordinem ſacrum annexum debet habere animum aſſumendi ordinem illum, alias mortaliter peccat.*

IN hac re Proſper de Auguſt.in add. ad Steph. Quarant.in ſum.Bull.in ver. Vectigal, lim. 1. ait, quòd immunitate collectarum non gaudet clerici aſſumentes habitum clericalem ſine vlla intentione clericandi.

Ad quod allegat tex.in l.qui ſub prætextu,C. de ſacr.eccl.vbi Gloſ.caſum figurat in laico,qui fecit ſe eligi io canonicum S.Petri,vt euitet munera laicorum: & reſpondet ex illo tex. quòd non euitabit.

Ad idem facit tex.in c.commiſſa,§.cæterum, de elect.in ſexto. Vbi habetur,quòd obtinẽs beneficium parochiale abſque animo aſſumendi Sacerdotij Ordinem infra annum, iuxta tex. in c.licèt canon,eod.tit.tenetur fructus reſtituere & rationem aſſignat ille tex.ſic inquiens: *Cum eos receperis fraudulenter.*

Hoc ipſum de beneficio ſimplici dici poſſe tenet Rebuff.in ſua prax.benef.tit. de nõ prom. intra ann.nu 83.dum ait, quòd accipiens beneficium ſimplex fraudulenter animo fruendi ad tempus illius fructibus, & non aſcendendi ad Ordines ſacros, ſed relinquendi ſtatutum clericalẽ,ac tranſeundi ad matrimoniũ,tenetur ad fructuũ perceptorum reſtitutionem: quia licèt tex.in d. §. Cæterum, præcipiens hanc reſtitutionẽ,loquatur de beneficio parochiali: tamen ratio in tex.tradita,quæ eſt fraudulenta fructuũ perceptio,militat etiam in beneficio ſimplici. Ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro,vt aſſumens habitum clericalem animo non perſeuerandi in clericatu, ſed in fraudem collectarum, ab eis non efficiatur immunis, & perceptas teneatur reſtituere.

Denique Confirmari poteſt hæc ſententia ex 1 Conc. Trid.ſeſſ.22.de reform.c.6.vbi ad hoc,vt clericus beneficio fori gaudeat, Concil. exigit, vt non ſolùm habitum,& tonſuram deferat: verum etiam,vt in Diuinis inſeruiens quaſi in via ad maiores Ordines ſuſcipiendos verſetur. At qui clericalem habitum aſſumit ſine vlla intentione clericandi, ſed tantùm in fraudem collectarum,proculdubio is non dicitur quaſi in via verſari ad maiores Ordines ſuſcipiendos: atque adeò non gaudet priuilegio clericorum quoad ſolum.& tãto minùs quoad immunitatem collectarum:quoniam vt infra ſuo loco,Deo duce, dice-

dicemus, ſunt aliqui clerici, qui licèt gaudeant priuilegio fori, à collectis tamen nõ ſunt exempti. Quod ſi huiuſmodi clerici aſſumentes habitum clericalem abſque intentione clericandi nõ gaudent in immunitate collectarum: ergo imponentes, & exigentes ab eis collectas, & alia ſimilia onera, non incidunt in excommunicationem noſtri canonis.

2 Hiſ tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam arbitror de iure veriorem eſſe; atque
a ideo aſſumentes habitum clericalem, dummodo prima tonſura initientur, & ſeruiant in Di-
b uinis, licèt intentionem non habeant perſeuerandi in clericatu; ſed habitum ipſum aſſumpſerint in fraudem collectarum; nihilominus earũ immunitate gaudent, & imponentes, ac exigentes ab eis collectas ipſas, incidunt in excommunicationem noſtri canonis.

Probatur: quoniam huiuſmodi clerici cum habitum ſuſcipiunt, & tonſurantur, vere characterem ſuſcipiunt, & in clericos ordinantur, iuxta ea, quæ ex communi Canoniſtarum ſententia ſupra diximus can. 15. q. 3. eo quòd etſi in fraudem collectarum faciant ſe ordinari, non habentes animum clericandi, ſeu permanendi in clericatu, nihilominus non ordinantur inuiti, ſed volentes: ar. tex. in 6. maiores, 6. item quæritur, de Bapt. & c. merito, 15. q. 1. & latè Syl. in ſum. in ver. Ordo. 4. q. 1. Sic igitur, ſic ordinati verè clerici ſunt, & verè dicuntur perſonæ eccleſiaſticæ: ergo imponentes, & exigentes ab eis ſupradicta onera, in prædictam cenſuram proculdubio incidunt; nam vi noſtri canonis ſimpliciter excommunicantur imponentes, & exigentes à clericis, & aliis perſonis eccleſiaſticis collectas, decimas taleas, &c.

Confirmatur: quia recipiens, aut retinens be-
3 neficium ſimplex, cui ſacer ordo non eſt annexus, animo illud ad tempus retinendi, & eius fructibus fruendi, & demum illo renunciato, ad ſæcularem, & coniugalem vitam tranſeundi, ſi eo animo accipiat, vel retineat, vt velit ei ſufficienter inſeruire, donec illud mutato ſtatu, deſerat, ſecundum ſententiam magis probabilẽ, non peccat mortaliter, nec ad fructuum perceptorum reſtitutionem compellitur: vt bene probat Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 45. in fine. Ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, vt aſſumentes habitum clericalem in fraudem dumtaxat collectarum, & non animo clericandi, ideſt perpetuò permanendi in clericatu, aut abſque vlla intentione ſuſcipiendi maiores Ordines, ſi re vera Eccleſiæ inſeruiant, gaudere debeant immunitate collectarum, & imponentes, ac exigentes illas ab eis dum in clericatu permanent, prædictam excommunicationem contrahunt.

Reſtat modò, vt ad argumenta reſpondeamus.

4 AD primum dicimus, quòd ſi prædicti, de quibus loquitur ipſe Proſper, habitum, tãtùm clericalem aſſumpſerint, ſine vlla intentione clericandi, concedimus eos non gaudere immunitate collectarum: quoniam iſti nomine tantùm ſunt clerici, non autem re: & ita loquitur tex. in d. l. qui ſub prætextu, C. de ſacr. Eccl. Et idem puto dicendum, ſi prima fuerint tonſura ordinati, & nullo modo ſeruiãt in Diuinis: quoniam, vt inquit Bar. in d. l. qui ſub prætextu, qui officium Diuinum ſolo nomine exercet, priuilegio clericorum non gaudet: ſicut ille, qui eſt in matricula ſcholarium, & ſcholam non intrat,
5 nec ſtudet, non debet gaudere priuilegio ſcholarium: & exiſtens in matricula alicuius artis, ſi non exercet illam, non gaudet priuilegio illius artis. Ad quod allegat tex. in l. 1. C. de colleg. lib. 11. quæ idem diſponit per eãdem verba, quod præcedens, paulò ſuperius allegata, & l. ſemper, §. pen. ff. de iur. immun. Secus autem dicendum eſt, ſi prædicti clerici habitum, & tonſuram deferant, & ſeruiant in Diuinis: quoniam eſtò quòd intentionem non habeant ſuſcipiendi maiores ordines, nec permanendi perpetuò in clericatu, ſed tantùm, vt collectarum immunitate gaudeant, ab huiuſmodi oneribus, nihilominus ſunt exempti? quoniam ſunt formaliter clerici: & non tantùm nomine, ſed re dicuntur tales, cùm non modo habitum aſſumpſerint, & initiati tonſuram deferant, verum etiam ſeruiãt in Diuinis, iuxta formam ſic. Conc. Trid. ſeſſ. 23. de reform. c. 6.

Ad tex. in d. c. commiſſa, §. cæterũ, de elect. in
6 ſexto, reſpondetur, quòd ideo ibi decernitur, vt obtinens beneficium parochiale abſque animo aſſumendi intra annum ſacerdotium teneatur ad fructus reſtitutionem quia huiuſmodi fraus tendit in damnum eccleſiæ, cuius fructus fraudulenter accipit, nõ habita intentione aſſumẽdi ordinis neceſſarij ad miniſterium illius beneficij, quod ſub ea tacita conditione confertur. Vnde per illum tex. damni Eccleſiæ illati ſtatuitur compenſatio, potiſquam pœnæ inflictio: & propterea reſtitutio debetur in foro conſcientiæ, nec deſideratur Iudicis ſententia: vt bene probat Sanchez loco citato, num. 3. cum aliis,
7 quos allegat. Vbi etiam num. 15. cum duobus ſeq. hac eadem ratione probat, obtinentem beneficium ſimplex habens ordinem ſacrum annexum, debere habere animum accipiendi ordinem ſacrum, aliàs peccat mortaliter: ſecus autem, ſi Ordinem Sacrum non habeat annexum: & in hoc diſcrepat à Rebuff. ſupra allegato, quoniam obtinentem huiuſmodi beneficiũ nullum ius obligat ad ſuſcipiendos Ordines Sacros: & ceſſat ratio damni eccleſiæ, ſi ſeruiat in Diuinis, & ſuo muneri ſatisfaciat: ſicut in clericis, de quibus agimus. Et ideo ſicut obtinens beneficium ſimplex, aut acceptans penſionem animo illis fruendi per aliquot annos, & non perpetuò permanendi in clericatu, ſed poſt aliquot tempus tranſeundi ad ſtatum coniugalem ſi ſatisfaciat oneribus, ad quæ beneficium, & pẽſio obligant non tenetur ad fructuum perceptorum reſtitutionem, ſed eorum dominium legitimè comparat: ita dicendum eſt de clerico aſſumente clericalem habitum non animo perpetuò clericandi, ſed per aliquod tempus gaudendi immunitate collectarum, ſi re vera eccleſiæ inſeruiat, & ſuo muneri ſatisfaciat, gaudet immunitate collectarum, & ad earum ſolutionem non tenetur.

Idem militat, ſi animum habeat perpetuò manendi in clericatu, ſed non ſuſcipiendi Sacros

Or-

Ordines. Nam Concilium Trid. quòd ſupra in contrarium adduximus, ſi rectè perpendatur, tria tantum exigit, ad hoc, vt clericus, qui beneficium non habet, potiri poſſit priuilegio fori: nempe quòd habitum clericalem deferat, tonſuram habeat, & quòd ſeruiat in Diuinis: intentionem autem ſuſcipiendi maiores Ordines nõ præcipit in clerico: ſed ſeruitiũ, per quod clericus ipſe dicatur, quaſi verſari in via ad maiores Ordines ſuſcipiendos. Vnde illa Conc. verba: *Quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiẽdos verſetur*, denotant intentionem non ſuſcipientis ordinem; ſed ipſius operis: ſicut ſupra can. 15. q. 19. circa prin. diximus de ſtatuto contra libertatem eccleſiaſticam, in quo attenditur intentio, non ſtatuentis; ſed intentio ipſius operis.

ADDITIO.

a Contrariam. Hanc eandèm ſententiam ſequitur Diana de immun. eccleſiaſt. reſol 43. cõtra Coriolan. hoc loco excomm. 18. & Proſper. de Auguſt. in addit. ad Quarant. verb. Vectigal. Abb. Alex.

b Diuinis. Eandem limitationem affert. Reginal. lib. 9. ſuæ prax. c. 25. num. 376. Notando tertio, Suar. lib. 4. de immun. c. 26. num. 14. Coriolan. hìc verſ. Quam amplia, Azor. p. 3. inſtit. moral. lib. 5. c. 19 q. 6 Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. c. 11. num. 298. Homob. de exam. eccleſ. p. 1. tract. 7. c. 29. q. 120. Laymàn. in Theol. mor. lib. 4 tract. 9. c. 6. num. 3. Coriolan. in explic. bull. Cœnæ excomm. 18. Barboſ. in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 49. c. 7. num. 7. Ceual. tract. de cognit. per viam violentiæ in proemio c. 7. num. 22. Molfeſ. in ſumm Theol. tom. 1 tract. 6. c. 10. nu. 65. & tom. 2. tract. 12. c. 22. num. 162. & alij dicentes, quòd Clericus ſi non ſeruat requiſita Concilij Trid. non poteſt dici exemptus à tributis, atque ideo, vt hac immunitate gaudeat debet incedere in habitu, & tonſura, & ſeruire in Diuinis. Quæ quidem ſententia licèt ſit probabilis, cum talis Clericus non gaudeat priuilegio fori; nihilominus oppoſita ſententia nobis videtur probabilior, quà docet Leſſ. lib. 2. de iuſt. & iur. cap. 33. dub. 5. num. 38. Molin. eod. tract. tom. 3. tract. 2. diſp. 270. num. 5. Malder. in 2. 2. tract. 5. c. 6. dub. 8. Garzias de Benefic. tom. 1. c. 3. p. 2. n. 5. Bonac. in explic. huius canon. diſp. 1. q. 19. pun. 3. num. 3. & P. Diana de immun. eccleſiaſt. reſol. 36. dum volunt Clericos etiam ſi requiſita per Concil. Trid. non ſeruent gaudere immunitate à tributis, & talleis: ſiquidem Concilium Trid. tollit Clericis non deferentibus habitum, & tonſuram, & non ſeruientibus in Diuinis priuilegium tantùm fori, non autem alia priuilegia eccleſiaſticis conceſſa. Et ita declaraſſe Sacram Cardinalium Congregationem teſtatur Comitulus in reſponſ moral. lib. 6. q. 20. cuius determinationem refert de verbo ad verbum contentam in vna Epiſtola adſui conſultationem ſcripta ad eundem P. Comitulum his verbis. *Molto Reuerendo P. ſono ſtate altre volte conſiderate, e riſoluti nella Congregatione del Concilio li dubbij, che mi ſcriue la R. V. Quanto al primo è ſtato deciſo, che chi non hà beneficio, o non camina con habito, e tonſura, ſenz' altra ammonitione viene eſcluſo dal priuilegio del foro. Quanto al ſecondo, la Congregatione dice, che i Chierici mancando nelle coſe contenute nel capitolo ſexto ſeſſ. 23. non godono del priuilegio del foro, ma non per queſto s'intendono priuati del priuilegio del canone ſi quis ſuadente Diabolo. Da queſta ne ſiegue la riſolutione al terzo queſito, perche non togliendo il Concilio ſi non il priuilegio del foro tutti quell'altri priuilegij, che competono à Chierici rimangono nella diſpoſitione della raggione commune, con che imaginandomi, &c. Di Roma il dì 22. Agoſto 1581. Di V. R. come fratello Carissimo. Antonio Cardinal Carraſa.* Quàm quidem ſententiam veram putat Bonac. loco citato, niſi Clericus ter monitus, vt ordinata per Concilium adimpleat ad huc in contumacia perſeuerat. Ex dictis igitur infertur falſam eſſe ſententiam eorum, qui negant ſimpliciter clericos tonſura tantum initiatos eſſe a tributorum ſolutione immunes. Imò corruptela eſt conſuetudo, quam quidam dicunt eſſe in aliquibus Regnis, quòd clerici in Minoribus conſtituti ab huiuſmodi tributis nõ ſunt exempti, niſi actu beneficium habeant, &c. id vigore d. conſuetudinis ſcitæ, & approbatæ à R. Pontifice, de qua Vaſquez de reſtit. c. 6. nu. 33. & alij. Sed hanc conſuetudinem meritò reijcit Garz. de benefic. tom. 1. p. 2. c. 3. à num. 1. vſque ad 10. & Megal. p. 2. lib. 2. c. 17. q. 6. num. 101. ſiquidem contra immunitatem Eccleſiaſticam cum ſit de iure naturali, & Diuino non poteſt induci conſuetudo, vnde ſi ipſis Regnis per priuilegia expreſſa, vel ſaltem per expreſſam approbationem talis conſuetudinis à R. Pontifice id fuerit indultum, derogando bullæ cœnæ prædicta conſuetudo eſt nullius momenti, cum quolibet anno reuocetur. Pro hac eadem opinione vide Salas de legib. q. 96. tract. 14. ſect. 15. num. 121. Bobadil. in Polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. num. 263. & 283. Io. de Hevia in tract. de commerc. lib. 1. c. 14. num. 9. Flores de Mena lib. 2. q. 41. num. 199. Fælician. de cenſur. lib. 2. c. vlt. nu. 13. Giron. de gabel. p. 7. num. 7. & Turrian. in 2. 2. tom. 2. diſp. 44. dub. 4. n. 12. Abb. Alex.

An imponentes, & exigentes collectas, ſeu gabellas à clericis negotiatoribus, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Lex ſimpliciter loquens, ſimpliciter eſt intelligenda, & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

2 *Collectas imponentes, & exigentes à clericis excommunicatis, ſuſpenſis, interdictis relegatis alicubi, ac etiam verbo depoſitis, incidunt in excommunicationem huius canonis.*

3 *Clerici negotiatores, pro rebus ſuæ negotiationis, non gaudent immunitate Eccleſiaſtica, & propterea tenentur gabellas ſoluere, & alia onera ſubire.*

4 *Clerici negotiatores, tenentur ſeruare ſtatuta laicorum*

rum loci, vbi negociantur, ac quantum ad negociationem pertinet, iure communi laicorum vti debent; & occaſione mercaturæ conueniri poſſunt coram Iudice mercatorum.

5 *Negociatio Eccleſiaſticis interdicta eſt, tanquam maximè indecens perſonæ, ac dignitati eccleſiaſticæ.*

6 *Negociatorum periculum, quàm ſit magnũ, probatur.*

7 *Negociatores clerici variis pœnis afficiuntur, & bona eorum ex illicita negociatione quæſita ſub ſpoliorum nomine veniunt, & ad hæredes non tranſmittuntur.*

8 *Collectas, & alia onera tenentur Eccleſiaſtici negociatores ſoluere, ſiue per ſe negocientur, ſiue per alios.*

9 *Negociatores clerici tenentur ad ſolutionem gabellarum pro rebus, quæ negociando emunt, aut vendunt, etiam trina monitione non præcedente: ſecus autem pro bonis Eccleſiæ, aut propriis: quoniam ad ſolutionem tributorum pro illis non tenentur, niſi trina monitio præceſſerit.*

10 *Negociatio non eſt interdicta clericis prima tonſura tãtùm initiatis: vel etiam ad minores ordines promotis: nam bi quoad hoc, tanquam laici reputantur: ſed illis ſolùm negociatio interdicitur, qui ſunt in ordine ſacro, vel beneficiati.*

11 *Negociatores clerici prima tonſura initiati, & ad minores promoti non tenentur ſoluere collectas, quoad bona eccleſiæ, & propria, ſed tantùm de ijs, quæ negociando emerint ac vendiderint.*

12 *Negociatores clerici beneficiati, aut in ſacris conſtituti, tunc tenentur ad collectas, & alia onera, quando non vnam, ſed plures negociationes exercuerint: atque adeò quando ſunt propriè, & non impropriè negociatores.*

13 *Vſus loquendi in quacunque materia, ſemper præfertur proprio ſignificatui verborum, ſiue illud proprium ſignificatum eliciatur ex definitione, ſiue ex etymologia, ſiue iuris authoritate.*

14 *Negociatio propria, quæ dicitur, & quæ impropria.*

15 *Negociatio aliqua, et ſi impropria, eccleſiaſticis aliquãdo interdicitur.*

16 *Negociatio, quibus caſibus clericis permittatur.*

17 *Negociatio in multis caſibus clericis permittitur, etiam rerum, quæ emptæ carius venduntur.*

18 *Clerici excommunicati, interdicti, ſuſpenſi, verbo depoſiti, ac Relegati, non priuantur de iure eorum priuilegijs, & ſignanter immunitate collectarum.*

IN hac re videtur prima facie dicẽdum, quòd imponentes, & exigentes hæc, & ſimilia onera à clericis negociatoribus, incidãt in excommunicationem præſentis canonis.

Probatur, quia in hoc canone ſimpliciter ex-
1 communicantur ij, qui imponant collectas, decimas, taleas, præſtantias, & alia onera clericis, & alijs Eccleſiaſticis perſonis, ac eorum, & Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis, illorum fructibus, reditibus, & prouentibus; nec diſtinguitur de clericis, qui non negociantur, vel negociantur: ergo textus ipſe ſimpliciter, eſt intelligẽdus tàm de clericis negociatoribus, quàm de ijs, qui negocia non exercent: atque idcò vi dicti canonis excommunicationis vinculo alligantur imponentes, & exigentes huiuſmodi onera à clericis, ſiue negociatores non ſint, ſiue negociatores, quia quando lex ſimpliciter loquitur, ſimpliciter eſt intelligenda, & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, ar. tex. in l. de pretio, ff. de public. in rem act.

Secundò imponentes, & exigentes collectas à
2 clericis excommunicatis, ſuſpenſis, interdictis, ac etiam verbo depoſitis, procul dubio incidũt in excommunicationem prædictam, ſicut etiã, ſi relegatis alicubi, huiuſmodi onera imponantur. Et id non alia ratione probat Vgol. in explicat. d. can. §. 1. in ver. Quintò afficit: niſi quia Bulla non diſtinguit: ergo eadem ratione collectas imponentes clericis negociatoribus, à cenſura prædicta non excuſantur.

His tamen non obſtantibus, in contrariũ eſt
3 veritas. Probatur: quoniam clerici negocia exercentes pro rebus ſuæ negociationis, non gaudent immunitate eccleſiaſtica: atque ideò tenentur gabellas, & ſimilia onera ſubire: vt habetur ex Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 105. & ibi etiam Dec. num. 272. de conſtitut. & alijs, quos refert, & ſequitur Mart. par. 4. de iuriſdict. caſu 3. num. 2. cum ſeq. Vbi etiam probat, quòd clerici negociatores adeò
4 ſunt immunitate eccleſiaſtica priuati, vt teneantur ſeruare ſtatuta laicorum loci, vbi negociantur, ac quantum ad negociationem pertinet, iure communi laicorum vti debent: & occaſione mercaturę conueniri poſſunt coram Iudice mercatorum.

Ratio autem hæc eſt: quoniam Eccleſiaſticis
5 eſt interdicta negociatio, tanquam maximè indecens perſonæ, ac dignitati Eccleſiaſticæ: vt patet, d. 88. per totam. Hinc ait ibi relatus D. Hieronym. à Gratia: in cap. negociatorem: clericum negociatorem, tanquam peſtem fugien-
6 dum eſſe: Etenim D. Paul inquit 1. ad Tim. 6. *Qui volunt dites fieri, incidunt in laqueum Diaboli.* Et Eccleſ. cap. 26. ſic legitur. *Duæ ſpecies difficiles, & periculoſæ mihi apparuerunt. Difficile exuitur negotians à negligentia in vitandis peccatis: & non iuſtificabitur Caupo a peccatis labiorum,* & c. ſequenti. *Qui quærit locupletari, auertit oculum ſuum. Sicut in medio cõpaginis lapidũ palus figitur, ſic & in medio venditionis anguſtiabitur peccator.* In Pſalm. 70. Similiter, vbi legitur: *Quoniam non cognoui litteraturam, introibo in potentias Domini.* Septuaginta interpretes, loco ly. *Litteraturam* legunt *Negociationes*: vt habetur in c. conſequens 88. d. D. Chryſoſtomus etiam in c. eijciens, eadem, d. ſic ait: *Mercator vnquam Deo placere poteſt, & idèo nullus Chriſtianus debet eſſe mercator, quia ſine mendacio, & periurio eſſe non poteſt.* Et Leon. Papa in cap. qualitas, de pœn. d. 5. denique habetur: quòd inter ementis, & vendentis commercium difficilè eſt non interuenire peccatum.

Ex quibus patet, quàm periculoſa ſit negocia-
7 tio, & clericis indecens: quibus meritò interdicitur, quippè qui in Dei ſortem ſint electi: & illã exercentes, varijs pœnis afficiuntur: vt in c. 1 & c. ſed nec, ne cleric. vel mon. c. vi. de vit. & honeſt. cler. & clement. 1. eod. tit. Et bona eorum ex illicita negociatione quæſita, ſub ſpoliorum nomine veniunt: vt patet ex Bullis Rom. Pontif. relatis à Steph. Quarant. in ſum. Bull. in ver. Spolia: & ad hæredes non tranſmittuntur: ſicut à monacho ex illicita negociatione acquiſita, Monaſterio non acquiruntur.

Quod intelligendum eſt de negociatione illi-
cita, hoc eſt iuri naturali, ſeu Diuino contraria: Secus autem ſi negociatio eſſet licita ſecundum

ſe,ſed illicitâ ratione circũſtantiæ perſonæ,loci, aut temporis:quoniam tunc huiuſmodi bona acquiruntur clericorum hæredibus,ſeu Monaſterio:vt latè probat Nauar.in conſil. 10. de teſtament.in antiq.& conſ.3.in nou. & Molin.de iuſtit.& iur.tom.1.diſput.547.concl.5.

Vndè cùm Eccleſiaſtici negotiatores contra
8 Eccleſiam, & canones, negotiationes eis interdicentes,agant; meritò nõ debent eiuſdem immunitate potiri: atque ideò ad collectas,& tributa tenentur *a*: ar.tex.in c.immunitatem, de immun.eccl. *a*

Quæ quidem vera ſunt non modò ſi per ſe
9 ipſos negotientur, ſed etiam ſi per alios:vt contra Io.Medin.tenet Molin.diſp.342.n.10.de iuſt. & iur.tom.2. Imò in foro conſcientiæ ad ſolutionem gabellarum ſtatim ſunt aſtringũ,etiam nõ præcedente trina monitione, quà negotiatione arceãtur. Quod verum putat Molin.loco citato,n.4.& 5.quoad bona, quæ negotiando vẽdunt,ac permutant: ſecus autem pro bonis eccleſiæ,aut proprijs: quoniam ad ſolutionẽ tributorem pro illis nõ tenentur, niſi trina monitio proceſſerit:vt eſt tex.in c.vl.de vit.&honeſt. cler.Gemin.& Franc.in c.quamquam, de cẽſib. in ſexto,& Proſper de Auguſt.in add.ad Steph. Quarant.in ſum Bull.in ver.Vectigal,lim.vl.cũ alijs ab eo allegatis,licèt contrariũ teneat Lopez inſt.cõſc.p.2.c.4.& Rodriq.in ſũ.p.2.c.75.cõc.9.

Imò,ſi clericus negotiaretur ex bonis eccleſiæ, non amittit immunitatem quoad bona eccleſiaſtica *b*: atque adeò exigentes gabellam ratione huiuſmodi negotiationis,excommunicationem incurrerẽt: vt per Gloſ.in c.fin.ver.ſuis facultatibus: de vit.& honeſt. cler.nam licèt clericus exponens negociationi bona eccleſiæ dicatur malè agere, & conſequenter poſſit à ſuo ſuperiori coerceri;tamen eius delictum nõ præiudicat Eccleſiæ:vt habetur ex Panor.in d.c.fin. n.to.quem refert, & ſequitur Alter.in explicat. huius can.c.6.eol. tt.in verſ. Quartò quæritur. *b*

Vndè hæc,quæ diximus,reſtringimus primò, vt tunc demum imponẽtes collectas, ſeu tributa eccleſiaſticis negotiatoribus, excuſentur ab excommunicatione præſentis canonis, quando cõſtat ab eorum Ordinario ter fuiſſe monitos, & trina monitione non obſtante,in negociando contumaciter adhuc perſeuetare.

Secundò limitatur noſtra concluſio quando
10 collectæ imponuntur clericis negociatoribus, in ſacris conſtitutis, aut beneficiarijs; quoniam ſub prohibitione ſacrorum canonum,ne clerici exerceant negotiationem, comprehenduntur duo clericorũ genera, nempe conſtituti in Ordine ſacro,& clerici beneficiati:clerici verò prima tonſura dũtaxat initiati,aut quatuor minoribus ordinibus inſigniti,quoad hoc,tãquà laici reputantur,& proinde non eſt illis interdicta negociatio.Ita Panor.in c.t:num.12. ne cler.vel monac.Nauar.conſ.3.n.2.de ſucceſſ.ab inteſt. in antiq.& conſ.5.in nou.Rodr.in ſũ.p.2.c.1.cõſ.1. & Proſper de Aug.loco citato,in ver. Secundò aduertimus.Vndè prædicti clerici,quamuis negociatores ſint; gaudent nihilominus immuni-
11 tate tributorum, & collectarum quoad bona eccleſiæ:& propria.Soluere tamẽ iubentur tributum de ijs,quę negociando emerint,ac vẽdiderint:vt probat Molin.d.diſp.342.n.3.in fine; vbi etiam ait,quòd in Luſitania Iudicibus ſæcularibus præcipitur,vt non modò clericos in ſacris conſtitutos, ſed nec beneficiarios, & æquites calcariorũ aureorũ negociari permittant.

Tertiò limitatur,vt prædicta vera ſint,quan-
12 do collectæ imponũtur clericis beneficiarijs, aut in ſacris,qui propriè,& formaliter dicuntur negociatores, ſecus autem,ſi impropriè dicantur tales, quia tunc imponentes eas, & ſi milia onera à dicta excommunicationem non excuſarentur:vt per Doctores ſupra citatos.

Propriè autem negotiatores illi eccleſiaſticĩ
13 dicuntur, qui non vnam negociationem per vnius rei emptionem,& vẽditionem ſed plures negotiationes exercuerint : vt per Gloſ. & ibi Bar.in l.5.§.licèt,in ver.omnes,ff.de tribut.act. Panor.in c.1.ſub n.38.de iudic.licèt,n.37. dicat, quòd vſus loquendi in quacũque materia, ſemper præfertur proprio ſignificatui verborũ,ſiue illud proprium ſignificatum eliciatur ex definitione, ſiue ex etymologia, ſiue iuris authoritate.Anch.Gem.& Frãc.in c.vnico, de vit. & honeſt.cler.in ſexto,Lopez loco cit.cum alijs,quos
14 allegat. Itẽ propriè negotiatio dicitur quotieſcunque res, quæ emitur,in forma integra,qua empta eſt,carius reuenditur *c*:vt alt Chriſoſt.in d.c.eijciẽs 88.d.& Molin.de iuſt.& iur.t.2 d.339. n.4. Secus autẽ ſi res,quæ emitur. per induſtriã cõmutata carius reuendatur:quia hæc nõ dicitur propriè negociatio,& clericis nõ eſt interdicta;vt per eundẽ Molin eod.tr.diſp.342.ſub n.6. *c*

Bene verum eſt,quòd nonnullarum rerũ em-
15 ptio,quæ licèt mutatæ reuenduntur, eccleſiaſticis interdicitur, tanquà ad decentiam eorum ſtatus non pertinẽs. Vndè ſi clericus vuas emat, ex quibus vinum per ſuos miniſtros, ad id conductos,deducendum curet, & vendat,cùm negotiatio huiuſmodi ſit ad inſtar rerũ, quæ emptæ Immunitatæ reuendũtur, clericis prohibita cenſetur. Sic etiam,ſi lanam emat,& per operarios, & artifices conductos pannos conficiens vendat. Item ſi alienos agros conducat, quos per operarios colat, vt fructus inde perceptos vendat *d*. His enim caſibus,clericus dicitur negociator,nõ ſecus,ac is,qui fructus aut alia bona empta carius reuenderet : quapropter ex ijs rebus, quando reuenduntur, gabella debetur, ſicut ſi laici illas reuenderent. Ita Molin. loco citato,n.7 cum alijs,quos ipſe allegat. *d*

Dixi per operarios,quia ſi clericus ſua opera,
16 & artificio ex lana empta pannos contexerit, & reuendat, non arbitror quòd ex hoc dici poſſit negotiator,ſicut ſi aues, vel equos, poſtquà eos ſuo artificio educauerit,reuendat:iuxta ea,quæ dicit Molin.eod.tract.diſp.339.n 4.13. & 14.Dũmodo clericus non ad ditandum illud agat, ſed ad ſe, ſuamque familiam alendam ; nec per talẽ induſtriam à Diuino officio diſtraheretur. Et idem dicendum eſt in ſimilibus caſibus, vbi artificium eſt clericorum conditioni conueniẽs, & non ſordidum : vt habetur ex Proſp. de Aug. loco ſupra allegato in ver.Difficultas verſatur.

Præterea nõ dicitur negociator clericus, qui proprios agros per famulos, & operarios coleret,& fructus venderet,aut beneficij fructus diſtraheret *e*: vel ſi ſal ex proprijs ſalinis per miniſtros conficiendũ curaret, & diſtraheret: & hoc non ſolùm in pondere magno,ſed etiam ad mi-
e

nutum,

nutum, ſiue vinum ſit, ſiue oleum, ſiue vua, ſiue ficus, ſiue aliquid aliud, quod in pōdere numero, & menſura conſiſtit, quoniam cùm talia eccleſiaſtici ex rebus ſuis colligant, illa vendentes, non dicuntur propriè negociari: vt habetur ex Panor. conſ. 6. propè finem p. t. Crau. conſ. 163. n. 3. & alij, quos refert, & ſequitur Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 3. n. 9.

Eſt tamen aduertendum, quòd ex hoc nō infertur, vt clericus poſſit aperire tabernam, & vinum, quod ex poſſeſſione ſua, aut eccleſię colligit, perſonaliter, & per ſeipſum vendere, & ſi poſſit illam etiam in domibus eccleſiæ tenere, & vinum per alium vendere. Gemin. & Franc. in c. vnico de vit. & honeſt. cler. in ſexto. Idem dicendum eſt, ſi Monaſterium in ſuis poſſeſſionibus venam ferri, aut alterius metalli habeat, ex ea ferrum, aut metallum per miniſtros conductos conficiendum curaret, illudque diſtrahat: aut ſi eādem venam emat, & ex ea per ſuos monachos metallum efficiat, & vendat: quoniam id nō eſt negociari, ſed emerre materiam, vt eccleſiaſticorum miniſterio in metallum tranſmutatam diſtrahat.

Non tamē licitum eſſet Monaſterio ex vena
f vt ſupra empta *f*, metallum per alios operarios laicos conflare, illudque vendere, quia id eſſet negociari, & ideo à ſolutione gabellarum nō eſſet exemptum: non ſecus ac ſi quis ſalinas alienas conduceret, & ſal inde confectum venderet: aut ex grege conducto lanam, lac, & caſeum diſtraheret: vt per Syl. in ſum. in ver. excommunicatio, 9 n. 46. in ver. Secundò not. Nau. in ſuo Man. c. 27. num. 128. & alij, quos refert, & ſequitur Molin. in d. diſp. 342. ſub num. 7. Vbi addit, in ver. Ac ſanè: quòd Monaſterium emens venam huiuſmodi, ex qua ferrum Monachorum, induſtria conflaret, vel aquam, ex qua ſal deduceret, teneretur ad ſolutionem tributi, non modò pro vena, & aqua vt ſupra emptis, ſed etiam ex ferro, & ſale confectis, eſtò quòd ſint à ſolutione tributi exempti pro rebus Eccleſiaſticis, & proprijs.

Adde quòd multi ſunt caſus, in quibus nego-
17 ciatio eſt clericis permiſſa etiam rerū, quæ emptæ, immutatæ cariut venduntur. Nam primus caſus eſt, vbi clerici adeò pauperes eſſent, vt ſe ſuāque familiam aliter quā per negociationem prædictam ſuſtentare non poſſent: quoniam tāc negociatio huiuſmodi licita eis eſſet, non modò per alios, ſed etiam per ſeipſos: vt per Imol. in c. fin. ſub num. 13. de vit. & honeſt. cler. & Nau. in Man. c. 25. ſub num. 110. Secundus caſus eſt, ſi clericus res aliquas emeret ad propriæ, aut ſuæ familiæ ſuſtentationē pro victu totius anni, & præter ipſius intentionem, ex eis aliquid ſuperfit: nam tunc poterit illud reuendere, ci-
g tra negociationis notam *g*; quia illa venditio, eſt per accidens, cuius nulla habetur ratio in moralibus, & conſequenter à gabella erit immunis: vt habetur ex Nauar. loco citato. Tertius caſus eſt, quando clericus emit ad proprium, ac ſuorum vſum neceſſaria abſque reuēdendi animo, & deinde illorum pretium accreſcat, ex cuius exceſſu clericus ipſe alliciatur ad eadem diſtrahendum, incendens deinde vilius emere poſſe res ſimiles, poteſt illa reuendere carius, quàm emerit, illudque lucrū conſequi, abſque vlla tributi ſolutione. Ita ex communi omnium opinione tenet Moli. in præallegata diſp. 342. à n. 8. in fin. quoniam attenditur prima deſtinatio, per ea, quæ docet etiā Rodr. tom. 3. qq. Regul. q. 74. ar. 8. ſub 3. con. quem ad hoc refert Proſper de Aug. loco citato, lim. vlt. ver. Tertiò quatenus: in fine.

Reſtat modò, vt ad contraria reſpondeamus.

AD primum dicimus, quòd licèt iſte canon ſimpliciter loquatur, & non diſtinguat: hæc tamen ſimplex, & generalis locutio, intelligenda eſt de imponentibus, & exigentibus gabellas, & alia ſimilia onera à clericis, qui de iure gaudēt immunitate collectarum, & vectigalium: at nos ſupra probauimus, clericos negociatores de iure immunitatem hanc non potiri, nil nouū, ſi diſpoſitio noſtri canonis locum non habent cōtra imponentes, & exigentes prædicta onera à clericis negociatoribus.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd clerici ex-
58 cōmunicati, ſuſpenſi, interdicti, verbo depoſiti, aut relegati, non priuantur de iure eorū priuilegijs, & ſignanter immunitate collectarum; vt probat idem Vgol. in ſuo tract. de cenſur. tab. 1. cap. 13. §. 15 nu. 7. Et propterea, cum iſte canon ſimpliciter loquatur, ſimpliciter eſt intelligendus, ita ut comprehendat imponentes huiuſmodi onera clericis etiam excommunicatis, ſuſpenſis, interdictis, verbo depoſitis, & relegatis, & omnibus alijs Eccleſiaſticis, qui gaudent immunitate collectarum: non tamen eſt intelligēdus de imponentibus, & exigentibus collectas à clericis negociatoribus: quia clerici negociatores prædictam immunitatem de iure non habent.

ADDITIO.

a Tenentur. Et quamuis aliqui velint Clericos negociatores teneri ſoluere tributa, & gabellas etiam ante trinam monitionem, vt per Malder. in 2. 2. tract. 5. c. 6. nu. 9. Portel. in dub. Regular. verb. tributum, num 5. Io. de Heuia tract. de cōmerc. lib. 1. c. 14. num. 14 Proſp. de Aug. in addit. ad Quarant. verb. Vectigal. Turrian. to. 2. in 2. 2. diſp. 44. dub. 4. num. 12. Alter. hic diſp. 19. c. 6. colum. to. q. 3. & alios apud Carol. de Graſ. de effect. Cleric. effect. 3. nu 184. per tex. in c. quamquam de cenſibus, vbi excipiuntur ab immunitate gabellarum Clerici negociatores, nec in eo fit mentio trinæ monitionis; nihilominus probabilis quoque eſt ſententia eorum, qui volunt Clericos negociatores non eo ipſo priuari immunitate tributorum, & gabellarum, ſed ita tamen, ſi præmittatur trina admonitio iuxta per tex. in c. ex literis de vita, & honeſt. Cler. ita Rodriq. in ſum. c 75. num. 11. Lopez in inſtruct. p. 2. c. 41. Reginal. lib. 9. ſuæ prax. num. 379. ad finem, Anton. de Souſa hic cap. 19. diſp. 92. num. 3. ad finē, Pet. Ledeſ. in ſum. to. 2. tract. 17. c. 2. concl. 17. Leſſ. lib. 2. de iuſt. & iur. c. 33. dub. 3. n. 13. Io. de

la Cruz in direct.conſcientiæ p. r. præcep.7. & Molfeſin ſua ſumm, Theol.mor. tomo 2. tract. 12.c.22.nu.373. Imò non deſunt qui velint etiã poſt trinam monitionem clericum negociatorem amittere priuilegium immunitatis quoad bona, quæ negociationis gratia tractat, non autem quoad alia, vt per Alter. loco citato q. 3. contra Carol. de Graſſ. de effect.cleric.effect.3. num.177.D.Cæſar.

b Eccleſiaſtica. Adde Molin.tom.1. de iuſt.& iur.diſp.147.concluſ.5. Ceual. tract. de cognit. per viam violentiæ p.2. q.64. Gutthier. de gabel.lib.7.q.94.& Mart.de iuriſd.p.4.cent.1. caſu 3.n.2.& ſeq.D.Cæſar.

c Reuenditur. Adde Reginal.lib.9.ſuæ prax. num. 379. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect.3. nu.181. Bellet.de exempt.cleric.à muner. §. 1. ad fin. cum alijs, quos allegant. D. Cæſar.

d Vendat. Sic etiam Negociator dicitur clericus, qui gregem conducit, vt ex illo ac, & caſeum conficiat, & vendat, aut equum emit, vt locet illum, vt per Bonac.hic q.19.pun.3.§.3.ſub nu.6.verſ Hinc ſequitur:& ver. Secundò ſequitur. Abb.Alex.

e Diſtraheret. Adde Leſſ lib.2.de iuſt.& iur.c. 21.num 6 Reginal lib.9.ſuæ prax. nu.379. Carol de Graſſ.de effect.cleric. effect.3. num. 181. & Bellet.de exemp. cleric. à muner. §.4. & Bonac.in explic.huius canon.diſp.1.q.19.pun.3. §. 3. n.6.verſ Secus ſi agrum, vbi etiam verſ. Quartò illum idem dicendum eſſe putat de eo, qui animalia emit, illaque in proprijs agris educat, & poſtea grandiora vendit: vel pullos emit, vt grandiores effectos diſtrahat; quoniam id induſtriæ potiùs, quàm negociationis dicitur ſpecies. Abb.Alex.

f Empta. Adde hic Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect.3. num. 108. cum pluribus alijs ab eo allegatis, & Bonac.hoc loco q.19. pun.3. §.3. num.6. In fine, vbi etiam num 8. ex Bald. conſ. 79.lib.2.Rolan.conſ.71.num.22.lib 4.Carol.de Graſſ. effect. 1. num. 257. & Bellet. de exemp. cleric.à muner.§ 6.num.1.teſtatur communem eſſe Doctorum opinionem ſe habentem clericum teneri, oſtendere gabellario res, quas ad ſui vſum defert, licèt ad gabellæ ſolutionem non teneatur. Abb.Alex.

g Notam. Adde hic Reginal lib.9.ſuæ prax. n. 379.Bellet.de exempt.cleric.à muner.§.4. nu 5. Suar.de cenſur.diſp.23.ſect.4 n 21.Molin. tom. 1.de Iuſtit. & iur.diſp.339. & 672 Quarant in ſumm.Bullar.in verb.Vectigal,vers. Tertiò quatenus.D Cæſar.

An imponentes,& exigentes collectas ab Eccleſiaſticis pro bonis, quæ habent pro communi,& in diuiſo cum eorum Patre,& fratribus, incidant in excommunicationem prædictam. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Collectas,& alia onera non tenentur ſoluere Eccleſiaſtici pro rebus, quæ pro communi, & indiuiſo habent cum patre,& fratribus,licet fratres, & Pater pro eorum portione ad illa teneantur; niſi tractetur de re indiuidua.*

1 REſpondetur breuiter affirmatiuè: quoniam licèt pater, & fratres eccleſiaſticorum pro eorum portione teneantur ſoluere collectas; eccleſiaſtici tamen pro eorum parte non tenentur.

a Immò, quando tractatur de materia a indiuidua, nec fratres ipſi, nec Pater, aut alij ſimiles tenentur ad prædicta, vel ſimilia onera pro bonis, quæ habent pro communi, & indiuiſo cum eccleſiaſticis, per tex.in l.ſi communem,& ibi Angel.ff.quem ad ſeruit.amitt.Gloſ.in c.vnico, in ver.eccleſiaſticos, de iur.patr.lib.6 Dec.in auth. caſſa, C.de ſacr.eccl.& alij, quos refert, & ſequitur Mart.de iuriſd. p.4.caſu 12. Adde hic etiam quæ habentur ex Alter.in explicat.huius can. c. 6.col.4.in ver.Secunda dubitatio.

ADDITIO.

a Materia. Contrarium tenet Natta conſ. 280.n.33.& alij apud Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect.3. n.186. & Bonac.in explic. huius canonis diſp.1.q.19. pun.3. §.1. num. 19. motus ex iuris regula, vtile per inutile non vitiatur, & damnum eccleſiaſticis quoad eorum partem non infertur. Non tamen videtur recedendum à priori ſententia, quando bona ſunt indiuidua, quoniam regula illa non habet locum in indiuiduis, vt latè habetur ex Dino,& alijs in explic. d. regulæ in c. vtile, de regul. iuris in 6. Io: Vincentius.

An Domini imponentes, ac exigentes collectas ab Eccleſiaſticis eorum feudatarijs, incidant in excommunicationem noſtri canonis. Q. 10.

SVMMARIVM.

1 *Collectas ſoluere tenentur clerici feudatarij, quotieſcunque agitur de feudis, pro quibus non ſoluitur militare ſeruitium.*

1 REſpondetur negatiuè: quoniam eccleſiaſtici feudatarij a ad hæc, & ſimilia onera te-

a nentur pro feudis, quæ tenent à Principibus ſecularibus: & eccleſia, quando feudum cõſequitur, tenetur ſeruare, quæ ſeruant alij feudatarij, & ratione feudi efficitur de iuriſdictione Domini: vt benè docet Bal.in l.fin.in fine, C.ſine cenſ. vel reliq. & Hoſt.in ſũ.de immun.eccl.§.à quib.

Quod quidem verum eſſe dicimus in feudis, de quibus non ſoluitur militare ſeruitium; quæ dicuntur excadentialia, ſeu feuda ruſtica, plana, minima, & de tabula. ſecus autem, ſi agatur de feudis, pro quibus præſtatur militare ſeruitium, ſeu adoha, vt ſunt feuda nobilia: quoniam tunc collectæ pro huiuſmodi feudis, non debentur ab eccleſiaſticis feudatarijs, ne duplici videãtur onere pergrauari: vt habetur per Andr. in tit. quæ ſint regal.in ver.Plauſtrum, Afflict.in conſtit.Regni incipit: Diuæ memoriæ, & Mart. de iuriſd.p.4.caſu 10.n.13.

AD-

ADDITIO.

a Feudatarij. Adde hîc Reginald. lib. 9. ſuæ praxis num. 380. & alios, quos refert Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect. 3. numer. 279. & ſeq. & Bonac. hoc loco diſp. 5. q. 9. pun. 3. §. 3. n. 5. Abb. Alex.

An imponentes, & exigentes collectas ab ementibus reditus Eccleſiaſticorum, incidant in excommunicationem huius canonis. Q. 11.

SVMMARIVM

1 *Ementes fructus, ſeu reditus eccleſiaſticorum, non gaudent immunitate collectarum, qua gaudent ipſi eccleſiaſtici, & eorum eccleſiæ.*
2 *Bona quæſita ab eccleſiaſticis, etiamſi prius tributaria erant, ſunt exempta à collectis, & alijs oneribus.*
3 *Mutata perſona, mutatur conditio rei.*
4 *Collectæ principaliter imponuntur perſonis ſubditis, ſecundariò rebus.*
5 *Emptor fructuum eccleſiaſticorum, ſi illos in ciuitatem transferat tenetur ad portam gabellam ſoluere.*

IN hac re videtur prima facie affirmatiuè reſpondendum: atque adeò imponentes, & exigentes collectas ab ementibus reditus eccleſiaſticorum, incidunt in excommunicationem in hoc canone latam. Probatur, quia vi ipſius canonis excommunicantur imponentes collectas, & ſimilia onera ecclaſiaſticorum bonis; illorumque fructibus, reditibus, & prouentibus, & propterea collectarum immunitas eſt annexa rebus eccleſiaſticis: ergo ad quoſcumque transferuntur, tranſeunt cum eadem immunitate: quoniam emptor ſuccedit in vniuerſum ius, quod habebat venditor in re vendita.

His tamen non obſtantibus, in contrarium
1 eſt veritas, nempè, quod ementes reditus, ſeu fructus eccleſiaſticorum, non gaudent immu-
a nitate collectarum a, qua gaudent ipſi eccleſiaſtici, & eorum eccleſiæ. Quam ſententiam tenet Archid. in c. quamquam, de cenſib. in ſexto. Lucas de Pen. in l. 2. col. 11. C. de iure Reip. lib. 11. Probatur hæc ſententia. Primò quoniam fructus bonorum eccleſiaſticorum, & eorum reditus, quando venduntur laicis, non dicuntur amplius eccleſiaſtici, nec perſonarum eccleſiaſticarum, ſed laicorum, nimirum igitur ſi collec-
2 tarum immunitate non gaudent. Secundò bona quæſita Eccleſiaſticis à laicis, etiamſi antea tributaria fuerint, ſunt exempta ab oneribus: eo quòd mutata perſona, mutatur conditio rei, vt ſupra probauimus, q. 6. ſub n. 4. & 5. Ergo è conuerſo dicendum eſt in caſu, de quo agitur, vt reditus eccleſiaſtici, licèt gaudeant immunitate
3 collectarum, nihilominus ſi transferantur in laicos, huiuſmodi immunitatem non potiuntur, quia mutata perſona, mutatur conditio rei. Ter-
4 tiò collectæ principaliter imponuntur perſonis ſubditis, & ſecundariò rebus: vt in l. reſcripto, & l. fin. ff. de muner. & honor. & ſupra diximus in d. q. 6 num. 2. Ergo licitè princeps poteſt exigere collectas à laicis pro fructibus, ſeu reditibus emptis ab Eccleſiaſticis.

Ad contrarium patet reſponſio ex dictis. Etenim
5 fructus, ſeu reditus illi cum peruenerint ad laicos, non ſunt amplius eccleſiaſtici; nimirum igitur ſi nõ gaudent immunitate collectarum, atque adeò ſi horum fructuum emptor illos in ciuitatem transferat tenetur ad portam gabellam ſoluere, iuxta ea, quæ habentur ex Feder. de Sen. conſ 109. Gemin. in c. quamquam, de cenſib. in 6. & Alter. in explic. huius can. cap. 6. col. 6. & 7.

ADDITIO.

a Collectarum. Adde Feder. de Senis conſ. 109. Adde Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect. 3. n. 89. & 91. & Bonac. hîc diſp. 1. q. 19. pun. 3 §. 5. n. 20. contra Boſſium, & alios. Abb. Alex.

An imponentes, & exigentes collectas ab Eccleſiaſticis pro conſtructione viarum, Pontium, murorum Ciuitatis, pro arcendis Prædonibus, pro cuſtodia Vrbis, ratione belli, peſtis, & pro quocunque damno vitando, incidant in dictam excommunicationem. Q. 12.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſticis collectas imponentes, et exigentes pro conſtructione viarum, pontium, pro arcendis latronibus, pro cuſtodia vrbis, ratione belli, &c. ſine licentia Romani Pontificis, incidunt in excommunicationem huius canonis.*
2 *Eccleſiaſtici, quamuis vi directiua ad aliqua onera teneantur, non tamen vi coerciua ad ea ſubeunda compelli poſſunt.*
3 *Collectæ, & alia onera Eccleſiaſticis imponi poſſunt, vbi publica vrget neceſſitas, laicorum facultates non ſuppetunt, & ad Romanum Pontificem facilè non habetur aditus: tunc enim ſatis eſt Ordinarij conſenſus.*
4 *Collectas imponens clericis pro rebus, quas clericis, & laicis ſunt communes, & laicorum bona ad omnes impenſas non ſufficerent: vt eſt ſons &c. Excommunicationem iſtam non contrahit: non tamen ad illas rompelli poſſunt per Iudicem ſæcularem; ſed tantùm per Eccleſiaſticum.*

IN hac re Gloſ. in c. non minus, in ver. Ad releuandas, de immun. eccl. vbi etiam Inn. tenet clericos teneri ad refectionem pontium, & viarum, & eccleſiam ſubire onera extra ordinaria, quæ reſpiciunt pietatem.

Hanc eandem ſententiam ſequitur Anch. in d. c. non minus, Archid. in c. generaliter, §. nouarũ, t. 6. q. t. & cõmunẽ eſſe inter ciuiliſtas, teſtantur Natta conſ. 280. in fine, & Riminal. iun. conſ. 2 n. 10. vol. 1. & alij quãplurimi Doctores, quos refert Mart. de iuriſd. p. 4. caſu 9. & 10. Quòd ſi eccleſia, & eccleſiaſtici de iure tenentur prædicta onera ſubire, Domini temporales imponentes ea, & exigentes ab ipſis eccleſiaſticis, non incidunt in excommunicationem noſtri canonis.

a His tamen non obſtantibus, contrariam a ſen-

1 tentiam arbitror de iure veriorem esse, quã te-
b net Mart. loci citati, cum alijs, quos allegat. b

Nam quamuis Ecclesiastici vi directiua ad
2 aliqua onera teneantur; non tamen vi coerciua ad ea subeunda cõpelli possunt, nisi authoritate Romani Pontificis interueniente: vt est tex. in c. non minus, & c. aduersus, de immun. Eccl. c. 1. & c. quamquam, eod. tit. in sexto, l. placet. C. de sacr. eccl. l. 2. C. de episc. & cleric. Glos. in l. ad instructiones, vbi etiam Bar. eod. tit. de sacros. eccl. & in d. c. generaliter, §. nouarũ; & ibi Lauren. quem ibidem refert Archid. q. 16. num. 1. Panor. in d. c. non minus, cum alijs ad ipsum additis, & latius in conf. 3. vol. 1. & id expresè colligitur ex tenore nostri canonis, in illis verbis: *Absque Romani Pontificis speciali, & expressa licentia.*

Bene verum est, quòd si laicorum facultates
3 non suppetũt pro dictis oneribus supportãdis,
c & subita vrgeat necessitas c, ita ut ad Romanum Pontificem commodè recursus haberi nõ possit, tunc per Episcopum, & Clerum loci, onera prædicta Ecclesiasticis imponi possunt, citra vllam cẽsuræ formidinẽ: vt benè docet Henr. in sum. lib. 19. de Ord. sacr. c. 15. n. 5. vbi plura cumulat cũ alijs ad ipsũ additis, Syl. in sum. in ver. Immunitas 1. q. 5. §. 4. ver. De cõcernentibus: & Mart. in d. casu 10. n. 17. & 18. vbi in his casibus interpretatur procedere contrariam sententiã.

Item prædicta vera sunt, quotiescunque col-
4 lectæ imponuntur clericis propter communẽ populi vtilitatem, & Vrbis ornatum, quia pro his Ecclesiastici non tenentur contribuere, cũ nihil proprium in illis habeant, vt habetur ex Azor. lib. 5. inst. moral. p. 1. c. 13. q. 8. Secus autem, si collectæ imponantur clericis pro rebus,
d quæ clericis, & laicis communes d, & laicorum bona ad omnes impensas non sufficerent: vt cũ est fons, vel puteus in vicinia communis, ubi habitat etiam clericus: aut est pons, via, vel porta, qua exeundum, vel transeundum etiam clericis sit ad proprias res peragendas, quoniam sic imponentes, prædictam excommunicationem nõ contraherent, vt per Nauar. in Man. c. 27. sub n. 115. & Vgol. in explicat præsentis canonis, §. 3. in fine. Quod intelligendũ est iuxta ea, quæ supra annotauimus can. 15. q. 19. illatione septima in ver. Nec obstat, si dicatur: nempe vbi laicorũ bona non suppetunt, & occessitas vrgeat. Non
e tamen e hoc casu possunt Ecclesiastici compelli ad dicta onera subeunda per Iudicem secularem, cum nullam habeat potestatem in clericos, sed adiri debet Iudex Ecclesiasticus, qui super prædictis iustitiam faciat, vt benè declarat idem Mart. ibidem casu 9. nu. 23. & 24. Hanc eandem sententiam tenet Alter. in explicat. huius can. c. 1. col. 2. in fin. ver. si quærat aliquis & col. 3. & 7. vbi latè hanc rem explicat. Quibus adde quoq; quæ idem Alter. eodem loco, pertractat. ver. Respondet. Abb. vbi ex Panor. respondet ad tex. in l. neminem, C. de sacros. Eccles. dicens, non potuisse Imperatorem statuere, Ecclesias non esse immunes à muneribus debitis propter Principis aduentum.

ADDITIO.

a Contratiam. Adde hic Suar. lib. 4. de immun. cap. 26. nu. 14. Alter. hic disput. 19 cap. 1. Mart. de iurisdict. par. 4. centur. 1. casu 1. nu. 52. Anton. de Sousa hoc eodem loco disp. 92. nu. 7. Purpur. cõs. 335. & 485. Decian. cons. 114. n. 50. Carol. de Grass. de effect. cler. effect. 3. n. 230. & seq. cum alijs, quos allegant. D. Cæsar.

b Allegat. Adde Alter. de censur. tom. 1. disput. 19. lib. 6. cap. 6. dub. 8. Homob. de exam. eccles. par. 2. tract. 11. cap. 6. quæst. 9. Salon. tomo 2. in 2. 2. Diui Thomæ quæst. 78. artic. 5. controuers. 5. Ioann. de la Cruz in direct. conscientiæ, par. 1. præcept. 7. quæst. 7. art. 3. dubio 1. conclus. 1. Layman. in Theol. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 6. num. 6. Sousa in Bull. cœnæ cap. 19. disput. 92. nu. 6. & alios apud Dianam de immun. eccles. fiast. resolut. 38. Est tamen verum, quòd contrarium docet Azor. par. 3. instit. moral. lib. 5. cap. 19. quæst. 10. & Salgat. de protect. Regia par. 3. cap. 5. num. 9. & Henriquez in summ. lib. 10. cap. 15. num. 5. Abb. Alexand.

c Necessitas. Adde hic Salon. tom. 2. in 2. 2. Diui Thomæ quæst. 78. artic. 5. controuers. 1. Petr. Ledesma in summ. tom. 2. tract. 7. controuers. 27. Rodriq. in sum. tom. 2. cap. 75. num. 13. Ioann. de la Cruz in direct. conscientiæ, par. 1. præcept. 7. quæst. 7. artic. 3, dub. 1. concluf. 1. Azor. par 3. institut. moral. lib. 5. cap. 19. quæst. 11. Lopez in instruct. par. 2. cap. 40. Alter. de censur. tom. 1. disput. 16. lib. 5. c. 6. dub. 13. & alios dicentes, quòd quando necessitas publica concernit de directo, & principaliter æquè vtilitatem Ecclesiasticorum, & laicorum; tunc debent ecclesiastici contribuere non ad deliberationem solius populi, sed oportet quòd clerus, & Populus simul conueniant, & deliberent: & ponunt exemplum aliqui in expensis, quæ fiunt tempore pestis. Don. Cæsar.

d Communes. Adde, quòd licèt vi coactiua ad hæc non teneantur clerici ex defectu iurisdictionis, tenentur tamen di directiua, etenim qui seosit commodum, par est, vt sentiat onera, vt latè probat Bonac. hic disput. 1. pun. 3. §. 3. à num. 17. vsque in finem. Imò, quando vrget necessitas, & non potest haberi recursus ad Sedem Apostolicam, & laicorum bona satis non essent, tunc concurrenti cleri conuocatione, posset Episcopus clericos compellere ad dicta onera subeunda, vt habetur ex Layman. in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 6. num. 7. Molin. de iustit. & iur. tom. 3. disputat. 672. num. 5. concluf. 3. Tabien. in verb. excommun. 5. casu 18. Sylvest. in summ. in verb. Immunitas q. 5. n. 20. & Bobadil. in Polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. num. 291. Abb. Alex.

e Tamen. Adde hic Anguian. in tract. de legib. tom. 1. lib. 2. controuers. 15. num. 14. & seq. Barthol. à S. Fausto in spec. confess. disp. 33. q. 21. contra Messiam in pragm. taxæ panis, concl. 5. num. 23. & Lasserta de gabell. cap. 19. num 84. Hinc sequitur, quòd quamuis clerici teneantur vi directiua ad reparãdas vias ante domus suas, non tamen possunt per seculares Iudices ad eas reparandas compelli, ex defectu iurisdictionis, vt habetur ex Molin. de iustit. & iur. tom. 3. tractat. 2. disputat. 272. num. 5. sed compelli debent per Iudices ecclesiasticos, sub quorum iurisdi-

iurisdictione sunt, vt rectè Layman. in Theol. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 6. num. 7. Idem dicendum est de clericis, in quorum vineis, & messibus nascuntur gracculi, bruchi, & locustæ: hi enim licèt eorum expensis possint cogi ad huiusmodi animalia capienda, & occidenda, non tamen possunt per sæculares Iudices, sed per proprios Ecclesiasticos compelli, vt rectè docet Molin. loco citato, & Salas de legib. disp. 14. sect. 9. & sect. 11. num. 114. D. Cæsar.

An imponentes, ac exigentes collectas à clericis coniugatis, incidant in excommunicationem nostri canonis. Q. 13.

SVMMARIVM.

1 *Collectas, & alia similia onera clericis coniugatis imponentes, excommunicationem non contrahunt dummodò clerici coniugati sint Latini: secus autem, si Græci.*

2 *Clerici coniugati Latini gaudent tantùm priuilegio fori, & canonis: in reliquis autem se habent, vt laici.*

3 *Clerici non coniugati gaudent immunitate collectarum, etiam si prima tantùm tonsura initiati sunt.*

4 *Exactores collectarum, & aliorum onerum, debent stare iuramento clericorum, vel suorum famulorum, dicentium bona innecta esse eorum propria, nisi personarum qualitas aliter suadeat.*

RESpondetur, quòd imponentes huiusmodi onera clericis coniugatis latinis, non cõ-
1 a prehendũtur sub dispositione nostri canonis a: nam quamuis clerici coniugati Græci, sint à prædictis oneribus immunes: vt per Azor. & alios quos ipse refert lib. 5. inst. moral. par. 1. c. 12. Latini tamen clerici coniugati, non eximũtur: vt est Glos. notabilis in c. vnico, in ver. In cæteris, de cler. cõiug in sexto, Bertach in tract. de Gabel. p. 7 num. 12. Guid. Papa decis. 383. & hanc esse communem opinionem testatur Couar. lib pract. qq. cap 31. Clerici namque latini coniugati gaudent tantùm priuilegio fori, & c.
2 a si quis suadente diabolo. 17. q. 4. vt benè declarat Syl. in ver. Clericus, q. 6. & est tex in d. c. vnico. Imò, ad hoc, vt fori, & canonis priuilegio gaudeant debent tria copulatiuè concurrere. Primò, vt vnicam, & Virginem duxerint. Secundò, vt tonsuram, & vestes clericales deferant, cap. 2. de for. comp. Tertiò, vt alicui Ecclesiæ ab Episcopo deputati inseruiant, iuxta Cõc. Trid. sess. 23. cap 6. quàs conditiones benè declarat Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 46.

Clerici verò, qui coniugati non sint, etiam
3 prima tantũ tonsura initiati ab huiusmodi oneribus sunt exempti: vt ex communi Doctorum sententia docet Couar. pract. quæst. cap. 31. n. 9. quoniam appellatione clericorum in iure continentur clerici primæ tonsuræ, vt per Doctores in c. clerici, de iudic. & est tex. in l. Presbyteros, la prima, C. epis. & cler.

Quod quidem tunc verum esse arbitratur Alter. in explic. huius can. c. 6. col. pen. dub. 10. in ver. De hac etiam dubtatione: si saltem vestimẽta, & tõsuram non dimittant: & iuxta decretum Conc. Trid. sess. 23. cap. 6. iussu Episcopi alicui Ecclesiæ inseruiant, vel beneficium habeant. Etenim valdè graue est laicis, si omnes clerici minorum ordinum, & primæ tonsuræ ab huiusmodi oneribus immunes essent, quamuis, nec vestibus, nec tonsura clerici apparerent, neque alicui Ecclesiastico ministerio vacarent.

b Non sunt tamen clerici primæ tonsuræ b priuãdi hoc priuilegio, si semel tonsuram, & habitum dimiserint, nisi prius tertiò moniti in hanc inciderint contumaciam: iuxta ea, quæ notat Imol. in c. vlt. de vit. & honest. cler. & Panor. in c. Ioannes, num. 4. de cler. coniug.

Hæc Alter. loco citato, vbi etiam col. fin. in ver. De hac quæstione: extendit hoc priuilegiũ
c in clericos excommunicatos c, suspensos, ac interdictos: quoniam censura non priuat clericatu; atque adeò non potest tollere hoc priuilegium, quod personæ concessum est, ratione Ordinis clericalis. Idem dicendum, est de clerico degradato verbaliter; secus autem si realiter esset degradatus: quoniam tunc immunitatem hanc non potiretur.

Illud tamen te monitum te esse volo: quod si
4 controuersia oriatur inter exactores collectarum, & aliorum onerum, & clericos de eorum clericatu, tunc quoniam nimis graue, ac moleſtum esset quoties id accideret, Iudicem adire pro fide clericatus, vel vt testificaretur ipsum
d non negotiari, standum est iuramento d ipsorũ clericorum, vel suorum famulorum, si personarum qualitas aliter non suadeat, vel nisi de contrario fides habeatur in promptu. Ita Glos. in clem. præsenti; ver. Non negõciandi: de censib. & Gemin. in c. quamquam, n. 7. eod. tit. in sexto.

Bene verum est, quòd vbi contingeret Iudicem adiri, tunc si controuersia sit de clericatu, quidam volunt recurrendum esse ad Iudicem Ecclesiasticum: si verò dissentio sit de bonis, an sint clericorum, vel sint negotiationi suppositа, id ad sæcularem Iudicem pertinere. At Cardin. in d. clem. præsenti, n. 9. in ver. sexto quæro: do-
e cet quoad omnia e tale iudicium pertinere solum ad Iudicem ecclesiasticum. Hoc idem tenet Alter. in explicat. huius can. cap. 6. col. 10. quæst. 2. in ver. Glos. in clem. Præsenti.

ADDITIO.

a Canonis. Adde Carol. de Graff. de effect. cler. effect. 3. num. 4. Suar. de immun. lib 4. c. 28 & Couar. pract. qq. c. 31. num 9. D. Cæsar.

b Tonsuræ. Adde Bonac. in explic. huius canonis disp. 1. q. 19 pun. 3 §. 2. num. 1. vbi ait clericum beneficium huius priuilegij non amittere, etiam si habitum non deferat, & tonsuram, nec seruiat in diuinis iuxta decretum Sacri Cõcil. Triden. quoniam decretum illud priuat clericum priuilegio tantùm fori, non autem alijs priuilegijs, & propterea exigitur trina monitio, & in contumacia clerici beneficio eum priuari, quibus adde ea, quæ diximus supra, q. 7. lit. B. Abb. Alex.

c Interdicto. Hanc eandem opinionem sequitur Bonac. in explic. huius canonis disput. 1. q. 19. pun. 3. §. 1. num. 3. Abb. Alex.

d Iuramento. Adde Steph. Quarant. verb. Vectigal, vers. Et quia, Bellet. de exempt. cleric. §. 6.

§ 6. num.1. Carol de Graff.de effect. cleric. effect.3. num.145.& 258.cum alijs, quos allegant, & Bonac. hoc loco disp.1. quæst.19.pun.3. §.3. sub num.10. Abb. Alex.

a Omnia. Adde Roland. conf.71. Bellet. de exem. cleric §.6. num.1. ad finem, & alios, quos refert, & sequitur Carol. de Graff. de effect. cler.effect.1.q.1.num.1268. D. Cæsar.

An imponentes, ac exigentes collectas à famulis clericorum, incidant in prædictam excommunicationem. Q. 14.

SVMMARIVM.

1 *Collectas imponentes famulis clericorum, non incidunt in excommunicationem huius canonis: licèt ab ipsis collectis, & alijs oneribus de iure sint immunes.*

IN hac re videtur prima facie affirmatiuè respondendum esse. Probatur ex his, quæ annotauimus supra can.15.q.8.conc.2. vbi probauimus famulos clericorum gaudere illorū priuilegio, non modò quoad forum, sed etiam quoad onera soluenda: ergo imponentes clericorum famulis collectas, & similia onera, incidunt in excommunicationem huius canonis.

His tamen non obstantibus, in contrarium
1 est veritas. Probatur: quia vi nostri canonis excommunicantur imponentes, & exigentes collectas, & alia onera à clericis, & alijs personis
a Ecclesiasticis: At famuli a clericorum, cùm eos laicos esse supponamus, nullo pacto dici possit Ecclesiastici; quoniam Ecclesiastici dicuntur, vel ratione clericorum Ordinis, vel ratione ingressus in aliquem religiosum Ordinem: vt supra in d.c.15.quæst.3.in prin.annotauimus: ergo imponentes eis supra dicta onera, non contrahunt censuram, in nostro canone contentam.

Ad contrarium respondetur negando consequentiam: nam non valet argumentum, famuli clericorum sunt immunes à collectis, ergo imponentes illis prædicta onera, in prædictam excommunicationem incidunt: quoniam multi sunt laici, qui huiusmodi onera subire non tenentur: vt l.vniuersi, C.de vectigal & tamen, si quis eisdem ea imponeret, censuram hanc non incurreret: quia in hoc canone ecclesiasticis tãtùm prohibetur talis impositio.

ADDITIO.

a Famuli. Adde hìc Filliuc. tom.1.qq.moral. tract.16.nu.302.& Bonac.de censur. Bull. cœn. disp.1.q.19.pun.3.§.1.num.6. vbi etiam num.7. quærit, an coloni Ecclesiarum, seu Ecclesiasticorum gaudeant immunitate à collectis, tributis, alijsque oneribus, & affert quadruplicē sētētiā, & tandē rem ipsum insolutā dimittit, inquiēs rem hanc adhuc Romæ sub ludice esse: & ita etiam pertransijt circa conductores bonorum Ecclesiasticorum. Est tamen verum, quòd licèt aliqui teneant partem negatiuam nempe Osac. decis. Pedam. 83. & 116. & alij affirmatiuam nempè Federic.de Senis conf.3.num.10.in fine, Filliuc. tract.16.cap.11.q.4. nu.302. tom.1. qq.moral. nihilominus pro sententia media est maior Doctorum numerus, nempè, quòd coloni non teneantur simpliciter pro fructibus rerum ecclesiasticarum, sed tantùm pro parte colonica; quia fructus à solo separati non sunt amplius in dominio Ecclesiæ. Ita Surd. cōs.301. n. 85.& 89.lib.3. Menoch.de arbitr.casu 180.n.8.& casu 562.Bellet.de exēp.cler.§.7.n.4 Burs.cōs.25 n.3.& conf.42.n.4. Feder.Senens.conf.111. n.9. Carol.de Graff.de effect. cler. effect.3.num.56. & Alter. hìc disput.19. cap.6. dub.5. cum alijs, quos allegant. Quam sententiam Burs.t. conf. 42. num.15. Anchar. in c. quamquam de censibus, & alij relati à Carol. de Graff. loco citato, num.70.& à Bellet.vbi supra limitant, dummodò ex impositione talium onerum nullam ecclesijs, & ecclesiasticis personis damnum sequitur: alioquin ecclesiæ indirectè grauarentur contra præsentis canonis dispositionem. Et idem dicunt de conductoribus rerum ecclesiasticorum, & Ecclesiarum, Port. consil. 184.num 9. Natta conf.t14.lib.t. Decian.conf. 51.num.4.vol.3.Federic.de Senis d. consil. 111. num.3. Menoch. Bellet. & alij apud Carol.de Graff.de effect.cleric. effect.3. num.71. & 147. Imò quamuis Alter. loco citato dub. 6. Surd. conf 338.num.13.& seq. volum. 3. Filliuc. vbi supra, Casalc.decis.44.nu. 100.vers. 4. Carol. de Graff.d.effect.3.num 77.& 151. Menoch.de arbitr.casu 180.& casu 562.num.21.& alij non eximant à solutione huiusmodi onerum emphyteutas Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum', cum sint sæculares, & onera imponantur personis pro rebus; nihilominus Oddo conf.70.num.6.& 35. Decian. conf.48. Bero. conf. 130. & 131. lib. 1. Natta conf. 114. & alij, quos refert Carol. de Graff.d.effect.3 num.82.& Bonac. loco supra relato sub num.9.in fine, & num.10.id limitant, modò id fiat citra damnum Ecclesiæ, ac Ecclesiasticorum, atque ideo Dominorum directorum; aliàs indirectè grauari censerentur: & propterea aliqui volunt res emphyteufi subiectas minori onere esse grauandas propter canonis onus, aliàs emphyteuta plus cæteris grauarentur. Io. Vincentius.

Ibi (*Exigunt*) An quocunque modo exigentes collectas, & alia onera ab Ecclesiasticis, incidant in excommunicationem nostri canonis. Q.15.

SVMMARIVM.

1 *Collectas ab Ecclesiasticis exigentes, vt excommunicationem contrahant, duo copulatiuè requiruntur. Primò, vt fiat collectarum impositio. Secundò, quod sequatur exactio.*

2 *Exactores indistinctè exigentes collectas, seu pedagia à laicis, & Ecclesiasticis, vbi in impositione collectarum nulla fit mentio Ecclesiasticorum, licèt non contrahant excommunicationem huius canonis, incurrunt tamen excommunicationem in contentam in c.quamquam, de censibus in sexto.*

3 *Exigentes ab Ecclesiasticis gabellas, & similia onera, animo ea restituendi in fine anni, an, & quādo, excusentur?*

Re-

1 REſpondetur ex Viual. in explicatione præſentis canonis, nu. 12. quem refert, & ſequitur Sayr. ibidem lib. 3. Theſ. tom. 1. cap. 22. n. 10. & Vgol. hoc eodem loco in ver. Et diuerſis etiã: num. 8. & 9. quòd ad hoc vt exigentes prædictas collectas ab eccleſiaſticis, dictam cenſuram
a contrahant, duo *a* debent copulatiuè concurrere. Primò, vt impoſitio expreſsè facta ſit, quoad perſonas eccleſiaſticas. Secundò, vt actu fiat exactio.

Probatur ex illis canonis verbis: *Aut ſic impoſita, etiam à ſponte dantibus recipiunt*. Vbi ad incurrendam prædictam excommunicationem S. P. vult, vt ex parte exigentium fiat actualis receptio collectarum: & quòd earũ præcedat impoſitio. Quapropter ad nonnullorum conſolationem, Viual. loco citato, ait, quòd ſi cuſtodes Pontis, fluminis, portus, vel alicuius Ciuitatis portæ petant pedagium, aut aliud ſimile ab eccleſiaſticis tranſeuntibus: vel ipſi eccleſiaſtici tranſeuntes volũtariè, ac gratioſè illis præbeat, ſic accipientes, in prædictam cenſuram non incidunt, ſi huiuſmodi tributa ſpecialiter Eccleſiaſticis non fuerint prius impoſita: quoniam iſte canon duo requirit, nempe, quòd ſint contra illos impoſita: & quòd ſic impoſita, ab eis petantur, aut eiſdem voluntariè dantibus recipiantur.

Beneuerum eſt, quòd vbi in impoſitione col-
2 lectarum nulla facta eſſet mentio clericorum, & exactores indiſtinctè exigerent tám à laicis, quàm à clericis, tunc licèt non contrahant excommunicationem noſtri canonis: incurrunt tamen cenſuram contentam in c. quamquam, de cenſib. in ſexto; quæ cum S. P. non ſit reſeruata, poterit ab ea Epiſcopus, præuia ſatisfactione, abſoluere, iuxta tex. in c. nuper, de ſent. excomm. Ita DD. in d. c. quamquam, Caiet. in ſum. in ver. excommunicatio cap. 39. Nauar. in Man. cap. 27. num. 61. in fine, & in conſ. 6. nu. 8. de cenſib. in nou. & Proſper de Auguſt. in add. ad Steph. Quarant. in ſum. Bull. in ver. Vectigal, limit. vlt. ibi: Vt autem exigentes. Et eò magis, quoniam vi noſtri canonis innouantur tantùm decreta ſuper prædictis edita in Cõcil. general. Quæ autem diſpoſita fuerunt in d. c. quãquam, non fuerunt decreta in Conc. generali; ſed tamen à Bonifacio VIII. & ideò non poteſt dici excommunicationem in eo contentam per dictam innouationem in Bulla cœnæ reſeruari; ſed ipſa remanet in terminis, in quibus reperiebatur ante præſentis canonis editionẽ.

Ex quibus patet, malè forte fuiſſe arbitratum Alter. in hoc canone, cap. 3. col. 2. in ver. Secundò animaduertendum eſt: dum excommunicationem hanc locum ſibi vendicare non ſolùm, quando exactores, & publici Miniſtri exigunt à clericis tallias, & collectas, clericis, & eccleſiaſticis expreſsè impoſitas: ſed etiã ſi extorqueant illas præſtantias, & gabellas, quæ laicis tantùm à Principe impoſitæ erant. Nec Syl. in ſum. in ver. excommunicatio, 9. num. 45. in ver. Hodie tamen: quem allegat pro ſua ſententia id aſſerit. nã non loquitur vbi huiuſmodi onera impoſita ſint tantùm laicis, & non clericis.

Rationem denique, quam affert non militat eodem modo: quoniam magis offenditur eccleſiaſtica libertas, quando huiuſmodi onera imponuntur, & exiguntur ab Eccleſiaſticis, quã ſi imponantur laicis, & exigantur etiam ab Eccleſiaſticis: eo quòd priori caſu immunitas eccleſiaſtica magis contemnitur, cum publicè per legem, & expreſsè eidem derogetur. Et propterea non eſt recedendum à proprietate verborũ noſtri canonis, cuius diſpoſitio cum ſit odioſa, non patitur extenſionem, niſi in caſibus à iure expreſſis, aut quando lex redderetur inutilis, aut clarè conſtaret de mente diſponentis: vt alias diximus.

Et tantò minùs excommunicationem iſtam incurrunt Miniſtri publici, puta cuſtodes Pontis, aut portæ, vel alterius tranſitus, qui recipiãt à clerico ſponte dante pedagium, ſi tale onus non erat ſpecialiter impoſitum perſonis eccleſiaſticis: vt probat idem Alter. hic, d. c. 3. col. 4. ver. tertiò notandum. Vbi etiam ait in ver. quintò notandũ eſt: prohiberi vi noſtri canonis exactiones collectarum, pedagiorum, & aliorum onerum ab eccleſiaſticis, quatenus onera, & tri-
b buta ſunt *b*, non autem vt ſunt ſtipendia operũ, & laborum. Quod quidem explicat exemplo pedagij, quod eſt tributum, & exigitur ratione tranſitus: nam hac ratione interdicitur exigi ab eccleſiaſticis, & exigentes incidunt in cenſuram iſtam, vt contra Nauar. probat ipſe Alter. hoc eodem loco, in ver. quartò notãdum eſt. Quòd ſi quis pro tranſitu fluminis per nauiculam recipiat aliquid taxatum pro naulo, non violat hanc legem, nec excommunicationem contrahit. Idem dicendum eſt de guidagio, quæ eſt gabella impoſita pro ducatu, & oſtenſione itineris.

Illud denique non videtur prætereundum,
3 quod ipſe Alter. inquit hic in ver. Sexto notandum eſt: col. fin. d. cap. 3. nempè non excuſari ab hac excommunicatione, qui exigunt, vel mandant exigi huiuſmodi tributa ab Eccleſiaſticis
c animo reſtituendi, in fine anni *c*, quamuis profiteantur hunc modum cauſa vitandi fraudes publicanorum exigentium gabellas: & ratione hanc eſſe ait, primò, quia cogunt, antea adſoluẽdum, & hoc eſt magnum onus, & incommodum clericis: Secundò, quia nunquam reſtituũt tantundem, vt experientia docet. Quod eſt valdè notandum. Quocirca, qui ſupradicto animo hæc onera à clericis exigunt, ſi volunt effugere huius cenſuræ vinculum, in fine anni curent ipſis clericis reſtituere aliquid amplius ſupra id, quod exegerũt in recompenſationem dicti incommodi, & intereſſe.

ADDITIO.

a Duo. Adde hic Suar. diſp. 23. de cenſur. ſect. 4. num. 22. Tolet lib. 1. ſuæ ſum. cap. 21. ad finem Reginald. lib 9. ſuæ praxis, num. 376. & 381. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 14 cap. 4. q. 10. nu. 62. & Anton. de Souſa hic cap. 19. diſp. 93. num. 4. Et licèt contrarium doceat Alter. hoc eodem loco diſp. 19. cap. 3. colum. 2. verſ. Secundò animaduertendum, dum vult exactores, ſeu publicos Miniſtros excommunicationem noſtri canonis contrahere dum ab eccleſiaſticis extorquent tributa etiam ſi illa laicis tantùm impoſita fuerint, nihilominus Bonac. in explic. huius canon.

canon.diſput.1.q.19.pun.1.num.6.priorem ſententiam dicit eſſe verorem, & communem. Ego autem priorem veram eſſe arbitror,quando nullo pacto impoſita fuerunt tributa, nec laicis,nec clericis,ſed tantùm fuerunt exacta, ſecus autem ſi fuerint impoſita ſaltem laicis,nã tunc exigentes probabiliter eſt dicendum excommunicationem incurrere, cum in hoc canone S. P. videtur velle ſatis eſſe, quòd onera impoſita ſint, nec diſtinguit,an ſint impoſita clericis, vel laicis,& propterea, nec nos diſtinguere debemus. Abb. Alex.

b Sunt. Adde hic Filliuc.tom.1. qq. moral. tract.14.cap.4.quæſt.10.& tract. 16. cap.11.q.2. num. 297. & Suar. de cenſur. diſput. 23. ſect. 4. num.21. D.Cæſar.

c Anni. Adde Bonac.in explic.huius canonis, diſput.1.quæſt.19.pun.1.num.11.qui ita exigentem nõ excuſat,etiam ſi in fine anni aliquid plus reſtituat in compenſationem incommodi,& intereſſe. Sed verior videtur Duard. ſententia dummodò exigentes nõ inuitis clericis id agãt, vel habeant animum aliquid plus reſtituendi in compenſationem incommodi, ſecus autem ſi tempore exactionis talem intentionem non habeant,vt rectè Diana de immun.eccleſiaſt.reſolution. 44. & ita intelligenda eſt opinio Bonac. ibi,qui tamen num.12. putat non contrahere hanc excommunicationem exigẽtes minimam gabellam à clericis, quæ ſubtracta ſatis non eſſet ad committendum lęthalem culpam, & id etiam ſi exigentes habuiſſent animum exigendi maiorem quantitatem ab alijs contra Alter.hoc eodem loco,diſp.19.c.3.ad finem. Abb. Alex.

Ibi (*Etiam à ſponte dantibus*) An exigentes collectas ab Eccleſiaſticis ſponte dantibus, aliquando excuſentur ab excommunicatione huius canonis. Q.16.

SVMMARIVM.

1 *Sponte aliquid dari contingit dupliciter.*
2 *Collectas ſi ſponte ex abſoluta voluntate clerici præſtent earum exactoribus,tunc exactores in excommunicationem non incidunt.*
3 *Quilibet eſt moderator,& arbitrer rei ſuæ.*
4 *Collectas inuitus ſoluere,quos modis quis dicitur.*

1 PRo determinatione huius difficultatis,eſt annot.quòd ſponte aliquid dari contingit dupliciter. Primò modo,quando ex abſoluta,omnimoda, ac omnino libera donandi voluntate tribuitur. Secundò,vbi ſine aliqua ſpeciali violẽtia,aut compulſu propter exactionem datur. Cùm igitur vi præſentis canonis probibeatur 2 ab Eccleſiaſticis perſonis prędicta onera impoſita exigi, etiam à ſponte dãtibus, non eſt intelligendum primò modo de ſponte dantibus, ex abſoluta ſcilicet,& vndequaque eorum libera 3 voluntate donãdi,cum quilibet ſit moderator, & arbitrer rei ſuæ,l.in re mandata,C.mand.Sed intelligitur de ſponte dantibus ſecundò modo, ideſt. etiã ſi nulla vi,aut coactione propter im- 4 poſitionem,& exactionem dẽtur *a*: vt quia cle- *a* ricus rogatus ab exactoribus dictas collectas tãquam debitas ſolueret, eſtò vis nõ adhibeatur. Nam hæc ipſa ſolutio,vis quædam dicitur ſufficiens ad dictam cenſuram incurrendam: vt benè docet Suar. in explicatione præſentis canonis,de cenſur.diſput.21.ſect.2. num. 99. propè finem, cum alijs, quos allegat Proſper de Auguſt. in add.ad Steph. Quarant. in ſum. Bull.in ver. Vectigal,lim.vlt. vbi etiam ait, quòd ſi clerici ad iurgia, & contentiones vitandas aliquid offerant dictis exactoribus,quamuis non requiſiti,adhuc non vltrò, ſed inuiti dicuntur tributa ſoluere.

Adde etiam,quòd ſi controuerſia oriatur inter exactores huiuſmodi,quantumuis iuſtè exigentes, & clericum viatorem de rebus, quæ inuehuntur, an ſcilicet deferantur negotiationis cauſa, vel ne; & an ſint ſuæ,vel alterius, exactor tenetur ſtare nedum clericorum iuramento, ſed etiam ſuorum nunciorum; niſi contrarium in promptu appareret, aut perſonarum mala qualitas iuramentum diſſuaderet;quoniam graue eſt, pro huiuſmodi rebus Iudicem paſſim adire. Ita Gloſ. in clem.præſenti, in ver. Non negociandi,& ibi DD.de cenſib.Roland. conſil. 71. num.34. Nauar. conſ.1. num. 4. de immun. eccleſ.in antiq. & conſ.4. in nou. & nos aliàs diximus. Vndè ſi exactores ſub hoc prætextu Eccleſiaſticos moleſtia afficerent,& ab eis tributa exigerent,non obſtante eorum iuramento,peccaret mortaliter,& ſi ſciẽter,& iniquè exigerẽt, prædictam excommunicationem proculdubio contraherent: vt per Proſper de Auguſt. loco citato.

ADDITIO.

a Dentur. Adde hic Ruin. conſ.219.num.9. lib.1. Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect.3. num.98. & Anton.de Souſa hic cap.19. diſp.93. num.2 D. Cæſar.

Ibi (*Directè, vel indirectè*) Qui dicantur indirectè clericis, collectas imponere, aut impoſitas ab eiſdem exigere. Q.17.

SVMMARIVM.

1 *Indirectè collecta dicuntur imponi Eccleſiaſticis quando nimis pro eis grauantur conſanguinei,aut affines,cũ illis pro communi,& indiuiſo viuentibus.*
2 *Indirectè collecta imponuntur eccleſiaſticis, vbi eorum coloni pro illis immoderatè grauantur.*

REſpondetur, quòd indirectè quis dicitur 1 imponere collectas eccleſiaſticis,aut ab eis impoſitas exigere, quando immoderatas collectas imponit conſanguineis *a*, aut affinibus ec- *a*
cleſiaſticorum,pro communi,& indiuiſo maximè viuentibus:nam tunc ipſi Eccleſiaſtici indirectè dicuntur grauari collectis propter vltam communem, quam cum ſibi coniunctis,& his ſimilibus degunt: eo quòd damnum, vel vtile vnius, eſt damnum, aut emolumentum alterius conſanguinei, aut ſocij communiter viuentis. Sic etiam, ſi quis videns, quòd non poteſt grauare

uare Eccleſiam collectis directè, ruſticos, aut
a colonos ſuos adeò per collectas aggrauat, vt ec-
cleſia ipſa non inueniat, qui ſuas poſſeſſiones
colere velit, propter quod compellitur illas vi-
lius quàm par eſt locare, iſte talis proculdubio
indirectè dicitur imponere collectas Eccleſiæ,
ſeu Eccleſiaſticis perſonis, & conſequenter inci-
dit in excommunicationem huius canonis. Ita
Gloſ. magna in cap. Regni, quod incipit. Item
ſtatuimus, ſub rub. quod cleri, &c. & ſupra la-
tius probauimus ex Azor. lib. 5. inſt. moral. p. 1.
cap. 13. quæſt. 7. & alijs.

ADDITIO.

a Conſanguineis. Adde Menoch. de arbitr.
caſu 562. num. 54. & Carol. de Graſſ. de effect.
cleric. effect. 3. num. 50. 77. & 146. Item indi-
rectè imponitur gabella eccleſiaſticis, ſi gabella
emptoribus ſæcularibus à Principe ſæculari im-
ponatur: quoniam clerici propter onos huiuſ-
modi res ſuas vilius venderent: Siquidem ga-
bella eſt pars pretij, cum in impoſitione iuſti
pretij alicuius rei multæ circumſtantiæ confi-
derantur inter quas eſt onus gabellæ, vt habe-
tur ex Leſſ. lib. 2. de iuſtit. & iur. cap. 33. dub. 8.
num. 68 Molin. eodem tract. tom. 3. tract. 2. diſp.
668. num. 6. Et quod gabella ſit pars pretij ex-
preſsè docet ipſemet Molin. ibidem diſput. 668.
nu. 2. in fine. Malder. in 2. 2. tract 5. cap. 6. dub. 5.
in fine, Bonac. de contract diſput. 2. q. 9. pun. 1.
num. 4. Vaſquez de reſtitut. cap. 6. §. 2. dub. 9.
num. 52. Turrian. tom. 2. in 2. 2. diſput. 46. dub. 8.
num. 9. Laſſert. de decim. vend. cap. 15. num. 19.
Paul. de Caſtro conſ. 433. num. 2. & Molfeſ. to-
mo 2. ſuæ ſum. Theolog. moral. tract. 12. cap. 22.
n. 123. Cùm igitur gabella ſit pars pretij ſemper
inuoluitur in pretio, nec ab illo ſeiungi poteſt,
atque adeò pretium iuſtum alicuius rei dicitur
tàm pretium francum, quàm ipſa gabella: Vnde
cum indirectè hoc caſu eccleſiaſtici gabellam
perſoluant, gabella impoſita emptoribus ſæcu-
laribus eſt contra immunitatem eccleſiaſticam,
& imponentes eam incidunt in excommunica-
tionem huius canonis. Hanc eandem ſenten-
tiam expreſsè docent Menoch. conſ. 136. vol. 2.
Gratian. in diſcep. forenſ. tom. 2. cap. 390. Ricc.
in praxi tom. 2. reſolut. 187. num. 2. & reſol. 283.
Homob. de exam. eccleſiaſt. par. 2. tract. 9. cap. 1.
quæſt. 1. Zerola in praxi Epiſcopali, par. 1. verſ.
gabella, quæſt. 4. vbi teſtatur, quòd nō quibuſdā
Regni partibus videntes Principes non poſſe di-
rectè gabellas exigere à clericis imponūt gabel-
lā ementibus ſericū, vinum, & alia eiuſmodi, ſub
quo velamine indirectum gabellam ab eccle-
ſiaſticis exigunt. Confirmatur, quia de iure cō-
muni ementes à clericis, non tenentur gabellam
ſoluere, ergo ſi ſtatuto id caueatur erit procul-
dubio contra libertatem eccleſiaſticam: quoniā
clericis adimit, quod communi iure eis permiſ-
ſum eſt. Eſt tamen verum, quòd non deſunt,
qui velint huiuſmodi gabellæ impoſitionem
non eſſe contra libertatem eccleſiaſticam nem-
pè Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. n. 99.
Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 6 caſu 562. n. 46.
Valaſc. de iur. emphyt. q. 17. num 15. Molin. de
iuſtit. & iur. tom. 3. diſp. 663. num. 5. & alijs exi-
ſtimantes gabellam non eſſe pretij partem; &
quamuis aliquod damnum prouenit ex ea
clericis id eſt per accidens, quòd in moralibus
non attenditur. Sunt denique alij, qui putant
quòd quando onus gabellæ eſt contractui an-
nexum, vt ſi ſtatuto caueatur pro quolibet do-
lio vini, quod emitur, vel venditur ſoluantur
duo ſolidi: aut onus gabellæ adijcitur actui ſe-
parato ab ipſo contractu, vt ſi ſtatuto caueatur,
vt volēs aſportare dolium vini in Ciuitate, ſol-
uat gabellam, atque adeò gabella imponatur
aſportationi. Primò caſu gabellæ impoſitio eſt
contra libertatem Eccleſiæ; quoniam ratione
talis oneris res cariùs, aut vilius venditur. Se-
cundò verò caſu non eſt contra libertatem Ec-
cleſiaſticam; quoniam pro actu aſportationis
gabella nihil commune habet cum Eccleſiaſti-
cis. Ita Bald. conſ. 31. Roland. à Valle conſ. 65.
num. 18. lib. 4. Riminald. conſ. 724. nu. 49. & 50.
lib. 6. Surd. conſ. 127. nu. 66. & Bellet. de exemp.
cleric. §. 8. num. 2. par. 1. D. Cæſar.

Ibi (*Aut quauis etiam Pontificali*) An Prælati Eccleſiaſtici imponens prædicta onera Eccleſiaſticis ſine licentia S. P. in prædictam cenſuram incidant, etiam ſi Eccleſiaſtica poteſtate id agant. Q. 18.

SVMMARIVM.

1 *Collectas, & ſimilia onera Eccleſiaſticis imponentes, & exigentes, etiam ſi eccleſiaſtica authoritate id agant, in excommunicationem incidunt.*

1 Reſpondetur, quòd ad incurrendam prædictam excommunicationem ſatis eſt, vt qua-
a cunque poteſtate Prælati Eccleſiaſtici a prædicta onera clericis, & alijs perſonis Eccleſiaſticis ſine licentia Romani Pontificis imponāt; quoniam hic canon generaliter loquitur, nec diſtinguit; ergo generaliter, & abſque alia diſtinctione debet intelligi: & eo maximè, quia eadem ratio militat in vtroque caſu: & ideò eadem quoque debet eſſe iuris diſpoſitio: ar. tex. in l. illud, ff. ad l. Aquil.

Hinc Epiſcopus, ſi vt Epiſcopus eſt, & Ordi-
a narius ſuis clericis collectas imponat, & ab eiſdem exigat, proculdubio in excommunicatio-
nem præſentis canonis videtur incidere; non ſe-
cus ac ſi Officialis alicuius Principis temporalis eſſet, & poteſtate laica dicta tributa Eccleſia-
ſticis in vtilitatem eiuſdem Principis imponeret & exigeret: quia in vtroque caſu Epiſcopus ille violaret immunitatem eccleſiaſticam contra huius clauſulæ diſpoſitionem.

ADDITIO.

a Eccleſiaſtici. Adde hic Alter. diſput. 19. c. 4.
circa finem, verſ. Cuiuſcunque ſint, & Bonac.
hoc eodem loco diſput. 5. quæſt. 19. pun. 2. ſub
nu. 8. contra Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16.
cap. 11 quæſt. 3. in fine num. 300. excludentem à
cenſura huius canonis Prælatos Eccleſiaſticos
imponentes tributa clericis authoritate eccle-
ſiaſtica.

fiastica. Sed re vera non est recedendum à priori sententia, quia Prælati Ecclesiastici non minus faciunt contra immunitatem ecclesiasticam, imponêtes tributa clericis, authoritate ecclesiastica, quàm si authoritate laica imponerêt. Abb. Alex.

Ibi (*Innouãtes decreta, &c.*) An vi huius canonis illa etiam censura, quatenus ad successores extenditur ex tex. in cap. aduersus, de immunit. eccl. reseruata sit. Q. 19.

SVMMARIVM.

1 *Collectarum ecclesiasticis impositarum, si successor, impositionem, à suo prædecessore factam, de nouo non exequatur, sed statim cesset, & solum sit in mora restituendi malè exactum à suis prædecessoribus, licèt excommunicationem contrahat, cap. aduersus; nostri cam. tamen non incurrit.*

2 *Successor pro collectis ecclesiasticis impositis à suo prædecessore, non tenetur de suo satisfacere.*

IN hac re videtur prima facie dicendum, censuram d. cap. aduersus, quatenus ad successores extenditur, vi præsentis canonis esse reseruatam.

Probatur: quoniam vt probauimus supra lib. 1. c. 3. q. 3. quotiescunque vi Bullæ aliqua iuta antiqua reuocata, vel per non vsum abrogata innouantur, eorum censuræ reuiuiscunt, vt per prius erant, & reseruantur in ipsa Bulla. Cum igitur in d. c. aduersus, censura lata cõtra imponentes, & exigentes collectas ab ecclesiasticis, extendatur ad successores, etiam intra mensem non satisfacientes, vi innouationis dicti iuris factæ per nostrum canonem, reseruata censetur ipsi R. P. in Bulla cœnæ, sicut excommunicatio lata contra imponentes, & exigentes.

His tamen non obstantibus, contrariam sententiam arbitror de iure veriorem esse, quam 1 tenet Suar. in explic. præsentis canonis, disp. 21. de censur. sect. 2. nu. 100. existimans, quòd si successor non exequatur de nouo impositionê ab alio factam, exactionem continuando, sed statim cesset, & solùm sit in mora restituendi malè exactum à suis prædecessoribus, licèt excommunicationem d. c. aduersus, incurrat; nõ tamen vi nostri canonis est reseruata: quia in eo non fit *a* aliqua mentio de non restituente *a*, sed de imponente, exigente, ac recipiente.

Imò, vt incidat in excommunicationem d. c. 2 aduersus, oportet, vt culpabiliter sit in mora restituendi. Nec cogendus est successor ipse ad restituendum ex propriis bonis, cum ipse non deliquerit, nec aliquid ex bonis ecclesiæ vsurpauerit. Debet enim satisfacere quatenus Guber- *b* nator est, nempè, vel ex cõmunibus bonis *b*, vel faciendo, vt qui bona acceperunt, ea restituant & ideò, si non possit intra mẽsem re ipsa exequi satisfactionem, dummodo quod in se est faciat, non incurrit: quia re vera non peccat. Ita Suar. ibi n. 101. Et Alter. hoc eodem loco, c. 5. col. 4. in ver. Respondeo.

Ad contrarium respondetur, quòd tunc per renouationem iuris antiqui censura in eo contenta reseruatur in Bulla cœnæ, quando per ipsam Bullam statuitur aliquid, quod iure cõmuni præceptum est: at verò in hoc canone nihil dispositum fuit de successore: ergo censura cõtra eum lata in d. c. aduersus, licet reuiuiscat: nõ tamen vi Bullæ reseruatur.

ADDITIO.

a Restituente. Adde hìc Reginald. lib. 9. suæ prax. num. 375. circa finem, Anton. de Sousa hic cap. 19. disput. 94. num. 4. cum alijs relatis à Bonac. hoc eodem loco disp. 1. quæst. 19. pun. 4. num. 4. vbi num. 5. ex hoc infert soluentes collectas, vel onera non affici excommunicatione Bullæ, quia dè his sermo non est in Bulla, & eadem ratione inquit successorem eius, qui gabellam imposuit excommunicatione non affici si intra mensem non satisfacit. Illud autem est adnotandum, quòd licèt Duard. lib. 1. cap. 3. quæst. 3. sub num. 6. ibi reseruata, &c. velit censuras, & pœnas sacrorum canonum, quæ in hoc canone innouantur censeri ob innouationem reseruatas, vt etiam docent Tolet. lib. 1. suæ summ. cap. 30. num. 5. Alter. hìc disput. 19. cap. 5. colum. 5. vers. his omnibus, & Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. num. 303. nihilominus Bonac. loco citato sub num. 8. probabiliter putat innouationem huiusmodi non fortiri reseruationem prædictam, quia innouate canones non est reseruare, vt supra diximus lib. 1. cap. 3. quæst. 3. littera B. Abb. Alex.

b Bonis. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tractat. 16. num. 302. & Bonac. in explicat. huius canonis disputat. 1. quæst. 19. pun. 4. num. 2. & 3. Abb. Alex.

Quibus casibus contrahitur excommunicatio huius canonis, quibus, aut effugitur. Q. 20. & vlt.

SVMMARIVM.

1 *Collectas, taleas, & alia similia onera clericis, & alijs ecclesiasticis imponentes, incidunt in excommunicationem huius canonis, quicunque sint qui imponant, cuiuscunque status, cõditionis, dignitatis, ac gradus; quæcunque onera sint, quæ imponantur; & pro quibuscunque rebus, siue ecclesiæ sint, siue patrimonialia bona Ecclesiasticorum, & antea tributaria, ac pro communi, ac indiuiso, cum alijs, nisi ardmaria sint: & id verum, etiam quoad laicos, nisi collecta ex collectione fructuũ debeantur.*

2 *Collectas, & alia onera Ecclesiasticis imponentes, excommunicationem contrahunt, pro quacunque causa imponant: atque adeò, siue pro constructione viarum, pontium, murorum Ciuitatis, siue pro custodia Vrbis ratione belli, & pestis, siue pro arcendis prædonibus, aut pro quocunque damno vitando. Idem dicendum est, si huiusmodi onera Ecclesiasticis imponantur pro emptione vini, olei &c.*

3 *Collectas, & alia onera imponentes, excommunicationem incurrunt, quacunque authoritate id agant, siue laica, siue Ecclesiastica: & quicunque ecclesiastici*

ſtici ſint, quibus imponantur, ſiue clerici ſimplices, ſiue in dignitate poſiti, Regulares, aut ſeculares, eſto quod animum non habeant perpetuò clericandi: vel excommunicati ſint, ſuſpenſi, interdicti, verbo depoſiti, aut relegati.

4 *Collectas exigentes ab Eccleſiaſticis etiam ſponte eas dantibus, in excommunicationem incidunt: & eandem contrahunt id exequi mandantes, procurantes directè, vel indirectè, ac ipſi executores: & auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes.*

5 *Collectas impoſitas exigi ab eccleſiaſticis ſcientes Magiſtratus, & non impedientes, excommunicationem iſtam incurrunt: ſicut ſucceſſor pro exactis à ſuo prædeceſſore ſi infra menſem non ſatisfecerit, excommunicationem incurrit, cap. aduerſus.*

6 *Collectas, & onera Eccleſiaſticis imponentes, niſi eorum ſequatur exactio cenſuram non contrahunt.*

7 *Collectas imponentes eccleſiaſticis pro bonis eiſdem donatis in fraudem collectarum, excommunicationem non incurrunt.*

8 *Collectas imponentes eccleſiaſticis negociatoribus, eaſdemque ab illis exigentes, an, & quando in excommunicationem incidant?*

9 *Collectas imponentes, & exigentes à clericis eorum feudatarijs, an, & quando excommunicationem incurrant?*

10 *Collectas, & alia onera imponentes, & exigentes ab mentibus reditus Eccleſiaſticorum, ac ipſorum Eccleſiarum, in excommunicationem non incidunt, niſi id agant in fraudem, ſupra id, quod par eſt, grauantes.*

11 *Collectas, & alia onera imponentes clericis coniugatis Latinis, excommunicationem non contrahunt: ſecus, ſi imponant clericis coniugatis Græcis.*

12 *Collectas imponentes famulis clericorum, excommunicationem non incurrunt.*

13 *Collectas imponentes clericis, qui degradati ſunt realiter, aut habitum, & tonſuram non deferunt, non habentes ſacros ordines, nec beneficium, nec ſeruientes in diuinis, in excommunicationem non incidunt.*

14 *Collectas, & onera ordinaria exigentes ab eccleſiaſticis, excommunicationem non alligantur. Idem dicendum eſt de imponentibus, & exigentibus onera, quæ ex ſui natura rem ipſam ſequuntur: aut agitur de rebus, quæ clericis, ac laicis ſunt communes, & laicorum bona ad omnes expenſas ſatis non eſſent.*

15 *Collectas, clericis non impoſitas, exigentes, excommunicationem non contrahunt.*

16 *Collectas eccleſiaſticis imponentes, & exigentes, mediante Romani Pontificis licentia, excommunicationē non incurrunt.*

PRo determinatione huius quæſtionis, ſit vnica Concluſio. Imponentes collectas decimas taleas, præſtantias, & alia onera perſonis eccleſiaſticis, incidunt in excommunicationē huius canonis. Hæc cōcluſio patet ex ipſo canone. 1

Ampliatur primò prædicta concluſio, vt ſit generalis omnes, & quaſcunque perſonas comprehendens cuiuſcunque ordinis ſint, præeminentiæ, conditionis, ſtatus, ac dignitatis: atque ideò excommunicationem hanc contraueniētes contrahunt, ſiue maſculi ſint, ſiue fœminæ: ſiuè clerici, ſiné laici: ſiuè in Pōtificali dignitate ſint conſtituti, vt Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, ac etiam Cardinales, & alij Prælati eccleſiaſtici, ſiuè Imperiali, aut Regali præfulgeāt dignitate, vt ſint Imperatores, & Reges, & quicunque alij Potētatus, vt Principes, Duces, Comites, Barones, Senatores, Conſiliarij, & quicunque Magiſtratus, & Iudices etiam ſi in tēporalibus Eccleſiæ ſubiecti non ſint, vt conſtat ex noſtro canone in illis verbis: *Cuiuſcunque ſint præeminentiæ, &c.*

Secundò ampliatur, vt excommunicatio iſta comprehendat imponentes Eccleſiaſticis onera, quæcunque ſint, & quocunque nomine nūcupentur: atque adeò ſiuè onera perſonalia ſint, ſiuè realia, ſiue miſta, vt ſupra declarauimus, q. 2.

Tertiò ampliatur, vt imponentes prædicta onera Eccleſiaſticis, in prædictam excommunicationem incidāt, pro quibuſcunque rebus imponant: atque adeò ſiuè bona eccleſiaſtica ſint, eorum fructus, reditus, & prouētus, vt patet in illis verbis: *Et eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum, &c.* & latè declarat Vgol. hic, §. 4. & 5. ſiuè bona ſint patrimonialia eccleſiaſticorum, vt ſupra diximus, q. 5. aut eiſdem donata fuerint, vel vendita, q. 6. & hoc, etiam ſi antea tributaria fuerint: vt ibidem, amp. 1. niſi ſint ordinaria, vt infra dicemus. Et denique etiā ſi bona ſint eccleſiaſticorum pro communi, & indiuiſo cum eorum fratribus, & alijs: vt ſupra, q. 9. probauimus: aut quorum ſint tantùm vſufructuarij. Quod eſt verum, etiam in laicis, niſi collectæ ex collectione fructuum debeantur: vt per Andr. de Iſer. in repert. ſuper Conſt. & Cap. Regni in ver. collecta.

Quartò ampliatur, vt ſub dicta cenſura comprehendantur imponentes onera prædicta eccleſiaſticis quacunque ratione, & cauſa imponant: & propterea excommunicationis vinculo alligantur, ſiue huiuſmodi onera imponant pro conſtructione viarum, pontium, murorum Ciuitatis, ſiue pro cuſtodia Vrbis ratione belli, & peſtis: ſiue pro arcēdis prædonibus, aut pro quocunque alio damno vitando. Quod quomodo procedat, ſupra declarauimus, q. 12. Idem dicendū eſt, ſi huiuſmodi onera Eccleſiaſticis imponantur pro emptione vini, carnis, panis, &c. iuxta regulam traditam à Syl. in ſum. in ver. Immunitas 1. ſub n. 22. quem refert, & ſequitur Lopez inſtr. conſc. p. 2. c. 4. q. 9. & Rodriq. in ſummam p. 2. c. 7. concl. 14. Et nouiſſimè Alter. in explicat. huius can. c. 6. col. 5. dubit. tertia, & quarta, in ver. Reſpondeo; & in ver. verb. immunitas. Vbi id ampliat, etiam ſi huiuſmodi aſſiſiæ imponātur pro ſoluendis debitis. Aut ſi conſtituantur pro rebus, quæ ad groſſum venduntur: vt habetur ex additis ad Steph. Quarant. in ſum. Bull. in ver. Vectigal, amp. 4. & 5. vbi amp. 3. habetur etiam, licitum eſſe clericis donare, vel vendere, ſiue totū, ſiue id, quod eis ſupereſſet de immunitate taxata: quoniam hoc ipſum cōmuni hominum vſu receptum eſt. 2

Quintò ampliatur, vt excommunicatio iſta comprehendat imponentes onera prædicta eccleſiaſticis quacunque poteſtate, ac authoritate imponant; laica ſcilicet, aut eccleſiaſtica: vt ſupra diximus, q. 18. 3

Sextò ampliatur, vt cenſuram iſtam contrahant imponentes huiuſmodi onera eccleſiaſticis quicunque ſint, ob illa canonis verba: *Clericis, Prælatis, & aliis perſonis eccleſiaſticis a.* Vndè ſiue ſimplices clerici ſint, ſiue in dignitate conſtituti, ſiue Religionem aliquam ingreſſi *b*, atque

a *es*

b

ideò ſiue Monachi ſint, ſiue clerici, aut canonici regulares, ſiue Equites Melitenſes, Alcantarę, Calatrauæ, & his ſimiles, qui collectarum gaudent immunitate, imponentes illis onera prędicta excommunicationem prædictam incurrũt: vt per Vgol. hoc loco, §. 1. in ver. Quartò excõmunicatio hæc. Idem dicendum eſt, ſi onera iſta imponantur clericis, qui animum non habeant perpetuò clericandi, dummodò habitum, & tõſuram deferant, & ſeruiant in diuinis: vt ſupra annotauimus, q. 7. Aut imponãtur perſonis eccleſiaſticis excommunicatis, ſuſpenſis, interdictis, vel verbaliter depoſitis: quoniam per has pœnas, & ceſuras eccleſiaſtici non amittunt eorum priuilegia: vt habetur ex eodem Vgolin. ibidem, in ver. Quintò afficit, & Alter. eodem loco, c. 6. col. pen. in fine, & col. vlt.

Septimò ampliatur, vt eandem excommunicationem incurrant, hæc onera impoſita ab eccleſiaſticis exigentes, etiam à ſponte dantibus. Quod quomodo procedat ſupra declarauimus quæſt. 16. 4

Octauò ampliatur, vt excommunicatio hæc extendatur etiam contra prædicta exequi mandantes *e*, & procurantes. Et hoc ſiue directè, ſiue indirectè: vt conſtat ex illis canonis verbis: *Nec non qui per ſe, &c.* Vndè imponentes huiuſmodi onera Eccleſiaſticis per ſuos Vicarios, aut Magiſtratus, eademque ab ipſis exigentes per ſuos famulos, aut per eos, quibus ius exigendi locauerunt, aut alio titulo tranſtulerunt, tàm ipſimet exigentes, atque exequentes, quàm ipſi, qui ea exequenda mandariint, in dictam excommunicationem incidunt: vt benè declarat Vgol. hîc, in ver. Nec non, qui per ſe, n. 1. 2. & 3. Vbi etiam num. 4. ob verbum illud: *Vel procurare*: extendit eandem cenſuram in publicos apparitores. qui vulgò Sbirri, nũcupãtur, procurantes, vt onera prædicta præſtentur, aut perſonas eccleſiaſticas retinent, aut pignora accipiunt, aut citant; niſi probabilis huius Bullæ ignorantia illos excuſet. Quomodo autem directè, vel indirectè dicantur hæc fieri, ſupra diximus, q. 17. c

Nonò ampliatur, vt cenſura iſta comprehendat etiam in ſupradictis auxilium *d*, conſilium, vel fauorem præſtantes: vt patet in illis verbis: *Aut in eiſdẽ auxiliũ, &c.* Hoc autẽ contingere poteſt, ſcribendo ſtatutum, & ordinationes huiuſmodi, vel ea dictando, ar. tex. in c. nouerit, ver. Item excommunicamus ſtatuarios, & ſcriptores, de ſent. excom. Item milites præſtando ad illa exigenda, qui exigentes aſſecuant, vias cuſtodiãt, & itinera, oe eccleſiaſtici, exactoribus ignorantibus, immunes habeant, vel indicent eoſdẽ tranſituros: Item conſulendo, hortando, ſuadẽdo, non modo, vt dicta onera Eccleſiaſticis imponantur, ſed quomodo exigantur, & à quibus bonis. Et hoc ſiue conſilium dent imponentibus, & exigentibus, ſiue ipſis Eccleſiaſticis quibus impoſita ſunt, vt ſoluant: niſi in fauorem cedat eccleſiaſticorum ad vitandam eorum vexationẽ, & maius dãnum: vt latè declarat Vgol. hic in ver. Aut in eiſdem, n. 1. & 2. vbi etiam n. 3. probat fautores, dici eos, qui cum poſſint, ac debeant prohibere, ne huiuſmodi onera ab eccleſiaſticis exigantur, non prohibente: ar. tex. in c. quantæ, de ſent. excom. d

Quo circa Domini terrarum, & eorum Iudices, ac Magiſtratus ſcientes hæc ab eccleſiaſticis exigi, & non prohibentes, cum poſſint, proculdubio in excõmunicationem incidũt. Quod valdè notandum eſt: nam Præſides, & Gubernatores locorum ſæpe fingunt hæc ignorare, & ſuam authoritatem interponere nolunt: vt benè declarat Alter. hoc eodem loco, cap. 2. col. 3. 4. & 5. e

Decimò ampliatur: vt Anteceſſores, qui prędicta onera eccleſiaſticis impoſuerũt, & ab eiſdem exegerunt, ſi Eccleſiæ non ſatisfecerint, & in excommunicatione permáſerint donec ſatisfaciant, ſucceſſor ad ſatisfaciendum obligatur: quod ſi intra menſem non præſtiterit, incidit in excommunicationem, quæ habetur in c. aduerſus, de immunitate eccleſ. Non tamen in excommunicationem noſtri canonis: quia in hoc canone non innouatur dicta cenſura, c. aduerſus, quoad ſucceſſorem: vt ſupra probauimus, q. 19. Vbi etiam diximus, quòd ſucceſſores nec dictam cenſuram, c. aduerſus, contrahunt; niſi fuerint in culpa reſtituendi: nec cogendi ſũt de proprijs bonis reſtituere. 5

Vndecimò ampliatur dicta concluſio, vt nec conſuetudo *f* quantumuis præſcripta poſſit tribuere ius, & poteſt item exigendi ab eccleſiaſticis gabellas, pedagia, & alia ſimilia onera: nam licèt conſuetudo poſſit introduci contra laicos, vt teneantur ſoluere pedagia, vt habetur ex Anchar. in c. quamquam, n. 3. de cẽſib. lib. 6. Franc. n. 21. & alijs; tamen conſuetudo huiuſmodi cõtra clericos induci non poteſt, cùm ſit contra ius diuinum: vt in d. c. quamquam, Panor. in c. non minus, num. 17. propè finem, de immun. eccleſ. & alijs, quos refert, & ſequitur Alter. in explic. noſtri can. cap. 6. col. fin. in ver. Reſpondeo dub. 12. f

Sic ampliata limitatur primò dicta cõcluſio, vt intelligenda ſit de decimis, quæ onus quoddam denotant ſuper bonis, vel perſonis eccleſiaſticorum, ſiue ſit pars decima fructuum, & rerum ex artificio, aut ſcientia quæſitorum, ſiue duodecima, ſiue vigeſima; non autem de decimis, prout ſunt pars decima Deo data, diuina conſtitutione debita: quoniam ab huiuſmodi decimis eccleſiaſtici nõ ſunt immunes, niſi ſpeciale priuilegium habeant: vt ſupra declarauimus, quæſt. 2.

Secundò limitatur, vt tunc imponentes prædicta onera eccleſiaſticis incidant in excommunicationem huius canonis, quando ſubſequitur aliqua eorum exactio, alias ſecus: vt ſupra diximus, q. 4. 6

Tertiò limitatur, vt excommunicatio iſta nõ comprehendat imponentes huiuſmodi onera eccleſiaſticis pro rebus eis fraudulẽter, in fraudem collectarum donatis. Quod quomodo verum ſit, ſupra declarauimus, q. 6. 7

Quartò limitatur, vt cenſura hęc non alliget imponentes dicta onera clericis negociatoribus exceptis caſibus ſupra, q. 8. relatis. 8

Quintò limitatur, vt excommunicationẽ hãc non contrahant Principes, & alij Domini imponentes onera iſta eccleſiaſticis eorũ feudatarijs, niſi ipſi eccleſiaſtici feudatarij pro feudis ipſis ſoluant militare ſeruitium, ſeu adoha: vt ſupra annotauimus, q. 10. 9

Sextò limitatur, vt ſub hac cẽſura non includantur

10 dantur exigentes, seu imponentes hæc onera clementibus reditus Ecclesiasticorum, ac ipsorũ Ecclesiarum: nam sic clementes tenentur ad collectas, & similia onera: vt supra probauimus, q. 11. Quod verum esse ibidem diximus, nisi in fraudem supra id, quòd par est grauentur.

Septimò limitatur, vt excommunicationem 11 hanc non contrahant imponentes onera prædicta clericis coniugatis latinis; quoniam etsi clerici coniugati Græci ab huiusmodi oneribus sint immunes; latini tamen non eximuntur: vt supra annotauimus, q. 13.

Octauò limitatur, vt in prædictam excommu 12 nicationem non incidant imponẽtes talia onera famulis clericorum: quia, etsi famuli Ecclesiasticorum à collectis sint immunes sicut eorũ domini, tamen non dicuntur personæ Ecclesiasticæ, vt supra diximus, q. 14.

Nonò limitatur, vt censuram hanc non incur 13 rant imponentes dicta onera Ecclesiasticis, qui priuilegia immunitatis amiserũt, vt sunt degradati realiter: vt in c. degradatio, in fine, de pœn. in sexto: aut hi, qui habitum, & tõsuram non deferunt, non habentes sacros Ordines, aut beneficium, nec seruiunt in diuinis: iuxta ea, quæ habentur ex Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 6.

Decimò limitatur, vt tunc imponentes, vt su- 14 pra, prædictam excommunicationẽ contrahãt, quando imponunt onera extraordinaria ecclesiasticis, & eorum bonis, illaque ab eisdem exigunt: secus autem, si onera ordinaria exigãt, quę bonis annexa habeant antequam ad Ecclesiasticos peruenerint: quoniam ad hæc ecclesiastici tenentur, eum res transeat cum onere suo: vt supra probauimus, q. 6. in ver Bene verum est.

Vndecimò limitatur, vt imponentes onera ecclesiasticis censuram hanc non incurrant, vbi ex sui natura rem ipsam sequũtur, atque ideò ecclesiastici tenentur reficere plateam ante ipsorum domum existentem, & cloacam, quæ per eam transit: quoniam onera hæc rem ipsam sequuntur, & vniuersi ad ea tenentur: vt habetur ex Panor. in c. non minus, n. 16. de immun. eccl. & alij, quos refert, & sequitur Vgol. hoc loco, §. 1. ver. Quartò in excommunicationem. Idem dicendum est de alijs rebus, quæ clericis, & laicis sunt communes, & laicorum bona ad omnes impensas non sufficerẽt. Quod quomodo procedat supra declarauimus, q. 12. propè finem.

Duodecimò limitatur, vt dicta excommunicatio locum non habeat, quotiescunque imponuntur onera de iure canonico permissa; nempè, vt ecclesiastici soluant cathedraticum, charitatiuum subsidium, & his similia: vt in c. conquerente, de offic. ordin. quoniam hi tãtùm sub dispositione nostri canonis comprehenduntur, qui huiusmodi onera imponunt contra iuris canonici prohibitionem. Ita Vgol. hic, §. 4. in ver. Item vbi imponuntur.

Decimotertiò limitatur, vt tunc exigẽtes hu- 15 iusmodi onera ab Ecclesiasticis in hanc censurã incidant, quando prius eisdem imposita fuerũt: vt constat ex illis verbis: *Aut sic impositas &c.* Quo circa, si quis à clericis exigat collectas ipsis non impositas, prædictam excommunicationem nõ contrahit: vt supra diximus, q. 15. Item exigitur, vt hęc exigantur tanquam debita, ad excluden-

g dos fures, & latrones g capientes clericos, & pro eorum redemptione taleas imponentes; iuxta ea, quæ notat Vgol. hic in ver. Et diuersis etiam: num. 6. & 7.

Decimoquartò limitatur, vt excommunica- 16 tio ista contrahatur, quãdo hæc onera ecclesiasticis imponuntur, aut ab eis exiguntur absque Romani Pontificis licẽtia: secus autem, si ipsius licentia concurrat, vt supra annotauimus, q. 3.

ADDITIO.

a Ecclesiasticis. Et cùm Equites S. Iacobi, Alcantarę, & Calatrauæ veras personas Ecclesiasticas dici, fuerit per Duard. probatum supra eanon. 15 quæst. 5. num. 9. & seq. hinc fit, vt Principes imponentes, ac exigentes ab huiusmodi equitibus gabellam incidant in excommunicationem huius canonis, vt rectè docet Garz. de benefic. tom. 1. par. 1. cap. 4. num. 15. Cenedo tractat. de pauper. Religiosa dub. 60. num. 12 & seq. Sanchez in summ. tomo 1. lib. 4. cap. 16. num. 11. Mota de confirm. ordin. Diui Iacobi lib. 2. cap. 2. §. 29. num. 4. & alij. Don Cæsar.

b Ingressi. Et hi siuè Religiosi professi sint, siuè Nouitij: siquidem Nouitij verè sunt de familia Monasterij, & pars communitatis Religionis sunt verè personæ Ecclesiasticæ, & gaudent priuilegio fori, & canonis, vt supra probauit Duard. cap. 15. quæst. 3. num. 2. & denique tributum personale ex communi omnium regionum vsu non soluunt ergo nec collectas soluere coguntur, atque adeò etiam in bonis patrimonialibus sunt exempti. Ita Bonac. de gagell. par. 7. princ. num. 56. Flores de Mena in suis varijs qq. lib. 2. quæst. 21. §. 4. num. 198. Carol. de Grass. de effect. cleric. effect. 3. numero 131. Molin. tomo 3. de iustit. & iur. tractat. 2. disputat. 671. num. 2. Sanchez in sum. tomo 2. lib. 6. cap 10. num. 16. Malder. in 2. 2. tractat. 1. cap. 6. dub. 8. Turrian. 2. 2. tom. 2. disput. 44. dub. 4. num. 12. Barthol. à Sanct. Fausto in spec. confess. disputat. 33. quæst. 14. num. 2. Barbos. in collect. tom. 1. lib. 3. titul. 49. cap. 1. num. 11. & P. Diana de immunit. Ecclesiastic. resolut. 37. contra Ignatium Lassert. in tractat. de decima vendita cap. 19. num. 50. & alios. Nec obstat, quòd Nouitius non sit verè Religiosus, & redire potest ad sæculum: quoniam respondetur, quòd etiam Ach lytus relicto officio ecclesiastico potest effici sæcularis, & ad sæculum transire, & tamen gaudet exemptione gabellarum. Abb. Alex.

c Mandantes. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 11. q. 3. num. 299. & Bonac in expl. huius canonis disp. 1. q 19. sub num. 14. Abb. Alexand.

d Auxilium Adde Bonac. hic disput. 1. q. 19. pun. 1. sub num. 16. vbi tamen num. 17. excusat illum, qui clerico volenti pedagium, seu onus soluere mutuum tradit pecuniam ad soluendum. Abb. Alex.

e Prohibent. Contrarium docet Bonac. hoc loco, disp. 1. quæst. 19. pun. 1. sub num. 19. quia excõmunicatio imposita propter actionẽ posi-

tiuam, non incurritur propter actionis omiſſionem, pro qua re allegat Gloſ. *in cap. quantæ, de ſentent. excommun.* Non tamen eſt recedendum à priori ſententia, maximè quando non impedientes ex officio tenerentur, vt Magiſtratus, Præſides, ac Gubernatores Terrarum, quoniam iſti per negationem dicuntur influere *in* effectum, eùm promptiores fiant exactores ad exigendum; aliàs non exacturi, vt per Alter. diſputatione 19. cap. 2. col. 2. & ſeq. & cap. 4. col. 3. vbi etiam tractat de Conſiliario tacente, & non curante contradicere Principi, tributum Eccleſiaſticis imponenti. Abb. Alexand.

f Conſuetudo. Adde hic Burſat. conſ. 42. nu. 2. Filliuc t. 1. qq. moral tr. 16. c. 11. q. 10. n. 316. Reginald. lib. 9. ſuæ prax. n. 381. cũ aliis, quos refert, & ſequitur Bonac. hic diſp. 1. q. 19. pun. 3. §. 2. per totum, vbi latè probat eccleſiaſticos eſſe immunes à ſolutione collectarum de iure diuino, canonico, & ciuili, ac contraria ſoluit. Abb. Alex.

g Latrones. Hanc eamdem ſententiam ſequitur Bonac. in explic. huius can. diſp. 1. q. 19. pun. 1. n. 13. & alij. Abb. Alex.

COMMENTVM

In Canonem Decimumnonum Bullæ in Cœna Domini.

ITem excõmunicamus, & anathematizamus omnes, & quoſcũq; Magiſtratus, & Iudices, Notarios, Scribas, exceutores, ſubexecutores quomodolibet ſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas eccleſiaſticas, illas proceſſando, banniendo, capiendo, ſeu ſententias contra illos proferendo, vel exequendo, ſine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa huius ſanctæ Sedis Apoſtolicæ licentia: quique eiuſmodi licẽtiam ad perſonas, & caſus non expreſſos extendunt, vel aliàs perperam abutuntur, etiam ſi talia committẽtes; fuerint Conſiliarij, Senatores, Præſidentes, Cancellarij, Vicecancellarij, aut quouis alio nomine nuncupati.

De Diuiſione canonis. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio iſta, fuit addita Bullæ cœnæ à Pio V.*

TEx. diuiditur in duas partes. In prima parte excommunicantur interponẽtes ſe in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus, contra perſonas eccleſiaſticas ſine licentia Sedis Apoſtolicę. In ſecunda excommunicantur prædictam licentiam extendentes ad perſonas, & caſus non expreſſos, vel qui aliàs perperam abutuntur. Secũda ibi, Quique. Ad cuiuſdem canonis intelligentiam, tria veniunt conſideranda. Primò tempus latæ excommunicationis. Secundò perſonæ, quæ excommunicantur. Tertiò actiones, propter quas fertur excommunicatio.

Circa primũ eſt annot. ex Sayr. in explic. præ-
1 ſentis canonis, lib. 3. Theſ. c. 23. n. 3. t. v. quòd hæc excõmunicatio primò fuit addita Bull. cœn. à Pio v. & deinde à Greg. xiij. & ab aliis ſucceſſiuè.

Circa ſecundum quoad perſonas, vndecim ſunt, quæ in tex. connumerantur. Primò Magiſtratus. Secundò Iudices. Tertiò Notarij. Quartò Scribæ. Quintò executores. Sextò ſubexecutores. Septimò Conſiliarij. Octauò Senatores. Nonò Præſidentes. Decimò Cancellarij. Vndecimò Vicecancellarij.

Circa tertium denique, ſeptem ſunt actiones, quæ damnãtur. Primo quomodolibet ſe intromittere in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus cõtra perſonas eccleſiaſticas. Secundò illas proceſſare. Tertiò eaſdem bannire. Quartò capere. Quintò ſententias contra prædictas perſonas ferre. Sextò ſententias ipſas exequi. Et hæc omnia ſine ſpeciali, & expreſſa licentia R. P. Septimò eiuſmodi licentiam ad perſonas, & caſus nõ expreſſos extendere, vel illa perperam abuti.

Ibi (*Quoſcunque Magiſtratus, & Iudices*) An Magiſtratus à Iudicibus differant. Q. 2.

SVMMARIVM

1 *Magiſtratus ex eo dicuntur, quòd maiores ſint reliquis officijs: & appellantur membra Principis.*
2 *Magiſtratus olim quatuor erant ordines: nempè maiores, medij, minores, & minimi.*
3 *Iudex a iudicando dicitur: eo quòd ſecundum leges, & iura, iudicium ferre debet.*
4 *Iudicem oportet cuncta rimari.*
5 *Iudices, alicuius magiſtratus dicuntur Iudices.*

REſpondetur affirmatiuè. Nam Magiſtratus
1 ex eo dicuntur, quòd maiores ſint reliquis officijs. Sunt enim Magiſtratus quaſi membra Principis ad inſtar capitis ſe habẽtis: vt in l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſt.

Horum ex Bar. in l. 1. ff. de offic. eius, & aliis,
2 olim quatuor præcipui erant ordines. Nã quidam dicebãtur Magni, ſeu Maiores, & Illuſtres, quales erant Præfecti Prætorio Oriẽtis, Aphri-

cæ,

cæ,Vrbis Romæ,& Illyrici,l.præcipimus, C.de appel. Alij Magiſtratus dicebãtur medij, ac ſpectabiles: vt Proconſul,& Præfectus Aegypti,qui dicitur auguſtalis: vt in rub ff.de offic. Præfect. auguſt.ſunt tamen digniores Præfecti Prætorio orientis,& Illyrici: quoniam ab eorum ſententijs non appellatur:nec contra eorum ſententias datur reſtitutio,niſi ab ipſis. Item habent facultatem legis condendæ: dummodò leges huiuſmodi non ſint contrariæ generalibus legibus,& conſtitutionibus,l.formam,C.de offic.Præfect. orien.& Illyric.Huius qualitatis ſunt hodie Regnorum Gubernatores,ſeu Proreges. Alij Magiſtratus ſunt minores,& clariſſimi,vt ſunt Præſides Prouinciarum;qui in Regno Neapolitano appellãtur Gubernatores,ſeu Proreges Prouinciarum,& à Rege immediatè præficiuntur. Iſti in eorum Prouincijs maius habent imperium, omnibus poſt Principem: vt in l.Præſes Prouinciæ,la terza,ff.de offic.Præſid. Alij denique Magiſtratus,nuncupantur minimi,quales ſunt Defenſores Ciuitatum: vt in §.adoptio,& ibi Gloſ. in inſtit.de adopt.

Iudices autem à iudicando dicuntur;quaſi ius
3 dicentes populo,ſeu iure diſceptantes:eo quòd ſecundum leges, & iura iudicium ferre debent. Vndè dici non poteſt bonus Iudex,niſi in eo ſit iuſtitia,& iuſtè iudicet,quod eſt iure diſceptare: vt in c.ſorus,§.in omni quoque negocio,de ver. ſignif. & ſecundum leges iudicando non peccant;quia non ipſi,ſed lex eſt, quæ damnat impium,c.vides,23.q.5.Quapropter oportet iudi-
4 cem cuncta rimari,& rerum ordinem plena inquiſitione diſcutere: vt per Specul.tit. de offic. omn.iud.§.fin.ver.Secundò videndum.

Ex quibus patet, quòd Iudices,appellantur
5 alicuius Magiſtratus Iudices, ſiue iuriſdictionẽ habeant ordinariam,ſiue delegatam: vt in toto tit.de iuriſd.omn. iud. Non tamen pugnat,aliquẽ poſſe ſimul eſſe Magiſtratum, & Iudicem, ſi iuris habeat ſcientiam, vt in Gubernatoribus inferiorum Ciuitatum, & terrarum paſſim videmus: & colligitur ex tex.in l.præcipimus, C. de appell.Horum etiam plures ſunt ordines, de quibus latè Specul.in d.tit.de offic. omn.iud.& ideò vi noſtri canonis excommunicantur quicunque Magiſtratus,& Iudices, eius diſpoſitioni contrauenientes,ſiuè magni ſint, ſiue medij, ſiue minores,ſiuè minimi.

Ibi (*Notarios, Scribas,*) An iſti duo termini ſint inter ſe differentes. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Notarius à notando dicitur:eſtque ſeruus publicus,habens officium ſcribendi inſtrumenta: qui quidem alio vocabulo appellatur tabellio.*

2 *Leges duodecim tabularum à duodecim tabulis, in quibus ſcriptæ fuerunt,appellantur.*

3 *Notarij,& Scribæ,in hoc canone dicuntur omnes, qui vniuerſa iudicij acta conſcribunt.*

1 REſpondetur, quòd Notarius à notando dicitur:argum. tex. in l.defenſionis,C.de iur. Fiſc.lib.10.eo quòd negocia hominum publicè, & authenticè in publicam,& authenticam formam redigunt. Vndè Notarius,dicitur perſona publica,ſeu ſeruus publicus, habens officiũ ſcribẽdi inſtrumenta ſuper cõtractibus,vel alijs rebus ad faciendã fidem ſuper eiſdem.Et ſi in genere conſideretur,idẽ dicitur Notarius,& Scriba.Imò Notarius alio vocabulo appellatur tabellio,ſeu tabellarius, aliàs tabularius à tabulis ſic nuncupatus: quoniam ante cartharum vſũ, omnia inſtrumenta, & teſtamenta,epiſtolæ, & aliæ ſcripturæ ſcribebantur in tabulis.

Hinc leges duodecim tabularum à duodecim
2 tabulis,in quibus ſcriptæ,ac notatæ fuerunt,appellatæ ſunt, l.a.ff. de orig.iur. Et in iure extat tit.De tabulis exhiben. & tit.De bonorum poſſeſſ.contra tabul.

Horũ alij ſcribunt, ſeu annotant ad munera, & honores nominatos,& tributa ſoluta, Alij publicis inſtrumentis publicè præſunt in ſingulis Ciuitatibus;qui alio vocabulo dicuntur etiam libraij : Alij ſunt, qui circa Principes,vel alios magnos Iudices actis,geſtiſque conficiendis deputati ſunt:& iſti non modò vocantur Notarij, ſed etiam dicuntur Scribæ,ſcriptores, libellenſes,memoriales,pragmaticales, epiſtolares, exceptores. Alij dicuntur Legographi, qui publicis rationibus deſcribẽdis deſtinati ſũt: & deriuantur à graphos, quod eſt ſcriptura, & logos, ideſt ratio:quia ſcribunt leges,& rationes publicas;qui alio vocabulo numerarij nuncupantur. Alij denique dicuntur cenſuales, qui ſcribunt cenſum: vt extat in iure rub.in C.lib.10. De tabularijs, ſcribis, logographis,& cenſualibus: & ibi latè Gloſ.& DD.

4 Per Notarios autem,& Scribas a hoc loco in-
3 telliguntur omnes, qui vniuerſa iudicij acta cõſcribũt; ſiue publicæ perſonæ ſint,ſiue aliæ perſonæ à Iudice adhibitæ: quæ acta,ſunt citationes, dilationes,recuſationes,exceptiones,petitiones,reſponſiones, interrogationes,confeſſiones, teſtium diſpoſitiones, inſtrumẽtorum productiones,interlocutiones,appellationes,renũciationes, concluſiones, & alia,de quibus in c. quoniam contra, de probat.

ADDITIO.

4 Scribas. Adde,quòd eamdem ſententiam ſequitur Bonac.in explicat.huius can.diſp.1.q.20. pun.1.ſub num.18.Abb.Alex.

Ibi (*In cauſis capitalibus,ſeu criminalibus*) Quænam cauſa dicitur criminalis, ſeu capitalis. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa à caſu dicitur, & generale nomen eſt,tàm cauſas ciuiles,quam capitales comprehendens.*

2 *Lites appellatione, ciuiles tantùm veniunt actiones: & à limitii contentione dirimuntur.*

3 *Capitalis cauſa dicitur, quoties,quis venit capitis pœna plectendus,per mortem naturalem ſcilicet: aut ciuilem, nempe per aeportationem: aut venit pu-*

niendus pœna mutilationis, infamiæ, et quocunque modo criminaliter.

4 *Cuiusis causa, quæ nam dicatur?*

1 REſpondetur, quòd cauſa à caſu dicitur, vt in cap. forus, de verb. ſignif. & à lite ſic diſtinguitur, ſeu ſeparatur: nam cauſa, generale nomẽ eſt, capitales, & ciuiles cauſas comprehendens: litis verò appellatione ciuiles tantùm veniunt actiones, vt eſt text. in l. cauſas, C. de tranſac. l. 1. §. adhiberi, ff. de teſt. Et his à contentione limitis nomen ſumpſit, de qua Virgil. *Lumen erat poſitus, limen, vt diſcerneret agris.*

Dicitur autem cauſa capitalis à capite, quo-
2 ties quis venit capite plectendus, ſiue naturaliter per ſeparationem animæ à corpore, ſiue ciuiliter per aquæ, & ignis interdictionem & cõſequẽter per amiſſionem Ciuitatis: quod deportatis contingit, & hodie bannitis: vt per Gloſ. in l. tranſigere, in ver. capitali, C. de tranſ. et l. licèt, ff. de verb. ſignif. l. 2. ff. de publ. iud. & l. ſeruum, §. publicè, ff. de procur. nam per huiuſmodi pœnas eximitur caput à Ciuitate; ſicut quando libertas alicui adimitur, vt olim fiebat damnatis perpetuò ad metallum, & hodie ad triremes: Etenim hi dicuntur pati capitis diminutionem: vt habetur in inſt. de capit. dim. & l. fin. ff. eod.

Item capitalis cauſa dicitur, pro qua venit
3 imponenda pœna mutilationis membri, aut infamiæ: vt per Ias. in d. l. tranſigere, nu. 6. ver. quintum, & Vgol. in explic. præſentis can. ſub n. 1.

Item capitalis cauſa nuncupatur quæcunq;, quæ non pertinet ad ciuilem Iudicem, ſed ad criminalem ſpectat, & quando reus venit quolibet modo puniendus criminaliter.

Dicitur autem cauſa ciuilis, quando pro cri-
4 mine agitur ad pœnam applicandam parti. Verũ vbi pœna venit Fiſco applicãda, cauſa dicitur criminalis: vt per Gloſ. in l. 3. in prin. ver. cẽtum, ff. de ſepul. viol. vbi etiam Bar. Aſflict. in conſt. Regn. varietates pœnarum, & Graff. lib. 4. deciſ. p. 1. c. 18. n. 148. in explicat. præſentis canonis.

Hoc autem loco, cauſa capitalis, non ſumitur propriè pro illa tantùm, in qua pœna ſanguinis eſt imponenda, ſed latè pro quacunque cauſa criminali: vt in l. trãſigere, & ibi Gloſ. in ver. capitali: C. de tranſact. Vndè excommunicatio iſta locum habet, non ſolùm quando Iudex ſæcularis ſe interponit in cauſa criminali contra perſonam eccleſiaſticam criminaliter agendo ad pœnam infligendam; ſed etiam in cauſa ciuiliter
4 tractaretur: quoniam verba huius canonis ſũt generalia, & non diſtinguunt. Ita Alter. in explic. huius can. C. 1. col. 4. ver. In cauſis capitalibus.

mutatiuæ, tunc cauſa dicitur ciuilis. Vnde Duard. & Alter. hic dum cauſas criminales extendunt ad cauſas, in quibus ciuiliter agitur, cauſas criminales nimis latè ſumũt: & propterea Reginald. & aliorum ſupra relatorum opinio non videtur improbabilis, cùm in odioſis verba ſtrictè ſint intelligẽda, c. odia, de regul. iur. in 6. D. Cæſar.

Ibi (*Proceſſando*) Quando, quis dicitur proceſſare, vt incidat in excommunicationem huius canonis, Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus incipit à citatione.*

2 *Iudex laicus capiens informationem pro aliquo delicto, in quo nominantur perſonæ eccleſiaſticæ, non incidit in excommunicationem huius canonis.*

3 *Dictio: Quomodolibet; denotat omnem modum excogitabilem; atque adeò realem, perſonalem, directum, & indirectum.*

4 *Iudex ſæcularis in hanc cenſuram non incidit, niſi auctoritatiuè ſe interponat in cauſis capitalibus clericorum.*

1 REſpondetur, quòd proceſſus incipit à citatione: vt habetur ex Ias. & alijs in rub. ff. de in ius voc. & in l. poſtquam liti, n. 10. vet. veritas eſt, C. de pactis, & dicitur proceſſus à procedendo; eo quòd gradatim in eo proceditur. Fit. n. Primò citatio. Secundò litis conteſtatio. Tertiò probationes, & ſic de reliquis, vſque ad ſententiam: quę quidem, an ſit de proceſſu, latè tractat Vigal. in ſua ſyl. op. in. 36. num. 15.

Ex quo infertur, quòd iudex laicus capiẽs in-
2 formationem pro aliquo delicto, in quo nominantur perſonæ Eccleſiaſticæ, non incidit in excommunicationem noſtri canonis; quoniam is non dicitur proceſſare eccleſiaſticos, cùm proceſſus à citatione
4 incipiat. Et tantò minùs dicitur proceſſare clericum, qui contra illum ſecreto informationem, caperet animo præſentandi informationẽ, non Regijs officialibus, ſed R. Pontifici, aut alteri Iudici Eccleſiaſtico, ipſius clerici competenti, vt benè notat Graff. hic lib. 4. deciſ. c. 18. num. 149. p. 1.

Nec obſtat, ſi dicatur, quòd vi huius canonis
3 excommunicãtur quomodolibet ſe interponẽtes in cauſis capitalibus clericorum: quoniam, reſpondetur, quòd licèt ly. *Quomodolibet*: comprehendat omnes modos excogitabiles: vt habetur ex Hyppol. de Marſ. conſil. 80. num. 38. dum ait: quòd hoc verbum importat modum
4 realem, perſonalem, directum, & indirectum: tamen hoc loco intelligendum eſt authoritatiuè: atque ita Iudices ſæculares ſe interponant in cauſis capitalibus Eccleſiaſticorum, ac ſi ad ipſos pertineret de illis cognoſcere; vt benè notat hic Sayr. libr. 3. Theſ. tomo 1. cap. 23. ſub num. 2.

Ibi

A D D I T I O.

1 Tractaretur. Adde Anton. de Souſa hic, c. 20. diſput. 95. num. 3. Reginald. lib. 9 cap. 26. nu. 384. & Vgol. hoc eodem loco, c. 19. §. 2. verſ. Item pœnam, dicentes, cauſam dici criminalem, quoties in ea tractatur de pœna in ſatisfactionem Fiſci, ſeu iuſtitiæ vindicatiuæ: quando verò agitur de pœna applicanda parti, nempè vi ſatisfactio parti præſtetur iuſta regulis iuſtitiæ com-

Ibi (*Sine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa S. A. licentia.*) Quid denotant hæc verba? Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Licentia S. Pont. ficis conceſſa laicis procedendi in cauſis capitalibus clericorum, vt vim habeat, non eſt neceſſe, vt ſit ſpecialis quoad perſonas, & delictum in individuo, ſed ſatis eſt, quòd ſit ad cognoſcendum de tali delicto in ſpecie, etiam ſi licentia generalis ſit quoad perſonas.*

NOt. eſt quòd in Bulla Greg. XIII. huic canoni quædam clauſula adiungitur, per quam reuocatur omnia priuilegia quibuſcunque Regibus, Potentatibus, & Reip. conceſſa, quæ præſenti diſpoſitioni aduerſarentur: quam quidem clauſulam volunt aliqui fuiſſe hoc loco prætermiſſam.

Sed re vera Suar. in explicatione noſtri canonis de cenſu. diſp. 21. ſect. 2. n. 103. opinatur, illam non tàm omiſſam, quàm virtualiter explicatam fuiſſe per ſupradicta verba. *Sine ſpeciali ſpecifica, &c.* Et expreſſiùs declarata videtur à S. D. N. Paulo V. per illa verba nouiſſimè addita. *Quique eiuſmodi licentiam ad perſonas, & caſus non expreſſos extendunt, vel aliàs illa perperam abutuntur*: per quæ non videtur ſublata omnino reuocatio priuilegiorum, ſed illis declarationem, ac moderationem fuiſſe adhibitam. nempè quòd illa eſſe debeant expreſſa, ſpecialia, & ſpecifica; itaut non ſatis ſint generaliſſima verba imò nec generica, neque etiam implicita, ſed debent eſſe expreſſa, & ſpecifica.

Beneuerũ eſt, quòd Suar. ipſe, loco citato, nõ
2 putat neceſſarium, vt licẽtia huiuſmodi ſpecialis ſit quoad perſonas, & quoad delictũ in indi-
a uiduo a, de quo cognoſcẽdum eſt, ſed ſufficiet, quòd ſit ad cognoſcẽdum de tali delicto in ſpecie; etiam ſi licẽtia ſit generalis quoad perſonas, tẽpora, & loca, in quibus tale crimen inuentum fuerit. Vnde ait, priuilegia ſub prædicta forma conceſſa, etiam ante hanc clauſulam eſſe reuocata: ac proinde ceſſat dubium de quibuſdã priuilegijs Galliæ, quod Nau. mouet, & indeciſum dimittit: eo quòd videatur ſub illa forma conceſſa. Ad quod facit etiam id, quod docet Sayr. lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 25. n. 5. & 10.

Quibus adde quoque tradita per Alter. hoc eodem loco cap. 1. colum. 10. ver. ſine ſpeciali, & col. fio. vbi inter alia concludit, quod Iudex laicus non poteſt cognoſcere de cauſa criminali Eccleſiaſticorum, etiam de licentia Legati à latere Romani Pontificis. Vnde exigitur omnino expreſſa licentia Papæ ad euitandum excommunicationem huius canonis. Benè verum eſt, quòd Iudex laicus, eiuſdemque executores ſi requiſiti ab Epiſcopo, aut alio Prælato Eccleſiaſti-
b co b, immiſcent ſe in cognitione cauſæ criminalis cõtra Eccleſiaſticum, vel conſcribendo proceſſum, aut capiendo, detinendo, vel torquendo, cenſuiam hanc non contrahunt: quoniam tenetur Princeps ſæcularis requiſitus Epiſcopum adiuuare, vt ſuos clericos legitimè coercere valeat: vt eſt tex. in cap. prodeſt, 23. q. 5. & latè probat Alter. loco citato, colum. 9. ver. Reſpondeo.

ADDITIO.

a Indiuiduo. Adde Filiuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. num. 314. & Suar. de cenſur. diſp. 21. ſect. 2. n. 103. D. Cæſar.

b Eccleſiaſtico. Adde hìc Coriol. verſ. Quintus eſt, Reginald. lib. 9. ſuæ prax. num. 385. & Bonac. hoc eodem loco, diſp. 1. q. 20. pun. 2. ſub nu. 12. qui tamen putat Epiſcopum non poſſe dare facultatem Iudici laico inquirendi contra Clericum: quoniam diſpenſare non poteſt in iure cõmuni. Non tamen eſt diſcedendum à ſententia Duardi; quoniam non modo non eſt contra ius commune, vt Epiſcopus, & alij Eccleſiaſtici adiuuentur à Curia ſæculari; ſe id à iure præcipitur, vt rectè probat ipſe Duar. Abb. Alex.

An dentur caſus, in quibus Iudices ſæculares poſſint ſe interponere, quoad cauſas criminales Eccleſiaſticorum ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſæcularis poteſt ſe intromittere in cauſis capitalibus clericorum, qui degradati ſint re aliter, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ: ſecus ſi degradati ſint verbaliter tantùm.*

2 *Iudex laicus poteſt ſe intromittere in cauſis criminalibus clericorum, quando eos comprehenderit in flagranti crimine: poteſt eum Iudex laicus eum capere, & cùm primùm potuerit, Eccleſiaſtico Iudici tradere.*

3 *Eccleſiaſticorum captura non debet fieri cum opprobrio ordinis Eccleſiaſtici, ſed ſecretò, quoad fieri poteſt, & ſine ipſorum iniuria.*

4 *Iudex ſæcularis in multis alijs caſibus poteſt ſe intromittere in cauſis capitalibus Eccleſiaſticorum, ſine aliqua Rom. Pontificis licentia.*

1 REſpondetur, quòd plures ſunt caſus, in quibus Poteſtas ſæcularis poteſt procedere contra Eccleſiaſticos, in cauſis capitalibus, ſeù criminalibus.

Nam primus caſus eſt, vbi Eccleſiaſticus eſt degradatus re ipſa: quoniam clericus degradatus vniuerſa clericorum priuilegia perdit: vt in c. degradatio in fine, de pœn. lib. 6. Dixi: re ipſa: quia ſi verbo tantùm eſſet degradatus, aliter eſſet dicendum: quia iſte Eccleſiæ priuilegijs circa forum maximè non priuatur: vt habetur ex Vgolin. ſupra can. 18. §. 1. in ver. Quintò afficit.

Secundus caſus eſt, quando clericus mœtus
2 eſt in flagranti crimine a: tunc enim licèt non
a amittat priuilegium fori; poteſt tamen à Iudice ſæculari comprehendi, & Eccleſiaſtico Iudici, cùm primùm potuerit, tradi: dummodò citra iniuriam, ac violentam manuum iniectionem, & abſque clericalis ordinis opprobrio capiatur: vt eſt tex. in c. vt famæ, de ſent. excomm. c. cum non ab homine, & ibi Doctor. de iudic. Nau. in ſum. c. 17. n. 83.

Idem dicendum eſt, ſi Iudex laicus præcipiat ſuis executoribus, vt clericum capiant, ne iniuriam inferat alteri, vel ſi fugiat cum re aliena,

vel

vel propter aliqua debita, & sit suspectus de fuga, non vt ipsum detineant, sed vt ad proprium Iudicem Ecclesiasticum deferant: Tunc enim nec Iudex, nec eius executores excommunicationem hanc contrahunt: quoniam hi non dicuntur se interponere in causa criminali contra clericum, quod exigitur ad incurrendam censuram istam: eo quòd eorum intentio supponitur esse tradendi illum Iudici Ecclesiastico, vt cognoscat causam: & ad eiusdem capturam eos processisse, ne fugam arripiat, qui finis est bonus, ac Reip. vtilis, né delicta remaneant impunita, contra tex. in l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. Quo circa Panorm. in c. cum non ab homine, nu. 12. ver. Tamen in veritate puto: de Iudicijs, inquit, non solùm licitam esse capturam clerici, sed etiam meritoriam, si dubitetur verisimiliter de fuga, vel aliter ab iniuria inferenda compesci nequeat. Nec his casibus censuram contrahi contentam in canon. Si quis suadente diabolo, 14. q. 4. quoniam, vt idem Panor. docet in d. c. cùm non ab homine, nu. 12. ver. Nam cõsidero: ad incurrẽdam illius canonis excommunicationem, exigitur dolus, & temeritas, vt denotant verba illa: *si quis suadente diabolo*. At vbi capitur clericus ad finem supradictum, non dicitur aliquid temerè, ac dolosè fieri, sed potius quod recta ratio dictat, & iustitia suadet, cap. vt famæ, de sent. excom. Etenim omnes debent legem adiuuare pro publica vtilitate conscriptam: ar. tex. in c. non inferenda, 23. q. 3. præsertim ad tuendum aliquem nè à clerico iniuriam patiatur: vt in c. dilecto, de sent. excom. in sexto, & c. fortitudo, cum tribus seq. supra citata causa, & quæstione. Ita Alter. in explicat. huius canonis, cap. 5. col. 9. io ver. Et primò io dictis casibus.

Benè verum est, quòd Iudices sæculares ad capiendum clericũ io supradictis casibus, non debent esse faciles, sed necesse est, vt benè prius cõsidereot, quo spiritu ducãtur: nam si in modo capiendi excedant, in censuram incidere facilè possunt. Tantò fortiùs, quia circa rem hanc non omnes Doctores sunt concordes. Et eoim Host. in sum. de sent. excomm. §. quis debet. ver. Per prius: ibi. Fallit, respondet sub dubitatione, dicens, non audere hanc controuersiam definire. Idem confirmat in c. nuper, de sent. excom. Imò Arch. in c. presbyter, 81. d. hoc ipsum simpliciter asserere videtur: & in eandẽ sententiam refert alios Panor. in d. c. cum non ab homine, num. 12.

Hinc Vinal. hoc loco, sub nu 6. in ver. In præsentiarum, meritò monet Iudices, tum sæculares, tum Ecclesiasticos, vt eorum ministros instruant, modumque doceant, quo vti debeant in Ecclesiasticorum captura, & horum maximè, qui secretè fuerint in aliquo delicto comprehensi; nè peccatum aliàs occultum, non sine magno sæcularium scandalo, & clericatus opprobrio palam fiat. Imò satellites, qui data opera Ecclesiasticos in flagranti delicto comprehensos, ligatos plusquam par est, & vt illos magis, ac magis confundant per loca publica, vt videantur, deferunt, cùm possint per alia loca secretiora deferre, non video quomodo possint ab excommunicatione, quæ in c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. contineatur, excusari. Etenim hæc omnia tendunt in opprobrium, & dedecus ordinis Ecclesiastici.

Tertius casus est, quando clericus beneficiatus, aut etiam in Sacris constitutus, non incedit in habitu, ac tonsura: nam tunc, estò quod non amittat priuilegium fori, si Iudex sæcularis illum capiat, clericum esse ignorans, in censuram aliquam non incidit; quia talis quis esse præsumitur in quali habitu reperitur, c. si clericos, & c. si Iudex, de sent. excom. in sexto. Tenetur tamen illum ad Iudicem Ecclesiasticum remittere. Et probatio, seù cognitio, an clericus, aut quicunque alius ad Ecclesiasticam iurisdictionem pertineat, debet fieri coram Iudice Ecclesiastico; non autem coram Iudice sæculari: vt est tex. & ibi Doct. in d. c. si Iudea, & c. cum non ab homine, de sent. excom. & ita in Hispania seruari refert Couar. pract. qq. cap. 33. num. 2. Licèt cõtrarium seruetur in Regno Neapolitano per ritum Magnæ Curiæ: qui incipit: Item si aliquis clericus; cuius vim, & efficaciam ex aliqua fortè consuetudine quantumuis immemorabili pendere posse non arbitror: quoniam consuetudo non inducitur contra immunitatem Ecclesiasticam, vt sæpè diximus: qua propter dictus ritus in tantum legitimus dici potest, in quantum Sedis Apostolicæ priuilegio confirmatus appareat.

Quartus casus est, quando post commissum delictum, & formatam inquisitionem quis efficiatur clericus: nam hoc casu Iudex laicus potest cognoscere de causis criminalibus clericorum: vt supra diximus can. 15. q. 11. amp. 2. Non tamen poterit per Iudicem sæcularem pœna corporali puniri, sed tantum bonorum, & rerum multa, & amissione: vt latè probat Couar. practic. qq. c. 33. n. 4. concl. 3.

Quintus casus est, vbi agitur de clerico à iure diffidato, seù bannito *b*. Is enim potest puniri per Iudicem sæcularem citra aliam degradationem. Probatur, quoniam diffidatus potest impunè occidi à quacunque etiam priuata persona; vt in l. 3. §. transfugas, C. de ficar. eam idem est bannire, & diffidare, quod statuere, & præcipere, vt quis impunè occidi possit. l. Reos, C. de accusat. Gemin. in c. pro humani, §. sacri, nu. 11. de homic. in sexto, & Syl. in sum. ver. Assassini, §. 3. vbi etiam ait, quod occidens sic diffidatum, non peccat, si bono fine, ideſt zelo iustitiæ id agat. Etenim lea in huiusmodi casibus cõstituit vnumquemque iustitiæ ministrum propter cõmune bonum Reip. vt habetur ex eodem Sylu. in ver. homicidium, 1. §. 6. si ergò diffidatus potest impunè occidi à priuata persona, tãto magis potest à sæculari Iudice puniri: vt benè docet ét Alter. io explicat. huius can. cap. 1. col. 6. in ver. Probatur primò.

Denique plures alij casus sunt, in quibus Iudex laicus potest se intromittere pro causis capitalibus, seù criminalibus Ecclesiasticorum: vt sunt crimina Sodomiæ, assassinij, schismatis, quando clerici essent incorrigibiles, loculatores, buffones, & negociatores: vt latè declaratimus in d. q. 11. à lim. prima vsque ad decimam inclusiuè, con. vnica. Et habetur etiam ex Vinald. & Graff. in explicatione præsentis canonis.

AD-

ADDITIO.

a Crimine. Adde Alter.hîc diſp.20. c.1. col.9. dub.3.Gomez tom.3.var.reſolut.c.4 nu.3. Oliban.de iur.fiſc.c.14.n.140. Borrel.de Præſt. Regis Cathol.c.71.nu.185.Bonac.de legib.diſp.10. q.2. pun.1. §. num.22. Cened. in qq.canon.q.4. num.14.Coriol.hîc,excom.19. Pereir.de manu Regia,c.10.nu.6. Salgad.de poteſt. Regia, to.2. p.2.c 4.nu.13. Nau. in man, c.17. n.83. Ortiz in ſum.c.4.num.9.Graff in ſuis deciſ.p.1.lib.4 c.18. nu.152.Pellegr.de immun. Eccleſ.c.16 num.37. Barboſ.in ſuis collect.tom.2.lib.5. tit.39.cap.35. nu.5.in fin.& alios.Imò non deſunt, qui velint, quòd etiam ſi inflagranti crimine non comprehendatur clericus, ſi tamen noctu cum armis prohibitis, mutato maximè habitu reperiatur, poſſe per poteſtatem ſæcularem capi, & ad Iudicem eccleſiaſticum duci:eo quòd poteſtas ſecularis eo caſu vtilitati, ac tranquillitati Reip. conſulit, vt habetur ex Souſa hîc c.16. diſp.82. num.9.Bann 2.2.q.67.ar.1.dub.2.concl.5. Ioan. della Cruz in director.conſc.p.1.præcep.8. q.3. ar.1.dub.3.Genu.in ſua prax.c.27. n.8. Bobadil. in polit.lib.2.c.18.nu.50.Lorca de legib.p.2. to. 2.diſp.25.memb.4.& Barboſin ſuis collect.to.1. lib.3.tit.1.c.2.nu.7. vbi addit eo caſu, Iudicem laicum excommunicationem cõtrahere, ſi cum poſſit incontinenti non tradat clericum Iudici Eccleſiaſtico,contra Megal.3.p.lib.3. c.11. nu.7. & to. vbi licèt teneat contrariam ſententiam; oppoſitam tamen putat probabilem; dummodo ſæcularis Iudex in ſuis carceribus clericum non detineat vltra ſpatium viginti horarum.D. Cæſar.

b Bannito. Adde Vgolin.hîc,§.2.verſ.Quintò, Alter. diſp. 20. c.6.col.6. q.7. & Bonac. hoc eodem loco,diſp.1.q.20.pun.3.nu.2. qui id verum putat, modò banniens facultatem habeat priuandi clericum priuilegio clericali, & concedat,vt impunè occidi poſſit. Abb. Alex.

An conſuetudo longiſſimi temporis poſsit tribuere laico iuriſdictionem cognoſcendi de cauſis criminalibus clericorum. Q.8.

SVMMARIVM.

1 *Romanus Pontifex licèt poſſit laico cauſas criminales Clericorum committere,non tamen eidem poteſt ordinariam iuriſdictionem in clericos conferre.*
2 *Quod priuilegio concedi,conſuetudine poteſt induci.*
3 *Longiſſimi temporis poſſeſſio dat titulum, priuilegium, & conceſſionem à Principe.*
4 *Centenaria vim habet bonæ fidei.*
5 *Cognitio de clericatu pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum.*
6 *Conſuetudo,vt Clerici à laicis puniantur,eſt à iure improbata.*
7 *Conſuetudo non modò generalis, ſed nec etiam ſpecialis induci poteſt,vt clerici puniantur a laicis.*
8 *Conſuetudo aliqua induci non poteſt aduerſus decretorum Concilij diſpoſitionem.*
9 *Conſuetudine induci non poteſt, quod per legem non poteſt ſtatui.*
10 *Conſuetudine tunc inducitur,quod priuilegio concedi poteſt,quando talis conſuetudo à iure ſcripto non improbatur,& tractatur de perſona, quæ capax ſit iuris, ſeù poteſtatis.*
11 *Laici ſunt omnino incapaces iuriſdictionis, ac poteſtatis Eccleſiaſticæ.*
12 *Laicus non poteſt conferre Beneficia Eccleſiaſtica. etiam ſi ea contulerit per ſpacium temporis immemorabilis.*
13 *Laici electio ad Eccleſiæ Regularis regimen caſſatur, non obſtante quacunque conſuetudine.*
14 *Incapax ad obtinendum in poſſeſſorio, ſeù petitorio cum longiſſima temporis poſſeſſione, oportet,vt priuilegium capacitatis alleget,& probet ſaltem per famam.*
15 *Præſcriptio quando à iure improbatur, ſatis non eſt probatio priuilegij per famam.*
16 *Laicus poſſidendo res ſacras,& ſpirituales, præſumitur mala fide poſſidere.*
17 *Poſſeſſor malæ fidei vllo vnquam tempore præſcribit.*
18 *Laici exercentes iuriſdictionem in Clericos de licentia Romani Pontificis,exercent illam,vt ipſius Delegati.*
19 *Clericatus cognitio per Iudices laicos,an vigore conſuetudinis licitè fieri poſſit.*
20 *Conſuetudo, quæ iure ſcripto improbatur, comparari non poteſt,etiam per ſpatium temporis immemorabilis.*
21 *Conſuetudo cognoſcendi cauſas clericorum per Iudices laicos,interrumpitur quolibet anno per emanationem Bullæ Cœnæ.*
22 *Præſcriptione aliqua comparari non poteſt iuriſdictio in Eccleſiaſticos.*
23 *Præſcriptio non datur,ſine poſſeſſione.*
24 *Conſuetudo præſcripta,quomodo differt à formali præſcriptione.*
25 *Romanus Pontifex, licet ſciat clericorum cauſas cognoſci per Laicos,non propterea cenſetur conſentire, atque adeò tacitum priuilegium eis concedere.*

1 IN hac re Iul. Clar. in ſuâ praxi crimin. lib.5. §.fin.c.36.num.2.licèt velit,quòd non valeat generalis conſuetudo, vt in cauſis criminalibus clerici conueniantur coram Iudice ſæculari: vt eſt tex. in c. clerici, de Iudic. nihilominus conſuetudo particularis,quòd in aliquibus caſibus, vel cauſis, & aliqui clerici, putà in minoribus conſtituti,poſſint puniri à Iudice ſæculari, ſuſtineri poteſt. Et ita in pluribus locis refert vidiſſe ſeruari. Pro quare adeaſe remittit, quæ docet in eodem §.fin.q.41. in ver. Sed quid dicendum. Vbi probat,quòd licèt Roman. Pontifex poſſit mero laico committere cauſas criminales clericorũ,vt ait Gloſ. in c.benè quidem, in ver. Præter.69.diſt.quam teſtatur ex Bero.q.7. num. 1.quòd totus mundus ſequitur:eo quòd Papa in omnibus cauſis Eccleſiaſticis abſolutam habet plenitudinem poteſtatis;Principibus tamen laicis in clericos negat ipſum Pontificem ordinariam iuriſdictionem conferre poſſe.

Quaſi diceret ad probationem ſuæ opinio-
2 nis: Quòd illud conſuetudine inducitur, quod priuilegio concedi poteſt: vt eſt tex. in l hoc iure, 9.ductus aquæ, ff de aqu. quotid.æſtiu. c.ſuper quibuſdam,§ præterea,& ibi Doct de verb. ſignif.& Alex.conſ 70.col.2.vol.4. Et eo maximè,ſi conſuetudo ſit longiſſimi,ac immemora-
3 bilis temporis:nam longiſſimi,ac immemorabilis temporis poſſeſsio dat titulum priuilegium, ac conceſsionem à Principe:vt habetur in c.1.de præſcript. in ſexto, Couar. in regula poſſeſſor malæfidei,p.2.9.3.nu.6.de regul. iu.lib.6. & alij,

quoi

quos refert,& ſequitur Mart.de iuriſd.p.1.c.34. nu.9. Imò talis præſcriptio probat priuilegium ſolemne,ſecundum Bal.conſ.257.vol.2. Etenim vbi ſcriptura requiritur, id ipſum operatur tẽporis coniectura: vt per eundem Bald. conſ.24.
4 vol.4. Et centenaria vim obtinet bonæ fidei, ac ſcientiæ: vt habetur ex Doct. in d.l.hoc iure, §. ductus aquæ.& Mart.de iuriſd. p.1. c.32. nu.27. Sed Roman. Pontifex non poteſt concedere facultatem generalem, & ordinariam iuriſdictionem Laicis cognoſcendi de cauſis capitalibus clericorum, ſed benè ſpecialem, vt ſupra diximus ex ipſo Clar.& patet etiam ex verbis noſtri canonis.à contrario ſenſu,vbi: *Sine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa huius ſanctæ Sedis licentia*: Ergo licèt non poſſit induci conſuetudo generalis, vt laici valeant cognoſcere de cauſis criminalibus, ſeù capitalibus clericorum; nihilominus valida eſt conſuetudo particularis,quòd in aliquibus caſibus,vel cauſis, & aliqui clerici puniri poſſint à Iudice ſæculari.

Secundò ſi conſuetudine induci non poſſet, vt clerici in certis ſaltem caſibus puniantur à Iudicibus laicis, id eſſet, quòd conſuetudo huiuſmodi iuri naturali, aut diuino repugnaret; ſed hoc eſt falſum: ergo.&c. Maior patet: probatur minor, quoniam alias non poſſet Romanus Pontifex priuilegium Iudici laico concedere, vt de cauſis clericorum cognoſceret: eo quòd Papa non eſt ſupra ius naturale,aut diuinum.

4 Tertiò cognitio de clericatu,atque adeò,an aliquis ſit clericus pertinet ad Iudicem Eccle-
5 ſiaſticum: vt habetur in tex. in c.ſi Iudex laicus, de ſent.excommun.in ſexto. Vbi ſic legitur: *Si Iudex laicus malefactorem captum detineat,& is ſe clericum dicens, ad Curiam Eccleſiaſticam petat remitti: vel Curia ipſa eum tanquam ſuum clericum repetat, Iudice illum inficiante clericum,ac ob hoc minimè remittendum: dubitationis huiuſmodi,an ſcilicet ſit,qui repetitur clericus, ad Iudicem Eccleſiaſticum, quia de re Eccleſiaſtica, & ſpirituali,vocato tamen Iudice ſæculari, vel alio cuius intereſt, cognitio pertinebit*. Et tamen idem Iul. Clar.in d § fin.nu.18.refert,quòd in quibuſdam locis contrarium ſeruatur:nam clericus, contra quem procedit Iudex ſæcularis pro aliquo delicto,exhibet coram ipſo Iudice ſæculari iura ſua,& inſtrumenta, & eis viſis, Iudex ſæcularis illum remittit ad ſuum Iudicẽ Eccleſiaſticum, vbi ſit in caſu remiſſionis: ergò conſuetudine inducipoteſt, vt clerici pro eorum cauſis criminalibus cognoſci poſſint à Iudice ſæculari.

Quartò videtur, quòd ſaltem citra omnem
6 controuerſiam conſuetudine immemorabilis temporis induci poſſit,vt clerici certis caſibus à Iudice laico puniri poſſint. Nam quamuis ius reſiſtit conſuetudini, qua Eccleſiaſtici conueniuntur de crimine coram Iudice laico, vt habetur in d.c.clerici,de Iudic.his verbis: *Clerici, & infra. Cum imperator dicat, quod legis non dedignantur ſacros canones imitari,in quibus generaliter traditur, vt de omni crimine clericus debeat coram Eccleſiaſtico Iudice conueniri. Non debet ex hac parte canonibus ex aliqua conſuetudine præiudicium generari*: nihilominus conſuetudine temporis, cuius initij non ſit memoria,poteſt ſtatui illud etiam, cui ius reſiſtit: vt ait Molin. tom.1. de iuſtit. & iu. diſp.77. col.1.in ver.conſuetudo.qua iuris, &c.

His tamen non obſtantibus, oppoſitam ſen-
7 tentiam arbitror de iure veriorem eſſe: atque adeò non modò generalem, ſed nec etiam ſpe-
b cialem conſuetudinem *b* induci poſſe, vt clerici de crimine aliquo quantumuis ſpeciali à Iudice laico cognoſci poſſint.

Probatur: quia quòd clerici non poſſint puniri à laicis, eſt ſtatutum de iure diuino, vt ex communi ſententia docet idem Iul. Clar.in d. q.36.in prin.& nos latè ſupra probauimus, can. 15.q.18.ergò non poteſt per conſuetudinem ſtatui, quòd Eccleſiaſtici pro crimine cognoſcantur coram ſæculari Iudice:quoniam contra ius diuinum, ſicut non poteſt aliquid decerni per ius poſitiuum,ita etiam non poteſt conſuetudine induci,quæ ius dicitur non ſcriptum: vt in §.ex non ſcripto,in inſt. de iu. natur. gent. & ciu.

Secundò probatur apertè ex d.c.clerici, de Iudic. Vbi definitum eſt,vt ſupra diximus, non poſſe conſuetudine aliqua præiudicium inferri Sacris canonibus; in quibus generaliter traditur: Quod de omni crimine clericus debeat coram Eccleſiaſtico Iudice conueniri.

Tertiò hoc ipſum habetur in Concilio Lateran.ſub Leone X.ſeſſ.10.conſt.quæ incipit: Regimini. Vbi in vniuerſum prohibetur laicis capere,& detinere perſonas Eccleſiaſticas, & cuicunque conſuetudini derogat,tanquam tendẽti in offenſionem diuinæ Maieſtatis, & in opprobrium Eccleſiaſticæ libertatis. Lex autem hoc modo conſuetudinem reprobans nedum præcedentem tollit,ſed etiam obſtat futurę: vt habetur ex Panor.in c.2.num.7.de probat. Couar.ex communi ſententia lib 3. var. reſol. c.13. num.4.& Alex.in l.ſi non ſpeciali, num.2. C. de teſtam.

Quartò hæc ſententia corroboratur ex Cõc. Trid. ſeſſ.25. cap.20. vbi præcipit ſeruari ſacros canones, & Concilia generalia omnia, nec non alias Apoſtolicas ſanctiones in faũorem Eccleſiaſticarum perſonarum, ac immunitatis Eccleſiaſticæ,& cõtra eius violatores editas,quæ omnia eo decreto concilium innouat. Non ergo laici vi conſuetudinis poſſunt habere aliquam poteſtatem in perſonas Eccleſiaſticas. Nam aduerſus decretorum Cõcilij diſpoſitionem, nul-
8 la conſuetudo induci poteſt. Etenim Pius IV.in conſtitutione', qua dictum Concilium confirmauit,illud vbique obſeruari iuſſit, adiecto decreto irritante, quod tollit ne dum conſuetudinem præteritam, iuxta Gloſ.in Clem. fin. ver. Decernimus:de rebus Eccl.non alien.ſed etiam futuram. vt habetur ex Rebuff. concord. ſtabilit.ver. Plus dicit. Vnde prætextu conſuetudinis non poteſt excuſari Iudex laicus, vt in excommunicationem non incidat, ſi cognoſcat de cauſis capitalibus Eccleſiaſticorum; ſiuè conſuetudo ſit generalis de omnibus cauſis, ſiuè ſpecialis de quibuſdam: quoniam iura generaliter damnant huiuſmodi conſuetudines, nec diſtinguunt de ſpeciali,ac generali: ergò generaliter ſunt intelligẽda:quia lex generaliter loquẽs, generaliter eſt intelligenda, & quando non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus, ar.tex.in l.1.§.& generaliter,ff.de leg.præſt.

Denique conſuetudine induci non poteſt,
9 quod per legem nõ poteſt ſtatui:quoniam conſuetudo dicitur altera lex, vt ſup.diximus lib.1.

cap.3.

cap. 3. q. 3. ſub nu. 11. Sed per laicam poteſtatem non poteſt ſtatui, nec generaliter, vt clerici pro cauſis criminalibus cognoſcantur à Iudicibus laicis, nec ſpecialiter pro certis criminibus, & id ex defectu poteſtatis, vt in c. Eccleſia S. Mariæ, & ibi Doct. de conſtit. ergo per conſuetudinem induci non poteſt, vt clerici de crimine cognoſcantur à laicis, ſiuè conſuetudo generalis ſit, ſiuè ſpecialis.

Ad argumenta reſpondetur.

10 AD primum dicitur, quòd tunc illud cõſuetudine inducitur, quod priuilegio cõcedi poteſt, quando talis conſuetudo à iure ſcripto non improbatur: & quando tractatur de perſona, quæ eſt capax iuris, ac poteſtatis: nã in duobus caſibus plus poteſt priuilegium, quàm conſuetudo, etiam longiſſimi temporis memoriam excedens, nempè vbi quis eſt iuris, ac poteſtatis incapax: & vbi conſuetudo a iure ſcripto reijcitur: vt benè probat Azor. lib. 5 ioſt. moral. p. 1.
11 c. 12. q. 1. ver. Sed obijciunt: cum alijs, quos allegat. At laici ſunt omnino incapaces iuriſdictionis, & poteſtatis in clericos: quoniam laici rei ſpiritualis, qualis eſt iuriſdictio Eccleſiaſtica, vt in c. ſi Iudex laicus, de ſent. excom. in ſexto, ſunt omnino incapaces: vt ibi habetur, & talis conſuetudo eſt à iure improbata, vt in c. clerici, de iudic. Latè Ioan. de Sal. de leg. diſp. 19. ſec. 6. ſub num. 63. Alter. in explic. huius canonis. c. 2. col 3. ver. Nec ratio, & ſupra canone 15. cap. 2. col. 7. ver. Ad hanc cum alijs Doctoribus ab eo allegatis.

Hac eadem ratione, inquit Ioannes Anan. in
12 cap 2. de præſcr. lib 6. quòd laicus, citra priuilegium Papæ, non poteſt cõferre beneficia, etiam ſi ea contulerit tanto tempore, de cuius contrariò memoria hominum non extat c. Adrianus, 63. d. & Panor. in c. nouit. nu. 22. cum additis ad ipſum de iudic.

Sic etiam laicus, cum ſit omnino ſpiritualium
13 incapax, caſſatur ipſius electio ad regimen Eccleſiæ Regularis, quacunque conſuetudine in contrarium non obſtante, c. cum cauſam, de elect.

Denique ius eligendi Romanum Põtificem, aut Prælatum in Eccleſia collegiata, nulla conſuetudine laicus comparare ſibi poteſt, c. Maſſana, & c. ſacroſancta, eod. tit. Etenim lõgiſſimi tẽporis poſſeſſio dat titulum, & priuilegium capacibus, non autem incapacibus, cum tempus vetuſtiſſimum non faciat incapacem, capacem: vt habetur ex Panor. in c. quanto, nu. 2. de conſuet. Dec. conſ. 148. & Alex. conſ. 74. num. 12. & 15. volum. 4.

Vnde incapax, ad obtinendum in poſſeſſo-
14 rio, ſeù petitorio cum longiſſima temporis poſſeſſione, oportet, vt priuilegium capacitatis alleget: nempè, quòd incapax ſit factus capax priuilegio: & priuilegium illud ſaltem probet per famam cum alijs adminiculis, aliàs nunquam obtinebit. Ita Felin. in c. accedens, nu. 6. de præſcr. & Mart. de iuriſd. p. 2. c. 5. in prin. cap. 40. à nu. 18. ad 24. & 4. p. caſu 64. num. 13. & alij, quos ipſe refert.

Immò quando præſcriptio à iure ſcripto im-
15 probatur, vt ſumus in caſu, de quo agitur, ſatis non eſt probatio priuilegij per famam: vt colligitur ex Azor. loco citato. Et tantò fortiùs, quia
16 laicus poſſidendo, ſeù quaſi, res ſacras, & ſpirituales ſemper præſumitur mala fide poſſidere: vt per Bal. in l. malè agitur, ſub n. 1. in vet. Secũdo modò, C. de præſcr. 30. vel 40. ann. & l. ſuper longi, ſub nu. 10. in fine, C. de long. tempor. ptę-
17 ſcript. Poſſeſſor autem malæfidei vllo vnquam tempore ptæſcribit: vt in regula poſſeſſor malæfidei, & in eam latè Couar. de reg. iur. in 6.

Ad ſecundum reſpõdetur, negando minorẽ:
18 & ad probationem dicimus, quòd Roman. Pontifex, ideò poteſt concedere priuilegium Principibus laicis, vt in aliquibus caſibus puniant clericos: quia in illis Princeps laicus exercet iuriſdictionem in clericos, non iure proprio, ſed vt Papæ Delegatus: vt habetur per Gloſ. in c. Laicis, 16. q. 7. Card. in c. perpendimus. n. 6. in fin. de ſent. excom. Felin. in c. 2. num. 3. & 4. de maior. & obed. Etenim qui de mandatam iuriſdictionem exercet, non ſua, ſed mandantis iuriſdictione vtitur: vt in l. 1. §. qui mandatum, ff. de offic. eius cui mand. iuriſd. Quocirca iuriſdictio huiuſmodi laico per priuilegium Roman. Pontificis tributa, iuri diuino, aut naturali nullo modo dicitur repugnare. Ita Alter. in explic. huius can. c. 2. col. 3. in ptin.

Ad tertium dicitur, quòd in Regno quoque
19 Neapolitano ipſe noui cauſam clericatus cognoſci per Regios Iudices: ſed quanam facultate id agant, neſcio. Hoc vnum ſcio, quòd cum cauſa huiuſmodi ſit Eccleſiaſtica, & ſpiritualis, vt conſtat ex d. c. ſi Iudex laicus, de ſent. excom. & laici ſpiritualium ſint omnino incapaces, vt in c. cauſam, & ibi Panor. n. 2. de præſcr. nulla conſuetudo temporis quantumuis immemorabilis, citra priuilegium Romani Pontificis, huiuſmodi Iudicibus ſuffragatur. Sed quicquid ſit de hac re, negamus conſequentiam: quia cognoſcere de cleticatu, non eſt cognoſcere de cauſis capitalibus clericorum, quod vi huius canonis prohibetur. Quo circa ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minor.

Ad quartum dicimus, quòd quoties ius im-
20 probat conſuetudinem aliquam, induci ea non poteſt, etiam per ſpacium temporis, immemorabilis per ea, quæ ſupra annotauimus. Et quãuis Molin. in relato loco, contrarium ſentire videatur, tamen paulò infra ſe declarat, inquiens. Quod ſi lex aliqua, ſiuè canonica, ſiuè ciuilis, ſtatuat aliquid, adijciatque, vt aduerſus illud, vel omnino non præſcribatur, vel non niſi tempore quadraginta centum annorum, aut de cuius initio non ſit memoria, vel quouis alio annorum ſpatio, tunc aduerſus talem legem, vel omnino non præſcribetur, vel non niſi tẽpore, quo lex ſtatuerit; idque eſtò quòd interueniat bona fides, & titulus, l. vbi lex, ff. de vſucap. quoniam ptæſcriptio ex Principum arbitrio, & beneplacito pendet. Secundò reſpondetur, quòd in caſu, de quo agitur, non modo conſuetudo à iure improbatur, ſed etiam concurrit incapacitas perſonæ: nam Iudex laicus, eſt omnino incapax iuriſdictionis in Eccleſiaſticos; & propterea, eſto quòd per tempus immemorabile cognitum ſit per Iudices ſæculares, ſiuè generaliter, ſiuè ſpecialiter de quibuſdã cauſis capitalibus; nũquam tamen

tamen per talem consuetudinem, seù præscriptionem id licitum fieri potest, per ea, quæ supra diximus.

Tantò fortiùs, quia etsi hæc consuetudo lon-
21 gissimi, & immemorabilis temporis extaret in aliqua Ciuitate, & cõcederetur de facto laicum esse capacem iurisdictionis in clericos, adhuc talis consuetudo, vim aliquam nõ haberet; quia est interrupta quolibet anno per hunc canonẽ, qui quolibet anno in die cœnæ legi consueuit, quo laici vsurpantes iurisdictionem in clericos excommunicantur. Quocirca immemorabili consuetudini derogatur: vt habetur ex Felin. in c.cum non licent, nu.19. de præscr. quem refert, & sequitur Alter. in explicat. nostri canon. c.2. col.3. in ver. Accedit.

Quæ diximus de consuetudine, eadem appli-
22 camus ad præscriptionem; quoniam Iudicet laici non solùm consuetudine, sed nec etiam præscriptione; quamuis tanti temporis cursu sit continuata, vt initij memoria non extet quoad hanc rem vti possint: quia cùm laicus sit inca-
23 pax iuris, & potestatis spiritualis, nec possit illã ciuiliter possidere, consequenter non potest præscribere, eo quòd non datur præscriptio sine possessione: vt in c.causam, & ibi Panor. de præscr. io. Andr. & alij in c.2. de præben. in sexto, & Alter. in explicat. 15. canon. nostræ Bullæ c.2.col.8.in ver. Quod verò de consuet.

Differt aut consuetudo præscripta à formali
24 præscriptione in pluribus, vt diximus sup. cap. 4.q 20. nempè, quòd præscriptione lex aliqua non inducitur, non interpretatur, nec legi derogatur, sed rerum dominia acquiruntur: at verò per consuetudinem lex inducitur, interpretatur, & legi derogatur. Item consuetudo conuenit vniuersis: quoniam inducitur in cõmunitatibus, cùm sit lex communis: præscriptio verò conuenit etiam priuatis personis.

Non igitur præscriptione formali, nec consuetudine præscripta induci potest, vt laici potestatẽ habeant in personas Ecclesiasticas. Quapropter, prætextu consuetudinis præscriptę, aut formalis præscriptionis, non possunt excusari Iudices laici exercentes iurisdictionem in Ecclesiasticos, vt non incidant in excommunicationem huius canonis.

Imò præscriptiones, & consuetudines huiusmodi robur, & firmitatem accipere non pos-
25 sunt, etiam si Romanus Pontifex eas sciat; quia non per hoc censetur in ijs tacitè consentire, vt aliqui putant. Nam omnibus patet, Romanos Pontifices quotidie his de causis reclamare, & conqueri, censuras ferentes cõtra eos, qui huic canoni, & alijs similibus contrauenire præsumunt, & quotannis in die Cœnæ Domini Romanus Pontifex solemnem excommunicationem pronunciat in Magistratus, & Iudices, ac eorum Principes, qui in Ecclesiasticorum causis se intromittunt. Ita Alter. in d.canon. 15. col. pen. in ver. Respondeo.

ADDITIO.

a Clericatu. Adde, quòd licèt non desint, qui velint, cognitionem de clericatu spectare ad Iudicem sæcularem, vt habetur ex Bottrel. de potest. Reg. Cathol. c.76.nu.308. Guid. Papa q.138. & Graf. discept. forens. p.2.c.190.num.30. nihilominus in contrarium est communis sententia, quã tenent Couar. practic. qq.q.3. Salzed. in pract. crim. Diaz, c.62.n.14. Ceual. tract. de cognit. per viam violentię, in proem.c.8.nu.30. & p.2. q 44. num.2. Marc. Anton. lib.3. resolut.48. Laym. in Theol moral. lib.4.tr.9.c.7.n.6. Ioan. della Cruz in director. consc. p.2 de sacr. ordin. q.5. dub.8. con.1. Molin. tom.4.de iustit. & iur t.3. disp.49. nu.6. & 11. Zerol. in prax. Episcop. ver. clericus, num.3. & alij. Quomodo autem probetur clericatus, quænam sint vestes clericales in clericis primæ tonsuræ, & in minoribus ordinibus, vide Bellett. in disquis. cler. p.1. tit.3. §.14. nu.10. Ambros. de immun. Eccles. cap.23. Couar. pract. qq. c.31.nu.7. & Bonac. de legib. disp.10. q.2. pun.1. §.4. nu.17. D. Cæsar.

b Consuetudinem. Adde Alter. hic c.2. col.3. dub.2. Rota in antiq. tit. de consuetudine, decis. 10.nu.4. & alios. Est tamen verum quòd Iudices, & Potestates sæculares ad petitionem Iudicum Ecclesiasticorum, eorum brachium exposulantium, possunt se intromittere in clericorum causis adiuuando ecclesiasticos ipsos non valentes illorum subditos exercere, vt in c. perueniens, il t. de offic. ordin. c. dilecto, de sent. excom. Concil. Trid. sess. 25. c. 3. ibi, *per suos proprios, vel alienos executores*, Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 452. num. 4. Gen. in sua prax. c. 36. Farin. in prax. crim. q. 97. nu. 82. Rice. in prax. implor. brach. decis. 320. in prima editione, Barbos. de potest. Episc. 3. p. alleg. 107. num. 24. & seq. & alij. Imò sæculares Iudices non solùm possunt; sed etiam debent ecclesiastico Iudici petenti auxilium, & brachium conferre, etiam non examinata iustitia causæ, aut Iudicis Ecclesiastici sententia, vt habetur ex Matt. de iurisd. par. 3. q. 51. Gen. Rice. Barbos. locis citatis, & ex alijs. Quod verum esse ait Barbos ibi nu. 27. quando Ecclesiasticus traditur Iudici sæculari vt executori, etiam in causis mixti fori: secus autem si tradatur, vt puniendus; & eo maximè, si constet de iniustitia sententiæ Iudicis Ecclesiastici: quoniam tunc Iudex laicus brachium præbere iudici Ecclesiastico non tenetur, vt habetur et Ricc. loco citato, decis. 325. D. Cæsar.

Quibus casibus contrahitur excommunicatio huius canonis; quibus vero effugitur. Q. 9. & vlt.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus interponens se in causis capitalibus Ecclesiasticorum sine expressa, & speciali Rom. Pontificis licentia, incidit in excommunicationem huius canonis, quicunque sit, etiam si fuerit magistratus magnus, medius, minor, aut minimus.*

2 *Iudex sæcularis interponens se in causis capitalibus Ecclesiasticorum excommunicationem contrahit, quæcunque causa capitalis sit, siue pro ea venias imponenda mors naturalis, siue exilium, siue pœna mutilationis, & quæcunque alia pœna corporis afflictiua.*

3 *Iudex sæcularis interponens se in causis capitalibus Ecclesiasticorum excommunicatione ista ligatur, quicunque Ecclesiastici sint, siue Regulares, siue sæculares, siue Or-*

ne Ordinis militaris, & id quocunque modo id agat ſiue proceſſando, ſiue bannendo, ſiue capiendo ſiue ſententiando.

4 *Notarij, ſcribæ, executores, & ſubſecutores interponentes ſe in cauſis capitalibus Eccleſiaſticorum excommunicationem incurrunt, etiam per vnum, aut alterum actum.*

5 *Iudices, notarij, & ſcribæ capientes informationem tantùm contra Eccleſiaſticos, in excommunicationem non incidunt. Idem dicendum eſt, ſi auctoritatiuè in eorum cauſis capitalibus non ſe interponant: aut Eccleſiaſtici fori priuilegiũ amiſerint reali degradatione, diffidatione, ſeu banno, &c.*

6 *Iudex Eccleſiaſticus incompetens, interponens ſe in cauſis capitalibus Eccleſiaſticorum, excommunicationem non contrahit; niſi eſſet ſæcularium Principum Iudex, aut magiſtratus, & auctoritate laica ſe intromitteret in eis.*

PRo deciſione huius quæſtionis ſit vnica cõcluſio. Iudices laici interponentes ſe in cauſis capitalibus contra eccleſiaſticos incidunt in excommunicationem noſtri canonis. 1

Ampliatur primò hæc concluſio, vt prædicta excommunicatio ſit generalis, comprehendens omnes, & quoſcunque magiſtratus, ac Iudices contrauenientes; ſiue magni ſint, ſiue medij, ſiue minores, ſiue minimi; iuxta ea, quæ ſupra annotauimus, q. 2.

Secundò ampliatur, vt excommunicatio iſta comprehendat Magiſtratus ſæculares, & Iudi- 2
ces ſe interponentes *a* in cauſis capitalibus, ſeu *a*
criminalibus Eccleſiaſticorum, quæcũque ſint: atque ideo ſiue pro eis veniat imponenda mors naturalis, ſiue ciuilis, puta deportationis, triremium, aut infamiæ; ſiue veniat imponẽda quæcunque pœna corporis afflictiua, aut pecuniaria, fiſco applicanda: vt ſupra declarauimus, q. 4.

Tertiò ampliatur, vt Iudices, ac Magiſtratus 3
ſæculares interponentes ſe in cauſis capitalibus ſeu criminalibus Eccleſiaſticorum, in prædictã excommunicationem incidant, quęcũque ſint perſonæ eccleſiaſticæ, contra quas procedant: atque ideo ſiue clerici ſæculares ſint, ſiue Regulares, tàm profeſſi, quàm nouitij: & clerici ſæculares etiam ſi prima tantùm tonſura initiati ſint dummodo habitum, & tonſuram deferant, & ſeruiant in Diuinis, iuxta Conc. Trid. ſeſſ. 23. de reform. c. 6. Idem dicendum eſt de interponentibus ſe in cauſis criminalibus equitum Melitenſium, Alcantaræ, Calatrauæ, & aliorum eccleſiaſticorum, qui gaudent priuilegio fori, de quibus ſupra latè tractauimus, can. 15 q. 3. cum pluribus ſequentibus.

Quartò ampliatur: vt ſub hac cenſura comprehendantur huiuſmodi Magiſtratus, & Iudices, vt ſupra contrauenientes, quocũque modo ſe interponant in criminalibus cauſis contra eccleſiaſticos, atque ideo, ſiue eos proceſſando, ſiue banniendo, ſiue ſententias cõtra ipſos proferendo, etiam ſi deinceps executioni non demandentur: aut eoſdem capienda: vt patet ex illis canonis verbis: *Illas proceſſando, bannendo, &c.* & habetur ex Vgol. hic, §. in ver. Quintò afficit.

Quintò ampliatur, vt excommunicatio iſta 4
extendatur etiam contra Notarios, & Scribas in dictis eccleſiaſticorum cauſis ſe interponentes: vt conſtat ex illis verbis: *Notarios, & ſcribas.* Per Notarios autem & ſcribas, quinam intelligantur ſupra declarauimus, q. 3. in fine. Et interponere ſe dicuntur in huiuſmodi cauſis notarij, & ſcribæ: etiam ſi vnum, vel alterum actum proceſſis ſcribant. Nam iſte canon excommunicat interponentes ſe in dictis cauſis: at qui facit actum aliquem proculdubio ſe interponit: & propterea in hanc cenſurã incidit: vt habetur ex Vgol. hoc eodem loco, §. 3. ver. Item afficit.

Sextò ampliatur, vt hanc eandem cenſuram contrahant executores *b*, & ſubexecutores ſe in- *b*
terponentes in criminalibus cauſis contra perſonas eccleſiaſticas, & hoc ob illa verba: *Executores ſubexecutores, &c.* Vnde lictores, & alij ſimiles capientes, carcerantes, obtruncantes, aut ſuſpendentes eccleſiaſticos pro quacunque cauſa criminali, ſeu capitali quantumuis enormi, in prædictam excommunicationem incidunt: niſi ex ordine Iudicis eccleſiaſtici hæc agantur, vel excuſentur ex capite probabilis ignorantiæ, vt declarat Vgol. loco citato, n. 2.

Sic ampliata limitatur primò, vt excommuni- 5
catio iſta non comprehendat Iudices ſæculares & eorum notarios, ac ſcribas, qui interponunt ſe in cauſis criminalibus eccleſiaſticorum capiendo informationem tantùm contra eos, & ad vlteriora non procedendo: quoniam hi non dicuntur proceſſare perſonas eccleſiaſticas. Quod quomodo procedat, ſupra declarauimus, q. 5.

Secundò limitatur, vt hi tantũ ſæculares Magiſtratus, ac Iudices, vi huius canonis excõmunicationis vinculo alligentur, qui auctoritatiuè, ac ſi ad illos pertineret, in eccleſiaſticorum cauſis criminalibus ſe interponũt, vt ſupra diximus in d. q. 5. in fine.

Tertiò limitatur, vt in cenſuram hanc nõ incidant Magiſtratus, ac Iudices, vt ſupra interponentes ſe in cauſis criminalibus Eccleſiaſticorum vbi ipſi eccleſiaſtici amiſiſſent priuilegium fori, nempe degradatione re ipſa facta, diffidatione, per bannum. quo impunè occidi poſſunt, & in aliis caſibus ab Vgol. relatis, hoc loco §. 2. in ver. Quartò pœnam hanc: & à nobis ſupra q. 7.

Quartò limitatur, vt excommunicatio iſta nõ extendatur contra Iudices eccleſiaſticos interponentes ſe in cauſis criminalibus eccleſiaſtico- *c*
rum, quorum ſint incompetentes *c*: nam iſte canon de laicis ſolùm loquitur: vt conſtat ex illis canonis verbis: *Conſiliarij, Senatores, Præſidentes, Vicecancellarij, Cancellarij*; qui ſæpius laici ſunt: vt habetur ex Vgol. loco citato in ver. Quinto pœnam. Quod verum puto, niſi Eccleſiaſtici Iudices, ſeu Magiſtratus eſſent ſæcularium Principũ & auctoritate laica ſe intromitterent in prædictis cauſis: nam tunc puto illos in hanc cenſurã incidere; iuxta ea, quæ ſupra annotauimus c. 14. q. 6.

Quintò limitatur, vt ſub diſpoſitione huius canonis non comprehendatur Magiſtratus; & Iudices ſæculares interponentes ſe in cauſis criminalibus eccleſiaſticorum de ſpeciali, & expreſſa licentia Romani Pontificis, vt conſtat ea illis verbis: *Siue ſpeciali, ſpecifica, &c.* Quæ verba quomodo intelligenda ſint, ſupra declarauimus, q. 6

Sextò limitatur, vt excommunicatio iſta illos ſæculares Iudices alliget, qui ſe interponunt in cauſis criminalibus, ſeu capitalibus eccleſiaſti-

eorum: vt patet ex illis verbis: *In cauſis capitalibus ſeu criminalibus*: ſecus autem, ſi ſe interponant in cauſis ciuilibus: quia cum ſimus in pœnalibus, verba ſunt ſtrictè intelligenda, ar. tex. in c. odia, de regul. iur. in ſexto. Vnde ſi Iudex clericum debito rem fugientem retinendum præcipiat, vt ſuo Prælato illum offerat, in excommunicationem hanc non incidit: vt habetur per Doctor. in c. cum non ab homine, de Iudic. & alios quos refert, & ſequitur Vgol. hoc loco, §. 2. ver. Item pœnam hanc euadunt. Et nos etiam latius diximus, ſupra, q. 7.

Septimò limitatur, vt excommunicatio iſta
6 non extendatur ad eos, qui contra perſonas eccleſiaſticas in cauſa criminali, accuſationes, &
d quærelas ad ſæculares Iudices deferuot *d*: neque ad illos, qui in eadem cauſa teſtificaotur: quoniam canon noſter loquitur tantùm de Iudicibus, Notarijs, & executoribus, nec alios exprimit. Bene verum eſt, quòd huiuſmodi accuſatores, & teſtes alijs pœnis de iure adhiuntur; vt habetur ex Alter. hoc eodem loco. cap. 1. col. 3. in prin. in ver. Hæc excommunicatio.

Idẽ dicendum eſt de Iudice, qui in cauſa criminali clericũ examinat vt teſtẽ: ſecus autẽ ſi illũ examinet vti principalem quoad ſe, & teſtem quoad alios: nam tunc cenſuram hãc proculdubio cõtraheret. Ita Nau. conſ. 33. de ſent. excom.

ADDITIO.

a Interponentes. Quod quidem verum eſt, etiam ſi ſe interponant in cauſis capitalibus cõtra clericum conſentientem, contra ſe inquiſitionem, ſeu proceſſum formari: quia Rom. Pontifex generaliter loquitur, nec diſtinguit, vt habetur ex Bonac. in explicatione huius canonis, diſp. 1. q. 20. pun. 2. n. 9. vbi contraria ſoluit. Abb. Alex.

b Executores. Adde Reginald. lib. 9. ſuæ prax. num. 385. & Bonac. hoc loco diſp. 1 q. 20. pun. 2. ſub num. 5. & 6. vbi tamen num. 7. ab excommunicatione huius canonis excludit Reges, & alios Principes proceſſando, vel faciendo actionem aliquam in eodem canone contentam, vt habetur ex Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. c. 11. q. 7. n. 308. & ſeq. Abb. Alex.

c Incompetens. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. n. 308. & Bonac. hic diſp. 1 q. 20. pun. 2. ſub n. 8 quod ampliat. n. 9. Abb. Alex.

d Deferant. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. c. 11. q. 8. ad fin. n. 313. & Bonac. hic diſp. 2. q. 20. pun. 2. n. 11. Abb. Alex.

COMMENTVM
In Canonem Vigeſimum Bullæ in Cęna Domini.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, ſeu alios directè, vel indirectè ſub quocunque titulo, vel colore inuadere, deſtruere, occupare, & detinere præſumpſerint, in totum vel in partem Almam Vrbem, Regnum Sicilia, Inſulas Sardiniæ, & Corſicæ, terras citra Pharum, Patrimonium Beati Petri in Tuſcia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venayſinum, Sabinen. Marchiæ Anconitanæ, Maſſæ, Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & maritimas Prouincias, illarumque terras, & loca, ac terras ſpecialis commiſſionis Arnulforum, Ciuitateſque noſtras, Bononiæ, Ceſenam, Arimínum, Beneuentum, Peruſium, Auinionem, Ciuitatem Caſtelli, Tudertum, Ferrarium, Comadium, & alias Ciuitates, Terras, & loca, vel iura ad ipſam Romanam Eccleſiam pertinentia, dictaque Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiecta, necnon ſupremam iuriſdictionem in illis Nobis, & eidem Romanæ Eccleſiæ competentem de facto vſurpare, perturbare, retinere, & vexare varijs modis præſumunt, necnon adhærentes fautores, & defenſores eorum, ſeu illis auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtantes.

De Diuiſione canonis. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio iſta, quoad ea, quæ habentur in prima & ſecunda parte antiqua eſt: circa verò reliqua non item.*

TEx. diuiditur in tres partes. In prima parte fertur excommunicatio contra occupantes terras, loca, & Ciuitates Rom. eccleſiæ. In ſecunda fertur excommunicatio contra offendẽtes eiuſdem iura. In tertia excommunicantur hi qui ſupremam iuriſdictionem ad Romanam Eccleſiam pertinentem, modis ſibi prædictis offendunt. Secunda ibi. Vel iura. Tertia ibi, Nec non. Ad huius canonis intelligentiam, quatuor veniunt conſiderandi. Primò tempus latæ excõmunicationis. Secundò perſonæ, quæ excõmunicantur. Tertiò actiones propter quas fertur excommunicatio. Quartò loca, Ciuitates, iura, & iuriſdictio, quæ proteguntur.

Circa primum eſt annot. quòd excommuni-

1 ca-

1 catio iſta, quoad ea, quæ in prima, & ſecunda parte noſtri canonis continentur, antiquiſſima eſt: eo quòd eius mentio habetur in Bulla cœnæ Mart. V. apud D. Anton. p. 3. ſuæ ſum. tit. 25. c. 7. 2. & Sylu. in ver. excom. 7. n. 75. excom. 30. Quo uerò ad ea, quæ habetur in tertia eiuſdem parte, non eſt adeò antiqua; ſed Sayr. hoc loco ex Ledeſm. exiſtimat tempore Iulij III. eam fuiſſe Bullæ cœnæ additam.

Circa ſecundum, perſonæ quædam principales ſunt, & quædam acceſſoriæ. Quoad perſonas principales, excommunicatio generalis eſt. Acceſſoriæ verò ſunt ſex. Primo adhærentes, Secundò fautores. Tertiò defenſores. Quartò dantes auxilium. Quintò dantes conſilium. Sextò dantes fauorem ad prohibitas actiones, mox dicendas.

Circa tertium, actiones principales, quæ vi huius canonis damnantur, ſunt octo: Primò inuadere. Secundò deſtruere. Tertiò occupare. Quartò detinere. Quintò de facto vſurpare. Sextò perturbare. Septimò retinere. Octauo vexare infra dicenda loca, Ciuitates, iura, & ſupremam iuriſdictionem Romanæ Eccleſiæ: Acceſſoriæ autem ſunt ſex. Primò adhærere. Secundò fauere. Tertiò defendere. Quartò auxiliari. Quintò cõſulere. Sextò quomodolibet fauorẽ præſtare.

Circa quartum, loca, Ciuitates, iuriſdictiones, & iura, quæ vi præſentis canonis proteguntur, ſunt Alma Vrbs Romæ Regnum Siciliæ, & reliqua in tex. ſingillatim enumerata. Quæ loca, Ciuitates, iura, ac iuriſdictiones quomodo, & quo titulo ſpectant ad Eccleſiam, latè habetur ex Mart. de iuriſd. p. 1. c. 26. & Alter. in explicat. huius can. cap. 2. per totum.

Ibi (*Inuadere, deſtruere, occupare, & detinere.*)

An ad incurrendam cenſuram huius canonis debeant omnes dictæ actiones copulatiuè concurrere, vel ſufficiat eorum aliqua tantùm. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Copula, &, requirit omnia coniuncta ſimul eſſe: & cadit inter diuerſa.*

2 *Inuadentes, deſtruentes, occupantes, & detinentes Almam Vrbem, & alias Ciuitates, & loca R. Eccleſiæ intidunt in excommunicationem huius canonis, etiam ſi quis unum tantùm ex dictis criminibus committat.*

3 *Copula, &, quando ponitur inter æquè principalia, reſoluitur in alternatiuam: & quando ponitur a lege, ſtat multoties pro puncto rationis ſeparatæ, eſto quod inter ſubſtantiua ponatur.*

IN hac re videtur prima fronte dicendum, 1 quòd vi noſtri canonis ad contrahendam ſupradictam excommunicationem omnes dictæ actiones coniunctim exigantur: atque ideo ſatis non eſt, dicta loca, Ciuitates, iura, & iuriſdictionem inuadere; niſi eadem quis deſtruat, occupet, ac detineat.

Probatur; quia canon iſte connumerando dictas actiones, eas coniungit per copulam, &, quæ mediat inter ly. *occupare*, & ly. *detinere*. At copula illa requirit omnia coniuncta ſimul eſſe, l. ſi quis ita, ff. de verb. oblig. l. ſi hæredi plures, ff. de condit. & demonſtr. latè Dyn. in c. in alternatiuis, de regul. iur. in ſexto. Cadit enim huiuſmodi copula inter diuerſa, l. fin. C. per quas per. nob. acquir. & requirit concurſum omnium copulatiuorum, vt diuerſorum, & plurium, l. ſi Titius ff. de fideic. liber. & l. ſtipulatio iſta. ff. de verb. oblig. ergo ad incurrendam huiuſmodi excõmunicationẽ exigitur, vt omnes dictæ actiones concurrant, nec ſatis eſt, ſi earum aliqua deſit.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen- 2 tentiam arbitror de iure veriorem eſſe: atq; ideo ad incurrendam excommunicationem huius 4 canonis ſatis eſſe vnã ex dictis actionibus a peꝑpetrari. Vnde ſi quis tantùm inuadat, vel deſtruat, vel occupet, vel detineat ſupradicta loca, Ciuitates, iura, aut iuriſdictiones, in dictam cenſuram incidit, ac ſi omnia ſimul hæc crimina cõmitteret.

Probatur; quoniam ſi dicta verba copulatiuè & non alternatiuè intelligenda eſſent, per Romanum Pontificem ſufficienter non fuiſſet prouiſum contra offendentes Sedem Apoſtolicam in ſuis locis, terris, iuribus, & iuriſdictionibus, quod non eſt præſumendum. Immo ipſe S. Põtifex vi huius canonis reuocaret id, quod ſufficienter fuit prouiſum à ſuis prædeceſſoribus; Nam in Bulla cœnæ à Greg. XIII. edita, dicta verba non copulatiuè, ſed alternatiuè leguntur, vt conſtat ex illis verbis: *Eos, qui de facto occupant, vel detinent, vel hoſtiliter deſtruunt, vel inuadunt: aut occupare, detinere, v. l deſtruere, aut inuadere hoſtiliter præſumpſerint.* Eodem modo legitur in Bulla Sixti V. ibi: *Inuadere, deſtruere, occupare, et detinere.* Et in Bulla Clem. VIII. illa copula, &, nullo modo reperitur. Excõmunicantur enim ibi omnes hi, qui inuadere, deſtruere, occupare, detinere præſũpſerint: & tamẽ Suar. hic diſp. 21. de cenſſec. 2. n. 305. & alij, intelligunt huiuſmodi verba alternatiuè: ergo ne in hoc canone Rom. Põtifex videatur irrationabiliter deſtruere, quod ſuis prædeceſſores rationabiliter, & ſufficienter ſtatuerunt contra offendentes S. A. in ſuis bonis, & iuribus, dicendum eſt, verba illa debere intelligi alternatiuè, non autem copulatiuè, ita vt ad contrahendam dictam excommunicationẽ ſatis ſit, ſi quis prædicta loca, & iura inuadat, vel deſtruat, vel occupet, vel detineat.

Ad argumentum reſpondetur, quòd licèt co- 3 pula, &, ex ſui natura requirat omnia coniũcta ſimul eſſe, ſeu concurſum omnium copulatiuorum: tamen quando copula, &, ponitur inter æquè principalia, reſoluitur in alternatiuam, textus eſt in cap. 2. & ibi Panor. in fine, de vit. & honeſtat. cler. vbi hæc formalia verba continentur: *Clerici arma portantes, & vſurarii excommunicentur.* Ecce quomodo copula illa, &, eſt inter illa verba: *Arma portantes*: & ly. *Vſurarij*, & nihilominus ad hoc, vt excommunicari poſſint Clerici, non exigitur vt arma deferant, & inſuper ſint vſurarij; ſed ſufficit eorum alterum: nempe, quòd vel arma deferant, vel quòd ſint vſurarij.

Sic etiam quando copula illa, &, ponitur à lege ſtat multoties pro puncto rationis ſeparatæ, & non retinet officium ſuũ, vt requirat concurſum omnium copulatiuorum, eſtò quòd inter

ſubſtantiua ponatur, vt poſt Bar. docet Claud. de Seys.in l.vt vim,n.35.in fine,& 38. in fine, ff. de Iuſt.& iur. & latè habetur ex Alber. de Roſat.in ſuo Dictionario,in ver.&.

ADDITIO.

a Actionibus. Adde Bonac. hic diſp.1. q. 21. pun.5. nu.8.qui eamdem opinionem ſequitur. Abb.Alex.

An committens omnia dicta crimina, ſimul, vnam, vel plures contrahat excommunicationes. Q.3.

SVMMARIVM.

1 *Offendentes Sedem Apoſtolicam in ſuis locis,terris,iuribus,& iuriſdictionibus,tot excommunicationes cõtrahunt,quot actiones hic prohibitas faciunt.*

1 REſpondetur ex Vgol. in explicatione huius canonis,§. 2.num.4.quòd ſic delinquentes a tot excommunicationes contrahunt a,quot crimina vtſupra damnata committunt:atque ideo ſi quis loca & terras,quæ in hoc canone recenſentur inuadat,occupet,& deſtruat, vt feciſſe refert ipſe Vgol.Borbonij exercitum,ac milites ad Vrbem;quam inuaſerunt, in quamplurimis partibus deſtruxerunt, & per aliquot dies occupatam tenuerunt, in plures cenſuras iuxta criminum numerum incidet; quoniam ex his actionibus vna ſub alia non eſt, ſed ſunt æquè principales: ergo ſingulæ per ſe ſufficiunt ad ſingulas cenſuras contrahendas. ar. eorum, quæ habentur ex Bar.in l. 1. ff. de his, qui not. infam.

Id tamen intelligendum eſt, vbi ex commiſſione plurium dictorum criminum, plura numero peccata totaliter committantur,& diuerſæ huius canonis tranſgreſſiones oriantur: tunc enim plures contrahuntur excommunicationes iuxta peccatorum numerum,quarum omnium neceſſaria erit abſolutio. Secus autem ſi vnicum committatur peccatum, & vnica legis violatio; quoniam tunc vnica tantùm incurritur cenſura:vt habetur ex Nauar.in Man.cap.6. n.17.& 18.

Quare,ſi quis inuadit aliquam ex terris Apoſtolicæ Sedis,& ſucceſſiuè eam occupet, & deſtruat,quia vnum peccatum totale committit, ſaltem in ordine ad confeſſionem,& ſemel tantùm canonem hunc violauit, in vnam dumtaxat incidit excommunicationem. Secus autè dicendum eſt,ſi diuerſis temporibus crimina huiuſmodi patrauerit: atque adeò terram primò inuaſerit: & deinde poſt aliquod temporis ſpatium eam occupauerit:& denique ſic occupatam, non ſucceſsinè,ſed elapſo aliquo die,eãdem deuaſtauerit:nam tunc quia diuerſa crimina commiſit,& pluries in hunc canonem deliquit, tres excommunicationes incurrit iuxta numerum dictorum criminum. Ita Altrr. in explic.huius can.cap.1.col.5. ver. Sed dubitari poteſt.

ADDITIO.

a Contrahunt. Adde Filliuc.tom.1.qq.moral. tr.16.c.3.q.9.n.68.& Bonac.in explic. huius canonis,diſp.1.q.21.pun.1. nu.29. & alios. Abb. Alex.

An inuadere,deſtruere,occupare, & detinere prædicta loca,debeant eſſe cum hoſtili incurſu,ad incurrendam prædictam excõmunicationem. Q.4.

SVMMARIVM.

1 *Deſtruere,quomodo differat ab occupare, detinere,& inuadere.*

2 *Inuadere,deſtruere, occupare,& detinere loca, terras, iura,& iuriſdictiones Eccleſiæ Romanæ, non exigunt hoſtilem incurſum ad contrahendam excommunicationem huius canonis:ſed ſatis eſt quod res iniuſta, & de facto occupata,detenta,inuaſa & deſtructa.*

3 *Inuadere,ac deſtruere non mutant in ſua ratione formali hoſtilem incurſum, ſed tantùm repetitum aggreſſum.*

4 *Terram S. Apoſtolicæ ab occupanti legatam, aut donatam,ſi legatarius,vel donatarius non reſtituat, in excommunicationem incidit.*

IN hac re Suar. in explicatione huius canonis diſp.21.de cenſur.ſec 2.nu.104.ait,quòd hæc verba in hoc canone contenta: *Inuadere,& deſtruere*: Significant hoſtilem incurſum:non autem reliqua verba:*Occupare,& detinere.*

Probat,quia in Bulla Sixti V. poſt quatuor actiones hic enumeratas, nempe, inuadere, deſtruere, occupare,aut detinere,additur hoc aduerbium; *Hoſtiliter*:Quod refertur ad inuadere, & deſtruere; non autem ad occupare, ac detinere;vt clarius colligitur ex Bullæ Greg. XIII. in illis verbis:*Res,quæ de facto occupant,detinent, vel hoſtiliter deſtruunt,vel inuadentes,aut occupare, detinere, vel deſtruere,aut inuadere hoſtiliter præſumpſerint.* Vbi in prioribus verbis ly.*Hoſtiliter*: Solùm coniungitur cum verbo:*Deſtruunt*:in poſterioribus verò cum vltimo,quod eſt inuadere:& ideo eodẽ modo eſt intelligendus noſter canon,itaut à ſupradictis non differat: quia verba ipſa inuadere, & deſtruere per ſe videntur indicare huiuſmodi hoſtilem incurſum.

Hanc eandem ſententiã tenet Vgol. hoc eo- 1 dem loco,n.3.dum ait,quod inuadere nil aliud eſt,quàm hoſtili animo aggredi,iuxta illud Virgil.Aen.lib.1.*Inuadunt Vrbem vino,ſomnoque ſepultam.* Et deinde ſubdit;quòd inuaſio fit,vel vt locus inuaſus deſtruatur,vel ſpolietur,vel detineatur,vel occupetur,quæ Græci in Troianos fecerunt, poſteaquam Troiam inuaſerunt. Deſtruere ſignificat conſtructum diruere: occupare,captum vi detinere,denotat: & denique detinere,inquit,eſt ſponte, poſteaquam quis aliquid adeptus eſt, tenere,vbi nec ipſe occupauit nec inuaſit,ſed ſucceſſione aliqua habuit.

Hiſ tamen non obſtantibus,contrariam ſen-

2 ten-

2 tentiam puto veriorem: atque ideo quatuor il-
a las actiones nullo modo exigere hoſtilem a in-
curſum, non ſolùm quoad ly. *Occupare, & detine-
re*: ſed nec etiam quoad ly. *Inuadere, ac deſtruere*.

Probatur: quia ly. *Hoſtiliter*: quod in Bulla Six-
ti V. & Greg. XIII. continebatur, de induſtria in
hoc canone videtur fuiſſe ademptum, vt verba
illa generalius intelligantur, & vi noſtri canonis
prohibita cenſeatur omnis iniuſta, & de facto
occupatio, detentio, ſeu deſtructio locorum,
terrarum, iurium, ac iuriſdictionis Romanæ ec-
cleſiæ etiam ſi nullus interueniat hoſtilis incur
ſus: quoniam iſte canon fuit editus in ſpecialem
defenſionem dominij temporalis, ad S. Apoſto-
licam pertinentis, contra omnes, qui per ſe, vel
per alios præſumunt inuadere &c. ſupradicta
loca, & iura. At prædicta offenduntur per dic-
tas actiones, non modo ſi cum hoſtili fiant in-
curſu, verum etiam quacunque ratione de fa-
cto, & iuris ordine non ſeruato perpetrantur.

Confirmatur: quia inuadere, ac deſtruere nõ
3 includunt in eorum ratione formali hoſtilem
incurſum, ſed repentinum agreſſum iuxta illud
Virgil. loco citato, & Aen. lib. 6. *Nunc inuade vim,
vaginique eripe ferrum*. Et aliquando paria ſunt
inuadere, ac iniuſtè detinere, c. ſæpe, de reſtit.
ſpol. Immo idem ſignificat, ac rapere, ſeu occu-
pare, l. inſtrumenta, C. ad exhib. & l. 2. C. de act.
emp. Quod verbum ad immobilia propriè re-
fertur, l. inuaſor, l. ſi quis in tantam, C. Vnde vi,
& §. pen. in inſt. de vi bon. rapt. licèt impropriè
ad mobilia quoque referri poſſit; vt benè do-
cet Glo. in d. l. inſtrumenta, & l. 2. & ideo datur
inuaſio ſine aliquo hoſtili incurſu: ſicut datur
inuaſio cũ armis, & ſine armis, vt in ſupradicta
l. inſtrumenta, & ibi Glo. Deſtruere quoque ab-
ſtrahit ab hoſtili incurſu: quoniam verbum il-
lud nihil aliud ſignificat, niſi corrumpere. Hinc
Cic. de ſene. Sic ait: *Vt nauem idem deſtruat facillimè
qui conſtruxit*.

Nec obſtat, quòd ly. *Hoſtiliter*: in Bulla Greg.
XIII. coniungitur cum illis verbis: inuadere, &
deſtruere: quia non per hoc ſequitur, quòd in
noſtro canone ſubintelligatur: eo quòd Bulla
cœnæ ex ſua natura eſt variabilis; & quando va-
riatur per detractionem alicuius antiquæ clau-
ſulæ, tollendo aliquid, de quo nihil in iure ſta-
tutum fuit, illud reuocatur ad iuris Diuini, ac
naturalis diſpoſitionem, ac ſi nunquam in Bul-
la fuiſſet expreſſum: vt ſupra probauimus, lib.
1. c. 3. q. 3.

Ex his patet, quod ad incurrendã ſupradi-
ctam excommunicationem, ſufficit quælibet
de facto inuaſio, deſtructio, occupatio, vel de-
tentio, etiam ſi nullus interueniat hoſtilis in-
curſus.

b Ex hoc infertur, quòd ſi ex teſtamento b, vel
alio titulo quis relinquat alteri Terram, quam
occupauerat ſub dominio Sedis Apoſtolicæ, &
legatarius, ſeu donatarius ſciat illam fuiſſe iniu-
ſtè occupatam, nec reſtituat; incidit in excom-
municationem huius canonis. Nam non mul-
tum intereſt, quoad periculum animæ, iniuſtè
detinere, ac inuadere alienum: vt in c. ſæpe con-
tingit, de reſtit. ſpol. Neque ad cenſuram iſtam
contrahendam exigitur, vt tota aliqua Prouin-
cia, vel Ciuitas occupetur; ſed ſatis eſt, vt pars
Prouinciæ, oppidum ſolum, aut villa detineatur
vt patet ex illis verbis; *In totum, vel in partem*; Qua
cũque ergo ratione aliqua ex dictis actionis in-
iuſtè fiat, ſatis eſt ad incurrendam dictam excõ-
municationem. Ita Alter. in explic. huius can. c.
1. col. 2. in prin.

ADDITIO.

a Hoſtilem. Hanc eamdem ſententiam ſequi-
tur Bonac. hoc loco, diſp. 1. q. 21. pun. 1. ſub nu.
4. contra Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. num.
62. Anton. de Souſa ibidem c. 21. num. 2. Suar.
de cenſur. diſp. 21. ſect. 2. num. 104. & alios, vbi
etiam ipſe Bonac. num. 5. ad incurrendam huius
canonis excommunicationem ait, ſatis eſſe pa-
tem Prouinciæ, Ciuitatis, vel oppidi inuadere.
Abb. Alex.

b Teſtamento. Adde hîc Filliuc. tom. 1. qq.
moral. tr. 16. c. 3. q. 7. num. 64. & Bonac. hîc diſp.
1. q. 21. pun. 1. ſub n. 7.

An inuadere, occupare, ſeu detinere ſupradicta loca, debeat eſſe cum intentione ſubtrahendi ea ex dominio S. Apoſtolicæ ad incurrendam ſupradictam cenſuram. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Inuadentes, occupantes, ſeu detinentes, loca, & terras eccleſiæ in excommunicationem incidunt, etiam ſi intentionem non habeant ſubtrahendi ea ab eius dominio.*

1 BReuiter reſpondetur ex Caiet. in ſum. in ver. Excommunicatio c. 17. & Suar. hic diſp. 21. de cenſu. ſec. 2. num. 105. quòd talis intentio non
a exigitur a.

Probatur quoniam iſte canon generaliter loquitur, nec diſtinguit, an dictæ actiones fieri debeant animo ſubtrahendi loca, terras, iura, & iuriſdictionem ex dominio Sedis Apoſtolicæ; ergo generaliter eſt intelligẽdus, nec nos diſtinguere debemus. Vnde ſi in terris Romanæ Eccleſiæ ſint factiones, quarum altera extra exiſtẽs ciuitatem inuadat de facto, deſtruat, occupet, aut detineat; quamuis non intendat eam ſubtrahere ex dominio S. Apoſtolicæ, neque in aliquo lædere iura Eccleſiæ; nihilominus Duces, ac milites huiuſmodi factionis in hanc cenſurã incidunt: & tanto fortius, quia tales factiones, ſeu inuaſiones regulariter non fiunt, quin liberum regimen Ciuitatis Eccleſiæ ſubtrahatur: vt habetur ex Alter. in explicat. huius can. c. 1. col. 2. ver. Reſpondeo. Vbi etiam putat eandem cẽ-
b ſuram contrahere Bannitos b, & alios facinoroſos homines diſcurrentes in magno numero, quando prædicta loca deprædantur, & occidunt in eis commorantes.

ADDITIO.

a Exigitur. Adde Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. c. 3. q. 7. n. 63. & Reginald. lib. 9. suæ prax. num. 188. D. Cæsar.

b Bannitos. Oppositum tenet Filliuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. q. 9. num. 68. si id agant bannitti animo tantùm furandi, vt victum sibi compararent, aut ad vlciscendum se de eorum inimicis. D. Cæsar.

An si quis aliquo probabili titulo, & bona fide aliquem ex prædictis locis inuadat, occupet, vel detineat, existimans de iure sibi competere, incidat in prædictam excommunicationem. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Inuadens aliquem locum Romanæ Ecclesiæ, existimans de iure sibi competere, non incidit in excommunicationem huius canonis; dummodò non putet dispositioni eiusdem canonis contrauenire.*

2 *Iustitiam vi placere, quis dicitur, vbi de facto iuris ordine non seruato, bona quæ ab aliquo bona fide, ac pacificè possidentur, præoccupat.*

3 *Spoliatus, etiam a Iudice, iuris ordine prætermisso, ante omnia restituitur.*

IN hac re Suar. in explicatione huius canonis, disp. 21. de cens. sec. 2. n. 106. tenet partem negatiuam. Pro qua sententia adducit id, quod docet Caiet. in sum. in ver. excommunicatio c. 31. ver. Quartò nota: vbi excusat statuentes contra libertatem Ecclesiasticam, si pura mente, & recto animo, nolentes aliquid contra ecclesiæ libertatem statuere, aut sustinere, consulùt Doctores deputatos, & certificati ab illis, quòd nihil est contra ecclesiæ libertatem statuunt aliquid, quod in veritate esset contra libertatem ecclesiasticam; quia tunc, inquit, agit quis ex ignorantia pluſquam probabili: & ideo neque apud Deum, nec apud Ecclesiam agit contra eiusdem Ecclesiæ ius, seu libertatem: ergo idẽ dicendum est in casu nostro; vt si quis bona fide iustum titulum habere putans de facto aliquem ex dictis locis inuadat, occupet, &c. non incidit in excommunicationem huius canonis; estò quòd locus ille ad S. Apostolicam pertineat, & titulum deinde constet non esse iustum; quia ex probabili ignorantia prædictas actiones dicitur perpetrare; nihil contra ecclesiæ terras, iura, ac iurisdictionem existimans agere.

Hanc sententiam ita demum veram esse ar-1 bitror, quotiescumque ita bona fide a aliquem a ex prædictis locis quis occupat, vt non modo sit certificatus à suis Consiliarijs, & Doctoribus, quòd locus ille iusto aliquo titulo ad ipsum pertineat, & quòd illum occupando, nihil contra iura ecclesiæ Romanæ, seu fidemque libertatem committat; sed etiam, quòd dispositioni præsentis canonis non contrauenìat: nam tunc probabili iuris, & facti ignorantia talis inuasor posset à supradicta censura excusari: secus autẽ, si sẽ contrauenire sciat huic canoni: quoniam, estò quod putet talem locum ad se pertinere, & quòd re vera aliquo titulo ad se pertineat; non obstante hac bona fide, & iusto seu probabili titulo, si ipsum locum de facto, & iuris ordine non seruato, præoccupet, dum ab ipsa ecclesia bona fide, ac pacificè possidetur, incidit in excommunicationem nostri canonis.

Probatur, quia hoc loco, prohibetur quæcunque inuasio, ac vsurpatio sub quocunque titulo, vel colore, quæ de facto fiant; ideſt iuris ordine non seruato: vt patet in illis verbis: *Sub quocunque titulo, &c.* Vnde Vial. hoc eodem loco, sub num. 1. ait, Sanctissimè, ac iustissimè à Sanctissimo, ac Sapientissimo Christi Vicario supradicta verba huic canoni fuisse addita, vt omnibus pateat habentibus aliquam iuridicam actionem, aut prætensionem contra Ciuitates, & iura S.R.E. posse coram Sanctissimo comparere, & illam humiliter proponere, qui, eorum iuribus consideratis, reddet, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei Deo. Ergo licèt bonam fidẽ iste talis dicatur habere, ac etiam iustum titulũ, quoad dominium, seu proprietatem dicti loci: tamen quia habet malam fidem quoad dispositionem huius canonis, eo quòd sit conscius se illi contrauenire, cùm sciat prohibere omnem de facto inuasionem quocunque titulo fiat, proculdubio prædictam excommunicationem contrahit.

Nec obstat, quòd ad incurrendam huiusmo-2 di censuram requiritur, vt aliqua ex dictis actionibus contra iustitiam fiat, prout ipse Suar. loco citato, n. 105. velle videtur, quoniam satis contra iustitiam facere quis dicitur, qui de facto, iuris ordine non seruato, bona, quę ab aliquo, bona fide, ac pacificè possidentur, præoccupat. Vnde spoliatus etiam à Iudice, iuris ordine prætermisso, ante omnia restituitur, c. conquerente, de restit. spol. & violentus inuasor præoccupans aliquam rem de facto, dicitur iniuriam inferre possessori, vt in c. grauis, eod. tit. Omnis autem iniuria dicitur contra iustitiam: nam iniuria ex eo dicta est, quòd non iure fiat: vt in l. 1. ff. de injur. Et hanc sententiam videtur tenere Vgol. hic, §. 1. in ver. Quartò affirit.

ADDITIO.

a Fide. Adde Bonac. in explicatione huius canonis, disp. 1. q. 21. pun. 1. sub num. 25. Abb. Alex.

Ibi (*Romanæ Ecclesię mediatè, vel immediatè subiectæ*) Quænam loca sint immediatè subiecta Romanæ Ecclesiæ, quæue mediatè. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Loca immediatè subiecta Romanæ Ecclesiæ sunt, in quibus ipsa Rom. Ecclesia immediatè ius dicit, & Magistratus ponit. Mediatè verò dicuntur illa, quæ regantur a locis Apostolicæ Sedi immediatè subiectis.*

In

IN hac re quidam volunt, quòd loca immediatè subiecta Sedi Apostolicæ, seu Romanæ Ecclesiæ dicuntur, in quibus ipsa Sedes Apostolica ius dicit, & Magistratus ponit. Vt sunt omnes Ciuitates Romandiolæ, & Piceni, & aliæ similes. Loca verò mediatè subiecta, sunt Ciuitates in feudum concessæ.

Secunda sententia est Vgol. in explicatione
1 huius canonis, n. 7. quæ nobis magis vera videtur, dicens, loca immediatè subiecta, esse suprà dicta. Mediatè verò subiecta non dici, in feudum concessa, quia ita adhuc immediatè sunt sub Romana Ecclesia cùm eorum habeat dominium directum, & si vtile habeant feudatarij: sed dicuntur illa, quæ reguntur, ac gubernantur à locis Apostolicæ Sedi immediatè subiectis, vt sunt Oppida territorij Arminensis, nempè Mons columbarum, Gemanum, Misanum, & reliqua Arminensi Ciuitati subiecta, & adque gubernanda Ciuitas ipsa Iudices, ac Magistratus mittit.

Ibi (*Nec non supremam iurisdictionem, &c.*) Quænam sit suprema iurisdictio: & qualiter vsurpantes eam, vel perturbantes, incidant in prædictam censuram. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Suprema iurisdictio, merum imperium significat.*
2 *Vsurpantes supremã iurisdictionem Ecclesiæ Rom. vel eam turbantes de facto, incidunt in excommunicationem huius canonis; siue id fiat violenter, siue fraudolenter eo modo, quo hactenus, & factiones Ciuium in aliqua Ciuitate facere solent.*

a REspõdetur, quòd suprema iurisdictio a merum imperium significat: vt l. Imperium,
1 ff. de iurisd. omn. Iudic. iuncta Glos. in c. quoad translationem. in ver. Reseruata, de offic. deleg. Sed hoc loco Vgol in ver. Nec non: num. 1. per suprema iurisdictionem intelligit dominium directum, & vtile, quod habet Ecclesia in suprædictis locis, & iurisdictione. Benè verum est, quòd ad incurrendam dictam excommunicationem, satis est, quòd vsurpatio, perturbatio, seù
2 vexatio fiat de facto, siue fiat cum violentia, & armis, siue sine violentia, sed fraude dumtaxat, ac dolo: quia canon iste generaliter loquitur, nec distinguit. Ex quo infertur, quòd Banniti, si fraudolenter intrantes Ciuitatem aliquam Romanæ Ecclesiæ, ipsius iurisdictionem perturbent, aut vsurpent, dicentes se esse commissarios Apostolicos, cùm non sint, incidunt in prædictam excommunicationem, non secus, ac si armata manu in eandem Ciuitatem irruerent ad depræd andam eam: vt benè docet Sayr. in explicat. præsentis canonis lib. 3. Thes. tom. 1. c. 24. num. 5. vbi idem dicit de prædictis factionibus, de quibus supra, q. 5. egimus. Et per iurisdictionem, intelligit temporalem, sicut per iura, interpretatur temporalia. Nam spiritualibus sufficienter fuit superius prouisum.

A D D I T I O.

a Iurisdictio. Adde, quòd Bon. hoc loco disp. 1. q. 21. pun. 1. sub num. 6. nomine supremę iurisdictionis eam intelligit, quæ competit Romano Pontifici, vt Princeps est circa res magni præiudicij, vt sunt causæ status, causæ sanguinis, confiscationis bonorum, &c. Hæc enim in statu Ecclesiastico ad supremam Rom. Ecclesiæ iurisdictionem, ac auctoritatem pertinent, vt habetur per Ias. in Limperium, ff. de iurisd. omn. iud. Imò ipse Bonac. nu. 11 putat, vsurpantes supremam iurisdictionem Rom. Ecclesiæ hanc excommunicationem contrahere; etiam si vsurpent, Sede vacante. Io. Vincenti.

An excommunicatio hæc, quæ singulis annis promulgatur contra occupantes Ecclesiæ Romanæ Terras in hoc canone recensitas, satis sit ad interrumpendam quamcunque præscriptionem. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio bonorum ad Romanam Ecclesiam pertinentium interrumpitur per extraiudicialem protestationem factam à Romano Pontifice.*
2 *Præscriptio vnius Principis contra alium Principem, cur per solam protestationem interrumpatur.*
3 *Præscriptio contra bona fidem possidentem, non interrumpitur, nisi per litis contestationem.*
4 *Excommunicatio Bullæ Cœnæ, quæ singulis annis promulgatur contra occupantes Ecclesiæ Romanæ bona, & Terras suas non esse ad interrumpendam præscriptionem contra bona fide possidentem quicunque.*
5 *Possessor malæfides nunquam præscribit, etiamsi superueniat mala fides post præscriptionem inchoatam.*
6 *Excommunicatio Bullæ Cœnæ secundum aliquos, non impedit præscriptionem contra bona fida possidentem, etiamsi per talem excommunicationem possidens efficiatur dubius an res, quam possidet sit sua; dummodo diligentiam adhibeat ad inuestigandam veritatem.*
7 *Vsucapio, seù præscriptio rerum ad Ecclesiam Romanam pertinentium, interrumpitur per promulgationem Bullæ Cœnæ.*

IN hac repugnantes extant opiniones. Nã prima sententia fuit Felin. in c. cum non liceat, n. 2. de præscr. dicentis, vi huius excommunicationis impediri omnes præscriptiones contra Ecclesiam Romanam.

Probatur primò per tex. in c. sanctorum, & ibi Glos. in ver. Absque synodali: de præscr. vbi habetur, quòd per synodalem proclamationem interrumpitur præscriptio: ergò multò magis interrumpitur, & impeditur vi prædictæ excommunicationis, quæ per Romanum Pontificem adeò solemniter quotannis promulgatur.

Secundò probatur ex his, quæ dicit Glos. in
1 c. nihil prodest, in ver. futuris: de præsc. dum ait, quod sola simplex, & extraiudicialis protestatio facta à Romano Pontifice, impedit præscriptionem rerum ad Romanam Ecclesiam pertinentium. Et rationem hanc esse dicit Innoc. & post
2 ipsum Panor. vbi nu. 9. quoniam speciale est in Principe, vt vnus Princeps contra alium huiusmodi protestationibus interrumpat præscriptionem, cum non sit aliquis, coram quo conueniatur: atque adeo non oportet seruari formam

mam l.2.C.de ann.except.& c. placuit §.poteſt. 16.q.3.nempè,vt quærela proponatur cum aliis à iure requiſitis. Ergò multò magis per hanc excommunicationem interrumpitur præſcriptio,de qua agitur;tãtò fortiùs,quia per dictam excommunicationem conſtituitur poſſeſſor in mala fide;qua propter præſcribere nequit: vt in regula poſſeſſor malæfidei de reg.iur.in 6.

Secunda ſententia eſt Ruin.conſ.37.n.17. vol. 4.Couar.in c.poſſeſſor malæfidei,§.12.nu.5. de reg.iur.in ſexto, & nouiſſimè Alter. in explicat. huius can.c.3.per totum,partem negatiuam tenentium.

Mouentur primò ex his, quæ docet Panor.in
3 c.illud,de præſcript.dum ait,quòd præſcriptio contra bona fide poſſidentem non interrumpitur,niſi per litis cõteſtationem: ergo ſatis non eſt dicta excommunicatio ad interrumpendam, ſeù impediendam præſcriptionem ſupra dictarum rerum,ad Eccleſiam Romanam pertinentium.

Secundò excommunicatio non afficit bonæ
4 fidei poſſeſſorem, cum locum ſibi non vendicet,vbi læthalis culpa non committitur: vt in c.nullus,& c.nemo Epiſcoporum, 11. q.3. ergò non poteſt interrumpere præſcriptionem.

Tertiò,ſi dicta excommunicatio ſatis eſſet ad interrumpendam præſcriptionem bonorum Romanæ Eccleſiæ, idem quoque dicendum eſſet de fructibus, & redditibus, ad aliàs Eccleſias pertinentibus: nam contra vſurpantes illos lata eſt excommunicatio in can.17.noſtræ Bullæ.atque adeò id non eſſet ſpeciale circa bona Romanæ Eccleſiæ.

Ad argumenta reſpõdent; & quoad primum ex tex.in d.c.ſanctorum,dicunt ex gloſ. ibidem, quòd tunc per ſynodalem proclamationem fit interruptio præſcriptionis,ſi aliàs non poſſet lis conteſtari:ſecus autem, ſi conteſtari poſſet.

Vel ſecundò reſponderi poſſe arbitrantur,
5 quòd per proclamationem illam ſynodalem tunc interrumpitur præſcriptio, quando per eã ſuperuenit malafides poſſidenti; ſecus autem ſi adhuc ſit in bona fide. Etenim malæfidei poſſeſſor nunquam præſcribit: vt in regula poſſeſſor malæfidei, de reg. iur. in ſexto, vbi latè Couar. Exigitur itaq; bona fides ad præſcribendũ, non ſolùm in initio ei, qui poſſidere cæpit, ſed ſemper de iure canonico,donec currat præſcriptionis tempus: vt in c.fin. de præſcript. & nos latè de hac re tractauimus ſupra can.4.q.21.

Ad ſecundum dicũt quod ex illa ſpeciali monitione Romani Pontificis conſtituitur poſſeſſor in malafide: vt habetur ex Bero. conſ. 37. nu.17.& Couar.loco citato, nimirum ſi per talem ſpecialem monitionem interrumpitur præſcriptio. At per monitionem hanc generalem, quæ fit per excommunicationem generalem, nos ſupponimus poſſidentem bona Eccleſiæ non conſtitui in mala fide, & ideò cenſura ipſa ſatis non eſt ad interrumpẽdam præſcriptionẽ.

Imò,ſi per huiuſmodi excommunicationem
6 ſuperueniat dubium ei,qui cepit bona fide bona Eccleſiæ poſſidere quidam volunt,quòd tale dubium præſcriptionem non impedit, modo durante dubio moralem efficiat diligentiã; an res ſit ipſius Eccleſiæ, per ea, quæ ſupra diximus ex Molin.in d.can.4.q.21 nu.4.

Nos autem,ſupradictis non obſtantibus, Fe-
7 lini ſententiam exiſtimamus eſſe ſimpliciter ve-
a ram.Nam tex.in d.c.Sanctorum, generaliter loquitur de Synodali proclamatione,vt ſatis fit ad interrumpendam præſcriptionem: ergò generaliter eſt intelligendus:ar.tex.in l.1.§.generaliter,ff.de legat.præſt. Et propterea ſi per Synodalem proclamationem de iure canonico fit interruptio preſcriptionis, multò magis fieri debet per emanationem Bullæ Cœnæ, quæ fit ſingulis annis. Nec diſtinguendum eſt de lite, an poſſit conteſtari,vel ne:quia tex. ille non diſtinguit:& ideò neque nos diſtinguere debemus,ar. l.de pretio,ff.de public.in rem.act.Imò ſi res ipſa rectè perpendatur, cùm in hoc canone noſtræ Bullæ ſpecialis mentio fiat tertarum,ac rerum S.R.E. hæc proclamatio licèt dicatur generalis quoad perſonas, eſt tamen ſpecialis, & determinata quoad res prohibitas occupari,ac detineri. Quocirca res illas detinens nunquam poteſt dici bona fide poſſidere: quoniam non poteſt aſſignari diuerſitatis ratio, cur ſpecialis proclamatio quoad perſonas conſtituat poſſidentem in mala fide, & non ſpecialis, ac determinata quoad res;poſtquam vtraque docet,res de quibus agitur eſſe Romanæ Eccleſiæ. Cum igitur in vtroque caſu militet eadem ratio, eadem etiam militat iuris diſpoſitio, l.illud, ff. ad leg. Aquil. Vnde cum malæfidei poſſeſſor, non poſſit de iure canonico vllo vnquam tempore præſcribere, vt ſupra diximus, corruunt fundamenta contrarium ſentientium. Nec huiuſmodi res detinentes allegare poſſunt probabilem ignorantiam proclamationis noſtræ Bullæ; atque adeò bonam fidem;nam ignorantia probabilis Bullæ Cœnæ licèt excuſet bona fide poſſidentes ab excommunicatione in foro interiori; nõ tamen excuſat in foro exteriori ſaltem quoad actus nullitatem,vt infra,Deo duce dicemus, lib.3.§.7.q.1. nu.5. qua propter nulla redditur, & locum non habet præſcriptio per emanationem Bullæ.

ADDITIO.

4 Verã. Contrariam ſententiã tenet Bonac. in explicatione huius canonis diſp.1. q.21. pun.2. num.3.verſ.Ego verò cenſeo. Et hoc ideò,quia præſcriptio bona fidè in choata non interrumpitur,niſi mala fides, ſeù dubium ſuperuenerit: quæ quidem ſententia probabilis eſt, quando agitur de rebus Eccleſiæ clarè non expreſſis, in hoc canone: ſecus autem ſi agatur de præſcriptione bonorum, quæ in canone ſunt expreſſa; quoniam tunc poſſidentes ea dicuntur eſſe in mala fide:& ita intelligitur tex.in c.Sanctorum, de præſcript. Imò poſſidentes bona Eccleſiæ Romanæ,ſtante Bullæ Cœnæ promulgatione, quoad forum ſaltem exterius ſemper præſumatur in mala fide: & propterea quoad forum illud nunquam præſcribunt, vt habetur ex Bonac.loco citato, qui etiam num.4.quoad forum interius ait, quòd poſſidens bona Eccleſiæ Romanæ bona fide,ſuperueniente deinde dubio,ſi adhibita diligentia, cognoſcere nequeat, an res ſua ſit,vel Eccleſiæ,non tenetur reſtituere:quoniam poſſeſſio ſuffragatur poſſidenti: quamuis

op-

oppoſitum docent Alter. hic lib. 5. diſp. 21. c. 3. ad fin. & Sot. lib. 4. de iuſt. & iur. q. 5. ar. 4. Abb. Alex.

Quibus caſibus contrahitur excommunicatio huius canonis: & quibus effugitur. Q. 10. & Vlt.

SVMMARIVM.

1 *Inuadens Almam Vrbem, & alia loca Apoſtolicæ Sedi ſubiecta, incidunt in excommunicationem huius canonis: ſicut eadem occupans, detinens, ſeu deſtruens: itaque ſatis ſit, ſi quis vnum tantum ex dictis criminibus commiſerit, & frustra poſtulitur.*

2 *Inuadentes, deſtruentes, occupantes, aut detinentes loca Sedi Apoſtolicæ ſubiecta, excommunicationem contrahunt, etiam ſi intentionem non habeant ea ſubtrahendi à dominio Rom. Eccleſiæ, & ſatis eſt, ſi de facto fiat inuaſio, non obſtante quocunque iuſto titulo, aut parte aliqua alicuius ex dictis locis de facto occupetur, directè, vel indirectè per ſe, vel per alios, mediatè, vel immediatè.*

3 *Inuadens, occupans, detinens, & deſtruens locum aliquem, Apoſtolicæ ſedi ſubiectum, ſi hæc omnia crimina committat, quatuor contrahet excommunicationes.*

4 *Supremam iuriſdictionem Romanæ Eccleſiæ de facto vſurpantes, detinentes, vexantes, aut perturbantes, excommunicationem iſtam incurrunt, quicunque ſint, vna cum adhærentibus, fautoribus, ac defenſoribus.*

5 *Inuadentes, aut occupantes, detinentes, vel deſtruentes domum, vel fundum alicuius priuatæ perſonæ ex locis Romanæ Eccleſiæ ſubiectis, in excommunicationem nõ incidunt.*

6 *Supremam iuriſdictionem vſurpantes, cenſuram hanc contrahunt; vbi temporalis eſt. ſecus ſi ſpiritualis; & cum de facto ſit perturbatio, ſecus ſi de iure. Immo quando ſcienter, ac dolosè id agitur: vnde ſi ignorantia concurrat, etiamſi craſſa ſit, & affectata, excuſat ab excommunicatione huius canonis.*

1 PRo determinatione huius quæſtionis, ſit vnica Concluſio. Inuadens Almam Vrbem, & alia loca Apoſtolicæ Sedis ſubiecta, incidit in excommunicationem huius canonis. Hæc concluſio patet ex ipſo canone in prin. & id ob illud verbum: *Inuadere.*

Ampliatur primò, vt excommunicatio iſta comprehendat etiam prædicta loca deſtruentes: vt conſtat ex illo verbo: *Deſtruere.* Vnde ſi quis Almam Vrbem, vel aliquem ex dictis locis obſederit, bombardis, aliiſque hellicis inſtrumentis deuaſtauerit, aut incendio dederit, prædictam excommunicationem proculdubio cõtrahit. Idem dicendum eſt de occupantibus, ac detinentibus ipſa loca: vt conſtat ex illis canonis verbis: *Occupare, & detinere.*

Secundò ampliatur, vt ad contrahendam dictam excõmunicationem ſatis ſit, vt quis vnum tantùm ex dictis criminibus committat. Vnde ſi quis tantùm inuadat, vel deſtruat, vel occupet, vel detineat aliquem ex dictis locis, incidit in excommunicationem huius canonis, ac ſi omnia ſimul hæc crimina perpetraſſet: vt ſupra declarauimus, q. 2.

Hinc ſequitur, quòd ſi quis huiuſmodi loca inuaſerit, & occupauerit: & eius filius id non ignorans, poſt patris obitum illa retineat, hanc cenſuram proculdubio contrahet, eſtò ipſe non inuaſerit, nec occupauerit: vt habetur ex Vgol. in explicat. huius canonis, §. 2. num. 3. & nos ſupra diximus, q. 4.

Tertiò ampliatur, vt inuadentes, deſtruentes, occupantes, aut detinentes prædicta loca, prædictam excommunicationem cõtrahant, etiam ſi crimina huiuſmodi hoſtili more non commiſerint: vt ſupra diximus, q. 4.

2 Quartò ampliatur, vt inuadentes, deſtruentes, occupantes, aut detinentes dicta loca, in hãc cenſuram incidant, etiam ſi intentionem non habeant ea ſubtrahendi à dominio S. R. E. vt patet ex his, quæ ſupra diximus q. 5.

Quintò ampliatur: vt ad contrahendam dictam cenſuram, ſatis ſit quælibet de facto inuaſio, ſeù occupatio dictorum locorum, non obſtante quocunque titulo, vel colore, a: vt conſtat
a in illis verbis: *Sub quocunque titulo, vel colore a.* Vnde inuadentes, ſeù occupantes vt ſupra licèt aſſerant à dictis locis iniuriam, ac damna fuiſſe ipſis illata, vel ius in his ſe habere, aut vi donationis, præſcriptionis, aut iure belli ad eoſdem pertinere, ſi loca huiuſmodi de facto occupent, aut inuadant, ab excommunicationis vinculo non excuſantur; vt habetur ex Vgol. hic, §. 1. in ver. Quartò afficit: & nos ſupra diximus, q. 6.

Sextò amplatur, vt ad incurrendam dictam excommunicationem, ſatis ſit inuadere, occupare, deſtruere, aut detinere aliquam tantùm partem alicuius ex dictis locis, ob illa verba: *In totum, vel in partem.* Et eo magis, quia valet argumentum de toto ad partem: ar. tex. in l. quæ de tota, ff. de rei vend. & §. fulloni, in inſt. de oblig. quæ ex delic. naſc.

Septimò ampliatur, vt cenſura ipſa incurratur quocunque modo prædicta loca occupentur, inuadantur, deſtruantur, aut detineantur; atque idcò ſiue directè, ſiue indirectè, per ſe, vel per alios: vt patet in illis verbis: *Per ſe, vel alios directè, vel indirectè*: quæ benè declarat Vgol. hic, §. 1. in ver. ſecundò: & in ver. tertiò.

Octauò ampliatur, vt excommunicatio iſta comprehendat occupantes inuadentes, deſtruentes, aut detinentes prædicta loca quæcunque ſint, atque adeò ſiuè immediatè, ſiuè mediatè ſubiecta exiſtant Romanæ Eccleſiæ, ob illa verba: *Mediatè, vel immediatè*, & nos ſupra declarauimus, quæſt. 7.

Nonò ampliatur, vt omnia ſupradicta crimi-
3 na committens quatuor excommunicationes contrahat, iuxtà numerum delictorum, quæ cõmiſerit: vt ſupra diximus. q. 3.

Decimò amplatur, vt ſub diſpoſitione huius
4 canonis comprehendantur, etiam ſupremam Romanæ Eccleſiæ iuriſdictionem de facto vſurpantes, pertubantes, retinentes, ac vexantes: vt benè declarat Vgol. hoc loco in ver. Nec non ſupremam: num. 1. & ſeq. & nos ſupra explicauimus, q. 8.

Vndecimò ampliatur, vt vi noſtri canonis ex-
b communicentur quoque adhærentes b, fautores, defenſores, ſeù ſupradictis contrauenientibus, auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtantes: vt conſtat ex illis verbis: *Nec non adhærentes, &c.* & benè declarat ibi Vgol. n. 1. 2. & 3. Et adhærentes huiuſmodi, auxilium, & fauo-

fauorem dantes, non ſolùm in excommunicationem incidunt, ſi adhæreant, defendant, conſilium, fauorem aut auxilium tradãt, antequam alius inuadat loca Eccleſiæ Romanæ, ſed etiam ſi concurrant poſt inuaſionem conſilio, auxilio, & quocunque alio modo, vt dicta loca retineãtur, non reſtituantur, vel deſtruantur: aut poſt vexationem, & perturbationem iuriſdictionis Sedis Apoſtolicæ in illis locis, vt illa vſurpentur detineantur, & non dimittantur: vt benè notat Alter. hoc eodem loco cap. 1. in fine. Vbi etiam tractat col. pen. & fin. ver. Meritò dubitari poteſt de adhærentibus, auxiliantibus; & c. an in excommunicationem incidant, non ſecuta inuaſione.

Duodecimò ampliatur, vt excommunicatio hæc, ſit generalis, & omnes, & quaſcunque perſonas comprehendens, cuiuſcunque ſtatus ſint, ſexus, conditionis, & dignitatis, tàm ſæculares, quàm Eccleſiaſticæ: atque adeò alligat Imperatores, Reges c, & alios Principes, ac perſonas ſæculares; Cardinales, & alios Prælatos, & quoſcũque Eccleſiaſticos: nam vi huius canonis excõmunicantur omnes contrauenientes: ergo nemo excluditur: ar. tex. in l. Iulianus, ff. de leg. 3.

Sic ampliata limitatur primò dicta cõcluſio, 5 vt excommunicationem hanc non contrahant inuadentes, occupantes, deſtruentes, aut detinentes ædes, aut fundum alicuius priuati ſupradictorum locorum: quoniam vi huius canonis excommunicantur, qui vſurpant, occupant, deſtruunt, detinent, aut perturbãt iuriſdictionem publicam, & loca, & terras Romanæ Eccleſiæ, non aut res priuatorum: Quare fures, & latrones, qui huic, aut illi aliquid rapiunt: vel oppida ingrediuntur Eccleſiæ, vt inde victum comparent, in dictam excommunicationem non incidunt.

Secundò limitatur, vt cenſuram hanc incur- 6 rant vſurpantes, perturbantes, &c. iuriſdictionẽ Eccleſiæ temporalem tantùm; nam de hac loquitur iſte canon; eo quòd de ſpirituali iuriſdictione in præcedentibus can. ſufficienter fuit tractatum: vt ſupra diximus, q. 8. in fine.

Tertiò limitatur, vt ſub hac cenſura non cõprehendantur perturbantes ſupradictam iuriſdictionem de iure: quoniam iſte canon excommunicat id agentes de facto: vt conſtat ex 17. De facto.

Quartò limitatur, prædictam excommunicationem contrahere ſupradicta crimina ſcienter, dolosè, & cum præſumptione committentes, ob illud verbum: Præſumunt. Vnde ignorantia non modò probabili, ſed etiam craſſa laborantes, ſi huiuſmodi crimina committerent, à prædicta cenſura excuſarentur: per ea, quę ſupra diximus can. 1. q. 36. cum duabus aliis ſequentibus.

ADDITIO.

a Colore. Adde, quòd eandem ſententiam tenet Filiuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. c. 3. q. 9. nu. 67. D. Ceſar.

b Adhærentes. Non tamen actio acceſſoria per ſe ſufficit ad contrahendam excommunicationem huius canonis; niſi aliqua actio principalis ſequatur: ſiquidem, cùm actiones acceſſoriæ intuitu principalium prohibeantur, excõmunicatio non contrahitur, non dum ſubſequuta aliqua principali actione. Ita Bonac. hic diſp. 1. q. 21. pun. 1. qui putat has actiones eſſe acceſſorias cum Alter. hoc eodem loco, diſp. 21. c. 3. ad fin. nu. 6. & Filiuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. c. 3. ad fin. nu. 69. Abb. Alex.

c Reges. Adde Bonac. in explicatione huius canonis, diſp. 1. q. 21. pun. 2. ſub n. 1. licèt enim Reges, & Imperatores non exprimantur; tamen ſubintelligũtur: quoniam plures harum actionum ſunt propriè Regum, & Principum: qui actiones hoc loco dánatus facientes, ita demum excommunicationem contrahunt, ſi iniuſtè agant, vt habetur ex Suar. de cẽſur. diſp. 21. ſec. 2. nu. 105. Anton. de Souſa hic c. 21. num. 3. & alijs. Abb. Alex.

Finis Libri Secundi.

COM-

COMMENTARIORVM LEONARDI DVARDI

Ordinis Clericorum Regularium Presbyteri,

In Bullam S. D. N. D. Pauli Papæ V. lectam in die cœnæ Domini, ANNO M. DC. XVIII.

LIBER TERTIVS.

In quo explicantur octo eiusdem Bullæ Paragraphi, quamplurima ad ipsius durationem, vim, absolutionem, ac reseruationem pertinentia, disponentes.

EXplicauimus, Deo fauente, superiori libro, viginti nostræ Bullæ canones, quos in proœmio huius operis exponere pollicebamur: superest modò, vt in reliquos eiusdē Bullæ paragraphos explicationem prosequamur. Ad cuius rei intelligentiam primum omnium lectorem admonitum volumus; quòd de industria has vltimas octo clausulas, paragraphos, & non etiam canones, sicut præcedentes alias duximus appellādas. Etenim hæc vltima pars non adeò immediatè humanæ vitæ regulam continet, sicut prior, à qua ipsius clausulæ, canonum nomen meritò sibi vendicarunt: sed potius appendix quædam ad supra editos canones, quam quidem paragraphum Iurisconsulti communiter appellant, dici potest. Et cum partem istam in octo clausulas diuisam esse constet, paragraphos quoque ab eiusdem diuisione, non immeritò nuncupandos illas existimamus. Paragraphus enim secundum Archid. in proœm. Decr. & Alber. de Rosat. in l. 2. circa prin. C. de vet. iu. enucl. à phares deriuatur, hoc est diuisio. & graphia, seù graphū, ideſt scriptura, quasi scripturę diuisio. His motus fortè rationibus Vual. in explicat. præsentis Bullæ, clausulas ipsis appellat similiter paragraphos: vt in §. volētes, &c. & Alter. in pluribus locis eiusdem Bullæ, præsertim in explic. can. 7. c. 11. col. 1. in ver. Virtute huius clausulæ. Diuiditur ergo Bullæ huius postrema pars in octo §. quoniā primus, censurarum, quas supra explicauimus, durationem exprimit. Secundus, earundem reseruationem continet. Tertius pœnam temerè ab ipsis censuris absoluentibus statuit. Quartus, modum seruandum in absoluendo à dictis censuris astruit. Quintus omnia priuilegia reuocat. Sextus reuocationem priuilegiorū ampliat. Septimus publicationem Bullæ præcipit. Octauus denique Prælatis, & Confessarijs quibuscunque in audiendis cōfessionibus, quauis auctoritate deputatis, trāsumptum eiusdem Bullæ apud se retinere, legere, ac percipere mandat: & eam lacerantibus, pœnam præfigit. Primus §. incipit: Volentes. Secundus: Cœterum. Tertius: Quòd si fortè. Quartus: Declarantes. Quintus: Non obstantibus. Sextus: Quæ omnia. Septimus: Vt verò. Et Octauus: Cœterum Patriarchæ.

COMMENTVM

In §. Primum Bullæ in Cœna Domini.

VOlentes præsentes nostros processus, ac omnia, & quæcunque his litteris contenta, quousque alij huiusmodi processus à nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente fiant, aut publicentur, durare, suosque effectus omnino sortiri.

TExtus iste, ob sui breuitatem, non diuiditur: nec longa indiget explicatione cum per se pateat. Tractat enim de Bullę Cœnę duratione, & statuit Bullam ipsam, & omnia in ea contenta du-

ta durare quousque alia fiat, aut publicetur: atque ideò non expirat cum vita Romani Pontificis, sicut excommunicationis sententia ab homine lata expirat, sed Sede vacante, adhuc durat, & alligat contrauenientes. Idem dicendum est, si è Pontificatu se abdicasset, eidemque renunciasset: vt rectè eum posse, dicit tex. in c. r. de renunc. & c. si Episcopus, iuncta Gloss. in ver. Mortem, de suppl. neglig. Prælat. Aut (quod absit) ab hostibus caperetur: vel propter hæresim fuerit depositus; vt benè declarat hoc loco Vgol. nu. 2. Est tamen huiusmodi clausula Bulla addita à recentioribus Pontificibus: nam, vt benè aduertit hic Sayr. lib. 3. Thes. tom. 1. c. 25. n. 2. non reperitur in Bullis antiquis ante Pium V.

Ibi (*Fiant, aut publicentur*) An, adhoc, vt prior Bulla expiret, exigatur, vt posterior non solùm fiat, sed etiam publicetur, vel sufficiat eorum alterum. Q. 1.

SVMMARIVM

1 *Dictio, Aut, ex sui natura, est alternatiua.*
2 *In alternatiuis, sufficit alterius tantùm concursus.*
3 *Prior Bulla non expirat, nisi subsequens non modo fiat, & edatur; sed etiam publicetur.*
4 *Promulgatio requiritur ad obligationem legis.*
5 *Sententiæ generales, in modo, quo feruntur, sunt similes censuris à iure latis.*
6 *Leges non habent vim obligatiuam ante earum promulgationem, etiam si in publico consilio Regis, & Senatorum fuerint conscriptæ.*
7 *Solemnitas requisita ad legem, non tantùm est ex parte conditorum; sed etiam in ordine ad communitatem.*
8 *Legum editarum in Concilio generali nulla maior editio, atque solemnior; & tamen non obligant ante promulgationem.*
9 *Legis publicatio, vel cum editione fit, vel certè additur editioni legis prius factæ, & solemnizat illam.*
10 *Vbi est eadem ratio, ibi militat etiam eadem iuris dispositio.*
11 *Dictio, Aut, quæ de sui natura est alternatiua aliquando resolui tur in copulam, & quæ est coniunctiua: aliquando sumitur pro, idest, & expositiuè.*
12 *Copula, & est præmissis additiua.*
13 *Legis solemnis editio, & publica ipsius promulgatio, sunt æquipollentia.*
14 *Legis promulgatio, quomodo differat à legis diuulgatione.*
15 *C. 1. de postul. Prælat. assignatur explicatio.*
16 *Lex, vt vim habeat obligatiuam, satis est, si ipsius promulgatio fiat in Curia, vel præcipua Ciuitate, aut in loco secundum morem Patriæ consueto, vbi leges sunt inferiorum Communitatum: secus autem, si lex feratur à Principe laussimum habente dictionem: nam tunc promulgatio debet fieri quoque in Prouinciis.*
17 *Lex, vt vim habeat obligatiuam, potest statui de iure Regio, vt ipsius promulgatio satis sit, quòd fiat in Curia, aut in alio determinato loco: sicut seruatur de iure canonico.*
18 *Bulla Cœnæ posterior, si solemniter non sit edita, & nondum promulgata, si quis priori contrauenial, incidit in excommunicationem in ea contentam.*
19 *Bulla Cœnæ posterior, si solemniter sit edita in conspectu populi, vt fieri solet in die Cœnæ Domini; tunc est quòd non fuerit publicata per affixionem ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateran. & Principis Apostolorum, contraueniens illi, mox in excommunicationem ipsius incidit.*
20 *Bullæ priori, aut posterioris contrauentes, antequam posterioris Bullæ Cœnæ solemniter editæ, aut promulgatæ notitiam habuerit, nullam contrahit excommunicationem.*

IN hac re videtur prima fronte dicendum, quòd ad expirationem prioris Bullæ satis sit duorum alterum, nempè, quòd subsequens Bulla edatur: vel quòd publicetur. 1

Probatur primò, ex tenore huius §. qui alternatiuè loquitur, vult enim Romanus Pontifex eo loco, Bullam Cœnæ durare, suosque effectus omnino sortiri, quousque alij processus fiant, aut publicentur. Nota verba illa: *Fiant, aut publicentur*: quoniam per dictionem, aut, distinguuntur: quæ dictio ex sui natura alternatiua est vt in l. hæc verba, ff. de leg. 1. l. Ille, aut ille, & ibi Doctor. & l. coniunctim, ff. de leg. 3. l. Quintus Mutius, & l. si quis ita legauerit, ff. de aur. & arg. 2 leg. & Arch. in c. 2. de integr. rest. in sexto. In alternatiuis autem sufficit alterius tantùm concursus, vt in c. in alternatiuis, & ibi latè Dyn. de regul. iur. in sexto: ergo, ad expirationem prioris Bullæ, non requiritur, vt subsequens edatur, & publicetur simul; sed satis est, si vel edatur, vel publicetur.

Secundò lex, seù constitutio, statim, quòd editur, aut promulgatur, habet vim obligatiuâ, itaut ad eius substantiam, & obligationem sufficiat legis editio sine promulgatione, vt est textus, & ibi Panor. in cap. 1. de postul. Prælat. ob illa verba: *Cum constitutio solemniter editur, aut publicè promulgatur*: Quæ in eo tex. habentur: ergo eodem modo dicendum videtur in casu nostro, vt ad substantiam, & obligationem subsequentis Bullæ sufficiat illius editio dumtaxat sine promulgatione: & consequenter, ad expirationem prioris Bullæ, satis sit editio subsequentis, etiam si non publicetur. Etenim Bulla Cœnæ edita est per viam legis, & constitutionis, vt supra probauimus, lib. 1. cap. 3. q. 7.

His tamen non obstantibus, contrariam sen- 3 tentiam arbitror de iure veriorem esse, quam tenet Vgol. in explicat. huius §. n. 2. in ver. Quartò durat: & §. 1. n. 1. atque ideò ad extinctionem prioris Bullæ non modò requiritur, vt subsequens Bulla fiat, sed etiam vt publicetur; & propterea prior Bulla semper durat, quousque subsequens fiat, & publicetur, siuè ab eodem, siuè à successore Pontifice.

Probatur; quoniam Bulla Cœnæ, aut fertur 4 per modum legis: aut per modum sententiæ; quocûq; modo feratur nunquâ dicitur habere vim obligatiuâ antequâ publicetur: ergo ad expirationem prioris Bullæ non sufficit, vt subsequens Bulla edatur, nisi etiâ publicetur. Probatur minor: quoniam si dicatur Bullâ Cœnæ ferri per modum legis, tunc ad eius complementum, & obligationem requiritur promulgatio: nã leges instituuntur cum promulgantur: vt. in c. inistis, §. 1. d. 4. latè Suar. lib. 1. de leg. c. 11. vbi hanc esse communem Doctorum sententiam asserit. Quod si contendas ferri per modum sententiæ, idem adhuc dicimus: tum quia sententia ad inijcien-

ciendum vinculum debet ferri,& in ſcriptis recitari: vt in l.1.& fin. vbi Bar.& alij,C.de ſent.ex breuil.recit.tum quia ſi fertur per modum ſententiæ, non poteſt alio modo ferri, quàm per modum ſententiæ generalis, cùm ſit ipſo iure lata contra quoſcumque pro futuris culpis: &
5 ideò eius cenſuræ,in modo, quo feruntur, ſunt ſimiles cenſuris à iure latis: vt ſupra diximus lib. 1.c.3.q.2. Leges autem, vt paulò ſupra probauimus, non habent vim obligatiuam ante ipſarum promulgationem. Quod verum arbitror, etiam ſi in publico Conſilio Regis,aut Senatorum fuerint conſcriptæ,ſeù definitæ: quoniam hoc nõ eſt ſatis,vt leges dici poſſint, & vim habeant obligatiuam,etiam quoad præſentes, &
7 ſcientes;nam ſolẽnitas requiſita ad legem, non tantum eſt ex parte conditorum; ſed etiam in ordine ad Communitatem: & ideò non eſt lex, donec reſpectu Cõmunitatis habeat ſtatum legis;nec incipit obligare ſingulos, donec poſſit Communitatem obligare: quod quidem benè declarat,Suarez lib.3.de leg.c.16.n.2. cum ſeq.
8 exemplo legum editarum in generali Concilio,in quo nulla ſolemnior editio eſſe poteſt; & nihilominus non ſufficit,niſi ſequatur promulgatio.

Secundò, ſi ad expirationem prioris bullę ſa-
9 tis eſt ſubſequentis editio, & nõ etiam publicatio:eo quòd tex.noſter alternatiuè loquitur per dictionem illam, Aut, ergo è contrario ſufficeret publicatio ſubſequentis bullæ ſine aliqua editione:nam ſi illa verba: *Fiant, aut publicentur*: ſunt intelligẽda alternatiuè, in alternatiuis ſufficit vnum adimpleri: vt in d.c.ia alternatiuis, de regul.iur.in 6.atque ideò ſi ad extinctionem prioris bullæ ſufficit editio ſubſequentis dumtaxat, etiamſi non publicetur; è contrario ſatis erit poſterioris publicatio tantùm ſine editione ad reuocationem prioris: quod quidem videtur abſurdũ: etenim nulla legis publicatio fieri poteſt,niſi eiuſdem præcedat editio:quoniam publicatio,vel cum editione fit, vel certè additur editioni legis prius factæ, & ſolemnizat illam: vt benè aduertit Suar. loco citato.

Denique probatur hæc ſententia ex tex.in d. c.t.de poſtul.Prælat.vbi habetur,quòd ſenten-
10 tia generalis interdicti ex eo vinculum iniecit, quia ſolemniter fuit edita, ac publicè promulgata: & proinde, ad vim obligatiuam Interdicti, non modò exigitur eiuſdem ſententiæ editio; ſed etiam promulgatio: & ita intelligunt textum illum ibi quoad vim obligatiuã etiam legis,& conſtitutionis Inn.& Hoſt.n.21.& 22. & alij,qui copulatiuè debere intelligi prædictum tex.contendunt:ergo idem dicendum eſt in caſu,de quo agitur, vt ad vim obligatiuam bullæ ſubſequentis pro reuocatione præcedentis duo copulatiuè requirantur,nempè ipſius editio,ac promulgatio, ſtaut non ſufficiat editio ſine promulgatione, nec promulgatio ſine editione:quoniam in vtroque caſu militat eadem ratio, quia cùm ſupradictum Interdictum latum ſit per viam ſententiæ generalis, eſt valde ſimile cenſuris, quæ per viam legis feruntur: iuxta ea, quæ ſupra annotauimus, lib.1.c.3.q.1. vbi autem eſt eadem ratio, ibi quoque militat eadem iuris diſpoſitio: vt in l.illud, ff. ad l.Aquilã.

Ad argumenta igitur reſpondetur.

AD primum dicitur,quòd quãuis tex. vtatur
11 illa dictione,aut,quę de ſui natura eſt alternatiua,vt in iuribus allegatis; tamen quia prædicta dictio aliquãdo ſumitur pro copula,&,vt in l.cum quidã, C.de verb.ſignif. aliquando ſumitur pro,ideſt,expoſitiuè,l.1.& ibi Glo. C.vbi de poſſ.ag.opor. & alijs modis relatis ab Alber. de Roſat. in ſuo dict. in ver. Aut: idcirco dictio illa intelligenda eſt, hoc loco, ſecundũ ſubiectã materiã. Vnde cùm ad ſubſtantiam, & obligationem, tùm legis, tùm etiã ſententiæ requiratur non modò earum editio; ſed etiam publicatio,vt ex dictis patet,prædicta dictio, Aut,in tex.poſita,quæ de ſui natura eſt alternatiua, reſoluitur in coniunctiuam,ſeù copulatiuam. Et,
12 quæ de ſui natura requirit omnia coniuncta ſimul eſſe, l.ſi quis ita, ff.de verb. oblig. eſtque prænoſſis additiua,l.ea tamen adiectio, ff. de leg 3.& propterea dum Romanus Pontifex vult in hoc tex. bullam durare quouſque alij huiuſmodi proceſſus fiant,aut publicentur, perinde eſt,ac ſi dixiſſet: Quouſque alij huiuſmodi proceſſus fiant,& publicentur: & ſic ad reuocationem prioris bullæ requiritur poſterioris bullæ non modò editio,ſed etiam publicatio.

Ad ſecundum ex tex.in d.c.1.de poſtul. Prælat. reſpondetur ex Inn. Hoſt. & alijs ibidem, quòd debet intelligi copulatiuè: atque ideò illa dictio,Aut,in d.c.contenta, reſoluitur in coniũctiuam, ſicut diximus eam reſolui in tex. noſtro. Vnde dum in prædicto capitulo habetur, quòd conſtitutio habet vim obligatiuam, cùm ſolemniter editur,aut publicè promulgatur,ly. Aut,non ſumitur alternatiuè pro, vel, ſed copulatiuè,pro, Et, itaut conſtitutio habeat vim obligatiuam,cum ſolemniter editur,& publicè promulgatur.

Vel ſecundò,reſpondetur ex Suar.loco ſupra
13 citato,quòd illa verba dicti c.*Cum ſolemniter editur,aut publicè promulgatur*: ſunt æquipollentia: & particulam,aut,fuiſſe poſitam pro, ſeù, vt frequenter fit, vt ſupra probauimus.

Tertiò,ex eodem Suar.reſpõdetur, & melius
14 diſtinguendo inter promulgationem,& diuulgationem legis. Promulgationem intelligit,illam publicam propoſitionem, ſeù denũciationem legis,quæ fit, aut voce præconis,aut affigendo legem ſcriptam in publico: & iſta includitur ſub ſolemni editione legis, & ab ea nõ diſtinguitur: quoniam nunquam editio legis ſine promulgatione ſolẽnitatem habet requiſitam; nec è cõuerſo promulgatio eſſe poteſt ſine ſolemni editione: & de hac ſolemni editione ait loqui Panormitanum in d.c.t.dicẽtem, ſolemnem editionem ſufficere ad complementum,& obligationem legis. Diuulgationem verò docet eſſe applicationem primæ promulgationes ad notitiam,vel ad aures ſubditorum abſentiã.

Vnde hac diſtinctione ſic ſtãte,reſpondet ip-
15 ſe Suar.quòd cũ tex.in d.c.t.de poſtul. Prælat. ait,quòd conſtitutio habet vim obligatiuam cũ ſolemniter editur,aut publicè promulgatur; ly. aut,poteſt intelligi alternatiuè: nempè, quòd cõſtitutio habet vim obligatiuam cum ſolemniter editur modò ſupradicto,aut publicè promul-

mulgatur, ideſt, quando minus ſolemniter editur,ſed publicè promulgatur: atque ideò promulgatio publica tunc requiritur,quàdo lex ſine ſolemnitate edita eſt: quæ quidem promulgatio publica non requirit legem intimari ſingulis perſonis;& ſic non exigit ſupradictam denunciationem:quoniam hoc eſſet impoſſibile; ſed ſatis eſt, ſi promulgatio fiat in Curia, vel in præcipua Ciuitate, vel in loco,ſecundũ morem Patrię conſueto;vbi leges ſunt inferiorum Cõ-
16 munitatũ,& particularium Ciuitatũ: ſecus autem dicendũ eſt de legibus, quæ ferũtur à Principe,latiſſimam habente ditionem : nam tunc non ſufficit publicatio in Curia, niſi fiat etiam in Prouincijs.Quod quomodo procedat, optimè declarat Sylu.in ſum.in ver.Lex.q.6.& Suar. loco citato,à nu.6.in finem.

Et re vera id clarè videtur colligi ex tex. in d. c.1.de poſtul.Prælat. in illis : *Nec ſit neceſſarium, cum conſtitutio ſolemniter editur, aut publicè promulgatur,ipſius notitiam ſingulorum auribus per ſpeciale mãdatum, vel litteras inculcare; id ſolum ſufficit, vt ad eius obſeruãtiam teneatur,qui nouerit eam ſolemniter editam, aut publicè promulgatam.*

Vnde ſi per illa verba in hoc §.poſita: *Quouſ-*
17 *que alij huiuſmodi proceſſus a nobis, aut Romano Pontifice,pro tempore exiſtente fiant, aut publicentur* : velimus intelligere ſolemnem editionem Bullę : & publicationem eiuſdem quando non eſt edita ſolemniter modis,vt ſupra explicatis,non puto eſſe inconueniens, verba illa : *Fiant, aut publicentur*:intelligi alternatiuè : atque ideò ad reuocationem prioris bullæ ſatis eſſe ſolemnem illius editionem in cõſpectu totius Populi,de qua loqui Panor. in d.c.1. exiſtimat ipſe Suar. quoniã hæc includit promulgationẽ:aut ſufficere, vbi ſolemniter edita non fuerit, promulgationem, ita vt non exigatur eiuſdem intimatio, ſeù denunciatio ſingulis,cũ id ſit impoſſibile;ſed ſufficiat publicatio in Curia, aut affixio ad valuas Baſilicarũ S.Ioannis Lateran. & Principis Apoſtolorum,aut in acie Campi Floræ,vt quotannis fieri ſolet:nam licèt leges quando latæ ſunt à Principe latiſſimam habente ditionem,non ſufficiat,ſi publicentur in Curia, niſi publicentur etiam in Prouincijs,& Regnis,vt in auth. vt fac. no.conſt. in rubrica, & nigro ; tamen id locum ſibi non vendicat in his,qui nõ ſubduntur legibus Imperij : vnde iure ciuili Regio ſtatui poteſt,vt vna promulgatio in Curia, vel in loco à Rege deſignato ſit ſatis, vt probat Suar. ibidem in fine.Et tantò minus hoc militat in Apoſtolica Sede,quæ nulli ſubeſt,& omnibus præeſt: vt alias probauimus.

Ex hoc infertur primò, quòd ſi poſterior
18 bulla ſolẽniter non ſit edita modo ſupradicto, ſed domi fortè,aut aliàs priuatim, & nondũ publicata,ſi quis cõtraueniat priori Bullę,proculdubio incidit in excõmunicationem in ea contentam: quoniam prior Bulla non cenſetur reuocata per ſubſequentem , vbi ſolemniter non eſt edita,nec publicata: ſecus autem dicendum eſt,ſi faciat contra poſteriorem ; quia tunc eiuſdem cenſuris non alligatur ; eum Bulla poſterior non habeat vim obligatiuam,niſi vbi fuerit ſolemniter edita,vel publicata . Et hoc etiam ſi typis fuerit demandata.

Secundò infertur,quòd vbi poſterior Bulla
19 ſolemniter edita eſt in cõſpectu populi,vt fieri ſolet in die cœnæ Domini;tunc eſtò,quòd nõ fuerit publicata in eiuſdem affixionem ad Valuas Baſilicarum S. Ioannis Lateran. & Principis Apoſtolorum , cõtraueniens illi,mox eſt excommunicatus;non autem ſi priori contraueniat: quia per poſteriorem ſolemniter editam expirat prior.

Tertiò infertur, quòd ſi quis antequã poſte-
20 rioris Bullæ ſolemniter editæ , aut publicatæ , vt ſupra,notitiam habeat, contraueniat priori, aut poſteriori Bullæ,in nullam incidit excõmunicationem : nam non incidit in cenſuras prioris bullæ,quia per poſteriorem ſolemniter editam,aut publicatam,ſtatim expirat. Nec incidit in excommunicationem poſterioris,quia illius ſupponimus habere probabilem ignorantiam , quæ excuſat à cenſuris , vt ſupra probauimus lib.1.c.2.q.5.Quod verum arbitror, ſi in poſteriori bulla addatur noua clauſula,contra quam
ℓ. ſulæ,quæ in priori bulla erat inſerta : quoniam tunc puto,quòd non habeat probabilem ignorãtiam poſterioris bullæ,quæ in die cœnæ Domini ſemper ſolemniter publicari ſolet ; & rarò aliquid ei additur, quod in priori bulla nõ fuerat prius diſpoſitum.

ADDITIO.

a Sentẽtiã.Hanc eandẽ ſententiã ſequitur Bonac. de cenſur. Bull. cœn.diſp.1.q.22.pun.1.propoſit.vnica.Abb.Alex.

An prior Bulla dicatur expirare per poſteriorem, ſolemniter editam, aut publicatam,non in die cęnæ,ſed alia die. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Bulla cœnæ prior per ſolemnem editionem poſterioris, aut eius publicationem,expirat; etiam ſi poſterior non fiat in die cœnæ: dummodo eodem modo edatur.*

2 *Dictio huiuſmodi,denotat ſimilitudinem: & eſt etiam reſtrictiua precedentium.*

1 REſpondetur affirmatiuè,nempè quòd quãuis poſterior bulla nõ fuerit lata in die cęnæ Domini propter impedimentum aliquod, vel ea alia iuſta , & rationabili cauſa ; nihilominus ſi ſolemniter ſit edita, aut publicè promulgata,ſtatim ceſſat prior.

Probatur, quia in tex. noſtro Romanus Pontifex generaliter diſponit, præſens proceſſus,& ſic priorem bullam durare:quouſque alij huiuſmodi proceſſus, ſeù poſterior bulla fiant, aut publicentur; nec aliquam de die cęnæ mentionem , aut diſtinctionem facit: ergo generaliter ipſius diſpoſitio eſt intelligenda,nec curandum eſt,an fiat,ſiuè publicetur in die cęnæ,vel extra dictum tẽpus:quia lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi,l.3. §.generaliter, ff.de legat. præſt. & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l.de pretio, ff. de public.in rem. action.tantò fortiùs, quia talis dies videtur huic bullæ accidẽtarius.Quod quidem
2 verum puto,ſi eodẽ modo edatur : quoniam in hoc tex.vult S.Põtifex, præſentes proceſſus durare,

rare, quousque alij huiusmodi fiant, aut publicentur. Modò ly. huiusmodi: denotat similitudinem, l. denique, ff. de pignor. c. 1. §. cõtrahentes. & c. 2. de for. comp. in sextò. Item est dictio restrictiua respectu præcedentiũ. Nat. in clem. sæpè, de verb. signific. & cons. 14. n. 75. ergo ad hoc, vt prior Bulla expiret, debet fieri posterior Bulla priori similis.

ADDITIO.

a Affirmatiuè. Adde Bonac. in expl. huius §. q. 22. pun. primo, propositi. vnica, in fine. Abb. Alexand.

COMMENTVM

In §. Secundum Bullæ in Cœna Domini.

CAeterum, à prædictis sententijs nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita absolui possit, etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum, quibuscunque personis Ecclesiasticis, secularibus, & quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum Regularibus, etiam Episcopali, vel maiori dignitate præditis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasterijs, conuentibus, & domibus, ac capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis pijs, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per nos, & dictam Sedem, ac cuiusuis Concilij decreta, verbo, litteris, aut alia quacunque scriptura in genere, & in specie concessorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum.

TEx. iste diuiditur in tres partes. In prima parte, Romanus Pontifex absolutionem à censuris in Bulla contentis sibi reseruat. In secunda reseruationem limitat. In tertia eandem ampliat. Secunda ibi: Nisi in mortis. Tertia ibi: etiam prætextu. Hæc clausula est antiquissima, & habetur etiam in Bulla Martini V. apud D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 72.

Differt autem ab alijs, à præcedentibus Pontificibus editis: nam illæ continent insuper hęc verba in eorum fine: *Nisi in eis etiã casus præsentibus litteris expressi comprehendãtur*, quę quidem hoc loco non habentur. Et id non immeritò: nam vi dictorum verborum quidam existimãt, Episcopum habere facultatem absoluẽdi ab hæresi occulta: quoniam talis facultas, quoad illum casum, expresè sibi conceditur per Concilium Trident. sess. 24. de reform. cap. 6. Et Vgolin. hic in explicatione illorũ verborum: *Nisi in eis, &c.* nu. 1. 2. & 3. ex eisdem colligit, quòd nulla facultas absoluendi à casibus in Bulla cęnæ reseruatis, prodest, nisi casus in indiuiduo expressi fuerint. Quo circa si potestas concedatur absoluendi ab omnibus censuris, quæ in Bulla cõtinentur, is cui priuilegium istud tribuitur, vigore ipsius, à dictis censuris non potest absoluere: eo quòd non in indiuiduo, sed generatim, & vniuersè casus ipsi dicuntur expressi.

Imò id adeò verum putat, vt si casus vnus exprimatur in indiuiduo, reliqui verò generatim, adhuc is, cui conceditur talis facultas, non potest absoluere à censuris generatim expressis. Nec obstat tex. in c. qui ad agendum, §. fin. de procur. in sextò, vbi expressovno casu ex ijs, qui speciale mandatum exigunt, omnes alij concessi censentur: quoniam pro forma hoc loco datum est, vt casus in indiuiduo sint expressi; nisi concedatur absolutio à grauiore. Hæc Vgolin. quę quidem quomodo vera sint, infra, Deo duce, q. seq. dicemus.

Ibi (*Nullus per alium, quàm per Romanum Põtificem*:) An facultas absoluẽdi à casibus, & cẽsuris in Bulla Cœnæ cõtentis, ita sit Rom. Pontifici reseruata, vt ipse per seipsum teneatur absoluere. Q. 1.

SVMMARIVM

1 *Dictio, Nullus, est vniuersalis negatiua: sicut dictio, omnis, est vniuersalis affirmatiua.*
2 *Romanus Pontifex potest abdicare se à Pontificatu.*
3 *Romano Pontifici arcenti, datur curator a Collegio Cardinalium.*
4 *Dictio, Nullus, denotat omnimodam exclusionem.*
5 *Collegium Cardinalium, sede vacante, non fungitur iurisdictione Papæ.*
6 *Absolutio à casibus, & censuris in Bulla Cœnæ reseruatis, impendi potest per alium, quàm per Romanum Pontificem, vbi casuum prædictorum facultas concedatur in indiuiduo.*
7 *Inclusio vnius, est exclusio alterius.*
8 *Bulla cœnæ, licet hodie non contineat clausulam illam: Nisi in eis etiam casus, &c. non tamen eb id censentur sublatæ facultates absoluendi in indiuiduo à casibus & censuris in ea reseruatis.*
9 *Quod a lege non exprimitur pro omisso habetur.*
10 *Facultas concessa Episcopis à Concil. Trid. absoluendi a casibus occultis & Apostolicæ Sedi reseruatis, an vi Bullæ cœnæ sit reuocata.*
11 *Facultas alicui concessa absoluendi ab vno casu Bullæ cœnæ in indiuiduo, & ab alijs eiusdem in genere,*

an vi dictæ Bullæ cenſeatur reuocata, quoad caſus generaliter expreſſos.

12 Expreſſo aliquo caſu ex multis ſpeciale mandatum exigentibus, adiecta clauſula generali, omnes alij cenſentur expreſſi.

13 Expreſſo aliquo caſu grauiori Bullæ cœnæ in individuo, & alijs eiuſdem in genere, vel in ſpecie in facultate conceſſa abſoluendi ab ipſius caſibus, an cenſeatur per dictam Bullam reuocata.

14 Bullæ cœnæ caſus habent ſpecialem grauitatem, ac reſeruationem, ratione cuius non cenſentur comprehendi ſub generali conceſſione, ſeù facultate abſoluendi à quibuſcunque caſibus, & cenſuris Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, etiam ſi talis facultas conceſſa ſit vigore Bullæ Iubilæi.

15 Facultas abſoluendi à caſibus, & cenſuris Bullæ cœnæ, quando dicatur conceſſa in genere, & quando in ſpecie declaratur.

16 Decretum Sacræ Congregationis Cardinalium, editum ſub Clem. VIII. die 9. menſis Ianuarij 1601. una cum moderatione facta ab eodem Pontifice, & innouatione S. D. N. D. Pauli V. ſuper abſolutione à caſibus reſeruatis refertur de verbo ad verbum.

17 Decretum Clem. VIII. ſuper abſolutione à caſibus reſeruatis, in quibus conuenit cum noſtra Bulla cœnæ, explicatur.

18 Cenſura lata per verbum Indicatiui temporis, dicitur latæ ſententiæ.

19 Abſoluentes à cenſuris Bullæ cœnæ, cum abſoluendi facultatem non habeant, vltra excommunicationem, quam contrahunt, alijs quoque pœnis afficiuntur.

20 Bulla cœnæ, ſicut decretum Clemen. VIII. non reuocant facultatem abſoluendi in individuo à caſibus, & cenſuris in ipſa Bulla, & decreto reſeruatis.

21 Decretum Clemen. VIII. ſuper abſolutione à caſibus reſeruatis, quomodo differat a bulla cœnæ, explicatur.

22 Abſolutionem impediens a caſibus, & cenſuris in Bullæ cœnæ contentis, contra prohibitionem ipſius Bullæ in excommunicationem incidit, & abſolutio nulla eſt.

23 Abſoluens à caſibus, & cenſuris Bullæ cœnæ, cum abſoluendi facultatem non habeat, vltra cenſuras, & pœnas, quibus vi dictæ Bullæ afficitur: vi quoque decreti Clem. VIII. alijs pœnis temporalibus punitur.

24 Impediti vi Bullæ cœnæ, non prohibentur abſolui à caſibus, & cenſuris in ea reſeruatis; At vi decreti Clemen. VIII. prohibentur abſolui extra mortis articulum.

25 Bulla cœnæ reuocat non modo priuilegia conceſſa, & innouata ad abſoluendum a caſibus, & cenſuris in ea contentis: ſed etiam priuilegia concedenda, & innouanda. At vi decreti Clemen. VIII. priuilegia conceſſa tantùm reuocantur, non autem concedenda.

26 Decretum Clemen. VIII. reuocat omnia priuilegia abſoluendi a reſeruatis, etiam ſi expedita ſint cum clauſulis, derogatoria derogatorijs, &c. Bullæ cœnæ, huiuſmodi clauſulam non continet.

27 Decretum Clemen. VIII. reuocat priuilegia abſoluendi à reſeruatis, confeſſarijs tantùm extra Vrbem per vniuerſam Italiam degentibus. At Bulla cœnæ reuocat priuilegia prædictis ſimpliciter, quoad omnes, & quaſcunque perſonas.

28 Decretum Clemen. VIII. reuocat priuilegia abſoluendi non ſolùm à reſeruatis in Bulla cœnæ, ſed à nonnullis etiam alijs. At vi dictæ Bullæ reuocantur priuilegia abſoluendi ab ipſius tantùm caſibus, & cenſuris.

29 Decretum S. D. N. Pauli V. nouiſſimè editum in confirmationem dicti decreti Clemen. VIII. an reuocet ſimpliciter priuilegia omnia conceſſa abſoluendi à quibuſcunque caſibus, & cenſuris Apoſtolicæ Sedi reſeruatis.

30 Dictio, inſuper, denotat nouum Legislatoris diſpoſitionem ab antiquis omnino diſtinctam, & idem denotat quod vltra.

31 Mens Legislatoris, in legibus interpretandis præcipuè conſideranda eſt, ac attendenda.

32 Confirmatio, ac innouatio in forma communi, & non ex certa ſcientia, non reſtituunt iura reuocata.

33 Eius eſt legem interpretari, cuius eſt ferre.

34 Lex generaliter loquens generaliter debet intelligi.

35 Abſolutio à caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ reſeruatis, impendi poteſt ab alio, quàm a Romano Pontifice, vigore priuilegij, clauſulam derogatoriam ipſi Bullæ continentis.

36 Eiuſdem eſt ſoluere, cuius eſt ligare.

37 Bullæ cœnæ, quot modis derogationem fieri contingat, declaratur.

38 Clauſula derogatoria: Quorum tenores præſentibus habere volumus pro plenè, ac ſufficiètèr expreſſio, &c. quid operetur, explicatur.

39 Abſolutus à reſeruatis virtute Iubilæi, aut alterius Bullæ, ſi indulgentiam non lucretur, eo quod opera poſtulantis Bullę non adimpleuerit, in cenſuras, & caſus priſtinos non reincidit: dummodo tempore abſolutionis opera ipſa adimplendi animum habeat.

40 Abſoluendi à reſeruatis facultate conceſſa virtute Iubilei, non eſt licitum vti extra Sacramentum pœnitentiæ, niſi ex forma conceſſionis aliter conſtet.

41 Abſolui regulariter quis poteſt à cenſura reſeruata, & non à culpa.

42 Abſolutione impenſa ab excommunicatione reſeruata, ſtatim tollitur caſus reſeruatio.

43 Abſolutio a cenſura, quoad ipſius effectum, non exigit iudicialem Sacramenti conſummationem.

44 Abſolutio a cenſura, licet concedatur in ordine ad abſolutionem a peccatis; non tamen eſt conditionata, ſed pura, & abſoluta:

45 Abſoluendi a cenſuris reſeruatis facultate conceſſa virtute Iubilei, an in dubio cenſeatur tributa extra Sacramentum pœnitentiæ.

46 Abſoluendi à cenſuris reſeruatis ſi concedatur facultas, quoad excommunicatos denunciatos, in dubio ſemper intelligitur conceſſa in foro interiori tantum.

47 Abſolus à reſeruatis non poteſt quis, in foro etiam interiori, vbi offenſa eſt manifeſta, ſine pœnia ſatisfactione.

48 Abſoluendi facultas conceſſa pro crimine hæreſis, in dubio, intelligitur tributa in foro interiori tantùm, non autem exteriori.

49 Abſolutus in foro interiori à cenſura pro hæreſi manifeſta, ſi celebret, efficitur irregularis.

50 Abſolutio impenſa in foro interiori pro excommunicatione occulta, an profit abſoluto in aliquo quoad forum externum.

51 Abſolutio ab excommunicatione, impenſa in foro interiori, probari poteſt in foro exteriori per ſolum Confeſſarij teſtimonium.

52 Abſolutus in foro interiori quis dicitur, etiam non audita peccatorum confeſſione.

53 Forum internum diuiditur in forum conſcientiæ, & in forum pœnitentiale.

54 Abſoluendi facultas conceſſa a cenſuris reſeruatis, auditis confeſſionibus, an exigat, vt omnino impendatur abſolutio in foro Sacramentali.

55 Ab-

55 *Abſolutio à caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ reſeruatis, impendi poteſt, non ſolum per Romanum Pontificem, ſed etiam per eius miniſtros, & delegatos.*

56 *Abſoluendi facultas a Romano Pontifice alicui conceſſa à peccatis ſibi reſeruatis, cenſetur tributa, etiam quoad cenſuras, quas habent annexas.*

57 *Abſoluendi facultas ab Epiſcopo alicui conceſſa à peccatis ſibi reſeruatis, non cenſetur ipſi tributa, quoad cenſuras, quas habent annexas.*

58 *Epiſcopus concedens alicui omnem ſuam facultatem, & auctoritatem ad abſoluendum in confeſſione, non cenſetur concedere facultatem abſoluendi à cenſuris reſeruatis.*

59 *Abſolutio à cenſuris, nullo impendi non poteſt ab inferioribus Romano Pontifice, ſecus autem, ſi ab ipſo Pontifice tribuatur.*

60 *Abſolutus abſens per litteras, tunc dicitur, quando litteras recepit.*

61 *Abſoluendi facultas à cenſuris, poteſt à Romano Pontifice, etiam laicis concedi.*

1 IN hac re Vgol. in explicat. huius §. t. n. 5. ait, quòd cùm Romanus Pōtifex nullum abſoluere vult ab huius Bullæ caſibus præter ipſum; ergo neminē excipit: quia ſicut dictio, omnis, eſt vniuerſalis affirmatiua, ita dictio, nullus, eſt vniuerſalis negatiua: ar. tex. in l. Iulianus, ff. de le. gat. 3. l. cum Prætor, ff. de Iudic. & Panor. in c. cum ad noſtram, nu. 6. de elect. & in c. graue, n. 8. de offic. Ordin. Et paulò infra num. 6. concludēs eius dictum ita inquit: Abſoluere igitur ab his cenſuris poteſt Romanus Pontifex, ex quo ipſe eas tulit, & earum abſolutionem ſibi reſeruauit. Vel etiam ipſius ſucceſſor: nam qui in alicuius locum ſuccedit, eius poteſtatem accipit: vt in ſuo tract. de cenſur. probaſſe teſtatur, in Tab. 5. cap. 4. §. 1.

Excipit tamen duos caſus, quorū primus eſt,
2 vbi Romanus Pontifex abdicaſſet ſe à Pontificatu: nam ex quo id poſſe, ait tex. in cap. 1. de renunc. lib. 6. tunc Pontifex eſſe deſinit: ar. tex. in c. 1. & 2. de Ordin. ab ijs, qui Epiſcop. renunc. Secundus caſus eſt, quando Pontifex ipſe furio-
3 ſus, aut amēs factus eſſet: quoniam cū non percipiat, quod agit, abſoluere non poteſt. Dabitur tamen illi eo caſu Curator à Collegio Cardinalium, qui ab huiuſmodi cenſuris abſoluet, & reliqua aget. Ex quibus verbis videtur ipſe Vgol. cōcludere, quòd facultas abſoluēdi à caſibus, & cēſuris in Bulla Cœnæ contentis, ita eſt Rom. Pontifici reſeruata, vt ipſe per ſeipſum teneatur abſoluere: nam exceptio firmat regulam in contrarium in caſibus non exceptis, vt latè nos ſupra probauimus, lib. 2. can. 1. q. 8. ſub n. 18.

Confirmatur, quia idem Vgol. loco citato,
4 ſub n. 5. in ver. Item abſoluere: & in ver. Poſtremò: per dictionē illam, *Nullus*: quæ ex Panor. in d. c. cū ad noſtram, & in c. graue, denotat omnimodam excluſionē, excludit etiam Collegium Cardinalium, & Concilium generale, cùm non
5 ſint P. Etenim Collegium Cardinalium, Sede vacante, non fungitur iuriſdictione Papę: vt in c. vnico, in ver. Sede vacante, vbi etiam Gloſ. de ſchiſm. in ſextò. Vnde extra caſus ſupradictos exceptos videtur velle, abſolutionē à caſibus, & cēſuris noſtræ Bullæ per ſolū Romanum Pontificem eſſe impendendam, & non per alium.

His tamen non obſtantibus, in contrariū eſt veritas. Licet enim Romanus Pontifex in hoc §. ſtatuat, vt nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem abſolui poſſit a dictis caſibus, & cenſuris; non tamen voluit facultatem illam abſoluendi, ita eſſe Papę reſeruatam, vt ipſe per ſe ipſum teneatur abſoluere huiuſmodi excōmunicatos, & nullo modo per alium, etiam extra mortis articulum. Immo ipſe aut raro, aut numquam aliquē abſoluere conſueuit. Nec oppoſitum cenſetur velle Vgolin. per ſupra relata eiuſdem verba: vt colligitur ex his, quæ in eodē §. annotauit ſuper illis verbis: *Niſi in eis, etiam caſus præſentibus litteris expreſſi, comprehendantur*: quæ in Bulla cœnæ hodie non habentur. Quo circa pro huius rei explicatione, ſit.

Prima Concluſio.

6 ABſolutio à caſibus, & cenſuris in Bullæ cęnę reſeruatis, impendi poteſt ab alio, quàm à Romano Pontifice, vbi caſuum prædictorū facultas ei conceditur in indiuiduo, nēpē ab hoc, vel illo caſu ex cōtentis in Bulla cęnæ, puta hęreſis, deprædationis maritimæ, delationis armorum ad Chriſtiani nominis inimicos, & ſic de reliquis. Nam vigore dicti priuilegij huiuſmodi criminoſos abſoluentes à dictis caſibus, & cenſuris legitimè dicuntur eos abſoluere, etiam extra mortis articulum.

Probatur, quia vi noſtri §. reuocātur priuile-
7 gia abſoluendi ab ipſius Bullæ caſibus, & cēſuris, in genere, vel in ſpecie conceſſa, & cōcedenda dumtaxat: vt patet in illis verbis: *In genere, & in ſpecie*: ergo non cēſentur reuocata priuilegia conceſſa, & concedēda in indiuiduo ab eiſdem cenſuris, & caſibus: tum quia inclusio vnius, eſt excluſio alterius: ar. tex. in c. non nel, de præſump. tum etiā, quia cùm ſimus in odioſis, verba ſtrictam recipiunt interpretationem, vt in c. odia, de Regul. iur. in ſextò.

Ex hoc infertur, quòd licèt in hac Bulla S. D.
8 N. D. Pauli Papæ V. hoc loco, non ſit appoſita clauſula illa, quæ addita Bullæ cœnæ fuerat à Sixto V. & Clemen. VIII. *Niſi in eis, etiam caſus præſentibus litteris expreſſi, comprehendantur*: non tamen ob id cenſentur abrogata priuilegia, & indulta, in quibus enarrantur ſigillatim caſus Bullæ, & expreſsè traditur facultas ab illis abſoluendi, conceſſa Regularibus, Confraternitatibus, & alijs quibuſcunque: quoniam in hoc §. vt diximus, reuocātur ſolùm indulta in genere, & in ſpecie conceſſa: & propterea non cenſentur ſublata illa, quæ in indiuiduo fuerunt tradita. Etenim ſi Romanus Pōtifex abrogare quoque
9 voluiſſet priuilegia, eo modo indiuidualiter loquēdo, cū expreſſione ſingulorum caſuum, non dixiſſet tantùm in genere, & in ſpecie, ſed etiam in indiuiduo: nā id quod à lege non exprimitur, pro omiſſo habetur, l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matr. eo quod Legiſlator, vbi ſtatuere aliquid intendit, illud declarat, & apertè ſignificat, l. 1. §. ſin ausem ad deficientis, C. de caduc. tollen. Gloſ. in c. vt circa, ver. Adhærentes, & in c. cupientes, §. ſi verò in diſcordia, ver. Priuentur, de elect. in ſextò. Et hanc eſſe rationem, ait Alter. in explicat. huius §. cap. 3. col. antepen. in

ver. Reſpondeo, cur ſupradicta clauſula: *Niſi in eis etiam caſus, &c.* in hoc §. non fuerit adiecta: quoniam etiam abſque ea dicta exceptio ſubſiſtit; cùm abrogentur ſolùm priuilegia in genere, & in ſpecie collata, non in indiuiduo: atque adeò vbi enumerantur ſigillatim caſus in Bulla contentis.

Hac eadem ratione, facultatem illam Epiſcopis conceſſam in Conc. Trident. ſeſſ. 24. c. 6. de reform. abſoluendi hæreticos occultos, multi volunt, per hunc §. non eſſe reuocatam, vt refert Suar. in explic. eiuſdem §. diſp. 21. de cenſur. ſec. 3. n. 5. Vgol. hoc eodem loco, in ver. Etiam prætextu: ſub n. 3. & Sanchez lib. 2. Decal. c. 11. à n. 26. vſque in finem: licèt nos ob aliam rationẽ, Epiſcopos abſoluere non poſſe hæreticos occultos, infra in proptia quæſtione, Deo duce, dicemus.

Beneuerum eſt, quòd ſi vnus ex noſtræ Bullæ caſibus exprimatur in indiuiduo *a*, reliquis verò generaliter: vt ſi cõcedatur facultas abſoluẽdi excõmunicatos ob delationem armorum ad Chriſtiani nominis inimicos, & à reliquis cẽſuris, quæ in ipſa Bulla Cœnæ continentur: tũc opinatur Vgol. hoc eodem loco, in explicat. illorum verborum huius §. *Niſi in eis etiam caſus, &c.* Sub n. 3. à cenſuris generatim expreſſis abſolui aliquem non poſſe. Nam ſicut, vbi nullus caſus eſt expreſſus, abſolui quis *non* poteſt: ita & vbi aliquis tamquam à reliquis, qui nõ ſunt expreſſi, abſolui nequibit: eo quòd argumentum de toto ad partem, in iure eſt validum, ar. tex. in l. quæ de toto, ff. de rei vend. *a*

Nec obſtat tex. in c. qui ad agendum, §. fin. de procur. lib. 6. vbi, expreſſo aliquo caſu ex mandatũ exigentibus, adiecta clauſula generali, omnes alij cẽſentur expreſſi, quoniam tex. ille intelligitur, niſi aliter de iure expreſsè fuerit diſpoſitum: & propterea ratio iſta locum ſibi vendicaret, ſi Bulla nõ tolleret omnia priuilegia in genere, & in ſpecie, ſicut abrogat: tunc enim, vno caſu expreſſo, alij cenſerentur expreſſi. Ob id Alter. loco citato in ver. Immo, & col. penul. in ver. Reſpõdeo, putat facultatem eòncẽſſam in d. cap. 6. Conc. Trid. abſoluendi ab alijs caſibus Bullæ, eſſe abrogatam vi huius §. quoniam licèt Concilium prius ponat clauſulam generalem, per quam concedit Epiſcopis omnes caſus occultos reſeruatos Sũmo Pontifici, & deinde addat expreſſionem peccati hæreſis, propter quod cenſendum eſt de alijs caſibus; ac ſi expreſſiſſet, iuxta tex. in d. c. qui ad agendum; tamen quia Bulla hìc tollit omnia indulta generalia, & ſpecialia, ſequitur neceſſarium eſſe ad validitatem indulti, vt indiuiduo enumerentur caſus Bullæ. *a*

Non tamen id oportere, vbi conceditur abſolutio à grauiore, puta ab hæreſi, videtur ſentire Vgol. loco citato, in fine, num. 3. dum ait: Niſi ergo in conceſſione caſus Bullæ exprimantur, abſolui ab ipſis quis non poterit, vel niſi concedatur abſolutio à grauiore, vt ſopra diximus de abſolutione ab hæreſi; quaſi dicat, quòd ſi alicui cõcedatur facultas abſoluendi ab hæreſi; & generaliter ab alijs caſibus, ac cenſuris in Bulla Cœnæ cõtentis, vi dictæ facultatis poſſet abſoluere non modò ab hæreſi, ſed etiam ab alijs ipſius Bullæ caſibus, & cenſuris: Pro qua re faciũt etiam ea, quæ docet Suar. de pœnit. diſp. 20. cap. 1. num. 3.

Dicuntur autem generatim tradidi facultates huiuſmodi, ſi dicatur: Concedimus licẽtiam abſoluendi à quibuſcunque caſibus, & cenſuris reſeruatis Romano Põtifici: atque ideò ſub tali conceſſione non comprehenduntur caſus in noſtra Bulla reſeruati: ſiuè huiuſmodi facultas cõceſſa reperiatur alicui perſonæ ſo particulari; ſiuè alicui Religioni: ſiuè Epiſcopo, aut alijs Prælatis: quoniam iſtæ cenſuræ nõ modò vi dictorum verborum, ſed etiam, vi vſus, & cõſuetudinis Eccleſiæ, habent ſpecialem rationem, gratitatem, ac reſeruationem; ratione cuius, nõ cẽſentur comprehendi ſub clauſula generali. Quo circa quando conceduntur, ſemper exprimuntur, iuxta ſtylũ Romanæ Curiæ. Ita Graff. lib. 4. Deciſ. p. 1. c. 15. nu. 76. & cap. 18. num. 2. Suar. de cenſur. Eccl. diſput. 7. ſec. 5. num. 11. & Sanchez lib. 2. Decal. cap. 12. nu. 13.

Imò hoc ipſum adeò verum eſt, vt ſi facultas iſta generalis concedatur vi alicuius bullæ, Indulgentiam plenariam continentis ad modum Iubilæi, adhuc per eam nõ intelligitur data poteſtas abſoluendi à caſibus, & cenſuris in bulla cœnæ reſeruatis, niſi de illis expreſſa mentio habeatur cum clauſulis infra dicendis, vt cootra Graff. docet, Suar. loco citato, n. 9. Et eodẽ modo dicendum eſt de generali facultate conceſſa, vt ſemel in vita, & ſemel in morte valeant ab omnibus caſibus abſolui, etiã Sedi Apoſtolicæ reſeruatis: vt per Io. Baptiſt. Anton. in Cath. Diœceſis Neapol. in ver. Abſolutio, cap. 25. num. 11.

Speciatim verò dicũtur prædicta priuilegia conceſſa, cum in ſpecie cõceditur poteſtas abſoluendi à cenſuris in bulla cœnæ contentis: vt per eũdem Vgol. hoc loco, in ver. Etiã prætextu, ſub n. 3. circa finem, ibi: Vndecimò locũ habet. Vnde cum vi huius § reuocẽtur facultates in genere, & in ſpecie, conceſſæ, & concedendę circa abſolutionem dictorũ caſuum, ſi priuilegium concedi contingat in ſpecie abſoluendi ab huiuſmodi caſibus, & cenſuris, niſi aliquid aliud addatur, de quo in ſequenti concluſione, Deo fauente, dicemus, vigore illius non poteſt abſolutio impendi. Et hoc ſiuè caſus in genere, vel in ſpecie exprimantur, ſiuè vnus exprimatur in indiuiduo, & reliqua in genere, vel in ſpecie, iuxta ea, quæ ſupra anno tauimus.

Hoc idem ſuit ſancitum per Decretum Sacræ Congregationis Cardinalũ, editum ſub Clem. VIII. die 9. menſis Ianuarij 1601. in illis verbis: *Generaliter, vel ſpecificè*: declaratum ab eodẽ Pontifice, die 26. Nouembris 1602. & nouiſſimè innouatum, & cõfirmatum à S. D. N. D. Paulo Papa V. die 7. Ianuarij 1617. cuius tenorem vna cũ ſupradictis declaratione, & inpouatione, hìc referre de verbo ad verbum operæpretium eſſe duximus: ſic enim facilius percipiẽtur, quæ circa rem iſtam inferius tractabimus. Eſt igitur horum tenor, qui ſequitur.

Editum fuit alias à Sacra Congregatione S. R. E. Cardinalium, negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, Decretum ſuper abſolutione a caſibus reſeruatis etc., qui ſequitur tenoris, Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, iuſſis, & gra-

grauibus cauſis id exigentibus, ac de S. D. N. Clem. PP. VIII. ſpeciali mandato, viuæ vocis oraculo deſuper habito, Sacerdotibus omnibus tam ſæcularibus, quam Regularibus per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentibus, ad confeſſiones audiendas probatis, quorumcunque Ordinum, etiam Mendicantium, Militiarum, aut Congregationum, etiam Societatis Ieſu, & generaliter quarumcunque aliarum, quouis nomine nuncupentur, ſubet, & præcipit, ne quis eorum, ſub prætextu priuilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel ſpecialiter ſcripto, aut viuæ vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apoſtolica, vel eius auctoritate eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegijs, vel ſocietatibus, aut Archicõfraternitatibus ſæcularium, aut ſingularibus perſonis, ſeu aliàs quomodocunque ſub quibuſuis tenoribus, formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, ad cuiuſuis, etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum inſtantiam conceſſarum, ſeu confirmatarum alicui cuiuſuis ſtatus, gradus, & conditionis, aut dignitatis, tam eccleſiaſticæ quam ſæcularis, etiam Regiæ, vel Imperialis ab vſo ex caſibus clarè vel dubiè in Bulla die cœnæ Domini legi ſolita, contentis, vel aliàs quomodocunque Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, aut in futurum per Sanctitatem ſuam, eiuſue ſucceſſores pro tempore in eadem Bulla, vel aliter reſeruandis, nec etiam à caſibus, quos Ordinarij locorum hactenus reſeruarunt, vel in poſterum ſibi reſeruabunt, nullo caſu, etiam neceſſitatis, vel impedimenti, niſi in mortis articulo, ſeu cũ nouis, & ſpecialis ſanctitatis ſuæ, aut Succeſſorum ſuorum, vel ordinariorum, quoad ad caſus ab ipſis tantùm reſeruatos, reſpectiuè, impetrata in ſcriptis licentia, Ordinarijs locorum exhibenda, abſolutionis beneficium de cætero impẽdere audeat, vel præſumat, ſed cum opus fuerit pœnitentes ad Superiores, legitimosque Iudices ſuos accedere cõſulant, ſub pœna contrafacientibus tam Regularibus, quàm ſæcularibus, excommunicationis, priuationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis item audiendi confeſſiones, & ad quæcunque officia prælaturas, beneficia in poſterum obtinenda, ipſo facto, abſque vlia alia declaratione incurrenda, ſuper quibus à nemine, niſi à Romano Pontifice habilitatio, diſpenſatione, aut abſolutio, præterquàm in mortis articulo, poſſit impertiri: Sanctitas enim ſua (quatenus opus ſit) facultates, & conceſſiones ipſas in hac parte vti caſſas, & irritas haberi de cætero voluit, & vult, non obſtantibus quibuſcunque.

Præterea nouerit pœnitentes, abſolutionem ſi quam obtinebunt contra huiuſmodi prohibitionem, eſſe nullam, nullíuſque roboris & momenti.

Et ne locorum Ordinarij, quibus ius hoc reſeruandorũ caſuum competit plurium quam opus ſit, reſeruatione, ſubditis, aut Confeſſarijs in animarum ſalute procuranda cooperatoribus, ſint onoroſa, monentur omnes, vt paucos, eoſque tantùm, quos ad Chriſtianam diſciplinam retinendam, animarumque ſibi creditarum ſalutem pro cuiuſuis Diœceſis ſtatu, & qualitate neceſſario reſeruandos eſſe iudicauerint, reſeruent. In quorum fidem &c. Datum Romæ die 9. menſis Ianuarij 1601.

Cum autem dubia quædam, ac difficultates circa eiuſdẽ Decreti interpretationem, atque obſeruationem emerſiſſent, eadem Congregatio, ne vllus deinceps obſcuritati, ſcrupulo, ambiguitatiue locus relinquatur, & vt clarius appareat in quibus caſibus vigore eiuſdem Decreti reſeruatis intelligatur prohibita abſolutio, ſpeciali mandato eiuſdem S. D. N. Clem. Papæ 8. Similiter viuæ vocis oraculo ſuper eam habito, ipſum Decretum ita moderatur, ac declarat, videlicet, ſub eiuſdem prohibitione illos tantùm in poſterum comprehendi caſus, qui in Bulla die cœnæ Domini legi conſueta continentur. Ac præterea violationis immunitatis eccleſiaſticæ in terminis conſtitutionis ſanctæ recol. Gregorij XIV. quæ incipit: Cum aliàs nonnulli: Violationis clauſuræ Monialium ad malum finem. Prouocãtium, ac pugnantium in duello, iuxta Decretum Sacri Concil. Trid. & conſtitutionem Felic. recol. Greg. Papæ XIII. incipientem: Ad collendam. Iniectionem violentas manus in Clericos, iuxta canonum, ſi quis ſuadente, &c. 17. q. 4. ac iuris diſpoſitionem. Simoniæ realis ſcienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis. Item omnes caſus, quos Ordinarij locorũ ſibi reſeruauerunt, vel in poſterum reſeruabũt. In quibus omnibus ita enumeratis caſibus dũtaxat, & ſublata etiã pœna inhabilitatis audiendi confeſſiones, eadem Sacra Congregatio vult, & mandat, dictum Decretum in ſuis firmitate, & priſtino robore permanere: ac propterea declarat eos quidem Sacerdotes, tam ſæculares, quam Regulares, qui aliquo ex priuilegijs, indultis, & facultatibus, in ſupradicto Decreto expreſſis, fuſſulti fuerint poſſe iuxta eorum priuilegia, indulta, & facultates, vſu ante idem Decretum receptas, & quæ ſubalijs reuocationibus non cõprehenduntur, tantùm, & non aliàs abſoluere à caſibus in præſenti declaratione non comprehenſis: alijs verò Sacerdotibus, huiuſmodi priuilegia non habentibus, nihil de nouo concedi: Sed ne locorum Ordinarij, ad quos caſuum reſeruatio ſpectat, ea iure modum excedant, eadem Sacra Congregatio illos rurſus magnopere admonendos cenſet, vt non paſſim, ſed cum id videbitur communi bono expedire, atrociorum tantùm, & grauiorum criminum abſolutionem ſibi reſeruent, quorum reſeruatio ad diſciplinam Chriſtianam retinendam conferat in ædificationem, non autem in deſtructionem cedat: ne alioquin Sacramenti Pœnitentiæ Miniſtrorum coarctata poteſtate Sanctæ Matris eccleſiæ pia mens contrarius effectus ſubſequatur. Prohibet etiam, ne ſibi ſuperfluè reſeruent caſus in Bulla die cœnæ Domini legi conſueta contentos, neque aliosSedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruatos. Facultatem verò, & licentiam abſoluendi a caſibus reſeruatis, quam in ſcriptis tantùm concedi permittebatur, etiam ſola viua voce concedi poſſe declarat. Cæterum ne quis Sacerdotum ſæcularium, aut Regularium ſub prætextu, quod per prædictum Decretum non fuerit ſufficienter eorum ſpecialibus priuilegijs derogatum, eidem Decreto, ſic vt præfertur declarato, contrauenire audeat, Sanctitas ſua cõſtitutionib. & ordinationib. Apoſtolicis omnibus, in fauorem quorumcunque Ordinum, ſeu inſtitutorum Regularium, aut Sacerdotum tam ſæcularium quam Regularium editis, nec non eorundem ordinum, ſeu inſtitutorum, ac etiam eccleſiarum, & Monaſteriorum, & aliorum ſæcularium, ſeu Regularium locorum quorumcunque, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis etiam Mari magno, ſeu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis eiſdem Ordinibus, ſeu inſtitutis, ac etiam Eccleſijs, & Monaſterijs, & ſæcularibus, ſeu Regularibus locis, aut perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriam derogatorijs, aliisque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis cõceſſis, ac etiam ſteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam pro aliorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quauis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habens, quoad eo, quæ præ-

præſentibus aduerſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogat, contrariis quibuſcumque non obſtantibus. Romæ die 26. Nouembris 1602. Alex. Cardin. Floren. Epiſcopus Præneſtinus.

S. D. N. D. Paulus PP. V. Romæ die 7. Ianuarij anni 1617. in confirmationem ſupradicti Decreti, eiuſdemque declarationis, infraſcripta ab eadem Sacra Congregatione adde præcipit.

Quoniam Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Epiſcoporum ac Regularium Præpoſitorum nuper accepit, quam plures Regulares, tantum facultatis, ſeu priuilegij ab Apoſtolica Sede ſibi eò ceſſum profiteri, vt etiam à caſibus locorum Ordinarijs in eorum Diœceſibus reſeruatis, abſque alia ipſorum Ordinariorum licentia pœnitentes abſoluere minimè dubitant. Non nulloſque alios in Decreto prohibitionis abſolutionis a caſibus Sedi Apoſtolicæ, vel locorum Ordinarijs reſeruatis die 9. Ianuarij anni 1601. ſælic. recol. Clem. Papæ VIII. iuſſu edito, nec non in declaratione illius, eodem Clemente Pontifice iubente, die 26. Nouembris 1602. promulgata, excommunicationes Sedi, vel Ordinarijs prædictis reſeruatas minimè cõprehenſas aſſerere. Vnde fit, vt metus, quo homines a peccãdo coercentur, abſolutionis facilitate exoleſcat. Ideo Sacra eadem Congregatio de S. D. N. Pauli PP. V. ſpeciali mandato viuæ vocis oraculo deſuper habito, Decretum huiuſmodi, illiuſque declarationem, nec non cenſuras, & pœnas, in eiſque contenta omnia confirmanda, atque innouanda operæ pretium duxit, prout per præſentes confirmat, atque innouat, ab omnibuſque Sacerdotibus tam ſæcularibus, quàm Regularibus quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, Militarium, Congregationũ, aut eiuſuis alterius inſtituti, etiam neceſſario exprimendi quouis nomine nuncupati inuiolabiliter obſeruari, ac inſuper, vt nulla ex Sacerdotibus prædictis, quibuſcumque priuilegijs, indulti, & faculatibus ſuffulti, ab excommunicationibus, vel o caſibus eiſdem Ordinarijs, vel Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, tam ad ſorum contentioſum eorumdem Ordinariorum deductis, quam non deductis, præterquam in mortis articulo abſoluere audeant, vel præſumant, vel eorum aliquis audeat, vel præſumat, ſub eiſdem cenſuris, & pœnis eo ipſo, & abſque alia declaratione incurrendis, mandat, ac præcipit. Non obſtantibus omnibus, quæ idẽ Clem. VIII. in Decreto, & declaratione huiuſmodi volui non obſtare. Datum Romæ 7. Ianuarij 1617. Antonius Card. Sanctus V. Theatinus Secretarius. Romæ in Typographia Cameræ Apoſtolicæ.

Ex quibus conſtat, quòd in multis conueniunt inter ſe noſtra bulla, & ſupradictum Decretum, vt ſupra declaratum, innouatum, & confirmatum.

Conuenidnt inquam, primò: quoniam tam
7 vi dicti Decreti, quam vi præſentis bullæ, nullus per alium, quam per Romanum Pontificem abſolui poteſt à caſibus, & cenſuris in ea contẽtis, excepto mortis articulo; etiam prætextu quarumuis facultatum, ac priuilegiorum quibuſcunque eccleſiaſticis, tam ſæcularibus, quàm Regularibus, ac etiam laicis quacunque dignitate fulgentibus conceſſorum, & innouatorum: vt patet ex illis eiuſdem bullæ verbis: *Etiã prætextu quarumuis facultatum, indultorum, &c.* Quibus apertè reuocantur omnia priuilegia tam præſenti, quàm futura, facultatem concedentia, vt quis ab alio, quàm à Romano Pontifice à prædictis cenſuris abſolui poſſit. Siue priuilegia habeantur, ratioone perſonarum: ſiue ratione Ordinis, ob illa verba: *Ipſis Ordinibus*: ſiue ratione loci, in quo ſunt: vt conſtat ex illis verbis: *Et eorum Monaſterijs, Conuentibus, & domibus.* Siue ratione Congregationis, vel Vniuerſitatis, de qua ſint: & hoc propter illa verba: *Ac capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus*: Siue ratione hoſpitalium, & aliorum locorum, quæ pia ſint, ob illa verba: *Hoſpitalibus, & locis pijs*: Item vi bullæ reuocantur priuilegia, non modò Eccleſiaſticis, ſed etiam quibuſcunque laicis conceſſa, etiamſi Imperatores ſint aut Regis: vt patet ex illis verbis: *Necnon laicis.* Præterea reuocantur priuilegia huiuſmodi à quocunque conceſſa; atque adeò, ſiue ab hoc Romano Pontifice, ſiue à prædeceſſore, ſiue à ſucceſſore, vel per Decretum cuiuſuis Concilij, ob illa verba: *Per nos, & dictam Sedem, ac cuiuſuis Concilij &c.* Rurſus reuocantur priuilegia quocunque modo conceſſa; ſiue verbis, ſiue litteris, aut alia quacunque ſcriptura propter illa verba: *Verbo litteris, &c.* Et denique reuocantur dicta priuilegia, ſiue concedantur generatim, ſiue ſpeciatim, ob illa verba: *In genere, & in ſpecie*: Hæc eadem omnia. & ſingula conſtant etiam ex dicto Decreto Clem. VIII eiuſdẽque declaratione, & innouatione, vt conſideranti patet.

Secundò conueniunt: quoniam ſicut per no-
18 ſtram bullam in ſequenti §. fertur excommunicatio ipſo facto incurrenda contra abſoluentes ab eiuſdem caſibus, & cenſuris: vt conſtat ex illis verbis: *Eos excommunicationis ſententia innodamus*: cùm enim ſub cenſura præcipitur, aut inhibetur aliquid per verbum Indicatiui Tẽporis, cenſura illa dicitur ipſo iure, ipſo facto lata, iuxta ea, quæ ſupra annotauimus lib. 1. cap. 3. q. 1. Ita etiam, & eodem modo fertur excommunicatio in dicto Decreto, & in eiuſdem declaratione contra huiuſmodi abſoluentes: vt patet in illis verbis, *Ipſo facto: & abſque vlla alia declaratione incurrenda.*

Tertiò conueniunt: quia, vltra cenſuram ex-
19 communicationis, tam bulla, quàm Decretum prædictum, alias ſtatuunt pœnas, à dictis caſibus & cenſuris abſoluere præſumentibus: vt conſtat ex illis verbis ſequentis, §. *Grauius cõtra eos ſpiritualiter, & temporaliter, prout expedire nouerimus proceſſuri.* Et in præfato Decreto ob illa verba, quæ in eo habentur; *Sub pœna contrafacientibus tam Regularibus, quàm ſæcularibus, excommunicationis, priuationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis item audiendi confeſſiones, & ad quæcunque officia, prælaturas, beneficia in poſterum obtinenda.* Quamuis deinde in declaratione eiuſdẽ Decreti ſublata fuerit pœna ipſa inhabilitatis ad audiendas confeſſiones, & modificata prohibitio abſoluẽdi à caſibus, & cenſuris Apoſtolicæ Sedi reſeruatis ad caſus, & cenſuras noſtræ bullæ, violationis immunitatis eccleſiaſticæ in terminis cõſtitutionis Gregor. XIV. prouocantium, & pugnantium in duello iuxta decretum Sacri Cõcil. Trid. & conſtitutionem Greg. XIII. inijcientium manus violentas in clericos, iuxta can. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. Simoniæ realis ſcienter contractæ, & confidentiæ beneficialis: vt patet in illis eius declarationis verbis: *In quibus omnibus iam enumeratis caſibus dumtaxat, & ſublata etiam pœna inhabilitatis audiendi confeſſiones eadem Congregatio vult, & mandat, dictum Decretum in ſua firmitate, & priſtino robore permanere.*

Quar-

Quartò conueniunt: quia ſicut vigore noſtræ
20 bullæ non reuocantur facultates, & priuilegia conceſſa in indiuiduo abſoluendi ab eiuſdem caſibus, & cenſuris, vt ſupra diximus, ob illa verba, quæ in hoc §. continentur: *In genere, & in ſpecie* quibus reuocantur indulta generalia, & ſpecialia tantùm iuxta declarationem à nobis ſupra traditam; ita quoque vi dicti Decreti abrogantur priuilegia abſoluendi ab eiſdem caſibus, & cenſuris, generatim, ac ſpeciatim conceſſa dumtaxat; non autem in indiuiduo: & id ratione illorũ verborum: *Generaliter, vel ſpecificè*.

Differunt autem bulla ipſa, ac præfatum De-
21 cretum ſimiliter primò: quia excommunicatio, quæ cõtinetur in §. ſequenti eioſdem bullæ, lata contra abſoluentes à dictis cenſuris, & pœnis non eſt Romano Pontifici reſeruata, vt in d. §. dicemus, q. 1. At excommunicatio dicti Decreti, prædictos abſoluentes alligãs, eſt reſeruata: vt conſtat ex illis verbis: *Super quibus a nemine, niſi à Romano Pontifice habilitatio, diſpenſatione, aut abſolutio præterquam in mortis articulo poſſit impartiri.*

Secundò differunt, quia dictum Decretum
22 abſolutionem temerè impenſim à bullæ cœnæ caſibus, & cenſuris, declarat nullam, & inualidã; vt patet in illis verbis: *Præterea nouerint pœnitentes, abſolutionem, ſi quam obtinebunt contra huiuſmodi prohibitionem, eſse nullam, nullíuſque roboris, & momenti*; At huiuſmodi declaratio in noſtra bulla non habetur.

Beneuerũ eſt, quod licet in ea nihil ſtatuatur de validitate abſolutionis traditæ; non tamen ex eo ſequitur, Sacerdotem contra tenorem ipſius Bullæ abſoluere præſumentem, eſſe tantùm excommunicatum, ſed abſolutionem, eſſe validam; quoniam hoc eſt falſum: Sacerdos enim huiuſmodi non ſolùm remanet excommunicationis vinculo alligatus; ſed etiam nihil facit; atque ideo abſolutio eſt nulla ex defectu iuriſdictionis, quæ neceſſaria eſt ad abſoluẽdũ, & ſine qua abſolutio nulliter impenditur. Quocirca licet in Bullis Pauli III. Clem. VII. & in antiquioribus adderẽtur hæc verba in fine huius, §. *Et nihilominus quidquid egerint abſoluendo, vel alias, nullius ſit roboris, & momenti*; non tamen ibi fuerũt addita tamquàm neceſſaria, quaſi illis non adiectis, abſolutio ſubſiſteret; ſed ad maiorem declarationem.

Tertiò differunt, quoniam bulla in ſequẽti §.
23 præter excommunicationem, non imponit cõtrauenientibus aliquas pœnas determinatas; ſed tantùm indeterminatas, & arbitrarias: vt patet ex illis verbis: *Grauius contra eos ſpiritualiter, & temporaliter, prout expedire nouerimus proceſsuri*; Decretum autem, vltra cenſuram prædictam, ſtatuit etiam certas, ac determinatas pœnas, vt in illis verbis: *Sub pœna contrafacientibus tam Regularibus, quàm ſæcularibus, excommunicationis, priuationis officiorum, & dignitatum, &c.*

Quartò differunt; quia vi dicti Decreti prohi-
24 bentur abſolui à caſibus, & cenſuris noſtræ bullæ, etiam impediti, aut neceſſitate aliqua detenti, quominus Romanum Pontificẽ adire poſſint, ob illa verba: *Nulla caſu, etiam neceſſitatis vel impedimenti, niſi in mortis articulo, &c.* Quæ tamen verba in Bulla noſtra non habentur.

Quintò differũt; quoniam noſtra bulla, quo-
25 ad reuocationem priuilegiorum concedentiũ facultatem abſoluendi à caſibus & cenſuris in ipſa bulla contentis, comprehendit non ſolùm priuilegia conceſſa, & innouata; ſed etiam extenditur ad priuilegia concedenda, & innouanda, vt conſtat ex illis verbis: *In genere, & in ſpecie conceſſorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum.* At verò prædictũ Decretum reuocat priuilegia huiuſmodi conceſſa, & cõfirmata tãtùm, ob illa eiuſdem verba: *Aut aliorum Principũ ſimilium conceſſorum, ſeu confirmatorum &c.* atque ideo non reuocat priuilegia concedenda, & innouanda ſuper abſolutionem dictorum caſuum & cenſurarum; Immo id expreſsè declarat in illis verbis; *Seu cum noua & ſpecialis ſanctitatis ſuæ, aut ſucceſſorum &c.*

Beneuerũ eſt, quòd non ex hoc ſequitur, vigore dicti decreti poſſe quem abſoluere à dictis caſibus, & cenſuris vi ſpecialis tantùm facultatis abſoluendi ſcilicet a caſibu, bullæ, & non in indiuiduo, nempe ab hoc vel illo eiuſdem caſũ; niſi inſeratur in tale facultate clauſula derogatoria, de qua infra in ſequenti concluſione; Deo duce, dicemus; quia per publicationem bullæ cœnæ, poſt dictum decretũ editum, reuocatur huiuſmodi facultas per ſupradicta uerba; *In genere, & in ſpecie conceſſorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum.*

Sextò differunt: nam per dictum Decretum
26 derogatur priuilegijs, ſub quibus vis tenoribus expeditis, etiam cum clauſulis derogatoriarum derogatorijs, & ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, & individua de uerbo ad uerbum eſſet facieoda mentio, ob illa Decreti verba. *Etiam derogatoriarum derogatorijs &c.* Et latius habetur in eioſdem declaratione in illis verbis: *Etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, &c.* Vnde per dictam clauſulam eſt derogatum priuilegijs prædictis, etiam ſi in eorum reuocatione non fiat ipſorum mentio de uerbo ad uerbum, iuxta ea, quæ docet Felin. in c. nonnulli, n. 6. & ſeq. de reſcrip. In noſtra uerò bulla huiuſmodi clauſula non habetur: & propterea ipſius vigore non cenſentur reuocata priuilegia abſoluendi ab eiuſdem cẽſuris, quæ continent clauſulam illam derogatoriarum derogatorijs.

Septimò differuot: quoniam noſtra bulla re-
27 uocat priuilegia prædicta ſimpliciter, quoad omnes: vt conſtat ex illis verbis: *Quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis, &c.* Sed Decretum illud reuocat ipſa priuilegia quoad Confeſſarios dumtaxat, per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentes, ob illa verba: *Sacerdotibus omnibus, tam ſæcularibus, quàm Regularibus, per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentibus &c.* & latè habetur ex Sanch. lib. 2. Decal. c. 13. n. 36. in fine.

Octauò differunt: quia per ipſam bullam re-
28 uocantur priuilegia conceſſa ad abſoluendum à cenſuris, & caſibus, in ea contentis dũtaxat; & non ab alijs. At per ſupradictum Decretum, nõ modò reuocantur priuilegia, quoad abſolutionem à cenſuris bullæ cœnæ reſeruatis, ſed etiam quoad abſolutionem à cenſuris, & caſibus violationis immunitatis eccleſiaſticæ: violationis

clau-

clauſuræ Monialium ad malum finem; prouocantium,& pugnantium in duello injicientium manus violentas in clericos: ſimoniæ realis ſcitèr contractæ,ac confidentiæ beneficialis,& denique ab illis,quos locorũ Ordinarij ſibi reſeruant,vnà cum cenſuris,quas habent annexas: vt patet ex declaratione eiuſdem Decreti, in illis verbis: *Ipſum Decretum ita moderatur,ac declarat,videlicet ſub eiuſdem prohibitione illos tantùm in poſterum comprehendi caſus, qui in Bulla aliæ cœnæ Domini legi conſueta continentur: ac præterea violationis immunitatis eccleſiaſticæ &c.* Et in decreto innouationis S.D. N. Papæ ibi, *Ab excommunicationibus,& caſibus eiſdem Ordinarijs,&c.*

Sunt tamen,qui putant per ſupradictum Decretum S.D.N.D.Pauli V. fuiſſe abrogata ſimpliciter omnia priuilegia & facultates non ſolũ abſoluendi à caſibus,& cenſuris bullę, violationis immunitatis eccleſiaſticæ,& aliis in declaratione ſeu moderatione Decreti Clem.VIII. recenſitis; verùm etiam ab omnibus aliis Romano Pontifici reſeruatis. Et id per illa verba: *Ac inſuper,vt nulli ex Sacerdotibus prædictis, quibuſcunque priuilegijs,indultis, & facultatibus ſuffulti, ab excommunicationibus, vel caſibus eiſdem Ordinarijs, vel Sedi Apoſtolicæ reſeruatis &c.* Nam dictio illa: *Inſuper*: ſignificat nouam Legislatoris diſpoſitionẽ ab antiquis omnino diſtinctam: vt eſt tex. in c. ſtatutum,§.inſuper,vbi Gloſ. de reſcrip. in ſexto,atque adeò idem denotat,quod, Vltra, l.Seiæ,& ibi Glo.in ver.Seiæ inſuper,ff.de fuod. inſtr.& §.alia inſuper,in Inſt.de donat.

Sed ſi ęc vera ſi verba dicti decreti rectè perpẽdantur ex eis id non videtur poſſe colligi: nec eã fuiſſe Romani Pontificis mentem,quæ in legibus interpretandis præcipuę conſiderãda eſt, ac pariter attendenda,vt in l.non dubium,C.de leg.ſed per Decretum ipſum diſpoſuiſſe, vt decretum Clem. VIII. vnà cum,eiuſdem declaratione,& moderatione ad vnguem ſeruetur,cum à nonnullis prætextu quorundam priuilegiorũ, ſeu facultatum violatum fuiſſe nuper acceperit vt patet ex verbis eiuſdẽ decreti in prin.& propterea decretũ illud,& declarationẽ confirmãda,ac innouanda curauit per illa verba: *Ideo Sacra Congregatio de S.D.N. Pauli P.P. V. ſpeciali mandato vtuæ vocis oraculo deſuper habito, decretum huiuſmodi,illiuſque declarationem,necnon cenſuras, & pœnas, in eiſque contenta omnia confirmanda, atque innouanda opere pretium eſſe duxit.* Nam per dicta verba Summus Pontifex non confirmat,& innouat decretum Clement. VIII. tantùm,ſed cum ipſo decreto confirmat etiam,& innouat eius declarationem: atque ideo ipſum confirmat,& innouat iuxta prædictam declarationẽ: eo quòd per confirmationem,& innouationẽ in forma cõmuni, vt iſta eſt,& non ex certa ſcientia,non reſtituuntur iura reuocata,ſed antiqua dumtaxat confirmantur,& renouantur: vt in terminis priuilegiorum probat Suar.lib.8.de leg.cap.20.nu. 2.& ſeq.Modò,cùm prędictum decretum circa reuocationem facultatum abſoluendi ab omnibus cenſuris, & caſibus Apoſtolicæ Sedi reſeruatis,per ipſius declarationem fuerit reſtrictum & modificatũ ad illos quinque caſus ſupra narratos,& alios in Bulla cœnæ contentos, & quos locorum Ordinarij ſibi reſeruant;ad illos tantũ refertur illius confirmatio,& innouatio,& non ad reliquos,vi dictę moderationis reuocatos,& a ligamine dicti decreti penitus abſoluros.

Cõfirmatur,quoniam aliàs ſequeretur,quòd dictum decretum Clem.VIII. primo loco editum,fuiſſet ampliatum per eiuſdem declarationem,ſeu modificationem quoad Sacerdotes,& Confeſſarios. Nam decretum illud reuocat priuilegia abſoluendi à caſibus & cenſuris bullę cenæ,quoad confeſſarios dumtaxat,per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentes: vt conſtat ex illis verbis: *Sacerdotibus omnibus tam ſæcularibus quam Regularibus per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentibus &c.* Et deinde in ſupradicta declaratione, ſeu moderatione Romanus Pontifex vtitur verbis generalibus,quoad ipſos Sacerdotes, inquiens: *Cæterum,ne qui Sacerdotii ſæcularium, aut Regularium ſub prætexta &c.* Et nihilominus Sanchez lib.2.Decal.cap.13.num.36.in fine, non obſtantibus dictis verbis,quoad Sacerdotes generaliter prolatis,intelligit,dictum decretum eiuſdemque moderationem reuocare priuilegia huiuſmodi,quoad Sacerdotes dumtaxat per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentes, non autem quoad omnes Sacerdotes in vniuerſum: ergo idem dicendum eſt in caſu, de quo agitur, vt licèt S.D.N. Paulus V. in ipſius decreto vtatur verbis generalibus,quoad reuocationem priuilegiorum circa abſolutionem ab excommunicationibus,& caſibus Apoſtolicæ Sedi reſeruatis; nihilominus intelligendus eſt de illis in ipſa declaratione, ſeu moderatione recẽſitis.

Nec obſtare videtur dictio illa: *Inſuper*: quoniam licèt regulariter ſignificet nouam Legislatoris prouiſionem, ab alijs iam factis omnino diſtinctam; tamen non videtur referri ad alios Sedis Apoſtolicæ caſus; ſed eas tantùm excommunicationes comprehendit, quas locorum Ordinarij ſibi reſeruabant à quibus confeſſarij, vt ſupra priuilegiati abſoluere non verebantur, prætendentes ſub dicti decreti: & eiuſdem declarationis prohibitione non eſſe compreheſum excommunicatio in rigore, non ſit caſus: eo quòd excommunicatio, eſt pœna; & caſus eſt culpa.

Et quòd hæc interprætatio ſit ſecundum mentem Romani Pontificis,ſuaderi poteſt ex illis verbis: *Ab excommunicationibus,vel a caſibus eiſdẽ Ordinarijs,vel Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, &c.* Vbi S. Pontifex prohibet abſolutionem à dictis excõmunicationibus,vel à caſibus eiſdem,quos Ordinarij,& Sedes Apoſtolica ſibi reſeruarunt, & reſeruabunt: & ſic ly. *Eiſdem*: fortè non conjungitur cum ly. *Ordinarijs*: ſed cum ly. *Caſibus*. Modò idem caſus,à quibus vi dicti decreti, & ipſius declarationis prohibetur abſolutio,ſũt illi quinque caſus,& alij in Bulla cœnæ Apoſtolicæ Sedi,& Ordinarijs reſeruati dumtaxat,& non reliqui omnes.

Dixi fortè,quia cum inter ly. *Eiſdem*: Et inter ly. *Ordinarijs*: non mediat virgula, ſenſus dictorũ verborum efficitur dubius. Quo circa cùm in dubijs tutior pars ſit eligenda: & eius ſit legem interpretari,cuius eſt ferre,ar.tex.in l.fin.C.de leg.conſultam Sacram Congregationem à quibuſdam Regularibus, ſecundum ſupradictam interpretationem reſpondiſſe, fuit mihi relatum: atque adeò priuilegia abſoluendi ab alijs caſibus, & cenſuris Apoſtolicæ Sedi reſer-

ſeruatis non fuiſſe reuocata.

Nonò differt ſupradictum decretum S.D.N.
34 Pauli V. non ſolùm à noſtra bulla; ſed etiam à decreto Clement. VIII. & eiuſdem declaratione, ſeù moderatione. Nam vi illius decreti prohibetur abſolutio à caſibus, & cenſuris bullæ, &c. tàm ad ſorum contentioſum Ordinariorum deductis, quàm non deductis: vt conſtat ex illis verbis: *Tum ad ſorum contentioſum, &c.* Quæ quidem verba, nec in ipſa Bulla, nec in præfato decreto Clemen. VIII. nec in eiuſdem declaratione, ac moderatione habentur. Beneuerum eſt, quod licèt in eis verba illa non habeantur, nihilominus ſubintelliguntur; cùm ſimpliciter in Bulla, decreto, ac declaratione inhibeatur abſolutio à dictis caſibus, & cenſuris; ergo cenſetur prohibita, ſiuè caſus, & cenſuræ fuerint deductæ ad ſorum contentioſum, ſiuè non: quia lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſt. & l. de pretio, ff. de public. in rem action.

Secunda Concluſio.

35 Abſolutio à caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ reſeruatis impendi poteſt per alium, quàm per Romanum Pontificem, quando ipſe Pontifex ab eiſdem facultatem abſoluendi concede-
36 ret, ipſi bullæ derogando c. Nam eiuſdem po-
c teſtatis eſt ſoluere, cuius eſt ligare: vt in c. verbum, de pœnit. d. t.

Hęc autem derogatio duobus modis fieri cõ-
37 tingit. Primò vbi Romanus Pontifex in priuilegio directè dicit, ſe velle caſus prædictos pro expreſsè contentis, & expreſſis haberi, ac ſi ad verbum inſerti eſſent. Secundò quando diceret: Non obſtantibus quibuſcunque, etiam ſi eſſent talia, quorum mentio facienda eſſet de verbo ad verbum, quorum tenorem volumus haberi pro expreſſis: per hanc enim clauſulam tollitur neceſſitas contrariorum tenorem inferendi: vt benè docet Felin. in c. nonnulli, nu. 6. de reſcr. Nau. in e. ſi quando, excep. 1. nu. 1. eod. tit. & alij, quos refert, & ſequitur Vgol. hoc loco, in ver. *Niſi in eis, &c.* ſub nu. 3. ibi, Quintò excipitur. Vbi etiam refert ita ſeruaſſe Clement. VIII. in bulla Iubilæi publicata anno 1594. tertiò Non. Decemb. Pontificatus ſui anno tertio.
38 Etenim ipſe Pontifex, eo loco, facultatem tribuens abſoluendi ab omnibus cenſuris, etiam in litteris cœnæ Domini, ſic ait: *Quorum tenores præſentibus habere volumus pro plenè, ac ſufficienter expreſſis, ac ſi ad verbum inſererentur.* Quæ quidem verba ſatis ſunt ad derogandum quoque ſupra relato decreto Romani Pontificis, quoad Sacerdotes per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentes.

Vnde ſi quis virtute ſimilis Iubilæi, aut bul-
39 læ à cenſuris, & caſibus, vt ſupra reſeruatis abſoluatur, adeò remanet abſolutus, vt etiam ſi poſtea Indulgentiam nõ lucretur, eo quòd non adimpleuerit opera poſtulantis bullæ, ſeù Iubilæi, in cenſuras non reincidat: quoniam licet illa facultas conceſſa ſit in ordine ad conſequẽdam illam Indulgentiam; tamen vſus, & effectus eius non ex illo fine, vt executioni mandato, ſed in intentione concepto: & abſolutio purè, ac ſimpliciter impenſa eſt, nec in conceſſione ſupponimus mentionem aliquam factam eſſe de reincidentia. Quocirca ſatis eſt, ſi tempore abſolutionis animum habuerit adimplendi opera Iubilæi præcipientis. Ita Suar. de cenſur. Eccleſ. diſp. 7. ſec. 5. à n. 31. ad 35. incluſiuè.

Beneuerum eſt, quòd Suar. ibi n. 36. ait, quòd
40 quotieſcunque datur facultas hæc abſoluendi à cenſuris reſeruatis per huiuſmodi Iubilæa, vel alias bullas, non licet ea vti extra Sacramentum confeſſionis; niſi ex forma conceſſionis conſtet, hanc facultatem Romanum Pontificem conceſſiſſe, etiam extra pœnitentiæ Sacramentum. Nam regulariter, quando hæc conceſſio fit tãtùm in foro conſcientiæ, & in ordine ad internam, & bonam animæ diſpoſitionem, ſolùm intra pœnitentiæ Sacramentum locum ſibi vendicat. Hanc eandem ſententiam tenet Rodriq. in expoſitione bullæ Cruciatæ, § 9. nu. 94. ob illa eiuſdẽ verba: *Auditis cõfeſſionibus eorũ poſſint eos a quibus vis peccatis, & cenſuris abſoluere.* Et Pius V. in bulla Iubilæi 1568. præcipit, huiuſmodi abſolutiones dandas eſſe in foro interiori, ac pœnitentiali. Hoc idem tenet Nauar. in Man. c. 26. nu. 31. Cordub. in ſum. nu. q. 19. Et propterea per huiuſmodi priuilegia non poteſt quis abſolui à cenſura reſeruata, niſi ſimul à peccato abſoluatur.

Nam licèt, ſimpliciter loquẽdo, non pugnet
41 abſolui aliquem a cenſura reſeruata, & non à culpa: vt per Syl. io ſum. in ver. Abſolutio 3. & Rodriq. loco citato, cum alijs, quos ipſe refert; & teſtatur de cõſuetudine Romanæ Curię ſeruari, vt, vbi quis abſoluitur ab excõmunicatio-
42 ne, ſtatim auferatur caſus reſeruatio; tamen quãdo confeſſio non fit ad abſoluendum à cenſura niſi in Sacramento confeſſionis, cenſuræ abſolutio nõ poteſt ab abſolutione culpæ ſeparari.

Non tamen exigitur iudicialis Sacramenti
43 conſumatio antequam abſolutio à cenſura effectum habeat: & ideò ſoquit ibi Suar. nu. 38. in fin. quòd ſi fortè contingeret, Sacerdotem, qui ritè ac rectè cæpit abſoluere, & perfecerit formam abſolutionis à cenſura, non potuiſſe vlterius progredi ad abſolutionem peccatorum ſubito terrore perterritum, aut ſubitanea morte præuentum, tunc abſolutio à cenſura rata habenda erit; & peccata illa iam non remanere reſeruata: atque ideò ſublata excommunicatione ſtatim auferri reſeruatio caſus habentis excõmunicationem annexam.

Ratio autem hæc eſt: quoniam illa abſolutio
44 à cenſura, licèt concedatur, & fiat in ordine ad abſolutionem a peccatis; non tamen eſt conditionata, ſed abſoluta. & pura: & propterea ſtatim ſuum ſortitur effectum.

Sed quid erit dicendum, vbi per huiuſmodi
45 Iubilæa, vel bullas ſimpliciter cõceditur facultas abſoluendi à peccatis, & cenſuris, vt ſupra reſeruatis; an per talem facultatẽ in dubio Romanus Pontifex cenſeatur conceſſiſſe poteſtatem abſoluendi à cenſuris, etiã extra Sacramentum pœnitentiæ? Reſpondetur, quòd ſecundum id, quod in practica vidi ſeruari, qui huiuſmodi facultatem habent, regulariter abſoluunt à cenſuris etiam extra Sacramentale forum. Et hoc

ideò

ideo fortè, quia priuilegia Principis sunt latissimè interpretanda, iuxta tex. in c. quamuis plenissima, de præben. in sexto. Quod quidem verũ arbitror, nisi ex materia subiecta, vel alijs circũstantijs constet aliam fuisse mentem concedentis. Vt si facultas hæc concedatur, auditis confessionibus: nam tunc censetur solùm in foro Sacramentali concedi, vt supra diximus, & latè probat Couar. lib. 2. var. resol. cap. 19. n. 3. & in c. Alma mater. p. t. §. tt. n. 56. Nau. in sum. c. 27. n. 278. & Gutti et. qq. can. lib. cap. 2.

Idem dicendum est, si excommunicatus esset
46 denunciatus: nã virtute Iubilæi, aut bullæ concedentis inferiori facultatem absoluendi à censuris simpliciter, intelligitur facultas concessa in foro tantùm interiori: non autem exteriori: eo quòd in foro exteriori nominatim excõmunicatus, ac denunciatus haberi debet tanquam nõ absolutus; & proinde est vitandus quousque ab habente potestatem est iudicialiter, seu publicè absolutus, ne talis absolutio cedat in præiudicium, & contemptũ Iudicis excommunicantis: vt latè habetur ex Sayr. lib. 2. Thes. t. c. 20. à nu. 30. ad 33. Vbi etiam ait, quod in foro quoque interiori à Confessario impendi non debet absо-
47 lutio ex vi Iubilæi, vbi offensa est manifesta sine præuia satisfactione. Et si fuerit dubia, præstari debet competens satisdatio, pignoratitia, vel satisfactoria, c. solet, & c. Venerabilibus, de sent. excom. in sexto. Et hoc quamuis in Bulla Iubilæi non fiat mentio de satisfactione præmittẽda: quia non intendit Romanus Pontifex bullis suis quempiam lædere. Vnde si aliter absolutio, eo casu fuerit impensa, nullius erit momenti. Ita Nau. in Man. c. 27. n. 278. ver. Sextò, & alij, quos refert Sayr. loco citato, & nos infra, Deo duce, latius dicemus, §. 4. q. 2. conc. 3.

Hoc idem procedit, vbi aliquis excommuni-
48 catus reperitur pro crimine hæresis: nam absolutio censetur tantùm concessa in foro interiori: eo quòd huiusmodi facultates concedi solent ob specialem dumtaxat animarum salutem; & propterea, quamuis hæreticus absoluatur in foro conscientiæ; in foro tamen exteriori adhuc potest accusari, denunciari, & puniri.

Immo Presbyter hæreticus publicus absolu-
49 tus solùm in foro interiori, si publicè Missam celebrauerit, irregularis efficitur: nam in foro exteriori tanquam excommunicatum se gerere debet: vt per Azor. lib. 8. inst. moral. p. 2. c. 10. q. 13. & c. 19. q. 6.

Adde, quòd Graff. lib. 4. decis. p. 2. c. 15. nu. 10. indistinctè tenet, quòd qui virtute Iubilæi potest absoluere pœnitentem ab omnibus casibus ac censuris Apostolicæ Sedi reseruatis, non potest absoluere in foro exteriori: quoniam hæc facultas censetur data tantùm in foro interiori; nisi in litteris Apostolicis dictum sit, quod in iudiciali foro quoque vim habeat; aliàs plurimũ detraheretur auctoritati iudiciali fori exterioris. Qui quidem Graff. videtur loqui de excommunicato publicè denunciato, non autem de excommunicato occulto.

Prodest autem absolutio à censura in foro in-
50 teriori quoad hoc, quia si excommunicatio erit occulta, & non deducta ad forum contentiosũ, ex vi illius absolutionis potest homo se genere in omnibus actibus, siue occultis, siue publicis, vt omnino censuram non habens. Quòd si post absolutionem contingat casum illum deduci ad forum contentiosum, & in eo constaret censuram illam fuisse cõtractam, oportebit, vt in eodem foro constet de absolutione; tum, vt ille audiatur in iudicio tamquàm iam absolutus, & non cogatur ad aliam absolutionem petẽdam: tum etiam, vt excusetur ab alijs pœnis, quæ illi possent infligi propter illos actus, si eos post censuram contractam absque absolutione exercuisset.

Ad quam absolutionem probandam satis est
51 Confessarij testimonium: vt bene docet Nau. in Man. cap. 27. nu. 42. & lib. 5. cons. de sent. excom. cons. 26. quem referti & sequitur Suar. de censu. disp. 7. sec. 5. n. 26. reprobans sententiam. Pen. cõtrarium sentientis in Dir. Inquis. p. 2. in Schol. ad Concil. Tarraconen. com. 25. Et n. 29. idem dicẽdum putat, quando censuta esset publica, nõ tamen iuridicè denunciata: nam tunc absolutio quoque tollit eam: ad cuius probationem satis est constare excommunicatum huiusmodi publicè fuisse confessum, vel tempore Iubilæi, aut habenti potestatem absoluendi ex priuilegio aliquo: dummodò satisfactio, quæ necessaria fuerit publicè fit etiam exhibita.

Non tamen supradictis casibus arbitror ab-
52 soluentem oportere audire confessionem excõmunicati: nam absolutus quis dicitur in foro interiori, etiã si non absoluatur audita ipsius peccatorum confessione. Etenim forum internum diuiditur in forum conscientiæ, & in forum pe-
53 nitentiale. Et absolutus in foro conscientiæ dicitur, qui non publicè adhibitis testibus absoluitur; quamuis extra forum pœnitentiale, ac Sacramentale absoluatur: absolutio enim in foro, conscientiæ id solùm significat, vt ipsa non prosit absoluto in foro externo, si contingat ad forum trahi: vt habetur ex Sanchez & alijs quos refert lib. 8. de Matrim. disp. 34. n. 28. 29. & 30. & lib. 2. Decal. cap. tt. n. 13.

Vnde nisi facultas concessa expresè exigat, vt absolutio impendatur in foro Sacramentali, vel saltem ex manifestis coniecturis, potest etiã extra Sacramentum concedi.

Immo nec illa verba: *Auditis confessionibus*; quæ
54 in huiusmodi facultatibus inseri solent, satis esse ad cogendum excommunicatum absolui in foro Sacramentali, colligitur ex his, quæ docet idẽ Sanchez in d. disp. 34. n. 30. Quòd quidem nobis non probatur per ea, quæ supra diximus.

Tertia conclusio.

55 ABsolutio à casibus & censuris nostræ bullæ impendi potest non solùm per Romanum Pontificem, sed etiam ab ipsius Ministris, ac Delegatis.

Probatur, quia, quamuis in hoc §. dicatur, vt nullus per alium quàm per Romanum Pontificem absolui possit à dictis casibus, & censuris nihilominus non excluduntur Ministri, ac Delegati; quoniam clarum est, Romanum Pontificẽ per se ipsum ab omnibus absoluere moraliter non posse.

Quod quidem intelligendum est, dummodò
56 in eorum facultate cõcessa adsit clausula dero-

gato-

gatoria iuxta ea, quę ſupra annotauimus in proxima concluſione. Quo caſu procedit hæc concluſio, etiam ſi Romanus Pontifex ſimpliciter concedat facultatem abſoluendi à peccatis reſeruatis in Bulla cœnæ, nulla facta mentione cẽſurarum: quia concedendo facultatem abſoluẽdi à peccatis cenſetur conceſſa facultas abſoluendi à cenſuris: eo quòd nullus caſus eſt de facto reſeruatus Romano Pontifici, qui non habeat cenſuram reſeruatam annexam: cum igitur à peccatis nemo abſolui poſſit, niſi prius abſoluatur à cenſura illis annexa, concedens facultatem abſoluendi à peccatis reſeruatis, cenſetur etiam concedere facultatem abſoluendi à cenſuris illis annexis, aliàs inutilis eſſet conceſſio, ar. tex. in l. 2. ff. de iuriſd. omn. Iudic.

57 Beneuerum eſt, quòd licèt id locum ſibi vẽdicet in cenſuris Romano Pontifici reſeruatis; non tamen procedit in cenſuris, quas Epiſcopi ſibi reſeruant: nam Epiſcopus concedens facultatem abſoluendi à peccatis reſeruatis, nõ cenſetur ipſam concedere, quoad cenſuras reſeruatas: eo quòd Epiſcopi habent nonnullos caſus reſeruatos, nullam habentes cenſuram annexã. Et ideò, quamuis Epiſcopi cõcedant omnes caſus reſeruatos; nihilominus non cenſentur concedere facultatem abſoluendi à cenſuris ſibi reſeruatis: quoniam hęc duo diſtincta ſunt: vt benè notat Graff. lib. 1. deciſ. c. 13. n. 63. Vbi plura cumulat circa caſuum reſeruatorum abſolutionem ab Epiſcopo conceſſam & Nau. in Man. c. 27. n. 261. qui addit etiã, quòd ſi Epiſcopus concedat omnem ſuam facultatem, & auctoritatem ad audiendam confeſſionem alicuius, & ad ab-

58 ſoluendum illum in confeſſione, non cenſetur dare facultatem ad abſoluendum à cenſuris ſibi reſeruatis. Et hanc ſententiam tenet etiam Suar. de cenſ. diſp. 7. ſec. 4. n. 11. & 12.

59 Illud denique circa rem iſtam annotandum eſt, quod in hoc differt abſolutio, quæ impenditur à Romano Pontifice ab abſolutione, quę datur ab Inferioribus: quòd abſolutio à cenſuris quibuſcunque ſi per Romanum Pontificẽ impendatur nutu, & ſignis, eſt valida: non ſic, ſi detur ab Inferioribus: quoniam ab eis abſolutio exprimi debet verbis, aut ſcriptura. Etſi cõtingat abſentem abſolui, tunc eſt abſolutus cùm litteras accipit; niſi aliter de intentione abſoluentis conſtaret.

60 Poteſt etiam in foro exteriori tribui abſolutio per procuratorem, vt benè declarat, Sayr. lib. 2. Theſ. tom. 1. cap. 20. à nu. 12. ad 14. incluſiuè, & Suar. de cenſur. diſp. 7. ſect. 9. num. 12. 13.

61 & 14. Poteſt autem facultas abſoluendi ab huiuſmodi cenſuris, & ab alijs delegari à Romano Pontifice non ſolùm Eccleſiaſticis, ſed etiam laicis, ſiuè maſculi ſint, ſiuè fœminæ: nam his quoque perſonis tribui poteſt ab Romano Põtifice poteſtas excommunicandi: vt habetur ex Sayr. lib. 1. Theſ. c. 5. num. 18. tom. 1. Et Suar. de cenſur. diſp. 2. ſec. 3. num. 12. Ergo eiſdem concedi poteſt facultas abſoluendi: quoniam par eſt poteſtas abſoluendi, ac ligandi, vt in can. verbum, de pęn. diſt. 1. & l. qui condemnare, ff. de regul. iur.

ADDITIO.

a Indiuiduo. Adde Bonac. hoc loco, diſp. 1. q. 22. pun. 2. ſub n. 8. Abb. Alex.

b Reuocata. Hanc ipſam opinionem tenet Bonac. hic diſp. 1. q 22. pun. 1. ſub n. 18. 19. & 20. vbi etiam, num. 21. ait, quòd licet Sacerdotibus omnibus infra Italiam extra Vrbem ſint reuocata priuilegia abſoluendi à caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ contentis; cenſentur tamen reuocata priuilegia in genere, vel in ſpecie tantùm conceſſa, nempe abſoluendi ab omnibus cenſuris Apoſt. Sedi reſeruatis, vel à cenſuris in bulla cœnæ contentis: non autem priuilegia in indiuiduo conceſſa; quale eſt priuilegium abſoluẽdi ab hæreſi, &c. & id ob illa verba in Decreto Clem. VIII. (*Generaliter, vel ſpecificè.*) Abb. Alex.

c Derogando. Non tamen per clauſulam derogatoriam, qua derogatur Bullæ cœnæ, poterit priuilegiatus vigore dictæ clauſulæ abſoluere ab hæreſi: quoniam licèt priuilegiatus vi præfatæ clauſulæ poſſit abſoluere ab omnibus cenſuris in Bulla cœnæ contentis; nihilominus propter ſpecialiſſimam hæreſis reſeruationem, nunquam tali priuilegiato cenſetur conceſſa facultas abſoluendi ab hæreſi. Ita Nauar. in Man. cap. 27. num. 275. Bonac. in explicatione huius § diſp. 1. q. 22. pun. 2. ſub nu. 8. & alij, quos refert, & ſequitur Duard. infra q. 8. ſub n. 5. vſque ad num. 8. vbi latiùs quoque de hac re agemus. Abb. Alex.

Ibi (*Niſi in mortis articulo*) Quando quis dicatur eſſe in articulo mortis, vt ab alio, quàm à Romano Pontifice abſolui poſsit à cenſuris, & caſibus, in Bulla cœnæ reſeruatis. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Mortis articulus, quiſnam dicitur.*
2 *Mortis periculum, quodnam dicatur.*
3 *Prælium ingrediens, licet in principio ingreſſus dicatur eſſe in periculo mortis, tamen ex poſt facto, tranſit in articulum mortis, vbi periculum immineret.*
4 *Conſtitus in articulo mortis, dicitur etiam conſtitus in periculo, ſed non è contrario,*
5 *Damnati ad triremes, an, & quando dicantur eſſe in periculo mortis, vt abſolui poſſint a caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ reſeruatis per alium, quam per Romanum Pontificem.*
6 *Abſolutio impenſa in mortis articulo, poteſtate delegata a iure tradita, quomodo differat ab abſolutione tributa vigore priuilegij, declaratur.*
7 *Prægnantes, an abſolui poſſint a reſeruatis, tanquam in mortis periculo conſtitutæ.*
8 *Conſtitus in periculo mortis, poteſt abſolui à cenſuris, & caſibus in Bulla cœnæ reſeruatis: ac ſi eſſet in mortis articulo.*
9 *Articulus mortis, aliquando in iure dicitur mortis periculum.*

10 *Facultas conceſſa abſoluendi in mortis articulo, cenſetur etiam conceſſa in mortis periculo.*

11 *Conſtitutus in articulo, ſeu periculo mortis, abſolui poteſt à quolibet Sacerdote, etiam ſimplici.*

12 *Periculum morale ita exiſtimari, ac in malis cauerí ſolet, ſicut euentus ipſe.*

13 *Præceptum diuinum de confitendo, cur obliget in articulo mortis, declaratur,*

14 *Mortis periculum, etiam ſi non ſit adeo graue, ſatis eſt, vt in eo quis conſtitutus abſolui poſſit à cenſuris, & caſibus in Bulla cœnæ reſeruatis. Et idem dicendum eſt de dãnatis ad triremes, cum compelluntur longam, vel periculoſam nauigationem ſuſcipere.*

16 *Sponte ad bellum ſe conferens, aut periculoſam, & longam nauigationem ſuſcipiens, non dicitur eſſe in periculo mortis; & ideo non poteſt à caſibus in Bulla reſeruatis abſolui.*

17 *Periculum maris vrgere, quando propriè dicitur.*

18 *Confeſſarij copiam ante mortem ſe non habiturum, ſi quis probabiliter dubitet, poteſt abſolui a caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ reſeruatis per alium, quam per Romanum Pontificem.*

19 *Abſolui an quis poſſit Sacramentaliter a peccatis, non præmiſſa abſolutione a cenſuris, vbi periculum eſt in mora, ne abſoluendus præmoriatur.*

20 *Mortem languentibus probabiliter inſtigere, qui hanc cum poteſt non excludit: & morienti mortem addit, qui cum poſſit eum abſoluere, non abſoluit.*

21 *Abſolui quis poteſt vnico verbo, vno & eodem tempore a cenſuris, & a peccatis, per verbum illud: Abſoluo te.*

22 *Idem verbum ad diuerſa relatum, diuerſimodè ſumitur.*

23 *Abſolutio in articulo mortis impendi poteſt à Sacerdote ſimplici, etiam ſi ab Ordinario non ſit approbatus.*

24 *Abſolutio in articulo mortis non debet impendi a reſeruatis à ſimplici Sacerdote, ſi adſit ab Ordinario approbatus, ſicut non poteſt ab approbato, ſi proprius ſit præſens parochus.*

25 *Abſolutio in mortis articulo non debet tribui à reſeruatis a Sacerdote quantumuis approbato, ſi adſit qui priuilegium habet abſoluendi ab huiuſmodi reſeruatis.*

26 *Abſolutus à reſeruatis Sedi Apoſt. in articulo mortis, vigore alicuius priuilegij, non tenetur Romanum Pontificem adire vbi conualuerit.*

PRo determinatione huius difficultatis, eſt 1 annot. quòd articulus mortis differt a periculo mortis. Nam articulus mortis dicitur, quando mors proximè inſtat per cauſã naturalem, aut violentam. Vt cùm in ægroto graui morbo laborante potiùs mortis, quã vitæ ſigna conſpiciuntur: vel cùm quis per Iudices ſententiam ad mortem condemnatus, de proximo eſt ſuſpendendus, aut capite plectendus. Item articulus mortis appellarur initas periculum mortis, in quo frequenter ſolet mors contingere. Vt quando in aliquo incendio, naufragio, prælij cõflictu, aut à capitalibus inimicis obſeſſus quis reperitur. Item articulus mortis nũcupatur tẽpus pariendi quoad mulierem, quę nunquã peperit, vel experta eſt partus difficiles. Item in articulo mortis cõſtitutus quis dicitur, vbi medicinam ſumere compellitur, vndeveriſimiliter timet; quòd in perpetuam, ſeù diuturnam incideret dementiam. Ita Graff. lib. 1. deciſ. p. 1. c. 11. num. 7. ex Couar. in c. Alma mater p. 1. §. 1. n. 8. de ſent. excommun. in ſexto Nau. in Man. cap. 2. num. 8. & alijs.

Periculum autẽ mortis appellatur ex eodem 2 Graff. loco citato cap. 13 num. 84. cui ſpontè, & nullo cogẽte, nos exponimus. Vnde periculum mortis dicuntur ſubire, qui ſpontè caſtrãdos ſe tribuunt; ſecus autem, ſi infirmitate compulſi ad euitandum ex ea imminẽtem mortem: nam tunc conſentiunt eſſe in articulo mortis. Item in periculo mortis conſtituuntur, ſpõtè mare, aut prælium ingreſſuri.

Beneuerã eſt, quod licèt à principio ingreſ- 3 ſus prælij, aut maris dicatur periculum mortis cum ſpontè ſuſcipiatur; tamen ex poſt facto trãſit in articulum mortis, vbi periculum immineret: vt haberur ex eodem Graff. in d. c. 13. n. 85.

Vel melius dicamus cum Sot. in 4. ſent. diſt. 18. q. 4. ar. 4. ver. Quæris autẽ: quòd articulus mortis appellatur cùm iam mors eſt in fieri per cauſam naturalem, vel violentam. Periculum verò mortis dicitur, vnde mors frequenter ſolet accidere, vt in bello, in nauigatione maris vehemẽter turbati, in ſeminis prægnantibus, in morbo graui, & in his ſimilibus, prout prudentis viri arbitrio agnoſcendum eſſet: vt per Couar. loco citato ſub n. 8. in ver. Quid ſi mortuus: & in ver. Ego vero. Vbi etiam ait, quod ſi exiſtens in mortis articulo, dicitur etiam in mortis periculo conſtitutus: nõ tamen qui eſt in periculo mortis, ſtatim cenſendus eſt in mortis articulo eſſe.

Adde híc etiam, quæ docet Sayr. lib 2. Theſ. t. 4 1. c. 20. n. 28. dum ait, quod articulus mortis non ſolùm intelligitur ille, in quo ægrotus agit animam, & moritur, ſed etiam ille, in quo ita propinquus eſt morti; vt iudicio peritorum medicorũ, intra paucos dies moriturus exiſtimetur. Item articulus mortis præter ægritudinem appellatur, quãdo quis breui infra paucos dies moriturus eſt ex ſenectute, vel ſi quis loca periculoſa vbi fures. & bannita commorantur, pertranſire cogitur, &c.

a Damnatos autem ad triremes a, licèt Emma- 5 nuel de ſa in ſua ſum. in ver. Abſolutio. n. 4. dicat etiam eſſe in periculo mortis; tamen hanc ſententiam reijcit Sanchez lib. 2 Decal. c. 13. num. 4 quoniam huiuſmodi periculum non eſt proximum. Et ſi id aliquando contingat, Sacerdos in triremibus ire ſolet periclitantium confeſſiones excepturus: & ſæpe triremes ad portum accedunt, in quo Sacerdotum eſt copia.

Cõfirmatur, quia Pius IV. viuæ vocis oraculo conceſſit Societati Ieſu, vt per eiuſdem Confeſſarios abſolui poſſint, qui mittuntur ad triremes à quibuſcunque caſibus, ſicut in articulo mortis: vt habetur in compendio priuilegiorũ dictę Societatis in ver. Abſolutio, §. 3. Quod priuilegium refert Pellegr. in compendio priu. noſtræ Religionis, eodem ver. §. 2. Vbi in Schol. eãdem facultatem extendit, quoad eos; qui reperiuntur in triremibus condemnati, cum militet eadem ratio. Vnde ſignum eſt, buiuſmodi condẽnatos, in re non dici in periculo mortis: quoniã fruſtra hoc priuilegium fuiſſet conceſſum.

Nihilominus prædicta Eman. ſententia nobis videtur valdè probabilis; vbi longa nauigatio eſt ab eiſdem ſuſcipienda, aut alia breuis, & periculoſa: quia illi tunc dicuntur verè eſſe

in

in periculo mortis, quamuis in portu reperiantur.

Nec argumentum de priuilegio obſtat, quo-
6 niam multum intereſt, an quis in articulo mortis conſtitutus abſoluatur poteſtate delegata à iure ſibi tradita, vel vigore priuilegij, quia primo caſu abſolutus, ceſſante triremium impedimento, tenetur ſe præſentare ſuperiori, ad quod non tenetur abſolutus vi alicuius priuilegij: vt bene docet Enriquez lib. 6. de pœnit. cap. 9. nu. 2. in comm. littera N. & lib. 13. de excommun. c. 29. num. 13. & alij, quos refert Sanchez loco citato, num. 31. & infra ſuo loco latius, Deo duce, dicemus. Vnde priuilegium non diceretur inutile, etiam ſi daretur, prædictos condemnatos de iure abſolui poſſe, tanquam in mortis periculo conſtitutos: vt colligitur hoc ipſum quoque ex ſcholio dicti priuilegij in compendio ſupradictæ Societatis in quo dicitur, quòd facultas abſoluendi condemnatos ad triremes, poteſt concedi ab omnibus Superioribus.

Adde, quòd Syl. in ſum. in ver. Abſolutio, 5. §.
7 10. docet, quaſcunque prægnantes abſolui poſſe ab omnibus reſeruatis; eo quòd putat eas in morali mortis periculo conſtitutas. Sed id bene negat Sanchez in d. n. 4. & ſolùm procedere docet quando prægnantes difficiles partus ſolent habere.

Cæterum quidquid ſit de prædictorum no-
8 minum differentia, quoad abſolutionem tamen ab hac cenſura, ſatis eſt articulus mortis, vel eiuſdem periculum graue, & morti proximum: vt habetur ex Couar. ibidem, in d ver. Ego verò. Gloſ. in c. paſtoralis, §. præterea; ver. Præterquàm in mortis articulo: de offic. Ordin. & in c. quod in te, ver. Pœnitentia: de pœnit. & remiſſ.

Probatur ex tex. in c. eos, de ſent. excom. in
9 ſexto, vbi mortis articulus nominatur periculum mortis: nam in eodem contextu nunc periculum, nunc articulus mortis appellatur: ergo periculum mortis, aut timor mortis veriſimilis, eſt ſufficiens ratio, vt quis per alium quàm per Romanum Pontificem abſolui poſſit à cenſuris in noſtra Bulla reſeruatis.

Confirmatur etiam ex tex. in c. ſi quis ſuaden-
10 te diabolo, 17. q. 5. Vbi facultas abſoluendi excommunicatum ob clerici percuſſionem in articulo mortis, extenditur ad mortis periculum: atque ideo conceditur Epiſcopo, vt huiuſmodi excommunicatum abſoluere poſſit in mortis periculo conſtitutum.

Non tamen ex illo canone inferendum eſt,
15 permitti in eo caſu abſolutionem ſoli Epiſcopo, & non etiam ſimplici Sacerdoti, quaſi voluerit ampliorem Epiſcopis, quam ſimplicibus Sacerdotibus hoc caſu delegare poteſtatem: quoniam in c. ea noſcitur, & in c. de cætero, de ſent. excomm. ſtatuitur, abſolutionem ab illius cauonis excommunicatione competere Epiſcopis, quoties vel propter mortis periculum, vel ob aliud impedimentum à Romano Pontifice nequit obtineri: & tamen in c. non dubium, & c. quamuis, de ſent. excom. dicitur conceſſa hæc facultas in articulo mortis: quapropter in iure quantum ad facultatem delegatam abſoluendi à cenſuris, non differt mortis articulus à periculo mortis. Sed excommunicatus in articulo mortis conſtitutus, poteſt abſolui à quocunque Sacerdote etiam ſimplici; vt conſtat ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 7. in illis verbis: *Verumtamen prè admodum, ne hoc ipſa occaſione aliquis pereat, tua cum Eccleſia Dei cuſtodium ſemper ſuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis: atque adeo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes a quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt:* Ergo eodem modo abſolui valet excommunicatus, qui in mortis periculo reperitur.

Tanto fortius, quia morale periculum, ita exi-
12 ſtimari debet, & in malis ita caueri ſolet, ſicut euentus ipſe: qua propter meritò dictum eſt: *Qui amat periculum peribit in ipſo.*

Denique hoc ipſum probatur, quia præcep-
13 tum diuinum de confitendo idcirco obligat in mortis periculo, vt latè probat Suar. de pœnit. diſp. 35. ſec. 2. & 3. quia talis confeſſio tunc cenſetur medium neceſſarium ad ſalutem; ergo eadem ratione in dicto mortis periculo poteſt excommunicatus abſolui à caſibus, & cenſuris reſeruatis à quocunque Sacerdote. Hanc eandem ſententiam ſequitur Sanchez lib. 2. Decal. cap. 13. num. 5. & ſeq.

Immo Vgol. in explic. huius 5. in ver. *Niſi in*
14 *mortis articulo*: arbitratur, aliquem poſſe abſolui ab huiuſmodi cenſuris per alium quam per Romanum Pontificem, etiamſi non reperiatur in mortis periculo adeò graui, ac morti proximo. Nam Rebuff. in praxi benefic. in explic. noſtræ Bullæ in ver. Mortis: ait, In articulo mortis eum eſſe in re noſtra, non ſolùm, vbi ob morbum in tali ſtatu eſt, verùm etiam vbi mortis periculũ eſt, aut ab hoſte, aut à prædonibus, aut ob nauigationem, aut ob iter periculoſum, aut ob ſenectutem, & cætera huiuſmodi.

Hanc eandem ſententiam videtur ſequi Alter. in ſuo tract. de cenſur. lib. 5. diſp. 6. cap. 6. col. 4. in ver. Confirmatur Vbi addit etiam, quod in periculo mortis quoque dicitur ad effectum obtinendi abſolutionem à cenſuris, & caſibus reſeruatis, qui vulnus de ſe læthale habeat, licèt non moriatur.

Sed hæc omnia puto intelligenda eſſe iuxta
15 ſupradictam Graff doctrinam, vbi quis coactè obijciendus eſt periculo mortis, ſecus autem ſi ſponte ſe offerat. Hinc ſequitur, quòd condemnati ad triremes, ſi præcipiantur longam nauigationem ſubire, aut Vaſſalli ab eorum Principe bellum ire; tunc hi mare ſulcandum ſuſcepturi, vel ad bellum profecturi, cùm dicantur verè eſſe in periculo mortis, ſi cenſuris noſtræ bullæ reperiantur inuodati, poſſunt ab eis per aliũ quàm per Romanum Pontificem abſolui, iuxta ea, quæ ſupra annotauimus. Et ita videtur intelligendum eſſe Syl. in ſum. in ver. Confeſſor, 1. q. 6 licèt Sot. in præallegato loco aliter ipſum interpretetur.

Non ſic dicendum eſt de illo, qui ſponte, ac
16 nulla neceſſitate compulſus, aut ſaltè maxima vtilitate commotus, vult longam, & periculoſam nauigationem peragere, aut ad bellum ſe confere: quoniam is te vera non dicitur eſſe in periculo mortis ante maris vehementer turbati, aut certaminis ingreſſum: eo quòd in ſua poteſtate eſt huiuſmodi periculis ſe expo-
& nere.

Dixi ante maris, aut certaminis ingreſſum: quia ſi poſt ingreſſum periculum vrgeat

tunc cum dicatur verè in periculo esse, poterit ab alio quàm Romano Pontifice absolui.

Dicitur autem periculum maris vrgere, vbi ex
17 vi tempestatis huc, illuc è fluctibus quis impellitur: quo casu durante graui tempestate, is non solùm dicitur esse in periculo; sed etiam in articulo mortis: vt habetur ex Vgol. loco citato.

Illud tamen est annotandum, quòd si quis ali-
18 qua nostræ Bullæ censura alligatus, reperiatur in eo statu, in quo si nunc non absoluitur, probabiliter timeat fore, vt ante mortem non possit habere cõpiam Confessarij, vt euenire potest in India. vel in aliqua captiuitate, tũc puto posse cum absolui ab alio, quàm à Romano Põtifice; quoniam licèt is dicatur esse extra mortis articulum; tamen in re ipsa, & moraliter loquendo, hic casus non est diuersus à periculo mortis: eò magis, quia in tali euentu, si copiam habeat cõfessarij de iure diuino tenetur ad confitendum: vt habetur ex Suar. loco citato.

Adde, quòd licèt regulariter quis non possit
19 absolui à peccatis, quin prius absoluatur ab excommunicatione cùm excommunicatio priuet excommunicatum participatione Sacramentorum, tum actiua, tum etiã passiua; nihilominus si daretur aliquis adeò in extremis constitutus, vt si expectaret absolutionem à censura, probabiliter dubitetur, eundem discessurum ab hac vita, tũc ait Adrian. q. 2. principali, de Clau. dub. penul. quem refert Medin. C. de confess. tract. 2. q. 18 eum posse absolui à peccatis per Sacerdotem inferiorem non præmissa absolutione à cẽsuris: quia videtur contra charitatem, mortem æternæ damnationis, cum possimus, à proximo non excludere, iuxta illud Symachi Papæ: dicentis: *Mortem languentibus probatur infligere, qui hanc,*
20 *si potest, non excludit*: & Cælestini in c. agnouimus 26. q. 6. *Quid* (inquit) *hoc aliud est, quam morienti mortem addere? cui que animam, suis crudelitate, ne absoluta esse possit occidere.*

Sed re vera, supposito quòd possit dari casus,
21 vt quis dum confitetur, in tali articulo sit adeò proximus morti, vt animam exhalet, antequam Sacerdos impendat ei absolutionem ab excommunicatione; nihilominus Sacerdos vno, & eodem verbo: *Absoluo te*: potest absoluere huiusmodi pœnitentem à peccatis cum intentione absoluendi eum quoque à censuris, aut ab omnibus, à quibus iustè potest: quoniam idem verbum ad diuersa relatum, diuersimodè sumitur
22 ar. tex. in c. cum dilectus, de consuet. Ita Sot. in 4. d. 22. q. 1. ar. 1. Couar. in c. Alma mater, p. 1. §. 11. n. 12. de sent. excom. lib. 6. & Nau. in c. 1. §. cautus de pœn. dist. 5. n. 33 & de pœn. dist. 6. c. 1. nu. 27. Vbi ipse Nau. id limitat, nisi Sacerdos in tradẽda absolutione illis verbis; *Absoluo te*. addat; *A peccatis*: Quia tunc pœnitens ab excommunicatione nõ esset absolutus. Quod re vera mihi videtur valdè dubium: nam licet peccatum differat à censura, sicut culpa à pœna: nihilominus nunquam fertur censura, nisi propter culpam. Vnde absolutio à peccatis nominatim, non videtur tollere virtualem intentionẽ absoluendi a censura, si virtualem saltem intentionem habeat absoluendi ab omnibus, à quibus potest.

Concluditur igitur, quòd excommunicatus vi nostræ Bullæ si reperiatur in articulo, aut in
b periculo mortis *b* constitutus, potest absolui per alium quam per Romanum Pontificem.

Ampliatur, vt idẽ dicendum sit, si in tali casu
23 quis absoluatur à simplici Sacerdote, non habente iurisdictionem; quia ad absoluendum excommunicatum in articulo, seu periculo mortis constitutum, simplici sacerdoti ab ecclesia censetur tributa iurisdictio, non modò quoad peccata, sed etiam quoad cẽsuras: vt latè probat Alter. in suo tract. de censur. eccl. lib. 1. disp. 6. c. 6. col. penul. per totam.

Quod quidem verum est, dummodo non ad-
24 sit alius Sacerdos iurisdictionem habens in pœnitentem; alias non liceret simplici Sacerdoti absoluere; tunc enim non censeretur articulus necessitatis: ar. tex. in c. præsbyter, 26. q. 6. vt ait idem Alter. loco citato, col. 5. in fine in ver. Dico in conclusione. Vbi etiam col. 6. in prin. in ver. simili ratione: idem putat dicendum, si adesset Confessarius approbatus, etiam si iurisdictionem in pœnitentem non haberet, vt quia esset alienus parochus: nam tunc simplex Sacerdos non posset huiusmodi excommunicatum absoluere.

Immo eadem ratione arbitratur ibidem, col.
25 6. in ver. Hanc tamen opinionem: quòd si in eo articulo adsit Sacerdos, qui ex priuilegio habeat iurisdictionem delegatam absoluendi ab huiusmodi excommunicatione reseruata, qua alligatus sit pœnitens, ille præferendus est alijs habentibus tantùm communem iurisdictionem. Etenim putat ecclesiam concedere hanc facultatem, vt in articulo mortis nulla sit reseruatio, & quilibet Sacerdos absoluere possit, supposita necessitate illius temporis, vt non adsit Superior & pœnitens sit morti proximus, ne cogatur decedere sine absolutione.

Confirmat hoc idem ex eo; quia si adesset tunc superior, cui censura esset reseruata, alij quamuis iurisdictionem haberent in pœnitentem, non possent ipsum absoluere: ergo idem dicendum est, si adsit ille, cui à superiore delegata est talis facultas.

Vnde quamuis velint aliqui, in illo articulo
26 non esse simpliciter necessarium petere absolutionem a censura ab illo Sacerdote priuilegiato: eo quòd ex Conc. Trid. in d. sess. 14. cap. 7. in articulo mortis omnis tollitur reseruatio: atque adeò omnes simplices Sacerdotes habent iurisdictionem delegatã ad omnes censuras, & peccata: nihilominus tutius est, & vtilius absolutionem consequi ab eo, qui ex priuilegio facultatẽ habet absoluendi ab huiusmodi censuris, cùm pœnitens hoc modò saltem liberetur ab onere adeundi superiorem, si postea conualuerit, iuxta ea, quæ inferius, Deo duce, erunt à nobis discutienda.

ADDITIO.

a Tiiremes. Adde Bonacina in explicatione huius 6. disput. 1. quæst. 22. pun. 2. sub num. 11. Abb. Alex.

b Mortis. Adde Comitol. lib. 1. q. 21. num. 22. & lib. 5. q. 4. Coninch. de Sacram. tom. 2. disp. 8. num.

num. 90 & seq. & Reginald. lib. 1. suæ prax. n. 58. D. Cæsar.

An constitutus in articulo mortis, possit à censuris nostræ Bullæ absolui ab alio, quam à Romano Pontifice, etiam si ipse Pontifex id non expressisset. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio periculi mortis solet apponi in omni reseruatione facta Romano Pontifici.*
2 *Exceptio articuli mortis, licèt in casuum reseruatione non apponatur, semper tamen intelligitur.*
3 *Legislator, si id, quod omisit concessurus fuisset expostulatus, pro concesso habetur.*
4 *In mortis articulo, nulla est casuum reseruatio.*
5 *In mortis articulo potest absolutio impendi, etiam ab hæretico, ac schismatico; nisi sit periculum infectionis.*
6 *Absolutus ab hæretico, vel schismatico in articulo mortis, si conualuerit non indiget alia absolutione.*
7 *Absolutio ab excommunicatione potest per procuratorem in foro exteriori, non autem in foro interiori:*
8 *Absolutus in articulo mortis, si postquam conualuerit non se præsentat Romano Pontifici, in excommunicationem reincidit.*
9 *Impedimentum quando dicitur cessare, vt absolutus à reseruatis Sedi Apostolicæ, teneatur eandem adire.*
10 *Impedimentum adeundi Romanum Pontificem durare, non est arbitrandum ab absoluto, sed à Iudice.*
11 *Absolutus in articulo mortis, si vbi conualuerit ad Romanum Pontificem non se conferat licèt reincidat in excommunicationem; non potest tamen à Iudice denunciari, nisi præmissa citatione.*
12 *Absoluto licèt in foro exteriori non credatur, dicenti nō potuisse citius commodè adire Rom. Pontificem; id tamen ei creditur in foro interiori.*
13 *Absolutus in articulo mortis à casibus tantùm reseruatis; si conualuerit, non cogitur superiori se præsentare.*
14 *Absolutus à peccato reseruato oblato ab Inferiori, tenetur comparere Superiori.*
15 *Absolutus in articulo mortis, est etiam absolutus ab Ecclesiæ præcepto pro illo anno, vt confiteri non teneatur proprio Sacerdoti.*

IN hac re videtur prima facie negatiuè respondendum. Nam ad impendendam absolutionem Sacramentalem exigitur iurisdictio: at vi huius §. admitur iurisdictio omnibus, & quibuscumque Inferioribus Romano Pontifici absoluendi à nostræ Bullæ casibus, & censuris: ergo si id expresè non fuisset concessum in articulo mortis, constitutus in illo articulo non posset per alium absolui, quàm per Romanum Pontificem.

Secundò hæc exceptio solet apponi in omni
1 reseruatione facta Romano Pontifici: vt patet ex c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. circa excōmunicationem latam contra percutientem clericum, in illis verbis: *Et nullus Episcoporum illum præsumat absoluere, nisi mortis vrgente periculo.* Hoc idem constat ex tex. in c. ea noscitur, de sent. excom. ibi: *si vero infirmitatis tempore, timore mortis beneficium fuerit absolutionis indultum.* Idem habetur in c. in litteris, in c. pastoralis, §. præterea, de rapt. in c. eos qui, de sent. excom. in sexto, & in alijs quamplurimis: ergo signum est, quòd si exceptio illa articuli mortis nō exprimeretur, excommunicatus vi nostræ Bullæ non posset absolui ab alio, quàm à Romano Pontifice, etiamsi reperiretur constitutus in articulo mortis: aliàs exceptio illa in tot iuribus repetita, frustra expressa fuisset, quod non est dicendum, cùm verba legis semper debeant aliquid operari.

Tertiò probatur, quoniam sequeretur, quòd si à quocunque absolui posset in articulo mortis constitutus, etiam si expressum id non reperiretur, tunc si morte euaderet, satisfeciisset pro illo anno confessionis præcepto, & proptera nō teneretur eodem anno confiteri proprio Sacerdoti: quod videtur inconueniens, & contra tex. in c. omnis, de pœnit. & remission.

a His tamen non obstantibus, incontrariū *a* est
2 communis sententia: vt colligitur ex his, quæ docet Got. in 4. d. 18. q. 4. ar. 4. Vgol. in explicat. huius §. in ver. *Nisi in mortis articulo*, §. 1. & alij.

Probatur, quia cùm articulus mortis sit tem-
3 pus, in quo agitur de perpetua felicitate consequenda, aut de perpetua damnatione, seu supplicio subeundo, non ageret ecclesia, quæ Spiritu Sancto gubernatur, secundum ampliſſimā Dei misericordiam, si in hac extrema necessitate constitutis nō succurreret. Quo circa, estò quòd hoc loco Romanus Pontifex mortis articulum non excepisset; id tamen in eo euentu cōcessisse proculdubio censetur. Nam Legislator, si id, quod omisit, dicturus, ac concessurus fuisset expostulatus, perinde habetur ac si dixerit, atque concesserit: vt per Glos. communiter receptam in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact.

Confirmatur ex Conc. Trid. sess. 14. cap. 7. de
4 casu reseru. Vbi statuitur in vniuersum, vt in articulo mortis nulla sit censurarum, aut casuum
b reseruatio *b*: ne hac occasione fidelium animæ detrimentum patiantur. Vnde à peccatis quantumuis reseruatis in articulo mortis potest absoluere quilibet Sacerdos simplex, etiam si non sit ab Ordinario approbatus; & licèt sit excommunicatus denunciatus, interdictus, suspensus, aut degradatus: vt per Syl. in sum. in ver. Confessor 1. §. 10. & latè Sot. in 4. d. 18. q. 4. ar. 4. in ver. At verò.

Immo etiam si talis Sacerdos sit hæreticus, aut
5 schismaticus: nam in articulo mortis, ait Conc. Trid. in d. c. 7. Omnes Sacerdotes, quoslibet pœnitentes absoluere possunt à quibuslibet censuris.

Nec obstat tex. in c. subdiaconus, 24. q. 1. vbi prohibentur hæretici, vel excommunicati quēquàm absoluere, etiá in articulo mortis his verbis: *Cætera Sacramenta, dempto Baptismo, in articulo mortis ab hæretico, vel excommunicato ministrata, vel nullū, vel læthalem habere effectum.* Idem habetur in librum canonū pœnitentialium ex Ioanne Chrisostomo sic dicente: *In articulo mortis potest Baptismus à quocunque recipi, pœnitentia vero, & alia Sacramenta non possunt, nisi a Catholico, & non præciso.* In c. præter, §. verùm principia, 32. dist. similiter legitur. *Sacramenta Schismaticorum, & hæreticorum, quoniam extra Ecclesiam sunt, formam quidem Sacramenti, non tamen virtutis effectum habere.* Non obstant inquam dicta iura, quia per dispositionem dicti Concil. Trid. fuerunt abrogata; quod generali-

ter hanc facultatem tribuit omnibus Sacerdotibus ob animarum ſalutem. Ita Vgol.contra Sot. & alios in explicatione huius §.in ver. *Niſi in mortis articulo*:§.2.ibi:ſextò abſoluit. Vbi id limitat,niſi periculum ſit, ne hæreticus in errorem abſoluendum inducat.

Imò ſi ſic abſolutus ſuperuixerit, verè abſolutus eſt,nec amplius eſt abſoluẽdus; ſed ſolùm
6 tenetur ſe præſentare Romano Pontifici,vt pareat eiuſdem mãdatis,iuxta tex. in c.eos qui, de ſent.excomm. in ſextò. Nec poteſt huiuſmodi obligationi comparendi ſatisfacere mittendo procuratorẽ,aut nuncium nomine ipſius ſecũdũ aliquos: quoniã in c.quòd de his, in fine,de ſent.excom.ſic ſtatuitur: *Cæterũ ab hac forma Sacramenti exigi conſuevit, vt reaſſumptis viribus, & opportunitate conceſſa Romanam Eccleſiam in propria perſona debeant viſitare.* Quamuis Gemin.& Franc.in d.c.eos qui,non negent, abſolutionem ab excõmunicatione in foro exteriori peti poſſe per
7 procuratorem; ſecus in foro pœnitentiali,cùm exigatur, vt excommunicatus in Eccleſiam introducatur cum pſalmo,&oratione Dominicali,& alijs cæremonijs; quorum ſententiam meritò reijcit Alter.in ſuo tract.de cenſur.lib.4.diſp.6.cap.1.Hoc autem an verum ſit, & quomodo intelligendus ſit tex.in d.c.quod de his,infra Deo duce,dicemus q.10.concluſione 4.

Beneuerum eſt,quòd ſic abſolutus,ſi poſtquã
8 conualuerit,quamprimũ commodè poſſit,non ſe præſentat ei, à quo abſolui debebat, atque ideo Romano Pontifici,in eandem cenſurã ipſo iure incidit: vt in d.c.eos qui, de ſent. excom. in 6.& inclem ſi quis ſuadente,§. cæterum de pœn. vbi ſic legitur: *Niſi poſtquam priſtinæ reſtitutus fuerit ſanitati,quàm cito commodè poterit conſpectui Romani Pontificis ſe præſentare curauerit &c. in eandem excommunicationis ſententiam* reincidat *ipſo iure*. Vbi eſt not.quòd Glo.ibidem ver. Quàm cito:ex ſẽ-
9 tentia Hoſtien. in c. de cætero, de ſent.excom. interpretatur hanc obligationem veniendi cito ad Sedem Apoſtolicam, ideſt ceſſante impedimento,& modico aliquo tempore cõceſſo ipſi abſoluto,quo ſibi de neceſſarijs aditer peragẽdum prouidere poſſit.

Non tamen in hac re,ait Caiet.in ſum.ver.ex-
10 communicatio.cap.69.eſt adhibenda fides ipſi abſoluto,aſſerenti ſe veniſſe quantò citius cõmodè potuit,ſed,quoad forum exterius ad Iudicem id pertinet arbitrari,cùm non ſit lege aut canone definitum,iuxta ea,quæ docet Gloſ.in c.quàm ſit, ver. Quam citius commodè poterunt:de elect. lib.6. Quod quidem à Iudice arbitrandum eſt, habita ratione perſonarum, locorum,temporum,& ætatum: vt habetur ex Gloſ in c.cupientes. poſt princ. ver. Commodè: eod.tit.Si enim ſtandum eſſet abſoluto affirmãti, non potuiſſe antea commodè Romanum Pontificem adire, falſis excuſationibus poſſet canones ipſos eludere.

Eſt tamen verum,quòd licèt propter moram
11 adeundi Pontificem,in eandem cenſuram inciderit;Iudex tamen non poteſt illum excommunicatum denunciare,niſi præmiſſa citatione, & conſtito ſaltem per coniecturas,de eiuſdẽ contumacia: vt per Alter.in explicat.huius §.col.20. in prin.

Dixi,quoad forum exterius, quia, quoad fo-
12 rum interius, credendum eſt abſoluto dicenti, non potuiſſe citius ad Apoſtolicam Sedem ſe conferre:quoniam agitur de re occulta, & de animæ periculo;vt habetur ex eodem Alter.loco citato. Vbi addit etiam ex Panor.in c.quòd in dubijs, de ſent excom.non ſatisfacere abſolutum huiuſmodi prædictæ obligationi ſi tantùm ad Romanam Vrbem acceſſerit, & in ea Eccleſias viſitauerit. Nam licèt Romanus Põtifex in c.ea noſcitur, de ſent.excom. vtatur nomine Eccleſiæ Romanę,dicens: *Vt ſanitate reſtituta abſoluti ad Romanam Eccleſiam accedant*. Et in d. c.in dubijs, nomine Eccleſiæ; in dictis tamen iuribus Eccleſia non ſumitur materialiter, ſed pro Papa:nam vbi Papa,ibi eſt Eccleſia Romana, c.ſcire, 7. q.1.&c.ego.N. de iure iuran. Vel idcirco meminit Eccleſiæ Romanæ, vt oſtenderet abſolutum huiuſmodi non poſſe iter differre ob eam cauſam, quòd Sedes Apoſtolica vacet:quia, eſtò quòd Sedes vacet,extat nihilominus ſummus Pœnitentiarius vices gerens Romani Pontificis,cui ſe præſentare compellitur, aliàs in eandem excommunicationem incidit: vt habetur ex Rebuff.hoc eodem loco ver.Nec etiam. Non tamen contrahit eandem excommunicationem numero,cùm ab illa fuerit abſolutus,ſed tantùm eandem ſpecie, ideſt ſimilem priori: vt per Franc.in d.c.eos qui,nu.3.de ſent. excom.in 6.

Cæterum licet hæc, quæ diximus vera ſint
13 de excommunicatione reſeruata, vt in eam reincidat abſolutus ſi ceſſante impedimento,non ſe preſentet illi,qui aliàs abſoluere poterat; non tamen hæc ipſa locum ſibi vendicant in abſolutione caſus reſeruati, non habenti excommunicationem annexam: quoniam abſolutus à caſibus reſeruatis in articulo mortis non tenetur ſuperiori ſe præſentare,ſi ſuper vixerit: vt habetur ex Graff.lib.1.deciſ.p.1.cap.13.nu.90. & ſeq.

Ratio autem cur abſolutus in articulo mortis à caſibus reſeruatis non habentibus excommunicationem annexam non teneatur ſuperiori ſe præſentare ſi ſuperuixerit hæc eſt, quia ſecundum communem vſum Eccleſiæ, huiuſmodi peccata non poſſunt pro articulo mortis reſeruari;nec ſub aliquo ſimili onere abſolui ſed abſolutè, ac ſimpliciter, vt habetur ex Palud.in 4.diſt.20.q.1.ar.2. D.Anton. in ſum. p.3. tit.14.cap.19 §.17.nom.2.Syl.in ver. Confeſſio, 1.§.21.& in ver. Confeſſor,1.§.16 in fine,Armil. in ver.Abſolutio.5.num.12.Angel. Confeſſio,3. §.2.& Nauar.in Man. cap.26. num.26. Et patet ex Concil.Trid.ſeſſ.14.cap.7.vbi habetur,quòd in articulo mortis nulla eſt reſeruatio, ſecundum antiquã eccleſiæ conſuetudinem;& propterea abſolutio,quæ in illo articulo impenditur quantum ad forum Sacramentale pertinet,ſimpliciter,& abſolutè traditur,nullo adiecto onere.Tanto magis,quia in iure hoc onus reperitur adiectum abſolutis à peccatis habentibus cenſuram annexam tantùm,ne cenſuræ illudantur eccleſiaſticæ: vt in c.eos qui, de ſent.excom. in ſexto.

Ideo enim in his caſibus nõ eodẽ modo proceditur: quoniam abſolutio à peccatis impenditur à Sacerdote poteſtate immediatè à Chriſto deriuata; at verò excommunicatio tollitur

po-

poteſtate actiua, & iuriſdictione communicata à Superiore.

Vnde Sacerdos à Superiore non accipit po-
14 teſtatem actiuam abſoluendi à peccatis, ſed tãtùm applicationem huius poteſtatis, tradita materia: vt benè declarat Alter. in ſuo tract. de cenſur. lib. 1. diſp. 6. cap. 7. col. 2. in ver. Ratio diuerſitatis. Vbi etiam col. fin. in ver. Reſpondeo: probat, quòd poteſt dari caſus, quo pœnitens abſolutus ab inferiore Sacerdote à peccato reſeruato non habente cenſuram excommunicationis annexam, teneatur comparere coram Superiore.

Vt ſi pœnitens inferiori omnia peccata fuerit confeſſus, & citra omnem culpam alicuius peccati fuerit oblitus; tunc licèt recipiens abſolutionem, abſoluatur etiam à peccato reſeruato oblito conſequenter per infuſionem gratiæ habitualis, remanet tamen obligatus, cum primum peccatum illud ad memoriam redierit, confiteri coram Superiore. Rationem autem hanc eſſe, inquit, quia obligatio confitendi peccatum non tollitur ipſo facto à Sacerdote per remiſſionem culpæ quomodocunque, etiam indirectè, ſed per culpæ remiſſionem, quæ fit directè virtute abſolutionis. Quod quidè euenit, vbi peccatum aperitur in confeſſione, & Sacerdos tanquam Iudex legitimus abſoluit: tunc enim iudicat de peccato illo, quod audit in confeſſione: & cùm huiuſmodi iudicium ſit vltimum, tollit obligationem confitendi: quæ tamen non tollitur, quãdo peccatum oblitum, virtute abſolutionis ex conſequenti, per gratiam habitualem fuit remiſſum: quoniam obligatio confitendi de iure diuino in hoc conſiſtit, vt peccatum feratur explicitè ad tribunal Sacerdotis.

Adde hîc etiam ex eodem Alter. in d. ver. Ratio diuerſitatis, quòd quando in d. c. eos qui, de ſent. excommun. in ſextò præcipitur pœnitenti, vt in articulo mortis abſolutus ab inferiore teneatur comparere coram Superiore ſub eadem pœna excommunicationis, illud præceptum non intelligitur de reſeruato, ſed de pœna excommunicationis: & propterea non tenetur comparere coram ſupetiore in foro pœnitentiæ; ſed tantùm in foro exteriori, ad quod pertinet abſolutio excommunicationis.

Reſtat modò, vt ad contraria reſpondeamus.

AD primum patet reſponſio ex dictis. Non
15 enim in articulo mortis cenſetur adempta iuriſdictio; ſed potius non habentibus conceſſa.

Ad ſecundum dicimus, quòd immo, quia articulus mortis in omni caſuum reſeruatione à Romano Pontifice ſolet excipi: vt in c. ſi quis ſuadente diabolo, & alijs ſupra recenſitis, eſtò quòd in hoc §. non fuerit expreſsè exceptus; nihilominus pro expreſſo haberetur: quoniam clauſula in actu aliquo apponi ſolita, ſi omittatur, habetur pro appoſita, & expreſſa: vt in l. fin. in fin. & ibi Bal. C. de fideiuſ. laſ. in l. Argentarius. nu. 7. cum ſeq. ff. de eden. & Felin. in c. cum M. Ferrarienſis, nu. 7. & ſeq. de conſt.

Nec exceptio illa fruſtra fuit toties repetita: quoniam id factum eſt ad maiorem declarationem: vel, vt alij volunt, ad oſtendendum poteſtatem traditam cuilibet Sacerdoti abſoluendi à caſibus, & cenſuris, non eſſe de iure diuino, ſed Eccleſiaſtico.

Ad tertium concedimus, vt abſolutus in articulo mortis à peccatis à ſimplice Sacerdote, abſolutus quoque cenſeatur pro illo anno ab Eccleſiæ præcepto: quare non tenetur iterum confiteri proprio Sacerdoti; ſed tantùm cettiorem illum facere, ſe cõfeſſum fuiſſe: quod quidem verum eſt, etiam ſi alia peccata poſtea cõmittat, nam adhuc non tenetur vſque in ſequẽtem annum confiteri, niſi ratione Euchariſtiæ in Paſchate ſumendæ. Ita Sot. loco citato in reſponſ. ad ſecũdum. Vbi etiam addit ex D. Thoma, idem eſſe dicendum de excommunicatione: atque adeò, qui tunc ab excommunicatione reſeruata abſoluitur, non tenetur ad Iudicem excommunicantem recurrere, vt iterum abſoluatur: ſed ſatis eſt ſatisfacere pro debito, pro quo lata fuerat excommunicatio. Tenetur tamen ſe præſentare, vt ſupra diximus.

ADDITIO.

a Incontrarium. Hanc eandem opinionem ſequitur Bonac. hic, diſp. 1. q. 22. pun. 2. num. 12. Abb. Alex.

b Reſeruatio. Adde Bonac. hoc loco, diſp. 1. q. 22. pun. 2. num. 9. vbi nu. 10. id limitat, dummodo abſoluens re ipſa ſit Sacerdos: ſiquidem Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. hanc facultatem abſoluendi à cenſuris reſeruatis ſolis Sacerdotibus concedit, cum de ſolis Sacerdotibus loquatur, non de alijs: & eo maximè quia facultas abſoluendi à cenſuris in articulo mortis conceditur, vt quis à peccatis abſolui poſſit: at qui Sacerdos non eſt à peccatis abſoluere nequit. Imò ex duobus Sacerdotibus præſentibus morienti, approbatus ab ordinario præferri debet non approbato, vt habetur ex eodem Bonac. ibi, & in tr. de cenſur. diſp. 1. q. 3. pun. 3. num. 3. quibus adde, quæ habentur ex Duar. ſupra, q. 2. nu. 24. cum plur. ſeq. Quod tamen puto verum eſſe de congruentia; non autem quoad validitatem abſolutionis, cum Concil. Trid. in mortis articulo tollat omnem reſeruationem caſuum, & cenſurarum, & cuilibet Sacerdoti tribuat abſoluendi facultatem à quibuſcunque cenſuris, atque peccatis. Vnde valida eſt abſolutio impẽſa morienti à ſimplice Sacerdote, etiam ſi præſens eſſet Sacerdos approbatus ab ordinario, vel Parochus: & id quamuis pœnitens eſſet abſoluendus à crimine hæreſis, & Epiſcopus, vel Inquiſitor adeſſent, vt contra Zambran. in de. caſi. caſu. conſc. tempore mortis, c. 4. dub. 4. n. 15. & dub. 6. num. 4. docent Sanch. in ſum. tom. 1. cap. 13. num. 14. Nau. Rodriquez, Henriquez, & Vega, quos idem Sanch. allegat, Barboſ. de poteſt. Epiſc. p. 2. allegat. 25. Coriolan. de caſib. reſeruat. p. 1. ſect. 2. ar. 16. num. 7. & 8. Villalob. in ſum. tom. 1. tr. 27. clau. t. §. 2. num. 7. Conrad. in reſponſ. caſ. conſc. p. t. q. 12. Ludouic. de S. Iuan in ſum. p. 1. de pœn. q. 6. ar. 6. dub. 10. Valer. in differ. vtriuſ. for. ver. excommunicatio, differ. 23. num. 1. Angles, in 4. tom. 2. q. de confeſſ. ar. de

mi-

miniſtro difficul.in artic. mort. 7.erol. in praxi, de pœnit.c.15.nu.4. Finelli, de caſib. reſeruat. cap.7.in fin. Comitol.in reſponſ. moralib.lib.1. q.22.num.2. Et hanc eandem ſententiam tenet Ledeſma in ſum.tom.1.tr.de ſacr.pœnit.cap.14. differ.2.ac Diana tr.de abſol. ab hæreſi reſol 5. probabilem putat, allegans quoque quamplurimos alios Doctores pro contraria opinione. Mouentur prædicti Doctores ex eo quòd Cõcil. Trident.loco citato,in articulo mortis tollit omnem reſeruationem; ergo ſi tunc ceſſat reſeruatio,ceſſat etiam reſeruato; Et Concilium ipſum cũ generaliter loquatur non diſtinguẽs, generaliter eſt intelligendus,& nos diſtinguere non debemus. Eſt tamen verum,quòd hæreticus occultus abſolutus in articulo mortis, ſi conualuerit debet ſe præſentare Rom. Pontifici: ſiquidem cum hoc onere abſolutus cenſetur;non vt iterum abſoluatur,cùm iam abſolutus ſit, ſed vt obediat eius mandatis: aliàs in excommunicationem reincidit, vt habetur ex Suar.tom.4. diſp.30. ſec.3. num.4. Henr.lib.13. c.29.num.4. Barboſ.in collect.tom.2. lib.5. tit. 39.c.11.num.5.quos refert P.Diana loco citato, vbi etiam allegat Nau.in Man.c.26.nu.27.Auil. de cenſur.p.2.cap.7.diſp.3.dub 4.concl.1.§ 2.& Gambacur.tr.de caſib.reſer.c.1. nu.65. contrariũ ſentientes, quando cenſura non habet onus ſatisfaciendi cauſæ,propter quam incurritur,vt in caſu hæreſis: quam ſententiam probabilem putat Filiuc.tom.1.qq.moral.tr.13.c.7. nu.141. Et idem Diana inquit, quòd priorem opinionem volens amplecti, non eſt neceſſe, vt hæreticus huiuſmodi ad Rom. Pontificem recurrat, ſed ſatis eſt,vt ab Epiſcopo, vel Inquiſitore denuo abſoluatur: nam prior abſolutio non obſtat, quin pœnitens poſſit nouam abſolutionem abſolutam obtinere,vt docet Henriq.lib.6.c.10. nu.3.in Gloſ. lit.G. & Bonac. de cenſur. diſp.1. q.3.pun.3.nu.15.& alij. Abb. Alea.

An Romanus Pontifex poſſit ſibi adeò reſeruare abſolutionem à caſibus, & cenſuris noſtræ Bullæ,vt nec in articulo mortis abſolui quis queat per alium, quàm per S.P. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes facultatem habere a iure diuino abſoluendi in articulo mortis conſtitutos,qui teneant, refertur.*
2 *Neceſſitas legem non habet.*
3 *Papa, licèt de poteſtate ordinaria non poſſit ſibi reſeruare caſus, & cenſuras in articulo mortis, id tamen facere poteſt de poteſtate abſoluta.*
4 *Iuriſdictio ad abſolutionem impendendam,neceſſaria eſt de iure diuino,licèt eius diſtributio Eccleſiæ ſit remiſſa.*
5 *Reſeruatio abſolutionis in articulo mortis, eſſet intolerabilis error.*
6 *Abſoluendi poteſtatem in articulo mortis non habent Sacerdotes à iure diuino immediatè;ſed à Deo,mediãte Eccleſia.*
7 *Traditio Eccleſiæ immemorabilis non ſemper probat id, quod tradit diſpoſitum eſse de iure diuino: ſed indicat traditionem Apoſtolicam, quæ non ſemper eſt de re inſtituta a Chriſto.*

IN hac difficultate videtur dicendum Romanum Pontificem, abſolutionem oullius 1 caſus,ſeù cenſuræ poſſe ſibi reſeruare in otortis articulo.

Probatur, quia de iure diuino Sacerdotes omnes facultatem habent abſoluendi conſtitutos in articulo mortis à quibuſcunque caſibus, & cenſuris quantumuis reſeruatis: vt habetur ex Capreol.in 4. diſt.19.ad 4.contra concl.3.Palud.diſt.20. q.1. ar.2. Can. in relect.de Sacram. pœnit.p.5.ver.Ratio id manifeſtè docet,& alijs. Eteoim ex perpetua Eccleſiæ traditione, cuius initium ignoratur,oulla vnquam reſeruatio caſuum, aut cenſurarum habita fuit: vt patet ex Concil.Trident.ſeſſ.14.cap.7.in illis verbis: *Verumtamen piè admodum, ne hac ipſa occaſione aliqui pereat,in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis,&c.* At Eccleſiæ traditio ab initio,cuius memoria non extat, ſignum præbet, id, quod traditur,eſſe iure diuino præceptum, vel prohibitum: vt per D.Auguſtin.lib.4.de Bapt.cap.24.

Confirmatur: quia quilibet Sacerdos, ex vi 2 clauium, poteſtatem habet indifferentem ad omnes, & quoad omoia peccata: quòd autem omnis ab omnibus peccatis abſoluere nequeat, id prouenit ex Eccleſiæ diſpoſitione; ſed quoniam neceſſitas legem noo habet, vt in c.quod non eſt,& ibi late Panor. cum additis ad ipſum, de regul.iur.lib.5 ergo, quando mortis articulus imminet, per Eccleſiæ ordinationem nemo impeditur,quin abſoluere poſſit: eo quòd Eccleſia, ſeù Romanus Pontifex, non eſt ſupra ius diuinum.

His tamen non obſtantibus, contrariam 4 3 ſententiam arbitror de iure veriorẽ eſſe,quam tenet Sot. in 4.d.18.q.4. ar.4. in ver. Diſtinguitur conſequens:dum ait.quòd aut loquimur de poteſtate abſoluta:aut de poteſtate ordinaria, ſeù ſecundum id, quod legitimè fieri poteſt. De poteſtate abſoluta id fieri poſſe concedit: quoniam tenet cum Duran. in 4. diſt.10. q.2. quòd nemo habet iuriſdictionem,aut vſum eius, niſi 4 per auctoritatem Eccleſiæ, qua vtuotur Sacerdotes abſoluentes in articulo mortis: nam & ſi iuriſdictio ad abſolutionem neceſſaria ſit de iure diuino: vt rectè probat idem Sot.loco citato,ar.2. atque ideò licet Chriſtus in Eccleſia reliquerit iuriſdictionem; nihilominus eius diſtributionem Eccleſiæ commiſit, dum Petro tanquam paſtori curam, & regimen dedit totius Eccleſiæ, Ioan.c.21. Vnde cum ad regimen cõpetat iuriſdictio,tàm in foro conſcientiæ,quàm in foro exteriori, hinc fit, vt nemo iuriſdictionem habeat, aut vſum eius, niſi per auctoritatem Eccleſiæ.

Hac de re, vbi Eccleſia excommunicationis abſolutionem ſibi reſeruat hoc vtitur loquendi modo,dicens:vt à nullo abſolui poſſit, præterquàm in articulo mortis;quaſi ſua ſit illa facultas. Neque D.Tho.aliter ſentire probat ibi Sot.

Quod ſi loquimur de poteſtate ordinaria, & 5 ſecundum id,quod licitè fieri debet, tunc inquit ipſe Sotus,quòd eſſet intolerabilis error, ſi Eccleſia amplitudinem abſolutionis in articulo mortis coh bere:& ideò à Spiritu ſancto,cuius nomine poteſtatem in ædificationẽ,non in deſtructionẽ accepit, nõ permitteretur id agere.

Ad

Ad contraria igitur reſpondemus, negando
6 poteſtatem traditam omnibus Sacerdotibus abſoluendi fideles in articulo mortis ab omnibus caſibus, & cenſuris, eſſe de iure diuino: vt habetur ex Duran. in 4. d. 19. q. 2. Sot. loco citato, Med. C. de confeſ. q. De alieno ſine licentia proprii abſoluente, Petr. Sot. lect. 5. de confeſ. Vict. in ſum. num. 156. Turre Crem. in ſum. de Eccleſ. lib. 1. cap. 98. & alij, quos refert, & ſequitur Couar. in c. Almus mater, §. 6. num. 8 de ſent. excom. in ſexto. Nam ſicut iuriſdictio fori exterioris pendet à Chriſto mediante Eccleſia; ita iuriſdictio fori interioris: quia militat eadem ratio.

Imò ſi in illo caſu iuriſdictio eſſet de iure diuino, omnes Sacerdotes eſſent pares in articulo mortis, neque poſſet vnus priuari hac iuriſdictione, etiam ſi eſſet copia alterius: & propterea neceſſarium non eſſet præferre Parochum ſimplici Sacerdoti, neque approbatum, non approbato, quoniam ad iuriſdictionem iuris diuini, non eſt neceſſaria hominum approbatio.

Nec traditio Eccleſiæ immemorabilis, ſem-
7 per probat id, quod tradit diſpoſitum eſſe de iure diuino, ſed indicat traditionem eſſe Apoſtolicam, quæ non ſemper eſt de re inſtituta à Chriſto: neque aliud ſentit D. Auguſt. loco citato. Eſt igitur iuriſdictio, quæ gaudent omnes Sacerdotes in articulo mortis Eccleſiaſtica delegata. Nam non poteſt dici ordinaria, cùm non proueniat ex munere, aut ex officio Sacerdotis; ergo eſt delegata ex conceſſione Eccleſiæ pro illa tantùm occaſione: quam veriſimile eſt ortum habuiſſe ab Apoſtolo Petro, & per tacitam conceſſionem Pontificum antea continuatam fuiſſe; & denique per expreſſam cõſtitutionem ipſo iure definitam in c. ea naſcitur, c. de cætero de ſent. excom. & in alijs iuris.

Ex hoc infertur, quòd cum huiuſmodi delegatio ſit à Romano Pontifice, atque adeò perpetua, à nemine tolli, ac limitari poteſt, niſi à Summo Pontifice, à quo etiam nunquam reuocabitur, quia aliàs eſſet intolerabilis error, vt diximus.

ADDITIO.

a Contrariam. Adde Bonac. de cenſur. Diſp. cœn. diſp. 1. q. 22. pun. 2. nu. 13. Abb. Alex.

An laicus abſoluere poſsit excõmunicatum in articulo mortis conſtitutum. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Laicum abſoluere poſſe excommunicatum in articulo mortis, qui teneant.*
2 *Neceſſitas facit aliquod licitum, quod aliàs licitum non eſſent.*
3 *Voti non dicitur violator, qui propter neceſſitatem illud deſerit.*
4 *Neceſſitatis cauſa admittitur in teſtem, qui aliàs non admitteretur.*
5 *Teſtium duorum ſaltem dictum, licet exigatur ad probandum aliquod factum; tamen neceſſitatis cauſa aliquando ſatis eſt dictum vnius.*
6 *Abſolutio ab excommunicatione impenſa à laico in articulo mortis, prodeſt abſoluto, vt ſepeliri poſſit in loco Sacro, ſecundum aliquos.*
7 *Laicus non poteſt abſoluere excommunicatum in articulo mortis conſtitutum.*
8 *Abſolutio à cenſuris conceditur in articulo mortis, vt quis à peccatis abſolui poſſit:*
9 *Laicis id tantum licitum eſt quoad ea, quæ ad Clericos pertinent, quòd conceſſum eius à iure ſpecificè reperitur.*
10 *Abſoluere à cenſuris in articulo mortis, Eccleſiaſticis tantùm competit: etiam ſi irregulares ſint, excommunicati, degradati, hæretici, aut ſchiſmatici.*
11 *Abſoluere in articulo mortis conſtitutum tunc poteſt ſuperior à reſeruatis, vbi deficit ſuperior.*
12 *Epiſcopus iure communi, ac etiam diuino habet eandem poteſtatem erga ſuos ſubditos in propria diœceſi, quam habet Rom. Pontifex ſuper vniuerſalem Eccleſiam, niſi expreſsè ſibi limitetur.*
13 *Abſolutio à reſeruatis in articulo mortis conſtituto, non debet impendi a ſimplici Sacerdote, ſi adſit Sacerdos, qui etiam in aliena diœceſi parochus, aut approbatus exiſtat.*
14 *Abſolutio in articulo mortis non poteſt impendi a Sacerdote excommunicato, degradato, &c. ſi præſens ſit ſimplex Sacerdos.*
15 *Abſolutio in articulo mortis non debet tribui ab hæretico, ſi adſit Catholicus, etiam ſi ſit excommunicatus, aut quocunque alio impedimento impeditus.*
16 *Abſoluta in articulo mortis non debet dari ab excommunicato vitando, præſente Sacerdote irregulari. Et præſente ſuſpenſo, aut interdicto, non eſt impendenda ab irregulari. His autem omnibus poſt ponitur degradatus: ſicut cæcus alijs anteponitur is, qui priuilegium habet abſoluendi a reſeruatis.*
17 *Reſeruatio in articulo mortis non cenſetur ſublata abſolutè, ſed ratione neceſſitatis.*
18 *Abſoluendi a cenſuris in articulo mortis tributa facultas, de ijs tantùm intelligitur, quæ Sacramentorum participatione, & Eccleſiaſtica ſepultura priuant.*
19 *Abſolutio impenſa in articulo mortis a ſimplici Sacerdote, præſente parocho, aut alio, cui ex priuilegio competit abſolutio, an & quando valida ſit, declaratur.*
20 *Abſolutio reſeruata Papæ, quoties propter occurrentem neceſſitatem inferiori conceditur, regulariter ad Epiſcopum pertinet, ſi ab eo recipi poteſt.*
21 *Excommunicatus, ſi non fuerit in articulo mortis abſolutus, & ſigna contritionis oſtenderit abſolui poteſt poſt mortem ab eo, qui abſoluere poterat viuum, & ſanum, & non ab alio.*
22 *Textus in c. ſanctum eſt, de conſecr. d. 4. quomodo intelligendus ſit, declaratur.*
23 *Laico licèt fieri poſſit peccatorum confeſſio: ab eo tamen recipi non poteſt Sacramentalis abſolutio. Nec confeſſio illa pars dicitur pœnitentiæ Sacramenti. Et propterea virtute talis confeſſionis ex attritio quis non fit contritus.*
24 *Laico quis in articulo mortis conſtitutus non tenetur confiteri ex præcepto. Imò talis confeſſio non eſt conſulenda.*
25 *Laicus abſoluens aliquem Sacramentaliter, an efficiatur irregularis?*

1 IN hac re pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia fuit Gloſſin cap. Paſtoralis, §. præterea de offic. Ordin. & in c. a nobis, il 2. in ver. Non potuerit, de ſentent. excommun. Syl. in

in ſum.in ver.Abſolutio,2.nu.8. Armil. eodem ver.nu.40. Rip.in tract.de peſte, c.de priuil.iudic.cau.peſt.n.46.dicentium,Laicum in articulo mortis poſſe abſoluere quemcumque excõmunicatum. In eandem ſententiam videtur inclinare Panor.in d.c.à nobis,n.10.Imò Rip.loco citato,refert, Modernos ita tenere.

Probant primò hanc eorum ſententiam ex tex.in c.ſanctum eſt,de conſecr. d.4.vbi quidam naufragus in articulo mortis reſertur per laicum reconciliatus:ergo excommunicatus in eo euentu à laico abſolus poteſt : nam excommunicati dum abſoluuntur,reconciliantur.

Secundò probant ex tex. in c quem pœnitet, de pœnit. diſt.1.vbi habetur,quòd pœnitens in articulo mortis conſtitutus poteſt ſua peccata laico confiteri.

Imò addentes ad Panor. in c. quod non poteſt,de regul.iur.lib.5. dicunt, quod in caſu ne-
2 ceſſitatis non ſolùm licitum eſt laico confiteri, ſed etiam abſoluere, ſicut ſi eſſet Sacerdos ; & hoc etiam ſi confeſſor eſſet Iudæus:quia neceſſitas facit aliquid licitum,quod alias eſſet illicitum,vt in d.c.quod non poteſt: & probabile, quod aliàs non eſſet,l.qui potuerunt, ff.de manumiſ.teſtam.

Hinc in lege veteri præceptum eſt Sabbatum
3 cuſtodiri,& tamen Machabæi neceſſitate compulſi, citra omnem culpam pugnabant in Sabbato. Nec dicitur voti violator, qui propter neceſſitatem illud deſerit,vt habetur in c.quod non poteſt,vbi etiam Panor.

Sic etiam neceſſitatis cauſa admittitur in te-
4 ſtē,qui aliàs non admitteretur,c.1. & ibi Doct. de reſt.l.conſenſu, C.de repud.latè, Saly. in l.ea quidem,q.5.C.qui accuſ.non poſſun.

Et quamuis ad probandum aliquod factum
5 exigatur dictum duorum ſaltem teſtium : vt in l.vbi numerus, ff. de teſt. nihilominus propter neceſsitatem ſtatur dicto vnius teſtis, quando in Ciuitate non poteſt reperiri niſi vnus:vt habetur ex eiſdem Adden. ad Panorm. loco citato. Si igitur hæc, & alia addita à prædictis Doctoribus licita ſunt abſolam vrgentem neceſsitatem, quæ aliàs illicita eſſent: ergo licitum eſt etiam laico,excommunicatum abſoluere,in articulo mortis conſtitutum.

Hanc eandem ſententiam, cùm non ſit pro-
6 babilitate deſtituta, amplectendam eſſe docet Sanchez lib.2. Decal.c.13.ſub n.13. in fine:nam abſolutio in articulo mortis impenſa à laico, prodeſt, vt abſolutus ſepeliri poſsit in loco Sacro,& pro eo ſacrificia offerri. Beneuerum eſt, quòd vbi abſolutio à Sacerdote obtenta non eſt,expedit valde,inquit idem Sanchez,vt poſt mortem obtineatur ab eo, cui excommunicatio reſeruata erat: quia ſi opinio afferens, poſſe non Sacerdotem abſoluere,vera non ſit,nec ille abſoluens habeat iuriſdictionem ratione cõmunis erroris,iuxta tex.in l.Barbarius, ff. de offic. Prætor.carebit valore abſolutio, & propterea non proderunt ſuffragia publica Eccleſiæ abſoluto.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
7 tentiam puto de iure veriorem eſſe,quam tenet Sotus in 4. d.18. q.4. ar.4. in ver. Vtrum vero : Couar.in c. Alma mater.p.1. §.11. nu.9. de ſent. excom.in ſexto.Nau.in Man.cap.26.nu.26.ver. Dixi presbyter:& c.27.nu.252.ver.ſexto:& ver. ſeptimo:Sayr.lib.2. Theſ.tom.1.cap.21.num.3. Palud.in 4.diſt.20.q.1.ar.2. & Vgol. in explicat. huius §. ver. *Niſi in mortis articulo.*§.3.ſub n.1. ibi: Quare. Omnes prædicti Doctores tenent,laicum non habere facultatem abſoluendi excõmunicatum in articulo mortis conſtitutum.

Probatur hæc ſententia primò,quoniam ab-
8 ſolutio à cenſuris conceditur in articulo mortis,vt quis à peccatis ſolus poſſit; at laicus in articulo mortis nõ poteſt à peccatis abſoluere;ergo nec ab excõmunicatione. Nec obſtat,quòd in Cõcil.Trid.ſeſſ.24 de reſor. c.7.æquè videtur conceſſa facultas abſoluendi à peccatis,ac à cẽſuris,vt Vgol. loco citato exiſtimat,& cõtra dictam Palud.rationem argumentatur; quoniam ibi re vera, licèt ab vtriſque abſoluendi facultas tribuatur ; tamen inquit Sayr. non æqualiter, ſed hanc propter illam, vbi opus fuerit : nam peccatorum abſolutio prærequirit neceſſariò abſolutionem ab excommunicatione.

Secundò probatur,quia in his, quæ ad cleri-
9 cos ſpectant, id ſolùm licitum eſt laicis, quod conceſſum eis à iure ſpecificè reperitur. Vbi autem Eccleſia laicum aliquod Eccleſiaſticum exercere poſſe voluit, id expreſſit : vt patet in Baptiſmo c.In neceßitate,de conſecr.d.4. Cùm igitur in iure nunquam conceſſa facultas reperiatur laicis abſoluendi à cenſuris in articulo mortis, conſequens eſt, laicum tunc temporis ab excommunicatione abſolnere non poſſe. Hanc eandem opinionem tenet Suar.de cenſu. diſp.7.ſec.6.nu.9.

Solus igitur Eccleſiaſticus ſoluere poteſt à
10 cenſuris in articulo mortis : quia ſolus clericus de iure capax eſt iuriſdictionis Eccleſiaſticæ:vt in c.decernimus, de iudic. Quod quidẽ verum eſt, etiam ſi ſit irregularis, degradatus, excommunicatus,hæreticus,ſchiſmaticus:niſi periculum ſit,ne talis Clericus,ægrotum ſeducat:nam tunc excommunicatus huiuſmodi poteſt, ac debet abſolutionem ab hæretico refutare,vtſupra diximus ex Vgol.hic,in ver. *Niſi in mortis articulo.*§.2.ibi, ſextò abſoluit.

Hæc omnia debent intelligi,ordine quodam
11 ſeruato, ita vt deficiente illo, ad quem de iure pertinet abſolutio, recurratur ad ſupremum illum ſuperiorem,qui commodè haberi poteſt : atque adeò cùm ſit excommunicatio Papalis,& non poteſt recurri ad Romanum Põtificem, recurrendum eſt ad Epiſcopum: quia Epiſcopus iure communi,imò, & diuino, niſi expreſsè li-
12 mitetur, habet eandem poteſtatem in ſua Diœceſi erga ſuos ſubditos, quã habet Papa in vniuerſa Eccleſia Catholica,Romano Pontifici tamen vti Chriſti Vicario ſubordinatam,à quo illa modificari, ac augeri poteſt, prout Ouium ſaluti iudicat expedire, Deficiente verò Epiſcopo recurrendum eſt ad Parochum:qui ſi haberi,non poteſt, recurratur ad quemcũq; aliũ Sacerdotẽ.Ita Say.lib.2.Theſ.to.1.c.20.n.26.& 27.

Verùm ſi adſit Sacerdos, qui in alia Diœceſi
13 parochos,aut approbatus exiſtat ad audiendas confeſſiones, præferendus eſt cuilibet alij ſimplici Sacerdoti : quoniam licèt hic reſpectu huius Diœceſis ſit ſimplex Sacerdos;eſt tamen alicubi approbatus ; & propterea potius ius habet,qua Sacerdos omninò ſimplex nullibi ap-

pro-

probatus: vt colligitur ex Suar. de pœnit. diſp. 26.ſec.4.nu.6.& Zambran.de caſib. artic. mort. c.4.dub.4.n.16.quos refert,& ſequitur Sanchez lib.2.Decal.c.13.ſub n.10.

Bené verum eſt.quòd ſi adſit excommunica-
14 tus vitandus,ſeù ſuſpenſus, aut præciſus, non poſſet in tali articulo conſtituto abſolutionem impendere, ſi præſens ſit ſimplex Sacerdos: eo quòd illi id eſt interdictum, excepto extremæ neceſſitatis eueotu,quæ tunc nó occurrit, cùm ſupponamus ſimplicem Sacerdotem adeſſe, hæc impedimenta non habentem.

Quòd ſi adſit Sacerdos catholicus quocun-
15 que impedimento affectus,hæretico,aut ſchiſmatico præferri debet.

Et inter catholicos irregularis eſt præferen-
16 dus excommunicato vitando: quia tunc cum excommunicato participare noo poteſt. Et ſi eſt ſuſpenſus, vel interdictus, præfertur irregulari:quoniam illa ſunt minora impedimenta;& hi omnes, etiam excommunicati denunciati, anteponuntur degradato,cum omnium ſupradictorum maximo ſit affectus impedimento. Et denique cæteris omnibus præfertur, qui priuilegium habet abſoluendi à reſeruatis:quoniam vi Conc.Trident ſeſſ.14.cap.7.non cenſetur ſublata caſuum reſeruatio in articulo mortis abſolutè, ſed ratione neceſſitatis: quæ præ-
17 ſente Sacerdote, valenti abſoluere priuilegio, ceſſat.Hæc Sanchez loco citato,ſub n.10. & 11. Vbi etiam addit nu.12.quòd cenſuræ, à quibus
18 quilibet Sacerdos in articulo mortis poteſt abſoluere iuxta Conc.Trid.in d.c.7.ſeſſ.14.illę tàtùm intelliguntur, quæ Sacramentorum participatione,& Eccleſiaſtica ſepultura priuât. Huiuſmodi ſunt excommunicatio, interdictum perſonale, ſuſpenſio à Sacramentorum perceptione,&c.Non tamen irregularitas, ſuſpenſio ab Ordioe,officio,vel beneficio.

Si tamen talis ordo non ſetuetur, non arbi-
19 tror abſolutionem eſſe inualidam, quotieſcúque Romanus Pontifex adiri non poteſt: quia talis ordo non eſt de forma abſolutionis; niſi adeſſet Sacerdos,qui ex priuilegio habeat iuriſdictionẽ delegatâ abſoluẽdi ab huiuſmodi cẽſuris reſeruatis, iuxta ea,quæ ſupra annotauimus, q.2.in fine. Ad hoc facit tex.in c.ea noſcitur, de ſent.excommun.vbi habetur, quòd etiam poſt abſolutionem ab alio datam propter neceſsitatem vrgentem comparendum eſt coram Põtifice,vel eius Legato,ſi id fieri poſsit:ergo multò magis ab initio, ſi abſolutio accipi potuiſſet
20 à Legato,non erit impendenda ab Inferiori Et idem fortè dicendum eſt de Epiſcopo in defectum Legati, aut Delegati: nam ex communi Canoniſtarum ſententia, quotiei abſolutio reſeruata Papæ, propter occurrentem neceſsitatem Inferiori conceditur,per ſe loquendo,pertinet ad Epiſcopum, ſi recipi ab eo poteſt, vt per Innoc. Panor. Felin. & alios in c.1.& c.Monachi,de ſent.excom. & in c.vlt.de eo, qui furt. Ordin.ſuſcep.& Nau.in Man.c.27.num.112.Et hoc iùri conſentaneum eſſe,ſinquit Alter.in explicat.huius §.col.16. in ver.Reſpondeo: tum quia, poſt Romanum Pontificem Ordinarius Paſtor, eſt Epiſcopus, tum etiam quoniam hoc modo ſufficienter conſulitur neceſsitati, propter quam ſolam hæc poteſtas cõceditur. Quibus adde quoque,quæ latè tractat Sanchez,loco citato,nu 6.7.8.& 9.

Adde quoque quod excommunicatus,ſi non
21 fuerit in articulo mortis abſolutus, ſi tamen cõtritionis ſigna oſtenderit,abſolui poteſt poſt mortem ab eo,qui abſoluere poterat viuum,& ſanum, & non ab alio: vt in c.ſi nobis,ii 2.de ſent. excom. quæ abſolutio poſt mortem prodeſt, vt excommunicatus ille poſt mortem abſolutus ſepeliri poſsit in loco Sacro, aut quòd ſepultus non exhumatur, pro eo publicè oretur,& celebretur: vt per Syl. in ſum.io ver. Abſolutio,1. ſub oum.8.

Ad argumenta reſpondetur.

AD primum ex tex.in c.ſanctum eſt, de con-
22 ſecr.d.4.reſpondetur ex Sot loco ſupracitato,quod,vt ibi ait D. Auguſt.hiſtoria illa non eſt authentica: & dato quòd ſit, illic habetur ſermo de reconciliatione tantùm à pœnitentia publica,quam non erat neceſſe habere excommunicationem anoexam.Vel Secundò dici poteſt.ibi quod factum ſit referri; ſed reconciliatio illa an valida fuerit, non dici.

Ad ſecundum ex can.quem pœnitet pœn. d.t.
23 dicimus,quod eſtò,quòd laico fieri poſsit peccatorum confeſsio, & ob raborem pœnitenti fructum afferat ex opere operantis;non tamen pœnitentem confeſsum abſoluere laicus poterit:quia cum laicus non habeat poteſtatem clauium, proculdubio neminem Sacramentaliter abſoluere poteſt; ſed tantùm deprecatorié: vt miſereatur tui, &c.propterea cõfeſsio illa non dicitur pars Sacramenti pœnitentiæ, nec gratiam conferre valet. Et licét in d.can.habeatur, quòd pœnitens ſit dignus venia, qui ex deſiderio Sacerdotis ſocio confitetur; non tamen deſiderium illud perinde ſe habet, ac ſi Sacerdoti confiteretur; itaut defectum Sacerdotis Summus Sacerdos ſuppleat, & eandem gratiã Deus conferat, quam per Sacramentum conferret; aut quòd ſi pœnitens eſt tàtum attritus, eius attritio fiat contritio:quia vbi non eſt Sacramentũ non eſt ſperanda alia gratia,quam,quæ actui deteſtationis reſpondet:ſed ſenſus eſt,quod ſi ille accedit contritus,Deus acceptat ſuam volũtatem,cùm non poſsit habere copiam Sacerdotis:erubeſcentia quoque in confitendo augebit illi meritum, & poterit ab illo ſocio conſilium accipere, & medelam ad reſipiſcendum. Hæc Sot.in 4.ſent.d.18. q.4. ar.1. concl.3. Vbi etiam probat,quòd quis in eo neceſsitatis euẽtu, non
24 tenetur de præcepto confiteri laico, ſed tantùm de conſilio: imò cùm hodie non ſit in vſu, talem confeſsionem docet non eſſe conſulendam: & ſi fieri contingat, is, cui fit talis confeſsio,licèt non teneatur eodem vinculo ad ſigillum ſecreti, quo tenetur Sacerdos; obligatur tamen maiori vinculo, quàm ſi illud ſub ſecretò alio quocũque audiret: & ideo grauem culpam committeret, & ſupplicio eſſet dignus, ſi ſecretum illud reuelaret. Et denique idem Sot. loco citato,concluſione 4.in ver.in dubium:inclinat in ſententiam Palud. in 4. diſt.17. q.3. di-
25 centis, quòd laicus abſoluens Sacramentaliter aliquem,efficitur irregularis per,tex.in c.ſi quis

de

de cler.non ordin. miniſtr. vbi iniungitur irregularitatis pœna cuicunque non ordinato, qui Sacramenta ſolemniter adminiſtrat. Quamuis oppoſita ſententia, quã tenet Syl. in ſum. in ver. Confeſſor. 1. & alij, ſit etiam probabilis, cũ nullus irregularitatis pœnam incurrat, niſi ſit in iure expreſſã: vt in c. his qui, de ſent. excomm. lib. 6.

Ex quibus etiam patet quid dicendum ſit ad ea, quæ cumulant Addentes ad Panorm. in d.c. quod non poteſt. de regul. iur. lib. 5. Etenim in primis allegant Gloſ. in d.c. paſtoralis, quæ non docet id, ad quod ipſam allegant: atque adeò non ſolùm non fatetur, laicum poſſe abſoluere pœnitentem, ſed hoc nefas expreſsè negat.

Nec neceſſitas quoad ea, quę ad clericos ſpectant facit licitum laicis, quòd aliàs eſſet illicitum, niſi illud, quod conceſſum eis à iure ſpecificè reperitur, vt ſupra probauimus.

An Clericus ſimplex, atque adeò non Sacerdos abſoluere poſsit excommunicatum vi noſtræ Bullæ in articulo mortis conſtitutum. Q. 6.

SVMMARIVM

1 *Clericum ſimplicem abſoluere poſſe excommunicatum in mortis articulo conſtitutum, qui teneant?*
2 *Clericus adſcribitur in Clericorum numerum, per primæ tonſuræ ſuſceptionem.*
3 *Cenſuras vt quis ferat, & ab eiſdem abſoluat, ſatis eſt, ſi prima tonſura ſit initiatus, & iuriſdictionem habeat.*
4 *Abſolutio ab excommunicatione ſolemnis non poteſt tribui, niſi à Sacerdote.*
5 *Animarum ſalus ab Eccleſia præcipuè intenditur.*
6 *Clericus ſimplex, qui Sacerdos non eſt, etiam ſi ſit Epiſcopi Vicarius non poteſt in articulo mortis à cenſuris in noſtra Bulla contentis abſoluere.*
7 *Abſoluere qui non poteſt a peccatis, nec a cenſuris valet in articulo mortis.*
8 *Excommunicatus, non propter excommunicationem, ſed propter culpam, efficitur gehennæ reus.*
9 *Excommunicatus ſi conteratur, apud Deum a culpa, & ab excommunicatione remanet abſolutus.*
10 *Excommunicatum contritum, Eccleſiæ ſuffragijs frui, etiam ante abſolutionem, qui teneant?*
11 *Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. c. 7. quomodo intelligendum ſit, declaratur.*
12 *Vicarium Epiſcopi, qui Sacerdos non ſit, a noſtræ Bullæ cenſuris abſoluere poſſe in articulo mortis conſtitutum, probabiliter dici poteſt.*

1 IN hac re Vgolin. in explicatione huius §. in ver. *Niſi in articulo mortis*, §. 2. ſub nu. 3. putat huiuſmodi excommunicatum abſolui poſſe non ſolum ab Epiſcopo non conſecrato, ſed tantùm confirmato, inſtituto, aut prouiſo; ſed etiam ab eius Vicario, eſtò quòd Sacerdos non ſit, dummodo ſit Clericus prima ſaltem tonſura initiatus.

Probat ſuam ſententiam: quoniam per primę
2 tonſuræ ſuſceptionem quis adſcribitur in numerum Clericorum, vt in c. cùm contingat, in fin. de ætat. & qualit. Ergo Vicarius Epiſcopi, quamuis non ſit Sacerdos, ſed clericus primæ tonſura dumtaxat initiatus; poteſt abſoluere excommunicatos vi noſtræ Bullæ in mortis articulo conſtitutos.

Etenim, vt quis cenſuras ferat, & ab eiſdem
3 abſoluat, ſatis eſt, vt primam tonſuram habeat cum iuriſdictione: vt latè probat idem Vgol. in ſuo tract. de cenſur. Tab. 1. c. 2. §. 10. nu. 6. & circa abſolutionem facit tex. in c. verbum, de pœn. d. 1. vbi habetur, quod eiuſdem eſt ſoluere, cuius eſt ligare. Iuriſdictionem autem ſupponit eum habere, quia in mortis articulo non eſt caſuum, & cenſurarum reſeruatio, & propterea ſicut eo caſu Epiſcopus abſoluit, vt habetur in c. nuper, & ibi Doctores communiter, de ſent. excommun. etiam ſi nondum ſit conſecratus, ſed ſolùm confirmatus, inſtitutus, vel prouiſus; nam tunc ea, quæ iuriſdictionis ſunt exercere poteſt iuxta Gloſ. communiter receptam in c. trãſmiſſam, de elect. ita etiam eiuſdem Vicarius, quamuis nõ ſit Sacerdos poteſt huiuſmodi excommunicatos abſoluere in tali articulo, tàm ſubditos, quàm ſibi non ſubditos.

Excipit tamen abſolutionem ſolemnem: nam
4 ſolemnis abſolutio non poteſt impendi niſi à Sacerdote. Et eadem ratione excipit quoque abſolutionem à peccatis.

Ex quibus clarè cõſtat Vgol. velle, ſimplicem Clericum, qui Sacerdos non ſit, poſſe abſoluere excommunicatos vi noſtræ Bullæ in mortis articulo, dum opinatur, quòd Vicarius Epiſcopi non Sacerdos poteſt huiuſmodi abſolutionem impendere in tali articulo conſtitutis, ſiuè ipſius ſubditi ſint, ſiuè non: nam reſpectu nõ ſubditorum non differt ab aliis Clericis non Sacerdotibus, & iuriſdictionem non habentibus.

Hanc eandem ſententiam docet idem Vgol.
5 in ſuo tract. de cenſur. tab. 1. c. 4. §. 5. nu. 6. quem refert, & ſequitur Sayr. lib. 2. Theſ. 10. 1. c. 21. ſub n. 2. cum aliis, quos ipſe allegat. Quamuis videãtur loqui de Iudice Eccleſiaſtico, aut Vicario, etiam ſi altetius ſint territorij. Mouentur, quia ſecundum hanc piam ſententiam conſulitur ſaluti animarum, quæ præcipuè ab ipſa Eccleſia intenditur: vt in Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. de caſuum reſeruat. Et ſi interrogata eſſet, an deficiente Sacerdote, qui aliàs poſſet, & debuit abſoluere, ab Eccleſiaſtico iudice alterius Territorij abſolutionem ab excommunicatione impendi poſſe vellet, etiam ſi Sacerdos non eſſet, reſponſuram eſſe, ſe id velle: cum in eodẽ caſu eadem ratio, animarum ſcilicet fauor agatur.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſen-
6 tentiam arbitror probabiliorem eſſe, atq; ideò, nullum, qui Sacerdos non ſit, etiam Epiſcopi Vicarium, abſoluere poſſe noſtræ Bullæ cenſura innodatum, & in articulo mortis conſtitutũ.

Probatur primò, quoniam idcirco in proxi-
7 ma quæſtione excluſimus laicum ab abſolutione cenſurarum in articulo mortis: eo quod huiuſmodi facultas conceditur in illo articulo, vt quis à peccatis abſolui poſſit: quod laicus non poteſt. Ergo eadem ratione dicendum eſt, Clericum non Sacerdotem hac ipſa facultate carere, cùm à peccatis nec ipſe quidem abſoluere nequeat.

Secundò facultas abſoluẽdi in articulo mor-
8 tis conſtitum a quibuſcunque peccatis, & cenſuris conceditur ab Eccleſia, ne ſi ea in tali arti-

culo

culo reſeruata forent, hac ipſa occaſione aliquis pereat: vt habetur in ſupra citato loco Concilij Tridentini, in illis verbis: *Verumtamen piè admodum ne hac ipſa occaſione aliquis pereat*, &c. Sed ſi poteſtas huiuſmodi denegaretur clericis non Sacerdotibus, non propterea hac ipſa occaſione aliquis periret: ergo cum ceſſet dicti Concilij ratio in clericis non Sacerdotibus, ceſſat etiam eiuſdem Concilij diſpoſitio: ar. tex. in l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patron. c. cum ceſſante, de appellat. Maior patet ex dictis, probatur minor: quia cùm clericus non poſſit abſoluere à peccatis; aut excõmunicatus in articulo mortis cõſtitutus permanet in cõtumacia: aut ipſe conteritur. Si primum talis excommucicatus perditur, non obſtante abſolutione ab excommunicatione eidem impenſa: quia non propter excommunicationem, quæ pœna eſt, ſed propter culpam efficitur gehennæ reus. Quod ſi ſecundũ, 9 apud Deum abſolutione non indiget, cùm per contritionem à culpa, & ab excommunicatione ſoluatur. Etenim poteſt, quis excommunicatus eſſe apud Eccleſiam, ſed ſolutus, & in gratia apud Deum.

Imò non deſunt grauiſſimi Doctores, qui di- 10 cant, huiuſmodi excommunicatum frui quoq; generalibus Eccleſiæ ſuffragijs; quia non eſt veriſimile Eccleſiam velle priuare, ſuis ſuffragijs membrum viuum, fide, ac charitate ſibi comiũctum, & obedientem; per quem non ſtat, quominus à cenſura abſoluatur: alias excommunicatio, quantum ad iſtum effectum, eſſet iniuſta, cum pertineat ad ſpirituale detrimẽtum, & ideò durare non debet, niſi quamdiù vera cauſa ex parte hominis durat. Ita Richar. in 4. ſent. d. 18. art. 7. q. 2. Hoſt. in c. cũ voluntate de ſent. excom. Turre crem. in cap. ſi quis Epiſcopus, 11. q. 3. D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 76. Couar. in c. Alma mater. 1. par. §. 6. nu. 4. concl. & Nau. in Man. c. 27. n. 18. & 36. Licet eos non ſequatur Suar. de cenſur. diſput. 9. ſec. 3.

Tertiò, probatur ex Concil. Trid. in d. cap. 7. 11 ſeſſ. 14. vbi poteſtas abſoluendi à peccatis, & à cẽſuris reſeruatis in articulo mortis, videtur reſtringi ad Sacerdotes dumtaxat, ob illa verba, quæ in eo habentur: *Verumtamen piè admodum, ne hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei cuſtodiam ſemper fiat, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis: atque ideo omnes Sacerdotes, quoslibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt.* Vnde, licèt in tali articulo tollatur reſeruatio, id intelligitur quoad omnes Sacerdotes, quorũ Cõcilium meminit; non autem quoad alios, qui Sacerdotes non ſint. Idem colligitur ex tex. in c. fin. de ſepul. Vbi ille excommunicatus præcipitur ſepeliri in cœmeterio, qui per ſuum presbyterum fuit in articulo mortis abſolutus.

Nec valet dicere, quòd in dictis locis mentio fit Sacerdotis, quoniam de miniſtro pœnitentiæ agitur, qui ſolus Sacerdos eſſe poteſt: & in articulo mortis conſtitutus ad confitendũ obligatur: & ideò frequentius Sacerdos accerſitur: eo magis, quia non ita in promptu habetur Vicarius, ſicut Sacerdos: quia licèt verũ ſit, quòd ibi quoque tractatur de miniſtro pœnitentiæ: & quòd facilius habetur in prõptu Sacerdos, quã Vicarius; nõ tamẽ videtur hãc fuiſſe rationem, cur iura illa Sacerdotis meminerint, & non etiã eorum, qui nõ ſunt Sacerdotes; ſed potius, quia reſeruatio ſublata ſit in tali articulo quoad Sacerdotes tãtùm, ne quis hac ipſa occaſione detrimentum animæ ſuæ patiatur: vt ex Concilij verbis colligitur: quæ quidẽ ratio ceſſat in clerico non Sacerdote, qui cùm non poſſit huiuſmodi excommunicatum à peccatis abſoluere, eſtò quòd haberet facultatem abſoluendi conſtitutum in articulo mortis ab excommunicatione, & re ipſa eũdem abſolueret, eiuſdem abſolutio apud Deum nihil operaretur, ſi moreretur impœnitens, quia non obſtãte tali abſolutione, adhuc damnaretur. Et ſi non abſoluatur, & decedat in gratia, abſolutus eſt, quoad Deum, ab excommunicatione, & culpa, vt ſupra annotauimus. Videtur igitur probabilius dicendum, clericum, qui Sacerdos non ſit, non habere facultatem abſoluendi in articulo mortis conſtitutum ab excommunicatione reſeruata; atque ideò à cenſuris in noſtra Bulla contentis.

Et hanc ſententiã tenet in vniuerſum, quoad omnes cenſuras reſeruatas, excepto mortis articulo, Suar. in ſuo tract. de cenſur. Eccl. diſput. 7. ſec. 6. nu. 10. quoniam iura, quæ de hac conceſſione pro articulo mortis loquũtur, ſemper nominant Sacerdotem. Et conſuetudo ſolùm videtur eſſe de Sacerdotibus. Atque ita videntur loqui, & ſentire Nau. Couar. Sot. & alij, qui volunt illi tantùm commiſſam eſſe in tali articulo abſolutionem à cenſura, cui abſolutio commiſſa eſt à peccatis. Hanc eandem ſententiam probabiliorem eſſe docet Sanchez lib. 2. Decal. c. 53. n. 53. cum alijs quos allegat.

Dixi probabilius, quia oppoſita ſentẽtia non 12 eſt improbabilis, quoad Vicarium maximè, ſibi ſubditum abſoluentem, ſi ſupponatur reſeruationem fuiſſe ſimpliciter ſublatam in articulo mortis, & æquè principaliter, tàm reſpectu peccatorum, quàm cenſurarũ, vt ipſe Vgol. opinatur: & non potius excommunicationis propter culpam, & ſic huius propter illã, vbi opus fuerit, iuxta Sayr. reſponſionẽ lib. 2. Theſ. tom. 5. c. 25. nu. 3 Eo magis, quia hæc opinio habet multos Doctores graues pro ſe, vt refert Sanchez loco citato: & huiuſmodi abſolutio nunquam poterit obeſſe, ſed prodeſſe potius, vt ita à ſimplici clerico abſolutus tuta conſcientia ſepeliri poſſit in loco Sacro; valeatque pro eo offerri ſacrificia.

Non tamen ipſi Sanchez probatur id, quod Enriquez inquit lib. 6. de pœnit. c. 9 nu. 3. nempè prodeſſe huiuſmodi excommunicato abſolutionem, vt poſt mortẽ poſſit ille à quouis Sacerdote ab ijs cenſurĩs abſolui: cum tamen alias non poſſet, ſi eſſet excommunicatio reſeruata, ſed à ſolo ſuperiore, cui reſeruata erat, eſt abſolutio illa impetranda, iuxta tex. in c. à nobis, il 2. de ſent. excomm. Reprobatur inquam à Sanchez hoc, quod Enriquez ait: nam ſi valuit abſolutio, fruſtra deſideratur alia. Et ſi non valuit, ea nullum ius abſoluendi Sacerdoti præbet.

Ad contrarium igitur ex veriſimili, ſeù implicita Eccleſiæ voluntate, patet reſpõſio: quoniam ratio, quæ militat in Sacerdote, non militat in clerico: nam reſeruatio cenſurarum, & peccatorũ, quoad Sacerdotes in mortis articulo, tendit in detrimentum animarum: eo quòd poteſt eſſe, vt frequenter euenit, vt quis in tali

articulo attritionem habeat, propter quã, mediante Sacramento pœnitentiæ efficitur contritus, & Dei amicus, qualis non fieret si confiteri non posset non habens confessarium, qui à reseruatis culpis eũ absoluat. At Clericus non Sacerdos, cùm non posit à peccatis absoluere, cẽsurarum reseruatio quoad eum, parum aut nullum essentiale saltem, & æternum detrimentum afferre potest excommunicatis, de quibus agitur, per ea, quæ supra diximus; ficut si facultatẽ haberet eos absoluendi, & de facto absolueret, parum vtilitatis eisdem impenderet: quo circa non est ita de facili præsumendum, quòd si Ecclesia interrogata esset, respõdisset se hanc potestatem tribuere velle etiam non Sacerdoti, in defectum illius, qui aliàs posset absoluere.

Est igitur probabilior sententia eorũ, qui volunt hanc facultatem solis Sacerdotibus fuisse tributã in defectũ superioris, cui casus, & cẽsuræ reseruantur, aut in defectum Sacerdotis approbati, si simplex tantùm Sacerdos adsit.

An Sacerdos, qui in defectum Superioris, cui casus est reseruatus, cœpit excommunicati confessionem audire in articulo mortis constituti, si Superior superueniat, possit ipse Sacerdos Sacramentũ perficere. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos, qui in defectum Superioris cœpit audire confessionem constituti in mortis articulo, si Superior superueniat, cui casus est reseruatus, potest Sacramentum perficere, audita illius integra peccatorum confessione.*

2 *Delegantis morte, non expirat iurisdictio Delegati, coram quo lis erat contestata, atque adeo cœpta.*

3 *Lis cœpta, licèt de iure ciuili dicatur per litis contestationem; de iure tamen canonico dicitur etiam cœpta per solam citationem.*

4 *Pœnitentiæ Sacramentum, est institutum per modum iudicij, itaut Confessarius verè dicatur Iudex.*

5 *Licentiam habentes audiendi confessiones ad tempus, eo transacto secundum aliquos possunt confessionem cœptam intra tempus præfixum audire, & Sacramentum complere.*

6 *Sacerdos quilibet iurisdictionem habet in peccata venialia.*

7 *Sacerdos, qui in defectum Superioris confessionem in mortis articulo constituti cœpit audire, superueniente Superiore, potest Sacramentum prosequi, etiam si pœnitens fuerit in confessione mentitus, & propterea inualidè absolutus.*

8 *Pœna sunt, non esse, & inutile esse.*

9 *Licentia obtenta a Parocho assistendi alicui Matrimonio, non expirat, eo irrito existente.*

10 *Sacerdos, qui in defectum Superioris audiuit confessionem constituti in articulo mortis, eidemque absolutionem tribuit, superueniente Superiore, cui casus est reseruatus, non potest peccata oblita eiusdem pœnitentis audire, sed id ad Superiorem pertinet.*

11 *Sacerdos, qui in articulo mortis constitutum à reseruatis absolut, superueniente Superiore cui competit casuum reseruatio, non potest eundem pœnitentem audire, & ipsum absoluere à peccatis, quæ confiteri non potuit.*

12 *Sacerdos, si cœperit audire confessionem constituti in mortis articulo, superueniente superiore, cui est casus reseruatus, excommunicationem habens annexam, tunc ad superiorem spectat absolutio ab excommunicatione: & deinde ad Sacerdotem à peccatis.*

13 *Sacerdos, qui cœpit audire confessionem existentis in mortis articulo, si superueniat superior, cui casus est reseruatus, habens excommunicationem annexam, & hic nolit illum ab excommunicatione absoluere, nisi præmissa sibi integra peccatorum confessione, tunc Sacerdos ipse potest eum absoluere; nisi Superior sit Romanus Pontifex.*

IN hac difficultate Zambran. de casib. artic. mortis c. 4. dub. 5. nu. 4. quem refert Sanchez lib. 2. Decal. c. 13. sub nu. 15. licèt teneat partem affirmatiuam; nihilominus eam limitat, dummodò post absolutionem impensam ab huiusmodi Sacerdote, absolutus confiteatur aliquod veniale legitimo confessori, qui superuenit, cũ nouo dolore, vt ab eo denuo absoluatur. Mouetur ex eo, quia in eo cœtu articuli mortis tenetur quispiam tutiorem partem eligere; nam ipsemet arbitratur ibidem nu. 5. satis probabile esse cessare iurisdictionem illius simplicis Sacerdotis per aduentum legitimi. Sicut etiam Ledesma in sum. Sacramen. de pœnit. c. 12. post 5. concl. inter dubia, quæ mouet circa licentias audiendi confessiones, ab Episcopo concessas dub. 2. fol. 539. putat satis probabile esse, facultatem ad tempus concessam audiendi confessiones, eo elapso, expirare etiam quoad confessiones cœptas.

Secunda sententia, quæ nobis magis probatur, 1 est Sãchez loco citato, & aliorum, quos ipse allegat, partem affirmatiuam sine supradicta limitatione docentium, ita vt si, deficiẽte Sacerdote approbato, simplex confessionẽ cõstituti in articulo, aut periculo mortis, audire cœpit: vel Inferior approbatus in defectũ Superioris, cui casus est reseruatus, & ante absolutionẽ superueniat legitimus confessarius, vel Superior, possit prior absolutionem impendere, & Sacramentum perficere, audita integra peccatorum confessione huiusmodi pœnitentis.

Probatur hæc sententia ex tex. in c. relatum, 2 de offic. Deleg. vbi habetur, quòd morte Delegantis non expirat iurisdictio Delegati, coram quo lis erat cõtestata, atque ideò cepta; quia, vt ait ibi Glo. lis nõ dicitur cepta, nisi per litis contestationem de iure ciuili; licèt de iure canonico per solam citationem: vt in c. gratum, eo. tit. 3 Si igitur non expirat iurisdictio Delegati per mortem Delegãtis, eorũ quo lis erat cœpta: ergo nec expirat iurisdictio Sacerdotis, de quo agitur, qui cœpit exercere iudicium Sacramentale, per aduentum Superioris: quoniam militat eadem ratio in vtroque casu, tum quia Sacramentum pœnitẽtiæ est institutum per modũ Iudicij, & Confessarius verè dicitur Iudex, 4 vt in c. verbum, de pœn. d. 1. tum etiam, quia iurisdictio prædicti Sacerdotis, est delegata: vt probat Alter. in tract. de censur. lib. 1. disp 6. c. 6. col. 6. in ver. Ex his primò, Si ergo militat eadem ratio, eadem quoque militat iuris dispositio, l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Confirmatur, quoniam aliàs grauissimum esset onus constituto in articulo mortis, si in tali euen-

euentu oporteret eum confeſſionem legitimè cæptam repetere,cùm in eo ſtatu reperiatur,vt vix poſſit vni propria peccata operire.

Denique non deſunt Doctores, qui velint,
5 valde probabile eſſe, habentem licentiam audiendi confeſſiones ad tempus,poſſe,eo tranſacto, proſequi confeſsionem antea cęptam; vt habetur ex Ledeſm.loco citato: ergo hoc idem multò magis dicendum eſt in caſu, de quo agitur, in quo abſoluta conceditur facultas cuilibet Sacerdoti in defectum legitimi Confeſſoris: nec aliquo iure cauetur, vt in tali euentu duret facultas Confeſſarij, donec veniat Confeſſarius legitimus.

Vnde his rationibus ſic ſtantibus, negamus
6 neceſſariam eſſe confeſsionem illam alicuius peccati venialis legitimo Cõfeſſario,quam exigit Zambran.tum quia omnes ferè cum mortalibus confitentur etiam aliqua venialia: & propterea reſpectu venialium, eſt omnino tuta,& certa abſolutio ſimplicis Sacerdotis, quoniam quilibet Sacerdos in venialia iuriſdictionẽ habet:& quamuis careat ille iuriſdictione in mortalia, ea nihilominus indirectè, & per accidens virtute illius abſolutionis remittuntur: & ideò excuſabitur pœnitẽs ab eis iterũ confitendis, ratione iuſtæ ignorantię, ſi probabiliter putabat, illius Sacerdotis iuriſdictionem verã eſſe,iuxta ea,quæ docet idem Sanchez lib.3.Decal.cap.9. num.35.in fine. Tum etiam,quia videtur certa iuriſdictio ſimplicis Sacerdotis in hoc caſu: quoniam,vt ait idem Sanchez in d.c.13.nu.15. lib.2.Decal.caſus propoſitus à Ledeſma eſt valdè diuerſus. Etenim ſimplici Sacerdoti in articulo mortis non conceditur iuriſdictio ad tẽpus,donec veniat legitimus cõfeſſarius, ſed abſolutè, deficiente legitimo. Et conceſsio aliter facta, eſſet à ratione, & ab Eccleſiæ pietate ſatis aliena, cùm in tantis anguſtijs conſtitutũ obligaret ad bis fatendum.

Concluditur igitur, ſimplicem Sacerdotem in caſu,de quo agitur, poſſe ſimpliciter audire cõfeſsionem cæptã conſtituti in articulo mortis,& Sacramentum pœnitẽtiæ perficere etiam ſi poſt cæptam confeſsionem,& adhuc non cõpletam legitimus confeſſarius ſuperueniat. Et hanc ſententiam tenet etiam Enriquez lib.6.de pœnit.c.15.nu.8.

Ampliatur dicta concluſio,vt locum ſibi vẽ-
7 dicet, etiam ſi pœnitens in mortis articulo Sacerdoti ſimplici fuerit in ea confeſsione mentitus,& propterea inualidè abſolutus: nam ſi ſuperueniat legitimus cõfeſſarius, adhuc ſatis eſt ſi mendacium illud ſimplici Sacerdoti aperiat, & ab eo iterum abſoluatur: quia is iuriſdictionem habuit ad priorem illam confeſsionem, & abſolutio,dum inualidè fuerit impenſa,non cẽ-
8 ſetur completa:nam paria ſunt aliquid non eſſe,& inutile eſſe:non fieri,& inualidè fieri.

Hac eadem ratione licentia à Parocho obtẽ-
9 ta aſſiſtẽdi alicui matrimonio,non expirat, matrimonio illo irrito exiſtente. Ita Sanchez loco proximè citato,nu.16. Vbi pro hac re adducit quoque ea,quę habentur per Tiraq.in l.boues, § hoc ſermone,lim.3.nu.1. & ſeq. ff.de verb.ſignif.dum probat,conceſsionẽ ſimpliciter prolatam non finiri primo actu irrito,& lim.21.nu. 4.multis etiam oſtendit, poteſtatem delegatam non extingui primo actu,quãdo delegatus inutiliter circa culpam per errorem pronunciauit.

Sic ampliata limitatur primò eadẽ cõcluſio,
10 vt locum ſibi nõ vẽdicet,quoad peccata oblita: Vnde ſi ſimplex Sacerdos in mortis articulo abſolutionem à peccatis iam impenderat, non poterit deinde ſuperueniente legitimo confeſſario audire peccata oblita in tali articulo cõſtituti;ſed ea legitimo cõfeſſario ſuperuenienti manifeſtanda ſunt, eum ſit noua confeſsio, & à ſuperiore independens.Ita cum Zambran. in d. dub.5.n.2.& Suar.de pœn.diſp.23.ſec.1.nu.2. in fin.dicit Sanchez loco citato, ſub nu.15. in fin.
15 Vbi idẽ iudicium eſſe ait de peccatis,quæ huiuſmodi conſtitutus non potuit tunc confiteri, vel exiſtimatum eſt eum non poſſe, & propterea à reliquis fuit abſolutus:nam peccata illa,ſicut oblita, ſuperuenienti legitimo confeſſario ſunt aperienda, eum ſit noua confeſsio, & à ſuperiore independens.

Secũdò limitatur hæc ipſa concluſio,vt vera
12 ſit quoad peccata reſeruata, quæ excõmunicationem non habent annexam: nam ſimplex Sacerdos ſi cęperit audire cõfeſsionem in articulo mortis conſtituti. qui caſum reſeruatum habeat,excommunicationem habentẽ adiũctam, prout ſunt omnes caſus,noſtrę Bullę,& alij Romano Pontifici reſeruati, tũc ſi ante abſolutionem ſuperueniat Superior, cui excõmunicatio ſit reſeruata,nõ poteſt abſoluere ab illa excommunicatione; ſed ipſius abſolutio à ſuperiore ſuperuenienti eſt impendenda:& deinde Sacerdos ille ſiuè ſimplex ſit, ſiuè expoſitus, ſeù approbatus,à peccatis poteſt abſoluere.

Et rationem hanc eſſe, inquit ibi Sanchez, quia Cõfeſſarius tenetur huiuſmodi pœnitenti id onus iniungere,vt quàm primum commodè poſsit,ſe legitimo Superiori præſentet:& propterea facultas abſoluendi à dicta excommunicatione,non alia ratione conceditur, niſi quia tẽpore quo præſtanda eſt, abeſt ſuperior. Ergo dum præſens eſt,& commodè poteſt pœnitens eidem ſe præſentare,proculdubio tenetur. Eo magis, quoniam id non eſt oneris pœnitenti, cùm non teneatur peccata repetere.

Quòd ſi ſuperior ille nollet abſoluere ab ex-
13 communicatione, niſi integra ſibi cõfeſsio repeteretur,tũc arbitratur Sanchez,priorem Sacerdotẽ poſſe abſoluere, ſi ſuperior ille ſit Romano Pontifice inferior:quia nõ poſſet iuriſdictionem perficiendæ confeſsionis in illo articulo cęptę conceſſam cuilibet Sacerdoti,reuocare aut limitare: alias iuriſdictio Sacerdoti, cui pœnitens confiteri cępit,eſſet incerta,& pendẽs ex futuro euentu,nempè ex voluntate ſuperioris ſuperuenientis:quod videtur abſurdum.

An impediti, extra mortis articulum abſolui poſſint per alium,quàm per Romanũ Pontificem à caſibus,& cenſuris in noſtra Bulla reſeruatis. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Impediti dicuntur, qui iuſto aliquo impedimento detẽti, Apoſtolico ſe nequeunt conſpectui præſentare.*

2 *Impediti legitimè, quibus ex cauſis dicantur, declarantur.*

3 *Exceptio, firmat regulam in contrarium.*

4 *Legatus Apoſtolicæ Sedis, ex omnibus cenſuris Romano Pontifici reſeruatis, ab illa tantùm abſoluit, quæ cõtrahitur ob Clerici percuſſionem.*

5 *Hæreſis caſus adeò ſpecialem habet reſeruationem, vt non comprehendatur ſub generali facultate conceſſa, abſoluendi à caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ, & ab aliis Romano Pontifici reſeruatis.*

6 *Hæreſis caſum, quando Romanus Pontifex vult alicui concedere, vt ab eo abſoluat, eum exprimit, etiam poſt vniuerſalem conceſſionem caſuum, & cẽſurarum, quæ in Bulla cœnæ continentur.*

7 *Hæreſis, quamuis occulta, non comprehenditur ſub vniuerſali facultate abſoluendi a caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ, & aliis Romano Pontifici reſeruatis.*

8 *Legentes hæreticorum libros, tenentes, receptatores, &c. comprehenduntur ſub generali facultate abſoluendi a caſibus in Bulla cœnæ contentis, dummodo huiuſmodi perſonæ non ſint formaliter hæreticæ.*

9 *Impediti, quamuis excommunicati ſint ob aliam cauſam, quam ob clerici percuſſionem: poſſunt tamen abſolui, etiam extra mortis articulum ab eorum cenſuris, & caſibus reſeruatis per alium, quam per Romanum Pontificem, ſeù per eum, ad quem iure ordinario abſolutio pertinet.*

10 *Lex generaliter loquens generaliter debet intelligi: & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

11 *Impediti, cur ab alio, quam per eum, ad quem iure ordinario abſolutio pertinet abſolui poſſint, ratio aſſignatur.*

12 *Impediti, poſſunt ab inferiori a cenſuris reſeruatis abſolui, ſiue a iure ſint, ſiue ab homine.*

13 *Impediti poſſunt abſolui per alium. quam per Romanum Pontificem, etiam a cenſuris in Bulla cœnæ reſeruatis.*

14 *Vbi militat eadem ratio, eadem militat iuris diſpoſitio.*

15 *Lex, quando duo æquiparat, quod de vno ſtatuit, de alio ſtatuiſſe cenſetur; etiam ſi agatur de materia ſorrectoria.*

16 *Ad impoſſibile nemo tenetur.*

17 *Mortis articulus excipitur in omnibus caſibus, & cenſuris Apoſtolicæ, Sedi reſeruatis.*

18 *Impediti poſſunt abſolui non ſolum a caſibus, & cenſuris Bullæ cœnæ, ſed etiam ab aliis quinque caſibus reſeruatis vi decreti Clemen. VIII. eiuſdemque moderatione, ac innouatione.*

19 *Impediti, non ſolùm de iure antiquo, ſed etiam de iure nouo abſolui poſſunt a reſeruatis per alium, quam per eum, ad quem iure ordinario abſolutio pertinet.*

20 *Impediti, abſolui poſſunt à reſeruatis per alium, &c. ſiue impedimentum perpetuum ſit, ſiue temporale.*

21 *Impediti, abſolui poſſunt a reſeruatis per inferiorem: nec ad ſuperiorem tenentur procuratorem mittere, aut nuncium, qui eorum nomine vices gerat ad impetrandam abſolutionem.*

22 *Impediti abſolui poſſunt per alium, quàm per Romanum Pontificem a caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis tantùm: ſecus autem, ſi reſeruati ſint inferioribus Prælatis.*

23 *Impediti tunc abſolui poſſunt per alium, quam per Romanum Pontificem a caſibus ipſi Pontifici reſeruatis, quando impedimentum eſt iuſtum: alias ſecus.*

24 *Impedimentum iuſtum, quod nam ſit, declaratur.*

25 *Impediti, an, & quando legitimè dicantur ob cauſam paupertatis, explicatur.*

26 *Impedimentum legitimum dicitur capitalis inimicitia, & quodlibet aliud ration bile periculum.*

27 *Impedimentum, ſi pro certo ſcitur breui tempore eſſe duraturum, non eſt legitimum: ſecus autem, ſi dubitetur.*

28 *Sacerdotes ad confeſſiones audiendas approbati quicunque ſint, extra mortis articulum non poſſunt abſoluere impeditos a caſibus, & cenſuris Bullæ cœnæ, & ab aliis Apoſtolicæ Sedi, & locorum ordinarij reſeruatis.*

29 *Sacerdotes ad confeſſiones audiendas deputati, ſiue ſæculares ſint, ſiue Regulares cuiuſcunque ordinis, non poſſunt impeditos abſoluere a cenſuris Apoſtolicæ Sedi reſeruatis extra mortis articulum.*

30 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*

31 *Sacerdotes per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentes, non poſſunt abſoluere impeditos extra mortis articulum a reſeruatis in decreto Clemen. VIII. non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis.*

32 *Sacerdotes ad audiendas confeſſiones deputati, non poſſunt impeditos a caſibus, & cenſuris in decreto Clemen. VIII. contentis abſoluere: atque adeo a cenſuris in Bulla cœnæ reſeruatis, extra mortis articulum, ſiue clarè, ſiue dubiè in eo contineantur.*

33 *Sacerdotes extra Italiam degentes ſi priuilegium habeant abſoluendi a caſibus & cenſuris Bullæ cœnæ, & ab aliis Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, poſſunt abſoluere impeditos a dictis caſibus, & cenſuris, etiam extra mortis articulum.*

34 *Decretum Clemen. VIII. reuocat priuilegia abſoluendi a caſibus, & cenſuris in eo recenſitis quoad Sacerdotes extra Vrbem per vniuerſam Italiam degentes, dumtaxat non quoad exiſtentes extra Italiam.*

35 *Sacerdotes etiam intra Italiam degentes, ſi de nouo concedatur eis facultas abſoluendi a caſibus, & cenſuris in decreto Clemen. VIII. recenſitis, poſſunt abſoluere impeditos extra mortis articulum, non obſtante dicto decreto.*

36 *Sacerdotes intra Italiam commorantes, ſi priuilegium de nouo habeant abſoluendi a caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ contentis, abſoluere poſſunt impeditos extra mortis articulum, non obſtante dicta Bulla reuocante priuilegia conceſſa, & concedenda.*

37 *Sacerdotes intra Italiam abſoluere poſſunt impeditos a caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ, & in decreto Clemen. VIII. reſeruatis, etiam extra mortis articulum, ſi priuilegium habeant abſoluendi a dictis caſibus in indultum: etiam ſi tale priuilegium habeant antequam dictum decretum fuiſſet editum.*

38 *Impediti regulariter a ſolo Epiſcopo abſolui poſſunt extra mortis articulum à caſibus, & cenſuris Apoſtolicæ Sedi reſeruatis.*

39 *Abſolutionem a cenſura, vbi Romanus Pontifex ſibi non reſeruat, cenſetur Epiſcopo relaxare.*

40 *Epiſcopi, non ſolùm de iure antiquo, ſed etiam de iure nouo, non obſtante decreto Clemen. VIII. eiuſdemque moderatione, & innouatione, poſſunt abſoluere impeditos extra mortis articulum à caſibus, & cenſuris Apoſtolicæ Sedi etiam in Bulla cœnæ reſeruatis.*

41 *Decretum Clemen VIII. non reuocat facultatem, quam de iure habent Epiſcopi abſoluendi impeditos extra mortis articulum à caſibus, & cenſuris Apoſtolicæ Sedi reſeruatis.*

42 *Epiſcopi abſoluere poſſunt impeditos à caſibus Romano Pontifici reſeruatis, extra mortis articulum, ſiue extra Italiam, ſiue in Italia commorentur.*

43 *Epiſcopi ad confeſſiones audiendas non approbantur: ſed ea ex vi numeris eis competit.*

44 *Epiſcopi facultatem habent abſoluendi impeditos a reſer-*

reſeruatis Papæ, tàm in exteriori, quam in interiori foro.

45 *Epiſcopi extra mortis articulum abſoluere poſſunt impeditos, etiam à crimine hæreſis.*

46 *Epiſcopi, quoad forum exterius poſſunt abſoluere quoſcunque hæreticos, etiam non impeditos in propria diœceſi: & tunc hæretici remanent abſoluti, etiam quoad forum interius.*

47 *Epiſcopi poſſunt abſoluere impeditos à reſeruatis extra mortis articulum, etiam ſi tantùm electi ſint, & confirmati, & quamuis non ſint conſecrati, ac Sacerdotes.*

48 *Epiſcopus electus, & confirmatus, dicitur abſolutè Epiſcopus, quoad actus iuriſdictionis.*

49 *Epiſcopus poteſt in abſentia ſubditum abſoluere à qualibet reſeruata cenſura, qua ſublata poteſt quilibet confeſſarius à peccato abſoluere.*

50 *Epiſcopus non Sacerdos poteſt impeditos à reſeruatis abſoluere, etiam in foro conſcientiæ: non tamen audita confeſſione Sacramentali.*

51 *Abſolutio in foro conſcientiæ id tantùm importat, vt ea non proſit pro foro externo.*

52 *Capitulum, ſede vacante, Abbates, & alios Prælatos habentes diœceſim, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poſſe abſoluere impeditos extra mortis articulum à reſeruatis, probabiliter eſt dicendum.*

53 *Impediti extra mortis articulum, an, & quando à ſimplici Sacerdote abſolui poſſint.*

54 *Impediti, extra mortis articulum abſolui poſſunt à reſeruatis à proprio tantùm Epiſcopo: ſecus autem ab alieno.*

55 *Impediti non poſſunt abſolui ab Epiſcopis titularibus, non habentibus ſubditos, aut ab Abbatibus, qui diœceſim non habent etiam ſi Regulares ſint, & Epiſcopalis iuriſdictione potiantur.*

56 *Impediti tunc abſolui poſſunt ab Epiſcopo à reſeruatis Papæ, quando non poſſunt adire eius Legatum: aliàs ſecus. Quod verum putamus, vbi agitur de abſolutione ab excommunicatione ob clerici percuſſionem.*

57 *Impediti, cur abſolui poſſint ab hæreſi, non obſtante ſtrictiſſima ipſius reſeruatione.*

58 *Hæreſis non comprehenditur ſub generali conceſſione abſoluendi à cenſuris Bullæ cœnæ ſimpliciter: ſecus ſi cum reincidentia: & ratio differentiæ aſſignatur.*

59 *Abſoluto cum reincidentia, licet regulariter ab eo dari poſſit, qui poteſt abſoluere ſimpliciter; id tamen limitatur in multis caſibus.*

AD tituli explicationem eſt annot. quòd per
1 impeditos, in hac quæſtione intelligimus eos, qui iuſto aliquo impedimẽto detenti, Apoſtolico ſe nequeunt conſpectui præſentare.

Id autem prouenit, vt colligitur ex c. 1. c. mulieres, c. ea noſcitur, c. quamuis, c. quod de his, &
2 c. de cætero, de ſent. excommunic. Primò, ratione ætatis, vt ſunt impuberes. Secundò, ratione ſexus, vt ſunt mulieres. Tertiò, ratione imbecillitatis, vt ſunt ſenes, valetudinarij, membrorum deſtituti, & alij, qui magnæ ſunt potentiæ, & ita delicati, quod laborem veniendi ad Sedẽ Apoſtolicam nequeũt ſuſtinere. Quartò, ex defectu libertatis, vt ſint ſerui, carcerati, & his ſimiles: non tamen filij familias, niſi ſint impuberes: vt per Gloſ. in d. c. mulieres, in ver. Sui iuris. Quintò, ratione paupertatis, vt ſi tanta ſit, vt excommunicatus non niſi mendicando Romam venire poſſit, cùm aliàs mendicare non fuerit ſolitus. Sextò, ratione cuiuslibet canonici impedimenti, quod conſiſtit in qualibet alia rationabili cauſa: vt ſubuenire parentũ grauiter indigẽti, vxorẽ alere, vel filios: exercere aliquod munus publicum, ratione officij, quod gerit, quod ſine graui detrimento, vel communi, vel priuato deſerere non poteſt, vt benè declarat Alter. in explicat. huius §. col. 11. & 12.

De his igitur quæritur, an ſi inciderint in caſus, & cenſuras noſtræ Bullæ, poſſint extra mortis articulum per alium ab eiſdem abſolui quã per Romanum Pontificem.

In hac difficultate, quinque ſunt opiniones. Nam prima ſententia eſt Innoc. in c. quamuis, de ſent. excõmunic. dicentis, impeditos huiuſmodi non poſſe abſolui à caſibus, & cenſuris reſeruatis, extra mortis articulum per aliũ, quam per eũ, ad quem iure ordinario abſolutio pertinet, niſi excommunicati ſint ob clerici percuſſionem. Vnde ex eo clarè colligitur, vt noſtræ Bullæ excõmunicatos extra mortis articulum non poſſe abſolui per alium, quàm per Romanum Pontificem, aut eiuſdem ſpecialiter delegatum, etiam ſi aliquo ex ſupradictis modis eſſent impediti. Hanc eandem opinionem tenet Panor. ſibi contrarius in d. c. Quãuis, n. 3. quam dicit eſſe communem, & valdè ootandum in practica. Idẽ docet Anton. ibidem, & alij, quos refert Sanchez lib. 2. Decal. c. 13. ſub n. 37.

Moueotur ex eo, quòd in excõmunicato ob
3 Clerici percuſſionem, id tãtùm permiſſum reperitur in c. de cætero, c. ea noſcitur, & c. quãuis, de ſent. excommunic. Ergo ſecus dicendum eſt de alijs excommunicatis, vt licèt impediti ſint; nihilominus extra mortis articulum abſolui non poſſint à caſibus, & cenſuris reſeruatis ab alio quàm ab eo, ad quem iure ordinario abſolutio pertinet. Etenim exceptio firmat regulam incontrarium: ar. tex. in l. nam quod liquidæ, §. fin. ff. de pœn. leg. Et incluſio vnius eſt excluſio alterius. c. nooc, de præſumpt. & l. cùm Prætor, ff. de iudic.

Seconda ſententia eſt Panorm. ſibi contrarij in c. de cætero, num. 5. de ſent. excom. Felin. in c. quamuis, in fine eod. tit. Nau. in ſom. cap. 27. nu. 89. & aliorum in vniuerſum docentium, iuſtè impeditos poſſe abſolui extra mortis articulum ab alio, quàm à Romano Pontifice, ab omnibus caſibus, & cenſuris eidem reſeruatis, ſiuè iuris ſint, ſiuè ab homine.

Probatur hæc opinio ex tex. in c. eos, de ſent. excommun. in ſexto. Vbi Bonifacius VIII. generaliter loquens de excommunicatis ob quãcumque cauſam, ſiuè ſententia ſit canonis, ſiuè hominis, qui ob legitimum impedimentũ, cum ad eum, à quo aliàs de iure fuerant abſoluendi recurſum habere nequeant, ab alio abſoluũtur: ſic ait: *Eos qui a ſententia canonis, vel hominis, cum ad illum, à quo aliàs de iure fuerant abſoluendi, nequeunt propter imminentis mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum pro abſolutionis beneficio habere recurſum, ab alio abſoluuntur: ſi ceſſante poſtea periculo, vel impedimento &c.* Et ita cũ ceſſante impedimẽto taliter impediri poſt abſolutionem habitam ab inferiori, reincidant in excommunicationem, non comparentes coram ſuperiore, clarè conſtat abſolutionem impenſam fuiſſe validam; & tamen in eo tex. tractatur de excõmunicatis in

genere siuè à canone, siuè à iure, nec potius ob clerici percussionem, quàm ob aliud crimen. Ergo impediti simpliciter, & in vniuersum possunt absolui à casibus, & censuris Apostolicæ Sedi reseruatis per alium, quàm per Romanum Pontificem.

Hanc eandem sententiam confirmat Felin. per tex. in c.ea noscitur, & c. quod de his, de sent.excomm. in quibus iuribus habetur, quòd excommunicatus extra mortis articulum constitutus, impeditus, quo minus ad Superiorem se conferat, ad quem iure ordinario pertinet ipsius excommunicationis absolutio, ab inferiori absolui potest; & tamen ibi specialiter non agitur de excõmunicato ob clerici percussionem, sed generaliter de excõmunicato pro quocunque crimine: ergo impediti omnes absolui possunt à reseruatis Apostolicæ Sedi quibuscũque per alium, quàm per Romanum Pontificem.

Sed re vera ex dictis iuribus, in quibus fũda-
4 tur ipse Felin. id quod probare intendit nõ colligitur, vt benè aduertit hoc loco Vgol. in ver. *Nisi in mortis articulo*, §.4. nam illis locis de excõmunicato ob clerici percussionem agitur: eo quòd in d.c. quod de his, & c.ea noscitur, Romanus Pontifex, impeditos, qui non possunt ipsum Pontificem, vel eiusdem Legatum adire, statuit esse ab inferiore absoluendos; sed Sedis Apostolicæ Legatus ex omnibus censuris Papę reseruatis, ab illa tantùm absoluit, quæ contrahitur ob clerici percussionẽ, vt in c. quoad trãslationem de offic. Leg. & ibi Panor. & alij: ergo de illa excõmunicatione in dictis iuribus tractatur, & si de tali censura nõ fiat specialis mentio.

Confirmatur, quoniam huic interpretationi fauent dictorum iurium summaria: etenim tex. in d.c.ea noscitur, sic summatur: *Excommunicatus per canonem, si quis suadente, sit diues, vel pauper, per Papam absoluendus est, vel eius legatum: fallit in muliere, sene, infirmo, vel mutilato: qui per Episcopum absolui possunt.* Et summarium d.c. quod de his, sic se habet. *Excõmunicatus propter iniectionem manuum in clericum, impeditus ire ad Curiam potest ab Inferiore absolui: sed impedimento cessante, tenetur Curiam visitare, suscepturus mandatum Apostolicum.* Non igitur dicta iura probant prædictam Felin. & aliorum sententiam; sed potius eorũ opinio probari videtur ex tex. in d.c.eos, de sent. excommun. in sexto, quamuis Glos. ponat etiam ibi casum in excommunicato ob clerici percussionem.

Tertia sententia est Syl. in sum. in ver. Absolutio, 4.q.4. in fine, & in ver. excommunicatio 8. q.8. inhærentis proximè relatæ opinioni Felin. Nau. & aliorum; sed excipientis ab hac regula casus in Bulla cœnę Domini, & omnes alios casus, in quibus nemo potest absoluere, præterquàm in articulo mortis. Pro qua opinione videtur facere Concil. Trid. sess. 14. c.7. vbi postquam declarauit in articulo mortis, omnes Sacerdotes, quoslibet pœnitentes a quibusuis peccatis, & censuris absoluere posse, subdit: *Extra quem articulum, Sacerdotes, cum nihil possint in casibus reseruatis, id vnũ pœnitentibus persuadere nitantur, vt ad Superiores, & legitimos Iudices pro beneficio absolutionis accedant.* Ergo extra mortis articulum, nullus Sacerdos potest à reseruatis absoluere quauis necessitate, & impedimento occurrentibus: quia, vt inquit idem Concilium, Inferior extra articulum mortis caret iurisdictione, quæ necessariò exigitur ad absolutionem impendendam. Et quamuis Concilium indefinitè loquatur de casibus, & censuris reseruatis, tamen videtur intelligi de Pontificijs, in quibus omnibus cum reseruantur, solet apponi exceptio articuli mortis: vt habetur ex Alter. in explicat. huius. §.col.11. in ver. *Nisi in mortis articulo.*

Quarta sententia est Vgol. hoc eodem loco in ver. *Nisi in mortis articulo*, §.4. ibi, Hæc locum habent: & in ver. *Nec etiam tunc*, §.1. in fin. dicentis, quòd licèt de iure communi antiquo excõmunicati antiqui poterant absolui à quibusuis casibus, & censuris etiam in Bulla cœnæ reseruatis, hodie tamen per Decretum Congregationis Cardinalium, editũ sub Clem. VIII. die 9. mensis Ianuarij 1601. quod incipit: Sacra Cõgregatio, & idem refert ipse Vgol. de verbo ad verbum in prin. nostri §. sub nu.5. & nos etiam supra retulimus, q.1. vna cum ipsius declaratione, & moderatione facta ab eodem Pontifice die 26. Nouembris 1602. innouatione, & confirmatione nouissimè habita à S.D.N. Paulo V. die 17. Ianuarij 1617. absolui nullo pacto possunt à nostræ Bullæ casibus, ac censuris, ob illa verba: *Nullo casu, etiam necessitatis, vel impedimenti:* quibus decernitur, vt in nulla necessitate, vel impedimento id liceat, præter mortis articulũ.

Quinta sententia est Sanchez lib.2. Decal. c. 13. nu. 36. & 37. qui ait, impeditos absolui posse per Episcopum extra mortis articulum à quibuscunque casibus, & censuris, etiam in Bulla cœnæ reseruatis, non solùm de iure antiquo, sed etiam hodie, non obstante dicto Decreto Clem. VIII. Excipit tamen casũ hæresis, à quo huiusmodi impeditos negat absolui posse per alium, quàm per Romanum Pontificem.

Probat suam sententiam quoad primam partem: quia per supradictum Decretum non aufertur facultas Episcopo absoluendi huiusmodi impeditos; sed tantùm Sacerdotibus tàm sæcularibus, quàm Regularibus per vniuersam Italiam extra Vrbem degentibus, quam quidem facultatem per Decretum Congregationis Cardinalium, editũ sub Clem. VIII. die 9. mensis Ianuarij 1601. quod incipit: Sacra Cõgregatio, & idem refert ipse Vgol. de verbo ad verbum in prin. nostri §. sub nu.5. & nos etiam supra retulimus, q.1. vna cum ipsius declaratione, & moderatione facta ab eodem Pontifice die 26. Nouembris 1602. innouatione, & confirmatione nouissimè habita à S.D.N. Paulo V. die 17. Ianuarij 1617. absolui nullo pacto possunt à nostræ Bullæ casibus, ac censuris, ob illa verba: *Nullo casu, etiam necessitatis, vel impedimenti:* quibus decernitur, vt in nulla necessitate, vel impedimento id liceat, præter mortis articulũ.

Quinta sententia est Sanchez lib.2. Decal. c. 13. nu. 36. & 37. qui ait, impeditos absolui posse per Episcopum extra mortis articulum à quibuscunque casibus, & censuris, etiam in Bulla cœnæ reseruatis, non solùm de iure antiquo, sed etiam hodie, non obstante dicto Decreto Clem. VIII. Excipit tamen casũ hæresis, à quo huiusmodi impeditos negat absolui posse per alium, quàm per Romanum Pontificem.

Probat suam sententiam quoad primam partem: quia per supradictum Decretum non aufertur facultas Episcopo absoluendi huiusmodi impeditos; sed tantùm Sacerdotibus tàm sæcularibus, quàm Regularibus per vniuersam Italiam extra Vrbem degentibus, ad confessiones audiendas approbatis: vt constat ex illis verbis: *Sacerdotibus omnibus tàm sæcularibus, quam Regularibus per vniuersam Italiam extra Vrbem degentibus, &c.*

Quoad posteriorem partem, idcirco excipit casum hæresis: quoniam opinio, quam supra retulimus, quæ docet, impeditos simpliciter absolui posse à quibuscunque casibus, & censuris, etiam in Bulla cœnæ reseruatis, & extra mortis articulum, non est certa: iura enim id indulgentia, de sola clerici percussione loqui, volùit Inn. Anton. de Butr. & Panor. sibi contrarius in cap. quamuis, de sent. excommunic. Anch. in c.eos, eo. tit. lib. sexto, & alij grauissimi Doctores.

Et suppositò doctrinam illam esse veram, cùm
5 non exprimatur casus hæresis, putat eum non comprehendi, propter strictissimam eius reseruationem: nam in generali cõcessione omnium censurarũ Papalium, etiam contentarũ in Bulla cœnæ, non intelligitur comprehensa absolutio excommunicationis propter peccatum hæresis contractę: vt latè habetur eo Couar. in c. Alma mater p.1. §.12. nu.15. de sent. excommunic. in sexto, & Nau. in Man. c.27. nu.275. quoniam hic casus iuxta vsum Ecclesiæ valuè specialis cõfetur:

ſetur: & propterea non comprehenditur ſub generali clauſula præſertim in mandatis, & cõmiſſionibus: ar. tex. in c. qui ad agẽdum, de procur. in ſexto.

Vnde Romanus Pontifex, vbi prædictum caſum concedere intendit, eundem exprimit. etiã poſt vniuerſalem conceſſionem caſuum, & cẽſurarum, quæ in Bulla cœnæ continentur: vt in anno 1589. fuit per Sixtum V. ſeruatum in quodam Iubileo per ipſum conceſſo. Es per Clem. VIII. in alio Iubilæo anni 1594. Et ita de communi ſtylo Romanę Curię refert ſeruari Azor. lib. 8. Inſtit. moral. p. 1. c. 10. q. 52.

6 Et quãuis aliqui dicant, in praxi aliter ſeruari, quandò hæreticus eſt occultus: atque ideò ſub generali facultate conceſſa abſoluendi à caſibus reſeruatis in Bulla cęnæ, cenſeatur conceſſa facultas abſoluendi hæreticum occultum: vt teſtatur Graff. lib. 4. Decif. c. 15. nu. 25. p. 5. quem refert Suarez de cenſur. diſp. 7. ſec. 5. num. 52. Et hoc ideò, quia priuilegia Principis ſunt latiſſimè interpretanda: vt in c. quamuis pleniſſima, de præben. in ſextò. Vndè hac ratione refert ipſe Suarez loco citato, n. 13. de conſuetudine ſeruari, vt cùm Romanus Pontifex concedit cenſuras ſibi reſeruatas, cenſetur concedere quoque cenſuras, quas inferiores Epiſcopi ſpecialiter ſibi reſeruant; nihilominus de ſupradicta praxi à Graff. allegata, inquit Suarez, ſibi non conſtat: & ideò priorem ſententiam veriorem putat. Et hanc eandem docent Sanchez lib. 2. Decal. cap. 12 nu. 50 Es Farin. de hæreſi q. 192. a nu. 63. cum alijs, quos allegant. a

7 Et licet idem aſſerans quamplurimi Doctores, quos refert Sanchez ibidem, num. 11. de receptatoribus, fautoribus, defenſoribus hæreticorum, legentibus. tenentibus, & imprimentibus eorum libros; tamẽ id verum eſſe putat ipſe Sanchez nu. 52. quando hæretici ſunt: ſecus autem ſi non ſint hæretici. Nam ſi tenentes libros huiuſmodi, eos tradãt Inquiſitoribus poſſunt abſolui ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo à Confeſſore, virtute Bullæ cruciatæ ſic concedentis caſus Bullæ cęnæ. Et ſimiliter virtute Iubilæi caſus ipſos concedentis; eo quòd dicti caſus ea tam ſpeciali reſeruatione non afficiuntur, ac hæreſis, vt ſpeciali mentione indigeant. Hanc eandem opinionem tenet etiam Henriquez lib. 6. de pœnit. c. 56. n. 2. in commẽto littera I.

Eſt igitur ſententia Sanchez, quòd licèt ſuſtineri poſſit opinio dicẽtium, poſſe vt ſupra impeditos abſolui à caſibus, & cẽſuris noſtræ Bullæ, non obſtante dicto Decreto Clemen. VIII. nihilominus, quoad caſum hæreſis, eam nõ admittit; ſicut nec tutam eandem eſſe putãt Sot. in 4. d. 22. q. 2. ar. 3. ad fin. ver. Demum. Ledeſm. de Sacram. dub. 17. ad fin. Et Viual. in ſuo candel. de Sacram. in vltima editione anni 1602. p. 5. ſit. 15. de abſol. num. 54. Hæ ſunt opiniones, quas in hac re huiuſque legi: reſtat modò, vt quid nobis dicendum ſit, videamus. Quo circa ad eius determinationem, ſit

Prima Concluſio.

9 IMpediti, quãuis excõmunicati ſint ob aliam cauſam, quam ob clerici percuſſionem; poſſunt tamen abſolui, etiam extra mortis articulũ, ab eorum cenſuris. & caſibus reſeruatis per aliũ quàm per Romanum Pontificem, ſeu per eum, ad quem iure ordinario abſolutio pertinet. Hæc concluſio eſt Fel. & aliorum, & contra Innocẽt. & ipſius ſequaces.

10 Probatur primò hæc concluſio ex d. c. eos, de ſent. excommun. in ſexto, vbi ſupra probauimus, Romanum Pontificem generaliter loqui de excommunicatis impeditis, vt ipſis indultum ſit, vt ab alio abſoluantur, vbi impediantur, quòminus eum adeant, à quo iure ordinario abſoluendi erant: nec diſtinguit de excommunicatis ob percuſſionem clerici, vel ob aliam cauſam; ergo generaliter intelligendus eſt de omnibus excommunicatis, nec diſtinguendum eſt: quia lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi; & quando nõ diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. 5. §. generaliter, ff. de legat. præſt. & l. de pretio, ff. de public. in rem action.

11 Secundò probatur ratione, quoniam ratio, qua mouetur Pontifex ad indulgendum impeditis, vt ab alio, quàm per eum, ad quem iure ordinario abſolutio pertinet, abſolui poſſint, eſt generalis in quacumque reſeruatione, & nõ particularis, atque ideo magis in vna, quàm in alia, nempe ne pro dilatione abſolutionis periculum immineat animæ: & ne quæ pro bono charitatis eſt inuenta, contra charitatem vergat: ar. tex. in c. vltim. de pœnit. & remiſ. in ſexto. Vndè cum hæc ratio militet non ſolùm quoad excõmunicatos ob clerici percuſſionem, ſed pro quocunque alio crimine, conſequenter dicendum eſt, quòd excommunicati ob aliam cauſam, quàm ob prædictam, ſi iuſtè ſint impediti, abſolui poſſunt per alium, quàm per eum, ad quem iure ordinario abſolutio ſpectat.

Tertiò percuſſio clerici, eſt graue ſacrilegium cùm Dei miniſter iniuria per eam afficiatur, quam ſacri canones ſummoperè deteſtantur; & tamen ex indulgentia Sedis Apoſtolicæ, quando ad eam propter impedimentum aliquod excommunicatus non patet aditus, poteſt ab Inferiore abſolui, vt patet ex iuribus, à Doctoribus primæ opinionis allegatis: ergo multò magis id. cõceſſum cenſeri in alijs caſibus præſumendum eſt: vt in auth. multo magis, C. de Sacroſanct. eccleſ.

Quartò ſequeretur, quòd ſi huiuſmodi impediti abſolui nõ poſſint ab Inferiori, id proculdubio cederet in detrimentum Pontificiæ benignitatis, eiuſdemque pietati non mediocriter derogare: nam demus, vt quis habeat impedimentum perpetuum, & excommunicatus centum annos viueret, & quòd nunquam poſſet abſolui, niſi in articulo mortis; is quidem per adeò longum temporis ſpacium priuatus exiſteret communione fidelium, participatione Sacramentorum, & eccleſiæ ſuffragijs, quamuis à contumacia receſſerit, & paratus ſit obedire, & parere mandatis eccleſiæ.

12 Ampliatur primò hæc concluſio, vt locum ſibi vendicet in quocunque excommunicato impedito, ſiue excommunicatus ſit à iure, ſiue ab homine; nam is poterit ab Inferiore abſolui: vt in d. c. eos, vbi Gemin. & Anchar. ob illa verba; *Et qui à ſententia canonis, vel hominis &c.* Quæ habentur in principio dicti capituli.

Se-

Secundò ampliatur, vt hæc concluſio proce-
13 dat etiam in impeditis, qui in excommunica-
tionem noſtræ Bullæ inciderunt: oam hi quo-
que propter iuſtum impedimẽtum poſſunt ab-
ſolui per alium, quàm per Romanum Pontificẽ,
cui omnes dictæ Bullæ reſeruantur.

Probatur primò, quia ratio illa generalis, ne
14 ſcilicet periculum animæ immineat ob dilatio-
nem abſolutionis: & ne reſeruatio, quæ pro bo-
no charitatis eſt inuenta, contra charitatem
vergat, comprehendit excommunicatos etiam
vi huius Bullæ: & ideo cum militet eadem ratio
eadem etiam militat iuris diſpoſitio, l. adigere, §.
quamuis, ff. de iur. patr. l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Secundò probatur; quoniam duo illi caſus, vt
15 excommunicatus per alium abſolui poſſit, vbi
noo poteſt haberi recurſus ad eum, ad quem iu-
re ordinario pertinet abſolutio: nempe ob in-
ſtantis mortis articulum, aut propter legiti-
mum aliquod impedimentum, æquiparantur,
vt habetur in d. c. eos, de ſent. excommun. in ſex-
to. Ergo ſicut Romanus Pontifex concedit ex-
communicatos huiuſmodi abſolui poſſe per
alium, quàm per ipſum Pontificem: ita etiam &
ipſis impeditis, hoc ipſum, vbi ad eum recurre-
re non poſſunt pro abſolutionis beneficio ob-
tinendo, conceſſiſſe cenſetur: nam quando lex
duo æquiparat, quod de vno ſtatuit, de alio ſta-
tuiſſe intelligitur: vt habetur per Gloſ. fin. in l. 1.
& ibi Bar. ac Doct. C. de furt. & Gloſ. in l. ve-
ro quod contra, ff. de leg. Quod quidem etiam
in materia correctoria verum eſſe, docet Bar. in
l. Marcellus, in prioc. ff. ad Trebel. & Iaſ. in l. 1. n.
27. ff. de legat. 3.

Tertiò ſi ab huiuſmodi cenſuris abſolui non
16 poſſent impediti per alium, quàm per Romanũ
Pontificem, profectò ad impoſſibile obligarentur
contra tex. in l. impoſſibile, ff. de regul. iur.
Nam quonam pacto ſenio confectus, infirmi, &
alij ſimiles, qui ad labores itineris ſunt penitus
inutiles, Romanam Sedem adire poterunt? Ne
igitur pia Mater Eccleſia videatur fideles ad im-
poſſibile obligare, dicendum eſt, quòd ſicut cõ-
ceſſit, vt in articulo mortis conſtituti per alium
quàm per Romanum Pontificem poſſint abſol-
ui ab omnibus caſibus, & cenſuris in dicta Bulla
contentis; ita etiam in idipſum indulſiſſe cen-
ſeatur impediti.

Nec obſtat quòd in hoc §. articuli mortis tã-
17 tùm fiat mentio, & non impedimenti; quoniam
non ex hoc ſequitur excludi caſum impedimen-
ti, eo quòd conſuetudine receptum eſt, vt in
omnibus caſibus, & cenſuris Apoſtolicæ Sedi
reſeruatis, mortis articulus excipiatur.

Eiſdem rationibus multò magis idem dicen-
18 dum eſt de excommunicatis pro caſibus ſpecia-
liter reſeruatis vi decreti Clem. VIII. & eiuſdem
declarationis, confirmationis, & innouationis S.
D. N. Pauli V. quod ſupra retulimus de verbo
ad verbum, vna cum dictis declaratione, & in-
nouatione q. t. nempe pro violatione immuni-
tatis Eccleſiaſticæ in terminis conſtitutionis
Greg. XIV. Violatioone clauſuræ Monialium ad
malum finem: pro prouocatione, ac pugna in
duello: pro violenta iniectione manuum in cle-
ricos: pro ſimonia reali ſcienter contracta, ac
etiam pro coofidentia beneficiali. Pro prædictis
quoque caſibus, & cenſuris innodati, ſi impediti
non poſſunt recurrere ad eum, ad quem iure
Ordinario pertinet abſolutio; atque ideo ad R.
P. poſſunt ab inferiori abſolui: vt infra clarius,
Deo duce, declarabimus.

Tertiò ampliatur eadem concluſio, vt non
19 ſolùm vera ſit de iure antiquo, ſed etiam de iu-
re nouo, non obſtante ſupra relato decreto
Clement. VIII. eiuſdemque declaratione, & in-
nouatione: nam adhuc impediti poſſunt abſol-
ui à caſibus, & ceſuris in eis contentis per aliũ,
quàm per eum, cui iure ordinario abſolutio
competit: vt infra concluſione tertia latius di-
cemus.

Quartò ampliatur prædicta concluſio, vt ve-
20 ra ſit quoad impeditos quocunque iuſto impe-
dimento, ſiue impedimeotum ſit perpetuum,
ſiue temporale: cum moderatione tamen de
qua infra tractabimus. Hi enim abſolui poſſunt
per alium, quàm per Romanum Pontificem: eo
quòd eadem ratio militat in omoibus, oempe
periculum animæ.

Quintò ampliatur, vt impediti adeò abſolui
21 poſſint per alium, quàm per Romanum Ponti-
ficem à caſibus, & cenſuris Apoſtolicæ Sedi re-
ſeruatis, vt oon teneantur ad ipſum Pontificem
procuratorem mittere, vel ouncium, qui eorum
nomine vices gerat in petenda abſolutione:
quoniam à iure ad id non obligaotur: vt habe-
tur ex Nau. in Mao. c. 27. nu. 9. Vgol. in explicat.
huius §. io ver. *Niſi in mortis articulo.* §. 4. Ibi. Item
locum ſibi vendicat: Et Alter. hoc eodem loco
col. 16. in ver. Reſpondit.

Sic ampliata limitatur primò eadem cooclu-
22 ſio, vt tunc impediti poſſint per alium, quàm
Romanum Pontificem abſolui à caſibus, & cẽ-
ſuris reſeruatis, vbi cenſuræ, ac caſus ſunt reſer-
uati ipſi Summo Pontifici, & Apoſtolicæ Sedi:
ſecus autem ſi reſeruati ſint inferioribus Prælа-
tis: quoniam Pontifices in d. c. eos, de ſent. excõ-
mun. in ſextò, & in c. de cæteris, & aliis ſupra re-
latis videntur loqui de caſibus ſibi reſeruatis, in
quibus eſt ſpecialis ratio: nam regulariter ad
Romanum Pontificem difficilior eſt aditus, quã
ad inferiores Prælatos. Et reuera, ſi io iure com-
muni conceſſa eſſet huiuſmodi facultas omni-
bus Ordinarijs Confeſſoribus, Coocilium Tri-
dent. ſeſſ. 14. cap. 7. abſolutè non dixiſſet. Extra
mortis articulum Sacerdotes nihil poſſe in ca-
ſus reſeruatos: quæ tamen exceptio non fit de
caſibus Pontificijs, quia in iure habetur expreſ-
ſa. Et hæc eſt fortè ratio, cur Epiſcopi, & alij
Prælati in eorum ſtatutis, in quibus habentur
huiuſmodi reſeruationes, fere ſemper addunt
clauſulam: vt quoties ad ſuperiorem difficilis ſit
acceſſus, obtineri poſſit abſolutio ab aliquo
ad id deputato. Ita Alter. in ſuo tract. de ceoſur.
Eccleſ. lib. 1. diſput. 6. cap. 8. col. 3. in ver. Si quis
poſtulabit.

Secundò limitatur dicta concluſio, vt tunc
23 locum habeat, quando impedimentum eſt le-
gitimum, & iuſtum: oam non quodlibet impe-
dimentum eſt ſufficieos, vt à reſeruatis quis ab-
ſolui poſſit per alium, quàm per Romanum
Pontificem; ſed illud erit iuſtum, & ſatis ad ex-
cuſandum, quoſi ab Epiſcopo fuerit ſufficiens erit iu-
dicatum: vt per Inn. in c. quàuis. de ſent. excom.
& tunc abſoluendus tutus erit in conſcientia, ſi
iudicio Epiſcopi acquieſcat.

Et

Eſt tamen verum, quòd Alter. in explicat. hu-
24 ius §. col. 13. in ver. Iudicare verò: non arbitra-
tur, rem hanc adeò eſſe coarctandam, vt ſolius
Epiſcopi iudicio ſit ſtandum, quin requiri quo-
que poſſit in hoc euentu pij, prudentis, ac docti
viri ſententia. Etenim nonnullæ regulæ tradi-
tur ad cognoſcendum, quando iuſtum, & cano-
nicum ſit tale impedimentum, de quibus ſupra
tractauimus in explicatione tituli præſentis quę-
ſtionis. Vbi licèt pauperes duximus eſſe inter a-
lios excuſandos, iuxta tex. inc. quamuis, &c. quòd
25 de his, de ſent. excommun. tamen, quia oppoſi-
tum ſtatuit in c. ea noſcitur, eod. tit. in illis ver-
bis: *Alios autem ſiue pauperes, ſiue diuites Sedi Apoſto-
licæ neceſſe eſt præſentari.* Gloſ. ibi in ver. Pauperes,
vt iura prædicta concordaret, inquit, tex. in d. c.
ea noſcitur, loqui de ijs, qui pauperes ſunt, ſed
non tanta premuntur egeſtate, quæ impediat,
ne ad Vrbem accedere poſſint: alia verò iura
debere intelligi de illis qui extrema afficiuntur
inopia, & mendicant. Quod quidem intelligen-
dum eſſe putat Alter. hoc eodem loco, col. 12.
in ver. De hac dubitatione: vbi excommunica-
tus aliàs non ſit ſolitus mendicare; ſed cogeretur
mendicare, vt Romam ſe conferat: ſecus autem,
ſi mendicando oſtiatim victum ſibi quærere
ſoleat: quoniam tunc, ſi ſanus eſſet, ſola pauper-
tas ab itinere eum non excuſaret.

Dicitur quoque iuſtum impedimentum ca-
26 pitalis inimicitiæ; ſiue priuata ſit, ſiue publica,
qualis eſt illa, quæ extat inter bellum gerentes,
& denique quodlibet aliud rationabile periculum: vt in d. c. de cætero, de ſent. excom. & latè
Alter. loco citato. Atque ideo legitimum im-
pedimentum illud eſſe dicimus, quàdo excom-
municatus, eum adeundo, à quo iure Ordinario
abſoluendus eſt, ſubijciter probabili periculo
vitæ, famæ, aut graui iacturæ rei familiaris, aut
alijs detrimento graui eſſet: vt habetur ex Vgol.
in explicatione huius §. in ver. *Niſi in mortis arti-
culo*: §. 4. Ibi: Atque legitimum impedimentum:
& ibi: Quoad alterum: Vbi quoad quantitatem
temporis impedimenti, non habita ratione eo-
rum, quæ docet Nau. in Man. cap. 27. num. 90.
addit etiam, quòd ſi impedimentum huiuſmo-
di quandiu permâſurum ſit, ignoretur, vel diu
turnum fore pro certo habeatur, aut ſaltem
probabiliter exiſtimetur, tunc ſic impeditus ab-
ſolui poterit; ne contingat eum, vel excommu-
nicatum mori contra tex. in c. qua frõte, de ap-
pel. vel diutius eccleſiæ præſidij priuari, quod
ab ipſius pietate alienum eſſet, cum pia mater
eccleſia nemine ad ſe redeunti ſinum claudat:
ar. tex. in c. ex litteris, de conſtit. & c. ſuper eo,
de hæretic. lib. 6. tanto magis; quia tali pacto
alteri offenſo quoque ſubuenitur. Etenim
impedimento ceſſante, quàm primum eum
adire oportet ad eum, cui iure Ordinario
competit abſolutio, aliàs in excommunicatio-
nem reincidit, vt in c. eos, de ſent. excommun. in
ſextò.

Quòd ſi pro certò habeatur, aut probabiliter
27 exiſtimetur impedimentum breui tempore
duraturum, tunc impedimentum huiuſmodi,
non eſt legitimum: atque ideò ad abſolutio-
nem non eſſe ſufficiens: tum quia parui tempo-
ris non eſt habenda ratio ar. tex. in l. Seio, ff. de in
integr. reſtit. tum etiam quòd iactura Eccle-
ſiæ, ſuffragij, obedientiæ, patientiæque bono
ſarcitur.

Secunda Concluſio.

28 NVllus Sacerdos ad confeſſiones audiendas
approbatus, extra mortis articulum po-
teſt abſoluere impeditos de quibus agitur à ca-
ſibus, & cenſuris noſtræ Bullæ, & alijs Apoſtoli-
cæ Sedi, ac locorum Ordinarijs reſeruatis.

Hæc concluſio, quoad Sacerdotes per vni-
uerſam Italiam extra Vrbem degentes eſt extra
omnem controuerſiam. Nam id expreſsè ſtatui-
tur per ſupradictum decretum Clement. VIII.
ipſius declarationem, moderationẽ, ac innoua-
tionem, ſeu confirmationem in illis verbis: *Sacer-
dotibus omnibus &c.* iunctis ijs, quæ inferius ha-
bentur, ibi: *Nullo caſu, etiam neceſſitatis, vel impedi-
mẽti, niſi in mortis articulo, etc.* Quoverò ad alios Sa-
cerdotes patet ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. vbi
poſtquam declarauit, in articulo mortis omnes
Sacerdotes, quoslibet pœnitẽtes à quibuſuis ca-
ſibus, & cenſuris abſoluere poſſe, ſubdit, *Extra
quem articulum, Sacerdotes cum nihil poſſint in caſibus
reſeruatis, id vnum pœnitentibus perſuadere nitantur, vt
ad Superiores, & legitimos Iudices pro beneficio abſolu-
tionis accedant.* Vnde cùm Sacerdotes omnes ex-
tra mortis articulum iuriſdictione careant, quo-
ad cenſuras, & caſus reſeruatos, quæ neceſſaria
eſt ad abſolutionem impendendam, proculdu-
bio ab eis abſoluere non poſſunt pœnitentes,
quacunque neceſſitate, aut legitimo impedi-
mento detentos, quominus poſſint Apoſtolicã
Sedem adire ad beneficium abſolutionis obti-
nendum. Patebit magis veritas huius conclu-
ſionis ex his, quę dicemus paulò infra in ſequẽti
concluſione.

Ampliatur primò hæc ipſa concluſio, vt vera
29 ſit quoad Sacerdotes, & ſimplices confeſſarios
approbatos quoſcũque, ſiue ſæculares ſint, qua-
les ſunt clerici, qui nullam Religionem profitẽ-
tur, neque ingrediuntur, ſed in ſeculo cum ſæ-
cularibus vitã agunt: ſiue Regulares, Mendican-
tium, vel non Mendicantium, Militiarũ & alio-
rum quorumcunque Ordinum: vt patet ex illis
verbis dicti decreti Clement. VIII. *Tam ſæcula-
ribus, quam Regularibus per Vniuerſam Italiam extra
Vrbem degentibus ad confeſſiones audiendas probatis,
quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium, Militia-
rum, aut Congregationum, etiam ſocietatis Ieſu, & gene-
raliter quarumcunque aliarum quouis nomine nuncupẽ-
tur, &c.* Nullus inquam, horum poteſt abſol-
uere impeditos vt ſupra, extra mortis articulum,
à reſeruatis. Hoc idem probatur ex Conc. Tri-
dent. loco citato, quod indefinite loquitur de
30 Sacerdotibus; at indefinita æquipollet vniuer-
ſali: vt latè habetur ex Panor. in c. quia circa, n. 5.
de priuil. c. quoniam, de coniug. lep. & in c. in
geneſi, de elect. & infra concluſione ſequenti
latius, Deo duce, dicemus.

Secundò ampliatur dicta cõcluſio quoad Sa-
31 cerdotes per vniuerſam Italiam extra Vrbem
degentes, vt non poſſint abſoluere huiuſmodi
impeditos extra mortis articulum à reſeruatis in
ipſo decreto Clement. VIII. eiuſdemque decla-
ratione, moderatione, & innouatione recenſi-
tis, non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs,

ob

ob illa verba: *Sub prætextu priuilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel in ſpecie, ſcripto, aut vnæ vocis oraculo, vel per communicationem a Sede Apoſtolica, vel eius auctoritatiue eorum Ordinibus &c.* Siue priuilegia conceſſa ſint ipſis Ordinibus, ſeu Cõgregationibus, ſiue eorum Collegijs: vt conſtat ex illis verbis: *Eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegijs*: Siue conceſſa fuerint Societatibus, aut Archiconfraternitatibus ſæcularium, aut ſingularibus perſonis, ad cuiuſuis etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum inſtãtiam, propter illa verba: *Vel ſocietatibus, aut Archiconfraternitatibus ſæcularium, aut ſingularibus perſonis, ſeu aliàs quomodocunque ſub quibuſuis tenoribus formis, & clauſulis, etiam derogatoriam derogatoriis, ad cuiuſuis, etiam Imperatoris, Regum, &c.*

Tertiò ampliatur eadem concluſio, vt nullus
32 Sacerdos cõfeſſarius ad audiendas confeſſiones quantumuis approbatus poſſit abſoluere vt ſupra impeditos extra mortis articulum, à reſeruatis in noſtra Bulla, & in alijs iuribus, ſiue clarè in eis contineãtur, ſiue dubiè: vt in dicto decreto Clemen. VIII. in illis verbis: *Ab vllo ea caſibus clarè, vel dubiè in Bulla die cœnæ Domini legi ſolita contentis &c.* Quod decreto, licèt loquatur de Sacerdotibus per totam Italiam extra Vrbẽ degentibus; tamen idem dicendum eſt de alijs Sacerdotibus extra Italiam commorantibus: vt infra ſuo loco dicemus.

Sic ampliata limitatur primò dicta concluſio
33 vt locum non habeat quoad Sacerdotes extra Italiam degentes, qui habent priuilegium, ſeu facultatem abſoluendi à caſibus, & cenſuris Bullæ cœnæ, & ab alijs Apoſtolicæ Sedi reſeruatis: nam hi poſſunt abſoluere impeditos à dictis caſibus, & cenſuris, etiam extra mortis articulum: ſiue huiuſmodi priuilegium habeaot, ratione loci, in quo ſunt: vt ſi alicui Monaſterio concedatur priuilegium, vt ſini fratres poſſint abſoluere à caſibus Bullæ cœnæ &c. Siue habeant, ratione Ordinis: vt ſi Religione Mendicantium hoc ipſum fuerit indultum: ſiue ratione alicuius confraternitatis, vt quia confratres facultatem obtinuerint, qua poſſint abſolui à prædictis caſibus & cenſuris: ſiue hanc habeant, ratione Hoſpitalium, vel aliorum locorum: vt quia facultas cõceſſa ſit hominibus talis Hoſpitalis, vel alterius loci pij, vt abſolui poſſint à reſeruatis ab alio, quàm à Romano Pontifice: ſiue tandem vigore priuilegij conceſſi alicui perſonæ, nempe Imperatori, Regi, vel alijs perſonis, ſiue publicæ ſiue priuatæ. Nam vigore dicti decreti Clemen. VIII. eiuſdemque declarationis, moderationis,
34 & innouationis non reuocantur priuilegia ſimpliciter abſoluendi à caſibus, & cenſuris vt ſupra reſeruatis; ſed tantùm quoad Confeſſarios, ſiue ſæculares ſint, ſiue Regulares per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentes: vt conſtat ex illis verbis: *Sacerdotibus omnibus tam ſæcularibus, quam Regularibus per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentibus ad confeſſiones audiendas probatis &c.* Ergo Confeſſarij extra Italiam commorantes poſſunt vti eorum priuilegijs, de quibus agitur, atque ideo abſoluere impeditos etiam extra mortis articulum à cenſuris, & caſibus noſtræ Bullæ, & ab alijs Apoſtolicæ Sedi reſeruatis: quoniam exclu-ſio vnius, eſt ioclu-ſio alterius, c. ooo ne, de præſumpt.

Secundò limitatur eadem concluſio quoad
35 Sacerdotes, & confeſſarios per vniuerſam Italiã extra Vrbem commorantes, vt non procedat, quando de nouo concederetur facultas huiuſmodi Sacerdotibus abſoluendi à prædictis caſibus, & cenſuris, etiã extra mortis articulũ: quoniam tunc vigore dicti priuilegij poſſent abſoluere impeditos, non obſtante prædicto decreto Clemen. VIII. tum ob illa verba: *Seu cum nouo, & ſpecialis ſanctitatis ſuæ, aut ſucceſſorum ſuorum &c.* tum etiam quoniam vi dicti decreti reuocantur priuilegia conceſſa tantùm, non autem concedenda.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd io noſtra Bulla re-
36 uocantur non modò priuilegia conceſſa, & innouata, ſed etiam concedenda, & innouanda: vt conſtat ex illis verbis noſtri §. *In genere, & in ſpecie conceſſorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum*. Et propterea dato quòd ſacerdotes hanc facultatem habentes, poſſent impeditos abſoluere, non obſtante prædicto decreto; nihilominus non videntur poſſe à caſibus, & cẽſuris noſtræ Bullæ: quoniam reſpondetur, quòd in ipſa Bulla non fit ſpecialis mentio de impeditis, ſicut io illo decreto: & ideo non obſtante dicta clauſula poſſunt impediti à caſibus & ceoſuris prædictis abſolui, dum à dicto decreto oon impediuntur. Vt colligitur ex his, quæ docet Vgolin. in explicat. præſentis §. in ver. *Niſi in mortis articulo*, § 4. At qui.

Tertiò limitatur dicta concluſio, vbi facultas
37 conceſſa eſſet Confeſſarijs abſoluendi à caſibus & ceoſuris io Bulla, & in d. decreto contentis, non in genere, vel in ſpecie; ſed in indiuiduo: nẽpe ab hoc, vel illo caſu contentis in Bulla cœnę, aut in dicto decreto, nempe hæreſis, violationis immunitatis eccleſiaſticę &c. tunc enim confeſſatij taliter priuilegiati, ſiue extra Italiam commorentur, ſiue per vniuerſam Italiam degant: poſſent dictos impeditos ab illis caſibus abſoluere, etiam ſi priuilegia, & facultates huiuſmodi cooceſſa fuiſſent ante editionem prædicti decreti Clemen. VIII. eiuſdemque declarationis, moderationis, confirmationis, & innouationis. Nam vi dicti decreti reuocantur priuilegia quoad præfatos Confeſſarios in genere, vel in ſpecie tantùm conceſſa: vt conſtat ex eiuſdem verbis: *Generaliter, vel ſpecificè*. Ergo non cenſentur reuocata priuilegia cooceſſa in indiuiduo, iuxta ea, quæ ſupra diximus, q. 1. concl. 1.

Tertia concluſio.

b SOlus Epiſcopus *b* regulariter poteſt ſupradictos legitimè impeditos abſoluere à caſibus
38 Bullæ cœnæ, & ab alijs Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, extra mortis articulum. Hæc concluſio eſt Gloſ. in c. de cætero, in ver. Licet, & ibi Panor. n. 1. de ſent. excom, Syl. in ver. Abſolutio 4. num. 7. Nau. in Man. cap. 27. num. 89. ver. Ad primam vero: & ver. Ad ſeptimam Vgol. in explicat. huius §. in ver. *Niſi in mortis articulo* §. 4. Ibi. Verùm quis in hoc caſu. Et Sanchez lib. 2. Decalog. c. 13. circa finem.

Probatur ex tex. in c. ea noſcitur, & d. c. de cæ-
tero, de ſent. excommuo. Vbi impeditos, de quibus agitur extra mortis articulũ ab Epiſco-

po

po abſolui ſtatuitur: ergo ipſi tantùm abſoluere poſſunt, & non alij.

Confirmatur hæc ipſa concluſio: quoniam,
39 vbi Romanus Pontifex excommunicationem ſibi non reſeruat relaxandam, abſolutio communi iure Epiſcopo relaxatur: vt in c. nuper, de ſent. excom. ergo illi ſoli, & non alijs ſimplicibus confeſſarijs competit huiuſmodi abſolutio: nam vbi auctor in aliqua diſpoſitione quid faciendũ ſit non præſcribit, ad ius commune confugiendum eſt: ar. tex. in l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſth.

Denique facultas abſoluendi impeditos à caſibus, & cenſuris Bullæ cœnæ, & alijs in ſupra relato decreto Clemen. VIII. contentis, & reſeruatis, vi eluſdem decreti, omnino tollitur Sacerdotibus per vniuerſim Italiam extra Vrbem degentibus, ad confeſſiones audiẽdas probatis: vt conſtat ex illis verbis: *Sacerdotibus omnibus, tam ſæcularibus, quàm Regularibus, &c.* Et inferius: *Nullo caſu, etiam neceſſitatis, vel impedimenti, niſi in mortis articulo &c.* Et id non obſtantibus quibuſcũque priuilegijs, propter illa verba: *Ne quis eorum ſub prætextu priuilegiorum, indultorum &c.* Si ergo huiuſmodi facultas eſt ſublata Sacerdotibus, ſaltem in Italia extra Vrbem commorantibus: & nihilominus ſupra concluſione prima probauimus, impeditos huiuſmodi poſſe abſolui per alium, quam per Romanum Pontificem, extra mortis articulum: ergo nulli magis hæc abſolutio competit, quàm proprio Epiſcopo ſaltem quoad impeditos per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentes: tum quia in d. c. ea noſcitur, & c. de cætero, de ſent. excom. ab Epiſcopos ipſos abſolui ſtatuitur: tum etiam quia Epiſcopus iure communi, ſeu diuino, niſi expreſsè limitetur habet eandem poteſtatem erga ſuos ſubditos, quam habet Romanus Pontifex ſuper vniuerſalem eccleſiam, ſubordinatam tamen ad ipſum Chriſti Vicarium, à quo illa augeri, & coarctari poteſt, prout melius ſibi videbitur expedire. Quocirca, quando Concilium Triden. ſeſſ. 24. cap. 6. concedit Epiſcopis, vt ab omnibus caſibus occultis, etiam Apoſtolicæ Sedi reſeruatis valeant abſoluere, non dicitur propriè nouam poteſtatem concedere, ſed potius reſtituit Epiſcopis ſublatam olim iuriſdictionem, quam habent iure communi, & ex vi muneris ad gubernandas proprias oues: vt benè docet Alter. in explicat. huius §. col. 4. in fine in ver. Quartò Epiſcopus.

Ampliatur primò hæc concluſio, vt non ſolũ
40 Epiſcopi de iure antiquo, ſed etiam de iure nouo, nõ obſtante dicto decreto Clem. VIII. poſſint abſoluere impeditos, de quibus agitur, extra mortis articulũ ab omnibus caſibus, & cenſuris in Bulla, & in d. decreto, eiuſdemque moderatione, & innouatione, & quocunque modo Apoſtolicæ Sedi reſeruatis. Hoc dictum eſt Sãchez lib. 2. Decal. cap. 13. ſub num. 36. & contra Vgol. hoc loco in ver. *Niſi in mortis articulo*, §. 4. ſub nu. 2. Ibi: Hæc locum habent: & in ver. *Nec etiam tunc*: §. 1. in fine, dum ait, quòd licet de iure communi antiquo poterant huiuſmodi impediti ab Epiſcopo abſolui; hodie tamen per dictum decretum Clemen. VIII. non poſſunt, niſi in articulo mortis. Quocirca in alio impedimento, inquit, licentiam eſſe impetrandã à Romano Pontifice, quoad caſus ſibi ſuos, vel à Prælatis quoad caſus ipſis reſeruatos, vt ab alio abſoluantur.

Probatur id quod diximus: quoniam dictum
41 decretum Clem. VIII. loquitur tantùm de Sacerdotibus, ſiue ſæcularibus, ſiue Regularibus, intra Italiam extra Romam degentibus: & propterea vi dicti decreti reuocantur priuilegia, & facultates abſoluendi ſic impeditos confeſſarijs in Italia commorantibus dumtaxat. Vnde prædicta facultas, quæ de iure competit Epiſcopis, vt in d. c. ea noſcitur, & c. de cætero, per decretum ipſum non cenſetur ſublata, ſed manet in ſuo robore, ſicut prius antequam ederẽtur.

Secundò ampliatur, vt Epiſcopi abſoluere
42 poſſint impeditos huiuſmodi, tam in Italia, quã extra Italiam degentes: quia per tex. in d. c. ea noſcitur, & c. de cætero, ſimpliciter aſſeritur hanc facultatem pertinere ad Epiſcopos, nec diſtinguit de loco; ergo ſimpliciter Epiſcopi habent poteſtatem abſoluendi impeditos; ſiue in Italia, ſiue extra Italiam Eccleſias habeant: quoniam lex generaliter loquens, generalitet debet intelligi, & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus: vt in l. de prætio, ff. de publ. in rem. actio.

Nec obſtat, ſi dicatur, quòd vi ſupra relati de-
43 creti Clem. VIII. prohibetur abſolui impeditos à quibuſcumque Sacerdotibus extra Vrbem per vniuerſam Italiam degentibus, ſed Epiſcopi ſunt Sacerdotes, ergo ſaltem hæc facultas adimitur per ipſum decretum Epiſcopis eorum eccleſiam infra Italiam habentibus; quoniam reſpondetur, quòd vi prædicti decreti nõ tollitur Sacerdotibus omnibus ſimpliciter iſta poteſtas, ſed Sacerdotibus ad confeſſiones audiendas approbatis: vt conſtat ex illis verbis: *Ad confeſſiones audiendas probatis*: At Epiſcopi ad confeſſiones audiendas non approbantur, ſed id ex vi muneris eis competit: atque ideo ſtatim ac Epiſcopus aliquis Sacerdos creatus eſt, facultatem habet audiendi confeſſiones: quoniam hæc facultas neceſſaria ſibi eſt ad exercendum ſuum munus: & cui conceditur iuriſdictio aliqua, conceſſa cẽſentur ea omnia, ſine quibus iuriſdictio illa exerceri non poteſt. l. 2. ff. de iuriſdic. omni Iud.

Tertiò ampliatur, vt Epiſcopi facultatem ha-
44 beant abſoluendi impeditos extra mortis articulum vt ſupra, in quocumque foro, tam interiori ſcilicet, quàm in exteriori, quia iura illa in d. c. ea noſcitur, & c. de cætero, non diſtinguunt ſed ſimpliciter loquuntur.

Quartò ampliatur, vt Epiſcopi abſoluere poſ-
45 ſint extra mortis articulũ impeditos à quibuſcunque caſibus, & cenſuris Apoſtolicæ Sedi reſeruatis; etiam à crimine hæreſis, & à cenſura contracta ob tale crimen. Probatur ex his, quæ diximus ſupra, concl. 1. ampliat. 2. Etenim ratio illa generalis, ne ſcilicet reſeruatio, quæ pro bono charitatis eſt adinuenta, contra charitatem vergat, & in periculum animarum, militat etiam in caſu hæreſis.

Immo quoad forum exterius hanc facultatẽ
46 habet Epiſcopus indiſtinctè: atque ideo in propria diœceſi poteſt hæreticos abſoluere, etiam non impeditos: vt eſt tex. in c. vt officiũ, de hæret. in ſexto. Quocirca in hoc foro abſolutus hæreticus, remanet etiã abſolutus in foro interiori

tzu

ſeù in foro conſcientiæ: vt benè docet Farin. de hæreſ. q. 192. nu. 52.

Quintò ampliatur, vt Epiſcopi abſoluere
47 poſſint ſupradictos impeditos, etiam ſi tantùm ſint electi, & confirmati: & quamuis oõ ſint cõ-
48 ſecrati, ac Sacerdotes: quoniam Epiſcopus electus, & cõfirmatus, dicitur abſolutè Epiſcopus in ordine ad actus iuriſdictionis, & propterea nõ indiget conſecratione, vt habetur ex Suar. io tract. de cenſur. diſp. 41. ſec. 2. n. 7. Adhoc autem, vt quis capax ſit iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſatis eſt ſi ſit clericus, prima tõſura initiatus: vt in c. decernimus, de iudic. Et hanc ſententiam tenet quoque Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 2. n. 11. & lib. 2. Decal. c. 11. ſub n. 3. & 14. quoniam non exigitur ad impendendam abſolutionem hanc confeſſio Sacramentalis, quæ ſoli Sacerdoti fieri poteſt; ſed ſatis eſt abſolutio ab excommunicatione, qua ablata, poteſt quilibet confeſſarius à peccato abſoluere.

Imò poteſt Epiſcopus in abſentia abſoluere
49 ſubditum à quacumque reſeruata excõmunicatione: qua ſublata, poteſt quiuis confeſſarius à peccato abſoluere; quia abſolutio ab excommunicatione poteſt in abſentia impendi: vt ex communi omnium mente docet Sanchez loco citato Decal. num. 14. Et id ſiuè Epiſcopus ſit in propria diœceſi, & ſubditus abſoluendus extra diœceſim: ſiuè è conuerſo ſubditus in diœceſi, & Epiſcopus extra propriam diœceſim: ſiuè vterque extra diœceſim: quoniam de iure ad exercẽdam iuriſdictionem voluntariam io ſubditos, non attenditur locus, in quo ipſe Epiſcopus, & ſubditi ſuot: vt benè probat Sanchez loco citato à nu. 15. ad 19.

Et denique Epiſcopus non Sacerdos poſſet
50 huiſmodi impeditos abſoluere etiam in foro conſcientiæ: non tamen audita confeſſione Sacramentali: quoniam abſoluere in foro conſciẽtiæ, in rigore non eſt abſoluere Sacramentaliter: nam abſolutio in foro conſcientiæ id tan-
51 tùm importat, vt ea abſolutio non profit pro foro externo, ſi contingat abſolutos huiuſmodi ad forum trahi. Ita Sanchez ibidem num. 13. & lib. 8. de Matrim diſp. 34. nu 43. in fine.

Sextò amplio, vt eandem facultatem habeãt
52 Capitulum, ſede vacante, Abbates, & alij Prælati habentes diœceſim, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Hos enim probabiliter puto poſſe impeditos abſoluere, extra mortis articulum à caſibus, & cenſuris quibuſcunque Apoſtolicæ Sedi, etiam in Bulla cœnæ reſeruatis, per ea, quæ docet, Saochez lib. 8. de matr. diſp. 2. n. 10. & 12. & in loco Decal. ſupra relato, o. 4. & 5. Vbi etiam ex his, quæ probat nu. 6. poteſt idem dici de Archiepiſcopo, tempore viſitationis: nam licèt Archiepiſcopus non habeat iuriſdictionem ordinariam in ſubditos ſuffraganei; nihilominus cum ſuffraganei diœceſim viſitat, tempore viſitationis, cenſetur illa diœceſis tanquam ſua, & habet io ea iuriſdictionẽ Epiſcopalem, Epiſcopo ſuperiorem. Et eadẽ ratione poſſet etiam ſuos ſuffraganeos impeditos abſoluere, etiam extra tempus viſitationis, iuxta ea, quæ docet idem Sanchez cum alijs, quos allegat lib. 4. Decal. c. 38. n. 15. & 16.

Imò Alter. in explicat. huius §. col. 16. in fin.
53 & col. 17. exiſtimat, hanc eandem facultatem habere quemlibet Sacerdotem ſimplicem, ſi cauſa neceſſitatis vrgeat: & propterea poſſe abſoluere extra mortis articulum, huiuſmodi impeditos à caſibus, & cenſuris Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, vbi ob aliquam iuſtam neceſſitatem non coguntur Romam ſe conferre ad obtinendum abſolutionis beneficium. Quod quidem putat manifeſtè colligi ex cap. nuper, in fin. de ſent. excom. in illis verbis: *Concedimus indulgendo, vt præfata iuxta formam Eccleſiæ cautione, quòd excommunicationis mandato parebit, à ſuo abſoluatur Epiſcopo, vel proprio Sacerdote*: Vbi Gloſ. in ver. Sacerdote; notat; Ergo ſimplex Sacerdos poteſt abſoluere. Hoc autem intelligit verum eſſe, vbi talis abſolutio ab Epiſcopo peti non poſſet: ſecus ſi poſſet, quia tunc nulla ſubeſſet neceſſitas.

Quod verum puto de proprio Sacerdote, quia de hoc loquitur tex. in d. c. nuper: & dummodo ſit extra Italiam: quoniam facultas abſoluendi impeditos, eſt ſublata Sacerdotibus intra Italiam extra Vrbem degentibus, etiam in caſu neceſſitatis, & impedimenti: vt to d. decreto Clem. VIII. in illis verbis: *Nullo caſu, etiam neceſſitatis, vel impedimenti*.

Sic ampliata limitatur primò dicta concluſio, vt facultas abſoluendi ſupradictos impedi-
54 tos de iure, concedatur Epiſcopis diœceſanis, quoad ſuos ſubditos dumtaxat: vt colligitur ex tex. in cap. de cætero de ſent. excommun. in illis verbis; *Licet diœceſano Epiſcopo*.

Vnde ſatis non eſt, ſi Epiſcopus ſit conſecra-
55 tus, ſi diœceſim non habeat, ac ſubditis careat, quales ſunt Epiſcopi titulares: quoiam facultas iſta non cõceditur Epiſcopo, reſpectu omnium fidelium, ſed tantùm, reſpectu ſubditorum: vt in ſimili docet Suar. de cẽſur. Eccleſ. diſp. 41. ſec. 2. num. 7. & Sanchez lib. 2. Decal. cap. 11. num. 3. Et idem dicendum multò magis puto de Abbatibus, & alijs Prælatis habentibus iuriſdictionem Epiſcopalem: nam eos tantum poſſe arbitror impeditos abſoluere, qui diœceſim habẽt, iuxta ea, quæ dicit Sanchez loco citato, num. 5. Vnde Abbates titulares, & alij Prælati Regulares, etiam ſi ſuorum Ordinum generales ſint, ſi diœceſim non habeant, quamuis Epiſcopali iuriſdictione potiaotur; nihilominus nõ poſſunt huiuſmodi abſolutionem impendere: vt colligitur ex ijs quoque annotatis per Sanchez ibidem num. 7.

Secundò limitatur eadem concluſio, vt tunc
56 demum ab Epiſcopo abſolui poſſit impediti extra mortis articulũ, non valentes adire Apoſtolicam Sedem, quãdo abſolutio obtineri non poteſt à Legato Romani Pontificis, aliàs ſi à Legato impendi poſſet, hanc facultatem non haberet Epiſcopus: vt colligitur ex c. ea noſcitur, de ſent. excom. ob illa verba: *Etiam poſt abſolutionem ab alio datam propter neceſſitatem vrgentem, comparendum eſſe coram Pontifice, vel eius Legato, ſi id fieri poſſit.* Ergo multò magis ab initio, ſi abſolutio obtineri poteſt à Legato non eſt danda ab inferiore. Ita Alter. in explicat. huius, § col. 18.

Quod quidem ſatis rigoroſum videtur. Etenim regula generalis eſt omnium Canoniſtarũ, vt quoties abſolutio, reſeruata Papæ, propter concurrentem neceſſitatem inferiori conceditur, per ſe loquendo pertioet ad Epiſcopum, ſi ab eo recipi poteſt: vt habetur ex Innoc. Panor.

Felin.

Felin. & aliis in c.1. & c. Monachi, de sent. excō. & Nauar. in Man. c. 27. n. 112. Et hoc ideo, quia post Summum Pontificem Ordinarius pastor est Episcopus: vt ipsemet Alter. fatetur loco citato; ergo videtur dicendum absolui posse huiusmodi impeditos ab Episcopo, etiam si Legato obtineri posset. Nec tex. in d.c. ea noscitur contrarium statuit, aut contrarium ex eo deducitur: quoniam ibi absolutus idcirco tenebatur se exhibere coram Romano Pontifice, vel ipsius Legato: quoniam absolutio illa fuerat impensa ab excommunicatione ob clerici percussionem vtsupra probauimus in relatione secundæ opinionis: à qua potest absolui non solùm à Romano Pontifice, sed etiam ab eiusdē Legato. Quocirca, licet concedamus ipsi Alter. quòd eo casu quando absolutio obtineri potest à Legato, non est tribuenda ab Episcopo; quoad alios tamen casus Sedi Apostolicæ reseruatos, id negamus, cùm super illos potestatem non habeat ipse Legatus. Vnde stante illa generali Canonistarum regula, quoad alios casus, puto absolui posse huiusmodi impeditos ab eorum Episcopo, etiamsi absolutionem obtinere possent à Romani Pontificis Legato: quoniam militat diuersa ratio: & propterea à diuersis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minor.

Restat modò, vt ad argumenta respondeamus.

AD primum, quoad primam sententiā, patet responsio ex his, quæ diximus in relatione secundæ opinionis, & in prima conclusione.

Ad secundum, quoad probationem tertiæ sententiæ, omissa secunda, cùm illa sit pro nobis potius, quàm contra nos; dicimus, quòd licet Cōcilium Trid. ibi dicat, quòd extra mortis articulum Sacerdotes nihil possunt in casibus reseruatis; id tamen intelligendum est de Sacerdotibus simplicibus, secus autem dicendum est de Episcopo, quoniam Episcopus habet à iure facultatem absoluendi huiusmodi impeditos: vt in d.c. de cætero, & c. ea noscitur, de sent. excōm. & c. eos, eod. tit. in sexto.

Ad tertium, adductum ex Vgol. ad probationem quartæ sententiæ, patet responsio ex dictis in relatione quintæ opinionis, quoad probationem prioris partis, & in tertia concluſ. ampliat. prima. Constat enim per dictum decretum Clemen. VIII. non auferri facultatem Episcopis absoluendi impeditos, sed tantùm Sacerdotibus, & simplicibus Confessariis per vniuersam Italiam extra Vrbem degentibus.

Ad vltimum respondetur, quòd licèt casus
57 hæresis habeat strictissimam reseruationem, & ideo cùm non exprimitur, non comprehēditur in generali facultate concessa à casibus Bullæ cœnæ; nihilominus id verum est, quando huiusmodi facultas conceditur simpliciter ad absoluendum à casibus, & censuris in Bulla contentis; etiam extra casum necessitatis, & impedimēti: secus autem, vbi talis facultas conceditur ad absoluendum cum reincidentia, vt in casu de quo agitur, quia sub generali concessione absoluendi à casibus, & censuris Romano Pōtifici reseruatis, includitur casus hæresis; quia illa ratio generalis, ne scilicet reseruatio vergat in periculum animarum, & contra charitatem, cùm pro bono charitatis fit adinuenta, ita militat in casu hæresis, sicut in alijs; ergo eadem quoque militat iuris dispositio, l. illud. ff. ad leg. Aquil. Confirmatur, quia aliàs sequeretur, casum hæresis nō includi sub illa generali facultate absoluendi à casibus & censuris in articulo mortis; quòd est manifestè falsum.

Ratio autem differentiæ, cur sub generali cō-
58 cessione absoluendi simpliciter à casibus Sedi Apostolicæ, etiam in Bulla cœnæ reseruatis, non includatur casus hæresis: & sub generali concessione absoluendi à casibus prædictis cum reincidentia comprehendatur, vltra supra relatas rationes, ea quoque esse potest, quòd absolutio cum reincidentia, licet dicatur vera absolutio, & per eam quis verè absoluatur; tamen non dicitur simpliciter absolutio, sed cum limitatione aliqua, vt nisi cessante impedimento absolutus se præsentet coram R. P. vel aliquid aliud fecerit infra hoc, vel illud tempus; reincidat in eandem speciem censuram, cum eisdem monitionibus & solēnitatibus, cum quibus prius erat excommunicatus: vt in c. veniēs il 2. de test. & c. Apostolicæ, de excep.

Vnde, quamuis per se loquendo, ab eo dum-
59 taxat impendi possit absolutio cum reincidentia, quo lata fuit, vel ab eius superiore, sicut dicitur de censura simplici: vt bene notat Suar. de censur. Eccl. disp. 7. sec. 8. num. 24. & 25. nihilominus, in multis casibus impenditur etiam ab Inferiore: vt habetur ex Couar. in c. Alma mater, p. 1. §. 11. nu. 6. de sent. excommun. lib. 6. Suar. loco citato, & Sayr. lib. 2. Thes. tom. 1. cap. 16. num. 9. Quę quidem omnia locum sibi non vendicāt in absolutione simpliciter impendenda ab huiusmodi casibus, & censuris; nam simpliciter ab eis absolutus non tenetur amplius coram Romano Pontifice comparere, vt patet; nil mirum igitur, si sub generali concessione absoluendi simpliciter à reseruatis Apostolicæ Sedi. nō cōprehenditur casus hæresis, sicut includitur sub generali facultate absoluendi cum reincidentia, vt supra.

ADDITIO.

a Allegant. Hanc ipsam sententiam tenent idem Suar. in suo tract. de fide, disp. 21. sec. 4. nu. 21. Nauar. in Man. c. 27. num. 275. Raguc. in Lucerna Paroch. q. 125. num. 5. Auil. de censur. p. 2. c. 7. disp. 1. dub. 7. concl. 1. Floron. de casib. reseruat. p. 1. c. 4. §. 22. num. 4. Sylu. in 2.2. q. 11. art. 3. Portel. in addit. ad dub. Regul. ver. Hæresis, nu. 26. Homobon. de exam. eccles. p. 1. tr. 5 c. 6. q. 35. Torreblanc. de Magia, lib. 6 c. 6. num. 3. Ricciul. tr. de iur. person. lib. 5. c. 14. num. 7. & nouissimè P. Diana in tract. de absolutione ab hæresi, resol. 1. qui post alios testatur, quòd ita se habet stylus Curiæ Romanæ, & ita fuisse declaratum à Greg. XIII. Est tamen verum, quòd licèt hæc opinio videatur nobis valdè probabilis; contraria nihilominus non est improbabilis: nam pro ea quoque sunt, quamplurimi Doctores; nempe Eymeric. in Director. Inquis. p. 3. com. 25. vers. Quòd si quis dicat, & alij, quos refert,

ſed non ſequitur Farin.de hæreſi,q.92.num.63. Reginald.lib.8.ſuę prax.c.5.ſec.1 num.53.in fin. Lorc.in 2.2 q.11.ar.4.diſp.45. num.3. Fagundez de præcept.Eccleſiaſt.tract.2.lib.8.c.8.num.38. Zerol.tr.de Iubilæo,lib.2.c.18.q.3.Polacch. eo. tr.ſec.42.num.65. P.Alſonſ.de Leon.tr.eod.p.2. queſt.11. nu.43. Peirin.de priuil.Minor.tom.1. conſt.4.Xixti IV.§.5.num.20.Molſeſ. in ſumm. Theol.moral.tom.1.tr.7. c.21. num.62. Filliuc. tom.1.qq.moral.tr.8. c.10. num. 265. & Antonuc.in Catechеſ. Neapol.lib.4.c.19.qui quidem volunt,Confeſſarium electum virtute alicuius Iubilæi,in quo conceditur facultas abſoluendi ab omnibus caſibus,etiam in Bulla cœnæ contentis,poſſe pœnitentem abſoluere à crimine hæreſis,maximè occultæ, & ita fuiſſe declaratũ Romæ, anno 1607. in Sacra Pœnitentiaria, & ſeruari in praxi teſtatur Filliuc.loco citato: & fuiſſe deciſum Placentiæ à Doctiſſimo, ac Sanctiſſimo D.Paulo Aretio Cler. Regular. & S.R. E.Cardinali,tunc Epiſcopo Placentino, & eiuſdem Ciuitatis Inquiſitore, refert etiam Antonuc. loco ſupra relato. Rationem autem hanc eſſe quidam volunt; quia cùm nota eſſet controuerſia hæc inter Doctores,Romani Pontifices,vt controuerſiam dirimerent, expreſsè aliquando exceperunt crimen hæreſis:ergo quando in iubilæo non excipiunt illud,cenſetur cõceſſa facultas ab eo pariter abſoluendi: eo maximè,quoniam ita videtur expedire ad finem recipiendi iubilæum: aliàs multi id non conſequerentur. Et quamuis prior ſententia afferat pro ſe ſtylum.Rom.Curiæ, Fagundez tamen, loco citato, reſpondet ſtylum fundari in illius ſententiæ probabilitate,ſed nõ ob id tollit probabilitatem alterius:& declaratio Greg.XIII. ſuperius allata non conſtat authenticè. Sed re vera non eſt recedendum à priori ſententia, cũ ſit tutior, Doctores habeat pro ſe grauioris põderis,& ad rationem ſupra allatam facilè reſpõderi poteſt ex ijs,quæ habentur ex ipſo Duardo hic,n.6. Abb.Alex.

b Epiſcopus. Adde,quòd Bonac.in explicatione huius §.diſp.1.q.22. pun.2. ſub num. 23. in verſ.Ex dictis patet, licèt hanc ſententiam probabilem eſſe arbitretur,& eò maximè quoniam vltra Doctores allatos à Duardo, ſunt alij numero multò plures.quos refert idem Bonac.de cenſur.in genere,diſp.1.q.3 pun.2.num.4.col.4. verſ.Reſpondeo,Coriolan.hic.& alij; nihilominus probabilius putat,Epiſcopum, aut alium non poſſe per ſe loquendo hoc tempore impeditis abſolutionem impendere à caſibus, & cẽſuris noſtræ Bullæ.Sed re vera non eſt recedendum à priori ſententia, quia rationem fundamentalem Bonacina non ſoluit,nec ad eam reſpondet:quæ eſt,ne reſeruatio, quæ pro bono charitatis eſt adinuenta,contra charitatem operetur; & eò magis quia abſolutio ab impeditis non eſt ſimpliciter abſolutio; ſed abſolutio cum reincidentia.
Abb. Alex.

An facultas abſoluendi impeditos à reſeruatis Apoſtolicæ Sedi, quam habet Epiſcopus, competat etiam ipſius Vicario. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi & Vicarij,idem eſt Auditorium.*
2 *Iuriſdictionem habens vi alicuius priuilegij, non poteſt illam alteri delegare.*
3 *Vicarius generalis Epiſcopi, habet iuriſdictionem ordinariam,ei ſi eſſet Archiepiſcopi,de iure poſſet excommunicare,etiam ſuffraganeos; niſi propter honeſtatem id ei eſſet interdictum.*
4 *Vicarius Epiſcopi ſpecialiter deputatus,non habet iuriſdictionem ordinariam,ſed delegatam,nec vnum conſiſtorium facit cum Epiſcopo.*
5 *Vicarius generalis, licet generalem commiſſionem habeat ab Epiſcopo;multa tamen exercere non valet, niſi ſpecialiter ſibi fuerint commiſſa.*
6 *Vicarius generalis ſi in eius commiſſione habeat aliquem caſum expreſſum,qui requirat ſpeciale mandatum cum clauſula generali; tunc omnia ſpecialia exercere poteſt.*
7 *Epiſcopus facultatem habet abſoluendi impeditos à caſibus,& cenſuris Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, non ex ſpeciali delegatione,ſed ex officio ſuæ dignitatis,vt Epiſcopus eſt.*
8 *Vicarius ſpecialiter deputatus ad abſoluendum impeditos, licèt poteſt eos abſoluere à caſibus Apoſtolicæ Sedi reſeruatis.*
9 *Iuriſdictionem habent ex priuilegio ſuæ dignitatis,poteſt illam alteri delegare.*
10 *Vicarium generalem ex vi generalis commiſſionis, facultatem abſoluendi impeditos non habere, probabiliter videtur dicendum.*
11 *Epiſcopus,per generalem conceſſionem non cenſetur cõceſſiſſe,quæ ſpecialiter non ſuiſſet conceſſurus.*
12 *Vicarius Epiſcopi,ex vi generalis commiſſionis,non poteſt beneficia conferre.*
13 *Vicarium generalem,ex vi generalis commiſſionis,probabilius dicendum eſt,habere poteſtatem abſoluendi impeditos.*
14 *Excepto firmat regulam in contrarium.*
15 *Epiſcopi poteſtas abſoluendi impeditos à caſibus Papæ reſeruatis, eſt ordinariæ annexa dignitati Epiſcopali.*
16 *Vicarius generalis,ex vi ipſius generalis commiſſionis; in abſentiam Epiſcopi habet facultatem abſoluendi impeditos à caſibus Apoſtolicæ Sedi reſeruatis.*
17 *Vicarius Epiſcopi,ſi in eius commiſſione generali habet aliquem caſum ſpeciale requirentem mandatum, tunc citra omnem controuerſiam abſoluere poſſet impeditos à reſeruatis.*
18 *Epiſcopus,ſi incidat in caſum Papæ reſeruatum occultum,aut in irregularitatem occultam,poteſt deputare Confeſſarium,qui ipſum abſoluat.*
19 *Epiſcopus, ſi caſum, aut cenſuram reſeruatam contrahat, & impeditus non poſſit Sedem Apoſtolicam adire, an poſſit committere alteri, vt abſoluatur.*

IN hac re videtur prima facie dicendũ, quòd ſupradicta facultas abſoluendi impeditos à caſibus,& cẽſuris Apoſtolicæ Sedi reſeruatis ex

vi

vi muneris competat non modò Epiſcopo, ſed etiam ipſius generali Vicario.

Probatur, quia Epiſcopi, & Vicarij, idem eſt
5 auditorium: qua propter non valet conſuetudo quòd à Vicario Epiſcopi ad Epiſcopum appelletur, vt in c. 2. de conſuet. in ſexto, eo quòd Vicarius, idem cum Epiſcopo, & vnum corpus faciunt: vt probat Rebuff. in praxi Benefic. cap. de Vicar. Epiſc. & Mart. de Iuriſd. p. 2. c. 8. n 4.

Ex altera parte videtur in contrarium tex. in
2 c. fin. §. cæterum, & ibi Gloſ. in ver. Commiſſum de offic. deleg. vbi dicitur, non poſſe eum, qui poteſtatem habet vi priuilegij ſibi commiſſam abſoluendi aliquos, alteri delegare: & hoc ideo inquit ille tex. *Quia nõ ſibi iuriſdictio, ſed certum miniſterium potius committitur hac parte*. Sed Epiſcopus habet ſupradictam poteſtatem vi priuilegij: vt in c. de cætero, & c. ea noſcitur, de ſent. excõmun. Non igitur poteſt hanc facultatem alteri delegare, & tanto minus Vicarius Generalis poteſt ex vi muneris eam ſibi vendicare.

Immo in terminis noſtris expreſsè hãc ſentẽtiam videtur tenere Panor. in d. c. de cætero, ſub n. 5. in ver. Secundò not. dum ait, quòd abſolutio ab excommunicatione R. P. reſeruata etiam ſubſiſtente cauſa impedimenti, non competit inferioribus Prælatis, citra Epiſcopum.

Pro determinat. huius difficultatis, eſt ann.
3 quòd Epiſcopi Vicarius, eſt duplex. Quidã enim dicitur generalis, ſimpliciter deputatus ad omnia incumbentia, qui facit idem conſiſtorium, cum Epiſcopo: vt habetur per Gloſ. in clem. & ſi principalis, de reſcr. & habet ordinariam iuriſdictionẽ ſecundum Inn. in c. ſuam, de offic. Vicar. Immo, ſi fuerit Vicarius Archiepiſcopi, de iure poſſet ne dum ſubditos, ſed etiam ſuffraganeos excommunicare: licet propter honeſtatem talis poteſtas ſit ei Interdicta, vt per Io. Andr. & Panor. in c. ſi quis cõtra clericum, de for. comp.

Quidam verò Vicarius dicitur, ſpecialiter
4 deputatus ad hanc, vel illum actum tantùm: vel eſt conſtitutus ab Epiſcopo, in certa parte diœceſis, vel ad certos actus: & iſte non habet iuriſdictionem ordinariam, ſed delegatam: nec facit idem conſiſtorium cum Epiſcopo: vt in clem. & ſi principalis, & ibi Gloſ. de reſcr.

Secundò eſt annot. quòd Vicarius generalis,
5 licèt generalem habeat commiſſionem, nihilominus multa ipſi exercere interdicũtur; niſi ſpecialiter eidem fuerint commiſſa; vt in c. 2. & 3. de offic. Vicar. in ſexto. Verùm Epiſcopus qui con-
6 ſtituit aliquem ſibi Vicarium generalem, ſi in eius cõmiſſione expreſſit aliquod ex his, quæ requirunt ſpeciale mandatum, puta facultatem conferendi beneficia: vt in d. cap. 3. & ſecuta eſt clauſula generalis, nempe: Et omnia alia faciendi, quæ per nos poſſumus, etiam ſi talia forent, quæ mandatum exigerent ſpeciali: tunc omnia ſpecialia poteſt: ſecus autem, ſi nihil de ſpeciallibus expreſſiſſet. Ita Gloſ. in d. c. 2. in ver. committantur, de offic. Vicar.

Tertiò eſt ann. quòd Epiſcopus facultatem
7 habet abſoluendi impeditos à caſibus Apoſtolicę Sedi reſeruatis, non ex particulari delegatione, & commiſſione; ſed hanc facultatem habet ex officio, ac priuilegio ſuæ dignitatis, vt Epiſcopus eſt: eo quod in d. c. de cætero, & c. ea noſcitur, non perſonæ, ſed dignitatis Epiſcopalis fit mentio: vt habetur per Gloſ. in c. fin. in ver. certis caſibus, de offic. Ordin. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima Concluſio.

4 8 VIcarius *a* ſpecialiter deputatus ab Epiſcopo ad abſoluendum huiuſmodi impeditos, licitè poteſt eis abſolotionis beneficium impendere extra mortis articulum, à caſibus, & cenſuris Apoſtolicæ Sedi reſeruatis.

Probatur hæc concluſio: quoniam Epiſcopo
9 talis facultas competit ex officio, ac priuilegio ſuę dignitatis, vt ſũpra probauimus, ergo potuit illam alteri delegare: nam illi, qui ex ſuo officio poſſunt certis caſibus alios abſoluere, abſolutionem huiuſmodi poſſunt alteri cõmittere: cũ viderint expedire: tex. eſt & ibi Gloſ. & Doct. in c. fin. de offic. Ordinar. Nec obſtat tex. in d. c. fin §. cæterũ, de offic. deleg. vbi ſupra diximus prohiberi, ne is cui committitur, vt poſſit abſoluere, valeat id alijs delegare: quoniam ibi agitur de eo, qui ex delegatione, & commiſſione habet poteſtatem abſoluendi, non autem de illo, qui habet eam ex officio; & priuilegio ſuæ dignitatis, ſicut Epiſcopus in caſu, de quo agitur.

Hac eadem ratione, qui volunt facultatem abſoluendi ab hæreſi occulta, tributam Epiſcopo per Conc. Trid ſeſſ. 24. c. 6. non eſſe reuocatã per Bullam cœnæ, vt latius de hac re infra, Deo duce dicemus, dicunt etiam, eandem poſſe ab ipſo Epiſcopo alteri delegari, non modò quoad nudam, & ſimplicem poteſtatẽ abſoluendi iuxta formam ſibi præſcriptam, ſublato omni arbitrio immutandi aliquid; ſed etiam relinquendo Delegato facultatem arbitrio ſuo iniungendi pœnitentiam, & onus vnà cum annexis: vt benè docet Nau. conſ. 15. n. 3. de ſent. excomm. Azor. lib. 8. Inſt. Moral. p. 1. c. 10. q. 11. & Alter. in expl. huius §. col. 9. in ver. Reſpendet: & in ver. Hæc ſententia.

Secunda concluſio.

10 VIcarium generalem ex vi generalis cõmiſſionis ſibi traditæ à proprio Epiſcopo, abſque alia ſpeciali facultate, probabiliter puto nõ habere poteſtatem abſoluendi impeditos à caſibus, & cenſuris Apoſtolicæ Sedi reſeruatis.

Probatur primò, quia ex d. c. de cætero, & c.
11 ea noſcitur, de ſent. excommun. hæc facultas Epiſcopo competit, vt Epiſcopus eſt, & ex officio, ac priuilegio ſuæ dignitatis, vt diximus, ergo per generalem commiſſionem, non cenſetur eam transferre in ſuum Vicarium generalem abſque alia ſpeciali delegatione: quoniam in generali conceſſione eidem facta, non veniunt ea, quæ non eſſet Epiſcopus veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.

Hinc, Vicarius generalis non poteſt beneficia
12 conferre; niſi beneficiorum collatio ipſi ſpecialiter ſit commiſſa: vt in c. cum in generali, de offic. Vicar. Et id fortè ſibi vult Panor. in d. c. de cætero, dũ ait, quòd abſolutio ab excommunicatione Romano Pontifici reſeruata, etiam ſubſiſtente cauſa impedimenti, non competit infe-

rioribus Prælatis citra Episcopum.

Secundò hoc ipsum suadeti potest ex his, quę docent Nau. & alij Doctores supra relati, in citatis locis, dum inquiunt, quòd sicut Vicarius generalis, ratione Vicariatus, non habet potestatem conferendi beneficia; ità etiam eadem ratione non potest absoluere excommunicatos ab hæresi occulta iuxta Concil. Trid. sess. 24. c. 6.

Denique per Conc. Trid. loco citato, conceditur facultas Episcopo dispensandi, & absoluêdi delinquentes quoscunque in foro conscientiæ à quibusuis casibus, & censuris occultis per se, vel per Vicarium ad id specialiter deputandũ, non autem per Vicarium generalem ex vi generalis commissionis, vt interpretantur locũ illum præfati Doctores: ergo eodem modo censetur dicta potestas concessa Episcopo, quoad absolutionem tribuendam impeditis, vt scilicet ipse per se, vel Vicarium ad id specialiter deputatum absolutionem impendat, itaut Vicarijs generalibus, vi generalis eorum commissionis hoc nõ censeatur permissum.

Dixi probabiliter; quia opposita sententia
13 non est improbabilis: immo & probabiliorem eam esse arbitror quoniam rationes allatæ ad probandam præsentem conclusionem, facilè possunt euacuari.

Nam ad primam potest responderi, quòd facultatem absoluendi impeditos, verisimiliter est credendum, quòd Episcopus suo generali Vicario fuisset concessurus: & propterea non potest fundamentum fieri in d. c. cùm in generali, de offic. Vicar.

Ad secundam rationẽ potest respõderi, quòd Nau. & alij Doctores supra citati non loquuntur illatiuè, nempe quòd Vicarius Generalis, quia non habet potestatem conferendi beneficia, ideo non possit absoluere a casibus, & censuris occultis Romano Pontifici reseruatis; sed comparatiuè, ideſt, quod sicut Vicarius generalis non potest conferre beneficia; ita etiam non potest absoluere à prædictis casibus.

Ad Concilium Trid. possumus respondere,
14 quòd Concilium prædictum posteriori potius sententiæ fauet, quàm priori. Nã dum vult casus, & censuras occultas Apostolicæ Sedi reseruatos, posse absolui per Episcopum aut Vicariũ ad id specialiter deputatum, & non per Vicariũ Generalem ex vi generalis commissionis, hinc deducitur, quòd in alijs casibus, id est concessũ Vicarijs generalibus absque alia speciali deputatione: quia exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis: vt in c. Dominus, 32. q. 7. & c. 2. de coniug. lepr. tantò magis cum tractetur de materia fauorabili per notata ex Panor. in c. cum dilectus, n. 7. & 8. de confirm. vtil. vel inut.

Hanc sententiam videtur expressè docere Sã-
15 chez lib. 2. Decal. cap. 11. sub nu. 23. per ea, quæ docet Suar. de censur. disp. 41. sec. 2. num. 8. dum ait, quòd potestas, quam habet Episcopus absoluendi a casibus, & censuris occultis Apostolicæ Sedi reseruatis, non est delegata, sed ordinaria, seu quasi iure Ordinario annexa muneri Episcopali: Ergo idem dicendum est de potestate quam habet absoluendi impeditos: quoniam iura non limitant hanc facultatem, vt intelligatur concessa Episcopis tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, vt fieri solet, sed simpliciter talis potestas eisdem conceditur; atque ideo annexa est muneri Episcopali.

Et re uera hanc posteriorem opinionem om-
16 nino puto veram in absentiam Episcopi, ad quẽ fine aliquo labore, & notabili difficultate non patet accessus: nam saltem in hoc casu censetur suo Vicario Generali sub generali commissione concessisse huiusmodi facultatem, cũ aliis fuisset eam concessurus, per eaquæ, habẽtur ex Syl. in sum. in ver. Confessor, 1. q. 6. in fine, Nauar. in Man. c. 9. n. 6. & in c. placuit, n. 105. de pœnit. d. 6. & facit etiam tex. à contrario sensu in d. c. cum in generali, de offic. Vicar. Etenim hoc iuri consẽtaneum videtur, & hoc modo sufficienter consulitur necessitati, ob quam solam hæc potestas conceditur. Eò fortius, quia non desunt Doctores, qui velint hanc facultatem etiam simplicem Sacerdotem habere, si necessitates causa vrgeat vt habetur ex Alter. in explic. huius §. col. 16. in fin. in ver. Respondeo, & col. 17.

Tertia conclusio.

17 VIcarius Generalis, si in eius commissione generali fuerit sibi concessa facultas exercendi actum aliquem, qui requirat speciale mãdatum, cum subsequenti clausula. Et omnia faciendi, quæ per nos possumus, tunc poterit impeditos, de quibus agitur, absoluere citra omnẽ controuersiam. Hęc conclusio patet ex his, quę supra diximus in secundo not.

Illud denique, quoad rem iftam, duximus si-
18 lentio non esse prætereundũ, quòd docet Suar. in suo tract. de censur. disp. 41. sec. 2. num. 9. dum ait, quòd si contingat, Episcopum in casus, & censuras Apostolicè Sedi reseruatas occultè incidisse, Sacra Congregatio Cardinalium censuit posse Episcopum deputare confessarium, qui ipsum absoluat cum facultate concessa Episcopis per decretum Cõc. Trid. sess. 24. cap. 6. Et idẽ putat dicendum quaod irregularitatem occultam: quia vtraque potestas est delegabilis, & non debet Episcopus esse peioris conditionis in hoc quàm inferiores Clerici.

Quòd si hæc vera sunt, eisdem rationibus ar-
19 bitror dicendum, quòd Episcopus si contingat eum incidisse in censuras, & casus reseruatos vt supra, & impeditus non possit adire Romanũ Pontificem ad obtinendum absolutionis beneficium, tunc potestatem a iure sibi traditam absoluendi impeditos, posset Vicario Generali, aut alteri committere, vt se ipsum absoluat. Quod verum puto, nisi esset denunciatus nominatum aut publicus clericorum percussor; quoniam tunc est iurisdictione suspensus: & propterea nõ posset.

ADDITIO.

a Vicarius. Hanc eandem opinionem sequitur Bonac. hic, d. s. 1. q. 22. pun. 2. sub n. 24. supposito, quòd Episcopi facultatem habeant absoluendi impeditos ab excommunicationibus Bullæ cœnæ: pro qua re citat Sanch. lib. 2. Decal. c. 11. nu. 23. cum alijs ab eo allegatis. Abb. Alex.

An

An impediti omnes, poſt abſolutionem ipſis impenſam à caſibus, & cenſuris Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, teneantur Romanum Pontificem adire, ſicut diximus de abſolutis in articulo mortis. Q. 10.

SVMMARIVM.

1 *Impediti, ſi ante, vel poſt abſolutionẽ ſatisfecerint, multi volunt eos non teneri ad ſe præſentandum ſuperiori, ad quem iure ordinario pertinet abſolutio.*

2 *Legis mens eſt attendenda, potius quam verba præſertim in foro conſcientiæ.*

3 *Præſentare ſe quis dicitur in propria perſona, vel per procuratorem.*

4 *Impediti perpetuo impedimento, poſt ſuſceptam abſolutionem a reſeruatis non tenentur ſe præſentare ei, ad quem de iure pertinet abſolutio.*

5 *Impedimento perpetuo laborantes, qui dicantur explicatur.*

6 *Delicati, qui magnæ ſunt potentiæ, & laborem ueniendi ad Sedem Apoſtolicam ſuſtinere nequeunt, quenam præmittere debeant, vt a reſeruatis abſolui poſſint, declaratur.*

7 *Delicati, propter periculum moræ, poſſunt ab Epiſcopo abſolui a reſeruatis præſtita cautione, quod parebunt cõſilio, ſeu reſponſo Romani Pontificis.*

8 *Animæ periculum quotieſcunque imminet ob moram impendendi abſolutionem a reſeruatis poteſt vnuſquiſque ab Epiſcopo abſolui ſub cautione parendi conſilio, ſeu reſponſio Romani Pontificis.*

9 *Mora, an et quando ſit notabilis, iudicio, arbitrio eſt determinanda.*

10 *Delicatus, qui laborem accedendi ad Sedem Apoſtolicam ſuſtinere nequeunt, quodnam priuilegium de iure conceditur, declaratur.*

11 *Delicati, poſt abſolutionem ſuſceptam æquiparantur perpetuo morbo laborantibus, ab Epiſcopo abſolutis a caſibus, Apoſtolicæ Sedi reſeruatis.*

12 *Impedimento perpetuo laborantes, poſt abſolutionem ſuſceptam à reſeruatis Papæ, non tenentur ad eundem ſe conferre, etiam ſi miraculoſè ad priſtinam fuerint reducti ſanitatem.*

13 *Impedimento perpetuo laborantes, poſt abſolutionem conſecutam à reſeruatis Romano Pontifici non tenentur eidem ſe præſentare: etiam ſi confeſſarius tale onus ſub iuramento iniunxerit.*

14 *Confeſſarius ſi putans pœnitentem teneri ad reſtitutionem, ad eandem ipſum ſub iuramento obligauerit, detecto errore, pœnitens ad nihil tenetur.*

15 *Impediti, poſt abſolutionem habitam à reſeruatis Papæ, tenentur eidem ſe præſentare, ceſſante impedimento, etiam ſi tale onus à confeſſario non fuerit ipſis iniunctum: ſicut ad reſtitutionem debitam tenerentur pœnitens, etiam ſi ad eam à confeſſario non eſſet condemnatus.*

16 *Impediti abſoluti à reſeruatis Papæ ab Epiſcopo: tenentur Sedi Apoſtolicæ ſe præſentare, etiamſi parti ſatisfecerint, aut cum ea concordauerint, ceſſante impedimento.*

17 *Impediti temporali impedimento, poſt abſolutionem ſuſceptam a reſeruatis ab Epiſcopo: ſi ſe non præſentant Romano Pontifici ceſſante impedimento, reincidunt in eandem cenſuram.*

18 *Impeditis abſolutis a reſeruatis, debet imponi ſe præſentandi onus Romano Pontifici ſub iuramento.*

19 *Tempus commodum ſe præſentandi a iure conceſſum impeditis, ceſſante impedimento, quodnam ſit, declaratur.*

20 *Impediti, ſi negligentes fuerint ad ſe præſentandum Sedi Apoſtolicæ poſt abſolutionem conſecutam a reſeruatis Papæ, an, & quando in eandem cenſuram reincidant, explicatur.*

21 *Impediti, ſi poſt abſolutionem a reſeruatis, Romano Pontifici non ſe præſentauerint, hoc onus non tenentur ſubire eorum hæredes.*

22 *Impediti abſoluti à reſeruatis vigore alicuius priuilegij, non tenentur Sedem Apoſtolicam adire etiam impedimento ceſſante; niſi ſint hæretici externi abſoluti in mortis articulo.*

23 *Impediti, abſoluti à reſeruatis ab Epiſcopo cum onere ſe præſentandi Romano Pontifici, ſi deinde iterum vigore alicuius priuilegij, aut Bullæ abſoluendi facultatem tribuentis, abſoluantur, ad dictum onus amplius non tenentur.*

24 *Impeditus impubes, abſolutus a reſeruatis Papæ per Epiſcopum, non tenetur aduenientе pubertate, Apoſtolicæ Sedi ſe præſentare.*

25 *Impubes ſi reſeruatam cenſuram contrahit, licèt deinde fiat pubes, ſi abſolutionem ab ea petat; poteſt tamen ab Inferiori quoque abſolui.*

26 *Impubes, in ea ætate eſt vt quidquid videt, ignoret.*

27 *Filius familias ſi poſt pubertatem in cenſuram Papæ reſeruatam inciderit, poteſt ab Epiſcopo abſolui cum onere ſe præſentandi Apoſtolicæ Sedi, ſi pater eius conſentiat aut poſtquam ſui iuris fuerit factus.*

28 *Seruus ſi poſt pubertatem cenſuram Papæ reſeruatam contraxerit, poteſt ab Epiſcopo abſolui præſtito iuramẽto de ſe præſentando Sedi Apoſtolicæ ceſſante ſeruitute aut ſi conſenſum à Domino obtinuerit.*

29 *Dominus, ſine rationabili cauſa non debet ſeruo denegare licentiam ſe præſentandi Romano Pontifici, poſt abſolutionem ab excommunicatione reſeruata ab Epiſcopo ſuſceptam.*

30 *Impeditus licet, poſt abſolutionem ſuſceptam à reſeruatis Papæ teneantur eidem ſe præſentare, id tamen ſatis eſt, ſi per procuratorem agant.*

31 *Impediti, abſoluti ab Epiſcopo à cenſura ob percuſſionem clerici, ceſſante impedimento, tenentur Romano Pontifici ſe præſentare: nec ſatis eſt, ſi per procuratorem cõpareant, per nuncium, aut per litteras.*

IN hac difficultate Nauar in Man. cap. 26. nu. 1 26. & Enriquez lib. 13. de excommunic. cap. 29. num. 3. dicunt, quòd licèt in c. eos qui, de ſent. excommunic. in ſexto præcipiatur huiuſmodi abſolutis propter impedimentum aliquod, vt ceſſante impedimento ſe præſententſuperiori, ad quem iure ordinario pertinet abſolutio, atque ideo Romano Pontifici, vbi abſolutionis beneficium a caſibus, & cenſuris eidem reſeruatis, acceperint; nihilominus ſi parti ſatisfecerint, aut cum ea compoſuerint, ad ſe præſentandum ſuperiori, vt ſupra, non tenentur. Immo addit ipſe Enriquez à prædicta obligatione eximi, etiam ſi poſt abſolutionem; ea præſtiterint.

Probat Nau. hanc ſententiam: quia non alia 2 ratione prædictis abſolutis præcipitur acceſſus ad Romanum Pontificem, niſi vt ab eo mandatum ſatisfaciendi plenè recipiant, & hanc, ait,

eſſe mentem d.c.eos qui, de ſent. excom. in ſexto, quæ magis eſt attendenda, quàm verba, præſertim in foro conſcientiæ, c. pœn. de regul. iur. in 6. & l. conditionibus, ff. de condit. & demonſtrat. Cum igitur hæc præſtiterint, fruſtra erit ſupradictus eorum acceſſus.

Secunda ſententia eſt Caiet. in ſum. in ver. Excommunicatio: c. 69. in fine, & aliorum dicentium, quod propter legitimũ aliquod impedimentum abſoluti ab inferiore, nõ tenentur perſonaliter ſe præſentare ſuperiori, ad quem iure ordinario competit abſolutio, ſed ſatis eſt, ſi per procuratorem compareant. Mouentur, quòd tex. in d.c.eos, de ſent. excomm. in ſextò, non cogit huiuſmodi abſolutos ad præſentandum ſe perſonaliter, ceſſante impedimento; ſed obligat tantùm ad ſe præſentandum: vt conſtat ex illis verbis: *Si ceſſante poſtea periculo, vel impedimento huiuſmodi ſe illi, a quo his ceſſantibus abſolui debeant, contempſerint præſentare, &c.* Modò præſentare ſe quis dicitur, aut in propria perſona, aut per procuratorem idoneum, vt in cap. Epiſcopus, 58. dist. Ergo ſatis eſt, ſi impediti, poſt abſolutionem ab inferiori per procuratorem ſpecialiter conſtitutum compareant coram ſuperiori.

Tertia ſententia eſt Panor. in c. de cætero, nu. 1. de ſent. excom. Anch. in d.c.eos qui, nu. 6. eod. tit. lib. 6. Vgol. de cenſur. Tab. 1. cap. 54. §. 5. nu. 4. Sayr. lib. 2. Theſ. tom. 1. cap. 16. nu 13. & aliorum exiſtimantium, propter impedimẽtum aliquod canonicum abſolutos, omnino debere, ceſſante impedimento, perſonaliter ſe præſentare coram ſuperiori, aliàs in eandem ſpecie excommunicationem reincidunt. Probant eorum opinionem per tex. in c. quod de his, §. fin. de ſent. excomm. vbi Romanus Pontifex tractans de abſolutis à reſeruatis Apoſtolicæ Sedi ab inferiori propter impedimentum, ſic ait. *Cæterum ab his in forma Sacramenti exigi conſueuit, vt reſumptis viribus, & opportunitate conceſſa, Romanam Eccleſiam in propria perſona debeant viſitare.*

Quarta ſententia eſt D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 47. Tabien. in ſum. in ver. Excommunicatio. Quinta, caſu 40. nu. 5. & Syl. in ver. excommunicatio, 8. §. 8. q. 7. qui diſtinguunt, quòd aut adeſt aliqua iuſta cauſa: & tũc prædicti abſoluti ceſſante impedimento poſſunt ſe præſentare ſuperiori per procuratorem ſpecialiter deputatum: aut nulla ſubeſt cauſa, & tunc dicunt, ſatis non eſſe cõparitionem per procuratorẽ, ſed omnino debere fieri perſonaliter, ceſſante impedimento, & ita volunt debere intelligi tex. in d.c. quod de his.

Quinta ſententia eſt Sanchez. lib. 2. Decal. c. 13. n. 33. amplectentis Caiet. opinionem ſimpliciter: atque ideo exiſtimat huiuſmodi abſolutos non teneri poſt abſolutionem, ceſſante impedimento, ſe præſentare ſuperiori perſonaliter; ſed ſatis eſſe, ſi compareant per legitimum procuratorem. Limitat tamen hanc ſententiam non procedere, vbi quis ab inferiori abſolueretur ab excommunicatione ob percuſſionem Clerici: nam tunc, ceſſante impedimento, ſi non habet iuſtam excuſationis cauſam, debet ſe perſonaliter præſentare Romanæ Eccleſiæ; ſecus autem, ſi iuſta ſubſit excuſationis ratio: quoniã eo caſu poteſt per legitimum procuratorem cõparere.

Probat ſuam opinionem quoad priorem partem: quia nullus textus obligat ad perſonalem præſentationem. Poſterior pars probatur ex d. c. quod de his, quod perſonalem præſentationem exigit ab abſoluto ob clerici percuſſionem: Hæ ſunt opiniones, quas in hac re apud Doctores inuenio recenſitas, reſtat modò, vt quid nobis dicendum ſit videamus. Quocirca, ſit

Prima Concluſio.

4 ABſoluti ab Epiſcopo à caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ contentis, & alijs Apoſtolicæ Sedi reſeruatis propter impedimentum aliquod perpetuum, cùm ceſſatio impedimenti expectari nequeat, non tenentur, nec per ſe, nec per procuratorem Romano Pontifici ſe præſentare.

Prima pars concluſionis patet ex tex. in cap. quamuis, de ſent. excom. Vbi hoc onus imponitur temporali tantùm impedimento laborantibus: vt conſtat ex illis verbis: *Cæterum quibuſdam prædictorum, videlicet, qui temporali impedimento laborant, exceptis pueris, ſub debito iuramenti (quod ſecundum Eccleſiæ formam præſtare tenentur) conſueuit iniungi, vt impedimento ceſſante, ad Apoſtolicam Sedem accedant, mandatum ipſius humiliter ſuſcepturi.*

Probatur ſecunda pars per Nau. in Man. c. 27. num. 90. ver. Ad quintam: ex eo quòd ius adid non obligat huiusmodi impeditos, ſed tantùm qui poſſint, vadant.

5 Dicuntur autem perpetuo impedimento laborare mulieres propter ſexus fragilitatem, vt in c. mulieres, & c. de monialibus de ſent. excõmunicat. Senes, propter ſenilem ætatem, & corporis imbecillitatem: Mutilati in pede, vel contracti, propter corporis impotentiam: vt in c. ea noſcitur, & d.c. quamuis, eod. tit. Item carceribus perpetuò mancipati, vel ad triremes perpetuò condemnati, in inſulam relegati, ſeù deportati: & denique qui magnæ ſunt potentiæ, & ita delicati, quòd laborem veniẽdi ad Sedem Apoſtolicam nequeunt ſuſtinere. Illi enim poſt abſolutionem ab Epiſcopo ſuſceptam à reſeruatis Apoſtolicæ Sedi, non tenentur eidem ſe præſentare, nec perſonaliter, nec per procuratorem, aut alios.

6 Beneuerum eſt, quòd in impendenda abſolutione ſupradictis delicatis aliqua præmittenda ſunt, quæ non eſt neceſſe, vt præmittatur quoad alios ſupra recenſitos impeditos. Nam antequam ipſi delicati ab Epiſcopo abſoluantur, ſtatus perſonæ, & veritas negocij eſt intimanda Summo Pontifici, & ſecundum eius conſilium tales erunt de commiſſo crimine corrigendi: vt patet ex d.c. mulieres, in illis verbis: *De his verò, qui magnæ ſunt potentiæ, & ita delicati, quod laborem veniendi ad Sedem Apoſtolicam nequeunt ſuſtinere. Reſpondemus, quod ſtatus perſonæ prius, & veritas negocij eſt intimanda Romano Pontifici, & ſecundum conſilium eius tales erunt de commiſſo ſcelere corrigendi.*

7 Eſt tamen annotãdum, quòd Glo. in d.c. mulieres, in ver. Laborem veniẽdi: ait, quòd ſi Epiſcopo videbitur delicatum illum laborem adeundi Sedem Apoſtolicam non poſſe ſuſtinere, propter periculũ morę abſoluere ipſum poteſt, recepta ſufficienti cautione, quòd parebit conſilio, ſiuè reſpõſo Romani Pontificis. Si verò pericu-

Digitized by Google

riculum non timetur, tunc consulendus est Papa, antequàm absoluatur. Quod intelligendum esse de periculis mortis, aut alicuius notabilis damni, vt licitum sit eumdem absoluere, ait Alter. in explicat. huius §. col. 15. in prin. ver. Dubitat tamen. Vbi etiam ait, id non licere ex speciali priuilegio d. c. mulieres; sed ex lege generali: atque ideò ex vi dicti canonis nullum speciale priuilegium concedi in hac parte huiusmodi personis potẽtibus, & delicatis, vt propter moræ periculum prius absolui possint, quàm aliæ: putat tamen probabile, quod vbi mora est extraordinaria, & notabilis, illa est sufficiens, vt absolutio cum dicta cautione concedi possit: quoniam ex dilatione absolutionis vniuersaliter
8 periculum imminet animæ cuiuscunque Christiani, vt in c. fin. de pœnit. & remiss. & c. sacro, iũcta Glo. de sent. excomm. Et certè hoc ipsum in iure videtur esse permissum: nam in c. ea noscitur, de sent. excom. conceditur ægrotantes absolui posse: vt constat ex illis verbis: *Senes valetudinarij, &c.* Hoc idem patet in c. quamuis eod. tit. Ibi: *Nisi imminente mortis articulo, infirmitate immicitia, &c.* Et id verum esse colligitur ex dictis iuribus, quamuis infirmitas non sit periculosa, sed morosa tantùm: quoniam ægritudinis causa in prædictis locis distinctè ponitur à periculo mortis, & conceditur generalis absoluẽdi facultas propter huiusmodi impedimẽta; ergo ex quacumque causa eatra ordinaria mora timeatur, vel ex longitudine, & periculo itineris, vel propter necessaria negocia peragena, ad aliquid aliud poterit absolutio impendi.

Et hãc regulam locum sibi vendicare censet
9 Alter. loco citato in ver. Respõdeo, circa finem in omnibus casibus Apostolicę Sedi reseruatis, etiam in casibus Bullæ cœnæ. Vbi etiam addit, quòd ad iudicandum, quando mora censenda sit notabilis, & extra ordinaria, relinquitur iudicio prudentis viri.

Priuilegium igitur, quod suprà dictis personis
10 conceditur in c. mulieres, illud est dumtaxat, vt secundum ordinarium ius, non possint cogi Sedem Apostolicam adire, sed à suo Episcopo possint absolui, iuxta formam in eo traditam. Quod in alijs personis locum nõ habet, quibus conceditur dictum priuilegium, ratione impedimenti: nam si impedimentum est temporale, cessante impedimento, tenentur se Romano Pontifici præsentare, vt infra dicemus.

Vnde personæ illæ potentes, & delicatæ, post
11 absolutionem susceptam, æquiparantur omnino quoad hoc absolutis ab Episcopo ob aliquod perpetuum impedimentum, quoniam si-
12 cut hi non tenentur adire Romanum Pontificem, etiamsi laborantes modo immedicabili, miraculosè ad pristinam fuerint reducti sanitatem: vt docet Sanchez lib. 2. Decal. c. 53. sub nu. 30. ita etiam illi ab hoc onere sunt absoluti.

Imò ex dictis causis absolutionem consecuti,
13 non tenentur prædictum onus subire, etiamsi confessarius id onus illis iniunxisset sub iuramento: nam si miraculosè salutem recuperauerunt præter omnem spem humanam, non tenentur adire: quia ius non obligauit eos, & euẽtus futurus eam obligationem non producit, & ipsi pœnitentes ad nullum onus obligare se voluerunt per iuramentũ illud, nisi ad quod Confessarius ipsos obligari falsò putauit, ac proinde obligare voluit. At Confessarij intentionem supponimus fuisse obligandi pœnitentes huiusmodi ad id tantùm: quod ius obligare falsò putauit. Cum igitur ius adhoc non obliget, nec confessarius eos obligasse censetur: atque ideò pœnitentes liberi sunt ab onere supradicto. Ita Sanchez loco citato. Vbi, ad confirmationem
14 huius dicti affert exemplum de Confessario, qui credens pœnitentem ad restituẽdum obligari in aliquo casu ipsum compelleret ad iurãdum se restituturum: nam detecto errore, ad nil teneretur.

E contra verò in eo casu, quo pœnitens tene-
15 retur illud se præsentandi onus subire, si Confessarius per obliuionem, aut ignorantiam: vel malitiam id non imponeret, arbitratur ipse Sãchez ibidem, pœnitentem à dicta obligatione non liberari. sed in eandem censuram reincidere iuxta tex. in c. eos qui, de sent. excommun. in sextò. Quia obliuio, malitia, vel ignorantia cõfessoris non eximit pœnitentem ab eis, quæ à iure præcipiuntur. Sicut idem dicendum esset de restitutione, ad quam teneretur pœnitens, etiam si ad eam per Confessarium non fuisset condemnatus.

Secunda Conclusio.

16 ABsoluti ab Episcopo à reseruatis Romano Pontifici propter legitimum impedimentum, cessante impedimento, si parti satisfaciãt, aut cum ea composuerint, non per hoc excusantur ab onere se præsentandi Sedi Apostolicæ. Hæc conclusio est Suar. de pœnit. disp. 30. sec. 3. nu. 6 & Sanchez lib. 2. Decal. c. 13. nu. 29. cõtra Nau. & alios pro prima sententia relatos.

Probatur hæc conclusio: quoniam licèt finis præcepti esset parti satisfactio, vt opinatur Nau. tamẽ ille finis non est adequatus: nam ipsum onus comparendi est quasi pars pœnæ ab Ecclesia impositæ pro tali delicto, & ordinatur ad specialem satisfaciendi modum.

Confirmatur, quia alias debuisset poni cõditio prædicto comparendi præcepto; si parti scilicet læsæ sufficiens satisfactio non exhiberetur: quod tamen non seruatur.

Denique, in absolutione cuiusuis excommunicationis reseruatę hoc onus imponitur, & tamen non quælibet satisfactionem partis annexam habet, vt patet in excommunicatione lata in primo canone nostræ Bullæ contra legentes libros hæreticorum, eosdemque tenentes, & in multis alijs. Non igitur partis satisfactio à prædicto liberat onere.

Tertia Conclusio.

17 ABsoluti ab Episcopo à casibus, & censuris nostræ Bullæ, & ab alijs Romano Pontifici reseruatis propter temporale aliquod impedimentũ, eo cessante, tenentur omnino se præsentare Sedi Apostolicæ, alias, si se non præsentauerint, in eandem censuram incidunt.

Probatur ex tex. in c. eos, qui, de sent. excommun. in sexto, cuius formalia verba sunt, quæ sequun-

ſequuntur: *Eos, qui à ſententia canonis vel hominis, cum ad illum, à quo alias de iure fuerant abſoluendi, nequeunt propter imminentis mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum, pro abſolutionis beneficio habere recurſum, ab alio abſoluuntur: ſi ceſſante poſtea periculo, vel impedimento huiuſmodi, ſe illi, a quo bis ceſſantibus abſolui debebant, quam citò commodè poterunt, contempſerunt præſentare, mandatum ipſius ſuper illis, pro quibus excommunicati fuerant humiliter recepturi, & ſatisfacturi prout iuſtitia ſuadebit: Decernimus (Nec ſic cenſuræ illudant Eccleſiaſticæ) in eandem ſententiam recidere ipſo iure.* Ex quo tex. claré conſtat, prædictos abſolutos teneri ceſſante impedimento, quàm citò commodè poterunt, ſe præſentare Romano Pontifici, aliàs in eandem excommunicationem recidunt.

Vbi eſt annot. quòd hoc ſe præſentandi onus
18 debet huiuſmodi abſolutis ſub iuramento imponi: nam etſi in d. c. eos quiſ, huius iuramenti non fiat mentio; fit tamen in c. quamuis, & c. ea noſcitur, de ſent. excom. Vnde eſt ab eis omnino exigendum, exceptis pueris, vt habetur ex Nau. in Man. c. 27. n. 89.

Tempus autem commodum ſe præſentandi,
19 ne in excommunicationem reincidant, intelligitur ſecundũ D. Anton. in ſum. 3. p. tit. 14. c. 47. Syl. in ver. excommunicatio 8. §. 5. & alios, quos refert, & ſequitur Sanchez lib 2 Decal. cap. 13. nu. 25. dum ceſſat impedimentum, aliquo tempore modico indulto, vt ſe præſentaturus, valeat ſibi neceſſaria prouidere. Quod tempus modicum, prudentis viri arbitrio relinquitur taxandum, habita cõſideratione perſonæ, temporis, & loci, ita vt ſatis ſit non adeſſe negligentiam, & fraudem.

Imó ego arbitror, quòd etiam ſi aliqua in-
20 terueniat negligentia, non ob id ſic abſoluti mox reincidunt; ſed negligentia debet eſſe talis, quæ latam culpam quodammodo videatur includere: nam cum hæc reincidentia exigat cõtemptum: vt conſtat ex illis verbis d. c. eos qui, *Quam cito commodè poterunt, contempſerint præſentare &c.* non omnis negligentia includit contemptũ, ſed illa dumtaxat, quæ culpa lata quodammodo dicitur: & dolo equiparatur: vt in l. quod Nerua, & ibi Doct. ff. depoſ.

Limitatur primo hæc cõcluſio, vt huiuſmo-
21 di præſentandi onus non tranſeat ad hęredem. Vode, ſi quis propter impedimentum, vt ſupra abſolutus, ceſſato impedimento, antequàm Romam peruenerit, decedat, non ob id tenetur ipſius hæres ſe preſentare mandatum recepturus, quoniam id nullo iure cauetur; ſed ad reſtitutionem dumtaxat tenebitur, ſi ad aliquam defunctus tenebatur: vt benè docet Suar. de cenſur. diſp. 22. ſec. 1. nu. 62.

Secundò limitatur, vt prædictum ſe præſen-
22 tandi onus non teneatur ſubire abſolutus à reſeruatis, vt ſupra virtute alicuius Bullæ, aut alterius priuilegij concedentis talem abſolutionem: nam priuilegium in hoc conſiſtit, vt abſolutus abſque illo, licèt teneatur ſe præſentare, non tamen compellitur virtute illius: aliàs priuilegium nihil concederet. Ita Suar. de pœnit. diſp. 30. ſec. 1. nu. 6. & alij relati à Sanchez loco citato nu. 31. vbi ab hac limitatione excipit abſolutionem hęretici externi præſtitam in mortis articulo habenti Bullam. Etenim Bulla cùm nihil circa eam concedat, perinde eſt, ac ſi iſ Bulla careret. Et nu. 31. ampliando eandem limitationem ex Enriq. lib. 6. de pœnit. c. 10. n. 5. in comm. littera G in fine inquit, quòd qui carens
23 Bulla cruciatæ abſoluitur à reſeruatis, cum dicto ſe præſentandi onere, poteſt accepta Bulla, aut tempore Iubilei concedentis eius caſus abſolutionem, præſentare ſe cõfeſſario, vt iterum abſque eo onere abſolutionis beneficium ſibi impendat, qua impenſa, ab huiuſmodi onere remanet abſolutus. Nam hoc onus obligat in quantum hic vti vult priuilegio abſolutionis impenſæ ex cauſa neceſſitatis: at modo illo non vtitur, ſed noua potitur abſolutione, virtute priuilegij eam ſine tali onere concedentis. Nec per priorem abſolutionem impediri poteſt abſolutus, quin per poſteriorem vigore ſui priuilegij obtentam hoc beneficio non gaudeat.

Tertiò limitatur eadem concluſio: vt locum
24 non habeat in impubere: is enim non cogitur Sedi Apoſtolicæ ſe præſentare, adueniente pubertate, ſed ſimpliciter abſolui poteſt à caſibus, & cenſuris Romano Pontifici reſeruatis: vt eſt tex. in c. 1. & c. quamuis, de ſent. excommun. Excipiuntur autem impuberes ab hoc onere, non propter imbecillitatem virium ex defectu ætatis; quia cum hoc impedimentum ſit temporale, non perpetuum, non obſtaret quominus iure iurando obſtringi poſſent, vt adueniente pubertate, ad Apoſtolicam Sedem accederent, ſed potius excipiuntur propter imperfectionem, & defectum puerilis actus in deliberatione, & perfecto rationis vſu: & propterea licet impedimentum ceſſet, non tamen priuilegium deſint, nec illis imponitur obligatio comparendi: vt habetur ex Alter. in explicat. huius. §. col. 18. per totam.

Hac eadẽ fortè ratione ex Roſel. inquit Nau.
25 in Man. c. 27. ſub n. 88. quod qui ante pubertatem cenſuram reſeruatam contrahit, poteſt abſolui ab inferiori, licèt poſt pubertatem ſolutionem petat. quia huiuſmodi crimẽ reſeruatam, non præſumitur ab impuberibus cõmitti cum
26 perfecta deliberatione, & perfecto rationis vſu, cum in ea ætate ſint, vt quidquid vident, ignorent. l. 1. §. impuberes C. de falſ. monet. Sunt tamen abſoluendi, quia ſi adeo doli capax impubes quis exiſteret, vt perfectam deliberationem habeat in crimine cõmittendo, cùm peccatum mortale committeret, excõmunicationis quoque vinculo alligaretur.

Ex hoc infert Alter. loco citato, in ver. Hinc
27 deſumi, hanc differentiam eſſe inter impuberem, & filium familias: nam impubes ſimpliciter abſolui poteſt, abſque vllo comparẽdi onere: at filius familias, qui poſt pubertatẽ crimen commiſit, propter quod in excommunicationem incidit, licèt abſolui poſſit iuxta tex. in cap. mulieres, de ſent. excommun. debet nihilominus ab eo exigi iuramentũ ſe præſentaodi, quia impedimentum illud, non eſt perpetuum. Qua propter ſi emancipatur à Patre, aut per dignitatem aliquam, vel alia ratione à Patris eximitur poteſtate; aut ipſe Pater conſentiat, vt itineri ſe exponat, debet prædictum onus ſubire. Ita Panor. in d. c. mulieres, nu. 6. Syl. in ſum. in ver. Abſolutio 4. §. 3. & alij.

Hęc, quę diximus de impubere, & filio fami-
28 lias,

28 lias, dici quoque poſſunt de impubere, & ſeruo: quoniam impubes, vt diximus, non tenetur Apoſtolicæ Sedi ſe præſentare, etiam poſt pubertatem: at ſeruus excuſatur, durante tantùm ſeruitute, vt in d.c. mulieres, & c. relatũ, de ſent. excom. Vnde, ſi libertate donetur, aut conſenſum à Domino obtinuerit Romam adeundi, tenetur comparere coram Romano Pontifice: eo quòd ceſſat impedimentum. Quòd, ſi Dominus non conſentiat, tunc excuſatur ſeruus.

Beneuerum eſt, quòd Domino, abſque ratio-
29 nabili cauſa, non eſt licitum huiuſmodi conſenſum ſeruo denegare, ſed ita demũ, quoties graue incõmodum pateretur citra ipſius culpam, ob eam cauſam: vt ſi longè diſtaret à Romana Curia. Quòd ſi propè eſſet, & breui temporis ſpatio abſolui poſſet, tunc fas non eſſet Domino ſeruum ipſum impedire, quominus Romanum Pontificem adeat. Imò in d.c. relatum, ſtatuitur, quòd ſi delictum eſſet enorme, quale eſt clerici percuſſio, & timeretur ſcandalũ, & prauum exemplum cum aliorum periculo; tunc ad Apoſtolicam Sedem eſſet mittendus, etiam cum graui Domini detrimento: quoniam Deo magis eſt, quàm homini deferendum. Hæc Alter. loco citato.

Quarta concluſio.

30 LIcèt abſoluti ab Epiſcopo à reſeruatis Apoſtolicæ Sedi propter temporale aliquod impedimentum teneantur ipſam Apoſtolicam Sedem adire, ceſſante impedimento, & exceptis caſibus ſupra concluſione proxima relatis; nihilominus ipſam Apoſtolicam Sedem non tenentur adire, eidemque ſe præſentare perſonaliter; ſed ſatis eſt, ſi id agant per procuratorem, etiam ſi nulla iuſta ſit cauſa, qua valeant excuſari. Hæc concluſio eſt contra Doctores tertię, ac quartæ ſententiæ.

Probatur autem ex his, quę attulimus ad probationem quintæ opinionis.

Limitatur dicta concluſio, vt locum ſibi non
31 vendicet in abſoluto ab excommunicatione, ob percuſſionem clerici: quoniam is, ceſſante impedimento, tenetur perſonaliter ſe præſentare coram Romano Pontifice, nec ſatis eſt, ſi id agat per procuratorem, per nuncium, aut per litteras. Hoc patet expreſsè ex tex. in c. quòd de his, de ſent. excom. vbi tractans Romanus Pontifex de clerici percuſſore ſic ait: *Fraternitati tuæ duximus reſpondendum, quòd is, qui aſſerit ſe in canonem latæ ſententiæ incidiſſe non aliter, quàm per Sedem Apoſtolicam, vel eius Legatum abſolutionis poteſt beneficium obtinere. Niſi forte ſit in mortis articulo, vel paupertate, vel infirmitate, vel ſenectute tanta grauetur, quod ad Eccleſiam Romanam laborem ſubire non valeat veniendi: vel ab hoc, alio impedimento canonico retrahatur. Cæterum ab his in forma Sacramenti exigi conſueuit, vt reſumptis viribus, & opportunitate conceſſa, Romanam Eccleſiam in propria perſona debeant viſitare.* Quem quidem canonem ſpecialiter editum fuiſſe in odiũ, & pœnam inicijcientium manus violentas in clericum, tenet Sanchez lib. 2. Decal. cap. 13. nu. 33. Et propterea inquit non eſſe extendendum quoad abſolutos à reſeruatis pro alijs cauſis, quàm ob clerici percuſſionem: nam iſti non tenentur in propria perſona comparere, cum id iure non reperiatur cautum.

Beneuerum eſt, quòd in eo nobis non probatur opinio Sanchez, quod aſſerit excludendo à perſonali comparẽdi onere, etiam abſolutum ob clerici percuſſionem, vbi adeſt cauſa iuſta: Nam ſi per cauſam iuſtã intelligit canonicum impedimentum, iſte talis adhuc dicitur legitimè impeditus: & propterea, durante impedimento, non tenetur nec perſonaliter, nec per procuratorem comparere: quoniam de iure ad id obligatur, ceſſante impedimento, & opportunitate conceſſa, vt patet in d.c. de his. Quod ſi de alia cauſa loquatur, non videtur ſufficiens ad illum excuſandum à perſonali preſentatione, cùm talis excuſatio nullo iure detur, & tex. in d.c. de his, ſimpliciter exigit, vt perſonaliter fiat præſentatio, nec diſtinguit de cauſa iuſta, vel iniuſta; ergo ſimpliciter, & indiſtinctè eſt intelligendus: quoniam lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. de pretio, ff. de publ. in rem act. Ad contraria, patet reſponſio ex dictis.

An extra mortis articulum, per alium, quàm per Romanum Pontificem, abſolui quis poſsit à caſibus, & cenſuris in Bulla Cœnæ reſeruatis, ex delicto tamen occulto proue nientibus. Q. 11.

SVMMARIVM.

1 *Concil. Trid. c. 6. ſeſſ. 24. refertur de verbo ad verbum.*
2 *Irregularitas, excommunicatio, & aliæ cenſuræ ſtatui non poſſunt pro peccato purè interno, quod probabile ex ſui natura non eſt.*
3 *Eccleſia habet poteſtatem ſibi reſeruandi peccata purè interna, quamuis talis reſeruatio ſit contra vniuerſalem Eccleſiæ conſuetudinem: & propterea non ſit conſulenda.*
4 *Occulta crimina, quæ dicantur, declaratur.*
5 *Publicum notorium, manifeſtum, famoſum, an, & quomodo differant inter ſe, explicatur.*
6 *Occultum dici poteſt delictum, vbi licèt conſtet publicè de actu, qui eſt delictum: tamen non conſtat publicè, illum actum eſſe delictum.*
7 *Occultum dicitur crimen, quod quamuis fuerit deductum in iudicio, & de eo quis fuerit accuſatus, nihilominus non fuit probatum.*
8 *Occultum delictum dicitur non ſolùm illud, de quo non conſtat in genere: ſed etiam illud, quod conſtat fuiſſe commiſſum, ſed occulta eſt perſona delinquentis.*
9 *Occultum crimen quoque appellatur ſecundum aliquos, quod licet ſit publicum ſecundum ſe: eſt tamen occultum eſſe cenſuræ ſubiectum.*
10 *Occultum crimen poteſt eſſe in vno loco, quamuis in alio ſit publicum.*
11 *Cenſura, non eſt caſus, cum prior ſit pœna, & poſterior culpa.*
12 *Caſus Romano Pontifici reſeruati, omnes habent aliquam cenſuram annexam.*
13 *Facultas conceſſa abſoluendi à caſibus Papæ reſeruatis, cenſetur etiam conceſſa abſoluendi a cenſuris quas habent annexas.*
14 *Facultas conceſſa ab Epiſcopo abſoluendi à caſibus ſibi reſer-*

reſeruatis, non extenditur ad cenſuras reſeruatos.

15 *Epiſcopus concedendo alicui omnem ſuam poteſtatem, ac auctoritatem, non cenſetur concedere facultatem abſoluendi à caſibus ſibi reſeruatis. Secus autem, ſi concederet omnes caſus ſuos: aut concederet omnem ſuam facultatem, excepto tali caſu reſeruato.*

16 *Epiſcoporum nomine, an veniat Capitulum ſede vacante, Abbates, & alij Prælati habentes iuriſdictionem quaſi epiſcopalem.*

17 *Capitulum non ſuccedit in ijs, quæ iure ſpeciali delegato competunt Epiſcopo: ſecus autem in ijs, quæ ipſi cõpetunt iure ſpeciali ordinario.*

18 *Poteſtas non conceſſa perſonæ, ſed dignitati perpetuo, vel officio, eſt ordinaria.*

19 *Vagabundi ſunt ſubditi illius Epiſcopi, in cuius diœceſi reperiuntur.*

20 *Extranei omnes, ex generali Eccleſiæ conſuetudine, ſunt tanquam incolæ, & ſubditi Epiſcopi, in cuius diœceſi reperiuntur.*

21 *Abſolui quis poteſt à caſibus, & cenſuris contractis in aliena diœceſi, & ciuſdem Epiſcopo reſeruatis ab eo, qui in diœceſi, vbi reperitur, habet propriũ Epiſcopi cenſuras, & caſus reſeruatos.*

22 *Conſuetudo poteſt dare, & ampliare iuriſdictionem.*

23 *Subditorum nomine ad effectum abſoluendi per Epiſcopum ab occultis Papæ reſeruatis, veniunt non ſolum vagabundi, ſed etiam Religioſi exempti, qui de licentia ſui Prælati ſubijciuntur Epiſcopo, vt ab eis abſoluantur.*

24 *Religioſus, ex ſuperiorum licentia, poteſt cedere priuilegio ſuæ exemptionis, & ſubijcere ſe Epiſcopo, vt ab eo abſoluatur, & cum eo diſpenſet.*

25 *Epiſcopus de licentia Abbatis, poteſt exercere iuriſdictionem in monaſterio exempto.*

26 *Prælatus, vbi iniuſtè denegaret licentiam Religioſo adeundi Epiſcopum in caſu, quo ipſe nequit illum abſoluere, tunc Religioſus eundem poſſet adire. Secus autem eſſet dicendum, quando iuſtè licentiam huiuſmodi dare nollet.*

27 *Epiſcopus, tunc de licentia ſuperioris poſſet Religioſum abſoluere à reſeruatis quando facultas abſoluendi, ſeù diſpenſandi, quæ non eſt in immediato ſuperiore, eſſet in eius Prouinciali, aut Generali.*

28 *Prælatus alicuius Religionis exemptus, ſi abſolutione, aut diſpenſatione indigeat, poteſt ſe Epiſcopo loci Ordinario ſubijcere, vt ab eo abſoluatur, & cum eo diſpenſetur.*

29 *Epiſcopus in cenſuram incidens, aut in caſus reſeruatos, à quibus poteſt abſoluere ſuos ſubditos, aut cum eis diſpenſare, poterit hanc ſuam facultatem alteri committere, vt eum abſoluat, vel cum eo diſpenſet.*

30 *Forum conſcientiæ, non ſemper intelligitur forum Sacramentale.*

31 *Epiſcopi poſſunt ab occultis reſeruatis Papæ ſuos ſubditos abſoluere, & eum eis diſpenſare tam intra, quàm extra proprium diœceſim.*

32 *Epiſcopus, in abſentia poteſt ſuos ſubditos abſoluere à quacunque excommunicatione reſeruata.*

33 *Abſolutio ab excommunicatione, poteſt in abſentia impendi.*

34 *Epiſcopi, an vigore Concilij Trident. poſſint per Vicarium ab hæreſi occulta abſoluere ſi talis facultas non eſſet ipſis adempta per Bullam cœnæ.*

35 *Epiſcopi facultatem habent abſoluendi ab occultis Papæ reſeruatis, ex priuilegio conceſſo dignitati Epiſcopali, non autem perſonæ.*

36 *Lex ſpecialis non reuocatur per generalem, etiam ſi hæc poſterior ſit, ſed ipſa lex generalis intimanda eſt per ſpecialem antiquiorem, niſi expreſſis verbis ei contradicatur, & id verum eſt, etiam ſi in lege noua clauſula eſſet. Non obſtante, &c.*

37 *Leges nouæ ſunt interpretandæ iuxta leges veteres ſublatas.*

38 *Lex antiqua, quando ponit caſum ſpecialem, lex noua generaliter loquens non intelligitur derogare caſui illi ſpeciali.*

39 *Concilij generalis priuilegio non intelligitur derogatum per clauſulam generalem, niſi ipſius Concilij ſpecialis fiat mentio.*

40 *Epiſcopi per Concilium Trident. non conceditur proprie facultas abſoluendi ab occultis Papæ reſeruatis, ſed potius illis reſtituitur ſublata iuriſdictio, quam habent iure communi, ſeù diuino.*

41 *Bullæ cruciatæ facultas abſoluendi à caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ contentis, ſemel in vita, & ſemel in morte, non eſt reuocata per ipſam Bullam cœnæ.*

42 *Epiſcopi vtuntur facultate abſoluendi ab occultis reſeruatis Papæ, etiam in Bulla cœnæ, in multis Prouincijs, præſertim extra Italiam.*

43 *Facultas conceſſa Epiſcopis à Concilio Trident. abſoluendi à caſibus, & cenſuris occultis, in Bulla cœnæ reſeruatis, eſt hodie ipſis ſublata.*

44 *Concilio generali cenſetur derogatum, quando illius fit mentio in genere.*

45 *Facultas ſublata pœnitentibus, vt non poſſint abſolui, cẽſetur etiam reuocata Confeſſarijs, vt non poſſint eos abſoluere.*

46 *Bullæ cœnæ quonam modo derogari poſſit, declaratur.*

47 *Facultate conceſſa per Bullam cruciatæ abſoluendi ſemel in vita, & ſemel in morte à caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ reſeruatis, non poteſt quis abſolui à caſu hæreſis, & ab excommunicatione cõtracta propter hæreſim. Quamuis abſolui poſſint receptatores hæreticorum, legentes, ac tenentes eorum libros, &c.*

48 *Hæreſis habet ſpecialem quandam rationem, non ſolùm quoad grauitatem ſceleris, ſed etiam quoad reſeruationem.*

49 *Exceptione alicuius caſus reſeruati addita poſt clauſulam generalem, cenſentur omnes alij in ſpecie expreſſi.*

50 *Facultatem abſoluendi à reſeruatis, quot modis concedi contingat.*

51 *Epiſcopus, licet concedendo facultatem abſoluendi à cenſuris reſeruatis, non cenſetur concedere poteſtatem abſoluendi ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis; tamen ex circumſtantijs, & ex verbis antecedentibus, ac ſubſequentibus, poteſt huiuſmodi poteſtas legitimè probari.*

52 *Decreto Clem. VIII. non reuocatur facultas Epiſcopis abſoluendi, &c. ſed tantùm Confeſſarijs per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentibus.*

1 HAnc rem hoc loco duximus diſcutiendam, ob facultatem à Concil. Triden. Epiſcopis conceſſam diſpenſandi ſuper irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & alijs ad forum contentioſum deductis: & abſoluendi in foro conſcientię ab omnibus caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicę reſeruatis delinquentes quoſcunque ſibi ſubditos, in diœceſi ſua, etiam ab hæreſis crimine: vt patet ex cap. 6. de reformat. ſeſſ. 24. cuius tenor eſt, qui ſequitur. *Licèt Epiſcopus in irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum, diſpen-*

ſpenſare; & in quibuſcunque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquentes quoſcunque ſibi ſubditos, in diœceſi ſua per ſe ipſos, aut Vicarium, ad id ſpecialiter deputandum, in foro conſcientiæ gratis abſoluere, impoſita pœnitentia ſalutari. Idem & in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis tantùm, non eorum Vicarijs ſit permiſſum. Quo circa videndum eſt, an facultas huiuſmodi, vi huius §. ſublata cẽſeatur Epiſcopis: nam ſi partem negatiuam dicemus eſſe veram, cùm Epiſcopus iuxta dicti Concilij decretum poſſit abſoluere ab omnibus caſibus occultis, etiam Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, neceſſariò ſequitur, quòd per aliũ, quàm per Romanum Pontificem poteſt quis abſolui à caſibus, & cẽſuris occultis, in Bulla cœnæ reſeruatis.

Ad huius igitur controuerſiæ determinationem antequam ad vlteriora progrediamur, eſt
2 annot. quòd dum in ſupradicto Concil. mentio fit de delictis, & caſibus occultis, non eſt intelligendum de criminibus purè mentalibus, quale eſt crimen hæreſis purè mentalis, Simoniæ mẽtalis, & his ſimilia: nam irregularitas, excõmunicatio, & aliæ cenſuræ non poſſunt ſtatui pro peccato purè interno, quod ex ſui natura probari non poteſt: quia Eccleſia, cùm ſit ſenſibilis, non habet poteſtatem ſuper actus purè internos: vt patet ex his, quæ ſupra annotauimus, lib. 2. can. 1. q. 24. concl. 1.

Et quamuis in Eccleſia ſit facultas reſeruan-
3 di peccata merè interna: vt probat Suar. de pœnit. diſp. 29. ſec. 3. ſub n. 3. quapropter refert, nõnullos Prælatos hæreſim purè mentalem ſibi reſeruaſſe; tamen id alienũ eſt ab vniuerſali Eccleſiæ cõſuetudine: & ideò, inquit ibi Suar. huiuſmodi reſeruationem non eſſe conſulendam.

Loquitur igitur Concilium de delictis, & ca-
4 ſibus occultis, quæ ſuapte natura probabilia ſunt, ſed probari non poſſunt, cùm, nemine aſtante, fuerint perpetrata: eo quòd ſunt talis naturæ, vt ab Eccleſia ſciri poſſint, & occulta dicuntur tantùm per accidens: vt in d. q. 24. concl. 3. probauimus. Item occulta crimina intelligit dictum Concilium omnia illa, quæ non ſunt publica.

Dicitur autem publicum, quod eſt notoriũ,
5 manifeſtum, vel famoſum maiori parti viciniæ, Collegij, vel Monaſterij, dummodò decem perſonæ ſaltem inueniãtur in ea vicinia, Collegio, vel Monaſterio: vt habetur ex Sayr. lib. 2. Theſ. tom. 1. c. 12. n. 19 cum alijs, quos allegat, & Sanchez lib. 2. Decal. c. 11. num. 19. Et dicitur notorium, quod nititur ſcientia maioris partis prædictarum communitatum. Manifeſtum, quod nititur fama eiuſdem maioris partis, orta à ſciẽtibus. Et famoſum, quod nititur fama maioris partis, orta ex vno ſcienti, vel ex indicijs, vel ex præſumptionibus illis æquipollẽtibus. Ita Nau. in Man. c. 27. ſub n. 255. Sic etiam publicum dicitur delictum, quod notum eſt decem teſtibus: vt probat Sayr. loco citato. Vnde factum coram quinque dicitur occultũ, vt notat Gloſ. in c. quis aliquando, §. hæc ergo, in ver. ſecreta: de pœn. d. t. & Nau. ſub d. n. 255.

Item occultum dici poteſt delictũ, vbi licèt
6 conſtet publicè de actu, qui eſt delictum; tamen non conſtat publicè, illum actum eſſe delictũ. Exemplum affert Nau. ibi de excommunicato occulto publicè celebrante. Miſſa enim celebrata coram populo ab excommunicato occulto, actus publicus, & delictum eſt; nõ tamen delictum eſt publicum: quoniam ignoratur, celebrantem ipſum eſſe excommunicatum.

Præterea, occultum appellatur crimen, quòd
7 quamuis fuerit deductum in iudicio, & de eo quis fuerit accuſatus, vel denũciatus, nihilominus non fuit probatum: vt benè docet Suar. de cenſur. diſp. 41. ſec. 2. ſub nu. 6.

Rurſus, occultum dicitur crimen, non ſolùm
8 illud, quod publicè non cõſtat ſecundum ſe, vt quia non conſtat fuiſſe commiſſum, qualia vt plurimum ſolent eſſe delicta facti tranſeuntis, vt adulterium, percuſſio alapæ ſine liuore, & his ſimilia, quæ non relinquunt veſtigia poſt ſe; & inter delicta facti permanentis, venenatio: hoc enim crimen non poteſt publicè conſtare, niſi notoriè conſtet de propinatione; quoniam ſigna veneni in corpore oriuntur tàm ex propinato veneno, quàm ex generato in corpore, aut ex æris corruptione contractum: vt latè habetur ex Iul. clar. in ſua prax. crim. lib. 5. § fin. cap. 4. ſed etiam occultum nuncupatur, vbi licèt delictum commiſſum publicè conſtet, vt in homicidio per inſpectionem vulnerum, in furto per fracturam arcæ, oſtij, vel parietis, & ſic de alijs, de quibus Iul. clar. ibidem; tamen non conſtat publicè de eo, qui delictum commiſit.

Denique delictum appellatur occultum ſe-
9 cundum aliquos, quod licèt in ſe ſit publicum: tamen, vt cenſuræ ſubiectum eſt dicitur occultum: vt quia non publicè ſcitur, ob tale delictum cenſuram contrahi: licèt duo, aut tres delicti conſcij norint per id incurri cenſuram. Quod quidem non videtur probari Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 34. ſub n. 56.

Addè, quod delictum, ſi ſit alicui publicum,
10 ibi verò, vbi abſolutio petitur, ſit occultum, licèt Suar. de pœnit. diſp. 30. ſec. 2. nu. 2. velit non dici occultum, atque ideò facultatem Concilij Trid. ad illud non extendi: quia quod alicubi publicum eſt, ſimpliciter eſt publicum: & quod in aliquo loco publicum eſt, facilè ad alia loca defertur; nihilominus oppoſitum probabiliter dicendum eſſe putat Sanchez lib. 2. Decal. c. 11. n. 20. eo quòd nouit viros doctiſſimos Salmanticæ, quos refert, & ſequitur Aunl. de cenſur. p. 2. c. 7. diſp. 1. dub. 11. concl. 3. ſenſiſſe, quòd ſi delictum in loco ita diſtanti publicum ſit, vt non ſit ſpes fore, vt ad alium deferatur, dicitur occultum in eo loco, in quo abſolutio, aut diſpenſatio petitur: ac proinde ſubijcitur facultati Epiſcopi in eo decreto ſibi conceſſæ.

Secundò eſt annot. quòd licèt in ſupra relato
11 loco Conc. Trid. fiat mentio de caſibus occultis, etiam Apoſtolicæ Sedi reſeruatis: atque adeò cenſuræ non exprimantur; nihilominus non ex eo denegatur Epiſcopis poteſtas abſoluendi à cenſuris, quas caſus habent annexas. Nam & ſi cenſura non ſit caſus, cum prior dicatur pœna, & poſterior culpa, vt habetur ex Nau. in Man. c. 27. ſub n. 261. in ver. Decimò dici; tamen quia
12 nullus eſt caſus reſeruatus Romano Pontifici, cui non ſit annexa aliqua cenſura, vt per Caiet. in ſum. in ver. Caſus, & alios, hinc fit, quòd dum Concilium tradidit poteſtatem Epiſcopo ab-
13 ſoluendi à caſibus Papæ reſeruatis, cenſetur eidem conceſſiſſe facultatem abſoluendi à cenſuris,

ſuris, quas ipſe Pontifex ſibi reſeruauit. Ita Nau. loco citato. Vbi etiam ait, quòd Epiſcopus concedendo caſus ſuos, ſibi reſeruatos, non cenſe-
14 tur concedere abſolutionem à cenſuris ſibi reſeruatis: nam multa peccata ſunt reſeruata Epiſcopo, quæ excommunicationem non habent annexam.

Imò ait, quòd Epiſcopus concedendo alicui
15 omnem ſuam facultatem, & omnem ſuam authoritatem ad audiendas confeſſiones, non cẽſetur eidem poteſtatem concedere abſoluendi à caſibus ſibi reſeruatis iure communi, aut ſuo particulari, aut conſuetudine generali, vel ſpeciali: ſecus autem ſi concederet omnes caſus ſuos: quia iuxta communem, loquẽdi modum, & conſuetudinem, per ſuos caſus, peccata illi reſeruata intelliguntur. Et idem dicendum putat, vbi concedit omnem ſuam facultatem, excepto tali caſu reſeruato.

Tertiò eſt annot. quòd cùm vigore Concilij
16 facultas abſoluendi à reſeruatis occultis cõcedatur Epiſcopis: Suar. de pœn. diſp. 30. ſec. 2. nu. 6. & de cenſur. diſp. 41. ſec. 2. ſub n. 2. licèt neget ſub Epiſcoporum nomine comprehendi Capitulum, Sede vacante, Abbates, & alios Prælatos habentes iuriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem, & id per quãdam declarationem Cardinalium, quæ circa particulam illam Concilij: *Liceat Epiſcopis &c.* Sic ſe habet: *In hoc decreto non comprehendu tur Inferiores habentes iuriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem, ſed tantùm Epiſcopi priuatiuè quoad omnes alios*; tamen Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 1. n. 10. & lib. 2. Decal. cap. 11. nu. 4. & 5. oppoſitam ſententiam de iure putat eſſe veriorem: atque ideò Epiſcoporum nomine in eo decreto comprehendi non modò Epiſcopos, ſed etiam Capitulum, ſede vacante, Abbates, & alios Prælatos habentes diœceſim. & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Imò & eam poteſtatem habere Archiepiſcopum, cum viſitat Suffraganei diœceſim, probat in relato loco Decal. num. 6.

Rationem autem, qua mouetur quoad Capi-
17 tulum, hanc eſſe inquit, quia quãuis id ſpeciali iure Concilij Triden. Epiſcopis competat, & Capitulum non ſuccedat in ijs, quæ iure ſpeciali cõpetunt Epiſcopo, vt habetur ex Inn. & alijs in c. cum in cunctis, nu. 7. de elect. & Panorm. in c. verum, nu. 9. de for. compet. id tamen locum ſibi vendicat in ijs, quę competũt Epiſcopo iure ſpeciali delegato, ſecus autem, ſi de iure ordinario ſpeciali, vt per eundem Panor. loco citato, & Felin. in c. eam te, nu. 17. de reſcr. qualis eſt poteſtas, de qua agitur a Concilio Epiſcopis conceſſa, cùm non competat perſonæ, ſed dignitati perpetuò. Poteſtas autem competens
18 nõ perſonæ, ſed dignitati perpetuò, vel officio, eſt ordinaria, vt latius idem Sanchez probauit lib. 2. de matr. diſp. 40. nu. 14. Hoc idem, quoad Abbates habentes diœceſim propriam, & proprium territorium, docet Sayr. lib. 6. clau. Reg. tom. 2. c. 11. n. 83. in fine, qui tractans de habentibus auctoritatem quaſi Epiſcopalẽ, & de poſtate eorum circa diſpenſationem in votis, eam inquit, non eſſe extendẽdam ad alia, quæ ex iure ſpeciali conceduntur Epiſcopis in Cõc. Trid. ſeſſ. 24 de reform. cap. 6. niſi etiam ſint Abbates quaſi Epiſcopi, & diœceſim propriam, & proprium territorium habeant; qualis eſt Abbas Caſinenſis, qui Sacri Monaſterij Caſinenſis Abbas eſt, iuriſdictionem Epiſcopalem, & propriam diœceſim, & territorium habens.

Benè verum eſt, quòd ſtante ſupradicta Cardinalium declaratione, non videtur recedendum à ſententia Suar. Non tamen neceſſe eſt, vt Epiſcopus ſit conſecratus, ſed ſatis eſt, ſi ſit electus, & confirmatus, etiam ſi adhuc non ſit Sacerdos, quãuis hanc poteſtatẽ nõ habeant Epiſcopi non habentes diœceſim, nec ſubditos, etiã ſi ſint conſecrati: vt habetur ex Suar. locis ſupra citatis, & Sanchez lib. 2. Decal. c. 11. n. 3.

Quartò eſt annot. quòd poteſtas, de qua agi-
19 tur, cum ſit cõceſſa Epiſcopis quoad ſuos ſubditos, ſubditorũ nomine ſub dicto Concilij decreto comprehenduntur primò vagabũdi, quia cũ non habeant Epiſcopum propriũ, ſunt ſubditi illius Epiſcopi, in cuius diœceſi reperiũtur: vt benè docet Suar. de pœn. diſp. 30. ſec. 2. nu. 3. Vbi idem putat dicendum de peregrinis, ſcholaribus, & mercatoribus: & Sanchez lib. 2. Decal. c. 11. num. 8. & 9. qui rationem hanc eſſe ait,
20 quoniam ex generali Eccleſiæ cõſuetudine, ſeù interpretatiua, proprium Prælatorum voluntate omnes extranei, ſunt tãquam incolæ, & ſubditi Epiſcopi, in cuius diœceſi reperiuntur, quoad Sacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ ſuſcipienda: & cõſequenter quoad abſolutionem ab excommunicatione, quæ ad ſupradicta Sacramenta præexigitur.

Imò Nau. in Man. cap. 27. ſub nu. 261. in ver.
21 Decimò dico. Ibi, Ad quæſtionẽ: inquit, quod Parochus habens facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis Epiſcopo ſuo, poteſt abſoluere pœnitentem alterius Epiſcopatus cum licentia ſibi cõceſſa, à peccatis reſeruatis ſuo Epiſcopo. Quod probat ex Glo. in c. placuit, 16. q. 1. & clarus ex Panor. in c. cum contingat, nu. 39. de for. comp. dicentibus, confeſſarium legitimũ vnius Parochiæ poſſe abſoluere confeſſum à peccatis vbicunque commiſſis: & Epiſcopi videntur tacitè velle debere, vt idem ſit de peccatis eiſdem reſeruatis, quando confeſſio fit habenti facultatem abſoluendi à reſeruatis ſuo Epiſcopo. Tũ
22 etiam quoniam ita ſeruatur de conſuetudine: quæ ampliare poteſt iuriſdictionem; imò, & dare non habenti, c. duo ſimul, & ibi Gloſ. de offic. Ordin.

Item ſubditorum nomine ſub dicto decreto
23 comprehenduntur etiam Religioſi exempti, qui de licentia ſui Prælati ſubijciuntur Epiſcopis, vt ab eis abſoluantur ab hæreſi, & cum eis diſpenſetur in caſibus, in quibus Epiſcopi poſſunt ſuos ſubditos abſoluere, & cum eis vigore ſupradicti decreti diſpenſare, & hoc ſiuè Religioſi Prælati ad id poteſtatẽ habeant, ſiuè non: quoniã Religioſus, ex ſuperiorũ licentia poteſt
24 cedere priuilegio ſuæ exemptionis, & ſubijcere ſe Epiſcopo, vt ab eo abſoluatur, & cum eo diſpenſet. Etenim Religioſorum exemptio Religionis fauore fuit potiſſimum inducta, ne ſcilicet ab Ordinarijs perturbẽtur, & vt Deo quietius famulentur: qua propter in ijs, quæ pertineot ad Religionis quietem, & fauorem, nõ debent eſſe peioris conditionis, quàm alij de eadem diœceſi non exempti.

Ad hoc etiam facit tex. in c. luminoſo, 18. q. 1.

25 vbi

25 vbi habetur, quòd Episcopus, de consensu Abbatis, potest exercere iurisdictionem in Monasterio exempto: & hanc sententiã veriorem esse probat Sanchez lib 4. Decal. cap. 39. num. 32. cum alijs, quos allegat: vbi nu. 33. id specialiter inquit locũ sibi vendicare quoad absolutionem à casibus reseruatis, & dispensationem in irregularitatibus, & alijs casibus, quæ concedũtur in d. sess. 24 Conc. Trident. de reformat. cap. 6. & paulò infra n. 36. ex Molin. tom. 4. de Iust. & iu. disp. 61. num. 1. docet, quòd vbi Prælatus iniustè
26 denegaret licentiam Religioso adeũdi Episcopum, in casu, quo ipse nequit illum absoluere, tunc Religiosus eundem posset adire: quoniam per Epicheiam non est censendum voluntatem Romani Pontifici, & Religionis esse, vt Episcopus in eo euentu non absoluat, & cogatur Religiosus vagari, & ad Sedem Apostolicam accedere ad beneficium absolutionis obtinendum.

Non tamen id procederet, quando superior iustè licẽtiam denegaret: atque ideò rationabiliter iudicaret expedire, vt subditus eo casu ad Romanum Pontificem se conferat: vel quando est dubium, an iustè licentia denegetur: nam in dubio standum est superioris iudicio.

Hæc autem limitat Molin. loco citato nu. 3.
27 & Sanchez in d. c. 39. n. 38. nisi ea facultas absoluendi, aut dispensandi, quæ non est in immediato Religionis superiori, esset in Prouinciali, aut alio superiore religionis; nam tunc absoluere non posset Religiosum de consensu superioris immediati, nisi accederet quoq; consensus Prouincialis: quia cum hoc casu pateat remedium intra Religionem, non censetur velle consentire, vt extra illam remedium quæratur.

Quæ diximus de Religioso, vt possit de con-
28 sensu sui Prælati Episcopo subijci ad impetrandam absolutionem, & dispensationes huiusmodi, extendimus etiam ad ipsum Prælatum, si ea Episcopi absolutione, aut dispensatione indigeat: quoniam potest semetipsum illius iurisdictioni subijcere, sicut potest suos subditos, dũmodo Prælati se ipsum, aut Religiosum sibi subditum subijceret Episcopo loci, in quo Religiosus ille commoratur: vt benè declarat Molin. ibi & Sanchez, loco supra relato, nu 37. & 39.

Quod si ipse Episcopus in hæresim occultã,
29 aut in alios casus labatur, à quibus potestatem habet suos subditos absoluendi, aut cum eis dispensandi, poterit huiusmodi facultatẽ suo Cõfessario committere, vt eum absoluat, vel cũ eo dispenset: vt late probat idem Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 3. n. 3. & lib. 2. Decal. c. 51. n. 11.

Quintò, est annot. quòd dum Concilij Trid.
30 concedit facultatem, de qua agitur, Episcopis in foro cõscientiæ, & in diœcesi sua. Per forum conscientiæ non intelligit forum Sacramẽtale, atque ideò audita confessione, sed id tantũ denotat, vt absolutio nõ profit pro foro externo, si contingat casum in iudicium deduci: vt habetur ex Suar. de cens. disp. 41. sect. 2. sub nu. 11. & alijs, quos refert, & sequitur Sanchez lib. 2. Decal. c. 51. n. 13.

Et per verba illa: in diœcesi sua: non intendit
31 ipsum Concilium facultatem prædictã cõcessam Episcopis, quoad irregularitates, & suspensiones, restringere, quin possint eã erga subditos, etiam in absentia exercere, siue Episcopi, siue subditi, siue ambo sint, extra diœcesim, & quoad vtrumque forum: quia per Concilij absolutè, & absque vlla limitatione facultas illa dispensandi in irregularitatibus, & suspensionibus Episcopis conceditur: & iurisdictio voluntaria ad quam; dispensatio pertinet potest etiam extra territorium exerceri: vt probat idem Sanchez lib. 3. de matr. disp. 19. nu. 8. Sed limitatio, scù restrictio illa, in foro conscientiæ, & in diœcesi sua, est adhibita quoad absolutionem a casibus reseruatis, & ab hæresi: vt benè aduertit Sanchez in d. c. 51 Decal. n. 9. in fine, & 12. Imò nu. 14. inquit, Episcopum, in absentia posse subditos absoluere à quacũque excommunicatio-
32 ne reseruata, etiam ex causa hæresis: quia sublata, potest quilibet Confessarius à peccato absoluere: quia absolutio ab excommunicatione,
33 potest in absentia impendi: nec Tridentinum Conc. in dicto decreto restrinxit, vt in præsentia concederetur. Et denique nu. 17. in fine, inquit, illa verba: In diœcesi sua, iurisdictionem Episcopi nullatenus limitare; sed tantùm velle, vt Episcopus possit absoluere quoscunque sibi subditos, & quomodocũque sibi subdantur, vel quia sint Ordinarij subditi domicilium ibi habentes: vel quia subduntur quoad solum pœnitentiæ forum, eo quòd in sua diœcesi reperiuntur, vt aduenæ, & peregrini.

Sextò est annot quòd dum Concilium negat
34 facultatem absoloendi ab hæresi Episcoporum Vicarijs, ex hoc Suar. de pœn. disp. 30. sec. 2. sub nu. 9. notat differentiam, quam Concilium facit inter crimen hæresis, & reliqua: quoniã ab hæresi occulta absoluere potest Episcopus per seipsum tantùm, saltem quoad cẽsuram, nec potest huiusmodi facultatẽ alteri delegare: at verò à reliquis culpis, potest absoluere per seipsum, vel per Vicariũ ad hoc specialiter deputatũ. Quod quidẽ dupliciter fieri posse inquit; primò committendo vices suas, circa casum special ter oblatum. Secundò generaliter vices suas licui committendo, quoad hoc speciale munus absoluendi ab huiusmodi casibus.

Sed re vera, si Concilij verba rectè perpendãtur, non videtur per illud sublata potestas Episcopis absoluendi ab hæresi occulta per aliũm in aliquo casu particulari, & indiuiduo, cõmittẽdo scilicet vices suas circa talem casum particularem hæresis: vt benè aduertit Sãchez lib. 2. Decal. cap. 11. sub nu. 23. Nam secluso prædicta Concilij restrictione, Episcopus posset omnes casus in dicto decreto contentos delegare, tam specialiter vices suas committendo specialiter, quoad dispensationem, & absolutionem à prædictis càsibus: quã generaliter per generalem commissionem absoluendi a quibuscunque casibus, & censuris iuxta tex. in cap. 2 & 3. de offic. Vicar. vt habetur ex eodem Suar. de cens. disp. 41. sec. 2. nu. 8.

Etenim hæc facultas non conceditur perso-
35 næ, sed dignitati, ac muneri Episcopali, & propterea non est delegata, sed ordinaria. Vnde dũ Concilium restringit dictã potestatem, vt non possit absoluere ab hæresi occulta per Vicariũ ad id specialiter deputatum, intelligendum est de Vicario specialiter deputato ad omnes hæresis casus, non autẽ de deputato ad absoluendum talem, singulatem, ac determinatũ casum

hæresis.Ita Sanchez loco citato cum alijs,quos allegat,vbi,etiam idem dicendum esse censet de Capitulo,sede vacante, & de alijs Prælatis, habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem:& de Archiepiscopo respectu diœcesis suffraganeæ tempore visitationis.

His igitur sic adnotatis, pro explicatione supradicti decreti Concilij Tridentini, quæritur inodò, an hæc facultas concessa Episcopis absoluendi à quibuscũque casibus occultis Apostolicæ Sedi reseruatis,censeatur vi huius §. nostræ bullæ reuocata quoad casus, & censuras in ea contentas.

In hac re pro parte negatiua est Nau.sententia in Man.c.27.sub n.260. in fin. Enriquez lib. 6.de pœn.cap.14.n.7.Bann.2.2. q.11.ar.4.dub.2. post 2.concl.argum.3. ver.Et si quis obijciat,& aliorum,quos refert Sanchez lib.3.c.11. circa fin.dicentium facultatem prædictam cõcessam Episcopis per Conc. Trid. non esse reuocatam vi præsenti §.atque ideò Episcopum posse absoluere à quibuscunque casibus,& censuris,etiã in Bulla cœnæ Romano Pontifici reseruatis.

Probatur primò hęc sententia ex his,quę do-
36 cet Glos. cõmuniter recepta in auth. offeratur, C.de liti cõtest.Dec.in l.1.ff.de regul.iu.n.12. & alij dicentes,legem specialem non reuocari per generalem, etiam si hæc posterior sit,sed ipsum legem generalem limitãdam esse per specialem antiquiorem, & iuxta illam intelligendam, nisi expressis verbis illi contradicat. Ad quod facit tex.in l.sed & posteriores, ff. de leg. illis verbis. *Posteriores leges ad priores pertinent, nisi contraria sint.*

Hinc Glos.in l.sciẽdum,in ver.Non compelli.ff.qui satisd.cogant. & ibi Bar.n.1. & Ias.nu.4. Bal.in auth. offeratur.num.12. C.de lit.contest. Abb.cõs.24.n.1.ver.secũdo principaliter, vol.2. & Nau.loco citato,volunt,d.auth.offeratur,restringi per d.l.sciendum. Quod quidem adeò verum est,vt locum sibi vendicet,etiam si in lege noua sit clausula: Nõ obstante, & c.quia debet intelligi de lege contraria, quæ non posset cum hac sustineri per aliquam limitationẽ, vel distinctionẽ:vt in auth.de succes.ab intest. circa prin.& ibi Glos.in ver.vacãtibus, Bar.in extrau. ad reprimendum,§.non obstantibus,nu.6.& in d.l.sciendum,nu.2. vbi etiam Ias. nu.4. & in l.1. n.9 solut.matr.

Sic etiam vbi anteriores leges sublatæ sunt,
37 iuxta illas sunt recentiores explicandę:vt habetur ex Gom.regul.de trien.q.61. Imò non tantũ per legem specialem anteriorem, sed etiam per rationem prioris legis limitãdæ suot posteriores:vt per Bal.in l.de pretio, ff. de publ.io rẽ act. Quo circa licèt vi nostri §.omnibus generaliter sit adempta facultas absoluendi à casibus in bulla cœnæ contentis,etiam si Episcopali, vel maiori dignitate prediti sint: vt patet in illis verbis: *Etiam Episcopali,vel maiori dignitate præditis*: ipsius tamen dispositio est limitanda per præfatũ decretum Concilij Triden. vt non procedat in casibus occultis, de quibus specialiter ipsum Concilium loquitur, sed in alijs casibus generaliter.Nã lex antiqua,quando ponit casum spe-
38 cialem,lex noua generaliter loquens non intelligitur derogare illi casui speciali: vt habetur ex Anton.Gabr.tom.2.comm. opin. lib.10.in ver. Lex:& alijs;quos refert,& sequitur Sanchez lib. 2.de matr.disp.24. sub n.6.

Secundò probatur,quia in hoc §.generaliter
39 tantùm derogatur facultatibus absoluẽdi à casibus,& censuris in nostra bulla cõtentis:& nulla mentio fit Concilij Tridentini: at per clausulam generalem, non intelligitur derogatum facultati,ac priuilegio Concilij generalis, nisi ipsius specialis fiat mentio:vt est tex. & ibi glos. in c.ex parte, in ver.Nulla mentio, de capell. monac. & in c.nulli, vbi etiam glos. in ver.fecerint mentionem,& Felin.n.7.de rescrip.Archid.in cap.1. in ver.Noscatur in fine,eod.tit.in fextò,& Bal.in l.humanum,in 2.not.de leg. Ergo vi nostri §.non censetur derogatũ supradicto decreto Conc.Trid.atque idcò potest Episcopus absoluere à censuris, & casibus occultis in bulla cœnæ reseruatis.

Tertiò hoc idem suadetur, quia quando Romanus Pontifex vult derogare dicto decreto,id clarè exprimit, vt constat ex quodã Motu proprio Sixti V.cõtra malè promotos: vbi in clausula reseruationis, & reuocationis facultatũ ad absoluendum,post generalem reuocationem omnium facultatum, etiam concessarum Episcopis per decreta Concilij Trident. subditur: *Etiam si crimen occultum fuerit*:Ergo cum dicta verba in hoc §.non habeantur, estò quod generaliter reuocet decreta cuiuscũque Concilij, non tamen censetur reuocare decretum, de quo agitur,quoad casus occultos,nisi expresiè id exprimatur.

Quartò vi nostri §. tollitur facultas personis absoluendis, vt non possint per alium absolui, quàm per Romanum Pontificem, vt constat ex illis verbis: *Nullus per alium, quam per Romanum Pontificem,&c. absolui possit,etiam prætextu quarumuis facultatum quibuscunque personis Eccl.fiasticis,&c.* Ergo non ex eo censetur sublata facultas per dictũ Concilij decretum, Episcopi concessa, absoluendi à casibus, & censuris occultis, Apostolicæ Sedi reseruatis; etiam in bulla cœnæ cõtentis:quoniam hæc potestas non cõceditur priuatis hominibus pœnitentibus,vt absolui possint, sed Episcopis,vt possint absoluere: vt patet in illis Concilij verbis: *Liceat Episcopis, &c.* Item per hunc §.reuocantur indulta, & priuilegia cõcessa absoluẽdi à casibus reseruatis Sedi Apostolicæ,si publici sint,& manifesti. Concilium verò permittit Episcopis, vt possint absoluere à casibus occultis: atque ideò nostra bulla non videtur ipsi Concilio aduersari.

Quintò. Per dictum Cõcilij decretũ nõ con-
40 ceditur prõprie facultas Episcopis absoluendi à casibus,& censuris occultis, vt supra reseruatis;sed potius restituitur Episcopis sublata olim iurisdictio,quàm habent iure cõmuni,seu diuino:quoniã Episcopus eo iure habet eandẽ potestatẽ in sua diœcesi erga suos subditos, quam habet Romanus Pontifex super vniuersalẽ Ecclesiã,nisi expresiè limitetur, cum Episcopalis potestas subordinata sit Christi Vicario, à quo arctari,& augeri potest ad sui libitum,prout Ecclesiæ gubernationi expedire iudicabit. Quocirca, cũ huiusmodi Concilij decretum, lex fit correctoria:quoniam reducit restrictionem ad terminos iuris antiqui,extensionẽ potius,quam restrictionem patitur:nam in correctorijs licita

est

eſt extenſio, quando per eã redimus ad ius cõmune: vt per Glo. in c. ſtatutũ, ver. Numerandũ: de præben. lib. 6. Tiraq. in lib. de primogen. q. 24. n. 6. & Conar. lib. 3. var. reſol. c. 6. n. 4. Nõ igitur vi noſtri §. generaliter diſponentis, cenſetur reuocata diſpoſitio facta ab vno Conc. decreto.

Sextò vi huius §. nõ cenſetur reuocata facul-
41 tas Bullæ cruciatæ, tribuentis cuilibet Cõfeſſario poteſtatem abſoluẽdi ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo à caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ contentis: vt ait Sanchez lib. 2. Decal. c. 11. ſub n. 27. & Alter. in explicat. noſtri §. col. 4. in ver. Tertiò Epiſcopi. Ergo eidem à fortiori dicendum eſt de dicto Concilij decreto, per ea, quæ ſupra annotauimus. Et tantò fortius, quia id maximum videtur abſurdum, vt huiuſmodi ſcilicet facultas adempta cenſeatur Epiſcopis, & per Bullam cruciatæ innumeris ferè conceſſa confeſſarijs, electis in Hiſpaniæ Regnis.

Septimò Epiſcopi vtũtur prædicta facultate
42 in multis Prouincijs, præſertim extra Italiam, etiam hodie; quod quidem exiſtimant ſibi licere vigore dicti decreti Sacri Concilij, vt teſtatur Alter. loco citato. Ergo ſignum eſt vigore huius §. prædictam facultatem non eſſe ipſis adempram: quoniam aliàs illa vti non præſumereot in maximum tùm eorum, tùm etiã ſubditorum animarum præiudicium, quoniam abſolutionis beneficium non aſſequerentur, tum illam nulliter Epiſcopi impenderent.

Octauò Hæc facultas citra omnem controuerſiam videtur nullo modo per Bullam cœnæ adempta Epiſcopis ſaltẽ quoad caſum hæreſis. Nam in hoc §. reuocantur priuilegia conceſſa in genere, vel in ſpecie tãtùm: & propterea non cenſentur reuocata priuilegia conceſſa in indiuiduo, iuxta ea, quæ ſupra annotauimus, q. 5. concl. 1. Sed caſus hæreſis occultæ conceditur Epiſcopis in indiuiduo, vt patet in illis Concilij verbis: *Idem, & in hæreſis crimine in eodem foro conſtitutæ eis tantùm, non eorum Vicary ſit permiſſum.* Ergo non obſtat noſtræ Bullæ diſpoſitio, quin ab hæreſi occulta Epiſcopi abſoluere poſſint.

Denique probatur ex decreto Clem. VIII. edito die 9. Ianuarij 1601. quod ſupra q. 1. de verbo ad verbum retulimus, in quo prohibetur omnibus Sacerdotibus per vniuerſam Italiã degẽtibus, ne quis eorum, prætextu cuiuſuis priuilegij abſoluere habeat à caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ cõtentis. Ergo ad ſummũ hęc facultas cenſetur illis tantùm Epiſcopis coarctata, qui ſunt extra Italiã: atque ideò extra Italiam eorum Eccleſiam habentes non prohibentur abſoluere à caſibus occultis in Bulla cœnæ reſeruatis: quia excluſio vnius, eſt incluſio alterius c. nonne de præſump.

His tamen nõ obſtantibus, affirmatiuam par-
43 tem arbitror de iure veriorẽ eſſe: atque ideò vi huius §. ſublatam eſſe facultatem à Concilio Tridentino conceſſam Epiſcopis abſoluendi à caſibus, & cenſuris occultis, in noſtra Bulla cœnę reſeruatis. Ita Suar. de pœnit. diſp. 30. ſec. 2. n. 11. & in explicat. eiuſdem §. diſp. 21. de cenſ. Eccleſ. ſec. 3. nu. 5. Azor. lib. 8. inſt. moral. tom. 1. cap. 19. q. 3. & cap. 10. q. 10. Mol. tom. 4. de iuſt. & iu. diſput. 64. num. 8. Sanchez lib. 2. Decal. cap. 11. nu. 26. & 27. vbi pro hac opinione plures alios Doctores allegat, & Alter. hoc eodem §. col. 7. in princ. in ver. Ex his duabus ſententijs.

Probatur primò, quia vi noſtri §. derogatur quibuſcunque facultatibus, etiam per decreta cuiuſcunque Concilij in genere, & in ſpecie cõceſſis; vt patet ex illis verbis: *Ac cuiuſcumque Concilij decreto, &c.* Quæ quidem clauſula, non alia ratione videtur in bulla addita, niſi ad reuocadum decrerum Concilij, de quo agitur, quoad cenſuras, & caſus io ea reſeruatos, cum in Cõcilijs vix conſpiciatur alia facultas conceſſa, quæ poſſet per illam clauſulam reuocari.

Secundò probatur, quoniam vt refert Suar. in d. diſp. 30. de pœn. ſec. 2. nu. 12. Sacra Cardinalium Congregatio conſulta circa ſupradictum Concilij decretum, an locum ſibi vendicet in caſibus poſt illud in noua Sedis Apoſtolicæ cõſtitutione reſeruatis, ita reſpõdit. *Gregorius XIII. audita relatione Congregationis, reſpondit non habere locum.* Hoc idem refert Nau. cõſ. 11. n. 1. de priuileg. dum ait, fuiſſe ſignificatum, Congregationẽ Eminentiſs. Cardinalium declaraſſe, facultatem Epiſcopis tributam in Concil. Tridentino ſeſſ. 24. c. 6. per Bullam cœnæ eſſe ſublatam. Et in Man. c. 27. expreſsè inquit, Nullum, præter Romanum Pontificem, ſine eius ſpeciali cõmiſſione, poſſe abſoluere ab hæreſi, & cenſura ei annexa; etiã occultiſſima, quamuis aliqui cõtendant, nõ eſſe per bullam ipſam in hac parte dicto Concilio derogatum. Et rationem hanc eſſe ait; quoniam Pius V. & Greg. XIII. id expreſsè declararũt: & in eandẽ denegarũt ſũmo Pœnitẽtiario, niſi cũ certis quibuſdam conditionibus.

Et licèt relatę Pontificum declarationes inficiari poſſent, cùm de eis authenticè non conſter, & quatenus conſtaret, poſſet dici, mentem Pij V. & Greg. XIII. eam fuiſſe in bullis cœnæ ab ipſis editis, quæ iam expirarunt; ſed non ex hoc infertur idem voluiſſe ſucceſſores Pontifices; imò contrarium ſenſiſſe patet ex illa clauſula, a Sixto V. & alijs bullæ addita: *Niſi in eis etiam caſus præſentibus literis expreſſi comprehendantur*: Nam Tridentinum Conc. in prædicta facultate comprehendit caſus cœnæ, cum hæreſim exprimat, in qua concedenda eſt multo maior difficultas, quam in alijs: nihilominus reſpondemus, quòd cũ in noſtra bulla S. D. N. D. Pauli PP. V. quam duximus explicandam, ſit ſublata clauſula illa: *Niſi in eis etiam caſus, &c.* quæ clauſula reddebat contrariam ſentẽtiam probabilem, vt refert Sanchez loco citato, ſub n. 27. propè finem, & Suarez io explicat. noſtri §. diſp. 21. de cenſur. ſec. 3. ſub num. 5. de S. D. N. mente ſaris hodie conſtat, nempè voluiſſe eam derogare decreto dicti Concilij. Nõ enim alia ratione clauſulam illam in noſtro §. videtur noluiſſe apponi, niſi ad rollendam Doctorum controuerſiam, qui prædictæ clauſulæ fundati putanc per bullam cœnæ non fuiſſe ſublatã Epiſcopis poteſtatem abſoluendi à caſu hæreſis occultæ, a Concilio ſibi in indiuiduo, ſeù in ſpecie traditam.

Quod ſi facultas huiuſmodi adẽpta eſt quoad caſum hęreſis, multò magis ſublata cenſetur quoad alios dictæ bullæ caſus, & cenſuras, cum io genere tantùm ſub dicto Concilio comprehendantur; & vi huius §. auferantur omnes facultates abſoluẽdi à caſibus noſtræ bullæ in genere, & in ſpecie: vt conſtat ex illis verbis: *In genere, & in ſpecie*: & nos ſupra annotauimus, q. 1.

concl.1. Et ità de ſtylo, & vſu Romanæ Curiæ ſeruari docet Nau. quem refert, & ſequitur Alter. loco citato.

Reſtat modò, vt ad contraria reſpondeamus.

AD primum reſpondetur, quòd licèt per legem generalem, etiam poſteriorem, non reuocetur lex antiqua ſpecialis; id tamẽ verum eſt, quando ſumus in dubio; ſecus autem, quando aliter conſtat de voluntate Legislatoris. At in caſu, de quo agitur, ſatis probauimus, Romani Pontificis voluntatem eſſe, derogare dicto Concilij decreto: oõ igitur locum habet principium illud, in quo fuodatur argumentum. Eo magis, quia, vt inquit Suar. de pœnit. diſp. 30. ſec. 2. ſub n. 11. verba illa, quæ in noſtro § habẽtur: *In genere, & in ſpecie.* Vrgere multum videntur: nam per ea declaratur, nõ tantùm reuocari vniuerſales facultates, ſed etiam illæ, quæ ad ſpeciales caſus conceſſæ ſunt.

Ad ſecundũ dicimus, quod cũ in hoc §. mentio fiat Cõcilij, ſatis eſt, vt iotelligatur derogatũ *b* eius conſtitutioni: vt habetur ex Couar. lib. 4. var. reſol. cap. 16. n. 6. & alijs, quos refert, & ſequitur Alter. loco citato, in ver. Quod verò: & eo magis, cum in eo apponatur dictio illa vniuerſalis: *Cuiuſcũque Concilij*, Etenim dictio, Quodcunque, denotat omnem generalitatem, vt in c. ſolitæ, de maior. & obedien. 44 b

Ad tertium dicitur, quòd licèt in cõſtitutionibus derogantibus Concilio Tridentino, eius aliquando fiat expreſſa mentio; non tamen ex hoc inſertur id neceſſariò ſeruandum eſſe; ſed id ſeruatur ad maiorem declarationem.

Ad quartum reſpondetur, quòd ex declara- 45 tione Sacræ Congregationis Cardinalium, & aliorum Pontificum, ſatis oſtendimus, facultatẽ, de qua agitur, ſublatã fuiſſe non modo pœnitentibus, ſed etiam Epiſcopus. Et dato, quòd id non conſtaret, cùm abſoluens, & abſolutus ſint correlatiui, ſi poteſtas tollitur pœnitentibus, vt non poſſiot abſolui à caſibus, & cenſuris in Bulla contentis, cenſetur etiam adempta abſoloentibus, atque ideò Epiſcopis: quia in correlatiuis, quod diſponitur in vno, diſponitur etiã in alio: vt latè haberur ex Panor. cum alijs ad eum additis, in proœm. Decret. nu. 20.

Ad quintum patet reſponſio: tunc enim lex correctoria, quando reducit reſtrictiooem ad terminos iuris aotiqui, patitnr exteofionẽ, quãdo aliter noo conſtat de mente Legislatoris. At nos latè ſupra probauimus, voluntatem Romani Pootificis eſſe derogare decreto dicti Concilij per diſpoſitionem noſtri §.

Ad ſextum dicimus, quòd diſpoſitioni huius 46 §. poteſt derogari per clauſulam derogatoriam, cuius memioimus ſupra q. 1. con. 2. vel aliam ſimilẽ, quàm cũ habeat Bulla cruciatæ, oil mirũ ſi illius vigore poteſt quis abſolui modo prędicto c à caſibus, & cẽſuris in Bulla cœnæ contentis. e

Imò ab hæreſi quantumuis occulta non po- 47 teſt quis abſolui virtute dictæ Bullæ: vt docet Sãchez cum alijs, quos allegat lib. 2. Decal. c. 12. n. 10. Vbi etiam n. 11. refert quoſdam hoc idem docentes de receptatoribus, fautoribus, defenſoribus hæreticorum, legentibus, tenentibus, & imprimentibus eorum libros: quamuis ipſe Sãchez arbitretur, hos omnes, ſi reuera hæretici non ſint, & tenentes libros, tradant eos Inquiſitoribus, poſſe abſolui ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo à Confeſſario vi Bullę cruciatę d ſic cõcedentis caſus cœnæ *d*, ficot & virtute iubilæi huiuſmodi caſus concedentis: quoniam prædicti caſus non ea tàm ſpeciali reſeruatione afficiuotur, vt hæreſis, vt ſpeciali mentiooe indigent.

Ad ſeptimũ reſpondetur, quòd Epiſcopi forte ſolent vti facultate abſoluendi à caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ reſeruatis, extra Italiam; quoties nõ patet aditus ad Romanum Pontificem, niſi cum magno incõmodo, ac difficultate, temporis mora, ac diuturnitate. Quo circa, id non agunt vigore dicti Concilij decreti, ſed facultate ſibi conceſſa à iure communi: quoniam in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis regula generalis eſt; quòd quoties non patet aditus ad Romanum Põtificem, aut Legatum eius, vel Delegatum, niſi cum magno incommodo, difficultate, & mora, poteſt pœnitẽs abſolui ab inferiori Sacerdote, cum onere adeundi poſtea ipſum Pontificem: vt latè probat Alter. io ſuo tract. de cenſur. lib. 1. diſp. 6. cap. 8. col. 2. in prin. in ver. Fundamentum verò: & in explicat. huius §. col. 8. in ver. Et moueor.

Ad octauum reſpondet Suar. in explicat. hu- 48 ius §. diſp. 25. de cenſ. ſec. 3. num. 5. quod ſpecificatio illa quoad caſum hæreſis, non fuit poſita à Concilio propter facultatem concedendam, ſed propter limitandam illam, nempè vt per ſe, oon per Vicariũ poſſet Epiſcopus illa vti: alioquin dicendũ eſſet, conceſſionem illam eſſe reuocatam quoad alios caſus Bullę, & non quoad hæreſim, cum alij caſus in genere tantùm cõcedãtur. Quod quidem eſt maximum abſurdum: nam in hæreſi ſpecialis quædam ratio conſideratur, non ſolùm quoad grauitatem ſceleris, ſed etiam quoad reſeruationem, propter quã magis cenſetur denegata facultas Epiſcopis abſoluendi ab excommunicatione propter hęreſim, quàm ob alia crimina in Bulla cœnæ damnata. Vnde multi ſunt, qui cõcedunt, Epiſcopum habere facultatem abſoluendi à caſibus, & cenſuris occultis, in dicta Bulla reſeruatis; non tamen ab hæreſi: vt habetur ex Alter. hoc eodẽ loco, col. 8. in prin. in ver. Secundo peculiaris: & Sanchez lib. 2. Decal. c. 11. ſub nu. 26.

Vel ſecundo reſpondetur, quòd niſi cõſtaret 49 de derogatione dicti decreti quoad caſum hęreſis præcipuè per tot Pontificum declarationes, ſupra recenſitas, per ſolam noſtri §. diſpoſitionem nõ poſſent impediri Epiſcopi ab abſolutione hæreſis occultæ. cũ caſus hæreſis in indiuiduo per Concilium Epiſcopis concedatur, vt rectè videtur concludere argumentum, Imo ſtaote conceſſione hæreſis io indiuiduo cũ ſupra dicta limitatione, cenſetur etiã ex eodem Concilio conceſſa Epiſcopis facultas eodẽ modo abſoluendi ab omnibus alijs caſibus, & cenſuris Romano Põtifici, etiam in Bulla cœnę reſeruatis. Nam Concilũ primò ponit clauſulam generalem, per quam concedit Epiſcopis omnes caſus occultos Apoſtolicæ Sedi reſeruatos, vt per ſe, vel per Vicarium poſſint ab eis abſoluere,

uere,& poſtea addit expreſſionem caſus hereſis cum ſpeciali limitatione: ergo intelligit concedere omnes alios ſpeciatim, & ſine vlla limitatione ſiltem per Bull. Clem. VIII. propter illam clauſolam: *Niſi in eis, etiam caſus præſentibus litteris expreſſi comprehendantur*: cuius vigore declaratur, Romani Pontificis mentem nō eſſe, vi noſtri §. reuocare facultates, in quibus caſus cęnę in ſpecie conceduntur. Nam, quando poſt clauſulam generalem additur exceptio alicuius caſus reſeruati, cēſentur omnes alij in ſpecie expreſſi: quia exceptio firmat regulam in contrarium, vt ex communi ſententia probat Suar. de pœnit. diſp. 30. ſec. 5. n. 3. Vbi latè probat, quibus verbis intelligatur ſuperior concedere poteſtatem à caſibus reſeruatis. Et vltra ſupradictum modum, inquit, quòd licèt Epiſcopus concedendo ſuam poteſtatem, & auctoritatem non cenſeatur in dubio cōcedere caſus reſeruatos; tamen ſi prius concedat aliquem caſum reſeruatum, & poſtea generaliter addat: *Et omnem meam poteſtatem*: tunc cenſetur concedere omnes caſus reſeruatos: quia ſpecificatio antecedens explicat generale verbum ſubſequens.

Sic etiam quamuis ex vi verborum ſi concedat Epiſcopus facultatem abſoluendi à cenſuris reſeruatis, non cenſeatur concedere poteſtatem abſoluēdi omnino ab omnibus caſibus reſeruatis: quia hæc duo ſunt diſtincta, & reſpectu Epiſcoporum non ſemper ſunt coniuncta: tamē ex circūſtantijs, & ex antecendētibus, & ſubſequentibus verbis iudicanda, & intelligēda eſt intentio concedentis: quoniam etſi in foro cōſentioſo præcisè ſtandum ſit verbis: in foro tamen conſcientiæ, vbi de rei veritate agitur, ſatis eſt quomodocunque conſtet de voluntate cōcedentis. Sed quia hodie ſatis conſtat de derogatione dicti decreti, tum per ſupradictas Pontificum, & Sacrę Congregationis Cardinalium declarationes, tum etiam nouiſſimè propter clauſulam illam. *Niſi in eis, &c.* quæ contrariam ſententiam reddebat probabilem, iuxta ea, quæ habentur ex Suar. in explic. noſtri §. loco ſupra citato, ab ipſo §. ademptam à S. D. N. Paulo V. iam videtur terminata præſens controuerſia.

Ad nonum argumentū patet reſponſio: nam per decretum Clem. VIII. non reuocantur facultates abſoluendi à caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ contentis, Epiſcopis extra Vrbem intra Italiam degentibus, ſed confeſſarijs deputatis ad audiendas confeſſiones in Italia commorantibus, vt aliàs diximus: & propterea dictum decretum non poteſt adduci in argumentum cōtra noſtram ſententiam: quoniam ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus, exuli, ff. de minor.

ADDITIO.

a Sententijs. Hanc eandem ſententiam tuentur Ricciul. tr. de iur. perſ. lib. 5. c. 14. n. 9. Barboſ. de poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 40. Ricc. p. 3. dec. 280. n. 1. Grat. in diſcept. to. 3. c. 414. nu. 20. Raguc. in Lucerna Patoch. q. 125. nu. 5. Scort. in conſtit. Pontif. epitom. 166. theorem. 431. Villalob. in ſum. p. 1. tr. 9. dub. 61. num 2. & 5. Nouar. in ſingul. concluſ. 3. num. 5. Homobon. de exam. Eccleſ. p. 2. tr. 1 a. c. 4. q. 10. & de ſtatib. p. 1. c. 8. Sylu. in 2. 2. q. 11. ar. 3. q. 2. in fin. Fabr. de ſacr. Ordin. d. 25. q. 1. diſp. 3. cap. 4. num. 126. Torreblanc. de Magia lib. 3. cap. 10. num. 17. Valer. in different. vtriuſque fori, ver. Hæreſis, differ. 5. num. 1. Bellocch. de caſ. reſer. p. 2. q. 1. num. 275. Antonuc. in Catecheſ. Neapol. lib. 1. cap. 25. num. 9. & alij. Et eandem facultatem non ſolùm Epiſcopis, ſed etiam Prælatis Regularibus, ita vt ſuos ſubditos ab hæreſi occulta abſoluere nequeant docent Nouar. in ſingular. concluſ. 3. num. 10. Megal. conſil. 21. num. 6. & Dian. de abſolut. ab hæreſi reſolut. 6. Etenim quamuis ex priuilegio Pij Quinti, cuius meminit Suarez de pœnitent. diſp. 30. ſec. 2. num. 7. Sanch. de matrimon. tom. 2. lib. 8. diſp. 2. num. 3. & alij, tribuatur Prioribus Dominicanis, atque ideò alijs Regularibus erga ſuos ſubditos in foro conſcientiæ, & per ſe ipſos tantùm omnis facultas abſoluendi, ac diſpenſandi, quam habent Epiſcopi vigore Concilij Tridentini, ſeſſ. 23. cap. 6. nihilominus, quia poteſtas hæc vigore Bullæ cœnæ ſublata eſt Epiſcopis, vt patet ex Duard. hic poſt alios, & ex Doctoribus ſupra relatis, cenſetur etiam ſublata ſupradictis Regularibus, vt habetur ex Suarez de Religioſ. tom. 4. tract 9. lib. 2. cap. 20. num. 11. & Coriolan. de caſib. reſeruat. par. 1. ſect. 1. artic. 23. num. 6. Et de hac opinione ait Diana loco citato, amplius hodie non eſt dubitandum; quia teſtatur ita nouiſſimè fuiſſe declaratum per Sacram Congregationem Cardinalium ſub die 17. Nouembris 1628. Abb. Alex.

b Derogatum. Ad derogandum Concil. Trid. ſatis eſſe quidam volunt, non ſolùm ſi de eo fiat ſpecialis, & indiuidua mentio, vel ſaltim Conciliorum in genere, vt hoc loco poſt alios inquit Duard. ſed etiam ſi nulla mentio fiat Cōc. Trid. nec Conciliorum in genere; atque adeo poſſe illi derogari per ſolam clauſulam illā generalem. *Non obſtantibus, &c.* Siquidem decreta Conc. Trid. fuerunt edita, ſalua Sedis Apoſtolicæ auctoritate, vt conſtat ex eodem Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. fin. ſeſ. 21. ibi, *Omnia, & ſingula, quæ ſub quibuſcunque clauſulis, & verbis in hoc Sacro Concil. ſtatuta ſunt, ſancta Synodus declarat, ita decreta fuiſſe, vt in his ſalua ſemper auctoritas Sedis Apoſtolicæ ſit, & eſſe intelligatur.* Vnde ob id voluit, expreſſam Conc. Trid. derogationem non eſſe neceſſariam: quia Rom. Pontifex dum aliqua decernit contra Trid. decretum, cenſendus eſt vti potius facultate ſibi reſeruata, quam contra Concilium deponere. Ita in praxi, & de ſtylo Rom. Curiæ ſeruari teſtatur Gonzalez ad Regul. 8. gloſ. 6. num. 120. Filiuc. tom. 1. qq. moral. tr. 16. n. 320. latè Garz. de benefic. 4. p. c. 5. num. 34. vbi refert Pium V. declaraſſe, in conceſſionibus Apoſtolicis propria manu Papæ ſignatis, opus non eſſe ſpeciali, aut generali derogatione Concil. Trident. & ita etiam fuit deciſum per Rot. Romanam in vna S. Angeli penſionis, 16. Decembris 1594. coram Cardinali Pamphilio: & in altera prioratus, 9. Iunij 1606. coram Reuerēdiſs. Manzanedo. D. Cæſar.

c Contentis. Vel ſecundò reſponderi poteſt, diſparem rationem eſſe de priuilegio cruciatæ, cùm id per modum contractus oneroſi concedatur, peculiarem ſui mentionem in reuocatione requirit, vt habetur ex Bonac. in explicatione huius § diſp. 1. q. 22. pun. 2. ſub nu. 3. verſ. Ad ſecundam. Abb Alex.

d Cœnæ. Adde hîc Suar. tr. de fide, diſp. 24. ſec. 1. nu. 11. Farin. de hæreſi, q. 180. nu. 8. Acoſtam in Bull. cruciatæ, q. 63. concl. 4. Portel. in addit. ad dubia Regul. verſ. libri prohibiti, num. 14. & alios, quos refert, & ſequitur P. Diana 11. de abſolutione ab hæreſi reſol. 7. qui idem dicendum putat de maleficis, ſortilegis, ſolicitantibus in confeſſione, blaſphæmantibus hæreticaliter, & his ſimilibus, dummodo errorem non habeant in intellectu. Eſt tamen verum, quod vi Bullæ cruciatæ legentes libros hæreticorum hæreſim continentes, aut de Religione tractantes, & alij in primo canone Bullæ cœnæ contenti, errorem in intellectu non habentes abſolui poſſunt ſemel tantùm in vita, & ſemel in morte: at malefici, & alij ſupra relati, ac his ſimiles, quorum non meminit d. canon, ſi errorem non habeant in intellectu, poſſunt abſolui toties quoties: ſiquidem nec propter pactum cum dæmone, nec propter alia crimina ad Tribunal Inquiſitionis pertinentia propter ſuſpicionem hæreſis, vel ſuperſtitionem, excommunicatio Bullæ cœnæ contrahitur, ſi error non ſit in intellectu, vnde cum dicta crimina non includantur in canone primo Bullæ cœnæ, poſſunt ea committentes abſolui vi Bullæ cruciatæ toties quoties, cum eiuſdem vigore concedatur facultas abſoluendi à caſibus, & cenſuris Bullæ cœnæ, excepta hæreſi, ſemel tantum in vita, & ſemel in morte: reliqui verò caſus ſupra relati cum ab Epiſcopo poſſint abſolui toties, quoties, maximè ſi ſint occulti; poterunt etiam abſolui vi Bullæ cruciatæ, quæ priuilegium habet abſoluendi à reſeruatis Epiſcopo toties, quoties; vt rectè declarat Dian. loco citato, & in 11. de Bulla cruciatæ, reſol. 28. & 29. Qui oppoſitam ſententiam probabilem quoque putat, quam docent Azor. to 1. inſtit. moral. lib. 8. Fernandez de examin. theol. moral. par. 3 cap. 9. §. 16. ſec. 1. Alter. de cenſur. tom. 1. lib. 5. diſp. 2. c. 9 in fin. Turrian. tom. 1. in 2. 2. diſp. 56. dub. 2. & alij exiſtimantes, ſub nomine hæreſis, includi alia delicta contenta in edictis Inquiſitorum: at vigore Bullæ cruciatæ non poſſunt abſolui hæretici: ergo nec malefici, & alij ſupra relati. Abb. Alex.

An à caſibus Bullæ Cœnæ, ſaltem quoad hæreſim, poſſit quis abſolui ab Inquiſitore hæreticæ prauitatis, extra mortis articulum. Q. 12.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis habent facultatẽ abſoluendi hæreticos in foro exteriori.*

2 *Inquiſitores poſſunt abſoluere hæreticos, etiam in foro conſcientiæ cauſa cognita.*

3 *Occultum aliquid dicitur, quod probari ſolùm poteſt per quinq; teſtes, minquam iudicialiter ſit diſcuſſum.*

4 *Inquiſitores poſſunt abſoluere hæreticum occultum per accidens, etiam in foro Sacramentali.*

5 *Inquiſitores in Hiſpania, hæreticos occultos Sacramentaliter abſoluunt.*

6 *Inquiſitores poſſunt abſoluere in foro Sacramentali receptatores hæreticorum, legentes, tenentes eorum libros, &c.*

7 *Inquiſitores, licet facultatem habeant abſoluendi hæreticos in foro Sacramentali: illa tamen vti debent rariſſimè.*

8 *Inquiſitorum Commiſſarij poſſunt abſoluere hæreticum occultum in foro Sacramentali.*

9 *Facultas conceſſa Inquiſitoribus abſoluendi hæreticos occultos, non cenſetur tantùm tributa totis Inquiſitorum conſiſtorio; ſed etiam eorum ſingulis ſeorſim ſumptis.*

10 *Inquiſitores poſſunt abſoluere hæreticos occultos in foro conſcientiæ, non ſolùm ſi Sacerdotes ſint; ſed etiam ſi tantùm primam tonſuram habeant. Non tamen Sacramentaliter.*

11 *Abſolutio in foro conſcientiæ non denotat neceſſario abſolutionem Sacramentalem, ſed id tantùm importat, vt non profit in foro exteriori.*

12 *Pœnitentia in foro interno tendit ad finem diuerſum ab eo, ad quem tendit pœna in foro externo.*

13 *Abſolutus à cenſura reſeruata etiam propter hæreſim, poteſt deinde abſolui à peccato, cui illa cenſura erat annexa à quolibet Confeſſario.*

14 *Inquiſitores, non ſolùm poſſunt abſoluere hæreticos occultos per ſe; ſed etiam per alios, eiſdem eorum poteſtatem delegando.*

15 *Inquiſitores habent facultatem abſoluendi hæreticos occultos in foro conſcientiæ annexam proprio officio.*

16 *Inquiſitorum Commiſſarij non habent facultatem abſoluendi hæreticos occultos in foro conſcientiæ ab Inquiſitorum conſiſtorio: ſed à iure per conſtitutionem Clem. VII.*

17 *Inquiſitores poſſunt facultatem abſoluendi hæreticos occultos in foro conſcientiæ delegare non ſolùm Sacerdoti; ſed etiam clerico primæ tantùm tonſuræ initiato.*

18 *Inquiſitorum conſiſtorium quonam caſu committit facultatem abſoluendi hæreticum in foro conſcientiæ: & ſinguli Inquiſitores, ſeorſim ſumpti, non poſſint, declaratur.*

19 *Abſolutio impenſa ab Inquiſitore hæretico occulto in foro conſcientiæ, eſt valida quando ipſe hæreticus verè conuertitur ad Catholicam fidem: ſecus autem, ſi fictè ad fidem redeat.*

20 *Abſolutio ab excommunicatione ex falſa cauſa, quando valida ſit declaratur.*

21 *Abſolutio impenſa hæretico occulto ab Inquiſitore in foro conſcientiæ, tunc eſt valida, quando hæreticus omnes hæreſes illi manifeſtauit: nam quoad non manifeſtatas, erit inualida.*

22 *Excommunicatus ob plures cauſas, ſi vnam tantùm exprimit, atque adeò non omnes, ſi abſoluatur, tam, & quando eius abſolutio erit valida, declaratur.*

23 *Abſolutione data hæretico occulto in foro conſcientiæ, qui aliquam hæreſim non dolosè, ſed bona fide tacuit, hæreſim quam tacuit non eſt amplius reſeruata: & propterea poteſt ab ea à quolibet Confeſſario abſolui.*

24 *Abſolutus à caſibus reſeruatis manifeſtatis ab habentibus facultatem abſoluendi ab omnibus, ſi aliquos bona fide tacuerit, caſus illi non ſunt amplius reſeruati.*

25 *Abſolutio impenſa hæretico occulto, qui licet hæreſim ipſam manifeſtauit: tamen tacitis data opera aliquos*

aliis

actus externos, quos operatus eſt circa hæreſim: an ſit valida, explicatur.

26 *Hæreticus, qui ſuos confeſſus hæreſes manifeſtas, non autem occultas, licet excommunicatus remaneat, non obſtante abſolutione ſibi tradita; poteſt tamen abſolui ab eis primum, ad inſtar hæretici occulti.*

1 AD tituli explicat. eſt annot. quòd præſentẽ controuerſiam nos nõ diſputamus quoad forum exterius: quoniam in hoc foro citra omnem dubitationem Inquiſitores facultatem ha-
2 bẽt abſoluẽdi hæreticos: vt latè probat Eymer. in Direct. Inquiſ. 3. p. q. 92. & in eã Pegna Schol. 141. Nec etiam quærimus, an id poſſint in foro conſcientiæ, cauſa cognita: nam dubium nõ eſt de facultate Inquiſitorum abſoluendi ab hæreſi in vtroque foro, cauſa cognita: vt henè docet Sãchez lib. 2. Decal. c. 12. in prin. ſed quæſtio noſtra eſt de facultate abſoluendi in ſolo cõſcientiæ foro, vbi hæreticus eſt occultus, nec coram ipſis delatus, ſed ſecretò confitetur eiſdem ſuam hæreſim, an ſcilicet Inquiſitores in tali foro poſſint ab huiuſmodi hæreſi occulta abſoluere.

Dicitur autẽ hæreticus occultus omnis, qui nõ eſt publicus: nam occultum appellatur non
3 ſolùm id, quòd diſtinguitur contra probabile, t vt eſt illud, quod probari non poteſt, & iudicio Dei relinquitur, iuxta tex. in c. erubeſcant, 32. d. & in l. duo ſunt Titij, ff. de teſtam. tut. ſed etiam id, quod proceſſit quidem in actu, ſed nondum eſt publicum, & ſi probabile ſit per paucos; puta per duos, aut tres, vel etiam quinque teſtes, antequam iudicialiter ſit diſcuſſum: vt ſupra nos declaratimus quæſtione præcedenti.

In hac re tres extant opiniones. Nam prima ſententia eſt Enriquez lib. 6. de pœn. c. 7. nu. 3. & aliorum, dicentium, facultatem abſoluendi ab hæreſi occulta in foro conſcientiæ non habere quemlibet Inquiſitorem ſeorſim ſumptum, ſed totum cõſiſtorium ſimul: atque ideò vnus ſine alio non poteſt abſoluere hæreticum occultum in dicto foro, quia iuriſdictio eſt in toto conſeſſu.

Probant hanc opinionem ex conſtitutione Clem. VII. quę incipit: *Cum ſicut* ver. Vobis etiã: quam refert Penna in Direct. Inquiſ. in fine, inter Bullas Apoſtolicas pro officio Inquiſitionis. Vbi Roman. Pontifex concedendo hanc poteſtatem Inquiſitoribus, vtitur dictione illa: *Vobis*, &c. Et ſic loquitur in numero plurali, ita vt non cuilibet Inquiſitori, ſed toti conſiſtorio facultatem huiuſmodi concedat.

Secunda ſententia eſt Sanchez lib. 2. Decal. c. 12. ſub nu. 2. negantis ſimpliciter Inquiſitores habere huiuſmodi poteſtatem in foro conſciẽtiæ. Pro qua opinione allegat Couar. in regul. Peccatum 2. p. init. nu. 7. licèt ſoleat allegari pro contraria ſentẽtia dum ait, quod hæreticus occultus per accidens, ſi ſecretò confiteatur ſuam hæreſim Inquiſitori, & ſe pœniteat eiuſdem, erit ab eodem Inquiſitore abſoluẽdus, (Secretò tamen in tribunali:) Et ita agendum eſſe, ait, admonere inſtructionẽ Hiſpalenſem c. 5. Vnde ob illam particulam: *In tribunali*: vult ipſe Sanchez, Couar. loqui de abſolutione in foro exteriori. Et rationem hanc eſſe putat: quia Inquiſitores, cùm Iudices cõſtituti ſint in foro exteriori, hãc facultatem pro ſolo externo foro cenſentur habere. Eo magis, quia non extat conſtitutio aliqua, per quam id eis concedatur: nam conſtitutionem illam Clem. VII. cuius ſupra meminimus, Pen. 3. p. Direct. commen. 12. addit. ad n. 61. intelligit de abſolutione in foro exteriori, facta confeſſione coram notario, & ſecuta reconciliatione. Immò Suar. de cenſur. diſp. 43. ſec. 5. num. 5. inquit, conceſſionem illam fuiſſe perſonalem, non autem perpetuam: & ſolis Inquiſitoribus ea Ordine Prædicatorum in vniuerſa Italia conſtitutis, & conſtituendis tributam, addit idem Sanchez.

Tertia ſententia, quæ nobis videtur probabi-
4 lior, eſt Guttierrez lib. 1. cannn. quæſt. c. 53. q. 7. Eymer. in Direct. Inquiſ. & aliorum, quos refert Sanchez, loco citato, ſub num. 5. dicentiſi, quòd hæreticus occultus per accidens, ſi ſecretò confiteatur ſuum crimen Inquiſitori, & ſe pœniteat eiuſdem, erit ab eodem Inquiſitore abſoluen-
6 dus, quoad pœnitentiæ, & iudicium.

Mouentur ex ſupra relata conſtitutione Clemen. VII. Vbi poteſtas huiuſmodi conceditur Inquiſitoribus, & eorum Commiſſarijs, præcedenti tamen hæreſis abiuratione, ſeu promiſſione, quòd in poſterum ab ea abſtinebit. Quam quidem conſtitutionem opinantur expreſsè loqui in foro conſcientiæ: quia in abſoluendo in foro externo non eſt opus, vt hæreticus ſit occultus, nec ad forum externum delatus.

Hanc eandem ſententiam in practica in Hi-
5 ſpania ſeruari refert Rodriq. in expoſitione Bullæ cruciatæ §. 9. n. 66. cum plur. ſeq. Ibi enim abſoluuntur hæretici ab Inquiſitoribus tàm in foro exteriori, quàm in foro conſcientiæ.

Immò inquit, quòd hæc eadem facultas con-
6 ceſſa Inquiſitoribus ſuper crimen hæreſis, extẽditur etiam ad receptatores, fautores hęreticorum, ad Schiſmaticos, ad legentes, & tenentes eorum libros. & ad omnia, quæ ſtatuuntur in can. primo noſtræ Bullæ. Vigil. quoque 3. par.
7 Candel. c. 1. de Simon. benefic. retenſio. & poteſt. com. num. 5. ait, quòd licèt Inquiſitores habeant auctoritatem abſoluendi ab hæreſi in foro Sacramentali; illam tamen exercere non debent, niſi rariſſimè, Et ita teſtatur ſe audiuiſſe ab admodum R. P. Io. Floriano Inquiſitore Bononienſi anno 1588.

Et denique Sanchez, licèt magis adhęreat ſe-
8 cundæ ſententiæ; tamen loco ſupra citato, n. 3. propter multitudinem Doctrum aſſerentium hanc facultatem habere Inquiſitores, cogitur fateri hanc ſententiam eſſe probabilem, & probabiliter competere cuilibet Inquiſitori: quoniam ſupradicta conſtitutio Clem. VII. non tantùm inquiſitoribus, ſed eorum quoque Cõmiſſarijs huiuſmodi facultatem concedit. At commiſſarij nullum habent cõſiſtorium, ſed in quolibet diſtrictu vnus eſt commiſſarius. Non igitur ſoli conſiſtorio, ſed cuilibet inquiſitori hãc poteſtatem conceſſit Pontifex. Aliàs maiorem poteſtatem haberent Commiſſarij, quàm inquiſitores.

Et re vera, cum hæc facultas conceſſa videa-
9 tur fauore animarum, ne hæretici occulti ad fidem redeuntes facili remedio ſint deſtituti, difficillimum profectò remediũ eſſet, hęreſim occultam coram toto conſiſtorio propalare. Pro

hac

hac eadem ſententia aliegat Guttier. loco citato, & Graff lib. 2. Dec. par. 1. lib. 2. cap. 9. nu. 5 qui in ſingulari dicunt, huiuſmodi hæreticum, qui Inquiſitori ſecretò ſuum crimen Sacramentaliter aperuit, ab eo eſſe abſoluendum.

Vnde his ſic ſtantibus, ampliatur primò hæc
10 concluſio, vt Inquiſitoret abſoluere poſſint in foro conſcientiæ hæreticos occultos ab excommunicatione, non modò ſi Sacerdotes ſint; verùm etiam ſi tantùm primam tonſuram habeãt: quoniam non exigitur ad hanc abſolutionem confeſſio Sacramentalis, quæ ſoli Sacerdoti fieri poteſt. Nam abſolutio in foro conſcientiæ,
11 non denotat neceſſariò abſolutionem Sacramentalem, ſed id tantùm importat, vt abſolutio impenſa in foro conſcientiæ, non proſit in foro externo: vt ſupra diximus q. præcedenti, & latè habetur ex Suar. de cenſur. Eccl. diſp. 41. ſec. 2. n. 11. & alijs, quot refert, & ſequitur Sanchez lib. 2. Decal. cap. 11. nu. 13. & c. 12. num. 4. in fine. Vbi etiam ait, quòd iſta facultas non conceditur Inquiſitori tanquàm quid annexum Ordini, ſed officio.

Vnde, ſi ſic abſolutus ab Inquiſitore, vel etiã
12 ab Epiſcopo *b*, aut Romano Pontifice, poſtmo- *b* dum accuſetur in foro exteriori, poteſt contra eum procedi, &, conſtito de crimine, ſecundum canones puniri: quia pœnitentia pro foro interno impoſita, tendit ad alium finem, nempe, vt per illam pœnitentiam ſatisfaciat Deo, & ipſi reconcilietur: at pœna fori externi pertinet ad vindictam publicam, & Reip. ſatisfactionem: vt habetur per Gioſ. in cap. gaudemus, ver. Poterit de diuor. Pen. in Eymer. par. 2. Direct. Inquiſ. com. 25. ver. Rurſus, & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez in d. c. 12. ſub n. 7. vbi id ampliat ex Pen. & Anton. Gomez etiam ſi pœnitentia, in foro interno impoſita, ſit publica.

Beneuerum eſt, quòd abſolutum ab excõmu-
13 nicatione propter hæreſim poteſt quilibet cõfeſſarius à peccato abſoluere, ſiue is, qui abſolutionem ab excommunicatione tradidit, Sacerdos ſit, ſiue non, iuxta ea, quæ docet Sanchez in d. c. 11. n. 3. circa finem.

Secundò ampliatur hæc eadem concluſio, vt
14 Inquiſitoret non ſolùm per ſe poſſint hæreticos occultos in foro conſcientiæ abſoluere, ſed etiam per alios, eiſdem hanc poteſtatem delegando: quoniam facultas huiuſmodi non conceditur Inquiſitori inſtar Confeſſarij priuati,
15 cui nudum miniſterium committitur, ſed ipſa facultas eſt perpetuò annexa Inquiſitorit officio, & propterea eſt ordinaria, vt bene docet Sanchez in d. c. 12. num. 5. & lib. 2. de Matrim. diſp. 40. n. 17.

Nec exigitur, vt talis delegatio à toto Inquiſi-
16 torum conſiſtorio fiat, vt quidam ſentiunt, exiſtimantes, ſupra relatam conſtitutionem Clem. VII. facultatem hanc ſolùm concedere Inquiſitoribus, vt delegent commiſſarijs Sancti officij; quoniam illa conſtitutio non committit eis, vt delegent commiſſarijs, ſed ipſimet commiſſarijs facultatem illam indulget: vt bene aduertit Sanchez in d. c. 12. n. 5.

Poteſt igitur huiuſmodi delegatio à quolibet
17 Inquiſitore concedi cuilibet; non modò Sacerdoti ſed etiam cuiuis clerico, etiam ſi prima tãtùm tonſura ſit initiatus, vt hæreticum occultum ab excommunicatione abſoluat in foro cõſcientiæ. Non tamen huiuſmodi hæreticus Sacramentaliter abſolui poteſt à peccato hæreſis, niſi à Sacerdote iuxta ea, quæ ſupra diximus.

Beneuerum eſt, quòd poſtquam Inquiſitorũ
18 tribunal iuridicè de cauſa hæretici nouit: nec ei pœnitentiam imponendam iudicat: vt ſeruari ſolet quoad apoſtatas à fide, qui ſua ſponte ad fidem redeunt, tunc quibbet Inquiſitor, ſeorſim ſumptus, non poteſt committere confeſſario, vt fieri ſolet, vt audita confeſſione eos abſoluat, ſed exigitur delegatio à toto Inquiſitorum tribunali, quoniam abſolutio huiuſmodi eſt pro vtroque foro: & talis poteſtas non eſt in quolibet Inquiſitore, ſed in tribunali: & quoad hoc Sanchez loco citato n. 6. approbat opinionem Bann. 2. 2. q. 11. ar. 4. dub. 2 poſt 3. argum. contra 2. concl. ver. Præterea aduertẽdum. Etenim Inquiſitores poſſũt vices ſua delegare, vt in clem. 1. de hæret. & hoc ideo, quia ſunt delegati ad vniuerſitatem cauſarum: vt bene docet Menoch. de arbit. lib. 1. q. 14 n. 41.

Sic ampliata limitatur primò eadem conclu-
19 ſio, vt tũc abſolutio impenſa ab Inquiſitore hæretico occulto ſit valida, quando hæreticus verè conuertitur: ſecus autem, ſi fictè ad fidem redeat. Nam aut iſte hæreticus externo aliquo ſigno pertinaciam illam manifeſtat, & perſeuerantiam in hæreſi: & tunc rum eadem cenſura contrahatur ob illam hæreſim continuatam, non poteſt per ſupradictam abſolutionem auferri. Aut illa perſeuerantia, ſeu pertinacia in hæreſi ſigno aliquo externo non manifeſtatur: & tunc abſolutio illa impenſa, eſt irrita: quoniã licèt multi velint, quòd abſolutio ab excommunicatione ex falſa cauſa, ſit valida: vt habetur ex
20 Couar. in c. Alma mater. 1. par. §. 11. num. 14. tamen id verum eſt, quando falſa cauſa Iudicem non mouet ad impendendam abſolutionem, ſed veritate cognita adhuc eam fuiſſet impenſurus: ſecus autem, vbi cognita veritate, abſolutionẽ Iudex non impe:deret: nam tunc abſolutio tradita ex falſa cauſa eſt nullius momenti. vt docet Enriquez de excommun. lib. 13. cap. 30. num. 3. & 4. & Sayr. lib. 2. Theſ. tom. 1. cap. 21. num. 26. & 27. cum alijt, quos allegant: & in terminit noſtrit Suar. de cenſur. diſp. 7. ſec. 7. num. 12. Quæ quidem vera ſunt, ſiue abſolutio impendatur in foro conſcientiæ, ſiue in foro exteriori: & ſiue ab Inquiſitore, ſiue à Romano Pontifice, aut à quolibet alio, vt per Sanchez loco ſupra citato, ſub num. 8. & declaranda iuxta ea, quæ infra, Deo duce, dicemus in ſequenti limitatione in fine.

Secundò limitatur, vt tunc abſolutio tradita
21 ab Inquiſitore hæretico occulto ſit valida, quando talis hæreticut omnes hæreſes illi manifeſtauit. Nam quoad hæreſes non manifeſtatas, abſolutio eſt nullius momenti, ſiue impenſa ſit in foro conſcientiæ, ſiue in foro externo: & propterea peccatum hæreſum tacitarum manet reſeruatum tãquàm priſtina excommunicatione affectum. Etenim quoties quis eſt excommunicatus ob plures cauſas, & vnam tantùm expli-
22 cat, abſolutio vim habet quoad ſolam cauſam expreſſam: vt habetur ex Vgol. de cenſur. tab. 1. c. 19. §. 3. num. 10. & Sayr. lib. 2. Theſ. tom. 1. c. 21 num.

num. 23. & 24. Quod quidem verum esse probat Sayr. ibi, vbi quælibet causa per se satis erat ad excommunicationem contrahendam, & æquè principalit fuit ad excommunicationem ferendam; vt exemplum patet in commitente rapinam cum effractione Ecclesiæ, quo casu raptor ille est excommunicatus statuto Episcopi, & canonis: statuto scilicet propter rapinam; & canone propter effractionem: quapropter cùm quælibet harum causarum censeatur principaliter considerata, non valet absolutio; nisi expressis omnibus cansis.

Idem dicendum est de eo, qui vnica excommunicatione est alligatus ob plures causas, quæ singulæ per se non sufficiunt ad incurrendam censuram, sed exigitur, vt concurrant omnes simul iunctæ: nam tunc, quia omnes causæ videtur pariter consideratæ, non tenet absolutio, omnibus non expressis. Secus autem dicendum est, vbi quis vnicam excommunicationem contraxerit, sed propter plures causas, quarum vna satis erat ad excommunicationem contrahendam: quoniam tunc vna causa sufficienter expressa, tenet absolutio.

Item vera sunt ea, quæ diximus, quando is, 23 qui absoluitur, excommunicationis suæ causas aliquas fraudulenter tacuerit: secus autem, si bona fide aliquas hæreses expresserit, & aliquas tacuerit: nam tunc hæreses, quas tacuit, non remanent amplius reseruatæ, & ab eis potest à quocunque confessario absolui, esto si diceretur manere peccata talium hæresum priſtina censura affecta. Nam communis est Doctorum sententia se habens, absolutum à casibus reser- 24 uatis manifestatis ab habente facultatem absoluendi ab omnibus, si aliquos bona fide illorum immemor tacuerit, manere deinceps liberum ab oblitorum reseruatione, & posse ab aliis à quocunque confessario absolui. Ita Sanchez in d.c. 12. sub num. 9. Vbi etiam addit, quòd si quis hæresem omnino fuerit confessus, tacens ta- 25 men data opera aliquot actus externos, quos circa earum aliquam exercuit, licèt aliqua velint eum remanere absolutum, non secus ac is, qui ob eiusdem rationis causam repetitam, excommunicationem aut irregularitatem contrahit, eximitur ad obligatione exprimendi numerum sed satis est causam in communi explicare: & propterea, qui in excommunicationem incidit ob participationem in crimine criminoso cum concubina ob concubinatum denunciata; vel irregularitatem ob repetitam tempore excommunicationis celebrationem, satis facit in impetratione absolutionis, & dispensationis, exprimendo causam, & si repetitionem taceat, vt habetur de Enriquez lib. 13 de excommun. c. 30. n. 2. nihilominus contrarium ipse Sanchez cum alijs, quos alligat, dicendum putat, quando actus tacitus est alicuius momenti, secus autem, si parum faceret ad iudicium, quia tunc non haberetur illius consideratio.

Beneuerum est, quòd scienter reticens aliquas 26 hæres occultas, publicas manifestauerit, & si maneat verè excommunicatus, potest tamen ab hac excommunicatione priuatim absolui instar hæretici occulti per accidens à quolibet Inquisitore in foro conscientiæ, quia cum valida fuerit absolutio ab hæresi publicæ excommunicatione manifestatæ in iudicio, restat sola excõmunicatio hæresis occultę. Et idem putat dicẽdum idem Sanchez, quoad eum, qui fictè conuersus est; atque ideo absolutio ab hæresi excommunicatione fuit irrita. Nam, cùm in foro externo valida fuerit absolutio, & fictio illa sit occulta manebit hæresis penitus occulta ac proinde ac si ad forum externum deducta non esset & instar hæresis per accidens occultæ: & propterea hæreticus ille resipiscens, poterit tanquam hæreticus occultus per accidens absolui, non secus ac hæreticus, qui falsis testibus incolumis in foro externo euasit.

Restat modò, vt ad contraria respondeamus.

AD contrarium primæ sententię patet respõsio: nam dictio illa: *Vobis*: potest intelligi de omnibus, ac etiam singulis: & propterea facultas, de qua agitur, non solùm concessa censetur toti consistorio Inquisitorum simul, sed etiam eorum singulis.

Ad contraria secundę sententiæ constat responsio ex dictis. Nec ex eo quòd Inquisitores iudices constituti sint in foro exteriori, inconueniens est facultatem prædictam habere quoque in foro conscientiæ, cum id expediat fidelium animarum saluti: & constitutionem Clem. VII. quam supra retulimus ita plerique Doctores interpretantur.

ADDITIO.

a Pœnitentem. Adde, quòd hanc eamdem sententiam tenet Homobon. de exam. Eccles. p. 2. tr. 11. c. 6. q. 11. Putean. in 2. 2. D. Thom. q. 11. ar. 4. dub. 2. Loricbiu. in Thes. ver. Hæreticus, §. 12. num. 6. Garz. de Benefic. tom. 2. p. t. 1. c. 10. nu. 121. & alij, quot refert, & sequitur Diana de absolut. ab hæresi resol. 3. contra Farin. de hæresi, q. 192. num. 54. & alios: quiquidem Dian. hanc ipsam sententiam, vt facultas absoluendi ab hæresi in foro conscientiæ tributa Inquisitoribus ampliat competere cuilibet Inquisitori, & non toti Consistorio, atque ideo quilibet Inquisitor potest eandem facultatem cuilibet Confessario delegare, vt habetur ex Homobon. de examin. Eccl. tr. 12. c. 2. q. 4. qui etiam addit ad impendendam huiusmodi absolutionem in foro conscientiæ, & delegationem faciendam non exigi ordinem sacerdotalem: siquidem talis facultas non conceditur Inquisitori in ordine ad confessionem Sacramentalem, nec tanquam quid affixum ordini, sed officio, iuxta ea, quæ adnotantur ex Duardo hic, num. 10. & 11. Abb. Alex.

b Episcopo. In foro scilicet exteriori: quoniam Episcopus in sua Diœcesi, & in foro exteriori, cùm sit Ordinarius Inquisitor, potest sua Ordinaria potestate hæreticos inquisitos, & pœnitentet redeuntet ad fidem recipere, Ecclesiæ reconciliare, illisque pœnitentiam iniungere: & talis absolutio prodest etiam in foro interiori, c. vt officium, in prin. ver. Si verò, vbi etiam Archid.

child.Io.Andr.Gemin.& Franch.de hæret.in 6. Glosin c.excommunicamus, il 1. §. credentes, ad fin.in ver.Apostolicæ,eod.tit.Squillac.in tr. de fid.cathol.c.27.num.3.Eymer.in Ditect. Inquis.p.3.q.92.& alij,quos refert, & sequitur Farin.de hæresi,q.192.num.52.contra Lel. Zecch. in sum.p.1.tit.de fide,rub.de hæresi,cap.11. nu. 18. Non tamen licitum est Episcopo absoluere hæreticum occultum in foro pœnitentiæ, nec etiam in foro conscientiæ,vt habetur ex eodem Farin.loco citato,num.61. & latè Duard. q.præcedenti. Est tamen verum, quod hæreticus occultus per accidens si secretò suum hæresim confiteatur proprio Episcopo,& se pœniteat eiusdem,poterit tutè ab Episcopo secretò absolui in Tribunali,quæ quidem absolutio censetur impensa in foro, exteriori: & ita absoluendos esse hæreticos occultos ab Inquisitoribus admonet Instructio Hispalens.c.5.vt refert idem Duar. hoc loco, sub n.3. vers.Secunda sententia. Sed quia Confessarius non potest cogere hæreticum occultum per accidens, vt se prodat Episcopo, aut Inquisitoribus:& Inquisitores quamuis habeant facultatem absoluendi huiusmodi hæreticum tam in foro interno, ac in foro conscientiæ,quàm externo cum potestate delegandi, vt per Duar. hic; nihilominus hæreticus prædictus non vult aliquando,&vt plurimum suâ hæresim Episcopo,aut Inquisitoribus propalare nec palâ,nec secretò:neque in foro sacramentali, nec in foro conscientiæ:& Inquisitores ipsi sæpe nolunt eorũ facultatem delegare Confessario, vt ab eo absoluatur:tunc hæreticus ipse debet Romam mittere ad Maiorem Pœnitentiarium,pro impetranda facultate absoluendi, & interim pendente dictæ facultatis impetratione, poterit si timeat scandalum,aut infamiam probabiliter, celebrare,si sit Sacerdos;si verò laicus Sanctissimam Eucharestiam sumere,elicito prius contritionis actu,vt habetur ex Nauar.in Man.c.27.n. 239.Henriq.lib.6.c.15. num.7. & ex alijs, qui loquuntur de excommunicato occulto,non dato de præsentis confessoris copia Imò eo casu posset Sacramentum pœnitentiæ suscipere,confessionem præmittens, maximè si nequiret existimare se sufficienter esse contritum:nam supposita necessitate communicandi ad euitandum scandalum,aut infamiam, nulla est deordinatio præmittere confessionem; sed ordo huiusmodi esset valdem consentaneus, nec potest assignari ratio,cur tali casu excommunicato liceat communicare,& non confiteri sumpiendo pœnitentiæ sacramentum, cùm excommunicato non minus sit prohibita Sanctissimi Sacramenti Eucharestiæ susceptio,quàm Sacramenti pœnitentiæ;eo quod vna, & eadem lege vtrunque prohibetur,& ex parte ipsarum rerum maior dignitas,& dispositio requiritur ad Eucharistiam, quàm ad pœnitentiam. Ita Suar.de pœnit.disp. 21.sec.3.num.6.Reginald.tom.1.suæ prax. lib 8. c.7.num.87.Sanciu.in selectis dis.32.n.11. Dian. de absolut.ab hæresi,resol.4. & alij, quos refert idem Sanciu.loco citato. Adde,quòd non desunt,qui velint,etiam secluso scandalo, & periculo grauis infamiæ,prædictum hæreticum occultum,procurantem pro viribus absolutionẽ, & propter paupertatem,aut aliud legitimum impedimentum non valentem Romam adire, vel mittere,neque ab Episcopo, vel ab inquisitore absolutionem obtinere,si verè pœniteat,& contritus sit,posse interim Missam celebrare si sacerdos sit,& Eucharestiam sumere si sit laicus vt habetur ex Fagundez de præcept.eccles.tr.1. lib.3.c.12.num.12.contra Suar.3.p.tom.5. disp. 9. sec.3. num.3. quę quidem Fagundez opinio meritò non placet Diuinæ d.resol.4.Abb.Alex.

An extra mortis articulum absolui quis possit ad cautelam à casibus, & censuris, in Bulla Cœnæ contentis,per alium, quàm per Romanum Pontificem. Q.13.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ad cautelam,quænam sit,definitur.*

2 *Absolutio ad cautelam datur,non modò ab excommunicatione,sed etiam à suspensione,& interdicto; dummodò interdictum non sit generale locale.*

3 *Absolutio ad cautelam non datur,vbi certum est,censuram nullam esse.*

4 *Absolutio ad cautelam,cur illa dicatur?*

5 *Absolutio ad cautelam,quotuplex sit,explicatur.*

6 *Absolutio data testi ad tempus cum reincidentia, non est propriè absolutio,sed verbalis tantùm.*

7 *Absolutio ad cautelam, non potest impendi à casibus,& censuris,in Bulla cœnæ reseruatis,per alium, quàm per Romanum Pontificem.*

8 *Absoluere is tantùm potest ad cautelam,qui potest absoluere simpliciter.*

9 *Absolui quis non potest ad cautelam à casibus Bullæ cœnæ,per alium,quam per Romanum Pontificem, non obstante quocunque priuilegio, in genere, vel in specie alicui concesso.*

10 *Absolui quis non potest ad cautelam à casibus Bullæ cœnæ,& ab alijs in Decreto Clem.VIII. reseruatis,etiã si Sacerdos facultatem habeat absoluendi ad cautelam à quibuscunque casibus, & censuris Apostolicæ Sedi,& in Bulla cœnæ reseruatis. Quod verum videtur quoad Sacerdotes in Italia degentes: secus quoad alios.*

11 *Absolutionis nomine,intelligitur de vera: & simplici, non autem de absolutione ad cautelam.*

12 *Absolui quis non potest ad cautelam per alium, quàm per Romanum Pontificem à censuris in Bulla cœnæ reseruatis,non solùm in foro interiori,sed nec etiam in foro exteriori.*

13 *Absolutio,quam passim dant Confessarij à censuris antequam Sacramentaliter pœnitentem absoluant, quàm vim habeat,declaratur.*

14 *Absolutio à casibus, & censuris in Bulla Cœnæ reseruatis, non potest impendi nec ad tempus, nec ad certum actum,per alium,quam per Romanum Pontificem.*

15 *Absolui ad cautelam quis potest à censuris Bullæ cœnæ per alium,quam per Romanum Pontificem,vigore priuilegij concedentis facultatem absoluendi a dictis censuris in induiduo.*

16 *Absolutio ad cautelam licèt difficilius concedatur,quam absolutio simplex:tamen potestas absoluendi ad cautelam facilius concedatur,non habenti,quam facultas absoluendi simpliciter.*

17 *Absolui ad cautelam per alium, quam per Romanum Pontificem quis potest vigore priuilegij, Bullæ cœnæ derogantis.*

18 *Ab-*

18 *Absolui quis potest ad cautelam a censuris Bullæ cœnæ a Ministris, ac Delegatis a Romano Pontifice, habentibus specialem facultatem absoluendi ab ipsis ad cautelam.*

19 *Commissa simpliciter absolutione, non censetur commissa absolutio ad cautelam.*

20 *Absolutio ad cautelam, impendi potest a Delegato, cui commissa est causa, quando causa ipsa sine partium absolutione ad cautelam commodè tractari non potest.*

21 *Absolutio ad cautelam à censuris Bullæ cœnæ, tribui potest a Delegato Apostolico, cui commissa est causa si ea sine partium absolutione terminari commodè non potest.*

22 *Confessarius, cui simpliciter, vt simplici confessario committitur absolutio ad cautelam, quenam seruare teneatur.*

23 *Absolutione ad cautelam commissa alicui, vt Iudici, quenam præmittere teneatur ipse Iudex.*

24 *Absolutio ad cautelam commissa in foro conscientiæ, quas conditiones exigat, declaratur.*

AD tituli explicationem est annot. quòd ab-
1 solutio ad cautelam, vt docet Anch. & alij in c. solet de sent. excommun. in sexto, est vera vel putatiua liberatio ab Ecclesiastica censura: seu secundum Sayr. cum alijs, quos allegat lib. 2. Thes. c. 17. n. 2. est ab Ecclesiastica censura absolutio sub conditione impropria tributa, vbi an censura valeat ob periculum, quod inesse potest, dubitatur.

Dixi ab Ecclesiastica censura: quoniam absolu-
2 tio ad cautelam impenditur non solùm ab excommunicatione, sed etiam à suspensione, ac interdicto: dummodò interdictum non sit generale locale; quoniam in generali interdicto loci non est adeo periculum, sicut in interdicto particulari personæ, aut Ecclesiæ. Etenim diuina celebrari possunt submissa voce, & Sacramenta necessaria ministrari: vt in c. Alma mater, de sèt. excom. lib 6. & habetur ex Sayr. & alijs ab eo allegatis loco citato, n. 6.

Dixi sub conditione, vbi, an censura valeat,
3 dubitatur, ad differentiam simplicis absolutionis; quæ impenditur vbi certò constat, absoluendum, in censuram incidisse, & eam validam esse. Sicut nullo modo danda est absolutio ad cautelam, quandò certò constat nullam esse cẽsuram. Solùm igitur ex defectu cognitionis, seu certitudinis censuræ, traditur absolutio ad cautelam, quæ includit conditionem illam Si *indiges*, vel Si *contraxisti*. Vt latè habetur ex Couar. in d. c. Alma mater. 1. p. §. 12. nu. 7. de sent. excommun. in 6.

Dicitur autem absolutio ad cautelam, quia
4 per eam cautum est prouidere circa futura cõtingentia, tum respectu eandem petentis, & dubitantis, an in censuram inciderit, nec ne, quo casu sibi per illam prouidetur, & omnis cõsciẽtiæ scrupulus, aufertur, ita vt citra omnem culpam, & irregularitatem diuina, & humana pertractare possit: tum etiam respectu aliorum, nã absolutione huiusmodi obtenta, poterunt alij absque scrupulo tam in diuinis, quàm in humanis communicare: tum denique respectu illius, qui excommunicari illum fecit, quoniam pro eo ab isto recipitur cautio: vt in d. c. solet, & ibi Anch. sub n. 5. de sent. excom. in sexto.

Diuiditur denique huiusmodi absolutio tri-
5 pliciter; in eam scilicet, quæ ad certum actum, vel ad certum tempus fit, quæ appellatur dimidiata, vt cum quis absoluitur, vt possit testimonium ferre, c. veniens, il 2. in fine de testim. vel possit beneficium obtinere, vt in litteris ad beneficia solet ecclesia Romana seruare ex antiquo vsu, & praxi, vt in c. Apostolicæ, de except. Quæ quidem absolutio non tollit inhabilitatem personæ simpliciter, nec inducit dispensationem ita vt faciat de inhabili habilem, vt bene docet Alter. de absolut. ab excommun. lib. 4. disput. 1. cap. 5. col. 3. in fine in ver. Secundus modus est, sed præmittitur talis absolutio ad euitandum omne periculum nullitatis, vel humanam suspicionem, vel etiam omnem calumniam. Qua ratione præmittitur quoque ad concessionem cuiuscunque priuilegij, & multis alijs casibus, nulla præcedente cognitione, nec dubitatione censuræ, non solùm ad cautelam, sed ad superabundantiam; vt patet in ea, quæ præmittitur in Sacramento pœnitentiæ, propter coniunctionem, & subordinationem, quam per se postulat absolutio à censura, & à culpa, si necessaria esset: & in Sacramento Ordinis: solent enim Episcopi huiusmodi absolutionem præmittere, propter speciale periculum incurrendi irregularitatem, vt bene declarat Suar. de censur. disp. 7. sec. 8. n. 13.

Illud autem est animaduertendum, quòd
6 quando ad tempus absoluitur testis, ita tamen vt illato testimonio statim reincidat ipso facto in eandem sententiam; talis absolutio verbalis potius dicitur quoad homines; quàm realis quo ad Deum, cùm eum non pœniteat, nec ex corde veniam petat, nec conteratur: vt habetur ex Host. & Anton. in d. c. veniens, quos refert, & sequitur Sayr. lib. 2. Thesaur. tom. 1. cap. 8. sub nu. 2. Vbi etiam addit ex Glos. & Panorm. quòd non quilibet excommunicatus vocatus ad testimonium debet absolui supradicto modo; sed tunc solùm quando est grauis necessitas, & probatio per alios fieri nequeat, & solùm in casu, quo allegatur nullitas, & iniustitia excommunicationis, vt quia excommunicatus negat se excommunicatum esse, cum lata sit post appellationem: is enim ad cautelam absolui potest, vt in defectum aliarum probationum testimonium eius admitti possit in iudicio, At qui iustè excommunicationis sententia est alligatus, nec censuræ nullitatem allegare vult, nec potest, ad cautelam absoluendus non est, vt in Iudicio testimonium ferat; sed reijciendus omnino est.

Diuiditur secundò absolutio ad cautelam in
7 eam, cuius censura dubitatur esse contracta aut dubitatur, an valeat: quæ dubitatio interdum oriri potest ex propria conscientia ipsius personæ; interdũ esse potest in foro exteriori: & propterea iuxta modum dubitationis erit conueniens, aut necessaria in vtroque foro. Beneuerum est, quòd dubium debet cadere in valorẽ, vel nullitatem censuræ: nam si dubiũ sit de iniustitia, vel alio defectu, qui non sit contra substãtiam censuræ, tunc locum sibi non vendicabit absolutio ad cautelã, sed simplex absolutio necessaria erit: quia non obstante illo dubio constat censuram fuisse validam. Et idem dicendum

erit

14 tempus abſolui quis poſſit à cenſuris in Bulla cœnæ reſeruatis per alium, quàm per Rom. Pontificem. Vnde ſi commiſſa alicui cauſa à Rom. Pontifice, incidat caſus de excommunicatione teſtis in Bulla cœnæ reſeruata, ſi clarè conſtat de illius excommunicatione, non poteſt abſolui teſtis huiuſmodi ad effectum ferendi teſtimonium per huiuſmodi Commiſſarium, ſed tantùm per Rom. Pontificem: vt patet ex his, quæ docet Io. Andr. in c. veniens, il 2. in vltima gloſ. vbi etiam Anton. de Butr. & Panor. de teſt. quoniam, vt inquit Panor. ibi, ad cautelam fit abſolutio, & non relaxatio: & propterea qui vult abſoluere teſtem, vt ſupra oportet, vt iuriſdictionem habeat. Hanc eandem ſententiam videtur amplecti Petr. Anch. in c. ſolet, paulò ſupra n. 1. de ſent. excommun. in ſextò, dum poſt relatam ſententiam Io Mo. contrarium ſentientis, refert opinionem prædictam Io. Andreæ, & cum ea pertranſit.

Idem dicēdum eſt de abſolutione ad certum actum: & hoc ex defectu iuriſdictionis. Hinc ait Nau. loco citato in ver. Secūdò: electum in Cōfeſſarium per confeſſionalia, Iubilæa, & alias Bullas Apoſtolicas, non poſſe huiuſmodi abſolutiones impendere; quia in effectu ſunt quædā ſuſpenſiones ſecundum Inn. in c. tum bonæ de ætat. & qualit. & Dec. con. 145. & talis Confeſſarius non habet poteſtatem dimidiandi abſolutionem, nec ſuſpendendi. Et eo magis, quia eam impendere, eſſet ferè abſoluere purè, & excommunicare ſub conditione, ad quod nulla eſt illi tributa poteſtas.

Sic ampliata limitatur primò dicta cōcluſio,
15 vt ad cautelam abſolui quis poſſit per alium, quàm per Romanum Pontificem à cenſuris in Bulla cœnæ contentis, vigore priuilegii concedentis facultatem abſoluendi à dictis cenſuris in indiuiduo, nempè ab excommunicatione ob appellationem à ſententijs Romani Pontificis ad futurum Concilium, ob crimen hæreſis, & c. probatur, quia vi huius priuilegij poteſt quis abſolui à cenſuris Bullæ cœnæ ſimpliciter, non obſtante diſpoſitione præſentis §. vt ſupra probauimus, q. 1. concluſ. 1. ergo poteſt ab eiſdem abſolui ad cautelam: nam qui poteſt tollere cēſuram certam, multò magis poteſt tollere dubiam: vt benè docet Suar. de cenſ. diſp. 7. ſec. 8. ſub nu. 14.

Nec obſtat, ſi dicatur, quòd abſolutio ad cau-
16 telā difficilius cōceditur, quàm abſolutio ſimplex, quoniā illa poteſt nō parum præiudiciū afferre, cùm in ea non recipiatur iuramentum, nec præfetur cautio, nec præcedat ſatisfactio, iuxta ea, quæ habentur in c. ſolet, & ibi Doct. de ſent. excom. lib. 6. Rota deciſ. 4. cod. tit. in antiq. & deciſ 36. de procur. in nou. & Alter. in ſuo tract. de cenſur. lib. 4. de abſol. ab excom. diſp. 1. cap. 4. col. 2. in prin. & propterea poſſet quis dicere verum non eſſe, quòd qui poteſt tollere cenſuram certam, multò magis poteſt tollere dubiam: atque ideo qui poteſt abſoluere ſimpliciter, multò magis abſoluere poteſt ad cautelam: quoniam reſpondetur, quod licèt difficilius concedatur abſolutio ad cautelam, quàm abſolutio ſimplex ab habente poteſtatem abſoluendi à cenſuris; tamen poteſtas abſoluendi ad cautelam facilius conceditur non habenti, quàm facultas abſoluendi ſimpliciter: & ideò qui poteſt abſoluere ſimpliciter, multò magis poteſt abſoluere ad cautelam.

Secundò limitatur, vt ad cautelam, vt ſupra
17 abſolui quis poſſit à cenſuris in Bulla cœnę cōtentis, per alium, quàm per Romanum Pontificem, vigore priuilegij derogantis dictæ Bullæ, iuxta ea, quæ ſupra diximus, q. 1. con. 2. nā cùm is poſſit abſoluere à cenſuris Bullæ ſimpliciter, poteſt etiam ab eiſdem abſoluere ad cautelam.

Tertiò limitatur, vt ad cautelam impēdi poſ-
18 ſit abſolutio à cēſuris noſtræ Bullæ à Miniſtris, ac Delegatis à Romano Pontifice, iuxta ea, quę ſupra annotauimus, q. 1. con. 3. nam, cùm dicti Miniſtri, ac Delegati poſſint abſoluere à dictis cenſuris ſimpliciter, multò magis poſſunt abſoluere ad cautelam, per ea, quæ ſupra annotauimus.

Quod quidem verum arbitror, vbi Delegati
19 huiuſmodi habēt ſpecialem facultatem abſoluendi à prædictis cenſuris, etiam ad cautelam: aliàs ſecus: quia cōmiſſa ſimpliciter abſolutione, non cenſetur commiſſa abſolutio ad cautelam: vt habetur per Glo. in c. capitulum, in ver. Relaxetis, in fin. de reſcrip. vbi etiam Panor. ſub nu. 8. dicens, hoc dictum eſſe mēti tenendum. Hoc idem expreſsè docet Nau. in Man. cap. 27. ſub n. 278. in ver. Quartò dico.

Beneuerum eſt, quòd Delegatus, cui cōmiſſa
20 eſt cauſa, poteſt partes abſoluere ad cautelam, quando cauſa ipſa ſine abſolutione partium ad cautelam commodè tractari non poteſt: ſecus autem, ſi commodè poſſit, vt patet in commiſſione abſolutionis ab excommunicatione, quæ tractari commodè poteſt ſine abſolutione ad cautelam: vt rectè ait Nau. loco citato.

Imò id locum ſibi vendicare quoad Delega-
21 tos Apoſtolicos, qui delegantur ad cognoſcendas cauſas extra Curiam, inquit Couar. in c. alma mater, par. 1. §. 12. nu. 8. ver. Iudex verò, de ſent. excommun. in ſextò, quem refert, & ſequitur Sayr. lib. 2. Theſ. tom. 1. cap. 17. nu. 15. in fin. Hos, in quam, volunt habere facultatem abſoluendi ad cautelam, & ita in practica ſeruari teſtatur non ſolùm ipſe Sayr. ſed etiam Alter. in ſuo tract. de cenſur. de abſol. ab excomm. lib. 4. diſp. 1. cap. 4. in fine. Et Genuen. loco citato, ſub num. 9. Delegati verò ad cauſas cognoſcendas in Curia, hanc poteſtatem non habent, niſi ſpecialiter eis fit commiſſum: vt tradit Rota Deciſ. 810. in antiq. Et ita conciliantur opiniones in hac repugnantes, quas refert Sayr. loco citato.

Quibus adde, quòd Cōfeſſarius, cui ſimplici-
22 ter, vt ſimplici cōfeſſario, committitur abſolutio ad cautelam in vtroque foro, tenetur ante omnia ſufficientem ab abſoluendo cautionem exigere, iuxta tex. in d. c. ſolet. de ſentent. excom. in 6. Et ſi partem citare non debeat, nec audire excipientem de manifeſta offenſa; niſi aliquid amplius, vel minus ei præcipiatur. Secundò tenetur abſolutionem huiuſmodi impendere coram notario, & teſtibus, vel ſaltem coram teſtibus, vt abſolutus probare poſſit ſuam abſolutionē; quia abſolutio non præſumitur, niſi probetur, vt in c. ficut nobis, de ſent. excommun. & Glo. in c. propoſuiſti, de cler. excommun. miniſtr. & Nau. ibidem in ver. Sextò, quòd confeſſa-

rius: & in ver. Septimò, quòd confeſſarius.

Dixi cui ſimpliciter, vt ſimplici confeſſario; 23 quia ſi abſolutio ad cautelam committatur alicui in vtroque foro, non tantũ vt confeſſario, ſed vt Iudici, tunc debet partem citare, & audire excipientem pro manifeſta offenſa. Nam pro manifeſta offenſa non poteſt dari abſolutio ad cautelam, vt late probat Sayr. cum alijs, quos allegat in d. c. 17. n. 9. & 10.

Dixi præterea, in vtroq; foro: quia ſi abſolu- 24 tio huiuſmodi committeretur in foro conſcientiæ tãtùm, putat ipſe Nau. in d. ver. Sexto quòd confeſſarius: ſatis eſſe ſi abſoluendus ad cautelã firmum propoſitum habeat ſatisfaciendi debito, vel offenſo, ſi apparuerit, cenſuram validam eſſe: quoniam, quoad forum cõſcientiæ, cor potius inſpicitur, quàm manus, c. ſi quid inueniſti, 14. q. 5. Et eo magis, quia confeſſarius, cui committitur à Sacra Pœnitentiaria, vel alio ſuperiori, vt abſoluat latorem ad cautelam in foro cõſcientiæ tantùm, non tenetur ſeruare formã d. c. ſolet, ſed ſatis eſt, quòd conſtet ei per confeſſionem partis, preces veritate niti: vt per Inn. ibi, quem refert, & ſequitur Nau loco citato, in ver. Quintò dico.

Dixi, Niſi aliquid amplius, vel minus ei præcipiatur: quia ſi præciperetur, vt ſine vlla cautione, vel cum ſola iuratoria, dimidio, vel toto ſatisfacto, abſolutionem impendat, id exequi omnino compelleretur: vt in c. cum dilecta, & ibi Felin. de reſcript.

Illud denique circa rem hanc ſilentio præterire nolui, quod docet Genuen. in d. praxi, de excom. c. 23. n. 10. dicens, quod quando quis eſt abſoluendus à Papa, ſi poſt declarationem factam in Curia Archiepiſcopali Neap. petat humiliter remoueri cedulones, ſolet ei concedi terminus vnius, vel duorum menſium ad procurãdum abſolutionem; & interim remouẽtur cedulones, dummodo domi ſe cõtineat, & præſtita cautione; quo termino elapſo, ſi non præſentet abſolutionem, de nouo affigũtur.

Ibi (*Nec etiam tunc, &c.*) Quænam præſtare debet abſoluendus in articulo mortis à cenſuris in Bulla cœnæ reſeruatis. Q. 14.

SVMMARIVM.

1 *Facultate conceſſa abſoluendi à cenſuris, intelligitur regulariter, præmiſſa ſatisfactione, & cautione de ſtando Eccleſiæ mandatis. ſi offenſa ſit manifeſta: & ſi dubia, idonea fideiuſſione.*

2 *Romanus Pontifex non intendit ſuis Bullis alteri præiudicare.*

3 *Abſolutio à cenſuris Bullæ cœnæ in articulo mortis, cautionem tantùm exigit de ſatisfaciendo, non autem neceſſariò præmitti ſatisfactionem.*

4 *Eccleſiæ appellatione quæ veniant, declaratur.*

5 *Cautio de parendo mandatis Eccleſiæ, quæ à Bulla cœnæ exigitur ab abſoluendis in articulo mortis, eſt cautio de parendo mandatis Romani Pontificis.*

6 *Cautio de parendo mandatis Eccleſiæ, quæ ab excommunicato per Epiſcopum, abſoluendo in articulo mortis exigitur, eſt cautio de parendo mandatis Epiſcopi; vel ſui Delegati, ſi omnem ei abſoluendi facultatem Epiſcopus delegauerit.*

7 *Cautio de parendo mandatis Eccleſiæ, præſtanda ab abſoluendo per eundem Iudicem, qui eam excommunicauit, quid denotet, explicatur.*

8 *Abſolutio à cenſuris Bullæ cœnæ, quando impendiatur à Romano Pontifice, quænam ſoleat exigere: quæ verò ab Inferiori, declaratur.*

9 *Cautio de ſatisfaciendo, præſtita ab abſoluto à cenſuris Bullæ cœnæ in articulo mortis, obligat hæredes ipſius abſoluti, ſi moriatur.*

10 *Cautio de ſatisfaciendo, tunc debet præſtari ab abſoluendo in articulo mortis à cenſuris noſtræ Bullæ, quando præſtare eam poteſt: aliàs ad ipſam non tenetur.*

11 *Satisfactio, ſi præcipiatur virtute Iubilæi, ſi præſtari non poteſt ab excommunicato, poteſt abſolui, ea non præmiſſa.*

12 *Pia mater Eccleſia redeunti ad ſe, gremium nunquam claudit.*

13 *Satisfactio tunc præmitti debet ab excommunicato abſoluendo, quando eam præſtare poteſt, ſiue offenſa ſit occulta; ſiue manifeſta.*

14 *Abſoluendus a cenſuris Bullæ cœnæ, licet non teneatur præmittere ſatisfactionem, tamen ſi poteſt, debet, vt benè res fiat.*

REſpondetur, quòd licèt quotieſcũque ali- 1 cui virtute Iubilæi, aut alicuius Bullę tribuitur facultas abſoluendi a cenſuris reſeruatis, ſiuè in interno, ſiuè in externo foro, ſemper cenſeatur illa facultas conceſſa præmiſſa ſatisfactione, & cautione de ſtando Eccleſiæ mandatis, ſi offenſa ſit manifeſta; etſi dubia, dari debet competens fideiuſſio, pignoratitia ſcilicet, aut fideiuſſoria. aliàs abſolutio inualida eſſet: quoniam non intendit Romanus Pontifex ſuis Bul- 2 lis quempiam lædere: vt late probat Nau. in Man. cap. 27. nu. 37. Sayr. lib. 2. Theſaur. tom. 1. cap. 20. num. 33. & Graff. lib. 4. Deciſ. p. 1. c. 15. num. 6. cum alijs, quos allegant, tamen ad obti- 3 nendam abſolutionem à cenſuris in Bulla noſtra contentis, in articulo mortis, non exigitur de neceſſitate ſatisfactio, ſed tantùm cautio de ſatisfaciendo, & de ſtando Eccleſiæ mandatis: vt conſtat ex illis præſentis §. verbis: *Niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo cautionem præſtita abſolui poſſit, &c.*

Pro cuius rei explicatione, eſt annot. quòd quamuis Eccleſiæ nomine plura ſignificẽtur: vt 4 benè declarat Gloſ. in c. fin. ne Prælat. vices ſuas. Nam Eccleſia dicitur fideliũ collectio, vt in c. Eccleſia. de conſecr. d. 1. Item Eccleſia quoque nũcupatur murorum ambitus, c. de fabrica, eo. tit. Item Eccleſia nũcupatur Chriſti corpus, c. in Eccleſia, 1. q. 1. & c. Sed, & illud, 26. q. 2. & Eccleſia ſimiliter appelletur Prælatura Eccleſiæ, vt in c. quoniã, ne Prel. Vic. ſu. nihilominus per Eccleſiam hoc loco intelligũtur Iudices, ſeù Prælati Eccleſiaſtici, Etenim ex c. adhæc, il 1. de appel. c. ex parte, il 1. de ver. ſignif. c. ex tenore, c. de cætero, & c. quamuis de ſent. excomm. id clarè videtur colligi: eo quòd in d. c. adhæc, & c. ex parte, de huiuſmodi cautione de ſtando Eccleſiæ mandatis, agitur, & in c. de cætero, habetur, vt excõmunicato abſolutio iniungatur, vt quã citius opportunitatem habuerit, Romanũ Pontificem adeat, mandatum Apoſtolicum ſuſcepturus. Et ſic Eccleſiæ nomine ibi Roman. Põtifex

tisex accipitur: nam tractatur de cautione de ſtando, & parendo mandatis Eccleſiæ, & Romanum Pontificem eſſe, à quo mandatum eo loco ſuſcipiatur. Hoc idem apertius probatur in d.c.ex tenore, vt bene declarat Vgol. in explicat. huius §. in ver. *Nec etiam tunc*, ſub n. 2.

Ex quibus conſtat, cautionem de ſtando mã-
5 datis Eccleſiæ hoc loco, nihil aliud denotare, quàm promiſſionem de parendo mandatis Romani Pontificis, ad quem ſpectat abſolutio cenſurarum præſentis Bullæ: ar. tex. in c. eos, de ſent. excom. in 6. & habetur ex Alter. in explic. ciuſdẽ §. col. 12. in ver. Ante illud:

Sic Sacerdos, qui excommunicatum à ſuo Epiſcopo, in articulo mortis conſtitutum, abſol-
6 uit, ante abſolutionem cautionem hanc de ſtando mandatis Eccleſiæ exigens pro Epiſcopo illam exigere cenſetur, & ita Eccleſiæ nomine dicetur Epiſcopus. Quod quidem verum eſt, niſi quando, qui ordinario iure abſoluere poteſt, abſoluendi facultatem omnem alteri delegaret: quia Delegatus huiuſmodi exigendo cautionẽ ab excommunicato de ſtando mandatis Eccleſiæ, intelligitur ſub nomine Eccleſiæ ipſemet Delegatus, vt in d.c.ex tenore. in ver. Mandamus: vbi ſic habetur: *Mandamus itaque quatenus recepto ab eo iuramento, quod tuo debeat mandato parere, ipſum vice noſtra à ſententia, qua tenetur abſoluas.*

Idem dicendum eſt de eo, qui abſolutionem
7 excõmunicationis impendit ſuo proprio, & ordinario iure: vt quia ipſe excommunicauit: aut quoniam excommunicatio talis eſt, quę licèt ab alio ſit lata; eam tamen ordinario iure tollere poteſt: nam ipſe Iudex hic erit, & Eccleſia illa, cui de ſtando mandatis excommunicatus cautionem præſtare tenetur, ac ad eundem ſpectat pœnitentia, & ſatisfactionem iniungere.

Quocirca ſi contingat, Romanum Pontificẽ
8 aliquem ab huius Bullæ cenſuris abſoluere cùm iure proprio abſoluat, hæc mandata dare ſolet Primum, ne deinceps crimen pro quo in excõmunicationem incidit, committat. Secundum pœnã, ſeu ſatisfactionem aliquã iniungit: vt habetur in d.c.ex tenore; qui licèt loquatur de Delegato; tamen idem dicendum eſt de ipſo Romano Pontifice delegante, & quocunque alio, qui iure proprio à cenſuris abſoluere poteſt.

Quòd ſi per alium, quàm per Romanum Põtificem huiuſmodi cenſuris innodatus in articulo mortis conſtitutus abſoluatur, cũ abſoluens id iure proprio nõ agat, cautione mediãte præcipere illi debet, vt ſi conualuerit, Romano Pontifici ſe præſentet: vt in c.eos, de ſent. excomm. in 6. ſicut de omnibus aliis dicimus, qui iure proprio excõmunicatos non abſoluũt: vt benè declarat Vgol. loco citato, nu. 3. & 4. Vbi etiam nu. 5. explicans verba illa: *Nisi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciẽdo cautione præſtita, &c.* inquit, quòd ly. *Stando*, vel ſignificat idem, quod ſatisfaciendo; & propterea dictio illa, &, pro ideſt, accipitur: ita, vt ſenſus ſit, Nec etiam tunc abſoluatur in articulo mortis, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, ideſt ſatisfaciendo cauerit: ad quod allegat tex. in c.ex parte, in fine, de verb. ſignif. Vel intelligi poſſunt dicta duo verba: *Stando, & ſatisfaciendo*: tanquam diuerſa ſignificantia: quoniã copula, &, ponitur inter diuerſa, vt per Gio. in rub. ff. de iur. & fact. Ignotan. atque ideò ſtatuitur, vt excommunicatus huiuſmodi ante ipſius abſolutionem cauerat non ſolùm de ſtando mandatis Eccleſiæ, verùm etiam de ſatisfaciendo iis, quos læſit: nam ad id excommunicatus quoque compellitur: vt in c.cum deſideres, in fine, de ſent. excommun.

Vnde ſi deinceps abſolutus moriatur, obli-
9 gatio illa tranſit ad hæredes; ar. tex. in c. à nobis, ſi 2. de ſent. excom. Et ita cautio, quã inſe §. præcipit, recipi ab eo, qui abſoluitur in articulo mortis, duas continet obligationes. Altera eſt de parẽdo mandatis Eccleſiæ, quæ reſpicit Romanum Pontificem à quo latę ſunt excommunicationes in Bulla cœnæ contentæ. Vellue parendo mãdatis ipſius abſoluentis ſecundũ Sanchez lib. 2. Decal. c. 13. n. 20. & 21. cum aliis quos allegat, vbi huiuſmodi cautionem, inquit, debere eſſe iuramentum, quod in omni abſolutione ab excommunicatione ob magna crimina exigendum eſſe, probat ibi ſub num. 17. vbi etiam n. 22 docet, vi huius iuramenti non contrahi nouam obligationem ſeruandi quæcunq; Eccleſiæ præcepta. ſed illud ſolùm, quod abſoluens iniunſerit. Nec abſoluens poterit quodcũque iniungere, ſed id tantùm, ne deinceps facinus incurrat, propter quod in prædictam cẽſuram inciderat: vt habetur in d.c. de cætero. Altera verò cautio de ſatisfaciendo, quæ reſpicit perſonam, cui illata eſt contumelia, aut illatum dãnũ aliquod: vt habetur in clem. 2. ver. Quod ſi ſecus, de hæret. vbi excõmunicatio fertur cõtra Inquiſitores, qui prætextu officij pecuniam iniuſtè ab aliis recipiunt, nec abſolutionis beneficium illis impenditur, donec eis, à quibus pecuniam ipſam extorſerint, plenè ſatisfecerint. Sic etiam in c. in litteris, de rapt. cogũtur hæredes incendarij Eccleſię in articulo mortis abſoluti ad condignè ſatisfaciendũ pro eo illis, quibus ipſe incendiarius defunctus per incendium damnum cõtra iuſtitiam irrogauerat. In c. quoque, ex parte, il 1. de verb. ſignific. Roman. Pontifex diſtinguit, vtrum quis excommunicatus ſit pro contumacia dumtaxat, vt quia citatus iuri ſtare, & mandatis parere noluit: an etiam pro offeſa, nempè quod iuſſus, maleficium recuſauerit emendare. Ad idem facit tex. in d. c. eos qui, in fine de ſent. excommun. in 6. vbi eadem diſtinctio ponitur. Ex quibus patet, quòd aliud eſt ſtare mandatis: & aliud ſatisfacere; & propterea excõmunicatus licèt regulariter ſi abſolutionis beneficium conſequi deſiderat, non ſolũ cauere debet, ſe deinceps præceptis, ac mandatis ſuperioris obtemperaturũ, ſed etiam debet iis, quibus iniuriam, aut damnum aliquod intũlit, congruè, ac ſufficienter ſatisfacere: vt habetur in c. cum deſideres, in fin. & c. à nobis, il 2. de ſent. excom. nihilominus ante abſolutionẽ, quæ in articulo mortis traditur à cenſuris noſtræ Bullæ, non requiritur tanquam neceſſaria conditio, vt abſoluendus realiter ſatisfaciat parti læſæ, ſed ſatis eſt, ſi cautionem præſtet de ſatisfaciendo.

Quæ quidẽ omnia intelligẽda ſunt, vbi cau-
10 tio prædicta ab ipſo excommunicato præſtari poteſt: ſecus autem, ſi non poſſit. Vt ſi in extremis conſtitutus procurans accerſiri ad ſe Parochum, à quo abſolutionem conſequatur, dicat, ſe paratũ adimplere omnia, quæ præcipiuntur

ab Eccleſia. Sed adueniente Parocho excommunicatus ipſe rationis vſum amiſerit, & ob id cautionem præſtare non valuit. Nam hoc caſu à Parocho abſolui poteſt, ac debet, ar. text. in d. c. a nobis, Say. in explic. huius §. lib. 3. Theſ. rom. 1. c. 25. n. 4. & Vgol. hoc eodem loco in ver. *Nec etiam tunc*, §. 1. ſub n. 5. Ib. Excipitur.

Sic etiam vbi ſatisfactio præcipitur virtute Iubilæi, & excommunicatus non eſt ſoluendo, poſſe illum abſolui, probabiliter tenet Graff. lib. 4. Deciſ. §. 1. c. 15. nu. 5. Nam cum ad impoſſibile nemo teneatur, l. impoſſibilium, ff. de regul. iur. cenſetur Romanus Pontifex eam tantùm ſatisfactionem velle, quam ipſe excommunicatus præſtare poteſt; ita quòd ſi præſtare non poſſit realem, præbeat ſaltem iuratoriam, iuxta ea, quæ docet Nau. in Man. c. 26. n. 7. & c. 27. n. 47. & Alter. in explic. noſtri §. col. 25. in fine, & 26. vbi in vniuerſum docet id verum eſſe in abſolutione à quocunque excommunicatione: quia excommunicatio eſt medicina, & fertur propter contemptum; ſed qui ſatisfacere nequit, non contemnit, ſi acta non ſatisfaciat: ergo indulgendum eſt ei, vt admittatur ad cautionem quantumuis canon. aut alia conſtitutio Eccleſiaſtica præcipiat ſatisfactionem.

10 Et enim Pia Mater Eccleſia redeàſi ad ſe, gretium numquam claudit, c. ſuper eo, de hær. in 6. & Nau. in d. c. 27. n. 47. & 48. vbi id ipſum ampliat locum habere in eo, qui poteſt ſatisfacere ante mortem, ſed non commodè, puta niſi bona ſua valde vili precio vendat, & dummodò præcepta ſatisfactio abſque graui, ac notabili partis detrimento differri non poſſet: quo caſu præſtandam eſſe cautionem de ſatisfaciendo quantò citius.

11 Immo Alter. ibi in ver. *Petes*; hæc vera eſſe arbitratur etiam ſi tractaretur de abſolutione impendenda ab excommunicatione contracta pro manifeſta iniuria: quia militat eadem impoſſibilitatis ratio. Vnde quamuis in c. ea parte, il 1. de verb. ſignif. habeatur, quod pro manifeſta offeſa non detur congrua ſatisfactio, niſi congrua prius præcedat emendatio, tamen id intelligendum eſt, vbi ſatisfactio præmitti commodè poteſt. iuxta ea, quæ ſupra dixmus.

12 Non tamen inquit Graff. loco citato, in hoc diſcrimine poni debet confeſſarius, niſi probabiliſſimis indiciis coniiciat, abſolutionem non eſſe futuram impedimento, quominus fiat ſatisfactio, eſſe verò futuram magno adiumento ad pœnitentis ſalutem. Et Alter. in d. col. 25. in ver. Hoc manifeſtum eſt: circa finem, ait, quòd licèt abſoluendus à cenſuris noſtræ Bullæ in articulo mortis, vi noſtri §. non cogatur præmittere realem ſatisfactionem, ſed ſatis eſt ſi præmittat cautionem de ſatisfaciendo: nam Bulla loquitur tàntùm de cautione, & in pœnitente poteſt eſſe cõueniens diſpoſitio cum proposito ſatisfaciendi, nihilominus, quando excommunicatus actu ſatisfacere poteſt, & ſine vlla mora; non ſolùm tutius, ſed melius ait eſſe, vt ſatisfactio præmittatur, ſaltem vt ſine peccato, & bene res fiat: Et ideo in hoc caſu Confeſſarius, vt fideliter ſuo muncre fungatur, debet illam exigere.

An cautio præſtanda ab eo, qui abſoluendus eſt in mortis articulo à cenſuris Bullæ cœnæ, ſatis eſt ſi ſit iuratoria, vel oporteat eam eſſe fideiuſſoriam, aut pignoratitiam. Q. 15.

SVMMARIVM.

1 *Sufficiens cautio dicitur, ſi pignora, vel fideiuſſores dentur. Et idem denotat cautio idonea.*

2 *Cautio, quæ ab abſoluendo à cenſuris Bullæ cœnæ in articulo mortis præſtari debet ſatis eſt, ſi nuda ſit promiſſio iuramento firmata.*

3 *Cautionis nomen eum à lege, aut teſtatore proferatur nudam promiſſionem ſignificat.*

4 *Cautio pignoratitia, ſeu fideiuſſoria, quæ nam dicatur?*

5 *Verba intelligenda ſunt ſecundum ſubiectam materiam?*

6 *Cautionis nomen, cùm à Prætore profertur denotat ſatisdationem.*

7 *Vſufructuarius, ex quacunque cauſa competit vſufructus, debet ſatisdationem præſtare, quòd vtitur, ac fruetur arbitrio boni viri.*

8 *Cautio pignoratitia, aut ſatisdatio tunc præſtanda eſt ab abſoluendo à caſibus, et cenſuris Bullæ in articulo mortis, quando probabiliter creditur, abſolutionem eſſe impedimento, quo minus fiat ſatisfactio.*

9 *Satisfactio, quando exigitur; ſi præſtare non poteſt ſine maximo incommodo, & damno pœnitentis, & poteſt differri abſque alterius damno, tunc pœnitens præſtando cautionem, non ſolùm valide, ſed etiam bene abſolutur.*

10 *Cautio de parendo mandatis, ſatis eſt quòd ſit iuratoria.*

11 *Cautio iuratoria de parendo mandatis, præſtari debet, etiam à mulieribus, ſi abſolutionis beneficium conſequi velint. Et quoad pueros, Epiſcopi arbitrio relinquitur.*

12 *Cautio iuratoria non ſolet exigi à puberibus, qui ante pubertatem in excommunicationem inciderunt.*

IN hac re Say. in explic. præſentis §. lib. 3. Theſ. rom. 1. c. 25. nu. 4. arbitratur, quòd cautio huiuſmodi debet eſſe ſufficiens, id eſt cum pignore vel fideiuſſore, ſi eam præſtare poſſit excommunicatus: aliàs dare debet eam, quam poteſt, ſaltẽ iuratoriam, cùm ad impoſſibile nemo teneatur vt in c. nemo, de reg. iur. in ſexto, & l. impoſſibilium, ff. eod. Hanc eandem ſententiam tenet hîc Viual. n. 50. in nouiſſima Impreſſione. Suar. hîc eodem loco, diſp. 21. de cenſur. ſec. 3. ſub nu. 2. Et nouiſſimè Alter. in explicat. eiuſdem §. col. 27. in ver. tertia propoſitio. Et col. 25. in fine, qui addunt, hoc caſu præmittendam eſſe actualem ſatisfactionem parti læſæ, ſi ſtatim; & abſque vlla difficultate exhiberi poteſt: & Miniſtrum quoque, vt ſuo muncre fideliter fungatur, debet eam exigere.

1 Hæc opinio probari poteſt primò ex Bulla cœnæ à Greg. XIII. edita, quam explicat Nau. in Man. c. 27. n. 72. in illis verbis: *Niſi de ſtando S. R. E. mandato, vel ſatisfaciendi ſufficienti cautione præſtita.* Sufficiens autem cautio dicitur, ſi pignora, vel fideiuſſores dentur, c. ex tranſmiſſa, & ibi Gloſ. in ver. ſufficienti: de reſtitut. ſpol. Alber. de Roſat. in l. ſancimus, C. de verb. ſignif. & in ſuo Dictionar. in ver. Sufficiens cautio. Idem denotat

tat cautio idonea, vt in l. ſi mandato Titij: §. fin. ff. mand.

Confirmatur etiam ex tex. in l. 1. & ibi Glos. C. de procur. & ex his, quæ docet Guido Papa deciſ. 249. vbi habet, quod hoc nomen cautio, à lege prolatum, intelligitur cum fideiuſſoribus.

Secundò probatur, quia quando ſatisfactio præmitti non poteſt, cautio procurari debet, quæ ſecuritatem afferat; vt præcedenti q. probauimus, quantum moraliter fieri poteſt, talis eſt pignoratitia, vel fideiuſſoria, igitur illa præſtari debet, quando haberi poteſt.

Tertiò licèt ad abſolutionis valorem non exigatur ſatisfactio, vt ſupra diximus, q. proxima, requiritur tamen, vt res benè, ac legitimè fiat, & Miniſter abſoluēs excuſetur à culpa, vt ex Suar. paulò ſupra diximus, & in d. q. præcedenti annotauimus; ergo quando ob impedimentum aliquod huiuſmodi ſatisfactio præmitti nequit, debet ſaltem præſtari illa cautio, quæ poteſt; hæc igitur erit cautio pignoratitia, vel fideiuſſoria.

His tamen non obſtantibus, ego arbitror, 2 quòd per cautionem hoc loco intelligatur nuda promiſſio, & ad ſummum iuramento firmata. Vnde ſecundum vim verborum ſatis eſſe videtur, ſi abſolutio, de qua agitur impendatur præuia promiſſione, ſeu iuratoria cautione deſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo; etiam ſi abſolueudus poſſet pignoratitiam ſatisdationem, aut ſtatim ſatisfactionem impendere: nec ad aliud compelli poteſt.

Probatur, quia cautionis nomen cum à lege, 3 aut à teſtatore profertur, nudā promiſſionem ſignificat: vt eſt tex. in l. ſancimus, C. de verb. ſignif. cuius verba formalia hæc ſunt. *Sancimus cautionis nomine, vel non eſſe fideiuſſionis dationem interpretandam: niſi hoc ſpecialiter vel in Græcis, vel in latinis verbis ſcriptum fuerit: niſi enim vel generaliter de ſatisdatione, vel fideiuſſione ſpecialiter ſit nominatum: cautione, vel minime fideiuſſionem, ſed nudam promiſſionem ſignificari.* Hoc idem tenet Gloſ. Bar. & nonnulli alij Doctores in d. l. ſancimus. Vnde cùm de ſimplici cautione fiat mentio in hoc §. & noſtra Bulla ſit lata per viam legis, vt ſupra probauimus, lib. 1. c. 3. q. vlt. dicendum videtur, abſoluendum à cenſuris eiuſdem Bullæ in articulo mortis, ad aliud non teneri præterquàm ad promiſſionem de ſatisfaciendo, & ſtando mandatis Eccleſiæ: quoniam §. iſte nihil aliud exigit, quàm cautionem.

Hanc ipſam ſententiam tenet Vgol. in expli- 4 cat. huius §. in ver. *Nec etiam tunc*, n. 1. dū pro cautione intelligit iuratoriā, atque ideo promiſſionem, mediante iuramento. Quæ quidem ſimplex dici poteſt, ad differentiam fideiuſſionis, & pignoratitiæ cautionis, quæ fiunt mediantibus fideiuſſoribus, aut pignoribus. Et id probat ex tex. in d. c. cum deſideres, in ver. Cum cautio iuratoria: & in c. ex tenore, in ver. Excepto ab eo iuramento, de ſent. ex com. Vnde de eadem cautione putat intelligi hunc tex. cùm in dictis iuribus de iis agatur, qui iuramentū præſtāt, quòd Eccleſiæ ſtabunt iudicio. Quo circa verba intelligenda ſunt ſecundum ſubiectam materiam: 5 ar. tex. in l. ſi vno, ff. locat. & l. plenum, §. equitij ff. de vſu, & habit. Etenim cautio, quæ præſtatur 6 ab excommunicatis ante abſolutionem, iuratoria tantùm eſt, non autem pignoratitia, & fideiuſſoria. Et certè res eſt citra omnem cōtrouerſiam, vbi agitur de abſoluendo hæreticū in articulo mortis; quia cùm nulla ſatisfactio pecuniaria exhibenda ſit, non exigitur fideiuſſor, aut pignus; ſed tantùm ſatisfaciendi iuramentum, vbi ex iuſtitia aliqua debetur ſatisfactio. Vt ſi hæreticus ſua hæreſi alios deceperit, iuxta ea, quę habetur ex Sanchez lib. 2. de Matr. c. 13. n. 23.

Ad contraria igitur reſpondetur.

AD primū ea Bulla Greg. XIII. dicimus, quòd ex ea argumentum ſumitur pro nobis potius, quàm contra nos. Nam ex quo participium illud: *Sufficienti*: in Bulla Greg. contentum, non habetur in noſtra Bulla, ſignum eſt Romanum Pontificem, vi huius §. voluiſſe eximere his excommunicationibus innodatos ab obligatione præſtandi fideiuſſoriam, aut pignoratitiam ſatisdationem, & ipſos compellere ad præſtandam iuratoriam tantùm cautionem, prout de iure communi omnes alij excommunicati ante corū abſolutionem præſtare tenentur. Nam ad reuocandam priorem diſpoſitionem, ſatis eſt editio ſequentis Bullæ: vt ſuperiori §. diximus.

Ad confirmationem per tex. in l. 1. C. de procur. reſpondetur ex Glo. ibi, quòd ideo cautio 6 in d. l. denotat ſatisdationem, eo quòd eſt prætoria: ſecus autem, ſi nomen hoc proferatur à lege: nam tunc ſimplicem promiſſionem ſignificat: vt bene notat Bar. in d. l. ſancimus, C. de verb. ſignif.

Ad ea quæ docet Guid. Papa in d. deciſ. 249. 7 dicitur, quòd loquitur in caſu ſpeciali circa vſufructum relictum: nam ex quacunque cauſa cōpetat vſusfructus, debet ſatisdationem præſtare vſufructuarius, quòd vtetur, & fruetur arbitrio boni viri: vt in l. vſufructu, la 1. C. de vſufruct. & habit. In vniuerſum verò doctrina illius non eſt vera, vbi cautio ſimpliciter exigitur à lege: quoniam tunc nomen illud ſimplicem tantùm promiſſionem denotat.

Ad ſecundum dicimus, quòd pignoratitia, ſed ſatisdatoria cautio in defectū ſatisfactionis tunc exigenda eſt, quando ad abſolutionem impendendam præcipitur præmitti ſatisfactionem, at vi huius §. non præcipitur ſatisfactio, ſed tantùm de ſatisfaciendo cautio, ergo ſatis eſt iuratoria: iuxta tex. in c. cùm deſideres, & in c. ex tenore, de ſent. excom.

Ad tertium reſpondetur, quòd quando pro- 8 babiliter creditur abſolutionem eſſe impedimento, quominus fiat ſatisfactio, niſi detur pignoratitia cautio, ſeu ſatisdatio, tunc concedimus argumentum: ſecus autem, ſi tale dubium non adſit: quoniam tunc abſolutio, de qua agitur, non ſolùm validè impenditur, cùm non deſit iuriſdictio in abſoluente; ſed etiam bene, & citra omnem culpam.

Immo in omni caſu, in quo exigitur præuia 9 ſatisfactio ad obtinendam abſolutionem, ſi ſatisfactio ipſa præmitti non poteſt ſine maximo incommodo, & damno pœnitentis: & poteſt differri abſque alterius damno, tunc pœnitens ipſe præſtando cautionem, non modò validè abſolutionem recipit: ſed etiam bene, & citra om-

nem culpam: vt ſuperiori quæſtione diximus ex Nau.in Man,c.27.n.48.& Sayr.in explic. huius §.lib.3.Theſ.tom.1.c.25.ſub 0.4.

Quoueró ad cautionem denique de parêdo
10 mandatis Eccleſiæ,omnes fatentur cautionem illam debere eſſe iuratoriam,ideſt excommunicatus iurare debet de ſtando mandatis abſoluêtis:aut Rom. Pontificis inxta ea, quæ ſuperiori q.annotauimus. Quod iuramentum exigi debet, etiam ſi excommunicatus iam parti ſatisfecerit:vt habetur ex Couar.in c.alma mater,1.p. §.s 1.n.11.Nam exigitur, vt eius timore cenſuræ innodatus,ſimilia crimina caueat:vt in d.c.cum deſideres,& ibi Gloſ.in ver. Ad cautelam, de ſent.excom.

Immo ad huiuſmodi iuramentum etiam mu-
11 lieres excommunicatę tenentur,ſi abſolutionis beneficium conſequi velint:vt habetur exSyl.io ver.Abſolutio 3. num.17. & aliis, quos refert & ſequitur Sanchez lib.2. Decal. cap.13. num.19. vbi ex dictis,& aliis etiam inquit,quòd arbitrio Epiſcopi quoque,aut alterius abſoluentis relinquitur,an à pueris ſit exigendum, vt conſideret, an rationis vſum habeant, vt iuramentum æſtiment.

Ab impuberibus autem delinquentibus, qui
12 etiam poſt pubertatem abſolutionem petunt, non ſolere exigi, docet Sayr. ex communi Doctorum ſententia,lib.2.Theſ.tom.1.cap.18.num. 3. Et in vniuerſum prædictum iuramentum exigendum non eſt, niſi in ſola excommunicatione ob magna timiora. Nam dum à iure petitur,ius ipſum loquitur de incendiariis,& manifeſtis clericorum percuſſoribus.Ita Sanchez loco citato ex Caiet.& aliis ſub n.57.

An ſi ſupradicta cautio omittatur ab excommunicato, cum præſtari poſſit, teneat abſolutio. Q.16.

SVMMARIVM.

1 *Factum contra legem,non eſt nullum ipſo iure;niſi aliud in iure exprimatur.*

2 *Abſolutio impenſa ab habente poteſtatem iure ordinario non ſeruata forma iuris, & non præcedente ſatisfactione,eſt valida.*

3 *Abſoluens excommunicatum vi Bullæ cœnæ in articulo mortis, non recepta cautione de ſatisfaciendo peccat mortaliter,& in excommunicationem incidit.*

4 *Abſoluens excommunicatum, non recepta cautione de ſatisfaciendo nullitèr abſoluit.*

5 *Ea quæ contra legis prohibitionem fiunt pro infectis habentur.*

6 *Lex prohibens pœnam contrauenientibus imponens,an annullet actum.*

7 *Factum contra legem regulariter eſt nullum: niſi probabilibus indicijs aliter conſtet de voluntate legislatoris.*

8 *Abſolutio impenſa ab habente poteſtatem iure delegato, non ſeruata forma iuris,eſt inualida.*

9 *Dictio,Niſi,denotat conditionem,ſine qua non.*

1 IN hac difficultate Vgol.in explic.huius §.in ver.*Nec etiam tunc*,§.t.n.2 putat,abſolutionẽ hanc eſſe validam. Quod quidem ſuaderi poteſt ex eo,quòd licèt Rom.Pontifex cautionem prędictam præcipiat;tamen in caſu contrauentionis abſolutionem ipſam non annullat. Vnde ſatis eſt.ſi ſic abſolutus poſtquam conualuerit, R. Pontificem adeat, iuxta tex.in c.eos, de ſent. excommun.in 6. Nam factum contra legem non eſt nullum ipſo iure, niſi aliud in iure ea primatur,vt habetur per Gloſ.in Clem.5.ver.Inhibẽtes,de iur.patr.& Gemin.in c.ſtatutum, in fine de reſcr.lib.6.

Confirmatur,quia abſolutio impenſa ab ha-
2 bente poteſtatem iure ordinario, non ſeruata forma iuris,& non præcedente ſatisfactione, eſt valida:vt habetur ex Nau.in Man.cap.27.ſub n. 37.ergo tanto fortius valebit abſolutio, de qua agitur,non præcedente ſupradicta cautione:cũ maior ſit tranſgreſſio illius,qui cùm de iure debeat,& poſſit,non ſatisfaciat:quàm eius,qui cum ad cautionem teneatur,non cauet.

Hanc eandem ſenteotiam tenet Alter. in explicat.eiuſdem canon.col 27.in prin.in ver. Reſpendeo. Ait enim quòd licèt Romanus Pontifex præcipiat,vt non abſoluatur quis à cenſuris noſtræ Bullæ,oiſi præſtita cautione;non tamen apponit hanc conditionem tanquàm formam ſubſtantialis abſolutionis,ita vt ea prætermiſſa, abſolutio ſit inualida: quoniam non addit decretum irritaos,neque alijs verbis declarat velle,vt hæc conditio pertineat ad ſubſtantiam, & eſſentiam abſolutionis,vt ſi illa prætermittatur abſolutio declaretur inualida.

Putat tamen abſoluentem huiuſmodi, nõ re-
3 cepta ab excommunicato cautione de qua agitur;peccare mortaliter, & incidere in excõmunicationem in ſequenti §.latam: vbi fertur cenſura in præſumentes abſoluere contra tenorem præſcriptum in præſenti §. Etenim contra ipſius tenorem dicitur abſoluere,qui non præmiſſa cautione, à cenſuris noſtræ Bullæ abſolutionis beneficium impendit.

His tamen non obſtantibus, contrariam opinionem puto veriorem;quam tenet Viual. hoc loco ſub n.10.io nouiſſima impreſſione.

Probatur,quia prærequiſita cautio ad abſo-
4 lutionem,eſt conditio ſine qua non: vt conſtat ex dictione illa; *Niſi*, quæ conditionem importat,vt in l.1.ff.de in diem addict.

Confirmatur;quoniam ſi extra mortis articulum abſolutio à prædictis cenſuris impendatur per alium,quàm per Romanum Pontificẽ abſq; aliqua ſpeciali delegatione,aut facultate, citra vllam controuerſiam nulla eſſet;vt patet ex decreto Clem. VIII.à nobis relato ſupra q.1. in illis uerbis.*Præterea nouerint pariter abſolutionem,ſi quam obtinebunt contra huiuſmodi prohibitionem, eſſe nullam,nullíuſque roboris,& momẽti.* Vbi nota,quod Rom.Pontifex huiuſmodi abſolutionem non ſtatuit nullam;ſed declarat nullam,tamquam factam contra prohibitionem dicti decreti: & propterea cùm declaret,nihil noui ſtatuit, ſed abſolutionem ſic impenſam ſupponit nullã.Ergo idem dicendum eſt io caſu de quo agitur:atque ideo ſi abſolutio detur contra noſtræ Bullę prohibitionem illã prohibẽtis in articulo mortis,non præmiſſa ſupradicta cautione:quoniam vtrumque ſimul,& æqualiter prohibetur:& nõ poteſt aſſignari ratio cur prior prohibitio abſo-

lu-

lutionem à cenſuris annullet, & non poſterior:

Denique ea, quæ contra legis prohibitionem
5 fiunt, pro infectis habentur, cap. quæ contra de regul. iur. in 6. Et eò magis vbi legis prohibitio habet perpetuam cauſam prohibitionis, iuxta id, quod docet Panor. in c. ad Apoſtolicã, nu. 11. cum ſeq. de Regular. & latè Syl. in ſum. in ver. Lex. q. 28. ſed ſi abſolutio prædicta impenderetur in articulo mortis, non præmiſſa cautione illa, cum fieret contra diſpoſitionem huius Bullæ, proculdubio fieret contra legis prohibitionem, cùm Bullam ipſam per viam legis ſuiſſe latam ſupra lib. 1. c. 3. q. vlt. probauimus: & eius prohibitio habet perpetuã prohibitionis cauſam. Ergo abſolutio prædicta impenſa, non præmiſſa cautione, nullius eſt roboris, ac momenti.

Nec obſtat, ſi dicatur, quòd noſtra Bulla, li-
6 cèt prohibeat, abſolutionem huiuſmodi dari, non præuia cautione; tamen conuenientibus pœnam excommunicationis, & alias arbitrarias imponit pœnas: vt patet ex §. ſequenti: propter quod non videtur abſolutionem ipſam contra prædictam prohibitionem impenſam annullare: nam lex prohibens, pœnã imponens contrauenientibus, non annullat actũ, niſi de nullitate expreſsè mentionem faciat: vt habetur per Cardinalem in Clem. 1. de reſcript. quoniam in primis reſpondetur, quòd ſententiã illam, quãuis ſequatur Syl. loco citato; tamen ipſum non recipit Bar. in l. prætor, ff. de nou. oper. nunc

Secundò dato, quod dicta opinio ſit vera, & magis communis; nihilominus non poteſt verificari in caſu, de quo agitur: quia Sum. Pontifex prohibendo hoc loco abſolutiã cenſuris noſtræ Bullæ in mortis articulo, non præuia dicta cautione, cenſetur auferre iuriſdictionem, quę neceſſariò requiritur ad abſolutionẽ: vt latè probat Sot. in 4. d. 18. q. 4. ar. 2. & 4. Vnde abſolutio illa ex defectu ſaltem iuriſdictionis, redditur inualida, iuxta ea, quæ dicit Vgolin. in explicat. ſequentis §. ſub nu. 2. in ver. Quartò abſolutio: & Suar. ibidem diſp. 21. de cenſ. ſec. 3. n. 6.

Cõfirmatur, quoniam aliàs ſequeretur, quòd extra mortis articulum, ſi abſolutio detur à dictis cenſuris, valida eſſet, ſtante pœna impoſita contrauenientibus: quod eſt manifeſtè falſum, cum per ſupradictum decretum Clemen. VIII. nulla fuerit declarata.

Ad argumenta igitur reſpondetur.

7 AD primum reſpondetur, quòd actus factus cõtra legis prohibitionem, regulariter eſt nullus, etiam ſi per legem nõ annulletur: vt habetur in tex. in l. non dubium, C. de leg. in illis verbis: *Hoc eſt, vt ea, quæ lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolùm inutilia, ſed pro infectis etiam habentur: licèt Legislator fieri prohibuerit tantum, nec ſpecialiter dixerit inutile eſſe debere, quod factum eſt.* Vnde regula dictæ legis tũc limitatur, quãdo probabilibus coniecturis cõſtat de legislatoris mẽte, nolentis per contrauentionẽ legis prohibẽtis, actum annullare. Quod quidem in caſu, de quo tractatur, non ſolùm non cõſpicitur, ſed ex ſupradictis oppoſitum potius eſt manifeſtum.

Ad confirmationẽ dicimus, quod licet id ve-
8 rum ſit in impendẽte abſolutionem iure Ordinario; non tamen procederet in abſolutionem huiuſmodi dante iure delegato, ſ vt ſupra diximus, q. 14. & habetur etiam ex Alter. in tract. de cenſur. Eccl. lib. 4. diſp. 4. cap. 4. colum. 7. in ver. Idem etiam videtur. Vbi ait, quod ſi concedatur priuilegium cũ facultate abſoluendi ab omnibus cenſuris, in mortis articulo, vel præmiſſa ſatisfactione, abſolutio data, vigore huius priuilegij, extra mortis articulũ, vel ante ſatisfactionem, erit nullius momenti: quoniam abſolutio valida quidem eſt, non ſeruata iuris forma, ſed non tenet, & eſt irrita non ſeruata forma illa, quæ præcipitur ſeruanda in priuilegio, in quo conceditur poteſtas abſoluendi. At abſolutio, de qua agitur in articulo mortis, iure quodam delegato, & vigore priuilegij conceſſi à Concilio Trid. ſeſſ. 14. c. 6. impenditur.

Vel ſecundò, & melius reſpõdetur, quòd eſtò,
9 quòd iure ordinario dicta abſolutio impendatur, & abſolutio impenſa ab habẽte poteſtatem iure ordinario, non ſeruata forma iuris, & non præcedente ſatisfactione, ſit valida; nihilominus, cum cautio in abſolutione huiuſmodi exigatur, vt conditio ſine qua non, ob dictionem illam: *Niſi*, vt ſupra diximus, & idem Alter. fatetur in explicat. huius §. colum 21. in ver. *Nec etiam tunc* proculdubio ſi omittatur, vitiat actum: quoniã hæc eſt natura conditionis, vt niſi adimpleatur, diſpoſitio non habeat effectum: vt in l. 1. & l. hęc conditio, & ibi Doct. ff. de condit. & demonſt.

An exigatur aliqua ſpecialis forma ad impẽdendam abſolutionem à cenſuris noſtræ Bullæ. Q. 17.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à cenſuris, etiam per ſcripturam impendi poteſt.*

2 *Abſolutio à cenſuris in Bulla cœnæ contentis, nullam exigit verborum formam, ſed illa verba ſufficiunt, quæ proprium illius effectum ſignificant.*

3 *Abſolutio à cenſuris in Bulla cœnæ reſeruatis, ſi extra mortis articulum impendatur per alium, quam per Romanum Pontificem vigore alicuius facultatis, tunc omnia exiguntur, quæ concurrunt ad impendendam abſolutionem à quacunque alia excommunicatione.*

4 *Bullæ cœnæ cenſuræ, licet præcipuam vim habeant quoad reſeruationem; tamen ſunt eiuſdem rationis cum aliis.*

5 *Abſolutio à quacunque excommunicatione poteſt impendi purè, & ſub conditione, propria, vel impropria.*

6 *Abſolutio à quacunque excommunicatione, præexigit iuramentum de parendo mandatis, & aliquando ſatisfactionem.*

7 *Abſolutio ab excommunicatione ob offenſam notoriam, & quando præexigat ſatisfactionem, declaratur.*

8 *Abſolutio ab excommunicatione, non præmiſſa ſatisfactione, & iuramento de parendo mandatis, an, & quãdo valida ſit, explicatur.*

9 *Abſoluto ab hæreſi, apoſtaſia, vel ſchiſma, præexigit abiurationem.*

10 *Abſolutio ab excommunicatione non poteſt impendi per verba:* Benedico te: *Sicut nec excommunicatio ferri poteſt per verbum:* Maledico.

11 *Abſolutio non cenſetur a Romano Pontifice tributa per illa verba, in litteris apponi ſolita:* Salutẽ, & Apoſtolicam benedictionem.

12 Ab-

12 *Abſolutionis accidentalia, quæ ſint, declaratur.*
13 *Abſolutio a cenſuris Bullæ cœnæ in articulo mortis debet tribui, præuia cautione de parendo mandatis Eccleſiæ, ac de ſatisfaciendo.*
14 *Abſolutus in periculo mortis, ſi ceſſante periculo non ſe præſentat illi, ad quem de iure competit abſolutio, reincidit in excommunicationem.*
15 *Abſolutio a cenſuris ſi impendatur a Romano Pontifice, nullam penitus exigit verborum formam.*
16 *Romanus Pontifex communicando cum excommunicato, ſicut etiam Epiſcopus, non cenſentur eum abſoluere.*
17 *Romanus Pontifex, licet nutu, & quocunque alio modo poſſit excommunicatum abſoluere; id tamen non poteſt inferior.*
18 *Excommunicatio, licet ſine abſolutione tolli non poſſit; ea tamen, nulla præuia abſolutione, à Romano Pontifice auferri poteſt.*

IN hac quæſtione Vgol. in explicat. huius §. in ver. *Nec etiam*, §. 1. ſub nu. 3. videtur velle, quòd ad ferendam abſolutionem à cenſuris in noſtra Bulla reſeruatis, neceſſe ſit, vt abſoluens his verbis vtatur: *Abſoluo te*: aliàs nihil faceret. Rationem autem hãc eſſe ait: quoniam abſolutio excommunicationis quibuſcunque verbis tribui non poteſt, præter quam à Romano Põtifice. Ad quod allegat Gloſ. in Clemen. fin. de ſent. excommun.

Sed re vera hoc Vgol. dictum nobis nõ probatur. Nam aut vult in his tantùm excommunicationibus requiri dictam formã: aut in omnibus alijs. Non poteſt dici primum, quia nullus extat canon, qui id exigat. Nec ſecundum; quoniam per ſcripturam à cenſuris abſolutionem impendi poſſe probat Suar. diſp. 7. ſec. 9 nu. 12. Et per verba æquipollentia: nempé, in Eccleſiæ communionem te recipio: vel Eccleſiæ cõmunionem tibi reſtituo: vel remitto, ſeù relaxo tibi vinculum excommunicationis, quo conſtrictus teneris: vel reſtituo te communioni hominum, & Sacramentorum; rectè quis abſoluitur: vt latè habetur ex Sayr. lib. 2. Theſto. 1. c. 16. n. 1. cum alijs, quos allegat.

Vnde ad impendendam huiuſmodi abſolutionis formam illa verba ſufficiunt, quæ proprium illius effectum ſignificent; qui eſt excõmunicationem tollere, & cõmunioni fidelium ſeparatum hominem reſtituere: & propterea, illa verba, Abſoluo te, non ſunt neceſſaria. Nec Glo. in d. clem. fin. de ſent. excommun. id velle, ex ea colligitur. Beneuerum eſt, quod in hac re attendi debet à quo feratur abſolutio, & quo tempore: nam multa requiruntur cum fertur per Inferiorem à Romano Pontifice, quæ cùm tribuitur ab ipſo Pontifice non exiguntur. Et in articulo mortis abſolutionem quædam præcedunt, & ſubſequuntur, quæ non ſunt de eſſentia abſolutionis extra dictum articulum. Quocirca, vt rem ipſam ſufficienter explicemus, has ſequentes concluſiones ponẽdas opere pretium eſſe duximus. Sit igitur

Prima Concluſio.

3 ABſolutio à cenſuris in Bulla contentis, ſi fiat extra mortis articulum per aliũ, quàm per Romanum Pontificem vigore alicuius ſufficientis facultatis, tunc omnia exiguntur, quæ concurrunt ad impendẽdam abſolutionem à quacunque alia excommunicatione.

Probatur; quoniam licèt cenſuræ Bullæ huius, præcipuam habeant vim quoad reſeruationem; tamen circa earum naturam ſunt eiuſdem rationis cum alijs: nec vllus extat canon, aut cõſtitutio Eccleſiaſtica, quę ſpecialem ipſis tribuat abſolutionis formam, à reliquis diſtinctam.

4 Vnde ſicut abſolutio ab excommunicationibus ab his diuerſis, non modò purè, ſed etiam ſub conditione dari poteſt. Siuè conditio impropria ſit verba de præſenti, aut de præterito: vt abſoluo te ſi ſatisfeciſti. Abſoluo te ſi excõmunicatus es: vt habetur ex Couar. in c. Alma mater, par. 1. §. 11. num. 6. de ſent. excom. lib. 6. & alijs, quos refert, & ſequitur Sayr. lib. 2. Theſaur. cap. 16. n. 4. & 5. ità etiam abſolutio tribui poteſt à cenſuris in noſtra Bulla contentis.

Præterea abſolutionem ab illis debet præce-
6 dere iuramentum de parendo mandatis Eccleſiæ in illa ſcilicet materia, ob quam lata fuit excommunicatio: vt in c. ex tenore, & c. de cæteto, de ſent. excomm. Et ſi tale fuerit delictum, propter quod excommunicatio cõtracta fuit, vt ſpecialem ſatisfactionem exigat, & illa nondum ſit exhibita, neque alia ſufficiens cautio de illa adimplenda data fuerit, tunc etiam iuramentum de dicta ſatisfactione præſtanda præmittendum eſt.

Imò ſi excommunicatio ſit ob offenſam no-
7 toriam, ſatisfactio debet prius poſtulari, ſi exhiberi poteſt, iuxta ea, quæ habentur per Sayr. lib. 2. Theſ. c. 58. nu. 10. tom. 1. & ſupra annotauimus, q. 14.

Non tamen, inquit Sayr. ibi, nu. 5. annullatur
8 abſolutio ſi ſupradictum iuramentum non deferatur. Et idem ſentit de ſatisfactione Suar. de cenſur. diſp 7. ſec. 5. nu. 43. cum plur. ſeq. Niſi à Romano Põtifice, vel ab alio conceſſa ſit alicui facultas abſoluendi ſub hac conditione: ſatisfacta parte, & conſtet de mente concedentis, nolle alites abſolutionem valere: vt ibidem nu. 39. Licet contrarium teneat Nau. Graff. & alij, & infra latius, Deo duce, dicemus, §. 4. q. 2. in verſ. Secundò conueniunt.

Sicus igitur diximus de ſupradictis excõmu-
9 nicationibus, ita etiam, & eodem modo dicendum eſt de excommunicationibus noſtræ Bullæ; debent enim ad earum abſolutionẽ illa omnia præmitti. Imò vbi quis vult abſolui ab excommunicatione, in quam incidit ob hæreſim, ſchiſma, vel apoſtaſiam, quæ hæreſim coniunctam habeant, debet præmittere illarum abiurationem iuxta tex. in c. ad abolendam, de hæret. & c. ego Berengarius, de confeci. d. a. Quæ quidem abiuratio ſit ad arbitrium Epiſcopi, aut Inquiſitoris, & in foro exteriori: vt notatur ex Vgolin. in explicat. præſentis §. in ver. *Nec etiam tunc*, §. 5. Ibi, Imò vbi quis.

Item quemadmodum ab alijs excommunica-
10 tionibus non poteſt tribui abſolutio, per hæc verba: Benedico te; ſicut nec ferri excommunicatio per verbum: Maledico. Qua propter Romanus Pontifex alicui ſcribens, & præmittens
11 illa verba: ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, non cenſetur illum abſoluere; ſed abſolutio debet impendi ſub illis verbis: Abſoluo te

vel

vel æquipollentibus, de quibus ſupra in principio huius quæſtionis egimus, & latè Sayr. in d. c. 16. n. 1. Ita pariter dicendum eſt de abſolutione ab excõmunicationibus noſtræ Bullæ: quoniam eadem ratio militat in omnibus.

12 Et denique licèt in præſtanda prædicta abſolutione congrua ſit cauſæ, ob quam fuit contracta excommunicatio, expreſſio: quòd alicuius pſal. pœnitentialis recitatio præmittatur: quòd pœnitens ſit genuflexo, ſcapulis nudatus, ſi vir fuerit; ſecus autem ſi mulier: quòd virga percutiatur, & aliæ cæremoniæ, quibus ſolet vti Eccleſia quoad rem prædictam in foro exteriori, de quibus latè Suar. de cenſ. diſp. 19. ſec. 2. n. 10. cum plur. ſeq. Sayr. lib. 2. Theſ. tom. 1. cap. 18. à nu. 5. ad 18. Vgol. loco ſupra citato, & alij, quos ipſi allegant; tamen prædictæ conditiones non ſunt de eſſentia, & ideò ſi omittantur, non vitiatur abſolutio: vt habetur ex eiſdem Doctoribus. Sunt nihilominus peculiares quædam aliæ conditiones requiſitæ ſpecialiter ad abſolutionem cenſurarum noſtræ Bullæ: nempè propoſitum ſimilia non committendi, & alia, de quibus infra §. 4. Deo duce, dicemus.

Secunda Concluſio.

13 ABſolutio à cenſuris, in noſtra Bulla contentis, ſi fiat in articulo mortis, debet impendi præuia cautione iuratoria de ſtando mandatis Eccleſiæ, ac ſatisfaciendo. Quod quidem iuramentum, ſi, cùm præſtari poſſit, omittatur, abſolutionem ipſam arbitror nullam eſſe, atque innalidam: nam cautio huiuſmodi, vi huius §. exigitur, vt conditio ſine qua non, vt ſupra diximus, q. precedenti. Ad quod etiam faciunt ea, quæ docet Suar. de cenſ. diſp. 7. ſec. 5. à num. 39. vſque ad finem. Vbi etiam aſſignat rationem, cur in abſolutione ab alijs excommunicationibus, ſi dictum iuramentum, ac etiam ſatisfactio omittantur, abſolutio ipſa non vitiatur.

14 Beneuerum eſt, quod abſolutus in articulo, ſeu periculo mortis, ſi ceſſante periculo, non ſe præſentat, cùm commodè poteſt, ei, à quo alias abſolui debebat, reincidit in eandem excõmunicationem, non in eãdem numero, neq; ob eãdem cauſam: quia prior eſt omnino ſubſita; ſed in eandem ſpecie, & in aliam ſimilem ob nouam illam inobedientiam, vt alias diximus ex Sanchez libr. Decal. cap. 3. nu. 81. & alijs. Quoad reliqua conuenit hæc abſolutio cum cæteris.

Tertia concluſio.

15 ABſolutio à prædictis cenſuris, ſi contingat impendi à Romano Pontifice, nullam penitus exigit verborum formam: ſiuè tribuatur in articulo mortis, ſiuè extra mortis articulum: & ſiuè fiat præuio iuramento, aut ſatisfactione, ſiuè non. Nam Romanus Pontifex habet ſupremam poteſtatem independentem à iure poſitiuo. Et ideò ſi abſolutè velit ea poteſtate vti, nõ ſeruata forma iuris, proculdubio poteſt, cùm ſit ſupra omne ius poſitiuum.

16 Hinc infertur, quòd licèt Romanus Pontifex communicando cum excõmunicato non cenſetur ipſum abſoluere à cẽſura, ſicut etiam Epiſcopus; nihilominus ſi declaret ſe velle ex hoc illum pro abſoluto haberi, abſolutus eſt: vt in clem. fin. de ſent. excomm. Idem dicendum eſt, vbi Romanus Pontifex ſolis nutibus, vel quocunque verbo, aut facto declarat ſe velle abſoluere; nã tenet abſolutio: vt benè declarat Suar. de cenſur. diſp. 7. ſec. 9. n. 14.

17 Non tamen inferiores a Papa id poſſent, ſed tenentur ſeruare formam iuris: vt habetur ex Suar. ibi, & ſupra latius diximus.

18 Sic etiam, quamuis excõmunicatio non poſſit tolli, niſi per ſolam abſolutionem; etiam ceſſante contumacia, ac etiam ſi excommunicatio lata ſit ſub cõditione; Excommunico te, donec ſatisfacias; donec reſtituas; vt contra Couar. & alios tenet Suar. de cenſur. diſp. 19. ſec. 1. num. 5. nihilominus Romanus Pontifex de poteſtate abſoluta poteſt excommunicationem tollere, ſine vlla abſolutione: quia quòd excommunicatio, niſi per abſolutionem tollatur, eſt de iure poſitiuo, ſupra quod eſt ipſe Pontifex: vt per eundem Suar. ibi n. 9.

Ibi (*Prætextu, &c.*) Quid intelligatur hoc loco per dictionem illam, Prætextu. Q. 18.

SVMMARIVM.

1 *Prætextus licet aliquando denotet velamen quoddam, tamen in hoc canone ſignificat etiam veram facultatem.*

2 *Facultates, & indulta idem ſignificant, quod priuilegia.*

1 REſpondetur, quòd ly, *Prætextu*, licèt aliquãdo denotet velamen quoddam, ſeù quæſitum colorem, quo moueri ſe aliquis ſimulat ad aliquod faciendum, cùm tamen alia cauſa moueatur; tamen hoc loco ſignificat etiam veram facultatem, non ſimulatam, & fictam: vt in l. ſub prætextu, C. de tranſact. canter Monaſterij, de ſent. & re iud. Vnde per hanc clauſulam reuocantur omnes facultates indulta, & quæcunque priuilegia verè & propriè conceſſa, & concedenda cuique Ordini, Mendicantium, & quibuſcunque alijs, quocunque modo abſoluendi à cenſuris, Romano Pontifici reſeruatis; ita vt locum non habeant quantùm ad cenſuras in bulla cœnæ contentas, iuxta ea, quæ ſupra annot. hinc q. 1.

2 Sunt autem facultates, & indulta priuilegia quædam, quibus conceditur poteſtas à Sede Apoſtolica, vel ab aliquo Concilio generali alicui perſonæ, vt ſublato impedimento, abſolui poſſit a caſibus, & cenſuris in Bulla cœnæ contentis per alium, quam per Romanum Pontificem: vt benè declarat Alter. in explicat. huius §. col. 28. in ver. Per facultates.

Ibi (*Quarumuis facultatum, & indultorum.*) Quando leges abrogantes priuilegia incipiant obligare. Q. 19.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia vim habent, cũ primùm conceduntur a Principe*

cipe; etiam si non deuenerint in notitiam eorum, quibus concessa sunt.

2 *Legislatores cum abrogant priuilegia, ac facultates, vt vim habeant, debent abrogationes notificari ijs, quibus concessa sunt.*

3 *Reuocatio priuilegiorum facta per viam legis regulariter, non exigit notificationem ijs, quibus concessa sunt, vt vim habeat: secus autem si fiat ab homine.*

4 *Acta facta post reuocationem priuilegiorum, probabiliter ignoratam, an, & quando valida sint, declaratur.*

5 *Iubilæi, seu Indulgentiarum suspensio facta à lege, notificatione non indiget; secus autem si fiat ab homine.*

6 *Acta facta post reuocationem mandati, an & quando valeant, explicatur.*

REspondetur, quòd licèt priuilegia suam
1 vim, ac auctoritatè habere incipiant, cùm primum conceduntur à Principe, etiam si non deuenerint ad notitiam eorum, quibus concessa sunt, secundum sententiam magis communè: vt per Io. de Imol. & Felm. in c. cognoscentes de constit. & latè declarat Azor. lib. 5. inst. moral. p. 1. c. 3. q. 5. nihilominus leges abrogantes priuilegia, aut facultates, non statim ac latæ sunt, vim habent, sed tunc demum ac notæ fuerint ijs, ac denunciatæ, quibus fuerant priuilegia concessa.

Vnde si priuilegium fuerit alicui concessum,
2 nõ intelligitur extinctum, donec Decretum illud abrogans, seù reuocans, eidem fuerit intimatum: aut ijs, qui præsunt, ſi Collegio concessum appareat. Sic etiam vbi priuilegium collatum sit in totam Diœcesim, Prouinciam, vel Regnum, nunquàm censetur reuocatum, nisi decretum reuocans denunciatum, vel scitum fuerit in Metropoli, & in ijs locis, quæ sunt Prouinciarum capita: vt benè declarat Azor. loco citato, q. 6.

Quæ quidem regulariter vera sunt quando
3 tractatur de reuocatione priuilegiorum facta ab homine: secus autem, si fiat à lege: quoniam lex reuocans priuilegium, effectum suum sortitur post promulgationẽ, statim, ac elapsum est tempus sufficiens ad communiter obligãdum; etiam si in particulari inuincibiliter ignoretur: vt probabiliter tenet Suar. lib. 8. de leg. cap. 11. n. 4. Vnde cũ nostra Bulla sit lata per viam legis, vt supra lib. 3. c. 3 q. vlt. probauimus, priuilegia post dictum tempus censentur abrogata, ita vt absoluentes vigore dictorum priuilegiorũ, ouliter absoluant, etiam si abrogationem ipsam ignorauerint; nisi id prouenerit ex ignorantia publica, ac communi. Nam cum vsus horum priuilegiorum pertineat ad iurisdictionẽ, factus proculdubio sustinetur: ar. tex. in l. Barbarius, ff. de offic. Prætor.

Idem dicendum est, vbi vsus priuilegiorum
4 pertinere ad aliud simile munus publicũ: quoniam ad euitandum publica incommoda, huiusmodi ignorantia excusat, etiam quoad actus nullitatem: vt habetur ex eodem Suar. ibi n. 5.

Eadem ratione, quoniã suspensio Indulgen-
5 tiarum accessu anni 25. Iubilæi, seù anni sancti fit à lege, talis suspensio notificatione non indiget: vt in extrau. quemadmodum, de pœn. & remiss. inter communes: secus autem, si Indulgentiæ suspendantur, aut reuocentur ab homine: quia tunc exigitur, vt talis suspensio, seù reuo-
6 catio intimetur ei, seù ad notitiam veniat eius, cui concessæ fuerunt. Ita Azor. loco citato, vbi ex hoc infert etiam, quòd valent acta procuratoris absentis, & ignorantis, donec mandati reuocatio sibi notificetur: vt pet. Glo. in c. vlt. de procurat. in 6. in ver. Ignorent. Et hoc verũ est, siue procurator sit ad lites, siue ad contrahendum, & ad negotia, l. si mandassem, ff. mandat. Non tamẽ hoc procedit in procuratore ad nuptias contrahendas: nam si reuocatus ouptias contraxerit, irritum est, quod egit, etiam si sui mandati reuocationem ignorauerit, l. si pœnituit, ff. de rit. nupt. c. vlt. supra allegato. Sic pariter acta facta ab executore, Vicario, Nuncio, ac Legato, valeant, donec constet de ipsorum potestate reuocata: vt per Cardin. cons. 4. de offic. Leg. Et denique hoc idem verum est de Præside Prouinciæ, donec nouerit, successorem aduenisse l. si forte Præses, ff. de Officio Præsid.

COMMENTVM

In §. Tertium Bullæ in Cœna Domini.

QVod si fortè aliqui contra tenorem præsentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, eos excommunicationis sententia innodamus, grauius contra eos spiritualiter, & temporaliter, prout expedire nouerimus, processuri.

TExtus propter suã breuitatem diuisione non indiget. Continet enim excommunicationem, & alias pœnas arbitrarias contra cõfessarios absoluentes à censuris in Bulla cœnæ contentis. Quæ quidem censura est ipso iure lata, cùm in ea ferenda concurrant verba indicatiui tempons; iuxta ea, quæ supra annotauimus lib. 1. c. 3. q. 1. In Bullis autem antiquioribus, vltra censuram excommunicationis imponebatur etiam huic §. contrauenientibus pœna priuationis prædicationis, lectionis, administrationis Sacramentorum, & audiendi confessiones; vt patet ex Bulla Mart. V. apud Beat. Antonin. 3. par. sum. titul. 24. cap. 72. Clemen. VII. & Paul. III. apud Petr. Rebuff.

✠

An

An ſupradicta excommunicatio, lata contra abſoluentes à cenſuris noſtræ Bullæ, ſit etiam Romano Pontifici, ac in eadem Bulla reſeruata. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata ab homine, non poteſt ab alio tolli, quàm ab eo, qui eam tulit, aut ab eiuſdem delegato, ſucceſſore, aut ſuperiore.*

2 *Excommunicatio lata contra abſoluẽtes a cenſuris Bullæ cœnæ, licèt antiquitus reſeruata fuerit Summi Pontifici in eadem Bulla; hodie tamen non eſt reſeruata vi præſentis Bullæ.*

3 *Excommunicatio lata contra abſoluentes a cenſuris Bullæ cœnæ, licèt vi huius Bullæ non ſit Romano Pontifici reſeruata, eſt tamẽ reſeruata vi Decreti Clem. VIII. quoad Sacerdotes per vniuerſam, Italiam extra Vrbem degentes.*

4 *Excommunicatio lata contra abſoluentes a quinque caſibus, & cenſuris, quas ſibi reſeruant Ordinarij, eſt reſeruata Rom. Pontifici ſuxta Decr. Clemen. VIII. quoad Sacerdotes per vniuerſam Italiam extra Vrbem commoranter.*

5 *Excommunicatio lata contra abſoluẽtes a cenſuris Bullæ cœnæ quoad Sacerdotes in Vrbe, vel extra Italiam degentes, non eſt reſeruata.*

6 *Abſolutio ab excommunicatione non reſeruata, an, & quando impendi poteſt a Sacerdote ſimplici.*

7 *Abſolutio impenſa a cenſuris a canone latis, eſt nulla, ſi tribuatur a non habente poteſtatem: & ita impendentes, ſi Religioſi ſint, multis de iure afficiuntur pœnis; non plectuntur Sacerdotes ſæculares idem crimen committentes.*

8 *Pœnam nemo tenetur ſaluere ante condemnationem, & executionem, & contra eam habet locum præſcriptio.*

9 *Excommunicatio lata ab homine per vnam ſententiæ generalis poteſt ab alio tolli, quam ab eo, qui eam tulit.*

10 *Sententia generalis æquipollet monitioni, ſeù ſtatuto.*

IN hac difficultate pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia fuit Caiet. in ſum. in ver. Excommunicatio cap. 77. & aliorum, quos referunt, & ſequuntur Viual. in explicatione huius §. in fine: & Vgol. ibidem n. 4. exiſtimãtium prædictam eacõmunicationem eſſe Romano Pontifici reſeruatam, ſicut omnes aliæ cenſuræ, in noſtra Bulla contentæ.

Probatur primo hæc ſententia ex extrau. Sixti IV. de pœn. & remiſ. in commun. vbi abſoluẽtes à caſibus, & cenſuris in ipſa Bulla cœnæ cõtentis ſine ſpeciali Rom. Pontificis licentia, & ex certa ſcientia cum derogatione dictæ extrau. eiuſdem de verbo ad verbum inſerto tenore, excommunicantur ipſo facto, ita vt à nullo abſolui poſſint, niſi à Rom. Pontifice, aut in articulo mortis: huiuſmodi ſunt cenſuræ, quæ in Bulla cœnæ continentur: ergo dicta cenſura eodem modo eſt reſeruata in dicta Bulla, ſicut reliquæ, quæ in ipſa habentur. Hoc idem ſtatuitur ex Decreto Clem. VIII. quod ſupra retulimus de verbo ad verbum, §. præcedenti, q. 1. con. vnica. amp. 7. in illis verbis: *Super quibus a nemine, niſi a Romano Pontifice, &c.* propter quod decretum ipſe Vgol. loco citato inquit, id hodie nullam habere dubitationem.

Secundò probatur hęc eadem ſentẽtia, quoniam in fine huius §. ſtatuitur: Grauius contra hos ſpiritualiter, & temporaliter, vt expedire nouerit, ſe proceſſurum; at noſcere non poteſt quid expediat, niſi ipſe abſoluat, & in excõmunicationem eos incidiſſe ſciat.

Tertiò Romanus Pontifex aliam pœnam arbitrariam ſibi reſeruat; ergo, & abſolutionem huius excommunicationis cenſetur etiam ſibi reſeruare: quia vna pars legis aliam declarat.

Denique prædicta ſententia ſaltem vera eſſe dicitur, iuxta ſententiã eorum, qui tenent cenſuras in noſtra Bulla contentas eſſe ſimpliciter ab homine: ergo, cum dicta excommunicatio ſit in ipſa Bulla, conſequenter eſt ab homine: & propterea à nullo alio ſolui poteſt præterquam 1 a ipſo Romano Pontifice, qui eam tulit: nam quotieſcumque excommunicatio fertur ab homine, non poteſt ab alio ſolui, quàm ab eo, qui eam tulit, aut ab eiuſdem Delegato: vel ſucceſſore: aut ſuperiore: vt eſt tex. in cap. paſtoralis, §. præterea, de offic. Deleg. Ratio autem hæc eſt, quia eiuſdem eſt ſoluere, cuius eſt ligare: ar. tex. in c. verbum, de pœn. d. 1. Et omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, c. 1. de reg. iur. in 6. & l. nihil tam naturale, ff. eo.

Secunda ſententia eſt Nau. in ſuo Man. c. 27. ſub n. 74. Sayr. in explicat. huius §. lib. 3. Theſ. to. 1. c. 25. n. 7. & Suar. eod. loco diſp. 25. de cenſ. ſec. 3. dicẽtium ſupradictam excommunicationem nullo modo eſſe Romano Pontifici reſeruatã.

Probant hanc eorum ſententiam: quia in antiquioribus Bullæ cœnæ reſeruata non fuit, vt conſtat ex Bulla Mart. V. apud D. Antonin. Nec in recentioribus: vt patet ex Bullis Iul. III. Gregor. XIII. Clemen. VIII. & nouiſſimè ex Bulla S. D. N. Pauli Papæ V. quam duximus exponendam.

Confirmatur, quoniam hæc excommunicatio additur noſtræ bullæ poſt reſeruationem iam factam in §. præcedenti: quapropter reſeruatio illa extenditur ad caſus præcedentes dũtaxat, non autem ad ſubſequentes: cùm id non exprimatur. Hæ ſunt opiniones, quæ in hac re conſpiciuntur; reſtat modò, vt, quid nobis dicendum ſit, videamus. Pro determinatione igitur huius difficultatis, ſit

Prima Concluſio.

LIcèt antiquitus excommunicatio prædicta 2 reſeruata fuerit Romano Pontifici in bulla cœnæ Domini; hodie tamen vi noſtræ bullæ 4 nullo modo reſeruata a dicitur.

Hæc concluſio patet quoad primam partem ex his quæ dicit Felin. in c. paſtoralis, §. præterea, ſub n. 52. de offic. Iudic. ordin. vbi ait, quòd Paul. II. addit bullæ cœnæ à Mart. V. editę, quòd abſoluentes excommunicatos in cœna Domini incidant in eandem excommunicationem Papalem, à qua non poſſint abſolui per inferiorem à Papa, niſi in articulo mortis. Vnde ſentẽtia Caiet. & aliorum aliquando fuit vera, vt ait etiam Syl. in ſum. in ver. Abſolutio 1. nu. 50. in fine, & Sayr. loco citato.

Secunda pars huius concluſionis probatur ea his, quæ ſupra allata ſunt ad probandam ſecundam opinionem.

Secun-

Secunda concluſio.

3 QVamuis dicta excommunicatio in hoc §. lata contra abſoluentes à noſtræ bullę caſibus, & cenſuris, hodie Romano Pontifici in ipſa Bulla non ſit reſeruata; nihilominus vi Decreti Clem. Octaui *b*, cuius ſupra meminimus, ad præſens eidem Pontifici reſeruatur, ita vt ab ea per alium, quàm per Romanum Pontificem abſolui nemo poſſit, niſi in articulo mortis.

Hæc concluſio patet ex tenore dicti Decretij in illis verbis: *Sub pœna contrafacientibus, &c.* Vbi vltra prædictam excommunicationem, ſtatuit quoque contra huiuſmodi ſcõtrauenientes pœnam priuationis officiorum, dignitatũ, aut beneficiorum, inhabilitatis audiendi confeſſiones; & ad quæcunque officia, Prælaturas, & beneficia in poſterum obtinenda, ipſo facto incurrẽdam: licèt poſtea in declaratione dicti decreti, quã eodem loco ſimiliter de verbo ad verbum retulimus, per eũdem Clem. VIII. fuerit ſublata prædicta pœna inhabilitationis audiendi cõfeſſiones.

Eiſdem pœnis plectuntur ex ipſo decreto abſoluentes à caſibus, & cenſuris latis contra violantes immunitatem Eccleſiaſticam in terminis conſtitutionis Greg. XIV. violantes clauſuram Monialium ad malum finem; contra prouocãtes, & pugnantes in duello iuxta decretum Sacri Concil. Trid. & Conſt. Greg. XIII. contra iniciẽtes violentas manus in clericos iuxta c. ſi quis ſuadẽte diabolo, 17. q. 4. ac iuris diſpoſitionem: contra committentes crimen ſimonię realis, atque etiam confidentiæ beneficialis; & denique eiſdem pœnis ſubijciuntur, abſoluentes à caſibus, quos ordinarij locorum ſibi reſeruant. Et nouiſſimè per decretum S. D. N. Pauli Papæ V. quod etiam de verbo ad verbum in ſupra citato loco retulimus, prædictis pœnis afficiuntur etiam, qui ab excommunicationibus, quas ipſi Ordinarij ſibi reſeruant, & Romano Pontifici, ſeù Apoſtolicæ Sedi ſunt reſeruatæ: vt ibidem diximus. prædicta decreta declarantes.

Beneuerum eſt, quòd dictæ pœnæ, ac cẽſuręvi dictorum decretorum locum habent contra Sacerdotes tantum ſęculares, aut Regulares per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentes, ad confeſſiones audiendas probatos, & contrauenientes: vt patet in illis prædicti Clem. VIII. Decreti verbis: *Sacerdotibus omnibus, &c.* Quo circa Sacerdotes, qui ſunt in Vrbe, vel extra Italiam, abſoluentes à cenſuris noſtræ Bullæ, & alijs ſupradictis contra formam dictorũ decretorum, in eorum cenſuras, & pœnas non incidunt: ſed ſi contrauenient abſoluentes à cenſuris, & caſibus noſtræ Bullæ, contrahunt excõmunicationem præſentis §. quæ nemini eſt reſeruata: & ideò à quocunque Sacerdote pro ea poteſt abſolutio impendi in foro conſcientię: quia quãdo Rom. Pontifex cenſuram latam per viam legis, aut ſẽtentiæ generalis ſibi non reſeruat, eiuſdem abſoluendi facultatem cenſetur alijs conceſſiſſe: vt in c. nuper, & ibi Inn. & Hoſt. de ſent. excom. Sayr. lib. 2. Theſ. to. 1. c. 19. num. 5. cum alijs quos allegat: & Suar. de cenſ. diſp. 7. ſec. 2. nu. 23. licèt de rigore iuris contrarium ſentiat quoad cenſuram latam per viam ſententiæ generalis.

Dixi: In foro conſcientiæ: quoniam extra fo-
6 rum cõſcientiæ nõ poteſt ſimplex Sacerdos abſoluere ab excõmunicatione nemini reſeruata; ſed debet eſſe proprius Prælatus. Et per proprium Prælatũ intelliguntur S. Põtifex, Epiſcopus Capitulum ſede vacante, & quicunq; alius Prælatus exemptus Eccleſię Regularis, aut ſęcularis; qui dicuntur habere iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem; & quilibet alius non exẽptus habẽs iuriſdictionẽ in foro exteriori: vt per Doct. in d. c. nuper, Suar. de cẽſ. diſp. 7. ſec. 3. n. 26. cum ſeq. & Nau. in Man. c. 27. num. 39. Vbi limitat de Sacerdote ſimplici ęa, quæ ſupra diximus, vt in foro conſcientiæ abſoluere poſſit ab excõmunicatione nemini reſeruata, non auctoritate ſua, ſed vt Commiſſarius à Rom. Pontifice deputatus: vt in d. c. nuper, §. fin. dum ibi habetur: Quia ſibi non reſeruando, alijs facultatem relaxandi eo ipſo conceſſiſſe videtur.

Nec obſtat, ſi dicatur, quòd nemo poteſt abſoluere, qui non poteſt condemnare: vt in Inemo, ff. de reg. iu. ſed ſimplex Sacerdos, ſicut etiã Parochus, nõ poſſunt aliquem excommunicare; quia non habent iuriſdictionem fori contẽtioſi, quæ requiritur ad ferendam excommunicationem: ergo; &c. quia reſpondetur id verum eſſe de eo, qui per poteſtatem quaſi intrinſecã, & ordinariam abſoluere poteſt: ſecus autem ex commiſſione Superioris: nam interdum ratione commiſſionis huiuſmodi quis poteſt abſoluere qui non poteſt condemnare.

Idem dicendum eſt de ſententijs generalibus latis ab Epiſcopis, & alijs Prælatis, etiam Regularibus, vt ſunt Abbates, Priores, Præpoſiti, Guardiani, & alij huiuſmodi, monaſtici cõuentus, totam curam, & adminiſtrationem cum iuriſdictione ordinaria habentes: nã iſti dicuntur propriè Prælati, & veniunt appellatione Prælatorum: vt benè docet Abb. in c. decernimus, de Iudic. n. 6 vbi etiam Glo. & Azor. lib. 3. Inſt. moral. p. 2. c. 25 q. vnica: nam ſi huiuſmodi Prælati cenſuras, vt ſupra latas, ſibi non reſeruant, de iure ab eis abſoluere poſſunt nõ modo dicti Prælati, ſed etiam ſimplices Sacerdotes in foro conſcientiæ. Ita Imol. Io. Andr. & Card. quos refert, & ſequitur Cardin. Tol. lib. 5. ſuæ ſum. c. 10. ver. tertiò ſi ſunt.

Hęc quidem licet ſecundum ſententiam magis receptam, & probabiliorem de iure ſuſtineri poſſint: vt latè probat Sayr. loco citato, à nu. 12. ad 14. & Suar. de cenſ. diſp. 19. ſec. 2. n. 2. tamen quia ipſemet Sayr. in d. n. 14. ait, quòd hodie de conſuetudine, non modò ſimplices Sacerdotes, ſed nec Parochi ab huiuſmodi cenſuris maioribus non reſeruatis abſoluunt (& ſi hanc conſuetudinem ſibi conſtare neget Suar. de cenſ. diſp. 7. ſec. 4. nu. 21. & ſec. 3. nu. 13.) idcirco Couar. in c. Alma mater p. 1. §. 12. nu. 5. de ſent. excom. in ſextò, ſecundum huiuſmodi conſuetudinem, vbi viget, ait eſſe iudicandum, licèt contraria ſententia de iure verior ſibi videatur.

Beneuerũ eſt, quòd licèt ſimplices Sacerdotes, in loco vbi adeſt talis conſuetudo, non poſſint abſoluere ab excommunicationibus maioribus non reſeruatis; tamen Confeſſarij noſtræ Religionis quantũuis ſimplices Sacerdotes, leſuitæ, & Reuerendi Patres Oratorij S. Marię de Vallicella de Vrbe, vi priuilegiorum, quę refert R. D. Alexander Pellegrinus in compen. noſtro-

rum

rum priuil. tit. Absolutio quoad seculares, §. 1. & in Schol. possunt à prædictis excommunicationibus absoluere.

Cæterum Religiosi omnes non priuilegiati
7 præsumentes absoluere excommunicatos à canone, nisi in casibus à iure expressis, aut priuilegio Romani Pontificis concessis; vel excommunicatos à sententijs per statuta prouincialia, aut Synodalia, sunt ipso facto excommunicati, &
c absolutio reseruatur Sedi Apostolicæ c: vt habetur in clem. Religiosi, de priuil. quam declarat D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 54. & Caiet. in sum. in ver. excommunicatio, c. 64.

Dixi Religiosi: quia si Presbyteri sæculares absoluant ab huiusmodi excõmunicationibus, præter eas, quæ continentur in Bulla cœnæ Domini, non essent excõmunicati: quia in d. clem. non comprehenduntur: vbi notant Doct. sed tantùm Religiosi, seù Regulares. Esset tamen absolutio nulla, & ipsi peccarent mortaliter, & tenerentur pœnitenti id notum facere.

Immò, si quis fingeret, Religiosum esse, cùm talis non esset, licèt peccaret, non tamen excõmunicationis vinculo ligaretur, quia Religiosus non est.

Appellatione Religiosorum hoc casu venit etiam Nouitij, si sint Sacerdotes, quia fruuntur priuilegijs Religionis, ergo debent sustinere onera, c. qui sentit, de regul. iur. in 6. & Cardin. in clem. 1. nu. 1. ver. Quartò quæro de priuil.

Et licèt Nau in Man. c. 27. n. 101. velit, quòd si Religiosus esset Rector, vel Curator Ecclesiæ Parochialis, non cõtrahet dictam excommunicationem; tamen id non probatur Alter. in explic. huius §. c. 3. col. 8. ver. Ad clariorem: quoniã nulla sibi videtur probabilis ratio, cur magis excusari debeat Religiosus Parochus, quàm si non sit Parochus: nam cùm sit Religiosus, agit contra dictum canonem, & non vtitur officio Parochi, sed vsurpat illud; neque quidquam facit in hac re, quòd deterioris esset conditionis Parochus Religiosus, quã non Religiosus: quoniam ille potest hæc exercere titulo Religionis, quod alius non potest.

Dixi quoque à canone: quia prædicti Religiosi, absoluentes ab excommunicatione lata ab homine, non incurrunt in excommunicationem, sed læthalem tantùm contrahunt culpam, vt ibidem docent Doctores.

Et rationem hanc esse docet Alter. loco citato, in ver. Secundò notandum est: quia absolutio ab excommunicatione, quæ fertur ab homine, rarius datur ab huiusmodi Religiosis, & hoc crimen habet à quo vendicetur ipsum scilicet Iudicem, qui excommunicationem tulit. At verò ius non potest censuram à se latam hoc modo defendere.

Item ad contrahendam dictam excommunicationem, satis non est, si Religiosus à solo peccato absoluat, cui censura annexa est, nisi absoluat etiã ab ipsa censura: quia non est discedendum à proprietate verborũ; vt habetur ex Syl. in ver. excõmunicatio 7. §. 36 ver. Octauò, vtrũ habeat locum. Nec quæcunque absolutio à cẽsura canonis satis esse videtur ad incurrendam relatam excõmunicationem; sed exigi absolutionẽ à sola excommunicatione: quoniam tex. de excommunicatione in specie, non de cẽsura in genere loquitur: & in legibus pœnalibus, non est facienda extensio à paritate rationis: seù à simili. Ita Syl. in sum. in ver. excommunicatio 7. §. 38. ver. Decimò, vtrum habeat locum: contra Glo. in d. clem. 1. ver. Sententijs. Etenim, quamuis clem. illa loquatur de his, qui absoluunt excommunicatos à canone, vel à sententijs; atque ideò loquatur in numero plurali, quasi comprehendere velit omnem censuræ speciem; nihilominus Sylnester loco citato, respondet, verbum illud: *A sententijs*: limitari, ac declarari per dictionem illam præcedentem, ad quam refertur, nempè; *Excommunicator*: ar. tex. in c. secundò requiris, de appel.

Hanc eandem interpretationem docet Cardin. in d. clem. n. 14. vers. Vigesimonono quæro, vbi etiã inquit in ver. Vigesimoquinto: textum ipsum non debere intelligi de quacunque excõmunicatione, sed de maiori: nam excommunicationis nomen simpliciter prolatum, intelligitur de maiori, vt in c. pen. de sent. excom.

Imò, dum in eo statuitur, sententiam excommunicationis incurri à Religioso, si præsumat etiam absoluere quempiam à pœna, & culpa, ex eo infertur excommunicationem illam nõ esse latam contra Religiosum pœnitẽtiæ Sacramentum administrantem, quamuis etiam indebitè illud ageret, sed contra Religiosum malè vsurpan em potestatem concedendi Indulgentiam plenariã. Quocirca excõmunicatio ista locum sibi vendicat, etiam si Religiosus concederet Indulgentiam ab omni pœna, licèt nõ absolueret à culpa: quoniam hæc cẽsura nõ fertur propter abusum Sacramenti pœnitentiæ, sed propter Indulgentiam malè, & sine potestate concessam. Indulgẽtia autem, quæ dicitur à culpa, & pœna nõ includit absolutionem Sacramentalẽ, sed supponit culpam remissam per Sacramentum in re, vel in voto, & concedit remissionem totius pœnæ; atque adeò quasi complet, & perficit remissionem à culpa, & pœna, & propterea sic vocatur. Ita Alter. loco citato.

Ad contraria igitur respondemus, quatenus faciunt contrarios.

AD primum ex extrau. Sixti IV. respõdetur ex Syl. in sum. ver. excommunicatio 7. nu. 77. in fine, & Sayr. in explicatione nostri §. lib. 3. Thes. tom. 1. c. 25. n. 7. quòd vi dictæ extrau. prohibetur tantùm, ne quis absoluat à casibus in Bulla cœnæ contentis prætextu cõfessionalium ab ipso Sixto IV. concessorum. Vnde huiusmodi casus remanent in dispositione iuris cõmunis, ac si de eis mentio facta non fuisset, & ab eisdem absoluere potest is, cui de iure competeret; remota Bulla cœnæ Domini.

Ad decretum Clem. VIII. iam fuit supra responsum ex his, quæ diximus concl. 2.

Ad secundum argumẽtum dicitur, quòd illæ
8 pœnæ locũ sibi vendicant quoties. Sacerdotum contumacia in absoluendis à dictis censuris est deducta in iudicio, & declarati sunt excommunicati: nã pœnã nemo tenetur luere in foro tum interiori, tum etiam exteriori ante condemnationem: immò post condemnationem cõdemnatus, aut eius hæredes expectare possunt, vt pœ-

na ipſa exigatur, eamque præſcribendi facultatem habent, ſi infra certum tempus non exigatur: vt benè docet Molin. de Iuſt. & iu. tom. 1. diſp. 95. in reſponſ. ad ſecundum principale argumẽtum. Vnde cum Iudex inferior, quoad arbitrarias pœnas vi Bullæ infligendas, non ſit Iudex competens, conſtito ſibi de contrauentione, & excommunicatione contracta per Sacerdotem temerè abſoluentem à cenſuris noſtræ Bullæ, antequam ipſum abſoluat, tenetur Romanum Pontificem certiorem facere, vt ſi expedire nouerit, grauius contra eum ſpiritualiter, & temporaliter procedat: & propterea ceſſat ratio in contrarium.

Ad tertium negatur conſequentia: quia non eſt inconueniens, vt S. Pontifex ſibi reſeruet pœnam arbitrariam infligendam pro aliquo crimine, & non cenſuram illi annexam.

Ad vltimum argumẽtum dicimus, quòd nos
9 tenemus Bullam cœnæ fuiſſe editam per viã legis, & conſtitutionis, vt ſupra probauimus, lib. 1. c. 3. q. vl. Et dato, & non conceſſo, quòd vera ſit ſententia illorum, qui docent, Bullam ipſam eſſe latã per viam ſententiæ, adhuc argumentum ipſum non militat: nam excommunicatio dupliciter ferri cõtingit ab homine per viam ſententiæ. Primò per ſententiam ſpecialem nominatim contra aliquem. Secundò per ſententiam generalem contra quemcumque, hoc, vel illud facientem, vel non facientem. Dum igitur arguitur, quòd quotieſcunque excommunicatio fertur ab homine per viam ſententiæ, non poteſt ab alio abſolui, quam ab eo, qui eam tulit, à Succeſſore, Delegato, aut Superiore; reſpondetur, quòd id intelligitur de excommunicatione lata ab homine per viam ſententiæ ſpecialis: ſecus autem, ſi excommunicatio feratur per viam ſententiæ generalis: nam quando Romanus Põtifex illam ſibi non reſeruat, poteſt à quolibet abſolui: ſicut ſi lata eſſet per modũ legis. & ſtatuti: vt in c. nuper, de ſent. excom. ex quo ſentẽ-
10 tia generalis æquipollet canoni, & ſtatuto: vt benè probat Couar. in c. Alma mater par. 1. §. 2. n. 4. ver. Secundò, & cap. de ſent. excom. in ſextò, per tex. in cap. à nobis, il 1. & ibi Panor. cod. tit. Sayr. lib. 2. Theſ. tom. 1. c. 19. n. 5. & alij, quos ipſe refert: licet Suar. de cenſ. diſp. 7. ſec. 2. nu. 23. contrarium de iuris rigore ſentiat.

ADDITIO.

a Reſetuata. Adde Anton. de Souſa hic, c. 24. diſp. tot. num. 3. Conſtan. hoc eodem loco, de abſolut. num. 3. & Filiuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. num. 124. D. Cæſar.

b Octaui. Adde hic Suar. de cenſ diſp. 22. ſec. 5. num. 29. Filiuc. tom. 1. qq. moral. tract. 14. cap. 7. quæſt. 8. num. 124. & tract. 15. cap. 7. quæſt. 8. num. 181. & Bonac. hoc loco, diſp. 1. q. 22. punct. 3. ſub num. 9. qui id limitat verum eſſe, quando abſolutio impenditur à Confeſſarijs vi ſuorum priuilegiorum: ſecus autem ſi abſolutio detur ex malitia, humano reſpectu, vt culpabili negligentia: tunc enim excommunicatio decreti Clemen. VIII. non incurritur: quoniam decretum illud loquitur de præſumentibus abſoluere prætextu priuilegiorum, & facultatum. Abb. Alex.

c Apoſtolicæ. Adde Suarez de cenſur. diſput. 22. ſect. 5. num. 28. Filiuc. tom. 1. qq. moral. tract. 15. c. 8. quæſt. 2. & Bonac. hic, diſp. 1. q. 22. pun. 3. num. 10. vbi etiam addit, quòd abſoluens eum, qui abſoluit à cenſuris in Bulla Cœnæ contentis vigore alicuius priuilegij, vel facultatis non incidit in excommunicationem decreti Clemen. VIII. cuius vigore fertur excommunicatio Sedis Apoſtolicæ reſeruata contra abſoluentes à cenſuris in Bulla Cœnæ contentis. Reliqua vide apud eundem Bonac. qui rem hanc latè declarat. Abb. Alexand.

An ſi quis vnica abſolutione plures à cenſuris noſtræ Bullæ abſoluerit contra prohibitionem præſentis S. incidat in vnam, vel plures excommunicationes. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutione vnica poſſunt non modò vnus, ſed plures abſolui.*
2 *Tres Clericos percutiens vno ictu, tres cõtrahit excommunicationes.*
3 *Abſolutione vnica plures excommunicatos abſoluens contra prohibitionem noſtræ Bullæ non plures, ſed vnã tantùm contrahit excommunicationem.*

1 AD tituli explicationem eſt annotat. quòd abſolutio ab excommunicatione poteſt impendi ſpeciatim in fauorem alicuius ſingularis, ſeu determinatæ perſonæ: nempè Titij, Sempronij, &c. & generatim, vbi plures certi, vel incerti vnica abſolutione abſoluuntur: vt fuit abſolutio illa tributa anno 1593. tempore Pontificatus Clemen. VIII. ijs, qui in excommunicationem inciderant, aut ob extractionem frumenti, vel ob delationem armorum prohibitorum, aut per receptationem exulum: vt patet in eius Bulla, quę incipit. Inter cęteras curas: cuius vigore conceſſit, vt Sacerdotes, & Eccleſiæ Antiſtites generaliter hos abſoluerent. De hac igitur poſteriori abſolutionis forma, quæritur an ſi quis temerè vnica tantùm abſolutione plures excommunicatos vi noſtræ Bullæ abſoluat, in vnam, vel in plures excommunicationes incidit.

In hac re Vgol. in explic. huius §. num. 2. arbitratur, quòd qui eadem abſolutione plures excommunicatos contra prohibitionem noſtræ Bullæ abſoluit, plures contrahit excommunicationes, iuxta numerum perſonarum, quæ abſoluuntur.

Probat ſuam ſententiam: quia vnica percuſ-
2 ſione tres clericos percutiens, in tres incidit excommunicationes: vt per Io. Andr. in regula Delictum, in Mercur. de regul. iur. in ſexto: ergo qui vnica abſolutione tres abſoluit, contra noſtræ Bullæ prohibitionem, tres contrahit excõmunicationes.

a His tamẽ non obſtãtibus, contrariam a ſen-
3 tentiam puto veriorem eſſe. Nam te vera qui vna, & eadem abſolutione plures excommunicatos temerè abſoluit, vnum tantùm peccatum com-

committit: ſicut qui vno actu voluntatē habet occidendi mille homines, aut vno actu cum effectu plures homines interficit, vnū tātùm numero peccatum committit cum circumſtantia notabiliter aggtauante intra eandem ſpeciem: nam eſtò quòd actus tēdat in plura obiecta materialiter diſtincta, non tendit in illa per modū pluriū, ſed per modum vnius multitudinis: vt benè docet Suar. de pœn. diſp. 22. ſec. 5. nu. 4. Si igitur vnum peccatum committit plures excōmunicatos vna, & eadem abſolutione temerè abſoluens, vnam tantùm excommunicationem incurrere videtur: nam ſicut excommunicatio non cōtrahitur, niſi propter læthalem culpam: vt in c. nullus, 11. q. 3. ita regulariter multiplicari non debet, niſi multiplicatis culpis.

Ad argumentū facilè reſpōdetur, quòd ideò qui vno ictu tres clericos percutit, tres excommunicationes incurrit: quia excommunicatio contenta in c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. fertur contra percutientem clericum: ergo qui tres clericos percutit, tres excommunicationes incurrit.

Dices in hoc §. excōmunicantur quoque qui alicui tantùm abſolutionis beneficium impendunt à cenſuris, in noſtra Bulla cōtentis: vt cōſtat ex illis verbis: *Vel eorum alicui abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint*. Ergo ſicut vno ictu plures clericos percutiens, plures excommunicationes contrahit, quia in d. can. ſi quis ſuadente diabolo, excommunicatur etiam, qui vnum ſolum clericum percuſſerit; ita quoque dicendum eſt in caſu noſtro, vt qui vna, & eadem abſolutione plures abſoluit, plures incurrat excommunicationes; quia vi dicti §. excommunicatur etiam, qui vni tantùm beneficium abſolutionis impenderit.

Huic argumēto poteſt reſpōderi primò, quòd in hoc §. licēt excōmunicetur, qui vni tantùm abſolutionem dederit; tamen eodem modò excōmunicatur qui plures excommunicatos abſoluerit; vt patet in illis verbis in principio §. poſitis: *Quod ſi forte aliqui contra tenorem præſentium talibus excommunicationi, & anathemate laqueatis, &c.* Vnde, ſicut qui blaſphemat Titium, & deinde totam familiam eius, duo tantùm peccata contrahit, & non plura, quamuis familia ipſa ex pluribus perſonis conſtet, quia totam familiam reſpicit per modum vnius: ar. tex. in l. 1. ff. ſi fam. fur. fe. dic. ita pariter, qui primò vni tantùm abſolutionis beneficium tribuerit, vnicam tātùm excōmunicationem contrahet: & deinde ſi vnica abſolntione plures abſoluetit, in alteram ſolùm, & nō in plures incidet: quoniam illos plures reſpicit per modum vnius multitudinis. At in d. c. ſi quis ſuadēte ſimpliciter fertur excommunicatio contra percutientes clericum, nulla facta mentione de percutientibus plures clericos: vnde excommunicato illa non reſpicit plures clericos per modum vnius, ſed per modum plurium; nil mirum igitur ſi percutiens clericū, vnicam excommunicationem incurrit; & qui plures, plures cenſuras contrahit, quamuis vnico tantùm ictu illos percutiat.

Vel ſecundò, & melius dicamus, quòd in caſu, de quo agitur militat diuerſa ratio: quoniam per excōmunicationē d. c. ſi quis, punitur iniuria facta clerico propter eiuſdem percuſſionē: atque adeò excommunicatio illa reſpicit obiectum offenſum, ipſiuſque iniuriam intēdit vindicare: & propterea ſicut multiplicatur iniuria reſpectu obiectorum; ita etiam multiplicatur excōmunicatio. At verò in caſu, de quo agitur, excommunicatio non tendit ad vindicandam iniuriam eorum, quibus impenditur abſolutio: quoniam illi nullam patiuntur contumeliā per talem abſolutionem; ſed potius beneficium exiſtimant conſequi: & ſi abſolutionem ipſam ex ignorantia probabili iuris, aut facti ſuſcipiunt, vt in ſeq. q. Deo duce, dicemus, ſed tēdit ad puniendam temeritatem Sacerdotum, cōtra prohibitionem Eccleſiæ à dictis cenſuris abſoluētium: atque ideò excommunicatio ipſa reſpicit ipſos Sacerdotes abſoluētes, & iniuriam, quam Eccleſiæ inferunt ad eam vindicandam. Vnde cum Sacerdos eo caſu vnicam tātùm actionem faciat; & propterea vnum peccatum cōmittat, & vnicam iniuriam Eccleſiæ inferat: nil mirum ſi vnica abſolutione plures excōmunicatos abſoluat, vnam dumtaxat, & non plures excommunicationes contrahat.

ADDITIO.

4 Cōtrariam. Adde Anton. de Souſa hic, c. 24. num. 2. & Bonac. hoc eodem loco, diſp. 1. q. 22. nu. 7. Abb. Alex.

Ibi (*De facto præſumpſerint*) An bona fide abſoluentes à cenſuris noſtræ Bullæ, credentes facultatem habere, cùm non habeant, incidant in prædictam excommunicationem. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Excluſio vnius, eſt incluſio alterius.*

2 *Abſoluentes à cenſuris Bullæ cœnæ, cum facultatem non habeant, credentes ſe habere, excuſantur ab excommunicatione, non modo ex capite obliuionis, inaduertētiæ, vel ignorantiæ probabilis: ſed etiam ex capite ignorantiæ craſſæ, affectatæ, aut concomitantis.*

3 *Abſoluent à cenſuris Bullæ cœnæ, cum facultatem non habeat, metu, etiam leui, apprehenſo tamen vt probabili, in excommunicationem incidit.*

IN hac difficultate Nau. in Man. c. 27. num. 74. Viual. in expl. huius §. num. 17. in nouiſſimis, Sayr. in eiuſdem explic. lib. 3. Theſ. gom. 1. c. 25. num. 8. Vgol. ibidem num. 3. & Graff. lib. 1. Deciſ. p. 1. cap. 13. num. 94. dicunt, quòd ſi Confeſſarius à noſtræ Bullæ cenſuris abſoluat obliuione, inaduertentia, aut ignorantia non craſſa, excuſatur ab excommunicatione præſentis §.

Probant eorum ſententiam, eo quòd ad contrahendam dictam cenſuram exigitur præſumptio: vt patet in illis verbis: *De facto præſumpſerint*: At præſumptio dolū ſignificat, ac cōtemptum, vt ipſe Vgol. ait loco citato: ergo ad illā incurrendam ſatis nō eſt ignntantia non craſſa, obliuio, ac inaduertentia. Ex quorum Doctorū dictis colligitur, ignorantiam craſſam non excu-

ſare huiuſmodi Cõfeſſarios ſic abſoluentes: nã dum excludunt ab excõmunicatione cõtrauenientes ex capite ignorantiæ non craſſæ, videtur tacitè includere eos, qui contra prohibitionem noſtri §. vt ſupra abſoluunt laborantes ignorãtia craſſa: eo quòd excluſio vnius, eſt alterius incluſio, & è contrario: ar. tex. in c. nonne, de præſum. Hanc eandem opinionem expreſsè tenet Alter. hoc loco colum. 27. ver. tertia propoſitio.

Hæc ſententia vera eſt citra vllam cõtrouerſiam quoad eos, qui à dictis cenſuris abſoluunt
2 ex obliuione inaduertentia, & ex ignorãtia non craſſa, atq; adeó inuincibili, ſeù probabili; quoniam vtſupra probauimus, lib. 1. c. 2. q. 5. con. 2. ignorantia inuincibilis, obliuio, & inaduertẽtia inculpabiles excuſant a quacũque cenſura. Verùm ſi ignorantiã craſſam volunt prædicti Doctores non excuſare ſic abſoluentes quominus excommunicationem huius §. contrahant: vt ex eorum verbis videtur colligi, hæc profectò ſententia nobis non probatur: nam cùm ad cõtrahendam dictam excommunicationem præſumptio exigatur tàm in ipſa Bulla, quàm in decreto Clem. VIII. præſumptio dolum, ac ſcientiam denotat: quẽ quidem dolum, & ſcientiam
a quælibet ignorantia excludit, etiã craſſa a, & affectata: vt latè ſupra probauimus lib. 2. can. 1. q. 36. 37. & 38. Ergo ignorantia craſſa excuſat Cõfeſſarios abſoluentes ab huiuſmodi cenſuris: ſicut etiam affectata, per ea, quæ diximus in d. q. 37. Etenim tàm ignorantia craſſa, quàm affectata excludunt præſumptionẽ: eo quòd his ignorantijs laborantes, ſi legem prohibentem ſcirẽt, contra illius prohibitionem ooo agerent, vt in dictis locis annotauimus.

Hanc eandẽ ſententiã videtur tenere Vgol. loco citato, ſi eius verba rectè perpendãtur. Nã poſtquam docuit, in excommunicationem hîc non incidere, qui inſcitia, & ignorantia, non tamen craſſa, obliuione, incogitantiaue à prædictis cenſuris abſoluit: deinde ſubdit: Nec repugnat ſi dicatur probabilẽ ignorantiam hûc non habere: quoniam quiſque ſcire debet, quæ ad ſuum officiũ pertinent; & quiſque Confeſſarius penès ſe Bullam hanc habere debet: nam & ſi in hoc peccat, non tamen ex præſumptione, quæ ad hanc excommunicationem ſubeundam requiritur. Quaſi dicat, quòd licèt talis Confeſſarius probabilem non habeat ignorantiam, cùm peccet; quia ſi illam haberet non peccaret: eo quod probabilis ignorãtia excuſat etiam à culpa, vbi tractatur de actu, qui non ſit intrinſecè malus: vtſupra probauimus lib. 1. q. 5. con. 2. nihilominus cum ex præſumptione nõ abſoluat, quæ ad hanc excommunicationem contrahẽdam exigitur, in ipſam non incidit.

b Idem dicendũ eſt de eo, qui ex metu b. aut. vi,
3 à prædictis cenſuris abſoluit: vt per eundem Vgol. ibi ſub n. 3. in ver. Secundo in excommunicationem; qui etſi loquatur de probabili metu, atque adeò de metu cadente in conſtantem virum; tamen puto ſic abſoluentẽ excuſare metum etiam leuem, apprehenſum tamen ab eo, vt probabilem: quia huiuſmodi metus videtur excludere præſumptionem, quæ requiritur ad dictam excommunicationem incurrendam.

Et licèt in Bullis Pauli III, Clem. VII. & antiquioribus adderẽtur hæc verba in fine huius canonis: *Et nihilominus quicquid egerint abſoluendo, vel alias, nullius ſit roboris, & momenti*: non tamen quia in hoc canone omittuntur, ſequitur, abſolutiones adhunc modum traditas, non eſſe irritas: nam Sacerdos, cõtra formam noſtri canonis abſoluens, non ſolùm in excommunicationem incidit; ſed etiam abſolutionem nulliter impẽdet: quoniam caret iuriſdictione, quæ neceſſaria eſt ad abſoluendum, & ſine qua abſolutio eſt nullius momenti. Quo circa verba illa, quæ in antiquioribus Bullis leguntur, fuerint in eis appoſita ad maiorem declarationem, nõ quia neceſſaria eſſent, ita vt illis non additis, abſolutio valida eſſet. Imò hodie ceſſat omnis difficultas per decretum Clem. VIII. quod ſupra retulimus de verbo ad verbum in præcedenti §. in illis verbis: *Præterea nouerint pœnitentes, abſolutionem, ſi quam obtinebunt contra huiuſmodi prohibitionem, eſſe nullam, nullúſque roboris, & momenti*.

ADDITIO.

a Craſſa. Hanc eandem ſententiam tenet Bonac. hîc diſp. 1. q. 22. pun. 3. num. 4. contra Alter. hoc eodem loco, clauſ. 3. diſp. 22. c. 3. verſ. Hinc infertur, Suar. de cẽſ. diſp 4. ſec. 10. Nau. in Man. c. 27. nu. 74. & alios. Abb. Alex.

b Metu. Adde Anton. de Souſa hîc, num. 3. & Bonac. hoc eodem §. diſp. 1. q. 22. pun. 3. num. 5. Abb. Alex.

An abſoluens à caſibus in noſtra Bulla contentis, non autem à cenſuris, in prædictam excommunicationem incidat. Q. 4.

SVMMARIVM.

5 *Ex diuerſis, non fit illatio.*

2 *A verborum forma non eſt recedendum ſine certa ſciẽtia.*

3 *Abſolui quis non poteſt à peccatis, priùs quàm ab excommunicatione.*

4 *Lex vna, per aliam declaratur.*

IN hac difficultate pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia fuit Vgol. in explic. huius §. ſub nu. 3. in ver. Tertiò in excommunicationem, dicentis, abſolutionem à caſibus Bullæ, & non ab eiuſdem cenſuris, excommunicationem iſtam non contrahere.

Probat ſuam ſententiam, quia vi huius §. ex-
1 municãtur abſoluẽtes à cenſuris noſtræ Bullæ, & peccatorum in eo non fit mentio: vt conſtat ex illis verbis: *Talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum aliquem abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint*: Ergo abſoluentes à caſibus, dictam cenſuram non incurrunt: quia excommunicatio, nõ eſt caſus. Etenim excommunicatio, eſt pœna: caſus autem eſt culpa. Vnde à diuerſis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minor. Tantò fortiùs quia ſi Roman. Pontifex voluiſſet abſoluentes à culpa comprehendere, expreſsiſſet, ſicut fecit de excommunicatione: ar. tex. in cap. ad audientiam, de decim. eo
2 quòd, vt alibi Glo. in ver. Intelligeremus: à verborum

borum forma non eſt recedendum ſine certa ſcientia. Et eo maximè in pœnalibus, vt in caſu, de quo agitur, in quibus non ſit extẽſio, c. odia, de regul. iur. in ſexto, & Glo. in clem. 1. ver. à canone, de priuil.

a His tamẽ non obſtantibus, cõtrariam a ſen-
3 tentiam puto probabiliorem eſſe, quam tenet Alter. in explic. eiuſdem §. c. 3. col. 5. in ver. Ad hanc dubitationem: dum exiſtimat locum eſſe huic cenſuræ, non ſolùm quando impenditur abſolutio ab excõmunicatione; verùm etiã vbi quis de facto abſoluitur à peccatis in noſtra Bulla damnatis; & vltra grauem culpam, quam cõtrahit ſic abſoluens cũ ſeipſum, & peccatorẽ decipiat, abſolutio nulla eſt, cũ non valeat quis à peccatis abſolui, priuſquam à cenſura excommunicationis; quoniam excõmunicatus, etiam minori excommunicatione, Sacramentorum participatione priuatus eſt, c. ſi celebrat, de cler. excom. miniſtr. & latè Nau. in c. fratres, de pœn. d. 5. ſub nu. 38.

Hæc ſententia probatur primò: quoniam iſte
4 §. refertur ad præcedẽtem, in quo agitur de abſolutione à caſibus noſtræ Bullæ: ſed in hoc §. ſtatuitur excõmunicationis pœna præſumentibus abſoluere contra tenorem præſcriptum in præcedenti §. ergo abſoluens à peccatis Bullæ tantùm, & non ab eiuſdem cenſuris in excommunicationẽ incidit: quoniã vna lex per aliam declaratur, l. vt gradatim, ff. de muner. & honor. l. fin. C. qui teſtam. fac. poſſ. Erenim io præcedẽti §. non magis agitur de abſolutione cenſurarũ, quàm peccatorum, ſed ſimpliciter dicitur: *Cæterum à prædictis ſententijs nullus per alium, &c.* Et in fine Bullæ Clemen. VIII. quam explicat ipſe Vgolin. apertè fit mentio de caſibus, in illis verbis: *Niſi in eis etiam caſus præſentibus literis expreſſi comprehendantur.*

Secundò probatur, quia in hoc §. non alligãtur illi, qui abſoluunt à cenſuris, vel ab excommunicationibus Bullæ, ſed qui abſoluũt laqueatos excommunicationibus: vt patet in illis verbis: *Talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, &c.* Quocirca non tractat de abſolutione ab excommunicatione, vel à peccato, ſed loquitur de abſoluentibus excommunicatos, & anathematizatos vi huius Bullæ; ergo nulla ratio aſſignari poteſt, cur magis iſte §. intelligeodus ſit de abſolutione ab excommunicatione, & non à peccato; eo magis, quia eadem ratio militat in abſolutione à peccato, & in abſolutione ab excommunicatione, cùm non minus peccatum, quàm cenſura, reſeruata ſint in Bulla cœnæ.

Ad contrarium igitur patet reſponſio ex dictis.

ADDITIO.

a Contrariam. Adde, quòd Bonac. in explicatione huius §. diſp. 5. quæſt. 22. puo. 3. ſub nu. 6. in ver. Dixi. Licèt valdè probabilem putet iſtmc ſententiam; probabilem tamen putat cõtrariam. Sed quia noo ſoluit contraria, in praxi puto noo eſſe recedendum ab opinione, quam cum Alter. tenet Duard. Abb, Alexand[illegible]

An Religioſus conuerſus, qui Ordinem non habeat, Monialis, aut laicus abſoluentes à dictis cenſuris, incidant in cenſuram noſtri §. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *De facto dicitur fieri, quod cõtraria iuris diſpoſitionem agitur.*

2 *Religioſi conuerſi, moniales, aut laici abſoluentes à cenſuris Bullæ cœnæ, in excommunicationem non incidũt.*

3 *Laici, & fœminæ, licèt de iure diuino, & poteſtate abſoluta Rom. Pontificis ſint capaces iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, atque adeò abſolutionis à cenſuris: de iure tamen communi ſunt omnino incapaces.*

IN hac re videtur prima facie dicendum prædictas perſonas temerè abſoluentes à cenſuris in noſtra Bulla contentis, incidere in excommunicationem noſtri § Probatur: quoniam laici non ſunt incapaces iuriſdictionis abſoluendi à cenſuris, ſi talis facultas à Romano Pontifice ipſis tributa fuerit: ſicut etiam, & fœmina. Imò hanc facultatem in articulo mortis conceſſam cenſeri laicis, tenent Gloſ. in c. paſtoralis, §. præterea, in ver. præterquam in mortis articulo, vbi etiam Panorm. num. 21 de offic. ordin. & in c. à nobis, il 2. in ver. Non potuerit, & ibi quoque Paoor. nu. 10. de ſent. excom. D. Anton. 3. p. tit. 17. c. 4. §. ſeptimus caſus. Angel. in ver. Abſolutio, nu. 17. tab. 10 ver. Abſolutio 2. n. 8. ver. Quæritur quintò: Syl. in ver. Abſolotio 5. nu. 8. ver. Imò in dicto caſu: Oldrad, conſ 94. Ripa de peſte, cap. de priuil. iud. c. peſt. num. 46. & alij, ergo abſoluere ſi præſumant perſonæ huiuſmodi à prædictis cenſuris, in prædictam excommunicationem incidunt.

Confirmatur, quoniam ſuppoſito, quòd laici, & fœminæ hãc facultatẽ de iure non habeãt, ſi abſolutionem huiuſmodi impẽdant, proculdubio de facto abſoluere præſumũt: quod vi huius §. expreſsè prohibetur: vt patet ex illis verbis: *De facto præſumpſerint*: nã de facto dicitur fieri, quicquid contra iuris diſpoſitionem agitur.

a His tamen non obſtantibus, cõtrariam a ſententiam puto veriorem eſſe, quam tenet Vgol. in explicat. huius §. ſub nu. 3. in ver. Poſtremò in excommunicationem.

Probatur primò, quoniam materia iſta non
2 cõuenit laicis, ac mulieribus, cùm de iure ſolùm clerici ſaltem prima tonſura initiati, ſint iuriſdictionis Eccleſiaſticæ capaces: vt in c. decernimus, de iud. atque ideò cum de iure clericis tãtùm facultas excommunicandi, ac abſoluendi tribui poſſit: vt latè probat Sayr. lib. 2. Theſaur. tom. 1. c. 21. ſub n. 1. ob id Romanũ Pontificem de laicis, ac fœminis ſenſiſſe, exiſtimandum non eſt ar. tex. in l. ſi vno, ff. loc.

Secundò vi huius §. excommunicatur, quis huiuſmodi excõmunicationum abſolutionem impendũt: ergo non comprehenduntur laici, & fœminæ: quoniam huiuſmodi perſonæ non dicuntur abſolutiones impendere, cum facultatis huius de iure ſint incapaces: ſed potius abuti.

Beneuerum eſt, quòd ſi laicus, aut fœmina, à Rom. Pontifice ab alijs cenſuris abſoluendi facultatẽ habeat, & ea auctoritate confiſus à cenſuris

furis noſtræ Bullæ abſolueret, tunc in prædictã excommunicationem incideret: quoniam temerè, ac præſumptuosè id ageret.

Reſtat, vt contraria reſpondeamus.

3 AD primum reſpondetur, quòd laici, & fœminæ licèt de iure Diuino, & poteſtate abſoluta Romani Pontificis ſint capaces iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, atque adeò abſoluendi a cenſuris: tamen de iure ſunt omnino incapaces, vt in d. c. decernimus, de Iudic. & propterea de ipſis loqui Romanum Pontificem, præſumendum non eſt. Et quamuis nonnullorum ſit opinio, vt laicus in articulo mortis facultatem abſoluendi ab excommunicatione habeat: vt patet ex Doctoribus ſupra citatis; nihilominus incontrarium eſt vera, & communis opinio, vt probat Sayr. loco citato, nu. 4. & nos latius diximus ſupra §. 2. q. 5. Quod ſi laicus hanc facultatem, in articulo mortis habere exiſtimãs iuxta prædictorum Doctorum ſententiam, excommunicatum in vltimis conſtitutum abſolueret, tunc puto in nullam excommunicationem eum incidere: eo quòd non temerè, ac præſumptuosè; ſed bona fide dicitur abſoluere, cum de iure id poſſe exiſtimauerit.

Ad confirmationem dicimus, quòd licèt laici ſic abſoluentes dicantur de facto abſoluere, cum de iure poteſtatem hanc non habeant; tamen non præſumitur Rom. Pontificem de illis ſenſiſſe, vt ſupra diximus: & eo magis, quoniam hoc euentu laici non dicuntur abſolutionem præſtare, ſed abuti: vt habetur ex Zabr. in clem. 1. num. 1. q. 5. ver. Ex hoc inſertur de priuileg. quem refert, & ſequitur Vgolin. loco citato.

ADDITIO.

4 Cõtrariam. Adde Anton. de Souſa hîc c. 24. diſp. 100. n. 4. & Bonac. in explicatione huius §. q. 22. pun. 3. n. 3. diſp. 1. Abb. Alex.

COMMENTVM

In §. Quartum Bullæ in Cœna Domini.

DEclarantes, ac proteſtantes quamcumque abſolutionem, etiam ſolemniter per nos faciendam prædictos excommunicatos ſub præſentibus comprehenſos, niſi prius à præmiſſis cum vero propoſito vlterius ſimilia non committendi, deſtiterint: Ac quoad eos, qui contra Eccleſiaſticam libertatem, vt præmittitur, ſtatuta fecerint, niſi prius ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, & decreta huiuſmodi publicè reuocauerint, & ex Archiuijs, ſeù capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur deleri, & caſſari, ac Nos de reuocatione huiuſmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter ſuffragari, quin etiam per huiuſmodi abſolutionem, aut quoſcunque alios actus contrarios, tacitos, vel expreſſos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam noſtram, vel ſucceſſorum noſtrorum quantocumque tempore continuatam, in præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac quibuſcumque iuribus Sedis Apoſtolicæ, ac S. R. E. vndecunque, & quandocũque quæſitis, vel quærendis, nullatenus præiudicari poſſe, aut debere.

THEx. diuiditur in tres partes ſecundum triplicem proteſtationem, quam in ſe continet. Nam prima proteſtatio eſt, vt nulla abſolutio quantumuis ſolemnis, profit ijs, qui cenſuras præſentis Bullæ contraxerint, niſi prius, cum verò propoſito vlterius ſimilia non committendi ab his omnibus delictis deſtiterint. Secunda proteſtatio eſt, vt nulla abſolutio profit ijs, qui contra libertatem Eccleſiaſticam ſtatuta fecerint, niſi huiuſmodi ſtatuta publicè reuocauerint, & de ſuis capitularibus ea deleuerint, & de tali reuocatione S. Pontificem certiorem fecerint. Tertia proteſtatio eſt, vt neque per vllam abſolutionem, etiam Sedis Apoſtolicæ, neque per quoſcunque actus contrarios, tacitos, vel expreſſos, neque per tolerantiam, aut patientiam eiuſdem Sedis quantocumque tempore continuatam, præiudicetur vllatenus iuribus Sedis Apoſtolicæ. Secũda ibi: Ac quod tertia ibi; Quin etiam

Ibi (*Declarantes, ac proteſtantes.*) An declarare, ac proteſtare, inter ſe differant. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio, à proteſtatione differt, ſicut genus à ſpecie: nam declaratio non ſolùm ad propriam, ſed etiam ad alienam intentionem refertur: proteſtatio verò ad propriam tantùm.*

2 *Qui declarat, nihil noui facit.*

1 REſpondetur affirmatiuè. Nam declarare in plus ſe habet, quàm proteſtari. Declaratio enim nõ modò ad propriam, ſed etiam ad alienam intentionem refertur, iuxta illud Pſal. 18. *Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.* At verò proteſtatio eſt tãtum animi noſtri declaratio, iuris acquirendi, vel conſeruandi, aut damni depellendi cauſa facta: ſeù animi

mi agentis expreſſio; vt in c. conſulti, de Regul. l. ſi duo, §. cum inquilinus, ff. vti poſſid. Vnde declaratio ſe habet ad modum generis, quamcunque explicationem ſub ſe continens. Proteſtatio verò, eſt quędam declarationis ſpecies. Et licet teſtatio ſit nomen generale, quamcunque animi ſui ſententiæ declarationem ſub ſe comprehendens: vnde teſtamentum ex eo dicitur, quòd teſtatio mētis, §. 1. in inſt. de teſtam. tamen teſtatio in ſpecie ſumpta dicitur, quę coram teſtibus fieri ſolet, quæ proteſtatio propriè nuncupatur; de qua latè Bar. in l. non ſolum, §. morte, ff. de nou. oper. nunc.

Vtitur igitur Romanus Pontifex in hoc ca-
2 none verbo: *Declarantes*, ad denotandum, quòd non vult inducere nouum ius, ſed exponit id, quod antiquo iure ſtatutum eſt. Nam qui declarat, nihil noui facit, l. hęredes palam, ff. de teſtam. c. cum tu, de vſur. & Panor. in c. ex parte, num. 4. de conſuet. In omni autem excommunicatione, vt quis ab ea abſoluatur; exigitur de iure, vt à crimine deſiſtat, cuius gratia in excōmunicationem incidit: & ſi tractetur de excōmunicato ex cauſa promulgationis ſtatutorum contra libertatem Eccleſiaſticam, de iure non debet abſolui, niſi ſtatuta huiuſmodi antea reuocauerit, & ex capitularibus deleri, & caſſari fecerit, vt in c. nouerit, de ſent. excom.

Addit verbum: *Proteſtantes*, vt oſtendat ipſe S. Pontifex ſe id maximè affirmare, & quocunque meliori modo notificare: ar. tex. in c. cum quis, de dol. & contum. in 6. atq; adeò his verbis vult ſignificare, abſolutionem datam à Romano Pōtifice nihil prodeſſe laqueatis cēſuris noſtrę Bullę, niſi prius à criminibus, pro quibus in cenſuram iſtam inciderint cum verò propoſito vlterius ſimilia non committendi de ſtiterint, ac apud eos, qui contra libertatem Eccleſiaſticam ſtatuta fecerint, niſi prius ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, & decreta huiuſmodi publicè reuocauerint, & ex Archiuijs, ſeù capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri, caſſari, ac ipſum Romanum Pontificem reuocatione huiuſmodi certiorem fecerint.

Ibi (*Etiam ſolemniter,*) Quænam excommunicationis abſolutio dicatur ſolemnis, & quæ minus ſolēnis: quomodo conueniant, & differant inter ſe. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio ab excommunicatione ſolemnis, dicitur illa, quæ publicè fit, ac ſolemniter, mediantibus nonnullis cæremonijs.*

2 *Abſolutio ab excommunicatione non ſolemnis, eſt illa, quæ ſolo verbo quocunque modo abſolutionem ſignificante, vel litteris, aut per procuratorem impenditur, abſque ſolemnibus abſolutionem vequiſitis.*

3 *Abſolutio ab excommunicatione, ſiuè ſolemnis ſit, ſiuè non ſolemnis, vtraque prærequirit ab excommunicato cautionem ſaltem iuratoriam de parendo mandatis Eccleſiæ, ſiuè abſolutio impendatur in articulo, ſiuè extra mortis articulum, & ſi abſolutio tribuenda eſt ab excommunicatione pro hæreſi, ſiuè publica ſit, & ſolemnis, ſiuè priuata, prærequirit etiam abiurationem.*

4 *Abſolutio ab excommunicatione tàm ſolemnis, quàm non ſolemnis prærequirunt ſatisfactionem pro manifeſta offenſa, ſeù contumacia: quæ quidem ſatisfactio ſatis eſt ſi in pecunia fiat offenſam paſſo: aut Monaſterio, ſi monacho fueris illata.*

5 *Monachus non poteſt iniuriam ſibi illatam remittere, ſed Monaſterium.*

6 *Abſoluere non debet Confeſſarius in foro conſcientiæ excommunicatum, qui ſibi confeſſus fuit iniurias, niſi prauia ſatisfactione, quamuis iniuria non fuerit manifeſta.*

7 *Satisfactio prærequiſita ſi omittatur, an abſolutio ab excommunicatione ſit valida.*

8 *Manifeſta, ſcia notoria offenſa dicitur, quæ conſtat, vel per confeſſionem partis, vel per res euidentiam; vel per legitimam probationem in iudicio.*

9 *Manifeſta contumacia, quænam dicitur.*

10 *Abſolutio ab excommunicatione ſiuè ſolemniter impendatur, ſiuè non ſolemniter, quibus caſibus valeat, nulla prauia ſatisfactione.*

11 *Abſolutio, tam ſolemnis, quàm non ſolemnis exigunt ſponſionem de non contraueniendo in futurum canoni, contra quem faciendo quis incidat in cenſuram non tamen reddatur nulla, ſi omittatur: excepta abſolutione à cenſuris Bullæ cœnæ.*

12 *Abſolutus quis poteſt ab excommunicatione, etiam inuitus, & durante eius contumacia: ignorans, & inſcius.*

13 *Pœna ſicut infligitur in inuitum, ita etiam tolli poteſt ab inuito.*

14 *Propoſitum non contrauenendi in futurum, nec ſimilia committendi, adeo prærequirit abſolutus a cenſuris in Bulla cœnæ contentis, vt ſi omittatur, inualida ſit abſolutio.*

15 *Abſolutio, tam ſolemnis, quam non ſolemnis, prærequirunt petitionem abſolutionis ab excommunicatione, non de neceſſitate, ſed de conuenientia.*

16 *Abſolutio tam ſolemnis, quam non ſolemnis, debent eſſe ſpontanea: atque adeò ritra omnem metum, radentem a in conſtantem virum.*

17 *Abſolutio ab excommunicatione Bullæ cœnæ, contracta ob ſtatutum editum contra libertatem Eccleſiaſticam, ſiuè ſolemnis ſit, ſiuè non ſolemnis, vtraque prærequirit ſtatuti reuocationem, & quod de ea certior fiat Romanus Pontifex: alias nulla erit, atque inualida.*

18 *Abſolutio ab excommunicatione non poteſt ferri in mortuum, ſiuè ſolemniter, ſiuè non ſolemniter feratur.*

19 *Abſolutus ab excommunicatione mortuus propriè non dicitur, ſed declaratur abſolutus.*

20 *Abſolutio ab excommunicatione non debet ferri poſt mortem, ſi fueris occulta.*

21 *Abſolutio, tam ſolemnis, quàm non ſolemnis, impendi poſſunt purè, aut ſub conditione.*

22 *Abſolutio Sacramentalis a peccatis, tur ferri non poteſt ſub conditione de futuro.*

23 *Actus legitimi, an aliquando diem recipiant, vel conditionem.*

24 *Abſolutio ab excommunicatione ſub conditione de præſenti, an poſſit impendi.*

25 *Abſolutionem petens ad cautelam, non cenſetur confiteri ſe eſſe excommunicatum.*

26 *Abſolutio, tàm ſolemnis, quam non ſolemnis, ferri poſſunt cum reincidentia.*

27 *Abſolutio a cenſuris Bullę cœnę in articulo mortis, ſiue ſolemniter, ſiue minus ſolemniter impendatur, ſemper cenſetur impenſa cum reincidentia.*

28 *Abſolutio cum reincidentia, non poteſt dari ad aliquē determinatū effectū, quia iſta non dicitur propriè abſolutio.*

29 *Ab-*

29 *Abſolutio ab excommunicatione tàm ſolemnis, quàm non ſolemnis, tollit cenſuras oblitas, & culparum reſeruationem, dummodo vtraque ſit generalis, & lata à poteſtatem habente; etiam ſi excommunicatus aliquam malitioſè non expreſſerit.*

30 *Abſolutio tàm ſolemnis, quàm non ſolemnis, ferri poteſt quibuſcunque verbis, quæ excommunicatum ab excõmunicationis vinculo abſolutum ſignificent.*

31 *Abſolutio ſolemnis differt ab abſolutione non ſolemni: quia prior impendi poteſt a Sacerdote tantùm: poſterior verò, ſatis eſt, ſi feratur a clerico: Imò ferri poteſt a laico ex delegatione Romani Pontificis.*

32 *Abſolutio ſolemnis exigit præſentiam excommunicati abſoluendi: non ſic abſolutio non ſolemnis.*

33 *Abſolutio non ſolemnis, tribui poteſt ſub conditione de præſenti ad tutelam, & cum reincidentia ad aliquem determinatum actum: at abſolutio ſolemnis, non item.*

REſpondetur, quòd ſolemnis abſolutio ab excommunicatione, vt colligitur ex Sayr. lib. 2. Theſ. tom. 1. c. 18. nu. 17. & aliis, quos ipſe refert, dicitur illa, quæ fit publicè, ac ſolemniter, mediantibus ſequentibus cæremonijs, præmiſſa tamen ſatisfactione, ſeù cautione, & aliis, quæ ſupra §. 2. q. 9. annotauimus, & infra, Deo duce, latius dicemus. 1

Primò enim requiritur, vt excommunicatus ante pedes eius, à quo eſt abſoluendus, flexis genibus proſternatur.

Secundò, quòd abſoluens ſit Sacerdos, vt cõtra Couar. tenet Sayr. cum communi ſententia lib. 2. Theſ. tom. 1. c. 21. ſub nu. 5. in fine: & indutus ſuperpelliceo, & ſtola, vnum ex ſeptem pſalmis pœnitentialibus recitet.

Tertiò, vt dum abſoluitur ipſe excõmunicatus, eius ſcapulæ nudatæ, ſi abſoluenti viſum fuerit expedire, flagello ſemel in quolibet verſu percutiãtur: magis, vel minus lenius, aut acrius, iuxta quantitatem contumaciæ; niſi abſoluenda ſit mulier, quæ non percutitur, nec denudatur. 2

Quartò poſt pſalmum recitatum dicitur Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon, & ſequentes verſus, & Oratio. ℣. Saluum fac ſeruum tuum; vel ancillam tuam, ſi ſit fœmina, quæ ſit abſoluenda: vel ſeruos, aut ancillas, ſi ſint plures. ℟. Deus meus ſperantem, ſeù ſperantes in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo, in ea, ſeù in eis. ℟. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere ei, vel eis. ℣. Eſto ei, vel eis turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Deus, cui propriũ eſt miſereri ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, & hũc famulum tuũ, vel tuam, aut tuos, ſeù tuas, quem, ſeù quã, quas, aut quos excommunicationis catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis abſoluat.

Hac oratione recitata, dicuntur hæc verba, ſeù æquipollentia ab ipſo abſoluente. Auctoritate omnipotentis Dei, & Beatorum Apoſtolorũ Petri, & Pauli, & Eccleſiæ Sanctæ ſuæ, & noſtra, vel mihi commiſſa, Ego te, aut vos abſoluo ab omni vinculo maioris excommunicationis, in quam ob hanc, vel illam cauſam incurriſti, ſeù incurriſtis, & reſtituo te, vel vos Sacramẽtis Eccleſiæ, & communioni fidelium, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Deinde abſolues, eius, qui abſolutus eſt, dextera manu apprehẽſa, in Eccleſiam illum inducit, reddendo ei fidelium communionem, & abſolutum denunciat.

Adde etiã quòd quando Epiſcopus vult aliquem ſolemniter abſoluere, pontificijs veſtibus indutus vna cum duodecim Preſbyteris debet ad Eccleſiæ ianuas ſe conferre. Et ſi eſt Papa, Pontificio ornatu, & duodecim Epiſcopis, pontificijs quoque veſtibus ornatis, qui eos hinc, & inde circumſtare debent: excommunicatus ad terram proſtratus veniam poſtulet, de futurus caueat modo ſupradicto, & deinde Epiſcopus, ſicũ Papa eodem modo abſolutionem impendat, & reliqua, quæ ſupra diximus, faciat: vt habetur ex tex. in c. cùm aliquis, 51. q. 3. Hæc de abſolutione ſolemni. 2

Abſolutio verò nõ ſolemnis dicitur illa, quæ ſolo verbo, quocũque modo abſolutionem ſignificante, vel litteris, aut per procuratorẽ impenditur, prædictis ſolemnitatibus in ea non interuenientibus. Quæ quidem abſolutio etiam à Clerico prima tantùm tonſura initiato impẽdi poteſt, vt infra Deo duce, dicemus, §. 4. q. 5.

Cõueniunt prædictæ abſolutiones in multis, & in multis differunt. Cõueniunt inquam primò, quia tam abſolutio ſolemnis, quàm minus ſolemnis, & priuata prærequirũt ab excommunicato cautionem, ſaltem iuratoriam de parendo mandatis Eccleſiæ, & hoc ſiuè quis abſoluatur in articulo mortis, ſiuè extra mortis articulum: & ſi abſolutio tribuenda ſit ab excommunicatione contracta pro crimine hæreſis, tàm publica, & ſolemnis, quàm priuata prærequirunt abiurationem iuxta ea, quæ ſupra annotauimus, §. 2. Etenim hæc omnia exigunt abſolutiones ab excommunicationibus extra noſtram Bullam: vt in c. ex tenore, c. de cætero, & c. cum deſideres, de ſent. excom. & de abſolutione ab excommunicatione pro crimine hæreſis habetur in tex. in c. Berengarius, de conſecr. d. 2. Nec iura illa diſtinguunt de abſolutione ſolemni, & minus ſolemni: ergo idem ius dicitur vtriuſque quoniã lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi; & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. 3. §. generaliter, ff. de leg. præſt. & l. de pretio, ff. de publ. in rem act. 3

Secundò, Cõueniunt: quia vtraque abſolutio prærequirit ſatisfactionem ob manifeſtã offenſam, aut manifeſtam contumaciam. Vnde, ſi quis publicè manus in Epiſcopũ iniecerit contra can. 15. noſtræ Bullæ, non eſt abſoluendus, niſi præuia ſatisfactione. Etenim hoc idem ſeruarur in abſolutione ab alijs excommunicationibus huiuſmodi. Quapropter, ſi quis clericũ, aut monachum publicè percuſſerit, niſi prius ſatisfaciat, non debet abſolui: quæ quidem ſatisfactio ſatis eſt, ſi pecunia fiat. Et ſi iniuria Monachus fuerit affectus, ſatisfactio facienda eſt Monaſterio, aut etiam ipſi Monacho, cui contumelia fuit illata. 4

Non tamẽ poteſt Monachus iniuriam remittere, ſed Monaſterium: & ſi remittat, remiſſio illa nullam vim habet. Pro clerico verò ſæculari percuſſo, eidem facienda eſt ſatisfactio, niſi clerici percuſſio in Eccleſiæ redunderet iniuriam. Ita Panor. in c. Parochianos, de ſent. excom. & Sayr. lib. 2. Theſ. tom. 1. c. 18. n. 9. Quod quidem verum eſt, non modò in foro exteriori, ſed etiã 5

in

in foro interiori: & non modò regulariter; verſi etiam vbi abſolutio in forma Iubilæi foret impendenda: quoniam licèt in eo de illa non fiat mentio, ſubintelligitur: eo quòd Roman. Pontifex ſuis Bullis præiudicare parti non cẽſetur.

Imò quamuis in foro exteriori offenſa non
6 ſis manifeſta; nihilominus ſi excommunicatus confiteatur offenſum, pro qua ſatisfacere tenetur, Confeſſarius non debet illum abſoluere in foro conſcientiæ, niſi præuia ſatisfactione: quia confeſſio facta Sacerdoti, offenſam illam manifeſtam facit, & offenſio ipſa pro manifeſta habetur: & proinde ſi ſatisfactio illa omittatur, abſolutio illa nulla, & irrita cenſetur à Sayr. & ab alijs quos ipſe refert lib. 2. Theſ. c. 20 n. 33. & 34. Quamuis Suar. de cenſ. diſp. 7. ſec. 5. num. 43. dicat ſenſẽ tiam iſtâ eſſe nimis rigoroſam: & ideò
7 putat, quòd quãdo per Bullam expreſsè prærequiritur ſatisfactio, tũc ſi non fiat, irrita eſt abſolutio: ſi autẽ à Bulla, vel à iure nulla fiat mentio ſatisfactionis, ſi nõ præmistatur, licèt grauiter peccet abſoluens; abſolutio tamen inuſta dicitur. non autem irrita, & nolla.

Appellatur autem pro offenſa quis excom-
8 municatus, cum iuſſus aliquid facere non fecit. Et manifeſta, ſeù notoria nuncupatur offenſa, quæ conſtat, vel per cõfeſſionem partis, vel per rei euidentiam, vel per legitimâ probationem in iudicio. Vnde ſi quis fuerit excommunicatus, quod iuſſus reſtituere, nõ reſtituit, & nolle teſtisuere manifeſtè reſpõdit; is dicitur ob ma-
9 nifeſtam cõtumaciam, excommunicatus: & aduerſario de expenſis prius debet ſatisfacere, & præſtare cautionem de ſtando iudicio: vt in c. ex parte, il 5. de verb. ſignif. c. venerabilibus, §. porrò, verſ. Similiter: & c. ſolet, §. prima igitur dubitatio, de ſent. excom in ſextò: latè Sayr. lib. 2. Theſ. c. 18. tom. 1. nu. 7. Hæc, quæ diximus, in-
10 telligenda ſunt de abſolutione præſtanda extra mortis articulum: nam ſi in articulo mortis cõtingat abſolutionem impendi, tunc ſatis eſt iuratoria cautio de ſtando mandatis Eccleſiæ, ac ſatisfaciendo, iuxta ea, quæ ſupra diximus, § 2.

Immò non ſolùm in articulo mortis, verum etiam extra mortis articulũ tribui poteſt abſolutio excommunicato pro quacunque cauſa, in non nullis caſibus. quos colligũt Caiet. in ſum. in ver. Excommunicationis abſolutio: Henriq. lib. 11. de excom. c. 28. §. 2. Couar. Nau. Vgol. & alij, quos refert Sayr. loco citato num. 19. & plu. ſeq. nulla præcedente reali ſatisfactione. Quo circa abſolui poteſt excommunicatus etiam ob manifeſtam iniuriam, non præuia ſatisfactione; vbi non eſt ſoluendo, nec alio modo ſatisfacere poteſt: vt vltra citatos Doctores ſupra probauimus, §. 2. & in omni euentu, quo præuia ſatisfactio requiritur ad obtinẽdam abſolutionem, ſi ſatisfactio tribui non poteſt ſine maximo incomodo, ac damno pœnitentis, & poteſt differri abſque alterius damno, tunc pœnitens ipſe præſtando cautionem rectè abſoluitur: vt in d. §. 2. etiam diximus. Sic etiam quando pars, & Iudex abeſſent: tunc confeſſarius, ſi abſoluendi facultatem habeat, poteſt excommunicatum abſoluere ſub pignoratitia, vel fideiuſſoria, aut ſi aliter non poſſit, ſub iuratoria cautione. Idem dicendum eſt in omni alio euentu, vbi ſatisfactio eſt impoſſibilis: quia ad impoſſibile nemo tenetur, l. impoſſibilium, ff. de reg. iur. ſic etiam ſeruandum eſſe dicimus, quando longius tempus exigitur, vt quis id exequatur, pro quo excommunicatus eſt: quapropter ſi quis templum conſtruere tenebatur, & non conſtruxit, & ob eam cauſam excommunicatus eſt, tunc poteſt abſolui, antequam conſtructum ſit ædificium. Ita Sayr. ibi cum alijs ab eo allegatis.

Tertiò conueniunt: quia vtramque abſolu-
11 tionem præcedere debet ſponſio de noo contraueniendo in futurum canoni, contra quem faciendo quis incidit in cẽſuram, vt in c. ex parte, de verb. ſignif. & c. ſolet, de ſent. excom. in 6.

Non tamen arbitror abſolutionem reddi in-
12 ualidam ex defectu talis promiſſionis, cùm regulariter abſolui ab excõmunicatione quis valeat, etiam inuius, & adhuc durante ipſius contumacia, ignorãs, & inſeius: vt benè docet Suar. eum Doctoribus, quos allegat diſp. 7. de cenſu. ſec. 7 nu. 5.

Ratio autem hæc eſt, quia cenſura nõ eſt cul-
13 pa, ſed eſt pœna; & ideò ſicut pœna infligitur in inuitum; ita etiam tolli poteſt ab inuito. Quod quidem aliqui limitant in excommunicatione lata ob crimen hæreſis, vel à iure: quod an ſit verum, declarat ibi Suar. & Say. lib. 2. Theſ. c. 21. nu. 5. & ſeq.

Beneuerum eſt, quòd licèt ſponſio de non-
14 contraueniendo in futurum, ſi omittatur, non per hoc vitiatur abſolutio impenſa tàm ab excommunicationibus noſtræ Bullæ, quàm à quibuſcunque alijs; tamen abſolutio ab excommunicationibus ipſius Bullæ adeò exigit propoſitum ex parte excommunicati non contraueniendi canoni in futurum, nec ſimilia committendi, vt ſi non habeatur tempore abſolutionis, abſolutio ipſa nulla eſt: vt conſtat ex illis §. verbis: *Cum verò propoſito, &c.* & infra Deo duce, latiùs dicemus, q. ſequenti.

Quartò conueniunt: quoniam abſolutio tàm
15 ſolemnis, quàm non ſolemnis prærequirũt petitionem abſolutionis ab excommunicatione: non quia hoc ſit de ſubſtãtia, cùm poſſit aliquis etiã inuitus abſoluj, vt ſupra diximus: ſed quoniam ad conueniẽtem, debitumque abſoluendi modum ſic expedit. Ita Suar. diſp. 7. ſec. 10. nu. 2. & Sayr. lib. 2 Theſ. c. 20. nu. 6.

Quintò conueniunt: quia vtraque abſolutio
16 debet eſſe ſpontanea ex parte abſoluentis: nam ſi abſolutio fraudulenter, vi, aut metu eadente in conſtantem virum ſit extorta, nulla eſt, ex defectu voluntarij conſenſus: vt in c. vnico, de his, quæ vi met. c. fin. in ſextò. Eſt tamen aduertendum, quòd talis vis, aut metus oportet, vt fiat ad homine, & per iniuriam inferatur: quapropter ſi vis conſiſtat in denegãdis beneficijs gratuitis dumtaxat, vel in pura, & iuſta defenſione, illa ſatis non eſt: nec metus ille conceptus poteſt dici eadeos in conſtantem virum: vt probat Suar. de cenſ. diſp. 7. ſec. 6. num. 12. cum ſeq. & Sayr. lib. 2. Theſ. cap. 21. num. 30. tom. 1. vbi num. 31. addit, quòd qui ſic per metum, aut vim abſolutionem extorquet, nõ ſolùm à priori abſolutione non abſoluitur, ſed etiam in nouam excommunicationem incidit contentam in d. c. vnico, de his, quæ vi met. cap. fin. in ſextò. Hoc idem docet Azor. lib. 1. Inſt. moral. p. 1. c. 11. q. 6. caſu 5.

Sextò

Sextò conueniunt: quoniam si contingat aliquem, excõmunicationem can. 15. noſtræ Bullæ contraxiſſe, ex eo quòd contra libertatẽ Eccleſiaſticam ſtatuta fecerit: ſiuè talis abſoluatur ſolemniter, & publicè: ſiuè minus ſolemniter, & priuatè, nunquã abſolutio valida erit, niſi prius ſtatuta ipſa publicè reuocauerit, & ex Archiuijs, ſeù capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata ſunt deleri, & caſſari, & de reuocatione huiuſmodi Romanum Pontificem certiorem fieri curauerit: vt patet in illis §. verbis: *Ac quoad eos, qui contra Eccleſiaſticam libertatem, &c.* Ratio autem hæc eſt; quoniam textus ſimpliciter loquitur de abſolutione, nec diſtinguit de ſolẽni, & minus ſolemni: ergo nec nos diſtinguere debemus: vt in l. de pretio, ff. de publ. in rem act. & tantò fortiùs, quia militat eadem ratio tàm in ſolemni, quàm in minus ſolemni abſolutione: ar. tex. in l. illud, ff. ad l. Aquil. 17

Septimò conueniunt: quia neutra abſolutio ferri poteſt in mortuum: quoniam Dominus ligandi, ac ſoluendi poteſtatem dedit ſuper terram: vt patet Matt. c. 6. Defunctorũ autem animæ ſunt, vel ſub terra, ſi in Purgatorio, aut in Inferno exiſtant: vel ſunt in Cœlo, quales ſunt Beatorum animæ. 18

Et quamuis videamus aliquem excommunicatum poſt mortem abſolui, ſi ſigna contritionis moriens oſtenderit illi nihilominus non dicitur vera abſolutio reſpectu defuncti, ſed declaratio abſolutionis: vt benè docet Suar. de cẽſur. diſp. 7. ſec. 1. nu. 7. & ſec. 7. nu. 3. vbi etiam ex Nau. ait, quòd ſi excommunicatio eſt occulta, excommunicatus non debet abſolui poſt mortẽ; quia ſi decẽſſit in gratia, eſt abſolutus apud Deum; & manifeſtare rem illam occultam, poteſt generare aliquam Infamiam. Beneuerum eſt, quòd ſi occultè id fieri poteſt, inquit, incongruum non eſſe. 19 20

Octauò conueniunt: quoniam vtraque abſolutio poteſt impendi purè, vel ſub conditione, tùm de præterito, tùm de futuro. De præterito, vt Abſoluo te ſi ſatisfeciſti: per quam abſolutionem, abſolutionis actus, ſeù effectus non ſuſpenditur, ſed abſolutio ſtatim ſuum ſortitur effectum; aut nulliter eſt impenſa: nam conditio illa, aut ita fuit, vel eſt ſicut proponitur, & tunc tranſit ſententia in abſolutam: quia propoſitio conditionalis conditione poſita æquialet abſolutæ: Aut conditio non eſt poſita in eſſe, & ſic abſolutio nulla redditur, ar. tex. in l. 5. vbi Bar. & alij, ff. de condit. & demonſt. De futuro denique poteſt impendi abſolutio, cum dicitur, vt aliàs diximus: Abſoluo te ſi ſatisfeceris: nam ſicut excommunicatio poteſt ferri ſub conditione: ita etiam abſolutio, cum vtraque ſit iuriſdictionis actus. Nec obſtat, quòd abſolutio Sacramentalis non poteſt dari ſub conditione de futuro: quoniam illa abſolutio pendet ex Chriſti inſtitutione, vt ſignificet actum preſentem: at verò abſolutio à cenſura, eſt ſententia humana introducta à iure poſitiuo. 21 22

Nec etiam vſſet dicere, quòd actus legitimi non recipiunt diem, neque conditionem, vt in regula, actus legitimi, ff. de regul. iur. quia ibi nõ ſtatuitur pro generali regula nullum actum legitimum poſſe fieri ſub conditione: quia aliàs nec cenſura, nec diſpenſatio, nec præceptum poſſent ſub conditione fieri. Immo hic abſoluendi modus non poteſt dici per ſe malus, ſi prudenter impendatur, cùm non reperiatur iure prohibitum, vt latè Suar. contra Nau. de cenſur. diſp. 7. ſec. 8. à nu. 3. ad 12. Dixi de præterito, vel futuro; quoniam de præſenti ſolemnis fortè non poteſt impendi, ſicut abſolutio ad cautelã; eo quòd abſolutio ſub conditione de præſenti ad cautelam datur, quando excommunicatio eſt dubia, vt, Abſoluo te ſi indiges, vel ſi es excommunicatus, quæ abſolutio eſt extraordinaria, & introducta ex benignitate Eccleſiæ in fauorem excommunicatorum, & ſub conditione impropria tributa, vt bene notat Io. Baptiſta Antonuc. in cathec. Neap. lib. 1. c. 19. verſ. Nota quòd ſi excommunicatio, vnde qui petit abſolui ad cautelam, non cenſetur confiteri ſe eſſe excommunicatum, nec præſumi poteſt veré excommunicatus; nam abſolutio ad cautelam, ad tutiorem animæ ſalutem tribuitur; vt habetur ex Sayr. lib. 2. Theſ. c. 9. num. 14. tom. 1. & cap. 17. per totum, Suar. de cenſur. diſp. 7. ſec. 8. num. 12. & quamplurimi alij Doctores allegati per ipſum. 23 24 25

Nonò conueniunt, quia vtraque abſolutio impendi poteſt cum reincidentia, vt niſi is, cui impẽditur abſolutio, infra certum tempus, hoc, vel illud faciat, aut non faciat in eandem cenſuram prorſus reincidat: iuxta ea, quæ habentur ex Couar. in c. Alma mater, p. t. §. 11. n. 5. de ſent. excom. in ſexto. 26

Immo abſolutio à cenſuris noſtræ Bullæ in articulo mortis, ſiue ſolemniter fiat, ſiue non ſemper cenſetur lata cum reincidentia, niſi vbi primum conualuerit abſolutus, Romanum Põtificem adeat; vt aliàs diximus per tex. in c. eos, de ſent. excom. in ſexto. 27

Non tamen puto abſolutionem cum reincidentia dari poſſe ſolemniter ad aliquem determinatum effectum; nempe vt beneficij collatio ſit valida; vel vt excommunicatus teſtimonium ferre poſſit, quia huiuſmodi non eſt propriè abſolutio; vt latè probat Suar. de cenſ. diſp. 7. ſec. 8. à nu. 16. ad 27. ſolemnis autem abſolutio dicitur verè, ac propriè abſolutio. 28

Decimo. Conueniunt; quoniam vtraque abſolutio tollit cenſuras oblitas; dummodo generalis ſit, & à poteſtatem habente data. Et conſequenter etiam tollitur culparum reſeruatio; vt habetur ex Nau. in Man. c. 26. nu. 13. Couar. in c. Alma mater, p. 1. §. 11. n. 12. cũ alijs Doctoribus, quos ipſi allegant. 29

Hinc ſequitur, quòd ſi quis fuerit confeſſus facultatem habenti abſoluendi ab omnibus cẽſuris reſeruatis, animo obtinendi abſolutionem ab omnibus, quibus alligatus eſſet, ſi obliuione inculpabili aliquam fortè prætermiſerit, ita ut in particulari eius abſolutionem non poſtulet: nihilominus ab omnibus remanet abſolutus, & conſequenter culpas illas oblitas, cenſuras reſeruatas habentes annexas, non eſſe amplius reſeruatas.

Dixi dummodo generalis ſit: deeſt quòd Iudex generaliter abſoluat ab omnibus cenſuris: quia ſi Iudex abſolutionem à particulari dumtaxat cenſura impenderet, non cenſetur excommunicatus ab oblitis excommunicationibus abſolutus; quoniam licèt in abſoluente ſit poteſtas; tamen

men in eo caſu non vtitur ad omnes cenſuras tollendas, quando autem abſolutionem generaliter impendit ab omnibus cenſuris, excommunicatus ipſe remanet abſolutus, etiam ſi fraudulenter, & ex propoſito, aliquas cenſuras exprimere prætermiſerit: dummodò iudicis intentio ſit abſoluendi à cunctis cenſuris, & abſolutio non ſit Sacramentalis: quia in Sacramento confeſſionis, ſi ſcienter aliquam cenſuram excommunicatus omiſerit confiteri, non eſt abſolutus etiam ſi confeſſarius generaliter vt ſupra impẽderit abſolutionem. Hæc omnia vera ſunt iuxta declarationem Sayr. lib. 2. Theſ. tom. 1. c. 21. à nu. 15. ad 28.

Vltimò cæteris prætermiſſis cõueniunt: quia vtriuſque abſolutionis forma ſatis eſt, ſi impendatur talibus verbis, quæ excommunicatum ab excommunicationis vinculo abſolutum ſignificent: quoniam in abſolutione impendenda nulla certa verborum forma in iure tradita reperitur, vt bene declarat Suar. de cenſur. diſp. 7. ſec. 10. per totam.

Differunt autem prædictæ abſolutiones, etiam in multis. Primò quia abſolutio non ſolemnis poteſt impendi à quolibet, etiam ſi non ſit Sacerdos; ſed ſatis eſt ſi ſit clericus: Immo à laico ex delegatione S. Pontificis, vt ſupra diximus. At ſolemnis abſolutio à ſolo Sacerdote a tribui poteſt: vt ex communi ſententia contra Couar. tenet Sayr. lib. 2. Theſ. tom. 1. c. 21. n. 1. in fine.

Secundò differunt: quia abſolutio non ſolemnis poteſt dari abſenti, per litteras, & per procuratores: ſolemniter autem non poteſt abſolui, niſi præſens, cum ad abſolutionem ſolemnem requiratur præſentia eius, qui abſoluendus eſt: eo quòd debet virga cædi, & alia concurrunt, de quibus ſupra diximus. Idem dicendum eſt de abſolutione ab excommunicatione in foro pœnitentiali vt habetur ex Sayr. loco citato nu. 13. cum aliis, quos allegat.

Tertiò differunt: quoniam abſolutio non ſolemnis poteſt impendi ſub conditione de præſenti, ad cautelam, & cum reincidentia ad aliquem actum determinatum. At ſolemnis abſolutio ad cautelam, & cum reincidentia ad aliquem actum determinatum dari non poſſe videtur: vt ſupra diximus conuenientia 9. in fine: & habetur ex Antonuc. in cath. Diocæſis Neap. lib. 1. c. 19. ver. Nota, quòd ſi excommunicatio non ſit certa. Etenim abſolutus ad determinatum actum non dicitur verè abſolutus: & abſolutus ſub conditione de præſenti, & ad cautelam poteſt eſſe, vt excommunicatione non fuerit alligatus: propter quod videtur nimis durum, vt ſolemniter talis veniat abſoluendus, in qua abſolutione concurrunt multæ actiones morificationem eius, qui abſoluendus eſt concernentes.

ADDITIO.

a Sacerdotes. Adde Bonac. hic diſ. 1. q. 22. punct. 4. n. 3. contra Couar. in c. Alma Mater, p. 1. §. 11. n. 10. de ſent. excom. lib. 6. Abb. Alex.

Ibi (*Cum vero propoſito*) An excommunicatus dum abſoluitur ab excommunicationibus noſtræ Bullæ, ſi propoſitum habeat ſimilia committendi, eius abſolutio ſit valida. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia.*
2 *Abſolutio à cenſuris, in Bulla cœnæ contentis, præexigit propoſitum ab excommunicato abſoluendo ſimilia non committendi, alias abſolutio eſt inualida.*
3 *Dicto, Niſi, conditionem importat.*
4 *Dicto, Quamcũque: omnem abſolutionem includit.*
5 *Statuta contra libertatem Eccleſiaſticam edita, dicuntur publicè reuocari per proclama: aut cum reuocantur in Concilio, dum Senatus habetur.*
6 *Abſolutus ad aliquem determinatum actum, an debeat habere propoſitum ſimilia non committendi.*
7 *Abſolutio ad aliquem determinatum actum, quibus caſibus ſit inualida.*
8 *Abſolutio, licet regulariter impendi poſſit inuito, et contumaci: illa tamen impendi non poteſt excommunicato præſumpti in contumacia, vbi tractatur de excommunicatione Bullæ cœnæ.*
9 *Actus internus, qualiter poſſit ab Eccleſia præcipi.*

IN hac re videtur prima fronte dicendũ, quòd ſi propoſitum illud, ſeu intentio, ab excommunicato non habeatur tempore abſolutionis, quòd abſolutio impenſa nihilominus ſuum ſortiatur effectum.

Probatur primò ex his, quæ ſupra diximus, q. proxima conuen. 3. dum probauimus, quòd ſponſio de non contraueniendo in futurum canoni, contra quem faciendo quis incidit in cenſuram, licèt non præcedat abſolutionem, tamen abſolutio valida eſt: quia abſolui quis poteſt, etiam inuitus, & durante contumacia: ergo eadem ratione ſi dicta intentio omittatur tempore abſolutionis, abſolutio ipſa valida dicetur.

Secundò, propoſitum eſt actus internus vo-1 luntatis. cum ſit idem, quòd intentio, iuxta illud: voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia l. 3. §. ſanè, & ibi Gloſ. ff. de iniur. Sed actus internus ab Eccleſia præcipi non poteſt, vt ſupra probauimus lib. 2. can. 1. quæſt. 24. concl. 1. ergo eſtò, quòd vi præſentis §. præcipiatur propoſitum prædictum ad validitatem abſolutionis, illud præceptum non tenet: atque ideo, eſto quòd dictum propoſitum non habeatur, valet abſolutio.

Confirmatur quia vt concluſimus in d. q. 24. con. 1. hæreticus mẽtalis non incidit in excommunicationem in ſupradicto 1. can. contentam: quia excommunicatio pertinet ad forum eccleſiaſticum externum, cùm ſit actus iuriſdictionis coerciuæ, & Eccleſia non habet iuriſdictionem ſuper actus mentales, & purè internos: ergo eodem modo, cum abſolutio ſimiliter actus iuriſdictionis externæ, cùm par ſit poteſtas ligandi, & ſoluendi, ar. tex. in c. verbum, de pœn. d. 1. & facit tex. in l. qui condemnare, ff. de regul. iur. dicendum eſt, quòd pro obtinenda abſolutione ab excommunicatione non prodeſt actus internus; & propterea, ſi prædictum propoſitum non

non præmittatur, valet impensa absolutio.

His tamen non obstantibus, incontrarium
2 est veritas.

Probatur ex tenore nostri §. in illis verbis: *Nisi prius à præmissis cum vero proposito vlterius similia non committendi &c.* Vbi S. Pontifex expresè decernit, vt nulla absolutio quâtumuis solemnis prosit ijs, qui in sẽtentias præsentis Bullæ inciderint nisi prius cum vero proposito vlterius similia non cõmittendi, ab his omnibus delictis desiterint. At dictio illa: *Nisi*: conditionem importat,
3 vt supra probauimus, §. 2. q. 7. ergo citra omnem controuersiam propositum prædictum adeo requiritur ad obtinendam absolutionẽ censurarum, quæ in hac Bulla continentur, vt si nõ habeatur ab excommunicato tempore absolutionis, absolutio impensa sit nullis momenti.

Quæ quidem conclusio vera est quocunque
4 modo absolutio ipsa tribuatur: siue solemniter, siue minus solemniter; generaliter aut specialiter: purè. vel sub conditione, seu ad cautelam. Et hoc ob dictionem illam: *Quamcunque &c.* in principio nostri can. positam generaliter omnem absolutionem includit: ar. tex. in c. solitæ, de maior. & obed.

Sic etiam absolutio tributa excommunicatis vi nostræ Bullæ, propterea quòd statuta contra libertatem Ecclesiasticam condiderint, nõ modò exigit desistentiam à contumacia, & propositum non committendi similia: sed etiam expostulat, vt excommunicatus statuta, & ordinationes huiusmodi quascunque publicè reuocet: quòd deleat ex archiuio, vel ab alio loco, vbi sint: & demum, vt de his Romanum Pontificem certiorem faciat: aliàs absolutio ipsa excommunicatis prædictis nõ proderit: vt patet ex nostro §. in illis verbis: *Ac quoad eos &c.*

Dicuntur autẽ publicè statuta reuocari per
5 proclama voce præconis *a*, significantis populo
a talia statuta sublata esse: aut cum reuocantur in Concilio dũ Senatus habetur: vt per Vgol. hoc loco, sub n. 4.

Sic ampliata dicta conclusio limitatur vbi tractatur de absolutione quæ ad aliquẽ actum tã-
6 tùm gerendum tribuitur: vt cùm quis absoluitur ad effectum ferendi testimonium, quo lato in eandem excommunicationem ipso iure rein-
b cidit, nam absolutio ista propositum prædictũ *b* & alia supradicta non prærequirit: dùmodò absolutus habilis ad ferendum testimoniũ remaneat; & propterea excommunicato, propter hęresim, absolutio ista non proderit: quoniam nec absolutus testimonium ferre potest. Ita Vgolin. loco citato, n. 3. vbi ponit formam absolutionis prædictæ ad determinatum actum.

Quam quidem absolutionem non modò hęretico prodesse negant prædicti Doct. sed nec
7 etiam falsificantibus litteras Romani Pontificis, impedientibus Nuncios Apostolicos, vltra annum in excommunicatione permanentibus: nõ parentibus rei iudicatæ. Incendiarijs, violatoribus Ecclesiarum, falsificari procurantibus litteras, ac supplicationes Apostol. illisque vtentibus receptatoribus, & fautoribus eorum; res veritas ad Infideles deferentibus; violatoribus Ecclesiasticæ libertatis: via facti, ausu temerario, Apost. mandatis nõ obtẽperantibus: & alijs ibidẽ enumeratis. His, inquã, absolutio prædicta nõ prodest.

Secundò limitatur in absolutione, quæ appo ni solet in litteris, quas aliquis impetrat à Papa: nam cùm excommunicatus sit incapax ad obtinendum rescriptũ Apostolicum, consuetudine & stylo Curiæ receptum est, vt in ipso rescripto absolutio inferatur à quibuscunque censuris ad effectum illius consequendi tantùm, atque adeò dicta absolutio in nulla alia re suffragatur excõmunicato, & omnes alij effectus excommunicationis integri remanent. Immo quamuis tale rescriptum valeat, ipse tamen excommunicatus illius vigore beneficium acceptare non poterit, & quandiu excommunicatus erit, carebit fructibus beneficij, nec poterit celebrare, nec boris canonicis interesse: & si se diuinis ingerit, irregularitatem cõtrahit. Hæc Alter. in explic. eiusdem §. col. 4. in ver. Idem dicendum est.

Restat modo, vt ad contraria respondeamus.

AD primum negatur consequentia; quoniam idcirco propositum non committendi similia, si non concurrat cum absolutione, de qua agitur, irrita redditur ipsa absolutio; quia vi nostri §. expresè exigitur, vt conditio sine qua non; at promissio de non contraueniendo in futurum canoni, contra quem faciendo in excommuuicationem quis incidit, non item, & propterea, si promissio illa prætermittitur, non vitiatur absolutio.

Nec valet dicere, quòd absolui quis potest
8 etiam inuitus, & perseuerans in contumacia, & ideo videtur dicendum prædictum propositũ non exigi: quoniam respondetur, quòd licèt hoc sit verum regulariter in absolutione ab alijs cẽsuris; tamen id est speciale in absolutione à censuris nostræ Bullæ, cũ tale propositum expresè præcipiatur, itaut si excommunicatus illud non habeat, velit absolutionem sibi non prodesse.

Ad secundum respondetur, quòd dum R. P.
9 in hoc §. præcipit propositum illud, atque ideo actum internum; non dicitur iurisdictionem exercere in illum actum, sed solùm ipsum exigit vt conditionem necessariam ad absolutionem consequendam, quæ conditio potest esse merè interna. Sicut in simili dicimus de Indulgentia sub opere merè interno, qualis est contritio, oratio mentalis, & similia, quæ non consequuntur, nisi opere illo adimpleto; & tamẽ concessio indulgentiæ est actus iurisdictionis: nam per Indulgentiam commutatur quodammodo Sacramentalis satisfactio in tale opus: prærequiritur tamen tale opus ad Indulgentiam adipiscendã, vt conditio: non quòd ecclesia in illud opus aliquam iurisdictionem exerceat; vt latè probat Suar. de pœnit. disp. 52. sec. 5. n. 6.

Ad confirmationem denique patet responsio quoniam propterea pro actu merè interno non potest ferri excommunicatio: nam tunc in illum actum Ecclesia directè iurisdictionem exerceret, quam non potest, cum iurisdictonem non habeat in actus purè internos. At verò dum in absolntione à censuris nostræ Bullæ præcipit propositum prædictum, illud præcipit, vt cõditionem necessariã. Vel secundo præcipitur propositum in ordine ad desistentiam à contuma-

cia:

cia: atque adeò ecclesia non præcipit propositum simpliciter,& sic actum purè internum: sed vt est principium actus externi, nempe desistētiæ à contumacia: quod quidem facere potest; vt supra probauimus lib.2.c.1.q.24.

ADDITIO.

a Præconis. Adde Anton.de Sousa hic,nu.2, Alter.lib.5.de censur.disp.22.c.4.col.5.vers.primo,& Bonac.hoc eodem loco.disp.1.q.22.pun.4.n.8. Abb.Alex.

b Prædictum. Oppositam sententiam probabiliorem putat Bonac.in explicatione huius §. disp.1.q.22. pun.4. num.4. siquidem Romanus Pontifex,hoc loco irritam reddit quancunque absolutionem,nisi verum propositum adfit similia in posterum non committendi. Sed reuera illa absolutio,de qua agit hic Duard. non est vera absolutio; sed actus quidā communionis,indultus non in gratiam excommunicati;sed communicantis. Abb.Alex.

Ibi(*Ex Archiuijs,seu Capitularibus,&c.*)Quænam dicantur Archiuia, & Capitularia, & quomodo ex eis non delentes statuta contra libertatem Ecclesiasticam sint excommunicati. Q.4.

SVMMARIVM.

1 *Archiuia sunt loca, vbi scripturæ publicè conseruantur: & Capitularia sunt libri, eorum capitula continentes.*

2 *Absolutio ab excommunicatione, vi Bullæ cœnæ lata contra facientes statuta contra libertatem Ecclesiasticam,licet non prosit ijs, qui dicta statuta fecerunt ,nisi reuocauerint , & de capitularibus deleuerint &c. tamen prodest illis, qui ea publicauerint, aut iisdem vsi fuerint,etiam si prædicta non adimpleuerint.*

1 REspondetur,quòd Archiuia dicuntur loca, vbi scripturæ publicæ conseruantur:& Capitularia,sunt statutorum libri, eorum capitula continentes: vt per Glo.in auth.cassa;C.de Sacr. eccl.Declarat igitur, ac protestatur hoc loco, R.P. vt nulla absolutio quantumuis solemniter facta,prosit ijs, qui contra libertatem ecclesiasticam statuta,& alia decreta fecerint,nisi ea publicè reuocauerint, & de suis Capitularibus deleuerint, & de tali reuocatione Sedem Apostolicam certiorem fecerint. Vbi est annot.quòd licèt supra can. 15. huius bullæ, illi tantùm excommunicentur, qui statuta contra libertatem Ecclesiasticam fecerint,ordinauerint, & publicauerint: vel factis,& ordinatis vsi fuerint;tamē in c.nouerit,de sent.excom. excommunicantur etiam,qui statuta prædicta seruari fecerint; nisi de capitularibus suis infra duos menses amouēda curauerint, & in præsenti §. qui huiusmodi statuta,seu decreta condiderint,non prodest eis absolutio, nisi illa reuocauerint, & ex Archiuijs seu Capitularibus cassanda curauerint,ac de ipsorum reuocatione Romanum Pontificem certiorem fecerint.

Ex quibus patet,quòd vi dicti can.15. nō excommunicantur,qui statuta huiusmodi nō cassauerint:sicut in d.c.nouerit,alligantur. At in hoc §.absolutio non prodest ijs, qui ista statuta fecerint,nisi ea reuocauerint,& ex archiuijs, seu capitularibus cassanda procurauerint,& de eorum reuocatione S. Apostolicam certiorem fecerint.

Vnde si quis statuta, aut decreta huiusmodi
2 non fecerit,sed tantùm publicauerit,aut eisdem vsus fuerit,vel seruari fecerit, propter quod est excōmunicatus in d.can.15. & in d.c.nouerit, si ei impendatur absolutio, non dicetur impensa cōtra prohibitionem nostri §.estò quòd statuta ipsa non reuocauerit,& à capitularibus non deleuerit:quoniam textus iste vult,absolutionē prædictam non prodesse ijs,qui dicta statuta fecerint; nec mentionem facit de publicantibus, vtentibus,aut ea seruari facientibus: ergo ijs tātùm absolutio prædicta non prodest,qui statuta fecerint,sed non reuocauerint,deleuerint,& Sedem Apostolicam certiorem fecerint vtsupra atque adeò alijs prodest,nisi ex alio capite de iure sit irrita.

Ibi *(Quin etiam huiusmodi absolutionem,&c.)* Quinam fuit Rom.Pontificis intentus per supradictam protestationem. Q.5.

SVMMARIVM.

1 *Tolerantia,aut Patientia Rom. Pontificis, aut quælibet absolutio,seu actus aliquis non prodest contrauenientibus Bullæ cœnæ:nec præiudicant iuribus Sedis Apostolicæ.*

2 *Tolerantia,ac patientia quandoque dispensationem inducunt.*

1 REspondetur,quòd hæc protestatio fuit per R.P. hoc loco adhibita propter eos, qui prætendunt se intromittere in causis Ecclesiasticis,& Ecclesiasticarum personarum.sub prætextu taciti consensus ipsius Romani Pontificis & longi temporis præscriptionis: quem consensum appellant patientiam. Vnde vigore consuetudinis,& longi temporis præscriptionis cōtrauenientes dicuntur excusari à censuris in nostra Bulla latis,si aduersus libertatem Ecclesiasticam agant.

Sed re vera falluntur: nam falsum est in primis quod asseritur.Si quidem R.Pontifex quotidie clamat,conqueritur,prohibet, pœnas statuit,& cēsuras fulminat in laicos talia committentes:& quotannis in die cœnæ Domini publicat excommunicationes in ea contentas contra Magistratus,& alias personas,libertatem ecclesiasticam offendentes.Etenim nos supra probauimus can.14.ex Azor lib.5.Inst.moral.p.1.c.12. q.1.& alijs,consuetudines,ac præscriptiones cōtra libertatem Ecclesiasticam esse nullius momenti.Nouissimè demum S.Pontifex ad tollen-
2 dam omnem difficultatem hoc loco expressè protestatur,& declarat, vt per nullam absolu-

tionem; etiã Sedis Apoſtolicæ, neque per quoſcunque actus contrarios, tacitos, vel expreſſos, neque per tolerantiam, aut patientiam eiuſdem quantocunque tempore cõtinuatam ipſius iuribus nullatenus præiudicetur. Vnde ſi Romanus Pontifex abſoluerit excommunicatos vi noſtræ Bullæ, non propterea habet propoſitum præiudicium inferendi iuribus Sedis Apoſtolicæ. Quocirca, qui occupauit ipſius Apoſtolicæ Sedis bona: & propterea in cenſuram noſtræ bullæ incidit: vtſupra diximus lib. 2. can. vl. eſtò, abſoluatur non tamen præiudicium infert Sedi Apoſtolicæ, quin dicta bona recuperare poſſit. Sic etiam Principes, qui retinent loca Eccleſiæ, & non reſtituunt, licèt ab excommunicatione abſoluantur à Rom Pontifice; ipſe tamen R. P. per talem abſolutionem, & tolerantiam non idcirco cenſetur diſpenſare cum dicta bona occupantibus: quamuis patientia, ac tolerantia diſpẽſationem aliquando operetur: vt latè habetur ex Felin. in c. treguas, de treg. & pac. Quibus adde etiam, quæ hoc eodem loco dicit Alter. col. fin.

COMMENTVM

In §. Quintum Bullæ in Cœna Domini.

NOn obſtantibus priuilegijs, Indulgentijs, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus ſupradictis, vel eorum alicui, ſeu aliquibus alijs cuiuſcumque Ordinis, ſtatus, vel conditionis, dignitatis, præeminentiæ fuerint, etiam ſi vt præmittitur Pontificali, Imperiali, Regali, ſeu quauis Eccleſiaſtica, & mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, ſeu locis à prædicta ſede ex quauis cauſa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & ſub quauis alia forma, & tenore, ac cum quibus vis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatorijs conceſſis, etiam conſtitutis, quòd excommunicari, anathematizari, vel interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus proprijs, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem. Necnon conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac præſcriptionibus, quantumcunque longiſſimis, & alijs quibuslibet obſeruantijs in ſcriptis, vel non ſcriptis, per quæ contra, hos noſtros proceſſus, ac ſententias quominus includantur in eis, ſe iuuare valeant, & tueri.

De antiquitate huius §. & alijs. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia ſicut exigunt iuſtam cauſam in illis concedẽdis: ita etiam in eiſdem reuocandis.*

2 *Priuilegia conceſſa ab Imperatore, & alijs Principibus Eccl. ſiæ, non poſſunt ab ipſis reuocari.*

HAec, quæ in hoc §. ſtatuuntur ſancita fuerunt etiam tempore Mart. V. ſvt per Sayr.
1 hoc loco, lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 25. ſub nu. 10. Quiquidem tex. cum per ſe pateat, non indiget diuiſione. Continet autem reuocationem omnium priuilegiorũ, quę quibuſcumque perſonis, quocunque modo fuerint conceſſa. Nam ea eſt na-
a tura priuilegiorum a, vt ſicut ad eorum conceſſionem ſemper iuſta, ac rationabilis cauſa aliqua exigatur, itaut in ipſis concedendis, non tantùm vtilitas eius, cui conceduntur, quàm publica ſit attendenda: vt in l. ius ſingulare, ff. de leg. ita etiã ad eorumdẽ reuocationem aliqua rationabilis cauſa concurrere debet: nam licèt priuilegia ex ſui natura ſint reuocabilia; tamẽ in illis reuocãdis non propriæ, ſed communis vtilitatis ratio eſt habenda, vt ſi proceſſu temporis aduertẽtur ex amplitudine conceſſionis, vel ex malitia vtẽtis, priuilegium illud eſſe contra commune bonum, aut in alicuius tertij detrimentum conceſſum fuiſſe appareat: tunc enim Princeps priuilegia huiuſmodi citra omnem controuerſiam reuocare poteſt, ſiue conceſſa ſint ex mera Principis liberalitate, ſiue per viam contractus, aut remunerationis. Nam ad ſummum ſatiſfeci, ſi priuilegiato aliquid aliud detur in recompenſationem: vt latè probat Abb. & alij in c. nouit, de Iudic. & Sayr. in explic. huius §. loco citato, vbi ex hoc infert ſine cauſa Nau. in Man. c. 27. n. 71. in
ver. Secunda: dubitaſſe, an Iudices Galliarum, qui cognoſcere, ac iudicare ſolent Clericos ſuper armorum delatione, vigore priuilegiorum, quę per viam remunerationis fuerunt conceſſa, & in alijs quibuſdam caſibus, incidant in cenſuras præſentis Bullæ: Etenim verba huius §. clara ſunt; cuius vigore, quamuis non reuocẽtur omnia priuilegia ſimpliciter; tamen proculdubio reuocantur omnia priuilegia ad effectum ſentẽtiarum, quæ in hac bulla continentur, ita vt dicta priuilegia non profint contrafacientibus, quominus cenſuras prædictas incurrant, & cõtrahant: Ita Sayr. ibidem.

b Econtra verò Imperator b, & alij principes nõ
2 poſſunt reuocare priuilegia; quæ Eccleſiæ conceſ-

ceſſerunt, vt habetur ex Panor. in c. ſuper, il 2. n. 4. de Appel. quoniam Eccleſia non ſubijcitur Imperatori, & alijs Principibus, ſicut ipſi ſubijciuntur eccleſiæ, & propterea cùm primum fuit ei priuilegium conceſſum, & ab Eccleſia receptum, ſtatim ſuum ſortitur effectum. Ita Alteran explic. huius §. col. 8. ver. ex his, & col. pen.

ADDITIO.

a Priuilegiorum. Adde Anton. de Souſa hic, diſp. 102. n. 3. & Bonac. in explic. eiuſdem §. diſ. 1. q. 22. pun. 5. n. 4. Abb. Alex.

b Imperator. Adde Suar. lib. 4. de immun. c. 30. & Bonac. hoc loco, diſp. 1. q. 22. pun. 5. ſub n. 5. in fine, vbi hanc rationem affert, nempe, quòd bona Eccleſiaſtica iure Diuino ſunt libera, & immunia à Poteſtate laica: at priuilegia eccleſiæ conceſſa inter bona eccleſiaſtica connumerantur; nimirum ſi ab Imperatore, & alijs Principibus reuocari nequeunt. Abb. Alex.

Ibi (*Derogatariarum derogatorijs.*) Quid importent verba illa. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula: Derogatoriarum derogatorijs: reuocantur illa quoque priuilegia, quibus derogatur omnibus iuribus, & conſtitutionibus, derogantibus, ac derogaturis dictis priuilegijs.*

1 REſpondetur, quòd priuilegia concedi ſolent cum clauſulis, quibus derogatur omnibus iuribus, & conſtitutionibus derogantibus, ac de rogaturis dictis priuilegijs. Ideo Rom. P. per hanc clauſulam. *Derogatoriarum derogatorijs:* reuocat etiã illa priuilegia, quibus derogatur omnibus iuribus, & conſtitutionibus derogantibus, & derogaturis dictis priuilegijs: itaut ſi quis aliquid faciat in bulla cœnæ damnatum, non obſtantibus huiuſmodi priuilegijs, in cenſuras eiuſdem bullæ incidat: vt colligitur ex his, quæ habentur ex Vgol, in explic. huius §. ſub n. 1. in ver. Tertiò ex quacunque cauſa.

Ibi (*Quod excommunicari non poſſint, etc.*) Quã vim habeant verba iſta. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Bullæ cœnæ contrauenientes in excommunicationem incidunt, etiam ſi priuilegium habeant, vt excommunicari non poſſint: niſi de eo fiat expreſſa mentio de verbo ad verbum.*

REſpondetur quòd quidam habent priuilegium à R. P. quibus ſunt Imperator, Reges & alij Domini temporales abſoluti, vt per litteras Apoſtolicas excommunicari non poſſint; niſi prædictæ litteræ de eorum priuilegio faciant plenam, & expreſſam mentionem de verbo ad verbum: ac de Ordinibus, locis, nominibus proprijs cognominibus, & dignitatibus eorum. Per hanc clauſulam igitur reuocantur etiam prædicta priuilegia, itaut ſi quis faciat aliquid vi noſtræ bullæ prohibitum, non obſtantibus dictis priuilegijs, in cenſuras ipſius bullæ incurrat. Reliqua autem rectè declarat hic Vgol. ipſe igitur videatur.

COMMENTVM
In §. Sextum Bullæ in Cœna Domini.

QVæ omnia, quoad eorum omnium tenores, ac ſi ad verbum nihil penitus omiſſo inſererentur præſentibus pro expreſſis habentes, penitus tollimus, et omnino reuocamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

TEx. ob ſui breuitatem non dividitur, nec declaratione indiget. eo quòd eſt ſatis clarus. Proſequitur namque materiam reuocationis priuilegiorum: nam ſunt nonnulla priuilegia, quæ ſolent concedi cum hac clauſula. Vt nunquam cenſeantur reuocata, niſi de illis fiat ſpecialis mentio, & in litteris reuocatorijs inſerantur de verbo ad verbum. Quapropter per hunc §. reuocantur quoad effectum cenſurarum præſentis Bullæ, etiam ſi de illis priuilegijs non fiat ſpecialis mentio, & ad verbum non inferantur. Quiquidem §. eſt eiuſdem antiquitatis, ac præcedés: vt per Say. in explic. eiuſdem §. lib. 3. Theſ. tom. 1. c. 25. n. 11.

Ibi (*Quæ omnia, &c.*) Quam vim habeant hæc verba. Q. 1.

SVMMARIVM.

Priuilegiorum reuocatio cum clauſula: Præſentibus pro expreſſis habentes &c. quam vim habeat.

REſpondetur, quòd hæc verba ſatis ſunt ad derogandum, & reuocandum quodcumque priuilegium, quamuis contineret clauſulam *Non obſtante quacunq; conſtitutione, & reſcripto in contrarium facieus:, etiam ſi de ipſo mentio ſpecialis facienda eſſet:* Etenim huiuſmodi verba noſtri canonis, poſita in aliquo reſcripto, vim haberent ad tollendam legem contrariam, habentem clauſulam derogatoriam ad reſcripta, licèt in individuo lex contraria non exprimeretur: vt habetur ex Felin. in c. nonnulli, nu. 21. de reſcr. Nec

obſtat, ſi dicatur, id verum eſſe, quando Princeps per legem nouam, vel reſcriptum, derogat legi antiquæ, habenti clauſulam derogatoriam: tunc enim ſatis eſt, vt derogatio fiat his verbis: *Pro expreſſis habentes*, &c. de quibus habetur in noſtro §. quoniam Princeps reſcribens contra legẽ, nemini præiudicium infert: quapropter ſufficit, vt deroget implicitè, nec exigitur, vt explicitè, maximè quia præſumitur, Inferendo illa verba, non oblitus prioris legis: at in abrogatione priuilegij hæc ratio non videtur militare, ſi clauſulam habeat derogatoriam: nam reſpondetur, quod vbi Princeps diſponit ſub forma reſcripti, tunc oportet, vt in reſcripto talis expreſſio fiat, qualem exigit priuilegium, cui derogatur, nec ſatis eſt habere repugnantia pro expreſſis, niſi ſtylus Curiæ oppoſitum ſeruet: vt habẽtur ex Butr. conſil. 2. Viſis litteris legitimationis: quoniam tunc in omni diſpoſitione Principis, ſatis eſſet clauſula prædicta. *Pro expreſſis habentes*: vt derogetur legitimè priuilegio: vt per Abb. con. 46. Modò ſtylus Romanæ Curiæ eſt huiuſmodi quia fieri non poteſt, vt Romanus Pontifex memor ſit omnium priuilegiorum, & certè ſatis graue eſſet, ſi Papa vellet derogare priuilegijs, quibuſcumque conceſſis, & exprimere ſi opus eſſet tenorem infinitorum priuilegiorum. Denique argumentum non conuincit: eo quòd nos lib. 1. cap. 3. quæſt. vl. ſatis probauimus noſtram Bullam eſſe latam per viam legis, ac conſtitutionis: ergo ſatis eſt, ſi derogatio fiat virtute clauſulæ. *Non obſtantibus quibuſcumque*, &c. vt in Clem. dudum, de ſepul. & latè Felin. in d. c. nonnulli, n. 27. de reſcr.

Ibi (*Cæteris contrarijs quibuſcunque*) Quid hæc verba denotent. Q. a.

SVMMARIVM.

Priuilegiorum reuocatio per clauſulam: Cæteris contrarijs, &c. quidnam operatur?

PEr hæc verba intelligitur à Romano Pontifice omnia ſublata, quæ contentis in noſtra Bulla quouis modo repugnare viderentur; atque adeo virtute dictorum verborum reuocata ſunt omnia priuilegia, quibus aliqui ſe excuſare potuiſſent à cenſuris, quæ in dicta Bulla cõtinentur. Quæ quidem clauſula idem valet ad eorum derogationem, ac ſi illa omnia indiuidualiter expreſſa fuiſſent: vt ex communi Doct. ſententia, ait Quint. Mandoſ. ſuper Regul. Cancel. Regul. 1 t. q. 9.

COMMENTVM

In §. Septimum Bullæ in Cœna Domini.

VT verò præſentes noſtri proceſſus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, ſeu membranas, proceſſus ipſos continentes, valuis Eccleſiæ S. Ioannis Lateran. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe appendi faciemus, vt ij, quos proceſſus huiuſmodi concernunt, quoad ipſos non peruenerint, aut quòd ipſos ignorauerint, nullam poſſint excuſationem prætendere, aut ignorantiam allegare, cùm nõ ſit veriſimile, id remanere incognitum, quod tam patẽtur omnibus publicatur. Inſuper, vt Proceſſus ipſi, & præſentes littera, & ſingula in eis contenta, eo fiant notiora, quo in pleriſque Ciuitatibus, & locis fuerint publicata, vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinarijs, & Prælatis vbilibet conſtitutis, per hæc ſcripta committimus, et in virtute Sanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, vt per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes litteras, poſtquã eas receperint, ſeu earum habuerint notitiam, ſemel in anno, aut, ſi expedire iudexint, etiam pluries in Eccleſijs ſuis, dum in eis maior Populi multitudo ad Diuina conuenerit, ſolemniter publicent, et ad Chriſti fidelium mentes reducant, nuncient, et declarent.

TEx. diuiditur in duas partes. In prima parte continetur publicatio Bullæ cœnæ, Romæ faciendæ. In ſecunda parte virtute Sanctæ obedientiæ Prælatis mandatur, vt in eorum Eccleſijs, ſemel ſaltem in anno eandem Bullam publicari faciant. Secunda, Ibi, inſuper.

Ibi (*Nullam poſſint, &c.*) An contrauenientes Bullæ Cœnæ, ſtatim poſt eius publicationem Romæ factam, incidant in eiuſdem cenſuras, eſtò quòd ad eorum notitiam nõ peruenerit. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Leges de iure ciuili non incipiunt ligare, niſi poſt duos menſes facta earum publicatione.*
2 *Regulæ Cancellariæ, & Bulla Cœnæ obligant omnes, ſtatim quod publicatæ ſunt, & appenſæ.*
3 *Bullæ cœnæ contrauenientes poſt ipſius publicationem, ſi ad eorum notitiam non deuenerit ab excommunicatione excuſantur.*
4 *Ignorantia cenſuræ exigentis dolum, præſumptionem, ac ſcientiam ad eandem contrahendam excuſat à cenſura, nõ ſolũ ſi eſt probabilis, ſed etiã ſi eſt craſſa, et affectata.*
5 *Ignorantia probabilis cenſurarũ Bullæ cœnæ, licet excuſet à cenſuris in foro interiori; non tamen excuſat in foro exteriori, quoad iuris præſumptionẽ, & nullitatẽ actus.*

In

IN hac re videtur prima facie affirmatiuè respondendum.

Probatur ex tenore præsentis §. in prin. in illis verbis: *Nullam possint excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare.* Etenim Romanus Pontifex ibi promittit Bullam cœnæ valuis Ecclesiæ S. Ioannis Lateran & Basilicæ Principi Apostolorum de Vrbe appennendam se curaturum, vt ij, quos Bulla ipsa concernit, quòd ad ipsos non peruenerit, aut quòd eandem ignorauerint, nullam possint excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare. Si igitur facta publicatione huius Bullæ, vt supra, contrauenientes non possunt excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare: ergo qui contrauenium post Bullæ publicationem, mox excommunicationis vinculo alligantur, nec excusari possunt ex capite ignorantiæ.

Secundò. Quamuis leges de iure ciuili non
1 incipiant ligare, nisi post duos menses facta earum publicatione; nihilominus non modò constitutiones R. P. sed etiam Regulæ Cancellariæ, & Bullæ istæ, statim ac promulgatæ sunt, & appensæ vtsupra, de consuetudine saltem, ligant
2 omne: Vt probat Gomes. in Regul. Cancel. in proem. q. 2. & alij, quos refert, & sequitur Azor. lib. 5. Inst. mor. p. 1. c. 3. q. 3. Ergo contrauenientes ijs, quæ per ipsum Bullam cõstituta sunt post ipsius publicationem, statim sunt excommunicati: nec eiusdem ignorantia satis est ad eos excusandum.

His tamen non obstantibus, contrariam sententiam arbitror de iure veriorem esse. Hæc sé-
3 tentia patet ex his, quæ diximus supra lib. 1. c. 2. q. 5. con. 2. dum concluſimus, ignorantiam probabilem, obliuionem, & inaduertẽtiam naturalẽ excusare á censura: quoniam censuram nunquã contrahitur, nisi propter contumaciam: modò contumax dici non potest, qui probabiliter excommunicationem ignorat, vt latè habetur ex Suar. dis. 4. sec. 9. n. 2. Ergo contrauenientes nostræ Bullæ post eius publicationem Romæ factam, si ad eorum notitiam non deuenerit, itaut probabiliter illam ignorauerint, non incidũt in censuras in eadem bulla contentas. Et hanc sententiam videtur tenere Azor. lib. 5. Inst. mor. p.
4 1. c. 3. q. 3. in respons. ad tertium. Immo quando canon ad contrahendam censuram exigit scientiam, dolum, aut præsumptionem, tunc, etiam ignorãtia crassa excusat, vtsupra contrauenientes, vt annotauimus supra lib. 2. c. 1. q. 36. & 37.

Restat, vt ad contraria respondeamus.

AD primum responderi potest, quòd tex. noster intelligi potest quoad forum exterius,
5 vt post Bullam vtsupra publicatam, contrauenientes Bullæ, præsumantur scienter deliquisse. Quod videtur colligi ex illis verbis in tex. contentis: *Cum non sit verisimile id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.* Quamquidem præsumptionem videtur velle Sũmus Pontifex esse iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in cõtrarium: vt habetur ex tex. in c. afferre, de præsump. Quod patet in illis verbis *Vsõj, quos processus huiusmodi concernunt, quoad ipsos non peruenerint, aut quod ipsos ignorauerint, nullam possint excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare.* Vnde in foro exteriori vi præsentis §. contrauenientes post Bullam vtsupra publicatam, statim in excommunicationis sententiam incidunt. Quoad forum autem interius, contrauenientes ipsi, si Bullæ publicationem probabiliter ignorent eiusdemque notitiam non habuerint, non sunt excommunicati: quia sic contrauenientes non sunt contumaces.

Vel secundò textus noster intelligitur; vt cõtrauenientes non possint excusationem prætendere ex capite ignorantiæ post Bullæ pnblicationem, quoad actus nullitatem: quoniã quoad actus nullitatem, lex ligat etiam ignorantes: vt per Glo. in clem. 2. de hæret. ver. Ex tũc: & Naui. cons. 32. de Regul. lib. 3. Quouerò ad censuras in Bulla contentas, præsens Bulla quantumuis publicata, non ligat probabiliter ignorantes, non solùm in foro interiori, sed nec etiam in foro exteriori, cum ignorantia probabilis legitimè probatur. Et hanc responsionem videtur tacitè afferre Azor. loco citato: dum ait: Graue nimis hoc ipsum non videri: vt statim post publicationem in Vrbe omnes teneantur: nam qui legerit promulgatam bona fide absque culpa ignorat, iustam excusationem habet, si contrafecerit: vt in c. 2. de constit. non tamen quoad actus nullitatem: vt per Glos. in d. clem. 2. de hæret.

Ad secundum patet responsio eodem modo: nam Constitutiones bullæ, & Decreta Pontificia ligant statim post eorum publicationem, quoad forum scilicet exterius, & quoad actus nullitatem. Quod quidẽ verum est, etiam si ob Episcopi negligentiam omitteretur publicatio bullæ in aliqua Ciuitate: quoniam post publicationem factam Romæ statuit Romanus Pontifex nemini fore admittendam excusationẽ, quòd bullæ notitiam non habuerit; aut illam ignorauerit, cum præsumptio sit, quod omnibus fuerit nota. Non tamen putat Alter. in explicat. huius §. col. 5. ver. Respondeo: præsumptionem hanc esse iuris & de iure, & propterea probationem admittit in contrarium. Et id nobis videtur verius, per ea quæ docet Ponor. de promulgatione statuti, in c. 1. n. 12. de postul. Præl.

Ibi (*In virtute Sanctæ obedientiæ*) Quam vim habeant supradicta verba. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Verba illa: In virtute obedientiæ: arctè, seu strictè præcipimus: sub obtestatione Iudicij Diuini: sub intermin ione mortis æternæ: Diuinam maledictionem incurrat, Indignationem S. Petri, & Pauli: sub obtestatione mortis æternæ, &c. habent vim obligandi contrauenientes ad peccatum mortale.*

2 *Præceptiua, & prohibitiua verba posita in lege Canonica, obligant ad peccatum mortale contrauenientes: suppositis tamen grauitatis materiæ: & nisi aliunde constet de contraria voluntate legislatoris.*

3 *Indifferentia verba: nempe volo decerno, statuo, innouo, sancio, intendo sunt communia præceptis, &*

consilijs: & nisi aliquid aliud addatur, obligationem sub mortali non indicant.

4 *Præceptiua verba in lege ciuili posita, sicut etiam prohibitiua, secundum sententiam magis receptam, obligant sub mortali, supposita tamen iustitia legis & materiæ grauitate, & nisi contrarium constet de voluntate legislatoris.*

5 *Leges de lignis communibus non cædendis, de non venando, de non piscando, de non aucupando, de non pascendis animalibus in communibus Reip. pascuis: de non deferendis armis noctis tempore; de non vtendo hoc vel illo vestium genere; aut de hac, aut illa funebri pompa, ex præsumpta voluntate legislatoris, non obligant sub mortali.*

REspondetur, quòd huiusmodi verba vim
1 habent obligandi contrauenientes ad pec-
a catum mortale a: vt est Glo. in clem. Si dominũ, Sideoque, de reliq. & vener. sanct. Idem erit dicendum si in lata lege habeatur: *Arcte, seu districte præcipimus*: vt in Clem. dudum, de sepul. in prin. Aut si dicatur: *Sub obtestatione iudicij Diuini*, clem. 1. de immun. Eccl. Sanr. lib. 1. Thes. tom. 1. c. 10 n. 16. Hoc idem significant verba illa. *Sub interminatione mortis æternæ*, Vel, qui hoc fecerit, Diuinam maledictionem incurtat: aut indignationem Sanct. Petri, & Pauli, Suar lib. 4. de leg. c. 18. n. 3. Item verba ista: *sub obtestatione mortis æternæ: sub indignatione Dei, sub maledictione æterna, vel Diuina.* Io. de Sal. de leg. disp. 10. sec. 9. n. 53. Item hæc verba: *Vt aut virtute præstiti iuramenti, aut voti facti, sub pœna maledictionis æternæ, vel indignationis Omnipotentis Dei: deposituri, degradationis, Interdicti, excommunicationis, aut infamiæ.* Azor. lib. 5. Inst. moral. p. 1. c. 6. q. 5. licet Io. de Salas loco citato, ex sententia nonnullorum teneat. quòd in Vniuersitatibus, mandata præstiti iuramenti sæpe non obligent sub mortali, maxime cum materia est lepis.

Item omnia, & singula verba præceptiua, &
2 probibitiua posita in Legę ecclesiastica, & canonica significant in dubio conditorem eius habere animum obligandi mortale; nisi aliud in casu positum contrarium iudicet: vt patet ex tex. in clem. exiui, §. cum autem, de verb. signif. vbi habetur, Diuum Franciscũ noluisse obligare omnes suos Religiosos æqualiter ad omnia, quæ sua Regula continet: eo quòd ad aliqua ex Regula addidit verbum: Præcipiens: quòd ex vi sua ad mortale obligat: & ad aliqua verbum illud nõ adiunxit. Vnde hæc verba: Præcipimus: Præcipiendo mandamus: Iubemus: Obligamus: Inhibemus: Vetamus: Prohibemus: Interdicimus: Obligentur: teneantur: Debeant: Necesse est: Non liceat: Non potest: cauent: faciant, Audiat &c. obligationem sub mortali denotant supposita maximè grauitate materiæ: nisi aliunde cõstet de cõtraria intentione legislatoris. Quę quidem regula, licèt sit rationabilis, vt habetur ex Caiet. in sum. in ver. Præceptum: tamen in iure canonico nõ est certa, & vniuersalis, vt ait idem Caiet. in Opusc. to. 1. tract. 25. q. 1. Io. de Sal. de leg. disp. 10. sec. 9. n. 49. circa medium, cùm alijs, quos allegat. vbi latè declarat verba illa præceptiua, & impetratiua; an, & quãdo obligationẽ significant sub mortali. Item, & verba illa dubia, & indifferentia: vt volo, decerno, statuo, innouo sancio, intendo, &c. quæ verba communia sunt
3 præceptis, & consilijs. Hæc eadem verbã declarat Azor. lib. 5. Inst. moral. p. 1. c. 6. q. 1. vbi inter alia docet, quòd verba illa: volumus, mandamus nisi aliquid aliud addatur, obligationem sub mortali non indicant.

Dixi in lege Ecclesiastica, & canonica: quoniã nonnullorum sententia est, quòd in iure Canonico dumtaxat verba præceptiua, & æquipollentia ex vsu, & consuetudine Ecclesiæ denotãt obligationem sub mortali: non autem in iure ciuili; immo nec in iure Diuino, nec in alijs statutis, & præceptis ecclesiasticis, quę sũt extra ius canonicũ: vt per Nau. in Man. c. 23. nu. 50. & seq. Castr. 1. de lege pœna. c. 5. documento 4 quod incipit; Quicquid; Io. Med. C. de leiun. q. 7.

Sed communis sententia est dicentium, hoc
4 idem locum sibi vendicare in legibus ciuilibus, quotiescunque iustæ sunt, rationabiles, & tendunt in bonum publicum, atque adeò obligant sub mortali, supposita grauitate materiæ, & nisi contrarium constet de voluntate legislatoris.

Probatur: quoniam aliàs leges ciuiles fere nũquam obligarẽt sub mortali: quia nunquam disponũt sub lethali culpa, nec aliud addunt, vnde euidentius fiat obligare sub mortali.

Et confirmatur: quia verbum: Præcipio, & æquipollentia: significant intentionem obligãdi quantum Legislator potest: ergo si materia est capax, obligat sub mortali. Ita Io. de Sal. de leg. disp. 10 sec. 9. sub n 52. circa finem.

Hanc eandem sententiam tenet Suar. lib. 3. de leg. à c. 21. ad 26 inclusiuè ex D. Th. Soto, & alijs. & lib. 4. eiusdem tract. c. 18. vbi plures affert rationes, inter quas hæ sunt præcipuæ: nẽpe, quòd Legislator ciuilis etiam ferat leges, vt Dei Minister, & per potestatem ab ipso acceptam: ergo obligat in conscientia ad parendum: &, si materia grauis est, obligat ad læthalem culpẽ: quoniã, qui resistit Ministro Regis in eo, in quo minister est, & quatenus repræsentat personã Regis, dicitur Regi resistere iuxta illud 1. Reg. c. 8. *Non te abiecerunt, sed me.* Præterea ius Diuinum, & naturale dictant seruandas esse iustas leges, à legitimis Princip. bus editas: ergo non seruantes eas, contra Diuinam voluntatem agere proculdubio dicuntur iuxta illud Petri epist. 1. c. 2. *Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi, quia hæc est voluntas Dei.* Et Matt. c. 23. *Quæcunque dixerit vobis, facite*: ergo illa transgressio, est vera culpa, & peccatum. Hinc ait D. Th. 1. 2. q. 95. ar. 2 & 4. & q. 96. art. 4. Legẽ humanam obligare in conscientia, quatenus participat legẽ æternam, & naturalem.

Huius quoque sententiæ est Azor. lib. 5. Inst. moral. p. 1. c. 6. q. 3. vbi etiam ait, animaduertendum esse, aliquas esse leges ciuiles, & statuta auctoritate Magistratuum Inferiorum edita, quæ Ciuium conscientias minimè ligant; non quia vim, & potestatem non habeant; sed quia ratione probabili credimus, legislatores non eo animo, & voluntate cõdidisse, vt tenerent, & astringerent.

Huiusmodi sunt leges de lignis communibus
5 non cedendis: de non venando: de non piscando: de non aucupando; de non pascendis animalibus in communibus Reip. pascuis; de non deferendis armis noctis tempore: de non vtendo

do hoc, vel illo veſtium genere, hac vel illa pompa funebri: de quibus idem Azor. loco citato q. 4. in fine.

ADDITIO.

a Mortale. Adde hic Bonac. in explicatione huius § diſp. 1. q. 22. pun. 5. nu. 5. cum plurib. ſeq. vbi probat, ſub læthali culpa non ſolùm teneri Prælatos Eccleſiaſticos hic enumeratos ad Bullæ cœnæ publicationem; ſed etiam Cardinales in eorum Eccleſijs extra Vrbem, in quibus iuriſdictionem habent ordinariam cum animarum curæ: & toties teneri, quoties expedire iudicauerint. Eſt tamen verum, quòd ab obligatione huiuſmodi excluduntur Epiſcopi titulares, cùm Eccleſia careant: excluduntur quoque Parochi, quia cùm iuriſdictionem non habeat, non veniunt appellatione Prælatorum, vt in c. decernimus, & ibi Glo. ver. Eccleſiarum Prælati, de iudic. Ita Alter. hic diſp. 22. c. 6. colum. 3. verſ. Tertiò, Vgolin. hoc eodem loco, p. 3. cap. 6. verſ. Inſuper, nu. 3. & Anton. de Souſa, ibidem, nu. 4. quamuis Bonac. loco citato, num. 12. eſtò quòd eos excludat ratione Bullæ; non tamen excuſat ratione proprij muneris. Imò ſupradictos Prælatos non excuſat à publicatione Bullæ ob Principum metum, ſi ſit leuis: aut ſi grauis, metus inferatur in odium fidei, Religionis, aut Eccleſiaſticæ libertatis. Abb. Alex.

An temporales Principes prohibere poſſint in eorum terris Bullam Cœnæ promulgari. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Principes temporales non poſſunt impedire publicationem Bullæ cœnæ in eorum terris.*

2 *Principes ſæculares debent obſequi decretis Eccleſiæ, non ſuam præponere poteſtatem.*

3 *Imperator, filius eſt, non Præſul Eccleſiæ quod ad Religionem competit, diſcere et cõuenit, non docere.*

REſpondetur negatiuè. Probatur primò ex 1 conſuetudine, qua ab initio naſcentis Eccleſiæ nunquam ſæcularis iuriſdictio ſe immiſcuit in ijs, quæ ſpiritualia ſunt, & ad animarum ſalutem dinguntur; niſi auctoritas, ſeù priuilegium Apoſtolicæ Sedis interuenerit. Hinc Ioãnes Papa in c. nõ quam, 96. d. ſic ait. *Obſequi ſolere Principes Chriſtianos decretis Eccleſiæ, non ſuam præponere poteſtatem, Epiſcopi caput ſubdere Principem ſolitum, non de eorum capitibus iudicare.* Et in c. ſi Imperator ea. d. *Si Imperator catholicus eſt, quod ſalua pace ipſius dixerimus, filius eſt, non Præſul Eccleſiæ, quod ad Religionem competit, diſcere et conuenit, non docere.* Secundò Poteſtas, ſeù iuriſdictio tradita eſt Principibus à Deo ad regendos Populos ſuos circa res naturales ad benè moraliter viuendum: ergo ad huiuſmodi Principes non pertinet impedire publicationem noſtræ Bullæ. Reliqua ad hanc quæſtionem pertinentia vide apud Alter. in explicatione Proœmij noſtræ Bullæ c. 8 per totum, vbi latiſſimè hanc quæſtionem pertractat.

COMMENTVM

In §. Octauum Bullæ in Cœna Domini.

Aeterum Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, alijque locorum Ordinarij, & Eccleſiarum Prælati, nec non Rectores, cæterique curam animarum exercentes, ac Preſbyteri ſæculares, & quarumuis Ordinum Regulares ad audiendas peccatorum confeſſiones, quauis auctoritate deputati, tranſumptum litterarum penès ſe habeant, eaſque diligenter legere, & perciper ſtudeant. Volentes earundem præſentium trãſumptis, etiam impreſſis, Notarij publici manu ſcriptis, & ſigillo Iudicis ordinarij Romanæ Curiæ, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem prorſus fidem in Iudicio, & extra illud vbique locorum adhibendam fore, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibita, vel oſtenſa. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ excommunicationis, anathematizationis, Interdicti, Innouationis, Innodationis, declarationis, proteſtationis, ſublationis reuocationis, commiſſionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominj 1618.

TEx. diuiditur in quatuor partes. In prima parte præcipitur Prælatis, & alijs Eccleſiaſticis, vt præſentem Bullam apud ſe habeant, legant, & percipiant. In ſecunda præcipitur fidem adhiberi exemplaribus dictæ Bullæ; dummodo manu Notarij publici ſubſcripta ſint, & ſignata ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ. In tertia continet recapitulationem quandam omnium actuum per S. Pontificem in hac Bulla expreſſorum. In quarta adijcit indignationem Dei, & Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli incurrendam ab illis omnibus, qui cuiuis prædictorum auſu temerario contraire præſumpſerit. Secunda

ibi,

ibi, volentes. Tertia ibi, nulli. Quarta ibi, ſi quis autem.

Ibi (*Tranſumptum litterarum*) An Prælati,& alij Eccleſiaſtici in hac Bulla nominati, tranſumptum Bullæ apud ſe habere nolẽtes, aut legere, & percipere contemnentes,peccent mortaliter. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus,aut Princeps,quamuis velit, non poteſt obligare ſubditum in materia leui ad læthalem culpam.*
2 *Lex Diuina,in materia leui,non imponit pœnam grauẽ.*
3 *Bullæ cœnæ tranſumptum Prælati, ac confeſſarij apud ſe habere nolentes, aut legere, ac percipere contemnentes, peccant mortaliter.*
4 *Imperatiua verba obligant contrauenientes ad læthalem culpam,cum contineant præceptum, niſi per coniecturas aliquas conſtat de contraria voluntate diſponentis.*
5 *Miſſam Presbyteri audiens, quem ſcit concubinam indubitanter habere, peccat mortaliter; cum id ſub præcepto inhibeatur.*
6 *Imperatiui temporis verba,non ſemper præceptum denotant,ſed aliquando conſilium tantùm.*
7 *Præceptum factum de tenendo tranſumptum Bullæ cœnæ apud ſe,eſt de re graui.*
8 *Materia,quæ ex ſe eſt indifferens, aut leuis, comparata ad bonum commune,efficitur grauis.*
9 *Leges Eccleſiaſticæ, quæ irrogant pœnam excommunicationis,ſuſpenſionis, Interdicti, aut irregularitatis ex delicto ſimpliciter obligant ad peccatum mortale.*
10 *Bullæ tranſumptum apud ſe habere recuſantes, non auſu temerario, ſed ex iuſta,ac rationabili cauſa,læthaliter non peccant.*
11 *Auſus temerarius,dicitur confidentia quadam inconſiderata.*
12 *Temerarius dicitur,qui ſine aliqua ratione aliquid perpetrat.*
13 *Temerè litigans appellatur,qui per calumniã quid petit.*
14 *Bullæ tranſumptum Prælati,& Confeſſarij apud ſe non habentes,metu cadente in conſtantem virum, non peccant.*
15 *Lex humana,non obligat cum probabili vitæ periculo, infamiæ,vinculorum,verberum, amiſſionis bonorum, &c.ſinè hæc immineant principali agenti:ſinè eius cõſanguineis.*
16 *Carnes comedens 6. fer. aut alijs diebus prohibitis metu cadente in conſtantem virum,aut ne famæ pereat, excuſatur à culpa; etiam ſi carnes Idolis immolatas comederet,& ad comedendum recumberet in Idolo.*
17 *Carthuſienſis Monachus, ſi in ſolitudine reperiretur, nec quid aliud ad veſcendum haberet præter carnes,& famæ laboraret,non ſolum citra culpã poteſt, ſed etiam debet veſci carnibus, etiam ſi aliquis ſcandalum ob id pateretur: dummodo euidens immineat vitæ periculum;ſecus autem ſi probabile.*
18 *Vitam patris,aut egregij viri poteſt quis tueri,cum euidenti propriq detrimento.*
19 *Carthuſienſi infirmo non ſunt neceſſariq carnes,ad tuẽdam vitam.*
20 *Matrimonium cõtrahens cum conſanguinea metu mortis,in gradu prohibito, non peccat; dummodo animum non habeat illud conſummandi.*
21 *Lex humana poteſt obligare ad ipſius obſeruantiam, etiam cum periculo mortis,*
22 *Peſtilentia prœualente in plebem, poteſt Epiſcopus præcipere presbyteris,ne à Ciuitate diſcedant, ſed Sacramenta peſtilentia percuſſis miniſtrent, etiam cum periculo mortis.*
23 *Lex humana,quando ſine ſcandalo maximo, & Eccleſiæ contemptu tranſgredi non poteſt,tũc obligat,etiam cum periculo mortis.*

IN hac re videtur prima fronte negatiuè reſpondendum.

Probatur, quia Romanus Pontifex intendẽs ſupradictas perſonas apud ſe habere tranſumptum noſtræ Bullæ,legere,ac percipere, vtitur verbis imperatiui modi,nempe:*Tranſumptum litterarum penès ſe habeant,eaſque diligenter legere,ac percipere ſtudeant*: Verba autem imperatiui modi non obligant in conſcientia:quia conſiliũ tantùm indicant:vt patet Lucę 6.& Matth.5.*Omnipotenti te tribue*:*Si quis te percuſſerit in vna maxilla præbe ei,& alteram*:*Si quis petat tunicam,da ei pallium.* Illa enim verba:Si quis te percuſſerit, &c. ad cõſilium pertinere docet D.Auguſt.epiſt.5.& lib. de mendac.ad conſent. c.15. & lib.22. contra Fauſtum,c.79. Eodem modo conſilium continet illud eiuſdem Matth.c.19.*Vade,& vende,&c.* Et quòd verba imperatiui modi non contineant præceptum,docet Maldonat: Matth.loco citato.Si igitur verba imperatiui modi cõſilium tantùm denotant, proculdubio verba de quibus agitur in tex.noſtro,cum ſint huiuſmodi,non obligant in conſcientia.& conſequẽter Prælati,& Confeſſarij non habentes apud ſe ſupradictũ tranſumptum,nec legentes,nec percipiẽtes,nõ peccant:quia non datur peccatum mortale ſine tranſgreſſione alicuius præcepti.

Secundò dato, quòd verba imperatiui modi aliquando ſignificent obligationem ad læthalem culpam;tamen non poteſt negari; quin ſignificent etiam conſilium, vt patet ex ſupradictis,ex cap.magnæ,de vot. & ex clem.exiui §.& quia,de verb. ſignif vbi Romanus Pontifex declarans illa verba pſal.75.*Vouete.& reddite*: dicit primum,& ſic vouete,ad conſilium; Secũdum ſcilicẽt, reddite, ad imperium referri. Vnde ex dictis iuribus clarè colligitur, verba imperatiui modi,eſſe ſaltem communia;ergo in dubio debẽt interpretari in benigniorem partem,vt potius conſilium,quam præceptum hoc loco denotent; arg. tex. in c.pœnæ,de pœn.d. 1.l.ſi Præſes, & l.interpretationis, ff. de pœn. atque adeò cùm in tex. noſtro non conſtet de expreſſa voluntate Romani Pontificis. illa verba; *Tranſumptum litterarum penès ſe habeant,&c.* Sunt intelligẽda,vt conſilium, non autem obligationem in conſcientia ſignificent; & conſequenter nolentes apud ſe habere tranſumptum Bullæ cœnæ, nec illud legere,non peccant mortaliter.

Tertiò ad obligationẽ alicuius legis ſub culpa
1 mortali, requiritur materia grauis: quia Princeps,aut Prælatus,quamuis velit,nõ tamen poteſt obligare ad mortale in materia leui;quoniã lex humana, vt iuſta, ac rationabilis ſit conformari debet legi Diuinæ,à qua deriuatur;lex au-
2 tem diuina, in materia leui non imponit obligationem grauem.Ita Sal.1.2.q.77.art.1.cõtr.8. Sayr.lib.3.Theſ.tom.2.p.5.c.7.n.14.& 15. Suar. lib.3.de leg.c.25.& Io.de Sal.eod. tract. diſp.10. ſec.6.n.30, qui dicit hanc eſſe communem ſen-

ten-

tentiam Theologorum; ſed ſupradictos Eccleſiaſticos tenere, vel nõ tenere apud ſe tranſumptum Bullæ cœnæ, illudque non legere, eſt res leuis; ergo Romanus Pontifex quamuis vtatur verbis imperatiui modi, per textum noſtrum diſponendo, vt dicti Eccleſiaſtici tranſumptum prædictum apud ſe habeant, ac legant, & percipiant, noluit, ſicut non potuit contrauenientes obligare in conſcientia ad læthalem culpam.

4 His tamen non obſtantibus, cõtrariam *a* ſen-
3 tentiam arbitror de iure veriorem eſſe, quam tenet Vgol. in explic. huius §. ſub n. 2. in ver. At qui an ipſam.

Probatur, quia Romanus Pontifex in præcipiendo confeſſarijs, & alijs ſupra nominatis Eccleſiaſticis habere apud ſe tranſumptum dictæ Bullæ, illudque legere, ac percipere, vtitur verbis imperatiuis, vt patet, & ſupra diximus; ergo
4 contrauenientes obligat ad læthalem culpam; quia verba imperatiui modi, quando non conſtat de contraria voluntate diſponentis, ſaltem per probabiles coniecturas, continent præceptum: vt docet Panor. in c. veſtra per illum tex. nu. 1. de cohab. cler. & mulier. & in c. clerici, nu. 1. de vit. & honeſt. cler. Caſtr. & Vaſq. relati à Ioanne de Sal. de leg. diſp. 10. ſec. 9. nu. 51. in ver.
5 De verbis autẽ; & in ver. Et licet Vaſquez. Vbi declarans verba Nicolai in c. nullus, 32. d. dicentis; *Nullus Miſſam audiat Presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere*: ait, illa verba præceptum denotare. Sic etiam in c. omnis, de pœn. & remiſ. præcepta confeſſionis, & Euchariſtię verbis imperatiui modi imponuntur.

Patet etiam ex tex. in d. c. clerici, de vit. & honeſt. cler. Ex Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 5. & in multis alijs iuribus, in quibus præcepta ſolis verbis imperatiui modi promulgantur.

Hoc idem probatur ex Gen. c. 2. in illis verbis; *Præceptique ei dicens, ex omni ligno Paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas*: Vbi omnes interpretantur verba illa præceptum continere. Hinc Gen. c. 3. Eua ſerpenti interroganti: *Cur præcepit, &c.* Reſpondit; *Præcepit nobis, vt non comederemus, &c.* Matt. etiam c. 5. illa verba; *Ego autem dico non iurare omnino, &c. ſit ſermo veſter, eſt eſt, non non: quod autem his abundantius eſt, à malo eſt*: Maldonat. ibi intelligit præceptum denotare nõ iurandi abſque neceſſitate, & non tantùm conſilium. Eodem modo intelligi illud Matt. c. 28. *Docete omnes Gentes, &c.* Si igitur verba imperatiui modi præceptum continent, & Romanus Pontifex vtitur huiuſmodi verbis in præcipiendo Confeſſarijs, vt tranſumptum prædictũ apud ſe habeant, legant, & percipiant, contrauenientes proculdubio mortaliter peccãt, quia præceptum ad mortale obligat, vt latè ſupra probauimus, §. præcedenti, q. vl.

Confirmatur denique: quia S. Pontifex non ſolùm vult, vt confeſſarij habeant hanc Bullam penès ſe; verùm etiam, vt ſtudeant diligenter eam legere, & percipere: quæ verborum publicatio, hæc omnino Romanum Pontificem voluiſſe oſtendit; & propterea præceptum eſſe, quòd cùm ſit de re graui, vt Vgol. ibi dicit, ſeruare debent, aliàs peccent, ar. tex. in c. 2. de maior. & obedient.

Ad contraria reſpondetur.

6 AD primum dicimus, quòd idcirco in ſupradictis locis ſcripturæ verba imperatiui modi, non præceptum, ſed conſilium ſignificãt: quia ex alijs coniecturis id colligitur. Nam vt ait Panor. in d. c. veſtra, num. 1. de cohab. cler. & mulier: non eſt vniuerſaliter verũ, vt verba imperatiui modi ſignificent præceptum: eo quòd quandoque ſignificant etiam conſilium, & non obligãt ad mortale: vt in d. clem. exiui, de verb. ſignif. & c. magnæ, de vot.

Ad ſecundũ negatur conſequentia, quoniam tunc verba imperatiui modi debent interpretari in benigniorem partem, ita vt conſilium, & non præceptum denotent, quando aliæ coniecturæ non eſſent in contrarium: at verò in caſu noſtro Romanum Pontificem per illa verba in fine §. poſita, & alia ſupradicta, clarè colligitur velle obligare contrauenientes ad læthalem culpam: vt ſupra diximus.

Ad tertium negatur minor: quia cum tracte-
7 tur de magno præiudicio, quod euenire poteſt fidelium animabus ex ignorantia cenſurarum, quæ in hac Bulla continentur, præceptum factum confeſſarijs de tenendo tranſumptum illius apud ſe, & de illo legendo, & percipiẽdo, eſt de re graui: vt ſupra ex Vgol. annotauimus: & propterea obligat ad læthalem culpam. Et licet ad iudicãdum materiam grauem, aut leuem non poſſit aſſignari certa regula: quapropter prudentis iudicio eſt remittẽdum: vt benè notat Suar. loco citato; tamen in caſu noſtro, eſtò quòd præcipiatur materia de ſe leuis; nihilominus, comparata ad bonum commune, efficitur materia grauis.

Hinc ait Ioannes de Sal. d. ſec. 6. ſub nu. 32. &
8 Doctores, quos ipſe allegat, quòd non ſunt cõtemnendæ cenſuræ, quibus Iudices præcipiunt aliquem comparere in Iudicio, aut his ſimilia: quoniam aliquãdo materia, quæ ex ſe eſt indifferens, aut leuis, relata ad aliquod commune bonum, efficitur grauis. Sic aliquando in Religionibus imponuntur præcepta obedientiæ, & excommunicationis pro rebus minimis. p. ne quis Religioſus accedat ad hortum communem Conuentus: ne per talem vicum tranſeat: ne ad domum talis ſæcularis ſe conferat, etiam ſi cum licentia extra conuentum exierit, & his ſimilia; quæ licèt, in ſe cõſiderata, ſint leuis materia; nihilominus relata ad honeſtatem, & bonum commune Religioſorum, ratione ſcandali vitandi, periculi, aut alterius circumſtantiæ, efficiuntur materia grauis, atque adeò ad mortalem culpam obligant.

Et ita intelligendi ſunt Doctores dicentes, le-
9 ges Eccleſiaſticas, quæ irrogãt pœnam excommunicationis, ſuſpenſionis, Interdicti, & irregularitatis ex delicto, ſimpliciter obligare ad læthalem culpam: vt habetur ex Azor. loco citato, in ver. In hac controuerſia, & Ioan. de Sal. ibidem ſec. 9. nu. 54. cum plur. ſeq. & ſec. 10. vbi docet, etiam quando materia leuis repetitione, ac conſuetudine fiat grauis.

Vnde his reiectis, firma remanet concluſio, quòd Eccleſiaſtici in hac Bulla nominàti: & præſertim deputati ad audiendas confeſſiones, recuſantes apud ſe habere tranſumptum Bullæ

cœnæ

cœnæ, legere, ac percipere contrahunt lx thalem culpam.

Limitatur tamen hæc concluſio, vt vera ſit,
10 vbi confeſſarij, & alij prænominati Eccleſiaſtici auſu quodam temerario; ideſt ſine aliqua ratione, & cauſa, recuſare præſumpſerint apud ſe habere prædictum tranſumptum, illudque legere, ac percipere: ſecus autem, ſi iuſtam habuerint cauſam contraueniendi. nam tunc contrauenientes, culpam mortalem non contrahèrẽt.

Probatur hoc dictum ex tex. noſtro in illis
11 verbis: *Auſu temerario contraire præſumpſerint*. Nam auſus temerarius dicitur confidentia quædam inconſiderata: audacia enim ab auidè ideſt cupidè agendo deriuatur, qua quis facinus nullo periculi, aut pudoris metu perterritus, molitur: vt in e. 2. de cenſi. Sic etiam, audacter, pro temerè, impudenter, & liberius quam par ſit,
12 ſumitur ab Vlp. in l. 1. §. fin. ff. ſi par. hæred. petat. Vnde temerarius dicitur, qui ſine aliqua ratione, & cauſa aliquid perpetrat. Et temerè litigare nuncupatur, qui per calumniam quid pe-
13 tit, aut ſine iuſta cauſa experitur: vt in l. qui de libertate, § t. ff. de liber. cau. & in Inſt. toto tit. de pœna temerè litig. Ad hoc igitur, vt quis contraueniendo diſpoſitioni præſentis § mortaliter peccet, opus eſt, vt ſine aliqua iuſta, & rationabili cauſa voluntariè contraueniat; non habendo dictum tranſumptum apud ſe, non legendo illud diligenter, non percipiendo, aut dicendo, Bullam ipſam non eſſe iuſtam, eſſe irrationabilem, non eſſe ſeruandam, paginam laceret, aut ſimilia dicere audeat, tenet, atque præſumat.

Ex hoc infertur, quòd cum trãſumptum hu-
14 iuſmodi Confeſſarij apud ſe habere non poſſint, niſi cum probabili vitę, aut bonorũ amiſſionis periculo: vt ſi laica poteſtate fuiſſet omnibus ſub ipſius iuriſdictione commorantibus, ſub pœna mortis, aut confiſcationis bonorum prohibitum tenerę, ſeù legere Bullam cœnæ;
15 tunc excuſantur non tenentes. aut legẽtes eam à peccato mortali: quoniam lex humana non habet poteſtatem alligandi conſcientiam cum probabili mortis periculo, infamiæ, vinculorũ, verberum, amiſſionis bonorum, & his ſimiliũ, quæ cauſant metum cadentem inconſtantem virum: ar. tex. in l. iſti quidem, & l. nec timorem, ff. quod met. c. latè Azor. lib. 1. Inſt. moral. p. 1. c. 11. q. 1. Suar. de cenſ. diſp. 6. ſec. 3. n. 7. & 12. Say, lib. 1. Theſ. c. vl. nu. 41. & lib. 2. c. 14. nu. 37.

Quæ quidem vera ſunt, non modò quando propriæ perſonæ comminantur; ſed etiã quando comminantur ipſius cũſanguineis: nam iſte metus quoque dicitur metus cadens in conſtãtem virum; vt habetur ex D. Th. in 4 d. 29. q. 1. ar. 1. & Syl. in ſum. in ver. excummunicatio, ſupra num. 23.

Cõfirmatur, quia ſi Princeps aliquis ſub prę-
16 dictorum comminatione præcipiat alicui veſci carnibus 6. fer. aut Sabbato contra præceptum Eccleſię, ſi carnes comedat, à peccato excuſatur; ſicut ſi quis reperiatur in aliquo loco, in quo non adſint niſi carnes, quas comedat, nè famæ pereat, carnes comedens 6. fer. Sabbato, & Vigilijs non peccat; quia lex humana non obligat cum tanto detrimento, & huiuſmodi metus eſt legitima cauſa violandi legem, niſi in contemptum Catholicæ fidei, eiuſdéque iniuriam, talis metus incutiatur, vt alias diximus.

Imò in his caſibus licitum eſſet Chriſtiano comedere carnes, etiam Idolis immolatas, & ad comedendum recumbere in Idolo, ideſt in mẽſa Idolis conſecrata: ita tamen, vt alijs ſuam neceſſitatem explicet, & quod non ex eo videatur approbare falſum Deorum Religionem; quoniam ex Idolo, quod nihil eſt, carnes immolatę non poſſunt inquinari. Ita Ioan. de Sal. contra nonnullos, quos ipſe refert de leg. diſp. 11. ſec. 2. num. 26.

Eadem ratione licèt Regula Cartuſiẽſis gra-
17 uiſſimas ſtatuat pœnas ſuis monachis carnes comedentibus: tamen ſi quis Cartuſienſis monachus reperiatur in aliqua ſolitudine, nec quid aliud ad veſcendum haberet præter carnes, & famæ laboraret, non ſine ſuæ vitæ diſcrimine, tunc non ſolum poteſt, ſed etiam debet veſci carnibus, nè famæ pereat: & idem eſt dicẽdum, ſi in ægritudine conſtaret, carnes forè ſufficientes, & neceſſarias ad vitam tuendam; nam tunc monachus Carthuſienſis citra omnem culpam poſſet carnes comedere: imò, & deberet, quando periculum vitæ euidens eſſet, quia non tenetur, nec debet Carthuſianus cum tantò, & tãm euidenti ſuo detrimento à carnibus ſe abſtinere, etiam ſi aliquĩ ſcandalum paterentur, quia hoc ſcandalũ eſſet irrationabile ac ſtultũ.

Dixi cum euidenti ſuæ vitę detrimento, quia
18 ſi periculum vitæ non eſſet euidens ſed probabile tantùm, licitum eſſet Carthuſiano, & interdum obligatorium eſſet à carnibus abſtinere, ad euitandum graue ſcandalum, quod ex eſu carnium timeretur: puta Religionis relaxatio, aut aliud ſimile. Nam ſi fas eſt vitam periculo exponere ad tuendam amici vitã, ita vt licitum ſit tabulam in naufragio dimittere, vt Patrem ſuum, aut egregium virum à morte liberet; quanto fortiùs poteſt Carthuſiẽſis vitam, probabili periculo expnnere, pro conſeruatione diſciplinæ propriæ Regulæ: quæ iure potuit omnino interdicere carnis eſum ad corporis macerationem, ad vitæ præteritæ pœnitentiam ſalutarem agendam, ad libidinis illecebræ reprimendas, &c.

Tantò fortiùs, quia Arnaldus de Villanoua
19 Theologus, & Medicus eminentiſſimus, in defenſionem Carthuſienſis inſtituti, in quodam ſuo opuſculo oſtendit, nunquam eſſe infirmo neceſſarias carnes ad tuendam vitam, imò alijs cibis, & potibus melius, quàm eſu carnis, vel potionibus ea ipſa confectis, Religioſos curari poſſe probat, & ideò inſtitutum illud quoad carnis eſus abſtinentiam contra charitatem non eſſe. Ita Io. de Sal. loco ſupra citato, à nu. 22. ad 26. & Azor. lib. 3. Inſt. moral. p. t. c. 6. q. 7. in fine. Vbi idem probant de alijs præceptis Eccleſiæ; nempè de ſeruandis ieiunijs, de audiendo Miſſam in die feſto, & de alijs huiuſmodi.

Hac eadem ratione contra nõnullorum ſen-
20 tentiam tenet Io. de Sal in d. diſp. 11. ſec. 1. nu. 9. quòd metu cadente in conſtantem virum contrahens matrimonium cum conſanguinea in gradu prohibito; dummodo non habeat animum illud conſumandi, non peccat: quia talis prohibitio eſt de iure poſitiuo. Dixi dummodo non habeat animum conſumandi, quia cùm ta-

le

le matrimonium ſit nullum, eſſet accedere ad non ſuam, atque adeò fornicari. Si igitur hæc omnia vera ſunt in ſupra narratis caſibus; ergo militant etiam in caſu de quo agitur; ita vt Confeſſarij, & alij Eccleſiaſtici in noſtro §. nominati, ſi metu cadente in conſtantem virum non teneant apud ſe tranſumptum Bullæ cœnæ, & illud non legant, nec percipiant, culpâ aliquam non contrahunt: quoniam huiuſmodi præceptum non eſt pluſquam Eccleſiaſticum, & humanum: quod non obligat cum magno detrimento vitæ, aut bonorum.

Hæc autem, quæ diximus limitantur primò procedere, quàdo quis de facili non poſſet occurrere damnis imminentibus, & comminatis; quia ſi de facili poſſet obuiare, à legis violatione non excuſaretur: eo quòd tunc nò eſſet metus cadens in conſtantem virum: ar. tex. in c. fin. de elect. c. paſtoralis de offic. de leg. & l. quibus diebus, ff. de condit. & demonſtr.

Secundò limitatur, niſi lex expreſsè præcipe-
21 ret cum periculo mortis, amiſſionis bonorum &c. vt Confeſſarij, & alij huiuſmodi Bullam cœnæ apud ſe habere debeant, eandemque legere, ac percipere: nam lex maximè ſi ſit Eccleſiaſtica ex vi ſuæ poteſtatis, & auctoritatis poteſt obligare ad aliquid agendum, aut vitandû ſub præcepto peccati mortalis, vt ſupra probauimus, & ſic ſub pœna mortis æternæ ſpiritualis: ergo multò magis ſub periculo mortis temporalis, & corporalis: ar. tex in auth. multò magis, C. de ſacr. Eccl. & latè probat Caiet. 1. 2. q. 96. ar. 4. & Azor. loco citato. Vbi ait etiam, Epiſcoporum, prævalente peſtilentia in plebem, poſſe presby-
22 teris cum mortis periculo præcipere, nè ex Ciuitate diſcedant, ſed Sacramenta peſtilêtia percuſſis miniſtrent. Sic etiã Princeps, aut Reſpub. poteſt ciuibus imperare, vt arma ſuſcipiant imminente graui hoſtium incurſu: & quòd in tantò periculo è Ciuitate fugam non arripiant. Quod quidem quomodo procedat, rectè declarat Io. de Sal. in allegata ſec. 1. & Suar. eodem tract de leg. lib. 3. c. 30.

Tertiò limitantur, ſupradicta vera eſſe quo-
23 tieſcunque iſta lex humana poteſt citra ſcandalum, & Eccleſiæ contemptum tranſgredi: nam ſi ſine magno ſcandalo tranſgredi non poteſt, tunc obligat, etiam cum periculo mortis: eo quòd tunc contraueniens ageret actum intrinſecè malum, qui non eſt eligibilis in quocũque euentu: vt in c. primum, & c. ne quis, 22. q. 2. Et ita intelligunt multi factum Ermigildi, qui potius mori voluit, quàm Euchariſtiam ab hæretico ſumere, c. ſuperueniente, 1. q. 1. & c. vl. 24. q. 1. & latè habetur ex Suar. de cenſur. diſp. 6. ſec. 3. nu. 3. 7. & 12. & Io. de Sal. loco citato cum alijs, quos allegat.

ADDITIO.

a Contrariam. Adde Bonac. hoc loco, diſp. 1. q. 22. pun. 7. n. 5. vbi eandem opinionem ſequitur. Abb. Alex.

An Roman. Pontifex, ſi pœnam imponeret Confeſſarijs, tranſumptum Bullæ apud ſe habere recuſantibus, in dubio cenſeatur eos obligare, non ſolùm ad pœnam, ſed etiam ad culpam. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Lex non poteſt obligare contra, vel vltra intentionem legislatoris.*

2 *Legislator ferendo legem pœnalem, poteſt ſe declarare, velle obligare ad puram pœnam, & non ad culpam.*

3 *Religionum multæ regulæ proteſtantur, ſe nolle obligare Religioſos ad culpam, nec mortalem, nec venialem vltra id, quod iure naturali, aut Diuino tenentur.*

4 *Regularium conſtitutiones, ac ſtatuta habent veram legis rationem.*

5 *Legis pœnam, ſatis eſt, vt præcedat cauſa, quamuis non præcedat culpa.*

6 *Legem violantes ex contemptu, ſiue pœnalis ſit, ſiue non pœnalis, peccant mortaliter.*

7 *Contemptus diuiditur in formalem, & virtualem, & quinam ſit effectus vtriuſque?*

8 *Religioſus ſilentium violans ex contemptu ſuarum conſtitutionum, peccat mortaliter ſecus autem, ſi contemnat illud tanquam rem minimam.*

9 *Religioſus tranſgrediens ex contemptu in his, quæ pertinent ad perfectionem ſecundum regulam, peccat mortaliter.*

10 *Religioſus non habens animum tendẽdi ad perfectionem ſecundum Regulam ſuam, eſt in peccato mortali.*

11 *Religioſus contemnens orationem mentalem, contemnit media, quibus peruenitur ad perfectionem.*

12 *Religioſi, Religioſæ, aut ſpiritualis nomen quis non merctur, ſi ſemel ſaltem in die ad orationem mentalem non accedit.*

13 *Intentio continuandi tranſgreſſionem in futurum, & conſuetudo contrahendi, inuoluunt contemptum interpretatiuum.*

14 *Veniale peccatum, an conſuetudine fiat mortale.*

15 *Contemptus formalis, qui propriè dicitur.*

16 *Lex mixta, quomodo differt à lege purè pœnali.*

17 *Ex duobus propoſitis, qui alterum dumtaxat affirmat, alterum ex iuris præſumptione negare videtur.*

18 *Leges humanæ in ſola præſumptione fundatæ, non ligant ſub lethali culpa ad ipſarum obſeruantiam eos, qui de veritate in contrarium certi ſunt.*

19 *Præſumptio ad forum iudicialè pertinet, non autem conſcientiæ.*

20 *Inuentarium ſi non faciat hæres, licèt in foro iudiciali teneatur vltra vires hæreditarias pro ſatisfaciendo teſtatoris creditoribus; in foro tamen conſcientiæ non tenetur, niſi iuxta vires hæreditarias.*

21 *Iniuſtæ ſententiæ latæ per falſas probationes, licèt quis teneatur ſtare in foro exteriori; ad id tamen non tenetur in foro conſcientiæ.*

22 *Matrimonium contrahentes in facie Eccleſiæ, cum impedimento ſecreto, vel ſine conſenſu requiſito, licèt in foro exteriori compelli poſſint ad illud perſeuerandum: ad id tamen non tenentur in foro conſcientiæ.*

23 *Electus, ſi in ipſius electione non concurrant ſolemnitates à iure requiſitæ, ſed ea tantùm, quæ ſatis ſunt ad terminos iuris naturalis, nempè conſenſus liber electi, & eligentium, dignitatem poteſt tuta conſcientia retinere.*

24 *Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni, ſi conſtat de li-*

de libera voluntate teſtatoris, poteſt tuta conſcientia hæreditatem ſibi appropriare; licet in iudicio obtinere illam non poſſit, vt infra etiam dicemus n. 44.

35 *Hæres, licèt in foro iudiciali non teneatur ſoluere legata facta in teſtamento minus ſolemni: ad ea tamen tenetur in foro conſcientiæ, ſi ſibi conſtat de libera voluntate teſtatoris.*

36 *Solemnitates requiſitæ in alienatione rei Eccleſiæ: ac minoris ſi omittantur, licet vitient contractum in foro exteriori: non tamen in foro conſcientiæ, ſi in re ſeruatur naturalis iuſtitia.*

37 *Matrimonia clandeſtina lex prohibens, in locum habeat in foro conſcientiæ.*

38 *Romanus Pontifex, ſi pœnam imponeret recuſantibus apud ſe habere tranſumptum Bullæ cœnæ, adhuc contrauenientes obligantur ad læthalem culpam.*

39 *Lex purè pœnalis, obligat ad culpam.*

30 *Religiones, quando nolunt obligare ad culpam per earum conſtitutiones pœnales, id exprimunt.*

31 *Leges pœnales de non extrahendis equis de Regno tempore belli, de non extrahendo frumentum, vinum, &c. obligant ad pœnam, & ad culpam.*

32 *Legem purè pœnalem ad culpam obligare, qui teneant.*

33 *Lex mixta, quæ præceptum continet, & pœnam addit, citra omnem controuerſiam obligat, non ſolum ad pœnam, ſed etiam ad culpam.*

34 *Benignior interpretatio tunc admittitur, quando res eſt dubia, & legis verba non corrumpuntur.*

35 *Romanus Pontifex ſi pœnam imponeret recuſantibus apud ſe habere tranſumptum Bullæ cœnæ, aut illud legere, & percipere, contrauenientes obligarentur ad læthalem culpam; etiam ſi vteretur verbis conditionalibus.*

36 *Ex duobus propoſitis, qui alterum affirmat, alterum negare tunc cenſetur, quando illa duo ſunt in ſe repugnātia; vel quando ſunt ad eligendum propoſita.*

37 *Leges humanæ in ſola præſumptione fundatæ, tunc non ligant in foro conſcientiæ illos, qui de veritate in contrarium certi ſunt, quando fundantur in præſumptione definitiua: ſeù facti; ſecus autem, ſi fundentur in præſumptione ſolius moralis perſculi: ſeù in eo, quod frequentius accidit.*

38 *Lex prohibens emitti profeſſionem ante 16 annum completum obligat etiam ſi puer ſit dolo capax: ita vt in cōſcientia nullam obligationem inducat.*

39 *Lex diſponens, vt votum factum a minori 14. annorum poſſit irritari ab eius patre, ſuam efficaciā habet etiam in conſcientia: quamuis conſtet talem minorem in ea ætate perfectum iudicium habuiſſe.*

40 *Leges adaptantur ad ea, quæ frequentius occidunt.*

41 *Lex Canonica prohibens actum aliquem ob periculum Simoniæ obligat in conſcientia.*

42 *Lex, quando ſundetur in præſumptione: aut in præiudicio periculi, quomodo diſcernitur.*

43 *Lex irritans matrimonia clandeſtina, ligat etiam in foro conſcientiæ: licet aliqui contrarium teneant, vt ſupra num. 27.*

44 *Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni, poteſt tuta conſcientia retinere hæreditatem, ſi ſibi certò conſtet de libera voluntate defuncti: donec venientes ab inteſtato coram competenti Iudice inſteterint, & ſententiam obtinuerint.*

45 *Religioſi accedentes ad Monaſteria Monialium ad alloquendum cum eis, peccant mortaliter, non obſtante quod decretum Congregationis Cardinalium id prohibens, ſit pœnale.*

46 *Pœnam ipſo facto impoſitam, quando non continet nimiam acerbitatem, repugnantem humanæ naturæ, contrauenientes tenentur ſubire, etiam ante Iudicis condemnationem.*

47 *Mulieres non poſſunt arcana retinere, quin ea propalēt.*

HAec controuerſia non eſt impertinens ad materiam præſentis §. nam Bulla cœnæ cū ſit mutabilis ex ſui natura, ſt ad præſens non eſt adiecta pœna Confeſſarijs, & alijs Eccleſiaſticis quorum §. ipſe meminit, recuſantibus apud ipſos habere dictum tranſumptum, illudque legere, ac percipere: in futurū de facili, & veriſimiliter imponi poteſt. Quocirca, vt ad rem ipſam deueniamus, eſt ante omnia annot. ad tituli dictæ cōtrouerſiæ explicationem, quòd ex induſtria quærimus, an Romanus Pontifex in caſu propoſito, in dubio cenſeatur obligare, nō modò ad pœnam; ſed etiam ad culpam: quoniā certum eſt, nullam legem ciuilem, aut Canonicam obligare ſub læthali culpa, vbi conſtat de legislatoris animo nolentis contrauenientes in conſcientia obligare, ſuppoſita tamen materia, quę non ſit intrinſecè mala: quoniam lex nō poteſt obligare contra, vel vltra intentionem legislatoris, à quo pendet tota vis, & efficacia legis. Actus enim agentium non tranſcendunt intentionem eorum, l. ſi quis nec cauſam, & l. nō omnis, ff. ſi cert. pet. Ita Caiet. in ſum. in ver. Præcepti tranſgreſſio: Nau. in Man. c. 23. nu. 48. 49. & ſeq. Suar. lib. 3. de leg. c. 27. & Io. de Sal. eod. tract. diſp. 10. ſec. 5. cum aliis, quos allegant.

Vnde legislator ferendo legem pœnalem, pōteſt ſe declarare, velle obligare ad puram pœnā, & non ad culpam: quia ſicut poteſt obligare ad ſolam culpam, vt ſupra declarauimus, §. præcedenti, q. vl. cur non poterit obligare ad ſolam pœnam, & non ad culpam? Exemplum patet in nonnullis Religionibus, quarum Regulæ expreſsè proteſtantur nolle obligare ſuos Religioſos ad culpam, nec mortalem, nec venialem, vltra id, quod iure naturali, aut diuino tenentur: vt de ſua Religione Dominicana teſtatur D. Th. 2. 2. q. 186. art. 9. & de noſtra Religione Cler. Regul. extat etiam conſtitutio id ipſum diſponens: ſicut de nonnullis alijs quoque refert Io. de Sal. loco citato, n. 25. & 28. Quæ quidem Regularium Conſtitutiones, & ſtatuta habent veram legis rationem, cum ita à Pontificibus vocentur, eum dant poteſtatem ad illa condenda: & ſunt actus veræ iuriſdictionis, & poteſtatis ſuperioris, imponentis neceſſitatem aliquam ſic operandi: ergo excedunt rationem conſilij, & non ſunt tantùm conuentiones, vt quidam opinantur, ſed ſunt veræ conſtitutiones, & ſtatuta: quoniam in ipſis legis ratio rectè ſaluatur; cum ſtatim obligent in conſcientia ad ſuſtinendam pœnam, etiam ante condemnationem, ſi eſt impoſita ipſo facto: vel poſt cōdemnationem, ſi eſt comminatoria: iuxta ea, quæ latè tractat Suar. lib. 5. de leg. à c. 6. vſq; ad 11. & ſic pœna in omni lege eſt coniuncta cum culpa.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd tunc imponeretur pœna non præcedēte culpa, quæ eſt natura, pœna prior: quoniā reſpondetur, quòd de iuſtitia legis eſt, vt pœnam præcedat cauſa, & non culpa: vt patet ex regula iuris in c. ſine culpa de reg. iur. in ſexto, vbi habetur, aliquando inferri pœnam ſine culpa, ſed non ſine cauſa. Quod quomodo procedat, latè declarat Suar. lib. 5. de leg.

leg c.4 & latius lib.3.c.22.nu.9. Addè, quòd lex pœnalis, ſi conſtat de voluntate legiſlatoris, intendentis obligare contrauenientes non modò ad pœnam, ſed etiam ad culpam, certum eſt, quòd contraueniens contrahit culpam, & tenetur luere pœnam: quoniam non excedit humanam poteſtatem præcipere aliquid ſimul obligando in conſcientia, & imponendo pœnam: vt benè probat Suar. eod. tract. lib. 5. cap. 3. num. 2. ſola igitur quæſtio noſtra eſt, quando dubitatur de intentione Romani Pontificis imponentis pœnam temporalem Confeſſarijs recuſantibus tenere apud ſe tranſumptum noſtræ Bullæ, an obliget etiam ad culpam.

Secundò eſt annot. quòd cõtrouerſia noſtra
6 non eſt de recuſantibus habere apud ſe tranſumptum Bullæ cœnæ, illudque legere, ac percipere ex contemptu. Nam certum eſt apud omnes Theologos, quòd violantes quamcũque legem ex contemptu formali legiſlatoris, ſiuè pœnalis ſit, ſiuè nõ pœnalis, ſemper peccãt mortaliter, etiam ſi tractetur de materia leui: vt latè probat Suarez, & alij, quos ipſe allegat lib. 3. de leg. c. 28. nu. 13.

Dixi ex contemptu formali, ideſt poſitiuo,
7 qui eſt voluntas tranſgrediendi legem ex hac ſola cauſa, quòd quis non vult ſubijci legi, ad differentiam contemptus legis virtualis, & negatiui, qui dicitur voluntas tranſgrediẽdi legem ex concupiſcentia, nempè ex affectu lucri, ex odio, amore, timore, &c. Ideò enim contemptus formalis eſt peccatum mortale, quia contemptus ille eſt formaliter ſuperbia, niſi proueniret ex aliquo motu indeliberato: quoniam tunc ex imperfectione actus, huiſmodi cõtemptus non eſſet pluſquam peccatum veniale: vt benè declarat Syl. in ſum. in ver. Contemptus.

Hinc Religioſus ſilentium violans ex contẽ-
8 ptu ſuarum conſtitutionum, & Regulæ, peccat mortaliter: ſecus autem, ſi contemnat ſilentium tanquam rem minimam, nam tunc leuem tantùm culpam contrahit.

Sic etiam Religioſus tranſgrediens ex contẽ-
9 ptu in his, quæ pertinent ad perfectionẽ ſecundum Regulam, mortaliter peccat, quia cõtemnit id, in quod tenetur tẽdere, nempè in perfectionem. Ita D. Th. implicitè, & Caiet. explicitè 2. 2. q. 184. art. 5. ad ſecundum, & Nau. com. 1. de
10 Regul. n. 10. circa medium, dum volunt, quòd Religioſus, non habens animum tendendi ad perfectionem ſecundum regulã ſuam, eſt in ſtatu peccati mortalis: quam concluſionem terribilem eſſe nonnullis Religioſis, ait ipſe Nauar. qui nec actu, nec virtute habẽt animũ ſe in dies magis, ac magis in charitate proficiendi, nec curant pluſquam boni clerici ſæculares, aut laici ad eam tendere.

Vnde ſi Religioſus cõtemnat orationẽ men-
11 talem à Regula ordinatam, & proponat ſe huic exercitio nũquam vacaturum, cum poſſit, proculdubio iſte talis non dicitur tendere ad perfectionem: quia contemmit media, quibus ad perfectionem deuenitur. Etenim oratio mentalis eſt potiſſimum medium perueniendi ad perfectionem, ita vt Caiet. 2. a. q. 8. artic. 3. de illa
12 tractans ſic ait; *Nec Religioſi, aut Religioſæ, ſeù ſpirituales, etiam nomine vocari poteſt, qui ſaltem ſemel in die ad huiuſmodi ſe non tranſfert.* Et rationem hanc eſſe docet, quia impoſſibile eſt aſſequi perfectionẽ, & puritatem Religionis, ac ſpiritus abſque exercitijs orationis, & conſiderationis, ſicut nõ eſt poſſibile aſſequi finẽ ſine medijs, nec datur effectus ſine cauſa: oratio aũt (ait) eſt mediũ, & cauſa ſpiritus, & perfectionis Religioſæ.

Eodem modo eſt dicendum, ſi Religioſus cõ-
13 temnat ſilentium, vigilias, & alia ſtatuta principalia, quibus deuenitur ad perfectionem. Et eo magis, quia intentio continuandi tranſgreſſionem in futurum, & conſuetudo contrauenièdi inuoluunt cõtemptum interpretatiuum: vt benè docet Syl. in ſum. in ver. contẽptus ſub nu. 1. Glo. in c. vnũ orariũ, §. nũc autẽ in ver. criminale, d. 25. Angel. in ſum. in ver. Inobediẽtia, & alij.

Hinc ait Panor. in c. nam concupiſcentiam
14 de conſtitut. in fine, nullum eſſe veniale peccatum, quod conſuetudine nõ fiat mortale: quod eſſe non poteſt niſi ratione contemptus. Et D. Bern. lib. de præcep. & diſpenſ. inquit; *Quædam eſſe venialia peccata, excepto, cum per contemptum vertitur in vſum, & conſuetudinem.* Quæ quidem ſententia, licèt videatur falſa Suar. loco citato, n. 8. & 9. Io. de Sal. de leg. diſp. 10. ſec. 8. & alijs: nihilominus, cum tantorum, doctiſſimorumque virorum, & præcipuè D. Bernardi teſtimonijs muniatur, eſt magnæ auctoritatis. Quomodo autem Religioſus ſub præcepto læthalis culpæ teneatur tendere ad perfectionem, & an teneatur currere, declarat Syl. in ſum. in ver. Religio, 1. q. 3. Et circa contemptum, an, & quando ſit peccatum mortale, aut veniale, latè tractant Suar. & Io. de Sal. in ſtipradictis locis, Syl. in ſum. in ver. Contemptus, & Armil. eod. ver. vbi inter alia docent, quòd ſi quis facit aliquid, aut non facit ex indignatione: vt ſcilicet Prælatus hanc, vel illam conſolationẽ nõ habeat, nõ dicitur ex contẽptu contrauenire: quia contemptus formalis dicitur, quando quis ſpernit, vt ſpernat.

Non igitur controuerſia noſtra eſt de Cõfeſ-
15 ſarijs, & alijs Eccleſiaſticis in hoc §. nominatis recuſantibus habere apud ſe tranſumptum Bullæ cœnæ, illudque legere, ac percipere ex contẽptu, ſcandalo, aut offenſione aliorum: quoniam clarum eſt, quòd hoc caſu peccarẽt mortaliter: eo quòd non ſolum contemptus, ſed etiã ſcandalum, & aliorum notabilis offẽſio per ſe mortalem cõtinent culpam: vt per Azor. lib. 5. Inſt. moral. p. 1. c. 6. q. 4. in ver. In hac controuerſia. Sed noſtra quæſtio eſt de contrauenièntibus diſpoſitioni præſentis, §. ex concupiſcentia, odio, aut alia ratione citra contemptum, ſcandalum, aut alterius notabilem offenſionem.

Tertiò eſt annot. quòd dũ quærimus, an Ro-
16 manus Pontifex temporalem pœnam imponẽs Confeſſarijs, tranſumptum prædictum apud ſe habere recuſantibus, in dubio cenſeatur eos obligare ad culpam, iſta quæſtio poteſt intelligi dupliciter. Primò, vt Romanus Pontifex prius præcipiat; & deinde pœnam ſtatuat. Vt ſi dicat: Confeſſarij tranſumptum Bullæ cœnæ penès ſe habeant, illudque diligenter legere, & percipere ſtudeant: ſed præcipimus, ac mandamus Cõfeſſarijs, vt trãſumptum huiuſmodi apud ſe habeant, legant, ac percipiant: & in caſu contrauẽtionis, officio, ac beneficio priuentur. Quæ quidem diſpoſitio dicitur miſta, nempè ſimul moralis, & pœnalis, & duo præcepta virtute includit

vnum habendi penès se dictum transumptum, illudque legendi, ac percipiendi: & aliud sustinendi pœnam priuationis officij, ac beneficij in casu contrauentionis; ar. tex. in c. omnis vtriusque sexus de pœn. & remiss. vbi primò præcipitur confessio semel in anno; deinde per præceptum illud transgredienti imponitur pœna. Secŭdò potest intelligi, vt Romanus Pontifex statuendo, contrauenientibus pœnam simpliciter imponat; quę dispositio dicitur purè pœnalis. Vt si dixerit: Confessarij, qui prædictum transumptum penès se habere, legere, aut percipere recusant, officio, ac beneficio priuentur: vt in l. 2. C. de mendic. valid. lib. 10. vbi pœna statuitur in mendicantes ex otio, vel cupiditate citra egestatem. Vtroque igitur modo controuersiam hãc hoc loco disputabimus.

In hac re videtur prima fronte dicendum, quòd Rom. Pontifex temptatem pœnam imponens Confessarijs deputatis ad audiendas confessiones, recusantibus habere apud se transumptum Bullæ cœnæ, illudque legere, ac percipere, in dubio non censeatur eos obligare ad culpã, siue lex ipsa mista sit, siue purè pœnalis, iuxta explicationem paulò supra traditam.

Probatur hæc sententia primò ex his, quę dicunt Nau. in Man. c. 23. nu. 55. & in c. fraternitatis, 12. q. 2. nu. 23. Dec. in cap. nam concupiscentiam, 2. lect. de const. Iaf. in l. 2. nu. 143. C. de iur. emphyt. & alij, dicentes, legem pœnalem nõ posse obligare ad culpam, si pœnam temporalem imponat, nisi in ipsa lege sit id expressum. Nam lex pœnalis est odiosa; ergo legislator, per legem pœnalem simpliciter latam, intelligitur obligare contrauenientes ad pœnam dumtaxat, non autem ad culpam: quia in pœnalibus: in dubio benignior interpretatio facienda est, & lex intelligi debet de minori pœna, c. in pœnis, de reg. iur. in 6 c. pœnæ de pœn. d. 1. l. si Præses, & l. interpretationem, ff. de pœn.

Confirmatur; quia legislator, ferendo legem
17 pœnalem, ex iuris præsumptione, cẽsetur excludere culpam: quoniam qui ex duobus propositis alterum dumtaxat affirmat, alterum ex iuris præsumptione negare censetur, l. cùm Prætor, ff. de iudic. c. nõne, de præsumpt. ergo Rom. Pontifex, imponendo pœnam temporalem recusantibus habere penès se supradictũ transumptum, non cẽsetur eos obligare ad culpam. Eo magis, quia huiusmodi interpretatio confert multum ad tollendos laqueos, & pericula animarum, & potest citra inconueniens aliquod sustineri.

Secundò præceptum huiusmodi est fundum
18 in præsumptione. Nam Rom. Pontifex præsumit Cõfessarios deputatos ad audiendas Cõfessiones, & alios Prælatos Ecclesiasticos in hoc § nominatos, nisi trãsumptum prædictum apud se habeant, legant, ac percipiant, ignorare, vel saltem memoria non retinere censuras, in Bulla cœnæ latas, ex quarum ignorãtia, seù obliuione nonnulla scandala in Ecclesia Dei succedere possent. Nam Confessarij prædicta ignorantia laborantes, de facili absoluerent dictis censuris innodatos, cum facultatem non habeant; ergo, cessantibus dictis incõuenientibus, ac scandalis, recusantes habere apud se dictum transumptũ, non peccant; & eo magis, si contrauenientibus pœna imponatur; quia leges humanæ, tùm ciuiles, tum canonicæ in sola præsumptione fundatæ non ligant sub Iæthali culpa ad ipsarum obseruantiam eos, qui de veritate incõtrarium certi sint; quoniam præsumptio ad forum iudiciale pertinet, non autem ad forum conscientię in quo attenditur tantùm veritas; vt in c. tua, & c. is qui, de sponsal. Nau. in Man. c. 17. sub n. 283. in explicatione Bullæ Pij V. de tamb. Azor. lib.
19 5. Inst. moral. p. 1. cap. 6. q. 4. in ver. In hac controuersia, Sayr. lib. 3. Thesaurom. 2. p. 1. c. 7. nu. 8. Suar. de leg. lib. 3 c. 23. & lib. 5. c. 24. Io. de Sal. eo. tract. disp. 10. sec. 4. & alij Doct. quos allegant.

Hinc hæres, qui non fecit inuentarium, licèt
20 in foro iudiciali teneatur vltra vires hæreditarias pro satisfaciendo testatoris creditoribus, vt habetur in l. fin. C. de iur. delib. tamen quia lex illa fundata est super præsumptione, nẽpè, quòd hæres, qui inuentarium non confecit, bona hereditaria in fraudem creditorum occultauerit, si veritas aliter se habeat, in foro conscientiæ nõ tenetur, nisi iuxta vires hæreditarias. Ita Panor. in c. quia plerique num. 41. de immun. Eccl. Syl. in sum. in ver. lex, q. 9. §. 2. quã sententiam magis communem, testatur esse Suar. lib. 3. de leg. cap. 23. sub num. 3. & Sayr. loco citato, vbi probat etiam idem dicendum esse de iniusta
21 sententia contra aliquem lata per falsas probationes: quia cum sententia fúdetur in sola præsumptione iustitiæ, quia præsumitur testes vera dixisse, cum cõtrarium non constet, l. Iulianus, ff. de cond. indeb. non tenetur dictæ sententiæ stare, si citra scandalũ fieri potest, vt per Inn. in d. c. quia plerique, & latè Io. de Sal. loco citato.

Sic etiam contrahẽtes in facie Ecclesiæ cum
22 impedimento secretò, vel sine cõsensu requisitorũ sitèt in foro exteriori compelli possint ad perseuerãdum in tali matrimonio, cùm præsumatur verum, ac legitimum, tamen, quia matrimonium sciunt in rei veritate esse nullũ, & inualidum, non tenentur in foro conscientiæ Iudici præcipienti, etiã sub pœna excõicationis, obedire, vt probat Io. de Sal. ibi sub n. 18. in fin.

Sponsus etiam, qui accessit ad sponsam de futuro sine coniugali animo, quãuis in foro exteriori præsumatur matrimonium contraxisse, vt in c. veniens, il 2. & c. is, qui fidem, de spons. & hoc, quoniã Ecclesia non præsumit, sponsum in copulam conueniisse cum peccato mortali, sed legitimum consensum coniugalem habuisse tamen in foro conscientiæ, in quo veritas attenditur, non tenentur coniuges legi super hoc disponenti obedire: atque adeò, donec legitimũ; matrimonium contraxerint, etiam ante Conc. Tridentinum, tenebantur à copula se abstinere.

Eadem ratione si in electione non concur-
23 rant solemnitates à iure requisitæ, sed eæ tantùm, quæ satis sunt ad terminos iuris naturalis: nempè consensus liber electi, & eligentium, electus potest dignitatem tuta conscientia retinere. Ita Inn. in c. quod sicut, nu. 7. & 8. de elect. & Panor. in d. c. pleriquę, nu. 43.

Hæres quoque in testamento institutus, aliàs
24 inualido, & minus solemni, dato, quòd in Iudicio obtinere non possit: in foro tamen conscientiæ, si constat de libera voluntate testatoris, & quòd nulla vis, aut fraus intercesserit, potest quocunque modo hæreditatem sibi appropriare, etiam si res hęreditarias furto subtraxerit: vt

ait

ait Iaſ.in l.1.col.5. ver.Aliam vtilitatem, C.de teſtam.Alex.conſ.13.incipit: viſo eleganti: vol. 3. Et hanc ſententiam magis commuoem eſſe refert Couar.in c.cum eſſes,de teſtam.o.5.

Hæres pariter, licèt in foro Iudiciali oon te-
25 oeatur ſoluere legata iò teſtameoto minus ſolemni relicta,vt in l.fin.C.de fideic.tamé,ſi certò nouerit nullam fraudem in buiuſmodi teſtamento minus ſolemni ioterueniſſe,voluiſſeque teſtatorem buiuſmodi teſtamentum valére, tenebitur in cõſcieotia dicta legata ſoluere: quia boc caſu,& in ſupradictis alijs dolus à lege præſumptus ſecũdum rei veritatem abeſt: vt habetur ex Panor.in d.c.quia pleriq;n.42.& 43. & alijs relatis per Sayr.& Io.de Sal.locis cit.

Eadem quoque ratione alienatio rerum Ec-
26 cleſiaſticarum,& minorum, prætermiſſis ſolẽnitatibus à iure requiſitis, quamuis de iure ſit inualida; nihilominus in foro conſcientiæ, ſi io re ſeruatur naturalis iuſtitia,& Eccleſiæ,ſeù minorum vtilitas, proculdubio ſuſtinetur, & valet:vt per Ant.de Butr.&Panor.in d.c,quia plerique,Nau.io com.de alien.rer.Eccleſ.ou.16.& in com.de ſpol.nu.6.

Idem etiam quidam volunt dicẽdum eſſe de
27 lege prohibente clandeſtina matrimonia, vt noo obliget in conſcientia, quaodo ceſſant illa incommoda,quæ lex illa vitare intendit: vt per Nau.in Man.cap.16.nu.37.licét contrarium tenet Suar.lib.3.de leg.c.24.ſub n.7. & Io.de Sal. eod.tract.diſp.10.ſec 4.n.21. in fine.

Tertiò, & vltimò probatur ex decreto Cardinaliũ Sacræ Congregationis Regularium edito Nonis Maij 1590. quod refert, Steph.40.in ſum. Bull. in ver. Monaſteria Monialium, quo prohibentur Religioſi accedere ad Monaſteria monialium abſqoe expreſſa licentia dictæ ſacræ Congregationis; niſi io caſibus in ipſo decreto contentis, ſub pœna priuationis officiorum, ac vocis actiuæ,ac paſſiuæ ipſo facto incurrendæ, aliiſque pœnis eiuſdem Congregationis arbitrio reſeruatis. Et tamẽ quamplurimi Religioſi, quia decretum illud eſt pœnale, citra omnem ſcrupulum accedunt ad Monialium monaſteria ad colloquendum cum monialibus, ſioe aliqua licentia, exiſtimantes oon obligari ad culpam, ſed tantùm ad pœnam poſt condemnationem, ſi comprehendantur. Ergo idem dicendum eſt in caſu ooſtro,vt vbi Romanus Põtifex pœnam ſtatuerit Confeſſarijs recuſaotibus apud ſe habere, legere, ac percipere tranſumptum Bullæ cœnæ,in dubio oon cenſeatur eos velle obligare ad culpam,ſed tantùm ad pœnam.

His tamen non obſtantibus,cootrariam ſententiam arbitror de iure veriorem eſſe.

Probatur hæc ſententia primò. Lex quãtum-
28 uis purè pœnalis,quæ ex forma, & vi verborum nihil videtur ſtatuerę; ſed tantùm pœnam imponere, ex vi dictæ formæ figoificat io legislatore animum impooendi veram pœnam: vera-
29 autem pœna ſupponit culpam: quia pœna dicit eſſentialiter ordinem ad culpam, oec poteſt dici iuſta, niſi ſupponat culpam, ſecundum illud Deut.cap.25. *Iuxta menſuram delicti erit, & plagarum modus.* Hinc D. Auguſt.1.retr.cap.9.Omnis pœna, *ait*, ſi iuſta eſt, peccati pœna eſt,& ſupplicium oominatur: ergo in dubio, vbi de intentione legislatoris non conſtat, imponendo pœnam,ooo ſolùm ceoſetur contrauenientes obligare ad pœnam, ſed etiam in conſcientia, & ad culpam: atque adeò Romanus Pontifex imponeos pœnam contrauenientibus io caſu,de quo agitur, eo ipſo cenſetur illos obligare, non ſolum ad pœoam,verùm etiam ad culpam.

Confirmatur, quia pœna propriè loquendo ſemper reſpondet culpę,& ideò implicat in adiecto, quòd detur lex purè pœnalis,ideſt imponens veram pœnam, & noo obliget ad culpam; nec ſupponendo culpam ſaltem ratione obligationis inductæ alia lege naturali,vel poſitiua, eo magis,quòd eſſet contra commune bonum, vt quis pœna plectatur aliqua ſine culpa: vt in c. ſatis peruerſum, 56. diſt.& in l.ſi Prætor, ff.ad l. Aquil.Et pœnam non ioſligi,niſi ob culpam,expreſsè docet D.Th.1.2.q.87.artic.3.& 2.2.q.108. art.4.vbi loquens de pœna latè ſumpta,licèt excipiat aliquot caſus,in quibus homo pati debet pœnam ſine propria culpa, in illis tamen non includitur huiuſmodi caſus. Imò idem D.Tho. eodem loco docet, quòd nunquam ſecundum humanum iudicium aliquis debet puniri pœna flagelli,vt occidatur,mutiletur, vel verberetur ſine propria culpa: ergo Rom. Pootiſex imponendo pœnam cootrauenientibus,in caſu, de quo agitur, cenſetur illos obligare ooo modò ad pœnam,ſed etiam ad culpam.

Secundò probatur,quia ſi lex prius non deſignaſſet pœnam,obligaret in cõſcientia, quia vis obligandi in conſcientia, eſt de eſſeotia legis, aliàs lex oon differret à conſilio, vt colligitur ex D.Tho.1.2.q 91.art.4.Ergo idem dicendum eſt in caſu ooſtro, vbi per Romanum Pontificem taxatur pœoa: quia per additionem pœnæ oon tollitur talis obligatio, & cooſequenter vtrumque ſimul manet.

Tertiò,in lege Diuina poſitiua iſtæ duæ obligationes ad culpam ſcilicet, & pœnam coniunguntur,vt patet Geneſ.cap.2. *De ligno ſcientiæ boni,& mali ne comedas,in quacunque die comederis morte morieris*, ſcilicet temporali. Et Leuit. cap.18. & 20. ſub pœna mortis prohibentur in matrimonijs quidam conſanguinitatis, & affinitatis gradus:ergo idem dicendum eſt de lege humaoa:atque adeò de noſtra controuerſia: tantò fortiùs, quia in cap.fin.de celebr. Miſſ. hoc ipſum manifeſtè habetur, dum per illum textum præcipitur, nè Latinus io occidentali Eccleſia conſecret in fermeotato, & ſtatuitur pœna priuationis officij,ac beneficij; & nihilominus cõtrauenientes obligantur ooo ſolùm ad pœnam, ſed etiam ad culpam: vt habetur ex Syl.io ſum. in ver.Eucbariſtia,1.q.1.

Quartò,probatur, quoniam à ſacra Scriptura,& Sanctis Patribus paſſim damnantur violatores legum homaoarum,etiam ſæcularium, quæ tamen ſunt pœoales: ergo ipſarum violatio peccatom quoque eſt. Hinc ait D.Paul. ad Rom.c.13. *Non ſolum propter iram; ſed etiam propter conſcientiam*,& in cap.Imperatores, 11.q.3.ſic legitur;*Inter homines pœnas luet,& apud Deum foriem non habebit,qui hoc facere nolunt*,&c.

Quintò,probatur,quia in re indifferenti, vbi
30 legislatores nolunt obligare ad culpam; in eorum legibus, ac conſtitutionibus id ſolent exprimere,vt patet in ſtatutis Minorum, relatis à Sayr. lib.3. Theſ. tom.2.p.1.c.7.in quibus inter

alia ſic habetur: *Nolumus per hæc quæcunque noſtra ſtatuta ad peccati vinculum aſtringere, niſi aliàs per ius Diuinum, vel humanum fuerint aſtricti.* Et in ſtatutis Prædicatorum ſimiliter habetur: *Vt vnitas, & pacis totius Ordinis prouideamus, volumus, & declaramus, vt conſtitutiones noſtræ non obligent ad culpam, ſed ad pœnam, niſi propter præceptum, vel contemptum.* Ita quoque fuit ſancitum in Conſtitutionibus noſtræ Religionis, & quamplurium aliarum, de quibus latè Ioan. de Sal. de leg. diſp. 15. ſec. 1. nu. 16. ergo vbi voluntatem ſuam nõ declararet Romanus Pontifex in hoc §. ſed ſimpliciter pœnam imponeret recuſantibus apud ſe habere, legere, ac percipere tranſumptum Bullæ cœnæ, cenſetur eos obligare non ſolùm ad pœnam, ſed etiam ad culpam.

Hac eadem ratione Couar. in regula peccatum, p. 2. §. 5. num. 4. & Io. de Sal. loco citato, dicunt, leges de non extrahendis equis de Regno tempore Belli, de non extrahendo frumentum, vinum, & his ſimilia, nè Regnũ maneat exhauſtum, obligare ad pœnam, & ad culpam. 31

Sextò probatur auctoritate Doctorum ſententiæ magis communis, qui ſupradictis, & alijs rationibus moti, tenent, quòd leges purè pœnales ſimpliciter latæ, obligent in conſcientia, niſi legislator expreſsè declaret non eſſe intentionis ſuæ obligare ad culpam. Ita Inn. in c. quod ſuper his, de vot. Io. And. in c. relatum, nè cler. vel mon. Gemin. in c. vt animarum de conſt. in ſextò, & in c. perpetuo, de elect. eod. lib. Sot. lib. 1. de Iuſt. & iur. q. 6. art. 4. & 5. Cou. in regula peccatum, p. 2. §. 5. n. 2. & ſeq. Syl. in ver. Inobedientia, in fine cum alijs ab eo allegatis, Med. q. 96. art. 4 dub. 3. Vict. relect. de poteſt. Ciu. num. 16. Panor. in rubr. de obſer. ieiun. Sayr. lib. 3. Theſ. tom. 2. p. t. c. 9. n. 7. & ſeq. Sal. 2. 2. q 77. art. 1. cõtrou. 7. & 8. Viual. 4. p. Candel. c. 9. nu. 8. in fine, Tol. de ſept. pec. mortal. c. 20. dub. vlt. Rodriquez tom. 1. ſuæ ſum. cap. 195. Azor. lib. 3. Inſt. moral. cap. 6. q. 4. Et ſi dicat quòd ſi quis ſequatur in practica ſententiam Nau. & aliorum ſupra relatam, non peccaret, propter authoritatem grauiſſimorum Doctorum, illam tenentiũ; ſimpliciter tamen tenet cum magis communi. Io. de Sal. de leg. diſp. 15. ſec. 1. num. 9. & 10. cum alijs, quos ipſe allegat. 32

Denique diſpoſitio noſtri §. præceptum continet Confeſſarijs, & alijs in eo recenſitis de habendo penès ſe, legendo, ac percipiẽdo dictum tranſumptum, vt ex ipſius tenore conſtat, & præcedenti q. ſupra probauimus. & nos ſupponimus inſuper per Romanum Pontificem pœnam temporalem addi: ergo diſpoſitio huiuſmodi nõ eſt purè pœnalis, ſed eſt miſta, quę præceptum continet, & pœnam addit: ergo citra omnem controuerſiam obligat non modò ad pœnam, ſed etiam ad culpam: quoniam lex, quæ in verbis ſuis, & modo quo fertur, præceptum continet, etiam ſi pœnam adijciat, obligat in conſcientia: quam concluſionem communem eſſe Theologorum, & Canoniſtarum refert Suar. lib. 5. de leg. cap. 3. nu. 6. Illam enim docent Caſtr. lib. 1. de leg. pœn. cap. 8. Sot. lib. 1. de Iuſt. & iur. q. 6 art. 4. & 5. D. Th. 2. 2. q. 186. ar. 9. ad 1. Dried. de liber. Chriſt. c. 1. & lib. 3. c 3. ad 5. Med. C. de reſtit. q. 12. aliàs 13. & 36. ad 6. Henriquez quodl. 3. q. 22. Tol. in ſum. de ſept. pec. cat. mort. cap. 20. Eſt etiam Io. de Sal. loco citato, cum ſententiam hanc nõ reijciat. Hoc idem inter Canoniſtas docet Glo. in c. vt animarum, in c. perpetuò, de conſtit. in ſextò, Felin. in c. nã concupiſcentiã. n. 1. de cõſtit. Syl. in ver. Inobedientia in fine, Ang. & Armil. eod. ver. & in ver. lex. n. 4. Couar. in regula peccatum, p. 2. §. 5. n. 3.

Et confirmatur argumento ſecundo cũ pluribus ſequentibus ſupra allatis, & alijs, quæ refert Suar. loco citato. Vnde eſto aliqui velint, quòd aliquæ ſint leges purè pœnales, quæ non obligent ad culpam, ſed tantùm ad pœnam: vt quando per verba legis pœnalis non declaratur ſufficienter propium præceptum, obligans ad actum, vel omiſſionem eius, vt tenet Suar. lib. 5. de leg. c. 4. nu. 9. vbi pro hac opinione adducit ſententiam, & rationes Nauar. in prima ſententia præſentis controuerſiæ relatas; tamen cum diſpoſitio, de qua agitur non poſſit dici purè pœnalis, ſed miſta, dicendum eſt obligare, non modo ad pœnam, ſed etiam ad culpam.

Ad argumenta reſpondetur.

AD primum negatur conſequentia, & ad illius probationem reſpõdemus, quòd benignior interpretatio tunc locum ſibi vendicat, vbi res eſt moraliter dubia, & talis eſſe debet, vt legis verba non corrumpat. At in caſu noſtro ſenſus legis non eſt dubius: nam Rom. Pontifex præcipit Confeſſarijs penès ſe habere, legere, & percipere tranſumptum noſtræ Bullæ: & deinde ſupponimus pœnam temporalem contrauenientibus imponere. Vndecum habeamus verba ſufficienter ſignificantia præceptum, ſine fundamento recurrimus ad intentionem, corrumpendo, & eneruando verba legis. 34

Secundò eſtò, quòd diſpoſitio, de qua agitur non vteretur verbis præceptiuis, ſed verbis cõditionem tantùm ſignificãtibus: vt ſi Rom. Põtifex ita diſponeret: Confeſſarij, qui dictũ tranſumptum apud ſe habere, legerè, & percipere recuſauerint. officio, ac beneficio priuẽtur: adhuc in caſu noſtro contrauenientes peccarent mortaliter: quia quamuis verba per ſe ſpectata, ſeù grauitas pœnæ temporalis non ſufficienter indicẽt obligationem ad culpam; nihilominus, cõſiderata materia huius diſpoſitionis, cum ſit moralis, & pertinens directè ad cohibenda vitia, & ad vitandum magnum incommodum Reip. Chriſtianæ, magna præſumptio eſt Rom. Pontificem velle in tali caſu obligare in conſcientia, etiã ſi modus præcipiendi non ſit adeò expreſſus, & formalis, nec pœna adeò grauis: quoniam idem dicimus de quacunque lege pœnali ſupradicto modo lata: vt ex Vict. & Couar. docet. Suar. loco citato, nu. 12. 35

Ad confirmationem reſpõdetur, quòd axioma illud deſumptum ex l. cùm Prætor, ff. de Iudic. & ex c. nonne, de præſump. nẽpè, quòd qui ex duobus propoſitis alterum dumtaxat affirmat; alterum ex iuris præſumptione negare videtur: locum ſibi vendicat, quando vel duo, de quibus eſt ſermo, ſunt repugnantia, vel quando ſunt ad eligendum propoſita; tũc enim aſſumptio vnius præſumitur eſſe excluſio alterius: quòd ſi non ſint huiuſmodi, illud axioma procedit, niſi aliæ coniecturæ adiungantur. In 36

caſu

eaſit autem noſtro, obligatio ad culpam, & ad pœnam, non repugnant inter ſe: immo ex ſe habent quandam connexionem: & ideo ſola adiecto pœnæ, nulla eſt coniectura excuſationis culpæ. Ita Suar. lib. 5. de leg. c. 3. n. 11. in fine.

Ad ſecundum reſpondemus, quòd tunc leges
37 humanæ tum ciuiles, tum canonicæ, in ſola præſumptione fundatæ, non ligant ſub læthali culpa ad earum obſeruantiam eos, qui de veritate in contrarium certi ſunt, quando fundantur in præſumptione definitiua, ſeu facti, vt in exemplis allegatis, & in alijs de quibus Bal. in l. cùm quis, C. de iur. & fact. ignoran. At verò quando lex fundatur in præſumptione, ratione ſolius moralis periculi, ſeu in eo, quod frequentius accidit, vt in caſu noſtro, tunc obligat in conſcientia, & habet ſuos effectus, etiam ſi in particulari caſu factum non ſit cõſentaneum periculo, nec verè interueniat, quod timeri poterat. Ita Suar. lib. 3. de leg. c. 23. à n. 6. vſque in finem. Io. de Sal. eod. tract. diſp. 10 ſec. 4. alij.

Hinc ſequitur, quòd lex prohibẽs emitti pro-
38 feſſionem ante ſextumdecimum annum cõpletum, obligat etiam ſi puer ſit doli capax, & habet vim irritandi profeſſionem antea factã, ita vt in conſcientia nullam obligationem inducat.

Sic etiam lex diſponens, vt votum factum à
39 minori 14. annorum poſſit irritari ab eius Patre, ſuam efficaciam habet, etiam in conſcientia, quamuis certò conſtet huiuſmodi minorem in
40 ea ætate perfectum iudicium habuiſſe: quia leges humanæ attendunt ea, quæ frequentius accidunt, & id ſatis eſt, vt generaliter obligent, l. nã ad ea. ff. de leg. D. Th. 2. 2. q. 88. ar. 9.

Eadem ratione lex canonica, quæ prohibet
41 actum aliquem, eo quòd habeat ſpeciem, ſeu periculum ſimoniæ, ad euitanda pericula ſimoniæ obligat in particulari, etiam vbi certò conſtat, nullam ſimoniam fieri contra legem naturalem, & talis actus erit ſimoniacus ex vi legis poſitiuæ, atque adeo irritus, ſi per legem fuerit irritatus. Et eò magis, quia deficiente fine legis in particulari, non ceſſet obligatio legis: & leges huiuſmodi non fundantur in præſumptione facti, ſed in certa ſcientia periculi, & in generali ratione vitandi pericula: vt benè docet, Suar. lib. 5. de leg. c. 24. n. 6.

Ad diſcernendum autem, quando lex funde-
42 tur in præiudicio periculi dumtaxat, ſeu in eo, quod frequentius accidit: vel in præſumptione facti, quod ita in re ipſa ſupponatur, non poteſt aſſignari certa regula, ſed id debet colligi ex materia, & verbis legis: adiuncto vſu, & interpretatione Doctorum, quia non omnes leges ad eũdem effectum ordinantur: eo quòd aliquæ ſint, contractus ſimpliciter irritantes intuitu communis boni: in quibus ait Suar. lib. 3. de leg. c. 23 in fine, & lib. 5. c. 24. n. 7. quòd indiſtinctè procedit regula irritans, etiam in foro conſcientiæ: vt patet de lege Conc. Trid. irritante matrimonia clandeſtina. Quædam irritant non ſimpliciter,
43 ſed in fauorem vnius partis, & quaſi optionem ei tribuentes ad eligendum, quod ſibi melius viſum fuerit: vt in contractibus minorum, & eccleſiarum. Aliæ poſſunt reſpicere commodum vtriuſque contrahentis, & contractus irritãt ſub conditione, ideſt, niſi parte ſibi inuicem mutuo remittant. Aliæ denique non irritant voluntatẽ contrahentis, nec eius effectum impediunt; ſed ſcripturam dumtaxat annullant: & ita fortè ſuſtineri poteſt opinio illorum, qui dicunt teſtamentum minus ſolemne validum in conſcientia eſſe, & ſecurum reddere hæredem inſtitutũ, ſi conſtet illi de libera voluntate teſtatoris: eo quòd nulla vis, fraus, aut deceptio interceſſerit: licet Suar. in d. c. 24. in fine, contrarium ſentiat, & nonnulla alia exempla ſupra allata, ſimpliciter non admittat. Nam alienationes rerum Eccleſiaſticarum factas, ſine ſolẽnitatibus, à iure requiſita, cenſet eſſe nullas ſimpliciter: ad quod allegat Inn. in d. c. quia plerique, de immun. ecc. Idem cenſet de electionibus non ritè factis, &de
44 teſtamentis minus ſolemnibus; nam licèt concedamus legem ſtatuentem ſolemnitatem teſtamenti per ſe ſolam irritare teſtamentum, & non voluntatem defuncti; & ideo poſſe hæredẽ inſtitutum in teſtamento minus ſolemni tuta conſcientia retinere hæreditatem, quamdiù ab illo non exigitur, quia moraliter certus eſt de voluntate defuncti: is tamen, cui ab inteſtato competit ſucceſſio, poterit tuta conſcientia litẽ mouere, & pro hæreditate coram competenti iudice inſtare, & ſi obtinuerit, retinere illã: quia lex hoc illi concedit, & ſaltem per ſentẽtiam efficaciter applicatur, & ita in ſimilibus determinari poſſe docet idem Suar. lib. 5. de leg. c. 32. n. 7. in fine.

Ad tertium reſpondetur concedendo Decretum illud, quo prohibentur Religioſi accedere ad Monaſteria monialium abſque expreſſa licẽtia Sacræ Congregationis Regularium, exceptis caſibus in dicto Decreto contentis, ab innumeris ferè Religioſis fuiſſe interpretatum, non obligare in conſcientia, eo quòd ſit pœnale.

Sed à via veritatis, quàm longe aberrauerint
45 huiuſmodi opinionem tenentes; ex ſupradictis, & infra dicendis clariſſimè patet. Nam, non ex eo quòd dictum decretum ſit pœnale, non obligat ad culpam, ſed tantùm ad pœnam. Immo quia decretum illud imponit pœnam priuationis officij, vocisque actiuæ, ac paſſiuæ, ipſo facto incurrendæ, & alias pœnis arbitrio eiuſdem Sacræ Congregationis reſeruatas, ex hoc ducit argumentum Io. de Sal. de leg. diſp. 15. ſec. 1. n. 2. in fine ſecundæ concluſionis, dictum decretum obligare in conſcientia, atque adeo non ſolum ad pœnam, ſed etiam ad culpam; quia lex quantumuis pura pœnalis ſecundùm ſententiam magis receptam, ſi aliter non conſtet de voluntate legislatoris, obligat non ſolum ad pœnam, verũ etiam ad culpam: quoniam vera pœna ſupponit culpam, ad quam eſſentialiter dicit ordinem, vt ſupra latè probauimus.

Secundo dictum decretum nõ eſt purè pœnale, ſed eſt miſtum. Nam Sacra Congregatio, in caſu prædicto decernendo, primo vtitur verbis præceptiuis, & deinde pœnalibus: vt conſtat ex illis verbis: *De ſpeciali, & expreſſo mandato S. D. N. Sixti Diuina prouidentia Papæ V. cuius vocis oraculo ea facto, decreuerunt, & mandauerunt, &c.* Et circa finẽ: *Quæ omnia, & ſingula ſub pœnis priuationis officiorum, ac vocis activæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrendæ, aliisque eiuſdem Congregationis arbitrio, præceperunt inuiolabiliter obſeruari, &c.* Modò verba: Mandamus, & præcipimus: proculdubio præceptum indicant, atque adeo obligationem ſub mortali: & eò magis

gis quandò aliquid aliud'additur, vt ly. *Inuiolabiliter* per ea, quæ ſupra diximus in præcedenti queſtione,& in hac controuerſia,arg.vl.in corroborationem noſtræ ſententiæ. Vnde citra vllam controuerſiam dictum decretum non ſolùm obligat ad pœnam,ſed etiam ad culpam.

Tertiò dato,& non conceſſo,quòd prædictũ decretum eſſet purè pœnale;ſicut clarè patet eſſe præceptiuũ:ita vt diſponat hoc modo. Si quis Religioſus acceſſerit ad monaſteria monialiũ, incurrat priuationem officij,ac vocis actiuæ,& paſſiuæ:cum ipſum decretum imponat pœnam grauem,qualis eſt priuatio officij,vocis actiuæ, & paſſiuæ,&c.etiã ad mentem eorũ,qui negant legem purè pœnalem obligare in cõſcientia,adhuc dictũ decretum ligaret cõtrauenientes non modò ad pœnam,ſed etiam ad culpã:quoniam ex grauitate pœnæ colligitur in dubio legiſlatorem velle obligare ad culpã,etſi legem ſupradictis verbis ferat: & eo magis,quia materia dicti decreti, eſt moralis, pertinens directè ad bonos mores Reip.& ad cohibenda vitia, ac vitãda ſcandala,quæ ex nimia familiaritate Religioſorum cum monialibus oriri ſolent. Vnde magna præſumptio eſt, Sacram Congregationem voluiſſe obligare contrauenientes, nõ modò ad pœnam, ſed etiam ad culpam, per ea, quæ docet, Suar. lib.5.de leg.c.4.nu.10.11. & 12.

Quartò,per ſupradictum decretum imponi-
46 tur pœna ipſo facto incurrenda à Religioſis cõtrauenientibus,nempè priuationis officij, vocis actiuæ,ac paſſiuæ,&c.quæ pœna cum ſit moderata,& nõ contineat nimiam acerbitatem,repugnantem humanæ naturæ; qualis eſt pœna mutilationis mẽbri,&c.proculdubio,contrauenientes tenentur eam ſubire, etiam ante Iudicis cõdemnationem,per ea, quæ docent Suar. & alij, quos ipſe allegat lib.5.de leg.c.5.n.15. & 16. Et tamen non vidi Religioſum contrauenientem, qui pœnas huiuſmodi ante Iudicis condemnationem voluerit ſubire:imò è contrario,vt illas effugiant,omni diligentia, & ſtudio procurant contrauentionem occultare. Ergo dato,& non conceſſo,quòd dictum decretum vti pœnale,nõ obliget ad culpam,ſed tantùm ad pœnam; contrauenientes tamen, culpam ſaltem contrahũt, cum pœnam prædictam ipſo facto impoſitam non exſoluunt ante condemnationem.

Quintò, concurrit qualitas ſcandali:nam hu-
47 iuſmodi allocutiones prohibitæ, non poſſunt adeò occultè fieri cum monialibus quin in monaſterio, ac etiã extra publicẽtur:nam mulieres ea natura ſunt, vt facta celare vix poſſint. Hinc Marc. Cato Cæſarius tria in tota vita deteſtari ſolebat,vt refert Plutar.in eius vita. Primum ſe trãſiuiſſe mare,quo pedibus accedere licuiſſet. Secundum ſi qua dies ei per iniuriam inanis efluxiſſet. Et tertium arcanum aliquod fœminæ credere.Propter quod inſurgunt ſuſurrationes, murmurationes,& iudicia temeraria,maximè ſi moniales ad Religioſos, cum eis colloquentes, nihil pertineãt:vnde cum violatio dicti decreti rarò fiat ſine ſcandalo,ac famæ detrimẽto;tum Religioſorum,tum etiam monialium,dicẽdum eſt, contrauenientes ligari, non ſolùm quoad pœnam, ſed etiam quoad culpam: eo quòd non ſolùm contemptus legis: verum etiam ſcandalum,& aliorum offenſio proueniens ex eiuſdem violatione, per ſe mortalem continet culpam: vt rectè probat Azor.lib.5. Inſt.moral. p.1.c.6. q.4.Syl.in ſum.in ver.contemptus, & Suar. lib. 2.de leg. cap.28. Et ita fuit declaratum per Sacram Congregationem ſub die 1. Iulij 1606. his verbis. *Sacra Congregatio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotijs Regularium præpoſita cenſuit, & declarauit, Regulares accedentes ad Monaſteria Monialium contra formam decreti, quo huiuſmodi acceſſus per Sacram Congregationem prohibetur,vltra pœnas priuationis officiorum, & vocis activæ, & paſſivæ, incurrere etiam pœnam peccati mortalis.* Vnde hodie Religioſi loquentes cum Monialibus,abſque licentia Romani Pontificis, citra omnem controuerſiam, peccant mortaliter.

Ibi (*Penès ſe habeant,*) Qualiter penès ſe Cõfeſſarij tranſumptum Bullæ cœnæ habere debeant, vt excuſantur à culpa. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Penès ſe in plus ſe habet, quàm apud ſe.*
2 *Penès ſe,aliquando ponitur pro apud ſe.*
3 *Tranſumptum Bullæ Cœnæ apud ſe habentes depoſitum, aut commodatum,ſi illud legant,& percipiant,diſpoſitioni huius textus ſatisfaciunt.*
4 *Tranſumptum Bullæ Cœnę dicuntur Confeſſarij apud ſe habere,etiam ſi in manibus illud non habeant,dum Cõfeſſiones audiunt.*

REſpondetur, quòd licèt:penès ſe:in plus ſe
1 habet,quã,apud ſe. Vnde illud dicitur eſſe penès aliquem,cuius poſſeſſionem habet: & illud apud aliquem, cuius ſolam detentionem habet:vt depoſitarius,& commodatarius:vt eſt tex.in l.penès,ff.de verb.ſignif. & 10.Lincon.in l.ſi quis in tantam, C.vnde vi:& ideò in rigore, non poteſt dici Confeſſarius habere tranſum-
2 ptum penès ſe, ſi ab aliquo commodari ſibi ſe-
4 cit:nihilominus,quia,penès ſe a,aliquãdo ponitur pro,apud ſe, quod ſignificat tantùm detentionem:vt in l.1.ff.de tabul.exhib. idcirco, cum in odioſis benignior interpretatio ſit facienda, ſi quis deputatus ad audiendas confeſſiones ha-
3 beat tranſumptum Bullæ apud ſe depoſitũ, vel ſibi commodatum; dummodo illud legere, & percipere ſtudeat, arbitror ipſum excuſari ab omni culpa:tantò magis,quoniã per lectionem & perceptionem ipſius tranſumpti adimpletur finis legis,cui magis ſtãdum eſt, quàm proprietati verborum. Etenim ſi tranſumptum prædictũ Cõfeſſarius penès ſe habeat,& in pleno eiuſdẽ dominio,& nõ illud legere,ac percipere ſtudeat, proculdubio peccat,cum faciat contra diſpoſitionem huius §.& cõtra fidem illius: qui propterea iubet legi, & percipi, ne Confeſſarium ex capite ignorãtiæ à cẽſuris noſtræ Bullæ contingat abſoluere. Nec verisimile eſt Romanum Pontificem voluiſſe ſupradictos Confeſſarios obligare cum tantò rigore.

Dicentur autem Confeſſarij huiuſmodi tran-
4 ſumptum penès ſe habere, etiam ſi manibus illud non contineant,dum confeſſiones audiũt: ſed ſatis eſt, ſi in propriã domo detineant; quia penès me dicitur res aliqua, quæ eſt in domo mea, l.titia cum teſtamento, §.Caius, vbi Bar. ff.de leg.3. Non tamen tenentur Cõfeſſarij noſtræ Religionis habere ſigillatim apud ſe hoc

trãſ-

transumptum; sed sufficit si habeatur vnum publicè in singulis monasterijs, vt ab omnibus legi possit. Et hoc ex priuilegio viuæ vocis oraculo à Pio V. societati Iesu concesso, vt habetur ex compend. nostrorum priuil. tit. Bulla cœnæ §. r.

ADDITIO.

a Se. Hanc eandem sententiam tenet Bonac. in explic. huius §. disp. 1. q. 22. pun. 7. n. 3. Et hæc satis dicta sint ad laudem Dei omnipotentis, eiusdemque gloriosissimæ Genitricis, ac Diui Hieronymi, cuius hodie festum agimus, & additiones istas compleuimus, submittentes eas, & omnia, ac singula in eis contenta S. Romanæ Ecclesiæ censuræ, atque iudicio.

Ibi (*Vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica &c.*) Qui propriè dicantur esse in dignitate Ecclesiastica constituti. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, hoc loco intelliguntur illæ, quæ iurisdictionem habent Ecclesiasticam.*

2 *Dignitas Ecclesiastica strictè, ac propriè sumpta, est administratio rerum Ecclesiasticarum, cum iurisdictione coniuncta.*

1 REspondetur quòd R. P. dum vult fidem adhiberi Bullæ cœnæ transumptis etiam impressis; duobus tamen concurrentibus, nempe, quòd manu publici Notarij scripta sint, & signata sigillo Iudicis ordinarij Romanæ Curiæ, vel alterius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ: per personas in dignitate ecclesiast. cõstitutas hoc loco non intelligit eos, qui beneficia obtinẽt, dignitatẽ habentia sine iurisdictione: vt Archipresbyter, Archid. Primicerius, Thesaurarius, siue Sacrista, & his similes, qui nomine tantũ, iuxta loci cõsuetudinẽ dicũtur esse in dignitate, sed per personas In dignit. ecclesiast. cõstitutas, intelligit illos, qui iurisdictionẽ habent Ecclesiasticam: vt sunt Episcopi, Archiepiscopi, & alij Prælati maiores, ac eorum Vicarij Generales. Nam Episcopus, & Vicarius faciunt vnum consistorium: vt habetur ex Mart. de iurisd. par. 1. c. 8. nu. 4. & par. 2. c. 2. Item Abbates, Priores, Præpositi, Guardiani, & alij Præfecti, qui toto conuentui, seu Collegio Religiosorum præsunt, habentes administrationem, curam, & iurisdictionem. Item Cancellarij Academiæ, auctoritate Pontificia approbatæ: quia omnes isti habent iurisdictionem, & fungi possunt munere Iudicis delegati, & conseruatorum Apostolicorum, iuxta id, quod habetur in c. 1. 2. & vl. de offic. Iudic. deleg. in 6. & c. statutũ de rescr. eod. lib.

Confirmatur, quia dignitas ecclesiastica strictè, & propriè sumpta, est administratio rerum Ecclesiasticarum, cum iurisdictione coniuncta: & differt à personatu, & officio: nam personatus habet prærogatiuam tantùm sine iurisdictione in ecclesia: vt cum quis in choro, in consensu, in Collegio, in procedendo, suffragium ferendo, habet Sedem, & locum honorabilem. At officiũ est administratio rerum Ecclesiasticarum, sine prærogatiua, & iurisdictione: vt in c. de multa, & ibi Doct. de præben.

2 Beneuerum est, quòd dignitas, personatus, & officium aliquando pro eodem sumuntur: vt in c. cum accessisset de const. vbi idem officiũ, appellatur dignitas, & personatus. De qua re latè tractat Azor. lib. 3 Inst. mor. p. 2. c. 13. per totum.

Ibi (*Hanc paginam nostræ excommunicationis, &c.*) Quare Rom. Pontifex appellat Bullam cœnæ paginam excommunicationis, &c. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Bullam cœnæ lacerantes, aut eidem ausu temerario contradicentes, licet censuram aliquam non contrahant; tamen mortaliter peccant.*

1 REspondetur quod R. P. recapitulando hoc loco omnes actus in Bulla expressos, appellat bullam ipsam paginam excommunicationis, & anathematizationis: eo quòd per ipsam excommunicat, & anathematizat: vt patet à canone primo vsque ad 20. inclusiuè. Appellat etiam paginam interdicti: eo quòd Interdicti cẽsuram continet vt in can. 2. Dicitur etiam pagina innouationis: quoniam per eam innouantur Decreta quædam antiqua, vt in can. 18. ver. Innouantes. Vocatur præterea pagina innodationis: quia contrafacientes, vi Bullæ, censuris in ea contentis, innodãtur: vt habetur supra §. 3. Nominatur pagina protestationis, & declarationis: quoniam in hac Bulla in nonnullis R. P. declarat suam mentem, & expresse protestatur: vt in §. 4. Dicitur rursus pagina sublationis, & reuocationis: eo quòd reuocat, & tollit diuersa priuilegia, diuersis personis concessa, & alia, vt in can. 7. & §. 5. Appellatur pagina commissionis, & mandati: quoniam nonnulla committit, ac præcipit: vt in §. 5. & 7. Nuncupatur denique Bulla cœnæ pagina voluntatis, quoniam iuxta formam ipsius, vult omnia in ea contenta seruari: & Bullam ipsam durare etiam post ipsius Conditoris mortem: vt in §. 1. & 8. Vnde Bulla cœnæ varijs nominibus appellatur pro varietate eorum, quæ in ipsa decernuntur, & prohibentur. Hanc eandem recapitulationem solet seruare Sedes A. in aliis suis litteris, & constitutionibus: nam in calce ipsarum summatim repetuntur capita omniũ quæ in ipsis statuuntur, vt patet in extrau. in corpore iuris conten tis.

Ibi (*Infringere, vel ei ausu temerario contraire*) Quidnam denotent supradicta verba. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Bulla cœnæ offenditur, non solum ipsam frangendo, & conscindendo; sed etiam atramento, vel alia materia coinquinando.*

2 *Bullæ quot modis contingit, aliquem ausu temerario contraire.*

1 REspondetur ex Vgol. & alijs in explicatione huius §. quòd verba illa significant modos quibus contingit Bullam istam offendi. Offenditur enim primò eam infringẽdo. Secundo eidem ausu temerario contradicendo.

Per primum modum offenditur Bulla non solum ipsam frangendo, & conscindendo: vt Vgol. ait: sed etiam atramento, vel alia materia coinquinãdo, & cancellãdo: quia his casibus militat eadẽ ratio, ar. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil. Immo quamuis infringere, secundùm propriã eius significationem, denotet valdè frangere, & conscindere; nihilominus hoc loco prohibetur quæcũque minima fractio, dũmodo ausu teme-

ra-

rario fiat: quoniã infringere, denotat etiam ſimpliciter frãgere. Dixi, auſu temerario, ideſt ſciens id egerit: quoniã ignorãtia, inaduertẽtia, aut naturalis obliuio infringẽtes huiuſmodi excuſaret: iuxta ea, quę ſupra diximus lib. 2. cã. 1. q. 36. & 37.

Per ſecundum modum poteſt adhuc dupliciter offendi Bulla ipſa. Primò negando R. P. habere poteſtatem condendi huiuſmodi bullam, tunc qui ſic bullæ contrairet, proculdubio hæreticus eſſet. Nam cum bulla cœna ſit lex, vt ſæpe diximus, qui credit pertinaciter, Papam non poſſe legem edere, in hæreſim incidit: vt in c. violatores cum multis ſeq. 25. q. 1. & c. nulli ſas d. 19. Vnde non immeritò indignationem Dei, & Apoſtolorum incurrere dicuntur, qui errant in poteſtate clauium, quæ à Chriſto Domino, Petro, & eius ſucceſſoribus in ipſius perſona traditæ fuerunt. Neque leui afficitur iniuria legis, ſeu canonis conditor, cum eiuſdem conſtitutio impugnatur, & propterea ſic impugnantes, vti contumaces, ac rebelles, ob inobedientiæ notã efficiuntur infames, & vt hæretici iudicantur. vt in extr. quia quorumdam, & ibi Glo. in ver. cõtumax, de verb. ſignif. Secũdo modo offenditur noſtra bullã, eademque impugnatur, cum quis credit R. P ſupremam habere poteſtatem ſuper vniuerſilem Eccleſiam, atque adeo legislatiuã facultatem; verùm neglgit bullam ipſam ſeruare, aut alios hortatur ad ipſam non recipiendã, in ſuis terris non ſeruandam, non publicandam &c. Is enim dicitur bullæ contraire: ſed non eſt hæreticus; meretur tamen indignationem Dei, & Apoſtolorum, cum contra Domini verbum faciat, præcipientis obedire Præpoſitis noſtris, & contra illud 1. Petri c. 2. *Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturę propter Deum, ſiue Regi, quaſi præcellenti &c.* ac contra illud Apoſtoli Pauli ad Rõ. c. 13. *Omnis Poteſtas à Deo eſt, & qui Poteſtati reſiſtit, Deo reſiſtit:* Vnde ſicut contraueniens Bullæ, putans Papam non habere poteſtatem, tanquam hæreticus incidit in excommunicationẽ 1. can. ipſius bullæ, & venit plectendus omnibus hæreticorum pœnis; ita etiam ob aliam cauſam cõtraueniẽs, venit deponẽdus, vt habetur ex Mart. Lauden. in tr. de priu. q. 18. quem refert, & ſequitur Alter. in explic. huius §. col. 4. circa finem, & nos in ſequenti q. latius, Deo duce, dicemus.

2

Ibi (*Indignationem Omnipotentis Dei; ac Beatorum Petri, & Pauli*) An prædictis verbis, aliqua pœna contrauenientes afficiantur. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Verba: Indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli: denotant culpam & pœnam.*

IN hac re Felin. in c. veniens, n. 1. de præſcrip. & alij, quos refert & ſequitur Sayr. lib. 1. Theſ. c. 11. n. 16. tenent, verba illa: *Indignationem &c.* ſignificare obligationẽ ad læthalem culpam, cõtrahendam à contrauenientibus. Hanc eandem ſententiam tenet Vgol. in expl. huius §. n. 2. dum ait, quòd indignatio Omnipotentis Dei, & Apoſtolorum id operatur, & hanc pœnam infert quoniam cõtrauenies, Dei gratia priuatur: nã Deus Optimus Maximus, & Sancti Apoſtoli nemini indignantur, niſi ob mortiferum peccatum. Hoc eodem loquendi modo vtitur Cõc. Trid. ſeſſ. 25. c. 2. de reform. *illis* verſ. 15. *Sub pœna diuinæ indignationis:* & R. P. in c. 1. §. fin. de ſtat. Regul. lib. 6. Similibus verbis vtitur, dicens: *Sub obteſtatione diuini Iudicij, & interminatione maledictionis æternæ* Quæ quidem verba, & ſimilia frequenter etiã habentur in Conſtitutionibus Apoſtolicis.

Verùm, an aliquod pœnæ genus denotent, Doctores non ſunt concordes. Nam Felin. in c. ſi quis, nu 10. de maior. & obed ait quòd qui indignationem Domini incurrit, priuandus eſt beneficio, ſicut quando Princeps ſæcularis præcipit aliquid ſub pœna indignationis ſuæ, cenſetur comminare priuationem feudi. Hoc ipſum docet etiam Rebuff ſuper declar. for. nou. prouiſ. pag. 157. ſuper clauſula. Nulli ergo hominũ, &c. Mart. Laud. in tr. de priu. q. 18. interpretando prædicta verba, docet ea ſignificare, vt ſi quis contraueniat, putans Papam non habere poteſtatem, ſit hæreticus. Si verò ob aliam cauſam, ſit deponendus. Ad quod facit tex. in c. fin. §. vl. d. 4. dum in eo habetur, quod quis ſacris neſciunt obedire canonibus, penitus officio iubẽtur carere ſuſcepto.

Nos autẽ breuiter dicamus cum Glo. in extr. 1. inter communes. in fine, in ver. Indignationẽ de cenſ. Bal. in l. cunctos populos, C. de ſum. Trin. & fid. Cath. & alijs, quos refert, & ſequitur Alter. in expl. huius §. col. 4. in finc. & 5. in verſ. Ex his omnibus, quòd verba illa denotant culpam, & pœnam. Nam qui non paret noſtræ Bullæ, credens Papam id ſtatuere non potuiſſe, contrahit culpam hæreſis, atque adeò in pœnam excommunicationis incidit, & in alias à iure contra hæreticos ſtatutas. Si verò ex alia cauſa contraire Bullæ præſumpſerit, peccat peccato inobedientiæ: & præter culpam poteſt per R. P. pœna arbitraria pro ratione criminis puniri: nã quando certa pœna non ſtatuitur, arbitrio ſuperioris infligi poteſt: vt in c. de cauſis. de offic. deleg. Reliqua verò, quæ hoc loco tractanda eſſent circa diem, & annum promulgationis præſentis bullæ, vide apud eundem Alter. loco citato, ea omnia diffusè pertractantem.

1

Hæc ſatis dicta ſint ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, eiuſdemque glorioſiſſimæ Virginis Matris Mariæ, ac Beati Marci Euangeliſtę cuius hodie feſtum colimus, & hoc opus, Diuina nobis ſuccurrente gratia, perfecimus: ſubmittẽtes illud, & omnia, ac ſingula in eo contẽta, omni qua decet reuerentia, & humilitate Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ iudicio, atque cenſuræ.

Finis explicationis Bullæ Cœnæ Domini.

BIBLIOTECA ROMA

INDEX

Rerum omnium in hoc opere contentarum, ordine alphabetico diſpoſitus.

De litera A.

A Leuioribus medicamentis eſt incohandum, lib. 2. can. 1. quæſt. 2. num. 21. fol. 91. A verborum forma non eſt recedendum ſine certa ſcientia, lib. 3. § 3. q. 4. nu. 2. fol. 784.

Abbas, & alij inferiores Romano Pontifici, poſt electionem, ad iuriſdictionem exercendam exigunt confirmationem; non ſic ipſe Pontifex, electione de ſeipſo facta, lib. 1. cap. 1. quæſt. 2. ſub num. 28. fol. 7. Abbas ſi capiat monachum ab ipſo appellantem, aut apoſtatam, vel fugientem, ac dicentem, ſe accedere ad Sedem Apoſtolicam, an in excommunicationem incidat, lib. 2. can. 9. quæſt. 37. ſub num. 8 fol. 430. Abbates, & alij Prælati Epiſcopo inferiores habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ao comprehendantur ſub nomine Epiſcoporum, itaut abſoluere valeant impeditos eorum ſubditos à caſibus, & cenſuris reſeruatis, lib. 3. § 2. q 8. num 51. fol. 744. & quæſt. 11. num. 16. fol 756. An habeant facultatem abſoluendi ſubditos a cenſuris, & caſibus occultis, S. A. reſeruatis, & diſpenſandi cum eis ſuper occultis irregularitatibus, iuxta decretum ſacri Concil. Trident. d. q. 11. n. 17. & 18.

Abiurario generalis qualiter fiat. & qualiter differat ab iuramento pro ſuſpicione vehementi de hæreſi: & pro leui. lib. 2. can. 1. quæſt. 33. num. 15. fol. 159. Abiurare, vel ad purgationem canonicam quando teneatur ſuſpectus de hæreſi, lib. 2. can. 1. q 15 nu. 6. & 7. fol. 105. & 106.

Abortus cauſa, & excommunicatio à quolibet Confeſſario abſolvitur, cum ſpeciali tamen Ordinarij licentia, lib. 1. c. 3. q. 5. n 4. fol. 48.

Abraham Patriarcha defenditur à mendacio, lib. 1. cap. 2. q. 2. n. 11 fol. 30.

Abſens, & ignorans, an & quando excommunicari poſſint, lib. 1. c. 2. q. 5. ſub nu 33.

Abſolutio ab excommunicatione lata ab homine, cenſetur reſeruata ei, qui eam tulit abſque alia reſerbatione, lib 1. cap. 3 quæſt 7. num. 22. fol. 14. Non tamen ita dicendum eſt de eo, qui Sacerdos cùm non eſſet, excommunicationis ſententiam tulit; nam non poteſt ab ipſo excommunicatus in foro conſcientiæ abſoluere, ſicut nec poſſet Delegatus à Papa poſt annum, licèe eam per viam ſententiæ tulerit. Item dicendum eſt de lucendio pio excommunicato ab Epiſcopo: & de excommunicatione confirmata à Papa de priuatis, aut ſuſpenſis ab eorum iuriſdictione, d. num. 22. verſ. Idem dicendum. Abſolutio ab excommunicatione qualiter impendatur poſt mortem excommunicati, lib 1. c. 1. quæſt 3 num 105. fol. 19 Et ſi tributur. non ſeruata forma præſcripta, nec præmia ſatisfactione. an & quãdo ſit valida, lib. 2. can. 7. quæſt. 1. num. 7. & 8. fol. 316.

Abſolutio à caſibus, & cenſuris in bulla cœnæ reſeruatis, extra mortis articulum impendi poteſt per alium, quam per Romanum Pontificem, vbi caſuum prædictorum facultas conceditur in indiuiduo, lib. 3. § 2. quæſt 1. num 6 fol. 713. & num. 35. fol. 719. & in addit. litt. C. fol. 721. Abſolutionem dantes a caſibus, & cenſuris bullæ cœnæ extra mortis articulum, citra facultatem, vltra abſolutionis inualiditatem, & excommunicationem, quam contrahunt, alijs quoque pœnis plectuntur, ibidem, num. 19. 22. & 23. An autem per clauſulam derogatoriam, qua derogatur bullæ cœnæ, poſſit quis abſoluere ab hæreſi, in addit. d. litt. C. fol. 721. Abſolutus à reſeruatis virtute Iubilæi, aut alterius bullæ, ſi Indulgentiam non lucretur, eo quod opera poſtulatis bullæ non adimpleuerit, in cenſuras, & caſus priſtinos non incidit; dummodo tempore abſolutionis opera ipſa adimplendi animum habuerit, ibidem, num. 39. Abſolutionis impendendæ facultate conceſſa a reſeruatis virtute Iubilæi, non eſt licitum vti extra ſacramentum pœnitentiæ; niſi ex forma conceſſionis aliter conſtet, num. 40. & 45. Abſolutio dari regulariter poteſt à cenſura reſeruata, & non à culpa, num, 41. At abſolutione impenſa à cenſura reſeruata, ſtatim tollitur caſus reſeruatio, num. 42. Abſolutio à cenſura quoad ipſius effectum non exigit iudicialem ſacramenti conſumationem, num. 43. Et quamuis concedatur in ordine ad abſolutionem a peccatis; non tamen eſt conditionata, ſed pura, & abſoluta, num. 44. Abſolutionem impendi à cenſuris reſeruatis facultate conceſſa, virtute Iubilæi, an in dubio ceo ſeatur tributa extra ſacramentum pœniteotiæ, nu 45. Abſoluendi à cenſuris ſi concedatur facultas quoad excommunicatos denunciatos, in dubio ſemper intelligitur conceſſa in foro interiori tantùm, num. 46. Abſolui a reſe uatis non poteſt quis in foro interiori, vbi offenſa eſt manifeſta citra præuiam ſatisfactionem, nu. 47. Abſoluendi facultas conceſſa pro crimine hæreſis, in dubio cenſetur tributa in foro interiori dumtaxat, num 48 Abſolutus in foro interiori a cenſura pro hæreſi manifeſta, ſi celebret, efficitur irregularis, num. 49. Abſolutio data in foro interiori ab excommunicatione occulta, an in aliquo profit abſoluto quoad forum exterius, num 50 An probari poſſit in foro exteriori per ſolum Confeſſarij teſtimonium, num. 51. Abſolutus in foro interiori quis dicitur, etiam non audita peccato. nam confeſſione, num 52. Abſoluendi facultas conceſſa a cenſuris reſeruatis, auditis confeſſionibus, ſanis exigat, vt omnino impendatur abſolutio in foro ſacramentali, num. 54. Abſoluendi facultas a Romano Pontifice alicui conceſſa à peccatis ſibi reſeruatis, cenſetur tributa etiam quoad cenſuras, quas habent annexas, num 56 Non ſic ſi talis facultas concedatur ab Epiſcopo; etiam ſi coacedat omnem ſuam facultatem, num. 57. & 58 Abſolutio à cenſuris nutu impendi non poteſt ab inferioribus Papæ, num. 59. Abſolutus abſens tuoc dicitur, quando litteras recepit, num. 60. Abſoluendi facultas à cenſuris, poteſt à S. P. etiam laicis concedi, num 61.

Abſolutio impenſa in mortis articulo poteſtate delegata à iure tradita, quomodo differat ab abſolutione tributa vigore priuilegij. lib. 3. § 2. quæſt. 2. num 6 fol 723. Impendi poteſt à reſeruatis non ſolùm conſtituto in articulo, ſed etiã in periculo mortis à quolibet Sacerdote, etiã ſimplici, ibidẽ, n. 8. 9. & 11. Et quid dicendũ ſi adſit Sacerdos approbatus, aut priuilegiatus: & an tribui poſſit per Sacerdotẽ à peccatis, nõ premiſſa abſolutione à cẽſuris, vbi periculũ eſt in mora ne abſoluẽdus

præmoriatur nu. 19. 22. 24. & 25. Absolutus à reseruatis 10 artic. mort. vigore, alicuius priuilegij a S.P. non tenetur ipsum S.P. adire, vbi conualuerit, nu. 26. Absolutio an impendi possit in mortis articulo, seù periculo constituto à casibus, & censuris bullæ cœnæ, etiam si S.P id non expresserit, d.§. 2 q 1. num. 2 fol. 725. & in addit litt. a. fol. 727. Absolutus ab hæretico, seù schismatico in art. mortis, si conualuerit, non indiget alia absolutione, ibidem num. 6. Absolutio ab excommunicatione potest peti per procuratorem in foro exteriori, non autem internari, nu. 7. Absolutus ab excommunicatione nostræ bullæ in artic. mort. si postquam conualuerit, non se præsentat S.P ao & quando reincidat in eacommunicationem, num. 8. cum plur. seq. Absolutus in art. mor. à casibus reseruatis tantùm non habentibus excommunicationem annexam, non tenetur Superiori se præsentare, num. 13. Absolutus a peccatis reseruatis, si alicuius fuerit oblitus, an remaneat obligatus illud confiteri Superiori, sub num. 14. Absolutus in art. mor. est etiam absolutus ab Ecclesiæ præcepto pro illo anno, n. 15.

Absolutio à censuris, & casibus reseruatis in artic. mort. an a Papa possit sibi reseruari, lib. 3. §. 2. q. 4. num. 3. & seq. fol 728. Absoluendi facultas a reseruatis in artic. mort. an sit de iure Diuino, ibidem, num. 6. Absolutio a censuris in art. mort. conceditur, vt quis possit a peccatis absolui, d. §. 2. q. 5. n 8. fol. 730. Absoluere a censuris in articulo mort. Ecclesiasticis tantùm competit, etiam si irregulares sint, excommunicati, degradati, hæretici, aut schismatici, ibidem, num 10. Absolutio à reseruatis in artic mort. impendi non potest ab excommunicato degradato &c. si adsit simplex Sacerdos non excommunicatus, aut degradatus, &c Nec à simplici, si adsit Sacerdos approbatus, aut Parochus, Nec ab hæretico si adsit Catholicus. Nec ab excommunicato si adsit irregulari. Nec ab irregularis si adsit præsens suspensus, aut interdictus, nu 13. 14. 15. & 16. An autem ioualida reddatur, omisso supradicto ordine, n. 19. Absolutio reseruata Papæ, quoties propter vrgentem necessitatem inferiori conceditur, regulariter ad Episcopum pertinet, si ab eo recipi potest, ou 20. An impendi possit in art mort à laico: & si impendatur ad quid desetuit; & an laicus absoluens efficiatur irregularis, d. q. 5. per totam, fol. 729. 730. & 731. Et quid dicendum, si impendatur a clerico simplici, d. § 2. q 6. fol. 732 Absolutio eb eacommunicatione solemnis non potest impendi nisi a Sacerdote, ibidem, num. 4. Absolutio a censuris bullæ cœnæ an tribui possit a Vicario Episcopi in art. mort. constituto cum Sacerdos non sit, num. 12. An à Sacerdote simplici tribui possit, confessione absoluta, dum tantùm cœperit audire, & inter confitendum superuenerit superior; & an tribui possit à confessario constituto ad tempus, etiam elapso tempore, qui confessionem audire cœpit intra constitutum tempus, d. §. 2 q 7 oum 5. cum plur. seq fol 735. Absolutione impensa a Sacerdote constituto in artic. mor. si superueniat superior, cui competat casuum reseruatio, an valeat ipse Sacerdos simplex absoluere illum à reseruatis oblitis, vel quia non potuit confiteri, ibidem, n. 18. & 21.

Absolutio a reseruatis S. P. an impendi possit à suo Legato, lib 3 § 2. q. 8 nu 4 fol 737. Absolutio ab hæresi an requirat specialem S P. delegationem, vel comprehendatur sub generali delegatione, nu 5 cum plur. seq. & in addit. litt a. fol. 745. An sic dicendum de absolutione impendenda leprosis libros hæreticorum, receptatoribus, fautoribus, si ab huiusmodi personæ non sint formaliter hæreticæ num 8 Absolutio à censura, vbi à Romano Pontif. sibi non reseruatur, censetur Episcopo reseruata, nu. 19. Absolutio in foro interiori sd tantùm importat, vt illa non prosit in foro externo, num. 51. Absolutio cum reincidentia, licet regulariter ab eo dari possit, qui potest absoluere simpliciter, id tamen limitatur in multis casibus, nu. 59. Absoluti à reseruatis Papæ tanquam impediti, ao & quando teneantur se præsentare S.A. d. §. 2. q. 10. vbi latè hæc materia per quatuor conclusiones explicatur, fol. 749. 750. & 754. vide infra ver. Impediti. Absolut quis potest a casibus, & censuris contractis in aliena diœcesi, & eiusdem Episcopo reseruatis ab eo, qui in diœcesi vbi reperitur habet proprij Episcopi censuras, & casus reseruatos, lib. 3 §. 2 q 11. num. 21. fol. 756. Absolut extra articulum mortis an quis possit a casibus, & censuris occultis in bulla cœnæ reseruatis per alium, quam per Romanum Pontificem, d q. 12. per totam fol. 753. cum plur. seq. Absolut ab occultis reseruatis Papæ, an & quando possint Religiosi ab Episcopo, ibidem, num. 25. Absolut extra mort. artic. an possit quis a censuris bullæ cœnæ ab Inquisitore hæreticæ pravitatis. d. §. 2. quæst. 12. per totam, fol. 762. & 763. & in addit. litt. a. fol 765. Absolui an possit ab Episcopo in foro saltem exterrori, in d. addit. litt. b fol. 765 Absolutus a censura reseruata, etiam propter hæresim, potest deinde absolui à peccato a quolibet confessario, ibidem, num. 3. Absolutus à casibus reseruatis manifestis sb habentibus facultatem absoluendi ab omnibus, si aliquos bona fide tacuerit, casus illi non sunt amplius reseruati, ibidem, num. 24. Absolui ad cautelam, an & quando quis possit a casibus, & censuris bullæ cœnæ & decreti Clemen. VIII. per alium. quam per S. P. lib. 3. § 2. q. 13. per totam fol. 766. & 767. Absolutio ad cautelam quænam sit quotuplex, & an a suspensione. & interdicto impendi possit, ibidem, num 2 & 5. Absolutio data tesli ad tempus cum teinci entia, non est propric absolutio, sed verbalis tantum. uum. 6. Ad cautelam autem ab eo impendi potest, qui potest absoluere simpliciter, num. 8. Absolutio, quam passim dant Confessarij à censuris, antequam sacramentaliter pœnitentem absoluant, quam vim habeat, num 13. Absolutionis nomine intelligitur de vera, non autem de absolutione ad cautelam, uum 7 & 19. Absolutio ad cautelam impendi potest à Delegato, cui commissa est causa, quando causa ipla sine partium absolutione ad cautelam, commode tractari non potest, num. 20 & 21. Absolutio ad cautelam si committatur simplici confessario, quæ nam confessarius seruare debeat num 22. Et quid si committatur Iudici, aut in foro cõscientiæ qualnam conditiones exigat, num. 23. & 24.

Ablolutio à censuris bullæ cœnæ in articulo mortis, cautionem tantùm exigit de satisfaciendo, non autem præmissi satisfactionem, lib. 3. § 2. quæst. 14 num 3. fol. 770. Quando impenditur à Summo Pontifice quænam soleat exigere, ibidem, num 8 Si impendatur ab habente potestatem iure ordinario, non seruata forma iuris, & non præuia satisfactione, erit valida. d. §. 2. quæst. 16 num. 2 fol. 774. Impensa tamen ab habente potestatem iure delegato, erit inualida, ibidem, num. 9. Absolutio à censuris etiam per Scripturam impendi potest, d. §. 2 quæst. 17 num. 2 fol. 776. Absolutio a censuris Bullæ cœnæ, si extra articulum mortis impendatur vigore alicuius facultatis, tunc omnia exigit, quæ concurrunt ad dandam absolutionem a quacunque alia excommunicatione, ibidem, num. 3. A quacunque excommunicatione potest impendi pure & sub conditione, propria, vel improprie, num. 5. Præexigit tamen iuramentum de parendo mandatis, & aliquando satisfactionem, num 7. Absolutio ab excommunicatione, non præmissa satisfactione, & juramento de parendo mandatis, an & quando sit valida, num. 8. Absolutio ab hæresi, Apostasia, vel Schisma, præexigit abiurationem, num 9. Absolutio à censuris si impendatur a S. P. licèt nullam penitus exigat formam, non tamen incelligitur impensa per illa verba in litteris apponi solita, *Salutem, & Apostolicam Benedictionem*: vel per verba, *Benedicto te*: sicut excommunicatio ferri non potest per verbum *Maledico*, & quæ sint absolutionis accidentalia, num. 12. cum plur. seq. Nec absolutio censetur impensa à S. P. vel Episcopo per eorum commissorem cum excommunicato, nu. 16.

Abso-

INDEX.

Abſolutio ab excommunicatione non requiſita, an & quando impendi poteſt a Sacerdote ſimplici, lib. 3. § 3 q.1.num.6.fol.780. Abſolutio impenſa à non habente poteſtatem,a cenſuris a canone latis, eſt nulla: & ſi abſoluentes Religioſi ſint variis officiantur pœnis ibidem,num.7. Abſolutione vnica poſſunt non modo vnus, ſed etiam plures abſolui, d 9.§. quæſt.2. num.t. fol.782. Abſolutione vnica plures excommunicatos abſoluens contra prohibitionem Bullæ cœnæ,nó,plures,ſed vnã tantum cõtrahit excõmunicationẽ,n.3. Abſolutio ab excõmunicatione ſolẽnis, quæ dicatur,quæ vero ſolemnis, lib.3. §.4. q.2. n.t. & 2. fol. 788. An prærequirat cautionem ſaltem iuratoriam de parendo mandatis Eccleſiæ, & ſi pro hæreſi abiurationem, ibidem, num. 3. Et an prætequirat ſatisfactionem pro manifeſta iniuria, num.4 Et quibus caſibus valida ſit,non præmiſſa ſatisfactione, num.1 n. An præexigat ſponſionem de non contrauemendo in futurum, & an vitietur abſolutio, ſi non præmittatur, num.11. Abſolutio ab excommunicatione dari poteſt etiam inuito,durante eius contumacia, ignoranti, & inficio, num. 12 Non tamen eſt per metum extorquenda, num. 16. Abſolutio ab excommunicatione Bullæ cœnæ ob ſtatutum editum contra libertatem Eccleſiaſticam, quænam præexigat, num.17. Mortuo proprié non impendi tur, ſed tantùm declaratur abſolutus,num 18.& 19. Quando poſſit impendi: & an ſub conditione dari valeat, num.21. & 22. Abſolutionem petens ad cautelam, non cenſetur confiteri, ſe eſſe excommunicatum, num.25. Abſolutio cum reincidentia an dari poſſit ad aliquem determinatum effectum,num 28. An tollat cenſuras oblitas, & culparum reſeruationem, num.29. An exigat certam formam verborum,num.30. Abſolutis e cenſuris Bullæ cœnæ prærequirit ab abſoluendo propoſitum ſimilia non committendi,aliàs abſolutio eſt inualida,ibidem,nu.2. Abſolutio ab excommunicatione Bullę cœnę lata contra ſtatuentes contra libertatem Eccleſiaſtic. licet non profit ijs, qui ſtatuta fecerunt, niſi ea reuocauerint, & delenerint; prodeſt tamen ijs, qui publicauerint aut eiſdem vſi fuerint,lib 3 §.4 q 3 nu.2. fol.791. Abſolutio à cenſuris, & caſibus Bullę cœnę ignoranter impenſa à non habeote facultatem, licet ſit nulla; excuſat tamen abſoluentem ab excommunicatione, etiam ſi ignorantia craſſa ſit, affectata, aut concomitans. & idem dicendum eſt de abſolutione impenſa ex obliuione,aut inaduertentia, & ex metu etiam leui apprehenſo,vt probabili, lib.3. § 3. q 3. num.2. & 3. fol. 794.

Abſurdum nullatenus eſt dicendum, lib 3.canon.13.q 9. ſub nu.10.fol 505.

Accedens ad S. A. & ab ea recedens quis proprié dicatur,lib 2. can.9. q.1. num.2. fol.389. Si aliquid aliud agens longo tempore differat itar complere, non gaudet beneficio dicti can nom. num.3. vbi idem dicitur de recedente a S.A. Accedere ſecreté non dicitur, quitato radire non poteſt,quæſt.2.nom.2.fol.391. Recedere quid proprié denotat,num.8. Accedere volentes ad S. A. ſi quis offendat, in excommunicationem non incidit quæſt 3. num.1 fol 392. Accedentem ad S.A. ſi quis offẽdat, excommunicationem coortahit, etiam ſi cõperit accedere, nom 3. Mandantes offendi accedentes ad S.A.in excommunicationem incidant,q.4. nom.1.fol.393.Sed quid dicendum de auxilium. conſilium, vel fauorem præſtantibus, num.5. Et an mandantes ſi mandatum renocauerint, excommunicationem contrahant non ſecuto affectu, quæſt.5. num.1. fol.393. Et in addit.litt.a. fol.eod.Et vtrum crimina vi noſtræ bullæ prohibita rata habentes excommunicationis vinculo alligentur.quæſt.7.fol.396. Accedentes ad S.A. offendentibus non obuians, an & quando excommunicationem contrahat,quæſt.8.fol.397.Incidit tamen cooperator,num.12.Accedentes ad S.A. occidens cùm interficiendi animum non habuerit,ſed tantùm leuiter verberandi, an excommunicationem noſtræ Bullæ contrahat,quæſt.37.num.10. fol.430. Accedentem ad S. A. leuiter vulnerans, ſi vulneratus ex ſuo malo regimine, vel ex imperitia Medicorum interierit.in excommunicationem non incidit,quæſt. 10. num.4.fol 402.& in addit.litt.b. fol.403. Accedentes ad S. A. interficiens excommunicationis vinculo innodatur, etiam ſi vnum tantum hominem occidat, quæſt.11.fol.403. Accedentem ad S A.ſi plures ſimul concutrant ad occidendũ, an & quando excommunicationem contrahant,quæſt.12.fol 405. per totam. Sed quid dicendum ſi plures concurrant diuiſim, quæſt.13. fol 406. Accedenti ad S. A. partem membri amputans excommunicationem noſtræ Bullæ non incurrit; niſi membrum quamuis contanatum ob id reddatur inutile,quæſt.15 num.12.fol.410.& in addit. litt.a.fol.411.Accedens ad S.A.euellens dentem non incidit in excommunicationnem noſtræ bullæ, q. 16. n.t.& 3 fol.412.Accedẽtes ad S.A.verberãs,autvulnerans, excommunicationem noſtræ Bullæ non contrahit,ibidem,num 2. Accedendi ad aliquem locum alicui conceſſa ſecuritas, cenſetur conceſſe etiam recedendi,lib.2.can.10 q.14.nn.2. fol.447.

Accedens ad S. A. ſi verberibus debilitetur in membro, debilitans, an & quando in excommunicationem incidat,lib.2.can 9 quæſt 17 fol.412.& 413. Accedenti ad S.A. amputans membrum aridum, an excomomunicationem Bullæ incurrat,quæſt 18 fol.413. Et quid ſi matilet mortuum hominem, qui dum accederet ad S.Apoſtol interijt, quæſt.19. fol.413. Accedentes ad S. A. qui ſpoliat, an in excommunicationem incidat, quæſt.20 & in addit.litt.a. fol 414. Et quid iuris de furantibus eorum bona,quæſt 21. fol.414. Et an incidant, ſi ſpolient ſcripturis, quæſt 22. fol.415. An rapiens vxorem filios,ſeruos,&c. Accedentium ad S.A. incidãt in excõmunicationem.q.13.f.415. Accedentes adS.A.ſi ſint Infideles,& ſpoliẽtur a Catholicis an excõmunicationẽ noſtræ Bullæ cõtrahant, q.24 fol.417. Accedentes ad S.A capieos, aut detinens excommunicationem incurrit niſi ſtatim ſit eos dimiſurus,q 25.n. 3.fol.418.& in addit.litt.A.& B fol.eod. Accedentes ad S A.ſi quis offendat, ad contrahendam excommunicationem tatis eſt ſi vnam tantùm actionem in eos committat,q.27 n.4.fol.419. Et an tot excommunicationes contrahat, quot crimina in eiſdem committat, q.28 f. 420. Accedentes plures ad S.A.vno ictu occidens,in plures incidit excommunicationes,q.29.n.2.fol.421.& in addit litt.A.fol.eod Offendens vnum Clericum eundem ad S.A. duas excommunicationes Incurrit,q.30.n. 2.& 5.fol.421. Accedentes ad S.A. vulnerans tantùm. an & quando in excommunicationem incidat, q 31.f. 422. Et quid ſi verbis minatorijs eos detineat,n.3. & in addit. litt A.fol.423. Accedentes ad S.A.offendens,non vt accedentes:ſed ob particulares inimicitias,in excommunicationem non incidit,q.32 n.2 fol 423. Idem dicendum eſt de offendente recurrentes ad Rom.Curiam non intuitu cauſarum,n 4.Offendentem accedentes ad S.A.excuſat ab excommunicatione quælibet ignorantia etiam craſſa.& affectata,q.33.n.3.f.424. Offendens in Curia commorantes, vt excommunicationem contrahat,exigitur,vt auctoritatiué id agat,ibid.num.4. Et quid dicendum,ſi furto, vel rapina, in rixa, vel per inimicit es ſpolient,vel offendant in Curia commorantes, n 5. Quinam dicantur in Curia morantes. q 34.n.1.& in addit.litt.A.fol.425 Et quid iuris demandantibus occidi in Curia morantes,q 35.fol. 425.In multis alijs caſibus excommunicantur offendentes accedentes ad S. A.& in Curia Romana morantes,de quibus,q.37.& vl. f.427.428. & ſaq.cuius concluſio multipliciter ampliatur,& limitatur. Et add,litt.a.b.c d.e.fol 432. & 432.

Accaſorium ſequitur naturam principalis.lib. 2.can 10.q. 37.num.2.fol.451.

Acta facta poſt reuocationem priuilegiorum prohibiliter ignoratam, an & quando valida ſint: & quid iuris de actis factis poſt reuocationem mandati.lib.3.§.2.q. 29.num.4. & 6.fol.778.

INDEX.

Actio de dolo non datur pro re modica. lib. 5. cap. 2, q. 3. num. 44. fol. 15.

Actor sequitur forum Rei. lib. 2. can. 14. quæst. 5. num. 23. fol. 514.

Actus æternus simoniæ internæ expressius, qualis esse debeat. lib. 1. cap. 1. q. 3 n 53. fol. 15. Actus moralis dividitur in elicitum, & imperatum; qui multiplicitee subdividitur. lib. 2. can. 1. q. 24. n. 4. fol. 130. Actum a maiori parte Capituli, censetur factum cõcorditer. d. can. 1. q. 93. n. 8. fol 194. Actus indifferens an detur in individuo. lib. 2. can. 3. q. 13. n. 4. fol. 236. Actus deber esse perfectus ad incurrendam censuram latam pro aliquo actu. can. 7. q. 20. n. 7. fol. 329. Actus vnus, & idem non potest esse bonus, & malus. can. 10. q. 15 in addit. lit. a. fol. 450. vers. hæc sententia. Actus internus contrauenientis satis non est ad censuram contrahendam. lib. 1. cap. 1. q. 2. sub nu. 41. fol. 8. Actus omnes morales sunt transeuntes q 3 sub n. 69. fol. 15. Actus pœnitentis non sunt proprie materia Sacramenti pœnitentiæ, ibidem, n. 66. Actus humani in tantum dicuntur morales, in quantum dependent à voluntate. q 4. n. 2. fol. 24. Actus æternus hæreseos manifestatiuus qualis esse debeat. lib. 2. can. 1. q. 24 n. 4. fol. 130.

Adam excommunicatus fuit ab esu ligni vitæ. lib. 2. can. 1. q. 2. n. 18. fol. 91.

Ad futurum, seu perpetuam rei memoriam verba quid denotent. lib. 1. cap. 5. q. 4 fol. 81.

Ad impossibile nemo tenetur. lib. 3. §. 2. q. 8. n. 16 f. 740.

Adiuuari Christiani nominis inimicos contra Christianos, quot modis contingat, lib. 2. can. 7. q. 16. nu. 9. fol. 336. Adiuuans consilio, auxilio, fauore, &c. ad deferendum arma ad Infideles excommunicationem contrahit, etsi si inde nullum sequatur detrimentum fidelibus, ibidem n. 13. vide infra, vers. Delatio armorum. vers. Armorum, & ver. Bona.

Adoratio quid, & quotuplex: quæ debeatur Deo: quæ Beatæ Virgini, & alijs Sanctis quæ Rom. Pontifici, & alijs Prælatis: quę S. Cruci, & humanitati Christi, ac Sanctorum imaginibus, Angelis, & Beatis omnibus, lib 1. c. 4. q 3. per totam, fol. 59. Cur sacrilegæ manui, quæ percussit Dominũ, non debeatur adoratio, & lanceę, clauis, ac Cruci debetur, ibidem, n. 2. e. cum seq. Quomodo adoratio differat ab oratione, q 4 n. 1. fol. 61.

Aduentiorum bonorum licet Patri debeatur vsusfructus; illud tamen non debetur ex bonis aduentitijs filij Ecclesiastici, lib. 2. can. 15 q. 17. n. 4 fol. 589.

Aduocatio Infidelium ad sui defensionem non est intrinsecè mala. lib. 2. can 7 q. 36. n. 19 fol. 360. an & quando sit licita, vide infra, ver. Infideles.

Aduocatio, & Notarij defendentes hæreticos, an & quando dicantur defensores hæreticorum, lib. 2. can. 1 q 32. n. 9 fol 155 aduocarus iura partis aduersarię ostendens licet non sit proprie falsarius; punitur tamẽ pœna falsi, can 6. q. 4. n. 7. fol 386 aduocatos Rom Curiæ offendentes, an & quando excommunicationem nostræ Bullæ contrahant, can 5 a. q. 1. n 6. in addit lit b. fol. 484. vbi etiam declaratur, quinam dicantur aduocati.

Aequalitas est seruanda in Iudicijs, arbitrijs, & contractibus, lib. 2. can. 15. q 19 n. 32 fol. 610.

Aequitas postulat, vt vtrinq. seruetur æqualitas, lib. 2. can. 9. q 24 n. 2. fol. 417.

Affectus non punitur, nisi sequatur effectus, libr. 2. can 7, q. 10. n 12 fol. 329.

Affinitas quid, quotuplex, quæ matrimonium impediat, & quæ dirimat, & qui proprie dicantur affines, lib 2. can. 13. q. 7 n. 3 cum plur seq. fol. 501.

Afflictio non est addenda afflicto, lib. 2. can. 4. q. 17. nu 1. fol. 264.

Agens omne agit propter finem: & id duplicitet, libr. 1. cap. 1 q. 5. n 3. & 2. fol. 25. agentes, & consentientes pari pœna cur puniantur, lib. 2. can. 7. q. 17. nu. 18. & 19. fol. 340 & can 9. q. 3. n 5. & 15. fol. 398.

Aggressor iniustus si significet inuaso, se velle ab insultu desistere. an inuasus teneatur acquiescere, lib. 2, can. 7. q 36. n. 30. fol. 361.

Agnationis opulentæ conseruationis publicè interest, lib. 2. can. 15 q. 19. n. 113. fol 659.

Alchimię secretum ad Christiani nominis inimicos defensans, an & quando excommunicationem contrahat, lib. 2. can. 7. q. 23. n 1 & 8. fol 347. & 348.

Alcoranus Mahometi per Iudicem Clem. VIII. probibetur, lib. 2. can 1. q 33. n. 9. fol. 163.

Alearum ludum prohibens, & ludentibus interesse, an si quis interfit tantum, incidat in pœnam, lib. 2, can. 16. q. 6 sub n. 2. & 7. fol. 638.

Alexander Magnus cui fuit appellatus à Diogene seruus seruorum suorum, l b 1. cap. 5 q 3. n 5. fol 80. P. D. Alexander Pellegrinus laudatur, lib 2. can 1. q. 53. sub n. 15. fol. 194.

Alienatio rei Ecclesiæ contra formam Paulinæ ambitiosę, an & quando habeat excommunicationem annexam, lib 3. cap. 3 q. 6. sub n. 1. fol. 49.

Alienatio rei venditæ prohibita in Ecclesiam, vel in eius Porentem, mediante Priuatorum pacto est rata habenda, lib. 2. can. 15 q. 19. n. 14 fol. 609 alienæ rei legatum vide infra, legatum rei alienæ.

Alonaus, & Iustina Authores, & Addentium Parentes laudantur, lib 1. cap. 4 q. 5. in addit. lit. a. fol 66.

Amicitia veluti quædam fraternitas est, & eius vinculum potens est, neque vlla ea parte sanguinis viribus inferius, lib. 2. can. 1. q 29. sub n. 2. fol. 149.

Amicus inimici, an & quando præsumatur inimicus, lib. 2 can. 7. q. 36. n. 14. & sub n 84. fol. 366 amicus Dei pro parte, & pro parte inimicus quis esse non potest, can. 10. q 15. sub n 6 fol 448.

Amor furor l emparatur, & aliquando furor dicitur, lib. 2. can. 1. q 29. n 2. fol. 149. amor patris erga filios non est minor, quam vaoris in viros, ibidem, n. 100.

Anathema quid sit, & an eadem cum excommunicatione maiori, lib 2. can. 1. q. 2. nu. 1 & seq fol. 89. an sit nomen græcum vel hebraicum. ibidem in addit. litt. a. fol 93. & quid denotet anathematizare, n. 4. cum plur. seq.

Ancillæ partus licet non veniant appellatione fructus; sunt tamen vere fructus, lib. 2. can 9 q. 23. n. 3 f 416.

Angeli non dicuntur propriè Deum adorare, lib. 1. cap. 4. q. 3 nu 8. fol. 59.

Anima rationalis non educitur de potentia materiæ, nec eius datur materia, ea qua, lib 1. cap. 1 q 3. sub n. 2. f. 12. animas indirecte a Purgatorij pœnis Rom. Pontifex liberare potest, ibidem, n 86. anima separata excommunicari non potest, n 92. Non dicitur homo, n 96. Qualiter sciat, quæ in mundo aguntur, lib 1 cap 4 q 4. nn 47. fol. 64. an recordetur, quę dum viueret, vidit, nn 49 anima, quæ peccauerit ipsa morietur. lib. 2. can. 2. q 4. sub n. 13. fol. 215. animarum fauore odia amplantur, & pœnæ extenduntur, can. 7 q. 7. n. 5. fol 325. & in addit lit a. fol. 326. animæ salus omnibus rebus temporalibus est præferenda, q. 36. nu. 16. fol. 359. & animæ alterius salus præfertur propriæ corporali, ibid. n. 40. animæ periculum quotiescunque imminet ob munera absoluendi a reseruatis, potest vnusquisque ab Episcopo absolui, lib. 3. §. 2. q 10. n. 8. fol. 751.

Animus ea factis declaratur, lib. 2. can. 11. q. 15. sub num. 2. fol. 470.

Animalia vicini pro vna. vel duabus vicibus admittuntur ad pascua citra fidem, lib. 2. can. 15. q. 27. n. 5. fol 628. & in addit. lit. b. fol. 629. animalia clericorum. vide infra clericorum animalia.

Anusitem percutiens. vide ver. Cardinalis, & ver. Cardinalium.

Apostata nomen sacrilegum est, & publicum crimen, lib. 2. can. 1. q 9. n. 1 fol. 99. vnde deriuatur, n. 2. Quot modis confidererur, n 4. quot sint apostatarum species, nu. 6. apostatæ à fide quinam sint, quomodo ab hæreticis differant, Paganis, & Iudæis & quot sint eorum species, q. 10. per totam, fol. 100 apostatarum à fide fautores qualiter puniantur ibid. lib n. 3 apostata à fide interdus quis dicatur, an contrahat irregularitatem, & inris pœnas, q. 11. fol. 100. Quinam sit externus, quotuplex & an aliquando excusatur non modo ab excommunicatione,

INDEX.

ne,ſed etiam à peccato,& an ſint irregularis,q.12. per totam, fol.101. apoſtata a fide interous,& externus ſimul quis dicatur, quotuplex: & an apoſtaſia e fide ſpecie differat ab hæreſi: vtrum apoſtata a fide ſit irregularis, & an & quando Coriæ ſæculari vaniat tradendus,q. 23.per totam,ful 102. Qualiter differat occultus a manifeſto,ibid.n.10.Quinam dicatur apoſtata ab obedientia.q.14.n.5 fol.103.Quot modis ſumatur,n.2.Quando dicatur quis te cedere ab obedientia Rom. Pontificis, & Prælatorum, & quando in excommunicationem incidat,n.4 5.& 6.apoſtata ab ordine quis dicatur:quibus pœnis plectatur ſi in ſacris conſtitutus vxorem ducat, & an excommunicationem,aot irregularitatem contrahat,q 15 per totam,fol.105.

Apoſtata à Religioone is dicitur, qui poſt emiſſa vota in Religione ab ea recedit,etiam ſi vota ſimplicia tantum emiſerit,lib.2.cao.5.q.16.n.2.& 4.fol 107. & in addit. litt e.b & c.fol.108. Vnde apoſtatæ efficiuntur leſuitæ ſi recedant,n 5 Et quid dicendum de oblatis, ac Religioſis Teſtæ Ordinis S Franciſci n.6.& 7.an & quando Monialea ſi recedant efficiantur apoſtatæ, n.8.& q.17. n.25. fol.111. apoſtata a Religione internus quis dicatur,& incidat in pœnas iuris d.q.17.n.2.Quis uero dicatur exterous,& apud Eccleſiam, & an incurrat caſum aeſeruatum,& alias pœnas,n.7.8. & 9 cum plur.ſeq.fol. 112.& 113. vbi etiam agitur de Religioſis, quando dicantur apoſtatæ , & quando fugitiui: & de bonis per eos acquiſitis tempora apoſtaſiæ,cui acquirantur,& an ſint eacommunicati,n 7 & in addit.litt.a.& b.fol.112. & 113 apoſtata a Religioone oullus pelor,n.27.Quinam dicatur apoſtata a Religioone exterauus , & internus ſimul,n.24.Cur dicatur fur.n.28.Quibus pœnis afficiatur, & an & quando ſit de hæreſi ſoſpectus n 29.cum plur. ſeq.apoſtatæ , & fugitiui a Religione ſunt requirendi, etiam ſi poſt compreheoſos eſſeot tanquam incorrigibles ejiciendi,ſiquidem debet Prælatus facere quod in ſe eſt,vt apoſtata , & fugitiuus à damnationis ſtata eripiatur.in d.addit litt.b.apoſtata a Religione an eo ipſo quod a Religione aecedit ſit excommunicatus,etiam reteoro habita,n.35.cum plur.ſeq & 112.

Apoſtuli dicuntor lux Mundi,lib.1.cap 4.q.2 n 8.fol.57.& eis omnibus fuit à Domioo tributa eadem Eccleſiaſtica iuriſdictio,noo ordinaria,ſicut poſtea Petro,ſed delegata dumtaxat.lib.2.cao.2.q 4 n 2 fol 94

Apoſtolica Sedes aut inueoit ſanctum, aut facit ſanctum, lib.2.cao 7.q.37.n.13.fol.369. Apoſtolicæ Sedis oomine quæ veoiant,can.9 q 2.10 add.lit.a.fol.390. Nunquá moritur,can.13.q.vlt in add lit. d.fol 507.

Appellatio quid ſit,lib.2.can.2 q 2 n 8.fol.211. an idem ſit appellare a Vicario Epiſcopi, quod eppellare ab Epiſcopo,ibid.ſub num 9.appellatio ab ordinationibus Rom. Pontificis ad geoerale futurum Concilium cur ſic mala, noo ſolùm quia prohibita ; ſed etiam iotrioſece mala,n.3 & 10 add lit.a. qualiter differat à pronocatione,in add.litt.b.fol.211. Cur Vniverſitates, & Collegia, quæ appellaot,vt ſupra interdicuntur, & noo excommunicantur,q 3. per totam,fol.213. appellaotes a ſententiis Papæ ad futurum generale Concilium, an & quando excommuoicationem contrahant, q.7.per totam fol.219 & in add litt.a.b c.fol.222. Contrahunt ſuſpicionem hæreſis,n 7. ibid.

Appellatio friuola quænam dicatur,lib.2.cao 13.q.2 n.1. fol.495 appellantes friuole a ſententijs.& litteris S.P. vel a futura earum exe cutione ad ſæculares Curias,in excõmunicationẽ noſtræ Bullæ incidunt,ibid.o 2.Et id ẽt ſi laecularium iudicũ opera vtantur vt ipſi authoritatuẽ faciant appellationem ab Eccleſiaſticis iudicibus admitta,d.q.2 no addit.lit.a fol 495. Imo excommunicatiooem contrahunt , etiam ſi hæc agaot ad neceſſariã eorum defenſionem cootra laiuriam , quam certò cognoſcunt ipſis illatam,vel inferendam q.3.nu.2.& in addit.lit.e fol 497.appellatio quid ſit,ibid.n.3 à litteris S.P.ad ſæculares Curias, eſt intrinſecè mala, num.8. Nec conſuetudine appellaos poteſt inuari,n.12: poteſt tamco quis recurrere ad ſæculares Curias prædictis cauſibus tanquam particulares perſonas. appellationem admittere quid ſit,q 4 n.1.fol.498.in multis aliis caſibus incurritur excommunicatio noſtræ Bullæ ab appellantibus à litteris S. P. ad ſæculares Curias,& in multis effugitur,de quibus late q 9 & vlt.concluſ.2.quæ multipliciter ampliatur, & limitatur, fol 503. appellanies denique à iudica Eccleſiaſtico ad ſæcularem Curiam, an & quando in excommunicationem Bullæ incidant, late habetur,lib.2.can.16.q.1.o 4.& in addit.litt.a.fol. 634.& 635.

Appiobatio Regularium ad audiendas confeſſiooes ſæcularium ſemel facta ab Epiſcopo,Ordinario , poteſt ex cauſa reuocari,lib.5.cap.1.q.3.ſub num.122.& 123. fol.21.

Arcem armis inſtructam,aut nauem armis onuſtam tradés Chriſtiani nominis inimicis, an & quando in excommunicationem incidat,lib.2.can.7 q 23.ou.5.fol.332.

Archiuia, & Capitularia quænam dicantur, lib.3.§ 4 q.3. num.1.fol.79t.

Archiepiſcopus qois non dicitur ante pallij ſuſceptiooem,lib.2.can.11.q.8 nu.3. fol.462. in quibus conueniat cum Patriarcha,& Epiſcopo,ibid oo.4. an poſſint abſoluere impeditos a reſeruatis S. P. ſubditos ſuæ prouinciæ,lib.3 §.2 q 8.n.52 fol.744.Et an eoidem abſoloere poſſit a cauſis, & cenſuris occultis,ac diſpenſare in irregularitatibus occulris S. P. reſeruatis tempore vtilitationis ſuæ prouinciæ,d §.2.q.11.ou.10. & ſequ. ful 756.

Argento legato, nnn cenſetur legate pecunia argentea, lib.2.cen.7.q 22.n 5 fol.346.

Argumeotum a nomine proprio neceſſerió non concludit,lib.1.cap.4.q 5. n.15 fol.66. valet a ſufficienti partium enumeratione,lib.2 can.2 q.7.nu.29 fol 222. Eſt etiam in iure validum à contrario ſenſu,can.7.q.11.n. 6.fol.331.procedit de cootractu ad legem q.23. nu.6. fol 348.à maiori, vel paritate rationis an & quando ſit validum q 26 n 1.fol.349.à pacto,vel a teſtameoto ad ſtatotum an & quaodo proceſſat,lib 2.ca 15.q.15.n.32 cum plur.ſeq. ful 610. a pacto ad legem valet,d.can.7. q.23.n.6.fol.348.ab inferiori ad ſuperius an procedat, q,26.ſub n.1.fol.349.argumentum de priuilegio ad præſcriptionem an ſit validum,d cao.15 q.19 o.66 f 613. à lege ad vtilitatem voluntatem valet,ibid.nu 113. Non tamen procedit ab indiuiduo ad totam ſpeciem,d.can. 25.q.18,n 31.fol.600.argumentum a furto ad rapinam, & e contra.an & quando ſit verum, ltbr.2.can.4.q 16. n. 0.fol.264.

Ariſtotelis maxima (*Propter quod vnumquodque tale, & illud magis*) declarantur,lib.2.can.1 q.4 o 3.fol, 96.Ariſt. propoſitio (*Cauſa in poſſe non eſt neceſſarium ſimul eſſe cum effectu*)qualiter ſit iotelligeoda,lib.1.cap.1.q 3. n.6.fol.12, Eiuſdem propoſitio (*Cauſa in actu ſimul eſt cum effecto in actu*)ibid.

Arma,& alia eiuſmodi deferri ad Chriſtiani, ac Catholici oomnis inimicos,& hoſtes,quibus Catholici impugnari poſſint.eſt prohibitum iure naturali, ciuili,caooaico, & vi ooſtræ Bullæ,lib.2 cao.7.q n.13.14 & 15.fol.317. Qualiter autem ſupradicta iura inter ſe conueniant, & qualiter differant,declaratur.n.17.cum plur.ſeq vide iofra,ver.Bona prohibentur deferri:& ver. Detatio: ec ver. Deferentea. armorum appellatiooe quæ veniant, q.22.fol.343. an comprehandantur cultri paruuli,n.5. & in eddit.lit.b.fol.344. & omoie bellica inſtrumenta, q.24.fol.348.

Articuli fidei ſunt Chriſtianæ Religioeit ſemineria , ac in Theologia prima principia, & directè pertinent ad fidem.lib.2 can.1.q.22. n 4.fol. 122. articulus mortis an dicetur etiam eiuſdem periculum, vide infra,ver.Mortis articulus.

Aſportantes plutea curroa frumenti,ſub pœna excommuoicationis extrahi prohibiti,vnum immediate poſt alium vnam tantum excommunicationem contrahit;ſecus autem ſi diuerſo tempore,lib.2.can.3 q.12.n 6.fol 233.

Affiſſini quinam proprie dicantur, & quando excommunicationem contrahant,lib.2.can.3.q.12.n.2.& in add. lit.

INDEX.

litt.a.fol.234.& 235. & latiùs can.9 q.4.nu.3.& 4.fol. 393 & can 11.q.12 n.5.fol 469. Non gaudent immunitate Eccleſiæ ad eam confugientes,can.15.q.16. ſub n. 22.fol.575 & late in addit.litt.x.fol 583. aſſaſſinium quot modis committatur,q.1. n.65. & in addit litt.y. fol.565.& quando cognoſci,& puniri poſſit per iudicē ſæcularem,in addit.litt.z.fol eod.

Aſſeſſor iudicis eccleſiaſtici poteſt eſſe laicus,qui poterit ferre ſententiam in cauſis quarumuis ſpiritualibus,lib. 2.can.15.q.11.n.42. fol.554. Non dicitur exercere iuriſdictionem ibid.n.43.

Aſſidens delinquenti ,an & quando dicatur cooperator, lib 2.can.9.q 8.n.11.& 12.fol.590.

Aſtrologia iudiciaria an ſit prohibita:& Aſtrologi,ac Chyromantici,an aliquando ſint hæretici,lib.2.can.1.q.22. nu.67 & 68.fol.125.

Attentantes delictum committere, puniuntur eadem lege,ſed non eadem pœna, libr.2. can.7. q.10. num.13. fol.329.

Auctoris damnato, an & quando dicuntur eius libri damnati,lib.2 can. 1.q 40. n. 5 fol.173.

Auctoritate nemo poteſt in facto proprio , lib.1. cap.4. q.7.n.15.fol.70.

Audientes legere libros hæreticorum an excommunicationem contrahant,lib.2.can 1.q.48.per totam,& in addit.litt 2.fol 165.

Audientia quænam ſit,quæue Cancellaria,lib.2.can.15.q. 10.n.6 fol.548.

Audirores quinam ſint, &quomodo differant à iudicibus, lib.2 can.12 q.1. n 8.fol.48.

Augurium, & auſpicium aliquando fieri poſſunt citra ſuperſtitionis culpam,lib.2.can.5.q 22.nu.57 fol.225.

Auocantes cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus annexas ad ſæculares Curias,an &quando in excommunicationem incidant,vide infra,ver.Cauſa,& ver.Cauſas.

Auſus temeratius quinam dicatur,lib.5. § 8.q.1.num.11. fol.802.

Auxilium ſeu conſilium præſtantes ad deferenda arma, & alia prohibita ad Chriſtiani, & Catholici nominis inimicos & hoſtes,ac ad eos certiorandos de ijs. quæ pertinent ad ſtatum Reipub. Chriſtianæ, in præiudicium Chriſtianorum quales excommunicationem contrahant,lib.2.can 7.q.16 nu.18.& 19.fol.337 & latius q. 34 n.1.& 2.fol.354 & in addit.litt 2 fol 355.& q.38.& vlt.concluſ.3 cum ſuis ampliat & limit.fol.377. & in addit.litt.d.e fol.378.vide infra,ver.conſilium,& fauorem.& ver. fauere.

Auxilium adiuuat ab extrinſeco,conſilium ab intrinſeco: illud eſt de præſenti,iſtud eſt de futuro,can.11 q.2. n.3. fol.456. auxilii, aut fauoris ſpecies an ſit receptatio,& conſpirationis non renelatio:ibid.nu.4 & 5 auxilium, conſilium,& fauor quando dicantur præſtari,q.17.per totam,fol.472.auxiliari non dicitur adiuuans ad crimē committendum,vulnerando,capiendo,&c.ſed eſt principalis,& ſocius criminis,n.2.

B

Bannitum conſanguineum, & affinem receptans gratia ſanguinis excuſatur ab excommunicatione Sixti V.lib.2 can.1.q.29 nu.13.fol.251. Bannitum interficienti ſi ſtatutum præmium promittat; id tamen publicæ familiæ non cenſetur promittere,can.4 q.15.nu. 2.fol.262 Bannitus ſi deprædetur bona Eccleſiæ Romanæ incidat in excommunicationem noſtræ Bullæ,cap. 20.q.5.in fin.fol.701.& in addit. litt.b.fol.702.

Baptiſmo extremæ indigenti tenetur. quis ei illud miniſtrare etiam cum periculo mortis,lib.1.cap 2. q 2 ſub n.28.fol.52.baptiſmum ſuſcepiſſe exiſtimans.cum non ſuſceperit,ſi deficit a fide Catholica,dicitur hæreticus, lib.2.can.21.q 21.n.2. fol.119.

Beati videnr petitiones noſtras in verbo:non tamen ſemper earum euentus,ſicut Chriſtus videt.lib.4. cap 4.q. 4.n.44 & 45 fol.64 beatitudo æterna eſt finis vltimus rationalis creaturæ lib.1.cap.2.q.3.n.36.fol.145.

Bellitempus intelligitur etiam tempus treguæ,lib.4.can. 7.q.2.n.14.fol.320.bellum declarare an ſit iuſtum,pertinet ad S.P.q.5.n 2.fol.324. belli tempus limpliciter quomodo differat ab actuali,q.12.n.3.fol.330.bellicorum inſtrumentorum appellatione,quæ veniant,q 24. per totam.fol.348.

Beneficium ſibi conferre nemo poteſt, libr.1.cap.8. q 2. ſub n.36.fol.8.beneficij Eccleſiaſtici appellatione,quæ veniant lib.2.can. 17 q.1. per totam,fol.655. beneficiū Eccleſiaſticum dicitur gaudium:ibid.nu.1. beneficia temporalia ſunt feuda,Ducatus,& ſimilia,n.2. beneficium diuiditur in Regulare,& ſæculare : & late ſumpti quidnam ſit.n.3 & 4 beneficia an dicantur altaria,quæ dantur in titulum perpetuum,aut ſunt ad nutum amouibiles eorum Cappellani,n. 5. beneficii appellatione, an ventāt commenda ordinis Militaris,ac præſtimonia, n 6.beneficii nouus poſſeſſor conueniri poteſt ob præteritam penſionem non ſolutam,can. 18.q.2.n.5.f.663. beneficium Eccleſiaſticum obtinens abſque intentione clericandi , ſed ſola intentione fruendi fructibus per aliquot tempus. & poſtea renunciato ad coniugalem ſtatum tranſeundi,an faciat fructus ſuos, quæſt.7.nu.3. fol.671.Et quid dicendum de obtinente beneficium Parochiale citra intentionem aſſumendi intra annum ſacerdotium,n.6 beneficium ſimplex habens, ſi habeat ordinem ſacrum annexum, debet habere animum aſſumendi ordinem illum,alias mortaliter peccat, n 7.beneficii collator,vide tot.n.ver.collator beneficii.

Benigulor interpretatio tunc admittitur, quando res eſt dubia,& legis verba non corrumpuntur,lib.3.§.8.q.2. fol.808.

Bibliotecarii quænam ſeruare debeant circa libros vendendos,lib.2.can.2.q.51.ſub n.12 fol.189.

Blaſphemia quid,& in quo conſiſtat,lib.2.can.1.q.22.ſub n.11.& 12.fol.222.eſt crimen atrociſſimum,n.13.Eius comparatione omne peccatum eſt leuius.nu.14. Facit ſeruire Deum,n.16. Variè punitur omni iure,n.17. 18. 19.& 20.Nullum habet prætextum,n.21.Si non puniatur a iudicibus, eadem pœna iudices ipſi puniantur, num.23. Blaſphemare aſſuetus largo modo dicitur hæreticus,& ſi non ceſſet,vt hæreticus reputatus,& contra eum poteſt procedere Inquiſitor, nu.25.26. & 27. Et ſi blaſphemi hæreticales blaſphemias proferant, ſunt compellendi ad abiurandum . & ſi de hæreſi poſſea conuincantur, tanquam relapſi puniuntur, nu.28. Blaſphemia hæreticalis,quæ dicatur, quæ vero non, num.29 & 30. Blaſphemos recidiuos Confeſſarius de facili abſoluere non debet, & qualiter erga illos hoc ere ſe debeat,erga periuros,& carnales, num.31. Blaſphemans vnum tantum Sanctum,& non plures , an olim in Regno noſtro Neapolitano pœna ſtatuti puniebatur,lib.2.can 9.q.11.n.3. fol.403.

Bona omnia Eccleſiæ ſunt Dei,lib.1.c 4.q.6.n.28 fol.70. & lib.2.can.15.q.28 ſub num.73 fol.603.Bona eo ipſo quod tranſeunt in Eccleſiam, mutant conditionem; ſunt tamen obnoxia oneribus ordinarijs ; etiamſi ad Eccleſiaſticos tranſeant,can.18.q.6.ou.5.& 6. fol.668. Bona ſtabilia in cataſto deſcripta pro collectis annuis, ſi dentur pro dote, vel fundatione Eccleſiæ, pro eis opera ordinaria non debentur,nu.7. limita etiam in alijs caſibus,num.8 cum plur.ſeq. Bona donata Clericis in fraudem collectarum, an gaudeant earum immunitate,& an donans aliqua pœna plectatur, num.11.& in addit litt.g.fol.670 Bona donata Clerico in titulum beneficij,non computantur in legitima in addit. litt.c. fol.670.Bonorum diuiſio multiplex,can 14.q 3. nu.9. fol 247.& q 23.num.8 fol.176. Aliquid eſſe in bonis noſtris , vel in dominio noſtro qualiter differant, ibidem,q.4.nu.11 fol.250.Bona capta ab hoſtibus quando fiant capientium,ſub num.12.q.14 num.1.fol.261. Bonorum vſus an connumeretur inter bona, q 10. ſupra n.1.verſ.Probatur,& n 5 fol.256.Bona quando dicantur haberi pro derelictis,q.13 num.7.& 8.fol.260. Bona in naufragio amiſſa, aut à fera beſtia rapta, manent in dominio eorum Dominorum , quamdiu recuperari poſſunt,d q.14.ſub nu.2. & 3. fol.261. vbi agi-

tur

INDEX.

tur de lupo rapiente ouem, de miluo rapiente pullum oc fera bestia vulnerata, & de apro qui incidit in laqueum Bona recuperata a militibus in bello, sunt propijs Dominis restituenda, sicut ea quæ a Barrattis rapta, recuperantur a familia publica, q. 15. nu. 1. & 2. fol. 262. An aliquando fiant recuperantium, nu. 9. fol. 263. Bona Naufragorum rapiens, aut furtipiens, an & quando in excommunicationem Bullæ cœnæ incidat. Vide infra ver. Naufragorum bona. Bona fides ad præscriptionem requisita qualis esse debeat lib. 2. can. 4. q. 22. n. 4. fol. 273.

Bona prohibita deferri ad Saracenos & ad Christianos, ac catholici nominis inimicos, prohibentur de iure naturali, ciuili, canonico, & vi bullæ cœnæ, lib. 2. can. 7. q. 1. n. 13. cum plur. seq. fol. 317 Qualiter iura illa differant inter se, ac conueniant, n. 17 18. & seq. Bona prohibita deferri vtsupra fuere in triplici differentia, q. 2. n. 1. 3 & 4 fol. 318 & 319 Bonorum in genere prohibitorum delatione incurritur excommunicatio d. bul. cum deferuntur tempore belli tantùm: prohibita verò in specie si quis deferat, excommunicationem contrahit quocunque tempore deferat, ibidem. concl. 1. 2. & 3. fol. 319 & 320 Bona vtsupra prohibita deferentes ad hæreticos vt in excommunicationem incidant, an hæretici debeant esse nominatim excommunicati, q. 4. fol. 312. Quid si deferant ad schismaticos q. 5. fol. 324. Et an ea deferentes ad Christianos in Infidelium, aut hæreticorum Terris commorantibus, in excommunicationem incidant, q. 6. fol. 324 & 325. An & quando excommunicationem contrahant eadem deferentes ad Infideles, & hæreticos in catholicorum Terris commorantes, q. 7. fol 325. Et quid dicendum de deferentibus ipsa de vna Terra Infidelium ad aliam, q. 8. fol. 326. Bona præd ctis Infidelibus venientes, ab eisdem empta, aut eadem commuta tes, an & quando eacommunicationem incurrant, q 9 fol 327 Non tamen in eam incidunt huiusmodi bona ad Infideles deferentes, & non dum tradita pœnitentia ducti reportent, q 10. n 6. fol 328. An in excommunicationem incidant, dicta bona ad Infideles deferentes ad redimendum captiuos, q 11. fol. 332. & 333. Bona vtsupra prohibita ad Infideles deferentes metu mortis aut famis naceffitate compulsi excommunicationem an contrahant, q. 12. n 4. fol 332. An ita dicendum sit de Militibus, qui arcem armis instructam, aut galeas & naues armis onustas tradunt Christiani nominis inimicis, si metu mortis aufugiant, & dimittant Naues, & arcem, & id etiam si mortaliter pecceot, sub n. 3. in resp ad 3. Sed quid dicendum de deferentibus bona huiusmodi ad Infideles non ad impugnandum catholicos, sed ob aliam causam q 14. fol. 333. Et an si deferantur ad Infideles ad impugnandum alios Infideles, qui impugnant catholicos, n. 4. ibidem.

Bona, vtsupra prohibita mandantes deferri ad Infideles christiani, ac catholici nominis inimicos, in excommunicationem nostræ bullæ incidunt. lib. 2. can. 7 q 15. n. 2 fol. 334. Et quid si non sequatur effectus, q. 16. fol. 335. Quando principaliter, & quando accessorie mandantes, iuuantes, &c dicantur excommunicati, ibidem, n. 3. Bonorum huiusmodi delationem ratam habentes, excommunicatione non alligantur, q. 17 n 5. fol. 339. Et quid dicendum de tradentibus bona ipsa Infidelibus in Terris suis, vel etiam fidelibus, quos certo sciant ad Infideles delaturos, q 18 fol. 341. De deferentibus metalla, ac pecunias, q. 21. & 22 fol. 344 & 345. Ac de deferentibus secretum quo aurum, argentum, alud metalli genus confici possit q 23. fol. 347. De deferentibus instrumenta bellica & lignamina. q 24. & q 25. fol. 348. Et de deferentibus funes, & cannabum, naues, & alia nauigia, q. 26. q 27. & q. 28. fol. 348. 349. & 350. Bona omnia deferri prohibentur ad Infideles hostes, quibus contingit Catholicos impugnari. & quænam sint bona huiusmodi, declaratur. q 29. fol. 350. Sed quid dicendum de certioras facientibus Infideles prædictos de ijs, quæ statum Reip. Christianę concernant. in perpetuę Christianorũ, vide infra ver. Certiores. Bona prohibita deferri ad Infideles, vt deferantur, an S. P. possit facultatem concedere, q. 37. n. 11. fol. 369. Quibus tandẽ casibus bona, vtsupra prohibita deferentes ad Christiani, ac catholici nominis inimicos auxilium, ac consiliũ dantes, & mandantes deferri, excommunicationem nostræ Bullæ contrahant, & quibus eandem effugiant, late habetur, q. 38. & vit. concl. 1. fol. 373. & concl 3. fol. 377. cum earum ampl. & lim. Vide infra ver. Delatio: & supra ver. arma.

Bonorum appellatione veniunt iura, & actiones, lib. 2. can. 9. q. 22. fol. 415. An veniat homa, q. 23 n. 2. fol 415. Bonorum derivatio ex eo sumitur, quod beant, ibidem, n. 5 Bonorum aduentitiorum licèt Patri debeatur vsus fructus; ille tamen non debetur ex bonis aduentitijs filij Ecclesiastici, lib 2. can. 25. q 17. n. 4. fol 589 Bonorum clerici hæretici, etiam si feudalia sint habita a laicis applicatio fit Ecclesiæ per Inquisitorem, d. can. 15. q 12. lub n. 89. fol. 560. Bonorum patrimonialium ecclesiasticorum eisdem priuilegijs gaudent ipsi ecclesiastici, quibus gaudent pro bonis ecclesiasticis, & pro illis maximè, quæ dantur in titulum beneficij, lib 2. can. 17 q. 5. n. 4. & 6 fol. 652. Non tamen pro ipsis gaudent beneficio restitutionis in integrum, nec præscriptionis quadregenariæ, lib. 2. can. 18. q. 5. n. 1. fol. 666. vbi latius agitur de bonis patrimonialibus Clericorum, vide infra ver. ecclesiastici.

Bonum commune Religionis, ac fidei de iure naturali præfertur bono temporali totius Reip lib. 2. can. 7. q. 36 n 90. Bonum, mali non est expressiuum, lib. 2. can. 1. q 24. n 14. fol. 231.

Breue quomodo differat à Bulla, lib. 2. cap. 1. q 4 sub n. 3. fol. 24. Breuia, & orationes aliquando citra superstitionem ad collum ferri possunt, lib. 2. cap. 2. q. 12. nu. 59. fol. 125.

Buffones Clerici si intra annum non desistant tales esse, ipso iure sunt priuati priuilegio clericali, lib. 3. can. 12 q. 27. sub n 40 fol. 243.

Bruta excommunicari non possunt, lib. 1. cap 2 q. 3. n. 89. & 90. fol. 18.

Bulla cœnæ bodie est edita pes viam legis, & constitutionis, lib. 1. cap. 2. q. 1. n. 9. fol. 2. & latius cap. 3 q. 7. n. 9 & 28. & in addit. litt. 2. & cap 4. q. 8 n. 2. fol 74 Fuit edita a Rom. Pontifice vi summæ potestatis legislatiuæ, d. cap. 2. q 2. n. 18. fol. 8. Est lex pœnalis, spiritualis, medicinalis q 3. n. 22. fol. 23. Eius materia, circa quam, est culpa mortalis cum contumacia: & versatur circa mores malos: Eiusdemque subiectum est homo spiritualiter sanabilis. ibidem, n. 23. 32. 83 vsque in finem. Bullæ cœnæ causa formalis quænam sit, lib. 1. cap. 2. q. 4. n. 3 fol. 24. qualiter ipsa differat a Breue, n. 4. & 5. An exigat ad sui constitutionem, vt legatur, & publicetur in die cœnæ Domini, n. 10. & 11. Bullæ contrauenies per vim, qualiter excusetur, lib. 1. cap. 2. q 2. n. 3. & 4. fol. 27. Et an & quando licitè possit occidere vim inferentem, in addit. litt 2 fol. 28. Eiusdem censuræ qualiter sint mutabiles, & quot modis mutari contingant, lib 3. cap 3 q 3. per totam fol. 45. & 46. & in addit. lit. a. & b. An patiatur extensionem, lib 1. cap 3 q. 4. per totam fol. 47. Bullæ cœnæ tempus contrauentionis, nõ autem reuocationis clausulæ est attendenda, lib. 1. cap. 3 q. 5 per totam, fol. 48.

Bulla à bulla si appensa deriuatur, & antequam bulletur, dicitur breue, lib. 1. cap. 2 q 4. n. 4. fol. 24. Bullæ cœnæ vsus est antiquissimus, cap. 4 q. 2. in fine, & in addit. lit. a fol. 56 & 57 An si nomen S. P. el non inscribatur, præsumatur falsa. d. cap. 4. q 6 n. 17. & 18. An obliget, ibidẽ, in addit lit. a fol. 68. An obligat, etiam si non promulgetur, ibidem, q 8 n 3. fol. 74. An valeat sine data, q. 9. per totam fol. eod. & in add litt. a. Bullæ cœnæ censuræ non comprehenduntur sub generali concessione absolvendi a censuris Papæ reseruatis, lib. 2. can. 11. q. 21. sub n. 3 & 4. fol. 478. Bulla cœnę quando spiret, lib. 3 §. 2. q 2 n 3. & 20. fol. 708. & 709. An vim habeat si publicetur alia die, quam in die cœnę q. 2. fol. 710.

Eius-

Eiuſdem caſus,& cenſuræ habent ſpecialem gravitatē; & reſarustionem,lib.3.§.2.q.1.n.14.fol.714. Et ipſius ignorantia quantumuis probabilis allegari non poteſt quoad actus nullitatem in foro exteriori, lib.3. cap.2. q.5.n.7. fol.38. Bullæ cœnæ cenſuræ licet differant ab alijs quoad reiteruationem; non tamen differunt eſſentialiter,ibidem n.6. Bullæ eruelatæ facultas abſoluendi à caſibus,& cenſuris Bullæ cœnæ, ſemel in vita, & ſemel in morte,non eſt reuocata per ipſam Bullam cœnæ,lib.3.§.2.q.11.n.46.& 47.fol. 760. & in addit. lit.e.& d.fol.763.

C

CAncellarii, & Vicecancellarij dignitas, quænam ſit, lib.2.can 6.q 8.fol.39.

Cannabis appellatione quæ veniant,lib.2.can.7. q.28. n. 1.fol 350.

Canon græce, latinè regula, nuncupatur: & lato ſumpto vocabulo denotat quaſcunque conſtitutiones eccleſiaſticas,lib.2.in præfat.col.1 fol.86. Canones in Bulla cœnæ contenti per quatuor verſus explicantur, ibidem,col.2 fol 87 Canonum conſtitutionibus qualiter conſuetudine derogatur,lib.1.cap.3.q 6. num. 14. fol.50.

Capere qualitar differat à detinere,lib. 2.can.2.q.25.n.1. fol.417.& in addit.lit.c. fol.418. Capere non dicitur, qui detinendi animum non habeat,lib.2.can.12.q.4.n. 5.fol.458.Capere infert iniuriam irreparabilem, ſicut carcer,in addit.litt.c.fol.459.

Capitalis pœna intelligitur de naturali,& ciuili morte, lib.2.can.6.q.13.n.2.fol.321.

Capitula,Conuentus,& Collegia eccleſiaſtica quid denotent,lib.2.can.15 q.9.fol.547. Capitulum, ſede vacante,non ſuccedit in ijs,quæ iure ſpeciali delegato competunt Epiſcopo;ſecus in ijs, quæ ipſi competunt iure ſpeciali ordinario,lib.3.§.2.q.11 n.17. fol.756. An poſſit abſolucre impeditos extra mortis art.à reſeruatis,lib 3.§.2.q 8 n.52 f.744.vbi etiã agitur de Abbatibus,& de alijs habentibus diœceſim & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Capitulum deficienta Epiſcopo non poteſt legem eondere,ſicut nec Collegium Cardinalium,ſede vacante,lib.1.cap.1.q.1.nu.8 fol.2. Capituli geſtum à maiori parte,dicitur factum eoneorditer, lib 2.can.1.q 53.n 8 fol.194.

Capta in bello cui fiant capientium, & quando ea recuperãs teneatur reſtituere propijsDominis,lib.2.q.15. n.1.2.& 9 fol.262 & 263.

Captiui fidelas metu mortis præſtantes eorum ſeruitia infidelibus in bello etiam iniuſto contra fideles, an paccent,lib.2 can.3.q.13.n.15. fol.236. Captiui ramigantes, vide infra,ver.Ramigantes.

Caput non denudans dum eleuatur Sanctiſſimum Buchariſtiæ Sacramentum nec genuflectens ſufficienter exprimit ſuam hæreſim interiam,ſi non eredat illud eſſe verum Chriſti Corpus,lib.2.aap.1 q.24. ſub nu.4. fol. 130.Non ſic dicendum,ſi non eleuetur, & hæc faciat, n.15.& in add.lit.d. vbi etiam agitur de eo, qui nunquam templum ingreditur.

Carcer inuentus eſt ad cuſtodiam de iure ciuili,de iure autem canonico etiam ad pœnam,lib.2.can.11.q.4.n. 1,2.& 3 fol 453.& can.27.q 3.n.8.fol.647.Eſt malamanſio,ſpecies ſeruitutis,infert infamiam,eſt actus omnino Irretractabilis;differt a detinere, an & quando a Priuato inferri poſſit,d.can.11.q 4 n.4.vbi etiam, n.2. declaratur.quid ſit carcerare formaliter, fol.458. & in add.lit b.fol.459.Carcer comminatus ſatis non eſt ad incurrendam cenſuram latam contra carceratores Antiſtitem,ibidam, num.8.Carceratus, qui dimiſſus intrauit redire ad carceres,confugiens ad Eccleſiam,an gaudeat Eccleſiæ immunitate,can 15 q.16.num.37.fol. 575.

Cardinales,& alij Antiſtites fouentur non modo diſpoſitione noſtræ Bullæ,ſed etiam aliorum intium:quæ quo modo differant inter ſe, ac conueniant, late habetur, lib.2.can.11,q.3.fol.454.& 455. Eos offendentes vltra excommunicationem;quam contrahunt, variſ quoque pœnis plectuntur,ibidem num 9.Epiſcopum proprium ſi Ciuitas ad occidendum concurrit,aut quouis modo in offenſionem Cardinalis,Epiſcopali dignitate priuatur,n.10.vbi etiam n.11.& ſeq.declaratur qualiter Ciuitas,ſen Collegium dicatur ad id concurrere. Mandantes offandi Cardinales,& Antiſtites, auxiliantes,conſulentes,fauentas,ratum habentes,non reualantes,defendentes,qui illos offendunt,& receptatores in excommunicationem incidunt,ibidem.n.6. eum plur. ſeq.q.13 fol 469.q.14.fol.470.q.15.n.3 fol.eod.q.16. n.3.q.17 n.5.& 6.fol.472 q.18.fol.473.q.19. n.6. fol. 575.& latiſſimè q.22.& vlt.& in add.lit.b.& c.fol.482 Conſpirationem contra Cardinalem,aut alium Antiſtitem non reuelans,an dicatur opem ferre,q.2.nu.5.fol. 456.Cardinales,& alios Antiſtites capientes,carcerantes,& detinentes, excommunicationem noſtræ Bullæ contrahunt. q.4.fol.458. An ad incurrendam excommunicationem ſatis ſit excommunicatio comminata, n 6.Cardinales,& Antiſtites hoſtiliter inſequentes,in excommunicationem incidunt: Et quid ſit hoſtiliter inſequi,q.3.n.1.& 2 fol.459.Et quid dicendum de obſidentibus,vt verecundiam tantùm illis inferant,n.3.

Cardinalis, vt legitimè dicatur creatus duo exigit,lib.2. can.11.q.6.n.1.fol460.Cardinalem electum, qui electioni adhuc non conſenſit,offendens, excommunicationam noſtræ Bullæ non incurrit,ibidem nu.2.Cardinalis eur ita dicatur,& quænam ſit eius poteſtas,ou.3. & 4.Cardinalium Collegium,mortuo Papa, an habeat facultatam eondendi,& reuocandi legem,n.5.Cardinales olim Conſiliarij dicebantur,n.6. Licet officio Epiſcopos excedant:non tamen maiorem habent Epiſcopis dignitatem,n.7.Imò Cardinalatus non eſt dignitas, ſed officium,lib.1.cap.5.q.2.n 8.fol.78.Cardinalium ſi mentio non fieret in noſtra Bulla; ſed tantùm epiſcoporum, offendentes eos in excommunicationem eius non incideret,d.can.11.q.6.n.9.fol.463.Cardinales nõ poſſunt alterare formam eligandi Papam, eo mortuo, d.n.6.Cardinalas Epiſcopos & alios Antiſtites quandò quis dicatur eijcire à proprijs Diœceſibus, & Terris, q 9.n.3.f.464.Cardinales epiſcopos,Legatos,Nuncios, &c. non recipientes in eorum Tarris, Diœceſibus, & Prouincijs non incidunt in excommunicationem,ibidem,num 10.& 13.

Cardinalium,& aliorum Antiſtitum,imò & Papæ familiares,qui ſint oe eorum familia offendentes, an contrahant excommunicationem noſtræ Bullæ,lib.2.can.11. q.10.per totam,& in add.lit.a.fol.465 Cardinales, & alios Antiſtites inſultantes, at eos iniuria affieerent, excommunicationem non contrahunt, ibidem,n.3 An niſdem eanãs, quibus canones excuſant offendentes clericos,excuſent etiam offendẽtes Cardinalas,& alios Antiſtites,q.11.per totam,fol.467.Cardinales,& Antiſtites percutientes ignorantes eſſe tales excommunicationem noſtræ bullæ. & c. ſi quis ſuadente diabolo non contrahunt,n.3 Nec eos percutientes iuſtè, nu.4. At mandantes percuti an ſtim alligentur, q 12. fol. 468.Sed quid dicendum ſi mandatum renocent, q 13. fol.469.Cardinalem particularem,ac determinatum mandans percuti ſi mandatarius alium percutiat, an mandans in excommunicationem incidat, q 14 fono 470.Cardinalium,& aliorum Antiſtitum percuſſinem ratam habentes an excommunicationem noſtræ Bullæ contrahant,q.15. fol. 470. Cardinalem Titij nomine carceribus mancipans,ipſo Titio carcerationem improbante:ſi tamen deinde ratam habuerit,an excommunicationem incurrat,q.16.n 3 fol.eod.Sed quid dicendũ de auxilium,conſilium,& fauorem impendentibus, q. 17.num.5.& 6.fol 472.Cardinali percuſſi conſulens ſi priuſquam ſequatur effectus,conſilium reuocet,ſecuto deinde effectu, an in excommunicationem incidat,q. 18.fol.473.Cardinalem percuſſi non prohibens,aut cõſpirationem contra eum non reuelans,an excommunicationem incurrat,q.19.n.6.11.& 15.fol.475.Cardinales,& alij Antiſtites vt ſupra offenſi,an poſſint declara-

se

re offendentes in excommunicationem noſtræ Bullæ incidiſſe, quæſt. 20. num. 3. fol. 476. Cardinalis, ſeu legatus a latere an poſſit abſoluere à cenſura noſtræ Bullæ percutientes Cardinales, & alios Antiſtites, quæſt. 21. fol. 478. An comprehendatur appellatione Sedis Apoſtolicæ, ibidem, num. 2. Hos, & alios caſus late explicamus, quæſt. 22. & vltim. vbi vnicam conclusionem ponentes, & eandem ampliantes, & limitantes, niſi ſuè declarauimus, an & quando Cardinales, & alios Antiſtites percutientes, carcerantes, aut mutilantes, percuti, aut detineri mandantes, auxiliantes, fauentes, & conſilium dantes excommunicationem huius Bullæ contrahant, vel effugiant: Et ſignanter numero 3. oſtendimus qualiter Cardinalis, aut alius Antiſtes ſi ſeipſum percutiat in eandem excommunicationem incidat.

Carnales motus etiam vſque ad effuſionem ſeminis, nunquam peccata ſunt, niſi à voluntate acceptentur, lib. 2. canon. 5. quæſt. 11 ſub num. 7. fol. 194. Carnem ſuam nemo odio habuit, canon. 13. quæſt. 7. num 1. fol. 501. Carnem comedens 6. feria, aut alijs diebus prohibitis metu cadente inconſtantem virum, aut ne famæ pereat, excuſatur à culpa, etiam ſi Idolis eſſet immolata, lib 3 §. 8. q. 1. n. 16. fol. 802.

Carolus, & Ludouicus Imperatores lege ſcripta profeſſi ſunt, vt nec domui ſuæ Oratoria conſtruendi facultatem habeant, lib. 2. canon. 15 quæſt. 19. num. 71. fol. 614.

Carthuſienſis monachus an aliquo caſu non ſolùm poſſit, ſed etiam debeat veſci carnibus, lib. 3. §. 8. q 1. n. 17. & 19 fol. 802.

Caſus aliquis reſeruatus ſi pluries ac ſæpe ſoleat concedi à Prælato, an ex hoc acquirat Confeſſarius commiſſionem, qua citra aliam conceſſionem ab eo poſſit abſoluere, lib. 2. canon. 11. quæſt. 21. num. 7. fol. 479. Si exprimatur aliquis ex multis ſpeciale mandatum exigentibus, adiecta clauſula generali, an omnes alij cenſeantur expreſſi, lib 3. §. 2 quæſt. 1. num. 12. fol. 714. Quid ſi exprimatur omnium maior, ibidem, num. 13. Caſus Bullæ cœnæ habent ſpecialem grauitatem, & reſeruationem, num. 3. Caſus omnes Rom. Pontifici reſeruati excommunicationem habent annexam, q. 11. num. 12 fol. 755.

Cathecumini non ſunt cenſurarum capaces, lib. 1. cap. 1. q. 3. num 107. fol. 19. Si recedant à fide licèt ſint hæretici quoad Deum, non tamen tales ſunt quoad eccleſiam lib 2. can. 1. q. 21. n. 4. fol. 119.

Cauſæ quatuor in rerum valuerſitate conſiderantur, lib. 1. cap. 1. quæſt. 1. num. 1. & 2. fol. 1. & in addit littera a. folio 2. Quænam cauſæ concurrant ad editionem Bullæ cœnæ, num. 4. & ſeq. Cauſa efficiens diuiditur in phyſicam, & moralem: & hæc multipliciter ſubdiuiditur, quæſt. 2. num. 3. fol. 3. & 4. & in additione littera a. & b. fol 8. Cauſa materialis multiplex, quæſt 3. num. 2. cum plur. ſeq fol. 12. Et quænam ſit Bullæ cœnæ, ibidem, num. 7. 29 & ſeq. Vide infra ver. Materia. Cauſa formalis Bullæ cœnæ quænam ſit. quæſt. 4. nu 3. fol. 24. Et denique quænam finalis, q. 5. n 3. & in addit. lit. a. fol. 26.

Cauſa quid ſit, & quomodo diſtinguatur à lite, lib. 2. can. 12 quæſt 1. num. 3. fol. 583. Cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus annexas auocantes à Iudicibus eccleſiaſticis ad ſæculares Curias, In excommunicationem noſtræ Bullæ incidunt, vna cum mandantibus, canon. 14. q. 2. & 3. fol. 509. Et illam incurrunt ſiue Iudices eccleſiaſtici ſint Apoſtolici, ſiue non, quæſt. 6. num. 1. fol. 517. & in additione litt. a. fol. 518. Oportet tamen vt auocent auctoritatiué, d quæſt 3. num. 1. fol. eod. & in additione littera a. fol 520. Et id etiam ſi non agant prætextu litterarum Apoſtol. ibidem, nu. 2. & in additione litt. b. fol. eod. Debet autem auctoritas eſſe laica, non autem eccleſiaſtica ad excommunicationem contrahendam. quæſt. 4. & in additione litt. a. fol. 511. Cauſæ ſpirituales, quaſi ſpiritales, & ſpiritualibus annexæ quænam ſint, quæſt 1. per totam, fol. 512. Cauſa iudicialis quid, ibidé, n. 1. Cauſa omnis ſpiritualis, aut ſpiritualiannexa eſt eccleſiaſtica, ſed nõ e contra, n. 2. quænam dicatur cauſa eccleſiaſtica: quę verò ſpiritualis ; ibidem, num. 2. cum plur ſeq. & in additione littera b. & c. fol. 516. & littera d. & littera e. fol. 517 Cauſę mixti fori, quænam dicantur, num. 17. & 20. & in additione littera c. d. & e. fol. 516. Cauſas eccleſiaſticas ciuiles, aut criminales auocantes à Iudicibus eccleſiaſticis ad Curias ſęculares, an & quando incidant in excommunicationem noſtrę Bullę, ibidem a numero 21. ad 27. Cauſa ſpiritualis dici poteſt, quę cenſuram habet annexam, d. num. 27. Cauſarum ſpiritualium, & eccleſiaſticarum cognitionis eſt incapax Iudex ſecularis, & ideo niſiil agit etiam vi conſuetudinis, niſi ex priuilegio Papę id agat, num. 31. 32. & 33. Cauſas mixta a Iudice eccleſiaſtico auocantes, an & quando excommunicationem contrahant, numer. 36. Cauſę quando dicantur auocari a Iudice eccleſiaſtico ad Curias ſęculares, q. 7. per totam, fol. 518. Cauſa cenſetur introducta coram aliquo Iudice per ſolam citationem, ibidem, n. 2.

Cauſas in quibus agendis eſt negligens Iudex Eccleſiaſticus, non poteſt Iudex ſecularis ad ſe auocare, lib 2. can. 14. queſt. 8 num. 1. 4. & 6. fol. 119 Non ſic e conuerſo, num. 10. Cauſę omnes fidelium tam Clericorum, quam laicorum olim deferebantur ad eccleſiam, num. 13. Plures alijs dantur caſus, in quibus auocantes cauſas ſpirituales, aut ſpiritualibus annexas a Iudicibus eccleſiaſticis ad ſęculares Curias, in excommunicationem incidunt, & eandem effugiunt, de quibus latè habetur, quęſt. 2. & vltim. concl. 1. que multiplicitee ampliatur, & limitatur, fol. 525. & 526. vbi etiam con. 2 late habetur, an & quando compellentes partes ad ętrices. qui coram Iudicibus eccleſiaſticis cauſas ſpirituales, aut ſpiritualibus annexas committi fecerunt, vt acta facta reuocent, in excommunicationem incidat. Cauſa ſpiritualis nec incideoter poteſt a Iudice laico cognoſci, lib 2. canon. 11 queſt. 19. num 63 fol. 613. & in addit. litt. l. fol. 622. Nec conſuetudine aliqua id induci poteſt, num. 64. & 65. Cauſa mortua, ſeu fine qua non, an virtet actum, lib. 2. canon. 18. queſt. 6. num. 12. fol. 669. Cauſa a caſu dicitur, & diuiditur in criminalem, ſeu capitalem, & ciuilem: & inter ſe differunt. canon. 19. q. 4. num. 1. cum plur. ſeq. & in addit. littera a. fol. 690.

Cauſam proximam peccati non vitare, eſt intrinſecè malum, lib. 1. cap. 2. q. 2. ſub num. 22. fol. 32. Vide infra ver Occaſionem proximam. Cauſa prohibitionis ceſſante, an & quando ceſſet prohibitio, lib. 1. canon. 1. q 40. num 6. fol. 173. Cauſa finalis legis quando non extenditur ad aliquem caſum, caſus ille non comprehenditur ſub lege, queſt 47. num. 7. fol. 182. Cauſam mortis prębens tunc dicitur occidere quando cauſa mortis eſt proxima, & per ſe: ſecus autem ſi cauſa ſit remota, & per accidens, lib. 2 can. 9. q. 10. num. 8. fol. 402. Cauſas transferentes ad Rom. Curiam ſi quis offendat, incidit in excommunicationem noſtræ Bullæ; etiam ſi ipſe transferens non accedat, lib 2. can. 12. q. 2. n. 2. fol. 485.

Cautio de parendo mandatis eccleſię, & de ſatisfaciendo an & quando præſtanda ſit ab abſoluendo à reſeruatis Papę, in articulo mortis, præſertim à cenſuris, & caſibus Bullę cœnæ, lib. 3. § 2 q. 14. per totam fol. 770. & 771. q. 15. à n. 1. ad 13. fol. 772. 773. & 774.

Cenſere idem eſt quod præcipere, à quo deriuanturCenſores, lib. 2. cap. 2. q. 3. n 9. fol. 12.

Cenſura eſt pœna, à cenſendo deriuata, lib. 1. cap. 1. q. 3. nu. 9 fol. 22. Magnam connexionem habet cum pœnitentię ſacramento & medicina dicitur ſpiritualis, n. 12. 17. & 79. ibidem Ferunt tantum in Chriſtianum, n. 118. Non exigit ſcripturam ad ſui eſſentiam, q. 2. n. 7. & 12. f. 24. An ſi oretenus feratur Iudex ſuſpenſionem incurrat ibidem n. 6. Et quid ſi oretenus feratur à Prælato Regulari, n. 8. & 9. An ſit ferenda in eũ, qui nõ ſperatur cõtumacia receſſurus, q. 5. n. 4. & ſe. f 26. Cẽſura omnis etiã

contra hæreticos quoad institutionem est de iure positivo, lib. 1. cap 2. q. 4. n. 3. fol. 35 Dividitur in latam, & terendam, cap 3. quæst. 1. per totam, & in additione littera a. fol. 42. & 43. An & quando lata liget Feudatarios contrauenientes, ibidem in dicta additione a. 4. ad eam incurrendam exigat præmonitionem, quæst. 2. per totam, fol. 44. Non recipit extensionem de persona in personam ex identitate rationis, quæst. 4. num. 3. fol. 47. Lata contra facientes, an & quando comprehendat Mandantes, Consulentes, &c. & lata contra fautores comprehendit consilium dantes, ibidem, numer. 4. & sequen. Quando dicatur lata à iure, & quando ab homine, quæst. 3. num. 6. & sequenti, fol 53. Lata a iure, & per viam legis multipliciter differt à censura lata ab homine, & per viam sententiæ generalis, dicta quæst. 2. num. 4. & in additione littera a. fol. 44. & dicta quæst. 3. num. 1. & sequenti, fol. 52. & 53. Si dubitetur an censura sit contracta, & dubium est facti, tutior pars est eligenda; secus autem si dubium sit iuris, lib. 2. canon. 1. quæst. 29. sub num. 9. fol. 150. Lata pro aliquo actu, nunquam contrahitur, nisi actus sit perfectus, canon. 7. quæst. 10. num. 7. fol. 319. Vide infra, ver. excommunicatio, versic. Interdictum; & ver. Suspensio.

Centenaria possessio habet vim bonitatis, & scientiæ, lib. 2. can. 4. q. 20. nu. 13. fol. 271. & can. 29. q. 8. num. 44 fol. 691.

Certiores facientes Christiani, ac Catholici nominis inimicos de ijs, quæ ad statum Reipublicæ Christianæ pertinent, in excommunicationem incidunt, lib 2. canon. 7. quæst 30. fol. 351. Non tamen incidunt certiores facientes, vt supra in damnum vnius tantùm Christiani, num. 2. vbi num. 1. declaratur, quid per statum Reipublicæ Christianæ intelligatur, & num. 3. applicatur id quod in damnum Christianæ Religionis redundat. Certiores vt supra facientes excommunicationem contrahunt, siue per se, siue per alios id agant, quæ t. 31. fol. 351. Non tamen figatur Nuncius, misi post litteras traditas, aut reuelationem factam, sic nec Principalis, num. 2. Nec vi tormentorum compulsi reuelantes excommunicationem contrahunt, num. 5. Nec reuelantes, quæ infideles aliunde nouerint quæst. 33 num. 2. fol. 353. Auxilium, ac consilium dantes an incurrant, q. 34. fol 314. Alios casus vide q 38 cancl. 2. & 3. quæ multipliciter, ampliantur, & limitantur, fol. 376. & 377.

Certus certiorari viterius non potest, lib. 2 can. 7. q 33. n. 3. fol. 353.

Cessante ratione legis an, & quando cessat lex, lib 2. can. 2. q 47. n. 12. fol 182.

Cessare rationem legis in aliquo casu, & rationem legis non comprahendere casum illum, differunt, lib 2. can. 2. q. 47. n. 11. fol. 182.

Charitas ordinata incipit primò à seipso, lib. 2. canon. 4. quæst. 15. num. 3. fol. 262. & canon 8. quæst 4. num. 2 fol. 381. Secundò incipit à proximioribus, & terminatur vltimo loco in extraneos, quæst. 10. num. 12. fol. 587.

Christus Dominus cùr noluit eligi in Regem, nec exercere iurisdictionem, lib. 2. canon. 15 quæst. 18. num. 32. & seq fol. 600. Est vnicus mediator inter Deum, & hominem, lib. 1. cap. 4. quæst. 4. num 9. fol. 61. Etiam vt homo post resurrectionem assistit vniuersi gubernator, & rector, tanquam Princeps æternus, lib. 2. can 15 quæst 18. num. 33. fol. 600. Vt homo quoque erat Summus Pontifex cum potestate magna, caput hominum, & Angelorum, ibidem, num. 36. Christus præcipiens tributum dari Cæsari, non tamen præcepit Ecclesiastica tributum dare Principibus secularibus, n. 40.

Christiani prohibentur commercium habere cum Iudæis, & ab eisdem cibum sumere, vel medicinam, lib 2. canon. 2. quæst. 36. num. 3. fol. 359. Quę tenentur credere, & edisserere, & an sit laris, si simplices credant, quę credit, & tenet Ecclesia, lib. 2. canon. 1. quæst 19. in additione littera f. fol. 116. Remigantes in Turcarum galeis metu mortis contra Christianos an sint excommunicati, d. canon. 1. quæst. 48. num 16. fol. 184. Christiani nominis inimici quinam dicantur, lib. 2. canon. 7. quæst. 3. num. 6 fol 321. Eidem fauens contra Christianum aliquem ne torior fiat excommunicatus non contrahit, quæst. 35. num. 2. fol. 356. Christiani nominis inimici eum impugnantur, seu Christi negotium agitur, ibidem, num. 7. Christianum instrumentum ad reuelandum secreta Infidelibus, aut litteras eò id eis tradens, in excommunicationem non incidit, nisi secuto effectu. q. 16 n 15 fol. 337.

Citatio quid, & quotuplex, lib. 2. canon. 13. quæst. 1. num. 2. fol. 493. Edictalis est à iure exorbitans, canon 15. quæst. 11. num. 50, fol 554. Si non fit expedita secundum stylum Curiæ citatus non comparens excusatur lib. 1. cap 4 q 6 n. 3. fol. 67.

Ciuitatis appellatione licet non veniant suburbia; interdicta tamen ciuitate, interdicta censentur etiam suburbia, lib. 1. cap 3. quæst 4. num 1 fol. 42. Ciuitas, aut collegium quando dicatur delinquere, lib. 2. canon. 11. quæst. 1. num. 11 & 12. fol 456. Concurrens ad offensionem Cardinalis, Episcopali priuatur dignitate, ibidem, n 10. Ciuitatis bonum æquale est bono ecclesiarum, canon. 15. q. 19. num. 114. fol. 619. Clues ex iusta causa possunt sibi imponere onera, quibus possint ecorum necessitatibus consulere, lib. 2. can. 5. q. 12. n 8. fol. 294.

Clausula derogatoria, *Quorum tenores præsentibus, &c.* quid operetur, lib. 3. §. 2. quæst. 1. num. 38. folio 719. Clausula, *Derogatoriarum derogatoriis*, quid importet, § 5. quæst. 2. num. 1. folio 795. Clausula generalis, *Non obstantibus*, an & quando laris fit ad reuocandum priuilegia, lib. 2. canon. 4. quæst. 18. sub numero 3. fol 265.

Clericum Sempronium percutiens, volens percutere Titium Clericum, an in excommunicationem incidat: & quid si percutiat Clericum putans percutere laicum, aut è contra. Aut percutiens Cardinalem, aut Episcopum existimans percutere Clericum, & è conuerso, an incidat in excommunicationem, canon. 11. notatæ Bullæ, lib. 1. cap. 1. quæst 5. num. 23 & 24. fol 40. Clerici apostatantes ab Ordine, & dimittentes habitum sunt per censuras ecclesiasticas compellendi ad resumendum habitum, lib. 2. canon. 1. quæst. 15 num. 2. fol 105. Qua pœna ponantur in facti consistentii fauorem ducant, an contrahant suspicionem de hæresi aut irregularitatem, & quis possit cum eis dispensare, num 3 4 5 & 6. An & quando non adhuc promoti ad sacros Ordines matrimonium contrahentes peccent, & Beneficium perdant, num. 9 Clerici percussionem non impedientes, cùm possint, in excommunicationem incidunt can. 7 quæst. 17. num. 18 fol. 340. Clericum pluries percutiens, plures excommunicationes contrahit, d. lib. 2. canon. 3. quæst. 11. num 3. & 5. fol. 233. Clericum alligans, nec alium offendat, in excommunicationem non incidit, canon. 8 quæst. 2. sub num 5. & in addit. litt. d. fol 380. Clericum in dormitorio verberans, & deinde eundem verberando per claustrum trahens, vnam tantùm excommunicationem contrahit, canon 9. quæst. 18. num. 5 fol. 420. Clericus tres vno ictu percutiens, tres excommunicationes incurrit, quæst. 25. numero 1. fol. 421. Clericus se ipsum percutiens est excommunicatus, quæst. 30. numer. 3. fol 422. Clericum percutiens, non vt Clericum, led vt particularem inimicum, in excommunicationem incidit, c. si quis suadente diabolo, canon. 10. quæst. 10. numer. 2 fol. 242. Clerico cùm infertur iniuria, censetur illata Christo, & toti Ecclesiæ, ibidem, numer. 5. Clericus percutiens se ipsum: aut volens percuratur sibi alio cur sit excommunicatus, num. 6. cum plur. seq.

Cle-

INDEX.

Clericus Romam proficiſcens ad lucrandum Iubilæum citra ſuperiorum eius licentiam, illius fructu non priuatur, lib. 2. canon. 10. queſt. 15. ſub num. 2. verſ. Secundo fol. 449. & in additione littera e. fol. 449. Si tempore Iubilæi peccet ſub ſpe obtinendi remiſſionem virtute Iubilæi. frui poteſt Iubileo, ibidem. Clericorum eppellatione veniunt etiam Epiſcopi, Cerdinales, & omnes eccleſiaſtici, lib. 2. can. 11. quæſt. 1. num. 1. fol. 454. Clericum turpiter inuentum cum Matre, ſorore, &c. ſi quis percutiat in excommunicationem non incidit: & quando clericus dicatur turpiter inuentus, ibidem, quæſt. 11. num. 5. & 7. folio 467 Clericus non poteſt renunciare priuilegio clericali, etiam de conſenſu proprij epiſcopi, lib. 2. can. 24. quæſt. 8. num. 2. fol. 519. Ordinatus ab alieno epiſcopo abſque litteris dimiſſorijs, eo gaudet priuilegio fori, & canonis, can. 15. quæſt. 3 n. 7. fol. 531. Clerici coniugati an ſint perſonæ eccleſiaſticæ, ita vt gaudeant priuilegio fori, tam in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus, eod. can. quæſt. 4. per totam. folio 534. & 535. & in addit. litt. a. fol. 336. Clerici concubinarij eſt de foro eccleſiaſtico, quæſt. 8. num 11. fol. 546. & In addit. litt. c. fol. 547. Clerici concubinarij varijs afficiuntur pœnis, ibidem, num. 12. Clericorum conſugatorum vxores, an gaudeant priuilegio fori, num. 10. Et quid dicendum de vxoribus clericorum græcorum, & clericorum filijs, d. add. litt. a. fol. 547. Clericus ſuccedens laico, non ligatur inſtantia ſui actoris, quæſt. 11. num. 3. fol 55.. & in addit. litt. a. fol. 562. An & quando trahi poſſit ad forum ſæculare, ſi debitum contraxerit, aut delictum commiſerit ante clericatum, ibidem, nu. 4 cum plur. ſeq. & in addit. litt. b. c & d fol. 562. Et quid dicendum de mouacho, qui profeſſionem emiſit poſt debitum contractum, aut delictum commiſſum, num 6. & 13. Clericus Reus ſi conſentiat conueniri coram Iudice laico, quæ pœna puniatur, num. 17. & 18. Si delictum confiteatur coram Iudice laico, eius confeſſio eſt inualida, d. num 17. cum plur. ſeq. Non poteſt trahi ad forum ſæculare, nec quidem ratione officij ſibi conceſſi a Principe ſæculari, ſi in eo delinquat, nec ratione cuiuſcunque artificij, num. 25. & 26. Prohibetur eſſe miniſter laicorum citra Summi Pontificis diſpenſationem, num. 27. Sed an poſſit Chirugiæ autem exercere, & poſſeſſiones ed colendas ſcipere, num 28. Clerici licet exerceant officia, ſeu artificia ſibi interdicta; non tamen perdunt priuilegium clericale, n 29.

Clerici exercentes officia ſæcularia, ſi aliquid moliantur contra Principem, ſunt cognoſcendi coram Iudice eccleſiaſtico, lib. 2 canon. 15. quæſt. 11. num 30 ſol. 553. & in additione littere e. folio 563. Nunquam dicuntur committere crimen læſæ Maeſtatis in Principem laicum, ibidem, num. 33. Falſum teſtimonium dicentes coram Iudice laico, ab eo puniri non poſſunt, ſed eccleſiaſtico Iudici remittuntur puniendi, num. 34. & in addit. litt. h. fol. 563. Non tamen è contra eſt dicendum, ſi laicus committat falſitatem coram Iudice Eccleſiaſtico num 35 Non poſſunt compelli per Iudicem ſæcularem ad reſtitutionem depoſiti, aut ſequeſtri, num. 37. & in addit litt. i. fol. 563. Pro edministratione tutelæ, aut alterius rei ſunt conueniendi coram Iudice Eccleſiaſtico, num. 38. Non poſſunt dari tutores, niſi volentes, num 39 Aduocati, aut Procuratoris officio fungentes in ſæculari foro, non poſſunt conueniri pro eb eiidem geſtis coram laico Iudice: & idem dicendum eſt de Notarijs, num. 40. Clerici ſi ſint actores, & litigent coram Iudice laico, Iudex laicus non poteſt tranſmittere acta alicui Doctori laico ed conſilium ſapientis, an præiudicium clerici; & ſi Iudex eccleſiaſticus poſſit ſibi eligere in Aſſeſſorem Doctorem laicum, num. 41. Clerici non poſſunt trahi ed forum ſæculare, etiam ſi eorum Prelati negligentes fuerint in eorum cauſis cognoſcendis: & eſto quòd ordinati fuerint ab epiſcopo non ſuo, num. 44. & 45. Non poſſunt trahi ad forum ſæculare nec in cauſa euictionis, num. 46. & in addit. litt. K. fol. 564. Trahunt laicos ed forum eccleſiaſticum, ſi ſimul ſint Rei debendi aut ſocij criminis, num. 47. & in addit. litt. l. fol. 564. Poſſunt tamen eo caſu laici ſi non ſint ſufficientes puniri à Iudice eccleſiaſtico, puniri ſufficienter a Iudice laico, num. 49.

Clerici non poſſunt trahi ed forum ſæculare pro confectione inuentarij, lib. 2 can. 15. quæſt. 11. num. 50. fol. 554 & in addit. litt. m. fol 564. De bonis eccleſiaſticis tenentur inuentarium conficere coram Iudice eccleſiaſtico, num 51. & 52. Non poſſunt trahi ad forum ſæculare per laicos petentes admitti ad beneficium ceſſionis bonorum, niſi detineantur carcerati in carceribus ſæcularium ad inſtantiam clericorum, num. 53. & in addit. litt. n. fol 564 Clerici in flagranti crimine an comprehendi poſſint per Curiam ſæcularem, num. 54. & 55. & in eddit litt. o. & p. fol. 564. Clerici debitores non poſſunt capi per Curiam ſæcularem, etiam ſi ſint fugitiui, vel de fuga ſuſpecti, num. 55. Non poſſunt trahi ad forum ſæculare ad terendum teſtimonium contra laicum, num 56. In teſtes vocari à Curia ſæculari non poſſunt repelli vt minus idonei per Iudicem ſæcularem, recipientem teſtes contra eos. num. 56. & 57. Non poſſunt trahi ad forum ſæculare nec quidem pro obtinenda licentia capiendi poſſeſſionem Beneficiorum, num. 59. Non poſſunt trahi vt ſupra, etiam ſi excommunicati ſint, aut depoſiti verbaliter: ſecus ſi degradati, ſub d num. 59 Non poſſunt trahi ad forum ſæculare, nec quidem ſuaſionibus, ibidem, & in addit. littera r. folio 564. Clerici filius an legitimari poſſit à Principe laico, d. additione litt. r. fol. eod. Clerici non poſſunt trahi vt ſupra vigore cuiuſcumque priuilegij generaliter conceſſi à Summo Pontifice, ibidem, & in additione littera t. & u. fol. 564 Clerici ſodomitæ, an & quando trahantur ed forum ſæculare, num. 60. & 61. & in additione littera x. fol. 564 Clerici aſſaſſini, an & quando trahantur puniendi ed forum ſæculare, numero 62. & 63. & In additione littera y. & z. folio 565.

Clerici non incedentes in habitu, & tonſura, an & quando amittant priuilegium fori, lib 2. can 15. quæſt. 11 num. 64 fol. 557. & in additione littera a. fol. 565. An in caſu, quo illud amittant, eorum Epiſcopus poſſit petere illos ſibi remitti, in eadem additione d. littera a ver. Adde, quod quamuis. Et quid dicendum de Clericis habentibus Beneficium, aut penſionem, non deferentibus habitum, & tonſuram, ſub d. num 64. & in additione littera b. & c. fol. 566. Et quid ſi Clerici titulum tantùm habeant Beneficij, & non poſſeſſionem, d additione b. Clerici non poſſunt dici Vaxalli laicorum, etiam ſi ab eis habeant feudum n. 75 fol. 559 An trahi poſſint per viam reconuentionis num. 66. & in eddit. litt. d. & e. fol. 566. Clerici feudatarij traſiuntur à directo Domino feudi ſæculari; non tamen agentes contra Dominum directum feudi actione pigoratitia, ſed oeceſſe eſt: quod cauſam agant coram Patribus Curiæ, ſub num 77. Clerici feudatarij laicorum ſi ſententiam ferant inter vaxallos, ad quem eſt eppellandum, n. 78 Et quid dicendum ſi feudatarius ſit laicus, R. Pontificis n. 79. Clerici feudatarij laicorum ſi non reuelant delictum machinatum contra Dominum, licet veniant priuandi feudo; non tamen poſſunt puniri à Iudice laico, n. 81.

Clerici comm ttentes enormia, & immiſcentes ſe ſeuis, an & quando caſtigari poſſint per Iudicem ſæcularem lib. 2. canon. 15. quæſt. 11. num. 85 86 & 87. fol. 560. & eddit. litt. f. g & h. fol. 566. & 567. Clerici locatores, & buffones an perdant priuilegium fori, num 88. & in addit. litt. i. fol 567. Clerici ſchiſmatici poſſunt trahi ed Iudicem ſæcularem, num 89. Clerici negotiatores, an & quando trahi poſſint ad Iudicem ſæcularem, num 9 & in addit. litt L. fol. 567. Portantes arma prohibita an poſſint per Miniſtros Curiæ ſæcularis eiſdem ſpoliari

nu. 91 & in addit. litt. m. fol. 567. Possunt trahi ad Curiam sæcularem ex licentia proprij episcopi, aut Romani Pontificis, sub num 92. & in multis alijs casibus. num. 94. Clerici in casibus, in quibus renentur litigare coram Iudice sæculare, an teneatur soluere portulas, num. 95. & 96. Clerici quando indirectè dicantur trahi ad Curias sæculares, d. can. 15. q. 12. per totam fol. 568. Clerici gaudent priuilegio non solum fori, & canonis, sed etiam quamplurimis alijs. q. 17. num. 1. fol. 588. & 589. Non enim tenentur ad munera personalia, ibidem. Sunt immunes à collectis, & alijs oneribus, num 2 & infra ver. collectas. Non ligantur legibus ciuilibus laicorum, num. 3. Non tenentur Patri de bonis adueniris soluere fructus, n. 4. Clericorum testamenta non subijciuntur regulis iuris ciuilis, num. 5. Non possunt testandi ex causa præteritionis, num. 6. filius non potest exheredari propter vitium ingratitudinis, si Religionem ingrediatur, n. 7. Clerici hæredes instituti non conficientes inuentarium, non tenentur viribus hæreditarijs, num. 8. & in addit. litt. a fol 593. Nó tenentur iurare in litem, num. 9. Non subijciuntur constitutioni iuris congrui, num. 10. gaudent tamen beneficio iuris congrui. num. 11. Non subijciuntur peremptioni instantiæ in eorum causis, nu 12. Sed an subijciantur statutis laicorum circa ordinationem litis, num. 14. & 15. Non subijciuntur exceptioni non numeratæ pecuniæ, n. 16. Non subijciuntur pœnæ litigiosi, nu. 17. Declara vt in n. 18 & 19.

Clerici non ligantur statutis laicorum, lib. 2. can 15. q. 12. num. 21. fol. 589 Et si statuta expressam mentionem faciant ecclesiasticorum, sunt nulla, etiam si eorum priuilegia conculcent, nisi approbentur a Romano Pontifice, num. 22. 23. & 24. Et quando concernunt fauorem clericorum, & sint specialia, & sppobsta à Romano Pontifice, non possunt per laicos reuocari, inconsulto ipso Romano Pontifice, num. 25. Clerici sunt ciues Vniuersitatis, & eorum Patres, sub num. 50. Sunt Ciues locorum, in quibus habitant; etiam si sint alienigenæ. quæst. 18. num 3 fol. 595. Volentes cum laicis contrahere, tenentur solemnitates à laicis præscriptas seruare, quæst. 19. in additione litt. n. fol. 623 Et non seruatis solemnitatibus, an contractus sit nullus, ibidem. Clericorum animalia si damnum inferant, licet clerici non teneantur de damno; tenentur tamen custodes, q. 27 num. 5. & 6. fol. 628. & in addit. litt. b. fol 629. Clerici, an & quando teneantur soluere fidem pro eorum animalibus, ibidem, num. 7. 8 & 9. Clericorum appellatione licet veniant Monachi; nõ tamen appellatione monachorum veniunt clerici, lib. 2. can. 17 q. 8 num 1. fol. 655. Clerici regulariter viuentes possunt dici Monachi, num 6. Clerici assumentes habitum clericalem in fraudem collectarum, & aliorum onerum, an earum Immunitate gaudeant, can. 17. q. 7. per totam fol. 670. & 671. & in addit. litt. a. & b. fol 672. & infra, ver. Collectas Et quid dicendum de Clerico qui beneficium simplex recipiat, non animo clericandi, sed fruendi eius fructibus, & postea, eo renunciato, ad coniugalem vitam transeundi, an faciat fructus suos. num. 3. Clerici negotiatores, qui propriè dicantur, & an & quando gaudeant immunitate collectarum, q. 7. per totam. fol. 673. & 674. & in addit. fol. 675. Clericorum inramento standum est ad probandum clericatum, quando agitur de soluendis collectis, gabellis, &c n. 4. Clerici non amittunt Immunitatem collectarum eo quod habitum, & tonsuram non deferant. q. 13. in addit. litt b. fol. 679. De cognitione clericatus solus Iudex Ecclesiasticus est competens, ibidem n. 4. vers. Beneuerum est, & in addit. litt. e. fol. 680.

Coadiutor si sit ipso dante Papæ in nulla diminuitur error Pontificia Maiestas, lib. 2. canon. 1. quæst 5. num 4. fol. 94.

Cœmeterium an gaudeat omnibus priuilegijs quibus gaudet ecclesia lib. 2. canon. 17. q. 6 num. 9. fol. 653. stricte sumptum non est formaliter Ecclesia; & quando Ecclesiæ non est coniunctum, non polluitur, polluta Ecclesia, ibidem, num. 10.

Cogitationes turpes etiam contra fidem nunquam peccata dicuntur, nisi à voluntate acceptentur, lib. 5. can. 3 q. 1. fub n. 11 fol. 891.

Cognitio clericatus, vide supra ver. clerici, in fine. Cognitio spectantium ad spiritualitatem, & pietatem pertinet ad forum ecclesiasticum, lib. 2. can 13. q. 7. num. 13. fol. 542.

Collator Beneficij ecclesiastici non potest alteri potestatem tribuere. vt beneficium sibi conferat, lib. 1. cap. 1. q. 5 sub n. 38. fol. 82.

Collectas, Decimas, Talleas, & alia onera eiusmodi clericis imponi multis iuribus prohibetur. lib. 3. can. 18. q. 2 nu 1. fol. 662 Collectarum decimarum, tallearum, & præstantiarum appellatione, quæ veniant, q. 2. fol. 662. & 663. vide infra, ver. Onera. Collectæ, vt imponi possint clericis, seu Ecclesiasticis, exigitur expressa, ac specialis S. P. licentia, q. 3. fol. 664. Collectas, & alia onera huiusmodi Ecclesiasticis imponens an excidat in nostræ Bullæ excommunicationem etiamsi non sequatur exactio. q. 4. n. 1. fol. 665. & in addit. litt a. & b. fol. eod collectas, &c. Ecclesiastici imponentes pro eorum bonis patrimonialibus, excommunicationem contrahunt, q. 5. n. 4. & 5. fol 666. & in addit. litt. a tnl. 667. Eadem imponentes, & exigentes ab ecclesiasticis pro bonis ipsis donatis, aut emptionis. aut quocunque alio titulo acquisitis, an excommunicationem incurrant. q. 6. per totam, fol. 668 & quid de bonis ecclesiasticis donatis in titulum beneficij, ibidem n 3. Collectæ principaliter imponuntur personis subiectis, secundario rebus, num. 2. Collectas vt supra imponentes Ecclesiasticis qui habitum Clericalem assumpserint in fraudem collectarum, & citra vllam intentionem Clericandi, an in excommunicationem incidant, q 7. fol. 670. & 671. Eisdem exigentes a clericis negotiationibus an censura ligentur, q. 8 per totam, fol 672 & 673. & in addit. litt. a. fol 675. Idem est si ex gant & imponant eas clericis excommunicatis, interdictis, aut nominatis, num 2. Sed quid dicendum si collectas exigant à clericis negotiationibus pro bonis Ecclesiæ, sub num 9 & in addit. litt. B fol. 676 Aut pro bonis, quæ pro communi, & indiuiso tenent cum Patre, & fratribus, q. 9. fol. 676. & in addit. litt. C. fol eod. Collectas exigentes Domini temporales ab Ecclesiasticis eorum feudatarijs, an excommunicationem contrahant, q. 10. num. 3. fol 676. & in addit. litt. a fol 677. Collectas exigentes ab Ecclesiasticis pro constructione viarum, Pontium, murorum Ciuitatis, pro arceodis prædonibus, pro custodia Vrbis, ratione belli, pestis, aut pro quocunque damno vitando, an & quando in excommunicationem incidant, quæst. 12 fol. 677 & 678. Collectas exigentes a clericis coniugatis, an & quando excommunicationem nostræ bullæ contrahant, quæst. 13 & in addit. litt. a. b. c. d. e. fol 679 & 680. Sed quid dicendum de exigentibus collectas ab Ecclesiasticorum famulis, conductoribus, ac colonis, q 14 & in addit. litt. a. fol. 680. Collectas exigentes ab Ecclesiasticis, quę ipsis impositę non fiot, excommunicationem nostræ Bullæ an incurrant, q. 15. per totam, & in addit. litt. a. b. c. fol. 681. & 682. Exigentes eas ab Ecclesiasticis sponte dantibus, an aliquando excusentur ab excommunicatione, q. 16. & in addit. litt. a. fol. 683.

Collectas petentes ab Ecclesiasticis, si controuersia sit, an bona sint Ecclesiasticorum, stare debent eorum, vel suorum nunciorum iuramento, nisi expresse contrarium appareat. lib. 2. can. 18. q. 16. sub nu. 4 circa finem, fol 683. Collectas clericis directe, vel indirecte, qui dicantur imponere, q 17. fol. 682. Collectas ab Ecclesiasticis exigentes, etiam si Ecclesiasti auctoritate id agant excommunicationem contrahunt, q. 18. num. 1. & in addit litt. a. fol. 683. Impoti Ecclesiasticis etiam iure canonico prohibetur, quod vi bullæ nostræ innouatur, q 19 fol 684. Non tamen innouatur excommunicatio num. 1. & in addit litt. a b. fol. eod. Collectas impositas, & exactas à prædecessoribus, si inconsulto de-

desistat ab exactione, ab excommunicatione excusatur. ibidem, & q. 20 & vlt. concl. vnica, quæ multipliciter ampliatur, & limitatur: & ibi agitur, etiam de Magistratibus collectas exigi à clericis non impedientibus, nu. 3. fol. 686. Et de mandantibus, ac auxilium dantibus, in addit. litt. c. d. e. fol. 687.

Collegium Cardinalium non habet facultatem condendi legem, Sede vacante, sicut nec Capitulum, deficiente Episcopo, lib. 1 c. 1 q. 1. num 8. fol. 2. Et in nulla causa potest se intromittere præterquam in electione S. P. & in casu magnæ necessitatis. namine discrepante. lib. 2. can. 1. q 33 num. 4. & 5. fol 194. Collegium qualiter differat a Capitulo, & vniuersitate, can. 2. q. 7. num. 21. fol. 221. Collegium constituunt duo, vel tres homines, sub d nu. 21. Collegium Cardinalium licet non veniat appellatione S. A venit tamen appellatione Iudicum, & delegatorum Apostolicorum, lib. 2. can. 13 q. vlt. in addit. litt. d. fol. 507. Collegium Cardinalium, Sede vacante, non fungitur iurisdictione Papæ, lib. 3. §. 2. q. 1. nu 5. fol. 714.

Coloni Ecclesiarum quibus casibus sint de foro Ecclesiastico, lib. 2. can. 15. q. 8. nu 9. fol 545. Coloni, & custodes animalium Ecclesiæ non ligantur statuto, & edicto Iacorum, q 27 nu. 3 fol 628. & in addit. litt. a. fol. 629. Colonorum mercedes, seruorum operas, vecturas natium, & iumentorum ad ecclesiasticos pertinentes ratione Ecclesiarum, si quis vsurpet, in excommunicationem incidit, lib. 2 can 17. q 3 o. 17. fol. 651.

Commendarum militiarum ordinum cognitio, an & quando pertineat ad Iudicem ecclesiasticum, lib. 2. can. 15. q. 5. nu. 3 fol. 539. Commendæ dictorum Ordinum dicuntur beneficia ecclesiastica, can. 17. q. 2. n. 6. fol. 656. & in addit. litt. b. fol 657. Eiusmodi commendarum fructus aliquando sequestrantur per sæcularem Iudicem, & in eis fit executio, sub num. 8. & in addit. litt. c. fol 657.

Commorantes Romanæ Curiæ offendentes, an & quando excommunicationem nostræ bullæ contrahant, lib. 2. can 9 q 33 fol. 414 q. 37 fol. 417. & in addit litt a. b. c. d. fol. 431. de 432. vide supra, ver. Accedentes, in fin.

Communicans Papa cum excommunicato, in dubio non censetur eum absoluere lib. 1. cap. 17. q. 2. sub n. 7. fol 4. Communicatio cum excommunicato, vel interdicto, si tendet in contemptum, scandalum aut iniuriam Ecclesiæ non est licita, etiam ad euitandam mortem, cap. 2. q. 2. sub nu. 28. fol. 32. Communicatio cum excommunicato non est intrinsecè mala, etiam si fiat cum hæretico, nisi sit proximè causa peccandi, aut tendat in contemptum Ecclesiæ, lib. 2. can. 2 q 18. num. 7. 11. & 12. fol. 115. Communicantes cum schismetico in Ordine, ac Beneficij susceptiona, excommunicationem contrahunt. q 56. num. 19. fol. 205. Communicatio cum excommunicatis non tolleritur, nisi sint nominatim excommunicati, aut publici clericorum percussores, lib. 2 can. 1 q. 8 nu. 1. & 2. fol. 96.

Communis vsus loquendi præualet omni rigori, & significationi verborum, etiam in odiosis, lib. 2 can. 6. q 3. nu. 2. fol. 304. Communem Doctorum opinionem non Doctorum numerus, & grauitas faciunt, sed rationes, ac resolutiones occurrentium difficultatum, etiam si solius Doctoris sententia fuerit, lib. 2. can. 15 q. 4. num 8. fol. 535. Communem Doctorum sententiam, an amplectenda sit, ibidem, nu 9.

Communitas libera potest impunè nouas tributa citra Rom. Pontificis licentiam Idem dicendum est de illis, qui ex consuetudine præscripta talem facultatem habent, lib. 2. can. 5. q. 7. num. 4. fol. 288. & in addit. litt. b fol. 289.

Commutatio voti, an & quando fieri validè possit, lib. 1. c 4 q. 5 n. 30 & 31. fol. 21.

Compilatio, an sit liber, & an legi prohibeatur si sit hæreticorum, lib. 2. can. 1. q 45. per totam fol 177. & 178.

Concessio consequenti, & antecedens concessum ac censetur, lib. 2. can. 8. q 3. nu. 3. fol. 382.

Concilium Trid. an obliget vniuersalem Ecclesiam, lib. 1. c 3 q. 6. no 19 fol. 50. Concilij generalis constitutiones an ligent statim post editionem, lib. 1. cap. 4 q 2. nu. 5. fol. 74. Concilium generale, quod non sit supra Papam, multipliciter ostenditur, lib 2. can 2. q. 1. in addit. litt. c. fol 211. Quam auctoritatem habeat ad inquirendum de vero, ac legitimo Papa, vbi de eo dubitatur: & quam potestatem habeat, vbi agitur de Papa hæretico, ibidem. Concilija generalibus an derogetur per solam eorum mentionem, lib 3 §. 2. q. 11. nu. 44 fol. 760. & in addit. litt. b. fol. 761. Et quid si nulla mentio fiat Conc. Trid an per solem clausulam, *Non obstantibus*, censeatur ei derogatum, in d. addit. litt. b.

Concorditer dicitur fieri, quod fit à maiori parte Capituli, lib. 2 can. 1. q. 53. n. 8. fol. 194.

Concubina clerici est de foro Ecclesiast. lib. 2 c. 25. q. 27. sub nu. 16. fol. 628. & in addit. litt. d. fol. 629. vbi etiam probatur concubinatum pertinere ad forum Ecclesiasticum.

Confœderationes fidelium cum Infidelibus, an & quando sint licitæ, lib 2. can 7 q 36. n 4. & 15 fol 359. & n. 51. 52. & 57. fol 363 & 366. & in addit. litt. a. b fol. 367.

Confessarius non excusatur ex capite ignorantiæ ceremoniarum in bulla cœnæ præcipuè contentarum, lib 2. c. 2. q. 5. nu. 7 fol. 39. In audiendis confessionibus debet habere notitiam bullæ cœnæ non solùm præsentis anni; sed etiam tot annorum, quot pœnitens vult confessionem facere, lib. 1. c. 3. q 5. nu. 2. fol. 42. Confessarius publicè excommunicatus, ac denunciatus si metu mortis sacramentum pœnitentiæ ministret, non excusatur ab irregularitate, lib. 1. c 2. q. 2. n. 12. fol. 32.

Confessio facta coram Iudice omnino incompetenti est nulla, lib. 2. can. 15. q 11. nu. 23. fol 550 Si fiat a clerico coram Iudice Ecclesiastico incompetente, an sibi præiudicet, ibidem, nu. 4. Confessionis sacramentalis integritas est de iure Diuino, lib. 2. can. 7 q. 36 num. 27. fol. 360. Confessio iudicialis facta a clerico, vide supra, ver. Clericus, circa finem.

Confirmatio, ac innouatio in forma communi, & non ex certa scientia, non restituunt iura reuocata, lib 3. §. 2. q 1. nu. 32 fol. 710. Confirmationis sacramentum potest Papa ex plenitudine potestatis simplici Sacerdoti committere, vt conferat; sicut Subdiaconatum, & minores Ordines, lib. 1. c. 5. q 2. n. 16. fol. 79.

Confraternitates, & Hospitalia si non suot constructa cum auctoritate Episcopi nó sût loca pia; secus si cum aliúde auctoritate, lib 2 can. 5. q. 7. nu. 3. fol. 542. Confraternitatum Rectores si contendant de præcedentia, ab Episcopo est terminanda, ibidem. num 11. Sed an possint compelli ab Episcopo, vt accedant ad processiones publicas, ou. 13.

Confugientes post delictum commissum ad Ecclesiam etiam non consecratam interdictam, nec benedictam, ad eius chalas, cimiterium, ac cœmeterium, gaudent immunitate, vt nó possint ab eadem extrahi, lib. 2. can. 15. q. 16 num 2. 3. & 4. fol. 573. & in addit. litt. a. b. c. d. e. fol 577. & 578. Sed quid dicendum si confugiant ad Ecclesiam destructam, aut ad Oratoria priuata, nu 5 & 6. ibidem. & in addit. litt. f. fol. 578. Aut confugiant ad Sacerdotem deferentem sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, etiam si tangat tantùm hastam Baldacchini, num. 8. Confugientes ad Hospitalia, Monasteria, & alia loca religiosa, gaudent immunitate, nu. 9. & 10. & in addit. litt. g. fol. 578. An idem dicendum sit de confugientibus ad domum Episcopi, Canonicorum, ac S. R. E. Cardinalium, num. 11. & 12. & in addit. litt. h. i. fol. 578. Confugientes ad Oratoria. & alia loca religiosa auctoritate Episcopi fundata, gaudeot immunitate: secus autem si citra Episcopi licentiam fiot fundata, nu. 12. & in addit. litt. K. fol. 579. Hac eadem immunitate gaudeot, vt supra confugientes non solùm laici, sed etiam clerici, & omnes ecclesiastici, sub nu. 13. & latè in addit. litt. l. fol 579. Et non tantùm liberi, sed etiam serui, nu. 13. & in addit. litt. m fol. 580. Sed quid dicendum de Infidelibus, & Hæreticis, ou. 15. & in addit. litt. n fol. 580. Confugientes, vt supra gaudent, etiam si cõfu-

fugiant pro debito,& fiat decoctores,nu.16. & in addit.litt.o.fol.580. Et pro cauſa tam ciuili,quam criminali,licèt confugiens ſit raptor virginum,nu.17. & in addit.litt.p fol.581 Imo ſi ſit excommunicatus,aut interdictus,ibidem.& in addit.litt.q.fol.581. Confugêres prædictos ſi quis extraxerit, ſtatim in excommunicationem incidit,num.20.& 21.& in addit.litt.r.fol. 581. & 582.

Confugientes,ad Eccleſiam,eius immunitate non gaudent publici latrones,viarum groſſatores, & depopulatores agrorum,lib.2.can.15.q.16. num.22. fol.575. & in addit. litt. l, fol.582. Qui homicidium committerint, aut mutilauerint in ipſis Eccleſijs, ac locis religioſis, ibidem,& in addit.litt.t.fol.582.Qui proditorie aliquem occiderit,etiã extra Eccleſiam,in addit. litt.u. fol.582. vbi diffusè declaratur,an & quando homicidium dicatur proditorium. Item non gaudent Aſſaſſini,ibidem, & in addit.litt x. vbi latè declaratur, quinam proprie dicantur Aſſaſſini,fol.583. Non gaudent læſæ Maieſtatis Rei, & in perſonam Principis inſurgentes: quod quomodo procedat, habetus ibidem, in addit. litt.y. fol.584. Non gaudent, qui é loco ſacro occidunt, aut mutilant alium extra ædem ſacram: vel ex Eccleſia educunt aliquem, & eductum occidunt, vel mutilant: aut ſtantes extra Eccleſiam ſagitta, vel ſcoplo occidũt aliquem in Eccleſia,num 24. quæ declara, vt in addit. litt.z fol.584.& 585.Sed quid dicendum de delinquẽtibus in Eccleſia ſub ſpe gaudendi immunitate, nu 25. & 26. Et an occidentes clericum. & confugientes ad Eccleſiam gaudeant huiuſmodi immunitate,num 27 & in addit.litt.a.fol.585. Confugientes ad Eccleſiam pro crimine ſimoniæ,& quocunque alio enormi in Gregoriana conſtitutione non excepto, gaudent immunitate etiam ſi alias de iure non gaudeant; d. litt. a. fol 585. Vnde confugientes ad Eccleſiam pro furto in ea commiſſo:cum armis prohibitis: vel ex eo quod violauerint immunitatem eccleſiaſticam non poſſunt extrahi, nec armis ſpoliari d litt.a.fol.586. Imo in caſibus, in quibus non gaudent immunitate confugientes ipſi non poſſunt extrahi citra licentiam Epiſcopi, aliàs extrahẽtes excommunicationem cõtraherent d.litt.a.fol.587. Confugientes in Eccleſiam, vt ſupra, ſi extrahantur in caſibus permiſſis,an poſſint pœna ordinaria puniri, nu. 32. Et an licitè poſſint extrahi blanditijs à Iudice, aut ab alijs perſonis priuatis,n.33.

Connubia iungere cum gentilibus, nefarium erat apud Iſraelitas,lib 2.can 7.q.36.n 1.fol.358.

Conſanguinei quinam dicantur,lib.2.can.23.q.7. num.2. fol.501.

Conſenſus quando requiritus in aliquo actu, debet præmitti antequam fiat actus,nec ſatis eſt ratihabitio,lib.2. can.17.q.13.ſub n.7.fol.660.

Conſilium non aſt fauor formaliter,lib.2.can.2.q.32.n.5. fol.154.Adiunat ab intrinſeco,auxilium verò ab extrinſeco,atque ideò ſunt diuerſi influxus,can.8.q.9 num.1. fol.384. Conſilium difficilius reuocatur, quàm mandatum.lib.1.can.7.q.16 nu.19 fol.337. Conſilium dare quinam proprie dicatur,q 38.cõcl.3. ampl.3. fol.377. & in addit.litt.e.fol 378. Quinam dicantur dare conſilium,auxilium,& fauorem,can. 10.q.16.fol.450.& can. 11.q.2.nu.3.fol.456. Conſilium qualites differat a mãdato,auxilio,& fauore,d.can.11.q.17.nu.2.2. & 3. fol. 472. Et debet omnino influere in effectum, vt ſit punibile, pœna ſaltem ordinaria,nu.3. veſ. Eſt tamen,& in addit.litt.b fol.473. Conſilium reuocans,ſi ſequatur affectus,non efficitur irregularis,q.18.nu.1.fol.479. Conſilium dantes quando principaliter excommunicantur, in excommunicationem incidunt ſtatim dato conſilio, etiam non ſecuto delicto:ſecus ſi minus principaliter, & idem dicendum de mandantibus,&c. lib.1. c.3. q.4. nu.6.fol.47.

Conſpirationem in mortem Domini,filij,aut patris ſciẽs, & non reuelans punitur,lib.2.can.21.q.19.n.7.fol.475. Et quid dicendum de non ſequelante conſpirationem in mortem S.R.E.Cardinalis, an & quando excommunicationem contrahat,ibidem,num.5. Et qua pœna plectantur conſpirantes cõtra Principem, eiuſdemque Magiſtratus,lib.2.can.7.q.36.nu.78. fol.365.

Conſtitutio late ſumpta comprehendit quamcunque ſententiam,ſiue iuris ſit, ſiue ab homine, lib.2. cap.3.q.7. nu.14. fol.53. Pœnalis aliquando ſecipit extenſionem ex identitate rationis, lib.2. can.11.q.22.nu.12. f.480. vide infra,ver.Lex.

Conſuetudo poteſt eſſe ſcripta,& non ſcripta, lib.1.c.4. q.6.num.10.fol.67.Contra ius naturale non datus,q 7. nu.68.fol.73.& lib.2.can.4.quæſt.19.ſub nu.2.fol.268. Quando improbatur à lege, an cenſeatur improbata tam præterita,quàm futura,d.q 19.nu.2.& 2. Et quas conditiones exigat ad derogandum legi, ibidem, nu.6. Ac an conſuetudine induci poſſit, quicquid priuilegio conceditur,n.7.& 8.& lib 2 can.23.q 3.n.1.& 11. fol. 496. Conſuetudo longiſſimi temporis, ac immemorabilis temporis præſcriptio qualiter differant, q.20. à nu.1.ad 5.fol.270. Non inducitur ex ijs,quæ pendent ex mera facultate alicuius,lib.2.can.13.q.21. nu.8. fol. 479 Et eſt optima legum interpres,q.12.in addit.litt.c. fol.488.lib.2.can 15.q.4.nu.21. fol.535. & q.vlt. in fine,fol.483. Dat ius capacibus,non autem incapacibus, can.14.q 9 n 9.fol.522. Conſuetudo Caſtellę refertur, cuius vigore læcularea le intromittunt in cauſis Eccleſiaſticis,ad defendendum eos,qui violentiam paſſi ſunt à Iudicibus Eccleſiaſticis,num. 1. Conſuetudinem inducens, aut introducta vti contra libertatem eccleſiaſticam,an excommunicetur vi noſtræ bullę,lib.2.can.15. q 24.nu.2 fol.625. Conſuetudo contra libertatem eccleſiaſticam,eſt nulla,cap.16.q 6.nu.2.fol.637. Conſuesudo cum tolerantia Principis,an ſatis ſit ad inducendam iuriſdictionem, can.7. q 5. num.2.& 8.fol.652.& lib.3.§.2.q.11.nu.22.fol.752. Conſuetudo quod clerici pro bonis patrimonialibus collectas ſolnant, non poteſt induci,can.18.q 3.num.7.fol.666. Nec vt clerici à laicis contribuãtur,can. 19.q 8.n.6.f.673.Nec aduerſus decretorum Concilij diſpoſitionem,ibidem,nu.8. Imò interrumpitur quolibet anno per eandem bullam, nu. 21.Conſuetudine induci non poteſt, quod non poteſt per ſtatutum,ibidem,nu 9. Conſuetudine inducti non poteſt,vt eccleſiaſtici teneantur ſoluere talleas,& alia onera,d.can.18.q 20 ſub nu 5. fol.686.

Contractus multi licet non ſint vſurarij; tamen vt vſurarij damnantur,lib.2.can.6.q.4.nu.8.fol.306. Sunt ſtrictè intelligendi,lib 2.can 7.q 23.nn.6.fol.348.Contractuum ſolemnitates ordinatæ per ſtatuta laicorum, an & quando debeant ſeruari etiam per clericos, can.15. q.19.nu.128.fol.621.contrahentes poſſunt contractui legem dare,quam volunt,ibidam,nu.25.Contractum vſurarium. Vide infra,ver.vſura. Contrahẽtes cum Romano Pontifice cenſentur diſpenſati in omni vitio in eorum fauorem,d.can.15.q.17. nu.20 fol.569.

Contemptus eſt nouum delictum, & diuiditur in formalem & vistualem,& vtriuſque referuntur effectus, lib. 3.§.e.q.2.à nu.7.ad 16. fol.805. Si requiratur ad cenſuram contrahendam ſatis non eſt ignorantia craſſa, lib.2.can.1.q. 36.nu.13.fol.168.

Contumax eſſe non poteſt ſuperior ſubdito, aut æqualis æquali;ſed tantùm ſuperiori inferior,lib.1.cap.1. q.3. ſub nu.116.fol.20. Contumacia,ac læthalis culpa inne de ſatione excommunicationis,lib.2.can.11.q.18.n.4. fol. 473.

Conuerſi ad Eccleſiam ſæcularem,an & quando dicantur perſonæ eccleſiaſticæ,lib.1.can.1.q.36.n.13. fol.168.

Cooperantes ad actionem aliquam prohibitam vi excõmunicationis,an ſint excommunicati,lib.2.can.1.q.54. ſub nu.7.fol.197.Sunt vna ſimul cauſa,can.9.q 8. n. 13. fol 399 Vnde concurrentes ad furtum committẽdum, omnes tenentur in ſolidum,can.4.q.22. ſub nu.2. & 5. fol 218.

Copula,&, vide infra, ver. Dictio, Ac

Cor Regis in manu Dei,lib.1.c.3.q.2.nu.16. fol.5. Cordis ſcrutator ſolus Deus,lib.2.can.1. quæſt.14. num.2. fol.135.

Cor-

INDEX.

Correctio malorum ſi negligitur, Diuinam vltionem excitat. lib 2 can.7.q 36.nu 9. fol.359. Correctio ſtarcina iſte diuino præcipitus & quibus caſibus omitti poteſt. can.11.q 1 9 nu.11. fol.475.

Creatio ex nihilo fit: & propterea potentiam exigit infinitam, lib.1.cap.2.q.1. nu 2. fol.1.

Creatura non niſi virtute infuſa a Deo finita, & limitata operatur, lib.1.cap.1.q 2 nu.13 fol.5. Creaturæ irrationales hæc non poſſunt excommunicari, poſſunt tamen aburari, ibidem, q 3 ſub n.90. & 91. fol.18.

Credentes hæreticorum, quinam dicantur, quot ſint eorum ſpecies, & quando in excommunicationem bullæ noſtræ incidant, declaratur, lib. 2. can. 1. q 26. a nu. 1. ad fin. f. 137. Quibus pœnis afficiantur, eide infra, ver. Hæretici: & ver. Hæreticorum.

Creditor bonis ſpolians ſuum debitorem accedentem ad Roman. Curiam pro ſuis negotijs in ſatisfactionem ſui credit, in excommunicationem non incidit lib. 2. can. 22 q.7.nu 4 fol.488. & in addit.litt.c fol.459.

Crimina qui poteſt emendare, & non corrigit, ipſe committit. lib. 2. can.1.q 32.nu.14.fol.155. vide ſupra, ver. Correctio.

Culpa lata æquiparatur dolo, lib.2. can.8. q 2. in addit. litt.c.fol 381. Limitatur quoad pœnam imponendam, can.9 q.6. in addit.litt.c. fol.395. Eſt tamen lata culpa, dolus in Doctore, ibidem. Culpa ſi præceſſit, tenetur quis de casu, nec excuſare metus, num 2.& 4 lata culpa numtur ve dolus eadem lege, non tamen eadem pœna, nu.4. & in addit.litt.c.fol.395. Vide infra, ver. Lata culpa. Culpæ mortalis actus debet eſſe perfectus ad cenſoram contrahendam, lib 1. cap.1.q 3. num 30. fol 14. Culpa dicitur corruptio actionis, ſicut pœna corruptio agentis, cap.3 q.6.ſub nu.20.& 21.fol.50. Culpæ eſſentia eſt voluntas, ibidem. nu.22.

Cultus Latriæ, Duliæ, & Hyperduliæ, vide ſupra, ver. Adoratio.

Cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris, lib. 2. can 7.q.36 nu.11.& nu 25.fol.359 & 366. Quomodo id intelligatur, ibidem.num 23.

Curati, & Epiſcopi tempore peſtis, iocundi, &c. non poſſunt deſtituere eorum ſubditos, lib.1. c.2 q.2 num.28. fol.32.

Curia a cura deriuatur, & eſt duplex lib.2.can 8. q 6. n. 1.& 2.fol.352 Romana Curia eſt locus, vbi Sedis apoſtolica reſidet & io eo loco dicitur eſſe, quo Roman. Pontifex domicilium tranſtulit, ibidem nu 3.& 4. Quænam perſonæ conſtituant Rom. Curiam num. 5. Curiæ Romanæ nomine, quæ veniant, lib.2. can.12. q.1. in addit.litt.a fol.484.

D

Dæmones, & Bruta non ſunt cenſurarū capaces, lib. 1.cap.1.q 3 2 num 83.ad 92. fol.17. Qualiter aſſumentes corpus fingant, talem eſſe reſuſcitatum, lib 2. cap.1 q 12 num 47.fol.124 Quomodo fuerint excommunicatione fugati, d q.3 a nu.85.ad 89 fol.37

Damnati ad triremes an dicantur eſſe in mortis periculo, vt abſolui valeant a reſeruatis S.P. lib.3.§.1 q.2 n.1. fol.712.& in addit litt.a fol 724. Remigantes in galeis Piratarum, vide infra, ver. Remigantes

Data in legibus, & in bulla cœnæ, an & quando requiratur, lib 1.c.4 q 9 per totam fol 75.

De æquipollentibus idem eſt iudicium. lib 2. can.7. q 2. nu.5 fol.319. De quolibet verum eſt affirmare, vel negare q.11 nu.8 fol 321 De minimis non curat Prætor, lib 2 can.4 q.11.num.2.fol.256. De facto dicitur fieri, quod contra iuris diſpoſitionem agitur, lib.3. §.3.q.5. num.1 fol.725.

Debilitans membrum, vide infra, ver. Membrum.

Debitorem fugitiuum propria auctoritate an capere valeamus, lib.2 can 9. q 37.ſub num 3.ver. Quod verum. fol 428. Debitores decocti confugientes ad Eccleſiam, an gaudeant immunitate, lib.2.can 15.quæſt.16. nu.16. fol.575.& in addit. litt.o. fol.582.

Decimarum ſolutio antiquiſſima eſt etiam apud Gentiles, lib.2.can.18.q.2.nu.1.fol 662. Decima quid ſit, ibidem, num 2. Quo iure, & an & quando ad decimarum ſolutionem teneantur etiam Eccleſiaſtici, ibidem a n 3. ad 11. Decimæ obligant prædiorum poſſeſſores ad earum præſtationem ſicut penſio, n 4 Decima in can.18. noſtræ bullæ non accipitur pro parte decimæ diuinæ conſtitutione debita, de qua ſupra ſed pro onere quodam ſuper bonis, aut perſonis clericorum impoſito: quod idem eſt, ac collectæ, præſtantiæ, gabellæ, & his ſimilia, n.11. & 12.

Declarare bellum, an ſit iuſtum, vel iniuſtum pertinet ad Rom. Pontificem, lib.2.can.7.q.5.nu.2. fol.324. Declaratio à proteſtatione differt, ſicut genus a ſpecie, lib. 3 §.4.q.1.nu 2. fol.726.

Decretum quid, lib 1 can.13.q.1.nu 7 fol 494. Decretum ſacræ Congregationis Caſinalium, editum ſub Clem. VIII die 9 menſis Ianuar. 1601. vna cum moderatione facta ab eodem Pontifice, & innouatione Pauli V ſuper abſolutione a caſibus reſeruatis, refertur de verbo ad verbum, & diffuſe declaratur. lib 3 § 2.q.1.num.16. cum pluribus ſeq fol.714.& 715. Decretum ipſum reuocat non modo priuilegia quoad abſolutionem a cēſuris in bulla cœnæ contenta, ſed etiam a quinque alijs caſibus, num.28. Decretum Pauli V nouiſſime editum in confirmationem dicti decreti Clem. VIII. an reuocet ſimpliciter priuilegia omnia concedia abſoluendi a quibuſcunque caſibus, & cenſuris Apoſtol. ſedi reſeruatis, nu. 29.

Defenſio eſt de iure naturali, lib.1.can.7.q.36.no.20. fol. 360. Defenſionis cauſa an licitum ſit innocentem occidere, ſi mors propria aliter vitari non poſſit, ibidem, fol.21. Defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ, quæ dicatur, nu.25. Defenſionis cauſa occidens Eccleſiaſticum non eſt excommunicatus. lib.1.c.2.q 2. n.14. fol.32. Defenſio hæreticis quot modis tribuatur, lib.2. can.1.q.32.num.1.cum plur. ſeq.fol.153 Defendentes libros hæreticorum quinam propriè dicantur, lib. 2. can.2.q.4 t.n.4 fol.174.

Deferentes libros hæreticorum ab eorum Prouincijs in Catholicorum Prouincias, quæ pœna puniantur, lib.2. can 1.q 51 nu.16 fol. 190. Deferentes arma, & alia prohibita ad infideles hoſtes, lucrum quod ex ijſ negotiatione conſecuntur. ex iniuſtitia ſumunt, lib. 2 can.7. q.2.num.6.fol 316 Quæ ter puniantur tūm de iure ciuili, tūm etiam de iure canonico, & vi noſtræ bullæ, ibidem num.3.& 4 cum plur.ſeq.& præſertim nu.13. & 19.tot.316.& 317. vide ſupra, ver. Arma, & ver. Bona prohibentur deferri: ac infra, ver. Delatio, & quæ late cumulauimus, d.can.7.q.38. & vlt. concl.1. fol.373. 374.& 375.

Defunctorum animæ vide ſupra, ver. Animæ. Defunctorum funerum pompa, vide infra, ver. Funerum pompa.

Degradatur, ſeu depoſitus verbaliter gaudet beneficio canonis; ſecus autem degradatus realiter, lib.2. can.16. q 8.in addit.litt.b fol.463.

Delatio armorum, & aliarum rerum ad Chriſtiani, ac Catholici nominis inimicos, & hoſtes, eſt prohibita iure naturali, ciuili, canonico, & vi noſtræ Bullæ, lib.2.can 7. q.1.num.13.cum plur.ſeq fol.307. Qualiter differant iura ipſa inter ſe, & qualiter conueniant, num.17.18. & ſeq. vide ſupra, ver. Arma, ver. Bona deferri, & ver. Deferentes. Delatio rerum prohibitarum ad hæreticos, ad contrahendam excommunicationem noſtræ bullæ, an opus ſit, vt hæretici ſint nominatim declarati tales, q.4.fol.322. An concedi poſſit à Romano Pontifice, q.37.num 11.& 15. fol 369 & 370. Plures ſunt caſus pro quibus contrahitur excommunicatio à deferentibus bona huiuſmodi ad infideles, & plures ſunt, pro quibus effugitur, quos vide, q.38 & vlt.concl.1.cum ſuis ampl.& lim.fol.373.374.& 375.

Delegantis morte non expirat iuriſdictio delegati, coram quo lis erat conteſtata, atque adeo cepta, lib. 3 §.2. q.7.

q 7. num. 3. fol. 734. Delegatio cauſæ facta dignitati, non expreſſo proprio nomine, tranſit in ſucceſſorem: ſecus autem ſi facta ſit alicui ſpeciali perſonæ, lib. 2. cap. 17. q. 3 num. 11. fol. 647.

Delictum ſi quis commiſerit, & pecuniam alicui dederit, ne ipſum prodat, accuſet, &c. an datum deinde poſſit repetere, lib. 1. c. 2. q. 2. lob num. 32. fol. 32. Delictum commiſſum iniuria laceſſitus, maius punitur, lib. 2. canon. 6 q. 3. nu 4. & 5 fol 307 Delicta plura concurrentia non faciunt, vt vltius impunitas detur, can. 9. q. 29. nn. 3. fol. 421. Delictum commiſſum intra centeſimum miliarium ab Vrbe, cenſetur commiſſum in Vrbe, can. 10. q. 5. ſub nu. 8. fol. 437. Delicti inſpicitur initium, facti vero liciti finis, can. 15. q. 16. n 24. fol. 575. & in addit. litt. 2. fol. 585. Delictum attentantes, vide ſupra, ver. Attentantes. Delinquenti aſſiſtens, vide ſupra ver. Aſſiſtens.

Deuotio quid, lib. 2. can. 10. q. 6. nu. 1. fol. 438. & q. 8. no. 3. fol. 439. Deuotionis cauſa quinam dicantur veoire ad Vrbem, d. q 6 nu. 2. & in addit. litt. 2. b. fol 38. Deuotio, voti adimpletio, & peregrinatio, licét conueniant in ratione deuotionis, intar ſa tamen ſunt actus eſſentialiter diſtincti, d. q. 8. n. 5. & ſeq.

Deus quomodo influat in affectum, & agat cum cauſa ſecunda, l. b. 1. c 1. q. 2 nom. 9. cum plur. ſeq. fol 5. Deus auctor cuiuſcunque boni, c. 4 q. 4 on 20. fol. 6. Deo ſoli debetur latriæ cultus, & non alij, no. 19 Deus maiorem voluntatem habet nobis conferendi beneficia, quàm nos recipiendi, nu. 42. Eſt fons, & origo totius iuriſdictionis eccleſiaſticæ, lib. 2. can. 1. q 3. nu. 1. fol 93. Quando Apoſtolo Petro dixit, *Paſce oues meas*, illum conſtituit Principem Apoſtolorum, & totius Reip. Chriſtianæ, nu. 2. Deus corda reſpicit, q. 19. nu. 2. fol. 506. Deo ſemel dicata ad humanum vſum amplius conuerti non poſſunt, lib. 2. can. 14. q. 5. n. 14 fol. 513.

Dictio, ac, facit veoire copulatum principaliter, lib. 2. canon. 3. q. 12. nu. 4 fol. 234. & idem denotat, quod copula, & quæ ex ſui natura, facit etiam venire copulatum æquè principaliter, lib. 2 can. 1. q 31 num. 4. fol. 152 & can. 10 q 17. ſub nn 2. & 3. fol. 451. & habet concurſum vtriuſque, lib. 2 can 1 q. 9 nu 13. fol. 110. Copulat omnino diuerſa, & contraria, can 9 q. 1. n. 7. fol 301. Quando ponitur inter æquè principalia, reſoluitur in alternatiuam, vel, can. 20 q 2. num 3. fol. 699. & can. 16 q. 6. num. 7. fol 638. vbi quoque habetur, quod ex ſui natura exigit concurſum omnium copulatorum, vbi maximè vnum ordinatur ad aliud. Et d. q. r. n 3. habetur etiam, quod quando ponitur à lege, ſtat multotiea pro puncto rationis ſeparatæ. Præditis dictionibus æquipollet dictio, necnon lib. 2 can 2. q 6. nu 5 fol. 218. & læpè pro diſiunctiua, vel, ponuntur, d. q. 17. in addit. litt. 2. fol. 451. & aliquando nó copulaot, ſed declarant, lib. 2. can. 2. q. 7. nn. 2. fol. 119. Dictio, aliàs, denotat, quocunqua alio modo, can. 13 q. 2. in addit. litt. 2. fol. 495. Dictio, allus, alia, aliud, licét ex ſui natura ſit repetitiua ſimilium vt in can 7. q 2 nu. 2. & 7 fol. 318. & 319 Attamen non ſemper eſt ſimilium repetitiua, can. 14. q. 6. n. 2. fol. 117. Et regulariter rem diuerſam ſignificat eiuſdem qualitatis, can. 19 q. 2. nu. 13. fol. 663. Dictio, aut; eſt alternatiua & ponitur inter diuerſa, lib. 2. canon. 4. q. 20. ſub nu. 4. fol. 270. Imó non tantùm eſt alternatiua, ſed aliquando ponitur expoſitiuè, ac copulatiuè, lib 1. cap. 4. q. 8. n. 9. & 10. fol. 74. Et ſic aliquando reſoluitur in coniunctiuam, lib. 3. §. 1. q 1. no. 11. fol. 709. Huic dictioni æquipollat dictio, vel, quæ ſimiliter eſt alternatiua, lib. 2. can. 7. q. 4 nu. 3. fol. 312. Et ponitur inter diuerſa, can. 9. q. 2 ou. 6 fol. 391. An ſatis eſt alteram partem eſſe veram, d. can. 9. q. 7. nu. 1. fol. 418. Nec coon facit venire copulatum æquè principaliter, ſicut dictiones &c. can. 10. q 17. ſub nu. 2. & 3. fol. 451.

Dictio, cum, acceſſionem denotat, lib 2. can 10. q. 17. ſub nn. 3 verſ Confirmatur, fol. 451. atque ideo facit venire copulatum acceſſorié, can. 2. q 6. ſub num 5. fol. 218. & can. 3. q. 3. nu. 6. & 7. fol. 227. Dictio, cuiuſque, eſt generalis, nihil excipiens, can 4. q. 3 nu. 10. fol. 248. Dictio, quoquomodo eſt quoq; generalis, cõprehendens omnem modum, q. 6 nu. 4. fol. 252. Dictio, quemcumque, eſt generalis pariter, nihil excipiens, q. 13. num. 2. fol. 259. Dictio, quicunque, gaminata, odio etiam comprehendit, can. 25. q. 11. ſub 0. 63. fol. 557. Dictio, omnia, neminem excludit, lib. 2. can. 2. q. 7. num. 2. fol. 219. Dictio, omnes, non includat vniuerſitates, ibidem, nu. 3. & 4. Comprehendit tamen vniuerſos, & ſingulos, can. 5. q. 1. ſupra num. 1. verſ. Circa ſecundum, fol. 280. Dictio, nullatenus, in totum negat, can. 15. q. 4. nu. 16. fol. 536. Dictio, etiam, licet aliquando ſtet affirmatiui, & aliquando idem ſignificet, quod, certe, nihilominus ex ſui natura ſtat implicatiue, can. 16. q. 2 num. 4. fol. 635. Dictio, in, quid ſignificet, declaratur, d can. 16. q. 7. ſub nn. 9. verſ. Secundum fundamentum. fol. 642. Dictio, quaſi, denotat ſimilitudinem quandam, lib. 2. can. 1. q. 2. nu 5. fol. 152. Dictio, præcipue, non modo ſignificat maximè, ſed etiam ſpecialitatem quandam, lib. 2. can 3. q 3 n. 3. fol. 17. Dictio, ſuis, dominium etiam pro parte ſignificat, ſiue directum ſit, ſiue vtile, can. 5. q. 2. num. 5. & 6. fol. 281. Dictio, ſuum, aliquando denotat dominium, & proprietatem: aliquando id, quod de facto tenetur, & aliquando idem, quod ſub cura, can. 11. q. 9. ſub num. 6. fol. 464. Dictio, ſimilia, ex ſui natura refertur ad proxima præcedentia, & denotat ſimilitudinem in omnibus, can. 9. q. 35. nn. 4. fol. 425. Dictio tantùm, eſt taxatiua, & de ſui natura impedit extenſionem ad non expreſſa, can. 13. q. 16. in addit. litt. 2 fol. 585. Dictio, temerè, quid ſignificat, declaratur, cap. 9. q. 33. num. 21. fol. 424. Dictio, niſi, denotat conditionem, ſine qua non, lib. 3. § 2. q. 16. on. 9 fol. 775. Dictio, io ſuper, denotat nouam legislatoris diſpoſitionem, ab antiquis omnino diſtinctam lib. 3. § 2. q. 1. num 30. fol. 718 Dictio, huiuſmodi, ſignificat ſimilitudinem, & aſt reſtrictiua præcedentium, lib. 3. § 1. q. 2. n. 1. fol. 710.

Dies, & conſul quando exigantur in priuilegijs, & legibus, lib. 1. cap. 4. q. 9 par totam, fol. 75.

Differentia inter Papam, & Regem tanta eſt, quanta inter Solem, & Lunam, lib. 1. can. 15. q. 12. nu. 62. fol. 603.

Digiti non ſunt formaliter membra, lib. 2. can. 9. q. 15. n. 5. fol. 409.

Dignitati Rom. Pontificis nulla dignitas comparatur, ſed eo præſente, omnes dignitates quieſcunt; ita vt Regalis Pontificiali ſubordinetur, lib 1. cap. 4. q. 2. n. 13. 14. & 20. fol. 52. Dignitas eccleſiaſticorum præcedit temporalem, ſicut aurum argentum, lib. 2. can. 25. q 18. nu. 16. fol. 63.

Dignum magis trahit ad ſe minus dignum, lib. 2. can. 10. q. 6. n 4. fol. 438. Dignus eſt operarius mercede ſua, can. 5. q. 12. nu. 3 fol 194.

Diœceſis quid ſit, lib. 2. can. 11. q 9. nn. 4. fol. 464. Diœceſis Rom. Pontif. aſt totus terrarum Orbis, lib. 1. cap 3. q. 6. nu. 2. fol. 50.

Diogenes cur appellauit Alexandrum, ſeruum ſeruorum ſuorum, lib. 1. cap. 1. q 3. o. 5. fol. 80.

Directè, vel indirectè facere contra prohibitionem, paria ſunt, lib. 2. can 15. q. 19. nu. 27. fol. 616. Directum, & indirectum voluntarij non mutant ſpeciem, lib 1. cap. 2. q 5. nu. 13. fol. 48.

Diſcuſſiona non eſt opus, vbi notoria conſtat aliquam non eſſe ſoluendo, lib 2. can. 15. q. 19 n. 120. fol. 620.

Diſpenſatio ex gie iuſtam tamen: & an & quando Papa diſpenſare poſſit citra iuſtam cauſam, lib 1. cap 4 q 7. nom. 25. cum plur ſeq. fol. 70. Non cadit ſuper vſuris, ibidem, num. 56 Facta in voto citra legitimam cauſam, etiam per Papam, diſpenſatua non eſt turus in conſcientia, lib. 2 can. 7. q 37. oum. 4. fol 368. Diſpenſatio ſine cauſa dicitur diſſipatio, ibidem, num. 19 Facta tamen à Principe in proprijs legibus, tenat, nu. 20. ſecus autem in lege ſuperioris, nn. 27. Diſpenſario, vide infra, ver. Papæ nomen, vbi late agitur de diſpenſationis materia.

Diſpoſitio, quæ tendit in fauorem Religionis, aſt ampliãda, lib. 2. can. 1. q. 44. num. 2. fol. 176. Debet tamen ampliari, ac reſtringi ad limites rationis expreſſæ, ibidem, nu. 3. Diſpoſitio generalis nunquam comprehendit cenſus,

ſit, vel perſonas in ſpecie priuilegiatas, canon. 13. q. 19. nu. 33. fol. 610.

Dispensatio cum hæreticis, vt ſit laudabilis, quas conditiones exigat, lib. 2. can. 1. q. 25. in addit. litt. a. fol. 136.

Dissimulatio Principis in actu de iure prohibito, inducit dispensationem, lib. 1. cap. 3. q. 6. n. 15. fol. 50.

Distributiones quotidianæ non veniunt, appellatione prouentus, lib. 2. can. 17. q. 4. num. 10. fol. 650. Eas vsurpans, an in excommunicationem noſtræ bullæ incidat, ibidem, o. 11. & 12.

Diuinatio quid, & quot ſint eius ſpecies, lib. 2. canon. 1. q. 21 n. 46 fol. 124. Qualiter differat ab obſeruantia vana, ibidem, nu. 50. Et, an aliquando licita ſit per ſortes, nu. 61. & in addit. litt e & f fol. 126. & 127.

Diuini iuris licitur quo à iuri diuino eatur conformè, lib. 2. can 15 q. 18. nu. 22 fol. 599. Diuino iure illud tantùm eſſe, quod expreſsè reperitur ſcriptum in Scriptura ſacra, ſi quis aſſerat, erroneum eſt à fide, ibidem, n. 52.

Diuiſim plures percutientes accedentem ad S. A. vide ſupra, ver. Accedentes.

Doctorum numerus, ac etiam grauitas non faciunt communem opinionem ſed rationes, ac reſolutiones occurrentium difficultatum, etiam ſi ſolius ſententia fuerit, lib. 2. can. 15. q 4. nu. 8. fol. 535. Doctori conſuetudinem alleganti, an & quando ſit credendum, q. 16. num. 36. fol. 575.

Doctrinam hæreticam ediſcentes, an ſaltem in foro exteriori ſint dicendi hæretici, lib. 2. can. 1. q. 26. num. 11. fol. 138

Dolo facta præſumuntur, quæ ſunt intrinſecè mala, lib. 2. can. 6. q. 2. num. 16. fol. 302. Dolus non præſumitur. niſi probetur, vbi iuris præſumptiones in contrarium non adſunt, can. 7. q 17. nu. 30. fol. 341. ſumitur in bonam, & in malam partem, can. 8. q. 2. nu. 4. fol. 380.

Domicilium quid, & quotuplex, & qualiter contrahatur, lib. 2. can. 10 q. 11. nu 8. & 3. fol. 444. Domicilium Regularis eſt Monaſterium, in quo reſidere debet, lib. 1. cap. 1. q 3. n. 127. fol. 22.

Dominij directi ratione poteſt liberi recurſus ad ſupremum ſuperiorem, etiam ſi ſtatuto contrarium diſponatur, lib. 2. can. 15. q. 19 nu. 131. fol 606. Dominium bonorum, quæ à Lupo, & ab aliis beſtijs rapiuntur, remanet penes illorum dominos, atque ideo non efficiuntur ſecuperantium, lib. 2. can. 4 q. 15. nu. 6. fol. 263.

Domini temporales quot modis dicantur fauere hæreticis, lib. 2. can. 1. q. 32. nu. 11. fol. 155. Si pecuniæ gratia permittât commorari in eorum terris, quibus pœnis afficiantur, q. 33. nu. 2. fol 152. Dominus ſi eſt immunis, eſt etiam eius familia, can. 15 q. 18. n. 20. fol. 598.

Domus Epiſcopi, Cardinalium, & aliorum Magnatorum, an habeant immunitatem eccleſiaſticam, v. de ſupra, ver. Confugientes.

Donatio reuocari nequit, lib. 2 can. 4. q. 12. nu. 1. fol. 266. Facta filio Titij, acquiritur Titio, can. 15. q. 27. num. 12. fol. 628. Sic donatum infanti a compatre ipſum leuante de ſacro Fonte acquiritur Patri, ibidem, nu. 13. Donatiõ bonorum facta eccleſiaſticis in fraudem collectarum, non ſolum eſt inualida, ſed ſic donantes puniuntur, canon. 18. q. 6. ſub o. 11. fol. 669.

Dos vxoris hæretici, an confiſcetur in præiudicium viri Catholici, lib. 2. can. 1. q. 27. n. 53. fol. 144.

Dubius in fide infidelis eſt, non ſic ſcrupulosus, lib. 2. can. 1. q. 17. nu. 10. fol. 107. Dubium impedit præſcriptionẽ, niſi poſt incobatam ſuperueniat, can. 5. q. 11. nu. 21. fol. 298. Dubium facti, vel iuris in excommunicatione quid operetur, can. 7. q. 10. nu. 14. fol. 350.

E

EAdem eſt ratio totius, & partis, vide infra, ver. Totius.

Ebrius ſponte factus optans ſanus exiſtens, ex tali ebrietate clericum percutere, effectum ſecuturum præuidens, clericum in ebrietate percutiat, in excommunicationem incidit, lib. 1. cap. 1. q. 3. ſub nu. 166. fol. 20.

Eccleſiæ vnitas quotuplex, & in quibus conſiſtat, lib. 1. cap. 5. q. 5. nu. 1 & 2. fol. 82. & in addit. litt. a. fol. 123. Eccleſiæ ſpiritualia gladius cur dicatur excommunicatio, q. 6. nu. 1. fol. 84. Eccleſia poteſtatem non habet ſuper ijs, quæ ſunt iuris diuini, lib. 2. can. 1. q. 18. num. 1. fol. 114. An & quando poteſtatem habeat ſuper actus purè internos, lib. 2. can. 3 q. 4. ſub num 1. & 3 fol. 226. Eccleſiæ immunitas, ve templum eſt in quo conſiſtat, vide ſupra, ver. Cõfugientes, Eccleſia habet iuriſdictionem in temporalibus ſaltem in habetu, can. 14. q. 8. nu. 11. fol 520. Feudataria non tenetur ad ſolutionem relevij, nec tenetur ad iuramentũ fidelitatis, can. 15. q. 1. nu. 83. & 84 fol. 559. Eccleſiæ appellatione an veniat Monaſterium, aut Hoſpitale, can. 17 q. 7. n. 3. & 4. fol. 654. An veniat Eccleſia appellatione pauperum, ibidem, nu. 2. & 3. Eccleſiæ appellatione, quę veniant, lib. 3 §. 2. q. 14. nu. 4. fol. 770. Et an veniant particularium altaria, d. can. 17 q 9. ſub nu 7. fol. 656. & in addit. litt. d. fol. 657. Eccleſiæ fauore odia ampliantur, & pœnæ extenduntur, can. 7. q. 7. nu. 7. nu. 1. fol. 325. Eccleſiæ Roman. terras occupantes, an & quando in excommunicationem noſtræ bullæ incidunt, can. 2 q. 10. & vlt. per totam, fol. 705. & in addit. litt. a. b. c. fol. 706.

Eccleſiaſtici, maxime Epiſcopi litigantes eorum iudice laico non tenentur ſoluere ſportulas; ſecus ſi è contra laicus, lib. 2. can. 14. q. 8. in fine, fol. 512. Eccleſiaſticæ perſonæ, quæ dicantur, itaut trahentes eas excommunicationem noſtræ bullæ contrahant, can. 13. q. 3. per totam, fol. 530. & 531. & in addit. litt. a. b. c. fol. 532. Perſonæ eccleſiaſticæ, an & quando dicantur clericì coniugati, quæſt 4. fol. 534. & 535. An tales dicantur militares ordines, quæſt 5 fol. 537. An dicantur Eremitæ, quæſt. 6. fol. 540. Rectores Hoſpitalium, & Confraternitatum quæſt. 7. fol. 541. & in addit. fol. 543. & 544 Oblati, ibidem. num 9. Serui Epiſcoporum. & aliorum Clericorum, etiam Regularium, quæſt. 8. fol. 544. & latius d. quæſt. 3. vbi eximus de fratribus, & ſororibus tertij ordinis S. Dominici, & Fraocifci: de Nouitijs, & habitantibus cum Religioſis fol. 530 & 531. & in addit. fol. 532. & 533. Eccleſiaſticas perſonas trahentes ad ſæculares Curias, an & quando incidant in excommunicationem noſtræ bullæ, vide quæſt. 12. & vlc concluſ. 1. fol. 630. quæ multipliciter ampliatur, & limitatur, & in addit. litt. a. b. c. d. e. fol. 632. vide ſupra, ver. Clerici exercentes: verſ. Clerici non poſſunt: ver. Clerici non incedentes: & ver. Clerici committentes. Eccleſiaſtici non poſſunt dici vaſalli laicorum maximè ſi ab eis feudum non habeant, can. 15. quæſt. 11. nu. 75. f. 519. Et licèt in principio naſcentis Eccleſiæ fuiſſent ſubiecti Principibus laicis; fuit tamẽ iure diuino Paſtores, & in res ſæculares in ſpiritualibus, quæſt. 16. num. 1. verſ. Secundo principaliter; & num. 6. fol 595. & 596. Sunt Ciues illius Ciuitatis, vbi habitabant, & ſunt pars principalis Reip. n. 54. & 53. Sunt Dij reſpectu laicorũ, etiam Principes ſint Principes dicũtur Dij reſpectu populorum. An & quando excuſentur à cuſtodia Ciuitatis a collectis, quæ imponuntur ob deprædantes in territorio, in quo Eccleſia habet poſſeſſiones: à contributione refectionis viarum publicarum, pontium, murorum Ciuitatum, &c. q. 19. nu. 117. cum plur. ſeq. fol. 620. can. 18. q. 12. fol. 677. & in add. litt a. b. c. d. e. fol. 678. Eccleſiaſticis taleas, collectas, & alia onera imponentes etiam pro bonis patrimonialibus, in excommunicationem incidunt, can. 18. q. 20. 14. & 15. fol. 663. & q. 3. nu. 2. & 9. fol. 667. Et quid dicendum de emptoribus eccleſiaſticorum fructuum, quæſt. 11. fol. 677. & in additione litt. a. per totam, fol. eodem, vide quæ latè ſupra cumulauimus, ver. Collectas. Eccleſiaſtici debent reuerenter ſe gerere, etiam erga poteſtatem ſæcularem, canon. 15. quæſt. 18. num. 42. fol. 601. Eccleſiaſticorum captura non debet fieri cum opprobrio Ordinis, ſed ſecreto quoad fieri poteſt; & citra eorum iniuriam, canon. 20. quæſtione 3. num. 1. fol. 700.

INDEX.

Effice;e vnuſquiſque debet,vt nulli officiat,lib.2. can.15. q.3.nu.1. fol.529.

Eijcere quid ſignificet lib.2.cen.11. q.9. num.1. fol.464. Eijcientes Epiſcopos,& alios maiores Prælatos ab eorum diœceſibus, & terris excommunicetionem noſtræ bullæ contrahent, ſiue ſpirituelem, ſiue temporalem iuriſdictionem habeant,ibidem, num.6. Et quid ſi eijcient eb eorum terris patrimonialibus, num.8. vide ſupra ſub ver. Cardinelis vt legitimè, vbi declaratur quid ſit eijcere Cardinales, & alios Antiſtites à propriis diœceſibus.

Eius eſt legem interpretari, cuius eſt condere,lib.3. §.2. q.1.n.33.fol.718.

Electio in Papam exigit concurſum duarum partium Cardinalium,lib.2.can.1.q.53.n.7.fol.194. Non poteſt fieri,niſi de vno ex Cardinalibus ſaltem ſubdiaconis, niſi inter alios Cardinalrs non reperietur idoneus, lib.1. cap.1.q.2.nu.30. fol.7. Non vitietur ſi electionis tempore reperiatur habere vxorem, & tenetur ei reddere debitum,cap.4.q.7 n.19.fol.70. An & quando electio ad dignitates fieri poſſit per ſortes, lib.2. cen.1.q.22. in addit. litt.e. & f. fol.126. & 127. Electores tenentur inquirere de vita, & moribus eligendi, nec excuſantur ex capite ignoreotiæ canon.6. quæſt.2. num. 14. fol.362. Ferentes ſuffragium pro indigno; ſi electio non ſequatur non incidunt in excommunicationem latam contra eligentes indignum,can.7.quæſt.1.o. nu 8. fol 329.

Elremoſyne debetur extremè indigenti de iure diuino naturali,lib.2 can.6.q.36.nu.28.fol 360. Elremoſynam dare volenti diſſuadens, ne probeet, aut per vim, & fraudem retrahens, an & quando teneatur ad reſtitutionem,can.9.q.e lub n.19. fol.400.

Emens rem aliquam à pupillo ſciens pupillum eſſe, & tem ptam non velet præſcribere,lib.2. can.4.q.21.num.18. fol.273. Emptor fructuum eccleſiaſticorum,an & quãdo ſit immunis e collectis, can.12.q.11. per totam, & in addit.litt.a.fol.677.

Emolumenti appellatione,quæ venient,lib.e can.17.q.4. num.13.& 15.fol.650. Emolumentum,vt percipiat dignum illum eſſe ducimus, qui præſtat obſequium, ibidem,nu.14.

Emphyteuſis conſtitui poteſt à priuato ſub conditione, ne res conceſſe tranſrat in Eccleſias,& ed alia loca ſemper viuentia, lib.2. canon.15. quæſtione 19. num.93. fol.616.

Epiſcopus nõ alligatur cenſuris a ſe latis, lib.1 cap.1. q.2. num.35. fol.7. Communicans tamen cum excommunicato à ſe, alligatur excommunicatione minori: Sed non ſic Papa,ibidem, num.37.Epiſcopus idem denotat quod ſpeculator, & in ſpeculando negligens, peccat mortaliter,& canis dicitur impudicus,cap 5.q.2.nu.2. fol.77.Et licèt ſuperiorem locum obtineat,non tamen debeet illum appetere, nu.2. Dicitur habere dignitatis culmen,ibidem,nu.8.Maiorem quàm Cardinales:& antequitus ſe ſubſcribebant immediate poſt Papam,nu.9. & 10. Imo æqualis eſt Papæ quoed ordinem,num.11. & 12. Et quamuis ſit hæreticus; ordines tamen validè conferc,num.13. Sicut,& ſchiſmaticus,lib.2. cen.1. q 56.ſub nn.14. fol.205. Epiſcopus inre diuino diſtinguitur e Sacerdote quoad ordinẽ,& poteſtatem,d cap. 5.q.2.n.14.cum plur. ſeq.fol.79. Eſt Epiſcoporum ordo tripartitus nu.4. Non tamen Epiſcopatus ordo eſt Sacramentum,ſed indelebilis poteſtas, num.12. Et licet nulle ſit maior,quã Epiſcoparus dignitas;nõ tamen debet Epiſcopus peti ſtate Preshyteros in quolibet loco ſedens,nu.18.in fine. Epiſcopi non accipiunt immediate à Chriſto iuriſdictionem coercitiuam,vt male ſentit Sot.ſed a S.P.lib.2.cen.1.q.4.nu.3 fol.94.Non poſſunt pronunciare in canta bæreſia ſine Inquiſitore: nec Inquiſitor ſine Epiſcopo,q.22.ſub nu.7.circa finem, fol.128. Poſſunt ſicut, & Inquiſitores tenere familiam armatam,q 33 nu.24.fol.159.& in eddit.litt.b fol.100. In caſu magnæ neceſſitatis poſſunt in caſus Pontificios,q.53.n.10 f.194. Epiſcopi,& alij maiores Prælati non comprehenduntur ſub generali ſuſpenſione; aut interdicto,can.2.q.5.num.2.fol.216. Comprehenduntur tamen ſub generali excommunicatione, ibidem, num.6. Epiſcopem propium ſi Ciuitas ad'occidendum concurrat,aut quouis modo in offenſionem Cardinalium,Epiſcopali dignitate priuetur,can. 11.q.3. num.10.fol.455. Et quando Ciuitas dicetur ed id concurrere,n.11.& 12.ibidem, vide ſupra, ver.Cardinales, & alij.

piſcopotum appellatione in his, quæ pertinent ed officium Pontificale,veniunt atiam Atebiepiſcopi,Patriarchæ,&c.Secus antem in priuilegijs, lib.e. can 11. q 6. n.10.fol.461.Non tamen veniunt Clerici,ibidem,n.12. Epiſcopum electum tantùm, & non conſecratum offendrns,non contrehit eacommunicationem noſtræ bullæ,quæſt.3.num.1. fol.462 Epiſcopus ante conſecrationem non dicitur talis, num.2. Qui epiſcopatui renuncieuit offendens, excommunicationem noſtræ bullæ contrahit, etiam ſi ordini renunciauerit, num.5. Si ordines conferat,imprimit charitatem. num.7. Non conſecretus an poſſit ſententiam degradetionis in aliquem ferre,num.12. Electus tantùm, & confirmatus poteſt iuriſdictionem exercere,ibidem, & can.16. quæſt.vltime,concluſ.1.ſub num.1.ver.Secundo ampl. fol.640 Epiſcopus,& alij Epiſcopo ſuperiores litigantes coram ludice laico non tenentur ed ſportulas; Secus ſi è contra laici litigent coram eccleſiaſtico, can. 14.quæſt.2.in fin.fol.530. Epiſcopi hodie non poſſunt conueniri niſi coram S.P.q.9 num.4. fol.521. Epiſcopus eirnus ſi ordinet aliquem ſine litteris proprij Epiſcopi, vel ſine litteris inferioris Epiſcopo, ex & quando ordinatus gaudeat priuilegio fori, & canonis,canon.15. quæſt.3. num 7. fol.530. Epiſcopus, ſi elapſo anno, legata non adimpleantur, poteſt eſſe eorum executor, etiam ſi legata non ſint Pia, quæſt.7. num.6. & in additione littere e fol. 543. An & quando poſſit viſitare Hoſpitalia, & Confraternitatee laicorum, etiam ſi teſtator eorum fundator id prohibeat,num.15. in fine, & in additione littera c. fol.543. An viſitare poſſit Hoſpitales, & confraternitates, quæ ſunt ſub protectione Regia, num.16 & in eddit ione littera d. fol. 543. Quamuis non poſſit detrahere quertam à legatis factis Confraternitetibe,& Hoſpitalibus non electis auctoritate Epiſcopi; non tamen ſequitur quis poſſit, tranſacto anno eſſe executor legatorem, num.6. & in additione littera a. fol. 543.

Epiſcoporum,& Clericorum ſerui, famuli, & Notarij an gaudrant priuilegio Clericorum, lib 2. can.15. quæſt. 8. & in additione littera a fol.544. & 546. Epiſcopis conceſſa facultas à Concil. Trident. abſoluendi, & diſpenſandi in occultis Apoſtolicæ ſedi reſeruatis, an ſit reuocata per noſtram bullam, lib. 3. §.2. quæſt.1. num.10. fol.714 vide infra, ver.Facultas. Epiſcopus ſuã communi, ec etiam diuino habet eandem poteſtatem erga ſuos ſubditos in propria diœceſi, quam habet Romanus Pontifex ſuper vniuerſelem Eccleſiam,niſi ei expreſſè limitetur, quæſtione 5. num.12. fol.733. Epiſcopi, & Vicarij idem eſt euditorium, quæſt.9. num.1. fol 746. Epiſcopus habet facultatem abſoluendi impeditos à cenſuris, & caſibus Apoſtolicæ ſedi reſeruatis, non poteſtate delegeta, ſed ex officio ſuæ poteſtatis, vt Epiſcopus eſt, ibidem, num.9. Si incidat in cenſuram, ſrũ caſum reſeruatum, aut irregularitatem, poteſt deputere Confeſſarium, vt ipſum abſoluet,aut cum eodem diſpenſet, num 18. Et ſi caſum Papæ reſeruatum habeet, & ſit impeditus, an poſſit committere eiteri,vt ipſum abſoluat,num.19. Epiſcopus concedendo omnem ſuam facultatem, an & quando cenſetur concedere facultatem abſoluendi a caſibus, & cenſuris ſibi reſeruatis, lib.3. § 2. q.11.n.15 f.756.Epiſcoporum nomine an veniat Capitulum,Sede vacãte, Abbates, & alij Prælati habentes iuriſdictionẽ quaſi epiſcopalẽ,n.16 ibidem Epiſcopus, an & quando poſſit abſoluere a reſeruatis Religioſum

quan-

I. N. D. E. X.

quantumuis exemptum ex licentia ſui ſuperioris, n. 54. cum plur. ſeq. Poteſt ſuos ſubditos ab occultis reſeruatis Papæ abſoluere, & cum eiſdem diſpenſare tam intra, quam extra propriam diœceſim, num. 35. Subditorum nomine quoad hunc effectum, qui veniant, num. 23. fol. 756. Epiſcopus de licentia Abbatis poteſt exercere iuriſdictionem in Monaſterio exempto, atque ideo abſoluere Religioſos ab occultis reſeruatis Papæ, num. 25. cum plur. ſequent. Epiſcopus an poſſit abſoluere ab hæreſi occulta, lib. 3. § 2. q. 11. num. 30. cum plur. ſequent. fol. 757. & num. 43. & in addit. lit. a. fol. 761.

Equorum appellatione, quæ veniant, & an comprehendantur mulæ, equæ, muli, &c. lib. 2. can. 7. quæſt. 19. fol. 320.

Eremitæ quinam ſint, & an dicantur perſonæ eccleſiaſticæ, & eorum vita ſit approbata, & quot ſint ſpeciés, lib. 2. can 23. q 6. & in addit. litt. a. fol. 540.

Ermigildus cur mori potius voluit, quam ſacramentum Euchariſtiæ ſumere ab Ariano Epiſcopo lib. 1. cap. 2. q 2. n 37. fol. 31.

Errorem non habens in intellectu fidei Catholicæ contrarium, licet extrinſecus fidem abneget; non tamen eſt hæreticus, lib. 2. canon. 1. quæſt 18. num 15 fol. 514. Errores hæreticorum defendentes ſunt hæreſiarchæ, q 32. num. 1. fol 153. Error, cui non reſiſtitur, approbatur, can. 9 q 8. ſub nu. 2. fol. 398.

Eſus, & potus nomine, quæ veniant, lib. 2. can. 8. q. 5. n. 2. fol. 382.

Ex diuerſis non fit illatio, lib. 2. can 8. quæſt. 33. num 6. fol. 353.

Ex duobus propoſitis, qui vnum affirmat, an & quando cenſeatur alterum negare, lib. 3. §. 8. quæſt. 2. num. 36. fol. 802.

Exactores collectarum, & aliorum onerum debent ſtare iuramento Clericorum, vel ſuorum famulorum, dicentium bona inuenta eſſe eorum propria, niſi perſonarum qualitas aliter ſuadeat, lib. 2. can. 18. q. 13. nu. 4. fol. 679.

Exceptio debet eſſe de regula, lib. 2. can. 2. quæſt. 11. ſub num. 5. fol. 331. Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, can. 10. quæſt. 10 num 3 fol. 412. & lib 3. §. 2. quæſt. 8. num. 3. fol. 737. Exceptione alicuius caſus reſeruati addita poſt clauſulam generalem, cenſentur omnes alij in ſpecie expreſſi, quæſt. 11. num. 49. fol. 760.

Excluſio vnius eſt alterius inclusio, lib. 2. canon. 4. quæſt. 20. n. 7. fol. 210.

Excommunicatio omnis etiam contra hæreticos, eſt de iure humano poſitiuo; non autem diuino, lib. 1. cap. 1. quæſt 2. num 36 fol. 7 & lib 2. can 1. quæſt 17. num. 4. fol. 114. Non fertur, niſi pro actu externo, dicta quæſt. 2. num. 41. & 52. Eſt maxima omnium pœnarum, quæſt 3 num 21 cum plur. ſequent. fol. 13. & 14. Non fertur. niſi pro re non vulgari, num. 46. & in addit. litt. a. fol. 22. Exigit actum perfectum, & completum ad eandem contrahendam, num 50. & ſequen. Exigit contumaciam, & ſic ſcientem cenſuræ, num. 57. Qua ceſſante, excommunicatus ſtatim eſt abſoluendus, num 59. & quæſt. 5. in addit. litt. b. fol. 26. Non poteſt ferri pro culpa commiſſa, dicta quæſt. 5. num. 6. Non fertur in pœnam, ſed vt homo à contumacia reſipiſcat, num 79. Excommunicationis, & aliarum cenſurarum non ſunt capaces Dæmones, bruta, & anima hominis ſeparata, infantes, amentes, & homo infidelis, ibidem, à num. 83. vſque ad num. 117. Excommunicatio tamen lata contra Dæmones, & Locuſtas quid importet, à num 85. ad 91. Qualiter liget ſeipſum occidentem, aut inſtituentem hæreticum, num. 97. & ſequen. An liget mandantes occidi Clericum, ſi occidatur poſt mortem mandantis, num. 94. & 115. Quid operetur in eorpora eorum, qui defuncti ſunt in excommunicatione, nu. 100. Et quid in excommunicatos defunctos pœnitentes, & à quo valeant abſolui poſtmortem n. 103. An liget Cathecumenos, num. 107. Excommunicatio lata ab inferiore Papæ, an liget Imperatorem, Regem, Reginas, & alios magnos Principes, n. 119.

Excommunicatio, an poſſit oretenus ferri citra ſuſpeſionem aliquam, & a quibus lib. 1. cap. 1. q. 4. nu 6 7. 8. 9. & 11. fol. 24. Qualiter dicatur medicina, q. 5. in addit. litt. b fol. 26. An ferri poſſit in aliquem, qui non ſperatur à contumacia receſſurum, nu. 4 & ſeq. An lata ipſo facto contra penſionarios, ac ſimoniacos contrahentes ſtatim liget, & an ad eius executionem præexigatur citatio, lib. 1 e. 3. q. 1. in add. litt. a. fol. 43. An lata contra conſulentes alliget conſulentem conſilio adeo ſimplici, vt delictum ſine illo fuiſſet ſequutum, q 4. o. 5. f. 47. Si emidé reſeruatio tollatur, an ipſa excómunicatio auferatur, cap 3. q 5 o. 3. f. 48. vide ſup. ver. cenſura. Excómunicatio ſemel contracta ſecú trahit ſuum effectú: & ſemper ligat, donec excómunicatus abſoluatur, in additione litt. a. fol. eod. Dicitur ſpiritualis Eccleſiæ gladius, nuncio Epiſcopi, virga ferrea, & maxima omnium pœnarum, cap. 5. q. 6. num. 3. cum plur. ſeq. fol 84. Excommunicatio contra hæreticos eſt notiſſima, lib. 2. can. 1. q. 1. n 6 fol. 88. An differat ab anathemate, q. 2. an 1. & 2. fol 89. & in addit. litt. a. fol. 93. Excommunicatio minor duplex, ibidem, nu. 15. Excommunicatione Chriſtianus Satanæ traditur. & tempore primitiuæ Eccleſiæ excommunicatus vtiliter a Dæmone cruciabatur, à nu. 24. ad 32. Et multa operatur non ſolùm quoad Eccleſiam militantem; ſed etiam quoad Deum, num. 32. Excommunicati: interdicti, & ſuſpenſi nominatim, qui propriè dicantur, & an hæretici mentionati in can. 1. noſtræ bullæ, ſint nominatim excómunicati, q. 7. f. 95. Excommunicatus nunquam eſt vitandus, niſi ſit nominatim excommunicatus, & denunciatus; vel ſit publicus Clericorum percuſſor, q. 8. nu. 1. & 2. f. 96. Et quid dicendum ſit de excommunicato ób hæreſim. ibidem, nu. 12. ver. Ex dicta.

Excommunicatio quælibet etiam contra hæreticos quoad inſtitutionem, vtum, modum, & applicationem, eſt de iure canonico, & nulla de iure diuino, niſi quoad poteſtatẽ, lib. 2. can. 1. q. 18. n. 114 & 115. Excómunicatus quilibet etiã occultus, de iure antiquo erat vitandus, ibidem, num 5. Poteſt inſtificari coram Deo per contritionem, vel per confeſſionem bona fide, num. 9. Excommunicatio lata contra agentes non extenditur in mandantes: & lata contra auxiliantes, non includit conſiliantes, quæſt. 48. num 8. 17. & 18. fol. 184. Et lata pro aliquo actu, oportet, vt actus phiſicé fiat, & non eſt ſatis ſi fiat moraliter tantum, num. 17. Et cùm ſit pœna non recipit extenſionem; niſi redderetur fruſtratoria, n. 24 & quæſt. 54 n. 10. 11. & 12. fol. 198. Excommunicatio contra appellantes à mandatis Papæ ad futurum generale Concilium, lata à Iul. II. qualiter differat ab excommunicatione canone ſecundo noſtræ bullæ, lib. 2. canon. 2 quæſt. 2. per totam, fol. 212. Excommunicatio contra mandantes, fauentes, auxiliantes, &c. ligat, ſecoto effectu, niſi æquè principaliter feratur contra illos, ac contra facientes, q. 6. num. 1. fol. 217. Quando vero dicatur ferri principaliter, & quando accęſſorie, num. 3. 4 & 5. Excommunicatio alligat etiam feminas, quæſt. 7. ſub num. 4. fol 219. Contra Piratas eſt antiquiſſima lib 2. can. 3. quæſt. 2. num. 1. folio 224. Non fertur pro actis putè interius, quæſt. 4. num. 1. fol. 228. Quando fertur in aliquas perſonas principaliter, vel accęſſorie, quid importet, quæſt. 12 num. 1. 2. & 3. fol. 258. Excommunicatus in foro exteriori, poteſt dari eaſus, vt ſit in gratia quoad forum interius, quæſt. 13. ſub num. 29. Excommunicationem ferentes pro re leui non cenſentur velle contrauenientes cenſura alligari, canon. 4. q. 11. num 3 fol. 256. Et peccant mortaliter Prælati pro re leui eam ferentes, ſub dicto num. 3. Excommunicatio lata contra fures, iocludit raptores; ſed non è contra. q. 16. n. 10. & 11. f. 264. Excómunicatio licèt ſit odioſa; tamé extẽditur, quãdo per excẽſioné vitatur periculum animarum, lib. 2. can. 5. q. 4. nu. 6. f. 282.

I N D E X I.

Excommunicationes latæ contra falſificantes litteras Apoſtolicas in c dura, § adijcientes, c. ad falſariorum, de crim falſi, & in can. 6. poſtræ bullæ qualiter differant inter ſe, lib. 2. can. 6. q. 2. fol 301. Excommunicatus nominatim, & excommunicatus expreſsè qualiter differant, can. 7. q. 9. nu. 4 fol. 312. & in addit. litt. a. fol. 323. Excommunicatio non extenditur vltra id, quod ex ſuis verbis ſonant, can. 9 q. 3. nu. 2. fol. 392. Excommunicatus reſipiſcens à contumacia, ſtatim eſt abſoluendus, q 5. nu. 2. fol. 393. Excommunicatio fertur pro culpa futura, irregularitas vero, ac ſuſpenſio, etiam pro præterita, ibidem, num. 4. Excommunicatio lata contra agentes, non comprehendit conſiliantes, fauentes, defendentes, mandantes, & auxiliantes; niſi auxilium, & fauor ita ſint, quæ contineant conſpirationem, q. 8. nu. 11. & 12 fol. 399. Excommunicatio, vt contrahatur exigit contumaciam, q. 9. nu. 4. fol. 400. Lata contra committentem ſacrilegium, non comprehendit ſurripientem rem ſacram, & exiſtimantem eſſe profanam, num. 5. Lata contra fures non incidit ſurripientem ignorantem cenſuram, num. 6. Exigit ſtrictam interpretationem; etiam ſi adeſſet identitas rationis, q. 11. nu. 5. fol. 403. Lata contra ſurripientes extenditur ad rapientes; ſed non e contra, q. 21. nu. 3. fol 415. Excommunicationes plures, ſicut, & plures ſuſpenſiones, & interdicta quis poteſt contrahere; non tamen plures irregularitates, q. 48. num. 1. 2 & 3 fol. 420. Excommunicatio vna, & eadem ſi feratur à pluribus, an & quando vna, aut plures quis incurrat excommunicationes, q. 30. num. 5. fol. 422. Et quid ſi pro eadem cauſa, & ab eodem legislatore plures excommunicationes ferantur, ibidem, nu. 1. fol. 421. Excommunicatione multiplici quis poteſt aligari iuxta numerum delictorum, can. 12 q. 4. ſub nu. 1. & in addit litt. a fol. 486. Excommunicatus ſi non fuerit in articulo mortis abſolutus, & ſigna contritionis oſtenderit, abſolui poteſt poſt mortem ab eo qui eum abſoluere poterat viuum, & ſanè. & item ab alio, lib. 3 § 2. q. 5. nu. 21. fol. 731. Excommunicatio licet citra abſolutionem tolli nequeat; ea tamen à Nunc. Pont. tolli poteſt, nulla præuia abſolutione, q 17 nu 18. fol. 777. Lata ab homine non poteſt ab alio tolli, quàm ab eo qui eam tulit, aut ab eiuſdem Delegato, Successore, vel ſuperiore. § 3. q 1. nu. 1. & 9. fol. 779. & 781. Excommunicatus non propter excommunicationem, ſed propter culpam efficitur gehennæ reus, d. § 2. q. 6. nu 8. fol 732. Si conteratur, apud Deum a culpa, & ab excommunicatione remanet abſolutus, ibidem, nu 9.

Exigere eſt extorquere ab inuito, qui non vult ſolnere, lib. 2. can. 5. q. 9. nu 1. fol. 299. Exigentes gabellas, & tributa illicita, an & quando excommunicationem contrahant, & ad reſtitutionem teneantur, q. 50. & 21 fol. 290. & 291. Exigere illicitas gabellas, & iniuſta tributa eſt rapinam committere, d. q. 21. ſub num. 1. Excuſantur ea exigentes, d. q. 11. nu. 4.

Expreſſo aliquo caſu ex multis ſpeciale mandatum exigentibus, clauſula generali adiecta, omnes alij cenſentur expreſſi, lib. 3. § 2. q. 1. nu. 12 fol 714. Et quid ſi caſus grauior exprimatur, nu. 14.

Extenſio in pœnalibus an & quando fiat, lib 2. can. 1. q. 48. in addit. litt a. fol. 18 & 6. & can. 13 q. 5. n. 11. fol. 460.

Extrahentes frumenta, bladia, legumina, & pleum à ſtatu eccleſiaſtico extra illum, vel etiam à loco immediate ſubiectis Eccleſiæ Romanæ, vel eiuſdem Eccleſiæ, mediate ſubiecta, qualiter excommunicentur, lib. 2. can. 8. q. 1. in addit. litt. b. fol. 379.

F

FActum à Collegio Cardinalium Sede vacante, exigit concurſum omnium Cardinalium, excepta electione S. P. pro qua ſufficiunt duæ partes, lib. 2. can. 1 q 53. nu. 7. fol. 194 Factum a maiori parte capituli dicitur factum concorditer. ibidem, nu 8 Facti declaratio animus, can. 21 q. 15. ſub nu 2. fol. 470. Factum intelligitur ac prima vice, q. 16. nu. 1. fol. 492. Facti illiciti inſpicitur latium, licita vero finis. can. 15. q. 16. ſub nu 24. fol. 575. & in addit. litt. z. 6389. Factum contra legem regulariter eſt nullum, niſi probabilibus iudicijs aliter conſtet de voluntate legislatoris, lib. 3. § 2 q. 16. num. 1. & 7. fol 774 & 775.

Facultas conceſſa Epiſcopi à Conc. Trid. abſoluendi à caſibus occultis, & A. S. reſeruatis, an vi bullæ cœnæ ſic. reuocata. lib. 3. § 2. q. 2. num. 30. fol. 714 Et quid dicendum, ſi vnus ex dictis caſibus concedatur in individuo, & alij in genere, ibidem, num. 11. 12 & 13. & in addit. litt. a. fol. 721. Facultas abſoluendi a cenſuris d. bullæ, quando dicatur conceſſa in genere, & quando in ſpecie, nu. 15. Facultas abſoluendi impeditos a reſeruatis A. S. quam de iure habet Epiſcopus, competit etiam minus Vicario, q. 9 per totam. fol 746 & 747. Facultas tolerandi vſuras à ſolo Papa concedi poteſt, lib 1. cap. 4. q. 7. nu. 61. fol. 72. Facultas, quæ olim dabatur ſummo Pœnitentiario abſoluendi ab excommunicatione, quæ ex mutatione incurritur litterarum ſenſu non mutato, an vſque adeo duret, lib. 2. can. 6. q. 7. nu. 9. fol. 310. Facultas renocandi priuilegia pertinet ad poteſtatem legislatiuam, can. 4 q. 12. num. 8 fol. 266. Facultas legendi libros hæreticorum quibus concedatur, vide infra, ver. Legētes Libros. Facultas conceſſa abſoluendi à caſibus Papæ reſeruatis, cenſetur etiam conceſſa abſoluendi a cenſuris, lib. 3. § 2. q. 11. nu. 13. fol. 755. Conceſſa tamen ab Epiſcopo à caſibus ſibi reſeruatis, non extenditur ad cenſuras reſeruatas, num. 14. vide ſupra, ver. Abſolutio. Facultas abſoluendi per bullam Cruciatæ ſemel in vita, & ſemel in morte a reſeruatis A. S. non includit caſum hæreſis. etſi includat hæreticorū receptatorem, & eorum libros legentes, nu. 47. Facultas abſoluendi a reſeruatis, quot modis conceſſi ſoleat, nu. 50. Facultates, & in ſuita idem ſignificant, quod priuilegia, § 2 q. 12. nu. 2. fol. 777.

Falcem in meſſem alienam immittere non licet, lib. 2. canon. 31 q. 12. ſub nu 59. fol. 555.

Falſificantes litteras Apoſtolicas, eiſdemque vtentes non ſolùm plectuntur excommunicationis pœna, in bulla cœnæ contenta, ſed etiam alijs pœnis, de quibus capit. dura. § adijcientes & cap. ad falſarios. de crim. falſi, lib. 2. can. 8. q. 2. nu. 1. 2. & ſeq. fol. 301. Vbi etiam ſecernitur differentiæ inter bullam ipſam, & dicta iura. Falſificare mandantes litteras Apoſtolicas, fauentes, & conſulentes, an & quando excommunicationem contrahant q 3. fol 304. Falſarij nomen in genere conſideratum comprehendit ſub ſe eum falſo fabricantes litteras Apoſtolicas, tum etiam mutantes eas quocunque modo, ſecus ſi in ſpecie ſumitur. q. 4. nu 1 & 2 fol 306. Falſificare litteras Apoſtolicas quot modis quis poſſit; ibidem. num. 3. Falſarij, an ſint, qui litteras Apoſtolicas ſurreptitie impetrarunt, aut illas aperuerunt, aut ipſis alieno nomine impetratis vtantur, n. 4. 5. & 6. Falſarius proprie non dicitur depoſita inſtrumenta oſtendens aduerſaria. nu. 7. ſic etiam aperiens teſtamentum clauſum; punitur tamen pœna falſi, nu. 9. Non ſic aperiens litteras priuatas, ſed puniturcrimine ſtellionatus, n. 10. Et id etiam ſi litteræ priuatæ eſſent Rom. Pontificis, q. 10 & vlt. nu. 15. fol. 313. & in addit. litt. c. fol. 315. Nec falſarius cenſetur qui litteras Apoſtolicas lacerat, combuſſit; licet veniat grauiter puniendus, d q. 4 nu. 11. fol. 307. Falſo inſtrumento vti non debeo contra peccatem à me falſo inſtrumento, q. 5. nu. 1. & 7. fol. 307. Falſificant litteras Apoſtolicas inuſtas, an in excommunicationem incidat ibidem. n. 2. & in addit. litt. a. fol. eod. Falſitas punibilis tria requirit, nempe dolum, intereſſe partis, & mutationem veritatis, nu 3. Falſificans litteras Apoſtolicas vim non habentes, an & quando excommunicationem contrahat, q 6 per totam. fol 308. Falſitas committitur in ſcriptura quæ probat, ſecus autem ſi fidem non faciat, n. 1. Falſificans litteras, aut ſupplicationes Apoſtolicas in aliquo modico in excommunicationem an incidat, q. 7 per totam, fo. 309. Litteræ, ſeu ſupplicationes Apoſtolicæ dupliciter immutari poſſunt, ibidem, cu. 1. Falſarius eſt, qui mutat reſcriptum

ptum Principis, fieri si nemini noceat, nu. 6. circa fin.
Falsificantes litteras, aut supplicationes Apostolicas, vltra excommunicationem varia quoque poenis plectitur, quæst. 9 fol. 311. Falsificantes litteras aut supplicationes Apostolicas in aliis quoque casibus excommunicationem incurrunt: & aliquando effugiunt de quibus late quæst. 10 & vtr. concl. vnica, cum suis ampl. & limit. fol. 312. & 313. vbi etiam egimus, n. 16. de falsificantibus litteras aliorum Principum: & de falso fabricantibus litteras Apostol.
Fama in antiquissimis plene probat, lib. 2. canon. 4. quæst. 20 n. 17. fol. 281.
Familia armata teneri potest ab Episcopo, & Inquisitore, qui valent illos de familia punire si delinquant, lib. 2. canon. 1. quæst. 33 n. 23. & 24. fol. 259. & in addit. litt. b. fol. 160. Quinam dicantur de familia Inquisitorum, & Episcoporum, n. 25. Famuli conductitij gaudent eodem privilegio, quo gaudent eorum Domini, canon 104. quæst. 3. in additione littera b. fol. 431. Idem dicendum est de Clericorum colonis commensalibus, locus autem de dictis seruientibus, canon. 15. quæst. 8. nu. 6. & 13. fol. 541. & 542. An autem trahendi sint ad Curias tam seculares in excommunicationem incidant, vide ibidem, n. 14 & canon. 18. quæst. 4. & in additione litt. a. fol 680.
Familiares quinam dicantur, canon 9. quæst 37. sub nu. 5. fol 418. Et an offendentes familiares Cardinalium, & aliorum Auditorum in excommunicationem incidant, canon 11. quæst. 10. n. 1. fol 465. & in additione litt. a. fol 466.
Famis ac nuditatis absolutæ necessitate aliorum bona auferens, non peccat, nec dicitur furtum committere, lib. 2. cap 2 quæst 4 n. 1. folio 35. & lib. 2. canon. 3. q. 13. n. 17. fol 337.
Fauere dicitur, qui cum possit, manifesto facinori desinit obuiare, lib. 1. cap 2. n. 6. folio 29 An talis dicatur, qui non potest obuiare, nisi resistentem interimat, in addit. litt a fol 28. Fauor non est formaliter consilium, lib. 1. can 1. quæst. 32 num. 5. fol 154. Fautores, ac defensores hæreticorum, vide infra, ver. Receptator hæreticorum, & vbi Hæretici. Fauentes, auxiliantes, & consiliantes ad appellandum a sententijs Rom. Pontif. ad futurum Concil. generale, quando excommunicationem incurrant, can. 1 quæst. 7. n 33 cum plur. seq. fol. 221. Fauor, auxilium, & consilium sunt diuersi influxus, in addit. litt. b. fol. 123. & canon. 3. quæst. 1. n 3. fol. 524. Fauor Piratis qualiter impendatur, & quinam dicantur eorum defensores, ibidem, a nu. 2. vsque in fin. Et an fautores, ac defensores Piratarum excommunicentur principaliter, vel accessorie, quæst. 12. n 3. fol. 234. Fauentes, consilium, & auxilium dantes, vt excommunicationem contrahant, eorum auxilium, consilium, vel fauor dabent influere in effectum, quæst. 13 n. 28. fol. 239. & can. 11. quæst. 17 n. 5. fol. 472. Fauere non dicitur infidelibus, qui defenderet aliquem, qui arma ad Saracenos detulit, ne ad manus iudicis veniat examinandus, canon 7 quæst. 16 sub n. 9. in fin fol. 336. Fautoris appellatione non venit defensor, sed bene è contra, d. can. 1. quæst. 32. n. 1. fol. 153.
Fœmina virgo præsumitur, nisi contrarium probetur, lib. 2. canon. 15. q. 4 n. 2. fol. 534.
Ferri appellatione quæ veniant, lib. 2. canon. 7. quæst. 21. fol. 344.
Feudum quando conceditur francum à Principe laico, Ecclesiastico: aut a S. P. laico, ab eorum sententija ad quem appellatur, lib 2. canon. 15. quæst. 11. n. 78. & 79. fol. 559. Et quando feudum dicitur francum, n. 80. feudum appellatur beneficium seculare, sicut Comitatus, Ducatus, &c. canon. 17. quæst 9. n. 2. fol. 655. Feudalia causæ non cognoscuntur, nisi a directo Domino, etiam si feudatarij sint ecclesiastici, d. canon. 15. quæst. 11. nu. 69 fol. 558. Feudum in quibus rebus consistere possit, ibidem, num. 73. Feudatarij sui iurisdictionem quamuis Princeps de plenitudine potestatis possit modificare, id tamen non potest quoad feudatarios ecclesiasticos, ibidem, d n. 69. Feudorum consuetudines ligant Clericos feudatarios principis secularis, n. 72. Ecclesia per felloniam feudum perdere non potest, n 84. Feudatarij Ecclesiastici tenentur soluere collectas quotescunque agitur de feudis, pro quibus, non soluti militare seruitium, can. 18. quæst. 1 o. n. 1. fol. 676. Feudum si seruitium expetit, ecclesia potest seruire per substitutum, d. can. 15. q. 19. n. 59. fol. 613.
Fictio idem operatur, quod veritas, lib 2. can. 15. quæst. 19. n. 59. fol 613. Fictus, & interpretatiuus intellectus non habet locum in statuto, & in excommunicatione, sed verus, can. 9. quæst. 8. sub n 15. fol. 399.
Fida pro pacis nu, & quando solus debeat, etiam ab ecclesiasticis, lib. 2. canon. 15. quæst. 17. n. 50. 51. & 52 fol. 592. Fidæiussor vt imponi possit, exigitur animum, & singulorum Cinium consensus, quæst. 17. n. 9 fol. 628.
Fidei confessionis præceptum est Diuinum, licet non obliget semper ad semper, lib. 2. can. 1. quæst. 22. in add. litt. a. fol 126. Ad fidem directe pertinent articuli fidei, indirecte vero omnia, ad quorum abnegationem, & corruptionem sequitur abnegatio, n. 4. & 5. fol. 121. & late in addit. litt. b. fol. 126. Fides est assensus verus, & certus, licet obscurus, quæst. 23. n. 2 & in addit. litt. b. fol. 128. Fides est radix, ac fundamentum orationis, lib. 2 cap 4. quæst. 4 n. 7 fol. 61. Fidei mysteria non credentes ex ignorantia licet non sint hæretici peccant tamen mortaliter d. 2. can. 1. quæst. 19. n. 4 fol 115.
Fideles ipsosmet bona fide dehum, cum quibus non est bellum, peccant mortaliter, & ad restitutionem tenentur, lib. 2. can. 4 quæst. 5. n. 7. fol 249. Fidelis quænam teneatur edisceie, alias non saluabitur, lib. 2. canon. 1. quæst. 19 in addit. litt a fol. 116. Fidales ab infidelibus iudicari prohibuit Apostolus, lib. 2. can. 15. q. 18. sub n. 6 vers. confirmatur, fol. 596.
Filiorum appellatione an veniant nepotes, lib. 2. can. 1. q. 45. n. 4. fol. 172. Filius non potest exheredari a Patre, nisi vna ex quatuordecim causis concurrat, can. 15. q. 2. n. 2 fol. 520. Filius, an & quando possit Religionem agredi ad inhuaniendum Parentibus d. can 1. q. 17. nu. 21. fol. 109. Filij hæreticorum, & eorum receptatorum, &c. vide infra, sub ver. Hæretici Filiorum appellatione licet de iure veniant nepotes, non tamen ex communi vsu loquendi, quæst. 45. n. 4. fol. 178. Filius si vitium ingratitudinis committat, & ingrediatur Religionem non potest à patre exhæredari, can. 15. q. 17. n. 7. fol. 589.
Finis loria cuiuslibet naturæ limitus non egreditur; & propterea est fœlicitas quædam naturalis exacta, ac perfecta non simpliciter, sed quantum in humana communitate obtineri potest lib 1. cap 1. q. 1 sub n 4. fol. 1. Finis ecclesiasticæ legis est felicitas supernaturalis, & æterna, ibidem. Finis rationalis creaturæ est beatitudo æterna, q. 3. nu. 2. fol. 14. Finas plures principales habere quis potest in aliqua re agenda, lib. 2. can. 10. q. 8. num 10. fol. 440.
Fiscus an teneatur soluere debita hæretici, vel alterius delinquentis, cuius bonorum dominium est et acquisitum, contracta post crimen commissum, lib 2. can. 1. q. 27 n. 51. fol. 144.
Fœnerari non licet, nec quidem pro redemptione captiuorum, lib. 2. can. 3 q. 13. n. 6. fol. 236.
Forma dat esse rei, lib 1. cap. 1. q. 4. num. 2. fol. 13. An & quando prætermissa virtute actum, ibidem in add, litt. a. fol. 24.
Formaliter, & eminenter in naturalibus, in moralibus se habent sicut tacitum, & expressum, lib. 2 can. 7 q 23. n. 5. fol. 348.
Fornicationis actus non est ex professiuus hæresis, quam in monte habet fornicatiua existimans fornicationem non esse peccatum, lib. 2. can. 1. q. 14. n. 16. fol. 131.
Fortuna est insidiatrix hominis, & muisibile bellum est fortis, cito deposuit, quod dedit: cùm blandiuntur venit captum. Citius reperitur, quam retinetur: quem animum fouet, illum tutum facit, nbesse nulli contenta est semel, lib. 2. can. 9. q. 3. n. 1. & 2. fol. 415.

Forum internum diuiditur in forum conſcientiæ, & in forum pœnitentiale, lib. 5. §. 2. q. 1. n. 15. fol. 710. Et ſic forum internum non ſemper intelligitur forum ſacramentale, q. 11. n. 50 fol. 716.

Franciſcus de Ponte, præſbyter Ordinis noſtri Cler. Reg. commendatur, lib. 2. can. 15. q. 15. n. 7. fol 538.

Fraterna correctio iure Diuino præcipitur, & quibus caſibus omitti poteſt, lib. 2. can. 11. q. 19. ſub num. 11. fol 475.

Fratres, & ſorores Tertij Ordinis S Franciſci, & S. Dominici, qui domi viuunt extra Congregationem, an & quando gaudeant priuilegio fori, & canonis, & dicantur perſonæ Eccleſiaſticæ, lib. 2. can. 15. q. 3. n. 3. fol. 531 & latius in add. lit. d. fol. 532. & 533.

Fructus, redditus, & prouentus eccleſiaſticos ſequeſtrantes, in excommunicationem noſtræ Bullæ incidunt, lib. 2. can. 17. q 2 & 3 fol. 645. & 646. vbi ponitur differentia inter d. can. 17. & can. 11. Concil. Trid. vide infra, ver. Sequeſtrantes. Fructus reditus, & prouentus appellatione quæ veniant, q. 4. per totam, fol. 649. & 650. & in add. lit. a. b. & c. fol. 651.

Frumenti tranſportatione à Ciuitate prohibita, cenſetur etiam prohibita farinæ, lib. 2. can. 7. q. 22. nu. 2. fol. 345. Frumenti modium pluris vendens quam à lege illius pretium fuerit taxatum, an & quando peccet, & teneatur ad prætij reſtitutionem, lib. 1. cap. 5. q. 6. nu. 18. fol. 50. Frumenti prætium à ſtatu ſæculari taxatum, an & quando eccleſiaſtici teneantur ſeruare, lib. 2 can. 15. q. 18. n. 44. fol. 602.

Fruſtra inuocat legis auxilium qui committit in legem, lib. 2. can. 10 q. 15. n. 5. fol. 448.

Fugitiui, ac vaghi Regulares an ſin ab eorum Prælatis requirendi, lib. 2. can. 1. q. 17. n. 21. & 20. fol. 180.

Funerum pomparum taxatio lege Solonis reperitur facta & lege 12. tabul damnatur exceſſus, lib. 1. cap. 15. q. 18. num. 44. fol. 602. Funerum expenſæ pro Prælato mortuo, an & quando debeantur à Prælato ſucceſſore, aut hæredibus defuncti, q. 19. n. 8. & 9. fol. 608.

Furtum quid lib. 2. can 4. q 9. ſupra nu. 1. fol. 256. Furtum committit gallinam ſurripiens, vt ex ea habeat ouum, ibidem, n. 3. fur comprehenſus cum furto in territorio in quo furtum non commiſit, ratione nouæ contrectationis ſortitur furtum, q. 12. n. 1. & ſeq fol. 250. Furtum à rapina qualiter differat, can. 10 q 3. n. 1. fol. 435. Furtum non tantùm dicitur committere qui furatur; ſed etiam qui detinet, & non reſtituit, can. 17. q. 15. ſub n. 3. fol. 660. Furti actione tenetur qui res furtiuas à fure habitas, recepit, can. 5. q. 14. n 5. fol 240. Fur aliquando dicitur, qui deuenerit ad aliquem actum furripiendi, etiam furto non ſecuto, ibidem, n. 7 Fur detinendo rem furtiuam dicitur continuo furari, can. 4. q. 12. n. 9. fol. 259. Aſportando furtum in alienum Territorium, ibi forum ſortitur ratione nouæ contrectationis, ibidem, n. 10. furtiuæ quoque res, & quæ vi poſſeſſæ ſunt, ſi concurrat bona fides cum iuſto titulo, præſcribitur ſpacio 30. vel 40. ann. q. 21. n. 13. fol. 273. Non tamen viucapi poſſunt à rapere, vel fure, nu. 20. Furtiuam rem emens exiſtimans furtiuam non eſſe, licèt non peccet; tamen ſuperueniente ſcientia, tenetur eam reſtituere, nec pretium recuperabit, can. 15. q. 11. nu. 10. fol. 551. Niſi res ipſa durante bona fide, perear, aut alienet, ibidem, n. 16. Furto, vel rapina ſpolians in Rom. Curia excommunicantes, an & quando excommunicationem incurrant, can. 9. q. 33. n. 5. fol 424. & can. 12. q. 7. nu. 3 fol. 488.

G

GAbella multis modis ſumitur, & ſignificat quodcunque tributum, ac includit etiam pedagium, & guidagium, lib. 2. can. 5. q. 4. n. 4 5. & 6. fol. 28. vide infra, ver. Pedagium. An & quando imponi poſſit non ſolũ pro rebus, quæ mercimonij, ſeu negotiationis cauſa deferuntur, ſed etiam pro rebus, quæ deferuntur ad proprium vſum, q. 5. num. 5. & 6. & in addit. litt. a. & b. fol. 282. & 283 A quibus imponi valeat, in quibus caſibus, & an & quando ab eccleſiaſticis exigi poſſit, n 7. & q. 6. fol. 284. & q. 10. fol. 290. Quando requiratur licentia Rom. Pontif ad eam imponendam. q. 7. fol. 288. An exactores gabellarum, & aliorum tributorum inuſtotum, excommunicationem contrahant, & ad reſtitutionem teneantur, q. 10. & 11. fol. 290. Gabellas, & alia tributa fraudare, an & quando ſit licitum, q. 12. fol. 293. & 294. Gabella eſt pars pretij: & an ſi imponatur ementibus, ſit contra libertatem eccleſiaſticam, canon. 18. quæſt. 17. in addit. littera a. fol. 683. vide ſupra. ver. Collectas.

Galliæ Rex non modo eſt Princeps: ſed etiam priuatus Dominus feudorum, lib. 2. canon. 15. quæſt. 19. num. 74. fol. 614.

Generalis diſpoſitio nunquàm comprehendit caſus, & perſonas in ſpecie priuilegiatas. li. 2. can. 15. q. 19 n. 85. f. 616. Nec comprehendit, quod in ſpecie diſponi non poteſt, n. 86.

Græcorum errores enumerantur, lib. 2. can. 1. q. 50. n. 2. f. 286. Et an ſint formaliter hæretici, in addit. littera a. fol. 187.

Gratia non exigit ad ſui eſſentiam ſcripturam: ita vt ſcriptura deperdita, poſſit probari per teſtes, lib. 1. cap. 5. q. 4. n. 8. 9. & 12. fol. 8 t. & 81.

H

HAbitatio quid ſit, & quomodo a domicilio differat, vide ſupra, ver. Domicilium. Habitantes cum Religioſis, non mutato habitu quamuis omnia bona ſua Monaſterio dederint; non tamen dicuntur perſonæ eccleſiaſticæ, licèt eorum bona gaudeant priuilegio eccleſiæ, lib. 2. can. 15. q. 3. n. 4. fol. 531.

Habitus adeo debet eſſe affixus oſſibus Monachorum, vt in quocunque loco conſiſtant, aut quieſcant, etiam in cella, aut in balneis, eo ſemper vti debeant, lib. 2. can. 8 q. 19. ſub num. 4. 5. & 6. fol. 109 in fine, & 110. An & quando Religioſus temerè dimittens habitum, ſit excommunicatus, n. 5. 6. & 17. Et an idem dicendum ſit de Clerico in ſacris habitũ dimittente vagandi animo, n. 18. Habitus non facit Monachum, d. can. 1. q. 16. in add. litt. b. fol. 108.

Hæres non faciens inuentarium naturali iure non tenetur vltra vires, lib. 2. can. 4. p. 18 n. 13 in fine, fol. 166. Non poteſt præſcribere rem, quam defunctus mala fide poſſidebat; ſecus autem ſingularis ſucceſſor, q. 21. num. 28. fol. 274. Hæredem inſtituens amicum, vt hæreditatem illo ſuo ſpurio reſtituat, an & quando peccet, & valeat inſtitutio, can. 1. q. 27. n. 42. cum plur ſeq f. 143. Hærede inſtituens hæreticum, vide infra ſub ver. Hæretici. Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni ſi conſtat de libera voluntate teſtatoris, poteſt tuta conſcientia hæreditatem ſibi appropriare; licèt in iudicio obtinere illam non poſſit, lib. 3 §. 8 q. 2. num. 24. & 44. fol. 806. & 809 Hæres licèt in foro iudiciali nó teneatur ſoluere legata facta in teſtamento minus ſolemni; ad ea tamen tenatur in foro conſcientiæ, ſi conſtet de libera voluntate teſtatoris, ibidem, n. 25. Hæredem inſtituens hæreticum, & quando in excommunicationem incidat, lib. 1. cap. 8. q 3. n 97. cum plur. ſeq. fol. 18.

Hæreſis, & hæretici definitio traditur, lib. 2. can. 1. q. 20. n. 1 2. & 4. fol. 116. & 117. Hæreſis quamuis conſumetur in intellectu; nihilominus initium habet à voluntate, q. 24. in addit. litt. a. fol. 133 Sicut non datur ſine errore in intellectu, ita non datur ſine pertinacia q 25. nu. 1. fol. 135. Hæreſis ſuſpicio triplex, leuis, magna, ſeu vehemens, & maxima, q 33. n. 5. cum plurib. ſeq f. 118. Hæreſis diuiditur in internam, & externam, ſicut hæreticus: & interna qualiter manifeſtetur, d. q. 20. n. 14. 15. & 16. fol. 117.

Hæreticus quis, quotuplex, & vnde dicatur, lib. 2. can. 1. q. 21

INDEX.

q 20. per totam, fol. 115. & 116. Quisnam dicatur externus, & quis ioternus, ibidem, nu. 11. Quis affirmatius, & quis negatiuus, nu. 17. & 18. Quis relaptus, & quinam habeatur pro relapſo, a num. 19. vique ad finem. Hæreticus dici non poteſt, qui non eſt baptizatus, q. 21. n. 3. fol. 119 & in addit. litt. a. fol. eod. An talis dicatur Catheeumenus, qui receſſit a fide, nu. 4. Hæretieus impropria dicitur quilibet infidelis, nu. 5. Idem dicendum eſt de baptizato, qui putat baptiſmum ſuſcepiſſe, & recedit a fide, num. 7. Et de baptizato apud hæreticos, quia cùm ad vſum rationis peruenerit, tanetur errores deteſtari, d. nu. 7. ver. 1mo. Hæraticus, vt quis dicatur, deber habere errorem in intellectu fidei Catholicæ contrarium aum partinacia. q. 21. nu. 1. & 3. fol. 121. Vnde hæreticus non eſt, qui metu mortis affirmat aliquid fidei Catholicæ contrarium; licet peccet mortaliter, nu. 3. & in eddit litt. e. fol. 126. vbi larc oſtenditur, præceptum confeſſionis fidei eſſe diuinum. Hæreticus, an & quando quis dicatur, ſi ex ignorantia errorem habeat in intellectu, in addit. litt. b fol. 126. An hæreticus ſit is, qui negat Papam legitime electum eſſe verum Papam, ibidem. Hæretici ſunt non ſolum articulos fidei abnegaotes; ſed etiam errorem, ſacræ Scripturæ eootrarium, defendentes: eut viuram non eſſe peccatum: aut Chriſtum cum Apoſtolis nihil in proprio, val in communi doccotes, & contradicentes omnibus alijs, quæ ab Eccleſia de hde tenanda conſtitutum ſit, nu. 6. & in addit. d. litt. e. Non tamen dicitur hæreticus, qui aſſarit aliquidpertinaciter, quod ab aliqua particulari Ecclaſia fuit damnatum, aut a Dao fibi reuelatum, nu. 7. Nec blaſphemus, atiam ſi hereticalas blaſphemias proferat, nu. 9. vide ſup. a ver. Blaſphemia. Hæretici, an & quando dicantur Magi, Necromantici, Maleficæ, Strigæ, & alij ſimilas, nu. 31. cum plur. ſeq. & nu. 68. & 69. Hæreticus dicitur dubius in fide, q. 23. nu. 1. & in add. litt. e. fol. 168. Et qui opinionem tantùm hebet da aliquo articulo fidei, ibidem, nu. 4. & 5. Hæreticum non faciunt primi motus infidelitatis: nec hæreticus dicitur, qui voluntarie dubitat, ſi paratus ſit aortigi, nu. 6.

Hæreticus puré mentalis, ieu ioternus eſt vera hæraticus, lib. 2. can. 1. q. 24 ſub nu. 1. & 9. fol. 129 & 131. Non tamen incidit in cenſuras, & pœnas contra hæreticos latas, ibidem, ſub nu 3. verſ. His tamen. Differt ab hæretico occulto, nu 4. Et quibus actibus cenſeatur manifeſtare hæreſim intrarnam, ita vt in excommunicationem incidat: concl 1. 2. & 3. & in addit litt. d. fol. 134. Hæreticus nó dicitur, niſi ſit pertinax, q. 25. ſub n. 1. fol. 135. vbi num. 2. multi modis quis dicitur pertinax, & q 37. concl. 1. fol. 208 Hæreticorum credentes quinam ſint; & an ſint formaliter hæretici, q. 26. nu. 1. & 2. fol. 137. Hæretici, & eorum credentes ſunt excommunicati; ſicut eorum fautores, ee defenſores, q. 27. num. 1. & 2. fol. 140. Efficiuntur irregulares pœnitantes poſt abiurationem; noo tamen ſi tantùm interni ſint. num 4. cum plur. ſeq. In qua ſolus Papa diſpenſat, exceptis quibuldam caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus, nu. 10. & 11. Efficiuntur infames. n. 12. & 13. Repelluntur à dignitatis, honoribus, publicis officijs, priuilegijs, & omni legitimo actu: & aorum debitores liberantur, nu. 14 & 15. Si Clerici ſint priuantur beneficijs ipſo iure, num. 16. Poſſunt ab alijs impetrari. n. 18. & 19. Non ſic ſuſpecti da hæreſi, & hæreticorum iaceptaroras, & defenſoras, ou. 20. 21. & 22. Hæreticorum filij qualiter puniantur, nu. 23 cum plur. ſeq Hæratici pœnitentes, an & quando bona aorum Fiſco addicta recaperãt. & eorum filij in ipſis ſuccedant. num 56. Hæreticum, temerarium, & arroneum, quomodo differant, lib. 2. can. 1. q. 19. nu. 1. fol. 125.

Hæreticorum bona qualiter ſint Fiſco addicta, lib. 2. can. 1. quæſt. 27. num. 31. fol. 142. & in addit. litt. d. fol. 145. An in foro aonſcientiæ ſint Fiſco ab hæreticis tradenda, num 47. Alienata an poſſint à Fiſco vindicari, ſub nu. 48. & in addit. litt. d. & litt. o. fol. 145. & 146. Et an Fiſcus tenaatur debita hæreticorum ſoluere, num. 51. Hæretlcorum vxores an dotes perdant, nu. 53. Hæretici, aorum credentes, receptatores, fautores, &c. priuantur eccleſiaſtica ſepultura, nu. 54. Puniuntur pœna capitis, maximi ſi ſint ralaxi, n. 55. & 56. Et animm hæretici relaxi hbſque ſpe veniæ tunt Curiæ ſæculari tradendi, d. can. 1. q. 13. fol. 106. Et ſi poſt mortem quis comprendatur hæraticus, declaratur excommunicatus, d. q. 27. nu. 101. Hęretieorum receptatores, qui dicantur, q. 28. nu. 1. fol. 146. Quot cooditiones exigantur, vt excommunicationam contrahant. num. 6 Quibus caſibus excuſentur, num. 12 cum plur. ſeq. Hæraticorum conſanguinei, & affines raaeptantes hęraticos mitius puniuntur, q. 29. fol. 148. Hęretici, fautores, defenſores, receptatoras, &c. Excommunicantur æque principaliter, & non acceſſorie, q. 31 nu. 2. & in addit. litt. a. fol. 152. & 153. Hęraticorum fautores, ac defenſoras, qui propria dicantur, q. 32. nu. 1 & per totam. fol. 155. & q. 37. & vlt. concl 1 & 2. cum ſuis ampl. & limit. fol. 208. & 209. Hęreticus ſi tradatur Curię ſęculari, & Iudex ſciet aſſa innoceotem quid agere debeet, d. q 32. nu 16 Hæreticus dabet eb omnibus diminoj, & humano iure denunciari; atiam ſi pater ſit, vel filius, ibidem, in eddit. litt. a. & b. fol. 156. Non tamen debet denunciari hęreticus ab eo, qui illius hęreſim nouarit in confeſſione, vt in d. addit. litt. c. Hæreticorum receptaroras, fautores, defenſores, & his ſimiles, quibus pœnis afficiantur, q. 33. per totam. fol. 158. & 159. Hæreticorum libros lagere, an ſit intrinſaee malum, q. 34. num. 4. fol. 161. Et an & quando eos iegenies, retiooates, ac defendantes in excommunicationem incidant, vide infra, ver. Libros hæraticorum.

Habræi tanentes libros Talmud, & alios prohibitos, quibus pœnis afficiantur, vide infra. ſub ver. Libros hæreticorum, & lib. e. can. 1. q. 35. nu. 8 fol. 163. Habræorum; libri explicationem Scripturæ ſacræ dumtaxat contioentes, nullo iure prohibentur, ibidam, n. 10.

Herminilgidi mart. hiſtoria refertur: & cur potius mori elegerit, quam ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramantum ab Arriano Epiſcopo ſumere, lib. 3. can. 1. q. 18. num. 2. & 13. fol. 113. & 115.

Homicida quis dicitur, atiam ſi vnũ tantùm homicidium committet, lib. 2. can. 3. q. 8 fol. 232. Homicidium ſub certa pęna prohibens, intelligitur da voluntario, can 9. q. 9. nu. 3. fol. 400. Homicida quis dicitur, etiam ſi iaorum vulnaret, vt occidat, licet non occidat, q 10. nu. 3. fol. 402 Homicida, vt quis dicatur, ſecuta morte vulnerati, quæ requirantur, num 5. Homicida, an & quando quis dicatur, qui aſt cauſa mortis, nu. 8. Homicide propria non dicitur vulnerans lauiter; etiam ſi animum occidandi habeat, nu. 11. Homeidium quando dicatur directé voluntum, q 12. num. 2 fol. 405. A pluribus commiſſum io rixa, qualiter puniatur, ibidem, num. 3. cum plur. ſeq. Homicida cenſetur, qui vltimo leuiter vulneraoit, læthaliter eb alio vulnaratum, ſi vi vltimi vulneris ſiat in interierit, q. 13. nu. 1 fol. 406.

Homo Chriſtienus, rationis compos, contumax, & ſubditus, eſt ſubiectum cuiuſcunque cenſurę, atque ideo dęmones, bruta, infantes, amantes, infideles, & enima ſeparata fruſtra excommunicantur; lib. 2. cap. 1. à num. 84. vſque in finem, fol. 17. Homo, peccator non fruſtre dicuntur: quia peccator eſt, corripe: quia homo eſt, miſerere, lib. 2. can. 1 q. 28. nu. 13 fol 147. Homo an veniat appallatione bonorum for tunæ: & ao ſi ſit ancillę partus veniat fructuum appellatione, can. 9. q. 23. num 2. & 3. fol. 415. Hamo aſt digniſſimus omnium creaturarum ſublunarium, nu. 12.

Honoris cauſa multo plura, & maiora fiunt, quàm amoris furore, lib. 2. can 1. q. 29. nu. 11 fol. 150.

Horæ canonicæ qualiter fiat attentè, ac deuotè recitandæ ex præcepto Eccleſiæ. lib. e. can. 1. q 24 ſub num. 2: verſ. accedit, fol. 130. & latè in addit. litt b. fol. 133. vbi etiam agitur da attantione la Miſſa dum auditur.

Hoſpitalia, & Confraternitates dupliciter conſtrui contingit, lib. e. can. 15. q. 7. nu 2 fol. 541. An & quando dicantur loca pie, & eorum Rectores perſonæ Eccleſiaſticæ, n. 3. & 4. & in addit. litt. a. & b. fol. 543.

INDEX.

Hoſtilitet inſequi quid ſignificet, lib. 2. can. 11. q. 5. nu. 1. & 10. fol. 459.

I

Iacob Patriarcha defenditur à mendacio, lib. 1. cap. 2. q. 1. ſub nu. 11. fol. 30.

Idem verbum ad diuerſa relatum, diuerſimodè ſumitur, lib. 3 §. 2. q. 2. num. 22. fol. 724. Idem operatur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito, lib. 2. can. 6 q. 10 nu. 20. fol. 314.

Idolatra qui proprie dicatur, lib. 1. cap. 4. q. 4. n. 21. fol. 62.

Ieſuitæ, & ſi ſimplicia tantùm vota emittant; ſunt tamen verè Religioſi: & ſi temere à Religione recedant, dicũtur apoſtatæ, lib 2. can. 1. q. 16. nu. 5. fol. 107.

Ignorantia probabilis ſi excuſat a lethali culpa, excuſat etiam à cenſura lata ob talem culpam, lib. 2. cap. 1. q. 3. nu. 47. fol. 15. Ignorantia pœnæ, an & quando excuſet à pœna, cap. 2. q. 5. ſub num. 30. fol. 41. & in addit. litt. 2. fol. 42. Ignorantia multipliciter diuiditur, ibidem, nu. 4. An & quando excuſet à cenſuris noſtræ bullæ, & ab alijs, nu 5. 14. 15. 20. & 21. Non excuſat Epiſcopum à ſuſpenſione, Clericum alienum ordinantem citra proprij ordinarij licentiam, n. 10. Non excuſat ab eo, quod ex officio quis ſcire debet, nu. 11. Ignorantia inuincibilis facit actum inuoluntarium, & excuſat à peccato, n. 16. An profit quoad forum externum, aut quoad actus nullitatẽ, n. 17. An & quãdo excuſet ab excõmunicatione percutientem Clericũ, quem putabat eſſe laicum, nu. 22. Et an æquiparetur inconſiderationi, num. 26. An & quando excuſet à bigamia, & ab irregularitate, n. 27. & 28. An excuſet à pœna legis, ſtatuentis, ne quis acquirat aliquam iuris facultatem, nec faciat fructus ſuos, &c. num. 29. An & quando excuſet, leges, & conſtitutiones ignorantes, nu. 32. An excuſet impuberes ab excommunicatione, nu. 1. ver. Quarto, &. nu 34. An excuſet percutientem Clericum, ignorantem excommunicationem latam contra percutientes clericos, num 35. An præſumatur, lib. 1. cap. 3. q 6 ſub nn. 26. fol. 51. Ignorantia craſſa, ſeu affectata non excuſat, lib. 2. canon. 1. q. 28. ſub nam. 2. & 9. fol. 147. Et equiparatur ſcientiæ, can. 6. q. 2 nu 6. fol 302. Probabilis vero excuſat etiam raceptantem hæreticum: & cui incumbat probandi onus, nu 8. cum plur. ſeq. Craſſa an excuſet legentes libros hæreticorum, d. can. 1. q. 36. per totam fol. 107. An excuſet in vniuerſum à quibuluis pœnis quando ſcientia petitur, num. 4. 8. 15. cum plur. ſeq. Et quid dicendum ſit de ignorantia affectata, vel cõcomitante, q. 37. & 38 fol. 169. & 170. Ignorantia præſumitur, vbi ſcientia non probatur, d. can. 6. q. 2. nu. 10. fol 302. Quę regula limitatur, ibidem num. 13. Ignorantia probabilis, quot modis probetur, can. 9 q. 37. ſub num. 25. fol. 431. Ignorantia iuris etiam probabilis ſatis non aſt ad præſcriptiones; ſecus autem ignorantia facti, can. 4. q 11. nu. 7. fol. 257. Ignorantia probabili non præſumuntur iaborare electores in eligendo Prælato, d. can 6. q. 2. nu. 14. fol. 302. Ignorantia probabilis cenſurarum bullę cœnæ, licet excuſet a cenſuris in foro interiori; non tamen excuſat in foro exteriori quoad iuris præſumptionem, & nullitatem actus, lib. 3. §. 7. quæſt. 2. nu. 5. fol. 797.

Illuſtres perſonæ comprehenduntur ſub verbo generali, ac generali conſtitutione, ſiue ſæculares ſint, ſiue eccleſiaſticæ, lib. 2. can. 8 q 10. nu. 3. fol. 385.

Imagines Crucifixi, & Sanctorum percutientes, ſi errorem non habeant in intellectu non ſunt hæretici, lib. 2. can. 1. q 21. n 5. fol. 521.

Immemorabilis, ſeu longiſſimi temporis poſſeſſio aliquãdo deuotat conſuetudinem præſcriptam, & non præſcriptionem per ſe ſumptam, lib. 1. can. 4. q. 10. num. 6. fol 256.

Immunitas eccleſiaſtica an ſit de iure diuino, naturali, aut humano, lib. 2. can. 15. q. 18. fol. 594. & 595. & ſeq. & in addit litt. 2 fol. 604. Immunitate gaudere eccleſiaſticos, declarat Conſtantin. Imperator his verbis. *Vos à nemine iudicari poteſtis; quia ad Dei iudicium reſeruamini*, ſub num. 7. Immunitatis eccleſiaſticę nomen eſt antiquiſſimum Eccleſię Dei, num. 25. fol. 599. Soluuntur argumenta in contrarium, num. 27. cum plur. ſeq. fol. 600. 601. & 602. Immunitas eccleſiaſtica non fuit primo conceſſa à Iuſtin. Imper. ſed fuit ab initio naſcentis Eccleſiæ, nu. 45. Immunitas eccleſiaſtica non violatur per pacta, ſed per ſtatuta, q. 19. nu 94. fol. 617. Immunitate an gaudeat Eccleſia, vt templum eſt, itaut ad eam confugientes, non poſſint extrahi, vide ſupra, ver. Confugientes ad Eccleſiam.

Impedire potens delictum, ſi non impediat, an aliqua pœna veniat puniendus, lib. 2. can. 7. q. 17. nu. 23 cum plur. ſeq. fol. 340. & 341. Habet contra ſe præſumptionem doli, nu. 30. Impedientes, ſeu inuadentes deferentes victualia, & alia ad vſum Rom. Curię pertinentia, excommunicatur plur. conſtit. Pontif. deſuper editis, canon. 8. q. 1. num. 1. & 2. fol. 378. Excuſantur tamen, ſi victualia conſiſtant in parua quantitate, in addit. litt. 2. fol. 379. Impedire, & inuadere quid ſint, q 2 nu 1 fol. 380. Et an impedire dicatur victualia, qui non vult ea vendere, ne ad Rom. Cur. deferantur, nu. 2. Impediri multipliciter dicuntur deferentes victualia ad Rom. Cur. num. 3. Impedientes deferentes victualia, &c. ad Rom. Cur. in excommunicationem incidunt, non ſolùm ſi dolo malo; ſed etiam ſi lata culpa impediant, nu. 5. & in addit. litt. c. fol. 380. Et an in dubio impadimentum cenſeatur illatum bona fide, in addit. litt. d. fol. 381. Et quid de mandantibus impedire huiuſmodi deferentes. q. 3. fol. 381. & q. 8. fol. 384. & de dantibus conſilium, q. 9. fol. eod. Et an Dominus Ciuitatis impediens aliunde deferentes victualia ad vſum Ro. Cur. vt remaneant in Ciuitate ſua, maxima penuria laborante, excommunicationem incurrat, q. 4 fol. 381. & in add. litt. a. fol. 382. Quænam deſeruiant vſui Rom. Cur. q. 5. nn. 4. fol. 382. Impediri, prohiberi, & perturbari, quomodo differant, q. 7. nu. 1. fol. 383. vide q. 10 & vlt. concl. vnica cum ſuis ampliat. & limit. fol. 385 & in addit. litt. a. b. c. d. e. f. g. h. i. fol. 386 & 387. vbi latè explicatur, an & quando impedientes, vt ſupra excommunicationem contrahant, nec non alias pœnas.

Impediri Prælatos eccleſiaſticos, ne eorum iuriſdictione vtantur, quot modis contingat, lib 2. can. 16. q. 1. nn. 3. fol 625. Impedientes Iudicem eccleſiaſt. publicè excommunicatum & denunciatum, ne ſua iuriſdictione vtatur, in excommunicationem non incidunt, ibidem, num 3. ver. Hinc infertur. Idem dicendum eſt, ſi Iudex velit exercere iuriſdictionem in nõ ſubditum, aut poſt appellationem legitimè interpoſitam, ibidem, ver. Sic etiam, & ver. Idem. Impedientes ordinarios Prælatos, quominus iuriſdictione vtantur viſitationis tempore, excommunicationem noſtræ bullæ incurrunt, q. 2. per totam, fol. 635. Impediri ordinarios directè, vel indirectè, ne iuriſdictione ſua vtantur, quando dicatur, q. 3. fol. 635 & in addit. litt. a fol. 636. Impedientes ordinarios Prælatos, vt ſupra, vt excommunicationem contrahant, an exigatur, vt id agant auctoritate publica, vel ſatis ſit, ſi priuata, q. 4. fol. 636. & in addit. litt. a. fol. eod. Et quid dicendum ſi impedimentum inferatur eccleſiaſticis in delictis, & canſis mixtis, q. 5. fol. 636. & 637. & in addit. litt. a. fol. 637. Impedientes Prælatos, & Iudices eccleſiaſticos ordinarios, quominus eorum iuriſdictione ordinaria vtantur, an & quando in excommunicationem noſtræ bullæ, late habetur, q. 7. & vltim. concl. 1. quæ multipliciter ampliatur, & limitatur, fol. 640. & 641 & in addit. litt. a. b. c. d. e. f. fol. 643.

Impediti vi bullæ cœnæ non prohibentur abſolui à caſibus, & cenſuris in ea reſeruatis; at vi decreti Clemen. VIII. prohibentur abſolui extra mortis articulum, lib. 3. §. 2. q. 1. nu. 14. fol. 717. Quod quomodo procedat, latè habetur, q. 2. nn 18. cum plur. ſeq. fol 740. & nu. 38. & in addit. litt. b. fol. 746. Impediti legitimè quinam dicantur. vt abſolui poſſint à reſeruatis S. P. etiam extra mortis articulum, d. q. 8. nu. 1. & 2. fol. 737. An tantùm Epiſcopi, & non alius Sacerdos poſſit abſoluere impeditos,

INDEX.

ditos,ibidem, num.28. & 30. Impediti licèt poſt abſolutionem iuſceptam a aeternatia S. P. teneantur ſe præſentare,alias in excommunicationem reincidunt; tamen in multis caſibus non teneantur, vt late habetur,quæſt.10.per totam,fol 749. 750. & 751. quæ per quatuor conſ.ſufficienter explicatur. Vide ſupra, ver. Abſolutio.

Imperator cur ſeipſum antiquitus appellabat ſernum, lib.1.cap.5.quæſt 3.num.2. fol.80. Cui fuerit appellatus Alexander Imperator à Diogene, ſeruus ſeruorum eius, num. 4. Imperatores Gentiles erant etiam Pontifices, lib.2. can.15. quæſt 19 num.77. fol 614. Imperator filius eſt,non Præſul Eccleſiæ,quod ad Religionem pertinet, diſcere ei conuenit, non docere, lib.3. § 7. quæſt.3. num.3. fol.799. Poteſt deponi à S.P.ſed non è contra,d can.15.q.18 nu.67. fol 604. Si ſtatuat contra priuilegia, Eccleſiæ ab eo cuncceſſa, excommunicationem non contrahit; niſi à S. P. fuerint approbata,d can.15.q.28.n.13. fol.631.

Imperium diuiditur in merum, & mixtum, lib.2. can.17. q 3.n 3 & 4 fol.6-6.Imperatiua verba an præceptum ſemper denotent,atque ideo obligent contrauenientes ad læthalem culpam,lib.3.§ 8.q.1.nu.4.& 6 fol.801.

Imprimere quid ſit,& qui dicantur imprimentes, ac impreſſores,lib 2.can.1.q 54.num.1 & 2.fol.195.& 196. Imprimere libros nemo poteſt niſi prius à Superiore diligenter examinentur, nu 13. Quando imprimentes libros prohibitos, excommunicationem, & ſuſpicionem contrahant de hæreſi,ibidem à num 14. vſque in finem,& q.57.nu.29.& ſeq.fol.209 Et quid dicendum de tribuentibus eos imprimendos,d.q.54 n.4. & de imprimentibus hæreticorum ſcholia ibidem nu 20.

Impubes doli capax licèt in cenſuram furia incidat, non tamen contrahit cenſuram latam ab homine, lib. 1. cap.1.q 3 nu.113.fol.20. In ea ætate eſt impubes, qui doli capax non eſt,vt quicquid videt,ignorat, ibidem, nu.18 Et propterea tempore interdicti,Miſſæ, & alia diuina Officijs intereſſe poteſt,ibidem, nu. 10. Si obſeruatam cenſuram contrahat, licèt deinde fiat pubes, ſi abſolutionem ab ea petat; poteſt tamen ab inferiori quoque abſolui,lib.3 §.2 q.10 n.25.fol.751.

Impugnari Catholici quibuſnam rebus poſſint à Chriſtiani nominis inimicis,lib.2,can.7.q.29 n.2. fol 350.

In ambigua voce legis, ea potius accipienda eſt ſignificatio,quæ vitio caret,lib.1.can.9 q 27.num.8 fol.419 In alternatiuis ſatis eſt alteram partem adimpleri,can.in. q 27 nu.5.fol,451.& can.12.q.9 nu.7. fol.491. In dubijs tutior pars eſt eligenda,d.can 9.q.12.n.4. fol.406. In dubio iudicandum eſt pro iuriſdictione eccleſiaſtica potius,quam contra illam,can.15 quæſt.4. num.18. fol.536. In dubio in odinſi interpretatio ſemper facienda eſt in mitiorem partem.q 14.nu.3. fol 570 In dubio, licet in foro iudiciali nõ debeat quis declarari excommunicatus; in foro tamen conſcientiæ debet ſe habere talem.can.7 q 10 n.5 fol.339 In dubio facti in ſpiritualibus pœnis tutior pars eſt eligenda, ſecus autem ſi dubium eſt iuris.ibidem, num.14. In moralibus conſideratur id quod eſt per ſe; non per accidens, can.1.quæſt.29 num 8.fol.150. In moralibus tunc attenditur,quod principaliter agitur, quando quia non dat operam rei illicitæ.can.8. q.1n. num.18.ver.Non obſtat,fol 388. In tuto pars continetur, cap 9 quæſt. 15.ſub num 21.fol 416. In notoriis non exigitur cauſæ cognitio, nec alia probatio ad ſententiam ferendam, canon.11. quæſt.20 num.4. fol 476 In eo, in quo deliquit puniri quis debet,can 4. quæſt.4. num.1. fol. 149.

Incantatio per artem magicam,cùm ſit intrinſecè mala, non poteſt fieri pro defenſione fructuum, nec pro quocunque alio bono, lib.2. can.7. quæſt.36. num 31. fol. 361.

Incapax ad obtinendum in longiſſima temporis præſcriptione,priuilegia capacitatis oportet,vt alleget, & ea probet ſaltem per famam,lib.1 can.4.q.2.n.n.15.16.& 17.fol.271.& can.15.q. 19. nu.67. fol.613.

Incluſio vnius eſt excluſio alterius,lib.2.can.1. q.54. ſub no.1.fol.195.& can.3.q.3 nu.2.fol.226.& can.4.q.23. nu.37 fol.278.

Inconſideratio, an & quando excuſet à cenſuris, lib.1. cap.2.q.5.n.25 fol.40.

Incorrigibilis clericus,quot modis dicatur, lib.2. can.15. q.11.nu.86 fol.560. Et quid dicendum ſit de Religioſis noſtræ Religionis,ſi aliquis ex eis incorrigibilis foret, can 1 q.17.nn.22.fol.110. & 111.

Indefinita æquipollet vniuerſali,lib 2.can.1.q.35. nu.25. fol.165. Limitatur tamen, vt vera ſit quando tractatur de materia neceſſaria:& quando non eſt multum præiudicialis,can.10 q.5. n 15. & 13.fol.437.

Indirectè quando dicantur trahi eccleſiaſtici ad forum ſæculare, lib.2. can.15.quæſt.12. fol.568. Directè, vel indirectè qualiter ſtatuto aliquo præludicetur eccleſiaſticæ liberati,quæſt.27.fol,628. & in addit. litt.a. b. c. d. e. fol. 629. Quinam dicantur clericis directè, vel indirectè collectas impnnere, aut impoſitas ab eiſdem exigere,canon 18 quæſt.17. & in addit. litt.a. fol.683.

Indicia, & coniecturæ, quæ non ſunt violentæ non faciunt criminoſum aliquem,lib.2.can.1. q.51. num.25. fol. 191.

Indifferentia verba,communia præceptis,& conſilijs,quę dicantur,lib.3 § 7.q.2 n 3 fol.798.

Indulgentiarum ſuſpenſio facta à lege,non indiget notificatione:ſecus autem ſi fiat ab homine, lib 3. §.2. q.19. num.5. fol.778.

Infamare ſeipſum nemo tenetur,lib.2.can.1.q 27. nu.46. fol. 143.

Infantes, & mentecipti non alligantur cenſuris, lib.1. cap 1.quæſt.3.num 42.& ſeq fol.14 & 15.Non excluduntur a Miſſa tempore interdicti, ibidem. num.109. Et an & quando interdicti tempore in Eccleſia ſepeliri ealeant,nu 110.111 & 112. Nutriti apud hæreticos cùm ad rationis vſum peruenerint, ſub pœna excommunicationis tenentur errores deteſtari,d can.5. q.2. nu.8.fol 119 Infantem in via lacentem conculeando quia interimens,vbi aliter hoſtem perſequentem effugere nequeat,excuſatur,can.7.q.36.no 38.& 41.f.365. & 362.vide infra,ver Innocens.

Infidelium dominium per Chriſti adoentum in Eccleſiam fuit tranalatum,lib.1.cap.1.q.2.n 22 f 6. Infideles quânis extra Eccleſiam fiot,qualiter ab Eccleſia puniantur, q 3 n.108 fol.19. Sunt cenſurarum eccleſiaſticarum incapaces, ibidem, n 106. Et quid dicendum de Cathecumenis.n 107. An & quando poſſit Paincepa Chriſtianus eos aduocare ad ſui defenſionem, contra alium Principem Chriſtianum l b 2 can 7.q 36.f.358 & 359. Infideles cùm impugnantur, Ieſu Chriſti negotium agitur,ibidem,n 7 Infidelium aduocatio contra Principes Chriſtianna,eſt cauſa nonnullorum malorum,n. 10.

Ingens temeritas,quænam ſit,lib.2. can.1. q 36 num.19: fol.169.

Inhibit in quid ſit,lib.2,can.13 q.1 n.3. fol 493.

Inimici amicus præſumitur inimicus, lib.2. can.7. q.36. num.14 fol 359.

Inioria augetur ratione præſentiæ illius, contra quem fertur,lib.2 can.1.q.12.n.13 f.121. Et tãto maior,quãto à pluribus infertur,can.4.q.12.nu.3.fol.258. Non fit volenti,& patienti,can 10.q.10.n.8 f.443 Non poteſt inferri ſibi à ſeipſo,ibidem,num 9. Facta conſanguineis clericorum propter ipſos,cenſetur facta clericis, can. 15.q.27 n.5.f.626.

Inioſtæ ſententiæ latæ per falſas probationes, licèt quis teneatur ſtare in foro exteriori;in foro tamen conſcientiæ non tenetur,lib.3 § 8.q.2 nu 21.fol.806.

Innocens aliquando iuſtè occiditur ab aliquo ob defenſionem propriæ vitæ,lib.1.can.7.q. 36.nu.38. fol,361. Quod tamen limita,n 44.cum p'or. ſeq. f.362.

Inquiſitores hæreticę prauitatis poſsũt tenere familiam armatã,& eorũ officiũ impedientes cõtrahũt ſuſpicionẽ hęreſis,lib.1.can.1.q.33 n.20.cũ plur.ſeq & in add.lit. a.f.159,& 160.Cognoſcũt de cauſa ſuorũ familiarũ,in

addit.littera c. fol. eadem. Possunt legere, & apud se tenere, sicut eorum Vicarij quoscunque libros, quæst. 34. num. 6. fol. 561. Habent facultatem absoluendi hæreticos non modo in foro externo: sed etiam in foro conscientiæ, causa cognita, lib. 3, §. 2. quæst. 12. num. 1. & 2. fol. 763, & in addition. littera a. & b. fol. 765. vbi habetur etiam, & explicatur, an & quando eandem facultatem habeat Episcopus in propria diœceſi. Non tamen possunt concedere licentiam legendi libros hæreticorum, etiam si Cardinales sint, d. can. 1. q. 53 nu 3. & 4. fol. 194.

Inscriptio bullæ cœnæ si non contineat nomen Papæ, an valeat, lib. 1. cap. 4. q. 6. n. 8. fol. 67.

Inſtantia quid sit, & quot modis sumatur, lib. 2, canon. 15, quæſt. 2. num. 4. fol. 530. An permat clerico, coram laico litiganti, biennij, vel triennij spacio, quæſt. 17. nu. 12. fol. 589. & an triennio spiret de iure canonico, ibidem, num. 13.

Inſtrumenta bellica quænam dicantur, lib. 2. can. 7. q. 24. nu. 1. fol. 348.

Intellectus noster dum intelligit, potest dici causa physica suę intellectionis, lib. 1. cap. 1. q. 2. n. 2. fol. 3.

Interim continuandi transgressionem in futurum, & cōsuetudo contrahendi inuitum contemptum interpretatiuum, lib. 3 §. 8. q. 2. nu. 13. fol. 805.

Interdictum est grauior pœna excommunicatione extensiuè, non autem intensiuè, lib. 1. cap. 1. quæst 3 num. 21. fol. 13. exigit culpam grauiorem, quàm excommunicatio, & in multis ab ea differt, ibidem, num. 22. cum pluribus seq. Non alligat infantes, & mente captos, si sit personale, secus autem si sit locale, num. 109. 110. & 111. Quid sit, & quotuplex, lib. 1. can. 2. quæst. 4. nu. 1. & 2. fol. 513. Quale sit illud quod fertur contra appellantes à mandatis S. Pontif. ad Concilium generale futurum, num. 6. An interdicta Ciuitate, censeatur interdictus locus, sub num. 2. & an interdicta Ciuitate, intelligantur interdicta suburbia, num. 3. Interdicto clero alicuius Ecclesiæ, non censetur interdicta Ecclesia, sub n. 6. Interdicto locali generali posito, non cēsetur positum personale, nec e contra, nu. 7. Interdicti plures numeratur effectus, à num. 11. vsque ad fin. Interdictum latum contra Collegium, si Episcopus sit vnus eriam de Canonicis, an ipsum comprehendat, quæst. 5. per totam, fol. 516. & in additione littera a, fol. 517.

Interna peccata. vide infra sub ver. Peccata.

Interpretatio subsequentium sumitur ex præcedentibus, & è conuerso, lib. 2. canon. 9. quæst. 35, num. 3. fol. 425.

Inuadere quid sit, lib. 2. can. 8. quæst. 2. num. 6. fol. 379. Inuadentes, destruentes, occupantes, & detinentes Almam Vrbem, & alias Ciuitates, & loca Romanæ Ecclesiæ, in excommunicationem nostræ bullæ, incidunt, etiam si quis vnum tantùm ex dictis criminibus committat, canon. an quæst. 2 num. 2. fol. 699. Et quid si vnus committat omnia dicta crimina simul, an plures excommunicationes contrahat, quæst 3. num 1. & in addit. litt. a fol. 700. Inuadere, destruere, &c. non exigunt hostilem incursum ad incurrendam nostræ bullæ excommunicationem, quæst. 4. num. 2. & 3. fol. 701. & in addit. litt. a. fol. eodem. Inuadentes, vt supra terras Ecclesiæ Romanæ, excommunicationem contrahunt, etiam si animum non habeant subtrahendi eas ab eius dominio, quæst. 5 fol. 705. & in addition. littera a. fol. 706. Sed quid, si bona fide inuadant, q. 6. num. 1. & in addit. litt. a. fol. eadem. Inuadentes terras, & loca Romanæ Ecclesiæ, quibus casibus excommunicationem contrahant, & quibus effugiant, quæst. 10. & vltim conclus. vnica, fol. 705. quæ multipliciter ampliatur, & limitatur, & in addition. littera a. b. c. fol. 706. vbi etiam agitur de adhærentibus, fautoribus, & defensoribus, & de Regibus; licet hic de eis non fiat mentio. Inuadentem si occidat in vasus, excusatur apud Deum, etiam si ipse iouasus causam dederit insultus per furtum, adulterium, &c. lib. 2. can. 7. q. 36. nu. 29. fol. 360. Inuadeos si significet inuaso, se velle ab insultu desistere, an inuasus ipse teneatur acquiescere, ibidem, num. 30.

Inuenies rem aliquam, illius non efficitur dominus: & si non reperiatur cuius sit, est pauperibus eroganda: nisi inuentor ipse sit pauper; nam tunc, facta debita diligentia, de licentia Episcopi, aut eius pœnitentiarij, potest illam sibi retinere, lib. 2. can. 4. quæst. 21. sub n. 3. fol. 273.

Inuentarium de bonis ecclesiasticorum à quonam sit faciendū a Iudice sæculari, vel ecclesiastico, lib. 2. can. 17. quæst 11. ou 52. fol. 514 Inuentarium si clerici non cōficiant, non tenentur vltra vires hæreditarias, quæst. 17. num. 8. fol. 589.

Inuitus soluere onus pedagij quis propriè dicatur, lib. 2. can. 5. q. 9. nu 2. fol. 290.

Ire secure non dicitur, qui tutò redire non potest, lib. 2. can. 9 q. 2. nu. 2. fol. 391.

Irregularitas licèt effugiatur ab eo, qui ad sui defensionem aliquem occidit; ea tamen contrahitur pro defensione alterius; etiam si proprius Pater esset, aut Dominus, lib. 1. cap. 2. q. 1. in addit. litt. a. fol. 28. Contrahitur ex quolibet crimine notorio, depositione digno, lib. 2. can. 1. quæst. 56. sub num. 11. fol. 204. & in addit. litt. e. fol. 205. Contrahitur etiam pro peccato præterito, can. 9. quæst. 5 num. 4. fol. 393. Contrahitur à mandante occidi, etiam reuocato mandato, si reuocatio non peruenerit ad notitiam mandatarij; dummodo postea sequatur homicidium, ibidem, num. 3. fol. eod. A mandante aliquem verberari, an incurratur excommunicatio, si à mandatario occidatur, mandati fines excedere, quæst. 6. num. 1. & 3. fol. 394. An incurratur à ratum habente homicidium, eius nomine patratum, quæst. 7. num. 5. 8. & 10. fol. 396. Irregularitas contrahitur à non obuiante homicidio, quæst. 8. nu. 6. fol. 398. Irregularitas, vt contrahatur satis est moralis influxus, non sic excommunicatio, sed exigitur physicus, ibidem, num 17. Irregularitas incurritur ab eo, qui non reuelat homicidium ab aliquo moliri cùm debet ex debito iustitiæ; secus si ex debito charitatis, num. 20. Incurritur a Medico stipendiato, si omittat curare infirmum, propter quod moriatur, num. 21. Incurritur ab eo qui suadet alicui, ne talem defendat, quem ex debito iustitiæ debebat, secus si ex debito charitatis, ibidem, num. 19. Contrahitur ab eo, cui dicit mulier ex quo concepit, se velle recipere medicinam ad committendum abortum, si taceat, & non prohibeat; secus autem si ex alio concepit, d. ou. 21. in fine.

Irregularitas contrahitur ab occidente hominem, etiam si non occidendi, sed tantùm leuiter verberandi animum habuerit, lib. 1. canon. 9 quæst. 9 num 1. fol. 400. An & quando irregularitas incurratur à mandante committi homicidium, quæst. 10. num. 6. fol 402. Sed an incurratur a vulnerante, etiam si vulneratus non ex vi vulneris, sed ex suo malo regimine, ex defectu medicorum, aut ex eorum impositis moriatur: aut in lætalem febrim incidens intereat, ibidem, num. 4. 8. & 10. & in addit. litt. b fol. 402. & 403. Nunquam tamen contrahitur à vulnerante quantumuis lætaliter, nisi secuta morte vulnerati, in addit. litt. a. & b. fol eod. Irregularitas contrahitur non solùm a vulnerante primo lætaliter, sed etiam à secundo leuiter, si vi vltimi vulneris vulneratus mox intereat: non sic si non statim moriatur; nam tunc qui primò lætaliter vulnerauit, efficitur irregularis, quæst. 13. sub num. 1. & 2. fol. 407. Sed quid dicendum de illis, qui diuisim vulnerauerint; sed vltimus tantùm lætaliter vulnerauit: aut omnes diuisim percusserint, & nullus lætaliter, & vi vulneris vltimo loco illati vulneratus interierit, num 3. & 4. Irregularitas contrahitur ab eo, qui culpabiliter sibi amputat partem digiti, quæst. 15. num. 1. & nu. 26. in fine. fol. 411. Irregularitas staruta contra mutilantem hominem, non extenditur contra mutilantem membrum

brum hominis, num. 18. Nec contrahitur à detruncante alicui digitum, etiam pollicem, num. 19. Incurritur tamen per detruncationem partis membri, vbi membrum redditur inutile ad operandum; alias secus; num. 24. Nec irregularis semper quia ex eo efficitur, quod faciat aliquem irregularem, lub d. num. 19. Irregularitas, an & quando incurritur ab eo, qui percussione aliqua alicui membrum debilitat, ita vt reddatur inutile, quæst. 17. num 1. 2. & 5. fol. 412. Irregularitas statuta contra mutilantes, non extenditur contra debilitantes membrum, num. 5. Contrahitur per amputationem membri aridi, quæst. 18 fol 413. Non tamen incurritur pes mutilationem mortui, quæst. 19. num. 2. fol. 417. Plures irregularitates contrahere quia non potest; licèt possit plures excommunicationes incurrere, quæst. 28 num. 1. 2. & 3. fol. 440. Irregularitas, excommunicatio, & aliæ censuræ non contrahuntur pro peccato pure interno, lib. 3. §. 2. quæst. 12. num. 2. fol. 755.

Inbilæi, vide supra, ver. Indulgentiarum.

Iudæus existimans se baptizatum cum non sit, si deficiat à fide, est hæreticus, lib. 2 can. 1. q. 21. nu. 7. fol. 119. Iudeorum consortium ad fidem venientium prohibitum est cum ijs, qui adhuc in veteri ritu consistunt, can. 7. q 36. num 74 fol. 365.

Iudex qualis sit, & quomodo differat ab Auditoribus, lib. 2. can. 11. quæst. 1 num. 8. fol. 464. Iudices sæculares, non hominum; sed Dei iudicia exercent, can. 15. quæst. 18. sub num 4 fol. 596. Iudicent in Dei nomine, ibidem, num. 19. Iudex, qui sit, Reum sibi à Curia ecclesiastica traditum, esse innocentem, quid agere debeat, lib. 2. can. 1. q 32 nu 16 fol. 155. Iudicans secundum legea, quas scit esse contra ius naturale, & diuinum, peccat, can. 7. quæst 37. num. 5. fol 368. Iudex licèt non possit esse quis in causa propria; potest tamen esse, quando notorie ei infertur iniuria, canon. 21. quæst. 20. num. 5. fol. 477. Iudex, vt quis esse possit in causa propria, quænam conditiones exigantur, ibidem, num. 6 & 7. Iudex in causa Ecclesiæ potest esse proprius Prælatus, num. 9. Iudex regulariter quis esse non potest in causa propria, nec filiorum, Patris, vxoris, &c. sub num. 2. Iudex Papa in causa propria quando esse possit, num. 8. Iudex ecclesiasticus potest supplere negligentiam Iudicis sæcularis, sed non è contra, canon. 14. quæst. 6. num. 20. Iudex laicus. an possit clericorum testamenta, vel pia legata tacta à laicis publicare, canon 15 quæst. 7. in addition. littera a. in fine, fol 543. Iudex sæcularis, coram quo litigat clericus actos non possit transmittere acta alicui Doctori laico ad consilium sapientis in præiudicium clerici, quæst. 12. num. 4. fol. 554. Iudex laicus sequestrans fructus ecclesiasticos, aut ecclesiasticam iurisdictionem vsurpans qualiter excommunicationem bullæ contrahat, can. 17. quæst. 2. fol. 644. vbi differentiæ assignantur inter d. canon. & cap. 11. Concil. Trident. Iudex vnde dicatur secundum leges iudicando non peccat, canon. 19. quæst. 2. num 3. fol. 629. Debet cuncta rimari, & rerum ordinem plena inquisitione dilcutere, num. 4. Iudex appellatur alicuius Magistratus Iudex, num. 5. Iudices, seù Magistratus sæculares intromittentes se in causa criminalibus clericorum, in excommunicationem incidunt, non tamen eam contrahunt, si informationem tantùm capiant, quod quomodo procedat, habetur, quæst. 5 fol. 690. Iudices, seù Magistratus sæculares, in quibus casibus possint se intromittere in causis criminalibus ecclesiasticorum, quæst 7. & in addit. littera a. & b. fol. 692. 691. & 693. An consuetudine possit introduci, vt Iudices laici se intromittant in causa capitalibus ecclesiasticorum, quæst. 8. num. 6. fol 694. & in addition. litt. b. fol. 695. An possint cognoscere de causa clericatus, num. 5. & In addition. littera a. fol. 696. Iudex laicus interponens se in causis criminalibus ecclesiasticorum, quibus casibus excommunicationem nostræ bullæ contrahant, & quibus effugiant, quæst. 9. & vltim. conclus. vnica, fol. 697. quæ multipliciter ampliatur, & limitatur, & in addition. littera b. c. d. fol 698. Index laicus, nec incidenter quidem potest se intromittere in causis spiritualibus, can 15. q 19. in addit. litt. b. fol. 622. Iudicium, vide infra, ver. Iudicium.

Iudicium durissimum his, qui non rectè præsunt, lib. 1. cap. 4. q. 2. nu. 10. fol. 58.

Iungi Christiani nominis inimicis tunc propriè quis dicitur, quando malum aliquod cum eis committit, aut committentibus fauet, lib. 2. can. 7. quæst. 36. num 81. fol. 365.

Iuramentum fidelitatis Imperator, & multi Regea Romano Pontifici præstiterunt, lib. 1. cap. 1. quæst. 1. num. 23 fol 6. Iuramentum est de iure diuino, seù de iure naturæ, cui ius diuinum cooperatur, lib. 2. canon. 15 quæst. 19. num. 17. fol. 609. Iuramento vallatus contractus, non comprehenditur sub generali dispositione, ibidem, nu. 58.

Iurisdictio exercetur in subditum dumtaxat, ac inferiorem, lib. 1. cap. 1. quæst. 3. num. 157. fol. 20. Cui conceditur, concessa cententur omnia, sine quibus exerceri non potest, lib. 2. canon. 1. quæst 3. num. 6. fol. 94. Diuiditur in interiorem, & exteriorem; & hæc in directiuam, & coercitiuam, qua feruntur censuræ, ibidem, num. 7. & 8. Fuit primo concessa Apostolo Petro ordinaria super vniuersalem Ecclesiam à Deo, quæst. 4. num. 2. fol. 94. Apostolis verò delegata, num. 2. Iurisdictiones fluunt à Principe, & refluunt in ipsum, canon. 4 quæst. 18. sub num 19. fol. 267. Iurisdictionis spiritualis capax est quilibet clericus; etiam prima tantùm tonsura initiatus, canon. 12. quæst. 8. num. 51. fol. 403. Iurisdictio ecclesiastica est de iure diuino, canon. 14. quæst 8. num. 3. fol. 519. Censetur præuenta per solam citationem, canon. 15. quæst. 25. num. 36. fol. 553. Iurisdictio quid sit, & quotuplex, canon. 17. quæst 3. num. 1. cum plurib. sequentib. fol. 646 Iurisdictionem ecclesiasticam vsurpantes in excommunicationem nostræ bullæ incidunt, ibidem, canon 1. & 2. cum suis ampliat. & limit. fol. 648. vide de infra, ver. Vsurpantes. Iurisdictio suprema Romanæ Ecclesiæ quænam sit, canon. 10. quæst 8 num. 1. & in additum. littera a. fol. 703. Iurisdictionem habens vi alicuius priuilegij, non potest illam delegare, lib. 3. § 2. quæst. 9. num. 2. fol. 747. Iam tamen habens ex priuilegio iuæ dignitatis, potest alteri delegare, num. 9.

Ius diuinum, ac naturale, etiam Papa tenetur seruare, cum ei subijciatur, lib 1. cap. 4. quæst. 5 num. 2. fol. 65. Non potest illud Papa in totum tollere, sed tantùm modificare, ac declarare, quæst 7. num. 21. fol. 70. Ius diuinum asserens illud solum esse, quod expressè scriptum reperitur in Scriptura sacra est erroneum: & ad illud fundantum, quæ requirantur, lib. 2. can 15. q. 18. num. 51. & 52. fol. 602. Ius patronatus qualiter vendatur cum vniuersitate bonorum, canon. 1. quæst. 31. num. 5. fol. 152. Et quando valeat eiusdem venditio, can. 3. quæst. 12. num. 2. fol. 134. Iuspatronarui laicorum potest Papa derogare, licet nunquam censeatur ipsi iuri derogasse, canon. 13. quæst. 5. num. 2. fol. 499. Iuspatronatus est essentialiter spirituale, & per accidens temporale, can. 14. quæst. 5. num. 12. fol 513. Iuspatronatus causa. an & quando à Iudice sæculari cognosci possit, ibidem, num. 18. & 19. Iuspatronat. laicorum nunquam censetur S. P derogasse, nisi id expressè ex litteris constiterit, can 15 quæst. 19. num. 52. fol. 611. Non tamen ita dicendum est de iurepatron. ecclesiastico, num 14. Et quid dicendum de iurepatron. Regio, alicuius Ducis, Principis, vel Marchionis, nu. 53. Ius congrui non habet locum contra ecclesiasticos, canon. 25. q. 17. nu. 10. fol. 529. Possunt tamen clerici eo vti contra sæculares, ibidem, nu. 12.

Iuspatronatus, vide paulò supra, sub versiculo, Ius diuinum.

Ius congrui, vide paulò supra, sub ver. Ius diuinum.

INDEX

Iuſtinianus Imperator, quia paulatim ſuper eccleſiaſticis perſonas poteſtatem ſibi arrogauit, Dei iudicio in hæreſim incidit, & repentina morte fuit correptus, lib. 2. can. 15. q. 18. c. 30. fol. 602.

Iuſtitiam conſequi, licet etiam à Tiranno, lib. 2. can 26. q. 6. ou. 5. fol. 637. Iuſtitiam violare quis dicitur, vbi de facto, nullo iuris ordine ſeruato, bona aliena occupat, can. 20. q. 6. nu. 2. fol. 702.

Iuuans eum, qui peccat, non ſemper dicitur iuuare peccatem, vt peccet, lib. 2. can. 3. q. 13. n. 12. fol. 237.

L

LAcerare idem denotat, quod abſcindere, detrancare, mieuere, ac mutilare, lib. 2. can. 9. q. 14. n. 4. fol. 408.

Laicus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi; licet de iure diuino non prohibeatur exercere iuriſdictionem eccleſiaſticam, lib. 1. cap. 1. q. 2. num. 31. & 32. fol. 7. Eſt incapax poſſeſſionis rerum ſacrarum, iuris ſepelliendi, iuris nominandi ad beneficia, &c. nec iuuatur longiſſimi temporis præſcriptione, niſi ſaltem allaget titulum, ſeu priuilegium eſpacitatis, lib. 2. can. 4. q. 30 nu 15. & 16. fol. 271. Laicis manet obſequeedi neceſſitas eccleſiaſticis; non auctoritas imperandi, can. 14. q. 8. num. 14 fol. 520. Laicus turbans iuriſdictionem eccleſiaſticam, efficitur de foro Eccleſiæ, ſed non è contra, nu. 15. Eſt omnino incapax iuriſdictionis contra eccleſiaſticos, non obſtante quacunque conſuetudine nu. 16. & q 9. nu. 8. fol. 511. Non debet fieri bonorum Eccleſiæ adminiſtrator, can. 15. q. 7. nu. 21. fol. 541. Si committat falſitatem coram Iudice eccleſiaſtico, ab eo poteſt puniri; ſed non è contra, ſi clericus committat falſitatem coram Iudice laico, q. 11 nu. 34. & 35. fol. 553. Adeo eſt incapax iuriſdictionis eccleſiaſticæ, vt non valeat eam præſcribere, q. 18. nu 73. fol. 604. Poſſidens ſpiritualia, ſemper præſumitur eſſe in mala fide, q 19 n. 63. fol. 633. Laico licitum eſt recurrere ad eccleſiaſticum Iudicem, quando non poteſt e Iudice laico iuſtitiam conſequi, ibidem, an. 130 fol. 621. Laicus non poteſt abſoluere excómunicatum in articulo mortis conſtitutum, lib. 3. §. 2. q 5. nu. 7. fol. 730. Et multò minus ſacramentaliter à peccatis, quamuis poſſit aliquando audire peccatorum confeſſionem, ibidem, nu 13. Et ſi abſoluat, an efficietur irregularis, num 14 Laici, & fœminæ licèt de iure diuino & poteſtate abſoluta Rom. Pontif ſint capaces iuriſdictionis eccleſiaſticæ, atque ideò abſolutionis a cenſuris, de iure tamen ſunt omnino incapaces, §. 3. q. 5. nu. 3. fol. 786. Laico S. P. ordinarium iuriſdictionem in eccleſiaſticos committere non poteſt, ſed tantùm delegatam, lib. 2. can 19 q. 2 nu. 1. fol 694. Laici electio ad Eccleſiæ Regularis regimen: & ius eligendi S. P. aut Prælatum in Eccleſia collegiata, conſoetudine comparari æqueunt, nu 13 Laicus factus clericus poſt iudicium cœptum, ent inquiſitiooem formatam, coram Iudice laico tunc recte trahitur ab ipſo Iudice ad ſæculare forum; niſi talis ante delictum vouerit Religionis ingreſſum, aut Ordinis ſacri ſuſceptionem, can. 15. q. 7. nu. 6. fol. 541.

Lamiæ, & lamiæ ſunt formaliter hæretici: & cur dicantur tales, lib. 2. can. 1. q. 12 nu 69 & 70. fol. 135.

Lana indefinitè legata, ſub ea non comprehenditur lana tiuicta; ſeens autem ſi legetur omnis lana, lib. 2. can 10. n. 5. nu 18 fol. 437.

Laræ ſententiæ cenſuræ quænam dicantur, & quæ ſecendæ, lib. 1. cap 3. q. 2 nu. 1. & ſeq fol. 42.

Latriæ adoratio, vide ſupra, ver Adoratio.

Latronum conſanguinei, & affines illos receptantes, non latrocinij cauſa non ſunt ſeuerè puniendi. lib. 2. can. 1. q. 29 nu. 9. fol 150. Latrones differunt à furibus, & cur ita dicantur, cap. 3. q 2 nu. 3. fol. 225. Latrunculi maritimi differunt è Piratis, ibidem, nu. 3.

Legatum rei alienæ hæres non tenetur ſoluere, niſi Legatarius probet, teſtatorem ſciuiſſe, rem eſſe alienam, lib. 1. can. 6. q. 5. nu. 52 fol. 32. Legata ſunt fauorabilia, & latam recipiunt interpetrationem, can. 7. q. 22. num 6. fol. 505. Legato argento, non cenſetur legata pecunia nomerata; ibidem, nu. 5. Legatum factum eccleſiaſticis onere ſoluendi collectas, collectæ debentur, can. 25. q. 27. nu. 3. fol. 595 Factum vxori donec caſte vixerit, & lectum viduale ſeruauerit, ſi Religionem fuerit ingreſſa debetur, q. 9. nu. 112. fol. 619. Legato fructu fundi, cenſetur legatus vſusfructus, can. 17. q 4. n. 3. f 649. Legato argento meo, cenſetur legatum argentum, quod erat tempore teſtamenti, can. 10 q. 5. oum 24. fol. 437. Legatum factum filio Titij, cèletur factum Titio, eque ideo illi acquiritur d. can. 25. q. 17. num. 22. fol 589 Legata incerta, quæ debent diſtribui inter pauperes, poſſunt dari fabricæ Eccleſiæ pauperis, can. 17. q 7. nu. 5. fol. 671. Legatario magis, quam hæredi faueudum eſt, can 7. q. 22. nu 5. fol. 345.

Legati S. Apoſtolicæ ſunt triplicis generis, lib. 2. can. 31. q. 7. num. 1. fol. 462. Legatus, aut Nuncius Papæ an & quando gaudeant beneficio noſtræ bullæ, q. 8. nu. 11. fol. 463. Legatus, aut Nuncius dici quis non poteſt antequam Prouinciam ad quam mittitur, ingrediatur, ibidem, num. 15. & 16. Legatus à latere quonam pacto dicatur habere poteſtatem ad omnia, quæ Papæ conueniant: & an poſſit abſoluere percuſſorem ipſum, aut enormiter clericum q. 21. ou 3. cum plur. ſeq. fol. 478. 479. & lib. 3. §. 5. q 8. nu. 4. fol. 738. Legatis, & Nuncije Apoſtolicis poteſt Rom. Pontifex concedere priuilegium, ne cogantur oſtendere eorum litteras legationis, can 13 q 5. nu. 7. fol. 499 Legatos, ac Nuncios Apoſtolicos recipere recuſantes, incidunt in Extrauag. Ioan. XXII. centuram d can 11. q 9. nu. 11. fol 465.

Legentes libros prohibitos an & quando excommunicationem contrahant, lib. 2 can. 2. q. 31. per totam, f. 163. & 164. Sunt autem libri prohibiti in triplici differentia, ibidem, num 2. & q. 53 fol. 193. Legentes libros infidellium, aut Cathecumenorum, an in excommunicationem incidant, nu. 3. & in addit. litt. e fol. 166. Legentes libros Catholicorum, licet obtineant eliquam hæreſim, excommunicationem non incurrunt, nu. 4. Legentes libros Talmud, & Magnor. Alcoranum, & alia ſimilis, en ſint excommunicati nu 5. cum plur. ſeq. Et quid de legentibus libros Magorum. & Necromanticorum, nu. 15. & 16. & in addit. litt. b. fol. 166. Legentes libros apocryphos, peccant mortaliter, non tn. Idem dicendum eſt de legentibus, aut tenentibus Bibliam ſacram vulgari lingua editam, libros de controuerſijs inter Catholicos, & hæreticos noſtri temporis, libros de ſciuia, & alios continentes malos mores, d nu. 18. in fine, & 19. 20. & 21. Libros hæreticorum, hæreſim continentes, vel de Religione tractantes ſi quis legat, incidit in excommunicationem noſtræ bullæ, nu. 22. vbi etiam, num. 23. agitur de differentijs inter excommunicationem hanc, & illam Indicis, latas contra legentes libros damnatos, vide addit. litt. c. fol 166 Legentes libros hæreticorum, an excuſentur ex capite ignorantiæ craſſæ, affectatæ, aut concomitantis, vide ſupra, ver. Ignorantie. Eſt autem ratio prohibendi libros hæreticorum multiplex, q. 40. ſub nu. 5 fol. 193. An vt cenſeantur prohibiti exigatur, quod tractent de hæreſi, ac Religione ſimul vel ſatis ſit ſi diuiſim, & de Religione ex profeſſo: & quinam ſint libri de Religione tractantes, d. q. 40 q. 41. fol. 174 & q 42. f. 175. An legentes ſcholia hæreticorum, quæ continentur in libris Catholicorum, ſint excommunicati, q. 43. & in addit. litt. 2. & b. fol. 175. Et quid de legentibus Epiſtolam, aut concionem hæretici, q. 44 & in addit. litter. a. & b fol. 176. & 177. Et an legentes compilationes hæreticorum, excommunicationis vinculo alligentur, q. 45. fol. 177. per totam, vbi etiam, num. 3. explicatur, qualiter liber differat a compilatione. Legentes minimam partem libri prohibiti, quando excuſentur, q. 46. & in eddit. litt. 2. fol. 180. & 181.

Legentes libros hæreticorum, & eos non intelligentes an incidant in excommunicationem noſtræ bullæ, lib. 2. can. 2 q 47. nu. 5. & ſeq f. 181. & in eddit. litt. a fol. 182. vbi nu. 1 declaratur etiam, quid ſit legere. Sed quid dicendum de audientibus legere libros hæreticorum, an

in excommunicationem incidant, q.48. per totam, & in addit.litt.a.fol.185. Aut de memoriter eos recitantibus,an sint excommunicati, q.49. fol.186. Et de legentibus libros Græcorum,Armenorum,&c q 50 & in addit.litt.a.fol.186.& 187. Libros hæreticorum retinentes, an & quando in excommunicationem ouſtræ bullæ incidant.q.51.fol.189 & in addit.litt a.b.c.d.e.f. g. fol.191. Libros hæreticorum componentes duplicem excommunicationem contrahunt,num.4. Libros hæreticorum retinentes excommunicationis vinculo liganturjetiam ſi auctorem libri ignorent, num.5. & in addit.litt a Et ſi de Auctore non doceant, ipſi præſumuntur auctores,nu 6.Libros hæreticorum retinentes Indæi,& alij infideles,qualiter puniantur,nu.7. Et quid dicendum de retinentibus libros Magorum, ac Nicromanticorum,nu.39.& in addit. d.litt.g. Non licet eiuſmodi libros propria auctoritate corrumpere, ac comburere q.52 num.1.& in addit.litt.a.b fol.193. Libros prohibitos legendi facultatem quiſnam dare poſſit,ibidem,nu.a.& per totam. Quibus licitum ſit eos expurgare,num 55 Libros hæreticorum imprimentes,defendentes,&c. Quibus caſibus excommunicationem contrahant; vide q.54. 55. 56. & 57. & vlt. cum ſuis ampliat & limit.à fol.565. vſque ad fol.621.

Lex eſt vitæ norma,& magiſtra, lib.1. cap.3. q.7 num 3. fol.53. In quibus differat, & in quibus conueniat cum ſententia hominis,ibidem,nu.12.& 15.cum plur. ſeq. & latius,q.2.in addit litt.a. fol 44. Quam perpetuitatem habeat,nu.56. Et quam lex diuina,num 31. & ſeq. An lex humana die feſto promulgari valeat . nu.42. Et an promulgatio ſit de eius eſſentia, cap.4.q.3 n.4 cum plur.ſeq.fol 74 An valeat ſine data,q.9. nu 2. & 3. fol. 75.Leges non dedignantur ſacros canones imitari, & è contra,in addit.litt.a.fol. eod. Lex ad eius eſſentiam ſcripturam non exigit,cap 5.q.4.nu 3.fol.81.Legis ratio potius attendenda eſt, quam ipſa lex, lib.2 cap.2. q 40.n.2 fol.373. Legis fine ceſſante,an & quando ceſſet lex,q.47.nu 3 & 4 5 7 & 12.fol 181. & 182. Legis mens eſt attendenda potiuſquam verba, ibidem, nu.7. & 8. Lex humana,imo & diuina poſitiua non obligat cum vitæ detrimento,q 48.n.12.cum plur.ſeq.fol.184. & can.7.q.36.nu.16.fol.369. Legis mens colligitur ex ratione legis expreſſa, lo addit. litt.2 fol 185 Et alias quando patitur extenſionem; etiam ſi ſit pœnalis, ibidem: Et quando aliàs redderetur inutilis, aut late interpretanda,can.2 q.4.nu.5.fol.214.cap 4 q 15. nu.2.fol. 339 Lex debet ampliari, & reſtringi ad limites rationis expreſſæ. queſt.7.nu.13.fol.220. Adaptatur ad ea. quæ frequentius accidunt, num 14. Lex vna. vel eius pars, per alteram declaratur,ibidem, nu.37 Quando non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus, can.3.q 2. ſupra nu.1.& 3. fol 128 & 129.Legis auxilio vti non debet, qui facit contra legem,can.4.q.4.fol 149. Lex conſuetudinem improbans, quando cenſeatur improbare præteritâ, vel etiã futuram,q.19. f.368. Legi,vt derogetur per conſuetudinẽ, quę requirantur,n.6.Legis ratio plus debet attẽdi,quã ipſa lex ca.7.q.6.ſub n.4.f.325. Legis mens eſt mens legis: & ex identitate rationis extenditur etiam in criminalibus,quando ratio eſt expreſſa, vel indubitate præſumpta,ibidem & nu.5. Legis ratione ceſſante,ceſſat eius diſpoſitio,q.7.nu 2 fol.326. Lex naturalis ſi concurrat cum lege poſitiua circa idem, præfertur poſitiuæ,q.12. nu.1. fol.332.

Lex poſitiua à lege æterna deriuatur, lib.1. cap.3. q.2. nu 6.fol 5.Quam etiam Gentiles agnouerunt,.ibidem, nu. 7.Fit,& promulgatur,mediante dictamine rationis, nu. 14.Lex humana quid,on 8. Quid lex æterna,nu.35. Lex ciuilis alimenta illegitimis denegans, reuocata eſt per ius Canonicum,num.30. Lex omnis verſatur circa humanos actus bonos,vel malos,q.3.ſub nu.10. fol.12. Homini tantum imponitur,nu.73. An & quando obliget cum pericolo mortis,cap.2.q.2.num.34.Et quando habeas vim obligatiuam. etiam ſi non recipiatur à populo,cap.3.q 6.nu.9.cum plur ſeq. fol.30. & in addit. litt.a.fol.51.An nox edita liget, etiam ſi non ſit publicata in Prouincijs, & eſtò quòd ſit irritam, ſub nu.12. 23.& 24.& in addit.litt.b.fol.52. An liget in conſcientia conſcios ante eiuſdem publicationem, num.26. Be quid de lege taxante pretium frumento,n.18. Lex nulla, nec conſuetudo ſeruanda eſt, cùm tractatur de materia peccati,lib.2. can.7.q.36.nn.17.fol.360 Leges,& conſuetudines dici non poſſunt, quæ naturali legi aduerſantur,q.37.nu.3.fol.368. Lex ſæpè vtitur pluribus verbis, quam ſit opus ad maiorem ipſius declarationem,can 9.q.2.n.9.fol.391. Simpliciter pœnam imponens pro homicidio,intelligitur de voluntario,q 9.n.3. fol.400. Prohibens mutilationem membri, differt à lege prohibente mutilationem hominis,q.15.num.16. fol.410.In pœnalibus in dubio interpretanda eſt in fauorem rei potius,quàm accuſatoris, q 27. on 31. fol. 419. Lex nihil aliud eſt quàm ratio legis,nu.6. In pœnalibus,an & quando benignam recipiat interpretationem,nu.7.In dubio eam interpretationem recipit,quę vitio caret, num. 8. Leges magis tendunt ad abſoluendum quàm ad ligandum,num 3. Legis auxilium fruſtra inuocat,qui committit in legem,can.10. q.15, n.5. fol.446. Lex etiam in pœnalibus.& odioſis,extenditur ad omnia,ad quæ verba extenduntur,can 11.q.3 nu 4. fol.459. Legis,& ſtatuti verba debent intelligi iuxta conſuetudinem loci,can 17 q.2.& 4.fol.655. Legis pœnam ſatis eſt,vt præcedat culpa; quamuis non præcedat culpa, lib.3. §.8. q.2.nu.1.fol.604 & ex mixta,quę præceptum continet, & pœnam addit, obligat non ſolum ad pœnam,ſed etiam ad culpam,ibidem,nu.31. Lex eccleſiaſtica, quæ irrogat pœnam excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, aut irregularitatis, obligat ad culpam læthalem lib.3 §.8.q.2.nu.9.fol.607. Alios caſus pro quibus obligat ad culpam,vide d § 8. q.2. Leges denique de lignis communibus non cedendis, de non venando,de non aucupando, de non piſcando, de non paſcendis animalibus in communibus Reip. paſcuis,de non ferendis armis noctis tempore, de non vtendo hoc,vel illo veſtium genere, aut de hac,vel illa funebri pompa. ex præſumpta voluntate legiſlatoris, non obligant ad culpam,lib.3 §.7.q.2. n.3. fol.798.

Lex non reuocatur per ceſſationem cauſæ, ſed per contrarium populi vſum, aut per voluntatem legiſlatoris, lib.2.can.2.q 47.nu.4.fo.181. Lex humana,imo diuina poſitiua licet oõ obliget cum periculo mortis pro eo, quod non eſt ioturioſecè miſtum, eo tamen caſu eccleſiaſtica poteſt obligare ad ſui obſeruationem,etiam cum periculo mortis,lib.1.cap.2.q.2 n.20.21.& 33. fol.31. & 32.An obliget ſi à populo non eſt acceptata, cap.3. q.6 per totam,fol.49.& in addit.litt.a.fol 51.An obliget ignorantes, maxime ſi tis irritans, & per ſingulas Prouincias non ſit publicata, nu.24. & 25. & in addit. litt.b fol eod. Et quid dicendum quoad actus nullitatem.Ibidem. Habet vim obligandi ad culpam ex voluntate legiſlatoris,lib.2, can.5 q.22.nu.17 fol.295.Poteſt obligare ad pœnam luendam, ſtatim commiſſo crimine, & ipſo facto impoſitam; niſi contineat acerbitatem humanæ naturæ repugnantem,can 1.q 37 nu 36.& 37. fol.741.Lex naturalis obligat ad ſui obſeruantiã, etiam cum periculo mortis,can.3.q.23. n.2.f.235.Lex quando duo æquiparat,quod de vno oſtenditur,de alio ſtatuiſſe cenſetur,etiam ſi agatur de materia correctoria, lib. 3 §.2.q.2.nu.15.fol.740. Lex humana non poteſt obligare ad mortale in materia leui, § 2.q.1.num.2. fol.80. Poteſt tamen in re graui obligare ad ſui obſeruantiam, etiam cum periculo mortis,nu.21. Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, quando non reſtringitur per aliquam rationem illi legi derogantem,vel tacitè inhærentem,can.9.q.27.nu.7. fol 419. Lex prohibens pœnam contrahenti imponens, an actum annullet,§.2.q.16.nu.6.fol.775. Lex humana in ſola præſumptione fundata, an & quando ligeat in foro conſcientiæ illos, qui de veritate incontrarium certi ſunt, §.8.q.2.nu.18.& 37 fol.806 & 809.Lex nunquam ceſſat.niſi per poſteriorem legem reuocetur, aut aliquid ei contrarium ſtatuatur,lib.2. cap.3.q.7. nu.31, fol.55.

Lex

INDEX.

Lex generalis amplectitur non ſolùm hunc, vel illum caſum in particulari, ſed etiam omnes caſus eiuſdem ſpeciei: nõ ſic teſtatoris diſpoſitio, aut priuatorum pactum, lib. 2. can. 15. q. 19. n. 33. fol. 610. Legis verba iuxta finem, propter quem eſt edita, debet intelligi, & interpretanda ſunt, vt ipſa proprio fine non fruſtretur, can. 11. q. 1. nu. 5. & 6. fol. 459. Legislator ſi interrogatus cùm legem conderet, reſpondiſſet, id prn lege habetur, ibidem, nu. 8. Lex quamdo differat à priuilegio, q. 6. ſub nu. 10. fol. 461. Leges ciuiles non ligant eccleſiaſticos ex defectu poteſtatis, can. 14. q. 8. nu. 3. fol. 529. Leges nihil inutile continere debent, can. 15. q. 4. nu. 15. fol. 536. Legis vſus in ipſius obſeruatione proprie conſiſtit, q. 13. nu. 3. fol. 568. Ad legem condendam, non modo requiritur iuſtitia cauſæ, ſed etiam poteſtas legislatoris, q. 19. nu. 115. fol. 619.

Liber denominatur à ſuo auctore, lib. 1. cap. 4. q 6. num. 1. fol. 67. An libri ſine nomine impreſſi ſint prohibiti, ibidem, nu. 16. Libros hæreticorum legere, an ſit intrinſecè malum, lib. 2. can. 1. q. 34. n. 4. fol. 161. Libros parum de Religione ſentientes, etiam Idolatræ comburi decreuerunt, ibidem, nu. 2. & 3. Libros prohibitos legentes, tenentes, imprimentes, defendentes, &c. an & quãdo excommunicationem, aut culpam mortalem contrahant, vide ſupra, ver. Legentes, & ver. Hæreticorum.

Libertas eccleſiaſtica quid, & in quo conſiſtat, lib. 2. can. 15. q. 15. per totam, fol. 571. Non infringitur pacto priuatorum, q. 17. nu. 34. & 35. fol. 591. An ſit de iure diuino, & naturali, vel tantùm humano, q. 18. per totam, fol. 595. & ſeq. Quot modis dicatur lædi, de primi, aut reſtringi ad effectum contrahendi excommunicationem noſtræ bullæ, q. 25. num. 5. fol. 626. vide ſupra, ver. Immunitas: ver. Clerici: & ver. Eccleſiaſtici.

Licentia vbi requiritur in aliquo actu, debet præcedere actum, nec ſatis eſt ſi ſubſequatur, aut ratihabitio, lib. 2. can. 17. q. vlt. ſub nu. 7. verſ. Nec ſatis, & in addit. litt. d. fol. 661. Licentia ſpecialis S. P. proceſſandi eccleſiaſticos, conceſſa Iudicibus laicis, qualiter intelligatur, can. 19. q 6. fol 691. & in addit. litt. a. fol. eod. An quibuſdam caſibus Iudices laici poſſint ſe intromittere in cauſis criminalibus clericorum, citra licentiam S. P. q. 7. fol. 692. vide ſupra, ver. Facultas.

Lignaminum appellatione, quæ veniant, lib. 2 can. 7. q. 25. fol. 348. & an veniant nſues, gſicæ, & alia uaulgia, lectica, ſells, & Turres ligneæ, q 20. fol. 349. Sed quid dicendum e contra, an appellatione nauiglorum, veniant lignamina. q. 27. fol. 349. & 350.

Limitata cauſa limitatum producit effectum, lib. 2. can. 16. q. vlt. n. 6 fol. 641.

Lis cepta de iure ciuili dicitur per litis conteſtationem; de iure tamen Canonico dicitur etiam cœpta per ſolam citationem, lib. 3. §. 2. q. 7. nu. 3. fol. 734. Litis appellatione ciuiles tantùm cauſæ veniunt, lib. 2. can. 19. q. 4. nu. 2. fol. 690.

Litigioſi pœnam an contrahant clerici: & quiſnam poſſit eam remittere, lib. 2. can. 15. q. 17. num. 18. 19. & 20. fol. 589.

Litteræ Apoſtolicæ quæ ſint, & quænam earum nomine veniant, lib. 2. can. 13. q. 2. ſub num. 1. & in addit. litt. b. fol. 495. Litterarum Apoſtolicarum executionem impedientes incidunt in excommunicationem noſtræ bullæ, ibidem, ſub num. 8 f. 494. Sed quid dicendum ſi impediant, donec à poteſtate ſæculari examinentur, & præſtetur aſſenſus, q. 5. per totam, & in addit. litt. a. b. c. d. e. fol. 498. & 499. Impedientes, vt ſupra executionem litterarum Apoſtol. excommunicationem contrahunt, iàm ſi directè, quàm ſi indirectè impediant, q. 7. nu. 7. & in addit. litt. a. fol. 501. & 502. & q. vlt. nu. e fol. 504. & in addit. litt. c. fol. 506. Idem dicendum eſt de mandantibus, d. q. vlt nu. 9. & in addit. litt. d. & e. fol. 507. Non tamen hæc excommunicatio comprehendit prædictas actiones ratas habentes, ſub nu. 9. & in add. litt. f. fol. eod. Nec etiam recuſantes exequi, in d. addit. lit. g. Aut impedientes publicari, vel intimari, d. q. vlt. con. 2. quæ multipliciter ampliatur, ac limatur. Sed quid dicendum eſt de impedibus accedentes ad Rom. Curiam, d. q. vlt concl. 3. cum ſuis ampl. & limit. Litterarum Apoſtolicarum executionem impedientes prætextu violentiæ prohibendæ, aut ad ſedandam perturbationẽ Reip. an & quando in excommunicationem incidant, can. 14. q. 9. per totam, fol. 520. & 521. & q. 10. & in addit. litt. a. fol. 213. & q. 13. In addit litt. a. b. c. d. e. f. fol. 528. Et quid dicendum ſi quis ſit in locis Paganorum, & nullus adſit Iudex eccleſiaſticus, quæſt. 11. fol. eod. Litterarum Apoſtolicarum executionem impediens, eo quòd ſint coactus iuſſu diuinum, & naturale, excommunicationem contrahit, q. 12. f. 524. Multi alij ſunt caſus pro quibus impedientes executionem litterarum Apoſtol. excommunicationem effugiunt, de quibus d. q. 13. & vlt. concluſ. 3. quæ multipliciter ampliatur, & limitatur, & cum addit. ad ipſum, fol. 527. & 528.

Liunr quid ſit, lib. 2. can. 20. q. 2. nu. 3. fol. 434.

Locans bona Eccleſiæ vltra triennium contra formam extraug. ambitioſæ, an & quando excommunicationem contrahant, lib. 1. cap. 3. q. 6. ſub num. 1. fol. 49. Locans domum vſurario, quem nouit eſſe ad ſeruandam vſuram, lib. 2. can. 3. q. 13. fol. 237.

Loca pia quæ dicantur, lib. 2. can. 15. q. 4. nu. 4. fol 534. Et an quæ ſunt ſub protectione Regia viſitari poſſint ab Epiſcopo, ibidem, nu. 18.

Locutio pluralis, an & quando comprehendat ſingulare, lib. 2. can. 9. q. 11. nu. 6. fol. 404.

Longiſſimi, & immemorabilis temporis poſſeſſio, dat titulum, & priuilegium, etiam ſolemne, lib. 2. can. 4. q. 20. nu. 12. fol. 271. Longiſſimi temporis præſcriptio cum fama, licèt ſit præſumptio iuris, & de iure; tamen admittit probationem in contrarium per confeſſionem partis. nu. 18. vide infra, ver. Poſſeſſio.

Lucrum ab excõmunicato durante excommunicatione, ex damnato negotiatione acquiſitum citra alterius iniuriam, non eſt reſtitutioni obnoxium, lib. 2. can. 7. q. 1. nu. 4. fol. 316.

Lupum capienti ſi ſtatutum det decem, an multiplicetur præmium, ſi quis capiat Lupam præguantem, aut habẽtem lupatinos pendentes ad vbera, lib. 1. cap. 3. q. 4. in addit. litt. a. fol. 47.

M

Magi quinam dicantur, & quæ Strigę: quæ ſint eorum pacta cum dæmone: quibus modis fieri ſoleant, & an & quando ſint hæretici, lib. 2. can 1. q. 22. nu. 35. cum plur. ſeq. fol. 123. Qualiter huiuſmodi perſonæ, & alij ſuperſtitioſi veuientes ad pœnitentiam ſint a Confeſſario examinandi, ad cognoſcendum, an in excommunicationem inciderint, ibidem, nu. 39. Magos, & alios eiuſmodi conſulentes excommunicationem contrahunt, nu. 4. Magi, Striges, &c. licet errorem non habeant in intellectu; ſunt tamen in foro exteriori excommunicati, & pro hæreticis habentur, num. 41.

Magiſtratus vnde dicantur, & quot ſint eorum ordines, lib. 2. can. 19. q. 2. nu. 1. & 2. fol. 688. Magiſtratus inferiores negligentes in hæreticis inſequendis, quibus pœnis afficiantur, can. 1. q. 33. n. 3. fol. 158. Impediens executionem litterarum Apoſtolic. ad habendum eorum Principum conſenſum, & examen, an excommunicationem incurrant, can. 13. q. 9 n. 10. fol. 564. vide ſupra, ver. Iudex, & ver. litteræ Apoſt.

Magis dignum trahit ad ſe minus dignum, lib. 2. can. 18. q. 6. num. 14. fol. 438.

Maior, vt ſupplear negligentiam minoris, eſt ſecundum ius naturale; ſed non e conuerſo, lib. 2. can. 14. q. 2. num. 2. fol. 524.

Maleficium maleficio tolli non poteſt, lib. 2. can. 7. q. 36. num. 32. fol. 361.

Malefidei poſſeſſor nunquam præſcribit. & mala fides defuncti impedit præſcriptionem hæredis, lib. 2. can. 4. q. 21. nu. 1. & 19. fol. 272. & 274.

Malignantium ſub terſugij: licitum eſt obuiare; nõ tamen falſis

I N D E X.

falſis exceptionibus,lib 2.can.6.quæſt.5. nu. 1.fol.307.

Malorum correctio, vide ſupra, var. Correctio malorum.

Malum duplex, intrinſece & quia prohibitum, lib.1. cap. 2.q 2.nu 3. fol.29. Malum intrinſecè nunquam eſt eligendum,ibidem,num 8. Mala omnia tenetur quis pati, potiuſquam malo intrinſece conſentire,ſub nu.9. Mala non ſunt facienda,vt inde euenian; bona, oum 12. Malum intrinſecè faciens non excuſatur quocunque metu,lib. 2.can.3.q.13.num.23.fol.236. Malum culpæ eſt malus quocunque malo pœnæ,ibidem,nu 25. Malum quod non arcuſat a lethali culpa, non excuſat ab excommunicatione,nu.26.Malum factum dolo præſumitur actum,can.6.q 2.nu.16.fol 302. Malum intrinſecè eſt contra ius naturale,can.7.q 36.nu.24 fol.360.

Mammilla mulieris dicitur membrum; non ſic mammilla viri,lib.2.can.9 q.15.n.4.fol.402.

Mandans,an & quando in excommunicationem incidat, lib.1.cap.1.q.3.nu.115.fol.20 Mandatum non reuocatum durat non ſolum tempore ſomni, ſed etiam tempore furoris,ac ebrietatis mandantis,ibidem. Mandantes,fauentes,receptantes,&c. ſi acceſſorie excommunicentur non incidunt in excommunicationem, niſi ſecuto effectu,lib 2.can.1.q 31.nu.1.& 3.fol.152. Secus ſi principaliter,can.2.q 6.nu.3.cum plur. ſeq. fol.216. & can.3.q.12.nu.1.2.& 3.fol 234 Mandans clericum percuti,cur excommunicationem incurrit,can 1.q 48. num.22.fol.185. Mandans interfici aliquem per aſſaſſinum, ſtatim excommunicationem contrahit, canon.3. q.12.nu.1.& in addit.litt a fol.234.& 235. Mandare non eſt verè facere;ſed fictè,can.6.q 3.num.4 fol.304. Mandans committi delictum habens excommunicationem annexam, an & quando in excommunicationem incidat;etiam non ſecuto effectu,can.7.q.16.n.3. fol.335.vbi etiam agitur de fautorem,& conſilium præſtantibus,ac de adiuuantibus. Mandatum facilius reuocatur,quam conſitum,ibidem nu.19.Mandans aliquem occidi,aut mutilari, irregularitatem contrahit; etiam ſi mandatum reuocauerit; dummodo ſequatur effectus, can.9.q.5.nu.3.fol.393. Mandans ex mandato nõ obligatur,niſi mandatarius fuerit executus,canon 31.q.12. nu.2.fol.466. Mandans percuti Cardinalem,aut alium Antiſtitem, ſi mandatum deinde reuocauerit, excommunicationem noſtræ bullæ non contrahit; etiam ſi ſequatur effectus,ibidem,nu.6.& 24. Mandatum qualiter differat à iuſſu,nu.4. Mandans obligatur ex mandato, quod executus eſt mandatarius, qui reuocationem ignorauit q 13.ſupra nu 1.fol 469. Mandans, & mandati pœnitens, an & quando excommunicationem incidat,nu 2.& 3. Mandatarius ſi nonerit, mandantem percuti eccleſiaſticum, mandati pœnituiſſe, ſi percutiat, mandans, excommunicationem non contrahit, can.11 q.11.num.6 fol.460. Mandatarius ſi percutiat clericum poſt mortem mandantis, mandans excommunicationis vinculo non alligatur: ſiue mandans pœnitentiam egerit in morte; ſiue non, ibidem, in fine q. Mandans & dolens poſtea Antiſtitem percuti,ſi non aduertat renocare mãdatum,an excommunicationem, aut irregularitatem incurrat, ſecuto effectu mutilationis,d.can.5 1.q.13.nu.2 & 3.fol.470. Mandans percuti aliquem Antiſtitem determinatũ, ſi mandatarius alium Antiſtitem perconſarit, in excommunicationem non incidit,q 14 nu.2. fol end.

Manifeſta,ſeù notoria offenſa dicitur quæ conſtat,vel per confeſſionem partis,vel per rei euidentiam,vel per legitimam probationem in iudicio,lib 5.§ 4 q.2.num.2. fol.789 Manifeſta contumacia, quæ dicatur, ibidem, num 9.

Maritus laicus, qui vxore viuente, promoueri ſe fecit, quibus pœnis afficiatur,lib.2 can.1.q 55. in fine, f.106. An poſſit impunè occidere vxorem in adulterio deprehenſam,& an tunc peccet,lib.1.cap.2.q.2.in addit. litt.c.fol.33 Detinens vxorem ad S.A. confugientem, in excommunicationem non incidit,can.9.q.77.ou.9. fol.430.

Martinus Bonacina laudatur,lib.2.can 7.q.36.n.43.f.362.

Maſculinum,an & quando concipiat fœmininum, lib.1. cap.1.q.3 ſub num.82.& latius ibi addit. litt.b. fol.2e. vbi regula,ſta multipliciter ampliatur, ac limitatur, & lib.2.can 3.q.14.o.1.fol.240.

Mater prægnans ſi parturiat in naui, pro ſe tantùm; non autem pro partu nato,tenetur penſionem ſolue.2, lib. 1.cap.3.q.4.in addit.litt.b. fol.39.

Materia in naturalibus multiplex,lib.1. cap.1. q 3. no.1. & ſeq.fol.12.Materia,circa quam,bullæ cœnæ quæ nam ſit,& an in ea detur materia,ex qua, & in qua. ibidem, nu.7.61.& 65. cum plur.ſeq Materia,ex qua, an detur in ſacramento pœnitentiæ,nu 67.& 70. Materiæ parnitas excuſat à lethali culpa,lib.2. can.4. q.11. oum.2. fol.256.

Matrimonium fidelis cum infideli eſt prohibitum; niſi rationabilis cauſa ſubſiſtat,lib.2.can.7.q.36.nu 14 cum plur.ſeq. fol.363. & 364. Matrimonij finis non ſolùm eſt prolis generatio,ſed etiam aducatio. nu.5e. Matrimonium Catholici cum hæretica,licet iure eccleſiaſtico ſit prohibitum; ſi tamen de facto contrahatur, eſt validum,n.70. Matrimonium per ſtatutum irritatur,ve contractus; non autem,vt Sacramentum,ou.65. Matrimonium,vt Sacramentum eſt,non poteſt conſiſtere, niſi intcet duor fideles,num.69. Matrimonium contrahens cum conſanguinea metu mortis in gradu prohibito,non peccat, dummodo animom non habeat illud conſummandi,lib.3.§.8 q.1.num.10. fol.802. Matrimonium contrahentes in facia Eccleſiæ cum impedimento ſecreto,vel citra conſenſum requiſitum, licet in foro exteriori compelli poſſint ad perſeuerandum in ea; ad id tamen non tenẽtur in foro conſcientiæ, q.2. nu. 22. fol 806.

Medicinę ſubiectum eſt homo ſanabilis,lib,1.cap.1. q.3. ſub oum 12.fol. 13. Medicinales pœnæ iuri adiuuentę pro delinquentium cepiſiſcentia,ibidem. ſub nu.60.

Medicus non ſtipendiatus ſi omittat curare infirmum, irregularis non efficitur,ſi ob id moriatur; ſecus autem ſi eſt ſtipendiatus,lib.2 can.9 q.8.num.1.fol.398.

Membrum putridum eſt reſecandum,lib 1.cap.1. q 5 nu. 8.fol.26.Quando dicatur debilitari. lib 2. can.9. q.14. ou.6 fol 408. Membrum quid ſit,& quot modis ſumatur,q.15.nu.3.fol.409. Membra dicuntur naſus. oculus, manus,pes,lingua,auris, mammillę mulierum : & omne id,quod eſt pars corporis diuerſum habens officium, ab alijs diſtinctum,nu.4. Membra proprie non dicuntur digiti,teſticuli,dentes,labia,capilli,barba, mentum, cartilago,quę eſt annexa auri,& vngues, ac alia,quę acceedunt principal bus membris,à nu.5 ad 15. Quando dicantur mutilari,num.13.Membrum debilitatum non definit eſſe membrum,q 17.nu 3. fol.412. Et quamuis ſit aridum ; non tamen definit eſſe membrum, num.6. Membrum debilitans,itaut inutile reddatur ad operandum,irregularitatem contrahit,ibidem nu.1. Sicut amputans alicui membrum aridum, excommunicationem contrahit.q.18.n.1.fol.413.

Mens diſponentis attendenda eſt potius, quàm verba, lib.2.can.1.q.47.nu.8.fol 182. Mens legislatoris in legibus interpsetandis præcipuè conſideranda eſt. & aetenda,lib.3.§.2.q 1.nu 31.fol 718. Mentis alicuius maius teſtimonium non eſt, quàm qualitas inſpecta verborum,lib.2 can 8.q 10.ſub n.7.fol.386.

Mentecapti licet excuſentur à cenſuria; ſi tamen in excommunicationem inciderint ante furorem,eccleſiaſtica priuantur ſepultura,lib.1.cap.2.q.3 oum.43. & ſub nu.112 fol.15 & fol 20.

Meatiri non licẽt etiam pro tuẽda vita,lib.2.can.7.q.30. nu.5. fol 332.

Meretricis lerua citra culpam, amaño venianti portam aperit,etiam ſi ſciat,eum cum domina peccatorũ;dummodo peccatum illi non placeat,lib 2.can.3. q.13. nu. 11.fol.237.Meretrix propter conſuetudinem, quam habet in peccando, non poteſt ab aliquo compelli ad ſibi turpiter conſentiendum,can.7.q.37. nu.5. fol 368. Meretricium toleratur ad euitandum adulterium, q.36. nu.31.fol.361.

Meri-

INDEX.

Merita omnia, & ſatisfactiones hominum imitentur meritũ, & ſatisfactioni Chriſti, lib. 1. cap. 4 q. 4. n. 37. f. 63.

Metum imperium cur ita dicatur, & quot ſint eius ſpecies, lib 2. can. 17. q. 3. n. 3. fol. 646.

Metalli nomine, quæ veniant, lib. 2. can. 7. q. 12. fol. 345. An comprehendatur maſſa metalli, ac pecunia numerata, ibidem, nu. 3. & 4.

Metus duplex, vani hominis, & cadens inconſtantem virum, lib. 1. cap. 2. q. 8. num. 1. & ſeq. fol. 89. An excuſet contrauenientes noſtræ bullæ, ibidem, nu. 4. 7. 19. & 22. An metus cadens inconſtantem virum excuſet comedentem carnes, 6. fer. nu. 23. An excuſet communicantem cum excommunicato, num. 24. An excuſet à violetione legis poſitiuæ, etiam diuinæ, & cum aliorum detrimento, nu. 19. cum plur. ſeq. An proueniens ex præcedenti delicto, reſcindat matrimonium contractum, & alis promiſſa, nu. 31. & 32. & in addit. litt. e. fol. 33. Et an metus reuerentialis contractum reſcindat, nu. 6. & in addit. d. litt. a. Metus cadens inconſtantem virum quiſnam dicatur, num. 15. & quis cadens inconſtantem fœminam, ibidem, & in addit. litt. d. fol. 33. An metus ſcandali, & infamiæ excuſet à cenſuris, q. 3. n. 2. fol. 34. An excuſet irregularem celebrantem: & monialem occultè excommunicatam, ſi communicet, & confitetur ad euitandum ſcandalum, eur propriam infamiam, nu. 6. 7. & 8. & in addit. litt. b. fol. 35. Metus etiam mortis non excuſat à violatione cenſuræ in contemptum Eccleſiæ, nec Sacerdotem celebrantem in eiuſdem cõtemptum, aut ſacramentum pœnitentiæ miniſtrantem; d. q. 2. 1 num. 13. ad 19. fol. 31. An excuſet reddentem gladium furioſo poſcenti, aut pecuniam viſurario poſtulanti, vel præſtat latroni: eum, quam illi tradere iurelurando promiſit; eſtõ quod ſciat, res illas expoſtulari ad malum finem, lib. 2 can. 3. q. 13. nu. 7. fol. 136. Idem dicendum de Naura, qui metu mortis eliquem tranſmeuerit, quem ſcit pergere ed alique crimina committenda: aut arma, & alis prohibita deferat ed Chriſtiani nominis inimicos, & hoſtes: & de eo, qui metu mortis propalet eliquem ebſconditum; etiam ſi ſciat ex tali propalatione, mortem illi futuram, ibidem, nu. 8. 9. & 10. Metu mortis licitum eſt inferre damnum Chriſtianorum bonis, nu 16 Non tamen metus mortis excuſet ab actu intrinſecè malo, nu. 23. Metu mortis non excuſentur Chriſtiani remigantes in galeis Infidelium, in perniciem Chriſtianorum, vide d. q. 13 per totam, fol 135. 36. & 37. Metus peſtis non excuſat Epiſcopos, & Parochos, tempore peſtis deſtituentes ſubditos, imo nec alios quoſcunque, quotieſcunque ob ſalutem, & bonum aliorum, neceſſe ſit legem diuinam, poſitiuam adimplere, etque ideo non excuſat non baptiſantem in extrema neceſſitate baptiſmi conſtitutum, lib. 1. cap. 2. q 2. nu 28 fol. 32. Metu proueniente ex præcedenti delicto geſta, in multis caſibus valida ſunt in foro interiori; ſed poſſunt reſcindi in foro exteriori, ibidem, nu. 32. Metus cadens inconſtantem virum excuſat non modo à tranſgreſſione legis humanę; verum etiam aliquando à tranſgreſſione legis diuinæ poſitiuæ, ac naturalis, lib 2 cen. 1. q 48. nu. 13. fol. 194.

Milites ea vi eorum muneris tenentur bona eb hoſtibus recuperata proprijs Dominis reſtituere: & idem dicẽdum eſt de familia publica. recuperante bona rapta à Bannitis. lib 2. can. 4. q. 15. num. 1. & 2. fol. 162. Milites Templariorum ent ſic dicantur, canon. 10. q. 2. fol. 433. Militares Ordines multi, & varij ſunt: & an omnes dicantur perſonæ eccleſiaſticæ, itaut gaudeent priuilegio fori, & canonis, can. 15. q. 18. nu. 27. fol. 600.

Minima curantur ſicut magna. vbi eadem ratio in ipſis militat, lib. 2. cen. 1. q. 46. n. 3. fol. 179.

Minotis excommunicationis antiquitus duæ dabantur ſpecies, lib. 2 can. 1. q. 2. n. 15. fol. 91.

Minus dignum eccedit magis digno, lib. 2. can. 15. q. 11. nu. 48. fol. 554.

Miſſa dum auditur, quam attentionem exigat. lib. 2. can. 1. q 24. in eddit. litt b fol. 134. Miſſam vnam tantùm audiens ſatisfacit præcepto audiendi Miſſas die feſto, canon. 9. q. 11. nu. 5. fol. 404. Miſſam Presbyterij concubinarij ſcienter audiens, mortaliter peccat, lib. 3. §. 8. q. 2. n. 5. fol. 701.

Miſſum imperium quid ſit, quot ſint eius ſpecies, lib. 2. can. 17. q 3. n. 4 fol 589.

Mitius agitur cum Deo, quàm cum hominibus, lib. 2. can. 3. q. 13. n 86. fol. 238.

Moderamen inculpetę tutelæ, quas conditiones exigat; lib. 1. cap. 2. q. 2. in addit. litt. b. fol. 39.

Monachus adeo habitum debet oſſibus affixum tenere, vt in quocunque loco conſiſtat, ſeù quieſcat, eo ſemper vti debeat, lib. 2. can. 2. q. 19. nu. 4. 5. & 6. fol. 209. & 210. Monachi, Principum Curias adeuntes intentione inferendi damnum ſuis Superioribus, excommunicantur, q. 14. ſub nu. 20. fol. 130. Monachum anfugientem, aut ab Abbate appellantem capiens, licèt dicet, velle adire Sedem Apoſtol. excommunicationem non contrahit, can 9. q. 37. ſub nu. 8. caſu 3. fol. 430. Monachus, amiſſo medio, non poteſt appellare S. P. Ibidem, ver Imò. Poteſt detineri ab Epiſcopo ſi licentiam non habeat ſui Superioris; etiam ſi per viam appellationis recurrat ad S. A. ibidem, verſ. Quartus caſus. Fit Ciuis Curtatis, in qua habitat, can. 15. q. 18 num. 54. fol. 603. Monachus exemptus de licentia Abbatis, poteſt abſolui à reſeruatis occultis, & diſpenſari ſuper Irregularitatibus occultis, ab Epiſcopo, lib. 3. §. 2. q. 12. num. 25. fol. 757. Ne quid ſi Abbas deneget licentiam, num. 26. ibidem. Sed an concluſio procedat, etiam ſi Prouincialis, aut Generalis habeant hanc poteſtatem, n. 27.

Monaſterium, an veniet appellatione Eccleſiæ, lib. 2 can. 19. q. 7. fol 614. An gaudeet omnibus Eccleſiæ priuilegijs: & quid dicendum de hoſpitalibus, & alijs locis pijs, ou. 5. Monaſterij appellatione, venit etiam conuentus clericorum, q. 8. n. 2 fol. 655.

Monialis alligata excommunicatione Papæ reſeruata, & occulta, an ante abſolutionem obtentam, ad eniandum ſcandalum, & infamiam, poſſit communicare, & confiteri, lib. 1. cap. 2. q. 3. nu 7. & in eddit. litt. b. fol. 35. Moniales collegialiter viuentes; non tamen ſub perpetuæ clauſuræ, dimittentes habitum aſſumptę Religionis, an ſint apoſtatæ, lib. 2. can. 2. q. 16 n 2. fol. 107. Et quid dicendum de Monialibus tertij Ordinis S. Franciſci, & S Dominici, ſi à Religione recedant, q. 17. nu. 25. & 26. fol. 118.

Monitio an requiratur ad contrahendam excommunicationem, c. excommunicationi, de raptor. lib. 2. can 4. q. 2. nu. 4 fol. 244. Monitio non prærequiritur, vbi infligitur pœna ipſo facto, adiecto tempore, ibidem, nu. 6.

Monitoria pro excommunicatione ed finem reuelandi; quando concedi valeant. lib. 1. cap. 1. q. 3. in eddit. litt. a. fol. 22. Monitorium quidnam ſit, lib. 2. can. 13. q. 2. nu. 5. fol. 494.

Mora, an & quando ſit notabilis prudentis viri arbitrio eſt determinanda. lib. 3. §. 2. q. 10 n. 9. fol. 751.

Morantes in Curia Romana, qui proprié dicantur, lib. 2. can. 9. q. 34. nu. 1. fol. 415.

Mortem languentibus probatur Infligere, qui hanc cùm poſſit, non excludit. Et morienti mortem addit, qui cùm poſſit eum abſoluere, nõ abſoluit. lib. 2. can. 9. q. 8. nu. 2. fol. 398 & lib. 3 §. 2. q. 2. num 20 fol. 714. Mortis articulus, quinam ſit, & quomodo differat à mortis periculo, d. q. 2. num. 1. Mortis periculum, etiam ſi non ſic adeò graue, ſatis eſt, vt in eo conſtitutus abſolui poſſit à cenſuris. & caſibus in noſtra bulle reſeruatis, ibidem, nu. 14. Mortis in periculo quando dicatur is, qui profecturus eſt ad bellum, nu. 15. & 16. Mortis periculum vtgere in mari, quando dicatur, nu. 17. Mortis articulum nullam habet caſuum reſeruationem, q. 3. num 4. & in addit. litt. b fol 727. vbi id multipliciter ampliatur, ac limitatur. In mortis erriculo poteſt quis abſolui, etiam ab hæretico, niſi ſit timor infectionis, ibidem, nu. 5. vide ſupra, ver. Abſolutio.

Motus idem eſt in imagine, & exemplari, lib. 1. cap. 4. q. 3. nu. 1. fol. 59. Motus proprius ſcripturam exigit, & non poteſt probari per teſtes, cap. 5. q. 4. num. 16. fol. 82.

Nun-

Nunquam extenditur ad inſolita,ibidem,num 21. Motu proprio conceſſum priuilegium,in quibus differat à priuilegio conceſſo ad partis inſtantiam,nu.17.
Mayſes non modo fuit Princeps temporalis; ſed & S.P. lib.2 can.15.q.1 8.n.27. f.600.
Mulier prægnans,an & quando licitè medicamẽta ſumat, licet inde ſequatur mors fœtus,lib.2.can.7.q.36.n.39. cum plur.ſeq.fol.361.& 362.,An abſinlui poſſit à reſeruatis,tanquam in periculo mortis conſtituta,lib.3. §.2. q.2.n.7.fol.723.
Multa iam facta tenent,quæ iam facienda impadirentur, lib.2.can.7.q.11.n.9.fol.331.
Mutata perſona,mutatur conditio rei,lib.2. can.18. q.11. nu.3.fol 677.
Mutilare quid ſit,& quiſnam dicatur mutilus, lib.2. can. 9.q.14.n.2.& 2.fol.407.& q.15.nu.12.fol.419. Mutilatio membri qualiter differat à mutilatione hominis.n. 24.cum plur.ſeq.·Mutilatione prohibita ſub aliqua pœna,pœna nõ incurritur,niſi ſequatur totius membri amputatio, nu.26.

N

Naturali iure id præcipitur, quod recta ratione dictatur,lib.2.can.15.q.1 6.n.8.fol.597.
Natus extra parentum domicilium,natus fingitur,vbi parentes domicilium ſortiebantur,lib.2.can.10.q.11.n.4. fol.444.
Naufragorum bona ſurripiens,non aſcendentia ad valorem ſaltem duorum aureorum,non incidit in excõmunicationem noſtræ bullæ,lib 2.cap.1.q.3.n 45. f.15.& lib.2.can.4.q.19.n.5.f.216.Naufragorũ iura protegẽta eorum bona, qualiter lædat ſa differãt,d can 4.q.2. per totã,f.243.Quæ requirãtur ad contrahendam excõicationẽ latã cõtra auferẽtes bona naufragorũ,n.9.Quid ſi naues ſint fideliũ,& bona infideliũ,vel è cõtra,q 3. fol. 241.Et quid dicendũ de rapiẽtibus ipſam nauẽ naufragiã paſſam,n.3.aut bona infideliũ affecurata à fidelibus, n.13 & q 13 & vlt.per totã. Et an ſi bona ſint piratarũ fideliũ,q 4.f.24e An excõmunicationẽ cõtrahat.qui bona ſibi cõſignata in ſcapha,vel alio quouis modo ſibi appropriat in ipſa naufragij rrepidatione,ſi naufragium nõ ſequatur,ibid n.2. Er an bona naufragorũ vltra licitũ trãſmiſſa ſurripiẽs, in excõmunicationã incidat. q 8.f. 214 & in add,lit a fol.eod.Bona huiuſmodi depoſita à Domino in littore, ſi quis deneget, vtrũ excõmunicationẽ cõtrahat,q.9.n.t & 4 fol 154 Er quid ſi ea ſurripiat animo eiſdẽ vrẽdi per aliquor tẽpus,& deinde reſtituẽdi Domino,q.10 f.255. Er quid dicendũ,quando ſinguli ſurripiũt ſingulas res naufragatas minimas, quæ ſimul lũctæ faciunt quantitatã magnã an excõmunicationẽ incurrãt,q 12.f.257. Naufragorũ bona habita pro derelictis à naufragiũ paſſis ſi quis auferat.an & quando reſtituere ea teneatur,q.13 f.259 Et quid ſi pro derelictis nõ habuerit;ea tamẽ nunquã habiturus eſſet, q. 14.f.261.Et an eadã recuperans cũ propriæ vitæ periculo,ſua ſibi faciat,q.15 f.262.Naufragorum bona quouſque recuperari poſſunt, ſuna in dominio eorũ dominorũ,n.5.Ea ſurripientes qualiter nõ iuuentur priuilegio,& an & quando eadẽ præſcribãr,q.17.f.264. & q. 21.f.272.& 273.Non iuuantur conſuetudine,quę damnatur tãm præterita, quàm futura, q.19. Nec quacunque longiſſimi,ac immemorabilis tẽporis poſſeſſione, q.20.n.13.f 271.& q.21.n.3.4.& 5.f.273 Neque iuuãtur ignorãtia iuris,n.6.& 7.Secus ſi ignorantia ſit facti, & probabilis,nu.8.9. & 10. Reliqua vide q.23.& vlt. concl.vnica cũ ſuis ampl.& lim.f.275.276.& 277.& in add.lit.a.b c.fol.279. vbi late tractatur de caſibus.in quibus excommenicatio noſtræ bullæ incurritur, & in quibus effugitur.
Nauis quando dicatur expugnari,lib.2.can.4.q.6. num.1. & 2.fol.252.Si in euidenti periculo deferatur,& nauta peritus in eo exiſtens ſua induſtria nauem conſeruet, tenetur illam Domino vna cum mercibus reſtituere, ſoluta ſibi debita mercede,d.n.5. Naulgiorum appellatione non veniunt lignamina,can.7.q.27. f.349.
Nauta metu mortis citra culpam tranſmeare poteſt aliquem,quem ſcit pergere ad cõmittenda crimina,lib.2. can.3.q.43.n.9.f.236.Nautæ,caupones,& ſtabulatij recipientes hæreticos,aut eorũ libros tenẽtes,an & quãdo excõicationem cõtrahant,can.1 q 51.nu.11. f.189.
Necare videtur non tantũm is,qui partum præcocat; ſed & is,qui abijcit,& alimentam denegat,lib.2.can.9.q.8. nu.2. fol.398.
Neceſſitas triplex,lib.1.cap.2.q.4.n.1.f.35.An & quando excuſet à cenſuris,n.2 An excuſet à furto,& a rerũ ſubtractarũ reſtitutione:& qualiter cõmunia omnia faciat, n.4.& 3.& in add.lit.a. fol.36. Neceſſitas facit licitum, quod alias licitum non eſſet,lib.2.can.7 q.36.n.22.fol. 360.Non habet legem,can.9.q.4.n.2.f.381.Neceſſitatis cauſa admittitur in teſtem,qui alias non admitteretur, lib.3.§.2.q.5.nu.2 fol.730.
Negotiatio licet prohibita ſit clericis, etiam coniugatis; non tamen clericus coniugatus ante trinam monitionem ſubditur laicorum ſtatutis,lib.2.can.15.q 4.n 4.& in add.lit.a.in fina,f.536.Negotiatio clericis eur prohibeatur:quinam clerici proprie dicantur negotiatores: & an & quando gaudeant immunitate collectarum, can.18 q.8 per totam,fol.673.& 674.& in add. litt.a. b.c.d.e.f.g fol.675.
Negotiũ quid,lib.2.can.12.q.1.n.4 fol.484. Negotiorum geſtores,qui dicantur, & quomodo differant à procuratoribus,& ab Agentibus,ibidem.n.4 cum plur. ſeq.
Nemo tenetur ſeipſum prodere,lib.2.can.1.q.27. nu.46. fol.143. Nemo præſumitur iactare ſuum, can.4.q.13. nu.3.fol.260.Nemo carnem ſuam odio habuit, can.13. q.7.n.1. fol.501.
Nicephori Imp. lex contra libertatem eccleſiaſtica tanquam impia, & pernicioſa fuit renocata, lib.2. can.15. q 19.n.79.& 92.fol.614.& fol.616.
Nihil intereſt,vtrum occidat quis,an cauſam mortis præbeat,lib 2.can 9 q.10.nu 1.& 9 fol.401. Nihil ſimile eſt idem.q.7.nu.7.fol.396. Nihil prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur.can.7.q.30.ſub n.16 fol 359.
Nomen Rom.Pontif.cur ſibi per ſeipſum immutetur: & cur Religioſi,lib.1.cap.4 q.5.per totã fol.& in add. lit.a fol 66.Nomẽ deber eſſe cõſequens rei, ibidẽ, n.4. Cur a Chriſto Apoſtolorũ Principi fuit immutatũ, n.9. Et qua ratione fieri poſſit nominis mutatio,n.11.Et an in frandẽ nominis mutatio prohibita ſit,nu.12. Nomen bonum,an bonã præſumptionẽ faciat: & malũ malam, n 16 Nomen Papæ ſi in bulla cẽnę omittatur,vel poſtponatur,an bulla ipſa vitietur.per totã,fol.67.Nomina diuerſa,diuerſũ habẽt effectũ,lib.2.can.1.q.2 n.5. f.89.
Nominatim excommunicatus, vel interdictus quiſnam dicatur,lib.2.can.1.q.7.n.1.& 2.fol 96.
Non omnis,qui iuuat eũ,qui peccat,dicitur iuuare peccãtẽ,vt peccet,lib.2.can.3.q.13.n.12.f.237.Non ſunt faciẽda mala.vt inde veniat bona,can.7.q.11.n 1.f.330. Non ſermoni reſiſted rei eſt ipſe ſermo ſubiectus, can. 9.q.27.n 5.f.419.Non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ,qui cùm poſſit,manifeſto facinori deſinit obuiare, can.11.q.19.n.9.f.47e.
Notarij,& Tabellionnes differant,lib.2.can.13.q.6.fol. 508.Dicuntur perſonæ publicæ, ſeu ſerui publici, & aliquando non differunt à ſcribis, can.19. q.3. num.1. fol.689.
Noua pedagia,ſeu nouas gabellas imponi, eſt damnatum tum iure canonico,tum ciuili,lib.2.can.5.q.1.nu.1.fol. 280.Noua pedagia,quæ proprie dicantur,q.3. fol.281. Noua pedagia imponere aliud eſt: & aliud antiquitus impoſita nouiter exigere,ibidẽ,n.2.Pedagiũ quid ſit,& vnde dicatur,q 4.n 1.& 2.fol.281.An differat à guidagio.portorio,à gabella,&c.n 3.& 4. Quibus caſibus ſit permiſſum principibus,& vniuerſitatibus liberis ea imponere:& quando exigatur licentia Rom. Pontif.q.7. f.288.& q.13.concluſ 2. & in add litt.a.b.vbi oſtenditur aliquãdo poſſe à R.Pont.imponi gabellas, pedagia,

& alia tributa,etiam non ſubditis. Padagia,& alia tributa augere,eſt noua impooere,q.2. fol 289. Non tamen excommunicationem contrahunt illa exigentes à ſponte dantibus,q.9 ou.1.fol.289.vbi nnm 2. declaratur,quando quis inuitus dicatur ſoluere noua pedagia, ſeu tributa,& late.q.13.concluſ.3 fol.297. Sed quid dicendum ſi pedagia ſint iuſta ex parte omnium conſarum,ſed iniuſta ex parte eorum,à quibus exiguntur.an excommunicatio contrahatur,q 10.fol.290.Et late de hac re,q.13.& vis.fol.296 & 297. Noua pedagia, ſeu noua tributa imponere, eſt effectus ſupremæ iuriſdictionis,ibidem,ſub n.2 concl.2.circa prin. Reliqua,vide infra, ver.Pedagium.

Nouitius intra probationis annum,licèt non dicatur propriè Religioſus, gaudet tamen priuilegio canonia, & fori,& prima tonſura initiari poteſt, lib.2. can.15.q.3. num.2.fol.530.& in addit.litt.b.fol.532. Poteſt puniri à proprio Prælato ſi deliquerit,in addit.litt.c.fol.eod. Sed quid dicendum eſt ſi delictum commiſerit ante Religionis ingreſſum, ibidem.Nouitius ſi decedat ante profeſſionem, & non diſpoſuerit de bonis ſuis, ei ſuccedit Monaſterium,q.19 nu.110. fol.619. Nouitius Religionem ingreſſus excludit ſubſtitutum; & ſic expirat ſubſtitutio ſi deceſſerit ſine filijs; & ſuccedit Monaſterium,nu.111.

Nox quando dicitur eſſe, & quot ſunt eius partes, lib.2. can.1.q.17 n.14.fol.110.

Nuncij Apoſtolici abſoluunt ab enormi percuſſione clerici in propria Prouincia.Non ſic legati nati,lib.2. can.21,q.21.o.9.& 10,fol.479.

O

OBedire proprio Prælato quandoquis teneatur: & quando excuſetur,lib.2.can.2,q.14.io addit.litt.a. & b.fol.103. & 104.

Oblati,an & quando dicantur perſonæ eccleſiaſticæ, lib. 2.can.15.q.3.& 7.nu.9.fol.542.Si recedant à Religione,an ſint apoſtatæ,can.1.q.16.nu.6.fol.107. & in addit.litt.a. fol.108.

Obſeruatio vana per expreſſam Dæmonis Inuocationem qualiter fiat,& quomodo per tacitã, lib.2, can.1.q.22. nu.51.& 52. fol.124.

Obuiare deſinens manifeſtò facinori, non caret ſcrupulo Sociatatis occulte,lib.2.can.9 quæſt 8.num.1 fol.398. Obulare prætermittens mutilationi clerici, incidit in excõmunicationem can.ſi quis ſuadente; non autem noſtræ bullæ,ibidem, num.14. Obuiare qui poteſt.& perturbare eliminentes,& non facit, eorum impietati fauere dicitur.can.11.q.19 n.8.fol.475.

Occaſionem proximam peccandi iure naturali, ac diuino tenemur vitare,lib.2 can.1.q 18 n 1.fol.114.& q 34. n 1.& 10.cum plur.ſeq.fol 161.& 162 vide ſupra,ver. Cauſam proximam.

Occultum delictum quot modis dicatur, lib.3 §.2 q.11. num.4 cum plur,ſeq fol.755. Et ao dicatur occultum, quod licèt in vno loco ſit occultum, in alio tamen eſt publicum, nnm.6. Et qualiter differant inter ſe publicum,notorium,manifeſtum,ac famoſum, ibidem, nu 5. Occultum aliquid dicitur, quod probari poteſt etiam per quinque teſtes, aotequam iudicialiter ſit diſcuſſum,quæſt.12 num.3.fol.763. Occultantes arma accedentium ad S.Apoſtol. quibus ſe deſanderent, ſi ob id ab aliquo occidantur, non incidunt in excommunicationem bullæ cœnæ, lib.2. can.9. quæſt. 8. num. 10. fol.399.

Oculis percurrentes hæreticorum libros, an in excõmunicationem incidant.lib.2.can.1.q 49.nu.1 fol.186.

Odia ampliãtur,& pœnæ extendũtus,vbi tractatur de animarũ,vel Eccleſiæ vtilitate,lib.2.can.7.q.7.n 1.f 325.

Offendentes accedẽtes ad S.A. an & quando excõmunicationẽ noſtræ bullę cõtrahant,vide ſup.ver Accedentes. Offendẽtes in Curia morãtes, in excommunicationem incidunt, niſi auctoritatiue id agant, lib.2. can.9. q.26.n.1.f.418.& quid de mandantibus.n.3.Offendens tranſferêtes cauſas ad R.Catam: aut pro eorum cauſa accedentes,excommunicationem contrahunt;niſi ruſte offendant,can.12.q.2.o.2.& 3. fol.485.

Officium exequentes,ad quod lunt deſtinati, an & quando peccent,aut excuſentur à culpa; etiam ſi id tendat in Dei offenſam,lib.2.can.5.q.13.ſub nu.10.f.236 Officij diuini præcepto ad ſatisfaciat, qui illud recitat, vt Deũ laudat,& bonna tepotetur canto q.15.in add.litt.a fol.449.Officiũ ab efficiendo deriuatur,& multis modis ſumitur,can.15.q.2.n.3 f.130. Ex officio quãdo dicatur Iudex procedere.ſub n 3.in addit.lit.a. fol.eod.

Omiſſio reducitur ad genus commiſſionis imputatiue,lib. 2.can.9.q.8.nu 8.fol.398.

Omnia noſtra facimus, quibus noſtra impartitur auctoritas,lib.1.cap 1.q.2.nu 17.f 5. Omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio,cap.4.q.1 nu.1. fol.65.

Onera eccleſiaſticis Imponentes, ſunt excommunicati,ſiue realia ſint,ſiue perſonalia, lib.2. can.18 q.2. nu.14. & 15.fol.663.& in addit litt.n. fol.664. vide ver. Collectas, ver. Gabella, ver.Nona pedagia, & ver.Tributa.

Opera facta ex voto ſunt magis meritoria, quam ex ſola voluotate prouenientia,lib 2 can.10.q 8 ſub n.1. f 439.

Opinio communis non conſtituitur ex numero, ac grauitate Doctorum,ſed ex rationibus,& reſolutionibus occurrentium difficultatum; etiam ſi ſolius Doctoris ſententia fuerit,lib.2 can.15 q 4 n.8.fol 535 Opinionem communem an amplecti teneamur, ibidem, nu.9. opinionem habens in his, quæ pertinent ad fidem Catholicam,an ſit hæreticus,can.1 q.23.n 4. f.128.

Oratio quid,& quomodo ab adorat one differat,lib.2.cap 4 q.4.n.1.& 2.fol 61.Quot modis fieri contingat, n.3. 4 & 18 Qualiter fieri poſſit ad R. Pontificem, ad Sanctos,ac etiam ad hnmines vinentes,ibidem per totam: & an expoſci poſſit à peccatore,n.14. An oratio mentalis fiat ad Sanctos,nu.44. Et an fieri poſſit ad animas Purgatorij,n 47.

Oratoria priuata quænam dicantur, & quæ publica: & quæ gaudent immunitate eccleſiaſtica,lib.2.can.25. q. 16. num.6. & 7. fol.573. Oratorium priuatum non poteſt dici Eccleſia, nec pium locum,cap.17.q.6.nu.2. & 5.fol.653.

Ordinarij tempore viſitationis procedunt tanquam S A. delegati, & gaudent etiam ordinaria poteſtate, lib.2. can.16.q 2.n 1.& 3 fol.635.

Ordinata charitas. Vide ſupra charitas.

Ordo quot modis ſumatur,lib 2.can.1.q.25.n.1. fol.105. Ordinatus abſque litteris proprij Epiſcopi, vel cum litteris inferioris Epiſcopo an gaudeat priuilegio canonis,& fori,can.25.q.3.nn.7.fol 532. Ordines Militares,an ſint perſonæ eccleſiaſticæ,vide ſupra,ver.Eccleſiaſtici.& var.Milites.

P

PAce fidelium diuinus cultos augetur, & Eccleſia Dei muneribus illuſtratur,lib 1 cap.5.q.1. ſub n.13. f.77. Pacem conſeruare,& ſcandala remouere, proprium eſt S.P ibid n.8 Pax teodit in publica vtilitate. ſub nu.12. Multipliciter violari contingit,n 14.Pacis cauſa poteſt Papa remittere iniurias ſubditorum vni tollere Ciuitatem,aut Caſtrum,& alteri dare,ibidem.nn.11 & 12.

Pacta tacite cum dæmone, & pacta expreſſa qualiter fiãt, lib.2.can.1.q.22.n.37.f.123.Pactum in re graui obligat ſub læthali culpa ad ipſius obſeruantiam,can 5 q.22 n. 5 f.294. Pacto priuatorum,vel teſtamento fieri poteſt, ne capella, aut monumentum ædificetur in tali loco; non tamen per ſtatutum.can.15.q 19.nn.22. 26. & 32. f.609.& 610.& n.75.fol.614.

Papa habet ſupremam coercendi iuriſdictionem pes totum ChriſtianumOrbẽ,lib.1.cap.1.q 2.n.21 f.6.Trãſtulit Imperiũ a Græcia in Germanos: poteſt Electores eligere, & Imperatorem electum confirmare, vel reijcere: habet poteſtatem promouendi Reges, & Ducea; Imperio vacante Imperij ſubditis iuriſ-

tiam

INDEX.

ciam adminiſtrat: certis caſibus iuſtitiam adminiſtrare poteſt, etiam in terris, quæ non ſunt de patrimonio Eccleſiæ: eidemq; innumeri fere Reges iuramentum fidelitatis præſtant, ibidem, n. 23. cum plur. ſeq. & in add. lit. d & n. fol. 9. Papa ſtatim electus poteſt edere bullę cœnę, & quaſcunque alias leges, & cenſuras ferre: nec indiget confirmatione, ſicut indigent alij Prælati, ibidé, n. 28. 19. & 30. De potẽtia abſoluta pure laico, ac ét fœminæ poteſt tribuere facultatem ferendi cenſuras, n. 33. Nõ alligatur cenſuris, nec etiam volens, n. 34. & 38. Papa licet hæreticus (quod abſit) donec deponatur, poteſt ferre cenſuras. & ſi corrigatur, non eſt deponẽdus, nu. 39. & 40. & in add. lit. f & g. fol. 9. & 10. Papa, an & quãdo cõprehendatur ſub nomine ordinarij, q. 5. n. 2. f. 37. Cur appellatur Sãctiſſimus, cap. 4 q. 2. n. 1. f. 17. Eſt omniũ maximus; & Apoſt. Paulo adminiſtratione maior: & habet omnẽ poteſtatẽ, quã Chriſto tanquã homini à Deo tributa fuit, n. 3. & 5. Appellatur magnus Dominus, nec eſt dignitas, cui põtificia cõparatur, n. 4. & 19. & 20. Poteſt legitimare ſubditos Imperatoris, & aliorũ Principũ, n. 25. Pepę debet uxor doceri, cap. 4. q. 5. per totã, f. 59. An ad eundẽ cõueniat oratio, q. 4. con. 2. & 3. f. 62. & 63. Cur nomẽ ſibi mutet, q. 5. per totam, f. 65. Papa in ſuis litteris, Epiſcopos fratres, & reliquos dilectos filios appellat. & vni ſcribẽs nunquã loquitur in plurali, q. 6. n. 6. f. 67. Cur anteponat nomen ſuũ illis, ad quos ſcribit, n. 7. Curiarũ ſtylis nõ ſubijcitur, n. 9. Papa dicitur quaſi pater patrum, q. 7. nu. 1. f. 69. Pepæ nomã ſoli R. P. hodie tribuitur, licet antiquitus Epiſcopi quoq; ita appellarẽtur, ibid. n. 3. & 4. Cur aliquãdo fuerit eppellatus Vicarius Petri, n. 6. Papa deriuatur à pape, quæ eſt interriectio admirantis: & cur dicatur admirabilis, n. 5. 6. & 7. *Diſpẽſat*, vt monialis profeſſa, & alij Religioſi matrimoniũ cõtrahere poſſint; & poteſt etiã ſecũ diſpẽſare in voto caſtitatis, & vxorẽ ducere, nu. 10 & 18. Et ſi tẽpore ſuę electionis reperatur habere vxorẽ, nõ vitiatur electio, n. 19. Papa, an & quãdo diſpẽſet in decimis, & cũ clericis, ne recitẽt officiũ diuinũ, n. 20. & 22. An & quãdo diſpẽſet in iure diuino, n. 21. 23. 24. & 35. An diſpẽſare, ac eõmutare vota poſſit citra iuſtã cauſam, n. 25. cũ plur. ſeq. Nõ potaſt diſpẽſare in matrimonio inter aſcẽdẽtes, & deſcẽdentes, n. 36. Imo ſecundum aliquos, nec inter Collateraleis in linea inæquali, nẽpẽ, vt Patrum ducat neptẽ. aut fratris filius ducet in vxorã patrui præmortui coniugẽ, n. 37. & 38. Sed an & quãdo diſpẽſat in iura naturali, n. 42. An valeat diſpẽſara in ſimonia, & ſuper vſuris, n. 49. & 50.

Papa quãus magnam habeat poteſtatẽ, primo tamẽ eligit cõmendare humilitatã, cur tamẽ hodie in litteris eius nomẽ proponatur, cũ olim poſtponeretur, retro redditur, lib. 1. cap. 5. q. 1. n. 1. & 3. f. 76. Papæ proprũ munus eſt, pacẽ cõſeruare, & ſcãdala remouare, ibidẽ, n. 8. Papa pro bono pacis poteſt Reges, & Principes commutare, n. 9. Padere debet copulare Catholicos Principes in perniciẽ hoſtiũ Catholicæ fidei, n. 10. Poteſt remittere iniurias ſubditarũ num. 11. Poteſt vni exiliare Ciuitatẽ, aut Caſtrũ, & alteri dare, n. 12. Papa cur appelletur Epiſcopus, q. 2. n. 2 & ſeq. f. 77. & 78. Appellatur Rom. Patriarcha, n. 5. Eſt omniũ Chriſti ouiũ vniuerſalis paſtor, ibidẽ, & in add. litt. a. fol. 79. Papa Gregor. cur prohibuerit ſe eppellari Papã vniuerſalẽ ratio aſſignatur, nu. 7. Papa de plenitudine poteſtatis poteſt cõmittere ſimplici Sacerdoti, vt coferet ſacramentum cõfirmationis, minores ordines: ac etiã ſubdiaconatũ, n. 16. Nõ tamen põt cõmittere diacono, vt miniſtret extremã vnctionẽ, n. 17. in fin. Papa cur ſe nominat ſeruũ ſeruorũ Dei, q. 3. per totã, f. 80. Nõ poteſt eſſe ſeruus, & ſi ſeruus aligatur, ſtatim afficitur liber, n. 2. Cupiditates debet habere fadatas, aliàs ſeruus eſſet ſeruorũ, iuxtà illud Diogenes, n. 4. Papa eſt Dominus Dominorũ, nu. 6. Triplici poteſtate fert cẽſuras, lib. 2. can. 1. q. 1. n. 2. f. 88. Nõ tamẽ illis alligatur, etiã ſi in hæreſim incidat, nu. 3. Cur autẽ auctoritate Petri, & Pauli dicatur cẽſuras ferre, q. 4. in prin. f. 94. & q. 5. fol. eod. Nõ poſſunt eſſe duo Papæ eodem tempore, d. q. 5. n. 2. Papa immediate ſecipit iuriſdictionem à Chriſto, poſt electionem de eo factam, q. 6 f. 95. Non dicitur Vicarius Apoſtoli Petri; ſed Chriſti, ibidem. Etiã ſi in hæreſim incideret (quod abſit) non eo ipſo eſt priuatus pontificia poteſtate, ac iuriſdictione, q. 18. n. 10. f. 114. Non poteſt errare in præceptis, ſeu in rebus moralibus, quod ſubſtantiam, & honeſtatem morũ, q. 226. in add. lit. c. f. 126. Ipſe ſolus poteſt res, etiam ad fidem pertinentes definire, can. 2. q. 7. n. 12. f. 220. poteſt reuocare omnem legem, & quoduncunque priuilegium, ac ſtatutum, quæ ſint nutritiua peccati, can. 4. q. 2. n. 9. f. 266. Exarcet iuriſdictionem ſuper vniuerſalem Eccleſiam ratione peccati, ibidem, nu. 11. 12. & 13.

Papa ſine cauſa diſpenſans, vt Sacerdos matrimonium cõtrahat, licet peccet; matrimoniũ tamen tenet, lib. 2. can. 7. q. 36 n. 68 f. 364. Papa in ijs, quæ ad finem ſpiritualẽ maximẽ pertinent habet vtrunque gladium, ibidem, n. 87 Si conſideretur, vt purus homo, poteſt errare in ijs, quæ pertinent ad bonũ particulariũ, nõ tamen ijs, quæ pertinent ad fidẽ, mores, & bonum vniuerſale totius Eccleſiæ, q. 37. n. 12. & 14 f. 360. & 370. Papa, vacante Imperio, poteſt cognoſcere de cauſis feudalibus, & de alijs ad iuriſdictionem Imperatoris, aut Regis pertinẽtibus, can. 15. q. 1 8. n. 58. f. 603. A nemine iudicatur: nec à Conc. quidẽ, niſi in cauſa hæreſis, vel ſi per ſimoniam fuerit electus, ibidem, n. 60. poteſt particulares clericorum cauſam poteſtati ſæculari delegare, nec ob id reſtringitur eccleſiaſtice libertas, n. 70. eũ plur. ſeq. Non tamen poteſt iuriſdictionem ordinariam concedere laicis ſupra clericos, n. 76. Habet omnium dominiũ directẽ maximæ quoad finẽ ſpiritualem, q 19. n. 116. fol. 621. Poteſt abdicare ſe à pontificatu, lib. 3. §. 2. q. 1. n. 2. f. 712. Papæ amenti datur curator à Collegio Cardinalium, n. 3. Pepa licẽt de poteſtate ordinaria non poſſit ſibi reſeruare caſus, & cenſuras in articulo mortis; id tamen potaſt de poteſtate abſoluta, q 4. n. 3 fol 728. Non tamen intendit iure bullis alteri præiudicare, q 14. n. 2. fol. 770. Papa ſicut etiam Epiſcopus communicande cum excommunicato, non cenſentur nam abſoluere, q. 17. num. 17. fol. 777. Papa licẽt nutu, & quocunque alio modo poſſit excommunicatum abſoluere; id tamen non poteſt inferior, ibidem, nu. 18 Papa ſi pœnam imponeret recuſentibus apud ſe habere tranſumptum bullæ cœnæ; adhuc contrauenientes obligarentur ad culpam. §. 8 q. 2. n. 26. fol. 737.

Parie delicta mutua compenſatione tollũtur. lib 2. can. 3. q. 6. fol. 230. & q. 14 nu 12 fol. 241. Paria ſunt non eſſe, & inutile eſſe, can. 9 q. 15. n. 23. f. 411. & lib. 3. §. 2 q. 7. n. 8 f. 735. paria ſunt fieri tempora prohibito; vel fieri tempore licito, ſed conferre effectum in tempus prohibitum. can 15 q. 19 n. 205. fol. 618.

Parlamentum quidnam ſit. lib 2 can. 15 q 20. n 8. fol. 548.

Parochiale beneficium obtinens, vide ſupra, ver. Beneficium.

Parochus creatus, vide ſupra, ſub ver. Beneficium.

Pars continetur in toto, lib 2 can. 1. q 39. n. 6. fol 572.

Partes, contre quas ecpeditæ ſũt litteræ Apoſt. ſi recuſant obedire, excommunicationem non contrahunt, lib. 2. can. 13 q. 9 n 12. f. 505. Partes compellantur ad ecta reuocanda, facta corã Iudicibus eccleſiaſticis ſuper cauſis ſpiritualibus, aut ſpiritualibus annexis, exeõmunicationã cõtrahunt: ſiue actores ſint, ſiue rei. Idẽ dicẽdum eſt de compellentibus partes ad conſentiendũ abſolutioni cenſurarũ, quas cõtraxerunt cõtrauenientes, can. 14. q. 13. n 8. f 526 Sed quid dicandũ, ſi pecunia, aut precibus id agẽt, ibidem, n. 9. Partes litigantes trahentes perſonas eccleſiaſticas ad ſæculares curias, an in excommunicationem incidant, can. 12. q. 10. nu 2. f 547.

Participans cum excommunicato in crimine criminoſo, eſt excommunicatus; dummodo is, cum quo participat, ſit nominatim excommunicatus, & denunciatus, aut publicus clericorum peruſſor, lib. 2. can. 1. q. 48. ſub nu. 4. f. 183. & n 25. f. 185.

Partus ancillæ non eſt in fructu, lib. 1. can. 17. q 4. num. 9. fol. 65 a.

INDEX.

Paſcere apud Hebræos idem eſt, quod regere, lib. 1. can. 1. q. 3. nu. 3. fol. 94. Paſce fame morientem, ſi non paueris, occidiſti, can. 9. q. 2. nu. 3. fol. 398.

Paſcua communia vniuerſitatis, ſunt omnibus Ciuibus communia, vt ſingulis non autem, vt vniuerſis, lib. 2. can. 15. q. 17. nu. 8. fol. 628. An pro animalibus paſcendis clerici teneantur aliquid ſoluere, ibidem, num. 6. cum plur. ſeq.

Pater beatur, ſeu perpenſatur in filijs, lib. 2. can. 9. q. 23. nu. 6. fol. 476.

Patriarcha, quis, lib. 1. cap. 5. q. 2. nu. 4. & ſeq. fol. 78.

Patronus non poteſt ſeipſum præſentare, lib. 1. can. 1. q. 2. ſub nu. 38. fol. 8.

Patruus non diſpenſatur, vt poſſit ducere neptem in vxorem. Vide ſupra, ver. Papa habet, in fine.

Paulinus creatus Epiſcopus, Eccleſiæ facultates non contempſit, ſed fideliſſime diſpenſauit; licèt ſuas vanditas pauperibus erogauerit, lib. 2. can. 15. q. 29 nu. 99. f. 618.

Paulus latine modicus, id eſt humilis, & græcè quietus interpretatur, lib. 1 cap. 4. q 5. nu. 5. fol 63. Pauli PP. V. S. D. N. humilitas, ac mauetudo cõmendatur, ibidem. Paulus Apoſt. fuit Apoſtolo Petro in Eccleſia Romana cooperator, lib. 2. can. 1. q. 5. nu. 2 fol. 94. Cur appellauit ad Cæſarem, can. 15 q. 18 no. 40. fol. 601.

Peccatum eſt materia, circa quam, pœnitentiæ lib. 1. cap. 1. q. 3. nu. 15. fol. 23. Dicitur nihil, ibidem nu. 35. Eſt recta rationi contrarium: vulnerat peccatorem in naturalibus: & eſt actus, priuatinnem habens annexam, ſub nu. 42. Quantumuis veniale non eſt committendum, cap. 2. q. 2. nu. 12. fol. 30. Peccata pura interna poſſunt ab Epiſcopo reſeruari, lib. 2. can. 1. q. 24. fol. 230. & nu. 27. fol. 233. & lib. 3. §. 2. q. 1. num. 3 fol. 755. Quamuis talis reſeruatio non ſit conſulenda, ibidem. Peccatum non committitur, niſi concurrat libera, ac deliberata voluntas, lib. 2. can 5. q. 1. nu. 6. & 7. fol. 291. Peccatum quid, ibidem. Peccata venialia quilibet Sacerdos, etiam non habens iuriſdictionem poteſt audire, & ab eis ſacramentaliter abſoluere, lib. 3. §. 2. q. 7. num 6. fol. 714. Peccata cogitationis. Vide ſupra, ver. Cogitationes turpes. Peccati occaſionem. Vide ſupra, ver. Occaſionem. Peccati nutritiuum tollere ad Rom. Pontificem pertinet, lib. 2. can. 4. q. 12. nu 10. fol. 266. Peccantem iuuare, vt peccet. non dicitur omnis, qui iuuat eum, qui peccat, can 3. q. 13. nu. 12. fol. 237. Peccatores non ſunt ſuſcipiendi, vt peccatores, ſed vt homines miſericorditer tractandi, can. 1. q. 22. n. 14. fol. 547.

Pecunia ſi deferatur infideles hoſtes extra tempus belli, excommunicatio noſtræ bullæ non contrahitur: ſecus ſi tempore belli. lib. 2 can. 7. q. 22. n. 3. & 8. fol. 346. Habet duplicem vſum, materialem ſcilicèt, & formalem, ibidem, ſub nu. 2 Non venit argenti nomine, nu 5. Quid ſi deferatur ad redimendam proprium vexationem, num. 8. Pecunia deſtinata pro monacanda filia, poteſt dici quodammodo res ſpiritualis, can. 14. q 5. ſub nu. 9. fol. 513. Deſtinata ſolutioni, & monacationi filiæ ſequeſtrari non poteſt, ibidem num. 4. Ex ſui natura non eſt fructifera, can. 17. q 4. ſub nu. 17. fol. 651. Depoſitata pro emptione prædiorum, inter immobilia connumerarur, can. 4. q. 23. nu. 8. fol. 276.

Pedagium quid ſit, & quando noua pedagia, & alia tributa iuſte à Principibus imponantur, vide ſupra, ver. Noua padagia. Pedagij, ſeu alterius tributi impoſitio reſpicit territorium ſubiectum ei, qui tributum imponit, lib. 2. can. 5 q. 2. nu. 1. fol. 280. Pedagium, ſeù guidagium exigens, an & quando teneatur eaplnam in ſuo territorio commiſſam teſarcire, q. 2. nu. 3. fol. 281. Pedagia, & alia tributa non debent imponi à Principibus ad explendam eorum ingluuiem, & ad theſaurizandum, q. 3. ſub num. 2. fol. 282. An & quando imponi poſſint non ſolùm pro rebus, quæ deferuntur negotiationis cauſa; ſed etiam ad proprium vſum, ibidem, nu. 5. & 6. & in addit. litt. a. & b. fol. 283. An ſi Principes ea imponant in caſibus à iure patmiſſis citra licentiam Roman. Pontif. excommunicationem contrahant, q. 7. nu 3. fol. 288. & in addit. litt. a. fol. 289. Et quis iuris de habentibus hanc facultatem ex conſuetudine præſcripta. num. 4 in fine. Reliqua, vide ſupra, ver. Noua pedagia.

Pedes, ſoli Papæ oſculantur, lib. 1. cap. 4 q. 3. nu. 2. fol. 59.

Penes ſe, in plus ſe habet, quam apud ſe; licet aliquando pro eodem accipiantur, lib. 3. §. 8. q. 3. nu. 1. & 2. f. 816.

Penſio debetur a ſucceſſore, ſi ſoluta non fuerit à prædeceſſore, lib. 2. can. 18. q. 2. nu. 5. fol. 667. & q. 6. ſub n. 10. in fine, fol. 669.

Percutere, an idem ſit quod ferire, lib. 2. can. 1. q. 3. nu. 1. fol. 457. An differat à verberare, & pulſare, ibidem, n. 3. & 4. Percuſſio clerici enormis, quæ dicatur, quæ vero leuis, aut mediocris, q. 21. nu. 8. fol. 478. Percutere licèt aliquando referatur ad verbalem iniuriam, ſicut hoſtiliter inſequi; id tamen non dicitur vere, ſed methaphoricè, q 22 nu. 11. fol 481.

Peregrinatio, quàm Deo ſit accepta, patet ex reuelatione S. Brigittæ, lib. 2. can. 10, q. 1. fol. 433. Peregrinos, ſeù Romipetas verberans tantùm, non incidit in excommunicationem noſtræ bullæ, q 2. num. 2. fol 434. Quid ſi eis os contundat, & confringat ſine apertura, nu. 4. & 5 Peregrinos depredantes, excommunicationem contrahunt: non ſic aliquid ab eis furto ſubtrahentes, vel peregrinos mortuos ab alijs occiſos ſi depredentur, q. 3. nu 1. 2 & 3. fol. 431. Sed quid de depredantibus peregrinorum mulinnes aut ſpoliantibus eos filijs, vxore, equis. &c. nu. 4. in addit. litt. a. & b. fol. eod. Peregrini, ac Romipetæ quinam dicantur, q 4. per totam, fol. 436. Romam tantùm petentes gaudent priuilegio canonis noſtræ bullæ, q. 5. nu 2. fol. 436. Et quid dicendum de illis, qui reliquias ſanctorum extra Vrbis muros tantùm viſitant. num. 6 & in addit litt. 2. fol. 437. Peregrini petentes Romam æquè principaliter deuotionis, ac vt magnifica illa ædificia eernant, proteguntur priuilegio noſtræ bullæ; ſecus autem ſi minus principaliter deuotionis cauſa, q. 6. num 3. & in addit. litt. b. fol. 438. Quid ſi æquè principaliter deuotionis, ac negotiationis gratia. q. 9. fol. 441. & in addit. litt. a. fol. eod. Peregrinus Peregrinum vulnerans, in cenſuram incidit, q. 7. fol 438. Peregrinum offendens Romam petentem non peregrinationis gratia; ſed vt votum impleat æque, aut minus principaliter, an & quando cenſuram bullæ cõtrahat. q. 8. fol. 439. Peregrinum offendens non vt peregrinum, ſed vt particularem inimicum, an incurrat excommunicationem. q 10. fol. 442. Peregrinum vulnerans, aut occidens cum vxore. filia, &c. deprehenſum, in excommunicationem non incidit: ſicut nec mulier ad defendendam ſuam pudicitiam, num 10. & in addit. litt. a fol. 443. Romipetæ, quamuis Romæ domicilium habeant, ſi Romam ſe conferant deuotionis cauſa, eos offendentes excommunicationem contrahunt, q. 12. nu. 9. & 10. fol. 445. Peregrinos, ſeù Romiperas vulnerantes, dum ex itinere redeunt domum ad ſuſcipiendam rem aliquam, itet deinde proſecutores, excommunicationem incurrunt, q. 12. fol. 446.

Peregrini ſi Romę nullum pietatis opus egerit, vel voluntatem mutent, recedentes non gaudent beneficio noſtræ bullæ. lib. 2. can. 10. q. 13. nu. 1. fol. 446. Peregrini infirmi gaudent tamen dicto beneficio, etiã ſi Romam non peruenianr, ibidem, num 2 Cur tamen indulgentias, ſeù Indulæum non lucrentur, ibidem, verſ. Non obſtat Peregrini recedentes gauderent dicto beneficio, etiam ſi mentio non fieret de recedentibus. q. 14. n. 1. fol. 447. Peregrinatio eccleſiaſticis cur interdicatur, q. 15. nu. 1. fol 448. Non eſt ſuſcipienda à laicis citra Epiſcopi licentiam, ibidem, nu. 2. Si ab eccleſiaſticis ſuſcipiatur ſine ſuperiorum licentia. non gaudent noſtræ bullæ beneficio. & ſi eorum Eccleſias deſerant, poſſunt puniri, num. 3 & 4. & in addit. litt. a. fol. 449. Peregrinatio quando dicatur ex deuotione ſuſcepta. nu. 6. 7. & 8. Si ab eccleſiaſticis ſuſcipiatur, non obtenta Superiorum licentia. quibus eaſibus gaudent noſtræ bullæ beneficio, nu 9. cum plur. ſeq. Peregrinatio ad viſendum Sanctorum Reliquias, apud Eccleſiam Catholicam ſemper in vſu fuit, ibidem, nu. 1. Peregrinos occidi conſulens, auxilians, aut ſauens, ſtatim in excommunicatio-

nem

INDEX.

nem incidit,etiam non ſecuto effectu,q.19.n.2.& ſeq. fol.451.& in addit litt.a.fol.eod. Conſulentes,auxiliantes,& fauentes, an & quando dicantur excommunicati vi æque principaliter: & quando acceſſorie, ſub nu.2. ver. Probatur. Peregrinos offendens, in multis aliis caſibus excommunicationem contrahit, & in multis aliis excuſatur, de quibus late, q.18. & vlt. fol.452. & 455. cuius concluſio multipliciter ampl. & limit. & in addit. litt.a. fol.eod.

Periculo ſe exponens magnæ lecturæ, an & quãdo mortaliter peccet, lib.2.can.4 q 18.nu.19.fol 296 Periculo ſe exponens perficiendi ſummum læthalem culpam non contrahit, ibidem, num.20. Periculo proximo ſe exponens peccandi mortaliter, facit actum intrinſece malum, can.7.q.36.n.56.fol.563. Periculo proximi noſtri, ac Reip.de iure diuino,ac naturali tenemur occurrere, can.21.q.29.num.10.fol.471. Periculum mortale ita æſtimari,ac in malis cauere ſolet, ſicut euentus ipſa, lib 3.§.2.q 2.n.12.fol.723.

Perpetuitas,& quod futura reſpiciat,an & quando ſint de eſſentia legis, lib.1.cap.3.q.7.ſub nu.30.31.& 36. f.55.

Perſona principaliter conſideratur quoad forum, lib 2. can.18.q.5 num.9. fol 667. Perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ,quæ dicantur, lib 3.§ 8.q.4. num.2. fol. 811.

Pertinacia eſt de ratione hæreſis,lib.2. can.1. q.25. nu.1. fol.135. Pertinax quis, & quotuplex, ibidem, num 2. Pertinacia eſt de ratione cenſuræ,vide ſupra,ver.Cenſura,& ver.Excommunicatio

Perturbatio quænam ſit, & an differat à tumultu, lib.2. can.8 q. 6.ſub nu 1.fol.383.

Peſtilentia prævalente in plebem, poteſt Epiſcopus præcipere presbyteris,ne à Ciuitate diſcedant; atque ideò ſacramenta peſtilentia percuſſis miniſtrent, etiam cum periculo mortis;lib.3.§ 8 q.t.nu.22. fol 803.

Petro Apoſtolo cur Dominus nomen mutauit, lib.1.cap. 4. q.5. num 9. fol.65. Quando luit conſtitus Princeps Apoſtolorum,& totius Eccleſiæ, eidem conceſſa iuriſdictio.lib 2.can.1.q 3.num.2.& 5. fol 93.& 94 & q 4. num 1.fol.94.

Pia Mater Eccleſia redeunti ad ſe 'gremium nunquam claudit,lib.3.§ 2.q.14. on 12 fol 772.

Piratæ multis modis fouentur, & eorum defenſores, qui propric dicantur, lib 2.can.3.q.5.nu 2.& 4 fol.224. Piratæ. Curſarij. Latrones,& Fures, quonam modo differant inter ſe,q 2 per totam,fol 225. An piratæ,&c.diſcurrentes mare pontificium tantùm, excommunicationem contrahant,q 3 num.1.fol;226.& q.4. fol.228. Et quid ſi diſcurrant ad depredandum Infideles duntaxat,q 5 fol.eod Et an ſi diſcurrant ad depredandum hæreticos,nu.2.& 3.& in addit.litt a fol.229 & vtrum incidant ſi diſcurrant ad depredandum alios piratas fideles,q.6 fol.230. Piratæ ſunt diffidati,& iure licito poſſunt offendi,nu 5. An depredantes naues Infidelium onuſtas bonis fidelium excommunicationem incurrãt, q 7.fol.233.& q.14 fol.240. Et quid ſi ſequatur depredatio inter eos,qui eadem naui veluntur, q 8. fol.231. Et an piratæ nauigantes in mari, ſi deſcendant in terram, & depredentur Chriſtianos in ea degentes, q.9. fol. 232. Quid dicendũ de piratis depredantibus in fluminibus, q 10. fol.233. Et vtrum ſi pluries diſcurrant mare pontificium, plures excommunicationes contrahant,q 11.fol.233. Piratarum fautores,defenſores,&c. excommunicantur æquè principaliter, non autem acceſſorie,q.12.fol 233.& 234 Piratæ ſunt iuribus exoſi, can.4.q 4 nu.2 fol.249. Sunt ipſo iure diffidati,ibidem, nu.3. Aequiparantur hoſtibus fidei: & ſunt communes omnium hoſtes,ſub nu.9. Sunt.& alij caſus. pro quibus piratæ vi noſtræ bullæ excommunicantur, de quibus d.can.3.q.14.& vlt.concl. vnica, cum ſuis ampl. & limit.

Plateæ Vrbis Romæ appellantur à Domino auro ſtratæ, ac Sanctum ſanguine rubricatæ,lib.2.can.10.q.1.ſub nu 2. fol.433.

Plures leges conſtituentes vnam,& eandem pœnam pro vna, & eadem actione, non duplicant pœnam, lib.2. can.12.q.4.num.3.fol.486. Vide paulo infra,ver.Pœna, in fine. Plures in rixa aliquem vulnerantes qualiter puniantur,can 9 q.12.num.3. & ſeq. fol.405.& in addit. litt.a. fol.406.

Pœna debet commenſurari delicto; cùm pœna,vt pœna, ſit punitio culpæ,lib.1.cap.1.q 3.nu.20.fol 13. & cap. 2.q.5.nu.20.fol.39. Pœnam, an & quando quis teneatur ſubire ante iudicis ſententiam,lib.2.can.1.q 27.nu. 41.fol.243.& quid dicendum cùm agitur de crimine hæreſis,n.47. Pœnæ ratio eſt, vt contraria ſit voluntati, cũ ſit corruptio agẽtis, ſicut culpa eſt corruptio actionis,lib.1.c.3.q.6. n.21 f 50. Pœnæ legis interpretatione ſit mollioꝛ potiuſquã eaſperãdæ,lib.2.can 3.q. 3.n.4.f.227. Pœna ſi venit modificãda,modificari debet in excludenda excõicatione,can.6.q 5 n.6.fol.307. Pœna habet pro obiecto culpam,cùm omnis pœna, ſi iuſta eſt,peccati pœna ſit,& ſupplicium nominetur, can. 6.q.2.nu.8 fol.302. Pœnæ tecipiunt ſtrictam interpretationem,can 9 q.11.n.1.fol.403. Pœna conſtituta contra blaſphemantes Sanctos,an comprehendat blaſphemantem vnum tantùm Sanctum,ibidem, nu.2. Pœna,an &quando multiplicetur,quando à pluribus legibus fertur, can.12.q.4.num.3.fol.486.

Pœnitentia quid: & quam connexionem habeat cum cenſuris,lib.1.cap.1.q 3 nu 17. & ſeq. fol.13. Pœnitentiæ ſacramentum miniſtrans publice cenſura alligatus, ac nominatim denunciatus, efficitur irregularis; etiam ſi metu mortis id agat,cap.2 q.2.nu.12.fol 51. & cap.2. q 3.ſub nu.124. fol.81.

Pompa funerum. Vide ſupra,ver.Funerum pompa.

Pontificię dignitati oulla dignitas comparatur, lib.1 cap. 4.q.2.nu.4.fol.57.

Populus an poſſit auferre à Principe poteſtatem legislatiuam,quam in eum tranſtulit,lib 1.cap 3 q.6 num.9. fol.50. Populus ſi ad ſonum Campanæ concitato curſu moueatur ad delinquendam nunquam cenſetur tota Ciuitas deliquiſſe; niſi præcederit populi ad hunc finem conuocatio, ac deliberatio,lib.2 can.11.q.3.n.12. fol.456.

Poſſeſſio longiſſimi,ac immemorabilis temporis dat titulum priuilegium, ac conceſſionem à principe; ſicut & centenaria habet vim bonæfidei ac ſcientiæ,lib.2. can. 4.q.20 nu.12.& 13.fol.275. In multis caſibus inualida eſt ad præſcribendum, & ad conſuetudinem inducendum,ibidem,num.15. Inuat tamen ſi allegetur priuilegium,licèt non probetur,num.16. Et cum fama eſt præſumptio iuris, & de iure admittit tamen probationem in contrarium per confeſſionem partis: num 17.& 18. Poſſeſſio cum mala fide nunquam eſt ſatis ad præſcribendum,q.21.nu 1.2.& 3. fol 272. Poſſeſſor malæfidei nunquam præſcribit,ibidem,nu 4.& 5. Poſſeſſorij quæſtio eſt facti,non iuris,can 15 q.19.nu 48.fol.612.

Poteſtas ſpiritualis reſpectu temporalis, eſt ſicut anima reſpectu corporis, & ſicut Sol reſpectu Lunæ, lib.2. can.13.q.18.nu.60.cum plur.ſeq.fol.603 vtraque eſt à Deo;ſed temporalis ſubordinata ſpirituali, ibidem, nu. 62.cum ſeq Poteſtaris eiuſdem eſt ſoluere,cuius ligare, lib.3.§.2 q.1.ou.36.fol.719. Poteſtas conceſſa dignitati,vel officio,non autem ſpecialiter perſonę,eſt ordinaria,q.11.n.18. fol 756.

Præcedentiæ cauſa inter Confratres,etiam laicos, terminanda eſt ab Epiſcopo, lib.2. can.15. q.7.nu.11.& 12. fol.542.

Præcepta plura incompatibilia ſi concurrant ſimul, tunc actius,& maius eſt ſeruandum,lib.1.cap.2.q.3. num.3. fol.34. Præceptum non ſcandalizandi eſt diuinum, ac oſtutale,ibidem,nn.4. Præceptum diuinum de confitendo, cui obliget in articulo mortis, lib.3. §.2 q.2. nu 23.fol.723. Præceptiua verba poſita in lege Canonica,vel ciuili,an obligent ad mortale,§.7.q'2 o.2 &4. fol.798.

Prægnans læthali morbo laborans, an & quando poſſit pharmacum ſumere cum periculo fœtus, lib.2. can.7. q.36.num.39.cum ſeq.fol.361. Prægnantes an abſolui poſ-

poſſint à reſeruatis tanquam in mortis articulo conſtitutæ,lib.3.§.2.q.2.n.7. fol.723.

Prælati omnes vocantur Sancti, lib.2, cap.4. q.2.num.2, fol.57. Prælati quales ſunt, tales ſunt ſubditi,ibidem, nu.9. Iudicium duriſſimum patientur,ſi reſtè non præſint,ibidem. Prælati pauci,qui vtiliter, paucieres, qui humiliter præſint,q.5.num.7.fol.65. Prælati humilitas, & familiaritas commendatur, cap.5. q.3. num.8.& 9. fol.69. Prælatus non poteſt præcipere reuelationem criminis occulti, niſi in quantum per aliqua iudicia manifeſtatur,lib.2.can.12.q.19.num.14.fol.475. Prælatus eccleſiaſticos impedientes, quomodo eorum iuriſdictione vtantur; qualiter excommunicationem noſtræ bullæ contrahant. Vide ſupra, ver. Imped. Prælatus ſucceſſor feudi,non ſuccedit, vt vtilis Dominus,ſed vt procurator Eccleſiæ,can.15.q.11. num.84. fol.559. Prælato Eccleſiæ defuncto,ſucceſſor tenetur ad expenſas mortuariorum,q.19.num.10.fol.608. Prælatus,vbi iniuſtè denegaret licentiam Religioſo adeundi Epiſcopum in caſu,quo ipſe nequit illum abſoluere;tunc Religioſus eundem poſſet adire,lib.3.§.2.q.12.nu.16. fol. 757. Prælatus,aut Princeps, quamuis velit, non poteſt obligare ſubditum in materia leui ad læthalem culpam, §.8.q.2.nu.1.fol.800.

Præſcriptio cum poſſeſſione malæfidei à iure ciuili permiſſa,reprobatur à iure canonico,lib.1.cap.1 q.2.n.19. fol.6. Præſcriptio differt à conſuetudine præſcripta, lib.2.can.4.q.20 nu.1.2.& 3.fol.269. Differt à centenaria,& immemorabili,ibidem,num.4. Præſcriptio longiſſimi,ac immemorabilis temporis. Vide ſupra, ver. Poſſeſſio. Præſcriptio exigit bonam fidem, & quòd ſit non ſit vitioſa,q.21.nu.1 & 2.fol.271. Quæ bonæfides debet eſſe ſine aliquo dubio tempore, quo inchoatur præſcriptio,ſecus poſt inchoatam, num.4. Non debet prouenire ab ignorantia iuris, etiam ſi ſit inuincibilis, nu.7. Secus ſi ignorantia ſit facti,nu.9.& 10.& 14. Rea furtiuæ,& quæ vi poſſeſſæ ſunt, an aliquando præſcribantur,nu.13.14.15.& 20. Præſcriptio vim habet in vtroque foro,num.17. Singularis ſucceſſor,licèt poſſit præſcribere,non obſtante malafide ſui auctoris; non tamen id poſſet ſucceſſor voluntarius,atque ideo hæres, ſtante malafide Defuncti,nu.18.& 19. Præſcriptio non habet locum in bonis pupilli venditis ſine auctoritate tutoris,d.q.21.nu.11. fol.273. Ad præſcriptionem iuſtus titulus dicitur quælibet vera cauſa poſſidendi,eſtò quod non ſit legitima,lib.2.can.5.q 11.nu.13. fol.292. Præſcriptio bonorum ad Roman. Eccleſiam pertinentium,qualiter interrumpatur,cap.20 q 9.fol.703. & in addit. litt.a. fol.704. Et qualiter interrumpatur vnius Principis contra alium,ibidem,nu.2.

Præſumptio ceſſat,cùm conſtat de veritate, lib.1. cap.4. q.6.nu.12.fol.67. Præſumptio iuris, & de iure non admittit probationem incontrarium,ibidem,nu.13. Secus ſi ſit iuris tantùm,lib.2.can.4.q.13.nu.6. fol.260. Præſumptio vna tollit aliam,can.6 q.3.nu.18.fol.302. Præſumere quid ſignificet,canon.13.q.e. fol.501. Præſumptioni non datur locus in foro conſcientiæ; ſed attenditur veritas,can.15.q.19 nu.60 fol.613. Præſumptuoſè,aduerbium quid denoret, & quid importet in canone 13 noſtræ bullæ,can.13.q.9.nu.1. fol.502.

Prætextus,quid,lib.2.can.4.q.13.nu.1,fol.259. Significat tùm fictam,tùmveram cauſam,q.22.fol.274.& can.13. q.3 n.10.fol.497.

Præuentio quid ſit:& quinam eiuſdem effectus,lib.2.can. 14.q.5,nu.36.& 37.fol.516. Datur in cauſis mixtis,can. 16.q.5.n.1.fol.736 & in addit.litt.a.fol,637. Quidnam in hac re ſeruetur in noſtro Regno Neapolitano, ibidem,num 2.& in addit litt.b. fol.eod. Præuenta dicitur iuriſdictio per ſolam citationem, can.15. q.11. nu. 36 fol.553.

Preces offerre poſſumus,& ſupplicare,à quibus appellare non licèt,lib.2. can.2 q.7.nu.16.fol.221.

Presbyteros ſtare non debent pati Epiſcopi in quolibet loco ſedentes,lib.1.cap.5.q.2. in fin. fol.79.

Prima tonſura initiatus poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi, cum iuriſdictionis eccleſiaſticæ ſit capax,lib.2.cap.21. q.8.nu.11.fol.463. Prima tonſura an ſit Ordo, can.1. q.3.num.7.fol.531. Prima tonſura initiatus ab alieno Epiſcopo abſque litteris dimiſſorijs proprij,an & quàdo gaudeat priuilegio fori,& canonis,ibidem,n.8.&11.

Primatus Rom. Pontificis qualiter probetur,lib.1. cap.5. q.2.in add.litt.a.fol.79.

Primi motus infidelitatis non faciunt hæreticum, lib. 2. can.1.q.23.nn.5, fol.128.

Principis ſententia an habeat vim legis,lib.1.cap.3. q.7. nu.38.fol.56.& cap.4 q.1.num.4.fol.56,An ſubijciatur ſtylo,& conſuetudini,q.6.nu.19.fol.68. Principis mens non eſt præiudicandi tertio,lib.2.can.4.q.18.ſub n.23. fol.267. Princeps tenetur ſtare contractui tàm à ſe celebrato,quam à ſuo prædeceſſore,ibidem, nu.23. Princeps,quæ verſimiliter expreſſiſſet, habentur pro expreſſis,can.7.q.21.nu.1.fol.344.& lib.3.§.2.q 3. nu.3. fol.725. Princeps tranſitum permittens Infidelibus, ac Chriſtiani, ac Catholici nominis inimicis, & hoſtibus per ſuas terras,an & quando excommunicationem incurrat,q 54.in add.litt.a.fol.355. vbi etiam agitur de principe permittente extrahi arma à ſuis portubus. An princeps auxilium,ſeu conſilium præſtet, Chriſtiani,ac Catholici nominis inimicis,& hoſtibus contra principem Chriſtianum,ne tã fortior fiat,q.35. f.356. Princeps Chriſtianus bellum gerens cũ alio Principe Chriſtiano,an & quãdo ad ſua ſuarèq; tetũ defenſionẽ, poſſit aduocare Infideles,q.36.fol.358.& 359. Princeps iuſtè bellum inferens,an licitè mœnia ſubuertat,ac turrim, in quibus multos innocentes certo nouit eſſe interimendos; ibidem,ſub num.35.36.37. & 47 eum plur.ſeq. Princeps præſumitur concedere priuilegium contra legẽ,q.37. nu.10.fol 369. Princeps diſpenſando in proprija legibus ſiue cauſa peccat,ibidem,nu.18. Non poteſt priuilegium aliquod concedere contra Rom. Pontificis conſtitutiones,nu.36. Principes ſæculi intra Eccleſiam eam poteſtatem habent, vt ſuperiorum cetuices comprimant,can.14.q.9.nu.3.fol.521. Princeps an poſſit prohibere venationem,aucupationem, &c. can.15. q.17. nu.44 fol.591. Principis diſſimulatio. Vide ſupra,ver. Diſſimulatio. Principes ſæculares non poſſunt impedire publicationem bullæ eœnæ in eorum terris, lib.3. §.7.q.2.nu.1.fol.799. Filij ſunt,non Præſules Eccleſiæ, ibidem,nu.2.& 3.

Priuilegia an valeant,non adiecto die, ac Conſule, lib.1. cap.4.q.9.nu.6.& 7.fol.75. An valeat ſi in ſcripto non coocedantur,cap.5.q 4. num.6. fol.82. Qualiter probentur,nu.21.& 22. Priuilegia noſtræ Congregationis, & Societatis Ieſu nõ cenſentur reuocata per bullam cœnæ,lib.2.can.5.q.23.ſub nu 11. fol.294. Priuilegia, an & quando ſint ſtricti iuris,can.2. q.5. ſub nu 6 fol. 216.& in add.litt.b. fol.117. Priuilegiũ quid ſit, can.4. q.17.nu.2.fol.264. Quotuplex ſit q.18. nu.4. fol.265. Qualiter reuocetur, ſeu abrogetur, & fiat irritum, ibidem,nu.1.& 2. Contra ius naturale, aut diuinum poteſt reuocari à Rom. Pontifice,ſiue ab ipſo conceſſa ſint,ſiue ab alijs,ſicut poteſt reuocare quaſcunq; leges etiam ciuiles,ac ſtatuta. quæ naturali iuri aduerſentur,num.9. cum plur.ſeq. Non tamen reuocat priuilegia iuſta conceſſa à Dominis temporalibus ſuis ſubditis, niſi certis caſibus,nu 15.& 16. An non ſubditis priuilegia concedantur,ſub nu.17. Poteſt autem reuocare omnia priuilegia ab ipſo conceſſa, num. 18. Priuilegia ſunt de ſui natura reuocabilia,etiam remuneratoria,dummodo aliqua ſubſiſtat rationabilis cauſa,nu.19.20.& 21. Niſi ſint gratuita,nu.22. Sed quid dicendum de priuilegio pretio empto,n.23. Et de conceſſo non ſubdito, n.24. Priuilegia inferioris, confirmata à Superiori, non poſſunt reuocari per inferiorem,ibidem, in fine. Priuilegium non ſemper dicitur pura donatio,num.25. An & quando ſe habeat plus quam conſuetudo,etiam immemorabilis,q.19,nu.6.& 7.& 8.fol.269. Et quando ſatis ſit allegari,quamuis non probetur,q 20.nu 16.fol.271. Priuilegia cõtra ius naturale, ac diuinum conceſſa ſunt nullius momenti,can.7.q.37.num.1.fol.368. Priui'eg o

I N D E X.

concedi non poteſt, quod lege ſancitū, aut conſuetudine non poteſt induci, ibidem, nu. 2. Priuilegium quando ſit reuocabile, nu 6. An in eiuſdem conceſſione fieri debeat aliqua mentio iuris communis, nu. 9. Priuilegia ſæpe concedantur propter nimiam petentium importunitatem, & Principum occupationem, nu 9. Priuilegium tendens in perniciem Chriſtianæ Religionis eſt nullum, nu. 16. Priuilegio ſine cauſa conceſſo vtens, quomodo & quando peccet, num 25. & 26. Priuilegia deferendi arma, & alia prohibita ad Infideles hoſtes qualiter reuocentur, aut declarentur, non obſtare tanquam nulla, ad 30. cum plur. ſeq.

Priuilegia licet ſint reuocabilia, non tamen reuocari poſſunt conceſſa non ſubditis, lib. 2. can. 7. q. 37. nu. 6. fol. 369. Priuilegia concedere is poteſt, qui leges poteſt condere, ibidem, num. 11. Priuilegia deferendi arma, & alia prohibita ad Infideles hoſtes an R. Pontifex concedere poſſit nu. 12. Priuilegia deferendi res prohibitas ad Infideles hoſtes, an & quando vi noſtræ bullæ cenſeantur reuocata, nu. 33. cum plur. ſeq. Priuilegium conceſſum Dominis extenditur etiã ad famulos, quando Domini eo vti commode non valent, lib. 6. can 2. q. 10. nu 6. fol. 386. & can. 30. q. 3. in add. litt. b. fol. 435. Conceſſum accedentibus ad aliquem locum, cenſetur etiam conceſſum ab eo recedentibus, can. 9 q. 2. nu. 7. & 9. fol. 491. Priuilegium principis eſt ſtrictiſſimè interpretandum in præiudicium concedentis, non autem in præiudicium tertij, q. 16. num. 4. fol. 412. Priuilegium ſecuritatis conceſſum accedentibus ad aliquem locum, cenſetur conceſſum, etiam recedentibus, can. 10 q. 14. nu. 2. f. 447. Priuilegio, qui abuitur, non ſtatim amittet illud. q. 19. in add. litt. a. fol 449. Priuilegia conceſſa fauore dignitatis eccleſiaſticæ, ſunt latiſſimè interpretanda, can. 15. q 5. nu 9 fol. 460. Priuilegium conceſſum clericis, comprehendit etiam Epiſcopos, Archiepiſcopos &c. q 6. nu. 15. fol. 461. Priuilegiatus, an & quando vtatur priuilegio contra pariter priuilegiatum, q. 22. nu 2 & in add. litt. b fol. 480 & 481. Priuilegium conceſſum Dominis, cenſetur conceſſum etiam familiæ, can. 23. q. 18. nu. 20 fol. 598. Priuilegia conceſſa Eccleſiæ à principibus ſæcularibus, an & quando reuocari poſſint, q. 27 ſub nu. 15 fol. 628. & in add. litt. c. fol. 629. Priuilegiorum confirmatio, & innouatio in forma eorum quid importet: & quid ex certa ſcientia, lib 3. §. 1. q. 1. nu. 32. fol. 718.

Proceſſus appellatione venit etiam ſententia, & omnia acta. lib 1. cap. 3. q. 7. nu. 7. fol. 53 & cap. 4. q. 1. num. 1. & 5. fol. 56. Proceſſus executoriales quinam dicantur, lib. 2 can. 13 q. 1. nu 6 fol. 494. Proceſſus incipit à citatione, & dicitur à procedendo, can. 19 q. 3. nu 1. f. 690. Proceſſare clericos non poſſunt Magiſtratus ſæculares, ac Iudices citra ſpecialem licentiam R. Pontificis, quod declara. q 6. ſub nu. 5 fol. 691. Et quid dicendum ſi intercedat licentia Epiſcopi, ibidem, & in addit. litt. b. fol eod.

Prodigens Dominus bona ſua, eſtò prodigendo peccet, illorum tamen dominium transfert, lib. 2. can 7. q. 37. nu. 21. fol. 370.

Proditorie quiſnam dicatur occidere, lib 2. can. 15. q. 16. nu. 28. fol. 376. & late in add. litt. n. fol 382.

Profeſſus tacitè quando quis dicatur, lib. 2. can. 1. q. 16. ſub n. 2 fol. 107.

Prohibentes, ne quis ad Romanam Curiam accedat, aut ſecuſum habeat pro ſuis negotijs proſequendis, grauijs, &c. an & quãdo incidant in excommunicationem noſtræ bullæ, lib. 2. can. 13 q 9. & vlt. concl. 3. cum ſuis ampl. & limit. fol. 305. & 306. & in add. litt. l. m. n. o. fol. 107.

Promulgatio, an requiratur ad obligationem legis, lib. 3. §. 1. q. 1. n. 4. fol 703.

Propoſitio hæretica, temeraria, erronea, ſapiens hæreſim, malè ſonans, ſcandaloſa, iniuriоſa, & ſchiſmatica, qualiter differant inter ſe, lib. 2. can. 1. q. 19. per totam. fol. 115. & 116. Propoſitio, propter quod vnumquodque tale, & illud magis declaratur, lib. 2. can. 1. q. 54. num. 3. f. 196. & cam 7. q. 23. n. 21. f. 347. & q. 26 in princ. f. 349.

Propoſitum non contraueniendi in futurum, nec ſimilia committendi adeò præroquirit abſolutio à cenſuris noſtræ bullæ, vt ſi omittatur inualida ſit abſolutio, lib. 3. §. 4 q. 2. n. 14 fol. 789.

Publicum, notorium, manifeſtum, ac famoſum, an & quomodo differant inter ſe, lib 3 §. 2. q. 11. num. 3. fol. 755.

Publicè intereſt locupletes habere Ciues ad onera Reip. ſupportanda, lib. 2. can. 15. q. 19. nu. 13. fol. 600.

Pugnare pro patria, & Religione tenemur de iure diuino naturali, etiam parentes, lib. 2. can. 7. q. 1. n. 14. f. 317.

Q

Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, lib. 1. cap. 4. q. 2. ſub nu. 7. fol 56. Quæ pro derelictis habentur, occupanti concedantur, lib. 2. can 4. q. 13. nu. 5. fol. 260. Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate: aut ſocietas luci ad tenebras, can. 7. q. 36. num. 2. fol. 358. Quia peccator eſt, cofripe: quia homo eſt, miſerere, can. 1. q 28. nu. 14 fol. 147. Qui omne dicit, nihil excludit, q 24. nu. 3 fol. 130. & ſub nu. 19. Quilibet præſumitur bonus, niſi probetur malus, ibidem. nu. 13. fol. 131. Qui per alium facit, per ſeipſum facere interpretatiuè videtur, q. 48. n. 1. 12. & 19 fol. 183. & 184. Qui eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati. q 54 nu. 12 fol. 198. & can. 9. q. 10. num. 9. fol 405. Qui certus eſt, certiorari vlterius non poteſt, can. 7. q. 33. n 3 fol. 353 Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus fit cum eo, q. 36. nu. 10. fol. 359. Qui ſanguinem ſuum qualitercunque redemptum voluerit, ignoſcendam iura cenſuerunt, ibidem. nu. 12. Qui non facit, quæ facere debet, videtur facere aduerſus ea, quę non facit, negatiuè, can 9 q 8. nu 9 fol. 398. Qui declarat, nihil noui facit, can. 11. q 21. nu. 1. fol. 477. Qui per alium facit, non poteſt, niſi mediante mandato illud facere, can. 14. q. . fol. 509 Quod à maiori parte vniuerſitatis fit ab omnibus factum cenſetur, can. 2. q. 7. n. 21. fol. 121. Quod eſt per accidens, in moralibus non attenditur, ſed quod per ſe, niſi quis daret operam rei illicitæ, can. 8 q. 10. ſub nu. 18. verſ. Non obſtat, fol 318. Quod operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito, can. 11 q. 16. n. 7. fol. 471. Quod fauore alicuius inductum eſt, non debet in ipſius damnum retorqueri, can. 11, q vlt. in addit. litt b. fol 482. Quod poteſt fieri per pactum, poteſt fieri per ſtatutum, can. 15 q. 19. nu 22 & 26. fol 609. Quod fieri poteſt per teſtamentum, an etiam fieri poſſit per ſtatutum, ibidem. Quod a lege non exprimitur, pro omiſſo habetur, lib. 3. §. 2. q 1. nu. 9. fol. 713.

R

Raptor quiſnam dicatur, lib 2. can. 4. q. 9. nu. 3. f. 255. Qualiter differat à fure, & furtum à rapina, q. 16. nu. 2. cum plur. ſeq. fol. 2[illegible] 3. & can. 16. q 3. nu. 1. fol. 431. in addit. litt. b. fol. nod. Rapientes ſinguli ſingulas res minimas naufragorum, ſi in mora fuerint in reſtituendo, cenſuram contrahunt, cap. excommunaicstioni, de raptor. q 1. n 6. fol. 258.

Raſura quælibet ſatis non eſt ad contrahendam cenſuram latam contra falſificantes litteras Apoſtolicas, lib. 2. can. 6. q. 7. nu 8. fol. 310.

Ratihabitio mandato comparatur, lib. 2. can. 7. q. 17. nu. 1. fol. 138. Ratã habens manus violentas in clericum illatas, an excommunicationem contrahat, ibidem. nu. 2. & 17. Ratum habens non dicitur adiuuare. ſub num. 3. Ratũ habens homicidiũ irregularitatẽ nõ incurrit, n. 6. Ratam habens delationem armorum, & aliarum rerum prohibitarum ad Chriſtiani nominis inimicos, in excommunicationem non incidunt, num. 5. & 6. Propter ſolam ratihabitionem criminis nulla cenſura, ſeu pœna incurritur ipſo iure impoſita; niſi in caſibus à iure expreſſis, nu. 7. Ratum habens delictum, non dicitur illud com-

committere; niſi aliquo modo influat in effectum, 3 n.8. 10.12.& 17. Ratihabitio licet compatetur mandatoire vera tamen non eſt mandatum, o 14. Ratam habes offenſionem accedentium ad S. Apoſtolicam, excommunicationem noſtræ Bullæ ooo contrahit, can. 9. q. 7. rrr. fol. 397. Incidit tamen in eſi quis ſuadente diabolo ſi percuſſus fit Clericus, num. 12. Vxor ratum habens homicidium viri, an poſſit cum homicida matrimonium contrahere, n. 13. Ratihabitio quid, & quot modis fieri contingat, can. 18. q 2. n. 1. & 2. fol. 470. Quas conditiones exigat, n. 4. verſ. Adde. Ratihabitio poſt factum impiobatum, quod non habet tractum ſucceſſiuum, nihil operatur ad pœnam contrahendam; ſecus autem ſi tractum habeat ſucceſſiuum, q. 16. n. 3. & in addit. litt. a. fol. 471. Ratam habentes percuſſionem in perſonam alicuius S. R. E. Cardinalis, aut Epiſcopi, an, & quando in excommunicatiooem incidant, d. q. 15. nu. 3. fol. 470. Et quid de habentibus ratam percuſſionem alicuius eccleſiaſtici, ibidem, n. 4.

Receptator hæreticorum quis dicatur, & quas conditiones exigat ad contraheodam exenmmunicationem, lib. 2. can. 1. q 28. nu. 2. fol. 146. Receptatores ſi non eſſent maleſactores diu latere non poſſent, ibidem, nu. 4. Receptator hæretici, ſi ſit ei conſanguineus, vel affinis, minus punitur, quàm ſi eſſet extraneus, q. 29. n. 1. fol. 148. An contrahat excommunicationem, n. 1. cum plur. ſeq. Quibus caſibus hæreticorum receptatores excuſeotur, num. 11. & ſeq. An excuſentur receptantes Bannitos, & Reos læſæ Maieſtatis, n 13 14 & 15. Receptantes hæreticos ſi infideles ſint, an puniri poſſint, n. 16. An ad contrahendam excommunicationem exigatur, vt hæretici ſint anminatim excommunicati, & denunciati, q 30. n. 1. & per totam, fol. 151. An receptantes hæreticos ad hæreles diſſeminandas, vel ad euadendas manus iuſtitiæ, ſint excommunicati, licèt hæretici hæreſes non diſſeminaueriot, nec iuſtitiæ manus effugerint, q. 31. nu. 2. & ſeq. & in addit. litt. a. fol. 152. Receptatores, fautores, &c. quando excommunicantur acceſſorie, non incidũt, niſi ſecuto effectu, ibidem, ou. 1. Receptatores, fautores, & c. hæreticorum, quibus pœnis afficiantur. q. 33 per totam. fol. 158. & 159. Quam inſpicionem de hæreſi contrahant, n. 17. cum plur. ſeq. fol. 219. Quibus caſibus excommunicationem noſtræ ſullæ contrahant. & quibus effugiant, latè q. 57. & vl. concl. 2 cum ſuis ampl. & lim. Vide ſupra, ſub ver. Auxilium. & ſub ver. Fauere.

Reconuentio Clericorum an & quando fieri poſſit, lib. 2. can. 15 q 11. n. 66 & 67. fol. 557 & 558 & in addit. litt. d. & e. fol. 566. vide etiam, n 69. 71. & 72. vbi etiam agitur de Clericis feudatarijs Dominorum laicorũ, an trahi poſſint à Domino feudi Reconuentio locum non habet coram arbitris ibidem n. 67.

Recurrere ad Rom Curiam pro cauſis, & negotijs quis poteſt dupliciter. lib. 2. can. 12. q. 1 n. 2. fol. 483. Recurrentes ad Rom Curiam offendentes, incidunt in excõmunicationem noſtræ Bullæ, ibidem, & in addit. litt. a. & b. fol. 484. Idem dicendum eſt de offendente tranſe. rentem cauſas ad Rom. Cur. q. 2. nu. 2 fol. 485 Niſi iuſtè illas offendant, n. 3. Ad Rom. Curiam recurrentem Bannitum, etiam pro cauſis ſi quis offendat, in excommunicationem non incidit, ibidem in fine q. & in add. litt. a. fol. 485. Recurrentem ad Rom. Curiam per litteras, ſi quis offeodat, excommunicationem contahit, q. 3. n 1. fol. eod. & in addit. litt. a. fol. 486 Idem dicimus de offendentibus proſequentes cauſas in Rom. Curia, q. 4. fol. 486. Recurrentes ad Rom. Curiam percutiens pugnis, vel fuſte; in excommunicationem incurrit; ſecus ſi verbis contumelioſis afficiat, q. 5. n. 1 2. & 3. & in add. litt a. & b fol. 487. Recurrentes ad R. C. offendens in excommunicationem incidit, etiam ſi ſint excommunicati ſu penſi, vel interdicti, hæretici, exules, &c. q. 6. n. 1. fol. 487. Non ſic offendentes infideles, niſi R. C. adeant baptizandi gratia. n. 2 & 3. Auferentes ſcripturas, bona domi remanſa, aut beneficium recurrentium ad R. C. an & quando excommunicationis vinculo alligentur, q. 7. n. 1. & 2. fol. 488. Sed quid dicendum de funibus, & latronibus ſpoliantibus eos: aut de Creditoribus ſpoliãtibus ſuum debitorem in ſatisfactionem crediti, n. 3. & 4. & in add. litt. a b. & c. fol. eod. Offendentes, recedentes à R. C. pro ſuis negotijs, & cauſis, in excommunicationem incurrunt, q. 8 nu. 1. fol. 489. & in add. litt. a. fo. eod. Recurrentes ad R. C. eorum aduocatos, Iudices, Notarios, &c. offendens directè, vel indirecte, eorum fautores, auxiliãtes, mãdates, & mãdatarij qualiter in excom. inc. q 9. & vl. vbi ponitur cõclufio, & multipliciter ampliatur, ac limitatur, & in add litt. a. b. c. d. e. f. fol. 490 491. & 492. Recurrere, an & quando liceat ad Regem pto reparatione Eccleſiæ tunſpatronatus, lib 2. can. 14. q 8. n. 7. fol. 519 Recurrentes a Iudicibus Eccleſiaſticis ad ſæculares Curias, ſi nihil egerint, in excommunicationem noſtræ Bullæ non incidunt, lib. 2. can. 16. q. 6. nu. 3. fol. 637 & in add. litt. a. fol. 639. Recurrere a Iudicibus Eccleſiaſticis ad ſæculares Curias quando liceat citra pœnam aliquam, ibidem, n. 6 & q 7. & vlt. concl. 2. fol. 641. & 642. quæ multiplicitet ampliatur, & limitatur.

Rectores, & operarij hoſpitalium, ac Confraternitatum, an, & quando dicantur perſonæ Eccleſiaſticæ, vide ſupra, ver. Eccleſiaſtici.

Redditus, quid eius appellatione quæ veniant, & qualiter differat a fructibus, lib. 2. can. 17. q. 4. per totam, fol. 649 & 650.

Reges apud Hebræos, paſtores dicebantur, lib. 2. can. 1. q. 3. n. 3. fol 93. Rex Galliæ habet directum dominium ſuper omnia ſtabilia illius Regni, lib. 2. can. 15. q. 19 nu. 73. & 84. fol. 614. Reges ante Chriſti aduentum, erant etiam Pontifices, q. 18. n. 31. fol. 600. Regum & Principum eſt, ius ſuum vnicuique reddere: & per vim oppreſſos a manibus violentorum, & calumniantium liberare, can. 14. q. 9. num. 2. fol. 521. Reges ita temporalia regere debent, vt ſpirituali Religioni ſubſeruiant, d. q. 18. n. 63. fol. 603.

Regularium approbatio ad audiendas confeſſiones, an eſt iuſta cauſa poſſit ab Epiſcopo Ordinario reuocari, lib. 1. cap. 1. q. 3. n. 122. & 123 fol. 21. Regulares iuriſdictionem audiendi confeſſiones ſæculares, non habent ab Ordinario loci, ſed à Sede Apoſt & ab eo approbationem tantùm ibid. n 124 Degentes extra clauſtra monaſterij ſunt ſubiecti Ordinario loci, num 125. Intra vero clauſtra degentes, ſecus, etiam ſi tractetur de cauſa mercedum, nu. 126. Regularis domicilium eſt monaſterium, in quo debet reſidere n. 127. In multis tamen caſibus poſſunt ab Epiſcopo puniri, ac eidem ſunt ſubiecti quamuis ſint exempti, num. 128 & 129. Regularis ſi citra ſui Prælati licentiam iter facit, poteſt ab Epiſcopo detineri, etiam ſi dicat, ſe accedere ad S. A. lib. 2 can. 9. q. 37. ſub n 8 fol. 429 Imo ſi omiſſo medio ſui Generalis accedat ad eandem Sedem Apoſt. per viam appellationis poteſt detineri à ſuo prælato, ibidem. Regularium Vicarij habentium eccleſias Parocchiales cum ſint ad nutum amouibiles, & parochiam non habeant in titulum, ſi quis vlurpet, aut ſequeſtret fructus ſeu prouentus ſibi competentes ratione mercedis, excommunicationẽ non incurrit, can. 17. q 9. ſub n 7. fol 656. Regularium conſtitutiones, ac ſtatuta habent veram legis rationem, lib. 3. §. 8. q. 2. n. 4. fol. 804. Reliqua, vide ſupra, ver. Monachi: & infra, ver. Religioſi.

Regulæ ſtandum eſt, niſi doceatur de exceptione Regulæ nec recedendum eſt à Regula legislatoris; niſi per aliã legem eootrariam probetur, lib. 2. can. 15. q. 1. num. 14. fol. 535.

Reipub non intereſt, vt quis re ſua malè vtatur, can. 4. q. 14. n. 1. fol. 261.

Releuij ſolutio non debetur ab eccleſia, lib. 2. can. 15. qu. 51. n 83. f. 559.

Religionis tuitorem concernentia, ſunt ampliauda, lib. 2. can 1 q. 44 n. 2. fol. 176. limita ibidem, n. 9 & vide add. 1 t. 2. & b. f. 177. Religionis ingreſſus dicitur purè factus, reſoluendus ſub conditione, ſi ingredienti placuerit intra annum probatioois, can. 15. q. 19. n. 110. fol. 519. Religionis ſubſtantialia ſunt tria vota, quamuis ſimplicia vide infra, ver. Tria vota.

INDEX.

Religioſi quantumuis exempti in multis ſunt Epiſcopo ſubiecti,& ab eo puniuntur,lib.1.cap.21.queſt 3 n.125. vſque in fin.fol.122.Religioſi domicilium, in quo eſt eligendus,eſt eius monaſterium,in quo reſidet,ratione cuius ſit Ciuis Ciuitatis, in quo monaſterium eſt ſitum, nu.127.Religioſi in quibus excuſentur ſi eorum Prælatis non obediant,lib 2.can.1.q.14.n.6.& in add litt.a. & b. fol.203. & 104. Tenentur obedire, etiam in ijs, quæ ſunt præter regulam, quando ſunt neceſſaria, vel valde conuenientia ad ſeruanda ſubſtantia regulæ, licet ea non vnuerint: & an teneantur ſeruare conſtitutiones auſteriores.ibidem,ver Idem dicendum. Religioſus nunquam debet dimittere habitum, in quocunque loco conſiſtat,ſiue in cella, ſiue in ſaloeis, &c. quæſt.19.num 4 5. & 6. fol.109. & 110. An & quando dimittens habitum ſit excommunicatus, etiam ſi habeat animum redeundi ad propriam, aut ingrediendi aliam Religionem nu 4. 5. 6. & 17. An fugitiuus ſit requirendus,nu.20 & in add.litt.b.fol.113 Religioſi, & alij eccleſiaſtici non poſſunt excludi à Collegio Doctorum,can.15.q.19.in add litt.e. fol 622. Reliqua vide ſupra ſub ver Monachi & ſub ver.Regularium.

Remigentes in galeis Piratarum in perniciem Chriſtianorum,an & quando in excommunicationem incidãt, lib.2.can.3 q 13.fol 236.& 237.

Res non vulgaris dicitur ſaltem duorum aoreorum, lib.1. cap.1. quæſt 3. num.46 fol 25. Res habita pro delicta quando dicatur: & quibus caſibus præſumator, lib.2. can.4 quæſt.13. num.7. & 8. fol.160. & in add. litt.a fol.eod.

Reus per fugam cenſetur confiteri delictum, lib.2. can 9. q 37.ſub n e.verſ.Primus caſus.f.429.

Reſtitutio debetur,vel ratione rei iniuſtè acceptæ,vel ratione iniuſtæ acceptionis,lib 2 can 5.q.11.nu 2.f.297. Ad reſtitutionis ſubſtantiam parum refert,an damni illatio ſit ex culpa vel non. n 14.

Reuelare ſecreta, quæ ad ſtatum Relig. Chriſtianæ pertinent,Chriſtiani,ac Catholici nominis inimicis, eſt crimen ſacrilegij lib 2.can 7 q.31.f 352.Qualiter autem excommunicationem contrahant,vide ſupra, ver Certiores.Reuelandi crimen præceptum, intelligendum eſt,ſaluo ordine fraternæ correctionis,can.11 q.19 nu. 22.f.475 Reuelationem ſecreti Prælato præcipienti, non eſt obediendum n.13.

Reus per fugam cenſetur confiteri delictum,lib.2 can.9. q 37.ſub n e.verſ.Primus caſus,f 429.

Rixantes qualiter teneantur de occiſo. vide ſupra, ver. Plures in rixa.& ver.Homicidium.

Romæ Plateę,vide ſupra,ver.Plateæ.

Romanæ Eccleſiæ terras vide ſupra ſub ver.Inuadere.

Romipetas,vide ſupra,ver Peregrinus.

S

Sacerdoti confeſſiones audienti abſque iuriſdictione, nulla cenſura de iure affigitur,lib.1.cap 1 q 3. ſub n. 224.f.22. Sacerdos irregularis,aut excõmunicatus occultus,metu infamię,aut ſcandali,an poſſit celebrare,& præmittere ſuſceptionem ſacramenti pœnitentię non obtenta diſpenſatione,ſeù abſolutione,cap.4. q.3. n 6. 7 & 8 f 34.& in add litt.b.fol 31. Sacerdotes legis veteris habebãt poteſtatem ſupra Reges cap.5 q 2.n 16. f.58.Sacerdotes, eũ eorum prædijs fuerunt effecti immunes ab onetibus à Rege Fataone,lib 2.can.15 q.18. n.7.fol.596.Sacerdos,an & quando metu mortis poſſit celebrare coră excommunicato,& cum excõmunicatis cõmunicare,cap. 2 q 2.n 24 f.31. Sacerdotes appellantur Chriſti Domini,d can 15.q.18.n 17 f.557. Cui dicantur Dij.ibid n.57.Iudicant in Dei nomine,n.59. Sacerdos publicè,ac nominatim excõmunicatus & denũciatus, metu mortis ſacramentũ pœnitẽtiæ minoſtrans nõ excuſatur ab irregularitate,d.cap.2.q.2.nu.18.f.31. Sacerdos ſimplex ex eõmiſſione Papæ poteſt Ordines minores,ſubdiaconatũ, & cõfirmationẽ cõferre,d.cap. 2.q.2.n.16.f 79. Sacerdotibus nõ obtẽperantes in lege veteri,aut extra caſtra poſiti lapidabãtur à populo,aut capite trũcabantur,q.6.n 4 f.84.Sacerdotes ſimplices ao habeãt de iure diuino facultatem abſoluendi in art. mort.lib.3.§.2.q 4 n.2.f.728,Reliqua e rea facultatem abſolucdi,quã habent Sacerdotes, maxime in articulo mortis,vide ſupra,ver. Abſolutio 1.2.3.4.5 & 6.

Sacrorum canonum ſtatuta conſtitutionibus Principum adiuuantur.& è contra;atq, adeo canones vbi deſunt, leges citari poſſunt,lib.1 cap.4 quæſt.9.in addit.litt.a. fol.75. Sacræ res ac Religioſæ vllo vnquam tempore vſucapi poſſunt,cùm non poſſideantur,lib.2. can.4. q. 20 ſub num.15. fol.271. Sacras res laicus poſſidens, ſemper præſumitur mala fide poſſidere.ibidem. Sacramentum ſanctiſſimum Euchariſtiæ Chriſtiani in primitiua Eccleſia quotidie ſumebant,lib 2 can.1.q.2.num. 16. fol.91.

Salus ſpiritualis proximi præferenda eſt ſaluti corporali propriæ,lib.2 can.7 q.36. nu.48. fol.362.

Sanctiſſimi nomen nulli viuenti competit.niſi Rom. Pontifici,lib.1.cap 4.queſt.2.in prin.fol.57.& qualiter Leo primus fuit appellatus hoc nomine,ibidem. Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramẽtum Chriſtiani quotidie in primitiua Eccleſia ſumebant,lib 2 can.1.q.2.n.16.f 91.

Sanus quiſnam proptie dicatur, lib.2. can 9. quæſt.14. num 5. fol.408.

Saraceni,& Turcæ quinam dicãtur,lib 2. can.7. quæſt 3. fol 321.& Saracenorum appellatione,qui veniant,ibidem,nu.1.2 & 4.

Satisfactin prærequiſita abſolutioni ſi præſtari non poſſit,quid agendum,lib.3 § 2 q 25 nu.9 fol 733 ſi omittatur,an & quando abſolutio reddatur inualida, q.14. num.11.fol.772.& §.4 q.2.n 7. fol.788. vide ſupra ſub ver Abſolutio.6.

Scandalum quotuplex lib.1.cap.2.q 3.nu.1.fol.34 Scandali metus, vide ſupra ſub ver. Metus.

Schiſmaticus detiuatur a ſchiſmate,ſeù ſciſſura,lib 2. can. 1. q 56. num.1. fol.202. Eſt peior ijs, qui Chriſtum crucifixerunt,num 3.& in addit.litt.a. fol.205. Differt ab hæretico,& excommunicato, num 4. Et quiſnam proprié dicatur ſchiſmaticus, num 6. & 9 Contrahit irregularitatem, & variis afficitur pœnis, num 11. 12. & 13 vbi etiam agitur de ſchiſmaticorum fautoribus, defenſoribus, &c. Validè tamen ſchiſmaticus confert Ordines, ſi ſit Epiſcopus: valide conſecrat, num.14. & in addit litt.f. fol 205. vbi etiam tractatur de ſcienter ſuſcipientibus ordines a ſchiſmatico. Priuantur priuilegio fori, num 15. Qualiter recedens ab obedientia Romani Pontificis excommunicationem contrahat, num.16. & in add.litt.b e. fol. 205. & 206.Schiſmatici qualiter inhabiles fiant ad beneficia eccleſiaſtica in add.litt.c.fol 206.Pure ſchiſmaticus non eſt hæreticus, can.7.q 5.n 3. & in add.litt.a. fol.224.

Scholaſtium priuilegio non gaudet,qui eſt in matricula,& ſcholam non ingreditur, nec ſtudet lib.2. can.28. q 7. n.5 f.671.Scholares in Eccleſia doctorari poſſunt,lib.2. can.15.q 10.n.36.fol.577.

Sciẽtia quãdo petitur ad contrahendã cenſuram,excuſat quælibet ignorãtia,etiã craſſa,lib.2.can.1.q.36 per totã.f 167. Idẽ dicendũ eſt vbi petitur temeritas, præſũptio,aut conẽptus,nã his caſibus ad incurrendã cenſurã exigitur dolus,ibidẽ,n.11.& 16 & q 37 & 38 f.169. & 170.Scientia.& patiẽtia S. P.nõ tribuit laico priuilegiũ exercendi iuriſdictionem in cleticos, can.19 q 8. nu 25 fol 696.

Scriptura nõ eſt de eſſentia legis:nec priuilegij,ac gratiæ, lib.1.cap.1 q 4 nu.3.6 & 8 f 81. Qualiter tñ ſit de ſubſtantia probationis gratiæ,priuilegij, & motus proprij, ibid.nu.11.12.13 & 14. An exigatur in contractibus,& in alijs diſpoſitionibus,vide ibi a n 22.vſque in finem. Scriptura vbi requiritur, idipſum nperatur temporis coniectura lib 2 can 4.q 20.nu. 2 f.269.

Secutè non dicitur ire, qui tute redire non poteſt, lib.2. can.9 q.2 n.2 fol.391. Securitas conceſſa accedentibus ad aliquem locum, cenſetur conceſſa etiam ipſis recedentibus,can.1 n.q.14.n.2.fol.447.

INDEX.

Sedes Apoſtolica,aut inuenit Sãctum,aut facit Sanctum, lib.x.can.7.q.37.nu.13.fol.369. Sedes Apoſt.an dicatur Romana ſimpliciter: & en in rigore differat à Curia Rom.can.9.q.36.nu.1.& 4.f.427.& 4ea.Sedis Ap. terres,vide ſupte,ſub ver.Eccleſiæ.

Semeſtre tempus datum ad eligendum,ſeù cooſerendum beneficium,non currit illi qui ed S.A.acceſſi,apud eam semanſit,& ab ea receſſit,lib.3.can.31.q.8.ſub nu.14. fol 463.

Sententia generalie qualiter differat à lege, & in quibus ipſe inter ſe conueoient,lib.1.cap.3.q.7. num.17. cum plur.ſeq fol.54.& latius,q.2.in add.litt.a. fol.44. Sententia Principis habet vim legis, cap.4. q.1. ſub nu.4. fol.56. Sententia quid ſit,lib.2. can.16 quæſt.vlt. ſub num.8.fol.641.& fol.642 Vbi quoque oſtenditur,qualiter differat a Decreto. Sententiæ iniuſtę. Vide ſopra, ver.Iniuſtæ. Sententie excommunicationis lata ab homine:ſiue generalis ſit,ſiue particularis, abſque elia referoarione,dicitur teletueta ei.qui eam tulit, d.q.7.nu. 2e. fol.54.

Separatorum ſeparata deber eſſe ratio,lib.2. cau. 1. q.13. ſub nu.4. fol.106.

Sepellite,qui propriè dicantur,lib.2.can.1.q.54. num.8. fol.197.

Sepultura eccleſiaſtica,qui priuentur,lib.e. can.15. q.16 ſub num.1.fol.573.& in addit.litt.a.fol.577. Licèt non denegetur pœnitenti; denegatur tamen aliquando ad aliorum exemplum in d add.in fine.

Sequeſter quid ſit,lib e.can.13.nu 4.fol 493.Sequeſtrentes fructus, redditus, & prouentus eccleſiaſticoe, an in excommunicationem noſtræ bullæ incident, lib.2. cen.17.q.1.& 3. concl.e. vbi ponitur differeotia inter d.cannem & can 11.Coneil.Trid. fol 644. & in add. litt a b c.fol.649.Vide ſupra,ver.Fructus: & infra, ver. Vſurpantes. Poteſtas ſæcularie, cuius iuriſdictio eb eccleſiaſticis vſurpetur vſurpans eorum fructus, redditue,& prouentus,an ineidant in excommunicationem, q 5 nu 3 fol 652. Sed quid dicendum de ſequeſtrantibus, & vſurpantibus bona patrimonielia eccleſiaſticorum, præſertim deta in titulum beneficij, ſub num.4. & 5. verſ.Quod verum eſt: & in addit. lit.a. fol.653. Vide infra, ver.Vſurpentes. Sequeſtrare, & vſurpare quid impotent, quæſt.10. fol 657. Sequeſtrum faciendum curantes reditruum, &c. An excommunicationem iocurrant: & quid iuris de ſequeſtrentibus diſtributiones quotidianas,q.3 num 2.& 9.fol.660. Relique ad hanc rem ſpectantie, vide d q.13. concl.1. & 2 cum fois ampl.& limit. fol.eod. & in addit.litt.a.b. c.d. fol 661.

Sermo rei eſt ſubiectus;non autem res ſermoni,lib.2. canon.9 q.11.ſub nu.6.in reſp.ad 4. f 404

Serue meretricis. pertens oſtium amaſio, quem ſcit cum domina peccaturum;eut ſteroene lectum, & alia eiuſmodi,an & quando peccet,lib.2. can.3 q.13. oom.11. fol.237. Serui quidam dicuntur à ſeruando, & quidam à ſeruiendo,cen.15.q 8.num.1 fol 544. Serui Cardinalium,Epiſcoporum & aliorum eccleſiaſticorum, an gaudeant priuilegio fori,licèt non ſint perſonæ eccleſiaſticæ ibidem,num.a.& in add.litt.e.fol.546. Seruus quemuis non dicatur poſſidere; poteſt tamen rem aliquam tenere,can 1. quæſt 51. num.9. fol 189. Seruue ſi poſt puberratem cenſuram Pepæ reſeruetem contraxerit,poteſt ab Epiſcopo abſolui, præſtito iuramento de ſe præſentendo S.A.ceſſante ſeruitute: aut ſi eõſenſum a Domino obtinuerit,lib 3 §.2. q.10. num.28. fol 753.Idem dicendum eſt de filiofamilias, ibidem, num.27.

Simile non eſt idem,lib.2 can.1.q.31.nu.7.fol 152. Similitudo ſeria eſt, quod in vno. vel in pluribne verificetur,can.10.q.10.num 4. fol.442. Similitudo quid ſit, ibidem.

Simoniæ internæ actus expreſſiuus quiſnam ſit. Vide ſupra ver Actus Simonia non committitur pro re modica.lib.1.cap 1 quæſt.3 nu.44 fol 15. Simoniacus per ſolem acceptionem rei temporalis pro ſpirituali excommunicationem non contrahit; niſi per pactum, aut alio modo ſimoniam interná expreſſerit,ibid.n.52. Simoniacue licite acquiſita, licèt per ſimoniam in rigore non teneatur reſtituere; de iure tamen ad terrorem compellitur,lib.2.can.7.q.1 n.5.f.316.

Simplices non credentes myſteria fidei ex ignorantia; ſi tamen credant, quod credit Eccleſia, licèt non ſint hæretici,peccant tamen mortaliter, lib.2.can.1.q.19.n.4. fol.114.

Societate hominum priuari, maxima pœna eſt inter homines,lib.1.cap.5.q.6.nu.11.fol.84. Societatie occultæ ſcrupulo non caret, qui manifeſto facinori deſinit nbtuare,lib.2.can.1.q.32.ou.13.fol.555.

Solemnitatee requiſitæ in elienatione rei eccleſiaſticæ.ac minorie ſi omittantur, licèt vitient contractum in foro exteriori,non tamen in foro conſcientiæ,ſi in re ſeruatur naturalis iuſtitia,lib 3 § 8.q.2.n.e6.fol.807.

Sororee,& fretres tertij Ordinis S.Francíſci, & S.Dominici. vide ſupra,ver.Fratres.

Sortilegium eſt multiplex:& quot conditionee exigat, vt ſit licitum,lib 2 can.1.q.2e.nu 61,cum plur.ſeq. f.125. & in addit.litt.e & f. vbi diffuſe quoque agitur de electionibue,en & quãdo fieri poſſint per ſortee, fol.126. 127.& 128 vide ſupra,ver.Diuinetio.

Spiritualis ſalus alterius præferenda eſt propriæ corporali,lib.2.cen.7.quæſt.36.nu.40. fol 361. Spiritualium rerum pluree ſunt ſpecies,lib.2.can.14. quæſt.5.nu.9. fol.512.

Spolium quid ſit:quid ſpoliate bonis: & quæ ſub ſpollationis nomine comprehendaatur,lib.2 can.9. q eo. & in add.litt.a.fol.114.& q.21.num.2. fol.eod. Spoliatus etiam a Iudice,non ſeruato iurie ordine, ante omnia deber reſtitui,can.10 q.6.nu.3.fol.702. Spoliantes accedenree ad S.A.vide ſupra,ver.Accedeos,2.

Sponte aliquid dari contingit dupliciter, lib.2. canon.18. q.16.nu.1.fol.682.

Sportulæ ſoluere non tenentur clerici litigantes coram iudice ſæculari, lib.2. canon.15.quæſt.11. nu.95 fol.562.

Spurius bonorum pternorum incapax tenetur à poſſeſſione eorum recedere in foro conſcientiæ,lib 2 een.1. q.17 nu.42. fol.143. An & quando poſſit ea conſequi ab eo,cui pater eius tradidit,eor in teſtamento reliquit, ipſi filio ſpurio poſtea reſtituenda,ibidem, nu 43.

Stabilia cur rempore primtiuæ Eccleſiæ vendebentur, & eorum pretium offerebatur, & pooebatur ente pedes Apoſtolorum, lib. 2. canon.15. quæſt.19. num.97. fol 617.

Statutum pœnale prohibens extrahi ab aliqua Ciuitate frumentum, an & quendo extendatur ad extrahentes farinam: & an & quando petietur earenſionem, lib. 1. cep.3. quæſt.4. ſub num 8. & in addit.litt.a fol.47. & lib.2. can.7. quæſt. e6 in princip. fol 349 Statutum decem concedens capieoti vnum Lupum. an prꝛemium multiplicetur in capiente Lupam prægnantem, aut habentem Lupatinos pendentes ad vbera,in d.addit.litt.a fol.47. Statuta inferiorum an ſint in ſcriptis ferenda, lib.1. cap.5. qoæſt 4. num.5 fol 81. Statutum, ſi prohibeer exactionem frumenti extra territorium Ciuitatis, extrahens illud non dum fines territorij egreſſus,ſi comprehendatur,an incidat in pœnam, lib 2.can 7 quæſt.10.num.e. fol.320. Statutum laicorum, quo ſtatuitur, vt extra eorum licentiam clerici non poſſint poſſeſſionem beoeficiorum capere, eſt nullius momenti,cen.15.quæſt.11.nu.39. fol 555. & in addit litt q.fol.564.Statuta ſerentes contra libertetem eceleſieſticam,excommunicantur non ſolùm vi noſtræ bullæ; ſed etiem vi cap.nouerit,de ſent.excom.& qualiter inter ſe differant dictæ excommunicationee, q. 13. per totam, fol.568. & 569. Statutum publicare dicitur,qui ſcribit illud,nu 2.Statutis iam conditis contra libertatem eceleſiaſticam ſi ſucceſſor Prineepe non vtatur, non ineidit in excommunicarionem noſtræ bullæ; etiam ſi non ebradet à capitularibus,nu.7. Statuta cõtra libertaté eccleſiaſticá facientes, nunquã cẽ-

ſen-

sentur absoluti, nisi ea publicè renouauerint, & à capitularibus abradeant, num 8. & in addit. litt.c. fol.569. Statuta eiusmodi non abradentes è capitularibus, sed eisdem non vtentes an incidant in excommunicationem d.cap.nouerit, quæst. 14. fol.570. & in addit. litt.a. fol 571. Statuta laicorum in specie concessa in fauorem clericorum, mediante assensu S.Pontif. non possunt a laicis reuocari, inconsulto ipso Sum. Pontif. secus autem si generaliter fiat concessa, can 15. quæst. 17. nu.15. fol. 590. Statuta fauorabilia ecclesiasticis censentur tacite approbata a Sum. Pontif. secus autem si contineant odium, num.13. Statuta laicorum generaliter condita, & nullam mentionem facientia de ecclesiasticis, si sint fauorabilia clericis, obseruantur inter ecclesiasticos; secus autem si sint odiosa, n 6. 22. 27. & 28.

Statutum excludens à successione fœminas propter masculos, non comprehendit moniales, vbi non intercesserit vinculum ante Religionis ingressum: & à expressione mentionem facit de ecclesiasticis, est contra libertatem ecclesiasticam, lib 2. can. 15. quæst. 17. num. 28. 29. & 30. fol. 590. Statutum disponens, fratri ab intestato decedenti, succedere tantùm laicos, non præiudicat ecclesiasticis, quibus de iure debetur successio, ibidem, num. 32. Statutum disponens pro relictis soluatur gabella, non habet locum in relictis ad pias causas, num. 33. Sed quid dicendum de legato facto ecclesiasticis cum onere collectarum. num 34. Statutum, vt occisor non succedat occiso, non comprehendit clericos occisores, num 36. Statutum disponens, quòd pro mercatore fugiente, teneatur vxor, & liberi ad soluenda debita: aut pro furtis commissis teneatur viri: vel pater teneatur pro delicto filij, non comprehendit ecclesiasticos, nu. 37. 38 & 39. Statutum odiosum non extenditur extra territorium, num. 40. Statutum, quod pater teneatur pro debito filij, non comprehendit debitum ex contractum extra territorium, nu. 41. Statuta prohibentia piscationes. & venationes. non comprehendit clericos, tanto magis, qui a iure clerici non prohibentur venari regulariter, n. 42. 43. & 44. Statuta annonam publicam concernentia, non cõprehendunt ecclesiasticos: & an & quando ligentur vi directiua, num. 45. cum plur. seq & in add. litt b & litt. c. fol. 593. Statutum, ne in Ciuitatem deferatur vinum, ad vendendum aliunde, quam ex locis iurisdictionis: & pro expellendis brucis, & locustis, nõ cõprehendit ecclesiasticos, num 48. Statutum, quod arceantur animalia a pascuis nisi soluta fida, an & quando comprehendat clericos, num 49. 50. 51. & 52. Statuta disponentia, vt omnia prædia sint tributaria, non includunt prædia ecclesiasticorum, num. 53. Statutum laicorum, quòd solutio debiti non possit probari, nisi per testes, non includit ecclesiasticos, num 54. Statutum inducens præscriptionem decem annorum super debito, non nocet clerico hæredi creditoris, num. 55. & 56. & in addit. litt. d. fol. 593. Statutum laicorum, quod conductores Apothecarum non possint expelli soluendo pensionem, non includit clericos, nu 57. Statutum, quòd hæniti possint impunè offendi, non comprehendit clericos banitos, num. 58. Statutum disponens, quòd vxor non possit disponere vltra centum aureos, non comprehendit disponentes pro eleemosyna. Idem dicendum est de statuto disponente, ne mulier possit contrahere, aut testari sine consensu propinquorum, quoniam non comprehendit ecclesiasticos, nu. 59. Statutum, aut consuetudo præferens primogenitum in successione feudi, an comprehendat clericos primogenitos, nu 60. Statuta laicorum generaliter disponentia de contractibus emptionis, venditionis, locati, permutationis, depositi, societatis, donationis, alienationis, de testamentis, dotibus, fideicommissis, legatis & aliis eiusmodi, non comprehendunt clericos, n 48 vers. Idem tenet.

Statutum laicorum disponens, vt frumenti modium non vltra aureum vendatur, an & quando ab ecclesiasticis debeat seruari, lib. 2. can. 15. quæst. 18. num. 44. fol. 602. Statuta laicorum disponentia de pompis funeralium, an valeant, quæst. 19 num. 7. fol. 603 & in addit. litt. c. fol. 612. Statuta contra libertatem ecclesiasticam, quę dicantur, d. quæst. 19. per totam. fol. 607. cum plur. seq. & in addit. litt. a. vsque ad litt. p. fol. 621 612. & 623. vbi latè de hac materia tractatur. Statutum laicorum, quòd extraneus masculus fœminæ non succedat, an profit clericis masculis, dicta quæst. 19. num. 15. & in addition. litt. f. fol. 622. An noceat fœminis monialibus, num. 36. & 37. fol. 611. Et quid dicendum de statuto disponente, quod primogenitus succedat in feudo, an præiudicet clerico secundogenito, ibidem, & num. 38. Statutum disponens, quod ingrediens monasterium, aut se in clericum faciens promoueri non succedat, non valet. num. 38. Statutum laicorum, quod non subditi non gaudeant eorum priuilegijs, non comprehendit ecclesiasticos, num. 41. & in addit. litt g fol. 622. Idem dicendum est de statuto denegante audientiam non subdito, num. 44. Statutum laicorum disponens de recuperanda, vel retinenda possessione beneficij, est contra libertatem ecclesiasticam, nu. 47. & in add. litt. b. fol. 621. Idem definitur de statuto, quo cauetur, ne externi ad beneficia admittantur, Ecclesijs præficiantur ne litteræ Apost. recipiantur, n. 50. & 51. An statutum laicorũ disponens, ne litteræ Apost. executioni demandentur, donec a Magistratibus eorum recognoscantur, an falsæ, vel surreptitiæ sint, sit contra libertatem ecclesiasticam, suh nu. 55. Et an idem dicendum sit de statuto laicorum irritante contractus iuratos, & prohibente Notarij, ne iramenta recipiant, nn. 56. 57. & 58. & in add litt i. fol 622. Statutum prohibens matrimonium contrahendum inter personas non prohibitas de iure canonico est contra libert. eccl. nu. 61. & in add. litt K. fol. 622. Statuta sæcularia prohibentia Ecclesias ædificari citra Principum sæcularium licentiam, sunt contra libert eccl. num. 68. cum plur. seq. vbi etiam, nu. 71. refertur, Carolum, & Ludouicum declarasse, nec domui suæ oratorij construendi habere facultatem. Limitatur tamen, vt in Gallia nõ possint Ecclesiæ ædificari citra Regis consensum: & ratio assignatur, num 73.

Statutum laicorum disponens, quòd à Iudicibus ecclesiastica oppressi, aut si Iudices ecclesiastici fiat negligentes, ad sæculares Iudices habeatur recursus est contra libertatem ecclesiast. lib. 2. can. 15. q. 19. n. 80. & 81. fol 615. Idem dicendum est de statutis sæcularium cõuocantibus Episcopos, vt eis præcipiatur cura pacis, tranquillitatis, &c. nu 82. Statutum sæcularium prohibens alienationem stabilium in ecclesiasticos, est contra libertatem eccles. nu. 83. cum plur. seq. & in addit. litt. m. fol. 622. Statutum laicorum, quo disponitur, nè mulier, quæ filios non habet cum non subditis contrahat. nisi vsque ad certam pecuniæ quantitatem: nec testamento relinquat, &c. non comprehendit ecclesiasticas personas, num 88. Statutum prohibens alienationem feudorum in Ecclesiam, est contra liber. eccl. n. 90. & ratio assignatur, n 91. Idem dicendum est de statuto prohibente, bona collectas soluentia alienari in Ecclesiam, n. 100 Statutum excludens ecclesiasticos a successione parentum, est contra liber. eccl n. 101. Et id siue disponat de ingrediente Religionem, siue disponat de iam ingresso, num. eod. vers. Quidem. Statutum disponens, quòd bona omnia, & iura, etiam in spe probabili consistentia cuiuslibet volentis ingredi Religionem, si sequatur ingressus, & Religionis professio, intelligantur ipso iure ante eius ingressum transisse in personam illorum, qui de iure, aut ex forma statuti succedunt ab intestato, est contra libertatem ecclesiast. nu 101. cum plur. seq. Statutum, quod filiæ ingressæ Monasterium, pater non possit relinquere, nisi certum quid, est inualidum, num. 106. Statutum laicorum prohibens laicis contrahere cum clericis, est contra libertatem ecclesiasticam, & nullum, num. 137. & in addit. litt. n. fol. 623. Statutum laicorum ordinans cer-

tas ſolemnitatue in celebrandis contractibus, an liget eccleſiaſticos,o.288. Statutum laicorum prohibens,ne laicis eorum ſubditis liceat appellare ad S.P.ad Epiſcopos,vel alios Prælatos eccleſiaſticos, eſt contra libert. eccl.& nullum,n.129. Statutum excludens clericos,vel Religiosos a Collegio Doctorum,eſt contra liber eccl. in add.litt,e.fol.621. Statutum,quo a filius,ieu filie non poſſint contrahere matrimonium citre patris conſenſum,eſt contra libert.eccl.in add.litt K.fol.622. Statutum laicorum ſi certam formam præſcribit in contractibus celebrandis, & clerici volunt cum laicis contrahere,an teneantut ſeruare formem præſcriptam: & an non ſeruata forma,contractus ſit inualidus,in add.lit.n. fol.623. Statutum laicorum diſponens, vt pater teneatur emancipare filium coram Iudice laico,an teneat,in add litt.o. fol.623.

Statuta edita contre libertatem eccleſiaſticam in genere, vel in ſpecie multis modis dicuntur,lib.2.can.15 q.20. fol.623.Statuta contra libert. eccl. an ed cõtrehendam excommunicationem noſtræ bullæ, exigant, vt publicentur,queſt.21.per totam,fol.623.& 624 Statutorum aiuſmodi ſcriptores, an excommunicationem noſtræ bullæ contrahant,q 22.Sed quid de Præcone,mandatibus,&c.in edd.litt.a.b.c.d.fol.624.Et an talis excommunicatio comprehendat Communicates, ſeu Conſules prædicta ſtatuta facientes, q.23. fol.625. Statuto contra libert.eccl.quãdo quis dicatur vti, & en ſit excommunicatus.q.24 nu.1.fol.eod. Et quid ſi quis vtatur conſuetudine introducta,nu.2.& 3.Statuto quando dicatur lædi,deprimi,aut reſtringi libertas eccleſ. q.25, nu.2.fol.626.& in edd.litt.e. fol. eod. Statutum diſponens, quod clerici pro frumento tantùm gabellam ſoluant,& non de alijs: vel quod eorum famuli non ſint immunes,eſt contra liber.eccl. d q.25, ſub nu.2 Idem dicendum eſt de ſtatuto laicorum diſponente, vt transferentes frumentum extra portam ad molendum, ſoluat decem: transferentes verò per quandam certam portam, ſoluant quindecim; eo quod extra illam portam exiſtunt molendina Epiſcopi,aut beneficieti, d.addit. litt.a. Statutum ſæcularium generaliter prohibens extractionem fiumenti, & aliorum leguminum, non comprehendit clericos extrahentes eorum bona, & fructus à ſuis prædijs collecta: & idem eſt de ſtatuto prohibente introduci vinum recollectum,eui aliud extra territorium.vt in d.add litt.e.Statutum contra priuilegia, ec iura particularia Eccleſiæ, an ſint contra libert.eccl.q 26.fol.626.& in addit. litt.a. fol.617. Statuto qualiter indirectè eccleſiaſticæ libertati præiudicium inferatur,q.27.fol.627. & 628. Statutum de collectis, & oneribus ſpecialem mentionem faciens emphytentarum, & colonorum Eccleſiæ, ſi per illud niminm grauentur,eſt indirecte contra liber. eccleſ.ſicut etiam ſi per ſtatutum illud minus vendit bona ſua, ibidem nu.1.& 2.Statutum grauans conſanguineos,& affines clericorum propter ipſos clericos,dicitur indirecte contra libertt.eccl.n. 10.& 11. Statutum,per quod Imperator tollit priuilegia à ſe conceſſa Eccleſiæ, eſt contra liber eccl.ſub nn.15. & in eddit. litt. c. fol.629. Statutum laicorum puniens concubinas clericorum, eſt contra libert.eccl.ſub nu 16.& in add lit. d fol.629. Statuta,& ordinationes facientes contra libert. eccleſ, quibus caſibus excommunicationem noſtram contrahant;& quibus effugiant,q.2e.& vlt. concl.2. cum ſuis ampl.& limit.fol.633.& in edd.litt.a.b.c.d. fol.634.

Strigæ,Maleficæ,Necromantici,Sortilegi,Superſtitioſi,& alij ſimiles,an & quãdo ſint hæretici,lib.2.can.1.q.22. n 33 cum plut.ſeq.fol.123.& 124. Grauius puniuntur, quam hæretici,nu.42.Et quantumuis Strigæ,ac Maleficæ pœniteant pœna capitalis illis non eſt remittenda, num.43.

Stylus Curiæ eſt attendendus,lib.1.cap.4.q.6.nu.2. f.67. Stylus Rom. Curiæ ſeruatur pro lege per totum terrarum Orbem,nn.4.& in add.litt.b.fol.68. Stylis Curiarum Pape non ſubijcitur, nu.9. Stylus Rom. Curiæ ſi non ſeruetur, litteræ impetratæ non ſeruata illius forma,efficiuntur ſuſpectæ de falſo,& falſæ cenſentui, d.add.litt.b.

Subditorum nomine,qui veniant ad effectum, vt eb Epiſcopo abſolui poſſint ab occultis reſeruatis S.P. & diſpenare in irregularitatibus, iuxta decret. Conc. Trid. lib.3.§.2.q 11.n.19.cum plut.ſeq fol.756

Subiectum legis pœnalis eſt homo moraliter, & ſpiritualiter inaabilis:ſicut Medicinæ eſt homo corporaliter inabilis, lib.1. cap.1.q.3 nn.13.fol 13.Subiectum bullæ cœnæ quodnã ſit,ibidem,nn.72. Subiectum in ſcientia ciuili quod,num.73. & 74. Et quodnam ſubiectum canonicæ ſcientiæ,nu.76. Subiectum ſacramenti pœnitentiæ eſt homo peccator,q 8.n.3. fol.27.

Suffragia ſeotium ferentes pro appellendo ed futurum Concil.an excommunicenatur,lib.2. can.2. q.7. nu 30. fol.222. Suffragia vniuerſitatis ſunt collectiue ferenda in aliquo publico loco, non autem ſeorſim à ſingulis, ibidem, ou.3.

Superſtitio quid,& quotuplex,lib.2.can 1.q 22. nn 13. & nu.52.fol.124 Facta ex probabili ignorantia, vel ioco,excuſat à peccato mortali,ibidem n.56.

Supplicationes Apoſtolicæ quænam ſint,lib.2.can 6.q.1. nu.5.fol.300.& in add.litt a.fol.301. Qualiter excommunicentur eas falſificantes. vide ſupra, ver. Falſificantes.

Surripiens aliena ob abſolutam famis neceſſitetem, non peccat,lib.1.cap.2.q.4 ſub num.3.fol.35. Surripientes bona naufragorum, diuiſim, eut omnes ſimul, qualiter excommunicetionem contrahant,vide ſupra, ver. Naufragorum.

Suſpenſio ab eudiendis confeſſionibus lete ab Epiſcopo, an alligat Religioſos exemptos,an reſpectu illorum ſit centura,& quid importet,lib.1.cap.1 q.3. nu.123.fol. 21.Suſpenſus confeſſiones audiens efficitur irregularis, ibidem,ſub nu.124.

Suſpicio de hæreſi duplex:& quando ſuſpectus de hæreſi teneatur ebiurare,vel ad purgationem canonicam, lib. 2.can.1.q.15.nu.6.& 7.fol.105.& 106.

T

TAbelliones cur ſic dicantur, lib.2. can.13.q 6.nu.2. fol.500.

Tabulam in naufragio, aut panem neceſſitatis tempore non licet euerre ab exiſtentibus in eadem neceſſitate, lib.2 can.7.q.36.n 46.fol.362.

Taciti,& expreſſi eadem eſt virtus,lib.1. cap.2.q.1. nu.5. fol.27 Et en hæc regula ſit ſimpliciter vere, lib 2. cen. 7.q.23.n.6.fol 348.

Telis quis eſſe preſumitur,in quali habitu reperitur,lib.2. can.6 q 2 ſub n.17. fol.302.

Talleas.vide ſupra,ver.Collectas,ſub ver.Eccleſiaſtici, & ver.Gebelles,& infra, ver.Tributa.

Temeritas quid ſit:& quid denotet dictio, temerè, lib.2. can.9 q 33.num.1 & 2.fol.464 Temerarius eppellatur, qui ſine aliqua retione eliquid agit,lib.3 §.8 q.1. n.13. fol.802.Temerarium,erroneum,& hæreticum qnomodo differant.lib 2.can.1.q 19.n.1.fol.145.

Tempus breue, aut longum interualium, quodnam proprie dicatur,lib.2.can 9.q 2.ſub nu 3 fol.389. Tempus treguæ, vide infre. ver.Treguæ.

Tenere quid denotet, & quomodo differat à poſſidere, lib.2.cen.1.q.51.nu.10.12.& 27. f.189.& 191.

Terre quomodo differat à territorin, lib.3. can.11. q.9. nu.5 fol.464.

Teſtamentum cleuſum aperiens licèt non ſit falſarius;punitur tamen pœna falſi,lib.2. can.6. q.4.nu.9. fol.306. Idem dicendum eſt de corrumpente teſtamento,q.10. nu.11. fol.313.

Teſtator ſi leget rem alienam, an & quando debeatur legatario,lib 2.can 6.q 2.nu.12. f.302. Legans Eccleſiæ fundum,ſeù clericis, ea lege, vt teneantur ſoluere collectas,an ad eas teneeorut,can.15.q.17.nu.34. fol.591. Nun poteſt facere quia leges locum habeant in eiut teſte.

teſtamento,d.can.15.q.7 n.17.fol.543.& in add.litt.e. fol eod.Non poteſt eccleſiam ab hæreditate excludere, ſi hæres inſtitutus fuerit Religionem ingreſſus,n.17. Poteſt diſponere,vt ſtatuta eorum non habeant locum in re legata Eccleſiaſticis q 16.n 27 fol.409.

Teſticuli hoc genitali membro,licet non ſint membra;amputantes tamen eos quo ceſu irregulares efficiantur,lib. 2.can 9.q.15.n 7 fol.409.

Teſtis legitimè interrogatus in cauſa hæreſis. ſi veritatem dicere recuſat,dicitur hæreticorum fautor.lib.1.can.1. q.32.n.10 fol.156.Teſtes inhabiles admittuntur contra hæreticos,qui aliàs non admitterentur.q.32 ou.13 fol. 190.Teſtis teoetur veritatem aperiri iudici,illum interroganti de delicto ab aliquo commiſſo, & de eo diffamato,lib.2.can 5 q 12 n.1.fol.293.Non tamen teoetur, niſi requiſitus teſtificari,n.15.Teſtis admittitur neceſſitatis cauſa,qui alias non admitteretur.lib 3 §.2.q 5 n. 4.fol.730.Teſtium duorum ſaltem dictum, licet exigatur ad probandum delictum tameo oeceſſitatis cauſa ſatis aliquando dictum vnius,n 3.

Titulus iuſtus ad vſucapionem neceſſarius, dicitur quælibet vera cauſa poſſidendi,eſt quod non ſit legitima,lib. 2.can.5 q.2.n.13.fol.202.Titulus coloratus an ſufficiat ad obtinendum in poſſeſſorio iuriſdictionis per laicum can.13.q 5 ſub n.5 fol.499.

Tolerantia Principis in actu de iure prohibito inducit diſpenſationem,lib 1.cap 3 q.6. nu.15. fol.50. Tolerantur multa,quæ ſi dedocta fuerint io iudicium, non deberent tolerari,ibidem,o 17 Tolerantia,ſeu pstientia S. P.aut qazlibet abſolati a,& actus non profuot cootraneotibus ooſtræ bullæ;nec præiudicant iuribus S. A. d.lib.5.§ 4.q.3.n.2.fol 793.

Tollitur vnumquodque eo modo quo inducitur,lib. 2.ca. 21.q.18.n 2.fol.473.

Tonſura,vide ſopra,ver. Prima tonſura.

Tormentorum vi compulſi edocentes Infidsles hoſtes res,ſtatum Relp.Chriſtianæ concernentes, in excommunicationem non incidunt,lib.2.can.7.q 31.nu.3.fol. 352.

Tortura incohanda eſt ab habente malam nomen, ſi plores ſint æqualiter indiciati,lib.1.cap.4.q.3.num.17.fol. 66.

Totius,& partis,vide ſupra,ver. Eadem.

Tractatus cuiuſcumque auctoris denominatur ab eo quod principaliter tractat,lib.2.can.1 quæſt.41. num.5. fol. 174.

Tradere oon'dicitur quis,quod ſtatim eſt recuperaturus, lib.2.can.7 q.14.n.4 fol 333.

Trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad ſæculares Curias,tũc contrahunt excommunicstionem noſtræ Bullæ cũm auctoritatiue trahunt,lib.5.cao.13 quæſt.10.num.1.fol 547.Vnde partes trahentes excommunicstionem non incurrunt n.2.& q.vl.concl.1.fol 632a quæ multiplicitet ampliatur,& limitatur. Vide lupra ſob ver.Eccleſiaſtici.

Tranſcribentes libros hæreticorum,an & quando excommonicationem contrahant,lib.2.can.1. q 54. num.12. fol.197.

Transfugæ,qui cum armis eonfugiunt ad infideles hoſtes, in excommunicationem lacidunt,lib.2.canon.7.quæſt. 38.nnm 2.fol 373.& in add litt.2.fol.377.

Tranſumptum Bullæ cœnæ Confeſſarij apud ſe noo habentes.an & quando excommunicatiooem contrahãt, lib.3 §.e.q.3 per totam fol.810.

Treguæ tempus,non dicitur tempus pscis;ſed belli,lib.2. can 7.q 11.n 9. fol.336.

Tria vota,quamis ſimplicia,verè ſunt Religionis ſubſtantialia,lib.2.can.1.q.16 n 3 fol.109.Trea Clericos percutiens vno ictu, tres excommunicationes contrahit, lib.3.§ 3.q.2 n.2 fol.782.

Tribunal,Audieotia,Caocellaria,Conſilium, & parlamentum,quid ſignificent.lib 2 can.11.q.10 fol.547.

Tributa imponendi legitima cauſæ quæoam ſint, lib. 2. can 5.q.5 n.2.cum plur.ſeq fol.282.Tributa exigentes ab Eccleſiaſticis ſunt excommunicati& ſi Ciuitates exigant,interdicto ſubijciuntur,n.7.vide ſupra.ver.Collectas.& ver.Eccleſiaſtici.Tributa antiqua augere, eſt noua imponere.q.8.n.1. fol.589. Tributa noua exigentes a ſponte dantibus,in excommunicationem non incidunt,q.9.n. 1.fol eod.Tributa multa exigentes, ao & quando excuſeotur, & qualiter excommunicationem contrahant,vide q.11.fol.291.& q.12.fol.293. Latè q.13 & vl.concl.3.cum ſuis ampl.& limit.fol 297. Vide ſupra ver.Noua pedagia;ver.Collectas, ver.Gabella: ver.Onera:ver.Bona:& ver.Eccleſiaſtici.

Turcæ cur ita dicantur,lib. 2.canon.7.quæſt.3 num.3.fol. 321.

Triremibus damnati,an & quando dicantur eſſe in periculo mortis,vt poſſint abſolui à reſeruatis,lib. 3 §. 2. quæſt.2. num. 3. fol.722. & in additione littera a. fol. 724.

Turpes cogitationes,vide ſupra,ver.Cogitationes.

Tyranno expoſceoti innocentem ad perdendam eum, ab obſidione aliaa non receſſuro,an poſſit Reſp.tradere, lib 2.can.7.q 30.n.35 fol.361.Et quid de tyranno expoſcenti virginem ad eam deflorandam,ab obſidione aliàs non receſſuro,ibidem,n.50.

V

VAgabundi ſunt ſubditi illius Epiſcopi,in cuſus Diœceſi reperiuntur,lib.3.§.2.q.11.n. 9 fol 736.

Vaſa ſacra,& veſtes,dicuotur ſpiritualibus annexa, lib. 2. can.14 q.5.o.23.fol.313.

Vaxallus poteſt, ac debet reſiſtere volenti occidere Dominum ſuum,etiam ſi aliàs non poſſit,n.ſi agreſſorem interimat:& idem dicendum eſt deCletico pro defenſione proprij Epiſcopi,lib.1.cap.2.q.1.in add.litt 2.fol 28.Vaxallus dicitur ſeruitor,ſeu clientus,lib.2. cao. 15. q.31.n.73.fol.530.Et propterea non poteſt dici vaxallus laicorum,etiam ſi ab eis habeat feudum, ibidem, num.76.

Vbi militat eadem ratio,ibi eadem militat iuris diſpoſitio,lib.2 can 9.quæſt.5.num.4. fol.395. & can.10. q.7. ſub n.2.fol.439.

Venatio, aucupatio, & alia eiuſmodi non poſſunt prohiberi à Principe tegulariter,niſi certis caſibus,lib.2.can. 25.q.17.n 44.fol.591.Venari en aliquando licitum ſit clericis,ibidem n.43.

Veodentes arma Chriſtianis, qooa certo ſciunt ad Chriſtiani nominis inimicoa, & hoſtes ea delaturos, excommunoicationem cootrahunt,lib 2.can.7.q 6.n.7 fo. 321.Vsndens frumentum alicui, quem certo nouit illud extracturum extra Territorium Eccleſiæ,in excommunicationem incidit,ibioem,n.8.

Veniens ad S.A.vide ſupra, ver.Accedens. Venire ſecurè, vide ſupra ver.Securè

Verbs ſtatuti pœnalis ſunt ſtrictè intelligenda, lib.1. cap. 3.q.4 n.2.fol 47.Ao & quando patiantur extenſiooem ibidem,in add.litt 2.fol.eod & lib.1.can.2.q.7. ſub nu. 20.fol.220.verba,Ad futuram rei memoriam: quid denotent,cap.5.q 4.per totam,fol.81. verba, Excommunicamus,& anathematizamus:quid ſigoificent,can 1.q. 2.per totam,ſol.89.& 90.Verba antecedentia per ſubſequentia declarantur,& è conuerſo,can.2.q.7. nu.37. fol.222.& can 9.q.34.n.2.fol.425.& q.35.n 3.fol.eod. Verba excommunicatiooisi tantum ligant, quantum ſonant,cao 4.q.16.n 1 fol.263.Verba legis ſunt iotelligenda ſecundum communem modum coocipiendi,can 6.q.3.num.1.fol.304.Verba imperatiua,vide ſupra,ſub ver.Imperium.Verba legislatoris ſunt ipſius meotis manifeſtatiua,niſi aliter ſenſiſſe,expreſsè probetur,can.7. q.32.nu.6 fol.353 Verbum, nelcio, amphibologicè dictum,quid ſignificet,ibidem,ſub n.2.Verba legis, & ſtatuti debent aliquid operari,quando id commodè fieri poteſt,can 9 q.2 n 10 fol.391.& in add. lit.b, fol 329. Verba ſua,vel aliorum opera æquipolleot verbis,per ſe vel per alios,q.4.n 1.fol 393 Verba illa, ſuadente diabolo,quid denotent,can.10.q.7.n.3 fol.439.Verbum idem

INDEX

Idem ad diuerſa relatum, multipliciter operatur, lib. 3. §. 2. q. 2. n. 22. fol. 724. Verba illa, Indignationem Dei, ac Beatorum Apoſt. denotant culpam, & pœnam, lib. 3 §. 8 q 7. n. 1 fol. 812.

Verberare quid propriè ſignificet, lib. 2. can. 10 q. 2. nu. 3. fol. 434. Qualiter differat à pulſare, & ferire, ac percutere, can. 11. q. 3. n. 3. & 4. fol. 487.

Veritas, & falſitas, in intellectu reperitur, lib. 2. can. 1. q. 22. n. 2. ſol 121.

Veſpertiliones longè volantes è domibus, aeris ſerenitatem ſignificant, lib. 2. can. 1. q. 21. n. 58. fol. 125.

Veſtis Sacerdotalis non eſt facienda ex veſtibus ſecularium, nec alius ornatus eccleſiaſticus, lib. 2. can. 14. q. 5. n. 15. fol. 513.

Vicarius generalis Epiſcopi habet iuriſdictionem ordinariam, lib 3. §. 2. q. 9. n. 3. fol. 747. Specialiter autem delegatus habet delegatam, n. 4. Vicarius generalis licèt generalem commiſſionem habeat ab Epiſcopo, multa tamen non poteſt exercere; niſi ſpecialiter fuerint ſibi commiſſa, n. 5. Si in eius commiſſione habet aliquem caſum expreſſum, qui requirat ſpeciale mandatum, cum clauſula generali, tunc omnia ſpecialia exercere poteſt, n. 6. Vicarius ſpecialiter deputatus ad abſoluendum impeditos, licitè poteſt eos abſoluere, n. 2 & in add. litt. 2. fol. 748. Sed quid dicendum, ſi generalem tantùm habet facultatem, n. 10. cum plur. ſeq. Vicarius Epiſcopi, qui Sacerdos non eſt, an poſſit abſoluere à Bullæ Cœnæ cenſuris conſtitutum in articulo mortis, lib. 3. §. 2. q. 6. n. 12. fol. 733. Vicarij & Epiſcopi, idem eſt Auditorium, & Tribunal: & idem Chriſti, ac Papæ, lib. 1. cap. 4. q. 2. n. 5. fol. 57. & lib. 2. can 2. q 1. n. 9 fol. 211.

Vicecancellarij dignitas quænam ſit & quæ Cancellarij erat antiquitus apud Romanos, lib. 2. canon. 6. quæſt. 8. fol. 311.

Victualia, & alia ad vſum Rom. Curiæ, &c. vide ſupra, ſub ver. Impedire. Victus, & victualium appellatione quæ veniant, lib. 2 can. 7 q. 29. n. 2 f. 350. & can. 8. q. 5 n. 1. & 2. fol 382.

Vim dupliciter inferri quis poteſt, ab extrinſeco ſcilicet, & ab intrinſeco, lib 1. cap. 2. q. 1. n. 1. fol. 27. An & quàndo excuſet à cenſuris, n. 3. & 4. & in addit. litt. 2. fol. 28. Vim vi repellere quando quis teneatur pro defenſione tertij, e tiam agredientem interficiendo, ibidem, n 6. 7 & 8 & in add. litt. 2. Et quando ad ſui defenſionem licitum ſit occidere vim inferentem, & agreſſorem, ſub n. 9. & in add. litt h fol. 28. & q. 2. in add litt b. fol. 33. Vim vi repellere non licet contra Superiorem, lib. 2. can. 14, q. 1 n 3. fol 514.

Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, lib. 2. can. 1. q 29. ſub n. 1. fol. 149.

Viſitari non poſſunt ab Epiſcopo loca pia, quæ ſub Regum protectione immediatè ſunt, ſine eorum licentia, lib. 2. can. 15. q. 7. nu. 18 fol. 543. Poſſunt tamen ſecundum aliquos viſitari ab Epiſcopo horum locorum paramenta, & alia, quæ pertinent ad Diuinum cultum, vt in add litt. d fol. 543 & 544.

Vitam Patris, aut egregij viri poteſt quis tueri cum euidenti proprię detrimento, lib. 3 §. 8 q. 1. n. 18. fol 801.

Vitam exponere non tenetur quis, vbi ſpes non erat ſalutis ſpiritualis proximi, lib. 2. can. 7. quæſt. 36. nu. 42. fol 362.

Vitare excommunicatum quibus caſibus tenemur, lib. 2. can. 1. q. 2 per totam fol. 56. Vitare hæreticos iure Diuino tenetur is, qui timet probabiliter infici, & corrumpi, q. 34. nu. 11. fol. 262. Vitare de iure naturali tenetur quis libros de laſciuia tractantes, quando probabiliter timet alios ad peccandum, ibidem n. 14.

Voirai in Eccleſia Dei eſt multiplex, lib. 2. can. 1. q. 56. n. 2. fol. 202.

Vniuerſitas quid, & qualiter differat à Collegio, Corpore, Capitulo, &c. lib. 2. can. 2 q 7. ſub n 21. fol. 221. Ab vniuerſitate factum dicitur, quod fit à maiori parte, ibidē, o 25 ſ t quòd ſit legitimè congregata, num 28 Quando appellans a ſententijs S. P. ad futurum generale Concilium, interdictum contrahat, à n. 19. ad 33. Non eſt capax excommunicationis, can. 3. q. 1. n. 17. fol. 241. Et licet collectiuè excommunicari non poſſit; ſi tamen excommunicentur culpabiles, excommunicationem contrahunt, can 5. q. 8. in prin. fol. 284.

Vnumquodque tollitur, vide ſupra, ver. Tollitur.

Vocalis, ſeu diſcreti electio, qui Capitulo generali debet intereſſe, an fieri poſſit per ſortes, lib. 2. can. 1. q. 22 in add. litt. f, verſ. Non tamen negamus, fol. 127.

Voluntas Teſtatoris eſt ambulatoria, vſque ad mortem, lib. 1 cap. 1. q. 3. n. 92. fol. 18. Voluntas dicitur trahi precibus, & ſuaſionibus, non tamen cogi, cap. 2. q. 1. num. 2. fol. 27. Voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia, lib. 2. can. 1. q. 29. n 4. fol. 149. Volenti, & patenti nulla fit iniuria, can 9. q. 3. n 4. fol. 422. Volenti, & ſcienti non fit iniuria, can. 11 q. vlt. in add. litt. b. fol 482.

Voti commutatio eſt valida ſi iuſtam quis habeat commutandi cauſam: non tamen erit valida quoad partem diminutam, ſi non adſit diminuendi cauſa, lib. 1. cap. 4. q. 7. n. 31. fol. 72. & in addit. litt. a. fol. 73. Voti adimpletio eſt actus Religionis, lib. 2. can. 10 q. 8. n. 4. & ſeq. fol. 440. Vouens non emittere votum citra Confeſſarij conſenſum, ſi vouerat, tenet votum, q. 15. in addit. litt. a. fol. 449. Voti continentiæ ſimpliciter commutatio in caſtitatem coniugalem, non mutat Regulæ ſubſtantiam, can. 15. q. 5. n. 10 fol. 538.

Vrbis deriuatio vndè ſumatur, & an ſub ea comprehendantur ſuburbia, lib. 2. can. 10. q 5. n. 3. 4 & 5. fol. 436. & 437. Vrbis nomine ſine additamento, Roma intelligitur ibidem, n. 4. Vrbem Romam, & alias Ciuitates, & loca inuadentes, &c. vide ſupra, ſub ver. Inuadere.

Vſura eſt rapina, intrinſece, & ex obiecto mala, ſicut rapina, & furtum: & cur ſit talis, pluribus rationibus probatur, lib. 1. cap. 4 q. 7. n. 58. fol. 72. & in add. litt b. fol. 73. An & quando, & à quo tolerari poſſint Iudæis contra Chriſtianos. ibidem, n. 61. Et an vſuræ permiſſæ, ſeu toleratæ debeantur, & ſolutæ repetantur, n. 63. cum plur. ſeq. Vſurario domum locans, quem certò ſciat, ea vſurâ ad committendum vſuram, & meretrici, &c. an peccet, lib. 2. can. 3. q. 14. n. 13. fol. 237 Vſurarium contractum celebrans, exiſtimans probabiliter eſſe licitum, licèt nõ peccet, tamen ſuperuenicate ſcientia, quæſita ex eo tenetur reſtituere, can. 1. q. 11 n. 11. fol 292.

Vſurpantes iuriſdictiones eccleſiaſticas, & fructus ſequeſtrantes, qualiter excomm. contrah. lib. 2 can. 17. q. 2. f. 644 & 645. & in add. litt. a fol. eod. Sed quid dicendũ de vſurpantibus, & ſequeſtrantibus diſtributiones quotidianas: & an ad contrahendam excommunicationem noſtræ Bullæ, vſurpatio debeat fieri auctoritatiue, q. 4. con. 1. 2. & 3. fol. 650 & in add. litt. b. fol. 651. Vſurpantes, & ſequeſtrantes fructus eccleſiaſticos, &c. vide ſupra, ſub ver. Sequeſtrantes. Non tamen excommunicationem contrahunt vſurpantes, ſeu ſequeſtrantes; vel ſupra fructus ad Eccleſiaſticos pertinentes ratione Oratorij priuati; ſecus ſi publici, q. 6. n. 1 & 6. & in add litt. a. & b. fol. 653. & 654. Idem dicendum eſt de vſurpantibus fructus ſpectantes ad cœmiterium annexum Eccleſiæ, ſecus ſi non ſit annexum, n. 8. 9. & in addit. litt. c. fol. 654 Vſurpantes fructus ad eccleſiaſticos pertinentes ratione monaſteriorum, incidunt in excommunicationem, ſine Monaſterium ſit conuentus Monachorum ſine Clericorum Regularium. q. 7. n 3 fol. 655 Vſurpantes, aut ſequeſtrantes fructus pertinentes ad Eccleſiaſticos ratione Beneficij eccleſiaſtici excommunicationem contrahunt, q 9. n. 7. fol. 656. Sed quid dicendum de fructibus pertinentibus ratione commendarum, Ordinis Militaris: aut ratione altaris, quod eccleſiaſtici non habent in titulum beneficij, n. 7. & 8. & in add litt. d. & e. fol. 657. Vſurpare, & ſequeſtrare quid importent q. 10. per totam, fol. 657. An ad contrahendam ooſtræ bullæ excommunicationem requiratur, vt vſurpatio, ac ſequeſtratio fians auctoritatiuè q 11. fol. 657. & in add. litt. a. & b. fol. 658. Vſurpantes, ſeu ſequeſtrantes fructus alicuius eccleſiæ vacantis, in excommunicationem incidunt, q. 12. num. 1. fol. 658. & in addit litt. a. & b. fol. 659. Vſurpantes iuriſdictiones S. P. vt Principis temporalis

INDEX.

excommunicationem incurrit, in add. litt. b. fol. 659. Hos & alios casus, vide q. 13. & vlt. concl. 1. & 2. cum suis ampliat. & limit. fol. 659. & 660. & in addit. litt. a. & b. fol 661.

Vtile per inutile non vitiatur, lib. 1. cap. 4. q. 7. n. 32. fol. 72. & in add. litt. a. fol. 73. vbi dicitur, hanc regulam habere locum in electionibus, in contractibus, & in vltimis voluntatibus. Vtilitas publica præfertur priuatæ, lib. 2. can. 7. q. 11. n. 3. fol. 330. & can. 18. q. 19. in addit. litt. a. fol. 676.

Vulnerans quantumuis lethaliter, nunquam dicitur homicida, nisi mors sequatur lib. 2. can. 9 q. 10. n. 5. fol. 402. Vulneratus, quibus coniecturis probetur mortuus ex vulnere, ibidem, in add. litt. b. fol 403. Vulnerare quid sit can. 10. q. 2. n. 1. 6. & 7. fol 434. Quantes differat a percutere, verberare, ac pulsare, canon. 11. q. 3. num. 3. & 4. fol. 457.

Vxor licet sit æqualis viro quoad debitum coniugale; est tamen subiecta viro, lib. 2 can. 9. quæst. 23. num 8. fol. 416.

LAVS DEO,

Errata	Corrige	Errata	Corrige	Errata	Corrige
imatatur, folio 4. columna 1.	imputatur	ſimpliciuet, 113. 2.	ſimpliciter	dicundum, 355. 2.	dicendum
miu. 4. 2.	iniur.	ſeruati, 122 2.	ſeruari	Egipti 318 2.	Egypto
eas, 5. 2.	ea	homicidiom, 122. 2.	homicidium	bilicum, 365. 2.	bellicum
indirectam, 9 2.	indirectè	chiromanci, 125. 2.	chiromantici	fecerun, 381. 2.	fecerunt
ſenaentiam, 14. 1.	ſententiam	atteſtioni, 134. 1.	attentioni	iſtem, 390. 2.	iſtam
renuiſſe, 15. 1.	tenuiſſe	impendunt, 134. 1.	impediunt	metem, 391. 2.	mentem
eſſe, 15. 1.	eſſs	diſtributionũ, 134 1.	diſtributionum	abioluit poſſe. 400. 2.	abſoluí poſſe
cadenre, 15. 1.	cadente	coians, 136. 2.	coram	patet, 408. 1.	patet
ceſur. 15. 2.	cenſus.	dunationis, 144. 2.	donationis	conionatione, 408. 1.	conſanatione
cenſara, 22. 1.	cenſura	omnis cõtrou. 148. 2.	noſtra controuerſia	irregularitatis, 409. 2.	irregularitas
nen, 23. 1.	non	conſanguinis, 150 1.	conſanguineos	ſeb. 410. 1.	ied
debit, 24 1.	debit,	ſanguines, 150. 1.	ſanguinis	annouimus, 412. 1.	annotauimus
fit, 19. 2.	ſit	cenſura, 154 2.	cenſuram	alium, 414. 1.	aliam
patrmonium, 34. 1.	matrimonium	hæreſis crim. 159. 2.	de hæreſis crimine	tet 429. 2.	tertius
ſent, 41. 2.	ſent.	hæreticorum, 160. 1.	hæreticorum	recederd, 445. 2.	recedere
agneſcas, 42. 2.	agnoſcas	credat, 160 1.	credat	houeſtate, 448. 1.	honeſtate
ſent. 43. 1.	ſent.	imprimeos. 196 2.	imprimens	nou, 452. 2.	non
ducet, 50. 1.	docet	determinatiõ 202. 1.	determinat one	ſupa2, 453. 1.	ſupra
definat, 55. 2.	definat	ſubterfugium, 205. 1.	ſubterfugiunt	offenditur, 475. 2.	offenditur
bis, 56. 1.	his	contrahanc, 208. 1.	contrahant	apeellatione, 478. 1.	appellatione
boa, 57. 1.	hoa	cuiuicunque, 208. 1.	cuiuſcunque	excmunicat. 485. 1	excommunicatio
comperat, 57. 2.	competat	receptatore, 208. 1.	receptatores	friuoldm, cã 13 f. 491	friuolam
ſterns, 57. 2.	terris	cemmuni, 216. 2.	communi	quetuor. 493. 2.	quatuor
peſieritis, 63. 2.	petieritis	circa, 217. 1.	citra	Axor. 497. 2.	Azor.
depoſuiſſe, 64 2.	diſpoſuiſſe	adiofis, 220. 1.	odioſis	repugnantes, 518. 2.	pugnantes
poſterum, 66. 2.	poſterorum	Nauar 225. 1.	Nan.	tuinam, 519. 2.	ruinam
ab eo ſuſcipiẽdã, 66. 2.	ſuſcipiendam	veſtas, 237. 2.	veſtes	expreſſe, 540, in 3d 2.	expreſſa
ædatur, 61. 1.	edatur	ſententia, 239. 1.	ſententia	emphyteuſas, 628. 1.	emphyteuſis
lumitat, 70. 2.	limitat	comprehndat, 241. 1.	comprehendat	cugnatos, 629. 1.	cognatos
teſtatrr, 71 2.	teſtatur	ecomunine, 242. 2.	excõmunicatione	cenſi. 650. 1.	cenſib.
exerrabilis, 74. 2.	execrabilis	2apitores, 243. 1.	raptores	quædm, 664 2.	quænam
vanitatẽ, 76 in	in proemio vnitatem	iue, 243. 2.	iure	caſibu, 717. 2.	caſibus
d. d. 79. 1.	d.	textius, 247. 2.	textus	tale, 717. 1.	tali
ex dignitare, 80, 2.	ex dignitate	ruiu. 256. 1.	ruin.	ab Romano, 721. 1.	à Romano
cauſatum, 81. 1.	cauſarum	onum. 256. 1.	onum	Iudices. 721. 1.	Iudicis
prorium. 84. 2.	proprium	proffit, 260. 1.	proſit	ab ſolam, 730. 1.	ob ſolam
liect, 90. 1.	licèt	Malefidei, 266. 2.	Malæfidei	parochos, 730. 2.	parochus
anathematiz. 93. 1.	anathematizamus	quæ, 271. 1.	qua	ſeruetur, 731. 1.	ſeruetur
eque, 96. 2.	neque	qualibet, 277. 2.	quælibet	pœn. d. 1. 731. 2.	de pœn. d. 1.
conſtautiens.	conſtantienſ.	omdica 277. 2.	modica	operire, 735. 1.	aperire
ecculte. 101. 1.	occultè	imponeees, 286. 2.	imponentes	in idipſum, 740. 1.	id ipſum
fidelem, 101 2.	fidem	iniuſta, 298. 1.	iniuſtitia	impediti, 740. 1.	impeditis
prebatur. 102. 2.	probatur	conſtiterir 303. 2.	conſtiterit	ſubijciter, 741. 2.	ſubijcitur
Farin. tn2. 2.	Farin.	aliarium, 319 2.	aliarum	nemini, 741. 1.	nemini
hæretici, 103. 1.	hæretici	eq. 323. 2.	qq.	quod decreto 741, 1	quod decretum
obligari, 104. 1.	obligari	nnm 327. 1.	non	ab epiſcopos, 743 1.	ab Epiſcopo
ſecundo, 104. 1.	ſecundò	frumeato, 329. 1.	frumento	poſſnt, 744. 2.	poſſint
ſic, 110. 1.	ſic	ſe, 329. 2.	ſe	ſpeciali, 747. 1.	ſpeciale
Arriano 113. 2.	Arriano	gerantibus, 333. 2.	gerentibus	ed, 763. 2.	ad

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

REGESTRVM

a b. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii KKᵏ Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee.

Omnes ſunt terniones, præter a Yyy Zzz Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee.
Quæ ſunt duerniones.